ISTITUTO DI DIRITTO ROMANO
E DEI DIRITTI DELL'ORIENTE
MEDITERRANEO
A
276/I
UNIV. "LA SAPIENZA"
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

A 446 I

TRACTATVS DE APPELLATIONIBVS

In Duas Partes Diuiſus,

IN QVIBVS PLENE, RITE, RECTE, ET PVLCRO ORDINE examinatum, frugi ſolidaq; doctrina reſolutum, quicquid ad prædictas appellationes quoquomodo ſpectare aut contingere poteſt, tam quoad praxim, quam quoad theoricam, diſcurrendo per XX. Quæſtiones, et plurimos articulos per omnia tribunalia, ritus, & ſtatuta cuiuſque Principis, Reipublicæ, & Ciuitatis.

AVCTORE

SIGISMVNDO SCACCIA

Cauſarum Aduocato & Iur. Conſ. Romano.

CVI IN HAC NOSTRA POSTREMA EDITIONE ACCESSERVNT ADDITIONES NOVISSIMAE ad eandem materiam pertinentes, in Corpore Tractatus inſertæ, & hoc peculiari ſigno † notatæ,

OPERA, ET INDVSTRIA NICOLAI GALIARDI. I. V. D.

Vna cum DECISIONIBVS Sacræ Rotæ Romanæ collectis à


IOSEPHO RENZOLIO, I. V. D.

Ac cum annotationibus omnium ſingularium eiuſdem Rotæ Romanæ decerptis ex tractatu nouiſſimo

THEODOSII RVBEI. I. C. R.

Cum ſummarijs, & duplici Indice rerum, & verborum locupletiſſimo.

[redacted]



[redacted]

VENETIIS, Apud Bertanos, M. DC. LXVII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

SIGISMVNDI SCACCIÆ IVRISCONS. ROMANI.

DE APPELLATIONIBVS,

Pars Prima.

QVÆSTIO I.

ARGVMENTVM.

De ſignificatione verbi, appellare, & verbi prouocare, & in qua ſignificatione ſumatur appellatio in iſto tractatu.

SVMMARIA.

Appellandi vſus eſt frequens, & neceſſarius, num.1.
Frequentia plenius tractari debent, num.2.
Appellationis nomen ſumitur multipliciter, & appellare eſt verbum æquiuocum, eiuſque aliqua recenſentur ſignificationes, num.3. & ſeq.
Adſectari differe ab appellare, num.3.
Appellare quando ſlet proprie, num.4.
Appellatio extraiudicialis dicitur improprie appellatio, numero 5.
Appellatio iudicialis dicitur proprie appellatio, num.8.
Appellatio datur tam iudicialis quam extraiudicialis, nu.5.
Appellatio, & appellare ſunt coniugata, nu.6.
Coniugatorum argumentum valet, num.6.
Appellatio extraiudicialis non comprehenditur in diſpoſitione odioſa, num.8.
Appellatio extraiudicialis non venit in reſcriptis de appellationibus, num.8.
Prouocare verbum eſt genus æquiuocum, num.9.
Prouocare verbum poteſt ſumi in genere, & in ſpecie, numero 9.
Adoptio eſt nomen generale, ſignificans &c. nu.10.
Cognatio generice & ſpecifice ſumpta quid ſignificet, nu.11.
Ius ciuile generice, & ſpecifice ſumptum quid ſignificet, numero 12.
Appellatio qualibet eſt prouocatio, ſed non e contra, num.13.
Genus quomodo cognoſcatur, num.13.
Prouocare verbum in dubio quomodo ſumendum, nu.14.
Verba ſunt intelligenda in ſpecie, ſicque potentiori ſignificatu, num. 14.
Vocabula ſunt pauciora negocijs, num.15.
Appellatio in qua ſignificatu tractetur a nobis, num.16.

1 APPELLANDI *vſus quam ſit frequens, quamque neceſſarius nemo eſt, qui*
neſciat, inquit Vlpianus *in l.1. ff. de ap-*
2 *pell. & relat.* † quare, quæ ad hunc ſpectant vſum, plenius attingam; *quotidiana enim ſunt*, inquit Paulus *in l.25. legatu Titio, ff. de liber. leg.*

3 Appellationis nomen ſumitur tribus modis; latiſſime, late, & proprie, vt explicat Card. Alex. *in rubr. n.8. et ſeqq. verſ. expedita continuatione de appellat.* Latiſſime enim ſumpta ſignificat quamcumque vocationem, ſeu inuitationem, & ideo ſi vocarem te ad cœnam, diceretur appellatio, *Bar. in l.1. n.2. verſus finem ff. de appell. & relat. & Card. Alex. vbi ſup.* Late ſumpta ſignificat quamcumque prouocationem ad iudicium, & ſic etiam appellationem extraiudicialem, *vt explicat Card. Alex. d. rubr. n.8. et ſeqq. vſque ad nu.11. incluſiue.* Stricte vero, ſeu proprie ſumpta ſignificat appellationem iudicialem, *Card. Alex. d. rubr. n.12. in fine, & num.13. & ſeqq.*

Sic quoque appellare eſt verbum æquiuocum, quia habet varias ſignificationes, de quibus ſcripſerunt Rebuff. *in l. liberti appellatione, ff. de verb. ſignif.* ad quem locum ſe remittit *in tract. de appell. in præfat. ſub n.10. tom.3. fol.476. Brederod. tract. de appell. tit.3. p.1. & Greg. Toloſ. eod. tract. libro 1. capitulo ſecundo*, ad quos duos poſtremos ſe remittit Ruginell. *eod. tract. de appell. poſt præfationem in titulo de appell. n.2. fol.11.*

Interdum enim ſignificat nominare. Interdum accuſare. Interdum implorare aliquem teſtimonij, vel auxilij gratia. Interdum exigere rem debitam a debitore, interdum ſignificat blanda oratione pudicitiam alicuius attentare, *l. item apud Labeonem, §. ſi quis & verſ. appellare, ff. de iniur. & famoſ. libell. Hercul. tract. de attent. c.1. n.6. & 7. tom.5. fol.255.* notans propriam differentiam inter appellare, & adſectari. *Rebuff. tract. de appell. in præfat. nu.9. tom.3. fol.476. & Greg. Toloſ. tract. de appell. lib.1. c.2. nu.2.*

4 Omiſſis denique his, & alijs ſignificationibus, quę non reſpiciunt noſtrum ſcopum, ſignificat tam poſt latā ſententiam prouocare ad maiorem iudicem, quam prouocare ante ſententiam ad iudicem propter inſtans, vel futurum grauamē, quod infertur extraiudicialiter; & appella-

re in iſta generali ſignificatione ſumitur impropriè, quia
appellatio iſto modo ſumpta, prout ſignificat tam ap-
pellare iudicialiter, quam extraiudicialiter ſumitur im-
propriè, vt declarant Abb. *in c.5.cum ſit Romana. nu. 21.*
verſ.opp.& videtur Franc.num.4.verſ.vltimo nota.& Dec.
not.7.n.25.de appell.idem Dec.in c.51. bonæ memoriæ. ver-
5 *ſic. ſecunda differentia. n. 20. eod. tit.* † & quod appellatio
detur iudicialis, & extraiudicialis, ſcribit Abb. *in rubr. n. 3.*
ibi. appellatio eſt a minore. de appell. Et quod detur appel-
latio extraiudicialis; ſed impropriè dicatur appellatio,
ſcribunt Innoc. *in d. cap. 5. cum ſit Romana. & Abb. ſub n.*
11. de appell. Dec. loco ſupra proxime citato, Gomeſ. in reg.
de trienn. poſſ. q. 54. n. 3. Bredeгod. tractat. de appellat. par. 1.
6 *tit. 9. col. 17. ſub littera a.* † Igitur idem prorſus dicendum
eſt de verbo appellare, quia ſunt coniugata, vt patet ex *l.*
prima §. ſi quis in appellatione, ff. de appell. dum ibi Iureco̅-
ſultus explicat errorem appellationis per verbum *appel-*
lare: & in coniugatis certum eſt, quod valet argumentum
conſtructiue, & deſtructiue; *Ariſtot. lib. 3. Topic. c. 4.* & pa-
tet ex *l. 1. ff. ſi cert. pet.* vbi Iureconſ. volens declarare no-
bis verba rubricæ, *de rebus creditis,* declarat nobis coniu-
gatum, videlicet, quid ſit credere: & appellatio iſto vlti-
mo modo ſumpta dicitur impropriè appellatio.

7 Vltimo demum ſignificat ſolum prouocare ad maio-
rem iudicem poſt latam ſententiam, iuxta text. *in d. l. 1.*
§. ſi quis in appellatione, ff. de appell. & iuxta definitionem
appellationis, de qua *q. ſeq. n. 1.* & conſequenter in hac ſi-
gnificatione dicitur propriè appellatio, vt retuli, & ſe-
quutus ſum *ead. q. ſeq. n. 33.* aduertendo, vt dixi, quod va-
let illatio in coniugatis.

8 Comprobatur, quod appellare, ſeu appellatio ſignifi-
cet propriè appellatione iudicialem poſt latam ſenten-
tiam, quia in materia odioſa, ſeu ſtricta, & pœnali, in qua
verba ſunt ſtrictè, & propriè intelligenda, ſub nomine
appellationis non comprehenditur, niſi dicta appellatio
iudicialis. *Abb. in d. c. 51. bonæ memoria, ſub n. 8. de appell.*
& Dec. in d. c. 5. cum ſit Romana, not. 7. n. 25. dicens, in di-
ſpoſitionibus odioſis non comprehẽdi appellationẽ ex-
traiudicialẽ, *Corn. in l. 3. n. 5. C. de appell.* quem refert & ſe-
quitur Contard. *in l. vnic. limit. 25. ſub n. 4. C. ſi de momen.*
poſſ. dicens, quod d. lex *tertia;* in qua diſponitur, quod ni-
hil debet innouari appellatione pendente, non procedit
in appellatione extraiudiciali. *Bero in conſ. 112. n. 5. lib. 3.*
& Contard. *d. limitat. 25. n. 5. & 6.* dicens, quod in reſcri-
ptis ſub nomine appellationis non venit appellatio ex-
traiudicialis: Ex quibus Contard. *in d. limit.* infert, quod
illa *l. vnica, Cod. ſi de moment. poſſ.* quæ prohibet appella-
tionem, non habet locum in appellatione extraiudiciali.

Reliquum eſt, vt explicemus ſignificationem verbi,
prouocare, quo vſi ſumus ad explicandum verbum, *appel-*
lare, & nomen *appellationis.*

9 Procurare eſt genus quoddam æquiuocum, hoc eſt, ſe-
cundum meum intellectum, eſt verbum, quod poteſt ſu-
mi genericè, prout ſignificat tam appellationem extra-
iudicialem, quã iudicialẽ; & poteſt ſumi ſpecificè, prout
ſignificat appellationẽ extraiudicialem, prout iſto vltimo
modo ſumunt Rebuff. *tract. de appell. in præfat. n. 53. tom. 3*
fol. 479. & Abb. in c. 51. bona memoriæ n. 8. de appell. quem
refert, & ſequitur Marchеſ. *tract. de commiſſ. par. 2. in com-*
miſſ. appellat. c. 1. n. 27. fol. 8. & aduertunt Federic. Scheneb.
tract. de appellat. ſub num. 1. tomo 5. fol. 55. Io. Ferrar. eodem
tractat. lib. 1. c. 3. num. 17. tomo 5. fol. 64. Contard. in l. vnica
limit. 25. n. 3. ibi, ſecundo, quia C. ſi de moment. poſſeſſ. & la-
te Breder. tract. de appell. part. 1 titulo 9. col. 16. verſus finem
ſub litera d. & col. 17. in pluribus locis.

10 Hoc idem dicimus de adoptione, quæ vt nomen gene-
rale æquiuocum, ſignificat etiã arrogationẽ ſed eam nõ
ſignificat, ſi ſumatur ſpecificè, *Inſtit. de adoption. in princ.*

11 Idem dicimus de cognatione, quæ genericè ſumpta ſi-
gnificat tam cognatos per ſexum fœmininum, quàm per
virilem, qui dicuntur agnati; ſed ſumpta ſpecificè ſigni-
ficat ſolum coniunctos per ſexum fœmineum, qui dicun-
tur conſanguinei, *vt not. Inſtit. de legit. agnat. tut. in verbo.*
cognati.

Idẽ dicimus de iure ciuili, quod genericè ſumptum ſi-
gnificat tam ius ciuile Athenienſium, quam Romano-
rum ſed ſpecificè ſumptum ſignificat ius ciuile Romano-
rum, *Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuili. §. ſed ius quidem.*

Et alia ſunt eiuſmodi in iure, quæ capiuntur in genere,
& in ſpecie, quorum multa cumulauit Ioan. Fran. Far. *tr.*
de eſſent. infant. cap. 3. num. 2. & ſeqq. tom. 8. par. 2. fol. 389.
& 390.

13 Et quod prouocatio poſſit ſumi loco generis appella-
tionis, patet, quia omnis appellatio eſt prouocatio, ſed
non è contra, *Felin. in rubr. de appell. in princ.* Et illud cer-
tum eſt, quod genus dicitur illud, a quo non valet ſubſi-
ſtendi conſequentia; *l. 2. §. creditum, ff. ſi cert. pet. & ibi Gl.*
in verbo. genus. vbi patet, quod omne mutuum, quod eſt
ſpecies, eſt creditũ, ſed nõ è cõtra, quia creditũ eſt genus.

Eſt neceſſarium, quod hoc verbum, *prouocare,* ſumi
poſſit genericè, vt declaraui, quia alias ſi ſumeretur ſolum
ſpecificè prout ſignificat appellationem extraiudicia-
lem, male poneretur loco generis in appellationis defi-
nitione, de qua nos ſumus acturi ſeq. quæſt.

14 *Prouocare,* verbũ, quod, vt dixi, poteſt ſumi in genere,
& poteſt ſumi in ſpecie, deberet in dubio ſumi in ſpecie
prout ſignificat appellationem extraiudicialem, reg. text.
Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. *§. ſed ius quidem.* vbi ius ciui-
le in dubio intelligitur de iure ciuili Romanorum, quod
verbum quod poteſt capi vt ſpecies, & vti genus, debeat
in dubio capi, vt ſpecies; refert ex pluribus, & ſequitur
Cõtard. *in l. vnic. in reb. num. 51. verſ. & ad hanc C. ſi de mo-*
ment. poſſ. ſunt enim verba intelligenda in potentiori ſi-
gnificatu, *vt Dec. retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 62. ſub*
n. 31. tamen in definitione appellationis, & explicatione
verbi, *appellare,* de quo egimus ſupra, & de quo loquitur
l. 1. §. ſi quis in appellatione ff. de appell. ſumi debet in gene-
re propter ſubiectam materiam, quia ingreditur vt ge-
nus definitionem, & declarationem appellationis.

15 Ratio cur hæc verba, ſicut alia pleraque habeant di-
uerſas ſignificationes, eſt, quia plura ſunt negocia, quam
vocabula, *l. 4. ff. de præſcript. verb.*

Non tamen ſumi poſſunt in qualibet ſignificatione,
ſed in ea ſola, quam ſubiecta materia admittit.

16 His præcognitis, ſciendum eſt, quod nos agemus de
appellatione in penultima, & vltima ſignificatione.

Præmiſſis iſtis, definiamus quid ſit appellatio.

QVÆSTIO II.

ARGVMENTVM.

De Diffinitione, & quotuplicitate appellationis.

SVMMARIA.

Appellatio eſt prouocatio de minori ad maiorem, &c. numero primo.

Illatio I. appellandum eſt à minori ad maiorem iudicem, n. 3. — Subinfertur appellationem à maiori ad minorẽ vitiari, n. 5.

¶ *Ampliatur I. illatio, vt neque de conſuetudine poſſit induci contrarium. n. 6. et quomodo hoc ſit verum n. 26. et 28.*

Ampliatur II. vt neque per ſtatutum, n. 7.

Ampliatur III. vt neque per pactum, n. 8.

Ampliatur IV. vt neque ex conſuetudine poſſit appellari ad æqualem, n. 9. — Subampliatur etiam ficte æquali, n. 11.

Ampliatur V. vt interpoſita ad minorẽ noceat, etiã ſi ignoranter, n. 12. — Subãpliatur etiã ſi ſit interpoſito ad æqualẽ, n. 13.

Amplia-

Digitized by Google

Ampliatur VI. vt multo minus poſſit appellari ad eundem numero 14. — Subampliatur etiam ſi mutaret tribunal num. 15. — Declaratur ampliatio, vt procedat in appellatione à definitiua, num.16.

¶ *Reſtringitur I. illatio, vt non procedat in appellatione per errorem ad æqualem ſuperiori num.17.*

Reſtringitur II. in appellatione ab interloquutoria ad æqualem, num.18.

Reſtringitur III. in recurſu ad idem tribunal. num.19.

Illatio II. à Papa, ſeu Imperatore non poteſt appellari, num.20.

Appellatio vocatur multis nominibus, num.2.

Superior corrigit factum inferioris, num.5.

Aequiuocatio impedit definitionem, num.21.

Capitanei appellationum in Vrbe quæ ſit iuriſdictio, & ad eum appellari à ſententia lata de voto aſſettamenti, & à ſententia Senatoris vrbis, num.22.

Senator eſt ſuperior & maior Capitaneo appellationum. nu 23.

Poteſtas Piſanus eſt minor Capitaneo, à cuius tamen ſententia appellatur ad Poteſtatem. n.24.

Prætor Lucenſis eſt maior Rota Lucenſi, ſed à Prætore appellatur ad Rotam. num.24.

Capitaneus iuſtitiæ Ciuitatis Senarum eſt maior Rota, num.24.

Rota Maceratenſis eſt iudex ad quem appellatur à delegato Papæ in illa Prouincia n.24. verſ 5.

Præfectus eſt minor Conſule, à Conſulis tamen delegato toleratur appellatio ad præfectum n.25. & quomodo ſit minor, & maior Conſule, n.30.

Epiſcopi habent æqualem dignitatem cum Cardinalibus, ſed adminiſtrationem minorem. n.30.

Adminiſtratio facit quem eſſe maiorem. n.30. in fine.

Iudex aliquis poteſt diuerſis reſpectibus eſſe maior, & minor altero, nu.27.

Interpretatio in dubio fieri debet pro validitate actus, num.29.

Appellatio non eſt actio, &c. ſed eſt ius quoddam &c. n.31.

Appellatio quotuplex ſit, & earum ſpecies, nu.32.

Appellatio iudicialis, & appellatio extraiudicialis habent vndecim differentias, quæ aſſignantur, nu.33. & ſeqq. vſque ad n.46. incluſiue.

Appellatio legitima quæ dicatur, n.37.

Appellatio friuola, fruſtratoria, & ſimilis quæ dicatur. num.38.

Appellatio quando dicatur ſine cauſa, & ſine grauamine relinquitur arbitrio iudicis, n.49. & quando iudex debeat arbitrari eſſe friuolam, n.50.

Appellatio friuola, ſeu calumnioſa, & appellatio legitima quas habeant differentias. n.51. & 52.

HAnc quæſtionem abſoluam tribus articulis.

Primo. *Quid ſit appellatio, & quæ inferantur ex definitione appellationis.*

Secundo. *Quibus oppoſitionibus impugnetur definitio, & illationes illius, & quomodo ſoluantur oppoſitiones.*

Tertio. *Quotuplex ſit appellatio, & quæ ſint earum differentiæ.*

ARTICVLVS I.

Ad Primum articulum. Quid ſit appellatio.

Appellatio definitur à Doctoribus multipliciter.

1 Prima definitio. Eſt prouocatio de minori ad maiorem iudicem *l.1.§.ſi quis in appellat. ff. de appel. & relat. Goffr. & alij Summiſtæ in tit. de appel. Gloſſ. in c.2. in verbo officiali. de conſuet. in 6. Abb. in rubr. ſub n.4. verſ. circa, de appell. Card. Iacob. tract. de conc. lib. 10 art. 5. n.1. tom. 13 p. 1. fol.* * 355. & quod hæc ſit communis definitio appellationis teſtatur Rebuff. *tract. de appell. n.1. tom. 3. fol. 475.*

Secunda definitio. Eſt ſententiæ à minore iudice latæ per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis reſciſſio, *Azo. in ſum. C. rub. de appell. nu.2.*

Sed vtramque definitionem impugnat *Bar. in d.l.1. ſub n.1. & 2. ff. de appell. & relat.*

Tertia definitio. Eſt ius, quo interim prima ſententia extinguitur, & interim cauſæ cognitio ad iudicem ſuperiorem deuoluitur: & hoc prout loquimur de appellatione à definitiua, *Bar. in d.l.1.n.3. ff. de appell. & relat.* quam definitionem late explicat, & tuetur Card. Alex. *in rubr. n.22. & ſeq. de appell.*

Quarta definitio, vt ex allegata Gl. *in c.2. de conſuet. in 6.* refert & ſequitur Franch. *in rubr. n.1. in fine. de appellat.* eſt ad maiorem iudicem prouocatio ratione grauaminis illati, vel comminati, & ex eo Lancel. *tract. de attent. p.2. c.12. de attent. & in nou. appell. pend. in præfatione n.2. tom. 5. fol. 346.* hæcque definitio conuenit appellationi propriæ ſumptæ, videlicet appellationi iudiciali, quæ interponitur ſolum à grauamine præterito, ſeu præſenti, & non à futuro, vide *infra n.43.*

Quinta definitio. Eſt prouocatio ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi, *vt definit Maran. in ſuo ſpec. p.6. act. 2. in verbo, & quandoque appellatur. n 1. fol.460.* & hæc definitio conuenit etiam appellationi extraiudiciali, *Abb. in d. rubr. ſub n.3. in fine de appell.*

Reliquas, ſi placet, definitiones videto apud Brederod. *tract. de appell. p.1 tit. 7. col. 12. litera c. & d.*

2 Appellatio ex multis eius attributis multis vocatur nominibus, de quibus Ruginel. *tract. de appell. tit. 1. num. 3. fol. 11.*

3 Infero I. ex hac definitione appellandum eſſe à minori ad maiorem iudicem, vt dicit textus *in c. anteriorum. ibi. illo videlicet 2.q.6.* & ſcribunt Gloſſ. *1. in c.1. verſ. ad quem 2.q.6 Azo in d. rubr. de appell nu.16. verſ. appellatio debet fieri. Papien. in pract. in forma appell. à ſent. diffin. in gloſ. & ad quemcunque fol.415. Schench. in tract. de appell. num.9. tom.5. fol.55. Marcheſ. tract. de commiſſ. p.2. de commiſſ. appell. c.1. num.25. fol.7.* & quod in iudicio ſemper ſit appellandum ad ſuperiorem tribunalis, à quo appellatur, ſcribit Abb. *in c.55 dilectis, n.5. & n.9. in fine de appell.* & dicam latius *infra q.7. & 8.*

4 Ratio huius illationis eſt, quia ſuperior debet corrigere, quod fecit inferior, & non è conuerſo, *c. ſi quis à modo. diſtin. 81. c. cum inferior. de maior. & obed. Dec. in rubr. nu.7. de appell. Maran. in ſuo ſpec. p.6. act. 2. princ. in principio, in verbo, & quandoque appellatur, n.3. fol.460. & Marcheſ. vbi ſupra,* & eleganter Ioan. Ferrar. *tract. de appell. lib. 2. c.5. n.138. tom.5. fol.69.* dicens, quod ratio ipſa ſuadet ad maiorem iudicem appellandum eſſe, quia vt prior ſententia emendetur hoc ſubſidium quærimus, id quod maioris authoritatis eſt opus.

5 Subinfero ex iſta illatione, quod appellatio interpoſita à maiori iudice ad minorem non valet, ſed vitiatur, *ad notata per Azon. in rubr. nu.19. ibi quid autem ſi per errorem, C. de appell. Spec. tit. de appell. §. nunc tractemus, n.14. verſ. quid ſi per errorem, lib.2. fol.189. Bart. in l.1. §. ſi quis in appellatio. n.1.5. & 7. ff. de appell. & relat. Nicel. tract. de concord. gloſ. concor. 6. fallen. 42. n.84. tom. 18. fol.194. & Card. Iacob. tract. de concil. lib. 10. art. 1. n 37. tom. 13. p. 1. fol. 352.*

6 Amplia I. eandem illationem, vt neque conſuetudine introduci poſſit, quod appelletur ad minorem, *Gloſ. in c. 2. in verbo officiali. de conſuet. in 6. Fran. in rubr. n.2.* dicens, non poſſe introduci, quod appelletur ad minorem iudicem, vel ad parem vere, vel ficte, *& ibidem Felin. in princ. de appel. Nicel. in concord. gloſ. concor. 6. n.84. fall. 42. to. 18. fol. 194. Card. Iacobat. tract. de concil. li. 10. art. 1. ſub n.37. to. 13. p. 2. fol. 352. Maran. in ſuo ſpec. p.6. act. 2. princ. in verbo, & quandoq; appellatur. ſub n.3. fol.460. Rebuff. tract. de appel. in prin. n.4. to. 3. fol.475. Barbat. in rub. col. 34. de fid. inſtr.* quẽ refert & ſequitur Gig. ad Dec. *in rub. ſub n.7. in verbo conſuetudo lit. d. de appel. et Mãdoſ. tr. de inhib. q.4. n.9. to 5. fol. 87.* firmãs ex hoc, non tenere conſuetudinẽ, vt Beneuenti poſſit appellari à Gubernatore ad Vicariũ Archiepiſcopi in cauſis ciuilib. & Marcheſ *tract. de cõmiſſ. p.2. cammiſ. de appell. c.1. ſub n.24. & 25. fol.8.* infert, quod Gubernatores

Ciuitatũ,ſeu Prætores terrarum non debent tolerare iſtã prauam conſuetudinem,ſeu abuſum,vt ab eorum ſententijs appelletur ad quoſdam iudices pedaneos, vt puta Cancellario Communitatum, ſeu alios ab ipſis Communitatibus deputatos, dicens, quod Gubernatores, non obſtante inhibitione dictorum iudicum pedaneorum debent ad vlteriora procedere, niſi, &c. & de communi * opinione teſtatur Maran. *vbi ſupra*.

Ratio huius ampliationis eſt, quia conſuetudo quæ introducit:vt minor habeat iuriſdictionem in maiorem, non valet. *Archidiac. in c. inferior. n. 1. diſtinct. 21. & Dec. in d rub. de appell. n. 7. & in cap. dilecti. il 3. n. 25. eodem. tit.*

Ratio rationis eſt,quia conſuetudo non poteſt tollere ſubſtantialia, & ſaluare actum:ſed de ſubſtantia appellationis eſt, vt appelletur ad maiorem. *Abb. in rub. de appell. ſub n. 2. et latius ibidem Felyn. in princip. Rebuff. tract. de appel. in præfat. n 4. et 5. tom 3. fol. 475.* & dicitur de ſubſtantia appellationis,quia, cum minor non poſſit contra maiorem, appellatio ad minorem ſeruiret de vento, vt conſiderat Ioan. Ferrar. *tractat. de appellat. cap. quinto, n. centeſimo trigeſimo octauo, tom. 5. fol. 69.*

7 Amplia. II vt neque ſtatuto poſſit introduci,quia nec ſtatutum poteſt actus ſubſtantiam mutare, *Rebuff. dict. tractat. de appellat. in præfatione nu. quinto tom. 3. fol. 475.*

7 Amplia. III. vt neque per pactum poſſit appellari à maiori ad maiorem iudicem, *Rebuff. tract. de appellatione in princip. n. 4. et 5. tom. 3. fol. 475*

9 Amplia. IV. vt conſuetudine introduci non poſſit, quod appelletur ad æqualem iudicem, *Gloſ. in cap. 2. in verb. officiali. ibi. ſed falſum eſt vt hic vides. de conſuet. in 6. Franch. in rubr. nu. 2. de appell. Rebuff. vbi ſupra. n. 4. tom. 3. fol. 475. Felin. d. rubr. in princ. de appell.* dum ſentit contra Abbatem conſtituentem differentiam, &c. Et hinc eſt, quod à ſpectabilibus ad ſpectabiles non poteſt appellari, *cap. anteriorum. §. illo videlicet. 2. q. 6. et ibi. Gloſſ. in figuratione caſus.*

10 Ratio eſt, quia par in parem non habet imperiũ *Card. Iacobat. tract. de concil. lib. 10. ſub n. 42. tom. 13. p. 1. fol. 352. & Io: Ferrar. d. c. 5. n. 138. tom. 4. fol. 69.* dicens,quod par in parem non habet imperium,niſi omnem magiſtrans vim diſſoluere,& Remp. quæ ſine eo conſiſtere non poteſt intentionem exponere velimus.

Contra iſtam ampliationem tenet Hoſt. quem refert, & ſequitur Anch. *in c. Romana. nu. 6. verſ. quæro de quibuſdam. de appell. in 6.* & adducit nonnulla Dec. *in rubr. de appell. ſub num. vndecimo*, quæ mihi non probantur.

11 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat etiam ſi ficte tantum ſit æqualis, vt ex Franc. retuli, & ſequutus ſum *ſup. n. 6. ampl. 1.* & ideo neque à Vicario ad Epiſcopum, neq; e conuerſo admittitur appellatio, *Franch. in c. 66. dilecti. ſub n. 32. verſ. in ea gloſ. de appel.*

12 Amplia. V. vt appellatio interpoſita ad minorem noceat etiam ſi ſit interpoſita ignoranter, *l. 1. §. ſi qui in appellatione ff. de appel. & relat. Guid. de Suzar tract. de ord. iud. n. 119. to. 3 par. 1. fol. 38. Io. Ferrar. tract. de appell. lib. 2. cap 5. num. 139, to. 5. fol. 69, Guid. Pap. eod. tract. de appell. quæſt. 42. ſub n. 35. tom. 5. fol. 59. &* ita intelligas Franch. *in c. 66. dilecti ſub n. 13. verſ. aduerte tamen. & verſ. ſi vero appelletur. de appell.* dum corrupte legitur, *ad maiorem.* quia debet legi, *ad minorem*: quare appellatio eiuſmodi habetur pro non appoſita,ideoque caueat appellans, vt, ſi non ſit lapſum tempus appellandi,denuo appellet, *Bar. in d. §. quis in appellat. n. 7. verſic. quæro dicitur hic.*

13 Subamplia iſtam ampliationem, vt procedat etiam ſi appellatio ſit interpoſita ad æqualẽ, *Guid. Pap. vbi ſupra.*

Contra hanc ampliationem tenent Gemin. *in c. 3. Romana. ſub nu. 8. & Anch. n. 6. de appel. in 6. & Card. Iacab. tract. de concil. libr. decimo art. primo. n. 37. tom. decimo tertio, part. prima, fol. 352.* admittẽs, quod poſſit tolerari appellatio à pare ad parem interpoſita; errore interueniente.

Non recedas à ſubampliatione.

14 Amplia. VI. vt multo minus poſſi appellari ad eundem iudicem, quia tunc ſubſtantia appellationis deficit dupliciter;primo, non appellatur ad ſuperiorem: ſecundo,quia appellaretur ad eum,qui grauauit.

15 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat etiam ſi iudex à quo aſcenderet ad locum iudicis ad quem,vt puta quia Epiſcopus, lata ſententia, & interpoſita appellatione promoueretur in Archiepiſcopum. quia licet tunc videatur alius,& non iudex à quo,tamen ex debito tenetur alteri illam cauſam delegare, & ipſe abſtinere ab illius cognitione, *vt ex Gloſ. & Bart. refert, & ſequitur Franch. in cap. 6. ad hæc column. vltima, quæſtione quarta, ſub numero ſeptimo de appellationibus vide omnino infra quæſt. 8. ſub num. 86. extenſione 1.*

16 Declara eandem ampliationem, vt ſit vera in ſententia diffinitiua: ſecus in interlocutoria, a qua poteſt appellari ad eundem iudicem, *vt dixi infra quæſtione octaua, n. 73. reſtr. 2.*

17 Reſtringe I. eandem illationem, vt appellatio, interpoſita per errorem non ad illum maiorem,ſeu ſuperiorem, ad quem erat appellandum, ſed ad æqualem illi ſuperiori, non ſit inutilis,quia iſte error non nocet, *l. 1. §. ſi quis in appellatione, ff. de appel. Guid. de Suzar. tract. de iudic. n. 119. tom. 3. par. 1. fol. 38. Azo in ſum. C. de appell. nu. 19. ibi quid autem ſi per errorem. Archid. in cap. anteriorum. n. 18. in fin. & n. 192. quæſt. 6. Vide infra quæſt. 7. n. 97.*

18 Reſtringe II. vt non procedat in appellatione, interpoſita ab interloquutoria, quia poteſt interponi ad æqualem,qui habeat eandem iuriſdictionem,vt in appellatione a Vicario ad Epiſcopum dixi *infra q. 8. art. 3. reſtr. 2. n. 73.* Imò poteſt interponi ad eundem iudicemmet, vt declaraui *ead. q. 8. ſub n. 73. 74. & 75*

19 Reſtringe III. vt licet non poſſit appellari ad idem tribunal,quia eſſet appellare ad æqualem,ſeu ad eundem iudicem, *vt dixi infra q. 8. n. 53.* tamen poteſt quandoque recurri ad idem tribunal,vt declaraui *infra d. q. 8. art. 6. n. 131. & 132.*

20 Infero II. à Papa, & Imperatore, ſeu alio non recognoſcente ſuperiorem non poſſe appellari iuxta ea, quæ ſcripſi *infra q. 16. limit. 1. n. 1. & ſeqq. ad eum.*

Declara, vt hæc definitio, & illationem firmatæ habeant locum in appellatione à iudice, procedente iudicialiter,ſeu extraiudicialiter:ſed in appellatione extraiudiciali a parte, ad quem ſit appellandum, vide infra q. 17 *ampl. 12. n. 43. & ſeqq. ad eum.*

ARTICVLVS II.

Ad Secundum articulum; *Quibus oppoſitionibus impugnentur definitio, & illationes illius, & quomodo ſoluantur oppoſitiones?*

Definitio eiuſque illationes à me firmatæ poſſunt pluribus oppoſitionibus impugnari.

Nam, impugnando particulariter definitionem,dico, quod tam appellatio, quæ eſt res definita,quam prouocatio,quæ eſt definiens ſunt nomina æquiuoca, vt de appellationis nomine patet ex his, quæ dixi *q. præced. n. 3.* &

21 de nomine prouocationis ibidem *n. 9.* & tamen illud certum eſt, quod æquiuocatio definitioni præſtat impedimentum, *vt ſcribunt Rip. tract. de peſt. num. 1. & Ariſt. 2. poſter. cap. 15. & ibi interpretes, & dixi ſup. lib. 1. c. 1. n. 2.*

Reſpondeo huic oppoſitioni,quod in caſu noſtro tollitur æquiuocatio ex verbis adiunctis,& poſitis loco differentiæ,& ex ipſa materia ſubiecta.

Oppono etiam contra illationes,& conſequenter contra ipſam deffinitionem, quia in multis caſibus appellatur ad iudices inferiores.

22 Primo enim hic in Vrbe in foro Capitolino habemus

Capi-

Capitaneum appellationum, qui eſt iudex ordinarius, cognoſcens regulariter cauſas appellationum nullitatum, & iniquitatum quarumcumque ſententiarum tam ciuilium, quàm criminalium, & mixtarum latarum in prima inſtantia a Senatore, illiuſque iudicibus, & quibuſcumque officialibus Capitolinis, ſeu arbitris, vel arbitratoribus, vt diſponunt noua ſtatuta, ſeu reformationes Vrbis *l. 1. cap. 166. & 167.* & notaui *l. 1. c. 24. n. 1. & infra q. 8. n. 134. & ſeqq.* hancque cognitionem habet etiamſi ſententia eſſet lata de voto totius Aſſettamenti. Et quod etiam olim a ſententijs Senatoris appellaretur de facto ad Capitaneum appellationum, ſcribit Mandoſ. *tract. de commiſſ. in commiſſ. 17. appellationum in prima inſtantia, in verbo alicui alteri. fol. mihi 102. citans ſtatuta antiqua lib. 1. c. 172. & ſeq.* quem refert etiam, & ſequitur Ruginel. *tract. de appellat. §. 2. c. 2. ſub nu. 23. verſ. a ſententia ſenatoris Romæ.* & quod a Senatore appelletur ad iudicem Capitolinum, qui eſt ordinarius omnium appellationum, notat etiam Greg. Toloſ. *tract. de appell. l. 3. c. 11. num 4. in fine.* & adde quæ ſcripſi *infra q. 16. limit.... num....*

23 Et tamen ſenator eſt ſuperior, & maior Capitaneo appellationum, eſtque in longe maiori dignitate, & iuriſdictione, vt patet ex eiſdem nou. ſtat. Vrb. *lib. 1. c. 3.* vbi agitur de electione Senatoris, & ex *c. 5.* vbi agitur de electione Capitanei, & ex *c. 178. & 179.* vbi Senatori datur iuriſdictio recognoſcendi ſententiam latam à Capitaneo, quod notaui etiam *infra q. 8. n. 139. verſ. à capitaneo.* hancque Senatoris maiorem dignitatem notaui etiam *lib. præcedenti c. 9. n. 793.* imò tanta eſt Senatoris dignitas, vt ab eo appellati non deberet, ſecundùm aliquos, quos citaui *infra q. 16. limit. 4. num. 1.*

24 Secundo Piſis extat conſuetudo, vt a Capitaneo appelletur ad Poteſtatem, qui eſt minor Capitaneo, ſicut aduertit Dec. *in c. referente. verſ. ſecundo reſpondetur, n. 13. de præbend.* & in ciuitate Lucenſi a Prætore appellatur ad Rotam in cauſis appellabilibus, & in ciuitate Senarum a Capitaneo iuſtitiæ ad Rotam, & tamen Prætor. & Capitaneus iuſtitiæ ſunt digniores, & præcedunt Rotam.

Tertio a Rege quandoque appellatur ad Ducem, vt dixi *infra q. 16. limit. 5. num. 9.*

Quarto ab Epiſcopo appellatur ad ſecularem, vt dixi *infra q. 8. n. 90. & ſeq.* & tamen ſecularis eſt inferior Epiſcopo, per ea quæ ſcripſi *d. q. 8. nu. 101.*

Quinto in prouincia Marchiæ a Delegato Papæ appellatur ad Rotam Maceratenſem, & tamen Delegatus Papæ non habet ſupra ſe alium iudicem, quam ipſum Papam delegantem, *Marc. Anton. de Amat. deciſ. 47. per totam.*

25 Sexto in textu *in l. 1. §. ſi quis in appellatione, ff. de appell.* toleratur appellatio, facta a delegato Conſulis ad Præfectum, & tamen Præfectus eſt minor Conſule, & conſequenter minor etiam delegato Conſulis, *Bar. in d. §. ſi quis in appellatione, n. 2.* & quod iudex ad quem poſſit eſſe minor in quibuſdam iudice a quo, ſcribit Mandoſ. *tract. de inhibit. q. 100. nu. 3. tom. 5. fol. 109.*

His non obſtantibus, veræ ſunt illationes, & definitio.

Nam huic oppoſitioni, & adductis in ea vſque ad id, quod adduxi ſexto loco excluſiue, reſpondeo, quod om-
26 nia ſunt vera, ſed non obſtant, † quia illa concluſio, quod conſuetudine introduci non poſſit, vt appelletur ad minorem, vel parem, procedit, niſi conſuetudo, vel ſtatutum diſponeret, quod ille talis iudex in ipſo actu appellationis cenſeatur maior, & ita limitatur illa concluſio. *Frãcb. in rubr. n. 15. verſ. et adde prædictis, et ibid. Dec. n. 8. & ſeqq.*
* *ibi limitatur tamen de appel.* vbi de communi * opinione. Et quod ex conſuetudine appellari a maiori ad minorem quando conſuetudo faceret illum in caſu appellationis maiorem, refert, & ſequitur Rebuff. *tract. de appellat. in præfat. nu. 6. tom. 3. fol. 476.* & quod poſſit de conſuetudine appellari ad æqualem, quando conſuetudo illum æqualem facit maiorem in illo articulo appellationis, ſcribit Gemin. *in c. 3. Romana. ſub nu. 8. verſ. gloſſ. ſuper verbo de iure. de appell. in 6.*

At quando ſtatutum, conſuetudo, ſeu lex defert appellationem ad iudicem minorem, ex neceſſario antecedenti facit illum maiorem in cauſa appellationis, per ea, quæ adducit *Dec. in c. 7. referente. verſ. 2. reſpondetur. n. 12. in fin. & n. 13. de præb. & latius. d. rub. de appel. ſub n. 12. & ſeqq. verſ. vlterius etiam,* vbi tamen ea non ſequitur.

Ratio eſt; quia qui vult conſequens, intelligitur velle omne neceſſarium antecedens ad illud, *vt dixi lib. præced. cap. 9. nu. 763. & 764. in fine.*

27 Et quod vnus iudex poſſit vno reſpectu eſſe maior. & alio reſpectu minor, notat Bar. *in l. 1. §. ſi quis in appellatione, ff. de appel.* quem refert & ſequitur Dec. *in d. cap. referente num. 13.*

Contra iſtam ſolutionem facit illatio, quam deducit Dec. *d. rubr. de appel. ſub n. 12. verſ. vlterius,* dicens, quod attenta iſta ſolutione Gloſſæ, ex qua & alijs formaui primam ampliationem *ſup. n. 6.* infertur, dictam Gl. ſeu ampliationem, ex ea ſumptam, non poſſe verificari, Quia; ſi conſuetudo eo ipſo, quod defert appellationem ad minorem iudicem facit illum maiorẽ, falſo ponitur ampliatio, quod de conſuetudine non poſſit introduci, vt appelletur ad minorem iudicem: nam poterit, ſi facit eo ipſo maiorem, Vnde Dec. *in ead. rubr. de appel. ſub n. 14. ibi. ſed tamen & n. 15. & 16.* tollendo iſtam conſequentiam, & ſaluando dictam Gl. ſeu ampliationem, ſcribit, non eſſe verũ, quod iudex minor fiat maior eo ipſo, quod ad eum de conſuetudine defertur appellatio; quia, inquit, cum non appareat, quod conſuetudo deferat appellationem cum hac intentione faciendi eum maiorem, præſumendum eſt, quod ſit conſuetudo erronea, credens, quod is ſit maior; ſecus (inquit) eſt, ſi appareat de intentione conſuetudinis.

Hanc ſolutionem, & ſaluationem Decij impugnat Nerut. Gemin. *in eadem rubr. de appell.* prout in eadem rubr. ad Dec. notat Aldob. *in verbo ſaluando.*

28 Solue tu melius illud contrarium, & dic, quod ampliatio, quam poſui *ſupra nu. 6.* debet intelligi, vt loquatur de conſuetudine, quæ vellet deferre appellationem minori, vt minori, non faciendo eum aliter maiorem; hæcque intelligentia eo ſuſtinetur fundamento, quod nimirum ſunt præſupponendi termini habiles; ita quod prudentum dicta reprehenſionem non mereantur, vt, loquendo de legiſlatore, & de interpretatione ſtatuti, ſcribit Bal. *conſil. mihi 87. per ſtatutum lib. 4.* & de decretis iudicum Crauet. *conſ. 3 iudex num. 12.* & apertius *conſ. 5. tria ſunt, num. 14.*

Difficultas poſſet remanere; an conſuetudo, deferens appellationem alicui minori, præſumatur eam deferre ignoranter, ſicque non teneret, tanquam erronea, vel præſumatur deferre ſcienter, volens facere illum maiorem, ſicque remanet valida.

Reſp. quod præſumitur deferre hoc vltimo modo, videlicet, ſcienter; & moueor pluribus rationibus.

Prima, quia difficile eſt præſumere ignorantiam in conſuetudine, quæ habet tacitum conſenſum totius populi, & verſatur circa factum præſens, & quilibet appellans tenetur indagare iudicem maiorem, ad quem debeat appellare, quæ omnia operantur, vt limitetur regula, ſumpta ex *c. præſumitur ignorantia, de reg. iur. in 6.* & ex alijs, congeſtis per Maſcar. *tractat. de probat. concluſ. 879. ignorantia. in princ. lib. 2.*

29 Secunda ratio eſt, quia in dubio debet fieri interpretatio pro validitate actus, *ad congeſta per Rolan. a Vall. conſ. 8. in præſenti, n. 22. & ſeqq. lib. 1. & q. ſeq. n. 4.* & ſic debemus interpretari, vt deferat ſcienter.

Tertia ratio eſt, quia valet argumentum a ſtatuto ad conſuetudinẽ: ambulant enim pari paſſu. *Remig. de Gonny.*

tract. de charit. ſubſid. q. 61. in fine n. 64. tom. 15. par. 2. fol. 85. Sed quando ex diſpoſitione ſtatuti à maiori appellatur ad minorem, vt in ſtatuto Capitolino à nobis relato *ſupra num* 22. tunc non diſputatur de ignorantia, vel ſcientia ſtatuentium, ſeu ſtatuti: ergo idem dicendum eſt in conſuetudine.

Infero ex his rationibus, veram non indiſtincte videri reſtrictionem, quam dat Marcheſ. *tract. de commiſ. p. 2. de commiſ. appel. c.* 1. *ſub n. 25. fol.* 8. dicens quod illa conſuetudo deferendi appellationes a Gubernatoribus ad iudices pedaneos, *vt retuli ſupra n.* 6. non eſt obſeruanda, niſi id eſſet conceſſum ex priuilegio a Sede Apoſtolica: nam hæc reſtrictio procedit præſuppoſito, quod illa conſuetudo, ſeu præſcriptio ſit inducta ſine ſcientia Principis, contra quem inducitur illa conſuetudo; & conſequenter tūc illa conſuetudo non tenet ex defectu ſcientiæ eius, contra quem inducitur: at nos præſupponimus conſuetudinem ex omnibus ſuis numeris abſolutam, quia alias non dicitur conſuetudo.

30 Ad ſextam oppoſitionem de *l. 1. §. ſi quis in appellatione. ff. de app. & rel.* reſp. verum eſſe, quod Conſul eſt maior Præfecto quantum ad dignitatem, ſed non quantum ad adminiſtrationem, ſicuti in ſimili dicimus, quod Epiſcopi habent æqualem dignitatem cum Cardinalibus, ſed non habent æqualem adminiſtrationem, quia Cardinales ſunt de Conſiſtorio Papæ, &c. *Bar. in d. §. ſi quis in appellatione, n.* 3. & ideo ſunt digniores, *Staph. de grat. expect. verſ. videndum eſt nunc de ſexta parte principali, num. 29. fol.* 289.

Et quis dicitur maior, ſeu etiam ſuperior reſpectu adminiſtrationis, *vt ſcribit Rebuff. tract. de appel. in princ. n. 7. tom. 3. fol.* 476.

Retenta ergo definitione appellationis,

31 Declara pro maiori eius cognitione, appellationem non eſſe actionem, non officium iudicis, neque exceptionem, ſed ius quoddam ab his ſeparatum, vt oſtendit Bar. *in l. 1. n. 4. verſ. iuxta prædicta, ff. de appell. & relat.* quem refert, & ſequitur Papien. *in pract. in form. appel. a ſent. diffin. in gl. fuiſſe & eſſe nullam num. 6. fol.* 409. & tuetur Card. Alex. *in rubr. ſub num. 26. verſ. ſed operæ pretium. de appel.*

ARTICVLVS III.

Ad Tertium articulum. *Quotuplex ſit appellatio, & quæ ſint earum differentiæ?*

32 Reſp. quod Bar. *in l. 1. ſub n. 4. verſ. ſecundo quæro ff. de appell. & relat.* diuidit eam in tres ſpecies: quædam, inquit, eſt appellatio a diffinitiua: quædam eſt ab interlocutoria: & quædā eſt appellatio ab alijs actibus extraiudicialibus: Sed tu dic, appellationem poſſe diuidi in duas ſpecies principales: Alia enim dicitur appellatio iudicialis: Alia extraiudicialis, vt diuidunt Franc. *in rubr. ſub n. 1. de appell. in 6. Io. Ferrar. tract. de appellat. cap. 3. n. 16. tom. 5. fol. 64. Greg. Toloſ. tract. de appell. lib. 1. cap. 1. n. 1. fol.* 84. & ita ſentit aperte Speculat. *de appel. §. ante omnia, & §. reſtat videre, lib. 4. fol. 71. &* 72. in quibus agit de vtraque ſpecie; & ab hac diuiſione nemo diſcedit.

De formula vtriuſque appellationis vide Spec. vbi ſupra.

Rurſus vtraq; ſpecies ſubdiuiditur in plures alias ſpecies: Alia enim dicitur appellatio legitima: Alia dicitur appellatio friuola, ſeu manifeſte friuola, fruſtratoria, ſeu calumnioſa, prout hanc diuiſionem facit etiam Greg. Tol. *tract. de appel. lib. 1. c. 13. n. 1. fol.* 95. Rurſus appellatio iudicilis diuiditur in alias duas ſpecies: alia enim dicitur appellatio a ſententia diffinitiua: alia dicitur ab interlocutoria. *Franch. in d. rub. ſub n. 1. de appel. in* 6. & iſta vel ab interloquutoria ante conteſtationem litis, vel poſt conteſtationem litis, & quandoque etiam poſt ſentētiam diffinitiuam. Vel ſecundum Card. Alex. *in rubr. n. 12. in fin. & n. 13. verſ. & illa, & n. 14. de appell.* eſt quadruplex: Anteiudicialis, quæ interponitur ante litis conteſtationem. Intraiudicialis, quæ interponitur inter litis conteſtationem, & ſententiam diffinitiuam. Iudicialis, quæ interponitur à ſententia diffinitiua: Poſtiudicialis, quæ interponitur poſt executionem, puta ab exceſſu executionis. Rurſus alia quæ inducit effectum deuolutiuum ſolum, alia, quæ inducit & deuolutiuum, & ſuſpenſiuum.

Vt ſingulas has ſpecies cognoſcamus, debemus cognoſcere earum differentias, & effectus; Videamus igitur in primis differentias inter appellationem iudicialem, & appellationem extraiudicialem, quas differentias collegerunt ordinate Abb. *in c. 51. bonæ memoriæ. not. vlt. nu. 7. & ſeqq. Card. Alex. n. 54. in 3. q. princ. & Dec. not. vlt. n. 17. n. 20. & ſeqq. de appell. & Gregor. Toloſ. tract. de appel. lib. 1. c. 11. n. 3. & ſeqq. fol.* 86.

33 Prima ergo differentia eſt, & quod appellatio iudicialis dicitur propriè appellatio, *vt ſcribunt Io. Ferra. d. c. 3. num. 16. in fin. & Contar. in l. vnica. limit. 25. num 2. in fin. ibi, ſecundo quia. C. de moment. poſſ.* & quod ſit propriè appellatio, ideoque in materia pęnali, odioſa, ſeu aliter ſtricta ſub nomine appellationis non comprehendatur, niſi appellatio iudicialis, ſcribunt Abb. Dec. Corn. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *quæſt. præced. n. 8. verſ. comprobatur.*

At appellatio extraiudicialis non eſt propriè appellatio, *teſtibus Innoc. Dec. Gomeſ. & Berder. quos retuli, & ſequutus ſum dict. quæſt. præced. num.* 5. & ita tenent omnes; vnde hæc appellatio dicitur prouocatio, *Innoc. in c. 5. cum ſit Romana. n. 1. & Abb. n. 21. in fin. rurſus Abb. in c. 51. bona memoria. n. 5. & 8. & Dec. n. 20. in 2. differentia. de appell. & Contar. d. limit. 25. n.* 3.

34 Secunda differentia eſt, † quod appellatio iudicialis dicitur in iudicio, ſeu interponitur ab actu iudiciario, *Abb. & Dec. vbi ſupra*, quia appellatio propriè ſumpto vocabulo, interponitur, in iudicio, cum appellatio non fiat, niſi cauſſa iam cæpta, *Innoc. in d. c. 5. cum ſit Romanæ. n. 1. Abb. ſub n. 21. verſ. app. & videtur. de appell.* & ideo tunc dicitur appellatio iudicialis, ſeu in iudicio, quando præceſſit citatio, alias appellatio ante citationem non dicitur iudicialis, *Domin. de San. Gemin. in cap. 1. n. 4. verſ. quæro quando, & Franch. n. 1. in fin. de appel. in* 6.

Sed appellatio extraiudicialis, ſeu prouocatio fit extraiudicium, & in cauſſa non cæpta; vnde dicitur prouocatio ad cauſſam incipiendam, *Innoc. in d. cap. 5. cum ſit Romana. ſub n. 1. & Abb. n. 21. in fin. & Io. Ferr. tract. de appel. cap. 3. n. 17. tom. 5. fol.* 64. & quod appellatio extraiudicialis fiat, non adhuc introducta cauſſa in iudicium, & ſit veluti præuia ad litem inchoandam, ideoque habeat vim citationis, ſcribit Greg. Toloſ. *tract. de appel. lib. 1. c. 11. ſub n. 3. verſ. prima differentia. fol.* 86. & quod appellatio, quæ interponitur ab actu geſto per iudicem ante citationem, non dicatur iudicialis, ſcribit Gemin. *d. cap. 1. n. 5. verſ. nota incidenter. de appel. in* 6.

35 Tertia differentia eſt, † quod omnia geſta, pendente Appellatione iudiciali, reuocantur per viam attentati, vt retuli, & ſequutus ſum *infra quæſt. ſeq. n. 48. & ſeqq.*

Secus eſt in appellatione extraiudiciali, quia regula eſt, quod geſta appellatione extraiudiciali pendente, valent, & non ſunt nulla aut attentata, *Abb. in c. 51. bonæ memoria. ſub n. 10. & Dec. n. 34. & 35. vterque in 12. differentia. & Franch. n. 29. & ſeqq. de appel.* qui tamen procedit per multas concluſiones, & declarationes, ſicut facit etiam Lancell. *tract. de attent. part. 2. c. 12. de attent. et innou. appel. pend. limit. 3. princ. n. 3. et ſeqq. tom. 5. fol.* 362. ad quos, late examinantes hanc regulam, te remitto.

36 Reſtringe tamen † hanc differentiam, dum dixi, nō reuocarī ea, quę ſunt geſta, pendente appellatione extraiudicia-

Digitized by Google

diciali; vt non procedat, quando illud geſtum eſt contra ipſam appellationem, quia illud venit reuocandum; cetera autem alia, quæ fierent, non reuocantur, quantumuis appellatio iuſtiſſima eſſet, *Franch. in c. 1. ſub n. 4. verſ. vlt. tene menti de appel.* hancque differentiam vt ſupra reſtrictiuè notat etiam Contar. *in l. vnica limit. 25. n. 15. verſus finem C. ſi de momen. poſſ.*

37 Ratio huius differentiæ; † quare in appellatione iudiciali reuocentur omnia per viam attentati, ſiue ſint contra ipſam appellationem, ſiue non; & in appellatione extraiudiciali reuocentur ſolum ea, quæ ſunt facta contra ipſam appellationem, eſt, quia appellatio iudicialis etiam in vno articulo ſuſpendit iuriſdictionem iudicis in totum, & quoad totam cauſſam, & ex quo iuriſdictio eſt ſuſpenſa in totum, ideo eſt, quod attentata reuocantur; ſecus in appellatione extraiudiciali, cum ibi non ſit ſuſpenſa iuriſdictio, ex quo extraiudicialiter proceditur, propter hoc eſt, quod non reuocatur, niſi id ſolum, quod eſſet factum in grauamen appellationis, & ſic contra appellationem, teſte Innoc. quem refert, & ſequitur Franch. *ſub d. num. 4. & in cap. 51. bonæ memoriæ n. 29. verſ. decimo tertio dubitatur, & n. 31. de appel,* & adde quæ ſcripſi *infr. q. 17. limit. 47. membr. 2. n. 1. & ſeqq.*

Contra iſtam differentiam, & eius rationem, confutando propterea Abbatem, & Franch. qui eam adducunt, ſcribit. Dec. *in d. c. bonæ memoriæ, n. 34. in fin. ibi, prædictis non obſtantibus, & num. 35. & 36.* vbi ſuſtinendo opinionem Antonij de Butr. ſcribit, quod etiam in iudicialibus ſuſpenditur illud tantum, quod eſt contra appellationem quia, inquit, ratio, quæ conſideratur in appellatione extradiciali, videtur procedere etiam in iudiciali, quia appelatio, quæ pendet in vna cauſſa, non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo in alia cauſſa contra ipſum appellantem. Ergo, inquit, idem dicendum eſt, quando articulus appellationis eſt ſeparatus à cauſſa principali.

38 Quarta differentia eſt, † quod appellatio iudicialis non fit niſi à iudice, *Abb. in c. 5. cum ſit Romana ſub n. 21. verſ. opp. & videtur de appel.*

At appellatio extraiudicialis fit dupliciter: aliquando enim non appellatur à iudice, ſed à patre extra iudicium aliquando à iudice, ſed extraiudicialiter procedente, *Franch. in cap. 51. bonæ memoriæ ſub num. 16. col. 5. verſ. in gl. in fin. de appel. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. prin. in verb. & quandoque appellatur, nu. 278. in fin fol. 501. Lancel. tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. & in non. appel. pend. limit. 3. princip. n. 2. tomo 3. fol. 362. & Rugínel. tract. appel. §. 2. cap. 3. n. 14. verſ. interponitur.*

39 Hæcque appellatio extraiudicialis, † interpoſita à grauamine illato à parte, habet vim citationis, *vt retuli, & ſequutus ſum infra q. 17. ampl. 15. num. 43. & ſeq.* & habet vim conuentionis, *vt retuli, & ſequutus ſum infra ſub numer. 46*

40 Quinta differentia eſt, † quod in appellatione iudiciali neceſſario peti debent Apoſtoli, *Anib. d. cap. 51. bonæ memoriæ ſub num. 8. differen. 4.* & in appellatione iudiciali intelligas *cap. ab eo de appellat. in 6. Rot. Spec. Caſſad.* & commun. concluſionem, quam poſui *infra q. 13. n. 24. art. 3.*

At in appellatione extraiudiciali quando apoſtoli ſint petendi, & quando non, dixi *infra d. q. 13. n. 31. & 32 extenſ. 4. & 5.*

41 Sexta differentia eſt, † quod in appellatione iudiciali requiritur, quod præceſſerit grauamen ex cauſa vera, & legitima, *Abb. in cap. 51. bonæ memoriæ ſub num. 7. in prima differentia Franch. ſub num. 17. col. 5. verſ. quarto quia, & Dec. ſub num. 17. not. vltim. de appell. Felyn. in cap. 1. ſub num. 3. conſideratione 2. eod. tit. de appell. & Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 1. c. 11. n. 8. differ. 6.*

Secus eſt in appellatione extraiudiciali, quia ſufficit, quod cauſſa ſit veriſimilis, & probabilis, *Abb. Franch. Dec. Felin. & Greg. Tholoſ. in loco ſupra proxime citatis, & idem Franch. in eod. cap. 51. bonæ memoriæ ſub n. 17. ver. ſed conclude, ibi, vnde poteſt appellari ne aliquis.*

Ratio differentiæ eſt, quia appellatio iudicialis interponitur à grauamine de præterito, ſecundum eos, quos citaui in ſeq. differentia: ſed appellatio extraiudicialis interponitur à grauamine futuro, & ideo ſufficit, quod appellatio fundetur in cauſſa, quæ tempore appelationis ſit veriſimilis, *Felyn. vbi ſupra* vt puta; veriſimiliter timui grauari in poſſeſſione alicuius rei, licet adhuc non ſim grauatus; nihilominus poſſum extra iudicium appellare, *Abb. d. n. 7. in fin.* vel ſi quis audiuit, factum fuiſſe ſermonem de actu faciendo in eius damnum; ſufficit quod appellet ex cauſſa veriſimili, & probabili, *Felin. vbi ſupra.*

Rationem aliam recenſet, & impugnat Dec. *in d. c. bonæ memoriæ ſub n. 17.*

42 Declara, † differentiam eſſe inter probationem cauſſæ appellationis iudicialis, & probationem cauſſæ appellationis extraiudicialis quia in appellatione iudiciali ſola oblatio probationis iuſtificat appellationem, licet non probetur veritas grauaminis, *Abb. in cap. 51. bonæ memoriæ numer. 8. differ. 4. Franch. num. 41. concl. 8. Card. Alexand. ſub num. 54. differ. 6. de appell. & Felyn. in cap. 1. ſub n. 2. verſus finem ibi, ſed quando appellatur à iudice, eod. tit. de appell.*

Secus eſt in appellatione extraiudiciali, quia ſola oblatio non ſufficit, ſed debet cauſſa, in ea expreſſa, vere probari, *Abb. Franch. & Card. Alexand. in locis ſupra proximè citatis, & latius Felin. d. cap. 1. num 2. verſ. dum dicit de appellat.*

43 Septima differentia eſt, † quod appellatio iudicialis non interponitur à grauamine futuro, *per ea, quæ ſcripſi infra q. 5. art. 1. ampl. 1. n. 101.* ſed interponitur à grauamine præterito, *Abb. in cap. 51. bonæ memoriæ ſub num. 10. differ. 9. Franch. ſub num. 16. verſ. primo in forma de appell. Natt. conſ. 606. approbo in fin. n. 14.* vel à grauamine præſenti, *ſecundum Franch. d. c. bonæ memoriæ, n. 17. verſ. ſed conclude ſic ibi, ſolum in hoc eſt,* dum ſcribit, quod in appellatione iudiciali requiritur, quod exprimatur grauamen de præſenti.

Extraiudicialis vero appellatio interponitur ratione cauſſæ de futuro, quia tunc timet grauari; *Abb. Franch. & Natt. in locis ſupra proxime citatis, & Contar. in l. vnica, limit. 25. ſub num. 2. C. ſi de moment. poſſeſ.* & quod in extraiudicialibus poſſit appellari à futuro grauamine, ſcribit idem Franch. *in cap. 18. conſuluit il 2. ſub numer. 4. verſ. quid autem ſit & in c. 63. dilecto not. 3. verſ. de quo tamen de appell.*

Octaua differentia patet ex iſta præcedenti declaratione.

44 Nona differentia eſt, † quod ad appellandum iudicialiter admittitur etiam excommunicatus, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q. 5. n. 6. verſ. declara.*

Sed non admittitur ad appellandum extraiudicialiter, teſtibus iiſdem, quos citaui, & ſequutus ſum *d. quæſt. 5. n. 6. & ſeq.*

45 Decima differentia eſt, † quod appellatio iudicialis eſt licita tam de iure canonico, quam de iure ciuili, & hoc tranſit ſine controuerſia.

Sed appellatio extraiudicialis, an ſit licita etiam de iure ciuili, non tranſit ſine controuerſia, quamuis teneamus etiam de iure ciuili eſſe licitam, vide *infra q. 17. ampl. 10. n. 36. & ſeqq.*

46 Vndecima differentia, † quam apud alios qui collegerunt differentias, non inueni, eſt, quod appellatio iudicialis ſemper interponitur ad ſuperiorem tribunalis, à quo appellatur, vt retuli, & ſequutus ſum *q. præced. n. 3.*

At appellatio extraiudicialis interponitur etiam ipſa ad ſu-

ad ſuperiorem iudicis, quando appellatur à iudice extraiudicialiter procedente, per ea, quæ ſcripſi de definitione appellationis, *d.q.præced.n.*1. Sed ſi appellatur à parte: tunc, quia eiuſmodi appellatio aſſumit naturam conuentionis, *vt ex Abb. & Gail. retuli, & ſequutus ſum infra q.7. lim.15. verſ. reſtringe, n.108. & n.52. extenſ.1.* & habet vim citationis, vt retuli, & ſequutus ſum *infra qu.17. ampl.15. verſ. declar. n.44.* ideo aduertendum eſt, quod iſto caſu, quando appellatur à parte, debet interponi non ad ſuperiorem alicuius iudicis, quia nullus iudex proceſſit, ſed interponitur ad iudicem ordinarium appellati, ſi appellans petit ſibi iuſtitiam fieri de appellato; nam actor ſequitur forum rei: ſecus eſt ſi appellans prouocat, ne turbetur in iure ſuo, quia tunc in veritate eſt reus, conſiderata origine, & re ipſa; & ideo prouocatur ad iudicem ipſius prouocantis, vt ſcribit Abb. quem retuli, & ſequutus ſum *infra d.q.7.n.108.* vbi videas.

Reliquas differentias, ſi quæ ſuperſunt, videbis apud citatos, & quas conuenientias habeant appellatio iudicialis, & appellatio extraiudicialis, colligunt Franch. *in c.51. bonæ memoriæ, n.16. & ſeqq. per totum verſ. in gloſſ. in fin. & Card. Alex. verſus finem, n.55. in 4.q. princ. de appell.*

Appellatio extraiudicialis in quibus caſibus admittatur vide declarationem quam poſui *infr. q.17. ampl.10 n.39.* vbi citaui, qui eos ponunt.

Videamus nunc, quæ dicatur appellatio legitima, & quæ friuola, & aliæ, de quibus ſupra.

47 Appellatio legitima dicitur illa, † quæ interponitur ex tali cauſſa, quæ, ſi eſſet probata, reputaretur cauſa legitima, *Contar. in l. vnica, q 4.n.14.C. ſi de momen. poſſ.*

48 Appellatio friuola dicitur illa, † quæ eſt vana, & inanis, *ſecundum Gemin. in c.5. cum appellationibus, n.5. verſ. quæro quid importet, & Franch. n.1. de appell. in 6.* ſeu appellatio friuola dicitur illa, in qua nulla exprimitur cauſſa, vel exprimitur minus legitima, cum appellatur ab interlocutoria; ſeu eſt reprobata, aut falſa, *Corn. conſ.193. pro deciſione primi dubij, in fin. n.17. lib.* 2. In appellatione enim ab interlocutoria debet exprimi talis cauſſa, quæ, ſi foret probata, reputaretur legitima, alias appellatio non tenet, *Franch. in c.59. vt debitus, ſub n.1. verſ. ſecundo tene menti de appel.* Seu appellatio friuola, fruſtatoria, ſeu temeraria, quæ ſignificat appellationem vanam, inanem, & ſine iuſta cauſſa interpoſitam, dicitur illa, quæ interponitur ſine legitima cauſſa, vt quando quis non grauatus appellat, *Maran. in ſuo ſpec. p.6. act.2. princ. in verb. & quandoq; appellatur, n.347. verſ. quæ autem dicatur, fol.* 509. Seu quando nõ inſeritur cauſa rationabilis, *Contar. in l. vnica q.1.n.37.C. ſi de momen. poſſ.* vel nullã habet cauſſam expreſſam, vel non legitimam, vel ſi legitimã, tamen manifeſtè falſam, ſeu calumnioſam, *Contar. ead. q.1 n.39. & dixi ſupra lib.1. c.97.n.85. verſ. verum circa hanc.* Verbum enim friuolum importat caducum, vel inutile, *Gemin. d.c. cum appellationib. n.5.*

49 Quando appellatio † dicatur ſine cauſa, & ſine grauamine relinquitur arbitrio iudicis, *vt ex Pegn. Menoch. & Moder.* retuli, & ſequutus ſum *d.c.97. ſub num.85.* & conſequenter arbitrio iudicis relinquitur, quæ appellationes dicantur friuolæ, *vt ex Contar. retuli & ſequutus ſum infra q.17. limit.6. memb.7. reſtr.11. princ. n.103. in fine.*

50 Iudex † non debet appellationem arbitrari friuolam, niſi eam, quæ notoriè apparet inutilis, & calumnioſa: Illa enim appellatio dicitur friuola, quæ eſt manifeſtè friuola, ſed remanet diſputandum, an ſit friuola, non dicetur friuola, argumento eorum, quam ſcribit Alb. de Roſ. *in l. 41 tutor. n.2. ff. de vſur. &c.* dicens, appellationem friuolam, & fruſtatoriam eſſe, quando hoc eſt in euidenti, puta, inquit, aliquis appellauit contra electum, dicens eum monoculum, & apparet contrarium, ſcilicet, quod habet duos oculos: item ſi quis appellaret, ne quis prouidus, literatus, vel honeſtus eligatur, talis, inquit, appellatio expreſſe reprobatur à iure: item dicitur friuola, quando appellat poſt lapſos decem dies, & vide quæ ſcripſi *d.c.97. ſub n.85.* vbi poſui nonnulla alia exempla appellationis manifeſtè friuolæ.

Appellatio calumnioſa dicitur, non ſolum illa, quæ in eius interpoſitione apparet talis, ſed etiam illa, quæ talis detegitur in fine cauſſæ.

51 Hæ appellationes, † legitima, friuola, & calumnioſa habent aliquas differentias.

Prima differentia eſt, quod appellatio legitima admittitur, & habet effectus, de quibus ſcripſi *q. ſeq.*

At appellationi friuolæ iuſtitia non defert, nec iudex debet deferre, vide *infra q.17. limit.36. princ.*

Et hoc procedit etiam ſi appellatio friuola interponeretur a diffinitiua, quare licet expreſſio cauſſæ in appellatione à diffinitiua non ſit neceſſaria, per ea quæ retuli, & ſequutus ſum *infra q.4.n.25.* tamen, ſi in appellatione exprimatur cauſſa friuola, appellatio vitiatur, vtpote, ſi dicat *appello*, quia cœlum digito non tango, *Gemin. in cap.1. §. his, quæ in fin. & Franch. in §. poſt hæc in fin. n.10. de appel. in 6. & Contar. in l. vnica, q.1.n.13. & ſeq. C. ſi de moment. poſſ.* & ſic illa concluſio, quod ineptitudo libelli non vitiat in caſu, quod libellus non eſt neceſſarius, *iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſup. lib.1.c.50. ſub n.15. &* 16. non applicatur cauſſæ friuolæ, expreſſæ in appellatione.

Imo iudex, admittens appellationem friuolam, peccat, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.17. limit.4.n.3. & lim.36.*

Amplius poteſt iudex à quo friuolè appellantem excommunicare, tanquam contumacem, *Abb. Franch. Card. Alex. & Dec. in cap.54. ſollicitudinem, not.1. n.1. de appell.*

52 Secunda differentia eſt, † quod appellatio, quæ eſt legitima, & talis apparet etiam in fine cauſſæ, dum iuſtificatur cauſſa grauaminis, operatur, vt iudex ad quem debeat reuocare ſententiam iudicis à quo.

At appellatio, quæ in fine apparet fuiſſe calumnioſam, operatur, vt appellans debeat condemnari in expenſis, & puniri etiam pœna pecuniaria in cauſſa ciuili, ſed in cauſſa criminali perdit litem, & notatur infamia, *vt ſcribit Franch. in cap.59. vt debitus, ſub n.43. verſu. finem, verſ. in gl. in ver. in expenſis, de appel.* & quod ſuccumbens in articulo appellationis debeat condemnari in expenſis illius articuli, patet *in d.c. vt debitus, et ibi Franch. ſub n.45. verſ. in gl. pen.* & quod appellans fruſtatorie remittitur ad iudicem à quo, & condemnetur in expenſis, notat Gemin. *in c.1. §. quod ſi appellator, n.1. de appell. in 6.*

Sed quicquid ſit de iure ciuili, de iure canonico calumnioſè, vel temere appellans punitur ſolum condemnatione expenſarum, vt refert, & ſequitur Franch. *d.n.43. in fin.* & ita videmus ſeruari de conſuetudine.

Et an debeat condemnari in expenſis, ſi opinio alicuius doctoris faceret pro ipſo appellante, vide eundem Franch. *d.c. vt debitus, n.44. verſ. ſecundo aduerte.* Sed nos in Rom. curia videmus indiſtinctè condẽnari in expenſis.

De appellatione à diffinitiua, de appellatione ab interloquutoria, & de earum differentia videbis infra in diuerſis locis, videlicet *q.4.n.9.n.25. & ſeqq. & qu.17. limit. 47.* & ſparſim in pluribus locis.

QVÆSTIO III.

ARGVMENTVM.

De fine, & effectibus appellationis.

SVMMARIA.

Appellatio ad quid fuerit inſtituta, num.1.

Appellationis remedio litigantes, & iudices quandoque abutuntur, num.2.

Effectus

Digitized by Google

Effectus I. appellationis eſt, vt commiſſio appellationis non poſſit impetrari, niſi præceſſerit appellatio, n.3. — In dubio tamen præſumitur præceſſiſſe, n.4.

Commiſſia appellationis tenet etiam ſi non fuerit appellatum, dummodo in commiſſione adſit clauſula (quam, & quas) n.5. & ſeqq. — Vel cauſſa ſit commiſſa cum toto negotia, num.8. — Et tanto magis, quando in ea adeſſet vtraque clauſula (quam, & quas) & (cum toto negotio principali) n.9.

Proceſſus cauſſæ appellationis, commiſſæ non interpoſita appellatione, debet præſuppoſita commiſſione cum clauſula (quam, & quas) habere terminos ſubſtantiales primæ inſtantia, n.10.

Iudex ordinarius appellationis non poteſt inhibere, niſi prius ſibi conſtiterit de legitima appellatione, n.11. — Hoc non ſeruatur in Tribunali Auditoris Cameræ, n.12.

Clauſula (quam, & quas) operatur, vt iudex appellationis poſſit, omiſſo articulo appellationis, aggredi negocium principale, n.6. — Et appellans poſſit proſequi litem connexam cum prima, licet cauſſa appellationis ſit deſerta, n.7.

Clauſula (quam, & quas) non mutat iudicium cœptum, ſeu viam electam, n.10. verſ. confirmatur.

Effectus II. Appellatio deuoluit cauſſam, & iuriſdictionem, num.13.

¶ Extenditur I. iſte effectus, vt deuoluat etiam acceſſoria. n.14.

Extenditur II. etiam ſi appellatio ſit interpoſita a ſententia nulla num.15. — Declaratur iſte effectus, dummodo appellatia ſit ex iuſta cauſſa, & legitime interpoſita ſub eod. n.15. verſ. declara.

Effectus III. Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo &c. n.16.

¶ Ampliatur I. vt habeat locum etiam in termino ad appellandum n.17.

Ampliatur II. vt ſuſpendat effectum ſententię, trahentes ſecum executionem n.18.

Ampliatur III. vt ſuſpendat, ſiue iudex à quo admittat appellationem, ſiue non n.19.

¶ Limitatur I. vt non procedat in his, quæ tendunt in facilliorem exitum, & fauorem appellationis, vnde iudex à quo poteſt, pendente appellatian: facere multa n.20.

Primo poteſt decernere, an ſit, vel non ſit deferendum appellationi n.21.

Secundo poteſt reſpondere de apoſtolis, n.22.

Tertio poteſt diuerſos terminos præfigere n.23.

Quarto poteſt reuocare grauamen attentatiuum, n.24. — Vnde mala eſt formula ſententiæ, in qua iudex decernit, et relaxat mandatum n.25.

Quinto poteſt examinare teſtes ad perpetuam memoriā n.26.

Sexto poteſt deuenire ad capturam propter fugæ periculū n.27

Septimo poteſt deuenire ad ſequeſtrum, ſi adſit ſuſpitio dilapidationis, num.28. — Et poſſunt ſequeſtrari etiam res immobiles, num.29. — Poteſt fieri ſequeſtrum ob ſolum timorem dilapidationis, num.30. — Ad fructuum deſcriptionem poſt latam ſententiam poteſt deueniri, etiam nan exiſtente ſuſpitione dilapidationis, num.31. — A quo iudice debeat deueniri ſequeſtrum n.32.

Octauo poteſt inhibere, ne poſſeſſor moleſtetur, nu.33. — Iſta omnia prædicta procedunt etiam ſi iudex ad quem inhibuiſſet iudici à quo num.34. — Item procedunt etiam in iudice de legato num.35. — Et poteſt inhibere innouationem, etiam ſi ipſe appellationi detuliſſet num. 36. — Poteſt prohibere, & procedere contra tertium innouantem, n.37. — Hoc non habeat locum in iudice de legato n.38.

Nono poteſt abſoluere excommunicatum, nu. 39. — Procedit hoc non ſolum quando excommunicatus ſtaret in articulo mortis, num.40. — Sed etiamſi non ſtaret in articulo mortis, num.41. — Poteſt abſoluere etiam ſi detuliſſet appellationi num.42. — Hoc habet locum in ordinario, non in delegato. num.43. — Quando excommunicatus dicatur renunciare appellationi, petendo abſolutionem, n.44.

Decimo poteſt facere multa alia, de quibus remiſſiuè, num.45.

Limitatur II. vt non procedat quoad cauſſam ſeparatam, nu.46

Limitatur III. vt aliter ſuſpendat in diffinitiua, & aliter in interloquutoria, nu.47

Effectus IV. Appellatione pendēte nihil eſt inouandum. nu 48.

¶ Ampliatur I. in appellatione iudiciali etiam ſi non innouaretur contra appellationem. nu.49

Ampliatur II. etiam pendente termino ad appellandum. num.50. — Subampliatur, vt quandoque plus impediat terminus quam ipſa appellatio. nu.51. — Reſtringitur eadem ſecunda appellatia vt non procedat quando terminus labitur, appellatione non interpoſita. num.52

¶ Limitatur I. idem effectus, vt non procedat in appellatione extraiudiciali, nu.53.

Limitatur II. vt non habeat locum quoad taxationem expenſarum, num.54. — Contrarium, non enim poteſt taxare num.56. — Etiam ſi iudex in ſententia reſeruaſſet ſibi taxationem expenſarum, eodem numero 56. — Pręcipue quando iudex ad quem inhibuiſſet, numera 57. — Caſus tamen, in quibus poteſt taxare, ſunt iſti. Primus ſi procedatur de rigore iuris numera 58. — Secundus quando taxatio fieret in continenti numero 59. — Tertius in expenſis regeſtis, numero 60. — Quartus in expenſis cauſę attentatorum, n.61.

Limitatur III. vt non procedat in tertio, n.62. — Reſtringitur primo hæc tertia limitatio, ut non procedat in tertio, habente cauſſam à patre appellata, vel, &c. numero 63. — Reſtringitur ſecundo in tertio ſuccedente in re attentata, &c. n. 64.

Limitatur IV. in ſententia cenſura Eccleſiaſtica, quia, &c. nu.65. — Sublimitatur primo hæc quarta limitatia, vt procedat quando appellatio eſt interpoſita poſt ſententiam cenſuræ; ſecus, &c. n.66. — Sublimitatur ſecunda, vt procedat in ſententia interdicti in ſpiritualibus, & diuinis officys, ſecus, &c. num.67. — Ampliatur hęc ſecunda ſubiimitatio, vt habeat locum etiam in ſuſpenſione, vel interdicto à beneficio, &c. num.68.

Limitatur V. vt non procedat in caſibus, in quibus iura prohibent appellationem, n.69.

Declaratur primo idem quartus effectus, vt non dicatur attentare, ſeu innouare, qui continuat, nu.70. — Ampliatur hæc declaratio etiam in appellatione extraiudiciali, n.71. — Infertur prima ex eadem declaratione, quod Epiſcopus, qui appellauit à ſententia depoſitionis, poteſt, pendente appellatiane, libere ſuum officium exercere, nu.72. — Infertur ſecundo, quod ſi condemnatus ad mortem appellet, ſuſpendit effectum ſententiæ, &c. n.73. — Subinfertur primo ex his illationibus, quod appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, trahentis ſecum executionem, n.74. — Subinfertur ſecundo, quod Canonicus depoſitus per ſententiam, ſi appellet, poteſt eligere, & alia facere, nu.75. — Notatur differentia inter geſta ratione publici, ſeu priuati officy; & geſta ratione priuati iuris, ibidem. — Reſtringitur primo eadem declaratio, vt non procedat in ſententia axcommunicationis, quia licet excommunicatus appellet, tamen non poteſt cantinuare. nu.76. — Reſtringitur ſecundo in ſententia ſuſpenſionis, numer.77. — ſubreſtringitur hæc reſtrictio, vt non procedat quanda ſuſpenſio infligitur in pœnam, num.78. — Subdeclaratur eadem prima declaratio, vt non procedat quando ſuperior auocaret ad ſe cauſſam, quia tunc inferior non poſſet in ea vti iure ſuo. n.79.

Declaratur ſecunda idem quartus effectus, vt appellans poſſit facere ea omnia, quæ non pertinent ad cauſſam appellationis. n.80.

Declaratur tertio, vt attentata ſint reuocanda, dummodo reuocatio petatur ante concluſionem in cauſſa, numero 81.

Appellatio non ſuſpendit actum futurum omnino acceſſorium ad ipſam ſententiam; vnde, &c. n.55.

Suſpenſus à beneficio, ſeu à pontificialibus, aut ab vſu paly, & celebrans in diuinis non incurrit irregularitatem, n.68. verſ. confirmatur.

Appella-

Appellatio ſuſpendit infamiam illatam per ſententiam. n.74. verſ.comprobatur.

Effectus V. appellatio ſuſpendit iudicatum, non tamen reſcindit, num.82. — Infertur quod condemnatus ſoluere ſub aliqua pœna infra certam tempus, & non ſoluens, ſed appellans non incurrit pœnam, etiam ſi illa ſententia fuerit confirmata. num.83.

Effectus VI. Appellatio reponit appellantem in ſtatu, quo erat tempore litis conteſtatæ, n.84.

Effectus VII. Appellatio ſicut eſt varia, ita varios producit effectus, num.85.

HAnc quæſtionem abſoluam duobus articulis.

Primus articulus eſt: *Ad quem finem ſit introducta appellatio.*

ARTICVLVS I.

1 Ad primum articulum: † *Ad quem finem ſit introducta appellatio.*

Concludo, appellationem fuiſſe introductam principaliter, vt per eam iniquitas iudicantium, & imperitia corrigatur, *l.1.in princip.& ibi Bart.in princip. ff.de appellat.& relat.& Franch.in cap.15. ſuggeſtum, ſub num.1. de appellat.* ſeu vt grauamen poſſit reparari, non autem ad deprimendam iuſtitiam alterius, *Franch.in d.cap.15. ſuggeſtum, not.2. ſub num.1.* ad præſidium innocentiæ, non vt ſit vinculum iniquitatis, *Franch.in cap.22. præterea, in 3. not.eod.tit.de Appell.* Seu fuit inuenta, ne iudicantis iniquitas, vel imperitia remaneat in partis præiudicium occultata, *Papienſ.in pract.in form.appell.a ſent.diffin.in gloſſ. coram vobis, ſub num.2.ibi, ſecunda eſt, fol.404.* & quod ſit inuenta ad ſubueniendum oppreſſis, & corrigendum iniquitates iudicum, ſcribunt Socc. *conſil.39. capio primum, n.9.lib.4.Rebuff.tract.de appell. in præfatione n.17.& ſeqq. tom.3.fol.476.Contar.in l.vnica, in ratione dubitandi, num.3.& 5.C.ſi de momen.poſſ.* & quod appellatio ſit theriaca, quæ datur contra venenum iudicum, refert, & ſequitur Rebuff. *vbi ſupra n.76.fol.481.*

Fuit etiam introducta, vt defectus probationis, interueniens in principali lite, poſſit suppleri, & reſtaurari in appellatione, *Papienſ.in pract.in form.appell.a ſent.diffin.in gloſſ.coram vobis, num.2.fol.404.* ſicque ad ſubueniendum, & releuandum grauamen, quod litigator ex propria culpa, negligentia, ſeu ignorantia paſſus eſt in ſententia, ideoque dicimus, quod in appellatione non probata probabo, & non deducta deducam; & ex hac ratione poteſt appellari à ſententia diffinitiua, quantumcunque iuſtiſſima, ad finem vt ſuppleantur omiſſa, *Franch. in d.cap.15.ſuggeſtum, ſub n.1.de appellat.& Maran.in ſuo ſpec.p.6. att.2.princ.in verb.& quandoque appellatur, n.160. in tertia differentia, fol.481.* & quod appellatio detur propter grauamen, vide *infra q.5.n.94.art.2.*

2 Verum quia, † hominum ſuccreſcente malitia, quod prouiſum eſt ad remedium, tendit ad noxam, *cap.1.de except. in 6.* quando iudices appellationum non corrigunt ſententias iniquas, ſed ſententias, bene latas, in peius reformant, vt dicit tex. *in l.1.in princ. ff.de appel. & relat.* & aduertit Rebuff. *tract.de appell.in præfat. num 80. tom.3. fol.481.* & litigantes appellationis remedio non grauari, ſed grauaturi vtuntur, *Concil.Trid.c.1.ſeſſ.13.de reform.* dum appellant, vt lites protrahant per annum, vel biennium, & deinceps; ſicque pauperes appellatos eo vſque appellationibus remorentur, donec litem propter magnas regeſti, & ſportularum expenſas deſerere, vel concordiam cum eorum damno ſubire cogantur: quorum malitijs deberet iudex in eo, quod poteſt obuiare, quia, non obuiando, peccat, *vt ſcribit Franch.in cap.27.ad hæc, n.2. ſub n.3. de appel.* vbiq; enim iudex debet potentum malitijs obuiare, *l.39.in fundo, ff.de rei vendic.& c.16.ex tenore in fin. de reſcrip.* idque, quoad malum inuitamur, amouendum eſt *l.5.conuenire, ff.de pact.dotal.*

ARTICVLVS II.

Ad Secundum Articulum: *Quos effectus producat appellatio.*

Reſpondeo quod producit multos, quorum ego ſeptem hic referam.

3 Primus effectus eſt, vt poſſit validè impetrari iudex, ſeu expediri commiſſio appellationis: nam; ſi cauſſa appellationis committatur, ſeu delegetur, non interpoſita prius appellatione; commiſſio eſt nulla, *Dec.in c.38.cum in eccleſia not.2.num.3.de appel.& Caſ. de Graſſ. decif.8. alias 2.per totam tit.de reſcript.fol.12.& 13.* & iſte effectus præſupponitur notus in Curia ex vulgata Bellameræ *deciſ.28.iudex & deciſ.100.Commiſſio,* inquit, *facta ſuper appellatione nondum interpoſita eſt nulla ipſo iure.* vide etiam Marcheſ. *tract.de commiſſ.par.1. de commiſſ. appell.ſuper diuerſ.cap.28. num.2. fol.298. in ſecunda impreſſione & Rugmell.tract.de appell.§.6.gl.4.ſub n.7.verſ.& aduertendum fol.209.*

Ratio huius effectus eſt, quia commiſſio non poteſt dare iuriſdictionem ſuper eo, quod non eſt, *Bellamer.deciſ.22.ſecundum et Caſ.de Graſſ.deciſ.8.n.4.*

4 Declara hunc effectum, † vt ſi eodem die, quo appellatio eſt interpoſita, reperiatur etiam expedita commiſſio appellationis, & pars appellata opponeret, commiſſionem non tenere, quia præceſſit appellationem, teneatur ipſa pars appellata probare, quia in dubio, vt commiſſio appellationis ſuſtineatur, præſumitur quod appellatio eam præceſſerit; in dubio enim ſolet præſumi pro validitate actus, *Marcheſ.d.c.28.n.3. fol.298.*

Confirmatur primo hæc declaratio, quia quando in ſententia cenſuræ non conſtat, an præceſſerit ſententia, vel appellatio, præſumitur, quod præceſſerit appellatio, quamuis ex iſta præſumptione oriatur nullitas ſententiæ, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.17.limit.22. verſ. declara obiter n.57.*

Confirmatur ſecundo, quia appellatio in dubio debet admitti, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.17. n.60. ampl.17.* & ſic debet in dubio reſponderi, vt appellatio procedat: ergo in caſu dubio præſumi debet, quod tendit ad validitatem appellationis.

5 Reſtringo illum effectum, vt † non procedat quando in commiſſione eſt appoſita clauſula, *quam, & quas,* quia vigore huius clauſulæ poſſet ſuſtineri commiſſio, vt ex Sarnen. *in reg.de infirm.reſign.q.34. n.4.* refert & ſequitur dubitatiuè Caſ. de Graſſ. *dict.deciſ.8.num.5.& 6.* & indubitatè Achill.de Graſſ. *deciſ.14. alias 30. commiſſæ cauſſæ, n.1.de reſcrip.Caſ.Barz.in Bonon.deciſ.47. in cauſſa vertente, n.37.& Marcheſ.tract.de commiſſ.p.1.de commiſſ. appel. in Rom.cur.c.5.in verb.nec non quam & quas, n.39.in fin.et n.42.fol.48.in ſecunda impreſſione.*

6 Ratio huius reſtrictionis eſt, † quia virtus dictæ clauſulæ, *quam, & quas,* &c. operatur, vt iudex, cui cauſſa committitur cum d.clauſula, poſſit, omiſſo articulo appellationis, amplecti negotium principale, quod comprehenditur, & æque principaliter introducitur vigore d.clauſulæ; & ideo operatur, vt iudex habeat iuriſdictionem, & poſſit pronunciare ſicut in prima inſtantia, etiam quod non conſtet de ſententia, neq; de appellatione, *Barz.d.deciſ.47.n.37.& 38.*

7 Deduco ex iſta ratione, quod † licet cauſſa appellationis ſit deſerta, tamen appellans poteſt proſequi lite connexam cum prima, & proſequendo, & procedendo reputatur in ea actor, licet originariè in principali cauſſa eſſet reus, in qua non poteſt amplius eſſe reus, nec actor, quia

iam

iam eſt deſerta, *Achill.de Graſſ.deciſ.7. aliàs 233. appellans,n.1.de appell.fol.107.*

8 Extende I.eandem † reſtrictionem,vt procedat etiam, quando cauſſa eſt commiſſa vna cum toto negotio principali, vigore cuius pars eſſet citata per contradictas, & non comparuiſſet, quia de conſenſu partium, etiam appellatione non producta, hoc poteſt; quod tamen fuit declaratum procedere in appellatione à grauamine ſine dubio,licet forte ſecus eſſet in ſententia diffinitiua, *Achil.de Graſſ.d.deciſ.14.n.2.et 3.de reſcript.*

9 Extende II. vt † procedat à fortiori, quando adeſt vtraque clauſula,videlicet, *quam & quas,&c, cum toto negotio principali*, quia tunc etiam quod non conſtet de appellatione interpoſita à ſententia, vel ſententia nondum lata poteſt inhiberi,vt refert,& ſequitur Marcheſ.d. *c.5.paulo ſupra n.51.fol.49.in ſecunda impreſſione.*

10 Subreſtringe eandem † reſtrictionem, eiuſque extenſiones,vt non procedant, quando coram iudice appellationis procederetur, non ſeruatis terminis ſubſtantialibus,qui debent ſeruari in prima inſtantia, quia tunc nec pars,nec iudex dicerentur vſi dicta clauſula,*quam,& quas* & ideo ſententia,quæ proferretur à tali iudice, diceretur ſecunda, vel tertia *Caputaq.deciſ.125.ſen 12.ſententia lata, numero 1.et ſeqq.parte 3.*& conſequenter etiam commiſſio non ſuſtineretur quoad illam ſententiam.

Confirmatur hæc ſubreſtrictio, quia clauſula,*quam*, & *quas*, non mutat iudicium cœptum, ſeu viam electam, & ideò ſi Seius citauerit generaliter quoſcunque ſua intereſſe putantes, & Titius obtinuerit commiſſionem, vt docto de ſuo iure admitteretur ad cauſſam cum clauſula,*quam*,& *quas*,tamen remanet reus,quia,&c. *Mohed.deciſ.5.alias 229.in vna,de iudic.fol.58.*

11 Infero ex † eodem effectu, quod ſicut,non interpoſita appellatione, non poteſt impetrari iudex appellationis per prædicta; ita etiam, vbi certus ſit ordinarius iudex appellationis non poteſt ab eo obtineri inhibitio antequam ſibi conſtet, ad ſe legitimè appellatum, & ſi ante inhiberet, ſeu procederet in cauſſa, eſſet legitima cauſſa grauaminis, & poſſet ex hoc appellari, *vt refert & ſequitur Franch. in capit.1. dilectis numero 14. de appell.*

12 Reſtringe hanc † illationem, vt non procedat de ſtylo coram Auditore Cameræ,quia coram eo;non aliter conſtito de interpoſitione appellationis coram iudice à quo, dummodo conſtet de ſententia lata; paſſim dantur inhibitiones contra partem,& iudicem,qui ſententiam tulit.

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia appellatio interponitur ex ipſo recurſu ad Auditorem Cameræ:nam coram eo interponitur appellatio, & vigore illius appellationis datur inhibitio, ſicque conſtat ei de appellatione: & iſte ſtylus ſeruatur,licet de iure appellatio deberet interponi coram iudice à quo,vt latè ſcripſi,& declaraui, *infra q 6. n.1.& ſeqq.*

13 Secundus effectus † appellationis eſt,vt deuoluat cauſſam,& iuriſdictionem ad iudicem ad quem,Franch.*in rubrica numero 28.verſ.quarto eſt permittendum, & in cap. 59.vt debitus not.7.ſub nu.4. de appell.* & quod appellatio deuoluat totam cauſſam,& negotium principale ad iudicem appellationis,ſcribunt Bart. Paul. de Caſtr. Abb. Alex.& alij,quos retuli, & ſequutus ſum *infra q.11.nu.114. art.4.dub.10.*

14 Extende I.hunc effectum,vt appellatio legitimè interpoſita deuoluat non ſolum negotium principale, ſed etiam acceſſoria, *cap.55.dilectus, et ibi omnes Canoniſtæ in ſummario, de appell. et Franch. tam in ſummario, quam etiam in not.13.n.11. idem Franch.d.cap.vt debitus not.7. ſub n.4.*

15 Extende II.vt procedat, etiamſi appellatio ſit interpoſita à ſententia nulla,*vt ex Iacob.de Arena Franch. Alex. et alijs retuli, et ſequutus ſum infra q.17. limit.19.ſub n.8. verſ.primus effectus.*

Declara eundem effectum eſſe verum, dummodo appellatio ſit ex iuſta cauſſa interpoſita,*vt ſcribit Franch.in cap.38. cum in eccleſia n.2.verſ.ſecundo tene menti de appell.*& ſit legitimè interpoſita, quia nunquam præſumitur appellatum,aut legitimè, ſine ex iuſta cauſſa, niſi hoc per appellantem probetur, & ideo appellans debet probare hæc tria:primum, ſe appellaſſe;ſecundum, quod ex legitima cauſſa;tertium,quod appellauerit infra decem dies,*Franch.d.c.cum in eccleſia n.3.not.vlt.*

16 Tertius effectus † eſt,vt ſuſpendat iuriſdictionem iudicis à quo,*Franch.in rubrica num.29.verſ.ſecundò ſuſpendit de appellat.* & eximat appellantem ab eius iuriſdictione, poteſtate quoad illam cauſſam,*Franch.in c.39.directa.n.3 verſ.vltimo tene menti eod.tit.de appell.& Lancel. tract.de attent.par.2.cap.12.de attent.et innou.appel.apend.in præfat.n.109.tomo 5.fol.348.*

17 Amplia I.hunc effectum,† vt habeat locum non ſolum in appellatione, ſed etiam in termino ad appellandum, quia, pendente termino ad appellandum, nihil eſt innouandum, *Lancel.tract.de attent.par.2 cap.11. de attent. pend.temp. ad appel.n.1.tomo.5. fol.344.* nam paria ſunt pendere terminum ad appellandum,& eſſe appellatum *Lancel.d.cap.11.num.25.et alij,quos citaui ſupra lib.1.cap. 97.num.47.*

Reſtringe hanc ampliationem vt reſtrinxi *infra n. 52. effectu* 4.vbi videas.

18 Amplia II. notabiliter, † vt ſuſpendat iuriſdictionem, & effectum ſententiæ, etiam ſi ſententia ſit talis, quæ ſecum trahat executionem,*vt ſcripſi infra n.72.et 73.*

19 Amplia III. vt † eam ſuſpendat ſiue is admittat, ſiue non admittat appellationem, *Lancel.d.c.12.in præfatione numero 110. fol.348.*& bene hoc probat textus,ſi legatur cum dictione negatiua,*non*,prout legitur in textu meo,& notat ibi Gloſſ.1.*in l.6.ſcienduꝫ ff.de appel.recipien.vel non*, quod tu intelligas in caſu, quo iudex à quo debebat admittere, iuxta ea quæ retuli, & ſequutus ſum *infra q.10. numero 11.art.1.declar.*8. ſecus in caſu, quo non debet admittere, quia tunc, ſi non admittit, non ſuſpenditur eius iuriſdictio.

20 Limita I. hunc tertium effectum, † vt non procedat in his quæ tendunt in fauorem, & faciliorem exitum cauſſæ appallationis,dummodo iudex a quo illa expedire poſſit abſque cognitione articuli appellationis, *Franch. in c.4. perſonas in prin.not.2.& ſub numero 9. & in cap.17. cum teneatur n.2. verſ. ſecundo tene menti & ſub n.3. & ſub n. 21.de appell.Maran.in ſuo ſpec.par.6.act.2.priu.in verb.& quandoque appellatur numero 205. limit.21.ſol.486. Veſt. in prax.lib.8.c.penult. vt lit.penden.numero 2.in fine,& nu. 3.fol.250. & Lancel.tract.de attent.par.2.c.12. de attent. & innou.appell.pend.limit.4.princ.n.1.& ſeqq.& n.28. tomo 5.fol.363.& c.20.de attent.poſt inhibit.limit.4.princ.n. 1.& 2.fol. 414.*

21 Infero I.ex hac limitatione,† quod iudex a quo habet, pendente appellatione, cognoſcere, & decernere, an illi ſit,vel non ſit deferendum,*vt ex Franch. & Contar.retuli, & ſequutus ſum infra quæſt.11.n.1.& ſeqq.*

22 Infero II.quod † iudex à quo poteſt appellanti,petenti ſibi reſponderi de Apoſtolis, præfigere terminū ad redeundum pro illis,ſeu pro reſponſo,*vt retuli ſequutus ſum infra q.13.n.43. & q.15. ſub numero 12.verſ. ſecundum*, & appellans,redeundo,non renunciat appellationi, *Felyn. quem retuli, & ſequutus ſum infra q.17. limit.2.nu.79.reſtrict.11.*

23 Infero III.quod † iudex a quo poteſt,pendente appellatione, præfigere appellanti diuerſos terminos ad proſequendam appellationem, *vt ex Franc.Maran.et Lancel.*

retuli,

retuli,& ſequutus ſum infra q.17.art.2.not.2. & vide infra *q.14.n.15.*

24 Infero IV.quod poteſt, † appellatione pendente, reuocare grauamen attentatiuum, quod ipſe iudex a quo intulit,vt puta;Vicarius Epiſcopi,cognoſcendo,an inſtrumentum ſit vſurarium,inhibet iudici ſæculari,ne,lite pendente ſuper vſura inſtrumenti,exequatur inſtrumentum: poſtea Vicarius pronunciat, non adeſſe vſuram, ideoque reuocat inhibitionem, & mandat iudici ſæculari, quod exequatur inſtrumentum;pars, quæ egit de vſura, appellat a ſententia Vicarij, & petit reuocari reuocationem inhibitionis, & mandari iudici ſæculari, quod ſuperſedeat;certe Vicarius poteſt, & debet hoc facere, quia ipſe non debebat reuocare illam inhibitoriam, pendente appellatione ab eius ſententia,vel pendente termino ad appellandum, *Franch.in cap.17. cum teneamur, num.24. de appell.*

25 Nota,ſeu † ſubinferas ex iſta illatione, malam eſſe formulam ſententiarum, in quibus iudices in prima inſtantia, & in cauſſa appellabili condemnando reum, addunt in fine ſententiæ,quod etiam decernunt,& relaxant quodcunque mandatum neceſſarium,& opportunum, quia, hoc eſt decernere executionem,pendente termino ad appellandum,quam decernere non poſſunt, & decernendo attentant,vt patet ex his,quæ ſcribit Franch. *vbi ſupra*,& ideo illud vti attentatum eſſe reuocandum ſentit Rot. quam refert,& ſequitur Lancel.*tract.de attent.par.2.c.11. de atten.pend.comp.ad appell.ſub n.42. verſ. octauo regula. tom.5.fol.345.* & propterea iudices debent cum eiuſmodi ſententiarum ſchedulæ ſibi a procuratoribus dantur, lacerare eas,& vbi non lacerauerint,debent, appellante inſtante,reuocare illud decretum mandati executiui, dummodo appellauerit infra legitima tempora, *vt dixi infra effect.4. n.52.verſ.reſtringe.*

26 Infero V.quod poteſt † pendente appellatione, examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam, neque propterea diceretur appellans renuntiaſſe appellationi,vide, quæ ſcripſi *lib præced.c.8.n.106.* concurrentibus tamen requiſitis de quibus dixi *eod. c.8. n.107. & ſeqq.* & quod Legatus Papæ poſſit examinare teſtes, & facere alia tendentia in faciliorem expeditionem cauſſæ appellationis interpoſitæ ad Papam,retuli,& ſequutus ſum *infra q.7.ſub num.60.*

27 Infero VI. quod † vbi timor fugæ debitoris appellantis ſuperueniret,poſſet capturã decernere, *Veſtr. in prax. l.8.c.4.vt lite pend.ſub n.3.fol.251.*& quod appellans poſſit,appellatione pendente, capi perſonaliter ratione ſuſpicionis fugæ, ſcribit Franc.*in c.17. cum teneamur, n.13. de appell.*& quod captura,facta contra ſuſpectum de fuga, non inducat attentata,ſcribunt Rot.*diuerſ.decis.926.Carthaginenſis.p.3.lib.3.fol.230.& Lancel.tract.de attent.p.2. c.12.de attent.& innou.appel.pend.limit.31.princ.n.1.tom. 5.fol.373.*& dixi etiam ſupra *lib.1.c.37.n.18.*

28 Infero VII.quod † pendente appellatione, poſſunt ſequeſtrari fructus, & res ipſæ, ſi appellans, ſeu appellatus eſſet ſuſpectus de dilapidatione,*Spec.tit.de appel. §. nouiſſimè.in princ.Franch.in d.c.17.cum teneamur,n.10. verſ.ſed limita omnia,& Lanc.d.c.12.lim.31.princ.n.1. & ſeqq. fol. 373.*& quod ſi per poſſeſſorem diſſiparentur fructus,poſſit tunc deueniri ad ſequeſtrationem etiam appellatione pendente, & ſequeſtro non aliter decreto in ſententia, ſcribit Lanc.*eod.c.12.lim.12.princ.n.11.verſ. ſecundus caſus,fol.368.*

29 Extende I.hanc illationem,† vt poſſit ſequeſtrari, etiã res immobiles ratione dilapidationis,& ſuſpicionis,*Frãc. d.c.cum teneamur, n.11.*& quod poſſit interdici poſſeſſori,ne bona ſtabilia alienet,ſcribunt Aufr.ad Cappel.Tholoſ. *decis.478.ſub num.3.*& Lancell. *d.limit.12. numer.16. fol.368.*

Sed aduerte, quod pro re immobili non datur ſequeſtrũ,ſed datur inhibitio loco ſequeſtri,*Iaſ.in l.fideiuſſor, §. ſi ſatisdatum,n.31.ff.qui ſatiſd.cogan.& Caputaq.decis.158. ſeu 9.ſequeſtrum conceditur,n.2.& ſeqq.p.3.*

30 Extende II.vt ad ſequeſtrum † pendente appellatione poſſit deueniri,etiamſi extet ſolus timor diſſipationis, licet nondum ſit deuentum ad diſſipationem, *Vital.tract. de clauſ.clauſula nil nouari generalis,ſub n.1. verſ.item fallit ſecundum,tom.18.fol.380.& Lancel. d.limit.12.n.15.fol. 368.& limit.31. princ.n.1.& 2.fol.373.*

31 Extende III. vt ſi ageretur † de ſola fructuum deſcriptione poſt latam ſententiam,& appellatione pendente, poſſit ad eam deueniri, nulla etiam diſſipationis fructuũ ſuſpicione exiſtente: quare actore,qui ſententiam obtinuit in prima inſtantia, inſtante pro deſcriptione fructuum,poteſt iudex a quo,non obſtante appellatione,deuenire ad præfatam deſcriptionem, quæ non erit reuocanda tanquam attentatum, quia tendit in faciliorem exitum appellationis,& appellanti nullum infert præiudicium,*Lancel.d.limit.12.princ.n.25.& fol.368.*

32 Declara eandem illationem, † vt ſi appellatio eſt introducta coram iudice ad quem, debeat ſequeſtrum fieri eius auctoritate, ſecus ſi appellationis cauſſa non eſt introducta,quia fiet auctoritate iudicis a quo, *Franch.d.c. cum teneamur,n.22.de appel.Maran.in ſuo ſpec. p.6. act.2. princ.in verb.& quandoq;appellatur,n.188.limit.9.fol.485. & Lancel.d.limit.12.n.17.& 18.fol.368.*

33 Infero VIII. quod poteſt,† pendente appellatione,inhibendo, prouidere, ne quis in ſua poſſeſſione turbetur, *Franc.in c.17.cum teneamur,num.2.in fin.verſ.ſecundo teneatur,de appell.Veſtr.in prax.lib.8.cap.penult. vt lite pend. n.4.fol.251.quos,& alios refert,& ſequitur Lancel. tract.de attent.p.2.c.12.de attent et innou.appel.pend.limit.4.princ. num.3.tom.5.fol.363.* & quod iudex a quo poſſit ſe intromittere, & reſumere poſſeſſionem appellantis turbati ab appellato,ſcribit idem Lancel.*eod.cap.12.lim.17.n.1.& 2. fol.369.*& poteſt etiam præcipere partibus in cauſſa matrimonij,ne pendente appellatione, alteri nubant, *Franc. d.c.cum teneamur,not.2.ſub num.3.Veſtr.d. cap.pen.n.4 & Lancel.d.4.limit.princ.n 4.*

34 Amplia I. has illationes, † vt procedant etiamſi iudex ad quem canonice inhibuiſſet iudici a quo, quia nihilominus poterit expedire hæc,quæ, tendant in faciliorem expeditionem appellationis.*Franch in cap 17.cum teneamur,n.21.in fin.& n.22.de appel. Veſtr.in prax.lib.8. c.4.vt lit.pend.n.7.verſ.nec eo minus,fol.251. Lancel. tract. de attent.d.lim.4.princ.n.19.& ead.p.2.c.20. de attent. poſt inhibit.limit 4.prin.n.1.& ſeqq.fol 414.*

35 Amplia II.vt procedant † non ſolum in iudice ordinario,ſed etiam in delegato,*Franch. in c.17. cum teneamur, num.23.de appel.Veſtr.d.cap.4.ſub numero 6. & Lancel.d. limit.4.princip.ampl.2.n.21.fol.363.& par.3. c.20. n.168. fol.407.*

36 Amplia III.eandem illationem, † vt procedat etiamſi appellationi detuliſſet, quia nihilominus poſſet partibus prohibere, ne quicquam innouarent in præiudicium appellationis,*vt refert,et ſequitur Lancel.d.lim.4.princ.ampl. 3.n.23.fol.363.*

37 Extende hanc ampliationem, vt † multo magis poſſit prohibere, & procedere contra tertium innouantem, & turbantem,*Franch.in d.cap.17. cum teneamur, ſub num.15. verſ.in eadem gloſſ.Card.Alex.num.10. verſ. nota vltimo de appel,*

38 Reſtringe eandem ampliationem, † vt non habeat locum in iudice delegato,quia, vbi is ſemel detulerit appellationi exſpirat omnino eius iuriſdictio,*Franch. dict. cap. 17.cum teneamur,verſus finem,ſub n.24.verſic. & aduerte, de appell.Veſtr.dict.lib.8.cap.4.ſub num.7.verſic.nec eo minus,& Lancell.dict.lim.4.princip.ampl.2. n.22.& 26.* adde

quæ

ARGVMENTA QVÆSTIONVM ARTICVLORVM, ET CONCLVSIONVM, QVAE SVNT ISTO TRACTATV.

Quæſtio I.

De ſignificatione verbi Appellare, & verbi prouocare, & in qua ſignificatione ſumatur appellatio in iſto tractatu.

Quæſtio II.

De definitione, & quotuplicitate appellationis.

Articuli 3.

1 Quid ſit appellatio, & quæ inferantur ex definitione appellationis.
2 Impugnantur definitio, & illationes, ſoluunturque impugnationes.
3 Quotuplex ſit appellatio, & quæ ſint earum differentiæ.

Quæſtio III.

De fine, & effectibus appellationis.

Articuli 2.

1 Ad quem finem ſit introducta appellatio.
2 Quos effectus producat appellatio.

Quæſtio IV.

De requiſitis ſubſtantialibus appellationis.

Articuli 6.

1 An appellatio debeat dari in ſcriptis.
2 An verbum (appello) ſit de forma, vel ſufficiant qnęcumque alia verba æquipollentia.
3 An à pluribus ſententijs ſimul prolatis ſufficiat vnica appellatio, vel requirantur plures.
4 An in appellatione debeat exprimi cauſa grauaminis.
5 An cedula appellationis debeat dari ipſi iudici.
6 Quæ ſint exprimenda in ſchedula appellationis.

Quæſtio V.

Quæ perſonæ poſſint appellare, & quæ non poſſint appellare.

Articuli 2.

1 Omnis grauatus poteſt appellare.
2 Non grauatus non poteſt appellare.

Quæſtio VI.

Coram quo ſit appellandum.

Quæſtio VII.

Appellatio debet fieri ad ſuperiorem non omiſſo medio.

Quæſtio VIII.

Ad quos ſit appellandum.

Articuli 6.

1 Ad quos olim appelletur.
2 Ad quos appelletur hodie à ſententijs delegatorum.
3 Ad quos appelletur à ſententijs ordinariorum Ecckſiaſticorum.
4 Ad quos appelletur a ſententijs ordinariorum ſecularium.
5 Ad quos appelletur à ſententijs ordinariorum ſtatus Eccleſiaſtici, immediate ſubiecti Sedi Apoſtolicæ.
6 Ad quos appelletur a ſententijs ordinariorum Romanæ Curiæ.

Quæſtio IX.

De validitate, & inualiditate appellationis alternatiuæ.

Quæſtio X.

De validitate, & inualiditate appellationis copulatiuæ.

Quæſtio XI.

De officio iudicis a quo, & iudicis ad quem, & de natura, & proceſſu cauſæ appellationis.

Articuli 8.

1 Ad quem ſpectet cognitio, an ſit deferendum appellationi.
2 Ad quem ſpectet cognitio, an appellatio ſit admittenda.
3 An officium iudicis ad quem ſit latius officio iudicis a quo.
4 Quomodo procedatur in cauſa appellationis.
5 An pronuntiatio ſuper deſertione cauſæ ſit neceſſaria, & quis iudex debeat ptonuntiare.
6 Quis iudex condemnet ad expenſas deſertorem appellationis.
7 Quis debeat exequi rem iudicatam.
8 Quo ordine procedatur ad executionem rei iudicatæ.

Quæſtio XII.

Appellatio infra quantum tempus debeat interponi.

Quæſtio XIII.

De Apoſtolis.

Articuli 14.

1 Vnde dicantur Apoſtoli, & quid ſint.
2 Quod & quæ ſint eorum ſpecies.
3 An petitio Apoſtolorum ſit neceſſaria.
4 An Apoſtoli ſint petendi in ipſa appellatione.
5 An iudex debeat ſtatim reſpondere de Apoſtolis.
6 An ſatis ſit petere Apoſtolos, habere à iudice terminum

num

Digitized by Google

num iuris, & redire pro Apoſtolis.
7 An iudex à quo appellanti, redeunti in termino præfixo pro Apoſtolis, dando alium terminum, ſeu prorogando, poſſit, eo non redeunte, procedere.
8 An pendente termino iuris ad redeundum pro apoſtolis, poſſit impetrari iudex appellationis, & geſta, pendente dicto termino, valeant.
9 Quando incipiat currere terminus iuris, qui datur ad redeundum pro Apoſtolis.
10 An iudex, dando Apoſtolos refutatorios, poſſit appellanti præfigere terminum ad ſe præſentandum.
11 An Apoſtoli, & eorum tempus habeant locum in appellatione ab interlocutoria.
12 Qualis ſit terminus iuris, intra quem Apoſtoli peti, & concedi debent, &c.
13 An iudex non deferendo appellationi puniatur, & qua pœna.
14 Cuius expenſis debeant concedi, & mitti Apoſtoli.

Quæſtio XIV.

Infra quantum tempus debeat impetrari iudex, ſeu committi cauſa appellationis.

Quæſtio XV.

De fatalibus, & inſtantijs cauſarum.

Articuli 11.

1 Vnde dicantur fatalia.
2 Quæ ſint fatalia.
3 An appellanti impedito currat tempus primi fatalis, ideoque ei concedi debeat ſecundum.
4 Cui incumbat onus probandi impedimentum, & qualiter probetur.
5 Quanti temporis exigatur impedimento, vt appellans habeat ſecundum fatale, & vt non habeat, quanti temporis exigatur negligentia.
6 An impedimentum, quod appellans potuiſſet remouere, & non remouit, ſufficiat ad habendum ſecundum annum, & euitandam deſertionem cauſæ.
7 Quando incipiant currere fatalia.
8 An, lapſo Primo fatali, ſententia tranſeat in rem iudicatam, vel requiratur lapſus ſecundi fatalis.
9 Nunquid appellatis impeditus debeat proteſtari, alias tempora fatalium currant, &c.
10 An tempora fatalium poſſint prorogari, ſeu breuiari.
11 In quibus differant fatalia ab inſtantijs primæ cauſæ.

Quæſtio XVI.

A quibus iudicibus liceat appellare, & a quibus non liceat appellare.

Quæſtio XVII.

A quibus ſententijs poſſit appellari, & a quibus non poſſit appellari.

Quæſtio XVIII.

Diuerſorum ſtatutorum quod attendendum ſit in materia appellationis.

Quæſtio XIX.

De remedijs, deficiente appellatione.

Remed. 1. de nullitate.

Concluſiones 7.

1 Qui ſit nullitas.
2 Quot ſint ſpecies ſententiarum, a quibus non poteſt appellari, & poteſt dici de nullitate.
3 Quot modis nullitas poſſit intentari.
4 Nullitas principaliter intentata non retardat executionem.
5 Nullitas deducta per viam exceptionis non retardat executionem.
6 Coram quo iudice nullitas intentari debeat.
7 Vſque ad quod tempus poſſit agi, & excipi de nullitate.

Remed. 2. de reſtitutione in integrum.

Concluſiones 4.

1 Reſtitutio in integrum datur tam aduerſus ſententiam inappellabilem, ex natura cauſæ, quam aduerſus ſententiam inappellabilem propter excellentiam iudicis.
2 Quilibet iudex ordinarius poteſt reſtituere in integrum, prout de iure.
3 Reſtitutio in integrum impedit executionem.
4 Conceſſa a Signatura reſtitutione in integrum prout de iure, iudex caute agit, non pronuntiando ſuper ea.

Remed. 3. de ſupplicatione, querela, reclamatione, remiſſione, & recurſu.

Remed. 4. de ſyndicatu.

Quæſtio XX.

De tranſportatione, & expenſis actorum.

Articuli 2.

1 A quo producenda ſint acta in ſecunda inſtantia.
2 Cuius expenſis confici debeat regeſtum, & quomodo procedatur ad conſequendam eius mercedem.

quæ ſcripſi *infra q.17. limit.47. memb.1. n.41.*

Contra hanc reſtrictionem: quod enim delegatus etiã ſi detulerit appellationi, poſſit reuocari grauamen, & alia attentata, pendente appellatione, ſi tendant in faciliorem expeditionem appellationis, ſcribit Franch. in hoc ſibimet contrarius *in c. 33. ad aures, in fin. de appell.*

Non recedo a reſtrictione.

39 Infero IX. quod iudex a quo poteſt, † appellatione pendente, abſoluere excommuuicatum ab excommunicatione, quia tendit in faciliorem exitum cauſſæ appellationis, *Abb. in cap. 25. qua fronte, num. 1. Franch. n. 9. verſ. quarto nota, & num. 27. & 29. & Dec. ſub num. 17. de appel. & Lancel. tract. de attent p. 2. c. 12. de attent. & innon. app. pend. limit. 4. princ. n. 10. ibi, hinc procedit & illud, & n. 25. tom. 5. fol. 363.*

Contra hanc illationem oppono: quia excommunicatus, petendo abſolutionem a iudice a quo, renuntiat appellationi, niſi de hoc proteſtetur, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. 2. ſub num. 46. verſ. amplia.* Ergo abſolutio quoad iudicem a quo non ſolum non tendit in faciliorem exitum cauſſæ appellationis, ſed tollit appellationem.

Retenta illatione.

40 Extende I. eam, † vt tunc præcipue procedat quando excommunicatus ſtaret in articulo mortis, quia tunc propter moræ periculum poteſt tanto magis iudex a quo eum abſoluere, *Lancell. tractat. de attent. p. 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 43. princ. fol. 376.*

41 Subextende, etiamſi † non ſtaret in articulo mortis, quia excommunicatio accelerat terminos vitæ hominis, *Franch. in d. c. 25. qua fronte, ſub n. 18. in prima ratione, de appel.* & quia ſingulis diebus quis mori poteſt, *Dec. ibid. ſub n. 17.* & quod quis propter peccata citius moriatur, notat *in eod. c. Franch. n. 17. verſ. in gl. in verb. decedat, & ante eum Abb. ſub n. 14.* & adde quæ ſcripſi *lib. præced. c. 9. ſub num. 1901. verſ. tertia,* & dixi *infra q. 17. limit. 38. n. 3. verſ. ratio.*

42 Extende II. vt † poſſit abſoluere etiam ſi appellationi detuliſſet, *Franch. in d. c. 25. qua fronte, num. 9. verſ. quarto nota, de appell.*

43 Declara reſtringendo † hanc extenſionem, vt habeat locum in ordinario, ſecus in delegato, quia delegatus, deferendo appellationi, abdicat a ſe omnem iuriſdictionem *Franch. in d. cap. qua fronte, n. 28.*

44 Declara II. totam hanc illationem, † vt excommunicatus, petendo abſolutionem a iudice a quo, dicatur renuntiare appellationi, niſi de hoc proteſtetur, vide *infra quæſt. 17. limit. 2. num. 66. verſic. ampla, & ſub n. 60. verſic. ſecus.*

45 Infero X. & generaliter, † quod iudex a quo poteſt facere ea omnia, de quibus dixi *infra q. 17. limit. 2. num. 20. & ſeq.* vbi videas, & multa alia, de quibus in aliquibus ex quinquaginta tribus limitationibus, quas congeſſit Lancell. *d. c. 12.*

46 Limita II. declarando, † vt procedat quoad eam cauſſam, ſeu articulum, a quo eſt appellatum; ſecus quoad aliam cauſſam ſeparatam, quia appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo extra illam cauſſam, a quo fuit appellatum; vide *infra q. 17. limit. 47. membr. 2. num. 1. & ſeqq.*

47 Limita III. declarando, † vt aliter ſuſpendat in ſententia diffinitiua, & aliter in ſententia interlocutoria: nam in diffinitiua omnia attentata, appellatione pendente, reuocantur ante omnia, *vt dixi in ſeq. effectu.* Sed in interlocutoria non reuocantur ante omnia, niſi primo iuſtificetur cauſſa appellationis, vide *infra q. 17. limit. 47. memb. 1. ſub num. 28.*

48 Quartus effectus † (& fraternizat cum præced.) eſt, vt appellatione pendente, nihil poſſit innouari, *toto tit. ff. nil non. appel. pend. & C. vt lit. pend. & c. 7. non ſolum, de appel. in 6. & late Lancell. tract. de atten. part. 2. c. 12. de atten. & innou. appel. pend. n. 75. & ſeqq. tom. 5. fol. 348.*

Quod ſi aliquid fuerit innouatum, ſeu geſtum ab ipſis partibus, vel a iudice, a quo, habebit locum abſque dubio remedium attentati, *Franch. in cap. 51. bonæ memoriæ, n. 10. in fin. verſ prima quod, de appel.* & reuocabitur, vti attentatum, quia omnia geſta, pendente appellatione iudiciali, reuocantur vti attentata, *Abb. in d. cap. 51. bonæ memoriæ, ſub n. 10. differen. 12. late Franch. n. 30. & ſeqq. & Dec. differ. 12. n. 34. & 35. de appel. idem Franch. in c. 53. paſtoralis, n. 6. verſ. ſexto operatur, eod. tit. de appel. Contar. in l. vnica, limit. 25. ſub n. 15. ibi, verum quia dubito C. ſi de momen. poſſ. & Lancel. d. c. 12. n. 75. & ſeqq* vbi per ampliationes, & limitationes: & quis iudex reuocet attentata dixi *infra q. 11. art. 3. ampl. 1. n. 18.*

40 Amplia I. hunc quartum effectum, † vt in appellatione iudiciali habeat locum etiam ſi illud, quod eſt geſtum, ſeu innouatum poſt appellationem, non ſit contra ipſam appellationem, quia in appellatione iudiciali quicquid fit poſt appellationem, licet non ſit contra appellationem, reuocatur per viam attentati, *vt ſcribit Franch. in c. 1. ſub n. 4. verſ. vltimo tene menti, de appel.* & quod in appellatione iudiciali omnia geſta a iudice a quo irritentur, quia appellatio iudicialis ſuſpendit eius iuriſdictionem reſpectu omnium concernentium materiam, ſcribit Felyn. *in c. 1. ſub n. 1. eod. tit. de appel.*

Rationem huius ampliationis vide *q. præced. art. 3. differ. 3. n. 37.*

Contra hanc ampliationem, quando articuli ſunt ſeparati, vide *infra q. 17. lim. 47. memb. 2. num. 12. verſ. ſecundus caſus.*

50 Amplia II. vt habeat † locum etiam pendente termino ad appellandum, quia omnia geſta, pendente iſto termino, reuocantur vti attentata, *c. 7. non ſolum, de appel. in 6. late Lanc. d. p. 2. c. 11. de attent. pend. temp. ad appel. n. 1. & ſeqq. tom 5. fol. 344.*

51 Sub Amplia, † vt quandoque pendentia termini ad appellandum plus impediat iuriſdictionem iudicis a quo, quam appellatio ipſa, vide *infra quæſt. 19. rem. 1. concluſ. 6. num. 28.*

52 Reſtringe eandem ampliationem, † vt non procedat, quando appellatio non interponeretur infra eundem terminum, quia tunc ea, quæ geſta ſunt infra eundem terminum, non dicuntur attentata, *Lanc. dict. cap. 11. num. 42. verſ. octauo regula, tom. 5. fol. 345.* quare licet iudex, decernendo mandatum executiuum ſententiæ, pendente termino ad appellandum ab ipſa ſententia, dicatur attentare, tamen, ſi pars non appellet infra decem dies, non dicitur fuiſſe attentatum, *Rot. quam refert, & ſequitur Lancell. ſub d. num. 42.* hæcque reſtrictio probatur etiam *ex d. c. 7. non ſolum, de appel. in 6. in illis verbis, quæ poſtmodum infra decennium, &c.*

Reliqua pertinentia ad hanc ampliationem vide apud Lancel. *d. c. 11. per totum.*

53 Limita I. eundem † quartum effectum, vt non habeat locum in appellatione extraiudiciali, quia geſta, pendente appellatione extraiudiciali, non reuocantur tanquam attentata, teſtibus Abb. Dec. Franch. & Lancel. quos remiſſiue citaui *q. præced. ſub n. 35. verſ. ſecus.*

54 Limita II. vt † non habeat locum quoad taxationem expenſarum, quia etſi iudex a quo, pendente appellatione, nihil poſſit innouare, tamen ſi a ſententia, qua quis fuit condemnatus ad expenſas; appelletur, poterit iudex a quo illas taxare, *Lap. alleg. 82. in cauſſa matrimoniali, n. 8. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princ. in uerb. & quandoque appellatur, n. 197. limit. 17. fol. 485. & Felyn. & Marſ. quos refert, & ſequitur Carauit. ſuper rit. 298. num. 24 verſ quæro primo,* quibus adde Gabr. *in concluſ. lib. 6. tit. de reg. iur. concluſ. 3.*

concluſ.3.n.54. ampl.8.& num.45.

Ratio eſt, quia iudex, taxando expenſas, non dicitur innouare, ſed pronunciata declarare, *Carauit eod. rit.298. n.25.* nam taxatio expenſarum non eſt proprie interlocutoria, ſed eſt quædam declaratio condemnationis expenſarum, *Bald.in l.3.terminato, n.8.verſ.modo ergo quæro, de fruct.& lit.expenſ.*

55 Comprobatur hæc ratio, † & conſequenter ipſa limitatio, quia appellatio non ſuſpendit actum futurum omnino acceſſorium ad ipſam ſententiam: vnde vbicunque appellatio non ſuſpendit actum, iam geſtum de præterito, ſimiliter non ſuſpendit actum gerendum, ſi ille eſt actus omnino acceſſorius, & conſecutiuus ad actum geſtum non ſuſpenſum per appellationem, *Abb. in cap.53. paſtoralis verum quia not. 1. numero 2. de appell.* & quod traditio ſigili vti conſecutiua ad actum, geſtum ante appellationem interpoſitam ad Papam, non impediatur, pendente appellatione, vide quæ ſcribit Franch. *in capit. 56.vt noſtrum, ſub numero 4.verſ.in gl in ver.reuocamus de appell.*

Sed taxatio expenſarum eſt actus futurus omnino acceſſorius.

Contra hanc limitationem: quod enim ſi feratur ſententia, in qua pars condemnetur in expenſis, appelleturque, nunquam expenſæ ſint taxandæ donec cauſa fuerit finita per tres inſtantias, alias ſi fieret taxatio, iudex ad quem reuocaret per modum attentati, dixit, nihil allegando Rot. *deciſ.46. alias 831. nota dic quod ſi feratur de ſent.& re iud.in antiq.* & ita contra limitationem firmant Dec. *in c.53.paſtoralis §.verum, verſus finem, verſ.poſtremo non omitto, ſub num.29.& ſeqq.de appel. Aſin.in prax.iudic.§.32.cap.12. ſub nu.3.ibi, verum deciſionem, & proprie ſub n.4.verſ.verum ſi recte, & n.5.& 6. Lancel.tract.de attent.par.2.c.12.de attent.et innou.appel.pend.limit.11.princ. n.2.& ſeqq.& ſub n.7.verſ.regula tomo 5.fol.367.& Ruginel.tract.de appel.§.2.c.3.in verb.taxatio num.935.* & de probabiliori, magis æqua, & veriori teſtantur Aſin. & Rugin. ſupra citati.

56 Retenta hac opinione † contra limitationem.

Extende I. eam, vt procedat, etiam ſi iudex, pronunciando in aliqua cauſſa diffinitiue, & condemnando in expenſis, retineat ſibi earum taxationem, quia nihilominus, ſi fuerit ab ea appellatum, & dederit apoſtolos reuerentiales, ſicut fieri debet, quando appellatur a diffinitiua, non poterit pendente appellatione, facere dictam taxationem, nec aliquid innouare, *Rota deciſ.43. aliàs 636. ſi dominus auditor de ſent.& re iud.in antiq.*

57 Extende II. vt maximè procedat, † quando iudex ad quem inhibuiſſet iudici a quo, quod in cauſa non ſe intromitteret, nec aliquid innouaret, quoniam tunc non poteſt expenſas taxare, *Carauit.ſuper d.rit.298. ſub nu.25.*

58 Reſtringe I. eandem, † vt non procedat de rigore iuris, quia iudex, a quo eſt appellatum, poteſt de rigore iuris, pendente appellatione, taxare expenſas, ad quas condemnauit, *Rot.deciſ.25. aliàs 60. not.quod vbi iudex de ſent.& re iud.in antiq.& Lancel.d.lim.11.princ.n.8.& 9.* vbi quod iſta reſtrictio eſſet ſeruanda contra Iudæos, contra quos ſeruari debet rigor iuris.

59 Reſtringe II. vt non procedat, † quando taxatio fieret incontinenti poſt appellationem, cum tunc non videatur fieri aliquid de nouo, *Capel. Tholoſ. deciſ.466. an iudex a quo & Lancel.d.limit.11.princ.limit.2.n.11.* vbi ſic intelligit Lap. & Maran. ſupra citatos.

60 Reſtringe III. vt non † procedat in expenſis regeſti, quia illę taxantur etiam pendente appellatione, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.vlt.verſic.quarta n.44.*

61 Reſtringe IV. vt non procedat, † ſi fiat condemnatio expenſarum in cauſſa attentatorum, quia poterunt taxari ante prolationem ſententiæ in principali, & taxabuntur pro ſententia, lata ſuper attentatis, quantum taxarentur ſuper principali, *Rot.deciſ.37.alias 454. nota ſi fiat condemnatio de ſent.& re iud.in antiq.* ſeu, vt explicat Lancel. *d.limit.11.in fin.ſub n.14.fol 367.* taxatio expenſarum in cauſſa attentatorum poteſt fieri, quamuis pendeat appellatio ſuper cauſſa principali.

Dubitari poſſet in caſibus iſtarum reſtrictionum, quando iudex ad quem inhibuiſſet.

62 Limita III. vt † non habeat locum contra tertium, quia ex quo non fuit contra eum appellatum, non poteſt dici, quod ipſe aliquid attentauerit, lite vel appellatione pendente, cum lis, & appellatio non ſint cum eo; vnde contra tertium ſpoliantem, & innouantem, pendente appellatione, debet agi coram ſuo iudice ordinario, & ordine iudiciario ſeruato, *Franch.in c.51.bonæ memoriæ, n.9.de appel.* & quod inhibitio, facta per iudicem appellationis, non trahatur ad tertium, quia res inter alios acta &c. ſcribit Gemi. *in c.3.Romana, §.in alium de appel.in 6.* & faciunt, quæ ſcripſi *infra q.17.lim.6.memb.4.n.41.& ſeqq. reſtr.4*

Reſtringe I. hanc limitationem, † vt non procedat in tertio, habente cauſſam a parte appellata, vel à iudice, vel ab ipſo appellante, quia iſto caſu habet locum remedium attentati, *Franch.d.cap.51.bonæ memorię n.11.verſ. ſecunda concluſio de appel.Rot.diuerſ.dec.1147.lite pendente.parte 3.lib.3.fol.255.*

64 Reſtringe II. vt non procedat † in tertio ſuccedente in ipſa re attentata, dato quod non habuerit cauſſam a iudice vel a partibus innouantibus: cenſetur enim tale vitium reale, & ſic tranſit, & agi poteſt contra quemlibet ſucceſſorem etiam cum titulo, & bona fide, *Franch.eod. cap.51.bonę memorię, numero 12. verſ.tertia & vltima concluſio.*

Secus ſi ipſe tertius principaliter innouaret, pendente appellatione, & non haberet cauſſam a iudice, vel a parte quia tunc non habet locum remedium attentati contra tertium innouantem, pendente appellatione, & etiam poſt inhibitoriam iudicis, *Franch.d.n.12.in fin.* licet in libro meo corrupte legatur affirmatiue.

65 Limita IV. vnico † verbo in qualibet ſententia cenſuræ eccleſiaſticæ, quia per appellationem non ſuſpenditur eius effectus, ideoque excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, licet appellet, tamen interim eodem modo erit excommunicatus, ſuſpenſus, & interdictus, *vt ex Spec. Dec.Franch.& alijs retuli, & ſequutus ſum infra q.17.lim. 22.n.1.& ſeqq.* vbi late de hac materia.

66 Sublimita I. declarando † hanc limitationem, vt procedat in appellatione interpoſita poſt ſententiam cenſuræ, ſecus in appellatione interpoſita ante ſententiam cenſuræ, quia tunc appellatio impedit illius effectum, vt retuli, & ſequutus ſum *d.q.17.limit.22.num.54.& ſeqq.* vbi videas.

67 Sublimita II. declarando, † vt procedat in ſententia interdicti in ſpiritualibus, & diuinis officijs, quia in iſtis non impeditur effectus per appellationem, ſecus ſi interdictum, vel ſuſpenſio reſpiceret alia: tunc enim appellatio ſubſequens ſuſpenderet effectum talis interdicti, vel ſuſpenſionis: vnde ſi iudex interdixit tibi ingreſſum ciuitatis, ſeu palatij, appellando a tali interdicto, ſuſpenderetur effectus ſententiæ, *Franch.in c.37.ad hæc quoniam, ſub n.3. de appel.*

68 Amplia hanc ſublimitationem, † vt habeat locum etiã in ſuſpenſione, vel interdicto a beneficio aut a pontificialibus, ſeu ab vſu pallij, quia appellando impeditur effectus ſententiæ quoad iſta, *Franch.vbi ſupra.*

Confirmatur hæc ampliatio, quia ſuſpenſus a beneficio, ſeu a pontificabilibus, aut ab vſu pallij, celebrans in diuinis, non incurrit irregularitatem, *Franch.in d.c.37.ad hæc quoniam n.3.in vltimis verbis.de appell.*

69 Limi-

69 Limita V. & vltimo generaliter † vno verbo, vt non procedat in caſibus in quibus iura prohibent appellationem, *c.7. non ſolum de appel. in 6.* ſeu iura, vel ſtatuta concedunt executionem paratam, quia in his poteſt procedi, & innouari: & qui ſint iſti caſus, ſeu cauſſæ, quæ appellationem non admittunt, videbis infr. *q.5.16 & 17.* in quibus peculiariter eas ſententias, & cauſſas proſecutus ſum.

70 Declara I. nunc eundem † quartum effectum, vt innouare, ſeu attentare non dicatur is, qui facit actum continuatiuum, hoc eſt continuat, *Rot. deciſ. tom. alias 89. nota quod vbi de appel. in antiq. & deciſ. 442 alias 344. licet cauſſæ, ſub num. 1. de appel. innou. Franch. in cap. 17. cum teneamur, not. 1. num. 1. & in cap. 51. bonæ memoriæ, verſus finem, col. vltim. ſub num. 44. verſ. vltimo infertur de appel. Natt. conſil. 606. approbo num. 12 in fin. & num. 13.* quia his, ſeu appellatio non debet quemquam ſua poſſeſſione priuare, *Franch. d. c. cum teneamur, not. 1. & 7. Natt. ſub d. num. 13. & Lancel. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. app. pend. limit. 26. princ. num. 1. & ſeqq. n. 6. tomo 5. fol. 373* & quod quis non dicatur innouare contra ſtatum litis, ſeu lite pendente, ſi vtatur ſua poſſeſſione, licet talis vſus ſit contra ius, principaliter in iudicio deductum, ſcribit Franch. *in c. 69. ſignificante not. 4. num. 6. de appell.* Nullus enim tenetur dimittere ius ſuum, vel deſiſtere a continuatione ſui iuris, vel poſſeſſionis, propter aliquam appellationem, imo deſideret, qui hoc ſaperet, *Rota d. deciſ. 44 n. 2. de appel. innou.*

71 Amplia hanc declarationem, † vt procedat etiam in appellatione extraiudiciali: Quare pone, quod ego appellem, ne aliquis emat talem domum, vel aliam rem, quia eſt mea, & pone etiam, quod ego non ſim in poſſeſſione; certe iſto caſu appellatio mea non impedit alienationem illius rei, quia appellatus, & poſſidens non debet dimittere, quo minus vtatur iure ſuo propter appellationem ſuperius, vnde ego cogar probare cauſſam appellationis eſſe veram, ſcilicet, quod illa domus, vel res ſit mea, alias non reſcinderetur venditio, nec fieret reuocatio attentatorum, *Franch. in d. c. 51. bonæ memoriæ, verſus finem verſ. vltimo infertur Contar. in l. vnica lim. 25. n. 21. in fin. & n. 22. C. ſi de mom. poſſ.* & ad eos remiſſiuè Rugine l. *tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 32. exempl. 15.*

72 Infero I. ex eadem declaratione, † quod ſi Epiſcopus per ſententiam diffinitiuam depoſitus appellaui à ſententia, poteſt pendente appellatione, ſuum officium libere exercere, ideoque excommunicare, & alia iuriſdictionalia, vt ante ſententiam poterat, exercere, *Franch. in c. 17 cum teneamur n. 8. & 9. de appel. Lancel. tract. de attent. d. c. 12. limit. 26. n. 4. fol. 373.* & ſimiliter canonicus, qui per ſententiam fuit depoſitus, poteſt, appellatione pendente, eligere, ac teſtimonium ferre, *Lancel. d. c. 12. in præfat. n. 95. et 96. verſ. tertio in canonico, fol. 348.* & quod prælatus depoſitus poſſit, pẽdẽte appellatione, exercere ſuã iuriſdictionem, quia appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, ſcribit Franch. *in c. 37. ad hæc quoniam, n. 1. in fi. de appel.* & quod ſẽtẽtia depoſitionis ſuſpendatur per appellationẽ, notat Abb. *in c. 44. ſæpe, n. 15. verſ. ex quibus, eod. tit. de appel.*

73 Infero II. quod licet † condemnatus ad mortem fiat ſeruus pœnæ, tamen per appellationem ſuſpenditur effectus ſententiæ, & ideo interim integer eſt ſtatus appellantis, *ut ex Franch. retuli, & ſequutus ſum infra q. 17. lim. 22. n. 2.*

74 Subinfero I. ex his illationibus, † quod appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, etiamſi ſententia ſit talis, quę traheret ſecum executionem, vt, loquendo in caſibus dictarum illationum, ſcribit Franch. *in d. c. 37. ab hac quoniam ſub n. 1.*

Comprobatur hæc ſubillatio, quia ſententia, qua quis condemnatur de furto, infamat, & executionem ſecum trahit, & tamen appellatio ſuſpendit infamiam iam illatam per ſententiam, *Franch. in dict. c. 37. ad hæc quoniam ſub numero 75. de appellat.*

75 Subinfero II. notabiliter † quod ſi canonicus ex crimine, irrogante infamiam, eſt depoſitus per ſententiam, à qua appellat, & pendente appellatione, ferat teſtimonium, vel eligat, teſtimonium, ſeu electio tenet, quamuis appellatio deſeruatur, *Franch. in c. 44. ſæpe, ſub num. 36. de appel.* Similiter licet condemnatus ad mortem prohibeatur facere teſtamentum, & quod feciſſet, irritetur, *vt ſcribit Franch. d. c. ſæpè numero 37. & ex Bart. Bald. Ang. Natt. Auguſt. Clar. & Clemen. retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 9. numero 1820. & ſeqq.* vbi videas, tamen ſi ille condemnatus appellet, & pendente appellatione, moriatur, teſtamentum remanebit validum, *Franch. vbi ſupra.* Item licet condemnatus de delicto, irrogante infamiam, cenſeatur fuiſſe infamis a die latæ ſententiæ, tamen ſi appellat, & pendente appellatione, exerceat aliquos actus ratione ſui publici officij, eiuſmodi actus tenent, valent, nec retractantur, licet appellatio deſeratur, *Franch. in eod. c. ſæpe, n. 35. verſ. 2. patet. de appel.*

Differentia tamen eſt inter geſta ratione publici, ſeu priuati officij, & geſta ratione priuati iuris; quia geſta ratione officij publici, vel priuati non retractantur, quãuis appellatio deſeratur; ſed geſta ratione priuati iuris retractantur, ſi deſeratur appellatio, *Franch. in d. c. ſæpè n. 38.* Et ideo ſi condemnatus ad mortem appellet, & faciat deinde teſtamentum, appellatione pendente, & appellatio deſeratur, teſtamentum erit nullum, *Franch. vbi ſupra n. 37. in fin.*

76 Reſtringe I. hanc † declarationem, eiuſdemque illationes, vt non procedant in ſententia excommunicationis, quia licet excommunicatus appellet, tamen non poteſt continuare, *Franch. in c. 17. cum teneamur, n. 7. in fin. de appel. & Lancel. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. et innou. appel. pend. limit. 26. n. 7.* & ideo licet appellet, tamen remanet excommunicatus, & remanent eius effectus, *Lancel. d. c. 12. in præfat. n. 99. et 100. et ſeqq. limit. 1. fol. 348* & vide infra *q. 17. limit. 22. n. 8.*

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia ſententiæ cenſuræ ſunt medicinales, & tendunt ad corrigendum, *vt ex Abb. et Franch. retuli, et ſequutus ſum infra q. 17. limit 22. nu. 3.*

77 Reſtringe II. in ſententia † ſuſpenſionis, quia licet ſuſpenſus appellet, tamen, appellatione etiam pendente, remanet ſuſpenſus, *Franch. in cap. 37. ad hæc quoniam, num. 2. de appel. Mil. in verb. appellatio ſicut ſub n. 27. Lancel. de attent. par. 2. c. 12. de attent. et innou. app. pend in præfat. nu. 104 limit. 2. tomo 5. fol. 348.* & quod ſuſpenſionis ſententia non ſuſpendatur per appellationem, ſcribit etiam Abb. *in c. 44. ſæpe ſub n. 15. de appell.*

Contra hanc reſtrictionem oppono, quia depoſitio ab ordine continet in ſe ſuſpenſionem, cum depoſitio ſit perpetua remotio ab altaris miniſterio ſuſpenſio autem ad tempus, vt argumentando ſcribit Abb. *vbi ſupra.*

Sed ſententia depoſitionis ſuſpenditur per appellationem, *vt ex Franch. et Abb. retuli, et ſequutus ſum ſupra, nu. 72. verſ. infero primo.* ergo idem dicendum eſt in ſententia ſuſpenſionis.

Huic oppoſitioni reſpondent *Abb. in d. c. ſæpe ſub n. 15 ibi, ſed ſaluando, et Franch. n. 33. de appel.* quod ſententia ſuſpenſionis eſt ſententia cenſuræ medicinalis ad correctionem, & ideo non ſuſpenditur per appellationem; at ſententia diſpoſitionis non eſt ſententia cenſuræ, cum imponatur in maximam pœnam, vnde cum ſit res grauiſſimi præiudicij, & ceſſet ratio præallegata, debet ſuſpendi per appellationem, ſicut ceteræ aliæ ſententiæ.

78 Subreſtringe hanc † reſtrictionem, vt non procedat

quando ſuſpenſio infligitur alicui in pœnam, quod fieri poteſt, quia tunc talis ſententia ſuſpenſionis ſuſpenditur per appellationem: non enim poteſt tunc dici medicina, *Abb. in d. cap. 44. ſæpe n. 16. verſ. ex quo poſſet, & ſatis comprobatur ex dictis n. præced.* Et licet Franch. *in eodem cap. ſæpe, n. 34. in fine, ibi, ſed certe.* notet differentiam, tamen mihi placet ſubreſtrictio.

Subdeclara eandem † declarationem, poſitam *ſupra n.*
79 *70.* vt licet, appellatione pendente, quis non priuetur iure ſuo, ſed poſſit illo vti: tamen, dato caſu, in quo iudex poſſit, appellatione pendente, aliquid facere in illa cauſſa, quia dicatur vti iure ſuo; non poterit, ſi ſuperior auocauerit ad ſe illam cauſſam, ſeu negotium, quia, ſtante auocatione, priuatur poſſeſſione, & facultate vtendi iure ſuo, *Franch. in cap. 56. vt noſtrum, num. 5. verſ. in ead. gloſſ. de appell.*

80 Declara II. eundem quartum † effectum dum dicimus, quod, appellatione pendente, nihil eſt innouandum: quia nihilominus is, qui appellat, poteſt comedere, bibere, vendere, emere, & ſimilia facere, quæ non retractantur, ſed illa tantum, quæ contingunt ipſam appellationem, & fiunt contra ipſam appellationem, *Io. Andr. in cap. 54. ſolicitudinem, n. 5. de appel.*

81 Declara III. dum dicimus, † attentata eſſe reuocanda, vt procedat, dummodo reuocatio petatur ante concluſionem in cauſſa, quia poſt concluſum in cauſa oportet expectare ſententiam ſuper negotio principali ipſius appellationis, *Rot. deciſ. 4. vt lite pend. in nou. & deciſ. 6. eod. in antiq. Franch. in cap. 66. dilecti, num. 3. in fin. & numero 4. verſ. & intellige prædicta, de appell. Veſtr. in praxi lib. 8. c. 4. num. 14.* Et hæc declaratio procedit in attentatis ante concluſionem in cauſſa, ſecus in commiſſis poſt concluſionem: *Veſtr. d. cap. 4. num. 15. & Lancell. tract. de attent. part. 3. c. 23. num. 23. & ſeqq. fol. 425.* vbi ponit plures limitationes.

Reliqua habes in præcedenti effectu.

82 Quintus effectus eſt, † vt ſuſpendat iudicatum, non tamen reſcindat, *Franch. in cap. 44. ſæpe, n. 16. not. 10. de appell. & quæ ſcripſi ſupra libro 1. c. 97. ſub num. 109. verſic. ad primum*, & hanc eſſe veriorem opinionem teſtatur Papien. *in pract. in form. appell. a ſent. diffin. in gl. coram vobis, ſub n. 6. & 7. fol. 404.*

Contra iſtum effectum: quod enim appellatio extinguat pronuntiatum: tenuerunt alij Doctores, quos citat Lancel. *tract. de attent. p. 2. cap. 12. de attent. & innon. appel. pend. in præfat. ſub n. 114. tom. 5. fol. 349.*

Concordari poteſt iſta contrarietas: nam quatenus appellatio reſpicit futura ſuſpendit pronunciatum, & ita procedit iſte quintus effectus: quatenus vero reſpicit præſentem ſtatum extinguit, & ita procedit opinio contraria Felyn. *in cap. 28. paſtoralis, §. præterea, ſub num. 14. verſ. concluſio ſit, de offic. & poteſt. iudic. deleg.* & hancque
* opin. ſeu concordiam eſſe communem * teſtantur, & ſequuntur Addition. ad Felyn. & Lancell. *in locis ſupra proxime citatis.*

Non recedas ab iſto effectu: nam ego non video, quod Doctores diſcordent in re, ſed in verbis, & attendendo verba, magis proprie videtur dici, quod ſuſpendat.

83 Retento ergo † iſto effectu.

Infero, comprobando eum, quod ſi primus iudex condemnat te ad ſoluendum mihi aliquid infra certum tempus ſub certa pœna, & tu infra legitima tempora appellas, & non ſoluis: & poſtea iudex appellationis confirmat ſententiam; tamen tu non teneris ſoluere illam pœnam, eo, quia recuſaſti ſoluere, pendente appellatione: & ratio eſt, quia, appellatione pendente, ſuſpenditur, vel extinguitur effectus ſententiæ, *Papien. in d. form. appell. a ſent. diffin. in gloſſ. cauſis & rationibus, ſub num. 8. verſic. amplius quæritur, fol. 426.*

84 Sextus effectus eſt, † vt reponat appellantem in ſtatu, quo erat tempore litis conteſtatæ, & non in ſtatu, quo erat ante litem conteſtatam, *Franch. in c. 58. per tuas, n. 1. de appel. & Lancel. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innon. appel. pen. in præfat. n. 119. & 120. tom. 5. fol. 349.*

Vtilitatem, & caſus huius ſexti effectus habes *infra qu. 11. num. 36. art. 4. dub. 1. verſ. confirmatur, & numero 46. dub. 3.*

85 Septimus effectus, † qui eſt difformis ſecundum qualitatem appellationis, ſtat in fine cauſſæ appellationis, & ideo alius eſt in appellatione legitima, & alius in friuola ſeu calumnioſa; vt, notando differentiam inter has appellationes, ſcripſi *q. præced. n. 52.* vbi videas.

De effectibus appellationis vide, ſi placet, Card. Alex. *in rubr. n. 69. verſ. viſo quo iure, & ſeqq. vſq; ad n. 82. incluſiue de appell.* vbi nixus eſt cumulare duodecim effectus.

QVÆSTIO IV.

ARGVMENTVM.

De requiſitis ſubſtantialibus appellationis.

SVMMARIA.

APPELLATIO regulariter debet dari in ſcriptis, n. 1.

¶ *Extenditur I. hæc regula, vt procedat in appellatione ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, n. 2.*

Extenditur II. in appellatione extraiudiciali, n. 4.

Extenditur III. vt non ſufficiat, appellationem redigi in ſcriptis per notarium, n. 5.

Extende IV. etiamſi iudex deferret appellationi, num. 6. vbi vide etiam contrarium.

Extenditur V. vt ſtatutum, aliter diſponens, non valeat, n. 7. vbi etiam contrarium.

Extenditur VI. vt alias appellatio efficiatur deſerta, n. 8.

Extenditur VII. vt ſit vera indiſtincte, &c. num. 9. — Moderatur primo hæc extenſio, vt non procedat quando ex diſpoſitione ſtatuti proceditur iuris ordinibus non ſeruatis, n. 10. — Ampliatur hæc moderatio quando proceditur ſummarie, etc. Et quid in Regno Neapol. num. 11. — Moderatur ſecundo, vt procedat ſolum interlocutoria mera, ſecus, &c. num. 12. — Declaratur primo eadem regula, vt ſcriptura priuata ſufficiat, & quando requiratur ſcriptura authentica, num. 13. — Declaratur ſecundo, vt cedula appellationis poſſit probari per teſtes, ſi ſit perdita, n. 14.

¶ *Reſtringitur I. eadem regula, vt non procedat in appellatione, quæ interponitur incontinenti, n. 15. — Declaratur quando dicatur incontinenti, n. 16. — Subreſtringitur, vt non procedat in interlocutoria, n. 17.*

Reſtringitur II. vt non procedat in appellatione ad Papam, n. 18. vbi vide etiam contrarium.

Reſtringitur III. quando iudex detulit appellationi, n. 18. verſ. reſtringe tertio.

Verba (in his ſcriptis) non ſunt neceſſaria in appellatione, ſub n. 5. verſ. non tamen.

Appellatio viua voce ab interlocutoria, reſeruato beneficio appellandi in ſcriptis, eſt inutilis ſub n. 9. verſ. infero.

Appello verbum, non eſt de ſubſtantia appellationis, n. 19.

Appellatio nil refert per quæ verba interponatur, ibid.

Declaratur, dummodo exprimantur omnia neceſſaria, n. 22.

Sententia valet, licet in ea non ſit appoſitum verbum, condemno, &c. n. 20.

Verba deſeruiunt intentioni, non econtra n. 21.

Appellatio vnica à pluribus ſententijs non ſufficit, ſed requiruntur plures n. 23.

Extenditur etiam ſi vnica ſententia condemnarentur plures, &c. n. 24.

Cauſſa grauaminis expreſſio non eſt neceſſaria in appellatione à diffi-

Digitized by Google

diſſinitiua,n.25.& hæc eſt concluſio.

¶ *Extenditur I. vt hoc ſit verum tam de iure ciuili, quam de iure canonico,n.26.*

Extenditur II etiam in ſententijs diſſinitiuis,in quibus appellatio ſuſpenſiua eſt prohibita, n.27.

Extenditur III. etiam in appellatione ab interlocutoria,habente vim diſſinitiua, n.28.

¶ *Reſtringitur vt non habeat locum in quinque caſibus,in quibus expreſſio cauſſa eſt neceſſaria, nu.29. — Licet expreſſio cauſſæ non ſit neceſſaria ſi tamen exprimatur friuola, viciatur appellatio ibid.verſ.aduerte.*

Cauſſæ grauaminis expreſſio eſt neceſſaria in appellatione ab interlocutoria, n.30.& hæc eſt concluſio.

¶ *extenditur I.in appellatione à ſententia excommunicationis ibidem.*

Extenditur II. vt non ſufficiat expreſſio generalis relatiua ad acta,n.31. — Neque alia expreſſio generalis,n.33 — Temperatur hæc extenſio, vt ſufficiat expreſſio relatiua ad certam partem actorum,n.32.

Etenditur III. vt requiratur expreſſio etiam de iure ciuili, ſub n.33.verſ.extende tertio.

¶ *Reſtringitur I.vt non procedat quando grauamen apparet, n.34.— Ampliatur hæc reſtrictio etiam ſi de grauamine appareret iuris præſumptione, n.35.*

Reſtringitur II.quando Iudex deferret appellationi,n.36.

Reſtringitur III.vt non ſit neceſſaria in ipſa appellatione,dummodo exprimatur poſtea priuſquam labatur tempus ad appelandum,n.37.

Reſtringitur IV.in cauſſis, in quibus poteſt procedi ſummarie, &c.ibid.

Reſtringitur V. in appellatione ab interlocutoria, habente vim diſſinitiuæ, ibid.

Appellationis ſchedula tradi debet iudici à quo, & quomodo ſeruetur in praxi, n.38.

Copia ſchedulæ appellationis an ſit tradenda iudici à quo, ibid. verſ.huius.

Appellationis libellus quot,& quæ debeat continere, num.39. & ſeqq.

Nomen appellantis eſt neceſſarium in appellatione, n.39.

Nomen appellati non eſt neceſſarium in appellatione,n.40.& quando ſit neceſſarium,n.42.

Nomen appellati licet ſit erronee expreſſum in appellatione, tenet tamen appellatio,n.41.

Nomen iudicis a quo requiritur in appellatione,n.43.

Declaratr I. vt ſufficiat nomen dignitatis,n.44.

Declaratur II. vt commiſſio appellationis ſit valida, licet in ea non contineatur nomem iudicis à quo,n.45.

Nomen iudicis ad quem non neceſſario requiritur in appellatione,n.46.

Extenditur I.quando iudex appellationis eſt certus,n.47.

Extenditur II.quando vnus tantum eſt ſuperior,n.48.

Extenditur III. quando appellatur ad competentem iudicem, numero 49.

Nomen iudicis ad quem debet exprimi in commiſſione appellationis n.50.

Sententia,a quo appellatur,debet exprimi in appellatione, numero 51.

Declaratur,vt expreſſio rei, ſuper qua lata eſt ſententia,non ſit neceſſaria,dummodo exprimatur aliquid aliud,&c. num.52.

Subdeclaratur,vt expreſſio rei ſit vtilis Reipub.quia,&c.n.53.

Apoſtolorum petitio an ſit neceſſaria in appellatione, num.54.

Formula appellationis qualis ſit remiſſiuè, num.55.

Interlocutoria,habens vim diſſinitiuæ, æquiparatur in omnibus ſententiæ diſſinitiuæ quoad formam, & ſolemnia appellationis, num.56.

Dies an annotari debeat in ſchedula appellationis.nu.57.

Appellatio iudicialis ab interlocutoria, & appellatio extraiudicialis regulantur eodem modo quoad ſolemnia,nu.58.

QVæſtio iſta ſex definitur articulis.

Primo. *An appellatio debet dari in ſcriptis.*

Secundo, *An verbum(appello)ſit de forma, vel ſufficiant quæcumque alia verba æquippollentia.*

Tertio. *An à pluribus ſententijs ſufficiat vnica appellatio, vel requirantur plures.*

Quarto. *An in appellatione ad eius validitatem debeat exprimi cauſa grauaminis.*

Quinto. *An ſchedula appellationis debeat dari iudici à quo.*

Sexto. *Quæ ſint exprimenda in libello, ſeu ſchedula appellationis.*

ARTICVLVS I.

Ad primum articulum, *An appellatio debeat dari in ſcriptis.*

1 Reſp.conſtituendo regulam, appellandum eſſe in ſcriptis à ſententia diffinitiua *Papien. in pract.in form.appell. a ſent.diffin.in gloſſ.in his ſcriptis n.1.fol.414.Franc. in c.38 cum in eccleſiis, verſus finē n.12.de appell.Guid. Pap.tract. de appell.concl.8.n.6.tomo 5.fol.57.Nicel.tract.de concord. gloſſ.concor.6.fall.69.n.110. tomo 18. fol.196. Luc.Pret.in pract.cap.lib.5.cap.1.n.1. Contard.in l.vnic.limit.25. n.4.in fine C.ſi de moment.poſſ.Ruginell.tract.de appell.in præfat.n. 38.fol.6.* & de communi * opin.loquendo de iure canonico, teſtatur, & ſequitur *Franch.in cap.59.vt debitus in 2. princip.quæſt.2.n.11.verſ.ſecundo quæritur an ſit de appell.* & probatur *ex l.1.§.fin.ff. de appell.& relat.* in illis verbis *vt habeant ſcriptum*, & quod requiratur appellatio in ſcriptis,ſiue appelletur ad Papam,ſiue ad alios inferiores. & ita ſeruetur de conſuetudine,ſcribit *Franch.d.q.2.ſub n. 11.& rurſus in c.1.n.10.de apell.in 6.*

Ratio ſecundum Petr.de Bellap.*in l.1. §. libelli ſub n.1. ff.de appel.& relat.*loquendo de appellatione a ſententia diffinitiua, eſt, quia ſententia ipſa diffinitiua in ſcriptis debet proferri :ergo, inquit,& in ſcriptis debet ab ea appellari,quia nihil tam naturale eſt,&c.

2 Extende I. hanc regulam,vt procedat etiam in appellatione ab habente vim diffinitiuæ, quia debet etiam dari in ſcriptis, *Guid.Pap.d.tract.de appell.q.10.ſub num.17. fol.58.*

3 Ratio erit, quia ſententia, quæ habet vim diffinitiuæ æquiparatur diffinitiuæ,vide *infra n.56.*

4 Extende II.vt habeat locum etiam in appellatione extraiudiciali,*Franc.in c.51.bonæ memoria.n.17.in fine.verſ. quinto requiritur. de appell. Ruginell.tract. de appell. §.2.c. 3.n.13.fol.72.* & quod appellans extraiudicialiter teneatur exprimere cauſam in ſcriptis, conſuluit Natt. *conſ. 606.approbo.ſub n.1.*

5 Extende III. vt non ſufficiat, ſi appellans, voce dicat, *appello*, & appellationem incontinenti faciat redigi in ſcriptis per Notarium, *Iacob.de Aren.in l.præſes.ſub n.1. ff.de re iud.*dicens vlterius, quod hæc appellatio non impedit executionem,*Franch.in c.59.vt debitus.in 2.principali.quæſt.3.n.12.de appell. & in cap.1.ſub n.10.verſ.ſecundo aduerte. de appell. in 6. Maſuer. in addit. ad pract. Papien. in form. appell. à ſent. diffin.in gloſſ. in his ſcriptis.fol. 415.* Aliud enim eſt, quod quis teneatur appellare in ſcriptis,aliud vero;quod appellatio redigatur in ſcriptis, *Ruginell.tract.de appell.in præfat.n.38.& 39.*

Non tamen eſt neceſſe,quod appellans proferat illa verba *(in his ſcriptis, appellat)* ſufficit enim,quod appellet in ſcriptis, *vt contra Ang.& Spec.tenet Franch. in dict.c. vt debitus.quæſt.4.n.13.& dict.cap.1.n.10.in fine.*

Nota ex hac extenſione errorem eorum Notariorū, qui dicunt ſe rogatos de appellatione in ſcriptis interpoſita, & dicunt parti, *dabis poſtea eam mihi*; nam ante omnia debet eſſe dictata, ſcripta, & data priuſquā nota-

Digitized by Google

rius ſit, vel eſſe poſſit rogatus, *Ang. Aret. in l. 1. §. vltim. ſub num. 11. verſ. vnum tamen nota perpetuo. ff. de appell. & relat.*

6 Extende IV. vt appellatio ſine ſcriptis à diffinitiua non valeat, etiamſi iudex illi detulerit, *Achil. de Graſſ. deciſ. 2. alias 228 appellatio. de appell. fol. 104.*

Contra hanc extenſionem *vide infra ſub n. 18. verſ. reſtringe tertio.*

7 Extende V. vt ſtatutum, permittens poſſe appellari ſine ſcriptis, non valeat, *Reginel. tract. de appell. §. 2. c. 4. n. 2. in fine & n. 3. fol. 145.*

Hanc extenſionem arbitror non veram, *per ea, quæ ex Ang. Franch. & alijs retuli infra n. 10. & 11.*

8 Extende VI. vt in tantum requiratur appellatio in ſcriptis, vt alias appellatio efficiatur deſerta, *Guid. Pap. tract. de appell. q. 9. nu. 17. tom. 5. fol. 58. Rebuff. tract. de appell. art. 5. gloſſ. vna, num. 8. tom. 3 fol. 496.* vbi tamen *nu. 9.* addit corrigendo, vocandam eſſe potius appellationem inualidam, quam deſertam, & rationem reddit.

9 Extende VII. vt ab interlocutoria debeat indiſtinctè appellari in ſcriptis, ſiue appelletur ex interuallo, ſiue incontinenti, ſiue iudice non ſedente pro tribunali, ſiue ſedente, *Spec. tit. de appell. §. qualiter autem, n. 1. in fine lib. 2. fol. 190. Franch. in c. 59. vt debitus, q. 7. nu. 16. de appel. & in c. 1. ſub num. 5. verſ. in gloſſ. ibi in ſcriptis. de appell. in 6. & Luc. Pæt in pract. capitolin. lib. 5. c. 6. num. 2. & 3.*

Limita declarando hanc extenſionem, vt procedat de iure canonico, ſicut diſtinguendo explicat *Bal. in l. 6. eos. §. ſin autem ſub num. 2. verſ. nam de iure Ciuili, C. de appell.* & quod ita ſit determinatum de iure canonico, teſtatur *Bar. in l. 4. eius qui, ſub num. 4. verſ. primo quæro, ff. de appellat. recip.*

Secus eſt de iure ciuili, quia ſicut in prolatione interlocutoriæ non eſt neceſſaria ſcriptura, ita neque eſt neceſſaria in eius appellatione, vt contrariorum, ſit eadem diſciplina, *Bal. vbi ſupra*, & ita videtur ſentire Gloſ. vnica *in fine l. 2. ff. de appel. & relat.* & nonnulla ſcribit, ſed confuſe Ang. Aret. *in l. 1. §. vltimo, num. 10. ff. eod.*

Contra hanc limitationem: quod enim etiam de iure ciuili requiratur appellatio in ſcriptis, oſtendit Bart. *vbi ſup.* dicens vlterius, quod ita obſeruat conſuetudo, quam conſuetudinem ex Bartol. refert, & ad eum ſe remittit Franch. *in c. 1. ſub n. 10. verſ. & aduert. de appell. in 6.* qui tamen cum prius citauerit Gloſ. in contrarium videtur anceps locutus.

Retenta ergo ſimpliciter extenſione tam de iure canonico, quam de iure ciuili.

Infero ex hac intenſione, inutilem eſſe in appellatione ab interlocutoria practicam appellandi, qua dicimus (*appello viua voce, reſeruato beneficio appellandi in ſcriptis*) requiritur enim adhuc, quod appelletur in ſcriptis infra decem dies, hac ſi appellatio viua voce emiſſa non eſſet, *Franch. in c. 59. vt debitus, q. 7. num. 16. verſus finem de appell.*

10 Modera I. eandem extenſionem, vt non habeat locum ſtante ſtatuto, quod in appellationibus procedatur ſolemnitatibus, & iuris ordinibus non ſeruatis, quia valebit appellatio etiam ab interlocutoria ſine ſcriptis, & abſque inſertione alicuius cauſæ, vt ex Ang. refert, & ſequitur. *Franch. in c. 59. vt debitus, qu. 7. num. 17. & 18. ibi aduerte tamen ad vnam, de appell.* & ex Franch. refert dubitatiue Luc. Pæt. *in pract. capitolin. lib. 5. c. 6. num. 8. verſ. item & ſeptimam.*

11 Amplia hanc moderationem, vt procedat etiam ſtante ſtatuto, quod in cauſa procedatur ſummarie, &c. quia in omnibus cauſis, in quibus poterit procedi ſummarie, &c. valebit etiam ſine ſcriptis, & ideo valebit etiam in omnibus caſibus de quibus *in clem. diſpendioſam. de iud.* quia cauſa appellationis eſt eiuſdem naturæ, qualis eſt cauſa principalis, *Franch. d. c. 59. vt debitus quæſt. 7. num. 18. in fin.*

Contra hanc ampliationem in appellatione a diffinitiua tenet Puteus *deciſ. 103. in vna Gerundenſ. num. 4. lib. 3.* Ego non diſcedo ab ampliatione.

Infero corroborando hanc ampliationem, quod in Regno Neapol valida eſt appellatio a quauis interlocutoria, etiam quod non ſit expreſſa cauſa grauaminis, & non ſit appellatum in ſcriptis, ſed viua voce, quia in Regno Neap. omnes cauſæ ſunt ſummariæ. *Foller. in addit. ad Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo & quandoque appellatur ſub num. 154. fol. 480. & Carauit. tit. 288. capitulum ſub num. 11. verſ. 7. infertur.*

Contra hanc illationem memini, me vidiſſe in vno tractatu, ſeu praxi moderna curiæ Neapol. auctorem illius multum exclamare contra Foller. & Carauit. aſſerendo, illationem non eſſe veram, & in practica non eſſe receptam, eo quia expreſſio grauaminis, & ſcriptura ſunt de ſubſtantia appellationis ab interlocutoria, & ſubſtantialia non ſunt ſublata per iura municipalia Regni Neapol. mandantia, omnes cauſas eſſe ſummarias.

Non recedas ab illatione, quia in Regno Neap. poteſt procedi ſummarie, & ſine ſolemnitatibus, & ideò ſine libello, vt citatis legibus illius Regni, ſcripſi *ſupra libro 1. c. 50. num. 34.* Quare ſi poteſt procedi ſine libello in prima inſtantia: ergo poteſt etiam procedi in ſecunda, & ſic in cauſa appellationis, quia cauſa appellationis cenſetur eadem cum prima, & ideo ſi cauſa prima eſt ſummaria, cauſa appellationis quoque erit ſummaria, *vt dixi ſupra verſ. amplia, & infra q. 11. n. 17.* nam & in cauſa primæ inſtantiæ requiritur libellus in ſcriptis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra d. c. 50. n. 19. verſ. tertia difficultas,* quia libellus eſt ſcriptura, *vt dixi eod. c. 50. & c. 51. vtrobique n. 1.* & tamen ſi cauſa ſit ſummaria, in qua poſſit procedi ſine figura iudicij, libellus non eſt neceſſarius, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *d. lib. 1. c. 53. n. 21. & ſub n. 22.* quia in eiuſmodi cauſa ſummaria ſunt remiſſa omnia ſubſtantialia ordinis iudiciarij, vt retuli, & ſequutus ſum *d. c. 53. n. 17. & 20.* Ergo &c.

Verum tamen eſt, quod ſi poſſet procedi ſolum ſummarie, ſeu ſimpliciter, ſicque cauſa eſſet ſolum ſummaria, in qua ſubſtantialia ordinis iudiciarij non ſunt remiſſa, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *eod. c. 53. num. 14.* tunc requireretur libellus in ſcriptis cum expreſſione grauaminis.

12 Modera II. vt habeat locum ſolum in interlocutoria mera, ſecus in interlocutoria, quæ habet vim deffinitiuæ, quia ab iſta interlocutoria, habente vim diffinitiuę, ſi appelletur incontinenti, poteſt appellari viua voce, ſicut a diffinitiua, *Franch. in d. c. 59. vt debitus q. 7. ſub num. 16. in fine:* nam quoad formam appellationis, & ſolemnia ſententiæ, habens vim diffinitiuæ, æquiparatur in omnibus, & per omnia ſententiæ diffinitiuæ, vt retuli, & ſequutus ſum *infra ſub num. 37. reſtric. 5.*

Aduerte tu, qui verſaris in foro Capitolino, quia ſi appellaueris ante ſententiam diffinitiuam, appellatio debet ſcribi per notarium cauſæ, niſi is fuerit legitimè impeditus, & tunc ea appellatio cum nomine notarij, per cuius acta fuerit interpoſita, appellato debet denuntiari, alias appellatio non tenet, & nullum ſortitur iuris effectum, *lib. 1. ſtat. Vrb. c. 172.* Sed hoc ſtatutum eſt de raro contingentibus, & non tamen derogat in reliquis iori communi, de quo ſupra *num. 9.*

13 Declara I. eandem regulam: dum dicimus, appellandum eſſe in ſcriptis, quia non propterea ſcriptura debet eſſe publica, ſed ſufficiens qualibet ſcriptura priuata ad validitatem appellationis. *Ang. Aret. in l. 1. §. vltim. ſub num. 10. ff. de appell. & relat. Gemin. & Franch. infra proxime citati:* Vt tamen hæc ſcriptura priuata probet, appellatio-

lationem eſſe interpoſitam requiritur præſentia duorum teſtium; vt ſcribunt Gemin. in cap. 1. ſub num 16. verſ. in ea gloſſ. ibi probari poſſit. & Franch. ſub n. 11. de appel. in 6. rurſus Franch. in cap. 59. vt debitus. ſub n. 13. q. 5. de appell. & ita ſeruamus in Curia; datur enim notario ſchedula priuata appellationis, & notarius legit eam iudici coram teſtibus.

Subdeclara, vt in ſchedula, quę datur parti ad intimandam appellationem ſecundum formam clem. cauſam de elect. ſcriptura debeat eſſe authentica, Franch. in d. cap. 1. ſub. n. 11. & ante eum Gemin. ſub n. 15. de appelat. in 6.

14 Declara II. vt, ſi chedula appellationis fuerit deperdita, poſſit probari per teſtes quod fuit appellatum in ſcriptis, Franch. in cap. 59. vt debitus, quæſt. 6. num. 14. de appellat.

15 Reſtringe I. eandem regulam, vt non procedat, quando appellatur in continenti tempore ſentētiæ, quia tunc poteſt viua voce appellari, Spec. tit. de appellat. §. qualiter autem in principio. lib. 2. fol. 190. & poteſt vno verbo appellari, dicendo, appello, Bar. in l. 1. §. fin. in princip. ff. de appell. & relat. Et quod in iſta appellatione; quæ fit viua voce, ſufficiat dicere, appello, & ſubintelligatur, quod appello a te, a ſententia, quā ſtatim protuliſti inter me, & aduerſarium meum in tali caſu, ſcribit Bar. in d. §. fin. n. 2. ibi. & primo circa appellationem. & quod ſi appelletur incontinenti, poſſit appellari viua voce abſque ſcriptura, tenent Papien. in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſ. coram vobis. n. 12. verſ. amplius etiam fol. 406. & in gloſ. in his ſcriptis. ſub n. 1. fol. 141. Franc. in cap. 59. vt debitus. quæſt. 7 n. 15. de appell. Guid. Pap. tract. de appell. concluſ. 8. num. 6. tom. 5. fol. 57. Nicell. tract. de concord. gloſſ. cōcord. 6. fall. 69. n. 110. tom. 18. fol. 198. Luc. Pat. in pract. Capit. libr. 5. c. 1. n. 1. & 3. & ſentit. Achil. de Graſſ. deciſ. 2. alias 228. appellatio. de appell. fol. 104.

16 Declara hanc reſtrictionem, vt facultas appellandi duret ſolum, donec iudex ſedet pro tribunal, Spec. tital. de appellat. §. qualiter autem. ſub n. 1. verſ. per quæ iura. lib. 2. fol. 190. Franch. d. c. vt debitus. ſub n. 15. Luc. Pat. d. lib. 5. c.
* 1. n. 7. verſ. incontinenti. & de communi * obſeruantia teſtatus eſt Bar. in d. §. fin. n. 3. in fine, etiamſi ſederit per horam poſt latam ſententiam, ſecus ſi iam iuerit ad prandium, vel ad alios actus diuertirit. Spec. vbi ſupra, & per magnam horam, vt ſcribit Franch. in c. 1. n. 5. & Gemin. in §. his. quæ ſub n. 3. de appell. in 6. imo etiamſi ſederit per magnam moram, vt loquitur ibidem Gemin. n. 14. verſ. item nota ex gloſſ.

Verum Petr. de Bellap. in l. 1. §. libelli n. 3 verſ. quæritur dictum eſt ff. de appell. & relat. videtur dicere, quòd ſufficiat appellare illo die, & ita probat text. in l. 2. ſed ſi apud acta. ff. de appel. & relat.

Sed quidquid ſentiat Petr. * communiter tenetur declaratio, vt teſtatur etiam Ang. Aret. in l. 1. §. libelli n. 8. in vltimis, verbis, & n. 9. ff. de appell. & relat. & ad textum. in d. l. 2. reſpondeo quòd procedit, dummodo iudex ſedeat pro tribunali.

17 Subreſtringe eandem reſtrictionem, vt non procedat in interlocutoria, quia ſiue appelletur ex interuallo, ſiue incontinenti, ſemper requiritur appellatio in ſcriptis, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 9. extenſ. 7. vbi videas.

An hæc diligentia appellandi incontinenti poſſit eſſe damnoſa, vide eundem Luc. Pæt. d. c. 1. n. 4. & 5. & an poſſit aliquando eſſe vtilis, vide eundem ibid. n. 6. verſ. poſſet tamen. Mohed. deciſ. 6. alias 132. n. 6. de appell.

18 Reſtringe II vt forſan non procedat quando appelletur ad Papam, ſecundum ea, quæ ex Arch. refert. Rot. deciſ. 54. alias 358. ſi appelletur. n. 1. de appellat in nou. fol. 260.

Contra hanc reſtrictionem facit quod ex Franch. retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n. 1.

Reſtringe III. vt non procedat, quando iudex a quo appellationem admitteret, quia tunc illa appellatio: quamuis ſine ſcriptis fuerit interpoſita; tamē ex quo iudex ei detulit, deuoluit negotium ad ſuperiorem, vt ex Franc. Contar. & Gemin. retuli, & ſequutus ſum infra quaſt. 17. limit. 36. n. 3.

ARTICVLVS II.

Ad ſecundum articulum: An verbum, appello, ſit de forma, vel ſufficiant alia quæcunque verba æquipollentia.

19 Concludo, non eſſe neceſſarium, vt appellans vtatur verbo (appello) ſed poteſt vti alijs verbis æquipollentibus, quia nō refert, quòd ex verbis æquipollentibus proferatur, quare ſufficit, ſi dicat, proclamo, vel prouoco, ſeu conqueror, & ſimilia, vt refert, & ſequitur Franch. in cap. 34. ad audientiam not. vlt. ſub n. 2. de appel. item ſufficit quod quis dicat, ſubmitto me, & mea bona ſub protectione Papæ, dict. cap. ad audientiam. & ibi Franch. not. 1. ſub n. 1. de appella. Quare ſubmittens ſe, & ſua ſub protectione Papæ, intelligitur appellare ad Papam, licet verbum, appello, nō expreſſerit; vt in d. capit. ad audientiam. & quod ſufficiat dicere, Domine vos grauaſtis me in tali articulo, nolo amplius litigare coram vobis, ſed volo ire ad Papam, & apoſtolos peto, ſcribit Natt. conſ. 606. approbo. ſub n. 1. & ſub n. 4. ibi quid enim intereſt, & quod ſufficiant verba æquipollentia, quando conſtat de mente, ſcribit Franch. in c. 1. n. 5. verſus finem de appellat. in 6.

20 Confirmatur hæc declaratio, quia in ſententia diffinitiua nihil refert, quo verbo iudex vtatur in condemnādo, ideoq; æque valet ſententia, ſi iudex vtatur verbo, condemno, ſicut ſi vtatur alio æquipollenti, Alex. in l. 1. n. 26. ff. de verb. oblig. Quare dicitur ſententiare, etiamſi diceret, Non video, cur non condemnem, Alex. in l. 1. n. 7. ff. de ſent. & re iud. Vant. tract. nullit rubr. de nullit. ex defect. proceſſ. ſub n. 92. verſ. idem foret. Similiter diceret, Credo talem debere, &c. Vant. vbi ſupra n. 92. vel ſi diceret, mihi videtur talē debere, vt per eoſdē, & Scal. de cōſ ſapien. lib. 4. cap. 13. tomo 3. p. 1. ſol. 349. Similiter etiamſi iudex pronunciaret, inſtrumentum eſſe exequendum, diceretur diffinitiue ſententiare, quia præceptum iudicis, factum ſuper negotio principali, accipitur pro ſententia diffinitiua, licet iudex non dicat, Condemno, ſed præcipio, Alex. in conſ. 50. viſis actis n. 11. verſ. præterea iuſſus iudicis lib. 2. Hincque alias ego reſpondebam de iure, quod iudex pronunciando, votum eſſe exequendum, dicebatur ſententiam protuliſſe: Imò in fortioribus terminis ſi iudex dicat, Abſoluo Titium, & in expenſis mitum uictori, ſententia valet, quia etſi deficiat verbum (Condemno) nec poſſit intelligi repetitum tamen debet ſubintelligi, Bar. in l. 1. § fin. ſub nu. 2. ff. de hæred. inſtit.

21 Ratio, eſt quia verba deſeruiunt intentioni non e contra, Franch. in d. c. ad aduentitium ſub n. 1. de appellat. magis ideo attendi debet mens, quam verba, quæ propterea impropriandа etiam ſunt, vt ſubſtineatur intentio, & ſententia, Alex. in d. l. 1. n. 27. ff. de uerb. oblig. & Vant. d. rubr. de nullit. defect. proceſſ. ſub numero 92. uerſ. ſufficeret, & Scal. d. c. 13.

22 Declara hanc concluſionem procedere, dummodo exprimantur omnia neceſſaria in appellatione: quare non ſatis eſſet ſe, & bona ſua ſubmittere protectioni Papæ, ſed debent omnia alia neceſſaria adhiberi, vt explicat Franch. d. c. ad audientiam. not. vlt. n. 2.

ARTICVLVS III.

Ad Tertium articulum; An a pluribus ſententijs ſufficiat vnica appellatio, vel requirantur plures?

23 Reſp. & concludo pro regula, quod a pluribus ſententijs plures requiruntur appellationes l. 10. ſi qui ſeparatim,

Digitized by Google

tim, & ibi Petr. de Bellap. Bar. & Paul. de Caſtr. ff. de appellat. & relat. pluribus enim malis plura medicamenta; & quod tot ſint neceſſariæ appellationes, quot fuerunt ſententiæ, licet vno contextu, refert, & ſequitur Franch. *in rubr. n. 5. in fin. de appell.* Quare ſi quis coram eodem iudice fuerit conuentus diuerſis libellis ſuper diuerſis rebus; & iudex ferat duas ſententias vnico contextu ſuper dictis libellis, & deinde condemnatus appellet ſimpliciter a ſententia, & impetret ſuper appellatione tale reſcriptum conqueſtus eſt talis, quod talis iudex iniquo contra eum tulit ſententiam, a qua ad ſedem Apoſtolicam appellauit, & deinde in vim huius reſcripti agat coram iudice appellationis ad reſciſſionem vtriuſque ſententiæ, dico, quod iudex appellationis non poterit procedere, niſi in cauſa vltimæ ſententiæ vel durioris ſententiæ, & ſic in cauſa vnius ſententiæ, *Franch. d. rubr. num. 6. verſ. propter hoc. de appell.*

Extende I. hanc regulam, vt habeat locum, etiam ſi ſimul, & ſemel proferantur interlocutoria, & diffinitiua ſententia; quia duæ etiam interponi debent appellationes, *Guid. Pap. tract. de appell. quæſt. 62. ſub num. 46. tomo 5. fol. 59.*

Extende II. vt habeat locum, etiam ſi plures condemnarentur de eadem re, ſeu ex eadem cauſa, quia plures etiam requirerentur appellationes & appellatio vnius alteri non prodeſſet *d. l. ſi qui ſeparatim, & ibi Doct.* & hoc facit ſeparatio condemnationis *ſecundum Petr. de Bellap. in d. l. ſi qui ſeparatim, n. 1. in fine,* ſed intelligas, hoc eſſe verum, quando fuerunt condemnati etiam ex diuerſo genere probationis; alias, ſi condemnarentur ex eodem genere probationis, appellatio vnius prodeſſet alteri, etiam ſi eſſet contra eos diuerſis libellis, & iudicijs actum, vt declarant Bart. *in d. l. ſi qui ſeparatim.* Paul. de Caſt. & latius Ang. Aret. qui adducunt exempla.

24 Extende III. vt procedat etiam ſi vnica ſententia condemnarentur plures ex diuerſis capitulis, quia plures requirerentur appellationes: Vna enim appellatio quæ reſpiceret vnam perſonam, non ſuſpenderet totam ſententiam, *Pariſ. conſ. 66. videtur, num. 3. & ſeqq. lib. 1.*

Vel requiritur vna ſimplex appellatio à tota ſententia, *Pariſ. eod. conſ. 66. num. 9.*

ARTICVLVS IV.

Ad Quartum articulum. *An in appellatione ad eius validitatem debeat exprimi cauſa grauaminis.*

25 Pro reſolutione diſtinguo duas ſpecies appellationis.

Prima ſpecies eſt Appellatio a diffinitiua.

Secunda ſpecies eſt Appellatio ab interlocutoria.

Venio ad primam: & concludo, quòd expreſſio grauaminis non eſt neceſſaria, quia non eſt de ſubſtantia appellationis, & ideo appellatio a diffinitiua eſt valida, licet in ea minime expreſſa ſit cauſa, *Spec. tit. de appell. §. qualiter autem, num. 2. verſ. hæc eſt vna differentia. lib. 2. fol. 190. Archid. in c. Romana. ſub num. 10. & 11. ibi vnde dicas. de appell. in 6. Abb. in c. 38. cum in eccleſiæ, ſub n. 6. de appel. & ibidem Franch. nu. 4. verſ. in gloſ. in verb. iuſta.* dicens, ſatis eſſe, quod dicat, *appello;* quia expreſſio cauſæ non eſt de forma appellationis a diffinitiua, *idem Franch. in cap. 14. conſuluit. verſus finem, ſub num. 6. & in c. 62. cum cauſſam, in fine, ſub num. 30. eod. tit. de appell.* & quod poſt ſententiam diffinitiuam latam appelletur a quocunque, & per quemcunque etiam ſine cauſæ rationabilis expreſſione, ſcribit Spec. *tit. de appell. §. in quibus, ſub n. 28. verſus finem lib. 2. fol. 186.* & quod in appellatione a diffinitiua non ſit neceſſarium, vt contineat cauſas grauaminis in ſpecie, ſed ſufficiat, quòd appellans in genere dicat, ſe grauatum, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. prin. in verb. & quandoque appellatur, num. 153. fol. 480.* & quod ſufficiat dicere: appello ab iſta ſententia, tanquàm ab iniqua, ſcribit Petr. de Bellap. *in l. 3. ſcio. ſub num. 6. verſ. quarta gloſſ. ff. de appell. & relat.* imo neceſſe neceſſarium dicere, iniquam, ſeu iniuſtam, ſcribit, & bene Contar. *in l. vnica in ampliat. n. 106 C. ſi de mom. poſſ.*

26 Extende I. hanc concluſionem, vt ſit vera tam de iure ciuili, quam de iure canonico, quia regulare eſt, tam attento iure ciuili, quam attento iure canonico, quod cauſa non ſit exprimenda in appellatione a diffinitiua. *Contar. in l. vnica, limit. 3. ſub num. 34. verſ. declara. ibi ſi igitur. C. ſi de momen. poſſ.*

27 Extende II. vt ſit vera, etiamſi eſſemus in ijs ſententijs diffinitiuis, in quibus appellatio non admittitur ad effectum ſuſpenſiuum: quia nihilominus appellatio ab eiuſmodi ſententijs in ſe eſt valida; etiam non expreſſa cauſa in appellatione: expreſſio enim cauſæ operatur ſolum quoad ſequutam receptionem appellationis, & inhibitionem faciendam, *vt ex Arch. Franch. & Cout. & Farin. retuli, & ſequutus ſum infra q. 17. limit. 4. num. 55.* vbi videas, *& limit 6. memb. 7. num.* 111. Et quod expreſſio rationabilis cauſæ operetur, vt appellatio admittatur etiam in caſu, in quo eſt prohibita, retuli, & ſequutus ſum *d. limit. 4. ſub num. 52.*

28 Extende III. vt ſicut expreſſio cauſæ regulariter non eſt neceſſaria in appellatione a diffinitiua, ita neque eſt neceſſaria in appellatione ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, quia regulatur ſecundum naturam diffinitiuæ, *Franch. in c. 28. peruenit. il 2. n. 8. & in c. 59. vt debitus, q. 14. num. 25. de appell*

29 Reſtringe eandem concluſionem, vt non habeat locum in ſequentibus quatuor caſibus, quos poſuit *Franch. in d. c. 59. vt debitus, q. 14. ſub num. 25. ibi. & adde prędictis. de appellat.* dicens, quòd impetratio literarum ſuper appellatione a diffinitiua eſt nulla, ſi in appellatione non ſit expreſſa cauſſa.

Primus caſus eſt in appellatione a correctione, quia quamuis ſit appellatio a diffinitiua, tamen eſt neceſſaria expreſſio cauſæ.

Secundus in appellatione ab executione.

Tertius in appellatione à ſententia, lata in cauſa, commiſſa, appellatione remota.

Quartus in appellatione interpoſita a tertia a ſententia diffinitiua propter ſuum intereſſe, quia niſi exprimat cauſam rationabilem, per quam appareat, quod prætendit iuſtum intereſſe, non auditur, huncque quartum caſum ponunt alij, quos retuli, & ſequutus ſum *infra qu. 17. limit. 6. memb. 4. n....*

Quintus caſus, quem ipſe conſidero, poſſet eſſe in ſententia diffinitiua, lata ſuper cauſſa poſſeſſionis momentaneæ, quia requiritur expreſſio cauſæ, vide *infra q. 11 ſub n. 86. verſ. infero.*

Aduerte quod cum in appellatione a diffinitiua non ſit neceſſaria expreſſio cauſæ, cauere debes, ne exprimas, quia ſi exprimeres friuolam cauſſam, appellatio, vitiaretur, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra qu. 2. ſub num. 51. verſ. & hoc.*

30 Venio ad ſecundam ſpeciem, & concludo contrarium, debet enim in appellatione a ſententia mere interlocutoria exprimi, & nominatim cauſſa grauaminis, *Spec. tit. de appell. §. qualiter autem ſub nu. 2. verſ. hæc eſt vna differentia, lib. 2. fol. 190. Franch. in c. 18. conſuluit. il 2. nu. 1. & 3. verſ. amplius, & in c. 38. cum in Eccleſia, num. 4. in gloſſ. in verb. iuſtæ, & in c. 59. vt debitus, q. 8. num. 17. & in c. 62. cum cauſam, in fine, ſub n. 30. de appell. & in c. 1. nu. 3. in fin. & Gemin. num. 3. de appell. in 6.* Et quod in appellatione ab interlocutoria ſit neceſſe exprimere cauſam, ſcribunt Abb. *d. c. cum in Eccleſia, ſub num. 6. & Luc. Pet. in pract. capit. lib. 5. c. 6. num. 3. & 4.* & quod hodie non liceat ſine cauſa rationabili ante ſententiam appellare, ſcribit Spec.

tit. de

Digitized by Google

tit.de appel. §.in quibus. ſub n.27. verſ. porro cum appellatur.in fine libr.2.ſol.186. quod appellatio ante diffinitiuam,ſeu ab interlocutoria,non expreſſa rationabili cauſa,ſit nulla, ſcribit Franch.in d.c.59. vt debitus.ſub num.1. verſ.tene menti,& quæſt.8.ſub n.17 & quod appellatio ab interlocutoria non valeat, niſi exprimatur cauſa grauaminis in ipſa appellatione, & debeat exprimi in ſpecie,& in genere non ſufficiat, ſcribit Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act.2.prin.in verbo,& quandoque appellatur.ſub num.153. fol.480.

Confirmatur hæc concluſio, quia appellatio ab interlocutoria non poteſt iuſtificari ex alia cauſa, quam ex nominatim expreſſa ſecundum ea, quæ firmaui infra quæſt.11.n. Ergo in neceſſarium antecedens requiritur expreſſio cauſæ nominatim.

Extende I. hanc concluſionem,vt habeat locum etiam in appellatione à ſententia excommunicationis,quia requiritur expreſſio cauſæ, ex quo non poteſt æquiparari ſententiæ diffinitiuæ, Franch.in c.1.n.5.in fine, de appell. in 6.

31 Extende II. eadem,concluſionem,vt in tantum debeat nominatim exprimi cauſa grauaminis,vt non ſufficiat illam exprimere generaliter per relationem ad acta, dicẽdo (*Appello ab iniquitate ſententię interlocutoriæ, & pro cauſa grauamine allego omnes cauſas, quę ex actis colligi poſſunt*)Rota decif.2.alias 7.ſi appellatur ſub n.1. de appell. in nou.Franch.in c.18.conſuluit.il 2.ſub num.3.de appell.& breuius in c.1.n.6.de appell.in 6.Maran.in ſuo Spec.p.6.act. 2.princip.in verb. & quandoq;appellatur. ſub num.153 fol. 480.& Luc.Pet. in pract.cap.lib.5. cap.6.nu.4. & loquendo de appellatione ab executione, ſcribunt Capyc.deciſ. 1.num.20. & Lancell.tract.de attent.par.2.c.12.de attent. & innou.appell.pend.limit.53. quæ eſt vltima.n.44. tom.5. fol. 384. & in caſu huius extenſionis intelligas eundem eod.c.12.limit.1. ſub n.42.fol.359. dum allegat,quod non ſufficiat expreſſio per relationem ad acta.

32 Tempera iſtam extenſionem, vt non procedat quando fieret relatio ad certam partem actorum, in quibus diceretur apparere de grauamine, quia tunc cauſa grauaminis poſſet dici nominatim expreſſa, & ideo ſufficeret, vt ex Bal.& Rot.refert & ſequitur Franc.in d.cap.conſuluit il 2.ſub n.3.& cap.59.vt debitus.quæſt.12.n.23.verſus finem, de appell. & in cap.1.ſub n.8. verſ.ſed aduerte de appell.in 6.& ſentit Luc.Pet. vbi ſupr. & in caſu huius tẽperationis intellige ampliationem, quam dubitando po nit Lancell. d.limit.1.n.42.

Infero I. ex his, quòd cauſa grauaminis dicetur ſufficienter expreſſa,ſi dicatur (*appello,quia me grauaſtis, non attendiſtis exceptionem pacti, de qua conſtat in actis*) Marcheſ.tract.de commiſſ.par.2.in commiſſ.appell.capit.1.n.48. fol.13.

33 Infero II. quod non ſufficit dicere (*appello ab iniqua interlocutoria,quia me grauaſti*) ſed debet exprimi cauſa in ſpecie,Franb.d.quæſt.8.ſub n.17.Neque diceretur iuſta cauſa appellandi, ſi quis dicere (*appello quia ex teſtibus, vel alÿs inſtrumentis aliter pronuntiandum erat*)Idem ſi dicatur, *quia interlocutoria lata eſt iniuſta*. eſt enim nimis generalis cauſa, & ideo debet exprimi grauamen, vt in appellatione ab interlocutoria in noui operis nuntiatione ſcribit Innoc.in c.vlt.de nou.oper.nunt.

Extende III.vt procedat etiam de iure ciuili,Franch.in cap.59. vt debitus. num.29. verſ.poſtremo quęritur. de appell.quod etiam ſentit aperte Bar. in l.4.eius qui n.2.& 4. ff.eod.

Contra hanc extenſionem innuit Petr.de Bellap. in l. 3.ſcio.ſub n.6.verſ.quærit gloſſ.ff.de appell.& relat. dicens, quod in iure ciuili nihil de hoc eſt expreſſum.

34 Reſtringe I. eandem concluſionem, vt non procedat quando ex forma tenore, & inſpectione ipſius ſententiæ vere conſtaret de grauamine, puta quia in ea exprimitur iniuſta cauſa, vel reprobata à iure; tunc enim appellatio tenet, quamuis non ſit expreſſa cauſa grauaminis,quia iſto caſu notorium releuat etiam ab eo onere proponendi,ſeu allegandi,Franch in cap.59.vt debitus.q.10.n.21.et Card Alex.nu.41. verſ.ſtat ergo regula fallen.2. de appell. rurſus Franch.in cap.1.ſub n.7.verſ. tertio limita.de appell. in 6.Luc.Pet.in pract.capitol.lib.5.cap.6.ſub n.5.limit.4.& loquendo de appellatione ab executione, ſcribunt Capic.deciſ.1.ſub nu.21.& 22.& Lancel.tract.de attent.par. 2.cap.12.de attent.& innou. appell.pend.limit.53.n.40.& 41.tom.5.fol.384.

Amplia hanc reſtrictionem, vt procedat, etiamſi de grauamine appareat iuris præſumptione, aut per ſolas allegationes iuris; puta, interloquitur iudex fieri debere ſequeſtrum, quòd de iure regulariter eſt prohibitũ, quia iſto caſu non eſt neceſſaria expreſſio cauſæ grauaminis; teſtibus Bald.Franch.& Card.Alex.quos retuli, & ſequutus ſum infra quæſt.17. limit.47. memb.1.num.216.ſublimit.6.Contar.in l.vnica quæſt.1.num.49.verſ.declara.C.ſi de momen.poſſ.Luc.Pet.a.lib.5. cap.6.ſub n.5.limit.3. & Lancel.tract.de attent.par.2. cap.12.de attent. & innou.appell. pend.limit.1.prin.nu.33.tom.5.fol.358.& limit.53. quæ eſt vltima n.42.& 43.fol.384.

35 Contra reſtrictionem,& ampliationem: quòd enim cauſa grauaminis quantumuis ſit notoria debeat allegari,& exprimi nominatim in appellatione: videtur reſidere idem Franch.in d.cap.59.vt debitus.q.9.n.18.in fine, de appell.& in c.1.n.2.in fine, & n.6.de appel.in 6. quia notorietas non videtur excuſare à forma data in appellatione, licet excuſet à neceſſitate probationis, Franch.d.c.vt debitus quæſt.12.ſub n.23.qui propterea videtur confuſe, & ſine determinatione loquutus,& Lancel.d.limit.1.princip. n.32.fol. 358. & quod in appellatione extraiudiciali debet exprimi cauſa appellationis, etiamſi cauſa ſit notoria de iure, & de facto, quia licet notorium excuſet ab onere probandi, non tamen excuſat ab onere allegandi, ſcribit Feder.Schen. tract.de appell.n.2.& 3.tom.5.fol.55.

36 Tu non recedas à reſtrictione, & ampliatione quia in notorÿs ceſſant ſolemnia.

Reſtringe II. vt non procedat, quando iudex deferret appellationi,quia tunc appellatio etiam ſine expreſſione cauſæ tenet,& deuoluit ad ſuperiorem, Gemin.in cap.1.§. poſt hæc.n.14.verſ.ſed pone de appel.in 6.& Franch.in cap. 59.vt debitus.n.28.verſ.vltimo pone,de appell.

37 Reſtringe III. ſeu declara, vt non procedat, quando poſt interpoſitam appellationem inde ad tres, ſeu quatuor dies, antequam tranſeat tempus ad appellandum, exprimeretur cauſa,quia tunc licet non fuerit expreſſa in appellatione,tamen habetur,ac ſi eſſet expreſſa in appellatione, & ideo teneret appellatio: ſed poſt lapſum tempus ad appellandum nihil iuuaret expreſſio cauſæ, Ang.Aret. in l.1 §.vltimo ſub n.10.verſ.vnum tamen nota perpetuo ff.de appell. & relation. & Franch.in d.c.vt debitus.q.15.num.26 & in c.1.ſub n.8.verſ. ſexto limita.de appell.in 6.

Reſtringe IV.vt non procedat in cauſis, in quibus poteſt procedi ſummarie &c. quia in illis appellatio ab interlocutoria valet,etiam non expreſſa cauſa grauaminis, vt ex Franch.Luc.Pet. & Foller. retuli, & ſequutus ſum ſupra n.10.& ſub n.11.verſ.infero.

Reſtringe V. vt non habeat locum in interlocutoria, habent vim diffinitiuæ,quia de ea iudicatur,vt de diffinitiua, Franch.in cap.1.n.7.verſ.limita tamen de appell. in 6.

ARTICVLVS V.

Ad Quintum articulum; *An ſchedula appellationis debeat dari iudici à quo?*

38Reſp.

38 Reſp. quod ſic; non tamen eſt neceſſarium, quod dicta ſchedula appellationis legatur, ſeu recitetur iudici, *Franch. in cap. 38. cum in eccleſia. verſus finem ſub n. 12. & in cap. vlt. ſi iuſtus. quæſt. 8. n. 29. in fine, de appell. Papien. in pract. in form. appellat. a ſent. diffinit. in gloſ. in his ſcriptis: n. 1. in fine fol. 414. Lut. Pet. in pract. cap. lib. 5. cap. 1. nu. 22. fol 151. & Ruginell. tract. de appell. in præfact. n. 40.* & ita eſt textus ad literam *in c. 9. appellatio. de appell. in 6.* Neque eſt neceſſarium, quando dat, ſeu exhibet dictam ſcripturam appellationis coram iudice a quo, quod loquatur, vel dicat, *appello*; ſufficit enim ſola exhibitio in ſcriptis, *Franch. in d. cap. ſi iuſtus. quæſt. 8. nu. 29. in fine, & in c. appellatio. nu. 2. verſ. vlt. nota. eod. in 6.* & ita ſeruatur in praxi: Immo ſatis eſt, quòd appellans det in actis ſchedulam appellationis infra legitima tempora, & ita practicatur hic in Vrbe.

Et hæc ſchedula, ſeu cedula appellationis dicitur libellus appellationis, *Franch. in d. c. appellatio. n. 6. verſ. 2. nota de appell. & in 6. & Ruginell. tract. de appell. in præfat. n. 41. verſ. ſchedula.*

Huius tamen ſchedulæ an debeat appellans tradere copiam iudici a quo, ſi eam petat, Doctores ſunt varij; ego concludo, quòd ſi ſumus in appellatione, in qua requiritur expreſſio cauſæ, tunc debet eam tradere ſi ſit petita in tantum, quod ſi eam non tradat, priuſquam labatur tempus petendorum apoſtolorum, appellatio efficitur deſerta; ſecus non requiratur expreſſio cauſæ, quia tunc copiam, etiamſi fuerit petita non tenetur tradere; ita refert, & ſequitur Franc. *in c. appellatio. ſub n. 5. ibi. ſed an requiratur. de appell. in 6. & in c. vlt. ſi iuſtus, q. 12. ſub n. 34. de appell. vide infra q. 6. ſub n. 33. verſ. difficultas.*

ARTICVLVS VI.

Ad Sextum articulum: *Quæ ſint exprimenda in libello, ſeu ſchedula appellationis?*

39 Reſp. quod libellus appellationis pro forma ſubſtantiali debet continere ſex infra ſcripta.

Primo debet continere nomen appellationis *Bar. in l. 1. §. fin. in princ. ff. de appellat. & relat. Ang. Aret. in l. ſcio. n. 2. ff. eod. Franch. in rubr. num. 3. verſ. de forma. de appell. Papien. in pract. in form. appell. a ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis. n. 1. fol. 414. Rebuff. tract. de appell. in præf. n. 29. tom. 3. fol. 477. Lancel. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. app. pend limit. 50. princ. n. 189. tom. 5. fol. 381. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. nu. 22. nomen appellantis. & probatur ex dict. l. 1. §. fin. ff. de appellat. & relat.*

Procurator fideiuſſor, filiuſfamilias, venditor, & emptor appellantes, quo nomine appellare debeant dicam *q. ſeq. n. 24. 31. 34. 36. & 65.*

Declara reſtringendo, vt ſi ſint plures condemnati, ex vna, & eadem cauſa ita, quod omnibus competat eadem defenſio, tunc ſufficiat exprimi nomen illius, qui appellat, quia appellatio eius omnibus proderit, *Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. ſub num. 27. & 29.* & ratio eſt manifeſta, quia illa appellatio efficitur communis omnibus, *vt ex Pete. de Bellap. Rain. Io. Fer. & Gail. retuli & ſequutus ſum q. ſeq. num. 58.* & textum *in l. 3. ſcio quæſitum. ibi cæterum ſi plures. ff. de appell. et relat.* qui videtur contrarium innuere, intelligas, quando ſunt condemnati ex diuerſa cauſa.

40 Secundo debet continere nomen aduerſarij, ideſt appellati, *Papien. Franch. & Lancell. in locis ſupra proxime citatis, Rebuff. d. tract. de appell. in præfat. n. 30. tom. 3. fol. 478.* & videtur ſatis probari ex *l. 1. in vltimis verbis. ff. de appell. & relat.*

Contrarium opinionem; quòd enim appellatio valeat, licet non contineat nomen appellati: tenent *Gloſſ. in l. 1. §. fin. in verbo aduerſus quem, & ibidem Bar. in princ. ff. de appell. & relat. Spec. tit de appell. §. qualiter autem, n. 4. verſ. hoc autem nota lib. 2. fol. 190. Franch. in rubr. ſub n. 4. verſ. circa quartum. de appellat. Put. deciſ. 46. appellauerat. n. 2. lib. 1.* nam expreſſio nominis aduerſarij non eſt de ſubſtantia appellationis, quia quando quis appellat incontinenti, ſufficit, quod dicat, appello. *Caputaq. deciſ. 36. appellatio. n. 1. & ſeq. p. 1.* Et quod appellatio ſuſtineatur quamuis non contineat nomen appellati ſcribit Lancell. *tract. de attent. part. ſecunda, capit. duodecimo de attent. & innou. appellat. pend. ampl. 18. princ. numero tertio fol. 357. & limit. 50. princ. n. 190. fol. 381. & Ruginell. d. cap. 4. n. 25.* Et quod ſufficiat exprimere procuratorem loco partis, quia procurator pars dicitur, ſcribit idem Caputaque. *d. deciſ. 36. n. 5.* Et demum hæc contraria opinio, quod nõ ſit neceſſarium exprimere in libello appellationis contra quem aduerſarium appelletur, dicit ad literam tex. *in l. 3. ſcio quæſitum. in princ. ff. de appel. & relat.*

Retenta hac contraria opinione.

41 Extende eam, vt in tantum valeat appellatio, etiam nõ expreſſo nomine appellati, vt valeat etiam ſi eſſet expreſſum nomen erroneum, puta, quia volens appellare contra Alfonſum, dixerit, quod appellabat contra Franciſcum: nam talis erronea & falſa expreſſio nomines ipſius appellati non vitiat appellationem. *Put. vbi ſupra. Rot. quam refert, & ſequitur Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. app. pend. d. ampl. 18. nu. 4. fol. 357. & limit. 50. princ. num. 191. ibi quinimo, folio 381. tom. 5. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. n. 26.*

42 Declara, ſeu diſtingue in iſto ſecundo ſubſtantiali, vt expreſſio nominis appellati vno caſu ſit omnino neceſſaria, alias appellatio non diceretur interpoſita: Caſus eſt iſte: vt vnica ſententia condemnaris pluribus ex diuerſis tamen cauſis; tu appellas a dicta ſententia, & in appellatione vnius tantũ nomẽ ex aduerſarijs exprimis, hæc appellatio dicitur interpoſita ſolũ quoad eum, cuius nomẽ fuit in appellatione expreſſũ, ſed non quo ad alios, quia eorũ nomina nõ fuerunt expreſſa, *Pariſ. conſ. 96. videtur. n. 3. & ſeqq. libr. 1. Bero. conſ. 113. viſa ſententia. ſub n. 4. et ſub n. 5. verſ. et pro intelligentia in tertio caſu lib. 3.* dicens, quod ſi diuerſę ſunt cauſę, & diuerſa eſt ratio defenſionis, quæ diuerſitas cauſarum ſingulas perſonas aduerſariorum reſpiciat, tunc appellatio prodeſt appellanti quoad eos quorum nomina fuerint expreſſa, *Lancel. trac. de attent. par. 2. c. 12. de attent. et innou. app. pend. limit. 2. prin. n. 20. in fine, et n. ſeqq. to. 5. fol. 351. et Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. ſub num. 27. ibi ſi vero appellans fuit condemnatus.* & probatur ex *l. 3. ſcio quæſitum ff. de appell. et relat.* Secus tamen eſſet, ſi tu appellares ſimpliciter a tota ſententia, vel a ſententia; quia tunc poſſet ſuſtineri appellatio quo ad omnes, *ſecundum ea, quę ſcribit Pariſ. d. conſ. 66. n. 9. Bero. d. conſ. 113. num. 5. verſ. & pro intelligentia in primo caſu, & ſub num. 9. lib. 3.* dicens, quod ſi appellans appellat ſimpliciter a ſententia lata ad fauorem plurium, non exprimendo nomina aliquorum, prout non eſt neceſſe, & tunc ſiue vna tantum ſit cauſſa, ſiue ſint plures diuerſæ, appallatio reſpectu omnium appellanti prodeſt, & tanto magis ſi appellans totum ſententiæ tenorem expreſſerit. Secus etiam eſſet, ſi condemnaretur pluribus ex eadem cauſſa, quia ſatis eſſet, quod exprimeret nomen vnius *d. l. ſcio quæſitum, ibi, ſed illud tenidit, & Bero. d. conſil. 113. viſa ſententia, numero 4. lib. 3.* dicens, quod appellatio prodeſt appellanti quoad omnes aduerſario, quando aliquorum nomina fuerunt expreſſa in appellatione, & aliquorum non fuerunt expreſſa, quando vna tantum eſt cauſſa, & ratio defenſionis; & hanc teſtatur
* etiam * communem opin.

Contra primam partem huius declarationis: quod enim ſatis ſit, condemnatum appellantem exprimere nomen vnius ex victoribus, quibus eſt condemnatus,

etiamſi

etiamſi non ex vna eademq; cauſſa ſit omnibus condemnatus, ſed ex diuerſis, & ſeparatis, dummodo tamen ſit vnica ſententia condemnatus; tenet Ang. Aret. in l. ſcio §. ſed illud, in fine principij, & num. 1. ff. de appell. & relat. Et mouetur ea ratione, quia nomen appellati non eſt neceſſarium ad validitatem appellationis: ergo, inquit, quo ad eos, quorum nomina non expreſſit, ſibi non præiudicauit, & exprimendo nomen vnius, videtur potius expreſſiſſe ad declarandum, quod appellauit, quam ad ſe reſtringendum: & ad text. in d. §. ſed illud, vbi ponderanda videntur illa verba: & cum vna cauſſa ſit, &c. reſpondet, quod illa dictio, cauſſa ſumitur pro ſententia, quaſi dicat textus, eſſe conſiderandum, an ſit vnica ſententia condemnatus.

Ego in praxi hanc vti benigniorem amplecterer opinionem, quia in dubio eſt reſpondendum pro appellatione. Et maximè quando appellans in appellatione infereret totum tenorem ſententiæ, Ang. Aret. vbi ſupra; tamen in puncto iuris non recedo a declaratione: nam & ipſemet Ang. Aret. in eod. §. ſed illud, ſub num. 3. in caſu, quo plures ſunt condemnati, & vnus appellet, conſiderat non ſolum vnitatem ſententiæ, ſed an ſit idem negotium, vel diuerſum.

43 Tertio † debet continere nomen iudicis a quo, Bart. in l. 1. §. fin. in principio, ff. de appellat. & relat. Papien. in form. appell. a ſent. diffin. in gloſſa coram vobis, ſub num. 1. fol. 404. Franch. in rubr. num. 3. verſicula de forma. de appell. Rebuff. tract. de appellat. in præfat. num. 29. tom. 3. fol. 477. Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. app. pend. limit. 50. princ. num. 189. tom. 5. fol. 381. & Rugnell. tract. de appell. §. 2. capitulo quarto, num. 30. verſicul. nomen iudicis, & probatur ex l. 1. §. fin. in illis verbis, & aduerſus quem, ff. de appell. & relat. nam illa verba, aduerſus quem, exponunt Gloſſ. & alij, ſcilicet, iudicem: non enim ſunt intelligenda de aduerſario, quia aduerſarentur textui in l. 3. ſcio quæſitum, ff. eod.

Ratio poteſt eſſe, quia ſunt aliqui iudices, a quibus non licet appellare, de quibus dixi infra quæſt. 16. limitat. 1. & ſeqq. vnde non poteſt conſtare, an ſuper tali appellatione poſſit procedi, niſi appareat, a quo iudice lata ſit ſententia.

44 Declara † primo, vt ſatis ſit, ſi contineat nomen dignitatis iudicis, vt puta, appello a Gubernatore Sublacenſi, ab Auditore Cameræ, ab Epiſcopo Marſicano, Bart. in d. l. 1. §. fin. num. 6. verſic. ſuper ſecundo, ff. de appellat. & relat. Franch. d. rubr. ſub num. 4. verſic. circa ſecundum, de appell. & Rebuff. d. num. 29. fol. 477. & quod ſufficiat dicere, appello ab audientia talis Epiſcopi, abſque eo, quod exprimatur nomen proprium Epiſcopi, notat Gemin. in c. 3. Romana, §. cum autem, de appell. in 6.

45 Declara † ſecundo, quod licet in commiſſione, ſeu reſcripto, non ſit expreſſum nomen iudicis, a quo appellatur, tamen commiſſio appellationis tenet, quia ſatis eſt, quod conſtet de cauſſa, & de perſonis, inter quas eſt lata ſententia, Franch. vbi ſupra, & in c. 57. oblatæ, num. 1. de appell. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. num. 31. verſic. in commiſſione.

46 Quarto † debet continere nomen iudicis ad quem, Franch. in rubr. ſub num. 3. verſic. de forma, de appell. Rebuff. tract. de appell. in præfat. nu. 30. in fine, to. 3. fol. 478. Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. app. pend. limit. 50. princ. nu. 189. tom. 5. fol. 381. & Luc. Pæt. in pract. capit. lib. 5. c. 1. ſub nu. 16. verſ. adda & quintum & hoc probari videtur ex l. 1. §. ſi quis in appellatione, ff. de appell. & relat. in illis verbis, cum alium appellare deberet.

Contra hoc quartum ſubſtantiale, quod enim appellatio valet etiam non expreſſo iudice ad quem appellatur: tenent Ang. Aret. in l. 1. §. ſi quis in appell. ſub num. 2. ff. de appell. & relat. Franch. in c. 3. Romana, §. cum autem, num. 1. de appell. in 6. & Gundiſſ. Villad. tract. de leg. et p. 1. q. 8. n. 40. tom. 13. p. 2. fol. 263. & dixi infra q. 7. num. 4.

Quid dicendum? Reſp. quod hæc difficultas habet dependentiam ab illa; an appellatio incerta, ſeu alternatiua valeat; & quia in illa diximus infra q. 9. appellationem eſſe validam, ſequitur, quod clare debeamus tenere hanc contrariam opinionem.

47 Retenta † ergo hac contraria opinione.

Extende primo eam, vt tunc præcipue ſit vera, quando iudex appellationis eſt certus, quia tunc iudicis ad quem expreſſio non eſt neceſſaria, teſtibus ijs, quos refert & ſequitur Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. num. 36. verſ. tertio declaratio, vide infra q. 7. num. 9. & 10.

48 Extende ſecundo, vt maximè procedat, quando appellans habet vnum tantum ſuperiorem, puta Papam, quia tunc tenet appellatio non expreſſo iudice, ad quem, per ea, quæ dixi infra q. 7. num. 11. & q. 9. num. 9.

49 Extende † tertio, vt habeat locum, quando eſt appellatum ad iudicem competentem, Luc. Pæt. in pract. c. lib. 5. c. 1. num. 16. verſ. addo & quartum, vide infra qu. 7 num. 9. et ſeqq. et num. 12.

50 Aduerte, † quod licet nomen iudicis ad quem non ſit exprimendum neceſſario in appellatione, tamen in reſcripto commiſſionis debet certe, & nominatim exprimi, Franch. in c. 57. oblatæ. not. 1. ſub num. 1. de appell.

Declara iſtam aduertentiam, vt habeat locum quando is, cui committitur, non habet nomen dignitatis ex aliquo tribunali, quia tunc debet nominatim exprimi; ſecus ſi haberet nomen dignitatis ſui tribunalis, vtputa Gubernator Vrbis, Auditor Cameræ, quia tunc ſufficit exprimere nomen dignitatis, & ita ſeruatur; & quod appellans ad aliquod tribunal, non expreſſo nomine iudicis illius tribunalis, valide appellet, ſcribunt Gemin. & Franch. in c. 3. Romana, §. cum autem, ſub n. 1. & rurſus Gemin. in §. cum vero, num. 1. de appell. in 6.

51 Quinto debet continere ſententiam, a qua appellatur, Papien. in pract. in form. appell. a ſent. diffin. in gloſ. coram vobis, ſub num. 1. fol. 404. Franch. in rub. ſub num. 3. verſic. de forma. de appell. Rebuff. tract. de appel. in præfat. num. 30. to. 3. fol. 477. Nicel. tract. de concord. gloſſ. concor. 6. fall. 95. nu. 137. to. 18. fol. 197. & Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. et innou. app. pend. limit. 50. prin. nu. 188. verſ. quarta cauſſa, fol. 381. et probatur ex l. 1. §. fin. in vltim. verbis, ff. de appell. et relat. ibi, et a qua ſententia.

52 Declara iſtud quintum ſubſtantiale, vt non ſit neceſſarium exprimere rem, ſuper qua lata eſt ſententia, dummodo alia demonſtratione demonſtretur, ſententiam eſſe latam; quare cum dico, appello a ſententia, lata tali die per vos, non eſt neceſſe, quod inferatur res, ſuper qua eſt lata; & ſi dico rem, non eſt neceſſe, quod dicam diem: quod enim vna demonſtratione demonſtratur, amplius demonſtrare non eſt neceſſe; vnde quomodocunque appareat, quod certa ſententia eſt, ſatis eſt; Bart. in l. 1. §. fin. num. 7. ibi. ſuper tertio, ff. de appell. & relat. quem recitius refert, & ſequitur Franch. in rubr. ſub num. 4. verſ. circa tertium, de appell.

Infero ex iſta declaratione, quod ſi ego in appellatione exprimo rem, ſuper qua eſt lata ſententia, quam dico eſſe latam die decimo huius menſis, & tamen fuerat lata die vndecimo appellatio nihilominus eſt valida, quia talis falſa demonſtratio non vitiat appellationem, & error non nocet, Franch. in rubr. num. 5. de appell. Rebuff. tract. de appell. art. vltim. gloſſa vna, num. 20. verſ. effectus alius, tom. 3. fol. 536. et Rugnel. tract. de appell. §. 2. c. 4. n. 40. verſ. hinc dicitur, fol. 147.

Infero 2. quod ſi non exprimo diem, debeo exprimere rem, vel aliam demonſtrationem, qua demonſtretur ſententia ex doctrina Bartoli ſupra relata.

53 Subdeclara eandem declarationem, vt quamuis non

eſset

Digitized by Google

eſſet neceſſarium inſerere in appellatione rem, ſuper qua lata eſt ſententia, tamen expedit iuſtitiæ, ſi exprimatur, quia ſunt aliquæ cauſſæ, in quibus non admittitur appellatio, puta in cauſis non excedentibus valorem decem ſcutorum, & ideo iudex appellationis, quando ſibi præſentatur appellatio, quę non contineret certam ſummam facit, quod appellans dicat in appellatione de quanta ſumma fuerit ſententiatum, vt recenſet Carauit. *ſuper ritu. 257. ſub num. 2.* & aduertit Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 1. commiſſ. 2. auocat. cauſ. c. 1. ſub nu. 7. & 8 fol. 68.* admonens, vt Referendarij faciant exprimi præciſe certam ſummam in commiſſione.

54 Sexto debet continere petitionem Apoſtolorum, *Franch. in rubr. ſub num. 3. verſic. de forma. de appell.* & eos eſſe petendos, & inſtanter ſecundum aliquos refert, ſed dubitat Gloſſ. vltim. *in l. 1. §. fin. ff. de appell. & relat.* & eſſe inſtanter, & inſtantiſſime petendos ſcribunt Luc. Pæt. *in pract. Cap. lib. 5. c. 1. num. 18. verſ. ſexto requiritur, et Ruginell. tract. de appellat. in præfat. ſub num. 21. verſ. ſchedula, & §. 2. c. 4. num. 56.* Et hoc procedit etiam ſi ſit appellatio extraiudicialis, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q. 13. art. 3. num. 32.*

Declara iſtud requiſitum, vt petitio Apoſtolorum non ſit neceſſaria in ipſa appellatione, quia poſſunt peti etiam poſt appellationem, vide infra *d. quaſt. 13. num. 24. art. 3.*

55 Formula appellationis ex ſubſtantialibus enarratis qualis ſit, vide *in c. 31. poſt appellationem, §. forma apoſtolorum, ibi. forma vero appellantis, 2. qu. 6.* & apud eos, quos citat Ruginell. *tract. de appell. §. 2. c. 4. n. 1.* & per extenſum eam ponunt Luc. Pæt. *in pract. capitol. lib. 5. c. 1. n. 15. verſ. forma appellationis,* & latius Papien. *in pract. in forma appell. a ſent. diffin. fol. 404.*

56 Et nota vnum generale circa formam, & ſolemnia appellationis, quod interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, æquiparatur quo ad omnia ipſi diffinitiuæ, *Franch. in c. 59. vt debitus, q. 14. ſub num. 25. de appell.* imo ſententia quæ habet vim diffinitiuæ, obtinet priuilegia, & effectus diffinitiuæ, *vt dixi ſupra l. 1. c. 97. ſub num. 105. verſ. ratio, & ſub num. 44. verſ. cupio.*

57 Vlterius debet in ipſa appellatione notari dies, qua interponitur appellatio, *Gail. & Ruginell. in locis infra citat.* vel, vt eſt ſtylus, debet notarius notare diem, qua porrigitur ſchedula, ad effectum vt appareat, an ſit appellatum infra legitima tempora. Quinimo conſultum eſt, vt notetur non ſolum dies, ſed etiam hora diei appellationis ad hoc, vt rite cognoſcatur, an decendium effluxum ſit: quia prima dies appellationis non computatur tota, ſed momentum, & hora, & punctus illius diei, qui ad decimum diem puncti referri debet, *Ang. Aret. in l. 1. §. dies autem, n. 9 ff. quan. appell. ſit, &c. Felin. in c. 15. quoad conſultationem, concl. 4. numer. 26. de ſent. & re iudic. Card. Alex. in c. 4. perſonas, n. 2. in fine, de appell. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 139. ſub n. 5. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. nu. 14. & 15.* & hoc de hora, & puncto eſt neceſſarium, quando appellatur vltima die, *Card. Alex. vbi ſupra,* ſeruatur de iure communi, ſecus de ſtylo Romanę Curię, de quo ſcripſi infra *q. 12. n. 52. & 53.*

Et aduerte, quod poteſt appellari quocunque die, etiã in die feriato in honorem Dei, *vt retuli, & ſequutus ſum infra q. 12. num ..*

58 Poſtremo loco nota, quod appellatio iudicialis ab interlocutoria quoad ſolemnia, & appellatio extraiudicialis regulantur eodem modo, *Gemin. in c. 1. et Franch. vterque nu. 1. de appell. in 6.* & quæ ſint iſta ſolemnia ponunt ijdem Gemin. & Franch. *eod. c. 1. vterque, n. 3.*

QVÆSTIO V.

ARGVMENTVM.

Quæ perſonæ poſſint appellare, & quæ non poſſint appellare.

SVMMARIA.

Appellatio conceditur cuilibet grauato, numero 1. & hac eſt regula. — Procedit hac regula in grauato, non in timente grauari, num. 2.

¶ *Extenditur I. & declaratur regula, vt poſſit quis eſſe grauatus etiamſi ſententia ſit iuſte lata, num. 3.*

Extenditur II. etiamſi grauatus met tuliſſet ſententiam grauantem, num. 4.

Extenditur III. vt procedat etiam in excommunicato, numero 5. — Excommunicatus poteſt appellare iudicialiter, non extraiudicialiter, numer. 6. — Excommunicatus non poteſt appellare in mere extraiudicialibus ſecus, &c. nu. 7. — Excommunicatus poteſt impetrare iudicem, ibid. verſic. ſubdeclara ſecundo. — Excommunicatus poteſt appellare etiam ſi ſit actor originarius, ibid. verſ. ſubextende primo. — Excommunicatus poteſt impetrare reſcriptum, nulla etiam facta mentione de excommunicatione, numer. 8. — Excommunicatus poteſt appellare in cauſſa propria, ſecus in cauſſa aliena, nu. 9. — Omnia hæc dicta in excommunicato procedunt etiam in bannito, num. 9. in fine.

Extenditur IV. vt poſſit appellare procurator, nu. 10. — Sufficit mandatum generale, nu. 11. — Tenetur appellare, nu. 12. — An, et quando teneatur proſequi, appellationem, & quando poſſit proſequi, ibid. — Et quod teneatur denunciare domino, numero 13. — An, et quando procurator in rem propriam, qualis eſt emptor, teneatur appellare, & proſequi, num. 14. & 15. — An requiratur mandatum ſpeciale, quando ex appellatione poſſet dominus pœnam incurrere, nu. 16. — Non tenetur appellare, ſi dominus ceſſerit liti, numero 17. — Procurator ad conteſtandam litem poteſt appellare, num. 18. — Si litem ſit conteſtatus poteſt ſubſtituere ad appellandum, numero 19. — Procurator ad appellandum ab interlocutoria dicitur habere ſufficiens mandatum in cauſſa principali, num. 20. — Si omiſerit appellare tenetur domino, num. 21. — Quando debeat denunciare domino, numero 22. — Et quando non teneatur appellare, ibidem, verſic. declara ſecundo. — Procurator ad præſentandum, vel, &c. poteſt appellare, numer. 23. — Quo nomine debeat appellare, num. 24. — Procurator reuocatus non poteſt appellare, num. 25. — Reſtringitur ſecundo in procuratore non habente ſufficiens mandatum, num. 25. — Etiam ſi ſuperueniret mandatum bonum, numer. 27. — Adducitur caſus, in quo procurator non dicitur habere mandatum ſufficiens ad proſequendam appellationem, num. 28.

Extenditur V. etiam in negotiorum geſtore, n. 29.

Extenditur VI. in quolibet gerente negotium alienum, num. 30.

Extenditur VII. in fideiuſſore, num. 31. — Declaratur in fideiuſſore contractus etiam ſi ſit fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, ſecus ſi ſit fideiuſſor iudicij, num. 32.

Extenditur VIII. in fideiuſſore venditoris, num. 33. — Subextenditur vt poſſit appellare etiam emptor, nn. 34. — Quando venditor non poſſit appellare, ſed ſolum aſſiſtere, num. 35. — A qua ſententia poſſit venditor appellare, num. 36.

Extenditur IX. in legatarijs, nu. 37. — Subextenditur declarando, vt poſſint appellare infra decem dies a die ſcientiæ, numero 38.

Extenditur X. in domino quando eius procurator non appellat, num. 39.

Extenditur XI. in tutoribus & curatoribus, num. 40.

Extenditur XII. in geſtore, num. 41.

Extenditur XIII. in patre pro filio, n.42.

Extenditur XIV. in quolibet extraneo pro condemnato, dummodo, &c. n.43.

Extenditur XV. in quolibet extraneo pro condemnato in cauſſa criminali, n.44. — Subextenditur primo etiā in clerico, n.45. — Secundo etiam quoad proſequendam appellationem, n.46. — Tertio, vt appellatio poſſit interponi nomine proprio, & nomine condemnati, nu.47. — Quarto in matre pro filio condemnato, tam in cauſſa criminali, quam in cauſſa ciuili, n.48. — Quinto in domino pro ſeruo, n.49. — Sexto in ipſomet ſeruo, nu.50. — Septimo in quolibet extraneo, ſiue condemnatio ſit ad mortem, ſiue ad aliam ſpeciē pœnę, n.51. — Etiamſi condemnatus renuntiaſſet appellationi, ib. — Reſtringitur primo eadem extenſio decima quinta, quādo condemnatus eſſet notorius delinquens, ib. — Ampliatur hęc reſtrictio etiamſi extraneus appellaret pro ſuo ſolo intereſſe. — Reſtringitur ſecūdo, vt procedat ſolū quando condemnatus eſt in carcere, n.52.

Extenditur XVI. in Epiſcopo pro ſua ciuitate, n.53.

Extenditur XVII. in Abbate pro monacho, n.54.

Extenditur XVIII. in Capitulo pro cauſſa Epiſcopi, n.55.

Extendiutur XIX. in quolibet domino pro ſuo ſubdito, num.56. — Et quo nomine poſſint appellare, ibid. — Declarantur iſtę extenſiones in ſuperiore habente aliquod intereſſe, num.57. — Et quale requiratur intereſſe, ibid.

Extendiſur XX. in litiſconſorte, n.58.

Extenditur XXI. in creditore, &c. n.59.

Extenditur XXII. in nominato, &c. n.60.

Extenditur XXIII. in muliere pro intereſſe ſuæ dotis, num.61.

Extenditur XXIV. in fratre pro fratre, n.62.

Extenditur XXV. in patre pro filio, & marito pro vxore, n.63. — Et an filius poſſit appellare pro patre, ibid. & n.64. — Et quo nomine filius appellet, nu.65.

Extenditur XXVI. in coniuncto pro coniuncto, n.66.

Extenditur XXVII. in amico, n.67.

Extenditur XXVIII. in quolibet, cuius interſit, n.68. — Subextenditur etiam ſi is in prima inſtantia non interuenerit, n.69. — Declaratur eadem extenſio vt relinquatur arbitrio iudicis quando dicatur intereſſe, n.70.

Extenditur XXIX. in quolibet tertio pro ſuo intereſſe, n.71. & 72. — Subextenditur hæc extenſio, vt poſſit appellare etiam propter quale præiudicium, n.73. — Reſtringitur hæc ſubextenſio, vt non procedat in habente intereſſe ex ſpe, n.74.

Extenditur XXX. vt ad impetrandum iudicem admittatur etiam is, qui nullum habet mandatum, ſub eod. nu.74.

Extenditur XXXI. vt repræſentatio appellationis, &c. poſſit fieri a quolibet, &c. ſub eod. n.74.

¶ *Limitatur I. regula in eo, qui non detulit appellationi aduerſarij, n.75. & ſeqq. — Declaratur primo hæc limitatio, vt ſit vera quando appellatio erat legitima, nu.79. — Declaratur ſecundo in quibus caſibus procedat, & in quibus non, nu.80.*

Limitatur II. in eo, qui renuntiauit appellationi, num.81.

Limitatur III. quando fuit reuocatum grauamen, nu.82.

Limitatur IV. in excommunicato, cum declaratione, n.83.

Limitatur V. in bannito, nu 84. — Extenditur hæc limitatio, vt procedat etiam in appellatione iudiciali in ſex caſibus, n.86. & ſeqq. Et quid de iſta extenſione in Rep. Lucenſi, nu.87. & ſeqq. vbi omnino vide.

Limitatur VI. in vero contumace, ſub n.91.

Limitatur VII. in confeſſo, ſub eod. n.91.

Limitatur VIII. in confeſſo, & conuicto, ſub n.91.

Limitatur IX. in notorio, n.91. in fine.

Limitatur X. in patre, & filio, n.92.

Limitatur XI. in patrono, & liberto, ſub n.92.

Limitatur XII. in ſeruo, ſub n.92.

Limitatur XIII. in omnibus perſonis, quæ prohibentur ſtare in iudicio, n.93.

Appellatio non conceditur non grauato, & hæc eſt regula, n.94. — Inferuntur plures caſus, in quib. appellans non auditur eo, quod ſua non intereſt, ſeu quo non eſt grauatus, n.95. et ſeqq.

¶ *Ampliatur I. declarando regulam, vt timens grauamen, ſed nondum grauatus non appellet iudicialiter, n.101. — Subampliatur, vt procedat etiam de iure canonico, nu.102. — Inferuntur plures caſus, in quibus appellatio ante latam ſententiam non valet, n.103. et ſeqq. — Declarantur illationes, nu.109. — Reſtringitur primo ampliatio, vt nō procedat in grauamine irreparabili, n.110. — Exemplificatur dupliciter hęc reſtrictio, nu.111. et ſeqq. — Reſtringitur ſecundo quando grauamen, quod timetur, trahit originem a grauamine illato, n.113. — Reſtringitur tertio in grauamine comminato per iudicem, n.114. — Reſtringitur quarto in extraiudicialib. n.115.*

Ampliatur II. vt propter ſolam ſuſpicionem non poſſit appellari, num.116.

Ampliatur III. vt, reuocato grauamine, non appellet, numero 117. & 118.

¶ *Limitatur I. eadem regula, vt Signatura ſoleat committere cauſſam appellationis, etiam quod iudex reuocauerit grauamen, num.119.*

Limitatur II. in ſententia, lata ad fauorem excommunicati agentis, quia poteſt quilibet tertius appellare, n.120.

Limitatur III. in ſententijs criminalibus, num.121.

Mandati boni productio ſuperueniens de ſtylo Rotæ validat proceſſum, ſub num.27. verſ. prima, & verſic. comprobatur ſecundo.

Ius ſuperueniens ex cauſſa de præterito conualidat iudicium, ſub num.27. verſ. ſecunda.

Accuſatus de vulnere, ſi, pendente iudicio, vulneratus moriatur, an poſſit condemnari de homicidio, ſub nu.27. verſ. comprobatur primo.

Puniri quis debet in eo, quo deliquit, n.76.

Delinquens in eccleſia non gaudet illius immunitate, nu.77.

Maritus, committens adulterium, non debet ali ex dote, nu.78.

Excommunicatio, & bannum habent ſimilitudines, & diſſimilitudines, n.84.

Excommunicatus poteſt petere, tenutam ſibi acceptam reſtitui, &c. num.85.

Bannitus poteſt petere tenutam ſibi acceptam reſtitui, num.85.

Appellatio datur propter grauamen, num.94. verſ. ratio.

QVæſtionem iſtam duobus explicabo articulis.
Primo. *Omnis grauatus poteſt appellare.*
Secundo. *Non grauatus non poteſt appellare.*

ARTICVLVS I.

1 Ad primum articulum: Conſtituo regulam, quod omnis oppreſſus, ſeu iniuſte grauatus poteſt appellare, *c. 3. omnis oppreſſus, 2. q. 6. c. 59. vt debitus, de appell. Spec. eod. titul. de appell. §. 1. in princ. lib. 2. fol 183. Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 1. ampl. 12. n. 118.* & quod condemnatus, & quilibet grauatus poſſit appellare, ſcribit Papien. *in pract. in form appell. a ſent. diffin. in gloſ. coram vobis, n. 5. verſ. quæritur quis poſſit, fol. 404.*

2 Declara hanc regulam, vt procedat, prout ſonant verba in eo, qui eſt grauatus, & ſic ex cauſa de præterito, non autem in eo, qui non eſt grauatus, ſed timet grauari, & hoc in appellatione iudiciali, vt declaraui *art. ſeq. ampl. 1. n. 101.* vbi videas.

3 Extende I. declarando eandem regulam, vt habeat locum non ſolum in eo, qui eſt grauatus ſententia iudicis, iniuſte lata; ſed etiam in eo, qui non eſt grauatus, conſiderato præſenti ſtatu cauſæ, ſed poteſt eſſe grauatus, conſiderato poſſibili futuro ſtatu, quia adhuc poterit appellare; quare licet ſententia iudicis ſecundum acta, & probata ſit iuſtiſſima; tamen ex quo ſecundum facti veritatem, melius probandam, ſicque, conſiderato poſſibili futuro ſtatu cauſæ, grauat, poteſt appellare: vnde etiam a ſententia iuſtiſſima licet appellare, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra *q. 3. art. 1. ſub num. 1. verſ. fuit etiam, & q. præced. nu. 25. in fine.*

4 Extende II. eandem regulam, vt procedat etiam ſi is, qui appellat, tuliſſet illam ſententiam, a qua appellat, vt

puta ſi is ſucceſſerit illi, quem ipſe condemnauerat, quia adhuc ipſe poterit appellare a propria ſententia, *Gloſſ in l.1.ff.de except.rei veu.quam citat.& ſequitur Franch.in c.6.ad hac,col.vlt.quæſt.4.n.8.de appell.*

5 Extende III. eandem regulam, vt procedat etiam in excommunicato, quia poteſt appellare, *Spec.tit.de appell. §.1.num.1.lib.2.fol.183. Franch in rub.num.25.ibi, & tamen non dicitur.de appell.Rebuff.tract.de appel.in præfat.n.16.tom.3.fol.480.Contar.in l.vnica, in ratione dubitandi, n.4.C.ſi de momen.poſſ.fol.8.Greg.Tholoſ.tract. de appell. l.5.c.1.n.19.verſ.augetur.Ruginell.trac.de appel §.9.gl.2.ſub n.5.verſ.fran.autem, fol.298.* & quod poſſit conſtituere procuratorem in cauſſa appellationis, & per ſe ipſum proſequi, ſcribit Innoc. *in c.38. Veniens, il 2.in print. de teſtib.* quem ibidem refert & ſequitur Anton.de Butr. *n.7.verſ. oppono quod debuerat*, & optime faciunt quæ ſcripſi *lib. præced.c.9.n.1024.*

6 Declara I. hanc extenſionem, vt ſit vera in appellatione iudiciali, quæ habet naturam defenſionis, quæ etiam diabolo non denegatur, & ideo neq; excommunicato, vti reo neceſſario, per ea quæ ſcripſi *d.lib.præc.c.3.n.179.& c.9.nu.1024.* Secus autem in extraiudiciali, quia non poteſt appellare extraiudicialiter, *Abb.in c.51. bonæ memoriæ,n.10.differ.8. Franch.num.25.verſ.vndecimo licet Card. Alex.ſub nu.54.differ.2.& Dec.n.29.differ.8. de appel.Rebuff.vbi ſupra,& Greg.Tholoſ.tract.de appell.lib.1.c.11.n.13. differ.11.fol.91.*& faciunt, quæ ſcripſi *d.c.9. ſub n.1024.*

Confirmatur hęc declaratio, dum dicitur non poſſe appellare extraiudicialiter, quia appellatio extraiudicialis habet vim conuentionis, *vt ex Gal.& Abb.retuli*, & ſequutus ſum in locis, remiſſiue citatis ſupra *q.2.art.3.nu.46.differ.11.*

Sed excommunicatus non poteſt conuenire, ſeu agere, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *libro præced. c.2. n.124.* Ergo non poteſt appellare extraiudicialiter.

Subdeclara I. hanc declarationem, dum dicimus, quod excommunicatus non poteſt appellare extraiudicialiter, vt ſit vera in appellatione mere extraiudiciali quia tunc obſtabit exceptio excommunicationis; ſecus ſi appellatio non ſit mere extraiudicialis, puta ſi appelletur ab executore, volente prouidere de beneficio quia tunc excommunicatus poterit appellare, proſequi in iudicio; quare ſi executor aſſumit partes iudicis tunc appellatio ab eo eſſet iudicialis; quod ſi aſſumit partes meri executoris, tunc appellatio dicetur extraiudicialis, ſed non mere extraiudicialis, quia eſſet mixta; ex quo vnde, iudicis confert, ſeu exequitur, cum fiat ab eo, habente iuriſdictionem, & participat de extraiudiciali, ex quo extraiudicialiter procedit: & ideo poteſt excommunicatus appellare, *vt poſt Gemin.in cap.8.concertationi,in fi.nu.19.de appel.in 6.concludit Franch.in d.c.51.bonæ memoriæ,n.25. verſ. vndecimo licet, in fi.de appel.*

Subdeclara II. vt non procedat quoad impetrationem iudicis, ſeu commiſſionis in Curia, quia cum huiuſmodi impetratio in Curia non ſit, niſi quædam diſtributio, valet commiſſio impetrata per excommunicatum, & per non habentem mandatum, & per quemcunque, *Rot.deciſ. 6.alias 175.commiſſio impetrata, de iudic.in nou.*

An ſit neceſſaria ratificatio eius pro quo impetrata eſt commiſſio ſine mandato, vide infra *ſub n.74.verſ.declara,& verſ.contra.*

Subextende I. eandem extenſionem ſic declaratam in appellatione iudiciali, vt procedat indiſtincte, etiamſi excommunicatus eſſet actor originarius, vt puta, quia poſtea ſit excommunicatus, quia nihilominus poterit appellare: & ratio eſt, quia appellatio, cum ſit neceſſaria, dicitur magis tendere ad defenſionem, quam ad impugnationem, Ang.Aret.*in l.1.ſub n.3.ff.de appell.& relat.*

8 Subextende II. eandem extenſionem ſic declaratam vt excommunicatus poſſit impetrare reſcriptum ſuper appellatione, etiam nulla facta mentione, de excommunicatione, *Franch.in c.51.bonæ memoriæ, ſub n.25.verſ.11. licet exceptio.de appell.*

9 Declara II. vt ſit vera in appellatione iudiciali, quā interponit in cauſſa propria, quia tunc poteſt appellare.

Secus ſi vellet appellare pro alia perſona, vti procurator, ſeu alius defenſor, quia etiamſi vellet appellare iudicialiter non poſſet, quia non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, *Vant.tractat.null.rubr.de nullit.ex defec. inhabil.ſeu mand.&c.n.136.& 132.& ſeq.tom.4.fol.403.& 404.* in quibus loquitur etiam de ſeruo, monacho, de pupillo, de minore, & ſimilibus, & ita intelligas Lancell. *tractat.de attent.par.2.cap.12.de attent.& innou,appellat. pend.limit.50.princ.n.14.& 15.tom.5.fol.378.* dum ſcribit de nullitate appellationis, eo quod ſit interpoſita a perſona non legitima.

Subextende hæc omnia, quæ dixi de excommunicato, vt poſſint accommodari in bannito, vide infra *tum.5. num.84.*

10 Extende IV. vt poſſit appellare, procurator, qui habet mandatum. *Spec.tit.de appell.§.1.ſub n.1.lib.2.fol.183.* & quod ſufficiat mandatum generale ad lites, quia non requiritur mandatum ſpeciale, ſcribit Lancell. *tract.de attent.par.2.cap.12.de attent.& innou.appell.pend.limit.50. n.32.& 33.tom. 5.fol.378.* appellatio enim eſt de proſecutione primæ inſtantiæ *vt dixi infra n.12.verſ.ratio.* Vnde licet procurator non habeat mandatum, niſi ſuper prima inſtantia, tamen poterit appellare.

11 Subextende I. vt ſufficiat generale mandatum, etiamſi procurator, appellando poſſet aliquo caſu facere incidere dominum in pęnam, *Bero, conſil.114.circa n.9.& 10. verſ.a.reſpondeo, lib.3.* quem refert & ſequitur Lancell. *tract.de attent.d.limit.50.princip.n.33.& 34.*

Declara hanc ſubextenſionem ex his, quæ ſcripſi infra *ſub n.16.*vbi vide.

12 Subextende II. vt non ſolum poſſit appellare, ſed teneatur appellare, *Gloſſ.1. in l.vltim.ff. an per alium cauſ.* * *appellat.&c.* dicens, quod ita tenent omnes, * *Spec.tit.de appell. §.1.ſub num.1.verſus finem,lib.2.fol.174. Salyc.in l.17.inuitus, n.6.oppoſ.9. C.de procur. Paul.de Caſtr.in l.4. ab executore, §.ſi procurator.in vltimis verbis, ff.de appell. Ang. Aret. in l.vlt ſi procurator ſub nu.4. ff.an per al.cauſ. appell. &c.Io.de Lign. tract.de cenſ.eccleſ. §.14.n.28. tom. 14. fol.318.Rebuff.tract. de appell.art.1.gloſ.2.nu.1.tom.3. fol.484.Io.Ferrar.eod.tract.lib.2.c.1.n.112. tom.5.fol.67. Bero,conſ.114.circa.n.9.verſ.ſecūdo reſponeo,lib.3.et Greg. Toloſ.tract. de appell.lib.5.c.1.nu.13. verſ.quæritur in fine.*

Ratio eſt, quia appellationis interpoſitio eſt de proſecutione primæ inſtantiæ, *Paul.de Caſtr.in l.4. ab executore, § ſi procurator.n.2.ff.de appell.& relat.& in d.l.inuitus, n.4.verſ.nota ergo.C.de procur.& Ang. Aret. in loco ſupra proxime citato*, & quod appellatio ſit de proceſſu primæ inſtantiæ, oſtendi infra *q.18.ſub n.2.*

Amplia hanc ſubextenſionem vt non ſolum teneatur appellare, ſed teneatur etiam proſequi appellationem, *Placent.gloſſator antiquus*, quē eiuſque rationes referunt Gloſſ.*in dict.leg.17.inuitus,in verbo extendere*,& latius Salyc.*d.n.6. oppoſ.9.* & opinionem hanc Placentini ſequitur Io. de Anan.pro vera, vt recenſet Ang. Aret. *in d.l.vlt.ſi procur.ſub n.4.ff.an per al.cauſ.appell.&c.*

Contra hanc ampliationem; quod enim procurator teneatur appellare, ſed non proſequi appellationem: ſcribunt Spec. Paul.de Caſtr.Io de Lign. Rebuff.Io. Ferrar. Bero & Greg.Toloſ.*in locis citatis hic ſupra n.12.*& Gloſſ. *in d. verbo extendere, in fine*, & Gloſſ.1.*in l. vlt.ff.an per* * *alium cauſ.appell.&c.*& eſſe cōmunē * teſtantur & ſequūtur Salyc.& Ang.Aret.*in locis, citatis hic in ampliatione*; licet Aret. faciat poſtea nonnullas concluſiones: & quod non

non cogatur inuitus proſequi appellationem, ſcribit Gemin. *in c.1.§.poſt hoc, ſub num.12. verſ. quæro an procurator, de appell. in 6.*

Retenta hac opinione contraria, quæ eſt communis.

Extende eam, vt non ſolum non teneatur proſequi, ſed non poſſit proſequi etiamſi velit, *ſecundum ea, quæ ſcribunt Bal. in d.l. inuitus, quæſt.3.nu.6. in fine*, dicens, quòd ſi procurator non habet mandatum generale, ſed ſpeciale, & diſcretiuum in vna cauſſa, non poteſt exercere cauſſam appellationis, & ibidem Salyc. *ſub num.10.* dicens ex diſtinctione domini ſui, quòd, ſi vult admitti virtute primi mandati, non poteſt, quia illud eſt finitum, & Paul. de Caſtr. *ſub n.5. verſ. qualiter autem, C. de procur.* Et hoc eſt, quod ſentit idem Caſtrenſ. *in l.4. ab executore, §. ſi procurator. in vltimis verbis, ff. de appellat.* dicendo, quod tenetur appellare, licet proſequi non teneatur, vel non poſſit, & apertiſſime Io. Ferrar. *tract. de appell. lib.2.c.1.n.113. tom.5. fol.68.* & quod proſecutio appellationis non ſit de appenditijs primæ inſtantiæ, & procurator conſtitutus in vna cauſſa, lata ſententia deſinat eſſe procurator, tenuit Rot. de qua Mohed. *deciſ.6. alias 126. fuit dubitatum ſub n.1. & 2. de procur.*

Contrariam opinionem; quod enim poſſit proſequi, ſi velit: tenent Spec. *tit. de appell. §.1. ſub num.2. verſ. breuiter, lib.2. fol.184. Gloſſ. vlt. in l. fi. ff. an per alium, &c. ſecundum Salyc. ſupra citatum*, & aperte Gemin. *in c.1. §. poſt hoc, num.12. verſ. quæro an procurator. de appellat. in 6.* dicens, quod procurator cauſſæ principalis poteſt virtute primi mandati proſequi cauſſam appellationis.

Non recedas ab extenſione.

Reſtringe nunc eandem contrariam communem opinionem, vt non ſit vera in ſequentibus quinque caſibus, in quibus tenetur proſequi appellationem.

Primus caſus eſt in appellatione ab interlocutoria, quia procurator tenetur ab interlocutoria, non ſolum appellare, ſed etiam proſequi appellationem, *Bald. in l.17. inuitus, n.6. verſ. tertio quæritur. Salyc. nu.9. C. de procur. & Ang. Aret. in l. vlt. ſub nu.5. in quinto, & vltimo caſu, ff. an per al. cauſ. appell. &c. Io. Ferrar. tract. de appell. lib.2.c.1.n.114. tom.5. fol.68.* & tenent communiter * omnes.

Intellige cum grano ſalis, dummodo cauſſa appellationis non ſit tractanda in aliquo loco adeo remoto, vt procurator ad illum accedere non poſſit, quin dimittat ſua negotia; & familiam, *Salyc. Ang. Aret. & Io. Ferrar. in locis hic ſupra proxime citatis.*

Secundus caſus eſt, quando procurator fuit conſtitutus generaliter ad agendum, petendum & defendendum, &c. quia iſto caſu procurator poteſt proſequi appellationem etiam a diffinitiua ſententia, *Bal. in d.l. inuitus, qu.3. nu.6. verſus finem:* ſeu ad lites præſentes, vel futuros, *vt loquuntur ibidem Paul. de Caſtr. ſub n.5. & Ang. Aret. in l. vlt ſub n.3. ibi adde tertium, ff. an per al. cauſ. app. &c.*

Tertius caſus erit, quando procurator eſt generalis, conſtitutus ad negotia, quia tunc poterit exercere iudicia præſentia, & futura, quouſq; durat mandatum, & ideo tenetur proſequi appellationem, *Gloſſ.1. in prima ſolutione in l. vlt. ff. an per al. cauſſ. appell. &c.* quam ibidem refert & ſequitur Ang. Aret. *nu.3.* & Greg. Toloſ. *tract. de appell. lib.5.c.1.n.13. verſ. quæritur, in fine.*

Quartus caſus eſt, quando procurator habet ſpeciale mandatum ad cauſſam appellationis; quia tunc ſine dubio tenetur eam proſequi, ſi mandatum acceptauit, *Gloſſ.1. in ſecunda ſolutione, in l. vlt. ff. an per al. cauſſ. appell. &c.* quam ibidem refert & ſequitur Ang. Aret *ſub nu.3.* & iſte caſus non habet difficultatem.

Imò tenetur non ſolum ad primam, ſed etiam ad ſecundam proſecutionem, *vt per Salyc. in l.17. inuitus, ſub n.12. C. de procur.* nam ſicut tenetur non ſolum ſemel, ſed bis appellare, *vt ex Bald. & Io. Ferrar. retuli, & ſequutus ſum infra ſub n.24. ſub extenſ.9.* ita etiam tenetur proſequi.

Quintus caſus eſt, quando procurator ſua culpa ſuccubuit, quia tunc ſe ipſum adſtrinxit ad culpam purgandam quòd non poteſt fieri, niſi per proſecutionem appellationis, *Bal. in d.l. inuitus, nu.7. verſ.4. quæritur, C. de procur. & Io. Ferrar. tract. de appell. lib.2.c.1.n.115. tom.5. fol.68.*

Tempera etiam duobus caſibus extenſionem, poſitam hic ſupra, in qua dixi, quod procurator non poteſt proſequi appellationem, etiamſi velit eam proſequi.

Primus caſus, in quo procurator poteſt admitti ad proſequendam cauſſam appellationis, & ſic contra extenſionem, poſitam ſupra, eſt in procuratore rei, qui, licet non habeat mandatum ad cauſſam appellationis, tamen, præſtita legitima ſatiſdatione, poteſt admitti, *Salyc. in l.17. inuitus, ſub n.10. C. de procur. & Ang. Aret. in l. vlt. ſub n.5. ibi, quinto & vltimo caſu, ff. an per al. cauſ. appell. &c.*

Secundus caſus eſt in procuratore actoris, qui, ſi ſit coniuncta perſona, admittitur ad proſequendam cauſſam appellationis cum cautione de rato, licet non habeat mandatum ad cauſſam appellationis, *Salyc & Ang. Aret. in locis ſupra proxime citatis.*

Quod ſi non ſit coniuncta perſona, non poteſt admitti ſine nouo mandato, *Salyc. vbi ſupra.*

13 Declara I. nunc eandem communem opinionem, retentam contra ampliationem, vt licet procurator non teneatur proſequi appellationem, tamen in illis caſibus, in quibus non tenetur proſequi, tenetur denunciare domino, appellationem fuiſſe interpoſitam, *c. penult. de procur. & l.17. inuitus, C. eod. Spec. tit. de appell. §.1. ſub num.2. verſ. breuiter, lib.2. fol.184.* & facit ſecunda ſub declaratio, quam habes *num. ſeq. in fin.*

14 Declara II. vt procurator in rem propriam ex cauſſa oneroſa, qui poteſt habere regreſſum contra ſuum auctorem, teneatur appellare, & exercere appellationem, qualis eſt emptor, quem teneri ad exercendum appellationem ſcribunt Spec. *titul. de appell. §.1. num.8. verſ. ſed nunquid. Deciſ. conſil.74. diligenter pro viribus, num.2. verſ. tertio hoc debet,* dicens, quod venditor non tenetur de euictione, niſi emtor appellauerit, & proſequutus fuerit appellationem, & Franch. Marc. *deciſ.587. quæritur an emtor,* qui ſentiunt, quod teneatur etiam proſequi, niſi excuſetur propter paupertatem.

Contrariam opinionem: quod enim emtor non te-
* neatur appellare: teſtantur, & ſequuntur communem *
eſſe opinionem Ruin. *conſ.84. quæritur, num.2. in fin. verſ. ſed præmiſſis, lib.5. & Addit. ad Dec. d. conſ.74. in litera c. in verbo appellare.*

Retenta ſi vis declaratione.

Subdeclara I. reſtringendo eam, vt non ſit vera quando emtor habet malam cauſſam, vel dubiam, quia tunc non tenetur appellare, *Natt. conſil.208. viſo themate, ſub num.1. lib.1.* & in his terminis loquitur Ruin. *vbi ſupra,* quando ſcilicet eſt dubius de iniuſtitia ſententiæ.

Subdeclara II. reſtringendo, vt non procedat, quando emtor denunciat venditori ſententiam latam, vt poſſit appellare; quia tunc emtor ex iſta denunciatione exoneratur ab onere appellandi, *Natt. conſil.208. n.2.*

15 Subdeclara III. reſtringendo, vt non procedat, quando ſententia fuit lata, præſente venditore, quia tunc emtor non tenetur appellare, *Apoſtill. ad Spec. tit. de appell. §.1. in princ. n.8. verſ. ſed nunquid, Natt. d. conſil.208. num.2.*

Amplia has ſubdeclarationes, vt non ſolum non teneatur appellare, ſed caute agat, ſi non appellet, quia ſi appellaſſet, & caſus eſſet dubius, teneretur etiam proſequi, quia, appellando, declaraſſet ſuo iudicio ſententiam latam eſſe iniuſtam, *Natt. d. conſil.208. viſo themate, ibi, & laudo,* & in tantum tenetur proſequi, ſi appellauit, vt ſi non proſequatur, vel appellationi renunciauerit, non poterit agere de euictione contra venditorem, quia emtor,

appellando, fateri videtur, ſententiam eſſe iniuſtam, & iniurioſam, & ideo ſua confeſſio præiudicat, ſi non proſequitur, & non tenetur iſto caſu venditor de euictiore, Rum.conſ.84.quæritur vtrum,ſub n.3.lib.5.

Confirmatur hæc ampliatio, quia emptor in caſu, quo tenetur appellare, tenetur etiam appellationem, proſequi, vt ſcribit Ang.Aret.in l.vlt.ſub n.5.ibi, ſecundo caſu, ff.an per al.cauſ.appell.&c.

16 Declara IV. vt non teneatur appellare, niſi habeat mandatum ſpeciale, quando ex procuratoris appellatione poſſet dominus incidere in pœnam, Rebuff.tract.de appell.art.1.gloſſ.2.n.2.tom.3.fol.484. nam requiritur mandatum ſpeciale, vt ex Contar.retuli, & ſequutus ſum infra q.17.limit.6.n.4.num.16.& adde quæ ſcripſi ſupra lib.1.c.101.ſub nu.38. vbi dixi, ſub generali mandato non comprehendi ea, quæ ſunt contra factum domini,&c.

Tempera hanc declarationem, dux dixi, quod requiritur ſpeciale mandatum, vt hoc ſit verum in caſu, quo appellanti eſſet ſimpliciter prohibita appellatio ſub certa pœna, & ſic eo ipſo ſolo, quòd appellat, incurreret pœnam: quia tunc procurator non poteſt appellare, ſine ſpeciali mandato; ſecus eſt, quando pœna non eſſet ſimpliciter impoſita propter appellationem, ſed eſſet impoſita propter appellationem cum ſuccumbentia, id eſt, non propter appellationem, ſed propter ſuccumbentiam in cauſa appellationis, qualis eſt pena condemnationis expenſarum contra ſuccumbentem, quia iſto caſu procurator, poteſt appellare, ſine ſpeciali mandato, & facere, appellando, vt dominus incurrat eiuſmodi pœnam, alias procurator nunquam poſſet appellare ſine ſpeciali mandato, per ea, quæ conſiderat Bero.conſil.114.circa, num.10.verſ.nec obſtat lib.3. & ita procedit, quod ſcripſi ſupra n.11.

17 Declara VI. vt non teneatur appellare, ſi dominus ceſſerit liti, Rebuff.tract. de appell.art.1.glo.2.num.6.tom.3.fol.484.imò non admittitur appellatio, Caſſad.deciſ.2.nota quod,num.1.& 8.de appell.

18 Subextende III. eandem quartam extenſionem; vt habens mandatum ad conſtandam litem poſſit appellare, quia dicitur habere ſufficiens mandatum, Franch.in cap.64.Nicolao.nu.16.verſ.nono quæritur, & Cardinal. Alex.n.11.verſ.ſed nunquid datus, de appell.

19 Subextende IV. vt ſi procurator litem conteſtatus fuerit, poſſit alium procuratorem conſtituere ad appellandum, Spec.tit.de appell.§.1.ſub n.1.in fi.lib.2.f.184. Io. & Ferrar.trac.de appell.li.2.c.1.n.118.in vltimis verbis tom.5.fol.68. non tamen ad proſequendum, Achill. de Graſ.dec.4.alias 230 n.3.de appell.

20 Subextende V. vt procurator, miſſus cum ſimplici mandato ad Curiam ad expediendam cauſſam appellationis interpoſitam ab aliqua interlocutoria, dicatur habere ſufficiens mandatum etiam ad ipſam cauſſam principalem, Franc.in d.cap.64. Nicolao, n.10.verſ.ſexto quæritur,de appell,

Intellige hanc ſubextenſionem, niſi appellatus tempore appellationis petierit, quod etiam ſuper cauſa principali veniat inſtructus, quia iſto caſu debet habere ſufficiens mandatum etiam ad cauſſam principalẽ. Franch.vbi ſupra, & Card.Alex.eod.cap.64.Nicolao, ſub n.7.verſ.habetis ſecundo,ibi.& ideo ex prædictis,de appell.

21 Subextende VI. vt in tantum poſſit procurator appellare; vt, ſi omiſerit appellare; teneatur domino actione mandati, lib.32.liberto, §.fin.de neg.geſt.Spec.d.tit.de appell.§.1.n.2.verſ.breuiter, nam dominus poteſt agere ad intereſſe contra procuratorem, qui non appellauit, vt declaraui infra q.12.n.124.vbi videas.

22 Declara I. reſtringendo eandem ſubextenſionem, vt non procedat quando procurator laboraret inopia, quæ ipſum excuſaret, quia tunc non tenetur appellare, Gloſſ. in l.17.inuitus, in verbo, extendere, & Salyc.n.6.oppoſ.9.C.de procur.

Subdeclara, vt licet procurator ex aliqua iuſta cauſſa impeditus, puta metu, inopia, vel ignorantia, non teneatur appellare, tamen tenetur denuntiare domino, ſiue dominus hoc ignoret, ſiue non, ad effectum vt dominus poſſit appellare, ſi voluerit, Spec.d.tit.de appell.§.1.nu.2.verſ.breuiter.

Declara II. reſtringendo, vt non procedat, quando procurator iuſte ſuccubuit, quia debet bonam fidem agnoſcere, & in dubio præſumitur iuſte ſuccubuiſſe; ideo in dubio non tenetur appellare, quia ſententia in dubio præſumitur iuſta, Alex.in l.17.inuitus, not.2.numer.4.C.de procur.Io. Ferrar.tract. de appell.lib.2.c.1.ſub n.112.ibi.a qua tamẽ neceſſitate.tom.5.fol.67.& Natt.conſ.208.viſo themate, ſub n.1.lib.1.& certe hæc opinio ſeruatur apud nos, quia nunquam vidi actum contra procuratorẽ eo, quod omiſerit appellare: ſed vtinam omitterent appellare propter bonam fidẽ, & non appellarent propter malam; loquor de iis, qui potius pecuniæ, quam conſcientiæ ſeruiunt: adſunt enim multi timoratæ conſcientiæ.

23 Subextende VII. vt poſſit appellare etiam procurator conſtitutus ad præſentandum aliquem Epiſcopo ad aliquod officium, vel ad recipiendum pro aliquo inueſtituram de aliquo beneficio, vel ad petendum illi prouideri de aliquo beneficio, Spec.tit.de appell.§.1.n.4.verſ.procurator lib.2.fol.184.

24 Subextende VIII. declarando, vt procurator appellans debeat appellare procuratorio nomine, Franch.in rubr.nu.4.verſ.circa primum, de appell.& Vrgineil.tract.de appell.§.2.cap.4.n.23.verſ.procurator, & ſufficit quod dicat, appello, quia intelligitur appellaſſe procuratorio nomine, Bar.in l.1.§.fin.ſub nu.5.ff.de appell. & relat.& Franch.vbi ſupra. Sed ſi ſit effectus dominus litis, tunc poteſt appellare nomine proprio, Franch.vbi ſup.quia vt dicit Bar in l.1.§.fi.n.5.de appell.& relat. cum in eum feratur ſentẽtia debet poſſe proprio nomine appellare, & ita intelligas Anch.in cap.9.appellatio, ſub n.1.de appell.in 6, dum ſcribit, quod poteſt appellare tam nomine domini, quam nomine proprio.

Subextende IX. vt procurator, conſtitutus ad agendũ, defendendum, & appellandum, videatur conſtitutus ad appellandum non ſolum a prima ſententia, ſed etiam a ſecunda, Bald.in l 17.inuitus, in fine ſub num.8.verſ.vlterius quæritur, C.de procur.Io.Ferrar.tract.de appell.lib.2.c.1.ſub n.112.ibi. vnde eſt quòd ſi procurator.tom.5.fol.68. & Rot.diuerſ.dec.867.Romana hæreditatis, ſub n.2.& 3.p.3.lib.3.

25 Reſtringe I. eandem quartam extenſionem, vt non procedat in procuratore reuocato, quia is nulliter appellar, Laur.tract.de attent.par.2.cap.12.limit.50.princ.n.20.fol.378.

26 Reſtringe II. vt non procedat, quando procurator nõ haberet ſufficiens mandatum, vt puta, quia eſſet procurator conſtitutus ad audiendam ſententiam; is enim appellare non poſſet, Franch.in cap.64.Nicolao.nu.15.verſ.8.quærit, & Card.Alex.n.10.verſ.ſed nunquid procurator, de appell.

27 Amplia I. hanc reſtrictionem, vt procedat etiã ſi poſtmodum haberet aliud mandatum ſufficiens, quia adhuc appellatio, per eum prius interpoſita, non valeret ſecundum communiorem * opin. quam ſequuta eſt Rota, vt refert Achil.de Graſſ.deciſ.10.alias 236.appellatio procuratoris, de appel fol.108.quam refert, & ſequitur Lancel.d.lim.50.princ.n.21.& 22.fol.378. dicens, quod propterea talis appellatio non cauſſaret attentata.

Ratio eſt quia perſonæ habilitas, requiſita tempore actus, non ſufficit, quod interueniat poſtea, vide ſup.lib.1.cap.101.n.32.in fine.

Confirmatur hæc ampliatio; quia executio ſententiæ, aduer-

aduerſus quam ſit petita, & obtenta reſtitutio in integrum ad appellandum, non reuocatur vti attentata, quare licet quis poſſeſſionem cœperit, poſtquam eius aduerſarius obtinuit, committi cauſſam reſtitutionis ad appellandum, & poſtquam citauit formaliter ad dicendum contra huiuſmodi commiſſionem; nihilominus, ſi iſte citatus receſſerit ad partes cum executoria, vigore cuius habuerit poſſeſſionem; & deinde aduerſarius reſtituatur ad appellandum: poſſeſſio cœpta non reuocatur per viam attentati, *Rot. deciſ. 92. alias 446. ſi lata, ſub num. 1. et in fine, de appell. in nou. et Lanc. d. limit. 50. princ. num. 23. fol. 378.*

Ratio confirmationis eſt, quia ius acquiſitum mediante re iudicata, non ſuſpenditur.

Hęc tamen confirmatio, ſeu Rotæ deciſio non eſt tuta, quia contrarium tenuit Rot. *deciſ. 51. alias 379. ſi committatur, eod. tit. in nou.* quam deciſ. eſſe in obſeruantia teſtatur Caſſad. *deciſ. 1. vt lite penden.*

Contra iſtam ampliationem poſſunt adduci multę oppoſitiones.

Prima oppoſitio, quia de ſtylo Rotæ ſuperueniens productio boni mandati ſolet validare proceſſum antea cum eiuſmodi procuratore factum, *Lancell. d. limit. 50. ſub num. 23. fol 378.*

Secunda (& hæc comprobatur multipliciter) quia ius ſuperueniens ex cauſſa de præterito conualidat iudicium præſens inchoatum, *Bart. in l. 9. ſi Titius, numero ſecundo, ff. de verbor. obligat. Alex. conſil. 177. viſo themate, numero 12. colum. penultim. in fine, libro 2.* vbi, ſequendo Ioannem de Imola, iudicium non legitime cœptum, ex quo non erat adita hæreditas, conualidatur per aditionem hæreditatis, *Caputaqu. deciſion. 181. conductor, numero 2. par. 1.* dicens, quod conductor, ſi pendente lite ſuper caducitate ceſſat in ſolutione penſionis, incurrit caducitatem, *et deciſ. 118. ſeu 2. iudicium, par. 2. fuſius Capic. deciſ. 16. in cauſſa venerabilis, ſub num. 6. et Capell. Toloſ. deciſ. 30.* & facit, quod ſcripſi ſup. *libro 1. c. 50. ſub num. 24. verſ. in omni genere.*

Comprobatur primo iſta oppoſitio, quia ſi quis eſt accuſatus, ſeu inquiſitus de vulnere, & pendente proceſſu vulneris, ſequitur mors vulnerati, diſputant Alberic. de Ros. *tract. de ſtatut. p. 2. quæſt. 46. numero 5. & ſeq. tom. 2. fol. 36. Bald. in l. non quemadmodum, verſic. in gloſſ. vero, ff. de iud. fol. 249. Ang. tract. de maleſ. in verbo, vna alia percuſ. ſub num. 2. Boſſ. tract. crimin. titu. de inquiſit. nu. 108. et Farinac. in qq. crimin. lib. 1. titu. de inquiſit. q. 1. num. 70. et ſequent.* an ex eadem inſtantia poſſit ſequi condemnatio de homicidio.

Comprobatur ſecundo, quia licet ſit actum cum aſſerto procuratore, & ſententia ſit lata, non conſtito de mandato, tamen, ſi extabat in rerum natura mandatum ſufficiens, licet non productum, & de illo conſtet etiam poſt ſententiam, ſuſtinetur ſententia, *Rot. deciſ. 19. alias 248. de procur. in antiq. Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defec. inhabil. ſeu mand. &c. nu. 116. & 117. tom. 4. fol. 403. Mobed. deciſ. 7. alias 204. coram, de procur. Rot. diuerſ. deciſ. 871. Vrbeuetana, in fine, et deciſ. 1503. idem in Gerunden. p. 3. libro tertio, Creſcen. deciſ. 1. alias 18. tres, numero 4. de ſent. & re iud. March. tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. ſanat. null. c. 2. num. 8. & 9. fol. 340. in 2. impreſſ.* & quod ita ſeruet Rota, teſtatur addit. ad Rot. *deciſ. 7. alias 145. ſi procurator. de procur. in nou.* & ideo hic in Curia ſeruatur praxis, vt procuratores, ſeu principales, proteſtantes neminem audiri, niſi docto de legitimo mandato, addant illa verba, *ita quod per ratificationem geſta conualidari nequeant*, quia ſtante eiuſmodi proteſtatione ſententia eſſet nulla, quamuis poſtea appareret de mandato, *vt ſequitur March. ſub d. num. 9. fol. 340.*

In ſimili licet quis proceſſerit per audientiam contra dictarum, non docto prius de abſentia aduerſarij, neque decreto proceſſu per contradictas, tamen ſuſtinetur proceſſus, ſi poſtea doceatur, quod aduerſarius tunc temporis fuit abſens, *Rot. diuerſ. deciſ. 871. Vrbeuetana, part. 3. lib. 3.*

Comprobatur tertio ex *l. 9. ſi rem alienam, §. fi. ff. de pignor. act.* vbi agens pignoratitia actione antequam ſoluat debitum, male agit, ſed ſi offerat ſolutionem, pendente iudicio, conualidatur illud iudicium.

Comprobatur quarto, quia venditio rei alienæ confirmatur, ſi venditor ſuccedat domino ipſius rei, vel aliter ad eum poſtea perueniat dominium ipſius rei, *Fab. de Mont. tract. de empt. & vendit. q. 4. princ. ſub nu. 9. tom. 6. p. 1. fol. 45.*

Comprobatur quinto, quia ſi ego debeo tibi centum ſub conditione, ſi Rex Romam venerit, & tu agis antequam Rex veniat, & pendente iudicio, Rex venit, poſſum condemnari ex eod. proceſſu, *Bal. in d. l. non quemadmodum, verſ. in ea gl. ff. de iud.*

Quid dicendum? Nam hæc ſecunda oppoſitio, ſeu regula tot modis comprobata, habet multas limitationes, quas ponunt Poma. *in addit. ad Bart. in d. l. 9. ſi Titius ſub num. 2. in verbo, pendente iudicio, & in ead. l. Iaſ. col. vltim. ſub nu. 4. ff. de verb. oblig. & Gabr. in concl. lib. 2. tit. de iudic. concluſ. 3.* & de iſta materia, an & quando ius ſuperueniens poſſit allegari, agitur in *c. 3. abbate ſane, de ſent. & re iud. in 6.* & bene materiam declarat Abb. *in c. vlt. ſub nu. 11. vt lit. pend. et adde Rot. diu. deciſ. 47. dubitani, nu. 17. p. 2.* & de ſuperuenientia iuris ad validandum, quod non ſuffragetur poſt motam litem ſuper inualiditate, Melch. Palaez. *tract. maior. q. vltim. in fin. num. 21. tom. 10. part. 1. fol. vltimo.*

Non diſcedas ab ampliatione.

Ad adducta contra eam in prima oppoſitione, & in ſecunda comprobatione ſecundæ oppoſitionis habes reſponſionem, *q. ſeq. ſub num. 24. verſic. oppoſitioni, & verſic. hæc.*

Amplia II. etiam ſi procurator, dum appellat, eſſet vere, & cum ſufficienti mandato conſtitutus procurator, ſed mandatum nondum habuiſſet; quia appellatio eſſet adhuc nulla.

Moueor primo, quia in ſimili licet iuriſdictio delegantis ſit radicata, quando delegat, vtputa, quia ſit electus, ſed nondum habeat exercitium, & ideo delegatio confirmetur per ſuperuenientiam integrę iuriſdictionis, tamen hæc confirmatio validat delegationem factam, ſed non proceſſum, factum a delegato. *Felyn. in c. 16. cum ex officij, num. 35. concl. 8. de præſcript.*

Moueor ſecundo, quia licet quis a principio, quo incipit procedere, habeat iuriſdictionem delegatam, ſed nondum receperit literas delegationis, ſicque licet data pręceſſerit proceſſum, tamen præſentatio ſequens non validat proceſſum, *Felyn. vbi ſupra eod. n. 35. ibi amplia hoc.* & quod poteſtas delegata non acquiratur, niſi ſcienti, & conſentienti, & ideoquis exequi non poſſit mandatum, niſi prius receperit literas ſuæ poteſtatis, ſcribit Bellarm. *dec. 110. præſumitur, n. 11. in fi. et n. 12. & 13.* & quod iudex antequam procedat ad aliquem actum debeat eſſe certus de ſua iuriſdictione, alias ille actus ſit nullus, refert, & ſequitur Caputaq. *dec. 124. ſeu 3. iudex p. 2.*

Moueor tertio, quia procurator, qui non eſt certus de mandato, non potuit appellare, vti procurator, & cum non appellauerit vti procurator, appellatio non tenet, *per ea quæ in alijs terminis tenuit Rota, vt per Mobed. deciſ. 5. alias 101. fratres, de procur.*

Non obſtat, quod Rot. quam ſequitur Lanc. *tract. de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. princ. n. 30. fol. 370* voluerit, vt nihilominus is, pro quo appellauerat procurator, qui nec receperat mandatum, neque illius habuerat veriſimili-

ter notitiam, audiretur, & ſi conſtaret de illius bono iure, impediretur executio, alias ſecus.

Quia reſp. quod Rot. ex quadam præeminentia vult guſtare ius ſententiæ priuſquam exequatur.

Reſtringe III. vt procurator miſſus ad Curiam ad Impetrandum iudicem in partibus, vel ad contradicendum impetrationi alterius partis, non dicatur habere mandatum ſufficiens ad proſequendam appellationem in Curia Rom. & ideo appellans reputaretur contumax, & veniret condemnandus in expenſis, ſi cauſſa eſſet tractanda in Curia Rom. *Franch. in capit. 62. Nicolao, ſub num. 2. not. 3. & numer. 8. & verſ. quarto quæritur. & Card. Alexand. ſub numer. ſeptimo, verſicul. habetis ſecunda ibi, & ideo ex prædictis, de appellat.* ſecus ſi cauſſa eſſet tractanda in partibus, quia haberet ſufficiens mandatum, *Franch. d. cap. Nicolao, ſub nu. quinto verſic. aliquando & quarto, & Card. Alexand. ſub num. 7. ibi, vbi autem cauſa non eſt in Curia.*

Reſtringe IV. vt non procedat in cauſis executiuis, niſi habeat mandatum ſpecificum, & indiuiduum ad appellandum ab executione: non enim ſufficit mandatum ad lites, & cauſſa, etiamſi mandatum dicat, quod poſſit appellare ab omni ſententia diffinitiua, vel interlocutoria: & ratio eſt, quia appellans, & ſuccumbens in cauſſa appellationis executionis cadit in pœnam, quinquaginta librarum agenti: quare cum poſſibile ſit, vt poſſit talis procurator appellans ab executione facere cadere dominium prædictam in pœnam, ſi ſuccumbat; ideo neceſſe eſt habere ſpeciale mandatum, *Angel. Aret. in l. 4. ab executore ſub verſ. vnum tamen, numer. 9. ff. de appel. & relat.* dicens quod hoc eſt perpetuo menti tenendum, & quod ipſe illo anno habuit in facto, & obtinuit, *Soc. conſil. 120. cum in præſenti. num. 7. lib. 1. Deciſ. in cap. 43. nouit. ſub nu. 15. ibi ſecundo quod ſi alieno nomine, & num. 16. de appellat. & Rol. à Vall. conſil. 43. de duobus, num. 11. verſ. quibus non obſtantibus, lib. 1. & conſil. 26. circa principalem, num. 24. lib. 2.* qui alios allegant, & eſt opinio communi,* quia ſemper requiritur mandatum ſpeciale, quando ex procuratoris appellatione poſſet dominus incidere in pœnam, *vt dixi ſupra n. 16.* Vnde procurator non poteſt iurare de calumnia ſine ſpeciali mandato, quia non obligaret dominum, *Bar. in l. 13. qui bona fide. §. ſi alieno. nu. 4. & 5. ff. de damn. infec.* & eſt generale, vt procurator non poſſit ſine mandato ſpeciali facere id, per quod dominus, incidit in pęnam.

Contraria opinio; quidquid duxerit communi opinio; ſeruatur in praxi.

Confirmatur primo hæc contraria opinio, quia illa pœna contra appellantem ab executione non eſt in vſu iuxta ea, quæ ſcripſi *infra quæſt. 17. limit.* Vnde ceſſante pœna, fuit fundamentum communis opinionis.

Confirmatur ſecundo, quia ſecundum Doctores citatos in reſtrictione, illa pœna habet locum, ſi procurator ſuccumberet in cauſſa appellationi; ſed pęna, quæ non oritur immediate ex appellatione, ſed ex ſuccumbentia in cauſſa appellationis, non operatur, vt requiratur mandatum ſpeciale, iuxta ea, quæ, loquendo de pęna expenſarum, ſcripſit *ſupra ſub numer. 16. verſ. tempera.* Ergo &c.

Confirmatur tertio, quia eſto quod in mandato eſſet expreſſum, quod procurator poſſet appellare ab executione, & quod procurator appellaret, & ſuccumberet; tamen principalis non incideret in pęnam, quia illud mandatum intelligitur ſecundum terminos iuris, vt poſſit appellare ab exceſſu executionis; quo caſu non eſt tractandum de pęna, *Decius in d. capitul. nouit. n. 16. verſ. fin.* Ergo fruſtra ad hunc effectum requiritur mandatum ſpeciale.

Firmata hanc opinione communi.

Amplia eam, vt procedat etiam in appellatione ab immiſſione in poſſeſſionem ex remedio *leg. finem, Codic. de edict. diu. Adrian. tollend.* quia, cum pęna impoſita contra appellantem, in caſu dictæ legis non ſit in vſu, ceſſat ratio exigendi mandatum ſpeciale in procuratore appellante, quicquid in contrarium ſcripſerit Roland. à Vall. *dict. conſ. 26. n. 24. lib. 2.*

Retenta tamen gratia diſputandi; non tamen conſulendi, aut iudicandi reſtrictione.

Declara eam, vt poſſit habere locum in re iudicata, à cuius executione eſt prohibita, etiam appellatio deuolutiua: Secus eſt in executione inſtrumentorum, habentium executionem paratam, in quibus eſt prohibita ſoluta ſolum appellatio ſuſpenſiua, & non deuolutiua, *iuxta ea, quæ latius declaraui, infra quæſtion. 17. limit.* ... multi enim ſunt caſus etiam in iure, in quibus ſtatim fit executio, & tamen in eis non eſt interdicta appellatio, *Contar. in l. vnica, in quinta ratione decidendi. numero 9. verſ. verum. C. ſi de momen. poſſ.* Quare quod generaliter Rol. à Vall. *in d. conſil. 43. numer. 11. libr. 1.* ſcribit in cauſſis executiuis, indiget hac declaratione, etiamſi daremus reſtrictionem eſſe veram: nam l. 5. *ab executione. C. quor. appellat. non recip.* quæ imponit præfatam pęnam procuratoribus appellantibus loquitur quando appellatur ab executione ſententiæ diffinitiuæ, quia tunc eſt quid imputetur appellanti, quare non appellauit à ſententia, quæ ratio ceſſat cum appellatur a executione inſtrumenti, *Paul. de Caſtr. in dict. leg. ab executione, ſub numero quarto.*

29 Extende Quinto, eandem regulam poſitam *ſupra num. primo*, vt etiam negotiorum geſtor poſſit appellare abſque mandato, & etiam in cauſſis ciuilibus, dummodo tamen dominus ratum poſtea habeat infra tempus appellandi, Franch in *capitul. 64. Nicolao, num. 17. verſicul. vltimo quæritur, & Cardinal. Alexandr. in fine num. 12. de appellat.*

30 Extende VI. vt poſſit appellare quilibet, qui alienum gerit negotium, *c. 30. non ſolent. 2. quæſt. 6. Spec. titul. de appell. §. 1. n. 1. libr. 2. fol.* 183. non tamen tenetur appellationem proſequi, *Spec. eod. §. 1. ſub n. 2. verſicul. breuiter*, loquens de negotiorum geſtore.

31 Extende VII. vt fideiuſſor poſſit appellare pro eo, pro quo fideiuſſit. *leg. 5. à ſententia, & ibi Bart. numer. 2. ff. de appell. &* relat. *Spec. tit. de appell. §. 1. ſub n. 1. libr. 2. fol. 184. et Surd. conſilio 271. Franciſcus de induſia. ſub numerâ 16. verſicul. at prædictis, et numer. 17. et ſequentibus* libr. 2. non tamen tenetur etiam proſequi, *Spec. dict. §. 1. ſub num. 2. verſ. breuiter.*

Difficultas ſupereſt, an debeat appellare nomine ſuo, & pro ſuo intereſſe, vel nomine principalis. In qua difficultate text. *in d. l. à ſententia*, videtur decidere, quod debeat appellare nomine eius, pro quo fideiuſſit; Sed Bart. *in l. 2. ſi procuratorio, §. ſi alius. num. 1. ff. quan. appell. ſit & c.* quem in ead. *l. n. 2.* refert, & ſequitur Ang. Arct. & ex eo Ruginell. *tract. de appell. §. 2. cap. 4. n. 24.* ſcribit, quod non debet appellare nomine alterius, ſed proprio nomine, & pro intereſſe proprio.

32 Declara iſtam extenſionem, vt in fideiuſſore contractus procedat indiſtincte, etiamſi ſit fideiuſſor de ſoluendo iudicatum, *Surd. conſil. 171. Franciſcus de induſia. in ſecunda reſponſione. ſub num. 39. lib.* 2. referens, & ſequens, quod ſi quis fideiuſſit per contractum pro Titio, & promiſſit ſoluere iudicatum. non poteſt, Titio condemnato, executiue conueniri, & ſic poteſt appellare, *& Ruginell. d. §. 2. capit. 1. n. 27.* Secus vero ſi ſit fideiuſſor iudicij, ideſt, apud acta quia poterit executiue conueniri, & ideo non poteſt appellare, *Sur. d. conſ. 271. ſub n. 36. verſ. ſecundo, & n. ſeqq. & Ruginell. vbi ſupra.*

Hæc declaratio ſumpta ex Surd. late conſulente, &

Rugi-

Digitized by Google

Ruginell. *vbi ſupra*, habet duritiem; ideo tn, aliter diſtinguendo, clarius declara: Aut ſententia lata contra principalem eſt vitica, & non fecit tranſitum in rem iudicatam, & propterea poteſt ipſe principalis appellare, quamuis ipſe, & eius fideiuſſor ſe prius in iudicio obligauerint de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, iuxta ea, quæ ſcripſi *infra quæſt. 17. limit. 2. num.* ... & iſto caſu poterit etiam fideiuſſor appellare: quicquid incõtrarium ſenſerit Surd. Aut principalis non poteſt appellare, quia eſt tertia ſententia, vel vnica, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, ſeu materia de ſui natura eſt in appellabilis: & iſto caſu poteſt intrare diſtinctio, ſeu declaratio Surdi, vt, ſi fideiuſſor promiſerit apud acta ſoluere iudicatum, non poſſit appellare, ſecus ſi promiſerit alia ſpecie contractus, a quo detur appellatio.

33 Extende VIII. vt fideiuſſor venditoris poſſit, emptore victo, appellare, *leg. quinta à ſententia, ff. de appellat. & relat. Spec. dict. titul. de appell. §. 1. ſub n. 1. & Ruginell. d. §. 2. c. 1. n. 27. fol. 42.* etiamſi emptor, & venditor acquieſcant, *d. l. a ſententia, in fine principij*.

34 Subextende hanc extenſionem, vt ſicut poteſt appellare fideiuſſor venditoris, & a fortiori ipſe venditor, victo emptore, *iuxta ea, quæ ſcripſi infra numero 36.* ita etiam è conuerſo, victo venditore, poteſt appellare emptor, *Spec. vbi ſupra, Paul. de Caſtr in l. 4. ab executore, §. alio condemnato, ſub num. 2. verſ. idem dico in tertio exemplo, ff. de appel. & relat.* addens quod emptor debet appellare non nomine proprio, ſed nomine venditoris, ſicut dicit etiam de venditore, quod debeat appellare nomine emptoris, vt ex eo retuli infra *ſub num. 36.* & ſcribit Ioan. Ferrar. *tract. de appell. lib. 2. cap. 1. n. 121. tom. 5. fol. 68.* loquens conditionaliter vt poſſit appellare, venditore victo nolente appellare.

35 Declara I. iſtam ſubextenſionem, dum dicimus, quod venditor poteſt appellare, victo emptore, & emptor, victo venditore; declara inquam, vt ſi emptor prius appellauerit, tunc venditor non poſſit appellare, ſed ſolum poſſit aſſiſtere emptori, qui appellauit, *conſil. 84. quæritur vtrum num. 5. verſ. quinimò arbitror. lib. 5. & Ruginell. tractat. de appellat. §. 2. cap. 1. num. 25. verſus finem*, hæcque declaratio ſatis probari videtur ex *l. 4. ab executore, §. alio ff. de appel. & relat.* illis verbis, *ſi emptor de proprietate victus eſt, eo ceſſante, author eius appellare poterit*. Ergo a contrario ſenſu illius textus, emptore non ceſſante appellare, venditor non poterit appellare.

Comprobatur hæc declaratio, quia appellatio ſuperflua non eſt admittenda, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. .. n. ..* ſed appellatio venditoris eſt ſuperflua, quando appellat emptor, quia non intereſt venditoris appellare, ex quo poteſt aſſiſtere, & adhærere appellationi emptoris, & conſequenter poteſt producere teſtes ac alia facere ac ſi ipſemet appellaſſet, vt conſiderat Ruin. *d. conſil. 84. ſub n. 5.*

Secus tamen eſt, ſi prius appellaret venditor, quia emptor poſſet etiam ipſe poſtea appellare: & ratio diuerſitatis eſt, quia ad emptorem principaliter ſpectat defenſio, & in conſequentiam, ac ſecundario, & acceſſorie ad venditorem; & ſic iſto caſu principale non impeditur a ſuo acceſſorio, ſed in caſu præcedenti acceſſorium impeditur a ſuo principali, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, non e contra, *Ruin. d. conſ. 84. ſub n. 5. verſ. nec obſtat prædictis*. Quod autem cauſſa defenſionis principaliter pertineat ad emptorem, & non ad venditorem patet ex his, quæ ex Paul. de Caſtr. retuli *n. ſeq.*

Quod ſi demus caſum, in quo æque principaliter cauſſa defenſionis pertineat ad vtrumque appellantem, tunc etiam vterque poterit appellare, *Ruin. vbi ſupra*.

36 Declara II. vt venditor poſſit appellare ſolum ab illa ſententia, a qua poteſt appellare etiam emptor, non autem ab illa, a qua non poteſt appellare emptor, vtputa, quia ſit tertia ſententia conformis alijs duabus, vel quia, cum non fuerit appellatum infra decem dies, fecerit tranſitum in iudicatum, *Couar. pract. quæſt. c. 15. n. 3. verſ. tertio deducitur, & Ruginell. d. §. 2. cap. 1. n. 25. in fine*, & hoc eſt, quod ſentit Paul. de Caſtr. *in l. 4. ab executore, §. alio condemnato, ſub num. 2. in ſecundo caſu, ff. de appellat. & relat.* dicens, quod ſi eſt lata ſententia contra emptorem ſuper proprietate rei emptæ nocet venditori per indirectum, quia habebit regreſſum, contra venditorem; non tamen, inquit, ſententia dicitur lata contra venditorem, quia non ſuper iure venditoris, nec ſuper actione, quæ competat ipſi venditori, vel contra ipſum venditorem; ſed dicitur lata principaliter contra emptorem; & ideo, inquit, ſi venditor vult appellare: non debet appellare nomine ſuo, ſed nomine emptoris; vnde, inquit, debet appellare infra decem dies a die latæ ſententiæ, alias ſententia tranſit in rem iudicatam, & non poteſt poſtea appellare ratione proprij intereſſe.

Contrariam opinionem: quod enim venditor poſſit appellare ratione proprij intereſſe, infra decem dies, cõputandos a die ſcientiæ, & ſic etiam poſt lapſos decem dies latæ ſententiæ, & conſequenter poſſit appellare, quãuis ab appellatione ſit excluſus emptor propter lapſos decem dies: conſuluit Cæphal. *conſ. 106. videbatur, n. 4. & ſeqq. lib. 1.* quem refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 30. princip. n. 169. & ſeqq. tom. 5. fol. 380.*

Comprobatur hæc contraria opinio, quia nominatus in dominum, & condemnatus poteſt appellare etiamſi non potuiſſet appellare is, qui nominauit, *vt ex Mar. Soc. retuli infra n. 60.*

Quid dicendum in iſta contrarietate; in qua idem Cæphal. *d. conſ. 106. n. 2.* allegat prius Paulum de Caſtr. a nobis ſupra citatum pro contraria parte; & poſtea *num. 6.* allegat eundem *in eod. §. alio condemnato*, in diuerſis tamen locis pro hac contraria parte, qui tamen Paul. de Caſtr. pro hac contraria parte allegatus loquitur, an a ſententia, lata contra debitorem, poſſit creditor appellare, ſicut fideiuſſor retuli *infra numero 59.* vbi videas & demum *ſub eod. num. 6. verſ. non obſtat, & num. 7.* interpretatur eundem, ac concordantem conatur reddere, dicens, quod præſupponit ſcientiam ſententiæ in ipſo venditore.

Dic, quod reſolutio huius puncti pendet ab illa controuerſia: an, & quando tertius poſſit appellare pro ſuo intereſſe: quam controuerſiam, quia late examino *infra q. 17. lim. 6. memb. 4. n. 42. & ſeqq. & q. 12. n. ...* ideo hanc materiam ibi plenius habebis.

37 Extende IX. vt legatarij, & qui libertatem acceperunt poſſint appellare, quando hæres fuit victus ab eo, qui egit de inofficioſo teſtamento, *leg. quinta à ſententia, & leg. 14. ſi perluſorio, & ibi Doct. ff. de appell. & relat. Spec. titul. de appell. §. 1. ſub n. 1. lib. 2. fol. 184. & Ruginell. tract. de appel. §. 2. cap. 1. n. 28.*

38 Subextende declarando hanc extenſionem, vt legatarius poſſit appellare infra decem dies a die ſcientiæ, *Con. pract. quæſt. cap. 15. n. 3. verſic. 3. deducitur, & Rugin. dict. §. 2. n. 28. in fine*.

39 Extende X. vt dominus poſſit appellare, quando procurator ſuus non appellat, *Spec. vbi ſup. ſub n. 1.*

40 Extende XI. vt tutores, & curatores poſſint appellare: immo tenentur appellare, & proſequi, *Spec. titul. de appellat. §. 1. num. 3. verſ. tutores, lib. 2. fol. 184.* & quod tutor teneatur proſequi appellationem, ſcribit etiam Angel. Aret. *in l. vlt. ſub num. 5. ibi, quarto caſu ff. an per al. cauſ. appell. &c.*

Subextende I. vt etiam actor, ad rem controuerſam datus a tutore, teneatur appellare, ſed appellationem exercere non poſſit, cum ſit loco ſimplicis procuratoris.

Io. Fer-

Io. Ferrar. tract. de appel. lib. 2. c. 1. n. 17. tomo 5. fol. 68.

Subextende II. vt multo magis teneatur appellare, & etiam proſequi appellationem actor, ordinatus ad omnia negotia forenſia pupilli, *Io. Ferrar. d. lib. 2. c. 1. ſub n. 17. ibi quod ſecus eſt, tomo 5. fol. 68.*

41 Extende XII. vt geſtor, qui acceſſit animo omnia gerendi, teneatur appellare, vt curator, *Spec. titul. de appellat. §. 1. numero 4. in fine*, & quod negotiorum geſtor, qui acceſſit ad vniuerſa negotia gerenda, teneatur appellare, & appellationem proſequi, ſcribit Ang. Aret. *in l. vltim. ſub numero 5. ibi tertio caſu ff. an per al. cauſ. appell. &c.*

42 Extende XIII. vt pater poſſit appellare pro filio victo in cauſſa libertatis, *Spec. tit. de appell. §. 1. ſub num. 10. verſ. in criminalibus, lib. 2. fol. 184. Ruginel. d. §. 2. c. 1. n. 73.* adde quæ ſcripſi *infra n. 63.*

43 Extende XIV. vt quilibet extraneus audiatur appellans pro condemnato in cauſſa ciuili, dummodo condẽnatus ratam habeat appellationem infra legitima tempora, *Petr. de Bellaper. in leg. 27. tutor. ſub numero ſecundo verſ. quæritur quis eſt, ff. de appell. & relat. Spec. tit. de appellat. §. 1. numero 7. verſ. porro, libro ſecundo fol. 184. & Ruginell. tractat. de appellat. §. 2. cap. 1. numero 81. fol. 45.* ſed lapſo tempore ad appellandum non ſeruiret ratificatio, *Guid. Pap. deciſ. 13. ego retuli numero 1. & ſeqq.* quam deciſ. refert, & ſequitur idem Guid. Pap. *tract. de appellat. quæſt. 76. ſub num. 51. tomo 5. fol. 59.* dicens quod, ſi quis appellat nomine meo ſine mandato, debeo appellationem ratificare infra decem dies, qui dantur ad appellandum; alias appellatio efficitur deſerta: & quod appellans alieno nomine ſine mandato ab aliqua ſententia debeat illam appellationem ratificari facere ad domino litis infra decem dies, computandos a die, quo ſciuit latam eſſe ſententiam contra ſe, alias, elapſis decem diebus, non poſſit ratificare, & ſententia, tranſeat in rem iudicatam, quia ratificatio debet fieri infra tempus habile, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, numero 218. fol. 489.* quem retuli, & ſequutus, ſum *ſupra lib. 1. capit. 101. numero 52.* adde *infra ſub n. 62.*

Contrarium: quod enim extraneus non poſſit ſine mandato in cauſſa ciuili appellare pro condemnato etiamſi condemnatus ratum haberet: tenuit verius eſſe Spec. *d. §. 1. n. 14. in fine verſ. item dixerunt, lib. 2. fol. 184.* & hanc opin. tenet Bertach. *tract. de epiſc. p. 5. lib. 4. ſub n. 31. tomo 13. parte 1. fol. 349.*

44 Extende XV. vt in cauſſis criminalibus poſſit appellare non ſolum condemnatus, ſed quilibet extraneus inuito etiam condemnato, & hoc ratione humanitatis, cum ſit proximus, *l. 6. non tantum, ff. de appellat. & relat. Spec. tit. de appellat. §. 1. numero 10. verſ. in criminalibus Franch. in cap. 5. cum ſit Romana. §. præterea, principio de appell. Felyn. in c. 17. cum ſuper, numero 2. & 3. verſ. tertius appellare de ſent. & re iud. Guid. Pap. tract. de appellat. quæſt. 119. ſub numero 84. tomo 5. fol. 61. Feder. de Senn. eod. tract. de appell. numero 6. tom. 5. fol. 55. & Proſp. Farin. in qq. crimin. q. 101. numero 23. ampl. 10 & quæſt. 79. numero 175. limit.*
* 28. vbi de opin. communi, * & quod poſſit appellare, notat etiam Ruginell. *tract. de appel. §. 2. cap. 1. numero 53. & ſeqq.* etiam ſine mandato, *Bertach. tract. de epiſc. parte 5. lib. 4. ſub numero 31. tomo 13. p. 2. fol. 349. & Farin. vbi ſupra*, & quamuis non ſit coniunctus, *ſd. l. non tantum, Guid. Pap. d. q. 119. ſub num. 82. tomo 5. fol. 61. & Farin. dict. q. 101. num. 23.* & quod in criminalibus poſſit aliquis tertius appellare, ne innocens puniatur, ſcribit Rebuff. *tract. de appellat. articul. 1. gloſ. 2. n. 15. tomo 3. fol. 485.* adde infra *q. 12. limit. 12 n. 171.*

45 Subextende I. hanc extenſionem, vt procedat etiam in clerico, qui poteſt appellare pro condemnato, *Felin. in c. 17. cum ſuper numero 3. verſicul. amplia ſecundo, de ſent. & re iudic. Bertach. tractat. de epiſcop. parte 5. lib. 4. ſub numero 31. tomo 13. parte 2. fol. 349. Guid. Pap. tract. de appel. q. 119. numero 83. verſ. ſed an clericus, tomo 5. fol. 61. Ruginell. d. §. 2. c. 1. numero 57. in fine*, ſed pro carcerato condemnato capitaliter, *Farin. d. q. 101. n. 17. & 28.*

Ratio eſt, quia nullum ſubeſt periculum, cum petat pœnam non imponi; & reos ſanguinis defendit eccleſia, *Fel. Guid. Pap. vbi ſup.*

46 Subextende II. vt non ſolum quis admittatur ad appellandum pro carcerato condemnato, ſed admittatur etiã ad proſequendam appellationem ſine alio mandato, *Ang. Aret. in l. 6. non tantum, numero 10. verſus, vltim. aduertas, ff. de appell. & relat. Felyn. in dict. c. 17. cum ſuper ſub numero 3. ampl. 3. de ſent. & re iud. Guid. Pap. tract. de appell. q. 119. ſub numero 84. verſ. ſed an iſto caſu tomo 5. fol. 61. & Farin. eadem q. 101. numero 25. ampl. 2.* qui loquitur, etiam inuito condemnato.

47 Subextende III. vt talis appellatio poſſit fieri nomine appellantis, & nomine appellati, & ſimpliciter, & iſto caſu, quando interponitur ſimpliciter, intelligitur facta omni meliori modo, *Guid. Pap. tractat. de appell. quæſt. 120 numero 83. in fine, tomo 5. fol. 61. & Ruginell. d. §. 2. c. 1. numer. 60. et 61.* & quod poſſit ſingulis prędictis nominibus appellari ſcribit etiam Bertach. *tractatu de epiſcop. parte 5. lib. 4. ſub n. 31. verſus finem, tomo 13. parte 2. fol. 349.*

Subextende IV. vt maxime poſſit appellare mater pro filio, de quocunque crimine condemnato Spec. *tit. de appel. §. 1. n. 10. verſ. in criminalibus, lib. 2.*

48 Amplia hanc ſubextenſionem, vt poſſit indiſtincte appellare etiam in cauſſa ciuili, quia licet mater non poſſit ab initio defendere filium; tamen, ſi pietati operam dando appellauerit à ſententia lata contra filium, debet audiri, *l. 1. ff. de appell. recip. vel non* nam etſi mater non habeat legitimam perſonam ſtandi iudicio pro filio in cauſſa principali, tamen ſecus eſt in cauſſa appellationis, *Bald. in l. 18. alienam, ſub numero 1. C. de procur. et Ruginell. tract. de appell. §. 2. capit. 1. numero 33. et 71. et clare Feder. de Senn. tract. de appell. ſub numero 5. et 6. tomo 5. fol. 55.*

49 Subextende V. vt dominus, vel alius nomine domini poſſit appellare, pro ſeruo condemnato in cauſſa criminali, *l. 18 lucius, et ibi Petr. de Bellaper. et alij ff. de appell. et relat et Spec. tit. de appell. §. 1. n. 14. verſic. item ſeruus, lib. 2. fol. 184.*

50 Subextende VI. vt etiam ipſe ſeruus condemnatus poſſit triſte auxilium appellationis implorare, quando nullus appellat pro eo *l. 15. ſerui appellare, ff. de appell. et relat. & Spec. vbi ſupra, ex quo verbo, triſte auxilium*, quo vtitur Iuriſconſ. *in d. l. ſerui appellare*, notat Ang. quem refert ibi Angel. Aret. *in principio, illud prouerbium, chi appella a la mala nouella.*

Regulariter tamen ſeruus non poteſt appellare, quia ſeruus nihil eſt de iure ciuili, *Petr. de Bellap. in d. l. 15. ſerui appellare*, & ideo eſt ei denegatum iudicium, Nicol. *tract. de concord. gloſ. concor. 6. fallen. 110. numero 146. in fine tomo 18. fol. 197.* ſeu eſt ei prohibitum ſtare in iudicio, & appellatio eſt pars iudicij, *vt deducit Lancel. tract. de attent. parte 2 cap. 12. de attent. et inn. appellat. pend. limit. 50. princip. ſub n. 14. & ſeqq. tomo 5. fol. 378.*

51 Subextende VII. vt extraneus poſſit appellare ſiue ſit condemnatus ad mortem, ſiue ad membri abſciſſionem quia abſciſſio membri æquiparatur morti, cum ſaltem illud membrum moriatur, *Guid. Pap. tract. de appellat. q. 119. ſub numero 84. tomo 5. fol. 61.* & quod poſſit appellari etiamſi ſit condemnatus ad mortem ciuilem, vel ad mutilationem membri ſub conditione, ſcribit Bertach. *tractat. de epiſc. parte 5 lib. 4. ſub numero 31. tomo 13. parte 2. fol. 349.* & quod, ſi quis fuerit condemnatus ad mortem ciuilem, vt quia ſit condemnatus in deportationem conditionaliter, ſi non ſoluerit tot infra menſem; poſſit quilibet

Digitized by Google

libet extraneus ſine mandato ſoluere pro eo, etiam inuito, ſcribit idem Guid. *Pap. d.quæſtio 119.ſub numero 84. fol. 61.* & quod poſſit appellari non ſolum quando quis eſt condemnatus in pœnam vltimi ſupplicij, ſed etiam ſi ſit condemnatus corporaliter, aut in mortem ciuilem, puta deportationem, ſeu pœnam perpetui carceris refert, & ſequitur Proſp. Farin. *in qq.crimin.q.101. numero 24.in fine*.

Contra hanc ſubextenſionem ſentire, videntur Ant.de Canar *tract.de excuſat.in 2.partio.ſub numero 4.quæſt.12. tomo 11.parte 1.fol.309.*& Par.de Put.*tract.de ſynd.in verbo appellatio numero 15.verſus finem,tomo 7.fol.242.* quos refert & ſequi videtur (ſed inaduertenter forſan) idem Farin.*quæſt.99.numero 178.verſicul.aduerte ſecundo*, dum ſcribunt, quod poteſt vnuſquiſque appellare ſine mandato, ſi appellet pro eo,qui ducitur ad mortem, ſeu vltimum ſupplicium,& intra legitima tempora ſecus inquit, ſi appellet pro eo, qui non ducatur ad mortem, quia tunc videtur neceſſarium mandatum,& rurſus *quæſt.101. num.29.* dicens, quod ſit non ſit in fortijs Curiæ, nec ad ſupplicium ducatur,tunc non appellat, eo inuito,niſi appellet pro ſuo intereſſe.

Non recedas à ſubextenſione.

Amplia hanc ſubextenſionem, vt poſſit appellare, etiamſi condemnatus renunciaſſet appellationi, tum quia renunciatio non nocet extraneo, *Bertach. tract.de epiſc. parte 5.lib.4.ſub n.31. tomo 13.parte 2.fol.349.* tum quia appellationi renunciari non poteſt in criminalibus, vide *infra q.17.limit.2.num.91.*

Reſtringe I.eandem decimam quintam extenſionem, vt non procedat in caſu,quo reo eſt prohibita appellatio à iure communi, vt puta, quia ſit notorius delinquens, vel à ſtatuto,& conſuetudine,de quibus locutus ſum *infra q.17. limit.48.* quia his caſibus ſicut non poteſt appellare condemnatus, ita neque alius pro eo, & hoc eſt expeditum,& in praxi,inuiolabiliter receptum.

Amplia hanc reſtrictionem,vt procedat etiamſi extraneus appellaret pro ſuo intereſſe tantum, puta dominus pro intereſſe pretij ſerui condemnati, quia nihilominus non audiretur appellans,ſi ex illa appellatione deueniretur ad impugnandum ſententiam, latam contra ſeruum; & ita ſeruatur:ſecus eſt,ſi poſſet tractari de ſuo intereſſe, remanente ſententia lata in ſuo robore contra ſeruum, quia tunc audietur.

52 Reſtringe II.declarando,vt in caſu,quo condemnatus non ſit in carceribus in fortijs Curiæ, & pœna poſſit imponi à relegatione ſupra, tunc nec extraneus, nec vllus alius etiam cum ſpecialiſſimo mandato admittatur ad appellandum:Secus eſt ſi cauſſa ſit pecuniaria,vel alias ex ea ſequi ſoleat pęna vſque ad relegationem incluſiue,*l.1. ff.an per alium cauſ.appell.agi poſſ.*Secus etiam eſt,quando eſt in fortijs Curiæ, quia tunc de quauis pęna agatur, poteſt appellare tam ipſe condemnatus, quam quilibet extraneus,etiam ſine mandato, *Guid. Pap.tract.de appellat. quæſtio 119.n.82.tomo 5.fol.61.*& vide omnino *infra quæſt. 17.lim.48. n.28.*

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia cauſſa appellationis eſt eiuſdem naturæ cum cauſſa primæ inſtantiæ, & ideo eiuſdem caſibus, in quibus non auditur procurator rei, vel alius eius nomine in prima inſtantia, minus auditur in cauſſa appellationis per ea, quæ ſequutus ſum *q.præced.num.11.verſ.amplia & infra quæſt.11.num.17.verſic.confirmatur.*

Sed iuxta hanc reſtrictionem admittitur procurator in prima inſtantia. Ergo & in cauſſa appellationis.

53 Extende XVI. vt Epiſcopus poſſit ſine ſpeciali mandato appellare pro Ciuitate ſua, & pro ſubditis, *Spec.tit. de appell.§.1.in fine n.15.verſ.item epiſc.lib.2.fol.148.Bertach tractat.de epiſc.parte quinta libro quarto,n.31.tom.13. parte ſecunda fol.349.Guid. Pap.tract.de appel.quæſtio 21. numero vigeſimoquarto tomo quinto fol.58. & deciſ.203.filiusfamilias in fine numero 3.Greg.Tholoſan.tract.de appel. libro quinto capit.1. numero 23. & Ruginell.eod. tractat.de appellat.§.2.c.1.n.83.*

54 Extende XVII. vt Abbas poſſit appellare pro ſuo Monacho, *Ruginell.dict.§.2. capitul.primo,numero 84.* & faciunt, quæ ſcripſi infra,*ſub num.63.verſicul.confirmatur ſecundo.*

Monachus tamen an poſſit appellare pro Abbate, habet difficultatem: nam regulariter iura, quæ loquuntur de ſeruis,ad aptantur ad monachos,licet poteſtas in monachos ſit magis ſimilis patriæ poteſtati, quam ſeruili, *Anch.in clem. 2. & ſi principalis,in vltimis verbis, numero decimo de reſcript.*vnde Angel. Aret.*in lib.28.creditor,numero 1.verſicul.nota quod ſeruus,ff.de appellat.& relat.* ait quod ex illo textu videtur poſſe inferri, quod monachus non poſſit appellare, quia æquiparatur ſeruo, qui non poteſt appellare pro domino, & poſtea difficultatem hanc relinquit Canoniſtis.

55 Extende XVIII. vt Capitulum poſſit appellare pro cauſſa Epiſcopi:ſi Epiſcopus ſit negligens, vel aliquid facit in eius præiudicium,*Spec.tit.de appellat.§.1. in fine ſub num.15 lib.2.fol.184. & Greg. Tholoſan.tractat.de appell. lib.5. c.1. num.35.*

57 Extende XIX. vt quilibet dominus poſſit appellare pro ſuo ſubdito,*Spec.tit.de appell.§.1.ſub numer 15 verſic. item epiſcopus,lib.2.fol.184.Guid.Pap.deciſ.203.filiusfamilias,n.2.verſ.idem dicerem, Io.Ferrar.tract.de appell.lib.2. c.1.n.122.tomo 5.fol.68.& Ruginell tract.de appell.§.2.c.1 num.84.fol.45.* & demum poteſt quilibet ſuperior appellare pro ſuo ſubdito, *Abbas in c.55.dilectis, not.4.nu.6.de appell Bertach.tract.de epiſc.p.5.lib.4.ſub n.31.tomo 13.parte 2.fol.349.& Greg.Tholoſ.d.lib.5.c.1.n.24.*

Comprobantur iſtæ extenſiones, loquentes de domino,& ſuperiore, quia iudex eccleſiaſticus poteſt repetere ſubditum a quocunque iniuſte detinente, ſicut etiam poteſt ſuperior agere pro eius ſubdito iniuſte moleſtato. *Abb.in d.c.55.dilectis, not.3. n.4.& 5. & Franch.not.4 n. 4.& 5.de appellat.*

57 Subextende has extenſiones,in quibus dixi, quod Epiſcopus, & alius quilibet ſuperior poteſt appellare pro ſuis ſubditis, vt poſsit appellare tam nomine ſuo, quam nomine ſubditorum, quia factum ſubditorum tangit dominos,*Spec.tit.de appell.§.1.in fi.n.15.verſ.item Epiſcopus, lib.2.fol.184.& Bertach.d.tract.de Epiſcop.par.5.lib.4.ſub num.31.tom.13. p.2. fol.349.*

Declara reſtringendo eaſdem extenſiones, dum dixi, quod ſuperior poteſt appellare pro ſuis ſubditis, & dominus pro ſeruo,& ſimiles; ſi quis ſunt; pro ſimilibus, vt ſint veræ quando ſuperior poteſt prætendere aliquod intereſſe reſpectu ſubditorum,*Abb.in d.cap.55.dilectis,not. 4 n.6.de appell.Gail in pract.obſeru.lib.1.obſeru.125.nu.3. ibi alterum eſt,& num.ſeqq.& Ruginell.tract.de appel.§.2. c.1.ſub n.87.verſ.prædicta, in fine*, Vnde non alia ratione dominus poteſt defendere ſeruum de crimine per ſe, & procuratorem,niſi propter ſuum intereſſe,non tanquam procurator, & ideo cauſſa quoad dominum eſt ciuilis; reſpectu vero ſerui eſt criminalis, *Petr.de Bellaper.in leg. 18. Lucius ff.de appell.& relat.& Io. de Anan in c.15.veniens, n.20. de accuſat.* & dominus admittitur ad defendendum ſeruum, quia non dicitur defendere alium, ſed rem ſuam,ſicut ſi defenderet aſinum, vel bouem ſuum, *vt ex Odofr.in leg. ſeruum quoque §.publice, numero tertio ff.de procurator. refert, & ſequitur Proſp. Farin.in qq.crimin.quæſtio 99.ſub n.154.*

Secus ſi non prætenderent intereſſe:quare ſi ex defenſione, & appellatione ipſius tantum ſubditis veniret acquirendũ, dominus, aliuſue ſuperior non poſſet appellare ab-

re abſque mandato, vt putà ſi furtum ſubditi, vel iniuriam ad contumeliam ipſorum ſubditorum tantum paſſi ſint, Gail. *dicta obſeru. 125. ſub n. 1. & Ruginel. vbi ſupra*: non enim audiuntur appellantes, niſi quorum intereſt, ex his quæ ſcripſi *infra n. 95. art. ſeq. illat. 1.*

Subdeclara, explicando magis, vt intereſſe conſiderabile in iſto propoſito quoad dominos, & ſuperiores non dicatur illud, quia interſit dominorum habere ſubditos locupletes, quia, quamuis verum ſit, intereſſe dominorum habere ſubditos locupletes, *Auth. vt ind. ſine quoque ſuffrag. §. cogitatio.* tamen hæc ratio eſt nimis generalis, *Abb. in cap. 9. licet, n. 13. & 14. verſ. vltim. not. de probat. & Gail. dict. obſeru. 125. n. 2. verſic. nec obſtat.* ſed dicatur intereſſe conſiderabile quando collectæ indebite exigerẽtur a ſubditis; vel moleſtarentur in cultura agrorum ipſorum dominorum, *Gail. d. obſeru. 125. ſub n. 3.*

58 Extende XX. vt vnus ex pluribus litis conſortibus poſſit appellare pro omnibus, *Bar. in leg. vltim. Codic. ſi plur. vna ſent.* nam appellatio vnius prodeſt alijs non appellantibus, quando cauſſa eſt communis, & vna eademque omnium defenſio, *Petr. de Bellap. in leg. 3. ſcio. ſub num. 3. ibi ſolutio refert, & in l. 10. ſi qui ſeparatim, §. ſi quis vna, n. 5. & in §. quod eſt reſcriptum, ſub num. 1. & 2. ff. de appellat. & relat. Ruin. conſil. 26. viſa & diligenter, n. 3. lib. 4. Io. Ferrer. tract. de appell. lib. 2. c. 1. in fine ſub num. 124. tom. 5. fol. 68. Pariſ. conſ. 66. videtur, n. 12. lib. 1. Gail. in pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 126. n. 3.* & quod ſocius poſſit appellare pro ſocio, ſcribit Rugin. *tract. de appell. §. 2. c. 1. n. 29.* & in his terminis intelligas Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. ampl. 11. princip. num. 1. & ſeqq.* * *tom. 5. fol. 353.* & communem * opin. quam ſine determinatione, motiuando, & ſe remittendo ad Lancell. vbi ſupra refert Proſp. Farinac. *in qq. crim. p. 2. tom. 1. q. 101. n. 17. ampl. 8. fol. 440.*

Aduerte igitur, quod ſecus eſſet, ſi non eſſet eadem omnium defenſio, ſeu condemnarentur ex diuerſis cauſſis, quia tunc appellatio vnius alteri non prodeſſet, teſtibus iiſdem Petr. de Bellap Ruin. Io Ferrar. Pariſ. & Gail. citatus ſupra in hac extenſione, *Mohed. deciſ. 1. alias 14. in eadem de appell. Lancell. dict. ampl. 11. n. 12. limit. 6. fol. 354.* & probatur ex *lib. 3 ſcio, ibi cæterum ſi plures, ff. de appell. & relat.* prout induxi *q. præced. n. 39. in fine.*

Subextende declarando hanc extenſionem, vt ſicut appellatio vnius, prodeſt alijs, ita etiam prodeſt proſecutio: dummodo illi alij non appellauerint; ſecus ſi etiam illi alij appellauerint, quia, appellando, viderentur declaraſse nolle pendere ab appellatione litis conſortis, & cõſequenter ſi vnus eorum, qui appellarunt, ſuccumberet, quia non eſſet proſecutus appellationem, & alter eorum eſſet proſecutus: ille, qui ſuccubuiſſet, non iuuaretur appellatione eius, qui proſequutus fuiſſet appellationem, vt à iure ſuo non ceciderit *Caputaque deciſ. 37. appellantes, n. 1. & ſecundo, p. 1.* quem refert & ſequitur Lancell. *d. ampl. 11. n. 9. lim. 3.*

Hæc extenſio vigeſima, habet alias declarationes, quibus reſtringitur, quas declarationes per modum limitationum poſuit Lancell. *dict. ampl. vndecimo n. 7. & ſeqq.* vbi caſus euenerit, vide eum.

59 Extende XXI. vt creditor poſſit appellare à ſententia, qua debitor fuit victus ſuper proprietate rei pignoratæ, ſed cum diſtinctione duorum membrorum principalium: Aut enim fuit victus poſtquam pignorauit: & iſto caſu duo requiruntur ad hoc, vt ſententia, lata contra debitorem, noceat creditori: primum, quod ſit lata contra debitorem defendentem cauſſam: ſecundum, quod creditor ſciuerit, cauſſam agitari, & potuerit adeſſe, & nõ adfuerit, nec defenderit, quibus duobus concurrentibus, ſententia, lata contra debitorem, facit plenum præiudiciũ creditori, quia ius creditoris dependet a iure debitoris vnde ſi declaratum eſt, debitorem non habere ius in re, per conſequens cenſetur declaratum, etiam creditorem ius non habere, & ſic cenſetur lata contra vtrumque: & poterit creditor appellare infra decem dies, numerandos à die ſcientiæ latæ ſententiæ, etiamſi ſententia fecerit trãſitum in rem iudicatam contra debitorem eo, quod non appellauerit: quod ſi non concurrant iſta duo, ſeu alterum eorum deficiat, tunc ſententia creditori non noceret, *Paul. de Caſtr. in l. 4. ab executore, §. alio condemnato, ſub n. 2. verſ. in quarto vero exemplo, ff. de appell. & relat.* & conſequenter non poteſt appellare: *Paul. de Caſtr. vbi ſupra.* nam non grauatus, non appellat, niſi conſideremus, quod adhuc adeſt aliquale pręiudicium, propter quod Paul. de Caſt. mutata opinio cenſet, quod poſſit appellare? & hęc de primo membro, quando fuit victus poſtquam pignorauit: Aut ſententia lata contra debitorem fuit lata antequam pignorauit: & iſto caſu Paul. de Caſt. *vbi ſupra* ſcribit, certum eſſe, quod illa ſententia præiudicat creditori indiſtinctè: ſed non declarat, an poſſit appellare. Tu de materia huius extenſionis vide quæ habentur *in leg. 11. ſi mater, §. fin. ff. de excep. rei iud.*

60 Extende XXII. vt nominatus in dominum poſſit appellare à ſententia, quę contra ipſum ferretur, etiamſi appellare non potuiſſet nominans, ſi ipſe iudicium proſecutus fuiſſet, vt argumento textus *in cap. 15. ſuper eo, verſus finem, de offic. et poteſt. iud. deleg.* notat Socc. *in cap. quoniam frequenter, ſub num 128. quaſi. 7. vt lit non conteſt. & Ruginell. tractat. de appell. §. 2. c. 1. n. 31. fol. 42.*

Pro, & contra iſtam extenſionem conſidera ea, quæ ſcripſi *ſupra n. 36. verſic. declara ſecundo.*

61 Extende XXIII. vt mulier pro intereſſe ſuę dotis poſſit appellare a ſententia, lata contra maritum, *vt conſuluit Ruin. conſilio 121. in dubium, per totum, & præſertim ſub n. 7. verſ. qualiter ergo cunque, lib. 5. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 1. n. 32.*

62 Extende XXIV. vt frater poſſit appellare pro fratre, *Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 1. n. 76.* Verum duo requiruntur. Primo quod appellans caueat de rato, quia ita coniunctus admittitur ſine mandato ad appellãdum pro coniuncto, *vt retuli, & ſequutus ſum infra num. 66.* Secundo requiritur quod frater, pro quo alter frater appellauit, ratificet infra decem dies datos ad appellandum, alias appellatio non tenet, & ita loquitur Alexandr. *in conſ. 101. viſo proceſſu, n. 3. verſ. tertia ratione, lib. 2.* quem citat Ruginell. *allegatus.*

63 Extende XXV. vt pater poſſit appellare pro filio, *Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 1. n. 73.* & quod pater poſſit appellare pro filio victo in cauſſa libertatis, retuli, & ſequutus ſum ex Spec. & Ruginell. *ſupra n. 42.*

Confirmatur primo hæc extenſio, quia qui poteſt intentare in iudicio actionem pro altero, litem conteſtari, & teſtes producere ſine mandato, is multo magis poteſt appellare, & appellationem interpoſitam introducere, vt loquendo de filio pro patre, ſcribit Guid. Pap. *deciſ 203. filiusfamilias, ſub numero 1.* Sed filiusfamilias poteſt hæc omnia facere pro patre, & ideo poteſt tanto magis appellare, *Guid. Pap. dict. deciſ. 203. num. 1.* Ergo hæc omnia debet poſſe facere pater pro filio, cum pater habeat, & plus iuris in filio, & magis idoneam perſonam ſtandi in iudicio.

Confirmatur ſecundo, quia dominus pro vaſallo, Abbas pro monacho, pater pro filio, & ſimiles poſſunt comparere, & defenſionem ſuſcipere ſine mandato, *iuxta ea*, quæ congerit, & ſequitur Proſp. Farin. *in qq. crimin. q. 99. num. 154. limit. 26. & num. 159.* vbi teſtatur de magis * communi * opin. licet loquatur ibi in cauſſis criminalibus, & cum grano ſalis. Sed dominus pro ſeruo, & Abbas pro monacho poſſunt appellare ſine mandato, vt retuli, & ſequutus ſum *ſup. n. 54. & 56.* Ergo etiam pater pro filio,

E con-

E conuerſo filius etiam ſine mandato admittitur ad appellaudum,& introducendam appellationem pro parte, Guid. Pap. deciſion. 203. filiusſamilia, numero primo, Gregor. Tholoſ. tract. at. de appellation. libro quinto, capitul. primo, numero 14. & quod filius poſſit appellare pro parte, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, ſcribit etiam Ruginell. tract. de appell. §. 2. capitul. primo, numero 74. & 75. & quod filius admittatur ad defendendum patrem, vti verius ſequitur Proſp. Farin. in qq. crimin. quæſt. 99. num. 169. verſicul. contrarium. ſed is, & ij, quos citat, loquuntur in cauſſis criminalibus, & non in terminis appellationis, ſed in prima inſtantia. Et profecto in cauſſis criminalibus, quod poſſit appellare, non habet difficultatem, quia etiam quilibet de populo poteſt appellare pro condemnato, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra numero 44. & 51. Ergo dicerem, quod poteſt appellare, ſaltem dummodo pater ratificet appellationem infra tempora appellandi, quia ſi hoc poteſt frater pro fratre, vt retuli, & ſequutus ſum num. præcedenti, tanto magis debet poſſe filius pro patre, vel ſaltem poterit appellare cum cautione de rato, quia ſi ita poteſt appellare coniunctus pro coniuncto, vt dixi infra numero 66. Ergo tanto magis filius, qui eſt omnium coniunctiſſimus.

64 Regulariter tamen filiusfamilias non poteſt appellare quia eſt de perſonis, quæ non poſſunt ſtare in iudicio, & appellatio eſt pars iudicij, vt deducit Lancell. tract. de attent. parte 2. cap. 12. de attent. & innou. appel. pend. limit. 50. princ. ſub n. 14. & ſeq. tomo 5. fol. 378. & ex eo refert, & ſequitur Ruginell. d. § 2. c. 1. ſub n. 132.

65 Appellando tamen à ſententia, lata contra eius patrem ſiue ſit lata in bonis aduentitijs, ſiue in bonis profectitijs, non debet appellare nomine proprio, ſed nomine patris, libro 23. ex conſenſu, §. filiumfam. ff. de appell. & relat. & ibi Ang. Aret. in principio, & ſub numero 6. vbi diſtinguit, & Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. ſub n. 24.

Ratio colligitur ex notabili, quod ponit ibi Ang. Aret. numero 2. dicens, quod intereſſe ſperandæ ſucceſſionis etiam ſecundum ordinationem iuris, & naturæ non eſt iuſta cauſſa appellandi a ſententia, lata contra tertiũ.

Maritus quoque poteſt ſine mandato appellare pro vxore, ſed cum diſtinctione: Aut enim agitur de bonis non dotalibus, puta de bonis receptitijs, ſeu aliunde vxori, conſtante matrimonio obuenientibus; etenim vxor habet bona triplicis generis: receptitia, dotalia, & paraphernalia: & in his non dotalibus poteſt appellare ſine mandato, ſed cum cautione de rato: ſicut quilibet alius coniunctus pro coniuncto: Aut agitur de rebus dotalibus: & tunc poteſt appellare non ſolum ſine mandato, ſed etiam ſine cautione de rato, Gail. in pract. obſeru. libro primo, obſeru. 133. numero 1. & ſeqq. & particulariter, numero 7. loquens tam in appellatione, quam in actione, & litis proſecutione, & Ruginell. tract. de appel. §. 2. c. 1. n. 78. verſic. quando autem maritus.

Vxor autem pro marito abſente non poteſt appellare, niſi agat pro libertate mariti, vel niſi maritus ſit in carcere, Gail. d. obſeru. 133. n. 8. & ſeqq. verſ. an vero, quem refert, & ſequitur Ruginell. d. §. 2. c. 1. n. 79.

66 Extende XXVI. vt coniunctus pro coniuncto poſſit appellare ſine mandato cum cautione de rato, hancque eſſe regulam teſtatur, & ſequitur Gail. in pract. obſeru. libro 1. obſeru. 133. numero 1. & 2. quem refert, & ſequitur Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 1. numero 78. verſ. quando autem, & comprobatur ex his quæ ſcripſi numero præced. verſ. maritus, & ſupra n. 62. & faciunt, quæ de coniuncta perſona, comparente ad agendum, ſeu defendendum cum cautione de rato, retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 101. numero 48. & ſeqq.

67 Extende XXVII. vt amicus poſſit ſine mandato appellare pro amico abſente, Archid. in c. 1. ſub n. 5. verſ. tamen is, col. 5. de elec. in 6. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. de appell. recipien. Io. Ferrar. tract. de appell. lib. 2. c. 1. n. 123. tomo 5. fol. 68. Ruginell. tract. de appel. §. 2. c. 1. n. 80. & faciunt, quæ ſcripſi d. lib. 1. c. 101. n. 48. & 49.

Sed hæc appellatio non prodeſt, niſi is, pro quo eſt appellatum, ratam illam habeat infra decem dies, Archid. vbi ſupra.

Imo cenſeo, amicum non poſſe appellare niſi cum promiſſione de rato, quia ſi hæc promiſſio requiritur in fratre, vt dixi ſupra n. 62. requiritur etiam in amico.

68 Extende XXVIII. vt poſſit appellare quilibet, cuius intereſt; ſententiam non eſſe ſic latam, libro quinto a ſententia, ff. de appell. & relat. Papien. in pract. in form. appel. à ſent. diffin. in glo. corum vobis, ſub num. 5. fol. 404. & quod is, cuius intereſt, poſſit appellare, ideoque, ſi cohæres patiatur, ſe condemnari in præiudicium cohæredis, poſſit cohæres appellare, licet ſit tutus etiam ſine appellatione, ſcribit Spec. tit. de appell. §. 1. ſub n. 1. lib. 2. fol. 183. & quod cohæres poſſit appellare, vide Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 1. numero 26. & probatur ad literam ex d. l. à ſententia, & quod quilibet, cuius intereſt, poſſit appellare, firmat pro regula idem Ruginell. eod. §. 2. c. 1. n. 22.

69 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiamſi nullo modo interuenerit in prima inſtantia, Abb. in c. 17. cum ſuper, not. 2. numero 3. de ſent. & reiud. & Ruginell. d. §. 2. c. 1. numer. 24. & 25. vbi ponit exempla in emptore, & venditore.

70 Declara eandem extenſionem, vt relinquatur arbitrio iudicis, quando interſit alicuius, qui iudex, inſpectis inſtrumentis, actis, & iuribus, factique diligenter veritate conſiderata conſiderabit, & iudicabit, an tractetur de intereſſe eius, qui appellat, Ruginell. eod. §. 2. c. 1. n. 23.

71 Extende XXIX. vt quilibet tertius poſſit appellare pro ſuo intereſſe, libro quarto, ab executore, §. alio condemnato, in illis primis verbis, alio condemnato, is, cuius intereſt, poteſt appellare, ff. de appel. & relat. & l. 1. ff. de appell. recip. vel non, Petr. de Bellaper. in l. 14. ſi perluſorio, ff. de appell. & rel. Corn. conſ. 25. attentis narratis, ſub nu. 1. lib. 3. Abb. in c. 17. cum ſuper not. 2. num. 3. de ſent. & re iud. & Tiraq. in tit. ſeu tract. res inter alios acta, limi. 19. fol. 111. vbi plures congerit, & quod ſit regulare, vt tertius, cuius intereſt, poſſit appellare, ſcribit Surd. cõſ. 271. Frãciſcus de induſia n. 21. lib. 2.

Subextende hanc extenſionem, vt poſſit appellare etiam ſi principalis condemnatus non poſſet appellare, vide infra q. 17. limit. 6. memb. 4. n. 41. & ſeqq. vbi habes copioſe materiam appellationis interpoſitæ à tertio.

72 An, & quando appellatio tertij impediat executionem vide infra d. q. 17. limi. 6. memb. 4. n. 46. & ſeqq.

An tertius appellans debeat appellare infra decem dies: & an, & quando poſſit proſequi appellationem interpoſitam ab alio, vide infra q. 12. n. 69. & ſeqq.

An tertij appellatio, & victoria proſit victo, vide eod. q. 12. n. 77. & ſeqq.

73 Subextende hanc extenſionem, vt tertius poſſit appellare non ſolum pro vero, & certo intereſſe, ſed etiam propter quale præiudicium, vt referunt, & ſequuntur Tiraq. in d. limit. 23. nu. 10. Cod. ſi de mom. poſſ. & quod ſatis ſit, quod modo ſua interſit, ſcribit Gl. in c. 17. cum ſuper, in
* verbo interpoſitam de ſent. & re iud. & communiter * omnes in diuerſis locis. Et quod appellatio ſententię permittatur cuilibet etiam ratione leuis prẹiudicij, ſeu intereſſe, imo ratione ſolius humanitatis, dixi lib. prẹced. cap. 11. numer. 216.

74 Reſtringe iſtam ſubextenſionem, vt non procedat in eo, qui prętendit intereſſe ex ſucceſſione, & ſic habet ius ſpe tantum: is enim non appellat a ſententia, lata contra tertium, per ea quæ ſcribit Ang. Aret. quem retuli, et ſequutus ſum ſupra n. 65. verſ. ratio, & ex eodem refert, & ſequitur Ruginell tract. de appell. §. 2. c. 1. n. 51. fol. 34.

Exten-

Digitized by Google

Extende XXX. vt quoad impetrationem iudicis admittatur quilibet etiam nullum habens mandatum, *Speeul. titul. de appell. §. nunc breuiter, num. 14. verſ. quid ſi apparet, lib. 2. fol. 193. & Rot. deeiſ. 6. alias 175 commiſſio, n. 1. de iud. in non. & dec. 60. alias 429. ſi in cauſſa, de appell. in nou.*

Quare in commiſſionibus, quas D. Papa in Curia facit per ſchedulas, vel per Curſores, non exeipitur ad cuius inſtantiam ſit datus Auditor, ſeu alius iudex, ſed ſimpliciter dicitur: mandat D. Papa magiſtro Iacobo Caualerio, quod cauſſam inter talem, & talem audiat, &c. Spec. *vbi ſupra.*

Subextende vt habeat locum etiam attento moderno ſtylo apponendi nomen, & cognomen eius qui dat commiſſionem a tergo commiſſionis, quia non cenſeo, hunc ſtylum eſſe inductum ad hunc finem, vt poſſit conſtare, an commiſſio ſit data a perſona legitima, ſeu habente mandatum: quare licet ſit data a perſona, quæ non haberet mandatum, tamen commiſſio teneret.

Declara eandem extenſionem, vt procedat dummodo is, pro quo impetratus eſt iudex, ratum habeat, Spec. *vbi ſupra.*

Contra hanc declarationem: quod enim commiſſio appellationis, obtenta a non habenre vllum mandatum, & nunquam ratificata ab eo, pro quo eſt obtenta, ſi valida, præſertim ſi cauſſa ſit commiſſa alicui ex Rotæ Auditoribus; tenuit Rot. *d. deeiſ. 60. & deciſ. 61. alias 430. fuit dubitatum, de appell. in nou.* dicens, quod ſi in cauſſa beneficiali ſit legitime appellatum ad Curiam, appellatus poteſt venire, & procedere per audientiam, & ſententia, quã obtinebit, erit valida, quamuis commiſſio appellationis fuerit obtenta ad inſtantiam falſi, vel nullius procuratoris, appellante etiam ignorante, & adde quæ ſcripſi *infra q. 19. rem. 1. concl. 4. n. 37. in fine verſic. ſecus.*

Extende XXXI. vt repræſentatio inſtrumenti appellationis, & apoſtolorum, facienda intra quinque dies coram Capitaneo appellationum, iuxta formam ſtatutorum, ſit valida, & admittatur, a quauis perſona fiat, etiam non habente mandatum, *Luc. Pet. in pract. Capitol. lib. 5. cap. 4. n. 2.*

75 Limita I. nunc regulam, poſitam ſupra num. 1. vt non procedat in eo, qui non detulit appellationi ſui aduerſarij, quia ſi contingat, eum poſtea grauari a iudice, non poterit appellare; pone ergo, quod aliquis erat paratus ſpoliare aliquem re ſua; ille appellauit; is, non obſtante illa appellatione, ſpoliauit appellantem: Spoliatus traxit ſpoliatorem in cauſſam, paratus probare incontinenti ſpolium, ille ſpoliator appellauit, certe eius appellatio non admittitur *cap. 42. an ſit deferendum, & ibi Canoniſtæ de appell.*

Similiter etiamſi propriæ appellationi non deferat, vt puta ſi appellans, pendente ſua appellatione, innouet in præiudicium appellati, vt quia eum ſpoliet; quo caſu videtur ſuæmet appellationi non deferre, *Franch. & Maran. quos retuli, & ſequutus ſum infra, qu. 17. limit. 2. num. 103. exempl. 7.*

76 Ratio eſt, quia in eo quis puniri debet, in quo deliquit *d. c. an ſit deferendum*, non enim iuuatur edicto, qui contemnit edictum, & fruſtra legis auxilium inuocat, qui in legem committit, *Franch. in d. cap. an ſit deferendum, num. 1. verſ. primæ regulæ, & ſcripſi ſupra l. 1. c. 59. ſub num. 18.*

77 *verſ. tertio quia.* † Quare licet eccleſia præbeat immunitatem delinquentibus, qui ad eam confugiunt tamen non præbet, ſi delictum committant in eccleſia, *cap. fin. de immun. eccleſ. Lud. Montal de reprob. ſen. pil. dub. 1. num. 39. to. 14. fol. 10. Nicol. Moron. tract. de fid. treg. & pac. quæſt. 103. num. 10. tom. 12. par. 1. fol. 433. Alciat. tract. de præſump. reg. 3. præſum. 33. num. 2. tomo 4. fol. 342.* vbi loquitur de delinquente in cæmiterio, vel prope eccleſiam, & teſtantur

* omnes, * *vt refert, & ſequntur Clar. lib. 5. recep. ſentent. §. fin. q. 30. verſ. item quæro, & verſ. ſed quid ſi aliquis*, quem retuli, & ſequutus ſum *d. c. 59. ſub num. 18. verſ. tertio quia.*

78 † Similiter ſi maritus committat adulterium, propter quod vxor de iure canonico recedat ab eo reſpectu thori, & dos redit ad ipſam vxorem, non debet maritus ali ex dote, quia non debet conſequi præmium ex matrimonio, quod niſus eſt impugnare: quod ſi non peccauerit in legem matrimonij, ſed commiſerit aliud crimen, propter quod ſit bannitus, tenetur vxor alere eum ex fructibus dotis, vt decidit Bald. *in l. 29. vbi adhuc, n. 21. C. de iur. dot.* quem referunt, & ſequuntur Oſaſc. *deeiſ. 124. in quæſtione, n. 12.* & Surd. *tract. de aliment. titul. 1. qu. 36. n. 13. & 14. & tit. 7. q. 25. n. 1. & 2.*

79 Declara I. iſtam limitationem procedere, quando appellatio aduerſarij erat legitima, alias ſi non foret legitima, non eſſet ei deferendum, & conſequenter ceſſaret hęc limitatio, *Franch. in d. c. 42. an ſit, ſub n. 1. verſ. ſed tamen limita, de appell.*

80 Declara II. diſtinguendo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando quis, non deferendo appellationi aduerſarij, ſpoliat ipſum aduerſarium, & poſtea appellat in eadem cauſſa, ſeu in eodem articulo, vel in connexo, vel in ſeparato: & iſto caſu concludo indiſtincte, appellationem reijciendam eſſe, vt refert, & ſequitur *in d. cap. an ſit in 3. caſu, n. 8. verſ. ſed aduerte, de appell.* reprobata opin. Abbatis *ibidem ſub n. 3. in fine.*

Secundus caſus erit: quando appellatio, quam interponit ſpoliator, non eſt in eadem cauſſa: & in iſto caſu adhibeo duas conſiderationes.

Prima conſideratio eſt; quando appellatio tendit ad differendam reuocationem attentatorum: & concludo, appellationem ſimiliter eſſe reijciendam, *Franch. in d. capitulo an ſit, ſub n. 7. in primo caſu.*

Secunda conſideratio eſt; quando appellatio non tendit ad differendam reuocationem attentatorum: & concludo appellationem eſſe permiſſam, *Franch.* teſtans de

* communi * *in d. cap. an ſit, ſub d. num. 7. ibi, alias autem ſi cauſſa alia non habet connexitatem, & in fine, ſub num. 8. in vltimis verbis*, & pro iſta conſideratione. *Abb in capitulo 55. dilectis, not. 7. num. 11. de appell.* dicit, quod per illum textum ſingulariter probatur, quod quamuis non detulerit quis appellationi aduerſarij, nihilominus ſi iſte poſtmodum appellat in alio articulo etiam in eadem cauſſa, talis appellatio defendit appellantem etiam reſpectu aduerſarij, cuius appellationi noluit iſte deferre, & de hoc facit Abb. magnum feſtum.

81 Limita II. vt non procedat in eo, qui renuntiauit appellationi, vide *infra q. 17. lim. 2.*

82 Limita III. in eo, qui grauatus appellat, & iudex a quo reuocat grauamen, quia reuocato grauamine, non auditur appellans, vide artic. ſeq. *ampl. 3. n. 117.*

83 Limita IV. in excommunicato, quia non poteſt audiri, teſtibus Paul. de Caſtr. Boer. & Ant. de Butr. quos retuli, & ſequutus ſum *libro præced. capit. 2. num. 174.* imò prohibetur implorare officium iudicis, *Anguiſ. conſil. 141. viſo, & diligenter, num. 9. verſ. 3. & ſub num. 17. verſ. non obſtat, lib. 1.* & quod appellatio, interpoſita ab excommunicato, dicatur nulla, vti interpoſita a perſona non legitima, ſcribit Lancell. *tract. de attent. parte 2. cap. 12. de attent. & in nou. appell. pend. limitat. 50. princip. num. 14. & 15. & tom. 5. fol. 378.*

84 Declara, & intellige iſtam limitationem, prout declaraui *ſupra num. 5. & ſeqq. extenſ. 3. & infra q. 16. lim. 1. ſub n. 31.* vbi videas.

Limita V. ſeu potius extende præcedentem quartam limitationem, loquentem in excommunicato, vt habeat locum etiam in bannito, quia licet inter bannum, & excommunicationem poſſunt conſiderari aliquæ diſſimilitudines, *vt ſcribit Alber. tractat. de ſtatut. lib. vlt. quæſt. 69.*

pendet

Digitized by Google

pendet etiam, *numero* 15. *tom.*2.*fol.*76. *& oſtendit Bar.in quæſt.* 1. *Lucanæ ciuitatis* , *ſub numero* 17. tamen habent multa ſimilia, *teſte eodem Alber.vbi ſupra,& quæſt.*13.*ſub num.*19.*&* 20. *fol.*68. adeo, quod valet argumentum ab excommunicato ad bannitum, *vt ex Odd. Bart.& Alber. retuli,& ſequutus ſum lib.præced. cap.*9.*ſub numero* 1028. *verſ.ergo,*ſicut enim excommunicatio eijcit excommunicatum a communione fidelium, ita bannum ſeparat bannitum a beneficijs Ciuitatis , quæ competunt ciuibus, *Bald.in l.*1. *numer.*4. *C.de hæredit.inſtitut.* quem referunt, & ſequuntur Nell.de San.Gemin. *tract.de bann.prim.part. ſecund.temp. quæſt.*3.*ſub numero* 3.*verſ.vnde autem* , *tom.* 11. *part.*1. *fol.*365. *Foller. & Gail. quos retuli,& ſequutus ſum ſupra lib.*1.*cap.*97.*ſub numero* 66. ſeu bannum priuat communione ciuium,ſicut excommunicatio priuat communione fidelium,*Albe.de Roſ.tract.de ſtatut lib.*4. *q.*1.*n.* 8. *& quæſt.*81 *num.*4.*tom.*2. *fol.*66. *&* 81. & ſicut excommunicati deſinunt eſſe membra Eccleſiæ; ita banniti deſinunt eſſe membra Ciuitatis , *vt dixi d.capit.*97.*ſub numero* 66.

Confirmatur hæc limitatio,ſeu extenſio, quia ſicut excommunicatus non poteſt agere, iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *lib.præced.c.*2. *n.*124. ita neque poteſt agere
85 bannitus,*Iacob.de Aren.in l.de pupillo,* §.*qui remiſſionem, num.*1.*ff.de oper.nou. nunc, & infra n. ſeq.*

Et è contra ſicut excommunicatus poteſt petere tenutam ſibi acceptam reſtitui,*vt refert Anguiſ. conſil.*141.*viſo,& diligenter,num.*8.16.*in fine,&* 17. *lib.*1. ita etiam poteſt bannitus,*Iacob.de Aren.vbi ſupra.* Et ratio eſt,quia petere reſtitutionem tenutæ,iudicialiter ſibi captæ,non eſt agere, ſed eſt ſe defendere , & defenſio non tollitur, dummodo remaneat in puris terminis defenſionis; & vt remaneat in puris terminis defenſionis requiruntur tria. Primum,quod tenuta,quam petit ſibi reſtitui,fuerit iudicialiter ſibi capta,quia alias ſi peteret reſtitui tenutam, non iudicialiter captam diceretur agere, & ſic non audiretur,per ea quæ dixi ſupra.Secundum, quod eius reſtitutionem petat incidenter , & in conſequentiam, alias ſi eam peteret principaliter,non audiretur, *Anguiſ. d. num.* 17. Tertium,quod non petat ſibi adiudicari, ſed ſolum abſolui, *Anguiſ.eod. conſil.* 141. *num.decimoſecundo,& decimoſexto,* & hoc tertium requiſitum , loquendo de reo excommunicato abſente,ponit Rot.*deciſ* 7 *alias* 194.*pro reo,de re iud.in non.*

Similiter etiam ſicut excommunicatus poteſt appellare iudicialiter,per ea quæ ſcripſi *ſupra num.*6.*verſ.declara primo.* ita etiam debet poſſe bannitus.

Et è conuerſo ſicut excõmunicatus non poteſt appellare extraiudicialiter, per ea quæ ex Abb. Franch. Card. Alexand.& alijs retuli,& ſequutus ſum *d.num.*6.ita neque debet poſſe appellare bannitus quia bannitus dicitur poſitus extra protectionem ciuitatis,& ideo non poteſt appellare? *vide infra q.*16.*lim.*1.*n.*58.

86 Extende hanc limitationem, dum dixi, quod bannitus non poteſt appellare extraiudicialiter,vt habeat locum etiam in appellatione iudiciali , in ſequentibus ſex caſibus.

Primus caſus eſt, ſi bannitus ſit vere contumax, vide Nell.Foller.Burſat.& Flam.Cartar. quos citaui *infra q.*17. *limit.*3.*ſublim.*2. *ſub n.*10.*verſ.contra.*

Hic caſus licet in puncto iuris ſit verus,per ea,quæ late ſcripſi *dict.lim.*3. *n.*1.tamen in praxi non attenderetur,ſi inſpiceretur ſola contumacia,per ea quæ dixi eadem *lim.* 3.*n.*12.*& ſeqq.*

Secundus caſus eſt, quando contumax non comparens in termino primi banni declaratur pro confeſſo iuxta conſuetudinem, & diſpoſitionem iuris communis; de quo loquutus ſum *libr præcedent. capitul. ſeptimo numer.* 477. *& ſeqq.* ſeu iuxta diſpoſitionem legum municipalium, & ſtatutorum, ſecundum quæ habetur pro confeſſo,ſeu pro confeſſo,& conuicto iuxta,ea quæ ſcripſi *ſupra lib.primo, cap.*97. *ſub num.*118.*verſ.contrarium* , *& infra quæſt.*17.*limit.*4. *illat.*2.*reſtrict* 5.*num.*60. & vlterius vti confeſſus, ſeu confeſſus, & conuictus condemnatur diffinitiue.

Contra hunc caſum facit opinio contraria, de qua habes *infra d.q.*17.*limit.*4.*illat.*2.*ſub n.*60.*verſ.contra.*

Tertius caſus eſt,quando conſuetudo,ſtatuta aliæque leges municipales, & motus proprij, ſeu conſtitutiones apoſtolicæ diſponunt,quod in cauſis criminalibus non detur appellatio,de quibus conſuetudine,ſtatutis,& conſtitutionibus vide quæ ſcripſi *ſupra lib.*1. *c.*97. *n.*137. *& infra q.*17.*limit.*48.

87 Quartus caſus ſit in Rep.Lucenſi, ſi bannitus condemnatus,& poſitus in ſecundo banno, non comparuerit infra terminum ſex dierum, quia tunc ſententia banni remanet firma, & tranſit in rem iudicatam, & ipſe amplius non poteſt audiri, ſic diſponentibus ſtatutis Lucenſibus *lib.*4.*c.*21.*in fin.& lib.*5. *c.*5.*in principio.*

Amplia primo hunc caſum in Rep.Lucenſi, vt ſententiæ ſecundorum bannorum in criminalibus, latæ contra contumacem poſt ſex dies, a die prolationis eorum tranſeant in rem iudicatam, & amplius de iniquitate, vel nullitate dictorum bannorum cognoſci nequeat vllo modo, & nullus iudex poſſit querelas, ſeu recurſus, ſeu nullitatis cauſſas audire, vel ſuper eis procedere quouis modo, ſed tales bannorum ſententiæ,contra contumaces latæ,firmę remanent,& exequi poſſunt,& debent,& omnes ſolemnitates præſumuntur adhibitæ, quamuis non conſtaret de proceſſu, cuius vigore huiuſmodi ſententiæ latæ forent, dummodo tales ſententiæ reperiantur in archiuio librorum Lucenſis Ciuitatis , ſic diſponentibus ſtatutis illius Ciuitatis *lib.*4.*c.*55.*& lib.*5.*c.*5.

88 Amplia ſecundo, vt neque poſſit appellare, ſi compareat ante lapſos ſex dies prædictos:nam aut agitur de pęna corporali,& iſto caſu non audiretur appellans, ex quo a ſententia eiuſmodi, continente pœnam corporalem, non datur appellatio *d. cap.*55. *lib.*4. *ſententiæ vero condemnatoriæ:* Aut ſententia continet pœnam pecuniariam, & ſimiliter non poteſt appellari,etiamſi ab illa ſententia, lata contra præſentem, licuiſſet alias appellari ; & moueor, quia poteſt ſe defendere ex remedio ordinario ſtatutorum coram eodem iudice,qui illum comparentem intra terminum ſex dierum debet audire in ſuis defenſionibus,vt in præfatis ſtatutis *lib.*4.*cap.*21.*in fine,* & ſic cum habeat remedium ordinarium audiendi ſine appellatione, debet ceſſare appellatio, vt ſcripſi *ſupra lib.*1. *cap.*97. *ſub numer.*139. nam quod extra quæreret, intus haberet, vt in alio propoſito ſcribit Abb. quem retuli, & ſequutus ſum *infra quæſt.*17. *limitat.*47. *membr.*3.*num.*9. Vnde in ſimili dicimus , quod appellatio à ſubdelegato delegati Papæ datur ad ipſum delegatum ſubdelegantem,& non ad Papam, teſtibus Io.Andr.Ant.de Butr.& Abb. quos retuli, & ſequutus ſum *infra quæſt.*7. *numero* 64. *verſ. ratio.* Similiter, accedendo propinquius, quia licet citatio ſit iniqua,ſeu iniuſta, tamen citatus non appellat, quia poteſt comparendo conſequi , quod intendit conſequi per appellationem,vt ex mente Bartoli ſcribit, & ſequitur Bal.*in l.*2.*ſub numero* 7.*venio ad citationem,Cod.de epiſcop.aud.*

80 Amplia tertio eundem quartum caſum,& ſubamplia ampliationes, dum diximus, quod bannitus non appellat in ſtatu Lucenſi , idem dicamus in ſtatu Eccleſiaſtico , ſiue bannitus compareat poſt lapſum annum , ſeu ſit captus ante, quia vtroque caſu ſententia dicitur fecisſe tranſitum in rem iudicatam, *vt late ſcripſi ſupra libr.*1. *cap.*97. *ſub num.*137.ſiue compareat ante annum iuxta tenorem motuum propriorum, & conſtitutionum apo-

ſtolicarum, loquentium de appellatione bannitorum, de quibus conſtitutionibus loquutus ſum *ſub dict. numero* 137.*&* 139.*& ſeqq.*& ita in practicatur etiam in cauſſa appellabili, cum reus condemnatus in contumaciam, poſſit, comparendo, vt dixi, audiri ab eodem iudice; militant enim eædem rationes, quas adduxi ampliatione præced.

Quamuis iſto caſu, quando cauſſa eſſet appellabilis, non ſit in puncto iuris tantum dicere, quod non poſſit appellari.

90 Quintus caſus eſt in declaratoria recognitionis, qua iudex pronuntiat, ipſum eſſe illummet, de quo in ſententiam, & banno, quia non poteſt appellare, vide quæ ſcripſi *ſupra lib.* 1.*cap.*97.*n.*178. *difficult.*8.

91 Sextus caſus eſt in ſententia primi banni, quia illa dicitur interlocutoria, cuius grauamen non ſolum poteſt reparari, in diffinitiua, ſed per ſolam comparitionem reuocatur *vt ſcripſi ſupra lib.*1.*c.*97. *n.*38.*q.*4. & ideo non poteſt appellari.

Infero ex hac extenſione, poſita ſupra numero 86. ſub extendendo, & declarando eam, quod in ijs caſibus, in quibus bannitus poteſt impune offendi ex forma ſtatutorum, poterit impune offendi etiam pendente appellatione a ſententia banni, vt retuli, & ſequutus ſum cum declaratione ſupra *libr.*1.*capitul.*97. *numero* 67. *& ſub numero* 126. *verſ. non obſtat quod Menoch.* vbi videas de iſta illatione.

Reſtringe eandem extenſionem, poſitam *ſupra nu.*86. vt non procedat in ſententia, quia iudex declarat, reum poſitum in primo banno, & contumacem, reputari, & haberi pro confeſſo, ſeu pro confeſſo, & conuicto, iuxta formam ſtatutorum, ſeu conſtitutionum, aut conſuetudinis, quia ſi bannitus, ſic declaratus pro confeſſo, ſeu pro confeſſo, & conuicto, compareat priuſquam diffinitiue condemnetur, & ponatur in ſecundo, & diffinitiuo banno, poterit appellare ab iſta ſententia declaratoria, vt ſupponunt Franch. Becc. *conſil.* 11. *extat in princip. & ſub numero* 1.*libro* 1. Nell.*Boſſ.& Flam.* Cart. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra libro* 1.*capitul.*97. *numero* 46. quod confirmaui *eodem capitul.* 97. *numero* 44. *&* 45. quem locum citaui, & denuo ſequutus ſum *libr. præced. cap.*7.*ſub numero* 545.& ita etiam tenui *d.cap.*97. *numero* 103. quando bannitus non fuerit vere contumax, ita vt propter veram contumaciam priuaretur appellatione, loquendo in terminis iuris communis iuxta ea, quæ ſcripſi *infra declar.*2.

Comprobatur primo hæc reſtrictio, quia idem dicimus in cauſſa ciuili, præſuppoſito eodem ſtatuto, quod contumax in non reſpondendo poſitionibus habeatur pro confeſſo, ſeu pro confeſſo, & conuicto; quia ſi declaretur, poteſt appellare a ſententia declaratoria, vt referunt, & ſequitur Luc. Pæt. *in pract.c.libro* 2.*c.*4.*num.*16. *verſ.poſt pronuntiam & numero* 29. quem retuli, & ſequutus ſum *d.cap.* 97.*ſub numero* 46. & Moron. *tract.de bd. tren.& pac.quæſtio* 35. *numero* 2. *&* 11.*tomo* 11. *parte* 1. *fol.*424. quem retuli, & ſequutus ſum *libro præced.c.*7.*ſub numero* 545. & ab hac ſententia loquendo in terminis iuris communis, non receſſi *ſupra libro* 1.*capit.* 96.*ſub num.*

* 21.& eſſe communem * ſententiam teſtatus ſum *lib. præced.d.c.*7. *ſub n.*545.

Nec obſtat, quod Dec.*conſilio* 34.pro tenui facultate, *ſub num.*2. ibi *ſimiliter qui fuit contumax*, dicat quod hæc comprobatio eſt vera de iure canonico, ſecundum quod poteſt appellari etiam ab interlocutoria, inferendo cauſſam legitimam, ſecus de iure ciuili, quia de iure ciuili non poteſt appellari cum ſit interlocutoria.

Nam reſpondeo, eſſe veram etiam de iure ciuili, quia iſta interlocutoria habet vim diffinitiuæ, a qua interlocutoria poteſt appellari etiam de iure ciuili, hæcq; reſponſio ſatis comprobata eſt a me *ſupra lib.*1.*c.*97.*ſub n.* 44.*&* 45.

Comprobatur ſecundo, quia contumax in non iurando de calumnia, declaratuſque pro confeſſo, & conuicto, poteſt appellare, ſi ſuam contumaciam excuſet, vt ex Bal. retuli, & ſequutus ſum *d.c.*7. *ſub num.*545. quod ſcribunt etiam Paul. de Caſtr. *in auth.principales*, *§.quod ſi actor ſub numero* 6.*C. de iure iur.prop.calum.& Curt. Sen. tract.de iure iur.prop.calum.d.§. quod ſi actor n.*13. *tomo* 3. *p.*2.*fol.*134. dicens, quod illa contumacia in non iurando ſatis habet, in quo lædat, videlicet, qui facit eum haberi pro confeſſo, & ideo, inquit, non debet afferre hoc aliud præiudicium, vt non poſſit appellare, & oſtendere id, quod eum excuſat à contumacia, quod idem per illa verba ſcribit Salyc. *in d.§.quod ſi actor autem n.*33. *verſ.quæro an ab huiuſmodi*, & quod poſſit appellari a declaratoria quia iudex pronuntiat, actorem cecidiſſe ab actione, vel reum haberi pro confeſſo eo, quod noluerunt iurare de calumnia, ſcribunt Io.Gl.Spec. Aut.de Butr. Abb.& com-

* muniter * Doct. *in d.§.quod ſi actor.quos retuli lib.præc.c.*7. *n.*105.vbi videas.

Amplia notabiliter hanc reſtrictionem, vt habeat locum etiamſi iudex ſimul, & ſemel declararet, & diffinitiue ſententiaret; quia lex non tolerat, vt appellationem, quam ipſa concedit, iudex ex ſua, cautela, nulla intercedente culpa aut negligentia condemnati, de medio tollat; ſic enim eſſet in poteſtate iudicis illuſoriam reddere legem: quare, cum declaratus poſſit appellare, ſi ſeparatim a ſententia diffinitiua declaretur, debet poſſe appellare etiamſi coniunctum declaretur.

Infero ex iſta ampliatione, quod illa praxis, declarãdi, & condemnandi ſimul, de qua teſtantur Nell. Ang. Marſ. Roland. à Vall. Clar. & Proſp. Farinac. quos ſequutus ſum *ſupra lib.*1.*capit.*97.*ſub numer* 64.*verſ.ex qua practic.*& ex Afflict. *eod.cap ſub num.*112. *in ſecunda opin. in fine*, poteſt ſtare in cauſis criminalibus, in quibus ſit prohibita appellatio, iuxta ea, quæ ſcripſi *in ſeq. prima declaratione*, ſecus in cauſſis, in quibus appellatio nõ eſt prohibita, quia in iſtis daretur appellatio, vt dixi, & conſequenter illa ſẽtentia diffinitiua, lata ſuper confeſſione, eſſet nulla ipſo iure, & reuocaretur vti attentata, & ideo alia denuo poſt expeditam appellationem à declaratoria, eſſet ferenda ſententia diffinitiua.

Declara I. eandem reſtrictionem, loquentem in cauſſa criminali, vt procedat, non præſuppoſito alio ſtatuto, quod in cauſſis criminalibus tollat appellationem; ſecus ergo ſi extaret aliud ſtatutum, quod prohiberet appellationem in cauſſis criminalibus: quia tunc declaratus pro confeſſo non poſſet appellare; vnde ſi ſtatutum prohibeat appellationem in aliqua ſpecie cauſſarum criminalium, & in aliqua non prohibeat, iuxta ea quæ ſcripſi *infra q.*17.*lim.*48. tunc appellatio admittetur, & non admittetur, attenta ſpecie cauſſæ criminalis.

Subdeclara hanc declarationem, vt in caſu, quo ſtatutum prohibeat appellationem, & iudex non poſſit reuocare, ſeu nolit reuocare illam declaratoriam, debeat tunc declaratus pro confeſſo aſſumere in ſe onus probandi ſuam innocentiam coram eodem iudice, iuxta ea quæ ſcripſi *ſupra lib.*1.*c.*97. 104. *&* 109. nam etiamſi poſſet appellare deberet aſſumere onus probandi contrarium, ſecundum ea, quæ in effectu conſuluit Franch. Becc. *conſil.* 11.*extat, n.*2.*in fine, verſ.nam.& n.*3.*& ſeq.lib.*1. Vel poſſet in ciuilibus impetrare reſtitutionem in integrum, quia prohibita appellatione, non intelligitur prohibita reſtitutio in integrum, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *infra q.*19.*rem.*2. *& lib.prac.c.*7 *ſub n.*546. *verſ. declara reſtringendo.*

Declara II. vt procedat præſuppoſito, quod ſit declaratus confeſſus, propter contumaciam fictam, quia

tunc

Digitized by Google

tunc poteſt appellare, loquendo de iure communi; & ita procedant firmata in reſtrictione; & ita loquutus ſum ſupra *lib.1.c.97. num.*103. Secus autem, ſi ſit declaratus pro confeſſo propter contumaciam veram, quia tunc, loquẽdo in terminis iuris communis, ſola contumacia vera excludit a beneficio appellationis, iuxta ea, quæ dixi *d.c.97. ſub n.*101. & latius, *infra q.17. limit. tertia, ſub n.*10. *verſicul. contra*, vbi videas.

Verum hæc declaratio in ſecunda parte non ſeruatur in praxi, quia etiamſi ſit declaratus confeſſus propter contumaciam veram admittitur ad appellandum, *vt dixit, d.limit.3.n.12.& ſeqq.*

Declara III. eandem reſtrictionem in prima comprobatione, dum dixi, quod contumax in non reſpondendo poſitionibus, & declaratus pro confeſſo poteſt appellare, vt non procedat in foro Capitolino, neque in Reg Neap. vide ſupra *lib.1.c.96.n.21.& lib.1.c.7.n.546.*

Declara IV. notabiliter eandem reſtrictionem in ſecunda comprobatione, vt habeat locum, etiamſi ſtatuta diſponerent, quod ſi quis, a iudice monitus, vt iuramentum calumniæ interponat, iurare expreſſe recuſauerit, ſi fuerit actor, cadat ab inſtituta actione, ſi autem fuerit reus pro confeſſo habeatur, & a ſententia, quę contra taliter recuſantem promulgaretur, nõ poſſit appellari ſupplicari, vel ad aliquem iudicem recurſus haberi: quod ſi non recuſauerit expreſſe, ſed monitus iurare neglexerit, & in tali negligentia perſeuerauerit die ſequenti iuridica, incurrat pœnas prædictas, prout diſponunt ſtatuta Ciuitatis Lucenſi *libro primo cap.*65. Nam licet prædicta ſtatuta diſponant, quod habeatur pro confeſſo; tamen in primis priuſquam, poſſit condemnari diffinitiue requiritur declaratoria, vt ſequutus ſum *libro præced. cap.7. num.*522. *& libro primo cap.97. ſub numer.*112. *& ſeqq.* vbi videas. Et ab iſta declaratoria datur appellatio per ea, quæ ſequutus ſum ſupra in iſta reſtrictione, & eius comprobationibus.

Nec obſtat, quod ſtatuta prædicta expreſſa prohibeãt appellationem, quia reſp. quod intelliguntur prohibere appellationem a ſententia diffinitiua iuxta ea, quæ loquendo de appellatione a ſententia diffinitiua, lata contra non reſpondentem poſitionibus, & declaratum prius pro confeſſo, ſcripſi *lib. præced. c.7. ſub n.*545. *verſ. nec obſtat*, hancque declarationem nota, Lucenſis, quia eſt magna interpretatio ad illud ſtatutum.

Declara V. vt in Curijs Franciæ, ſi legitimo impedimento detentus non reſponderit, poſſit ſine alia appellatione admitti ad reſpondendum, iuxta ea quæ ſcribit Rebuff. *tract. de reſponſ. per credit. &c. gloſſ. vna, artic.39. n.4. tom.3. fol.364. in fine.*

Reliqua, pertinentia ad materiam eiuſdem reſtrictionis, habes *in d. lib.1. c.97.* in varijs locis; ad illud in caſu occurrenti recurras.

Limita VI. formaliter, & illatiue in contumace vero, cui denegari appellationem patet ex his, quæ dixi ſupra *verſ. primus, & verſ. reſtringe*, ſed peculiariter ſcripſi *infra q.17. lim.3.* vbi poſui totam materiam huius limitationis.

Limita VII. in confeſſo, cui denegari appellationem ſcripſi, & declaraui *infra q.17. limit.4. num.30. & ſeqq.* vbi videas.

Limita VIII. in confeſſo, & conuicto, cui denegari appellationem late ſcripſi, & declaraui *ead. q.17. limit.4. num. 3. & ſeqq.*

Limita IX. in notorio, cui tam in criminalibus, quam in ciuilibus denegari appellationem late ſcripſi, & declaraui, *d. q.17. limit.4.*

Conuictus tantum per teſtes, an appellet, vide *d. lim.4. n.72. & ſeqq.*

Repertus in flagranti crimine an appellet, vide *ead. limit.4. n.*88.

92 Limita X. in patre, & filio, quos non appellare, maximè ſi lata ſit inter eos ſententia ex officio iudicis, vt in cauſſa alimentorum, emancipationis, & ſimilium, ſcribit Nicel. *tract. de concord. gl. concor.6. fol.82. n.*227. *tom.18. fol.196. in fine*, qui tamen nihil boni allegat: nam Spec. ab ipſo, & a nobis infra citatus, loquitur cum grano ſalis, qui inficit iſtam limitationem.

Hæc limitatio nullo iure, nullaue ratione probatur: nam eſto, quod in cauſſa alimentorum, emancipationis & petitionis filij, qui a nemine detinetur, non detur appellatio, tamen hoc procedet non ex eo, quia ſit filius ſeu pater; ſed ex eo, quia agatur de re, quæ dilationem non capiat, vel quæ expediatur iudicis officio, a quo appellari non poſſit, prout, loquendo de alimentis futuris, quæ dilationem non capiunt, ſcripſi *infra q.17. limitat. 7. num.1. & 14.* & de expenſis non petitis, ad quas iudex poteſt ex officio condemnare, vel omittere condemnationem, *ead. quæſt.17. limit.21. ſub nu.34.* quare Spec. *in tit. de off. omn. iud. §.1. iudicis officium ſub num.4. verſ. ſed an, & n.5. verſ. item agitur, lib.1. fol.55.* ad quem locum ſe remittit *in tit. de appell. § an quibus, n.11. in fine, verſ. ſed nunquid vbi agitur, lib.2. fol.185.* præmittendo, quod inter patrem & filium diſceptantes de patria poteſtate in caſu, quo conſtet tantum de filiatione, ſit agendum officio iudicis; quærit an inter patrem & filium: patronum, & libertum detur appellatio, & relata prius opinione negatiua, ſubijcit, quod alij tenent contrariam, quod ſcilicet detur appellatio, ita tamen, quod, pendente appellatione, alatur, qui fuerit pronunciatus alendus, ſine præiudicio tamen, &c. & ſic Spec. nihil adducit, vt conſtituat limitationem reſpectu perſonarum.

Limita XI. in patrono, & liberto, quos non appellare ſcribit Rugin. *tract. de appell. §.2. c.1. n.137. limit.6.* & allegat Spec. *in loco citato in præcedenti limitatione.*

Sed hæc limitatio ſicut pręcedens nullo iure probatur; & Spec. eam non tenet, quia loquitur, prout eum retuli in præcedenti limitatione.

Limita XII. in ſeruo, quem regulariter non poſſe appellare retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub num.*50. *verſ. regulariter.*

Amplia hanc limitationem, vt appellationem, quam ſeruus interponeret in cauſſa domini pro ipſo domino, non poſſit dominus illam ratificare, etiamſi vellet eam ratificare infra tempus debitum; & ratio eſt, quia appellatio eſt actus iudiciarius, & conſequenter, ſi geratur a ſeruo, eſt funditus nullus, & quod eſt funditus nullum ratificari non poteſt, *Ang. quem ſequitur Ang. Aret. in l.28. creditor, n.1.* & ſpecialiter *ſub n.2. verſ. nam ſi ſeruus, ibi, ſed ego qui teneo, ff. de appell. et relat.* reprobando ibidem opinionem contrariam Ioannis de Annan. & quod appellatio, interpoſita a ſeruo nomine domini, ſit nullius momenti probatur eſt *d. l. creditur.*

Sublimita eandem limitationem, vt non procedat, quando ſeruus eſt condemnatus ad pœnam corporis afflictiuam, & nemo pro eo appellat, quia tunc poteſt ipſe appellare, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n.*50.

93 Limita XIII. generaliter in omnibus illis perſonis, quę prohibentur ſtare in iudicio, ſeu cum quibus iudicium redditur nullum; ſaltem parte opponente, *Nicel. tractat. de concord. gloſ. concor.6. fall.110. num.146. in fine, tom.18. fol.197.*

ARTICVLVS II.

Ad ſecundum articulum: *Non grauatus non appellat.*

94 Conſtituo hanc eſſe regulam; quod is, qui non eſt grauatus, non poteſt appellare, *Bald. in l. vnica, ſub numero 7. C. nec lic. vna eadem cauſ. Franch. in cap.7. ſi duobus, num.1. de appell. Nicel. tract. de concord. gl. concord.6. fall.43. ſub*

*n.84.tomo 18.fol.194.Oſaſc.deciſ.61.actor iuramentum,n.3.verſ.3.Gregor.Tholoſ.tract.de appell.libro 5.c.1.n.1.fol.461.Caſ.Barz.Bononien.deciſ.52.lata ſint,n.10.*Quare dicimus; Si grauaris, appella.

Ratio huius regulæ eſt, quia appellatio datur propter grauamen, ſicque grauamen eſt cauſſa appellationis, *c.59 vt debitus, de appell. Abb.in c.70.interpoſita, not.vlt.ſub n.3.eod.titul.de appellat.& dixi ſupra q.3.numero 1.* Ergo, ceſſante grauamine, quod eſt cauſſa appellationis, ceſſat appellatio, *c.cum ceſſante, eod.tit.de appell* & dixi infra, *ampl.3.n.117.*

95 Infero I. comprobando eandem regulam, quod non ſolent audiri appellantes, niſi quorum intereſt, *l.1.ff.de appel.recip.vel non, & notant Abb.in c.55.dilectis, not.4.n.6.in fine, & Franch.not.5.n.5.in fine de appell.& dixi ſupra n.57.*nam in iudicio non admittitur, niſi is, cuius intereſt: exceptio enim, tua non intereſt, repellit agentem, & impedit litis ingreſſum, *Franch.in c.19. cum parati not.2.ſub n.2.eod.tit.de appel.*

96 Infero II quod vere contumax non appellat, vide *infra q.17.lim.3.* & de contumace non audiendo, niſi refectis expenſis, vide *infra ead.q.17.lim.21. ſub n.67.* nam ſi eſt vere contumax, & perſeuerat in contumacia, & ideo condemnatur, & vult appellare, non auditur, quia non dicitur grauatus.

97 Infero III. quod notorius delinquens, ſeu confeſſus & conuictus, ſeu confeſſus tantum non appellat, vide *infr.q.17.lim.4.* quia non dicitur grauatus.

98 Infero IV. comprobando, quod ſi iudex proceſſerit ex officio contra plures inquiſitos de rixa cum armis, eoſque abſoluerit, præter vnum ex eis, quem condemnauerit in aliqua pœna extraordinaria, non poteſt vnus ex ipſis abſolutis appellare, aut tempore ſyndicatus querelare iudicem, quod nimis mite illum condemnauerit: nam licet illum nimis mite condemnauerit; tamen non grauauit ipſum, quem abſoluit: & de nimis miti pœna illius condemnati ſpectat ad procuratores fiſcales quærelam exponere, qui ſatis eam exponunt in eo capitulo generalis inquiſitionis, quod non condemnauerit condemnandos, &c. & Principis intereſt, quod eius cauſſæ tractentur a ſuis officialibus deputatis; alias poſſet quilibet priuatus facere præiudicium, comparendo, & male agendo, ſeu excipiendo.

99 Infero V. quod ſi appellatio poſſet deferri ad plures iudices, electio iudicis erit appellantis, qui reputetur grauatus, & non appellati, qui non eſt grauatus: quare ſi appellans appellet ad Archiepiſcopum, & appellatus dicat; *& ergo appello ad Papam*, appellatus non debet audiri, *Abb.in c.7.ſi duobus, in fin.n.10. verſ.vltimo quæro, de appell.& Marcheſ.tract.de commiſſ.par.2.in commiſſ.appel.c.1.n.57.fol.15.* & vide quæ ſcripſi *infra q.9.n.3.*

100 Infero demum, quod friuole appellans non auditur: imò eo quod appellat poteſt mulctari, vel excommunicari, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt.2.art.3.ſub n.51.* imò iudex qui eius appellationem admittit, peccat, *vt retuli, & ſequutus ſum infra q.17.limit.4.n.3.& limit.36.*vbi videas.

Ratio eſt, quia non eſt grauatus, ſed quærit grauare.

101 Amplia I. declarando hanc regulam in appellatione iudiciali, vt procedat etiam ſi quis appellaret, timens grauari, quia nihilominus; cum nondum diceretur grauatus; ſed grauandus, ſuccedit regula firmata, quod non grauatus non appellet, *Card. Alex.in c.59.vt debitus, ſub n.36. verſ.primo quod cauſſa, de appell.* Et quod in iudicijs non poſſit appellari à futuro grauamine, ſcribit Franch. *in c.63.dilecto, not.3.ſub n.1.de appel.* & quod hæc ſit regula in appellatione iudiciali, vt nullo caſu poſſit recedi à iudice per appellationem antequam grauet, ideoq; à futuro grauamine, ſicq; antequam ſit illa tum non poſſit recedi à iudice per appellationem, refert & ſequitur Franch. *in c.59.vt debitus q.2.n.9.de appell.*vbi firmat hanc communem opin. eſſe tenendam: & facit, quia in iudicio appellatur à grauamine præterito, vel præſenti, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q.2.art.3.diff.8.n.43.*

Contra hanc communem opinionem more ſuo motiuat Dec. *in c.51.bonæ memoriæ, numero 30. differ.9. de appel.*& ita ſibi parum conſtans videtur ſentire Franch. *in c.60.cum ceſſante, not 6.numero 7.de appell.*& videtur apertè tenere Maran. *in ſuo ſpec.par.6 act.a.princ.in verbo, & quandoque appellatur, ſub n.4.fol.460.*dicens, poſſe appellari non ſolum ab illato, verum etiam à futuro grauamine, & faciunt, quæ ſcripſi *infra numero 110.reſtric.1.* vbi videas.

102 Retenta ampliatione.

Subamplia eam, vt procedat etiam de iure canonico: quod enim de iure canonico appellari non poſſit à futuro grauamine, ſcribit Guid.Pap. *tract.de appel.q.26.n.26.tomo 5.fol.58.*

Contra hanc ſubampliationem allegat Franch. *in rub.n.17.verſus finem, de appell.*

Non recedo à ſubampliatione.

103 Infero I. comprobando hanc ampliationem, & ſubampliationem, quod huiuſmodi appellatio non tenet *(oppono exceptionem ſubreptionis contra reſcriptum, et quatenus iudex procedat in cauſſa appello)* quia hæc appellatio eſt à futuro grauamine debet enim proponens exceptionem expectare, an iudex admittat, vel non admittat, & poſtea ab illato grauamine debet appellare: quia antequam iudex admittat, vel non admittat, pars non habet, de quo poſſit conqueri, ideo ante illatum grauamen non tenet appellatio, cum non poſſit tunc in appellatione exprimi cauſſa grauaminis; *Franch.in d.c.59.vt debitus, q.2. ſub n.9.& in c.63.dilecto not.3. ſub n.1.de appell.& Corn. conſil.80.in deciſiuis, ſub n.3.ibi, ante itaque illatum grauamen, lib.1.* & quod ſint iuris ignari, qui proponunt exceptiones, & appellant in ipſa propoſitione, ſi non admittantur, ſcribit Gemin. *in c.1.§.quod ſi appellatur, ſub num.4 de appell. in 6.* & quod reprobetur practica quorumdam aduocatorum, qui petunt admitti exceptiones, & non expectata interlocutoria, conditionaliter appellant, dicendo, *ſi vero prædicta facere recuſaueritis, appello:* debent enim expectare interlocutoriam antequam appellent, ſcribunt Guid. Pap. *d.tract.de appell.quæſt.26.ſub nu.26.tomo 5.fol.58.& Ruginell.tract.de appell.§.2. cap.3.ſub num.71.*

104 Extende hanc illationem, vt procedat etiamſi diceretur *(ex nunc prout ex tunc appello, ſi non admiſeris exceptiones meas,)* quia adhuc appellatio non teneret, *Franch.& Corn. vbi ſupra.*

105 Infero II. comprobando, quod hæc appellatio non tenet *(peto quartam productionem cum ſolemnitate legali, quam productionem, ſi vos, Domine iudex, denegaueritis, appello)* & ratio eſt, quia dicitur appellatio à futuro grauamine, *Innoc.in c.36.ſignificauerunt, ſub n.3.verſ.ſed ſi monachi, de teſtib.Franch.in d.c.59.vt debitus, quæſt.2.ſub n.9.ibi, ſecundo eandem ſententiam, de appel.& Corn.d.conſil.*

* *80 ſub n.3.lib.1.*& quod hanc illationem ſequantur* communiter Doctores, & ſoleat pro notabili allegari ab omnibus, teſtatur Abb. ſed non ſequitur *in d.c.36.ſignificauerunt, ſub n.10.verſ.ſed quæro quid*, & quod eam teneant

* communiter* DD. teſtatur ibidem Felin. *ſub nu.9. verſ.extra gloſſ.*

Contra hanc illationem dubitat Abb. *in d.c.ſignificauerunt, ſub n.10.& 11.de teſtib.* dicens hanc illationem forte non eſſe veram, quoniam non appellatur ſimpliciter à futuro grauamine, ſed potius à præterito, quia appellatio eſt conditionalis, ſi denegaueritis, &c. & trahitur ad diem extantis conditionis, & fit ad diem denegatæ

dilatio-

dilationis, vnde perinde eſt, ac ſi appellatio interponeretur poſt grauamen, ſicut in ſimili dicimus in excommunicatione, lata ſub conditione, puta, ſi hoc feceris, te excommunico, & hoc in dubium, quod facit Abb. tendit contra omnes iſtas illationes, & hanc opin. Abbatis, quod poſſit à futuro grauamine appellari ſub conditione, vt puta, *ſi me grauaris, appello*, nititur ſuſtinere Dec. *in c.63. dilecto, ſub num.5. verſ. ſed tamen his remotis, & num.6. & 7. de appell.*

Non recedas ab illationibus, quia tenentur communiter * vt aduerſus Abbatem firmat Franch. *d.c. vt debitus, q.2 ſub n.9. verſ. quarto eandem*.

106 Infero III. quod ſi Iudex iuſte comminatur, puta quia in peremptorio comminatur de procedendo ad vlteriora, ſi pars non comparuerit, & eius contumacia non obſtante, non poterit appellari, *Franch. in c.60. cum ceſſante, ſub n.6. verſic. aliquando & quarto de appell.* niſi, vt inquit, appelletur ab ipſo peremptorio.

107 Infero IV. generaliter, quod non poſſum appellare ab interlocutoria antequam feratur, quia debeo expectare verbum iudicis, vel æquſpollens, vt puta, quia iudex procedit ad id, quod non ſe competitur cum iure meo, *Bald. in l. penult. ante ſententia, n.6. verſ. quæro an ab interlocutoria, C. quorum appellat. non recip. quem refert, & ſequitur Franch. in d. cap. vt debitus, q.2. ſub num.9. verſ. tertio hanc ſententiam, de appell.*

108 Subinfero ex iſtis illationibus, quod eiuſmodi appellationes non impediunt, quin valeat quicquid fit poſt tales appellationes, etiamſi iudex poſtea per ſententiam deneget, quod appellans petit in appellatione conditionali, quia appellans debet rurſus appellare poſt denegationem, quia antea nullum grauamen, vel cauſa ſuberat tempore primæ appellationis, *Innoc. in d.c.36. ſignificauerunt, ſub n.3. verſ. ſed ſi monachi, de teſtib.*

109 Tempera iſtas illationes; vt non procedant, quando iudex denegaſſet quartam productionem, ſeu dilationem, aut quid aliud petitum, & pars appellaret, niſi iudex reuocaret tale grauamen, quia iſto caſu appellatio valet, quia non eſt à futuro grauamine, ſed à præſenti: nec obſtat, ſi dicatur, quod eſt appellatio à futuro per illud verbum, niſi reuocaueris: quia reſpondetur, quod reuocatio, quæ petitur, & quæ eſt de futuro, non eſt grauamen, ſed eſt releuatio grauaminis: illa enim denegatio præcedens fuit grauamen, a quo potuit appellari, vt benè explicat Innoc. *in d.c. ſignificauerunt, ſub num. 3. de teſtibus* quem ibidem refert, & ſequitur Abb. *ſub num.10. & Franch. in d.c. vt debitus, ſub num.9. ibi, quando autem iudex denegaſſet, de appell.*

110 Reſtringe I. nunc eandem primam ampliationem, in qua dixi, non appellari a futuro grauamine, vt non procedat in caſu, quo grauamen eſſet irreparabile per appellationem ſubſequentem, quia tunc poteſt appellari à futuro grauamine, Franch. *in d.c.59. vt debitus, q.2. ſub n.9. limit.1. de appell.*

111 Exemplifica I. comprobando hanc reſtrictionem in caſu, quo iudex habet terminum pro ſeruato ad ſententiam ſecundum ſtylum Rom. Curiæ, de quo ſcripſi *infra q.12. num.8. & in 2. oppoſitione, & quæſt.17 limit.21. num.24. verſ. eadem praxis*, nam cum iudex; tenendo illum terminum pro ſeruato vſque ad vltimam diem decendij, & vlterius, ſi ſit iudex delegatus; poſſit ſententiam proferre dicta die decima, vel etiam poſtea ſi ſit delegatus, *vt ibid. declaraui*; neceſſario debet pars poſſe appellare conditionaliter; quatenus contra, *vt dixi d. lim.21. verſ. hac praxis*: quia, ſi expectaret ſententiam in actis, non poſſet per appellationem reparare grauamen ſententiæ, quia, vt dixi, iudices poſſunt ſententiam proferre poſt lapſum terminum ad appellandum, ex quo illa ſententia pro ſui validitate fingitur lata in die, ad quam pars fuit citata ad audiendam ſententiam, & notarij ſub illa die eam ſcribunt, adeo, quod non poteſt probari contrarium, quia, ſi probaretur contrarium, & reperiretur ſcripta ſub illa die, notarius videretur falſarius: quare ex præmiſſis debet pars iſto caſu poſſe appellare à futuro grauamine, quia fingitur grauamen præcedens.

Pro iſta praxi, & contra iſtam praxim appellandi conditionaliter; vide *infra d.q.17. lim.6. memb.4. n.93.* vbi habes concordiam.

112 Exemplifica II. in tortura futura, quia, cum eius grauamen non poſſit reparari per appellationem, poterit appellari ante illatum grauamen, *Franch. in cap.59. vt debitus, quæſt.2. ſub num.9. limit.1. de appell.* Et quod, ſi pronuntiatur quis torquendus, poſſit appellare antequam torqueatur, ex quo tractatu de præiudicio irreparabili, ſcribit Marſ. *in pract. crim. §. expedita, ſub num.69. & 70.* & quod præeminentia non habeat locum quando appellatio eſſet interpoſita a futura tortura, expreſſa aliqua iuſta cauſſa, quia ex quo tractatur de actu irretractabili debet ſuper ſederi tortura, etiam non facta inhibitione, ſcribit Io. Ant. de Nig. *ſuper capit. Regu. c.272. ſi cum ſceleratis, n.51. verſ. ſextodecimo non habet*, & dixi *ſupra lib.1. cap.97. ſub num.59.* & quod poſſit appellari à captura, & quolibet alio grauamine irreparabili, ſcribit Franch. *vbi ſupr.* & quod in criminalibus poſſit appellari à futuro grauamine, ſcribit Marſ. *vbi ſupra*.

Contra hanc exemplificationem: quod enim à futura tortura non poſſit appellari, niſi prout poſſet appellari etiam ab alijs grauaminibus reparabilibus per appellationem, probatur: aut enim loquimur de appellatione, interponenda ab ipſa tortura, forſan inferenda de facto abſque ſententia de torquendo: & iſto caſu dico, ſatis eſſe, quod cum iudex, ſeu miniſtri præpararent torturam, interponatur appellatio, quia dicitur interpoſita à grauamine præſenti, cum præparamenta, ſeu ligatura torturæ dicatur tortura in primo ſaltem gradu, & ſic per hanc appellationem poteſt reparari etiam grauamen torturæ: aut loquimur de appellatione interponenda à ſententia torturæ: & iſto caſu debet appellari poſt ſententiam, quia ante ſententiam non adeſt grauamen, & per appellationem poteſt reparari grauamen, quia, pendente appellatione, nihil eſt innouandum, & quod ſcribit Marſ. citatus, dicens, poſſe appellari antequam torqueatur, ex quo tractatur de præiudicio irreparabili, nullam habet difficultatem, ſed non ſequitur, quod poſſit appellari ante ſententiam, ſeu præparamentum.

113 Reſtringe II. vt non procedat, quando futurum grauamen trahit originem à grauamine iam illato, & appellatio interponitur ratione vtriuſque: puta ſi dicatur, ſciēs, *ſe grauatum ex tali actu, ſeu ex tali cauſſa, & timens in futurum a dicto iudice poſſe plus grauari; ideo appellat, &c. Franch. d.c. vt debitus, ſub n.9. lim.2. de appell.*

114 Reſtringe III. vt non procedat, quando futurum grauamen eſſet comminatum per iudicem, quia tunc ab eiuſmodi futuro grauamine poſſet appellari: nam ex præſenti comminatione dicitur cauſata iuſta cauſſa grauaminis, *Franch. in d.c. vt debitus q.2. ſub n.9. in fin. lim.3. de appell.* & quod à comminatione iudicis poſſit appellari, latè oſtendit idem Franch. *in c.60. cum ceſſante, ſub n.6. verſ. in gl. prima, eod. tit. de appell.* & quod à quacunq; comminatione, per iudicem illata, appelletur ex communi * omnium ſententia, refert, & ſequitur Roginell. *tract. de appell. §.2. cap.3. in verbo comminatio, num.189.* & cum hac reſtrictione concordat appellationis definitio, quam ex Franch. & Lancel. retuli, & ſequutus ſum *ſupra qu. 2. ſub num.1.* vide quæ, declarando hanc reſtrictionem, ſcribit Bald. *in margarita ad Innocent. in verbo appellari poteſt ab inſtanti grauamine*.

115 Reſtringe IV. vt non procedat in appellatione ex-

Digitized by Google

traiudiciali, quia poteſt interponi à futuro grauamine, iuxta ea quæ declaraui *ſupra qu.2.n.41. differ.ſeptima, & n.43. differ.octaua.*

Aduerte quod ſi interponeretur conditionaliter, videlicet, appello, ſi fiat hoc, tunc non deuoluit niſi ſecuto illo facto, quia, cum ſit conditionalis, nihil ponit in eſſe, niſi ſecuta conditione, *Achil.de Graſſ.deciſ.14. alias 340. petebas, n.3.de appell.* & hoc eſt verum etiamſi ſit interpoſita cum illa clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, quia ſemper intelligitur, ſecuto grauamine, *Achil.de Graſſ.d.deciſ.14.n.6.in fine, & n.7.*

Sed hæc non eſt proprie reſtrictio, quia ampliatio, quam reſtringimus, loquitur de appellatione iudiciali, & hæc reſtrictio loquitur de appellatione extraiudiciali.

116 Amplia II. eandem regulam, vt quis non poſſit appellare à iudice ſuſpecto, niſi grauet; non enim poteſt quis à iudice ſuſpecto immediatè recedere per viam appellationis: vnde non debet dicere; *dico, iudicem eſſe ſuſpectum, & ideo ab eo appello*; ratio eſt, quia cauſſa immediata appellationis eſt ipſum grauamen; ſed is, qui eſt ſuſpectus, non ex eo ſolo, quod eſt ſuſpectus, dicitur grauare; quare debet recedi a iudice ſuſpecto per viam recuſationis, allegando eum ſuſpecto ex cauſſa legitima; tunc enim, ſi recuſationem non admitteret, poteſt, & debet appellari, quia tunc eſt, quod grauat, & non ante, *Franch.in cap.43.nouit.not.3.num.3. & in cap.59.vt debitus, q.2. ſub nu.9. verſic.4. eandem, de appell. & Corn. conſil.80 in deciſiuis, ſub num.3. lib.1.* & quæ pertinent ad materiam huius ampliationis ſcripſi *ſupra lib.1.c.66.n.13. & ſeqq. & c.101.nu.16. & nu.20. & ſeqq.*

Contra hanc ampliationem oppono, quia ſtatim atque quis citatur ad locum ſuſpectum, id eſt, notoriè non totũ, poteſt immediatè appellare, *vt retuli. & ſequutus ſum infra q.17.limit.47.membr.1.numer.8. &* 11. Ergo idem dicendum eſt, quando citatur coram iudice notorie ſuſpecto.

Huic oppoſitioni reſpondeo, differentiam eſſe inter ſuſpicionem ratione loci, & ſuſpicionem ratione iudicis, quia quantumcumque iudex ſit notorie ſuſpectus, tamen notorium non releuat ab onere proponendi, & excipiẽdi, quia tenetur quis comparere, & allegare de ſuſpicione iudicis etiã notoriè ſuſpecti, quia poſſibile eſt, quod etſi ſuſpectus ſit, tamen faciat iuſtitiam; vnde etiam filius poteſt eſſe iudex in cauſſa patris, niſi recuſetur, & ideo citatus coram iudice ſuſpecto, litigando coram eo, cenſetur renunciare exceptioni ſuſpicionis, *Franch.in cap.47. ex parte tua, n.11. & 12. col.3.de appell.*

At quando quis citatur ad locum notorie non totum, tunc notorium excuſat non ſolum ab onere probandi, ſed etiam ab onere allegandi, *vt retuli, & ſequutus ſum d. limit.47.memb.1.n.9. &* 10. & ſtaturi eo ipſo, quod quis citatur ad locum notorie non totum, dicitur grauari, & ideo poteſt appellare, *vt retuli, et ſequutus ſum d.limit.47. memb.1.n.8. & 11. & ſeqq.* vbi videas.

Contra eandem ampliationem; quod enim hæc appellatio ſit valida (*appello ne procedas, cum ſis mihi ſuſpectus ex tali cauſſa, propter quam te recuſo*) ſcribit Hoſtien. relatus a Franch *vbi ſupra*.

Non recedas ab ampliatione.

117 Amplia III. vt procedat etiamſi prius fuerit grauatus quia ſi appellauerit, & iudex a quo reuocet grauamen, ceſſabit appellatio interpoſita, ſicque non poterit appellare, quia grauamen eſt cauſſa, quare detur appellatio, & ceſſante cauſſa, ceſſat effectus, *c.60.cum ceſſante, et ibi Canoniſtæ de appell. Tiraq.tract.cauſſ.ceſſan. & c.num.41.in verbo appellationis cauſſa, fol.4.* paria enim ſunt; nullam ab initio fuiſſe cauſſam, vel fuiſſe aliquam, ſed eam finitam, *Tiraq.d.tract.cauſ.ceſſan.n.14.fol.2.*

118 Subamplia I. hanc ampliationem, vt non ſolum tollatur appellatio, ſed etiam facultas recuſandi iudicem, quia & ſi iudex, qui grauauit, reddatur ſuſpectus, ideoque poſſit recuſari, ne amplius procedat in illa cauſſa, *per ea, quæ ſcripſi infra quæſt.17.limit.47.memb.3. num.ſecundo*, tamen, cum ipſe reuocat, recuperat non ſolum iuriſdictionem, ſed eneruatur etiam ſuſpicio orta ex grauamine, *Franch.in d.c.60.cum ceſſante, n.35. verſ.in ead.gl. & Card.Alex.n.14.verſ.not.vltimo.*

Subamplia II. vt, reuocata interlocutoria, irritentur omnia acta coram iudice ad quem, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.17.limit.47.memb.1.n.30. extenſ.2.*

119 Limita I. eandem regulam poſitam *ſupra n.94.* vt non procedat in cauſſis ordinarijs non executiuis, quando quis appellauit ab aliquo exiſtenti, & vero grauamine, ſeu illius interlocutoria appellabili, & idem iudex reuocat illam interlocutoriam, & grauamen, quia nihilominus, quamuis iudex reuocauerit grauamen, poteſt grauatus qui appellauit, non obſtante reuocatione, ſeu, vt vocant, repoſitione, obtinere commiſſionem appellationis interpoſitę, adiecto, quod valeat commiſſio, non obſtante, quod iudex animo forſan magis grauandi repoſuerit ipſum appellantem, *vt ſcribit Galleſ.ad form.camer.oblig. rubr.reliqua de proceſſu, nu.31. ibi, illud tamen prætereundum, tomo 6.parte 2.fol.362.*

Contra iſtam limitationem pugnat de directo ampliatio præcedens, poſita *n.117.* Quare cenſeo, iſtam limitationem poſſe procedere quando Signatura ſic iudicaret ex quadam præeminentia.

120 Limita II. vt non procedat in ſententia, lata ad fauorem excommunicati agentis, quia quilibet tertius, non habens intereſſe in dicta ſentẽtia poteſt opponere, & dicere de nullitate; & moueor ad hanc limitationem, quia tertius, cuius non intereſt, & non eſt nominatus, neque citatus in iudicio, admittitur ad opponendum exceptionem excommunicationis, quia omni caſu, in quo iudex poteſt ex ſuo officio ſupplere, poteſt etiam admittere tertium, cuius non intereſt, ad opponendum, & ad allegandum, *vt ſcribunt Franch.in cap.19.cum parati ſub nu.2. not.2.de appell. & ibidem Card. Alex.nu.3.* qui tamen declarat eſſe in arbitrio iudicis, ſi velit, vel nolit tertium admittere.

121 Limita III. vt non procedat in ſententijs criminalibus condemnatorijs quia in eis etiam tertius poteſt appellare pro reo carcerato, & condemnato, *vt declaraui ſupra n.44. verſ.extende decimoquinta, & ſeqq.* vbi videas.

QVÆSTIO VI.

ARGVMENTVM.

Coram quo appellatio debeat interponi.

SVMMARIA.

Appellatio debet interponi coram iudice a quo, & hæc eſt concluſio.n.1.

¶ *Extenditur I. etiamſi plures ſint iudices, quia debet interponi coram maiori parte, num.2. — Declaratur hæc extenſio, quando ſunt duo iudices, n.3.*

Extenditur II. vt non ſufficiat appellare in tribunali iudicis a quo ſine eius præſentia, n.4.

Extenditur III. in appellatione extraiudiciali, n.5.

Extenditur IV. vt alias appellatio ſit nulla, n.6. — Inferuntur aliqua. Primum, quod appellatio, non interpoſitam coram iudice a quo, non ſuſpendit, & conſequenter non cauſſat attentata. Secundum, quod non cauſſat incurſum pœnæ contra appellationem, n.7.

¶ *Declaratur I. eadem concluſio, vt ob iuſtum timorem poſſit non appellari corã iudice a quo, ſed corã alijs, n.8. & 10. —*

Prote-

Digitized by Google

Proteſtatio habetur pro facta, ſi adſit iuſtus metus proteſtandi, n. 9. — Quæ requirantur in hac proteſtatione, n. 11. — Quæ ſit praxis appellandi quando propter iuſtum metum non appellatur coram iudice, a quo, n. 12. — Relinquitur arbitrio iudicis quando dicatur iuſtus metus, num. 13. — Quibus modis probetur iuſtus metus, remiſſiue, nu. 14. — Ampliatur primo hæc prima declaratio, vt procedat etiamſi iuſtus metus proceſſerit ex culpa ipſius, qui debet appellare, n. 15. — Ampliatur ſecundo, vt procedat ſiue metus incutiatur a iudice, ſiue a parte, nu. 16. — Ampliatur tertio, vt habeat locum etiam in appellatione extraiudiciali, num. 17.

Declaratur II. vt ſi non poſſit inueniri iudex a quo, poſſit appellari coram iudice ad quem, & quæ ſit praxis huius declarationis, nu. 18. — Subdeclaratur, vt iudex a quo non ſit requirendus in horto, vel in villa, n. 19.

Declaratur III. vt appellatio ſit interponenda coram iudice ad quem ſiue coram honeſtis perſonis tam quando iudex a quo non poteſt inueniri, quam quando adeſt iuſtus metus, nu. 20. — Subdeclaratur, vt ſi non adſit iudex ordinarius appellationis, tunc neceſſario ſit appellandum coram honeſtis viris, num. 21. & 22.

Declaratur IV. vt debeant eſſe duo honeſti viri, vel ſaltem vnus, & cum eo notarius, & teſtes, aut ad minus teſtes, num. 23. — Et an ſufficiat vnus honeſtus vir cum notario, numer. 24.

Declaratur V. vt appellans coram honeſtis viris eo, quia non fuerit inuentus iudex, non teneatur appellare coram eo poſtquam redierit, neque ab eo petere apoſtolos, n. 25. & ſeqq. in quibus diſputatur.

Declaratur VI. qualis ſit ordo appellandi quando non poteſt appellari coram iudice a quo, nu. 28. — Sed, an, non ſeruato iſto ordine, appellatio ſit nulla, referuntur opiniones, & concordia, num. 29.

Declaratur VII. vt appellatio, interpoſita coram iudice ad quem, vel coram honeſtis perſonis propter abſentiam iudicis a quo, vel propter iuſtum metum deuoluat, ſed non ſuſpẽdat, ſi non fuerat intimata iudici, & parti, numero 30. & 31. — An ſufficiat alteri eorum intimaſſe, numero 32. — Subdeclaratur eadem declaratio decem modis, num. 33. — Appellatio, ſi ſit interpoſita a procuratore, debet intimari etiam mandatum procuratoris, n. 34. — Dantur quatuor intelligentiæ, ſub eod. numer. 34. — Reſtringitur primo eadem ſeptima declaratio, vt intimatio appellationis non ſit neceſſaria, quando iudex & pars iam ſunt conſcij de appellatione, num. 35. — Reſtringitur ſecundo, vt non ſit neceſſaria quando propter metum deſinit appellare coram iudice, num. 36. — Reſtringitur tertio quando iudex non vult audire intimationem ſub eod. nu. 36.

Declaratur VIII. vt appellatio interponendam coram iudice ad quem, debeat interponi infra decem dies, num. 37.

Declaratur IX. vt appellatio, interponenda coram honeſtis viris, debeat interponi infra decem dies, nu. 38. — Hoc tempus decem dierum non currit quando propter metum coram eis non poteſt appellari, n. 39.

Declaratur X. quando appellatio ad vſum praxis dicatur interpoſita coram iudice a quo, n. 40.

Declaratur XI. vt coram Auditore Cameræ, tanquam iudice ordinario appellationum, poſſit de ſtylo interponi appellatio, non aliter facta diligentia de appellando coram iudice a quo, ſub eod. n. 40.

Declaratur XII. vt non procedat quando grauatus poſt litem motam arripit iter ad Papam, quia illa itineris arreptio habet vim appellationis, numero 41. — Extenditur hæc declaratio vt eadem itineris arreptio releuet ab onere petendi apoſtolos, numero 42. — Subdeclaratur primo, vt habeat vim appellationis, ſi fiat infra decem dies, & intimetur parti, vel iudici, ſub eodem numero 42. — Subdeclaratur ſecundo, vt ſi itineris arreptio fiat ante motam litem, tunc non habeat vim appellationi, ſed tamen ſuſpendit, num. 43. — Sed ſuſpendit, & tuetur itinerantem ipſum, non autem eum qui mittit nuntium, num. 44.

1 Appellatio debet interponi coram iudice a quo Innoc. in c. vlt. ſi iuſtus, in fine, de appell. & apertius Bald. in l. 14. apertiſſime, ſub n. 3. ibi, ſimile habemus. C. de iudic. Abb. in c. 15. ſuggeſtum, ſub num. 4. de appel. Franch. in c. 59. vt debitus, ſub num. 1. not. 3. & q. 3. num. 12. & Card. Alex. num. 8. rurſus, & late idem Franch. in d. c. vlt. ſi iuſtus, verſic. in gloſ. 2. in fine ſub num. 17. ibi, ſed aduerte quia quod appellatio ſit nulla, & Card. Alex. num. 11. de appell. Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus, num. 10. verſic. & ſcias, l. 2. fol. 194. Papien. in pract. in form. appell. a ſent. diffin. in gl. coram vobis, num. 11. verſ. quinto quæritur, fol. 406. Soc. conſ. 39. capio primum, ſub nu. 32. lib. 4. Rot. deciſ. 50. alias 29. ſi appelletur a diffinitiua, ſub n. 1. de appell. in nou. Gramm. deciſ. 36. ſolon. n. 76. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, n. 133. fol. 475. Io. Ferrar. tract. de appell. l. 2. c. 3. n. 130. verſus finem, ibi, præter hos quot quot. tom. 5. fol. 68. Nicell. tract. de concord. gl. concor. 6. fall. 44. nu. 85. tom. 18. fol. 195. Veſtr. in prax. l. 7. c. 3. n. 27. et Granat. in annot. ad eum, n. 57. Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. ampl. 15. princ. n. 1. tom. 5. fol. 355. & limit. 50. princ. n. 184. verſ. tertia cauſſa, fol. 381. & Surd. conſ. 228. fiſcus ca-
* ſtagneti, n. 1. lib. 2. & eſt concluſio communis, * quæ probatur ex d. c. 59. vt debitus, de appell. & ex alijs iuribus allegatis per Gramm. & Lancell. ſupra citatos.

Rationes, quare appellatio debeat interponi in præſentia iudicis a quo, aſſignat Franch. in c. vlt. ſi iuſtus, verſ. ſecundo quæritur, num. 19. de appell. quas poteris videre. Sed ego, conſiderando effectum ſuſpenſiuum appellationis, adduco hanc vnicam rationem, videlicet, quia appellatio debet eſſe nota iudici a quo ad effectum, vt vlterius non procedat. & procedendo, reuocentur tanquam attentata, iuxta ea quæ ſcripſi infra n. 31. verſ. tamen.

2 Extende I. hanc concluſionem, vt, ſi plures iudices tulerint ſententiam, appellatio coram ſingulis communiter, vel ſeparatim debeat interponi, clemen. 2. de appellat. Papien. in pract. in form. appell. a ſent. diffin. in gloſſa coram vobis, ſub num. 11. verſic. quinto quæritur, fol. 406. & quod coram omnibus, vel ſaltem coram maiori parte appellatio ſit interponenda, licet ſeparatim poſſit interponi, ſi non inueniantur ſimul, ſcribunt Franch. in c. vlt. ſi iuſtus, q. 7. num. 27. & Card. Alex. numero 12. verſ. ſed nunquid, de appell. Nicell. tract. de concord. gloſ. concor. 6. fall. 92. n. 134. tom. 18. fol. 397. & Luc. Pat. in pract. Capitol. lib. 5. c. 1. n. 27. verſic. quod ſi plures.

3 Declara hanc extenſionem, vt, ſi ſint duo iudices, tunc, quia non eſt dare maiorem partem, & ideo non valeret appellatio coram vno ſolo, debeat neceſſario interponi coram ambobus, ſi poteſt, ſaltem diuiſim, alias coram iudice ad quem, & in ſubſidium coram honeſtis perſonis, Gloſſ. in clem. 2. in verbo maiori, de appellat. Franch. in d. c. ſi iuſtus, q. 7. ſub num. 27. & Card. Alex. ſub num. 12. verſ. ſed nunquid, de appell.

4 Extende II. vt neque ſufficiat interponere appellationem in tribunali iudicis ſine præſentia iudicis, Soc. conſ. 39. capio primum, ſub nu. 32. lib. 4. quem refert, & ſequitur Surd. conſ. 228. fiſcus, ſub nu. 1. lib. 2. debet enim interponi in eius præſentia, vt ex Franch. Gram. Io. Ferrar. & Veſtr. retuli. & ſequutum ſum ſupra num. 1. Sed quid ſeruetur in praxi vide infra n. 40.

5 Extende III. vt habeat locum etiam in appellatione extraiudiciali, quia eſt interponenda coram iudice a quo, Franch. in c. 5. cum ſit Romana, verſic. vltimo nota. col. 1. n. 6. de appell.

6 Extende IV. vt in tantum debeat interponi coram iudice a quo, vt, ſi non ſit interpoſita coram eo, appellatio ſit nulla, Franch. in c. 5. cum ſit Romana, num. 6. & c. vlt. ſi iu-

Digitized by Google

ſi iuſtus, ſub n.17. & Cardin. Alex. ſub n.11. de appell. Socc. conſ.39. capio primum, ſub n.32. lib.4. & alij, quos citant, & ſequuntur Gram. deciſ.36. ſolcn. n.77. & Lancell. tract. de attent. & innou. appell. pend. ampl.15. princip. n.2. & 3. tom.5. fol.355. & limit.50. princip. n.7. & n.184 & de communi * opin. teſtatur Socc. vbi ſupra.

7 Infero I. notabiliter ex hac extenſione, quod appellatio, non interpoſita coram iudice à quo, non ſolum non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed neque deuolutiuum; & moueor, quia appellatio non ritè interpoſita, non deuoluit, non ſuſpendit, nec extinguit pronuntiatum; & ideò primus iudex, non obſtante appellatione nulliter interpoſita, poteſt ſuam ſententiam mandare executioni, Ang. Aret. in l.27. præſes, n.3. & 4. ff. de re iud. ſed eiuſmodi appellatio, non interpoſita coram iudice à quo, dicitur non ritè interpoſita. Ergo, &c. & in terminis, Socc. d. conſ.39. num.32. verſus finem, lib.4. dicens, quod, ſi appellatio fuerit nulla eo, quod non fuerit interpoſita coram iudice à quo, nulla etiam dicetur deuoluta iuriſdictio, & conſequenter nulla eſſet ſententia, quam proferret iudex ad quem, tanquam lata à non habente iuriſdictionem.

Subinfero quod geſta poſt eiuſmodi appellationem non reuocantur vti attentata, Soc. iun. conſ.138. n.18. lib.3. quem refert, & ſequitur Surd. conſ.228. fiſcus, ſub n.1. lib.3.

Infero II. quod taliter appellans non incurrit pœnam, indictam ex ſtatuto appellantibus. Surd. in loco ſupra proximè citato.

8 Declara I. principaliter nunc reſtringendo eandem concluſionem, poſitam ſupra num.1. vt ſi condemnatus non audeat ob iuſtum, ſeu probabilem metũ appellare, tunc poſſit omitti appellatio, & ſufficiet, quod is dicat iudici à quo: Domine iudex, me grauaris in hoc, & hoc, & adducat talia grauamina, à quibus liceat appellare, quia adductio talium grauaminum habetur pro ſufficienti appellatione, ſtante iuſto timore appellandi, cap. vlt. ſi iuſtus, & ibid. Gloſ. in verbo, excuſat. & Innoc. de appell. & Spec. tit. de appellat. iud. n.15. lib.4. fol.72. vbi ponit formulam per extenſum.

9 Subdeclara I. hanc declerationem, vt ſi quis ob iuſtum metum timeat facere prædictam proteſtationem coram iudice à quo proteſtatio habeatur pro facta, & ideò erit appellandum coram honeſtis perſonis, præmiſſa dicta proteſtatione, quod non audet appellare coram iudice à quo, d. c. vlt. & ibi Gloſſ. in figur otione caſus, & in fine in verbo, exprimendas, in fine de appell. & ita intelligo, quæ ſcribit ibidem Franch. in fine, nu.51. vel debet proteſtari coram teſtibus, quod non poteſt appellare, & timet, & hoc ſufficit tanquam appellatio eſſet interpoſita, Ang. Aret. in l. prima, §. libelli, ſub num.5. verſ. ſed dubium. ff. de appell. & relat.

10 Confirmatur hæc ſubdeclaratio, quia ob iuſtum metum poteſt appellari in abſentia iudicis à quo, Abb. in c.15. ſuggeſtum, ſub n.4. de appellat. & quod, ſtante iuſto timore, ſufficiat appellatio in abſentia iudicis cum proteſtatione, ſcribit Rot. deciſ.50. alias 29. ſi appelletur à diffinitiua, ſub n.1. de appell. in nou. & quod iſto caſu poſſit appellari coram honeſtis perſonis, retuli, & ſequutus ſum n. ſeq. & n.12. vbi videas.

11 Explica vlterius ſubdeclarationem, vt in iſta proteſtatione requirantur tria. Primum, quod fiat tempore congruo, id eſt, infra decem dies, Secundum, quod fiat publicè, id eſt, coram publicis perſonis, aut coram iudicè, id eſt, coram publicis perſonis, aut coram iudice cuiuſque fori. Tertium, quod contineat cauſas metus, non tamen eſt neceſſarium, quod contineat cauſas cauſæ, niſi poſtea in proſecutione cauſæ, Franch. in capit. vltim. ſi iuſtus, n.14. verſ. & aduerte primo, de appellat. & quod ſufficiat expreſſio cauſæ in genere, vt puta, iniqua ſententia eſt lata contra me, nec audeo appellare, & hoc proteſtor coram vobis, ſcribit Gloſſ. fina. in fine, in cap. fin. ſi iuſtus, de appell. & quod pars, iuſtè timens de iudice, poſſit appellare coram probis viris, licet ad ſit iudex, refert, & ſequitur Surd. conſ.228. fiſcus, n.15. lib.2.

12 Infero practicam quando adeſt iuſtus metus appellandi coram iudice à quo; vt is, qui vult appellare, ſeu iuſtè timet, dicat iudici honeſtis verbis, quod ſentit ſe grauatum in hoc, & hoc; ſed non audet appellare: quod ſi timet etiam hoc dicere, tunc debet coram honeſtis viris dicere, & exponere grauamen in genere, & dicere, quod non audet appellare, & quod de hoc proteſtatur coram ipſis; vel poſſet dicere, quod, cum non audeat appellare coram iudice à quo, appellat coram ipſis: Vel, & erit altera practica, poteſt appellare coram iudice ad quem, vt retuli, & ſequutus ſum infra n.18. vbi videas.

13 Subdeclara II. vt relinquatur arbitrio iudicis quando metus dicatur iuſtus, Franch. in cap. vltim. ſi iuſtus, n.12. & Cardin. Alex. not.1. ſub n.2 de appellat.

14 Subdeclara III. vt metus probetur ijs modis, quos docet Franc. dict. cap. ſi iuſtus, quæſt.2. & 3. n.5. & ſeqq. quem poteris videre.

15 Amplia I. eandem primam declarationem, & dicta circa eam de metu, vt iuſtus, aut probabilis metus excuſet à neceſſitate appellandi etiam ſi ipſe, cui opus eſt appellare, fuerit cauſa ipſius metus, & ſui culpa inciderit in metum, Franch. in cap. vltim. ſi iuſtus, n.2. ibi. ſed iuſtus aut probabilis. & Cardin. Alex. n.3. de appellat. & facit quod ſcripſi infra quæſt. decimaſeptima, limit.47. memb.1. extenſ.5. n.18. verſ. confirmatur.

16 Amplia II. vt iuſtus metus circa appellationem excuſet ſiue incutiatur à iudice, quia ſit terribilis contra appellantes, ſiue inferatur à partibus, ſiue à conſanguineis partium, ſiue incutiatur a ſtatuto, vt puta, quia imponat pœnam appellanti in certa patria, vt declarant Franch. in dict. cap. vltim. ſi iuſtus, nu.4. verſic. in gloſſ.1. & Cardin. Alex. ſub n.3. & 4. de appellat.

17 Amplia III. vt omnia prædicta circa primam declarationem habeant locum etiam in appellatione extraiudiciali interponenda ab actu, quem iudex facit extraiudicialiter, quia ſi ob iuſtum metum non poſſit appellari coram eo, debet appellari coram honeſtis viris, Franch. in cap. vltim. ſi iuſtus, quæſt.14. n.40. de appell.

18 Declara II. principaliter reſtringendo eandem concluſionem, poſitam ſupra num.1. vt ſi non poſſit haberi copia iudicis à quo, tunc ſufficiat appellare coram iudice ad quem, vel coram notario, & honeſtis viris, Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus, ſub n.10. lib.2. fol.194. ſeu coram iudice ad quem, vel corã honeſtis viris, vel loquitur Bal. in l.14. apertiſſimi, ſub n.3. ibi, ſimile habemus. C. de iudic. & quod ſi fortè iudicis non haberetur copia, quia fugit, & latitat, vt plerumque faciunt meticuloſi iudices, tunc ſufficiat adire iudicem ſuperiorem, ad quem deuoluitur de iure appellatio, & infra legitima tempora ad appellandum libellum appellationis porrigere, ſcribit Papien. in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis, ſub n.11. verſ. quinto quæritur, fol.496.

Praxis appellandi coram iudice ad quem in caſu huius declarationis eſt duplex ſecundum Papien. vbi ſupra. Prima praxis eſt, vt eatur ad domum ſolitæ habitationis ipſius iudicis, ſi erat delegatus, vel ad ſolitum tribunal, ſi erat ordinarius, & ibi appellaturus proteſtetur de abſentia iudicis, & per notarium faciat ſcribi ſuam appellationem, & deinde vadat cum ipſa appellatione ad iudicem ſuperiorem, & coram eo proſequatur cauſam, quę tamen prima praxis non placet ipſi Papien. quia, vt inquit, eſt vtilis tantum ad oſtendendum de diligentia ipſius partis, & abſentia iudicis. Secunda praxis, ſeu conſilium ipſius Papienſis eſt vt reiteretur appellatio coram ipſo iudice ſuperiore.

19 Sub-

Digitized by Google

19 Subdeclara eandem declarationem, vt iudex non ſit requirendus in horto, vel in villa, ſed ſatis ſit, quod perquiratur in loco publico, *Rot.deciſ.50. alias 29.ſi appelletur a diffinitiua. ſub num.1.de appell.in nou. Mynſing.in ſing. obſeru. cent.2. obſeru.1. & Lancell.tract.de attent.part.2. c.12.de attent.& innou.appell.pend.limit.50.princ. n.174. tomo 5.fol.*380. & quod tunc dicatur poſſe commode haberi præſentia iudicis, quando iudex exhibet ſe in publico, & in loco ſui tribunalis, quia non tenetur appellans requirere eum in domo, vel in horto, vel in villa ſuburbana, ſcribunt Franch. *in c.vlt.ſi iuſtus,q.6.n.23.de app.*

Si tamen ſit conſuetus dare audientiam, & reddere ius in domo, ſeu in eius camera, tenetur ibi eum requirere, vt declarat Franch. *in d.c.ſi iuſtus, num.24. verſ.ſed limita prædicta.*

20 Declara III. principaliter extendendo, vt appellatio ſit interponenda coram honeſtis perſonis, ſeu coram iudice ad quem, tam quando non poteſt haberi præſentia iudicis a quo, quam quando ex iuſto metu quis non audet coram eo appellare. *Maran.in ſuo ſpec p.6.act.2. princ.in verba,& quandoque appellatur,ſub n.133.fol.475.& Ioan. Ferrar.tract.de appell.lib.2.c.3.ſub n.130.& 131.tom.5.fol.*68. & ſic paria ſunt, iudicem abeſſe, vel ob iuſtum metum non appellari coram eo.

21 Subdeclara reſtringendo hanc declarationem, loquentem de appellatione alternatiua coram iudice ad quem, ſeu coram honeſtis perſonis, vt procedat quando extat iudex ordinarius appellationum, ad quem poſſit via ordinaria appellari, & is ſe in publico exhibeat; ſecus autem ſi non extet iudex ordinarius, vel, ſi extet, non exhibeat ſui præſentiam: quia tunc indiſtinctè ſufficit appellare coram honeſtis viris, vt ſcribunt Innoc. *in c.vlt.ſi iuſtus.in verbo copiam.de appell. Abb. in c.15. ſuggeſtum. ſub num.4.ibi,nam vt ibi patet.de appell. Nicell.tract. concord. gloſſ.concor.6. fall.44.n.85.tom.18.fol.195. Henric.Boner. ſing.8. rubr.de appell. tom.1.fol.203. & Papien. in pract. in form.appell.a ſent.diffin.in gloſſ.coram vobis, nu.11. in fine. ibi.& ſi fortaſſe.fol.406.*

22 Amplia hanc ſubdeclarationem de appellando coram honeſtis viris, quando in loco non adeſt iudex ordinarius appellationum, vel ſi adeſt non facit ſui præſentiam, vt procedat etiam ſi in loco extaret Princeps, vt puta Papa, ſeu Cancellaria, & eius Regens, quia adhuc, ſi non poſſit appellari coram iudice a quo, poterit proteſtari, & appellari coram honeſtis viris.

Confirmatur hęc ampliatio: ex ſtylo, quo vtuntur cauti Procuratores in Curia: hi namque, quando non reperitur iudex intra decendium, eunt ad eius habitationem tempore momenti, &, ſi nequeunt habere eius copiam, appellant coram quocunque Notario, & teſtibus cum proteſtatione de abſentia, aut impedimento, *Caſſad.deciſ. 8.appellauerat,n.1.in fine,& n.2.de appell.fol.*315.

23 Declara IV. principaliter, vt in omnem caſum, quo poſſit appellari coram honeſtis viris, debeant eſſe duo honeſti viri, vel ſaltem vnus honeſtus vir notarius, & teſtes, quia non ſufficerent ſolus notarius, & teſtes: aut ſufficit appellare coram vno honeſto viro, puta ſacerdote, & teſtibus, *Franch.in c.vlt.ſi iuſtus q.9.n.30.de appel.* & quod ſufficiat appellare, ſeu proteſtari coram notario, & vno honeſto viro, & teſtibus, refert etiam, & ſequitur ibidem Card. Alex. *n.8. verſ.not.ex tex.in fine,* & tenet Surd. *conſil. 228.fiſcus,ſub n.9.& 10.lib.2.*

24 Sed nunquid ſufficiet appellare coram vno honeſto viro, & notario.

Reſp. quod Lancell. *tract.de attent. p.2.c.12. de attent. & innou. appellat. pend. ampliat. 15. ſub numero 9. & 17. tomo 5.fol.*355. refert, & ſequitur ex Card. Alex. quem ci-
* tat ſub nomine Præpoſiti communem * eſſe opin. quod ſufficiat.

Verum aduerte, quod Præpoſ. ſeu alio nomine Card. Alex. *vbi ſupra,* non dicit hoc, ſed teſtatur, quod Doct. cō-
* muniter * tenent, quod non ſufficiat præſentia teſtium, & poſtea ſubdit, bene fatentur, quod vnus bonus vir cum præſentia tabellionis, & teſtium ſufficit.

25 Declara V. principaliter, vt ſic appellans coram honeſta perſona eo, quia non inuenerit iudicem, non teneatur poſtea redire ad iudicem poſt eius reditum, & coram eo appellare, *Surd.conſ.228.fiſcus,ſub num 15. verſ.nec mouet. & nu.16.& 12.lib.2.* qui hanc declarationem aſtruit auctoritate eorum, qui loquuntur in terminis ſequentis confirmationis.

Confirmatur primo hæc declaratio, quia is, qui appellauit coram honeſta perſona eo, quia non inuenerit iudicem, non tenetur poſtea redire ad iudicem pro apoſtolis, nec probare, quod fuerit in momento impeditus, *Caſſad.deciſ.8.appellauerat.de appell.fol.*315. dicens, quod licet quidam appellaſſet biduo ante curſum decendij coram honeſta perſona, quæſito prius iudice à quo, & non inuento, nec curaſſet poſtea redire ad iudicem ipſum pro apoſtolis, nec probare quod fuiſſet in momento impeditus, tamen fuit, inquit, a maiori parte Dominorum concluſum, non eſſe deſertam appellationem, & cum hac deciſ. reſidet Surd. *d.conſ.228.ſub num.*17. vbi alios citat, licet loquatur in terminis proximæ præcedentis quintæ declarationis.

Hæc confirmatio probatur ſequentibus argumentis.

Primo, quia, ſi iudex ſe abſentet a loco iudicij, ſufficit appellare coram perſona authentica, ne tenetur appellans ſequi alibi iudicem pro intimanda appellatione, & petendis apoſtolis, *Caſſador. dicta deciſ.8. numer. 6. & 7. appellation.*

Huic primo argumento poteſt reſponderi, quod non procedit, quando iudex ſe abſentat a tribunali, & loco iudicij, ſed procedit quando ſe abſentat a Ciuitate, *Felyn. in c.10.ex tranſmiſſa, n.5.in fine de præſcript.*

Secundo quia, quando appellatur in abſentia iudicis, non ſunt de neceſſitate petendi apoſtoli, *iuxta ea, quæ retuli infra q.13.n.31. verſ.contra.*

Huic ſecundo argumento poteſt reſponderi, quod procedit ſecundum opinionem eorum, qui tenent, ſatis eſſe ſemel adire iudicem ante momentum temporis, quæ opinio non eſt tuta, ſed infirma, vt patet ex ſeqq. & ex his, quæ ſcripſi *infra q.13.nu.*50. vel ſaltem eorum opinio poteſt procedere, quando fuit in vltimo momento appellatum, non ante momentum, vel quando ante, ſi fuiſſet doctum de abſentia, aut impedimento iudicis etiam in ipſo momento: in his enim duobus dumtaxat caſibus procedunt dicta eorum, qui volunt, quod non debeat iterum adiri, *Caſſad.d.deciſ.8.ſub n.10.verſus finem.ibi.verum pro affirmatiua.*

Tertia quia ius defert appellationi à diffinitiua, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.14.n.7. verſ.ratio.*

Huic tertio argumento poteſt reſponderi, quod procedit dummodo appellatio ſit legitime interpoſita, videlicet, coram iudice à quo, vel ſit expectatum vltimum momentum.

26 Contrariam opinionem: quod enim teneatur appellans redire ad iudicem pro apoſtolis, momento temporis: tenet Felyn. *in c.10.ex tranſmiſſa. ſub nu.5. verſ.eſt verum de præſcript.* & ſentiebat vna pars Dominorum de Rota, vt recenſet Caſſad. *d.deciſ.8 n.1.* & horum ſententia probatur his rationibus, quæ adducuntur à Caſſad. *d n.1. & ſeqq. vſque ad n.6. excluſiue.*

Prima ratio eſt, quia ſi appellans non poteſt habere copiam Principis, debet proteſtari de impedimento, nec ſatis eſt, quod ſemel fuerit impeditus, ſed oportet quod durauerit, & conſtet durare, quia ſi hodie non potuit habere copiam Principis, habebit craſtina, *Ant.de Butr.c.8.*

ex ra-

Digitized by Google

ex ratione.n.8.ibi,ex his deciditur,de appell. quem,& alios citat diſputando caſum huius confirmationis Caſſad. *d. deciſ.8.ſub n.2.& 3.*

Secunda ratio eſt, quia non ſufficit ſemel requirere dominum iudicem pro introductione appellationis, ſed debet iterum requiri, quando redit, vt ex pluribus comprobat Alex.*conſ.19.viſo proceſſu.n.3.verſ.circa ſecundum. lib.1.*& quod appellans coram honeſtis viris ob defectũ, contingentem in perſona iudicis à quo,debeat altera die requirere iudicem,refert, & ſequitur Felyn. *in cap.10. ex tranſmiſſa.ſub n.5.verſ ad hæc vltima.de preſcript.*

His duabus rationibus reſpondet Caſſad. *d.deciſ.8. ſub n.10.ibi.& ad dicta.*quod allegata à Doctoribus loquuntur de tempore appellationis proſequendæ anni, vel biennij, quod eſt ſatis diuerſum à terminis appellandi,& petendi apoſtolos.

Tertia ratio eſt, quia terminus iuris ad redeundum pro apoſtolis eſt inductus ad commodum iudicis, qui propterea, etiamſi fuerit inuentus ab appellante, poteſt dicere prout practicatur, ſi velit differre; *nullo adhuc reſpondere,quia ſum in termino*, & ſic poteſt tenere appellantem impeditum, & conſequenter appellans cogitur expectare vltimam horam ad habendam iudicis præſentiam,aut probandam abſentiam ſeu impedimentum *Caſſad.d.deciſ.8.n.4 in fine,& n.5.* Ergo,ſi reſponſio de apoſtolis debet haberi quando iudex eſt paratus, & vult reſpondere;non ſatis eſt adire eum quando non adeſt,quia tunc eſt impeditus,& ideo non paratus.

Huic tertiæ rationi reſpondet Caſſad. *ead. deciſ.8.ſub n.10.ibi ad clement.* quod licet appellans, iudice nolente reſpondere ante finem termini iuris de apoſtolis, cogatur expectare, ſi per totum terminum offerre eos voluerit, cum non dicatur moroſus iudex ante lapſum termini;tamen appellans non tenetur iterum adire iudicem poſtquam ſemel infra terminum petijt, per quam petitionem videtur iuri ſatisfeciſſe: nam, inquit, eiuſmodi terminus pro apoſtolis communis eſt tam appellanti, quam iudici.

Quarta ratio eſt, quia in Curia cauti Procuratores eunt ad habitationem iudicis tempore momenti, &c. *vt retuli ſupra ſub n.22. verſ.confirmatur,& infra q.12.ſub n. 8.verſ.contra.*

Huic quartæ rationi reſpondet Caſſad. *dict.deciſ.8.ſub n.10.*non eſſe neceſſarium quod procuratores expectent momentum,ſed expectare ad abundantem cautelam,quę non nocet,& tollit omnem dubitationem.

Quinta ratio eſt, quia alias appellans poſſet captare iudicem impeditum tertia,ſexta,aut nona die,& tunc appellare coram honeſta perſona poſt factam diligentiam de iudice reperiendo,& eo modo vitare,ne coram eo appellaret, ſi ſemel ante momentum abſentia, vel impedimentum ſufficeret; quinimo fugeret refutatorio apoſtolos, quos forſan habuiſſet, quod non debet poſſet eſſe in poteſtate partis.

Huic quintæ rationi reſpondet Caſſad. *eadem deciſ. 8. ſub n.10.ibi quoniam poteſt.* non abſonum, ex quo durius eſſet tenere, quod condemnatus, cuius fauore eſt datus à lege terminus appellandi,& petendi apoſtolos,vel ſaltem ita eius contemplatione,ſicut, & iudicis aliter impediti, cogeretur omni die cum diſpendio, & labore data abſentia, inquirere iudicem etiam vſque ad vltimum momentum; quid enim ſi ob cauſam, ſuper qua lis vertitur, aut alia negocia compelleretur ſtatim poſt ſententiam, aut diem ſequentem, ſeu vlteriorem prope finem decendij longius peregrinari? vtique lex debuit eſſe contenta tali diligentia, per quam iudici honor eſt tributus abſq; contemptu, & magis abſentiæ iudicis in dubio eſt imputandum, partiq;ſubueniendum,quam fraudi adſcribendum.

27 His difficultatib. adductis, concludit Caſſad. in *fine dictæ deciſionis,*quod vtilis eſſet Principis declaratio.

Confirmatur ſecundo eadem quinta declaratio, quia ſicut is, qui ob iuſtum metum poteſt appellare coram honeſtis viris,& liceat poſtea ceſſet metus tamen non tenetur iterato appellare coram Iudice,*Bal.in l.2.n.4.verſ. quæro quid ſi poſt. C. de his qui propter met. iud.* quem refert, & ſequitur Surd.*conſ.228. Fiſcus.ſub n.27.lib.2.*ita etiam dicendum eſt de eo, qui non potuit appellare propter abſentiam iudicis.

Quamuis Ang.Aret.*in l.1.§.libelli. ſub n.5.verſ.ſed aduertendum eſt.ff.de appell.& relat.*ſcribat,quod,metu ceſſante, debet infra decem dies appellationem ſuam legitime interponere,qua interpoſita,omnia interim vt attentata,reuocantur,quod ait eſſe notandum, quia eſt ſingulare,ſi eſt verum,& quotidianum.

28 Declara VI.principaliter, vt ordo appellandi in caſu, quo non poteſt appellari coram iudice à quo, ſit, vt appelletur coram iudice ad quem: nam non ſufficit appellare coram iudice ad quem, quando poteſt haberi copia iudicis à quo, *Franch.in capitul. vltim.ſi iuſtus.n.22.verſ. quinto quæritur.de appellat.* quod ſi neq; coram iudice ad quem poſſit appellari, tunc appellabitur coram honeſtis perſonis, *Abb.in capit.15.ſuggeſtum.ſub n.4.ibi nam vt ibi patet.de appellat. Franch.in cap.vltim. quæſt.4.ſub n.21.de appell.& Ioan.Ferrar.tract.de appell.n.30.verſus finem.& ſub n.31.tom.5.fol.68.* & ita ſentiunt Innoc. Nicell.& Bouer.*citati ſupra n.21.& rurſus,& apertius idem Nicel.eod. tract.de concor.gloſſ.concord.6. fallent.92 n.135. to.18. fol. 197.& Lancell.tract.de attent.part.2.cap.12.de attent.& innon.appell.pend.limit.50.n.172. verſ.octauo limit. tom.5. fol.380.inſpecto ordine,*quo loquuntur,licet non aliter exprimant, Maran.tamen, quem citaui *ſupra declarat. 3.n. 20.*inaduertenter loquitur ordine conuerſo: & eſſe appellandũ infra decem dies dixi. *infra n.37. declaratione* 8.

29 Extende hanc declarationem,vt in tantum debeat obſeruari præſcriptus ordo,vt ſi fuerit appellatum coram honeſtis perſonis, non facta prius diligentia de appellãdo corã iudice à quo,& deinde coram iudice ad quem, talis appellatio non valeat, Nicell. *in loco proxime citato n.præced.*& Ruin. quem refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent.p.2.c.12.de attent.& innon.appell.pend.ampl.19. princ.n.50.& 51.fol.356.*ponens hoc pro notabili,quia alij non ponunt,quod hoc copulatiue requiratur.

Contrariam opinionem, quod enim,ſi non poteſt appellari coram iudice à quo,ſufficiat appellare coram honeſtis viris,omiſſo iudice ad quem: tenet Franch. *in cap. vlt.ſi iuſtus.quæſt.4.n.21.de appell.*ſentit enim,appellationem interpoſitam coram iudice ad quem, eſſe nullam, ſi potuiſſet interponi coram iudice à quo, ſed ſi non potuiſſet interponi coram iudice à quo, & ſit interpoſita coram honeſtis viris, cum potuiſſet interponi coram iudice ad quem, ſentit poſſe ſuſtineri pro valida, & hanc partem eſſe humaniorem, & ita ſecundum ipſum tenet Spec.tit.*de appel.§.nunc dicamus. verſus finem.n.10.verſ.et ſcias lib.2. f.194.* & hanc opinionem ſequitur Surd.*conſ. 228.fiſcus.ſub n.20.& 21.verſ.vlt.non reſiſtit lib.2.*

Pro concordia dantur duæ diſtinctiones.

Prima diſtinctio eſt,vt ſi loquamur de interponenda appellatione, tunc ſit de neceſſitate ſeruandus præſcriptus ordo,de quo in extenſione: Secus ſi loquamur de interponenda proteſtatione, quia tunc non eſt neceſſarium, adire iudicem ad quem, ſed ſufficit proteſtari coram honeſtis viris, *Card.Alexand.in cap.vltimo ſi iuſtus. ſub n.14.verſicul.ex his dicerem.de appellat.*

Secunda diſtinctio eſt, vt extenſio ſit vera, ſi de facili iudex ad quẽ adiri poſſit:alias ſit vera opinio contraria; quia, quod dicitur de honeſtis viris, habet locum in ſubſidium, cum non poteſt haberi copia iudicis à quo, ne-

Digitized by Google

que iudicis ad quem, *Dec.eod.c.vltim.ſi iuſtus, not.4.num.13.& 14.*

Quid dicendum? Ego non recedo ab iſta opinione contra extenſionem; & moueor ex textu *in d.c.vlt.ſi iuſtus de appellat.* quo cauetur, vt ſi non potuerit appellari coram iudice à quo, ſufficiat coram bonis viris, propoſita ſuper hoc proteſtatione; cauſas appellationis deducere, & ſic cenſeo ſuperfluam eſſe adductam concordiam.

30 Declara VII. principalis, vt quamuis appellatio, interpoſita coram honeſtis perſonis eo, quia non potuerit interponi coram iudice à quo, propter eius abſentiam, ſeu propter aliud impedimentum, ſit valida, etiam quod poſtea iudici, & parti appellatæ non intimetur, quia iura ad validitatem appellationis non requirunt intimationem; *Franch. in c.vltim.ſi iuſtus, num.41.verſ.vltimo quæritur.et num.42. & Card Alex.ſub num.20. verſ.ſed nunquid debeat, de appell.* & quod valeat appellatio, & ei non cenſeatur renunciatum; quamuis appellans potuerit poſtea eam intimare iudici, & non intimauerit, tenuit Rot. *dec.50 alias 29.ſi appelletur.ſub nu.1.de appell.in nou.* & propterea, cum talis appellatio ſit valida, ſequitur, vt, etiam non ſequuta intimatione, deuoluat, & tribuat iuriſdictionem, *Franch.d.c.vlt.nu.42.Lancell.tract.de attent.p.2.c.12.de atten.& innou.appell.pend.ampl.15.prin.nu.12.& 21.tom.5.fol.355.& Surd.conſ.228.fiſcus.n.17.in fin.lib.2.& Achil.de Graſſ.deciſ.9.alias 235.appellatio procuratoris num.2.de appell.fol.108.*

31 Tamen hæc appellatio, interpoſita in abſentia iudicis, non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſicque non impedit proceſſum iudicis à quo, nec cauſat attentata, niſi fuerit prius intimata, cum alias non ſit quid imputetur iudici, & parti, ſi appellationem ignorent, *Franch.in d.c.vltim.ſi iuſtus, ſub num.42. & numer.50.verſ.ſed quid ſi intimatio. Card.Alex.ſub n.20.de appell. Lancell.d.ampl.15.num.20.21.& ſeqq.verſ.2.limita.fol.355.& limit.26.princ.n.1.& 2.fol.374.& Surd.d.conſ.228.n.17.in fin.lib.2.* & loquendo in appellatione extraiudiciali, *Rot.deciſ.38.alias 309.attentata.de appell.in nou.*

32 Difficultas ſupereſt: nunquid appellatio, interpoſita in abſentia iudicis à quo, ſit intimanda ipſi iudici, & parti appellatæ, vel ſatis ſit, ſi alteri eorum fuerit intimata.

Reſpondeo, eſſe vtrique intimandam, & intimationem, alteri eorum factam, non ſufficere ad ſuſpendendam iuriſdictionem iudicis à quo; & moueor conſiderando vtrumque caſum.

Primus caſus eſt; quando fuit intimata parti, & non iudici; & in iſto caſu ſunt duæ opiniones.

Vna opinio eſt, quod ſufficiat, & quod ideo licet iudex à quo ignoranter proceſſerit, quia ſibi non fuerit intimata, tamen proceſſus, quem faceret, veniret reuocandus, ex quo pars ſciuit de appellatione; hancque opin. tenent Lap. & alij, quos citat, ſed non ſequitur Franch. *in c.vlt.ſi iuſtus. num.50. verſ.ſed quid ſi intimatio*, & hanc opin. tenet aperte, loquendo de proceſſu, facto ad vtilitatem partis appellatæ, cui fuit intimata appellatio, Card.Alex. *d.c.vltim.n.22.verſ.ſi tamen intimata.* dicens, quod attentata in vtilitatem partis eſſent reuocanda, ſicut ſi intimatio fuiſſet facta iudici.

Altera opinio eſt in contrarium, quod non ſufficiat, ſed requiratur quod ſit intimata iudici; hancque opin. tenet Imol. quem refert, & ſequi videtur Franch. *vbi ſupra*, & tenet aperte Lancell. *tractat. de attent. part.2.cap.12. de attent, & innou.appellation. pend.ampliat.15. num.26. & 27.tomo 5, fol.355.* dicens, quod, non facta intimatione iudici, proceſſus tenet, quamuis intimatio fuiſſet facta parti.

Ratio huius opinionis poteſt etiam eſſe, quia eſt quid imputetur appellanti, ſi citatus coram iudice à quo non comparuit, & non oppoſuit de appellatione, cum pars aduerſa non teneatur aliter iura ipſius appellantis allegare, *Franch.d.c.vlt.ſi iuſtus. ſub n.50.*

Secundus caſus eſt oppoſitus: quando fuit intimata iudici, & non parti: & iſto caſu cenſeo ſimiliter, non ſatis eſſe, quia, ſi appellatio fuerit interpoſita in abſentia partis debet ei poſtea intimari, *Franch.in c.vltim.ſi iuſtus, nu.18.verſ.ſed quæritur primo.& Card.Alex.ſub nu.12. verſ.ſed nunquid ſi plures.de appell.* Si debet intimari parti: Ergo non ſufficeret, quod intimaretur iudici tantum. Et hęc opinio eſt de aperta mente eorundem Franch. & Card. Alex. *in d.c.vltimo, dum primus num.41.& 42.* & ſecundus *ſub n.20.* requirunt intimationem faciendam copulatiue, & iudici, & parti.

Confirmatur hæc opinio, quia pars appellata, ignorans appellationem, ſi procedat, excuſatur: Excuſatur etiam iudex a quo præſertim ſi habeat multas cauſas, & appellatio non ſit de recenti interpoſita, quia, his concurrentibus, facile poteſt obliuiſci in qua cauſa, inter quas perſonas, & de qua re iudicauerit, & de ipſa interpoſitione appellationis, argumento eorum quæ in alio propoſito, loquendo de Papa, & de Ordinario, ſcribit Rip. *in l.14. quod iuſſit.nu.47.& 48.ff.de re iud.* dicens, quod in Papa, propter multitudinem negotiorum præſumitur obliuio etiam eorum, quæ paulo antea geſta fuerunt, & quod illa ratio, quod etiam Ordinarius propter multiplicitatem negotiorum non pręſumatur recordari de prima ſententia, quando tulit ſecundam maxime vera eſt in ordinario ſene iuxta illud Senecæ *ſolebat mihi bona fide, eſſe memoria, nunc autem ætate caſſata, &c.* Adde quod inculpatur appellans, qui cum eſſet citatus, non comparuerit, & non oppoſuerit de appellatione interpoſita.

Neque dicatur, quod appellans non debet grauari ad comparendum poſtquam notificauerit iudici appellationem; Quia reſpond. quod debet grauari donec notificauerit parti appellationem, quia iudex a quo non tenetur reminiſci.

33 Subdeclara I. eandem declarationem & dicta in ea, vt habeant locum etiam in appellatione extraiudiciali, quia ipſa quoque debet intimari alias geſta ante intimationem non reuocantur, vti attentata, *Rot.dec.38 alias 309.attentata per iudicem, de appellat. in nou.* & ita in effectu quando appellatio eſt contra certam perſonam videtur reſidere Franch. *in c.51.bona memorię, concl.9.ſub nu.42.de appell.*

Secus ſi appellatio extraiudicialis ſit generalis contra incertas perſonas, quia tunc non requiritur intimatio appellationis, ex quo perſona non eſt certa; & attentata veniunt reuocanda, *Bal.in d.c.bona memoriæ, n.2.verſic.in text ibi ne quis, & aperte Franch.ſub d.numer 42.in fine, & Lancell. tract.de attent. part.2.c.12.de attent.& innou.appellat.pend. ampl.16.princ. num.51. verſic.tertio regulam, tom.5.fol.356.*

Subdeclara II. vt intimatio appellationis poſſit fieri a quocunque ſine vllo mandato, quia ſufficit quod qualitercunque venerit in notitiam appellati, *Bellam.deciſ.59.intimatio.n.2.& 3.Rot.deciſ.18. alias 127.valet intimatio.de appell.in nou. Felyn.in c.24.cum contingat.ſub num.9.concluſ.7.de reſcript.& Achill.Graſſ.deciſ.9. alias 235.appellatio procuratoris, n.3.de appell.fol.108.* & bene & apertius Franch. *in c.vltimo ſi iuſtus, ſub num.44.verſic.ſed dubitatur.de appell.*

Quamuis loquendo de appellatione extra iudicium, contrarium tenuerit Rot. *deciſ.tertia alias 12. nota quod vbi appellatur.in fine.de appell.in antiqu.* volens, quod debeat intimari per procuratorem.

Subdeclara III. vt hæc intimatio appellationis debeat fieri principali, vel eius procuratori, ſpecialiter in illa cauſa conſtituto, *clem.3.cauſam in princ.de elect.&c.* Quare intimatio appellationis, facta procuratori generali,

qui

Digitized by Google

qui nunquã tractauerit nullam cauſam, nec vnquam fuerit in illo iudicio, non iuuat, ac ſi non eſſet facta, ſecus ſi ille procurator generalis tractauit illam cauſam, *Franch. in c. vltim. ſi iuſtus. nu. 45. verſ. item dubitatur. de appell.*

Subdeclara IV. vt intimario ſit facienda perſonaliter, ſi inueniatur is cui eſt facienda, & non abſit, alias ſufficit, intimationem fieri ad domum, vt habetur *in clem. 3. cauſam verſ. quod ſi forſan. de elect. &c.* & refert, & ſequitur Franch. *d. c. vlt. n. 43. verſ. ſed aduerte.* quod ſi domus in remotis exiſtat, tunc debet fieri in eccleſia cathedrali, & alias, *vt in d. clem. cauſam*.

Subdeclara V. vt ſi appellatio ſit interpoſita in abſentia iudicis a quo extra caſus, in quibus iura permittunt, poſſe appellari in eius abſentia; tunc intimatio appellationis nullum opereiur effectum, quia ipſamet appellatio eſt nulla, per ea quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 1. & 6.* & ſublato fundamento, cætera coruunt: & ſic intimatio appellarionis, vt habeat vſum, & effectum deuoluendi, ſeu ſuſpendendi, debet appellatio eſſe valida. Caſus autem, in quibus iura permittunt poſſe appellari in abſentia iudicis, ſunt; quando iudex eſt abſens, ſeu non facit ſui copiam, vel appellans propter iuſtum timorem non audet coram eo appellare, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 9. 18. & ſeqq.* extra hos caſus non licet appellare in abſentia iudicis, & appellando, appellatio eſt nulla, & conſequenter inutilis eſſet intimatio, vt dixi.

Subdeclara VI. conſequenter, vt intimatio appellationis ſit facienda iudici quoties appellatio fuit legitime interpoſita in eius abſentia, & ad eius notitiam non deuenit, iuxta ea quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra num. 30.* ſecus ſi appellatio ſit interpoſita coram eo, ſeu alias ad eius notitiam peruenit, quia tunc fruſtra intimatur ei illud, quod coram eo ſolemniter eſt geſtum; & intimatio non eſt neceſſaria quando iudex de ea aliter eſt conſcius: vide *infra ſub n. 35. reſtric. 1.* Item ſecus ſi non legitime ſit interpoſita in eius abſentia, quia eſſet inutilis per ea, quæ dixi in præcedenti ſubdeclaratione.

Subdeclara VII. ſimiliter, vt parti appellatæ ſit facienda intimatio appellationis quoties appellatio non fuit interpoſita in eius præſentia, ſeu ad eius notitiam non deuenit; ſecus ſi in eius, vel ſui procuratoris, in cauſa ſpecialiter conſtituti, præſentia d. clement. cauſam. de elect. vel aliter ad alterius eorum notitiam deuenerit, vt dixi *infra n. 35. reſtrict. 1.* ſed illa eſt aduertenda differentia, quod appellatio non poteſt interponi in abſentia iudicis, teſtibus ijs, quos ſequutus ſum *ſupra n. 1.* alias eſſet nulla; vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 6.* præterquam in caſibus abſentiæ vel iuſti timoris, vt retuli & ſequutus ſum *ſupra n. 9. &* 18. ſed extra præſentiam partis appellatę poteſt indiſtincte interponi, quia eius præſentia nunquam eſt neceſſaria *Card. Alex. in c. vlt. ſi iuſtus. ſub nu. 12. verſ. ſed nunquid ſi plures. de appell.* etiam ſi præſentia partis commode haberi poſſet, *vt ſcribit ibid. Franc. n. 18. verſ. ſed quæritur primo.* Imò præſentia partis appellatæ non eſt neceſſaria etiãſi eſſet appellatio extraiudicialis a grauamine illato per partem, & pars grauans eſſet certa, quia nihilominus appellatio poteſt interponi coram honeſtis viris ſine eius præſentia, dummodo poſtea ei notificetur, *Franch. eod. cap. vltim. ſi iuſtus. ſub n. 40. quæſt. 14.*

Subdeclara VIII. eandem ſeptimam declarationem, vt intimatio appellationis, facienda parti appellatæ, poſſit conſiderari in duplici caſu, & ſicut vnus caſus eſt diuerſus ab altero, ita etiam intimatio appellationis in vno caſu eſt vnius naturæ, & in altero alterius naturæ.

Primus caſus ſit: quando per appellationem deuoluitur cauſa ad Curiam, vt puta quia ab electione, prouiſione, & ſimilibus appellatur ad Sedem Apoſtolicam: Et in iſto caſu concludo, intimationem eſſe neceſſariam non ſolum ad effectum ſuſpenſiuum, ſed etiam ad effectum, vt cauſa deuoluatur ad Curiam, & eſſe faciendam infra menſem, ſeu poſtea quam cito commode fieri poterit *d. clem. cauſam de elect.* alias notificatio poſt hoc tempus facta non arctat appellatum, nec deuoluit, quia, ſi arctaret, ſequeretur hoc abſurdum quod ſi poſt annum notificaret appellationem, arctaret appellatum, & deuolueret, *Gloſ. penult. in d. clem. cauſam in verbo tempus.* appellatio tamen remanet valida, ſed, vt dixi, non deuoluit ad Curiam, niſi ſit intimata, *vt ſup. Gloſ. in ead. clem. cauſam. in verbo. deuoluta.* Et quod in cauſſis beneficialibus requiratur hæc intimatio, vt deuoluat, ſcribit *Gloſſ. penult. in ead. clem. cauſam. in verbo. tempus ibi. inter alia ergo ſubſtantialia.*

Contra hanc ſubdeclarationem: quod enim debeat intimari decem dies videtur ſentire Lancel. *tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. & nuou. & appellat. pend. limit. 50. princip. ampl. 13. n. 114. tom. 5. fol. 379.*

Confirmatur hæc opinio, quia itineris arreptio, quæ habet vim appellationis, *vt ex Ant. de Butr. Mil. Franch. Lancell. & Grauat. retuli, & ſequutus ſum infra numer.* 41. non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo, niſi ſit intimata eidem iudici infra eoſdem decem dies, *vt ex eiſdem Ant. de Butr. Franch. Mil. & Lancell. retuli, & ſequutus ſum infra n. 42.*

Non diſcedas a ſubdeclaratione, quia habet textum expreſſum.

Ad Lancell. reſpondeo, quod loquitur remiſſiue ad ampl. 15. *n. 47. fol. 356.* vbi non loquitur de intimatione appellationis, ſed de interponenda appellatione infra decem dies; prout eundem retuli *infra n. 38.*

Ad Ant. de Butr. Franc. Mil. & Lancell. reſpondeo quod volunt, itineris arreptionem eſſe intimandam infra eoſdem decem dies ad hoc, vt nullum remaneat tempus procedendi, quin committantur attentata; ſed non negant, quin intimatio poſſit fieri etiam poſtea: ſed quia donec intimatur, poteſt iudex, & pars procedere ſine vitio attentatorum, ideo cautela eſt, vt quanto citius intimetur.

Secundus caſus eſt: quando per appellationem non deuoluitur cauſa ad Curiam eo, quod cauſa iam eſt in Curia, & appellatum eſt a ſententia lata in Curia: & in iſto caſu concludo, intimationem non eſſe neceſſariam, niſi ad effectũ ſuſpenſiuum, vt ſcripſi *ſupra nu. 31.* nam in iſto caſu habent locum ea, quæ ibi retuli, & ſequutus ſum, & intimatio ad iſtum effectum poteſt fieri quandocunque, dummodo fiat pendente caſu appellationis priuſquam ſit deſerta: & ſolet hæc intimatio omitti hic in Curia, quia, cum appellatus vt procedere, debet citare partem, quæ tunc opponit de appellatione, & ſic oritur intimatio, quæ ſuſpendit futura, ſed non impedit facta.

Subdeclara IX. vt in hac intimatione appellationis debeat intimatio oſtendi, & legi appellatio in ſcriptura authentica, ſi intimatio fiat per perſonam priuatam, ſecus ſi fiat per nuntium publicum, quia ei credendum eſt etiam ſine ſcriptura publica, vt refert, & ſequi videtur Franch. *in cap. vlt. ſi iuſtus. n. 49. de appell. vide infra verſ. primus.*

Difficultas oritur: *nunquid ſi iudex, a quo appellamus petat copiam appellationis, quam ei intimamus, teneamur ei eam tradere?*

Videtur prima fronte ſimpliciter dicendum non eſſe tradendam, quia ſufficit, quod intimans oſtendat appellationem, & legat abſque eo, quod aliter mittat copiam. *Franch. in d. c. vlt. ſi iuſtus. n. 48. de appell.* Sed tu diſtingue, vt copia petita ſi tradenda, ſi in appellatione requiritur expreſſio cauſæ, ſecus ſi non requiritur, *Franch. in d. c. vlt. ſi iuſtus. num. 34. q. 12. & in cap. appellatio ſub n. 5. ibi. ſed an requiratur. de appell. in 6.* quem retuli, & ſequutus ſum etiam *ſupra q. 4. n. 38. in fine.* & hoc reſpectu iudicis.

Sed reſpectu partis appellatæ, petentis copiam appellatio-

Digitized by Google

lationis, ſunt diſtinguendi duo caſus:

Primus caſus eſt in cauſa beneficiali, & in appellatione, emiſſa de partibus ad Sedem Apoſtolicam: & iſto caſu concludo, quod in cauſa beneficiali requiritur regulariter intimatio appellationis, nec ſufficit dari copiam, ſed requiritur, quod vel in authentica forma detur copia, vel illi ſcriptura ſub authentica forma confecta legatur, & ſimplex copia dimittatur contra quem appellatur, ſi tamen copiam, authenticam petierit, debet ei ſub forma authentica dari, *clem.3.cauſam de elect.&c. Rot.deciſ.26. alias 168.ſi in cauſa de appel.in nou.& Card.Alex. in c.vlt. ſi iuſtus.in fin.n.22.verſ.in cauſa autem beneficiali.de appel.* & vide ſupra *q.4.n.13.in fin.*& ratio eſt, quia eiuſmodi intimatio habet vim citationis, & deuolutionis cauſæ ad Curiam, *vt dixi ſupra verſ primus*, vel ratio generalis eſt, quia ad hoc, vt conſtet de actu præterito, requiritur fides plena, *Gemin.in c.9.appellatio n.4.de appell.in 6.*

Secundus caſus eſt in appellationibus à ſententijs, latis in Curia, ſeu in appellationibus, quæ cauſam appellationis non deuoluunt ad Curiam, ſed ad ſuum iudicem ordinarium: & in iſto caſu intelligo, vt loquatur Franch. *in d. c. vlt.ſi iniuſtus,q.11.n.33.de appell.* vbi ex doctrina Antonij de Butr.tenet, quod copia non ſit danda, quia inſtrumentum appellationis, cum nondum ſit productum in iudicium, non eſt commune, ſed proprium ipſius appellantis, qui poſſet appellationi renunciare: Secus autem inquit, ſi appellatus fuiſſet citatus ſuper cauſa appellationis: tunc enim non poteſt renunciare appellationi, cum res non ſit integra; & licet inſtrumentum appellationis non ſit productum, tamen videtur, quod debeat produci & dari copia appellato, vt ſic poſſit deliberare.

Vlterius pro complemēto aduerte duo: Primum, quod vtile conſilium eſſe appellato de petitione prædicta facere confici inſtrumentum publicum; ſatis tamen eſſet de hoc per teſtes fidē fieri poſſe, *Gloſſ.Ioannis And.in d.clem. cauſam in verbo.ſi petita,& Franc.in d.c.vlt. q.11.n.33. in fi.de appell.* Secundum quod copia appellationis petita, eſt danda non expenſis petentis, ſed expenſis intimantis, *Gloſſ. in d.clem. cauſam in verbo.porrecto. de elect.&c.* ad quam ſe remittit Franch.*in d.c.vlt.q.12 nu.34. in fine*: ſic enim dicimus de copia libelli quod debet dari ſumptibus actoris, & non rei, vide *ſupra lib.1.c.100.n.10.*

34 Subdeclara X. vt † in appellatione interpoſita in cauſſa beneficiali à procuratore ad Sedem Apoſtolicam requiratur non ſolum intimatio appellationis, facienda parti appellatæ, ſed etiam intimatio mandati procuratorij, *Felyn.in c.24.cum contingat.concluſ.7. ſub n.9.de reſcript. Caputaqu.deciſ.35.appellauerat,num.6.p.1. Put. deciſ.405.in cauſſæ Giennienſi n.2.& 5.lib.3.*& debet eodem modo intimari, *Achil.de Graſſ. deciſ.17. alias 243. in eadem n.1.de appell.* & quod appellatio procuratoris requirat intimationem vna cum mandato, ſcribit idem Achil. *deciſ.9.alias 235.appellatio procuratoris, n.1.eod.tit. de appell.* & quod alias non valeat, niſi appellato fiat fides de mandato ipſius procuratoris, copioſè ante hoc ſcripſit Bellam.*deciſ.58.intimatio. n.1.*

Ratio huius ſubdeclarationis eſt, quia, cum ſine mandato appellari non poſſit, mandatum videtur eſſe pars appellationis, *Bellam.d.deciſ.58.n.2.Caputaq.et Felyn.vbi ſupra*. Sed intimare in hac parte, non eſt, niſi edere, hoc eſt, ad notitiam deducere: editio autem in totum facienda eſt: Ergo, cum mandatum ſit pars appellationis, ſequitur, quod ſicut debet intimari appellatio, ita etiam debeat intimari mandatum, *Bellam.vbi ſupra.*

Contrariam opinionem (quod enim appellatio ſit valida, licet mandatum procuratoris non fuerit intimatum; dummodo verè eſſet procurator, & præſumptiuè conſtaret de eius mandato) refert, & ſequi videtur ex Rot. quam citat Lancel. *tract.de attent. p.2.c.12. de attent. & innou. appel.pend.limit.50.princ.n.27.& ſeqq.fol.378.*

Oppono ſimiliter contra rationem ipſius ſubdeclarationis, quia ſuperueniens productio boni mandati validat appellationem, vt retuli *q.præced.ſub n.27.verſ.primo.* & ſimiliter ſententia lata, cum aſſerto procuratore, validatur, ſi de mandato conſtet poſt ſententiam, vt retuli *d. q.præced. ſub nu.27. verſ.comprobatur ſecundo.* Ego ſufficiens mandatum non eſt pars neceſſaria appellationis, & conſequenter non eſt verum, quod ſit intimandum vti pars appellationis.

Non recedo à ſubdeclaratione.

Ad Rotæ deciſionem, quam citat, & ſequitur Lancel. *vbi ſupra*, reſpondeo, quod illa deciſio ſubiacet cenſuræ huius decimæ ſubdeclarationis, & ideo aliquid diuerſum eſt in ea preſupponendum, puta, quod adeo præſumptiuè conſtaret de eius mandato, vt Rota ex iuridica æquitate potuerit moueri ad iudicandum, quod non eſſet neceſſaria alia intimatio mandati.

Oppoſitioni, adductæ contra rationem ſubdeclarationis, reſpondet Lancel. *d.limit.50.princ. ſub nu.23.fol.378.* quod illa procedunt in proceſſu, ex cuius validitate non infertur pœna, quia tunc materia reputatur fauorabilis pro validitate, & ideo ſuperueniens productio boni mandati validat illum proceſſum: ſecus eſt, inquit, in appellatione, quia tunc, cum ex eius validitate poſſint venire pęnæ attentatorum, videlicet, refectionis expenſarum, reſtitutionis fructuum, & ſimiles, materia reputata eſt odioſa, & ideo ſuperueniens productio boni mandati non validat appellationem.

Hæc Lancellotti reſponſio, & ſi tranſire poſſit, tamen in prima parte non poteſt admitti indiſtinctè: licet enim agatur ſolum de validitate proceſſus ſine pęna; tamen adhuc eſt diſtinguendum; vt ſuperueniens productio boni mandati validet proceſſum, ſi non fuerit antea oppoſitum, neminem audiri, niſi docto de legitimo mandato; ſecus ſi fuerit oppoſitum, quia tunc non validaret, Rot. coram R.P.D.Litta dicta die 13.Maij 1594. in vna Imolen. bonorum, & faciunt quę in alijs terminis retuli, & ſequutus ſum *lib.præced.c.2. n.406.*

Intellige I. nunc eandem decimam ſubdeclarationem, vt intimatio mandati procuratoris appellantis, facienda appellato, ſit indiſtinctè neceſſaria in appellatione extraiudiciali, puta, ab electione, poſtulatione, ſeu prouiſione, vt diſponit *clem.3.cauſſam.de elect.&c.*

Sed in appellatione iudiciali diſtingue, vt intimatio ſit neceſſaria, quando is, qui appellat, non prius docuerit de ſuo mandato; Secus eſt, quando is, qui appellat, iam prius in proceſſu docuit de ſuo mandato ad lites, quia tunc non eſt aliter intimandum mandatum, cum appellato iam per prius ſit notum: & ita ſeruatur ſine difficultate.

Intellige II. vt intimatio mandati procuratorij poſſit fieri à quocunque ſine vllo mandato, quia ſi ſufficit, quod appellatio venerit qualitercunque in notitiam appellati, *Bellam.Rot.Franch.Felyn. & Achil.de Graſſ. quos retuli, et ſequutus ſum ſupra nu.præced.verſ.ſubdeclara ſecundo.* Ergo idem dicendum eſt de mandato, quod eſt pars appellationis.

Intellige III. vt ſi principaliſmet infra legitima tempora ad appellandum intimet appellato appellationem interpoſitam à ſuo procuratore, tunc non erit neceſſaria intimatio mandati procuratoris, quia, intimando principalis infra legitima tempora ad appellandum, dicitur eam ratificare: Secus eſt, ſi intimet poſt lapſum tempus appellandi, quia tunc requiritur etiam intimatio mandati procuratoris, qui appellauit, *Bellam.deciſ.58.intimatio. n.4* ad effectum videndi, ſi erat procurator.

Intellige IV. vt ſi tenor mandati procuratorij ſit inſertus in inſtrumento appellationis per eundem notarium, qui receperit eiuſdem mandati, & appellationis inſtru-

Digitized by Google

menta, tunc non ſit neceſſaria alia intimatio mandati procuratoris, *Bellam.dict.deciſ.50.ſub num.4.ibi,ſecundo caſu principali, & Felyn.in cap.24.cum contingat.ſub n.9. concluſ.7.verſ.limita niſi de reſcrip.*

35 Reſtringe I. nunc; & explicando eandem ſeptimam principalem declarationem, poſitam *ſupra n.*30 dum dixi, appellationem eſſe intimandam; vt non requiratur hæc intimatio, quando pars, & iudex iam aliter eſſent conſcij de appellatione: ſufficit enim, quod venerit qualitercunque ad eorum notitiam, *Franch.in c.vlt ſi iuſtus. n.46.verſ.vlterius dubitatur. de appell.& Lancell. tract.de attent.par.2.cap.12. de attent. & innou.appell.pend. ampl. 15.princ.n.28.& 29.tom.5.fol.*355.

36 Reſtringe II. vt † iſta notificatio,ſeu intimatio,facienda iudici, non ſit neceſſaria, quando propter iuſtum timorem non appellat coram iudice iuxta primam declarationem, quam poſui *ſupra n.8.& 9.* quia tunc metus excuſat,ne teneatur appellare coram eo, ita etiam debet excuſare,ne teneatur ei intimare appellationem, quia militat eadem ratio metus; & in ſimili videmus, quod citatio ad videndum iurare, ſeu examinari teſtes, quæ eſt neceſſaria, poteſt omitti, ſi ſint examinandi contra formidabilem, & tyrannum, *vt retuli, & ſequutus ſum lib. praced.c.8.n.90.& ſeqq.* Ergo ſi iudex,cui intimari debet appellatio,ſi potens, & terribilis,debet poſſe omitti intimatio.

Confirmatur hæc reſtrictio, quia neceſſitas intimandi appellationem ceſſat, ſi per eum, cui debet intimari, ſtet quo minus intimetur, vt retuli & ſequutus ſum *in ſeq.reſtrict.* ſed quando quis non audet appellare coram iudice propter iuſtum metum iudicis, dicitur ſtare per iudicem quominus coram eo appelletur, & conſequenter quominus habeat notitiam appellationis. Ergo appellans vlterius non arctatur ad intimationem faciendam.

Reſtringe III. vt intimatio appellationis,ſeu ſententiæ non ſit neceſſaria, ſi iudex, vel pars,dum qui ſe præparat ad intimandum nolunt audire, quia eis imputatur, ex quo non ſtetit per denuntiãtem, *Franch.in c.vlt.ſi iuſtus. nu.47. verſ.quid autem ſi quis.de appell. & Lancel.tract de attent.part.2.c.13.de attent.& innou.appel.pend.ampl.15. princ.n.40.verſ.ſecundo ſublimita.tom.5.fol.*356.

37 Declara VIII.principaliter, † vt talis appellatio interponenda coram iudice ad quem, debeat interponi ſimiliter infra decem dies, *Io.Ferrar.tract.de appell.lib.2. cap. 3.n.131.to.5.fol.*68.dummodo ſit facultas adeundi eum, vt diſtinctius loquitur Mynſing. *in ſing. obſeruat. cent.2. obſeru 2.*

38 Declara IX.principaliter,† vt;ſi non poſſit haberi copia iudicis a quo,neque iudicis ad quem,& ideo ſit appellandum coram honeſtis perſonis; debeat appellatio ſimiliter interponi congruo tempore, ideſt infra illos decem dies, intra quos debuiſſet appellari coram iudice, quia licet non poſſit haberi copia iudicis a quo, neque iudicis ad quem, tamen tempus currit,& nõ ſufficit proteſtari,ſed debet appellari infra decem dies coram honeſtis viris, & hoc eſſe non de conſilio, ſed requiri in puncto iuris,teſtatur Franch.*in cap.vlt.ſi iuſtus,q.10.num.32. verſ. ad opiniones tamen. de appell.* & quod ad hoc, vt talis appellatio, facta coram honeſtis viris operetur ſuos effectus, & per conſequens effectum attentatorum, debeat eſſe interpoſita infra decẽ dies, ſcribit Lancel. *tract. de attent.part.2.c.12 de attent.& innou.appell. pend.ampl. 15 princ.n.47.verſ.primo vt talis.fol.* 356.&, quod ita vſus obtineat,teſtatur Mynſing. *in ſing.obſeruat.cent.2.obſeru. 2.ſub n.* 3. & ad tenendum quod debeat appellari infra decẽ dies adduco: hac etiam ratione, quia ſubrogatũ loco appellationis debet exerceri intra tẽpus,quo licet appellare, *Ant.de But.in d.c.vlt.ſi iuſtus.not.2.n.3.de appel.*

Contra iſtam declarationem: quod enim in caſu, quo non potuerit haberi copia iudicis ad quem,poſſit appellari poſt lapſos decem dies: videtur ſentire Spec. *tit. de appell.§.reſtat.ſub nu.1.verſ.nunquid.lib.2.fol.189.& Bar. in l.1.§.dies.in princ.& n.4.ff.quan.appell.ſit.*dum ſcribunt, quod tempus appellationis interponendæ eſt vtile quoad initium, & quod ipſo iure non currit quando ſtat per iudicem, ſed tamen conſulunt, quod proteſtetur, & interponatur appellatio coram honeſtis perſonis: Et ſic ſecundum Spec. & Bar. non eſt de neceſſitate, quod appelletur coram honeſtis perſonis, ſed de conſilio, & idem Lancell.*d.c.12.limit.50.princ.num.172.& ſeqq.limit.8.fol.* 380.dum *n.37.verſ.ſecunda cauſa.fol.*378. ponit regulam eſſe appellandum infra decem dies, & deinde *ſub n.127. & 128.& ſeqq.*ponit limitationes,& *d.n.172.& ſeqq.*ponit octauam limitationem, vt regula prædicta procedat quando appellanti fuit facultas adeundi iudicem, qui tulit ſententiam, vel iudicem ad quem,ſecus, inquit,ſi appellans non habuiſſet hanc facultatem, & pro hac contraria opin.poteris videre quæ adducit, ſed non ſequitur Franch.*d.q.10.n.31.*

39 Retenta † declaratione.

Reſtringe eam vt non procedat,quando propter metum non potuiſſet appellari coram honeſtis viris, quia tunc abſque dubio non currit tempus decem dierum appellandum, *Franch. in d.c.vlt.ſi iuſtus.q.10.n.32. in fin.de appell.*

40 Declara X. principaliter † vt de conſuetudine appellatio ſatis dicatur interpoſita coram iudice a quo etiam ſi in officio notarij in abſentia iudicis ſit data ſchedula appellationis notario cauſæ, qui poſtea infra legitima tempora illam legere debet iudici,&,dum eam legit,non eſt neceſſaria præſentia partis appellantis, & ita in praxi vidi ſeruari,ſed poteſt appellans ſi vult,eſſe præſens,& iudex audita appellatione, aut tacet, aut interloquitur ſuper admiſſione,vel non admiſſione appellationis,de qua admiſſione, & non admiſſione ſeparatim egimus *infra quæſt.13.art.2.*

Declara XI.principaliter, vt non procedat de ſtylo in appellationibus de partib. ad Auditorem Cameræ, quia licet appellatio non interponatur coram iudice a quo, tamen Auditor Cameræ procedit in ea,*vt dixi ſupra q.3. n.12.*

41 Declara XII.principaliter † reſtringendo eandem cõcluſionem, vt non procedat quando poſt litem motam grauatus arripit iter, ſeu mittit nuncium ad Papam, ſeu eius Curiam propter grauamen, quia talis itineris arreptio ſeu nuntij miſſio habet vim appellationis, vt declarant Ant.de Butr. *in cap.59. vt debitus.ſub n.15.ibi,quandoque iter arripit cauſſa cœpta.de appel. Mil. in repert. in verb.appellationis vim obtinet.* & de communi * opin.teſtatur Franch. *in d.cap.vt debitus. ſub n.33.verſ.ſecndo caſu.*& ex eo refert,& ſequitur ampliãdo eam Lancel.*tract. de attent.p.2.c.12.de attent.& innou.appell.pend.ampl.16. ſub n.3.verſ.regula.to.5.fol.*356. & quod itineris arreptio ad Papam vim habeat appellationis nedum de iure põtificio,ſed etiã de iure Cæſareo, refert, & ſequitur Grauat. *in annot.ad prax.Veſtr.lib.7.c.vlt.ſub n.27.*& ſic non eſt neceſſe,quod appellatio interponatur coram iudice a quo.

Ratio huius declarationis eſt, quia plus eſt aliquid facere facto,quam verbo. *Rot.deciſ.54.alias 385.ſi appelletur.n.1.de appel.in nou.Franch.in c.52.dilecti.n.1.& Card. Alex.n.4.de appell.*

Contra hanc declarationem: quod enim ſola arreptio itineris ad Papam abſq;appellatione, vel ſola miſſio nuncij ad Papam non habeantur pro appellatione, cum ſit neceſſarium, quod ſpecifice, & expreſſe interponatur appellatio: ſcribit idem Franch, *eod.cap.vt debitus n.1. in fin.not.3.*

42 Retenta † declaratione,

Exten-

Digitized by Google

Extende eam, vt non ſolum habeat vim appellationis, ſed releuet etiam ab onere petendi Apoſtolos, vt ex Innoc.refert,& ſequitur Anch.*in c.6.ab eod.num.3.not.4.de appell.in 6.* licet ipſe prius adducat ſuam opinionem in contrarium.

Subdeclara I. reſtringendo eandem declarationem, & extenſionem vt ita demum arreptio itineris habeat vim appellationis, & ſuſpendat iuriſdictionem iudicis a quo, ſi ſequuta fuerit infra decem dies a die illati grauaminis; & fuerit intimata iudici,vel parti, *Anton.de Butr. d.c.vt debitus,ſub num.15. & Franch. ſub num.33. verſ.alij vero tenet.de appell. & Mil. in repert. in verb.appellationis vim obtinet.il 2.Lancel.d.c.12.ampl.16.nu.15. & 17.fol.356.& Contar.in l.vnica,lim.25. n.18.et 19 C.ſi de momen.poſſ.* Et quod hæc duo copulatiue coniuncta habeant vim appellationis; videlicet; primum, quod quis proteſtetur parti expreſſe,ne aliquid noui faciat: ſecundum,quod arripiat iter ad ſuperiorem,alias ſola arreptio itineris vim appellationis non habeat, ſcribit Iaſ. *in l.de pupillo,§.ſi quis ipſi prætori.verſus finem,ſub nu.21.ff.de oper.nou.nunciat.* quia neceſſe eſt,vt obſeruentur illa, quæ debent obſeruari in appellatione in quantum poſſunt,*Ant.de Butr.ſub d.n.15. ibi,neceſſe tamen eſt.Nat.conſ.606. approb.ſub n.1.lib.3.& Lancel. d.ampl.16.n.17.*

43 Subdeclara II. vt ſi itineris arreptio fiat ante cœptam cauſſam,tunc non habet vim appellationis, ſed tamen, ſi ſit facta ex legitima cauſſa, ſuſpendit iuriſdictionem iudicis inferioris, *Ant.de Butr. d.c.vt debitus,ſub nu.15.ibi dic concludendo.*

44 Aduerte primo circa iſtam ſecundam ſubdeclarationem, quia iſta itineris arreptio ex legitima cauſſa facta tuetur eum,qui vadit,& non eum,qui mittit, *Franch. d.c. vt debitus ſub n.32.verſ.in gloſſ.4.*& ratio eſt,quia itineris arreptio,quæ fit ad Papam ante cęptam cauſſam,ſuſpendit iuriſdictionem inferioris,ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus,non ex eo,quod habeat vim appellationis, quia non habet,quando cauſſa non eſt cępta, ſed ſuſpendit, & tuetur itinerantem propter *c.vnicum,de peregr.Mil.in repert.in verb.appellationis vim obtinet.il 2.& Card.Alex.in c.52.dilecti, n.8.limit.3. de appell.*

Aduerte ſecundo,quod præfatum priuilegium, datum itineranti ad Curiam Papæ, vt interim non poſſit in patria conueniri, non habet locum, quando iter arripit, poſtquam fuerit citatus,vel habuerit notitiam litterarum quas aduerſarius impetrauit a Papa,*c.9.meminimus,& c.15.ſuggeſtum,et vtrobique Canoniſtæ,de appell.* niſi iter arriperet grauatus, quia tunc illa itineri arreptio haberet vim appellationis, *vt dixi ſupra nu.41.* Sed ſi iter arripiat antequam ſit citatus,vel priuſquam habuerit notitiam literarum,tunc habet pręfatum priuilegium,ne poſſit conueniri in patria,*d.c.meminimus,in fi.* dummodo abſit dolus,& malitia, quia, ſi doloſe iter arriperet, adhuc non competeret priuilegium,vide Card.Alex.*d.c.meminimus, n.2.& latius Dec.not.3.n.9.& ſeqq.*

Dixi in hac quæſtione appellationem eſſe interponendam coram iudice a quo, ſequitur, vt videamus quo ordine ſit appellandum.

QVÆSTIO VII.

ARGVMENTVM.

Appellatio debet fieri ad ſuperiorem, non omiſſo medio.

SVMMARIA.

Appellatio debet fieri ad ſuperiorem gradatim, & hæc eſt concluſio,n.1.— Declaratur primo hæc concluſio,qui dicatur ſuperior gradatim, nu.3.— Declaratur ſecundo,vt appellatio, ſimpliciter interpoſita,dicatur gradatim interpoſita,nu.4.5. et ſeqq.— Extenditur hæc ſecunda declaratio maxime quando exſtat certus iudex appell. n.9. — Exemplum in appellatione interpoſita in foro Capitolino, num.10.— Aliud exemplum in appellatione eius, qui non recognoſcit ſuperiorem, niſi Papam,numero 11.— Declaratur tertio,gradatim appellatum dici,quando eſt appellatum ad iudicem competentem, nu.12. — Procedit hæc declaratio, tam de iure ciuili, quam de iure canonico, numero 13. — Declaratur quarto, vt gradatim dicatur appellatum, etiamſi a ſæculari, & Eccleſiaſtico condelegatis ſit appellatum ad ſuperiorem condelegati ſæcularis, & ad quemcunque alium competentem, numero 14.

¶ *Ampliatur I. concluſio,vt non ſolum de iure ciuili,ſed etiam de iure canonico ſit appellandum gradatim, n.15.*

Ampliatur II. vt appellatio interpoſita non gradatim, ſit nulla, num.16.— Subampliatur etiam parte non opponente,numero 17.— Et hoc eſt verum ſecundum leges, numer. 20. — Secus ſecundum canones eodem nu.20.iunctis num.18.et 19. — Reſtringitur primo ſubampliatio, vt non procedat in appellatione ad Papam, num.21. — Extenditur reſtrictio, vt procedat etiam parte opponente, ſed tunc Papa eam remittit ad iudicem ſuum, num 22.— Illamque remittit etiam poſt lapſa tempora ad appellandum, num.23. — Debet tamen appellans impetrare commiſſionem cauſſæ infra legitima tempora, numero 24.— Reſtringitur ſecundo, vt non procedat quando eſt appellatum per errorem omiſſo medio, numero 25. — Reſtringitur tertio, vt non procedat de iure canonico, numero 26. — Reſtringitur quarto, vt appellans poſſit intra legitima tempora variare appellationem, numero 27. — Etiam ſi ſuperior, ad quem eſſet appellatum omiſſo medio, inhibuiſſet, numero 28. — Hoc procedit, ſi ad hunc ſuperiorem, qui inhibuit, non potuerit appellari omiſſo medio,num.29.

Ampliatur III. vt neque ad Imperatorem poſſit appellari omiſſo medio,num.30.— Reſtringitur hęc ampliatio in multis caſibus in Camera Imperiali, n.31.

Ampliatur IV. vt etiam Papa in Curia ſolitus ſit obſeruare regulam de non appellando ad ſuperiorem,omiſſo medio, numero 32.

Ampliatur V. vt Baro prohibere ſolitus ſit Vaſallis, ne in derogationem ſuæ iuriſdictionis vadant ad Curiam Regiam,nu. 33. — Hinc domini temporales ſumunt anſam prohibendi vaſallis, vt deſiſtant proſequi litem in Curia Romana, &c. num.34.— Quod poteſt intelligi in cauſſis prophanis, et quomodo,num.35.

¶ *Limitatur I.eadem concluſio,vt non habeat locum in appellatione a delegato vniuerſitatis cauſſarum, quia appellatur omiſſo medio, n.36.*

Limitatur II. quando ſuperior proximus eſſet inhabilis,numero 37. — Exemplificatur hæc limitatio in excommunicato, nu. 38.— In hæretico, num. 39.— In mortuo, num.40. — In ſuſpecto,num.41.— In ſuſpecto, qui delegauit, num.42.— Declaratur vt appellatio deuoluatur ad ſuperiorem gradatim proximum,num.44.

Limitatur III. quando iudex mediatus denegat iuſtitiam, vel ſua ſponte cauſſam remittit ad ſuum ſuperiorem,num.43.— Declaratur, vt appellatio deuoluatur ad ſuperiorem proximum gradatim, n.44.

Limitatur IV. in appellationem ad Papam,num 46. — Sed eſt in electione appellantis, & non appellati, ibid. — Infertur primo a ſententia Vicarij, &c. poſſe appellari ad Papam, numero 50.— Infertur ſecundo, a delegato Legati poſſe appellari ad Papam, numero 51. — Extenditur primo limitatio, etiamſi appellatur a grauamine, extraiudicialiter illato a iudice ad inſtantiam partis, ſecus ſi eſſet illatum tanquam a parte, numero 52.— Et coram quo iudice ſit agendum, numero 53.— Extenditur ſecundo, etiamſi appellatio interponeretur a ſententia, lata in Ciuitate, cuius

ſtatutis appelationes eſſent cognoſcendæ in illa Ciuitate, &c.n.54.— Extenditur tertio, vt ſi appellatione interpoſita ad Papam, proceſſerit Metropolitanus ordinarius, proceſſus ſit nullus, & attentatus, nu.55.— Extenditur quarto, vt in terris, quæ ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ procedat etiamſi appellaretur a ſententia iudicis ſecularis, nu.56.— Extenditur quinto, vt cauſſa, quæ de ſui natura non eſt cognoſcenda in Curia, veniat cognoſcenda, ſi appellans iuraret, quod non ſperat iuſtitiam in partibus, num. 57.— Declaratur primo eadem quarta limitatio, vt cauſa deuoluta ad Papam cognoſcatur ab eius delegatis, num.58.— Declaratur ſecundo, vt appellatione interpoſita ad Papam, ſint ligata manus inferiorum, num.59.— Subdeclaratur, vt Legatus de latere poſſit ſe intromittere, partibus conſentientibus, &c, num.60.— Extenditur, vt partibus conſentientibus, poſſit cognoſcere de cauſa appellationis, quam, &c.num.61.— Declaratur tertio, vt poſſit, omiſſo medio, appellari etiam ſcienter, num.62.— Sublimitatur primo eadem quarta limitatio, vt non procedat in appellatione a ſententia, lata a ſubdelegato Papæ, &c.num.63.— Delegatus enim Papæ gerit perſonam Papæ, num.64.— Reſtringitur primo hæc ſublimitatio, vt non procedat quando appellatus non exciperet, quia proceſſus factus coram Papa teneret, n.65.— Extenditur hæc reſtrictio, vt, ſi ſubdelegatus detulerit appellationi, interpoſitæ ad Papam, non poſſit cauſſam ad ſe reuocare, nu.66.— Subextenditur, vt procedat eo ipſo, quod ſubdelegatus detulit appellationi, &c.num.67.— Reſtringitur ſecundo, vt non procedat, quando ſubdelegatus, cui non in totum delegatus delegauerit fuerit interlocutus, reijciendo, &c.num.68.— Reſtringitur tertio quando appellatur a ſubdelegato delegati inferioris, quia poſſet appellari ad Papam omiſſo medio, num. 69.— Reſtringitur quarto, vt non procedat in Curia Romana, num.70.— Declaratur an hæc reſtrictio ſit vera, num.71.— Reſtringitur quinto, quando Papa delegaſſet appellatione remota, num. 72.— De opin.communi in contrarium, ibidem.— Hæc communis contraria extenditur etiamſi cauſſa non eſſet commiſſa, appellatione remota, num.73.— Sublimitatur ſecundo eadem quarta limitatio, vt non procedat extra Statum Eccleſiaſticum in temporalibus, quia Papa non admittit appellationes, niſi iuſtitia non adminiſtrata, num.74.— Infertur ex iſta ſublimitatione prohibitio, quam Barones extra Statuum Eccleſiaſticum faciunt ſui Vaſalli, num.75.— Extenditur hæc ſecunda limitatio, vt procedat etiam in Ciuitate Parmæ, in Regno Neap. & Regno Apuliæ, &c.num. 76.77.— Declaratur primo eadem ſublimitatio quando dicatur iuſtitia non adminiſtrata, num. 78.— Declaratur ſecunda, vt procedat quanda variatur quæſtio, &c. num.79.— Declaratur tertio, vt Papa potius adiuuet Barones aduerſus duritiem vaſallorum, quam aduocet ad ſe cauſſas, num.80.— Subdeclarantur iſta declarationes, vt ſeruentur in cauſſis arduis, num.81.— Sublimitatur tertio in cauſſis, quæ cognoſcuntur hic in Curia, &c.numer. 82.— Sublimitatur quarto, vt nihilominus Papa, appellato inſtante, remittat cauſſam ad iudicem ſuum, num.83.— Declaratur primo hæc ſublimitatio, vt non procedat quando rationabilis cauſſa dictaret, vt Papa, ſeu alia Curia ſuprema non remitteret, num. 84.— Subdeclaratur quid ſeruetur in Regno Franciæ, num.85.— Et ibi non datur reclamatio, nu. 86.— Declaratur ſecundo, cuius expenſis remittatur cauſſa in Regno Franciæ, n.87.

Limitatur V. quando appellatur a iudice, habente iuriſdictionem a perſonæ eccleſiaſtica, num.88.— Sublimitatur, vt procedat in habente iuriſdictionem ſpiritualem, vel temporalem, n.89.— Infertur praxis Auditoris Cameræ, admittentis appellationes, omiſſis medijs, n.90.— Extenditur illatio, vt Signatura non reſcribat contra iſtam praxim, niſi ageretur de re parua. n.91.

Limitatur VI. vt non procedat de iure canonico, n.92.

Limitatur VII. quando exſtaret conſuetudo appellandi, omiſſo medio num.93.— Extenditur prima hæc limitatio, quanda exſtaret præſcriptio, num.94.— Extenditur ſecundo quando exſtaret priuilegium, n.95.

Limitatur VIII. quando per errorem omittitur mediatus iudex, n.96.— Extenditur primo etiamſi appelletur ad inferiorem Imperatore, n.97.— Extenditur ſecundo, vt appellatio teneat etiam ſi ſit interpoſita ad æqualem illi, ad quem erat interponenda, ibidem, verſiculo extende ſecundo.— Quæ ſit vtilitas huius limitationis, & extenſionis, n.98.

Limitatur IX. in Regno Neap. num.99.— Sublimitatur primo, vt Magna Curia remittat ad iudicem mediatum, nu.100.— Sublimitatur ſecundo quando exſtaret iudex ſecundarum cauſſarum, &c.n.101.

Limitatur X. in ſcholari, qui poteſt, omiſſo medio, appellare ad Imperatorem, n.102.

Limitatur XI. in Legato Papæ, quia ad eum poteſt appellari, omiſſo medio, n.103.

Limitatur XII. in Patriarcha Conſtantinopolitano, & Alexandrino, n.104.

Limitatur XIII. quando pars appellata non opponit, numero 105

Limitatur XIV. quando concurrunt ſimul iuriſdictio mediata, & immediata, n.106.

Limitatur XV. quando Epiſcopus litigaret cum ſubdito, n.107. — Et quando iſto caſu non ſunt eligendi arbitri, n.108.

Limitatur XVI. quanda appellatur a ſententia arbitrorum, electorum propter ſuſpicionem iudicis, n.109.— Declaratur, vt procedat quando iudex erat delegatus Papæ vel erat ordinarius, a quo appellatur ad Papam. n.110.

Limitatur XVII. quando ſuperior proximus, ſit abſens, &c.nu. 111.

Limitatur XVIII. quando vocat Imperium, n.112.

Limitatur XIX. in viduis, & pupillis, alijſque miſerabilibus perſonis, n.113.— Ampliatur, vt hæ perſonæ poſſint etiam in prima inſtantia adire Principem, omiſſo mediato ordinario, n.114.— Subampliatur primo hæc ampliatio, vt vidua, & pupilli nequeant renuntiare eiuſmodi limitationi, n.115.— Subampliatur ſecundo, vt habeat locum in muliere habente maritum inutilem, nu.116.— Subampliatur tertio etiam in vidua diuite, num.117.— Subampliatur quarto etiamſi pupillus efficeretur maior poſt litem cœptam, n.118.— Extenditur hæc ſubampliatio etiam in vidua, quæ cauſſa cœpta, nuberet. nu.119.— Subampliatia quinto etiamſi vidua cœperit iudicium coram ordinario, quia poterit petere, ſe remitti ad Principem, num.120.— Extenditur hæc ſubampliatur, vt e conuerſo poſſit vidua declinare iudicium coram principe, n. 121.— Subampliatur ſexto, vt litis conſortes gaudeant priuilegio viduali num. 112.— Reſtringitur hæc ſubampliatio, vt non procedat, quando iudicium eſt cœptum, num.123.— Subampliatur ſeptimo, vt procedat non ſolum in pupillis legitimis, ſed etiam in naturalibus legitimatis, num.124.— Subampliatur octauo, etiamſi Ciuitates haberent priuilegium, vt omnes cauſſa in prima inſtantia cognoſceretur ab ordinario, num.125.— Subampliatur nono etiamſi vidua ſit mediate ſubiecta principi, numero 126.— Extenduntur iſtæ ſubampliationes etiam in ſecunda inſtantia, num. 127.— Reſtringitur primo eadem limitatio, vt non habeat locum inter ipſos priuilegiatos, numer.128.— Declaratur hæc reſtrictio, vt non procedat quando vnus ex priuilegiatis eſt inops, & alter eſt diues, num.129.— Reſtringitur ſecundo, vt non procedat in Eccleſijs, monialibus, alijſque vniuerſitatibus, &c.num.130.— Reſtringitur tertio in vidua inhoneſta, n.131.— Reſtringitur quarto in cauſſa criminali. numer. 132.— Reſtringitur quinto, ſi ſint hæredes, & cauſſa [illegible] inchoata cum eo, cuius ſunt hæredes. num.133.— Reſtrin[illegible] ſexto in obligatione formæ Cameræ, num.134.— Reſtr[illegible] ſeptimo in pupillis ſpurijs, nu.135.— Reſtringitur [illegible] conſuetudine Cameræ imperialis, nu.136.— Declar[illegible] mo hæc decimanona limitatio, vt ſit vera reſpe[illegible]

locum,& non reſpectu fori ad forum,&c.n.937.— Declaratur ſecundo,quæ dicatur perſona miſerabilis, comprehenſa in hac limitatione, num.138.
Sublimitantur adducta limitationes , vt non procedant quoad illum ſuperiorem , qui non habet gradum cum iudice a quo. num.139.
Iuriſdictiones non debet confundi, nu.2.
Electa an cenſeatur via iuris ſpecialis , an vero iuris communis,num.5.
Prorogare iuriſdictionem poſſunt partes,&c.n.19.
Curiæ Romanæ ſtylus defenditur,nu.47.& ſeqq.
Io.Pet.de Ferrarys Papienſis reprehenditur,nu.48.
Eccleſia eſt cultrix,& auctrix iuſtitiæ, n.49.
Appellatio an,& quando Ciuitatis ſtatuto tolli poſſit, ſub n.54. verſ.pro intelligentia .
Ius canonicum ſeruari debet in Ciuitate Parmæ , Ferrariæ, & ſimilibus, quæ ſunt de iuriſdictione temporalis Eccleſiæ , num.77.

1 APpellatio , quæ eſt prouocatio de minori ad maiorem iudicem, vt dixi ſupra q.2.debet fieri gradatim, non omiſſo medio,l.21.Imperatores, ff.de appellat. & relat.Imperatores reſcripſerunt , appellationes , quæ retro ad Principem facta ſunt,omiſſis his,ad quos debuerunt fieri , ex vno ordine ad Præſides remitti,&c. Gloſſ.2.in c.66.dilecti,q 3. & ibidem Abb.num.6.& Dec. num.10. verſ.in gloſſ. de appell.Gloſ.1.in c.1.verſ.ad quem 2.quæſt.6.Guid.de Suzar. tract.de ord.iudic.titul ad quem appellatur.num.118.tom.3. p.1.fol.38. Archid.in c.7.ſi delegatus,verſus finem,ſub n.4. ibi,& ratio eſt quia gradatim,de off.& pot.iudic.deleg.in 6. Biſig.deciſ.21.an ſubſequutores, n.4.de appell. Io.de Anan. conſ.2. Soc.in reg.23.et conſ.39.capio primum, nu.22.verſ. ſecundum,libro 4.Felyn.in c.27.ſuper quæſtionum, §.porro, verſ.appellari,n.14.de off.& pot.iud.deleg.Afflict.in conſt. cum noua.notab.4.nu.6.lib.1. Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2. prin.in verb.et quandoq; appellatur,q.5.nu.368.fol.511.Io. Ferrar.tract.de app.li.2.c.5.ſub n.138.to.5.fol.69.Mynſing. in ſing.obſeru cent.1.obſer.67.et cent.2.obſer.4.n.2. Rebuff. tract.de appel.art.2.gl.vna,n.9.to.3.fol.487.et tract.de priuil.ſchol.priuil.164.n.1.to.18.fol.60.Horat.Lut.eod.trac.priuil.73.fol.83.Gail.in prac.obſer.lib.1.obſer.119.n.2.et tract. de pac.publ.lib.1.c.13.ſub n.15.Carauit.ſuper ritu 265.n.37. Spec.tit.de appel.§.nunc tractemus,in prin.lib.2.fol.188.vbi exemplificat,& Andr.de Iſern.in conſt.officiorum,lib.61.et ſeqq.fol.83.col.1.lib.1. dicens a ſententia Baiuli appellari ad Baronem,et ib.Afflict.ſub n.13.fol.170.& quod de iure ciuili non poſſit appellari , omiſſis medijs etiamſi appellaretur ad Imperatorem, notat Ang.Aret. in d.l.Imperatores,n.1.ff.de appell.et relat.& quod hæc concluſio ſit vera de iure ciuili,ſcribit Nicel.tract.de concord.gloſſ.concord.6. fall.39.n.81.to.18.fol.194. & ſatis probatur etiam ex his , quæ ſcripſi infra n.7.& n.13. & hæc concluſio ſeruatur in foro Capitolino,quia in eo ſeruatur ius ciuile , Luc.Pet. in pract.Capit.lib.5.c.1.ſub n.16. verſ.addo.

2 Ratio eſt , quia iuriſdictiones non debent confundi l. nemo,et ibi gloſ.in verb.auxilium,C.de iuriſd.omn.iud.Guid. Pap.deciſ.436.cum materia n.3.Nat.conſ.82.in cauſſa,n.4. & conſ.271.concurro.n.2.& l.2 Gail.d.obſer.119.ſub n.2.et pulchre Rol.a Vall.conſ 48.magnificus,n.29.et ſeqq.lib.2.& non debet vaſallus venire ad principem per ſaltum pro conſequẽda iuſtitia, Pariſ.de Put.tract.de ſyndic.in rub.de exceſſib.baronũ erga ſubd.in verb.an baro,n.4.to 7.fol.231.

3 Declara I. hanc concluſionem, vt gradatim non omiſſo medio dicatur appellari , quando appellatur ad eum , qui eſt ſuperior,& proximior iudici,qui tulit ſententiam, Azo in ſumm.C.de appell.n.16.verſ.appellatio debet. Guid. de Suzar.tract.de ord.iudic.tit.ad quem appellatur,nu.118. tom.3.p.1.fol.38. quod idem ſentit aperte Dec.in rub.q.5. ſub nu.44. ibi,& breuiter.de appell. dicens concluſionem, eſſe,quod ſit recurrendum ad ſuperiorem proximum, & Ioan.Ferrar.tract.de appell.lib.2.c.5.ſub n.138.to.5. fol.69. dicens,appellandum eſſe ad eum , qui iudice a quo ſuperior tantum eſt licet is adhuc maiorem habeat.

Subdeclara , vt ſuperior gradatim dicatur ille , qui eſt ſubalternatus iudici a quo , vt puta, ab Epiſcopo ad Metropolitanum illius Epiſcopi ; ſecus ſi ad alium Metropolitanum , puta , ab Epiſcopo diœceſis Mediolanenſis ad Metropolitanum Beneuentanum , quia non eſſet appellatio ad ſuperiorem ſubalternatum , & conſequenter non teneret,per ea quæ ſcripſi infra n.97.in fi. verſ.declara eandem .

4 Declara II.vt gradatim non omiſſo medio dicatur appellari, & ideo teneat appellatio, etiam quando appellatio eſt interpoſita ſimpliciter , non expreſſo iudice ad quem,quia intelligitur interpoſita ad ſuperiorem proximum,non omiſſo medio, Arch.in c.28 anteriorum,n.18.2. q.6.& in c.7.ſi delegatus, verſus finem,ſub nu.4. ibi.vnde ſi quis dicat appello. de offic.deleg.in 6 Bar. in l.1.§.ſi quis in appell. verſ.quæro quid.n.8.& Ang.Aret.n.2 verſ.eſt ergo ſalubre.ff.de appel.& relat.Spec.tit.de appel.§.nunc tractemus,n.19.ibi.ſed quid ſi quis,lib.2.fol.189.Alex.conſ.12.viſo proceſſu.col.pen.ſub n.13.verſ. nec fuit neceſſe lib.6. Soc. conſ.39.capio primum,n.22.l.4. Guid.Pap.tract.de præſum. nu.95.to.4.fol.303. quod ſufficiat dicere (appello) ſcribit Bal.in l.14.apertiſſime. verſ.idem eſt cautum. ſub nu.5. C.de iudic.quem refert,& ſequitur Maran.in ſuo ſpec.p.5.act.2. prin.in verb.& quandoq;appellatur.ſub n.132. fol.475. vbi
* teſtatur de opinione *communi quam ex eo refert, & ſequitur Lancel.tract.de attent.p.2.c.12.limit.50.n.121.& 122.fol.380. & quod idem ſit in effectu appellare ſimpliciter,vel appellare ad proximum ſuperiorem, ſeu ad cõpetentem iudicem, neque propterea ſit neceſſe,vt appellans declaret infra decem dies,coram quo velit proſequi, quia ſatis apparet, & certus eſt iudex , videlicet ſuperior proximus,ſcribit Alex. d.conſ.12.ſub n.13.l.6.

5 Confirmatur hæc declaratio,quia licet appellatio ſimplex , ſeu generalis poſſit extendi ad plures iudices , tamen in dubio debet cenſeri eſſe appellatum ſecundum formam iuris , & ſic ad proximum ſuperiorem, quia vbi quis poteſt vti iure ſpeciali,& iure communi,non videtur in dubio eligere viam iuris ſpecialis, ſed iuris communis, niſi aliud declaretur , & quia in dubio debet fieri interpretatio,vt actus magis valeat quam pereat, ſecundum ea quæ ex Imol.referunt Franch. in c.66. dilecti, q.16.ſub n.56.& Card.Alex. ſub num.31.ibi, & hanc partem tenet, de appell.

Huic confirmationi reſpondet Card. Alex. ſub d.n.21. ibi,non obſtat argumentum.

6 Contra iſtam declarationem videtur ſentire Cardin. Alex. in d.c.66.dilecti, ſub num.21.de appellat. prout eum retuli,nu.ſeq.in fin.& eum refert,& ſequitur Nicell tract. de concord.gloſſ.concord.6.fall.40.num.82.tom.18. fol.194. dicens appellationem ad omnes ſuperiores non valere , & Rebuff.tract.de appell.art.5.gloſſ.vna, num.5 tom.3. fol. 496.dicens deſertam effici cauſſam , ſi quis appellauerit ad iudicem competentem , ſed plures ſunt hi iudices , & pars intra tempus præſtitutum non declaret ad quem illorum, & Lancell.tract.de attent.part.2.c.12.de attent.& innouat.appell.pend.limit.50.princ. in 17.ampliat. nu.121. & ſeqq. tom.5. fol.380. dicens quod quamuis talis appellatio, generaliter interpoſita ad competentem iudicem ,
* ſuſtineatur ſecundum communem * opinionem ; iudicis tamen , inquit, declaratio debet fieri infra decem dies ,
* hancque refert , & ſequitur eſſe communem * opinionem .

7 Concordari poſſent iſtæ opiniones, vt declaratio procedat de iure ciuili,quia de iure ciuili appellandum eſt ad proximum ſuperiorem,non omiſſo medio : Ergo , cum

ſimpliciter appellatur, ita debet intelligi fuiſſe appellatum. Opinio vero contraria: quod talis appellatio non teneat; procedet de iure canonico; quia, cum de iure canonico poſſit appellari ad Papam, omiſſis medijs: item ad Legatum, & ad Patriarcham, omiſſo medio, talis appellatio ſimplex remanet ſubiecta incertitudini: vnde non debet valere, quia iudex debet eſſe certus, & maxime iudex ad quem, & non licet cum alicuius iniuria vagari, & in hac concordia ex præfatis rationibus reſidet Franch. *in d. cap 66. dilecti. quæſt. 16. ſub numer. 56. ibi, ſed certe tenendum videtur, & Card. Alex. ſub num. 21. de appell.* qui propterea ſubdit, quod iſta appellatio non procedet, niſi infra decem dies appellans declarauerit a die ſententiæ, de quo iudice ſentiat, & fecerit de hoc certiorem appellatum.

8 Non recedas à declaratione, tum quia hæc appellatio, de qua Nicel. & Rebuff. eſt incertior, cum appellet ad omnes ſuperiores, tum quia hæc eadem appellatio ſuſtinetur ex iuſta cauſſa incertitudinis, vel ſi appellans declaret infra decem dies, ſicut loquitur Rebuff. ſupra citatus, & ex alijs refert, & ſequitur Nicell. *vbi ſupra*, & probatur ex his, quæ ſcripſi *infra quæſt. 9. & 10. num.* .... vbi videas.

9 Extende eandem declarationem vt maxime procedat quando iudex appellationis eſt certus, *Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 4. ſub nu. 35. verſ. tertio dicens, iſto caſu non eſſe neceſſariam declarationem.*

10 Exemplifica I. hanc extenſionem in appellatione ſimpliciter interpoſita a ſententia, lata in foro Capitolino, quia, cum Capitaneus appellationum ſit certus iudex appellationis, non eſt neceſſaria alia nominatio, ſeu declaratio,

11 Exemplifica II. in appellatione interpoſita ab eo, qui non recognoſceret alium ſuperiorem, quam Summum Pontificem, *Ruginell. d. c. 4 ſub n. 35. verſ. tertio.* vide etiam quæ ſcripſi *infra q. 9. ſub n. 9.*

12 Declara III. eandem concluſionem, vt non omiſſo medio dicatur appellatum, quando eſt appellatum ad iudicem competentem, quia talis appellatio valet, *Bar. in l. 1. §. ſi quis in appellatione, num. 8. ff. de appell. & relat. & in l. qui Romæ, §. Seia. ff. de verb. obligat.* quem referunt, & ſequuntur Guid. Pap. *deciſ. 336. cum materia. q. 51. num. 59. & tract. de appell. q. 50. n. 40. fol. 59. & Papien. in pract. in form. appell. a ſent. diffin. in gl. 1. n. 10. in fin. fol. 416. & in gl. ad quemcunque in fin. fol. 416.* dicens, ſic conſulto appellari, quia non erratur, &, quod ſufficiat dicere per verba generalia (*appello ad quemlibet iudicem competētem*) quia intelligitur gradatim appellatum, vt in generali ſermone videatur ordo iuris inferius, ſcribit Bald. *in l. 14. apertiſſimi, verſ. idem eſt. ſub num. 5. C. de iudic.* quem referunt, & ſequuntur Io. Ferrar. *tractat. de appell. lib. 2. c. 5. num. 138. in fin. tom. 5. fol. 69. & Maran. in ſuo ſpecul. p. 6. act. 2. princ. in verb. & quandoque appellatur. ſub num. 132. fol. 475.* &, quod ſit ſalubre conſilium appellanti, vt dicat ſimpliciter (*appello*) nec aliquem nominet, quia non eſt de ſubſtantia appellationis appellare certum iudicem; vel vt dicat (*appello ad ſuperiorem iudicem*) vel vt dicat (*appello ad iudicem competentem*) ſcribit Ang. Aret. *in d. l. 1. §. ſi quis in*
* *appellatione, n. 2.* & de communi * opinione teſtatur Maran. *vbi ſupra*, quam ex eo refert, & ſequitur Lancel. *tract. de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. nu. 121. & 122. fol. 380.* licet is non bene loquatur, dum ait, debere fieri declarationem infra decem dies,

13 Subdeclara eandem declarationem, vt procedat de iure ciuili, quia de iure ciuili intelligitur neceſſario appellatum ad ſuperiorem proximiorem, cum non poſſit appellari, omiſſo medio; ſecus de iure canonico, quia de iure canonico non tenet hæc appellatio, cum iudices competentes poſſint eſſe plures, ex quo poteſt appellari, omiſſis medijs; & ideo de iure canonico appellatio remanet incerta, & conſequenter inualida. *Franch. in c. 66. dilecti. q. 17. num. 57. in fine. Card. Alex. n. 23.* iunctis alijs, quæ ſcripſit *ſub num. 21.* & ad quæ ſe remittit, *de appell. & Ruginell tract. de appell. §. 2. c. 4. nu. 32. & 33. verſ. nominatio. fol. 147.*

Nos cenſemus poſſe ſuſtineri tam de iure ciuili, quam de iure canonico, reiecta iſta ſubdeclaratione *per ea. quæ dixi infra q. 9. & 10.*

14 Declara IV. vt, non omiſſo medio, dicatur appellatum etiamſi ſententia eſſet ſimul lata a iudice Eccleſiaſtico, & iudice ſeculari condelegatis, & appellatio ſit interpoſita ad ſuperiorem delegati ſecularis & ad quemcumq; alium iudicem competentem, & appellans ſic generaliter non declarauerit infra decem dies, coram quo iudice velit proſequi appellationem, quia nihilominus appellatio valet, vt conſuluit Alex. *conſ. 12. viſo proceſſu. n. 1. & ſeqq. lib. 6.* & præſertim *ſub nu. 9. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus & n. 13. & ſeqq.* vbi tollit contraria.

Qui dicatur ſuperior, & proximior declarabo *qu. ſeq. per totam.*

15 Firmata igitur, & declarata concluſione quod eſt appellandum ad ſuperiorem, non omiſſo medio.

Amplia I. eandem concluſionem, vt procedat non ſolum de iure ciuili ſecundum leges, ſed etiam de iure canonico, & ſecundum canones, *Franch. in c. 66. dilecti. num. 11. verſ. in gl. 1. ibi, gradatim, & Card. Alex. n. 9. col. 3. de appell.* & in effectu Ang. Aret. *in l. 21. Imperatores, ſub n. 1. ff. de appell. & relat.*

Contra hanc ampliationem ſentire videntur Specul. *tit. de appell. § nunc tractemus, nu. 1. verſus ſiaem. lib. 2. fol. 188.* dicens, quod cum appellatur ab eo, qui habet iuriſdictionem a perſona Eccleſiaſtica, appellatur ſecundum canones, omiſſo medio, *Nicel. tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 39. num. 81. tom. 18. fol. 194.* dicens, quod de iure canonico poteſt appellari per ſaltum, omiſſo medio, *Gamb. tract. de auct. leg. de lat. lib. 8. q. 22. n. 108. in fi. & 109. tom. 13. part. 2. fol. 212.* dicens de iure canonico appellari, omiſſo medio, ſecus de iure ciuili, & *Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 119. ſub n. 2.*

Retenta ampliatione, quæ eſt vera regulariter.

Reſp. ad contraria, quod procedunt reſpectu Papę, ad quem de iure canonico poteſt appellari, omiſſo medio, & ita procedunt contraria, vt declarat Ang. Aret. *in d. l. Imperatores, ſub nu. 1.* & latius oſtendi *infra limit. 4. num. 46.* & tamen ad Imperatorem non poteſt appellari de iure ciuili, omiſſo medio, *iuxta ea, quæ ſcripſi infra ſub nu. 33. & d. num. 46. verſ. contra*, & ita procedit differentia inter ius ciuile, & ius canonicum quoad appellationem ad principem: procedunt etiam contraria in multis alijs perſonis, ad quas poteſt appellari, omiſſo medio, de quibus perſonis formauimus limitationes *infra num. 88. 89. 102. & ſeqq.*

16 Amplia II. eandem concluſionem, vt in tantum ſit vera, quod ſi omittatur medius, & proximus iudex appellatio, & proceſſus ſint nulli, *Guid. de Suzar. tract. de ord. iudic. tit. ad quem appellatur. num. 118. tom. 3. part. 1. fol. 38.* &, quod appellatio iſto caſu non teneat, ſcribit Luc. Pæt. *in pract. Cap. lib. 5. c. 1. ſub n. 26. verſ. addo & quartum.* &, quod non habeat vires ſcribit Mynſing. *in ſingul. obſeru. cent. 1. obſeru. 67. licet. n. 1.*

17 Subamplia hanc ampliationem, vt ſit vera, etiam parte appellata non opponente, quia adhuc appellatio eſſet nulla ipſo iure; quamuis eſſet interpoſita infra legitima tempora, *ſecundum ea, quæ ſcribunt Archid. in c. 7. ſi delegatus, verſus finem ſub n. 4. verſ. appellari debet. de offic. & poteſt. iudic. deleg. in 6.* qui allegata annotata per Innoc. & Hoſtien. *in c. 6. referente. de præben.* & ex Archid. refert, & ſequitur Rot. *deciſ. 16. alias 387. ſi tres, quæ eſt penultima.*

ſub

Digitized by Google

*ſub n.1.de offi.deleg.in nou. Bart.in l.1.§.ſi quis in appellatione.ſub n.4.ff.de appell.quem refert. Decіſ.in c.66. dilecti.ib.3.ſub n.11.& ſeqq.de appell.*dum Bar.opponit d.l.*ſi per errorem.* dicens, quod iudicium agitatum, ſeu proſequutio appellationis coram iudice incompetente eſt nulla.

18 Contra illam ſubampliationem tenent Gl. *in d.c.66. dilecti.il 3.& ibi Abb.n.7.verſ.excipitur primo.Franch.nu. 12. verſ.in eadem.de appell. Affl. in conſtit. cam noua n.6. lib.1.Maran.in ſuo ſpec.p.6 actu 2. princ.in verb. & quandoque appellatur. limit.4.n.373. fol.512.& Rebuff.tract.de appell.art.2.gl.vna.n.5.6.& 12.tom.3.fol.487.*quod idem videtur clare ſentire Brederod. *tractat.de appell.par.1.tit. 18.omiſſo medio.col.205.& 206. in verb.ſi nihil opponatur, & in verbo. ſi taceat.* hancq;eſſe communem * opinionem, quod proceſſus & appellatio, teneant, partem non opponente, ſcribit Abb. *vbi ſupra* & ex eo refert, & ſequitur Decius. *in d.c 7.referente in fin.de præben.*dicens, non * eſſe recedendum a communi opinione, & de communi * opin.teſtatur etiam, & ſequitur Cardin.Alex.*in d.cap.66. dilecti. ſub n.9. fallent.1.de appell.* & teſtatur pariter ibidem Dec.*ſub n.11.*licet conetur ſibimet parum conſtans impugnare.

19 Ratio huius contrariæ opinionis erit, quia regula eſt, quod partes poſſunt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine proprij iudicis conſenſu, *vt refert, & ſequitur Capic.deciſ.9.in cauſſa vertente,num.*1.& procedit hæc regula etiamſi partes litigantes ſint ſubditi Comitum, Regum, vel aliorum Principum, & Baronum perpetuorum, quia dummodo non agatur de re feudali poſſunt prorogare iuriſdictionem, *Capic.d.deciſ.9.ſub numer.3. & ſeqq. & n.8.*

20 Concorda has opiniones contrarias, vt ſubampliatio procedat ſecundum leges, & opinio contra ſubampliationem procedat ſecundum canones, vt dixi *infra nu.26. verſ.reſtringe tertio.*

21 Retenta tamen diſputatiue ſubampliatione.

Reſtringe I.eam, vt non procedat, quando eſt appellatum ad Papam, quia tunc, appellato non opponente, ac non petente remitti ad iudicem mediatum, proceſſus, factus etiam ex certa ſcientia partium, & non per errorem, tenet *Archid.in d.cap.7.ſi delegatus. verſus finem .ſub n.4. de offi.deleg.in 6.Rot.d.deciſ.16.ead.tit.in nou.Guid.Pap.deciſ.436.cum materia.q.41.ſub n.49.* & ſentit expreſſe Maran.*in ſuo ſpec.p.6.actu.2.prin.in verb. & quãdoque appellatur.ſub numero 370.ibi, & prædictam limitationem. fol.* 511.

22 Extende hanc reſtrictionem (quando ſcilicet eſt appellatum ad Papam, vel Imperatorem) vt procedat non ſolum quando pars non opponit, ſed etiam quando opponit, & vlterius fuit appellatum ſcienter, quia adhuc appellatio non erit nulla ſed ſolum operabitur oppoſitio partis, vt Papa, vel Imperator remittat appellationem ad Præſidem, & ita intelligas, quæ ſcribunt Azo. *in ſumma.C. de appell.verſ.appellatio debet.num.16.Spec.tit.de appell.§. nunc tractemus.in princ. & n.1.lib.2.fol.190. Rebuff.tract. de priuil.ſchol.priuil.163.nu.2.& 3.tom.18.fol.60.& Guid. Pap.deciſ.436.cum materia q.41.ſub nu.49.& tract. de appell.q.41.ſub n.34. t.5.fol.59.* & quod appellatio, ſcienter facta ad Imperatorem de iure ciuili, omiſſo medio, non ſit nulla, ſed habeatur, ac ſi ad debitum iudicem foret appellatum, & ad eum remittatur appellatio, ſcribit, bene declarando Franch.*in c.66.dilecti,ſub n.13. verſ.conclude ergo de appell. & in c.3.Romana.n.6.eod. tit. in 6.* & videquæ ipſe ſcripſi *infra ſub n.47.verſus finem* & ſatis probatur *ex l.Imperatores.*quam citaui *ſupra n.1.*& ex ratione, quia debet remanere differentia inter appellationem ad Imperatorem, omiſſo medio, & ad alium Superiorem inferiorem, *vt ex Franch.retuli, & ſequutus ſum n.ſeq. verſ. confirmatur 1.*

Nec obſtat, quod Maran.*in ſuo ſpecul.par.6.act.2.princip.in verb.& quandoque appellatur.ſub n.370.ibi, & prædictam limitationem,*dicat eſſe nullam, ſi opponatur.

Quia reſpondetur, eſſe nullam in quantum Papa de ea non cognoſcit, ſed remittit, vt dixi.

Cuius expenſis ſit facienda remiſſio cauſſæ, vide *infra num* 87.

23 Vtilitas huius extenſionis eſt, quia Papa, ſeu Imperator, ad quem extitit appellatum ſcienter, omiſſo medio, poteſt etiam poſt lapſa legitima tempora ad appellandum, & etiam parte opponente, appellationem remittere, dummodo ad eum intra legitima tempora fuerit appellatum; Secus eſt in alio iudice inferiore, ad quem eſſet ſcienter appellatum, omiſso medio, vel ſi eſſet appellatum per errorem; pars oppoſuiſſet, quia poſt lapſa legitima tempora ad appellandum non poſſet ad competentem appellare, & ideo ſententia remaneret firma, Abb.*in c. 66.dilecti.il.3.ſub n.8.de appell.*

Confirmatur primo iſta vtilitas, & differentia, quia paria ſunt, quantum ad firmitatem appellationis; appellare ignoranter ad Superiorem, omiſſo medio, quo caſu appellatio non eſt inutilis, teſtibus ijs, quos citaui *infra limit.*8.*n.96.* & appellare ſcienter ad Papam, omiſſo medio, quo etiam caſu appellatio non eſt inutilis, *Franch.in d.c.66.dilecti.ſub n.13.verſ.conclude ergo de appell.*

Sed ſecundum ea, quæ ex Guid.Pap. & Ioſſan. *deciſ.10. inſtantia.n.7.verſ.5.retuli, & ſequutus ſum infra limit.8.n.* 98. inſtantia appellationis non currit, ſi fuerit appellatũ ad ſuperiorem, omiſſo medio, per errorem: Ergo idem dicendum eſt, quando eſt appellatum ad Papam ſcienter, omiſſo medio.

Confirmatur ſecundo, quia ſicut appellatio ad Superiorem omiſſo medio, tenet, parte non opponente, *vt dixi ſupra num.18.verſic.contra.* ita etiam appellatio ad Papam, omiſſo medio, tenet, etiam parte opponente, *vt dixi ſupra n.22.in extenſione.* Ergo ſicut appellatio ad alium Superiorem remanet valida etiam poſt lapſa legitima tempora ad appellandum quando pars non opponit cõtra appellationem: ita etiam quando fuit appellatum ad Papam debet remanere valida etiam poſt legitima tempora, & etiamſi pars oppoſuiſſet.

24 Declara moderando notabiliter iſtam vtilitatẽ quoad Papam, vt cum Papa non cognoſcat per ſe cauſſas appellationis, ad ſe deuoluta, ſed illa alteri deleget cognoſcendas, *vt dixi infra n.58.* debeat appellans facere cauſſam remitti ad ſuum iudicẽ, aut alteri delegato infra illa legitima tempora, intra quæ appellans debuiſſet cauſſam appellationis introduxiſſet coram iudice ad quem; alias cauſſa efficitur deſerta, quia is, qui vult cauſſam expediri, ſeu non deſertari, debet curare remiſſionem, ſicut, quando cauſſa legitime deuoluitur ad Papam, debet appellans curare, & facere, vt committatur infra legitima tempora, alias efficitur deſerta, vt late totam huius declarationis materiam explicaui *infra quæſt.14.n.37.* & per totam illam quæſtionem, vbi habes infra quantum tempus debeat impetrari commiſſio.

25 Reſtringe II.eandem ſubampliationem, poſitam *ſupra n.17* vt non procedat, quando per errorem eſt appellatum ad ſuperiorem, omiſſo medio, teſtibus Bart. Guid. de Suzar. Az. Specul. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum *infra limit.8 n.96.*vbi videas.

26 Reſtringe III. vt multo minus procedat de iure canonico, quia tenet appellatio non ſolum ſi ſit interpoſita per errorem, vt in præcedenti reſtrictione, ſed etiamſi ſit interpoſita ſcienter, ſi per partem de hoc nõ excipiatur, *Franch.in cap.66.dilecti.ſub num.13.verſ.conclude ergo. in fin.de appell.* & quod de iure canonico valeat appellatio, omiſſo medio, dummodo non opponatur exceptio, ſcribit idem Franc.*in rubr.ſub num.7.verſ.de accidentibus. de appel-*

Digitized by Google

appellat.& declarando Abbatem, quod poſſit ſecundum canones appellari, omiſſo medio, ſi non fuit obiectum, ſcribit Addition. ad Ab.*in rubr.ſub num.* 2. *in verb.omiſſo de appellat.*

27 Reſtringe IV. ſeu potius declara vt quamuis appellatio ſcienter ad ſuperiorem, omiſſo medio, ceſſet nulla, vt in hac ſecunda ampliatione *ſupra numero* 16. tamen appellans poterit variare, & rurſus appellare infra legitima tempora ad iudicem competentem, quia, cum illa appellatio ſit nulla, non præſtat impedimentum: non enim præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, *cap.*52.*non præſtat.de reg.iur.in* 6.*Ioann.Ferrar.tract. de appell. libro* 2.*c.*5. *ſub n.*139. *verſ.ſin autem tomo* 5. *fol.* 69.& vide *q.ſeq.n.*83.*verſ.verum.*

28 Extende hanc reſtrictionem, vt procedat etiam ſi ille ſuperior remotus inhibuiſſet in vim appellationis, quia nihilominus appellans poſſet adire iudicem competentem proximum, & renunciare illi appellationi, & inhibitioni, & appellatus inhibitus poſſet ſimiliter ſine timore inhibitionis comparere coram eodem iudice, coram quo appellans ſecunda vice appellaſſet; & proceſſus erit validus, quia ille iudex, cum appellatio ſit nulla, non eſt iudex appellationis, & conſequenter non potuit in vim appellationis inhibere, quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.

Nec obijciatur, quod proceſſus, factus poſt inhibitionem, eſt nullus, etiamſi pars renunciauerit appellationi, *Rot.deciſ.*20.*alias* 130.*ſi poſt inhibitionem de appell.in nou. Boer.deciſ.*256. *dico vno verbo n.*3. *verſ.* & *pro illa Rebuff. tract.de appell.art.*2.*gloſ.vna n.*7.*fol.*487.& *art.*4.*gl.*1.*nu.*13.*tomo* 3.*fol.*492.

Quia reſpondeo, obiectionem procedere, quando appellatio, & inhibitio eſt valida eo, quia proceſſerit a iudice competenti: at nos loquimur, quando neque appellatio, neque inhibitio eſt valida.

29 Declara eandem extenſionem vt ſit vera, quando ad illum ſuperiorem non potuit appellari, omiſſo medio, ſecus ſi potuerit appellari, vt puta, quia ſit appellatum ad Papam, quia tunc, ſi Papa inhibuiſſet, ſeu aliter appoſuiſſet manum, ſunt ligatæ manus quorumcunque iudicum: vide pro intelligentia huius declarationis ea, quæ ſcripſi *infra n.*59.*verſ.declara* 2.

30 Amplia III. eandem concluſionem, vt neque ad Imperatorem poſſit appellari, omiſſo medio, *Franch.in rubr. ſub numero* 7. *verſ.de accidentibus* & *in cap.*7. *ſi duobus* §. *deniq.n.*10.*de appell.*& ſcribunt ij, quos citaui *infra ſub n.* 46.*verſ.contra.*

31 Reſtringe iſtam ampliationem, vti in Camera imperiali non ſeruetur in multis caſibus ex varijs ordinationibus, quos caſus congerit Gail. *in pract. obſeru.lib.*1.*obſeru.* 1. & Camera repræſentat Cæſarem quoad iuriſdictionem contentioſam, *vt ſcribit Gail. eadem obſeruat.*1.*fall.*6.*ſub n.*7.

32 Amplia IV. vt etiam Papa obſeruet multum in Curia Romana eandem concluſionem, *iuxta ea quæ ſcripſi infra n.*82.& 83.*verſ.ſublim.*& *q.ſeq.n.*153.& *ſeqq.*

33 Amplia V. vt in tantum ſit vera, quod Baro, habens merum, & mixtum imperium, vel cognitionem primarum cauſſarum ciuilium, & criminalium, poſſit prohibere vaſallo, ne in derogationem iuriſdictionis, & priuilegiorum ſuorum vadat ad Coriam Regiam; quia in iuriſdictionalibus ita ſeruatur ordo, vt ad Principem non eatur per ſaltum, ſed gradatim pro conſequenda iuſtitia: vnde debet primo adiri ordinarius, deinde ſuperior proximior, & tertio debet recurri ad Principem, *Pariſ.de Put. tract.de ſynd. rubrica de exceſſ.baron.erg.ſubd.in verb.an baro numero* 2. & *ſeqq.tomo* 7.*fol.* 231.*Natt.conſil.*271.*concurro in princ.*& *numero* 1.*lib.*2. dicens, quod non debet adiri ſuperior, omiſſo medio inferiore per ſaltum, ſed debet adiri gradatim in defectu iuſtitiæ per viam appellationis, *Marin.Frecc.tract. de ſubfeud.lib.*2.*auth.*9.& 10 *fol.*342. dicens, quod Rex non poteſt ſe intromittere in cauſſis ſpectantibus ad ſuum baronem, quia baro exercet iuriſdictionem priuatiue, *Capyc. dec.*130. *primum dubium, ſub numero* 10. *fol.* 420.& *Mandoſ.tract.de inhibit.q.*123. *ſub n.*5.*ibi, opinionem affirmatiuam to.*5.*fol.*114. qui ſoluit contraria, & ex diſpoſitione ſacri Concilij Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*20.*cauſſæ omnes.* debent omnes cauſſæ etiam beneficiales cognoſci coram ordinarijs locorum in prima inſtantia, & vide quæ ſcripſi *ſupra l.*1.*c.*66.*ſub n.*5.

34 Subamplia hanc ampliationem, vt hinc dominus temporalis extra ſtatum eccleſiaſticum ſumat anſam prohibendi vaſſallis ſub pœna, vt deſiſtant proſequi litem in Curia Romana, & agant coram ſuis iudicibus, & Signatura ſolet huiuſmodi commiſſiones cauſſarum de medio tollere, & remittere cauſſam in partibus, *Marcheſ.tract. de commiſſ.parte* 2.*commiſſ.appellat.capit.*1.*numero* 41.& *ſeq.fol.*12. qui, & ſi dicat, quod dominus temporalis potius prohibet de facto quam de iure, tamen, ſibi parum forſan conſtans, ſubdit inferius *numero* 43. talem appellationem, interpoſitam ad Papam in temporalibus, eſſe nullam, quia Papa non poteſt exercere illam iuriſdictionem.

35 Intellige iſtam ſubampliationem, vt poſſit procedere ſolum in cauſſis prophanis, & non in alijs, quæ ſpectant ad forum eccleſiaſticum ſicut declarat Marcheſ. *vbi ſupra* & *numero* 44. & in cauſſis prophanis quomodo poſſit procedere, & quomodo non poſſit procedere, vide *infra numer.* 75.

36 Limita I. nunc eandem concluſionem, poſitam *ſupra nu.*1. vt non habeat locum in appellatione a delegato ad vniuerſitatem cauſſarum, quia appellatur ab eo ad ſuperiorem, omiſſo medio, *vt ſcribit Specul.tit.de appell.*§. *nunc tractemus, ſub n.*3.*verſ.vt autem in hoc lib.*2. *fol.*188. exemplificando iſtam limitationem in Vicario Epiſcopi, ſeu alio officiali, a quo appellatur ad Archiepiſcopum, & non ad Epiſcopum.

Aduerte, quia licet exemplificatio huius limitationis de appellando a Vicario Epiſcopi ad Archiepiſcopum ſit vera in Vicario generali, vt dixi *q.ſeq. numero* 86. tamen limitatio (parcat mihi iuriſconſultiſſimus, & præceptor communis Specul.) non eſt vera, quia Vicarij generalis, & Epiſcopi dicitur idem tribunal, & Archiepiſcopus dicit ſuperior proximior Epiſcopi, vt dixi *quæſt.ſeq.numero* 53.*verſ.a vicario*, & loquendo de vicario foraneo, & ſic de delegato ad vniuerſitatem cauſſarum, non eſt verum, quod appelletur ad Archiepiſcopum, qui appellatur ad Epiſcopum, & ſic non omiſſo medio, *vt retuli,* & *ſequutus ſum quæſt.ſeq numero* 26. & ſic vndique iſta limitatio, & exemplum ipſius remanent conquaſſata.

37 Limita II. vt non procedat, ſi ſuperior proximior mediatus eſſe inhabilis, quia tunc poſſet, eo omiſſo, appellari ad alium magis ſuperiorem. *Gloſſ.in capitul.*10. *ſi is cui de offic.*& *poteſt iudic.delegat.in* 6.*Abb.in c.*66. *dilecti il* 3. *n.*15.*caſu* 9.*de appell.Socin.reg.*23.*fall.*15.& 12.*Felin.in c.*27.*ſuper quæſtionum* §.*porro ſub n.*14.*verſ.item fallit.generaliter de offic.*& *poteſt iud.de leg.Mynſing.ſing.obſer.cent. prima obſeru.*67.licet *n.*2. referens plures caſus, in quibus hæc limitatio fuit practicata in Camera Imperiali, *Maran.in ſuo ſpecul. parte* 6. *actu* 2. *princ.in verb.*& *quandoque appellatur limit.*6.*numero* 375.*fol.*512. *Rebuff.tract.de appellat.artic.*2.*gl.vna numero* 15 *limit.*4.*fol.*488. *tomo* 3. *Gail.in pract.obſeruat.lib.*1.*obſeruat.*119. *ſub nu.*2. & *Brederod.tract.de appellat.p.*1.*tit.*18.*omiſſo medio an*, &c.*in verb.ſi medius inhabilis col.*205.

38 Exemplifica I. iſtam limitationem in excommunicato,

prout

prout exemplificant Gloſſ. 1. *in d.c.ſi is cui.de offic. & poteſt.iudic.deleg.in 6. Arch.in c.28.anteriorum.ſub n.17. caſu 4.2.q.6. Abb.Socin.Felyn. Mynſing.Maran. Rebuff.ſupra citati & Breder.d.tit.18.col.205.lit.C. & D.*

39 Exemplifica II. In hæretico, *vt per eoſdem Abb.Socin. Felyn.& Brederod.vbi ſupra*, & quod appelletur, omiſſo medio, quando mediatus non eſt catholicus, ſcribunt Franch.*in cap.66.dilecti,limit.6. n.20. de appell. & Gemin. & Franch.in c.3.Romana,§.ab Archidiaconis, vterque ſub n.4.limit.5. de appell.in 6.*

40 Exemplifica III. ſine vllo ſcrupulo, quando mediatus iudex eſſet mortuus.*Gl.& Rebuff. vbi ſupr.*

41 Exemplifica IV.in ſuſpenſo, *vt loquitur Abb.vbi ſupra.*

42 Exemplifica V.in ordinario, qui, cum eſſet ſuſpectus, delegauit, quia a delegato non appellatur ad delegantem, vti ſuſpectum, *Specul.tit.de appell.§.nunc tractemus,verſ.ſi vero a delegato num.5.& 6.lib.2. fol.188. Franch.in c.66. dilecti,lim.6.num.20. de appell.Soc.d.reg.23. fall.12. Felyn. d.§.porro,ſub num.14.verſ.item fallit vbi epiſcopus. Maran. Mynſing.& Gail.in locis citatis ſupra,rurſus Maran. in eod. verb.& quandoque appellatur,num.387.fol.513.& Breder. d.tit.18.col.204.ſub liter.C. & col 206.ſub lit.C.* & quod, ſi Epiſcopus recuſatur, vti ſuſpectus, & ipſe ideo delegat cauſſam, non appelletur a delegato ad Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem Epiſcopi, & ſic, omiſſo medio, ſcribunt Gemin.*in cap.3. Romana, §. ab Archidiaconis. ſub n.4. caſ.6. & Franch.ſub n.4.limit.7.de appell.in 6.*

43 Limita III. quando mediatus iudex denegat iuſtitiam, vel ſua ſponte cauſſam remittit ad ſuperiorem, *Gail. in pract.obſeru.l.1.obſer.119.ſub num.2.* & quod, ſi iudex medius palam, & euidenter denegat iuſtitiam, poſſit appellari, omiſſo medio, ſcribit Mynſing. *in ſing. obſeru. cent.1. obſeru.67. licet, n.2.* & quod in caſu denegatæ iuſtitiæ, ſeu negligentiæ poſſit adiri ſuperior, ſcripſi *ſupra l.2. c.66.ſub n.5.* & quod poſſit recurri ad iudicem eccleſiaſticũ, quando iudex ſecularis negligit facere iuſtitiam, ſeu opprimit, probatur ex textu *in cap.10 licet ex ſuſcepto, & ibi gloſſ.in verb.vacante,de foro compet.& ex cap ſeq. ex tenore, verſus finem,ibi,dummodo per iudicem ſecularem, eod. tit.*

44 Declara iſtas, ſecundam & tertiam limitationem, vt appellatio adhuc deuoluatur gradatim ad ſuperiorem proximiorem, per ea quæ ſcribunt Innoc. *in d c.licet ex ſuſcepto,num.1 in verb.vacante,de foro comp.*dicens, quod, ſi aliquis rector, ſubditus alij ſuperiori, quam Imperatori, ſit negligens in adminiſtranda iuſtitia, reuertitur ad ſuperiorem proximum, & non ad Papam; quod idem ex Franch.retuli *infra numero 74.verſus finem,Bal.in l.ſed etſi per prætorem,in additione,verſ.in gl.1.cancellando,ff.quibus ex cauſſ.maior 25.ann.reſtit.fol.227.* dicens, quod ſi iudex ſecularis, qui denegat iuſtitiam, habet iudicem ſuperiorē ſecularem, ille ſuperior debet adiri per viam querelæ, & non Epiſcopus, quia Epiſcopus poſſet adiri, & cognoſcere, quando non exſtaret iudex ſuperior ſecularis, *Roma. conſ.501.vt declarationem,in fin.n.10.*dicens, quod, deficiẽte eo, ad quem deuolui ſolent appellationum cauſſæ appelatur ad ſuperiorem proximum, & ſic ad Conſilium generale ipſius Ciuitatis, *& Addit.ad Rom.*quos refert, & ſequitur Maſnet.*in addit.ad Pract.Pap. in for. appell. a ſent. diffinit. in gloſſ. ad quemcunque fol.416.* ſicque nota ex iſta declaratione, quod, rupto vno ordine, ſeruantur alij.

45 Subdeclara hanc declarationem, vt iudex eccleſiaſticus poſſit adiri ad effectum, vt cogat iudicem ſecularem, *Par. de Put.tract.de ſyndic.in verb.in & quando,n.1.tom.7. fol. 246.& n.2.*vbi de pœnis contra iudicem, qui denegat facere iuſtitiam.

46 Limita IV.vt non procedat in appellatione ad Papam, quia ad eum poteſt appellari, omiſſo medio, *Bſig.deciſ.21. a ſubexecutore,num.4.de appell.Pap.in pract.in form.appellat.a ſent.diffinit.in gloſſ.& ad quemcunque, fol. 415. Abb. in c.66.dilecti,il 3.n.11.verſ.quartas caſus, & ibid. Franch. lim.10.num.25.& Deciſ.fall.3.n.17.de appell.idem Franch. in rubr.num.7.verſ.de accidentibus,in fin.de appell.* dicens, ſecundum canones poſſe appellari ad Papam, omiſſo medio, *Ang.Aret.in l.21.Imperatores,ſub num.1. ff. de appell. & relat.gloſſ.in conſtit. Neapol. cum nona. in verbo, ſed ad celſitudinem,in fin.lib.1. fol.99.& ibi Afflict.not.4 ſub n.6. fol.203.Maran.in ſuo ſpecul.part.6. act.2. princ.in verb.& quandoque appellatur, n.369.fol.511.Reſtaur. Caſtal. tract. de Imper.q.95 fol.70.Guid.Pap.tract.de appell.qu.41.num. 34.in fin.tom.5.fol.59.Luc.Pet.in pract.Capitol.lib.5.cap.1. ſub n.16. verſ.addo & quartum,Bero.conſ 7. in cauſſa ſuper præcedentia,num.17.in fin.lib.1. Rebuff.tract.de priuil.ſchol. priuil.164.n.2.& 3.t.18.fol.60. Feder.Scun.tract.de appell. ſub num.7.verſ.appellandum eſt, to.5.fol.55.* dicens appellandum eſſe a minori ad maiorem gradatim, ſed ad Romanam Eccleſiam appellandum eſſe ab omnibus, maxime tamen ab oppreſſis, & ad eam recurrendum quaſi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, & a ſuis oppreſſoribus defendantur, quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum, *Lancel.tract.de attent. par.2 cap.12.ampliat.21.num.3.t.5.fol.537. Leonar. in addit. ad pract. Pap. in form.appell a ſent. diffinit. in gloſſ.& ad quemcunque in verb.appellare,fol.416.Brederod.tract.de appell.p.1. tit.18. in pluribus locis. Addit.ad Guid.Pap. deciſ.436. q.41. num. 49.in lit.F.Mynſing.in ſing. obſeru.cent.2. obſeru.4. & Io. Ferrar.tract.de appell.t.5. ſub n.134. verſ. ius pontificium, tom.5.fol.69.*

Cõtra iſtam limitationem tacite videtur ſenſiſſe Spec. *tit.de appel.§.nunc tractemus,in princ.lib.2. fol.188.* dum inquit (*ſed ſit benedictus Imperator, qui etſi ſit dominus totius mundi, tamen non patitur in præiudicium inferiorum ordinariorum, & in damnum, & laborem inæſtimabilem litigatorum ad ſe appellari, omiſſis medijs*) nam Imperatore, vt, citando hunc locum Speculatoris, ſcribit Reſtaur. Caſtal. *d.q.95.n.2.* tanquam magnificus & glorioſus, ſicut aquila diſtribuit prædam ſuam, & non curat in omnibus epulis os apponere; & mordaciter contra iſtam limitationem ſcripſerat Papien. non expurgatè, & licentioſe ex eo referũt, & adhęrere videntur Addit.ad Guid.Pap.Mynſing. & Io.Ferrar. quos citaui verſus finem limitationis dum ſcribunt, limitationem hanc inductam eſſe quadam inſatiabili Clericorum auaritia, & quo plus negotiorum forenſium ad Curiam pertraheretur, & nundinationes frequentiores eſſent qua etiam falſa imputatione Cyn. relatus a nobis *infra q.17.limit.47. memb.1. n..* vbi etiam egi de appellatione ab interlocutoria, dixit, introductam eſſe a iure canonico licentiam appellandi ab interlocutorijs eo, quod ius canonicum intenderit extorſioni pecuniarũ.

47 His, ſic erronee ſentientibus, & licentioſe loquentibus de Curia Romana, poteſt reſponderi dupliciter.

Primo poteſt reſponderi ex his, quę ſcribit Card. Alex. *in rubr.ſub num.21.ibi,ſed dicet quiſpiam.de appellat.* quem etiam refert, & ſequitur Gamb. *tractat. de auct. leg.de lat. lib.8.q.22.n.109 tom.13.p.2 fol.212.*dicens, quod Papa non quærit alijs præferri, & rationem, quare appelletur ad Papam, & non ad Imperatorem omiſſis medijs, eſſe, quia Imperator habuit a populo, vel a ſubditis poteſtatem, ideo non debet eſſe ingratus, & illiberalis in eos, qui ſibi fuerunt munifici, cum benefacienti benefacere debeamus per obligationem ad antidota, quare minus, quam fieri poteſt debet eorum poteſtati derogare: ſed Papa poteſtatem, inquit, habuit a Chriſto per illa verba, TV ES PETRVS, &c. & ab eo vti fonte deriuantur omnes dignitates eccleſiæ, ideo cum maiori honeſtate potuit ſibi reſeruare plura in præeminentiam.

Secundo reſpondeo, quod Papa admittit appellationes, non vt habeat maiorem Curiam, ſicut aliquid, quorũ liber forſan eſt corrupte impreſſus, legunt in Bar. infra

citato;

Digitized by Google

citato;ſed, vt habeat maiorem curam, ſicut in libro meo ſcribit Bart. *in l.* 1. *§. ſi quis in appellatione ff. de appellat.* & quod Papa admittat appellationes, omiſſo medio, vt habeat maiorem coram,ſeu,vt pateat maior aditus iuſtitiæ, & conſequenter ſubleuet ſubditos, ſcribit Gambar. *tract. de auct. leg. de lat. lib. 8. quæſt. 22. numer.* 109. *tom.* 13. *parte* 2. *fol.* 212. & patet, quia innumeræ difficultates, & lites ex litibus oriuntur, cum diſputatur, quis ſit iudex mediatus,& proximus, & an a ſubdelegato appelletur ad delegatum, vel ad primum delegantem; quæ difficultates non minus ſunt inextricabiles,quam inutiles,& diſpẽdioſæ: vnde,reſpondendo formaliter ad Speculatorem, dico cum eo: *ſit benedictus Imperator*; ſed addo, *ſit terque quaterque benedictus Papa, qui ſubditos litigantes ab iſtis inutilibus, diſpendioſis, laborioſiſque controuerſiis vtiliter liberauit, non faciendo alicui præiudicium*; nam Papa licet admittat appellationem,omiſſo medio,tamen appellatio inſtante priuſquam incipiat procedere, cauſam ad mediatum ſolet remittere, *vt dixi infra numero* 82. *&* 83. *verſ. ſublimita*, & vide, quæ ſcripſi *quæſt. ſeq. numero* 153. *& ſeqq.* Imò ſicut appellans ad Imperatorem appellationem,quam interpoſuit, poteſt, abſque, quod Imperator illam remittat introducere,& proſequi coram inferiore
* competenti, vt, teſtando de communi * opinione firmat Ang. Aret. *in l.* 21. *Imperatores ſub n.* 2. *verſ. nota ibi remitti ff. de appell. & relat.* Eſt enim, ac ſi ad debitum iudicem foret appellatum, *vt ex Franch. retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub num.* 22. ita etiam practicatur in appellatione interpoſita ad Papam,alioſq; iudices competentes,quia appellans, non aliter adito Papa pro remiſſione cauſſæ, illam introducit, & proſequitur coram inferiore competenti,vt etiam dixi *infra ſub n.* 51. *illat.* 3.

48 Et reſpondeo ad Papienſ. dico, quod fuit mala lingua & non aduertit, quod lingua, tranſiens ſuper terram, non debet os opponere in cœlum, & melius feciſſet defendere Papam,quia Eccleſia non poteſt errare,ſicut defendit Præpoſ. à me ſub nomine Cardinalis Alex. citatus *num. præced.* prout hæc omnia aduerſus Papienſ. ſcribit Sylu. *nupt. libr.* 1. *in verbo non eſt nubendum ſub numero* 132. *folio* 80. dicens etiam *num.* 31. *folio* 79. quod ille Practicus in ſua practica profeſſus eſt autem obloquendi de clericis.

49 Debebant Papien. & eius ſocij reminiſci quod Eccleſia dicitur cultrix,& auctrix iuſtitiæ, *cap.* 1. *§. ſed diuerſum de alien. feud. lib.* 1. *feud. folio* 175. *& ibi notat Bald. not.* 6. *numero* 5. *fol.* 25. & ex pluribus alij refert & ſequitur Sylu. nupt. *in d. verbo non eſt nubendum num.* 139. *fol.* 82. & quod eſt mater æquitatis; vnde non vult tolerare, quod quis fruſtretur indebitis expenſis, *Surd. conſil.* 222. *quamuis numero* 22. *lib.* 2. & quod Pontifex *in capitul. primo cordi de appell. in* 6. ſcribit eius cordi eſſe lites minuere, & a laboribus releuare ſubiectos.

50 Infero I. ex hac limitatione, quod a ſententia Vicarij Epiſcopi, vel delegati ab Epiſcopo poteſt appellari ad Papam,omiſſo medio, *Spec. tit. de appellat §. nunc tractemus verſ. vt autem in hoc num.* 3. *& verſ. ſi vero a delegato num.* 5. *verſus finem lib.* 2. *fol.* 188. & quod a delegato Epiſcopi poſſit appellari ad Legatum Papæ,vel ad Papam omiſſo medio,ſcribit Franch. *in c.* 66. *dilecti, ſub n* 29. *verſ.* 6. *intellige de appell.*

51 Infero II. quod à delegato Legati poteſt appellari ad Papam,vt dixi *q. ſeq. n.* 46. *verſ. extende hanc.*

Infero III. ex hac limitatione ortam eſſe in ſtatu Eccleſiaſtico praxim appellandi ad Papam, eiuſque Sanctam Sedem Apoſtolicam, & copulatiue ad alium certum mediatum inferiorem iudicem, exprimendo nomen dignitatis illius iudicis, vt puta ad Auditorem Cameræ, & in foro Capitolino ad Capitaneum appellationum illius Curiæ, vt in exemplo, poſito a Luc. Pæt. *in pract. Capitol. lib.* 5. *capitul.* 1. *numero* 15. quia dum in primis appellationem dirigimus ad Papam,ſaluamus illã ab impugnatione,quod fuerit interpoſita ad ſuperiorẽ,omiſſo medio, quia licet ſit omiſſus medius, tamen potuit omitti, ex quo fuit interpoſita ad Papam; & nihilominus poteſt ſic appellans introducere,& proſequi appellationem coram inferiore competenti,ac ſi non fuiſſet appellatum ad Papam, vt, loquendo de appellatione interpoſita ad Imperatorem, retuli, & ſequutus ſum ex Ang. Aret. *ſupra numero* 47. *in fine*, Vnde illa interpoſitio ad Papam, & copulatiue ad alium inferiorem fit ſolum pro cautela, vt non poſſit impugnari quod fuerit interpoſita, omiſſo medio.

Sed poſſet quiſpiam dubitare, quomodo hęc formula, & praxis appellandi, quæ procedit a iure canonico, ſit recepta in Curia Capitolina vbi ex diſpoſitione ſtatutorum illius Curiæ *capitul.* 7. *libr.* 1. Senator Vrbis iurat ſeruare ſtatuta.& ſtatutis deficientibus iura ciuilia, & deficientibus iuribus, iure canonica; & tamen de iure ciuili non poteſt appellari,omiſſo medio, etiamſi appellaretur ad Imperatorem, *iuxta ea quæ ſcripſi ſupra n.* 30.

Huic dubitationi reſpondeo, quod appellatio ad ſupremum Principem, omiſſo medio,tenet etiam de iure ciuili,quia appellans poteſt introducere,& proſequi coram inferiore competenti, vt retuli,& ſequutus ſum *ſupra n.* 47. *in fine.*

52 Extende I. hanc limitationem,vt procedat etiamſi appellaretur a grauamine extraiudiciali, illato ad inſtantiam partis ab aliquo Magiſtratu, *Gail. in prac. obſeru. lib.* 1. *obſeru.* 120. *ſub n.* 3. dicens. quod, ſi quis grauetur extraiudicialiter ab aliquo Principe ad inſtantiam partis, poteſt grauatus appellare immediate ad Cameram: ſecus, inquit, ſi grauetur a Principe tanquam parte in cauſſa propria, quia tunc debet ſubditus grauatus conuenire illum Principem coram iudice illius Principis in prima inſtantia, quia appellatio iſta extraiudicialis a grauamine quod infertur a patre, habet vim conuentionis; vide aliqua *ſupra q.* 2. *nu.* 39. *verſ. hæcque appellatio & infra q.* 15. *ampl.* 12. *n.* 43. *&* 44.

53 Reſtringe hanc extenſionem in ea, quod dixi, Principem, grauantem vti partem, eſſe conueniendum coram iudice ordinario illius Principis, vt hoc non ſit verum quando conueniretur pro moleſtationibus, & turbationibus;quia tunc poſſet conueniri coram iudice proprio ipſius moleſtati,qui eum conueniret, iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *infra limitatione* 15. *verſ. reſtringe num.* 108. & hoc dummodo ille Princeps non eſſet exemptus a iuriſdictione illius iudicis.

54 Extende II. eandem limitationem,vt procedat etiamſi appellaretur a ſententia,lata in ea Ciuitate, cuius ſtatutis caueretur,quod primæ,ſecundæ,& tertię ſentẽtiæ cognoſcerentur in ipſa Ciuitate, & ſtatuta illa eſſent confirmata a Papa, quia illa ſtatuta non comprehenderent appellationes,interponendas ad Papam,& Sanctam Sedẽ Apoſtolicam,quia licet Papa confirmauerit illa ſtatuta, tamẽ cenſetur ſibi reſeruaſſe facultatem derogandi: vnde; ſi Signaturæ videbitur,quæ nũquam,niſi ex rationabili cauſſa mouetur: poterit,non obſtantibus dictis ſtatutis,cauſſas tàm in prima, quàm in ſecunda inſtantia delegare in Curia,vt,loquendo de ſtatutis Anconæ, & Bononiæ, refert,& ſequitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. part.* 1. *de commiſſ. ſuper diuerſis, cap.* 28. *num.* 68. *fol.* 305. *in ſecunda impreſſione*, ad quæ ſcripſi *quæſt. ſeq. num.* 112. Et quod non poſſit præſcribi, vt non appelletur ad Principem, quia hoc ad ſupremam iuriſdictionem pertinet, refert, & ſequitur Rebuff. *tract. de appellat. artic.* 1. *gloſſ. nu.* 9. *tom.* 3. *fol.* 483.

Pro intelligentia huius extenſionis eſt aduertendum, quod exſtat controuerſia inter Doctores, an appellatio

poſſit

Digitized by Google

poſſit tolli per ſtatutum? In qua controuerſia Bartol. *in l. 9. omnes populi, 3. quæſt. principali n. 27.* ibi, *iuxta præmiſſu quæro, ff. de iuſtitia & iure.* motiuando ait, quod non, quia ſolus princeps poteſt hoc facere, & poſtea, ſoluendo controuerſiam, dat hanc doctrinam: Aut quæris de iure ciuili, ſecundum quod non poteſt appellari ad principem, omiſſis medijs: & tunc aut Ciuitas, quæ facit tale ſtatutum, habet iuriſdictionem primæ, & ſecundæ appellationis, & valet: aut habet ſolam iuriſdictionem primæ appellationis, & non ſecundæ, & non valet: Impediendo enim primam appellationem, impedit ſecundam, per quam deuenitur ad ſuperiorem: aut nullam habet iuriſdictionem in appellationibus: & tunc idem a fortiori. Aut quæris de iure canonico, ſecundum quod poteſt appellari ad Papam, omiſſis medijs, & tunc tale ſtatutum, prout impedit iuriſdictionem ſuperioris, non valet; & cum hac diſtinctione intelligas. Rebuff. *tractat. de appellat. art. 1. gloſſ. 1. num. 8. tom. 3. fol* 483. & reliquos, ſi qui ſunt, dum ſcribunt, quod conſuetudo, ſeu ſtatutum, vt non poſſit appellari, non valet; & pro maiori intelligentia vide, quæ poſt Rol. a Vall. ſcripſi *infra quæſtion. 17. limitat. 48. num. 22.*

55 Extende III. vt in tantum poſſit appellari ad Papam, omiſſo ordinario mediato proximo, vt ſi exſtiterit appellatum ad Papam, & Metropolitanus ordinarius, tanquam cauſſa ad eum per viam appellationis deuoluta, proceſſerit, talis proceſſus ſit nullus, & dicatur attentatus, vt refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. ampl. 21. princ. ſub n. 3. & 4. tom. 5. fol. 357.*

56 Extende IV. vt in terris, quæ ſunt de temporali iuriſdictione eccleſiæ, procedat, etiamſi appellatio interponeretur a ſententia, lata a iudice ſeculari; quia poſſet ab ea appellari ad Papam, omiſſo medio, *vt ſentit Franch. in c. 7. ſi duobus, §. denique n. 11. verſ. vltimo tene menti, ibi, ſed aduerte, de appell.*

Secus eſt in terris, quæ non ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, vide *infra n. 74. ſublim. 2.*

57 Extende V. vt quamuis cauſa appellationis neque de ſui natura, neque ex delatione veniat cognoſcenda in Curia, tamen poterit appellans obtinere, cauſſam committi in Curia, quando allegaret, & iuraret, quod non ſperat, poſſe obtinere iuſtitiam in partibus, *Abb. in c. 64. Nicolao, ſub n. 6. ibi, ad vnum tamen aduerte. Franch. num. 7. verſ. tertio quæritur, & Card. Alex. ſub n. 7. verſ. habetis ſecundo, ibi, eſt tamen vnus caſus, de appell.*

58 Declara I. eandem quartam limitationem, vt cauſſæ, quæ deluuntur ad Papam, ſiue in prima inſtantia, ſiue per viam appellationis, omiſſo, vel non omiſſo medio, ſemper veniant cognoſcendæ a delegatis, quibus Papa illas committit per Signaturam iuſtitiæ, & quandoque per Signaturam gratiæ, vt latius, ſi ſe locus offeret, declarabimus; quare poteſt appellari ad ipſum Papam, omiſſo medio, non vt ipſe cognoſcat de viribus, & iuſtitia appellationis, ſed vt appellationis cognitionem ad iudicem competentem mediatum deuoluat, ſicut ex Gloſ. *in l. 1. §. ſi quis in appellatione, ff. de appell.* refert, & ſequitur Rugin. *tract. de appell. in præfat. ſub n. 55. & 56. f. 8.* Quare ſic olim princeps, ad quem appellabatur, alijs occupatus non poterat vacare negotijs ſingularum perſonarum, & cum ipſe haberet in Curia ſua multos nobiles, & magnates ad conſilia ſua, aliquibus ex eis committebat, qui haberent de cauſſarum appellationibus cognoſcere, *vt ex l. 32. præcipimus, C. de appell. notat ibi Paul. de Caſtr. in principio*: ita etiam hodie, cum Papa alijs occupatus non poſſit ipſe cognoſcere, non ſatis eſt appellare ad Papam, ſed oportet ab eo infra legitima tempora extrahere commiſſionem cauſſæ.

59 Declara II. extendendo eandem limitationem, vt, appellatione interpoſita ad Papam ſint ligatæ manus inferiorum, puta Metropolitani, *Lancellot. tract. de attent. c. 1. num. 15. fol. 343.*

60 Subdeclara, vt Legatus de latere poſſit ſe intromittere, partibus conſentientibus, *Gamb. tract. de auct. leg. de later. lib 8. quæſt. 20. num. 102. fol. 212. & Gundiſ. Villad. eod. tract. q. 10. num. 43. fol. 264. omnes in tract. diuerſ. tom. 13. p. 2.* Vel ſi Legatus vellet ſolum cauſſam inſtruere, & ad Pontificem remittere, *Gamb. & Gundiſ. in locis ſupra proxime citatis*: & quod Legatus Papæ etiam Cardinalis non poſſit ſe intromittere de appellationibus, interpoſitis ad Papam in præiudicium appellantis, ſed tamen poſſit ſe ingerere extraiudicialiter, vt ſic cauſſam inſtructam ad Papam remittat, puta, examinando teſtes, & alia tendentia in faciliorem expeditionem cauſſæ appellationis, ſcribit Franch. *in c. 45. conſtitutus, n. 4. not. 3. & ſub n. 20. verſ. item aduerte, de appel.*

61 Extende itam ſubdeclarationem vt, partibus conſentientibus, poſſit etiam cognoſcere de cauſſa appellationis, quam ipſe Legatus remiſiſſet ad Papam, *Gamb. vbi ſupra q. 21. n. 103.*

62 Declara III. extendendo, vt ad Papam, ſeu ad Imperatorem poſſit appellari, omiſſo medio, etiam ſcienter ad differentiam aliorum ſuperiorum, ad quos ſolum per errorem poſſet appellari, omiſſo medio, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra n. 21. & 22.*

63 Sublimita I. eandem quartam limitationem, vt non procedat in appellatione a ſententia lata a Papæ ſubdelegato, cui Papæ delegatus non integram cauſſam ſubdelegauerit, ſed aliquid ſibi reſeruauerit, quia tunc non appellabitur ad Papam delegantem, ſed ad delegatum ſubdelegantem, *c. 27. ſuper quæſtionum, §. porro, & ibi Anton. de Butr. Abb. & Felyn. in princip. n. 12. de offic. & poteſt. iudic. deleg. & cap. 7. ſi delegatus, in fine, eod. in 6. & ibi Archidiacon. ſub n. 4. ibi, & not. quod ordo. Abb. in cap. 66. dilecti, il 3. verſ. quartus caſus, n. 21. in fallentia, & n. 19. & Franch. limit. 10 ſub n. 25. fallent. 1. idem Franch. in dict. c. 7. ſi duobus, §. denique n. 9. ibi, ſed limita ſupradictam, de appellatio, Papien. in pract. in form. appell. a ſent. diffiuit. in gloſſ. 1. ſub num. 10 fol. 405. Maran. in ſuo ſpec. par. 4 diſt. 5. ſub n 28. verſic. quarto differunt, fol. 102. & p. 6. act. 2. princ. in verb. & quandoque appellatur, ſub n. 370. fol. 511. & n. 386. verſ. tertia fol. 513.* & quod ita teneant Decretiſtæ, & hoc procedat in eorum foro, ſcribit Bart. *in l. 1. §. ab eo, ſub num. 1. ff. quis, & a quo appell.* & quod hæc ſit commun. concluſio * teſtatur Maran. *ſub dict. n. 386.* & quod ſit communiter * approbata, teſtatur Abb. *in d. §. porro, verſus finem, & ita intelligas, quos citaui quæſt. ſeq. n. 31.* & quod Cancellaria non det iudices appellanti ad Papam a ſubdelegato delegati Papæ, dato non in totum, ſcribit Io. Andr. *in dicto c. 7. ſi delegatus, in verb. quicquid de offic. & poteſt. iudic. deleg. in 6.* referens, ita ſe habuiſſe a Domino Cumano Epiſcopo, tunc Auditore contradictarum, & ex Ioan. Andr. refert ibidem Anton. de Butr. *ſub n. 12. in fin.*

Secus eſt, quando delegatus nihil ſibi reſeruauit, iuxta ea quæ ſcripſi *q. ſeq. n. 34. verſic. limit. 2.*

64 Ratio huius ſublimationis eſt, quia delegatus Papæ gerit perſonam ipſius Papæ; vnde, cum appellans habeat iudicium Papæ paratum in perſonam delegati, qui ſubdelegauit, non debet audiri volens appellare ad Papam, quia, quod quærit, habet ante oculos, *vt ſcribunt Io. Andr. in d. §. porro, ſub n. 48. Ant. de Butr. n. 12. verſ. cauſſa autem quare hic non appelletur,* & fuſius, ac clarius Abb. *in fin. & in c. 18. cum Bertol. verſus finem. verſ. vltimo extra, ſub n. 40. de ſent. & re iud.* Et quia in impetranda noua commiſſione eſſet neceſſarius labor, & fierent expenſæ, quę debent euitari in caſu non neceſſario, vt conſiderat in iſtomet propoſito Abb. *in d. §. porro, in vltimis verbis*, & ex eo refert Fel. *ibid. ſub num. 13. in 2. fallent. in fin.* quod videtur etiam

proba-

probari ex ipſo, *§.porro in vltimis verbis.*

65 Reſtringe I. iſtam ſublimitationem, vt non procedat, quando pars appellata non exciperet, quia tunc appellatio, & proceſſus, factus coram Papa, tenerent, *Archid. in d.cap.7. ſi delegatus, in fin. de offic. deleg. in 6. Biſing. deciſ. 11. a ſub executore, ſub num.3. de appell. fol.603. Rot. deciſio 16. alias 387. ſi tres de offic. deleg. in noa. Franch. in cap. 7. ſi duobus. §. denique numero 6. in fine. & in capit.66. dilecti. limit.10. num. vigeſimoquinto, in fine, & num.26. fallen. 2. de appell. Felyn. in cap.27. ſuper quæſtionum. §. porro num. 12. in fine, & numer.13. fall.1. de offic. & poteſt iud. deleg. & Guid. Pap. deciſ.436. cum materia, quæſt.41. numero 49. in fine.*

66 Extende iſtam reſtrictionem, vt ſi ſubdelegatus detulerit appellationi, interpoſitæ ad Papam, omiſſo medio, & cauſſa appellationis ſit inchoata, appellato non contradicente, delegatus non poſſit cauſam ad ſe reuocare, *Biſig. d. deciſ.21. a ſubexecutore num.1. & ſeqq.* quem refert, & ſequitur Felyn. *in c. 27. ſuper quæſtionum §. porro limit. 6. ſub n.13. de offic. & poteſt. iud. deleg.*

67 Subextende hanc extenſionem, vt procedat eo ipſo, quod ſubdelegatus, cui in totum cauſſa fuit ſubdelegata, detulit appellationi, quia licet non debuiſſet deferre; tamen deferendo, repræſentat vices delegati, & ideo delegatus reuocare non poſſet delationem, etiamſi ipſe delegatus ſubdelegaſſet cum clauſula (donec duxerit reuocandum,) *Franch. in c.66. dilecti n.27. verſ. tertio intellige, de appell.* qui loquitur ſine iſta conſideratione, an cauſa appellationis ſit inchoata.

68 Reſtringe II. vt non procedat quando ſubdelegatus, cui non in totum a delegato commiſſæ ſint vices, ſuæ, interlocutus fuerit, reijciendo exceptionem iuriſdictionis, prouenientem ex morte primi delegantis, quod mortuus ſit antequam ſubdelegatus inciperet procedere: quia ab iſta interlocutoria appellabitur non ad ipſum delegatum ſubdelegantem, ſed ad Papam, & ſic omiſſo medio, *capitul.14. ſi a ſubdelegato de offic. del. in 6. & Franch. in cap.66. dilecti ſub numero 28. verſ. quinto intellige, de appell.*

69 Reſtringe III. quando appellaretur à ſubdelegato delegati inferioris, quia poſſet, omiſſo medio, appelari ad Papam, vt ſcribit Felyn. *in capitul.27. ſuper quæſtionum §. porro ſub numero 13. fall.3.* & fuſius Abb. *numero 4. in fine de offic. & poteſt. iud. deleg* ſed adhuc fuſius, & clarius idem Abb. *in capitul.18. cum Bertoldus verſus finem verſ. vltimo extra ſub numero 40. ibi quare concl. de ſent. de re iud.* Et, quod a ſubdelegato delegati alterius, quam à Papa poſſit de iure canonico appellari ad Papam, omiſſis medijs, ſcribit Franch. *in cap.66. dilecti, num.29. verſ. ſexto intellige de appell.*

70 Reſtringe IV. vt non procedat in Curia Romana, quia in ea poteſt a ſubdelegato appellari ad Papam, quãuis delegatus Papæ non in totum ſubdelegauerit; Et ratio eſt, quia, cum, cauſſa eſt delegata in Curia, & in eadem denuo recommittitur, non conſiderantur labores, & expenſæ impetranda noua commiſſione, quia quinque iulijs expeditur commiſſio in Curia; ſed pro impetrando iudice extra Curiam expenduntur vltra ſcuta tria, & propter iſtam rationem tacite Ant. de Butr. *in cap.27. ſuper quæſtionum, §. porro ſub num.12. verſ. cauſa autem de offic. deleg.* tenet ſub verbo forte hanc reſtrictionem ſeruari de ſtylo in Curia.

71 Declara iſtam reſtrictionem, vt ſi vera, ſi ſit ſtylus, alias non, quia licet cauſa tractaretur in Curia, tamen adhuc in ea haberet locum ratio expẽſarum commiſſionis, prout poſt Immol. quem citat, ſcribit Felyn. *in d. §. porro, ſub n.13. fall.2.*

72 Reſtringe V. vt non procedat quando Papa delegaſſet; appellatione remota; quia tunc appellaretur ad Papam, & non ad delegatum ſubdelegantem, quamuis delegatus non ſubdelegaſſet in totum, *Spec. tit. de appell. §. nunc tractemus, ſub n.7. & 8.* dicens, ſic ſeruari de facto in Curia Romana, licet fieri non deberet.

Contra iſtam reſtrictionem (quod enim debeat appellari ad delegatum) tenent alij, *vt teſtatur idem Specul. ſub d. numero 7. & tenet Gloſſ. in capit.27 ſuper quæſtionum §. porro, in verbo ſi cauſa ſit ei in fine, de off. deleg.* dicens, verius eſſe, quod prius dixit, appellandum ſcilicet eſſe ad delegatum, *Abb. in d. §. porro, ſub numero 4. ibi & hanc opin. Ioan. Andr. ibidem numero 47. verſus finem ibi vbi ergo hæc duo concurrunt,* & quod ita tranſeant Ioan. Andr. & communiter * Doct. aduertit Abb. *in capitul.18. cum Bertoldus ſub numero.40. verſ. vltimo extra ibi vel quarto, de ſent. & re iudic.* licet inepte ſoluat contrarium, adductum contra illum textum, dum ſcribit, quod illud contrarium de appellando ad delegatum, qui ſubdelegauit, & non ad Papam procedit in ſubdelegato Papæ dato cum clauſula, *appellationes remota,* hæcque opinio videtur placere Speculatori *d. §. nunc tractemus ſub numero* 8. dum reprobat intellectum, quem, tenentes reſtrictionem, dant ad *d. §. porro,* demum hæc opinio communis * contra reſtrictionem ſatis probatur ex *d. §. porro,* in illis verbis. *Cum autem ſibi aliquid de iuriſdictione reſeruat, ſi cauſa ſit ei appellatione remota commiſſa, non ad nos, ſed ad eum poterit de iure appellari,* ob quem tex. bene hanc opinionem tenuit etiam Hoſtienſ. ſed errauit is poſtea, dum propter eundem textum tenuit contra extenſionem infraſcriptam.

Nec obſtat reſponſio, quam, tenentes reſtrictionem, afferunt huic textui, quod Papa, ſcribens eo loci non ad ſe, ſed ad delegatum poſſe appellari de iure intelligat de iure communi, quia appellatione iuris intelligitur ius commune, ſecus de iure ſpeciali.

Quia hæc reſponſio eſt diuinatiua, & contra textum *in capit.7. ſi delegatus, de off. & poteſt. iudic. deleg. in 6.* & merito propterea hæc reſponſio diſplicet Speculatori, vt dixi.

73 Retenta hac opinione contra reſtrictionem.

Extende ea, vt procedat etiamſi delegato non fuiſſet cauſſa commiſſa, appellatione remota; quia adhuc ad eum eſſet appellandum, ſi non ſubdelegaſſet in totum, *Gloſſ. in capitulo vigeſimoſeptimo, ſuper quæſtionum, §. porro in verbo ſi cauſſa ſit ei, de offic. & poteſt. iudic. delegat. & ibidem Innocen. in verbo appellationem numero octauo, Ioan. Andr. ſub numero, quadrageſimumſeptimum, Anton. de Butr. verſ. oppono quarto, ſub numerum vndecimum, & Abbas ſub numero quarto* vbi atteſtatur etiam de communi,* & probatur ex textum *in capite ſeptimo, ſi delegatus de offic. & poteſt. iud. deleg. in ſexto,* vbi nulla facta diſtinctione an ſit delegata, appellatione remota, vel ſimpliciter, dicitur, quod appellatur ad delegatum.

Contra extenſionem facit text. *in d. §. porro* inducendo eum a contrario in illis verbis, relatis ſupra *numero præcedenti,* & ita per illum textum tenuit Hoſtienſ. arbitratus, quod hæc ſit vna de virtutibus dictæ clauſulæ (*appellatione remota*) & quod ideo allegata Gloſſ. deſtruxerit textum *in d. §. porro.* dum addit (*maxime.*)

Non recedas ab extenſione: Primo, quia opinio contra extenſionem non placuit Gloſſæ, nec Innoc. ſupra citatis, cui diſplicet etiam adductum argumentum a contrario ſenſu, & Hoſtienſem reprobant in hoc Ant. de Butr. & Abb. ſupra citati: Secundo quia iſta clauſula (*appellatione remota*) hodie cenſetur appoſita in omnibus litteris propter *c. vt debitus de appell.* iuxta ea, quæ conſiderant Inn. Io. Andr. & Ant. de Butr. ſupra citati.

Sublimita II. eandem quartam limitationem, vt non procedat extra ſtatum Eccleſiaſticum in temporalibus; quia; cum Papa non intendat ordinariorum iuriſdictioni præiudicare, per ea, quæ ipſemet Pontifex ſcribit,

in c.

in c.13.nouit.de indic. in illis verbis: *Non putet aliquis, quod iuriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus , &c. non enim intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium*, & faciunt, quæ retuli, & ſequutus ſum *infr.n.82.& q.ſeq.n.153.154.& 155.& ſupra n.34.in fine.* & ideo non admittat eiuſmodi appellationes, niſi in caſu non inuentæ iuſtitiæ , & quando alia remedia iudicialia in eo ſtatu deficiunt; ſequitur vt non poſſit appellari omiſſo medio , ſed ſint neceſſario prius excutienda omnia media, iuxta ea quæ ſcribit Innoc. *in c. 10. licet ex ſuſcepto n.1. in verbo vacante, & n.2. & 4. in fine verſ. & ipſe Ieſus, de for.comp. quem referunt, & ſequuntur Franch. Arr. tract. de bell. & eius inſt. n.226.10.16 fol.335. & Leonar. in addit. ad Pract. Papien. in form. appell. a ſent. diff. in gloſſ. ad quemcunque in verbo appellare, fol.416.* ſunt enim indiſtinctæ iuriſdictiones inter Papam , & Imperatorem , & vnus non ſe intromittit in iuriſdictionem alterius, *d.c.nouit.de indic. Dec. in c.7. ſi duobus not.5. n.8. de appell. & Mandoſ. tract. de inhibit. q.47. n.6. 10.5. fol.94.* & in caſu huius ſublimitationis loquitur Frãch. *in d.c.7. ſi duobus, §. deniq; n.11. verſ. vltimo tenementi de appel.* quẽ etiã citaui *infra n.113. lim.19. verſ. contra hanc* . dum inquit , quod grauatus à iudice ſæculari non poteſt talem iniuſtitiam deducere ad Papam etiam per viam appellationis , cum a iudice laico ſit gradatim appellandum ad eius ſuperiorem: & poſtea limitat hoc, vt non procedat in terris, quæ ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ .

75 Infero , quod ex iſta ſublimitatione domini temporales, quorum dominia non ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſię, ſumunt occaſionem prohibendi ſuis vaſallis, ne in prima aut ſecunda inſtantia, neque in alia recurrant ad Curiam Romanam, & litigantibus in ea prohibent, vt deſiſtant & litigent in eorum foro, vt retuli *ſupra n.33.34.& 35.* & faciendo hoc , non credunt, ſe id facere de facto , prout de facto fieri ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 2. in commiſſione appel. c.1. nu.41. fol.11.* ſed poſſunt credere, ſe facere de iure eo tantum reſpectu , quod & ipſemet Pontifex non intendit præiudicare ordinariorum iuriſdictioni, & vult, vt quilibet vtatur iure ſuo : etſi enim omne imperium , tam in ſpiritualibus , quam in temporalibus fuerit translatum in Chriſtum; fuit enim Chriſtus Rex, & Sacerdos , *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra l.1.c.11.num.6. & 7.* & ideo Pontifex, qui eſt eius Vicarius, retinet habitu iuriſdictionem temporalem vbique, vt declaraui *d.c.11.n. 10.* ſicque etiam extra ſtatum eccleſiaſticum, vt ex Reſtatur. Caſtal. retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. c.9. ſub n.736. verſ. ad ſecundam*, tamen hanc habitualem iuriſdictionem non deducit vnquam ad actualem , vt ipſemet exerceat , niſi ex cauſa, quæ in Pontifice ſemper eſt præſumenda, *vt dixi d.c.9. ſub n.736.* & ideo non vult vnquam præiudicare ordinariorum iuriſdictioni , per ea quæ dixi *n. præced.* & patet ex diſpoſitione ſacri Concilij Tridentini , de quo ſcripſi *infra q.15. n.377. & ſeqq.* & eo modo, quo Barones, ſubditi Regis poſſunt prohibere ſuis vaſſallis, ne accedãt ad Curiam regiam, *vt ſcribunt Doctores, quos citaui ſupra n.33.* poſſumus admittere , quod eodem modo prohibeant , ne in temporalibus accedant ad Curiam Papæ , quia ita veriſimiliter eſt de mente Papæ .

76 Extende Iſtam ſublimitationem, vt procedat etiam in Ciuitate Parmæ, in Regno Neap. & in Regno Apuliæ, & procedebat etiam in Ciuitate Ferrariæ , quando detinebatur in feudum a Sereniſſ. Ducibus Eſtenſibus, quia licet prædicta loca ſint de iuriſdictione temporali Eccleſię vt mox dicam, tamen Papa, & Sancta Sedes Apoſtolica non intendit illis feudatarijs iuriſdictionem conceſſam auferre; quare a ſententia Sacri Conſilij Neap. non habetur recurſus ad Papam , niſi contineret notoriam iniuſtitiã, & cauſa eſſet magna, puta de vna Baronia, vel de vno magno caſtro, vel de maiori parte bonorũ, vel de crimine capitali, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.16. lim.15. verſ. reſtringe, n.3.* & ſic præmiſſa ſecunda ſublimitatio ſeruatur etiam in locis mediate ſubiectus .

77 Nec obſtat, quòd iura canonica ſint ſeruanda in illis locis, ex quo ſunt de iuriſdictione eccleſiaſtica, vt, loquendo de Ciuitate Ferrariæ ſcribunt *Dec. conſ.97. in caſu propoſito in prin. & Beniten. deciſ.97. mota lite n.1.* & alij, quos refert, & ſequitur *Contard. in l. vnica, lim.3. n.11. C. ſi de mom. poſſ.* &, loquendo de Ciuitate Parmæ, ſcribit *eod. n.11.* & de Ciuitate Apuliæ , & de toto regno Neapolitano ſcribit Corn. *conſ.90. in cauſa vertente col.3. ſub n.7. ibi quia ex pacto oppoſito lib.4.* quem ſimiliter refert, & ſequitur Cõtare , *d. lim.3. n.12.* & quod Regnum Neapolitanum ſit feudum Sedis Apoſtolicæ , innui etiam *lib. præc. c.9. ſub n. 736. verſ. ad ſecundam* , & ius canonicum diſponat quod poſſit appellari ad Papam, omiſſo medio .

Quia, concedendo omnia , reſp. quod extenſio nititur inueſtituræ, ſecundum quam non debet feudatarius inueſtitus priuari iuriſdictione ſecundarum cauſarum: Adductæ ergo in contrarium procedunt in officialibus , & miniſtris, qui non habent iuriſdictionẽ , & adminiſtrationẽ temporalẽ perpetuã iure proprio; prout ſunt Epiſcopi , Archidiaconi, Vicarij, & ſimiles: quia ab iſtis poteſt appellari ad Papam, omiſſo medio; ſecus eſt in Ducibus, & ſimilibus inueſtitis cum mero, & mixto imperio, tam primarum, quam ſecundarum cauſarum, quia ab iſtis nõ debet appellari per ſaltum, ita vt priuentur iuriſdictione, cũ Papa non intendat inferiorum iuriſdictioni præiudicare.

Ceterum, vt obiter reuertar ad id, quod dicebam, Regnum Neap. eſſe de iuriſdictione temporali eccleſiæ, hoc ſcribunt Corn. & Contar. ſupra citati, & late Mario. Frec. *tract. de ſubfeud. l.1. rub. de antiq. ſtat. reg. ſub num.14. verſ. poſtquam & num. ſeqq. fol.59. & ſeqq.* vbi inter alia refert, Conſtantinum Imperatorem donaſſe vniuerſum occidentem, reſeruata ſibi ſolum Vrbe Neap pro Camera Imperij : de Regno Apuliæ ; quod ſit feudum Eccleſiæ , ſcripſi *lib. præc. c.9. n.1696.*

78 Declara I. iſtam ſublimitationem , dum dicimus , appellationem non admitti, niſi in caſu non inuentæ iuſtitię vt iuſtitiam non inueniri dicamus, quando notorie conſtat de iniuſtitia, *ſecundum ea, quæ ſcribit Dec. in rubr. q.5. numero 38. & 41. & in capitul.7. ſi duobus , numero 11. de appellat.* alias enim quilibet poſt latas contra ſe tres conformes adhuc appellaret ad Papam ſub prætextu non inuentæ iuſtitiæ .

79 Declara II. vt procedat , quando propter difficultatem variatur quæſtio inter iudices , *Innocen. in c.10. licet ex ſuſcepto ſub n.3. in verbo imperio de for. comp.* vel quia inferiores non poſſunt de facto exequi ſententias , *Innoc. vbi ſupra ſub n.4.*

80 Declara III. vna cum Innocentio *in d.c. licet ex ſuſcepto num.1. de for. comp.* vt in caſu , quo Princeps ſecularis impediretur miniſtrare iuſtitiam propter duritiem ſubditorum, Papa non apponat in eius iuriſdictionem manum auocando ad ſe cauſas , vel iuriſdictionem , ſed ipſum Principem adiuuaret , vt poſſet ſubditorum rebellionem domare.

81 Subdeclara has declarationes, vt praxis eas non admittat, niſi in cauſſis arduis inter magnates , & potentes, ex quorum diſcordia poſſet oriri perturbatio multorum , iuxta ea, quæ ſcripſi *lib. præc. c.2. n.24.*

82 Sublimita III. vt hæc limitatio non ſeruetur in cauſſis, quæ cognoſcuntur hic in Curia , quia Papa non admittit appellationem, ſi extant iudices mediati appellationum, ideoque Signatura iuſtitiæ eiuſmodi commiſſiones , non ſignat, iuxta ea, quæ declaraui *q. ſeq. n.154.*

Confirmatur hæc ſublimitatio , quia Papa non præſumitur in iſta Signatura iuſtitiæ concedere aliquid in præiudicium alterius, *Steph. tractat. de ſign. liter. iuſtit. rub. de*

ſanat.contract.inual.nu.6. verſ.conſtat. & ideo iſta Signatura non reſcribit in præiudicium ordinariorum: quare vbi materia tangit Cameram, Signatura dicit; *Videat Cameræ*. Vbi tangit religionem; *Videat Protector*, quia ipſe eſt verus, & legitimus ordinarius illorum de illa religione; & eodem modo vbi tanguntur officia Papæ, Signatura dicit; *Videant Domini Secretarij*, quia ordo eccleſiaſticus confunditur, ſi vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur, *Stapb.de rubr.de ſanat.contract.inual.n.7.& 8. verſ.ſimiliter fol.287.in impreſſa Romæ anno 1587.*

83 Sublimita IV. generaliter, vt quamuis poſſit appellari ad Papam, omiſſo medio, tamen Papa, inſtante appellato, remittit cauſſam ad ſuum iudicem, *iuxta ea, quæ ſcribunt Archidiaeb.in c.7.ſi delegatus in fine de offic.& poteſt.iud. deleg.in 6. Biſid.deciſ.21. a ſubexecutore num.5. in fine de appel. Ant. de Butr. in c.66. dilecti ſub num.6. de appel. Abb.in capit.18. cum Bertoldus, verſus finem verſ. vltimo extra num.40 de ſentent.& re ind. Afflict.in conſt. Neap. cum nou.n.6.lib.1. & Guid.Pap.deciſ.436. cum materia q. 41.num.39.* dicens quod ſi appellans petat, ſe remitti iudici mediato, debet remitti, quod idem ſentit Rebuff.*tract. de appel.artic.2.gloſſ.vna n.9.11.& 12.tomo 3.fol.487.&* 488. dicens, ex regula appellandum eſſe gradatim, & omiſſo medio, cauſſa ad immediatum eſſe remittendam, etiamſi ad Papam appellatum fuerit, niſi partes non peterent remitti.

84 Declara I. hanc ſublimitationem, vt non procedat quando Princeps, ſeu Curia ſuprema videret cauſſam rationabilem, per quam deberet retinere cauſſam, quia tunc poterit eam retinere *Rebuff.d.art.2.gloſſ.vna numer. 17.fol.488.*

85 Subdeclara hanc declarationem, vt in Regno Franciæ ſtetur conſcientijs Conſiſtoriorum, & Parlamentorum an habeat iuſtam cauſſam non remittendi cauſſas appellationum, interpoſitarum ad ea, omiſſis medijs, *Rebuff. tract.de appel.art.3.gloſſ.vna, n.1.tomo 3.fol.489.*

86 Infero ex iſta ſubdeclaratione non poſſe reclamari ab iſta non remiſſione, *Rebuff.ead.gl.vna n.3.* quem etiam retuli, & ſequutus ſum *infr.q.17.lim.15.ſub n.3.*

87 Declara II. vt hæc remiſſio in Regno Franciæ fiat expenſis appellantis, niſi fuiſſet appellatum a iudice non Regio ad Curiam, quia tunc fieret remiſſio ſine expenſis, *vt teſtatur Rebuff.tractat.de appell.art.2.gloſſ. vna, n.2.& 3.tom.3.fol.487.* & quod is, qui appellauit, omiſſo medio, expenſas non euadat, ſcribit *Rebuff.tractat.de appell.art.9. gloſſ.vna num.24.tom.3. fol.509.* Nos tamen hic in Vrbe, quicquid ſit de ſtylo Franciæ, videmus expeditiones remiſſionis cauſæ fieri expenſis appellati, petentis remiſſionem, quia hic in Vrbe poteſt appellari, omiſſo medio; quod ſi non poteſt, deberet fieri expenſis appellantis.

88 Limita V. quando appellatur a iudice, qui habet iuriſdictionem a perſona eccleſiaſtica, quia poteſt ab eo appellari ſecundum canones, omiſſo medio, *vt ſcribunt Spec. Nicell.Gamb.& Gail.* quos citaui, & declaraui *ſupra n.15. ampl.1.verſ.contra, et verſ.retenta, et infra n.92.* vbi vide.

89 Sublimita hanc limitationem; vt procedat in his, qui habent iuriſdictionem ſpiritualem, & in his, qui habent iuriſdictionem temporalem ſine inueſtitura perpetuæ iuriſdictionis prout ſunt Gubernatores, alijque officiales ad tempus, quia ab iſtis poteſt appellari ad ſuperiorem omiſſo medio.

90 Infero ex hac limitatione, & ſublimitatione, bonam eſſe praxim, quam ſeruat Tribunal Auditorij Cameræ in admittendis appellationibus de partibus intra Statum Eccleſiaſticum, omiſſis medijs, id eſt, omiſſis iudicibus ſecundarum cauſarum, & appellationum, qui ibidem eſſent; quæ praxis hodie habet coherentiam, & robur a facultatibus, conceſſis a Gregorio XIV. Auditori Cameræ, prout in eis legitur num.9. quare tu, qui verſatus es forſan in iuriſdictione Gubernatoris Campaniæ, & Maritimæ, noſti forſan, quod a ſententijs, latis per Gubernatores Ciuitatum Campaniæ poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, omiſſo Gubernatore generali habente reſidentiam in terra Froſinonis; habet enim Auditor Cameræ iuriſdictionem ſecundarum cauſarum cumulatiue, non obſtantibus ſtatutis, quæ forſan exiſterent in contrarium in illis locis iuxta ea quæ ſcripſi *ſupra numero quinquageſimoquarto; verſ.extende 2.& q.ſeq.n.112.*

Aduerte obiter, quod Auditor Cameræ non debet recipere appellationes de partibus, niſi cum clauſula expreſſa, quatenus à ſententia diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente appellatum ſit, ſic diſponentibus bullis 74. Pij IV. reformatio tribunalis Auditoris Cameræ, *verſ.deinde non recipiat fol.755.* & Pij V. quas etiam citaui *ſupra lib. 1.c.22. ſub n.2.*

91 Extende iſtam illationem, vt neque Signatura ſoleat iſto caſu reſcribere contra Tribunal Auditoris Cameræ, & remittere cauſſam appellationis ad iudices de partibus, niſi forſan ageretur de re modici valoris.

92 Limita VI. vt non procedat de iure canonico, quia poteſt appellari ad Papam, & multos alios, omiſſo medio, *vbi ſcripſi ſupra n.88.lim.præced.& infra num.103.& ſeqq.* Quare hæc limitatio reſtringitur ad perſonas, de quibus egi num. citatis.

93 Limita VII. ſi extaret conſuetudo appellandi omiſſo medio, *capitul.7.referente, cum ibi not.de præben.* vbi presbyter a ſententia Archidiaconi appellauit ad Archiepiſcopum; & deinde, cum idem presbyter excommunicaretur ab eodem Archidiacono, appellauit ad Papam, ſicque vtraque vice appellauit omiſſo medio, *Soccin.reg.23 fall. 6. Abb.in c.66 dilecti, il 3.n.9. verſ.ſecundus caſus Franch. in 2.limit.num.14.& Deciſ.fall.2.num.15.& ſeqq.de appel. idem Dec.in d.c.referente num.8. de præben. Franch.in rub. nu.7. verſ.de accidentibus de appell.& in c.3.Romana §.ab archidiaconis num.4.limit.1.& ibidem Gemin.num.3.verſ. nota quod conſuetudo de appel.in 6. Felyn.in c.27. ſuper §. porro ſub n.14.verſ.item fallit niſi conſuetudo de offic.& poteſt.iud.deleg. Maran.in ſuo ſpecul.par.6. actu 2. princip.in verbo, & quandoque appellatur lim.5.n.374. fol.512. Minſing.in ſing.obſeru.cent.1. obſeru.67. in fine & Rebuff.tract. de appell.art.2.gloſſ.vna.nu.16.tom.3.fol.488.* Et quod valet conſuetudo, vt à iudice ſeculari in omni loco, & in omni foro appelletur ad eccleſiaſticum, omiſſo medio cum conſuetudo deferat ius appellandi ad eum; qui alias non eſſet iudex illius appellationis, ſcribit *Franch.in cap.ſi duobus.§.denique n.12.& 13.limit.2. de appell.*

Ratio eſt, quia quod non poſſit appellari, omiſſo medio, eſt de accidentalibus appellationis, ideoque valet cõſuetudo. *Abb.in rubr.col.1. ſub nu.2.de appell.* & quod ſolus ordo appellandi ad maiorẽ ſit de ſubſtantia appellationis, ſed ordo appellandi gradatim non ſit de ſubſtantia, ſed de circumſtantijs, ſcribit, loquendo de appellatione interpoſita per errorem ad ſuperiorem, omiſſo medio, Ang.Aret.*in l.1.§.ſi quis in appellat.ſub num.10.verſ. ſubdit tamen.ff.de appell.& relat.*

94 Extende I. hanc limitationẽ vt procedat etiam in præſcriptione, quia poteſt præſcribi, vt appelletur ad ſuperiorẽ omiſſo medio, *Franch.in d.c.66.dilecti, lim.2.num.14.& in c.4.Romana §. ab archidiaconis, ſub nu.4. lim.3. de appell.in 6.* ſed hæc extenſio eſt eadem cum limitatione.

95 Extende II. vt habeat locum etiam in priuilegio, quia priuilegium, quod poſſit appellari, omiſſo medio, *Franc. d.cap.66. dilecti num.15.de appellat.& in cap.3. Romanæ §.ab archidiaconis ſub n.4. limit.2.de appell.in 6.& Rebuff. d.art.2.gloſſ vna.num.16.* dicens, quod in praxi tamen ſeruatur, vt priuilegium non proſit, ſi non fuerit confirmatum.

96 Limita VIII. quãdo appellaretur per errorem, omiſſo medio,

Digitized by Google

medio, quia tunc appellatio non eſſet inutilis *l.1.§. ſi quis in appellatione, & ibi Bart. num.1. & 5. ff. de appell. Guid. de Suzar. tract. de ord. iud. num. 119. tom. 3. par. 1. fol. 38 Azo in ſumm. C. de appell. num. 19. ibi. quid autem. Spec. tit. de appel. §. nunc tractemus, num. 14. verſic. quid ſi per errorem. Archid. in cap. 28. anteriorum. num. 10. 2 q. 6. Papien. in Tract. in form. appellat. a ſent. diffin. in gloſſ. & ad quemcunque. fol. 415. Io. Ferrar. tract. de appel. lib. 2 c. 5. ſub n. 139. tom. 5 fol. 69. Luc. Pet. in pract. Capitol. lib. 5. c. 1. n. 16. verſus finem:* iſto enim caſu appellatio non nocet, *Gemin. in c. 3. Romana, ſub n. 8. de app. in 6.* quia intelligitur in effectu deuoluta cauſa ad iudicem competentem, *vt ſcribunt Abb. in cap. 66. dilecti, il 3. ſub n. 8. & Franch. ſub n. 13. verſ. aduerte tamen, & verſ. conclude ergo ibi. ſi vero appelletur, de appell.* & quod appellatio non efficiatur deſerta, quando per errorem fuit interpoſita ad iudicem immediatum ſuperiorem, & ideo ſit remittenda ad iudicem mediatum, qui de illa cognoſcet, ſcribit Guid. Pap. *tract. de appel. q. 42. n. 35. fol. 59.*

Ratio ſecundum Bar. *in d. n. 5.* & Ioan. Ferrar. *dict. c. 5. ſub n. 139. t. 5. fol. 69.* eſt, quia quod plus eſt vtique tantum eſt: quare appellando ad maiorem videretur appellare ad minorem: ſecus ſi ſit appellatum ad minorem, quia quamuis per errorem, tamen appellatio eſſet nulla, vt, pluribus citatis, ſcripſi *ſupra quæſt. 2. num. 12.* vel ratio eſt ea, quam ex Ang. Aret. retuli *ſupra num. 93. in fine*, vbi videas; ſecus tamen eſſet ſi appellatur, omiſſo medio ſciente, quia erit nulla.

97 Extende I. hanc limitationem, vt ſit vera etiamſi appelletur ad iudicem inferiorem Imperatore, quia nihilominus ſi ſit ignoranter appellatum, omiſſo medio, error excuſat, *Franch. ſub d. n. 13. verſ. conclude ergo.*

Extende II. vt ſicut appellatio, interpoſita ad ſuperiorem, omiſſo medio per errorem, non nocet, iuxta ea quæ ſcripſi *n. præcedenti*; ita etiam non noceat ſi ſit per errorem interpoſita ad æqualem ſuperiori mediato, ad quem erat appellandum, *Guid. de Suzar. Az. & Archid. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 2. num. 17.* & declarant apertius Paul. de Caſtr. *in l. 1. §. & ſi quis in appellatione, n. 2. & Ang. Aret. ſub n. 8. verſus finem. verſ. in ea gloſſ. in fin. ff. de appell. & relat.*

Declara eandem limitationem, vt appellatio ignoranter interpoſita ad ſuperiorem, omiſſo medio, non ſit inutilis, dummodo ille ſuperior ſit ſubalternatus iudici a quo, vt declarat *Arch. in cap. 3. Romana, ſub numer. 6. verſ. quæro de quibuſdam. de appell. in 6.* ſeu dummodo ſit error tranſgreſſionis graduum, & non error poteſtatis, quia eſſet incompetens, & ideo appellatio non valeret, *Ang. Aret. in l. 1. §. ſi quis in appellatione, ſub numer. 7. ff. de appell. & relat.* vt puta, ſi tu debes appellare ad Archiepiſcopum Rauennatem, & appellas ad Patriarcham Conſtantinopolitanum, quia hæc appellatio non tenet. *Arch. vbi ſupra.*

98 Vtilitas huius limitationis, & extenſionis erit, quia interim non curret inſtantia appellationis, *Foſſaneu. quem retuli & ſequutus ſum ſupra ſub n. 23. verſ. ſed ſecundum, & ſentit Guid. Pap. vbi ſupra*, dum ait, appellationem non fore deſertam.

Difficultas ſupereſt, quomodo conſtabit, fuiſſe appellatum per errorem, cum poſſet appellans, ſcienter, & malitioſe appellare, vt magis defatigaret appellatum, vel quia coram illo ſuperiore haberet aliquem fauorem.

Huic difficultati, quam nemo, quam viderim, ante me excitauit, reſpondeo, quod licet appellaret ſcienter, & malitioſe ad defatigandum, tamen erraret in eo, quod crederet talem appellationem eſſe validam; & iſte error præſumitur, & non quod voluerit nulliter appellare, vel, quod fuerit adeo malitioſus, vt excogitauerit hanc erroris præſumptionem.

99 Limita IX. in Regno Neap. quia ibi poteſt, omiſſo medio, appellari a quocumq; iudice ad Regiam, vel ad magnam Curiam Vicariæ ex diſpoſitione *rit. 52.* & ibi notat Carau. *n. 1. & 2. & ex conſt. appellationum tempora, lib. 2. fol. 192. & conſtit. cum nou. lib. 1. & ibi gloſ. col. 2. in princ. in verbo, ſed ad celſitudinem, fol. 99. de Affl. not. 4. n. 6. fol. 103. And. de Iſern. in conſt. officiorum, lin. 62. lib. 1. fol. 83. & Affl. ſub n. 13. ibi, fallit in hoc regno, & Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoq; appellatur lim. 8. num. 377. fol. 512. & n. 398. in 10. reg. fol. 514.*

100 Sublimita I. iſtam limitationem, vt Regia, ſeu Magna Curia non cognoſcat, ſed remittat cauſam appellationis ad iudicem medium, qui eſt Præſes Prouinciæ, quando pars inſtat pro remiſſione cauſæ, ſicut ex Afflict. refert & ſequitur Carau. *d. rit. 52. ſub n. 2.* adde, quæ ſcripſi *q. ſeq. n. 110. verſ. exemplifica.*

101 Subamplia II. quando ex conſuetudine, vel ex priuilegio extaret iudex ſecundarum cauſarum, quod bene ſeruatur in Baronibus, qui habent ſecundas, & tertias cauſas, *vt ſcribit Carau. d. rit. 52. ſub n. 2 ibi, ſecundo limita*, de quibus Baronibus, habentibus ſecundas, & tertias cauſas, mentionem feci *ſupra lib. 1. c. 65. ſub n. 5. verſ. ſi vero.*

102 Limita X. in ſcholari, quia is, poteſt, omiſſo medio, appellare a quocunq; iudice inferiore ad Imperatorem, *auth. habita, Cod. ne fil. pro patr. & ibi Nicol. de Neap. & Bal. col. 4. verſic ſequitur, nu. 14. Franch. in cap. 7. ſi duobus, denique, ſub n. 10. & 11. de appel. Fel. in cap. 27. ſuper quæſtionum, §. porro, n. 14. in vlt. fall. de offi. & poteſt. iud deleg. Dec. in cap. 66. dilecti, il 3 n. 19. de appell. Martin. Laud. tractat. de princip. q. 425. tom. 16. fol. 210. Socc. reg. 23 fall. 5. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in d. verbo, & quandoque appellatur, lim. 3. n. 372. fol. 512. Reſtaur. Caſtal. tract. de imper. q. 95. n. 3. fol. 70. Rebuff. tract. de appell. art. 2 gloſ. vna, n. 13. limit. 2. tom. 3. fol. 488. & tract. de priuil. ſchol. priuil. 164. n. 9. tom. 18. diuerſ. f. 60. & Hor. Lut. priuil. 73. fol. 83. qui alios allegant, Gregor. Toloſ. tract. de appell. lib. 4. c. 13. ſub num. 3. verſ. Horatius & verſ. & Rebuffus, fol. 446.*

De priuilegijs ſcholarium gymnaſij almæ Vrbis circa forum in prima inſtantia; vide bullam 2. Bonifacij VIII. *fol. 37.*

103 Limita XI. in Legato Papæ, quia ad eum poteſt appellari, omiſſis medijs, qui ſunt eius legatione, *Spec. tit. de appell. §. nunc tractemus, verſ. & nunquid, num. 15 lib. 2 fol. 188. Abb. in c. 66. dilecti, il 3. verſic. extra gl. numer. 12. & Franch. limit. 8. num. 22. de appell. rurſus idem Franch. in c. 7. ſi duobus, §. denique not. 2. ſub num. 8. de appellat. & in c. 3. Romana, §. ab archidiaconis, ſub num. 4. limit. 9. eodem tit. in 6. Socc. reg. 23. fall. 13. Maran. in ſuo ſpecul par. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, num. 371. fol. 512. Gundiſ. Villad. tract. de legat. quæſt. 8. nu. 32. fol. 263. Gamb. de auct. leg. de lat. lib. 8. quæſt. 22. num. 105. fol. 212. omnes in tractat. diuerſ. tom. 13. par. 2.* & de communi * teſtantur Abb. *vbi ſupra*, & Ang. Aret. *in l. 21. Imperatores, n. 2. ff. de appell. & relat.*

Ratio, quam adducit Gundiſ. loco citato, eſt duplex: Prima, quia legatus gerit vices Papæ: ſecunda quia concurrit cum quolibet ordinario, & conſequenter, inquit Gundiſ. appellatur ad eum, tanquam ad ordinarium, ſicque habetur pro iudice mediato, ideſt, ſuperiore proximo.

Contra iſtam limitationem tenent Io. & alij quidam, vt teſtatur Spec. *vbi ſupra*, moti ea ratione, quod ſit ſpeciale in Papa, aſſerit tamen Speculator, limitationem ſeruari de facto contra eandem limitationem ſtatutum eſſe in concord. Franciæ ſcribit Rebuff. *tract. de appell. art. 2. gloſſ. vna n. 11. tom. 3. fol. 487.*

104 Limita XII. in Patriarcha Conſtantinopolitano, & Alexandrino, ad quos poteſt appellari, miſſo medio, *Specul. tit. de appel. §. nunc tractemus, n. 15. in fine & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. in d. verbo, & quandoque appellatur, n. 371.*

& loquendo generaliter in quolibet Patriarcha, ſcribunt Soccin.*reg.23. fall.vlt.14. Franch.in cap.7.ſi duobus §.denique not.2.ſub num.8. & in cap.66. dilecti limit 9.numero 24. de appellat. & in capit.3. Romana §. ab archidiaconis ſub num.4 limit 10.eod.tit.in 6.Felin.in cap.27. ſuper quæſtionum, §.porro ſub num.14. de offic.& pot. iud. deleg.& Gamb.tract.de auct.leg.de lat.lib.8. quæſtio 22.n.106.* vbi
* de communi * *opin.tomo 13.par.2.fol.212.*

105 Limita XIII. quando pars appellata non opponit, quia tūc appellatio valet, omiſſo medio, *vt ex Gloſſ. Abb. Franch. Affl. Maran. Rebuff. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra num.18.verſ.contra iſtam,* & quod appellatio, omiſſio medio, valeat, niſi excipiatur, ſcribit Felyn.*in allegato §.porro num.14.fallen.1.de offic.& poteſt.iud.deleg.* & quod de iure canonico hæc limitatio ſit vera, etiamſi appellans ſcienter appellaſſet, retuli, & ſequutus ſum *ſupra n.26.reſtrict.3.*

106 Limita XIV. quando concurrunt iuriſdictio mediata, & immediata, vt puta, ſi appellatur ab aliquo Prælato, ſubdito Archidiaconi, qui eſt ſubditus Epiſcopi, quia poterit appellari ad Papam, ſeu ad Epiſcopum, omiſſo Archidiacono, *Guid.de Baiſ.in cap.28.anteriorum ſub num.12 in 3.caſu 2.q.6. Abb.in cap.66. dilecti il 3.verſ.octauus caſus ſub n.14.& Franch.limit.5.n.19.de appellat.Socin.reg.23.fall.10.Felyn.in c.27.ſuper quæſtionum §.porro ſub num.14.de offic.& poteſt.iud.deleg.Gemin.in c.tertio,Romana §. ab archidiaconis ſub n.4. caſ.4. & Franch.ſub n 4. limit.6. de appellat.in 6.* qui variant in exemplificatione huius limitationis.

107 Limita XV. quando Epiſcopus litigaret cum ſubdito, vt puta cum Clerico, quo caſu eligerentur arbitri, & a ſentētia arbitrorum appellatur ad Papam, omiſſo medio *Gemin.in c.3.Romana §.ab archidiaconis,ſub n.4.verſ.quaro quare,& Franch.ſub n.4. lim.4.de appel.in 6.Soccin.reg.23.fall.9.Maran.in ſua ſpecul.par.6.act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur lim.7.nu.376.fol.512. & Breder.tract.de appel. par.1.tit.18. in verbo ab arbitris col. 202.* Vel (& eſt clarius exemplum) quando Metropolitanus cōuenit ſubditum ſui ſuffraganei, id eſt, Epiſcopi coram ipſo Epiſcopo, quia iſto caſu non appellatur ab Epiſcopo ad Metropolitanum, quia eſſet appellare ad aduerſarium, & ideo, omiſſo Metropolitano iudice ſuperiore proximo, appellatur ad ſuperiorem Metropolitani, *vt ſcribunt Archid.in c.28.anteriorum ſub n.12 in 2.caſu, 2.q.6. Abb. in c.66.dilecti il 3.verſ.ſextus caſus, n.13.& Franch.lim 3. n.17 & lim.4.n.18. de appell. Gemin.in c.3. Romana §.ab archidiaconis,ſub n.4.caſ.2.& Franch.ſub n.4.lim.8. de appell.in 6.Socc.reg.23.fall.8.Breder.tract.de appell.par.1.tit. 18.in ver.ab archiepiſcopo col.202.et in ver.ab epiſ.col.203.*

108 Reſtringe iſtam limitationem, dum dixi, quod ſunt eligendi arbitri, & ab arbitris appellatur ad Papam, omiſſo Archiepiſcopo, vt non habeat locum in appellatione extraiudiciali interpoſita, ne ipſe appellans turbetur in iure ſuo, quia iſto caſu poſſet Epiſcopus appellare ad proprium iudicem, ſicque ad Archiepiſcopum: quare licet Archiepiſcopus, qui eſt Metropolitanus non ſit iudex ſubditorum ſui ſuffraganei, ideoque, ſi Epiſcopus velit conuenire Decanū, ſuum ſubditum, ſint eligendi arbitri; tamen, ſi Epiſcopus appellet extraiudicialiter, ſeu conueniat ſuum ſubditum ſuper moleſtijs, ſibi a ſubdito illatis, quia appellare extraiudicialiter eſt conuenire; poterit ipſum conuenire, ſeu appellare ad Metropolitanum, ſicque ad proprium iudicem appellantis, & non appellati, *Abb. in c.55.dilectis,not.5.num.7.8.& 9.de appell.* vbi exiſtimat hoc eſſe pulchrum, & ſingulare dictum.

Confirmatur hæc reſtrictio, quia ſi moleſtatus extraiudicialiter, & ideo appellans, intentat vti diffamatus remedium legis diffamari, agit coram iudice ſuo, *vt ſcribunt Alex.Rom.& alij,* quos retuli, & ſequutus ſum ſupra *lib.1, c.34.ſub n.43.verſ.contrariam & Vrſill.in Annot.ad Affl. decis.268.ſub num.2.* & de opinione communi teſtantur* Vant.*tract.nullit.rub de nullit.ex defect.proceſ.n.65.tom. 4.fol.416.* & alij quos ſimiliter citaui *d.n.43.verſ. contrariam.* & ſequutus ſum etiam *lib.præced.c.2.ſub num.187.*

109 Limita XVI. quando appellatur a ſententia arbitrorum electorum ſuper recuſatione iudicis ſuſpecti, quia appellatur ſimiliter ad Papam, & non gradatim: cenſentur enim delegati Papę *cap.11.ab arbitris. de offic. & poteſt. iud. deleg.in 6 Specul. tit. de appel. §. nunc tractemus. verſ.ſed ad quem,n.5.in fine.l.2.fol.188. Abb.in cap.66.dilecti, il 3. verſ.7.caſus, num.14. de appell.Felyn.in cap.27. ſuper quæſtionum.§.porro.ſub num.14.verſ.item fallit in arbitris.de offic. & poteſt.iud.deleg. & Maran. in ſuo ſpec.d. limit.7 n.376.fol.512.* & quod a ſententia eorum, qui ſunt delegati a lege, appelletur ad Principem, tanquam ad delegantem, ſcribit Breder.*tract.de appel.par.1.tit.15.col.139 litera B.verſ.appellatia a ſententia.*

110 Declara iſtam limitationem, vt procedat ſolum, quādo eſt recuſatus delegatus Papę, prout loquitur text.*in d. c.11.ab arbitris*, vel eſt recuſatus ordinarius, a cuius ſententia eſſet appellandum ad Papam: ſecus quando recuſatur delegatus inferior, vel ordinarius, a cuius ſententia non appelletur ad Papam, vt puta quando allegatur ſuſpectus delegatus, Regis, vel alterius Baronis, quia iſto caſu ab arbitris cenſeo appellandum eſſe ad Regem, ſeu Baronem, &c.

111 Limita XVII. quando ſuperior proximus eſſet abſens longo impedimento detentus, quia tunc poteſt appellari ad ſuperiorem, omiſſo medio, *Maran.in ſuo ſpec. par.6.act.2.princ.in verbo, & quandoque appellatur limit. 10.num.379. fol.512.* & quod iſto caſu appelletur ad ſuperiorem ſuperioris impediti: ſecus ſi impedimentum eſſet modico tempore duraturum, quia eſſet expectanda ceſſatio impedimenti, ſcribit Franch.*in rub.n.40. verſ.quæritur de appel.*

112 Limita XVIII. quando vacat Imperium, quia tunc indiſtincte appellatur ad Papam, omiſſo medio, *c.10.licet ex ſuſcepto & ibi Gl.in verbo, vacante deſer.compet. Maran.in d.verbo, & quandoque appellatur verſic. quarta regula,n.388. fol.513.*

113 Limita XIX. in viduis, & pupillis, quia eis permiſſum eſt appellare, omiſſo medio, *Caran.ſuper rit.19. item quod procurator.n.20. priuil.16. & Theſ. Foſſan. decis.177. miſerabiles,ampl.5.n.8.* & hæc limitatio procedit etiam in alijs perſonis miſerabilibus, *Rebuff. tract.de ſentent. prouiſ.art.3.gloſſ.vlt.n.31.verſ.12.tomo 1.fol.298.& tract. de appel.art.3.gloſ.vna,fall.3.n.14.tomo 3.fol.483.*

Contra hanc limitationem videtur facere quod ſcribit Franch.*in cap.7.ſi duobus,§.denique in fine lim.vlt.ſub n.15 & ſub n.11.verſ.vltimo tene menti de appell.* dicens, quod eccleſia, clericus, vel miſerabilis perſona non poſſunt a iudice ſeculari appellare ad Papam, & quod grauatus a iudice ſeculari non poteſt talem iniuſtitiam deducere ad Papam etiam per viam appellationis, cum a iudice laico ſit gradatim appellandum ad eius ſuperiorem.

Non recedas a limitatione, quia Franch. non dicit, quod miſerabilis perſona non poſſit appellare, omiſſo medio, ſed ſolum dicit, quod non poteſt de vno foro tranſire ad alium forum diuerſæ ſpeciei, per ea, quæ dixi *ſupra n.74.in fine,* & clarius *infra n.137.*

114 Amplia obiter pro maiori intelligentia, & confirmatione eiuſdem limitationis, vt ſicut vidua, aliæq; perſonæ miſerabiles poſſunt in ſecunda inſtantia adire Principem per viam appellationis, omiſſo medio, vt dixi, ita etiam poſſunt, omiſſo medio, adire eum in prima inſtantia; quia etſi nemo poſſit pro lite examinanda conueniri in prima inſtantia coram Principe, *Couar.pract.qq.cap 6. in principio.* tamen pupillis, viduis, alijſque miſerabilibus perſo-

Digitized by Google

perſonis datum eſt priuilegium, vt poſſint agendo trahere eum extra proprium domicilium, & illum in prima inſtantia conuenire in Curia Principis, omiſſo ordinario, *l. vnica C. quando imper. int. pupil. &c. Rebuff. tract. de ſent. prouiſ. artic. 3. gloſſ. vlt. num. 20. verſ. ſecundo quia tomo 1. fol. 297. Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſtin. 9. n. 194. fol. 176. Couar. d. c. 6. in princ. & num. 1. & cap. 7. nu. 1. Gail. in pract. obſeru. l. 1. obſeru. 1. fall. 28. num. 40. & Theſſ. Foſſan d. deci. 177. n. 1. & ſeqq.* hocque priuilegium videtur habere originem a iure diuino, quia habetur Exod. *cap. 22. n. 22. & ſeqq. fol. 96. Viduæ & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.* merito Princeps, imitans Deum Principem omnium, ſibi reſeruat cognitionem iſtarum perſonarum.

Declara hanc ampliationem, vt loco Principis ſumamus eius ſupremam Curiam, vt puta Senatum, prout loquitur Rol. a Vall. *conſil. 76. pluribus, num. 35. & 36. lib. 1.* vel magnam Curiam Vicariæ, ſeu Regiam Audientiam in Regno Neap. prout loquuntur Doctores Regnicolæ, citati *ſupra numero 120. et 121. in fine, et ſub numero 126.* & Signaturam iuſtitiæ, & Auditorem Cameræ hic in Vrbe.

115 Subamplia eandem ampliationem vt viduæ pupilli, aliæque miſerabiles perſonæ non poſſint renuntiare priuilegio dictæ *l. vnica C. quan. imp. &c. Neniz. in ſilu. nupt. lib. 6. ſub n. 37. ibi in tantum procedit. Vincen. de Franch. deciſ. 192. eo ipſo n. 7. Carau. ſuper rit. 231. item ſi pupillus, n. 4. Natt. conſ. 590. circa præſentem, n. 15. Theſ. Foſſ. deciſ. 177. miſerabiles, ſub num. 2. Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. c. 2. n. 13. fol. 473. in ſecunda impreſſione,* & ita tenent omnes, prout de communi * opinione teſtatur Gail. *in pract. obſeru. lib. 1. obſer. 1. ſub n. 40.*

Rationem huius ſubampliationis varij varias reddunt nam Rebuff. *tract. de liter. prouiſ. art. 3. gl. vlt. in fine, n. 38. tom. 1. fol. 299.* ſcribit, priuilegium, datum cauſa miſerationis, non poſſe tolli per renuntiationem, factam a miſerabilibus perſonis, quia facile, & modico dato, renuntiarent: Vinc. de Franch. & Carau. *ſupra proxime citati* ſcribunt, quod, cum hoc priuilegium ſit conceſſum miſerationis intuitu, ſi poſſet illi renuntiari, tolleretur miſericordia, quod eſſet contra bonos mores: Ego addo aliam rationem, quia hoc priuilegium habet originem a iure diuino, vt dixi ſupra in ampliatione, quare ſicut clerici non poſſunt renuntiare priuilegio fori, quia eſt de iure diuino, ita neque illæ miſerabiles perſonæ.

116 Subamplia II. vt hoc priuilegium habeat locum etiam in muliere nupta, quæ habeat virum inutilem, quia dicitur vidua, *Rebuff. d. tract. de ſent. prouiſ. art. 3. gl. vlt. n. 3. verſic. item vidua, to. 1. fol. 295. Cou. pract. qq. c. 7. ſub n. 2. verſ. eſt & in hoc, & Carau. ſuper rit. 19. item quod procurator, n. 22.* vt puta ſi maritus ſit exul, aut captus ab hoſtibus, vel damnatus ad triremes, *Couar. vt ſupra.*

Quod mulier, quæ diuortium fecit cum marito, dicatur vidua, & habeat priuilegium viduæ, vide Carau. *d. rit. 19. ſub n. 21. ibi vidua etiam,* niſi tamen diuortium eius culpa fuerit ſequutum, quia delictum nemini patrocinari debet, *Carau. eod. rit. 19. n. 22. in fine, & n. 23. & 24.*

117 Subamplia III. vt habeat locum etiam in vidua diuite, *Carau. ſuper rit. 19. item quod procurator, num. 9. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 1. fall. 28. ſub n. 40. Theſ. Foſſan. d. deciſ. 177. ſub num. 2. verſic. ampliatur, & num. 3.* dicens, Senatum Pedemontanum amplexum eſſe hanc opinionem, vti veriorem, & *Marcheſ. tractat. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. cap. 4. cap. 2. num. 18. & 19. fol. 475. & 476. in ſecunda impreſſione,* vbi, recitatis auctoritatibus contrarijs, teſtatur, hanc eſſe magis communem * & a Signatura approbatam.

118 Subamplia IV. vt procedat etiamſi pupillus efficiatur maior poſt litem cœptam coram ſupremo Magiſtratu, *Theſ. Foſſan. d. deciſ. 177. n. 4. ampl. 2.* & comprobatur ex ſequentibus extenſione.

119 Extende illam ſubampliationem, vt procedat etiam in vidua, quæ, cauſſa iam cœpta, nuberet, quia cauſſa adhuc debet remanere coram iudice, ad quem vidua traxit cauſſam ex priuilegio viduali, *Theſ. Foſſan. vbi ſupra,* & quod hæc extenſio ſeruetur in practica, teſtatur, re diſputata, Carau. *ſuper rit. 233. item clericus, qu. 4. ſub n. 18. verſ. ſcias tamen,* vbi loquitur de vidua, nupta, vel mortua, vel quæ querelam remiſerit.

Contra hanc extenſionem vrgentia argumenta adducit Carau. *d. rit. 233. quæſt. 4. num. 12. in fine, ibi, contrarium ego, & n. 13. & ſeqq.* quibus argumentis adductis, aſſerit hanc opinionem contra extenſionem eſſe in puncto iuris veram, hancque eandem opinionem ſequutus videtur Marcheſ. *tractat. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. cap. 2. numero 28. in fine, & numero 29. fol. 478. in ſecunda impreſſione.*

Ego non recedo ab extenſione.

120 Subamplia V. vt procedat etiamſi vidua, ſeu alia miſerabilis perſona cœperit iudicium coram ordinario, quia nihilominus poterit petere, ſe remitti ad Principem, *Afflict. in conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, quæſt. 13. n. 36. lib. 1. Natt. conſ. 590. circa præſentem, ſub n. 15. Neniz. d. lib. 6. num. 38. Carau. ſuper rit. 231. item ſi pupillus, num. 3. & ſeqq. & concluſione, num. 6. & rit. 233. item clericus, quæſt. 2. n. 8. & ſeqq.* & hanc eſſe de iure communi magis communem * opin. teſtatur, & ſequitur Theſ. Foſſan. *d. deciſ. 177. ampl. 4. num. 6.* & quod vidua poſſit non ſolum eligere, ſed etiam variare, ſcribunt Affl. *vbi ſupra,* & Franch. Scagl. *rit. 230. n. 4.*

Ratio huius ſublimitationis eſt, quia priuilegio conceſſo viduis, pupillis, alijſque perſonis miſerabilibus renuntiari non poteſt, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra n. 115.*

Contra hanc ſubampliationem tenent idem Affl. *d. conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, quæſt. 5. num. 24. verſ. & aduerte lib. 1.* qui contra eius morem non ſatis accurate loquens, ſcribit, declinatoriam fori, a muliere, minore, & ruſtico per ignorantiam iuris non oppoſitam ante litis conteſtationem, poſſe opponi etiam poſt litem conteſtatam, & iſtud non eſſe priuilegium miſerabilium perſonarum, & demum ſcribit, quod miſerabilis perſona poteſt opponere declinatoriam fori etiam poſt litem conteſtatam, ſi eam per errorem omiſit opponere antea, & conſtet de errore, aperte Couarr. *pract. qq. cap. 7. verſus finem ſub num. 5. verſ. 9. vbi lis,* & Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. c. 2. num. 58. fol. 483. in ſecunda impreſſione.*

Quid dicendum in iſto articulo? In quo Couar. Carauit. Theſ. Foſſan. & Marcheſ. affligunt Afflictum: nam Couar. allegat contra ſe Affl. citatum *d. nu. 24.* & tamen Affl. in eo num. ſtat ſecum: Carauit. allegat eundem Affl. pro vtraque opin. & reprehendit eum: Theſ. Foſſan. allegat eundem Afflictum pro ſubampliatione, & Marcheſ. allegat eundem contra ſubampliationem. Breuiter non recedo a ſubampliatione.

Extende I. eandem ſubampliationem, vt procedat etiamſi lis fuerit conteſtata coram ordinario, quia adhuc poterit miſerabilis perſona variare, & trahere aduerſarium ad tribunal Principis, prout in his terminis loquuntur expreſſe Natt. & Carau. citati ſupra in ſubampliatione, & etiam poſt cauſſam appunctatam, vt ex Neniz. refert, & ſequitur Carau. *d. rit. 231. ſub n. 4.* ſeu poſt concluſum in cauſſa, *Carau. ibid. & d. rit. 233. ſub n. 9.*

121 Extende II. vt ſicut vidua, aliaque miſerabilis perſona poteſt declinare proprium iudicem ordinarium, &

adire Principem, *vt dixi in ſubampliatione*; ita etiam poſſit e conuerſo declinare iudicium Principis,& petere, ſe remitti ad iudicem ſui domicilij, *Afflict.in conſtit.Regn. rubr.37.ſtatuimus,numero 14.verſic.primum,lib.1.& Marcheſ.tract.de commiſſ.part 2.de commiſſ.auoc.cauſ.cap.4.c.2.ſub num.16.fol.475.in ſecunda impreſſione*, dicens, quod Signatura, iure ſuadente, debet eis fauorabilis eſſe tam quando volunt aliquem trahere ad Rom. Curiam, quam quando volunt remitti ad partes, *& num.37. in fine, fol.478.* dicens, ita fuiſſe reſolutum in Signatura ad fauorem duarum viduarum, ad quarum inſtantiam ait fuiſſe auocata cauſſam à Curia, & remiſſam ad partes, quamuis ageretur de iure patronatus.

Ratio huius extenſionis poteſt eſſe,quia minor,vidua, pupillus, aliæque perſonæ miſerabiles non poſſunt per reſcriptum Principis trahi ad iudicium extra domicilium ſuum, niſi in reſcripto fiat mentio expreſſa de qualitate perſonæ, *Mil.in repert.in verbo minor,in vltimo verbo*. Ergo multo minus eſt dicendum, quod extrahi poſſint abſque reſcripto.

Contra hanc extenſionem videtur apertè tenere Carau.*d.rit.233.q.2 ſub num.9.*dicens,quod licet vidua,aliaque miſerabilis perſona poſſit ab ordinario, & de tribunali ſui domicilij variare ad tribunal Principis (& certè in his terminis loquuntur Affl.Natt.& Theſ.Foſſan.citati in ſubampliatione) tamen ſecus eſt,inquit Carau.ſi vellet variare de tribunali Principis ad ſuum ordinarium, quia poſt litem conteſtatam non poſſet, ſecundum ea quæ deducit, & credit in veritate iuris.

Verum idem Carauit.*eod.rit.233.ſub num.10, ibi, bene verum eſt*,ſcribit, in practica non ſeruari, & variationem bis, & ter concedi tam à Curia domicilij, quam a magna Curia,& Regia Audientia, & teſtatur, ſe vidiſſe, viduas elegiſſe Regiam Audientiam, & poſtmodum variaſſe ad Curiam Baronis, & à Curia Baronis variaſſe iterum ad Regiam Audientiam & fuiſſe admiſſas:ſed Marcheſ *tract. de commiſſ.p.2. de commiſſ.auoc.cauſ.cap 4.cap.2. num.64. fol.483. in ſecunda impreſſione* ſcribit, variationem ſemel tantum eſſe permiſſam.

122 Subamplia VI. vt hoc priuilegium extendatur ad litiſconſortes non miſerabiles, *Theſ.Foſſan.deciſ.177.miſerabiles,ampl.3.ſub num.4. & latè Natt.conſil.590. circa præſentem,num 16.& ſequentibus verſ.tertio videndum eſt Marcheſ.tract.de commiſſ.par.2.de commiſſ.auoc,cauſ.cap.4.cap.2.num.21. fol.477.* & ita videtur ſentire Couarr. *pract.qq.cap.7.in fine; verſ. ſolet autem, ſi cauſſa commodè diuidi non poſſit*.

123 Reſtringe declarando hanc ſubampliationem,vt non procedat quando perſona miſerabilis non eſt principalis in cauſſa,ſed venit tanquam tertius pro ſuo intereſſe, vtputa in caſu,quo veniret laudata ab emptore;quia tunc nec ipſa,multoque minus litiſconſortes habent præfatum priuilegium.

Moueor primo, quia clericus venditor, laudatus ab emptore,tenetur ſequi forum emptoris, & non poteſt illud iudicium trahere coram iudice ſuo eccleſiaſtico, hancque eſſe communem * opin.teſtantur Caball *tractat.de euict.§.3.q.2.ſub num.116.& 120.to.6.par.1.fol.88.Couar. pract.qq.c.8.ſub num.3.*vbi eam ſequitur, & late tuetur,& eſſe veriorem,& receptam opin.in Camera teſtatur Gail. *in pract.obſeru.lib.1.obſeru.37.num.7.* & ita ſeruari in Regno Franciæ teſtatur Steph.Aufr.*tract.de poteſt.ſecul.reg.2.num.6. tom.11.par.1. fol 332.* hancque commun. opin. retuli,& ſequutus ſum *lib.praced.c.2.n.735.& ſupra lib.1.cap.11.n.98. limit.10.*

Moueor ſecundo, quia ſi emptor laudet Fiſcum in auctorem, tenetur Fiſcus defendere emptorem coram iudice, coram quo emptor moleſtatur ſecundum communem * & veriorem opin de qua teſtatur Caball. *tract. de euict.§.3.ſub n.124.& ſeq.tom.6.part.1.fol.89.*quam communem ſequitur Theſ.Foſſan.*deciſ.213.priuatus, n.3.* & ego in praxi obtinui.

Declara I.hanc reſtrictionem, vt cum minori controuerſia procedat, ſi inter principales perſonas iam deuentum ſit ad litiſconteſtationem,quando perſona miſerabilis,ſeu eius conſocius venit ad litem, quia iſto caſu durius eſt,quod poſſit variari,*Marcheſ tract.de commiſſ.par.2.de commiſſ.auoc.cauſ.cap.4.cap.2.num.22. 54. & 55.fol.477. & 483.in ſecunda impreſſione,& Neurz. in ſilu. nupt. lib.6. ſub n.38.*licet is dicat,videri durum, &c.

Ceterum ſi nondum ſit lis conteſtata, tunc vrget controuerſia, quia idem Marcheſ. *d.tract.de commiſſ. part.1. commiſſ.auoc.cauſ.cap.2.num.22. & 24. fol.81. in prima impreſſione,& cap.4.cap.2.ſub num.47.ibi,ſed pro faciliori, fol.490.*illud primum motiuum de clerico, adductum pro reſtrictione ſupra verſ. *moueor primo*, declarat, vt non procedat quando clericus compareat ante litiſconteſtationem, quia tunc traheret aduerſarium coram iudice eccleſiaſtico; quod an verum ſit hic non diſcutio.

Declara II. vt procedat quando iudicium ſubſtantiatur in perſona principali non miſerabili, quia tunc licet interueniat perſona miſerabilis, vti tertius, tamen non mutatur iudicium; ſecus ſi iudicium ſubſtantiaretur in perſona miſerabili, vt puta ſi principalis perſona non miſerabilis compareret nomine miſerabilis perſonæ, prout hanc declarationem ſeu diſtinctionem ſequitur in quæſtione de clerico,*Caball.tract.de euict.§.3. q.2.n.121. tom.6. par.1.fol,88.*& loquendo diuerſis terminis, *Marcheſ.d.par.2.de commiſſ.auoc.cauſ.c.4.n.33.fol.499.*

124 Subamplia VII. vt procedat non ſolum in pupillis naturalibus, & legitimis, ſed etiam in naturalibus legitimatis, ſecundum opinionem quam diſputando firmat Marcheſ.*tract. de commiſſ.par.2.de commiſſ.auoc.cauſ.c.4.c.2.ſub n.50.& 51.fol.482. in ſecunda impreſſione*.

Huic ſubampliationi, quam veriſſimam exiſtimo, licet Doctores,quos citat Marcheſ.de ea non loquantur, non obſtat obiectio de illegitimitate, quia dato quod priuilegium dictæ *l.vnica, C.quan. imper. &c.* eſſet reſtrictiuè conceſſum pupillis legitimis,& naturalibus; quod tamen penes me non eſt reſolutum; tamen debet extendi etiam ad legitimatos, per ea quæ in omni ſpecie legitimationis in alijs terminis ſcripſi *lib.præcedenti c.9. numer.1725.& ſeqq.vſq;ad n.1732.& n.1767.& ſeqq.*& in terminis compromiſſi *c.2.n.233.& ſeqq.*vbi de naturalibus tantum,*& n.237.& ſeqq.*vbi de legitimatis.

125 Subamplia VIII. vt procedat etiamſi Ciuitates, & Oppida, immediatè Principi ſubiecta, haberent priuilegia, vt in eis cognoſcerentur cauſæ omnes pro prima cognitione, quia adhuc miſerabiles perſonæ poſſent in prima inſtantia adire Principem, vt iudicatum fuiſſe in Senatu Pedemontano teſtatur, & ſequitur Theſ.Foſſan. *deciſ.177.miſerabiles,ampl.6.num.9.*& confirmatur ex ſeq. ſubampliatione.

126 Subamplia IX.vt procedat etiamſi Caſtrum, ſeu Terra eſſet conceſſa in feudum cum cognitione primarum, & ſecundarum cauſſarum in omnes, & quoſcunque ciues, & habitatores illius Terræ, quia nihilominus ex iſta generali conceſſione non cenſeretur derogatum priuilegio dictæ *l. vnica*, quæ miſerationis gratia hoc priuilegium dedit perſonis in ea l.compræhenſi, *Vincent. de Franch.deciſ.192. eo ipſo, num. 2.* Et quod hoc priuilegium competat etiam miſerabilibus perſonis,non immediatè, ſed mediatè ſubiectis Principis, quales ſunt vaſſalli Baronis, tenuit maior pars dominorum Senatus Pedemontani poſt longam diſputationem, licet cum temperamento, refert Theſ. Foſſan.*d.deciſ.177.ſub numero 11. verſ.alij vero,& num.13.*& quod niſi ſit expreſsè derogatum priuilegio dictæ *l.vnica*,reus teneatur ſequi forum actoris,

Digitized by Google

aſtoris, qui ſit miſerabilis perſona, eligens Regem vel magnam curiam Vicariæ in ſuum iudicem, ſcribit Affl. *in conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus num. 15. verſ. ſed ſpeciale eſt, libr. 1.*

Secus tamen eſt, quando eſſet conceſſum merum, & mixtum imperium cum clauſula derogatoria iuriſdictionis magnæ curiæ Vicariæ, & cum clauſula derogatoria, non obſtantibus priuilegijs, quę de iure, & per ſacras Regni conſtitutiones conceduntur pupillis, viduis, & miſerabilibus perſonis, quia tunc pupilli non poſſunt vt prædicto priuilegio, *Affl. vbi ſupra.*

127 Extende notabiliter, vt hæ omnes ſubampliationes, quæ loquuntur in prima inſtantia, habeant locum etiam in ſecunda in terminis decimænonæ limitationis, quam poſui *ſupra n. 113.* quia, vt illi limitationi, quæ eſt de noſtra materia, deſeruirent, eas collegi.

128 Reſtringe I. nunc eandem ampliationem, poſitam *ſupra numero* 114. & conſequenter decimamnonam limitationem, poſitam ſupra *numer. 113.* vt priuilegium dictæ l. vnicæ, *C. quan. imper. &c.* non habeat locum inter ipſos priuilegiatos, & miſerabiles perſonas, quia priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum, ſecundum ea quæ ſcribit Couar. *pract. qq. c. 7. n. 4. verſ. eſt & in hoc, & ſub n. 5. in 2. 3. 4. & 5. caſu. Theſ. Poſſin. deciſ. 177. miſerabiles, ſub n. 9. verſ. limitatur, & Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. cap. 2. n. 24. & 25. fol. 477. in ſecunda impreſſione,* & ex diſpoſitione ritus Neap. ſcribit Carau. *rit. 228. item quod nullus, n. 2. in fine, & n. 3.*

Subreſtringe I. hanc reſtrictionem, vt non procedat quando vnus eſt priuilegiatus naturaliter, ſicut eſt pupillus ratione ætatis, & alter eſt priuilegiatus accidentaliter, ſicut eſt pauper, vel vidua, cum paupertas, & viduitas ſit quid accidentale, quia prefertur priuilegiatus naturaliter, ſic pupillus, *Afflict. in conſtitut. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, quæſt. 12. ſub numero 35. lib. 1. & apertius Carau. rit. 23. item quod aduocatus. n. 11.*

Contra hanc ſubreſtrictionem, reſpondendo ad Afflictum, firmat multis argumentis Couar. *pract. qq. c. 7. ſub n. 4. verſ. primus, & ſeqq.*

Occaſione huius ſubreſtrictionis Carau. *d. rit. ſub n. 11. & 12.* determinat, quod in caſu dictę ſubreſtrictionis procurator, ſeu aduocatus pauperum tenetur defendere potius pupillum, quam viduam ſeu pauperem: ego tamen cenſeo, quod aduocatus pauperum debeat potius patrocinium præſtare pro paupere egeno, quam pro pupillo diuite.

Determinat etiam, quod, ſi ſint æque priuilegiati, tunc melior ſit conditio occupantis, & ideo debeat patrocinium pręſtare pro illo, qui eum præuenit.

Determinati inſuper, quod, ſi ſimul accederent, ita vt vnus non præuenerit alium, debeat ſuſcipere partem actoris, quia in ordine iudicij actor eſt primus; ſed poſtea, mutata determinatione, ait, quod debet abſtinere à defenſione vtriuſque.

Subreſtringe II. ſeu declara, vt cum priuilegiatus non poſſit vti priuilegio contra priuilegiatum, priuilegiatus, qui inſiſtit iuri communi, præferatur: quare ſi vnus velit cauſſam agi coram Principe, & alter coram Ordinario, iſte, qui inſtat agi coram ordinario, debet proferri, quia cum priuilegia mutuo côquaſſentur, remanet ſola diſpoſitio iuris communis, quæ eſt, vt cauſſa in prima inſtantia agatur coram ordinario; & ita ſentit etiam Couar. *pract. qq. 7. ſub num. 4. verſ. ſexto idem, & actor ſequatur forum rei, Afflict. in conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, q. nu. 20. & 21. lib. 1.*

129 Subreſtringe III. vt non procedat, quando vnus eſſet miſerabilior altero, quia tunc miſerabilior præfertur, quaſi non ſint æque priuilegiati; quare ſi duo pupilli litem habeant, quorum vnus ſit pauper, diuturno morbo fatigatus, & debilis aliuſque fortunæ iniuria miſerabilis, alter vero ſit ſanus, diues, & potés, certe miſerabilior pręfertur, quia plura vincula magis ſtringunt, quam vnum, & ita cenſuit etiam Marcheſ. *tract. de commiſſ. part. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. c. 2. n. 55. in fin. fol. 483. in 2. impreſſione,* & bene probatur hæc ſubreſtrictio ex Afflict. *dec. 56. fuit die 19. & ex allegatis per Vrſil. in annot. ad eã, ſub n. 1. et ſeq.*

Contra hanc ſubreſtrictionem tenet aperte, quaſi ſibimet contrarius, Afflict. *in conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, q. 1. nu. 19. in fine, lib. 1.* dicens, quod l. vnica, *C. quand. imp. &c.* non diſtinguit inter magis miſerabilem, & minus miſerabilem.

Retenta ſubrectione.

Extende eam, vt procedat etiam in terminis ſecundæ præcedentis, quando pupillus diues inſiſteret iuri cômuni vt cauſſa inter eos ageretur coram ordinario, quia nihilominus præferendus eſſet alter pupillus pauper, qui inſtaret, vt cauſſa ageretur coram Principe.

130 Reſtringe II. vt non habeat locum in eccleſia. Afflict. *in conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, nu. 17. verſ. an autem eccleſia, lib. 1. & deciſ. 257. dicit conſtitutio, n. 2. Couarr. pract. qq. cap. 7. nu. 3. verſ. verum de eccleſia dubitatur, Carauit. rit. 233. item clericus, q. 1. nu. 1. in vltimis verbis, & num. 2. & Marcheſ. tract. de commiſſ. part. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. cap. 2. num. 28. fol. 477. in ſecunda impreſſione.*

Extende iſtam reſtrictionem, vt habeat locum etiam in Vniuerſitate, & Communitate, quia Vniuerſitas, ſeu Cômunitas non eſt de perſonis comprehenſis & enumeratis *in l. vnica, C. quan. imper. inter. &c.* Et quod ita paſſim ſeruet Signatura, vt cauſſam non remittat etiamſi allegaretur paupertas Vniuerſitatis, quia ſi ſinguli vnum quadrãtem ponant conſtituent ſummam ſufficientem, ſcribit Marcheſ. *d. c. 4. c. 2. n. 26. in fine, & n. 27.*

Contra hanc extenſionem videntur ſentire in conſilijs ciuilibus Gramm. *conſil 76. in cauſſa vniuerſitatis monopolis num 5. in fine, num. 6. & 7* & Vrſill. *in annot. ad Afflict. deciſ. 257. dicit, num. 1. in fine,* eã ratione, quia vniuerſitas eſt priuilegiata; ſicut pupillus, & æquiparatur pupillo, hancque contrariam opin. ſeruari in Regn. teſtatur Carau. *ſuper rit. 233. item clericus, ſub n. 3.*

Ego pro nunc non recedo, loquendo in terminis iuris communis, ab extenſione: nam eccleſia etiam æquiparatur pupillo, & tamen de iure communi non habet illud priuilegium, per ea quæ dixi in præcedenti ſecunda reſtrictione, & infra *verſ. ratio.*

Subreſtringe I. declarando eandem reſtrictionem vt eccleſia, quæ propria re fuerit auctoritate priuata ſpoliata, data violentia; vel rapina, poſſit expoliatorem etiam laicum, coram quo maluerit iudice, etiam eccleſiaſtico conuenire, & ſic habet electionem fori, *Canoniſtæ in c. 8. cum ſit generale, de for. comp. Alex. conſ. 103. conſideratis his, in fine, num. 9. verſ. quia reſpondetur, lib. 5. Affl. Couar. et Carau in locis ſupra proxime citatis.*

n Verum licet hæc ſubreſtrictio ſit communis,* *vt refert & ſequitur Couar. vbi ſupra;* tamen procedat quoad electionem iudicis ſecularis, vel eccleſiaſtici, vt poſſit quem vult eligere, ſed non quoad eligendum iudicem ſuperiorem omiſſo medio ordinario rei conuenti ſeculari, vel eccleſiaſtico, *Couar. vbi ſupra.*

Subreſtringe II. vt non procedat, in Regn. Neap. *Affl. d. rubr. 37. ſtatuimus, ſub n. 17. et d. deciſ. 257. n. 1. in fine, Capic. deciſ 160. in cauſſa N. Carau. dict. rit. 233 q. 1. num. 1.* neque in Regno Caſtellæ, *Couar. pract. qq. c. 7. ſub nu. 3. verſ. verum de eccleſia.*

Ratio huius reſtrictionis potuit eſſe, quia eccleſia æquiparatur pupillo, *Couar. d. c. 7. n. 3. verſ. verum de eccleſia in fine, et Carau. d. rit. 233. q. 1. n. 3.*

Subre-

Digitized by Google

Subreſtringe III. vt non habeat locum in Eccleſia, ſeu monaſterio monialium, quia debent moniales, ſicut viduæ, habere hoc priuilegium; & licet nemo, quem viderim, ponat ita explicite hanc ſubreſtrictionem; tamen ad eam tenendam moueor hac vnica ratione; quia mulier, quæ cœlibem vitam agit, nec vſquam virum habuit, nec de nuptijs tractat, & ſi maior ſit, habet priuilegium dictæ l. vnicæ, *C. quan. imp. inter, &c.* vt ſcribunt Azo. Cyn. Oldr. Alber. Bart. & pulchrè Affl. *in conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, q. 8. num. 29. lib. 1.* quos, & alios citat, ſed non * omninò ſequitur Couar. infra citatus, & de communi * opin. teſtatur Fulgoſ. quem ſimiliter citat Couarr. *pract. qq. c. 7. n. 2. verſ. ſæpe tamen,* & ſequitur Carauit. *ſuper rit. 19.* item quod procurator, *ſub n. 21. verſ. quare congruenter,* & ita poſſe iudicem arbitrari, & iudicatum quandoq; vidiſſe, teſtatur Couarr. *d. c. 7. ſub n. 1. verſ. cæterum quia,* & hanc opin. ſequutus videtur etiam Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. c. 2. ſub n. 56. fol. 483. in ſecunda impreſſione.*

Sed moniales, & quælibet earum vitam cœlibem agit, & non tractat de nuptijs: ergo habent priuilegium: & quod hæc ſubreſtrictio ſeruetur in Regno Caſtellæ, teſtatur Couar. *d. c. 7. ſub n. 3. verſ. verum de eccleſiæ, verſus finē.*

Contra hanc ſubreſtrictionem videtur tenere, loquendo de monialibus, & earum Eccleſijs, Marcheſ. *d. c. 4. c. 2. nu. 28. fol. 477.*

Ego non recedo à ſubreſtrictione.

Virgo per vim ſtuprata, volens ciuiliter, vel criminaliter agere contra ſtupratorem, quod habeat priuilegium, datum viduæ *in d. l. vnica*, vide Carauit. *d. rit. 19. quæſt. 2. ſub num. 25.*

131 Reſtringe III. vt non procedat in vidua inhoneſta, quæ luxurioſè viuit, & inhoneſtam vitam ducit, quæ ſtatim amittit hoc priuilegium, *vt referunt, & ſequuntur Couar. pract. qq. c. 7. ſub n. 1. Carau. ſuper rit. 19. item quod procurator, n. 7. & ſub n. 8. in fine, & n. 24. & 36. & Marcheſ. d. c. 4. c. 2. ſub n. 29. fol. 478.*

Multoq; minus procedit in vidua, quæ ſeipſam viduauit, occidendo proprium maritum: nam hæc nullatenus eſt digna priuilegio viduali, *Couar. pract. qq. c. 6. ſub nu. 3. verſ. ſed ſi quis in paupertatem, in fine:* nemo enim ex proprio delicto debet conſequi præmium.

Quid; ſi vidua, quæ olim fuit inhoneſta, tempore, quo agit, viuat honeſtè, nunquid habebit hoc priuilegium? vide Carau. *d. rit. 19. in fine q. 3. n. 36.* qui tenet, quod ſic; ſed ego dubito.

Et quod ad excludendam viduam ab electione fori, ſufficiat probare, eam menſibus, ſeu annis præteritis inhoneſtè vixiſſe, licet non probetur, quod ad præſens inhoneſtè viuat, quia de tempore præterito præſumitur in præſens, vide Carau. *d. rit. 19. in fine n. 36.*

132 Reſtringe IV. vt non procedat in cauſſa criminali, quoniam ratione delicti ſortiuntur forum, vbi delinquunt, *Marcheſ. d. c. 4. c. 2. num. 38. fol. 478.* & hæc reſtrictio videtur probari ex cap. 1. *de priuil. in 6.* vbi Papa declarat, quod exemptio, alicui conceſſa, ne poſſit conueniri coram ſuo ordinario, non habet locum, quando exemptus delinquit in loco non exempto intra iuriſdictionem illius iudicis ordinarij; quod idem notan: Legiſtæ in authent. *qua in prouincia, C. vbi de crim. ag. oport.* & præſertim Bal. *n. 1. & ſub nu. 6. not. vlt. verſ. oppono quod aut.* dicens, quod delinquens poteſt conueniri in loco delicti, non obſtante priuilegio ſibi dato, quod non poſſit conueniri, niſi ſub certo iudice.

Contrariam ſententiam (quod enim habeant priuilegium, etiam in delictis) firmat Affl. *in conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, q. 5. n. 23. lib. 1.*

133 Reſtringe V. vt non habeat locum quando pupillus, vidua, aut alia perſona miſerabilis eſt hæres eius, qui non fuit perſona miſerabilis, & aliqua cauſſa antequam ſit hæres fuerat cum eo inchoata, quia in illa cauſſa non habet priuilegium, conceſſum perſonis miſerabilibus, *Carau. ſuper rit. 234. item vbi pupillus, ſub nu. 3. ampl. 2. & Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. c. 2. num. 39. fol. 478. & n. 44. fol. 481. in ſecunda impreſſione.*

Confirmatur hæc reſtrictio, quia inſtantia, inchoata cum defuncto, ita tranſit in hæredem, vt quamuis ſit inchoata coram iudice ſeculari, & hæres ſit clericus; tamen tenetur eam proſequi coram illo iudice ſeculari, coram quo fuit inchoata, *Surd. conſ. 222. quamuis, ſub nu. 9. verſ. hæc autem, et n. 10. lib. 2. late Couarr. pract. qq. c. 8. n. 2. & 3. verſ. ſecunda concluſio, & punctualiter verſ. hinc ergo,* & hanc eſſe veriorem opinionem ſcribit *ſub eod. nu. 3. verſ. verum contraria, ibi nihilominus ego veriorem. Carauit. d. rit. 234. item vbi pupillus, ſub nu. 3. ampl. 2.* Quare ſimiliter Fiſcus, ſi ſit hæres, debet proſequi iudicium coram iudice, coram quo litigabat defunctus, *Surd. d. conſ. 222. n. 18. verſ. non contradicit,* quia, vt inquit, non ſolum eſt ſucceſſor bonorum, ſed etiam perſonæ.

Contra hanc reſtrictionem oppono, quia miſerabiles perſonæ, agentes ex iure ceſſo, habent priuilegium dictæ l. vnicæ, *C. quan. imp. &c.* ſiue ceſſio proceſſerit ex cauſſa neceſſaria, & onеroſa, ſiue ex cauſſa lucratiua, dummodo fuerit facta bona fide, & ſine dolo & fraude, vt, recitatis prius opinionibus, & diſtinctionibus firmat: reiectis diſtinctionibus Affl. *in conſtit. Regn. rub. 37. ſtatuimus, q. 6. num. 25. & 26. in fine, lib. 1. & Marcheſ. d. c. 4. c. 2 ſub num. 55. fol. 483.*

Retenta reſtrictione, quæ eſt vera: nec obſtat oppoſitio, quia in ceſſione non ſupponimus cauſſam eſſe inchoatam.

Subreſtringe eam, vt non procedat quando cauſſa non eſſet cœpta, quia tunc haberent priuilegium, prout haberet clericus hæres, in quo ita tenent plures Docto- * res, quos refert, ſequitur, & teſtatur de communi * opinione Couarru. *pract. qq. cap. 8. num. 4. verſ. tertia concluſio.*

134 Reſtringe VI. vt non procedat quando pupillus, vidua, ſeu alia perſona miſerabilis de partibus conueniretur pro obligatione formæ Cameræ coram Auditore Cameræ, & iſta perſona miſerabilis peteret ex priuilegio dictæ l. vnicæ, ſe remitti in partibus ad ſuum iudicem ordinarium, quia non remitteretur, & ita obſeruauit, & obſeruat Signatura iuſtitiæ, ex quo in facultatibus, conceſſis Auditori Cameræ, eſt de mente Papæ derogatum priuilegio dictæ l. vnicæ, quando agitur de obligatione Camerali, vt latè teſtatur *Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. auoc. cauſ. c. 4. c. 2. nu. 40. & 41. et ſeqq fol. 478. & 479. in ſecunda impreſſione.*

135 Reſtringe VII. vt non habeat locum in pupillis ſpurijs, *ſecundum Marcheſ. d. c. 4. c. 2. n. 47. & 48. fol. 482.*

136 Reſtringe VIII. vt de conſuetudine non ſeruetur in Camera Imperiali, quia ipſimet Princeps, & Status Imperij cognoſcunt cauſſas pupillorum, & viduarum, ideoque non decernuntur proceſſus in Camera, niſi in caſu denegatæ, vel protractæ iuſtitiæ, *Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 1. fall. 28. ſub n. 40.*

Reſtringe IX. vt non procedat in ijs perſonis miſerabilibus, quæ ſui propria culpa inciderint in miſerias, vt puta, quia propter delictum fuerit quis factus cæcus, ſeu mutilatus, quia eiuſmodi perſonæ, quamuis miſerabiles ſint, tamen non habent priuilegium *l. vnicæ. C. quand. imp. &c. Afflict. in conſtit. Regn. rubr. 37. q. 7. ſub n. 28. lib. 1.*

Comprobatur primo hæc reſtrictio, quia vidua licet ſit perſona miſerabilis, tamen, ſi ſit inhoneſta, amittit priuilegium, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 131.*

Com-

Comprobatur ſecundo; quia mulier, quæ eſt effecta vidua propter mariticidium, non gaudet priuilegio viduarum, vide ſupra ſub *d.n.133. verſ.multoque.*

Contra hanc reſtrictionem, & Afflictum tenet aperte, loquendo de eo, qui in paupertatem, & miſerum ſtatum inciderit culpa ſua, luxu nempe, gula, ludo, aut denique ob crimen, *Couar.pract.qq.c.6.ſub nu.3. verſ. ſed ſi quis in paupertatem*.

137 Declara I. vt priuilegium dictę l.vnicæ, *C.quan. imp. &c.* habeat locum reſpectu loci ad locum, non variata ſpecie iuriſdictionis: ſecus eſt reſpectu fori ad forum, mutata ſpecie iuriſdictionis; quare poteſt vidua à iudice ordinario ſeculari conuolare ad Curiam Principis ſecularis, vel Eccleſiaſtici (ſi ſit etiam dominus in temporalibus;) & è contra poteſt à Curia Principis ſecularis recedere ad iudicem ordinarium ſecularem; ſed non poteſt à iudice ordinario ſeculari conuolare ad Principem Eccleſiaſticum, niſi in caſu denegatæ iuſtitiæ, *c.11.ex tenore, de for.comp.* vbi Papa, loquendo in iſto propoſito, ait, *nos ſic ſumus vidnis in iuſtitia debitores, quod alijs iniuſtitiam facere non debemus, Marcheſ. tract.de commiſſ. p.1.de commiſſ. a uoc.cauſ.c.4.c.2.n.36.in fine, fol.478. in ſecunda impreſſione*, & facit quod ſcripſi *ſupra ſub num.74. & nu.113.verſ. contra.* Et aduerte, quod vidua poteſt eligere, & variare de curia ſui ordinarij ad Curiam Principis, & è conuerſo, *vt dixi*, ſed non poteſt variare extra has Curias; quare non poteſt, relicto ſuo ordinario, tranſire ad alium ordinarium, inferiorem Principe, neque poteſt Principe tranſire ad alium iudicem ordinarium non ſuum, & ſic intelligas Marcheſ. *d.c.4.c.2.ſub n.64.fol.483.*

138 Declara II. vt perſona miſerabilis dicatur omnis, cuius natura mouet nos ad miſerandum propter fortunæ iniuriam, iuxta verba, quibus vtitur Imperator *in l.vnica, C. quan.imper.inter, &c.* & dicitur miſerabilis, quaſi miſeriæ habilis, *Rebuff.trac.de ſent.prouiſ.art.3.gl.vlt.n.15, verſ.vlt. miſerabilis, tom.1.fol.297.* & quæ perſonæ dicantur miſerabiles, ſcribunt Rebuff. *d.gloſſ.vlt.à n.2. vſque ad num.19. Theſ.Foſſan.deciſ.177.miſerabiles, ſub n.1.& Marcheſ. d.c. 4.c.2.ſub n.16.fol.475.*

Subdeclara hanc declarationem, vt præter expreſſim in iure nominatas perſonas miſerabiles, relinquatur arbitrio iudicis, quæ perſonæ dicantur miſerabiles ſecundum communem * opinionem, de qua teſtatur, & ſequitur Couar. *pract.qq.c.6 nu.3.in fine, verſic.relinquendum,* quare in ijs perſonis, quæ ſunt expreſſim nominatę in iure, vel communi doctorum ſententia habitæ pro miſerabilibus, ceſſat arbitrium iudicis, *Rebuff.d.art.3.gl.vlt.n.18. verſ.intellige tom.1.fol.297.*

139 Sublimita nunc eaſdem limitationes, in quibus *ſupra n.36.& ſeqq.* dixi poſſe appellari ad ſuperiorem, omiſſo medio, vt non ſint veræ, quando ille ſuperior non habet gradum eum medio omiſſo, & ideo in illa cauſa tam in ſecunda, quam in alia quauis vlteriori inſtantia caret iuriſdictione, quia tunc diceretur appellatum ad incompetentem, & conſequenter appellatio eſſet nulla, vt, loquendo de appellatione ignoranter interpoſita, ſcribunt in iſtis terminis Anch.& Ang.Aret. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n.97. verſ.declara.*

Imo talis appellatio; puta ſi à Rota Florentina appellares ad Conſilium Neapolitanum; non ſolum non prodeſſet, ſed haberet vim irritandi Dominum illius Rotæ.

Aduerte vltimo loco, quod ille met iudex, qui eſt ſuperior ei, à quo appellatur, poteſt vocari mediatus, vt cõmuniter vocant Doctores, à nobis ſparſim citati ſupra, dum ſcribunt, non poſſe appellari, omiſſo medio, & poteſt etiam vocari immediatus, prout ſic vocat Rebuff. quẽ retuli *ſup. n.93. verſus finem*; ſed diuerſis reſpectibus, quia alias eſſet quædam repugnantia: Vocatur igitur mediatus, ſi conſideras, quod ipſe habet adhuc alium ſuperiorem; vnde ipſe remanet in medio inter iudicem inferiorem à quo appellatur, & illum alium ſuperiorem; vocatur etiam immediatus, ſi non conſideras illum alium ſuperiorem, quia tunc inter ipſum, & eum, a quo appellatur, nullus alius extat iudex.

Dixi in hac q. appellandum eſſe ad ſuperiores gradatim, non omiſſo medio, ſequitur, vt in ſequenti videamus, qui ſint iſti ſuperiores.

QVÆSTIO VIII.

ARGVMENTVM.

Qui ſint iudices ſuperiores, ad quos appellandum eſt gradatim, non omiſſo medio.

SVMMARIA.

Ordo appellationum ſecundum tempora antiqua eſt infraſcriptus.

A præſide, ſeu Clariſſimo appellatur ad Spectabilem, num.1.— Etiam ſi præſes eſſet Dux; & quid ſi Dux eſſet Spectabilis, vel Illuſtris, nu.2.— Et qualis fuerit poſtea ſeruatus ordo in appellatione à ſententia Clariſſimi, n.3.

A Spectabili appellatur ad Illuſtrem, n.4.& 5.— Qui ſint Spectabiles, & qui Illuſtres, num.4.5.& 6.— Et quis in Curia Delphin. ſit ſubrogatus in locum Quæſtoris, n.7.— Declaratur ordo appellandi à ſpectabili ad Illuſtres iuxta qualitatem cauſſæ, n.8.

A Proceribus fideliſſimis non datur appellatio, n.9.

A Delegato Imperatoris ad quem appelletur, n.10.& 11.

Appellandi ordo, ſupra relatus, hodie non ſeruatus, num.12. & 13.

Ordo appellationum, qui ſeruatur hodie, eſt infraſcriptus.

A Delegato vnius cauſſæ appellatur ad Delegantem, nu.14.& 15.— Extenditur primo in delegato Papæ, dato in partibus etiamſi adſit Legatus de latere, nu.16.— Subextenditur, vt non poſſit appellari ad Aud. Cam. eod.nu.16.— Extenditur ſecundo, vt ad ordinarium delegantem ſit appellandum, non habita diſtinctione, an tota cauſſa, vel articulus fuerit delegatus, num.17.— Extenditur tertio etiamſi fuerit delegatus iuſſu ſuperioris, eod.n.17.— Extenditur quarto etiam ſi delegans iuſſu Principis, non haberet iuriſdictionem, eod.nu.17.— Infertur primo, à delegato ordinarij appellari ad ordinarium, nu.18.— Quod tamen fallit quando ordinarius delegat eo, quod ipſe ſit ſuſpectus, n.19.— Infertur ſecundo, ab Auditore Rotę appellari ad Papam, n.20.— Infertur tertio, ab arbitris cognoſcentibus de ſuſpicione, appellari ad Papam num.21.— Infertur quarto, à delegato vniuerſitatis cauſſarum appellari ad delegantem, n.22.— Quare Collectore Papæ appellatur ad Papam, n.23.— Infertur quinto, à delegato Epiſcopi appellari ad Epiſcopum, num.24.— Etiamſi eſſet Vicarius generalis, n.25.— Et ideo à Vicario foranco appellatur ad Epiſcopum, n.26.— Sed ſi Epiſcopus delegat, eo quod ipſe eſt ſuſpectus, non appellabitur ad Epiſcopum, nu.27.— Similiter non appellabitur ad ipſum, ſi delegaſſet in fraudem, num.28.& 29. Vbi quod à delegato Baronis non appellatur ad Baronem.

Ampliatur I. eadem concluſio de appellando à delegato ad delegantem, vt procedat etiam in ſubdelegato ad ſubdelegantem, n.30.

Ampliatur II. in ſubdelegato Papæ, ſeu Principis, nu.31.— Declaratur, vt procedat quando delegatus aliquid ſibi reſeruauit, num.32.— Limitatur primo eadem appellatio in Regno Franciæ, quia à ſubdelegato Regis appellatur ad Regem, vel, &c.nu.33.— Limitatur ſecundo, quando delegans nihil ſibi reſeruauit, n.34.— Dantur quatuor exempla, & vna confirmatio, in quibus appellatur ad Papam, omiſſo medio, quaſi delegatus ſubdelegando niſi ſibi reſeruauerit, num.35.& ſeq.

vſque

vſque ad num. 41.— Sublimitatur eandem ſecunda limitatio, num.42.— Limitatur tertio, quando pars appellat ad Sedem Apoſtolicam, & ſubdelegatus defert appellationi, &c. eod.num.43.
Ampliatur III. vt procedat in quocumque ſubdelegato, nu.43. Contrarium, n.44.— Extenditur hoc contrarium, nu.45.— Declarantur extenſiae ampliationes, n.47.
Limitatur I. eandem concluſio, vt non procedat quando delegatus ſubdelegauit propter ſui ſuſpicionem, n.48.
Limitatur II. quando Princeps deputauit certum iudicem appellationum à ſententijs delegatorum, n.49.
Limitatur III. in Regno Neap. n.50.
Limitatur IV. quando appellatur à ſententia delegati in procedenda, n.51.
Limitatur V. in appellationibus, interpoſitis ad auditorem Cameræ, n.52.
Ab Archidiacono appellatur ad Epiſcopum, n.52.
A Vicario non appellatur ad Epiſcopum ſecundum communem concluſionem, n.53. & ſeqq.
¶ Extenditur I. hæc communis concluſio, vt procedat etiam extraiudicialibus, n.58.
Extenditur II. vt neque de conſuetudine poſſit introduci contrarium, n.59.
Extenditur III. vt à geſtis in capitulo, in quo Epiſcopus præſidente vt Prælatus, non poſſit appellari ad ipſum Epiſcopum, ſecus ſi interueniſſet, vt Canonicus, n.60.
Extenditur IV. vt procedat etiam de iure ciuili in quolibet Vicario generali, n.61.
Extenditur V. in quolibet Viceſgerente, eod.nu.61.— Infertur primo ex eadem communi concluſione, à Papa, non poſſe appellari ad Deum, n.62.— Infertur ſecundo, à Papa non poſſe appellari ad Concilium, n.63.— Neque ad Cardinales, etiã Sede vacante, nu.64.— A Papa, male informato, poteſt appellari ad eundem Papam, nu.65. et 66.— Infertur tertio, à Locumtenẽte, non appellari ad eum, cuius eſt Locumtenens, n.67.— Infertur quarto, Vicarium poſſe allegari ſuſpectum, ſi eſt ſuſpectus Epiſcopus, nu.68.— Extenditur, & limitatur, num.69. & ſeqq.
Reſtringitur I. eadem concluſio, vt non procedat in Vicario foraneo, quia ab eo appellatur ad Epiſcopum, n.72.
Reſtringitur II. vt non procedat in appellatione ab interlocutoria, n.73.— Declaratur dupliciter hæc reſtrictio, & declaratia extenditur, n.74. & ſeqq.
Reſtringitur III. vt neq; procedat in reſtitutione in integrum, et dictione de nullitate, n.77.
Reſtringitur IV. vt non procedat de iure ciuili, ſed ponitur contrarium, n.78.
Reſtringitur V. vt non procedat in ſupplicatione, n.79. & 80. vbi declaratur.
Reſtringitur VI. vt non procedat in his, quæ Vicarius non potuit cognoſcere, niſi ex commiſſione ſpeciali, nu.81.— Vnde à Vicario poteſt appellari ad Epiſcopum in cauſſis criminalibus, eod.n.81.
Reſtringitur VII. quando Epiſcopus, ad quem fuerit appellatum, delegat cauſſam, &c. Contrarium, n. 82. & 83.
Reſtringitur VIII. in Vicario Principis, n.84.
Declaratur eadem concluſio, vt, Vicario recuſato vti ſuſpecta, poſſit Epiſcopus dare alium iudicem, n.85.
Ab Epiſcopo, ſeu Vicario generali appellatur ad Archiepiſcopum, n.86.— Extenditur etiamſi Epiſcopus fuerit promotus in Archiepiſcopum, n 86.— Et etiamſi iuriſdictio fuerit excitata, eod.n.86.
Declaratur I. quid in Epiſcopo procedente iuriſdictione ordinaria, & quid in precedente iuriſdictione delegata, n.87.— Et quid ſi Epiſcopus procedat iuriſdictione ordinaria in cauſſis fidei n.88.— Et quid ſi procedat vtraq; iuriſdictione, n.89.
Declaratur II. vt etiam in temporalibus appelletur ad Archiepiſcopum, n.90.— Subdeclaratur quando iuriſdictio eſt totaliter translata in Eccleſiam, num.91.— Reſtringitur primo eadem declaratio, vt regulariter non procedat in feudalibus, nu.92.— Extenditur hæc reſtrictio, vt quandoque ſit iudex dominus feudi, quandoque Pares Curiæ, & quandoque Papa, & quandoque Prælatus Clerici, eod.nu.92 per totum.— Extenditur ſecundo eadem prima reſtrictio, vt procedat in quolibet Epiſcopo, qui ſit iudex ordinarius, vel delegatus Principis ſecularis, num.93.— Reſtringitur ſecundo, vt non procedat in Regno Franciæ, num.94.— Reſtringitur tertio in Hiſpania, nu.95.— Etiam ſi totaliter eſſet translata iuriſdictio, nu.96.
Ab Archiepiſcopo appellatur ad Primatem, nu.97.— Et quid ſi Archiepiſcopus præceſſiſſet ſimul auctoritate ordinaria, et Apoſtolica, n.98.
A Primate appellatur ad Papam, n.99.
A Concilio Prouinciali appellatur ad Papam, n.100.
Ab Eccleſiaſtica et Laica ſimul iudicantibus, appellatur ad Eccleſiaſticum, n.101. et 102.
A Baiulo, ſeu officiali Baronis an poſſit appellari ad ipſum Baronem, n.103. et ſeqq.
A Barone, & quouis feudatario ad quem appelletur, n.106. et ſeqq. et n.110. & 111. in quibus de appellatione à iudicibus Baronum Regni Neap. et de iuriſdictione Regis, et nu.112. vbi de iuriſdictione ſuprema Regis, & de ampla iuriſdictione Auditoris Cameræ, et n.113. et 114. in quibus de iuriſdictione Baronum intra ſtatum Eccleſiaſticum, et num.115. et ſeqq. in quibus quando dicatur conceſſa iuriſdictio ſecundarum cauſſarum.
A Poteſtate ad quem appelletur, ſi non eſt prouiſum de iudice appellationum, n.120.
A Iudice ordinario, electo à Populo, et confirmato à Domino, ad quem appelletur, ſub n.120.
A Paribus Curiæ, ſiue Domino feudi ad quem appelletur, ſub num.120.
A Capitulo ad quem appelletur, n.60.
A Rectore alicuius collegij vel artis, ad quem appelletur, num. 121. et ſeqq.
A Papa male informato, appellatur ad eundem Papam, n.65.
Appellationes a ſententijs iudicum, & Officialium ſtatus Eccleſiaſtici ad quos interponatur, n.125. & 126.
Appellationes a ſententijs Iudicum Romanæ Curiæ ad quos interponantur, indicatur numeris ſequentibus.

Ad quem appellatur
- A Curia Sabellorum iudice, n.128.
- A Turris Nonæ iudice, ſub n.128.
- A Ripæ, & Ripettæ iudice, n.129.
- A Vicario Papæ, & ab eius Locumtenentibus, nu.130. & 131.
- A Viceſgerente, n.132.
- A Magiſtris iuſtitiarijs, n.132.
- A Conſulibus artis agriculturæ, n.133.
- A Conſulibus artium, n.134.
- A Magiſtris viarum, n.135.
- A Collateralibus, Senatore, & iudice maleficiorum, nu. 136. & ſeqq
- A Capitaneo appellationum, n.139. & 140.
- A Senatore n.136. & 138. verſ. extende ſecundo.
- A Gubernatore Burgi, n.141.
- A Gubernatore Vrbis, eiuſque Locumtenentibus, n.142. & 143.
- Ab Auditore Cameræ, eiuſque Locumtenentibus, n.144.
- A Rota Auditore, n.144.
- A Delegato Papæ, n.144.
- A Doanerio, & Doanerio Patrimonij, n.145.
- A Camera Apoſtolica, n.146.
- A Clerico Cameræ Apoſtolicæ, n.146. & 147.
- A Præſide Doanarum; A Præſide Ripæ, & Rippettæ; A Camerario; A Theſaurario; A Commiſſario — num.148. & ſeqq.

Signa-

Signatura iuſtitiæ non reſcribit in appellationibus a ſententijs Cameralibus, nu.153. et 154.— Neque in appellationibus a ſententijs Capitolinis, nu.155.— Secus eſt ſuper reſtitution.bus in integrum, n.156.

HAnc quæſtionem abſoluam ſex articulis.

Primo: *Qualis ordo ſeruaretur olim in appellationibus.*

Secundo: *Qualis ordo ſeruetur hodie in appellationibus a ſententijs delegatorum.*

Tertio: *Ad quos appelletur a ſententijs, latis a iudicibus ordinarijs eccleſiaſticis.*

Quarto: *Ad quos appelletur a ſententijs, latis a iudicibus ordinarijs ſecularibus.*

Quinto: *Ad quos appelletur a ſententijs, latis a iudicibus ordinarijs locorum ſtatus Eccleſiaſtici, immediate Sedi Apoſtolicæ ſubiecti.*

Sexto: *Ad quos appelletur a ſententijs, latis ab officialibus, et iudicibus Romanæ Curiæ.*

ARTICVLVS I.

AD Primum articulum: *Qualis ordo ſeruaretur olim in appellationibus.*

Pro clara reſolutione diſtinguo duas ſpecies iudicum.

Prima ſpecies eſt iudicum ordinariorum: Et, loquendo in iſta ſpecie, ordo, qui colligitur ex *l.32.præcipimus, & ſeqq.ad eum, C.de appell.* eſt, quem nunc infra recenſeo.

1 A Præſide, ſeu alio Clariſſimo appellatur ad Spectabilem, *vt ſcribit Azo.in ſumm.C.de appell.num.*18. & declarat Gloſ. *vlt.in d.l.32.præcipimus, in verbo, intelligatur, verſus finem, ibi. ſed iure Authen.a clariſſimo ad ſpectabilem*, & conſequenter a Præſide appellatur ad Spectabilem, quia Præſes eſt Clariſſimus, *vt dicit Gl.in d l.32. præcipimus, in verbo, & præſes ſit, C.de appell.* & quod appelletur ad Spectabilem, ſatis certe innuit Gloſſ.1.*in d.l.præcipimus*, dum, enumerando quatuor gradus Magiſtratuum, in penultimo gradu ponit Spectabiles, & in vltimo Clariſſimos: Ergo neceſſe eſt, vt a Clariſſimis appelletur ad Spectabiles, quia appellatio fit gradatim, non omiſſo medio, iuxta ea, quæ late proſequutus ſum *quæſt.præced.* & ſuadetur ex ipſa *l.præcipimus*, in illis verbis: *quod ſi a Duce fuerit appellatum, ſi idem & Præſes ſit, Præfectura neceſſarium tantum iure ordinario in Sacro Auditorio iudicabit*, pro cuius legis inductione aduertendum eſt, quod Gl. *in d.l.præcipimus, in verbo, auguſtali*, ſcribit, quod Præfectus Ægypri eſt Spectabilis, & Bart. *in ead.l.præcipimus, n.1.* ſcribit, quod, ſi appellatur a ſententia Spectabilium, cognoſcent Præfectus, & Quæſtor; ſed ſi appelletur a ſententia Clariſſimorum, cognoſcet, inquit, Præfectus: & ſic neceſſarium eſt vt illa Præfectura in ſacro Auditorio, de qua loquitur *d.l.præcipimus*, ſit Spectabilis; quæ cognoſcet per viam appellationis ſententiam Præſidis, qui eſt Clariſſimus.

Sed quia iam video, quod vobis videbor faſtidioſus in recenſendo illum antiquum ordinem appellandi, de quo loquitur *d.l.præcipimus*, ideo hic proteſtor, & veniam peto, quod non ſum ego faſtidioſus, ſed eſt faſtidioſa dicta *l.præcipimus*, teſtibus Bart. & Paul.de Caſtr. quos citaui *infra n.12.verſ.limita.*

Ratio autem cur d. lex ſit faſtidioſa ſecundum Bart. & Paul.de Caſtr.citatos *infra ſub d.n.12.* eſt, quia illa lex non eſt in vſu; qua ratione mouemur ad legum lectionem & praxi vtendum ſæpe, & in ſingulos dies, ne nobis faſtidioſæ ſint leges: ſic & muliones ſarcinulas, & onera non diſcunt, niſi itinerando, adæquare.

Declara *l.* extendendo, vt a Præſide appelletur ad Spectabilem, etiamſi Præſes eſſet Dux, quia licet dignitas præſidalis ſit minor dignitate ducali, tamen, ſi iudicat, vt Præſes, non conſideratur dignitas ducalis, & ſic conſideratur dignitas ducalis, & ſic conſideratur dignitas iudicaturæ, & non perſonæ, *Salyc.in d.l.præcipimus, ſub n.2.ibi.et pondera quod hic dux* ideoque ab eo appellatur ad Præfecturam in Sacro Auditorio, *vt ex d.l.præcipimus, retuli n.præcedenti*; quam Præfecturam eſſe Spectabilem ex Gl.& Bart. deduxi *eod. numero præcedenti*. Quod ſi Dux eſſet Spectabilis, vel Illuſtris; dico, quod in eo tunc eſt ſpeciale, vt ſiue eſſet ordinarius, ſiue delegatus, appellatio deuolueretur ad Magiſtrum officiorum, & Sacri Palatij, & ſic non ſeruatur ordo, qui ſeruatur in appellationibus ab alijs Spectabilibus, *Gloſſ.in d.l.præcipimus, in verbo, & præſes ſit, & Salyc.in l.36. ſi quando duciano, in ſummario, Cod.de appel.* Imò notat Bart.ibi, quod illa lex corrigit in hoc legem *præcipimus.*

3 Declara II. vt iſte ordo, quem retuli, appellãdi ad Spectabilem, poſtea non fuerit ſeruatus, quia ſi a ſententia iudicis Clariſſimi, vti iudicis ordinarij, appellabatur ad Imperatorem, ſolus Præfectu prætorio vice Principis iudicabat, vt aduertit *Az. in ſumm C. de appell num.*17. Et quod a ſententia Clariſſimorum cognoſcat Præfectus tantum notat Bar. *in d.l.præcipimus, ſub n.1.C.de appell.*

4 A ſpectabili appellatur ad Illuſtrem: nam Proconſul, Auguſtalis, id eſt Præfectus Ægypti, & Comes orientis ſunt Spectabiles, vt declarat Gloſſ. *in d.l.32.præcipimus in*
5 *iſtis nominib.* † Sed ab iſtis Proconſule, Auguſtali, id eſt Præfecto Ægypti, & à Comite orientis appellatur ad illuſtrem Præfectum prætorio & illuſtrem Quæſtorem Palatij, qui ſimul cognoſcant, ſeu illuſtriſſimam Præfecturam *d.l.præcipimus, & ca.28.anteriorum, & ibi Gloſſ.in caſu.§.illo videlicet, 2.q.6.* Ergo apparet, quod a Spectabili appellatur ad illuſtrem: & Archid. *in d. cap. anteriorum, ſub n.21.verſ.antiquo more.* ſcribit, quod ſecundum morē antiquum a Spectabili appellabatur ad Illuſtrem, & ab illuſtri ad Superilluſtrem.

Nota hic obiter quod Dux etiam dicitur Spectabilis,
6 *Frecc.tract.de ſubfeud.li.2.tit.quis dicatur dux n.7.fol.124.* licet, vt refert ibidem, de conſuetudine dicatur illuſtriſſi-
7 mus. † In Curia Delph. quis ſit hodie de conſuetudine ſubrogatus in locum Quæſtoris, vide Guid.Pap. *tract.de appell.q.31.n.30.tom.5.fol.58.*

8 Declara hunc ordinē appellandi a Spectabili ad Præfectum prætorio, & Quæſtorem Sacri Palatij, qui ſimul cognoſcant, procedere, ſi cauſa eſt vltra decem libras auri ſecus ſi eſt infra, quia infra deuoluitur ad alterum eorum: Quod ſi cauſa excedat ſummam 20.librarum auri, tunc appellatur ad Auditorium fideliſſimorum procerum *l.35.in offerendis et ibi Bar. & Salyc.in princ. C.de appellat.* quod notant etiam Az. *in ſum.C.eod.verſ.appellatio debet.nu.16.& Guid.de Suz.tract. de ord.iudic.tit.ad quem appell.ſub n.118. tom.3.par.1.fol.38.*

9 A Proceribus fideliſſimis non datur appellatio *d.l.in offerendis, in fine*, & iſte eſt ordo in iudicibus ordinarijs.

10 Secunda ſpecies eſt iudicium delegatorum, & loquendo in iſta ſpecie: talis eſt ordo.

A delegato Imperatoris, ſi delegatus ſit Illuſtris, appellatur ad ipſum Imperatorem, qui delegauit: ſed ſi delegatus non ſit Illuſtris, appellatur ad Præfectum prætorio, qui cognoſcat vna cum Quæſtore Sacri Palatij: Quod ſi delegatus Illuſtris vel non Illuſtris fuerit, an requam iudicet illuſtri dignitate decoratus, tunc de cauſa appellationis cognoſcet Princeps; idem quoque eſt ſi fuerint delegati Illuſtris, & non Illuſtris, ſimul, *Az.in ſum.C.de appell.ſub n.17.* ſed ante a Spectabili, ſeu Illuſtri delegato Imperatoris appellabatur ad competentes antiquos Romæ iudices: ſi vero delegabat priuato, appellabatur ad Spe-
11 ctabiles. *Az.in d.tit.de appell.n.* 18. † Verum quia Imperator hodie non habet in Curia Præfectum prætorio, neque iſtos Spectabiles, neceſſe eſt, vt interpoſita appellatione, faciat commiſſionem, *Salyc.in l.32 præcipimus, ſub n.4.C.de appell.*

Con-

Contra iſtam doctrinam in eo, quod dicimus, appellari a ſententia, lata a delegato Imperatoris, facit, quia, ſicut non appellatur a ſententia Imperatoris, *per ea, quæ dixi infra q. 16. limit. 1. n. 1. & 2.* ita etiam nullatenus debet poſſe appellari ab eius delegato, qui in illa cauſſa repræſentat perſonam delegantis, & videtur ſubrogatus, a quo non poteſt appellari, ſi non poteſt appellari ab eo, in cuius locum eſt ſubrogatus, *vt in alijs terminis retuli ex Anguiſſ. infra q. 17. limit. 14. nu. ...* & quod delegatus Papæ gerat perſonam ipſius Papæ dixi *q. præced. num. 64.* hincq; in Ciuitate Lucæ vidi appellationem non dari in cauſſis delegatis ab Excellentiſſ. Conſilio generali, quod propterea vbi vult poſſe appellari, id exprimit in delegatione.

His non obſtantibus, non recedas a præfata doctrina, quia omnes ſine controuerſia admittunt, a delegato Principis appellari ad ipſum Principem, *vt dixi infra num. 14.*

Non obſtat, quod dicitur de ſtylo Lucenſi; quia reſp. id ſeruari ex ſtylo illius Excellentiſſimi Conſ.

12 Limita hæc omnia, quę dixi de ordine appellandi a iudicibus ordinarijs, & a delegatis, vt hodie ſeruentur, *teſte Bar. in l. 32. pręcipimus*, quem ibidem citat, & ſequitur Paul. de Caſtr. C. *de appell.* vbi ait, materiam dictæ l. in qua agitur de relato ordine appellandi, eſſe faſtidioſam, quia (inquit) non eſt in vſu, quod teſtatur idem Bar. *in l. 1. §. ſi quis in appellatione n. 9 ff. de appell.* vbi ait, eſſe limitatam ſecundum diuerſas conſtitutiones curiarum, & Greg. Tholoſ. *tract. de appell. lib. 3. cap. 14. ſub nu. 2.* vbi ait, quod hæc antiqua, hodie non obtinent, & quod tunc etiam quando obtinebant, erant conſideranda iuxta mãdata, quæ dabantur poteſtatibus, a quorum inquit, mandatorum terminis non licebat miſſis in Prouinciam diſcedere.

13 Ratio huius limitationis, & inobſeruantiæ, (loquendo de appellationibus in cauſſis prophanis) eſt, quia Imperator magnificus, & glorioſus, ſicut aquila diſtribuens prædam ſuam, & non curans in omnibus epulis os apponere, *Reſtaur. Gaſtal. de imper. q. 95. n. 2. to. 16. fol. 70.* iuriſdictionem pluribus communicat, quibus cognitionem primarum, quam ſecundarum cauſſarum cum mero, & mixto imperio, & ſub varijs, & diuerſis inueſtituris in perpetuum conceſſit adeo, quod, alterato, & mutato dominio, quo dominabatur Princeps tempore illius legis, *pręcimus*, mutatus etiam eſt ille ordo appellandi.

ARTICVLVS II.

AD ſecundam articulum: *Qualis ordo ſeruetur hodie in appellationibus a ſententijs delegatorum.*

14 Concludo quod a delegato vnius cauſſæ appellatur ad delegantem ſiue is ſit delegatus a Principe, ſiue ab alio ordinario inferiore, *Spec. tit. de appell. §. nunc tractemus, verſ. ſi vero a delegato num. 5. lib. 2. fol. 188.* & quod a delegato appellatur ad delegantem, & non ad ſuperiorem, refert ex pluribus Frecc. *tractat. de ſubfeud. l. 2. auct. 13. n. 4.* 346. & quod appelletur ad ordinarium delegantem, ſcribit Pap. *in pract. in form. appellat. a ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis, ſub num. 10. verſicul. inde quæritur fol. 405.* & ſic poſſumus intelligere Gloſſ. *in l. 32. præcipimus, in verbo iudicandas, C. de appell. Guid. de Suz. tract. de ord. iudic. tit. ad quem appellatur. ſub num. 18. tom. 3. par. 1. fol. 38. Guid. Pap. tract. de de appell. q. 32. to. 5. fol. 58. Fed. Seben. tract. de appell. numer. 8. tom. 5. fol. 55. Gail in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 121. num. 2.* & communiter * omnes in diuerſis locis, dum ſimpliciter ſcribunt, a delegato appellari ad delegãtem; quicquid in contrarium ſcribat Gloſſ. *in c. 28. anteriorum, in verbo competens. 2. quæſt. 6.* dicens, appellari ad alium, quam ad delegantem; procedit enim illa Gloſſ. ſecundum ius antiquum de quo dixi *ſupra ſub nu. 10. verſ. a delegato.*

15 † Et quod a delegato Principis appelletur ad Principem, non obſtante, quod ipſe delegatus fungatur authoritate Principis, ſcribit Breder. *tractat. de appell. p. 1. tit 15. col. 138. litera A. verſ. a delegato, & verſ. ſi vero*, & ſcripſi in fortioribus terminis *infra q. 16. limit. 1. n. 154.*

16 Extende I. vt à delegato Papæ in tantum ſit appellandum ad Papam, vt ſententia fuerit lata à delegato in partibus, vbi adſit Legatus de latere, qui ibi gerit vices Papę, tamen non poteſt ad eum appellari, ſed debet appellari ad ipſum Papam, *Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. de commiſſ. ſuper diuerſ. cap. 28. nu. 67. ibi. propterea, fol. 305. in ſecunda impreſſione.*

Subextende hanc extenſionem, vt neque poſſit appellari ad Auditorem Camerę, quia & ſi Auditor Cameræ ſit ordinarius omnium appellationum interpoſitarum à ſententijs, extra Curiam latis à quibuſuis iudicibus, tam ordinarijs, quam delegatis, vt in eius facultatibus, conceſſis à Greg. XIV. anno 1590. pridie idus Decembris *nu. 9. verſ. & quaſcumq;* tamen illæ facultates non procedunt in delegatis ipſius Papæ, ſed procedunt in delegatis inferiorum; quia eſſet abſurdum, quod extra Curiam æque comprehenderent etiam delegatos Papæ, & in Curia æque excluderent etiam delegatos inferiorum.

Verum Auditor Cameræ aliter forſan de facto ſeruaret, & poſſet moueri, ex eo, quod ſicut facultates, excludendo delegatos in Curia ex obſeruata praxi intelliguntur excludere delegatos Papæ, ita etiam, includendo delegatos extra Curiam, intelliguntur includere delegatos Papę; alias nos variaremus terminos, quos facultates non mutarunt: laudarem ideo, quo facultas iſta nominatim Auditori Cameræ concederetur.

17 Extende II. vt ad ipſum ordinarium delegantem appellatur, ſiue eſſet delegatus ad totam cauſſam, ſiue ad certam partem, *Papien. in d. gloſſ. coram vobis, ſub numer. 10. fol. 405.*

Extende III. vt licet non fuerit delegatus ſponte à delegante, ſed iuſſu ſuperioris, tamen non ad ſuperiorem, ſed ad delegantem appellatur, *l. vlt. dato iudice, ff. quis & a quo appell. Ang. Aret. in l. 1. §. ſi quis in appellatione, nu. 4. verſ. item nota. ff. de appellat. & relat.*

Extende IV. vt ſi Princeps mandet alicui, qui non habet iuriſdictionem contentioſam (*vt ſunt Antiani*) quod committat certam cauſſam, & ille committat, ab illo cõmiſſario, ſeu delegato appellandum erit ad eum, qui ex iuſſu Principis delegauit, ſicque illo caſu ille etiam habebit iuriſdictionem contentioſam, quam non habebat, *Paul. de Caſtr. in l. 1. §. ſi quis in appellatione, nu. 4. & Ang. Aret. n. 6. verſ. item nota ſecundum, & n. 8. verſ. in ea gloſſ. ibi. ff. de appell. & relat.*

18 Infero I. ex eadem concluſione, quod à delegato ordinarij appellatur ad ordinarium, *teſtibus Speculat. vbi ſupra. & Papien. in pract. in form appellat. a ſent. diff. in gloſſ. 1. ſub n. 10. fol. 405.*

19 Reſtringe illam illationem, vt non procedat, quando ordinarius delegauit, eo quia ipſe erat ſuſpectus; quia tunc à delegato appellatur ad ſuperiorem ordinarij, *vt dixi q. pręced. n. 42.* ſimiliter ſi delegatus ſubdelegat eo, quia ipſe delegatus eſt ſuſpectus, a ſubdelegato non poteſt appellari ad delegatum ſubdelegantem, vide *infra n. 48. verſ. limita 1.*

20 Infero II. quod à ſententia lata ab Auditore Rotæ appellatur ad Papam, qui cauſam appellationis delegabit Alteri Auditori Rotæ, vt recenſent Mandoſ. *tract. de commiſſ. commiſſ. 17. appellationis in prima inſtantia, in verbo, alicui alteri fol. mihi 103.* quem refert, & ſequitur Ruginell. *tract. de appellat. §. 2. cap. 2. n. 34. verſ. a ſententia Rotæ Romæ*, & quod appelletur ad Auditoribus Rotæ Romanæ, refert *eod. c. 2. n. 56. verſ. idem erit*, nam Auditores

Rotæ

Rotæ ſunt delegati Papę in definiendo,& pronuntiando, *vt dixi lib.1.c.26.n.3.* & cauſſa ſemel effecta Rotalis, remanet in omni inſtantia Rotalis.

Nec fit iniuria Rotæ, quod ab eius ſententijs appelletur, quia, vt reſpondet Mandoſ. *vbi ſupra in 3.ratione*, ſatis eſt, quod eadem Rota iudicet.

Minus fit præiudicium appellanti, quia quilibet Auditor Rotæ habet quatuor reſponſales, ideoque licet iudicet eadem Rota, tamen non ijdem Auditores; vnde ſeruatur decus tanti tribunalis, quia appellatur ad idem tribunal. ſicque intelligas, Rotam non habere tribunal ſupra ſe, & conſulitur appellanti, vt non idem Auditor iudicet, neque de eorundem voto.

21 Infero III. quod ad arbitris, electis ad cognoſcendum de cauſſa ſuſpicionis appellatur ad Papam, quia cenſentur eius delegati, *vt dixi q.præced.n.109.limit.16.*

22 Infero IV. quod à delegato ad vniuerſitatem cauſſarum, qualis eſt Inquiſitor hæreticæ prauitatis, appellatur ad Papam delegantem, eiuſq; Congregationē Sancti officij, & non ad Inquiſitoris Prælatum, *Zanch.tract.de hæret.c.29.num.3.tomo 11.p.2.fol.261.* quem refert, & ſequitur Pegn.ad Eymer.*direct.par.3.comm.31.verſ.verum propter,fol.492.*

23 Subinfero ex hac illatione, quod à Collectore Papæ, imponente ſubſidium, appellabitur ad Papam, tanquam à Papæ delegato, *Remig.de Gonn de charit.ſubſid.q.52.nu.6.tom.15.p.2.fol.180.*

24 Infero V. quod à delegato Epiſcopi appellatur ad Epiſcopum, *Gl.in c.2.in ver.officiali,de conſuet.in 6.Spec.tit.de appell.§.nunc tractemus,nu.6.verſ.ſed ſecundum, lib.2. fol.188.Rot.deciſ.3.alias 350.licet officialis,de offic.vicar.in nouiſ.Guid.Pap.tract.de appell.q.33.ſub n.31.to.5.fol.58.* Vel appellatur ad eius Vicarium generalem, *Franch.in c.66.dilecti,n.33.verſ.2.quæritur,de appell. & in c.3.Roman.ſub n.5.verſ.in gloſ.in ver.ad ſe ipſos,eod.tit.in 6.Bertach.tract.de epiſc.lib.4.p.7.q.26.ſub n.36.tom.13.p.2.fol.358.Maran.in ſuo ſpec.cap.p.6.in verbo, & quandoque appellatur,num.385.fol.513.* & ita tenerem, reiecta diſtinctione Abbatis: quam ſequitur Card.Alex. *d.c.dilecti,ſub n.15.* nam omnis Vicarius poteſt cognoſcere de appellatione, ſpecialiter, & nominatim interpoſita ad eum, cuius eſt Vicarius, *Franch.d.c.dilecti,num.34.* Et ſimiliter à delegato Vicarij poteſt appellari ad Epiſcopum, *Franch.in d.c.dilecti, q.4.nu.38.*

25 Extende I. iſtam illationem, vt procedat etiam ſi cauſſam delegaſſet Vicario generali, *Abb.in c.66.dilecti,il 3.n.18.de appell.*

Confirmatur ex his, quæ ſcripſi *infra num.81.reſtrict.6.* vbi dixi, quod appellatur ad Epiſcopum in his, quæ non comprehenduntur in commiſſione generali.

26 Extende II. vt procedat etiamſi appelletur à Vicario foraneo, ſeu non generali, quia ab eo appellatur ad Epiſcopum, Rot.*d.deciſ.3. num.8 de offic.vicarij in nou.Rot.et ibid.Gemin. ſub num.4.verſ.oppono ſecundo, de appell.in 6. Abb.in c.19.relatum,nu.8.verſ.hinc eſt,de off.& poteſt.iud.deleg.Bertach.tract.de epiſc.lib.4.p.7.q.26.num.36.tom.13.p.2.fol.358.Curt.Iun.tract.de feud. p.7. & vlt.q.12. nu.32. in fine tomo 10.p.2.fol.92.Maran.in d.verbo,& quandoque appellatur, num.381. fol.513.latè Rota diuerſ. deciſ.1131.p.3.lib.3. quæ eſt duplicata apud Mohed. deciſ.5.alias 133. cauſſa matrimonialis, ſub num.1.& ſeqq.de appell.fol.154.* quem refert, & ſequitur Marcheſ. *tract.de commiſſ.part.2.commiſſ. appell.c.6.ſub num.19.fol.107. & p.1. de commiſſ. appell.extra Rom.cur. c.6.numero 67.in fine.fol.76.* dicens, poſſe appellari ad electionem appellantis ad Epiſcopum vel ad Archiepiſcopum: Ratio eſt, quia iſte Vicarius reputatur pro delegato, & in Vicaria delegata poteſt etiam de iure canonico à Vicario appellari ad ordinarium, *Bal.in l.19 à proconſulibus, n.1.in fine,C.de appellat.* & quod à Vicario, qui non ſit ordinarius, ſed delegatus, appelletur ad eum, qui illum conſtituit Vicarium, ſcribit Bar. quem citaui *infra ſub n.103.verſ.confirmatur ſecundo,* nam ſi reputaretur pro ordinario, non poſſet appellari ad Epiſcopum, *iuxta ea, quæ ſcripſi infra nu.53.* mirum tamen eſt, quod reputetur pro delegato, cum ei vniuerſitas cauſſarum certi loci, & hominum ſit commiſſa, *Anch. in clem.2.& ſi principalis,n.7.verſ.ſecundo principaliter quæro, de reſcript.*

27 Reſtringe I. eandem quintam illationem, quando Epiſcopus delegaſſet, eo quod ipſe erat ſuſpectus, quia tunc non ad ipſum Epiſcopum, ſed ad ſuperiorem Epiſcopi appellatur, *vt dixi q.præced.n.42.& hic ſup.n.19.*

28 Reſtringe II. vt non procedat quando Epiſcopus delegat cauſſam in fraudem, vt cauſſa appellationis reuertatur ad ſe; nam non debet ex fraude reportare commodum, *Specul.titul.de appellat. §.nunc tractemus, verſ ſed ſecundum, num.6.* immo Epiſcopus poſſet iſto caſu excommunicari per ſuperiorem, *Abb.in c.66.dilecti, il 3.ſub num.18. & Franch.qu.3.ſub num.37.de appell.* dicens, quod fraus probatur per coniecturas, & Gemin. *in cap.3.Romana,ſub n.4. verſ.oppono tertio,& Franch. ſub num.5. verſ.quid autem ſi Epiſcopus, de appellat.in 6.* qui tenent, quod ſententia excommunicationis, lata à Metropolitano per modum conſtitutionis in genere contra committentes huiuſmodi, fraudes, ſit valida; quod idem refert, & ſequitur Bertach.*tract.de epiſc.lib.4.p.7 q.26.ſub num.36.tomo 13.p.2.fol.358.* dicens, quod ſufficit, ſi conſtet per coniecturas.

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia alias Epiſcopus poſſet de facili vſurpare iuriſdictionem Metropolitani in cognitione cauſſarum appellationum; nam poſſet cauſſam ſæpius delegare, vel poſſet in prima inſtantia ſententiari à Vicario foraneo, in ſecunda à delegato, & in tertia ab Epiſcopo, ſicque referre in ſuo tribunali tres ſententias.

29 Confirmatur hæc reſtrictio, quia licet à delegato appelletur ad delegātem, & non ad ſuperiorem, & ſic à ſententia delegata à Barone appelletur ad ipſum Baronem delegantem, ſecundum ea quæ adducit Frecc. *tract. de ſubfeud.lib.2.auct.13.num.3.& 4.fol.346.* Tamen, quia in Regno cautum eſt, ne Barones ſe intromittant in cauſſis appellationum, quæ ſpectant ad Curiam Regis, & Magiſter iuſticiarius eſt ordinarius iudex omnium appellationum cauſſarum Regni, dubitandum eſt, an poſſet appellari ad Baronem delegantem, *Frecc. d. auct.13. numero 5.* nam poſſet de facili fieri fraus per Baronem, vt vſurparet ſibi per indirectum cauſſas appellationum, committendo, & delegando cauſſas particulares ad hoc, vt ad eum eſſet appellandum, *Frecc. d. auct. 13. ſub numero 6. verſ. ſecundo, fol. 346.* & ideò non ad Baronem, ſed ad magnam Curia Vicariæ eſſe appellandum concludit *ibid. numero* 8. & ego retuli, & ſequutus ſum *infra numero* 50. *limit.3.*

30 Amplia I. nunc concluſionem, poſitam *ſupra nu.14.* vt procedat etiam in ſubdelegato delegati ad vniuerſitatem cauſarum, quia ab illo ſubdelegato appellatur ad legatum vniuerſitatis cauſſarum, qui ſubdelegauit, ſecundum ea quibus magis adhærere videtur Specul. *tit de appell.§.nunc tractemus,n.3.verſ.& hoc in ordinarijs,& n.10.verſ.porro ſi appellatur,lib.2.fol.*188.reprobata contraria opinione, quam mox adducam.

Contra iſtam ampliationem tenent Gloſs. 1. *in l.1.§.ab eo,ff.quis & a quo appelletur, Maran.in ſuo Spec.par.4.diſtin.5.ſub n.28. verſ.4 differunt,fol.102. & Abb.in c.66.dilecti,il 3.ſub n.10.verſ.tertius caſus,de appell.*qui dicunt, à ſubdelegato appellari ad primum delegantem, ſicque non ad delegatum vniuerſitatis cauſſarum, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum licet cenſeatur quaſi

ordinarius in eo, quod poteſt ſubdelegare vnã cauſſam; tamen in appellatione, interponenda à ſubdelegati ſententia, non cenſetur quaſi ordinarius: vnde, ſi delegauit cauſſam in totum, appellatur non ad ipſum, ſed ad illius ſuperiorem, & ſic, omiſſo medio, ad primum delegantem, prout idem dicimus in delegato ad vnam cauſſam, qui illam in totum ſubdelegauit, quia à ſubdelegato non appellatur ad delegatum, ſed ad primum delegantem, *Abb. vbi ſupra*, quem refert, & ſequitur Franch. *in eod. cap. 66. dilect. num. 31. verſ. quid autem*. Quare ſecundum Abb. & Franch. quantum ad appellationem nulla eſt differentia in ſubdelegatum deleganti ad vniuerſitatem cauſſarum, vel ſubdelegatum alterius delegati ſpecialiter ad vnam cauſſam: vnde ſicut in delegato vnius cauſſæ conſideratur ſolum, an integram cauſſam ſubdeleget, vel an ſibi aliquid reſeruet: ita etiam conſiderandum eſt in delegato ad vniuerſitatem cauſſarum.

31 Amplia II. vt procedat etiam in ſubdelegato Papæ, ſeu Principis, quia ab eo appellatur ad delegatum ſubdelegantem, *cap. 7. ſi delegatus, in fine, & ibi. Io. And. de off. & pot. iudic. deleg. in 6. Spec. tit. de appell. §. nunc tractemus. n. 7. verſ. cæterum, li. 2. fol. 188. Guid. de Suz. tract. de ord. iudic. tit. ad quem appell. ſub n. 118. tom. 3. par. 1. fol. 38. Bar. in l. 1. §. ab eo, nu. 2. verſ. item oppono, ibi. aut appell. ff. quis & à quo appell. Fed. Schen. tract. de appellat. n. 8. tom. 5. fol. 55. et Rebuff. tract. de appellat. in præfat. ſub n. 33. tom. 3. fol. 478.*

Ratio eſt, quia ipſe delegatus Papæ repræſentat Papã, merito non eſt appellandum ad Papam, ſed ad ipſum delegatum, *cap. 27. ſuper quæſt. §. porro, de off. & poteſt. iud. deleg. & notant Abb. in cap. 66. dilecti, il 3. n. 11. de appell. & Leonard. in addit. ad pract. Pap. in forma appell. à ſententia diffinitiua, in gloſſ. & ad quemcunque, in verbo appel. fol. 416. & adde omnino, quæ ſcripſi q. præced. n. 63. & 64 ſublim. 1. verſ. ratio. & infra, num. 45.*

32 Declara, iſtam ſecundam ampliationem procedere, quando delegatus, qui ſubdelegauit, reſeruauit ſibi aliquid cauſſæ ſubdelegatæ, vt, ſublimitando latius dixi *quaſt præced. n. 63.*

Secus ſi nihil reſeruauit, quia tunc appellatur ad Papam, omiſſo delegato, vt proſequor *in ſequ. limitat. 2. num. 34.*

Extende hanc declarationem, vt ſit vera tam de iure canonico, quam de iure ciuili, reprobata differentia, quã ponit Bar. quia communiter non tenetur, teſte Maran. *in ſuo ſpec. par. 4. diſtinct. 5. ſub n. 28. verſ. quarto differunt, fol. 102.* qui tamen non verè loquitur, dum etiam reijcit differentiam inter appellationem a ſubdelegato Principis, & appellationem à ſubdelegato alterius ordinarij inferioris: nam remanet differentia, vt patet ex his, quæ retuli, & ſequutus ſum *infra n. 44. verſ. contra, & num. 45.* vbi videas.

33 Limita I. eadem ſecundam ampliationem, vt non procedat in Francia, quia ibi a ſubdelegato Regis appellatur ad Regem, vel ad ſupremam Curiam, Rebuff. *tract. de appell in princ. n. 23. tom. 3. fol. 478.*

34 Limita II. quando delegatus, ſubdelegando, nihil ſibi reſeruauit, quia tunc appellatur ad Papam delegantem, *cap. 27. ſuper quæſtionum. §. porro, & ibi Felyn. in princip. n. 12 de off. & poteſt. iud. delegat. Fed. Schen. tract. de appellat. ſub num. 8. tom. 5. fol. 55. & Caſ. Barzius in Bononien. deciſ. 155. præſuppoſita, ſub num. 2* & quod ſi ſit à delegato ſubdelegata tota cauſſa, & appelletur ab iſto ſubdelegato, debeat appellari ad ordinarium, & non ad delegatum, qui ſubdelegauit, ſcribit Papien. *in practic. in form. appell. a ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis, num. 10. verſ. inde quæritur, fol. 405.* & eſſe appellandum ad primum delegantem, omiſſo medio, quando delegatus ſubdelegauit to-
* tam cauſſam, teſtatur, & ſequitur communem * eſſe concluſionem Maran. *in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 386. fol. 513.* & quod Decretiſtæ ita teneant, vt non poſſit appellari ad eum, qui ſubdelegauit, & hoc procedat in eorum foro, ſcribit Bar. *in l. 1. §. ab eo, ſub num. 1. ibi. decretiſtæ tamen. ff. quis & à quo appellat.*

Contra iſtam limitationem, & etiam contra ſecundam ampliationem, poſitam ſupra, facit concluſio, quam colligit Papien. *in pract. in for. appel. a ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis, ſub n. 10. ibi ſicq; patet ex prædictis, fol. 405. in fi.* Colligit ergo ipſe, quod à ſententia diffinitiua, lata à ſubdelegato ſuper tota cauſſa appellatur ad ordinarium, id eſt, ad primum delegantem; ſed ad interlocutoria appellatur ad delegatum ſubdelegantem: quæ concluſio, ſi vera eſt, euaneſcit conſideratio ſupra ſcripta, an delegauerit totam cauſſam, ſeu aliquid ſibi reſeruauerit.

Ratio huius concluſionis in prima parte eſt, quia, lata ſententia diffinitiua ſuper tota cauſſa, nihil potuit ſubdelegans ſibi reſeruare, & iam functus, eſt officio ſuo; alias poſſet via ordinarius habere plures appellationes in fraudem ſuperioris: nam ſemel appellaretur ad ſubdelegantem, & a ſubdelegante appellaretur ad ordinarium delegantem.

Ratio etiam in ſecunda parte poteſt eſſe, quia, non prolata ſententia diffinitiua, videtur de ſui natura remanere iuriſdictio apud ſubdelegantem, ſi contingat appellari.

Non recedas ab ampliatione, & limitatione, quia & rationes, contra eas adductæ, videantur vrgere, tamen
* ampliatio, & limitatio communiter * tenentur.

35 Exemplifica I. extendendo iſtam ſecundam limitationem totius cauſſæ ſubdelegatæ, appellationiſque propterea interponendæ ad Papam, vt procedat etiam quando delegatus, ſubdelegando, committeret alteri vices ſuas quouſque non reuocauerit eas, quia iſto caſu, ſi eas non reuocauerit, ſententia, quam ſubdelegatus proferet, erit valida, & ab ea appellabitur ad Papam indiſtinctè: imò appellaretur ad Papam, etiamſi appellari contingeret antequam ſubdelegatus diffinitiuam proferret ſententiam, ſecundum vltimam opinionem, quam refert, & ideò cenſetur approbare Spec. *tit. de appell. §. nunc tractemus, ſub numero 9. verſ. ſed quid ſi delegatus, liber. 2. fol. 188.* Cenſetur enim Doctor tenere eam opinionem, quam refert vltimo loco etiamſi dicat, quod aliqui eam tenent, *Affl. in conſtit. Regn. rubr. 37. ſtatuimus, quæſt. 6. numero 26. in fine liber. 1.* Quare in caſu huius exemplificationis erit, ac ſi delegatus nihil ſibi reſeruaſſet.

Contra iſtam exemplificationem probat apertè textus *in cap. 7. ſi delegatus. in fine, de offic. & pot. iud. deleg. in 6.* quod notat Io. And. *in addit. ad Spec. §. nunc tractemus, n. 9. in fine, in verbo, ſubdelegatum eius, lib. 2. fol. 188.* & tenet in effectu Gloſſ. vlt. *in d. cap. ſi delegatus*, potuit enim delegatus ſubdelegando reſeruare ſibi executionem, & virtute huius reſeruationis debet ad eum appellari à ſubdelegato, *Abb. in cap. 27. ſuper quæſtionum, §. porrò, n. 3. de offic. & pot. iud. deleg.* ſicque reprobatur in primis opinio Tan. qui dicebat, delegatum poſſe ſibi reſeruare ſolam executionem ſententiæ; reprobatur etiam opinio Ber. & Innoc. qui dixerunt, quod licet delegatus poſſit reſeruare executionem, ſi tamen appelletur à ſententia, non appellabitur ad eum, ſed ad primum delegantem, prout has reprobationes conſiderauit Gl. vlt. *in d. cap. ſi delegatus*, maximè autem procedit hæc opinio contra exemplificationem, quando à ſubdelegato appellaretur ante ſententiam, quia tunc poſſet eo certius appellari ad delegatum, quia ad huc poterat cauſſam ad ſe reuocare, *vt ſcribit Spec. d. §. nunc. tractemus, n. 9.* ſicque iſta exemplificatio vndique corruit, & non eſt bona, quia dicitur ſibi reſeruaſſe, & ideò ad eum appellabitur.

36 Exem-

36 Exemplifica II. extendendo vt procedat etiam, quando ſunt dati duo delegati, quorum vnus ſubdelegat totaliter vices ſuas: alter verò committit ſolum aliquid; quia iſto caſu attenditur ſubdelegatio illius, qui totaliter ſubdelegauit, ideoque debet appellari ad Papam, & non ad parem, quaſi ſit facta ſubdelegatio totius cauſſæ ſine aliqua reſeruatione, *Specul. titul. de appellat.§.nunc tractemus, numero 11. verſicul. ſed pone, libro 2. folio* 188. qualitercunque enim permiſceas delegatam, & ſubdelegatam in totum cum ſubdelegata in partem, ſemper appellatur ad Papam, *vt ſcribit Io. Andr. in addition. ad Specul. d. numero 11. in verbo ibi. not. quia debet inſpici maior iuriſdictio.*

37 Extende iſtam exemplificationem, vt procedat etiam in caſu, quo vnus ex duobus Papæ delegatis alterum ſimpliciter ſubdelegauerit, & ab iſto ſubdelegato, qui ſolus remanſit iudex, contingat appellari, quia non ad ſubdelegantem, ſed ad Papam debet appellatio interponi, quia ille, qui habet iuriſdictionem delegatam, & ſubdelegatam, conſideratur perinde, ac ſi eſſet in totum delegatus reſpectu appellationis, interponendæ ad delegantem primum, qui fuit Papa, & ratio eſt in promptu, cur illud compoſitum aſſumat in totum naturam alterius ſpeciei, hoc eſt delegati, quia ſic aſſumendo, minus iuri communi derogatur: nam ſi appellaretur ad ſubdelegantem reſultaret abſurdum, quia ſubdelegans cognoſceret de facto ſui collegæ, cum tamen par in parem non habeat imperium, *teſte Abb. quem refert, & ſequitur Contar. in l. vnica, limitat. 2. in princ. ſub numer. 28, & 29. Cod. ſi de mom. poſſ.* notans ibidem *num.* 25 & 27. quod mixtum aſſumit naturam illius ſimplicis, quod eſt fauorabile, & *d. numer.* 28. quod in caſibus mixtis attendi debeat, quod eſt conforme iuri communi, & non id, quod tendit contra ius commune, cum fauor odio præferri debeat.

38 Reſtringe iſtam extenſionem, vt non ſit vera, ſi vnus delegatus committat alteri condelegato vices ſuas, reſeruando ſibi aliquid, quia appellabitur ad ipſum condelegantem; Et ratio eſt, quia licet non appelletur de pari ad parem, & ideò videatur appellandum eſſe ad Papam, tamen non eſt ita, quia condelegatus, recipiendo condelegationem, efficitur minor, & hoc eſt verum, ſi adſit clauſula (*quod ſi non ambos*) ſed ſi non adſit hæc clauſula, appellabitur ad Papam, *Spec. d. §. nunc tractemus num. 12. verſ. ſed in illa q. lib. 2. ſol.* 188. & quod appelletur ad ſubdelegantem, & non ad Principem delegantem, quando ſubdelegans non ſubdelegauit in totum, refert, & ſequitur Cæſar Barzius *in Bonouien. deciſ. 155. præſuppoſita, ſub num. 2.*

39 Contra iſtam reſtrictionem tenent Gloſſ. *in c. 3. ſi duo, in verbo, duobus alijs. de offic. & poteſt. iudic. deleg. in 6. Io. Andr. in addit. ad Spec. vbi ſupra, in verbo, minorem*, dicens, quod opinio Speculatoris eſſet vera, ſi condelegatus procederet ex ſola condelegatione, ſed quia delegatio eſt permixta, abſit, inquit, vt appelletur ad collegam, *Franch. in c. 66. dilecti, nu. 28. verſ. quarto intellige, de appell. Felyn. in c. 27. ſuper quæſtionum, §. porro, num. 15. in fine fall. vlt. de offic. & poteſt. iud. deleg.*

Confirmatur hæc opinio contra reſtrictionem, quia; ſi ſint delegati tres iudices, quorum duo ex eis duobus alijs non in totum ſubdelegent vices ſuas, ipſique ſubdelegati procedant cum tertio delegato, & appelletur ab ipſis delegato, & ſubdelegatis; non appellabitur ad condelegatos, ſed ad primum delegantem, vt puta ad Papam, *d. c. 3. ſi duo ex tribus, de offic. & pot. iud. deleg. in 6.* & ita in effectu inclinarunt omnes Domini de Rota *in deciſ. 16. alias 387. ſi tres, num. 1. in fine, de offic. & poteſt. iud. delegati, in nouiſſ.* in caſu quo vnus ex tribus delegatis, *cum clauſula, quod ſi non omnes &c.* alijs duobus collegis ſuis commiſerat vices ſuas non in totum cum clauſula, *donec, &c.* & hoc eſt expeditum per dictum *c. ſi duo, vt dicit Io. And. in addit. ad Spec. tit. de appell. §. nunc tractemus, ſub num. 11. verſ. quid ſi ſint tres, in fine. in verbo, §. ſi vero, lib. 2. ſol.* 188. & ita firmiſſimè teneas, quicquid ſentiat Spec. *d. num. 11. in fine*, dum vltimo loco ſcribit, quod aliqui teneant, eſſe appellandum ad tertium delegatum, ſi in literis ſit clauſula illa, *quod ſi non omnes &c.*

40 Exemplifica III. extendendo, vt procedat etiam, quando delegatus in ſubdelegatione reſeruat ſibi aliquos actus puta litis conteſtationem, vel receptionem teſtium, hoſque actus expedit, & deinde pars, quandocunque appellat à ſubdelegato, quia iſto caſu delegatus, qui ſubdelegauit, nihil habet iuriſdictionis reſeruatę tempore appellationis, & conſequenter debet appellari ad Papam, vt ſcribit Io. Andr. *in c. 7. ſi delegatus, ſub num. 1. ibi. quicquid. de offic. & poteſt. iudic. deleg. in 6.* quem refert, & ſequitur Felyn. *in 27. ſuper quæſtionum, §. porro, fall. 4. ſub num. 13. eod. tit. extra.*

41 Exemplifica IV. quando delegatus reſeruaſſet ſibi ſolum conſilium, quia hæc reſeruatio non facit, quominus ſubdelegauerit totam, *Felyn. d. §. porro, fall. 5. ſub nu. 13.*

42 Amplia III. vt non procedat, quando pars appellauit à ſubdelegato ad ſedem Apoſtolicam, & ſubdelegatus detulit appellationi, quia tunc per illam delationem deuoluta eſt iuriſdictio ad ſuperiorem, & nulla remanſit in delegato, quamuis delegatus ſubdelegauerit vices ſuas, donec duxiſſet aſſumere, aut reuocare, & quamuis appellatus à delatione appellationis appellauerit ad delegatum, qui proceſſerit in cauſſa, *Mohed. deciſ. vlt. 10. alias 321. in cauſſa Bracharen. de appell. ſol.* 158.

43 Limita III. eandem concluſionem poſitam *ſupra n.* 14. ſeu potius ſubamplia primam ampliationem, poſitam *ſupra num.* 30. vt procedat in quocunque ſubdelegato, ſiue ſit ſubdelegatus Papæ, ſeu Principis; ſiue ſit delegatus alterius inferioris, quia ſemper à ſubdelegato appellabitur ad delegatum ſubdelegantem, ſecundum prima motiua, quæ facit Specul. *titul. de appellat. §. nunc tractemus, num. 10. verſ. porro ſi appelletur, libro 2. ſol.* 188. & ita, nulla conſtituta differentia, an ſit ſubdelegatus Principis, vel alterius inferioris; ſed ſolum an delegatus ſubdelegauerit totam cauſſam, vel aliquid ſibi reſeruauerit, ſcribunt Papien. *in pract. in form. appellat. à ſent. diffinit. in gloſſ. 1. ſub num. 10. ſol.* 405. dum loquitur de ſubdelegato iudicis ordinarij, & *Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoq; appellatur ſub n. 386. verſ. tertia principalis regula, ſolio 513. & apertè in 4. p. diſtinct. 5. ſub n. 28. verſic. quarto differunt, ſol.* 102.

44 Contra iſtam ampliationem tenet apertè Bar. *in l. 1. §. ab eo, ſub num. 2. verſ. item oppono, ff. quis & à quo appellat.* dicens diſtinguendo, quod, ſi appellatur à ſubdelegato delegati ordinarij, appellatur ad ipſum ordinarium, omiſſo ſubdelegante medio; quod (licet obſcurè) ſentire videtur etiam Guid. de Suz. *tract. de ord. iud. tit. ad quem appellatur, ſub num. 118. in fine, ſol.* 38. dicens, quod, ſi ſit delegatus ab ordinario, appellatur ad ordinarium, & non ad delegatum.

45 Retenta ampliatione in ſubdelegato non totius cauſſæ.

Explica eam, vt aliter procedat in ſubdelegato Papæ, & aliter in ſubdelegato inferiorum, quia à ſubdelegato Papæ appellatur ad delegatum, quia, cum is gerat perſonam Papæ, idem eſt appellare ad ipſum, vel ad Papam, per ea quæ ſcribit Abb. quem retuli, & ſequutus ſum *qu. præced. n. 64. et 69. in 2. allegatione, & dixi ſupra ſub n. 31. verſic. ratio.* Secus eſt in ſubdelegato inferiorum, quia ab eo poteſt, omiſſo delegato medio, appellari ad Papam, *vt retuli, & ſequutus ſum d. n. 69.*

46 Extende ſecundum membrum huius explicationis, vt

Digitized by Google

procedat etiam ſi eſſet delegatus, ſeu ſubdelegatus Legati Papæ, quia à ſententia ipſius delegati, ſeu ſubdelegati poſſet adhuc appellari ad Papam, omiſſo Legato, ſeu eius delegato, qui ſunt medij, *Felyn. & Abb. in locis, à me citatis d. q. præced. n. 69. reſtrict. 3.*

47 Declara extendendo eaſdem ampliationes, vt in tantum a ſubdelegato appelletur ad delegantem, vt ſi delegatus, qui ſubdelegauit, deſinat eſſe delegatus, appelletur ad eum, qui erit poſtea in eius loco, *Gloſſ. in l. 32. præcipimus, in verbo iudicandas. C. de appell. & ibidem Salyc. nu. 4.*

48 Limita I. nunc principalem concluſionem, poſitam *ſupra n. 14.* vt non procedat quando delegatus ſubdelegauit eo, quod ipſe erat ſuſpectus, quia tunc a ſubdelegato non appellatur ad delegatum ſubdelegantem, ſed ad alium ſuperiorem, per ea quæ de ordinario delegante retuli, & ſequutus ſum *ſupra numero decimonono, & quæſtio. præced. n. 42.*

49 Limita II. eandem concluſionem, in qua aſſeruimus, a delegato Principis appellari ad ipſum Principem, vt non procedat, quando Princeps ordinaſſet aliquem iudicem appellationum, interpoſitarum, ſeu interponendarum ab eius delegatis, quia tunc nõ appellaretur ad ipſum Principem, ſed ad illum iudicem, vt in prouincia Marchiæ, vbi a delegatis Papæ in ea prouincia non appellatur ad Papam, ſed ad Rotam Maceratenſem, ſecundum opinionem quam ſæpe tenuit illa Rota, a me citata *infra ſub nu. 99. verſ. & licet eadem*, & ſimiliter hic in Curia, vbi Auditor Cam. procederet in appellationibus a delegatis Papæ extra Curiam, *vt dixi ſupra ſub n. 16. verſus finem.*

50 Limita III. vt non procedat in Regno. Neap. quia non ſolum a delegato Baronis, ſed a delegato ipſius Regis appellatur ad magnam Cur. Vicariæ, quæ cognoſcit de appellationibus omnium delegatorum, etiam ſi ſint delegati a Rege, *Frec. trac. de ſubfeud. lib. 2. auct. 13. nu. 8. fol. 346.* quem retuli ſupra *n. 29.*

Contrarium in delegatis Regis ſcribit Caran. *ſuper rit. 52. ſub n. 20.*

51 Limita IV. vt non procedat, quando appellatur a ſententia delegati in procedendo, vt puta Princeps reſcribit alicui ordinario, quod in tali cauſſa, quæ ſpectat ad ipſũ, procedat iuriſdictione extraordinaria, ſummarie, & de plano: ſed declara cum hac diſtinctione: aut appellatur ab aliqua interlocutoria, & tunc appellatur ad Principẽ delegantem, quia in interlocutorijs eſt delegatus: aut appellatur a diffinitiua, & tunc appellabitur ad proximum ſuperiorem ordinarij, quia in definiendo eſt ordinarius, *Paul. de Caſtr. in l. 57. qui procuratorem, verſiculo per prædicta, numero octauo, & nono, ff. de procurat. & defenſo.* dicens, quod hoc voluit Iacob. Butr. & quod ſibi multum placet de iure. Et quod intelligatur delegatus quantum ad procedendum, ſed remaneat ordinarius in ſententiando, & ideo ab eo appelletur tanquam ab ordinario, refert & ſequitur Cæſ. Barz. *in Bononien. dec. 155. præſuppoſita, num. 3.*

Contra iſtam limitationem videntur ſentire Io. Andr. & Bald. quos citat idem Paul. de Caſtr. dum ſentiunt, quod iſte ſit delegatus propter alteratum modum procedendi.

Limita V. vt nõ procedat in appellationibus ad Auditorem Cameræ, quia a delegato, tam in Curia quam extra poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, dummodo non ſit delegatus Papæ, vide *ſupra numer. 16. verſ. ſubextende.*

ARTICVLVS III.

AD Tertium articulum: *Ad quos appelletur a ſententijs, latis a iudicibus ordinarijs eccleſiaſticis.*

Reſpondeo, in iudicibus eccleſiaſticis ſeruandum eſſe ordinem gradatim, quia vniuerſitas eccleſiaſtica ex vario dignitatum gradu decoratur ad inſtar eccleſiæ triumphantis, in qua dicimus eſſe gradatim choros Angelorum, *cap. vlt. ad hoc diſtinct. 89.* & niſi ſua cuique iuriſdictio ſeruetur, eccleſiaſticus ordo, & neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ confunditur, *c. 39. peruenit, in fine, 11. quæſt. 1.* & exornat Cardin. Alex *in rubr. n. 20. de appellat.* & iſte ordo gradatim appellandi a ſententijs, latis a iudicibus eccleſiaſticis, eſt iſte:

52 Ab Archidiacono appellatur ad Epiſcopum, *capitulo tertio, Romana. §. ab archidiaconis, de appell. in 6. Spec. titulo de appellat. §. nunc tractemus, in princip. libr. 2. fol. 188.* ſeu ad Vicarium. & ſimiliter ab Abbate, ab Archipresbytero, & quouis alio Prælato, ſubdito Epiſcopo, appellatur ad Epiſcopũ, & non ad Archiepiſcopum, quia eſt appellandum gradatim, non omiſſo medio, *Gemin. in dict. §. ab archidiaconis, n. 4.*

53 A Vicario nunquid appelletur ad Epiſcopum?

Reſp. quod non, quia eſſet appellatio ad idem tribunal, ſeu ſaltem ad parem iudicem, *capit. 3 Romana. de appellat. in 6. & text. & Gloſſ. in cap. 2. in verbo, officiali, de conſuet. in 6. Spec. titulo de appell. §. nunc tractemus, verſicul. vt autem in hoc, n. 3. in fine, libro ſecundo, Archid. in c. 7 ſi delegatus, ſub nu. 4. verſ ſed ob. de offic. & poteſt. iud. deleg. in 6. & in c. 28. anteriorum, n. 2. 2. quæſt. 6 Bertach. tract. de epiſc. libro 4. par. 7. quæſt. 26. numer. 36. & 38. tom. 13. par. 2. fol. 358. & par. 5. quæſt. 37. num. 67. fol. 350. Nicell. tract. de concor. gloſ. concor. 6. numer. 83. fall. 41. tom. 18. fol. 194 Guid. Pap. tract. de appell. quæſt. 32. numero 31. fol. 58.* dicens, quod appellatur ad eum, ad quem appellaretur, ſi eſſet lata ab Epiſcopo, *Dec. in capitulo 66. dilecti, il 3. num. 20. & ſequentibus de appellat. Put. deciſ. 503. die eodem, libro ſecundo, Maran in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, num. 380. & 381. fol. 519. Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. commiſſ. appellat capitulo ſexto, nu.*
* *19. fol. 107.* & eſt omnium communis * concluſio: nam iſte Vicarius tenetur pro ordinario, *vt ſcribit Spec. vbi ſupra, & Innoc. in capitulo Romana, in princip. de appellat. in 6. poſt titul. de appell. fol. 131.*

54 Confirmatur hæc communis concluſio, quia iuriſdictio Vicarij eſt adeo connexa cum Epiſcopo, vt ſuſpenſo, & excommunicato Epiſcopo, cenſeatur ſuſpenſa iuriſdictio Vicarij ipſius, *Franch. de cap. 66. dilecti, n. 34. ibi, hinc eſt quod omnis, de appell.* & quod excommunicato Epiſcopo, Vicarius non habeat exercitium iuriſdictionis, ſcribit Anch. *in clem. & ſi principalis, ſub n. 5. verſ. quæreret, de reſcrip.* & faciunt quæ ſcripſi *ſupra n. 24. illat. 5.*

Contra iſtam communem concluſionem: quod enim Legiſtæ velint, quod a ſententia Vicarij appelletur ad conſtituentẽ, ſeu ad ſuum Epiſcopum, teſtatur, licet ipſe non ſequatur, Card Alex. *in rubr. ſub n. 18. de appell.* hæcque contraria opinio comprobatur multis argumentis.

Primo, quia a delegato poteſt appellari ad delegantem, *vt dixi ſupra n. 14. & ſeqq.* & argumentando ſcribit etiam Bart. *in l. 32. præcipimus, not. & nu. 2. C. de appell.* & tamen delegantis, & delegati eſt idem tribunal.

55 Secundo, quia a ſententia magni Camerarij in Regno Neap. datur reclamatio, ſeu ſupplicatio, ad idem tribunal tantũ ex moderna regis tolerantia, *vt refert Frece. tract. de ſubfeud. lib. 1. tit. de offic. mag. cam. nu. 15. & 16. fol. 41.* & hic in Vrbe a ſententijs inappellabilibus, latis per locumtenentem in ciuilibus Illuſtriſſimi Vicarij, datur recurſus ad Viceſgerentem, & a ſententijs inappellabilibus, latis per locumtenentem in ciuilibus Reuerendiſſimi Gubernatoris datur recurſus ad Gubernatorem, qui ſolet alium deputare, *vt dixi infra n. 131. & 143. & late infra quæſt. 19. rem. 3. n. 13.*

Tertio faciunt, quæ de officiali Baronis, de Vicario Principis, de Vicario Præfecti prætorio, & de Vicario

Papæ

Digitized by Google

Papæ ſcripſi *infra num.106. & ſeqq. num.130.*

56 Quarto facit, quia ſi cauſſa ſit a Papa delegata Epiſcopo, non poteſt eius Vicarius illam cognoſcere, licet ſit idem tribunal; & e contra, ſi ſit delegata Vicario, non poteſt Epiſcopus in ea ſe intromittere, nec ſententiare, *Anch.in clem.2.& ſi principalis, nu.5.de reſcrip.Franch.in c.66.dilecti,q.5.n.40.de appell.Bertach.tract.de epiſc.lib 4.p.5.q.32.n.59.& p.7.q.4.n.4.tom.13.p.2.fol.350.& 357.& Marcheſ.tract.de commiſſ.p.2.de commiſſ.auoc.cauſ.c.4.n.108.fol.506.in ſecunda impreſſione.*

Intellige hoc argumentum, vt Epiſcopus tunc non cognoſcat de cauſſa delegata Vicario, quando eſt illi delegata ſub nomine proprio, & dignitatis, vel ſub nomine proprio tantum; ſecus ſi ſub nomine dignitatis tantum, quia tunc, mortuo, vel abſente Vicario, poſſet Epiſcopus cognoſcere, *Franch. & Bertach. in locis ſupra proxime citatis,* ſed Vicarius nunquam cognoſcit de cauſſa, delegata Epiſcopo abſolute, *Bertach.d.p.5.q.32.n.59.* & ideo videmus paſſim, quod Cancellaria in reſcriptis ad Epiſcopos addit, *Vel eius in ſpiritualibus generali Vicario, Marcheſ.d.tract.de commiſſ.p.1.de commiſſ.ext.Rom.cur.c.6.n.24.& 25. fol.71. in ſecunda impreſſione.*

Quinto, quia licet non poſſit appellari a ſententia Poteſtatis, tamen poteſt appellari a ſententia eius Vicarij, ideoque licet Epiſcopus eſſet priuilegiatus in hoc, vt ab eius ſententia non poſſet appellari tamen poſſit appellari a ſententia eius Vicarij, vt retuli, & ſequutus ſum *infra quæſt.16.limit.1.num.70. verſic.prima enim confirmatio.*

57 Sexto, quia Epiſcopus poteſt auocare ad ſe cauſſam, vel aliud negotium, agitatum coram ſuo Vicario, & facta auocatione non valet, quod poſtea fieret per Vicarium in illa cauſſa: poteſt enim Epiſcopus inhibere ſuo Vicario, ne in certa cauſſa, aut alio negotio ſe intromittat, *Franch. in c.56. vt noſtrum, not.3. ſub numer.3. de appell.Couarr.pract.qq.c.9.ſub num.1.verſ.prima hinc, et Maran. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c.66.nu.21.in fine. n.14.* Quare Epiſcopus poteſt cognoſcere de cauſſa inchoata a Vicario, ſed non e contra, *Franch.in c.3.Romana, num.2. de appell.in 6.* Imo poteſt etiam ex toto reuocare Vicarium ad libitum, *Franch.in d.c.vt noſtrum, not.3.ſub n.3.* etiam ſi eſſet conſtitutus cum iuramento de non reuocando, *Bertach.tract.de epiſc.lib.4.p.7.q.12. nu.14.tom.13.p.2.fol.357.*

Septimo, quia licet, recuſato Epiſcopo vti ſuſpecto, cenſeatur etiam ſuſpectus Vicarius, tamen non e contra, recuſato Vicario vti ſuſpecto, non dicitur ſuſpectus Epiſcopus, ſicque quoad recuſationem non cenſetur idem tribunal, *Franch.in c.66.dilecti,q.14.n.53. & 54.de appell.* & quod ſi eſt ſuſpectus Epiſcopus poſſit allegari ſuſpectus Vicarius, vide *infra n.68.*

Octauo, quia demum conſiſtorium Epiſcopi, & Vicarij non videtur idem propter maiorem iuriſdictionem, quam habet Epiſcopus in multis, *vt oſtendunt Gemin. in c. 3. Romana, num.7. verſ.gloſſ.ſuper, & Franch.nu.2.3.& 4.de appellat.in 6.& late Bertach.tract.de epiſc.in pluribus locis,* & quod Epiſcopus, committens ſuam iuriſdictionem Vicario, cenſeatur ſemper maiorem apud ſe reſeruaſſe, retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.66.ſub n.5. verſ. difficultas.*

58 Retenta communi concluſione, quod a Vicario non appelletur ad Epiſcopum.

Extende I. vt procedat etiam in extraiudicialibus, *Rot.deciſion.7.alias 371. quæ eſt vlt.ſi epiſcopus,ſub n.2.ibi. audiui poſtea. de offic. vica.in nou.* quam refert & ſequitur Nicell. *tract.de concor.gl.concor.6.fali.41.num.83. in fine, tom.18. fol.194.*

59 Extende II. vt neque a conſuetudine poſſit induci, vt a Vicario appelletur ad Epiſcopum, *c.2.non putamus, & ibi Gloſſ.in verbo.officiali,de conſuetud.in 6.Franch.in c.66. dilecti,il 3 verſ.in ea gloſſ.n.32. Dec.verſ.in ea gloſſ.n 20.& ſeqq.de appell.Bertach.tract.de epiſc.lib.4. p.7.q.26.nu.36. tom.13.p.2.fol.358. & Rol.a Vall. conſil.75. in iſto crimine hæreſis,n.17.lib.3.* & optime faciunt quæ ſcripſi *ſupra q.2. n.9.& 10.* vbi videas.

60 Extende III. vt neque a geſtis in capitulo, in quo Epiſcopus præſidet, vt Prælatus, appelletur ad ipſum Epiſcopum *c.11.a collatione,de appell.in 6. Abb.in c.66.dilecti, il 3.n.17.de appell.Card.Iacobat tract.de concil.lib.10. art.1. ſub nu.8.tom.13. p.1.fol.351.* neque a Vicario, & officiali principali ad ipſum Capitulum, *Pauin.tract.de offic.& poteſt.c.ſed.vac. q.10. 2.p. princ. num.14.tomo 13.part.2. fol.219.& Gamb.tract.de auct.leg. de lat.lib.9. num.55.fol.219.eod.tom.*

Secus tamen eſſet, ſi Epiſcopus interueniſſet in Capitulo, tanquam Canonicus, quia tunc appellaretur ab eodem ad eundem aliter conſideratum, *d. c.a collatione,de appell.in 6. Abb. vbi ſupra, & Euer.in loco,de tanquam,nu.9. verſ.ſexto facit,fol.696.* dicens, quod, ſi a collatione beneficij, per Epiſcopum, vt Canonicum, & Capitulum in mei præiudicium facta, volo appellare, debeo appellare ad Epiſcopum, & non ad Archiepiſcopum, quia, ex quo Epiſcopus non interfuit collationi factæ, vt & tanquam Epiſcopus, ſed vt & tanquam Canonicus, non appellatur ab eodem ad eundem, ſed ab inferiore ad ſuperiorem, & ſubinde refert, & ſequitur, quod ſi Epiſcopus habet vocem in Capitulo tanquam Canonicus, non debet habere primum locum in Capitulo, quia ibi non eſt vt Epiſcopus, ſed vt Canonicus, & ideo Prælatus, vel ſenior Capituli debet habere primum locum; quod nos ſeruari videmus inter Canonicos ſancti Petri, ſancti Ioannis, & ſanctæ Mariæ Maioris hic in Vrbe, & pro confirmatione huius ſecundi membri extenſionis vide *infra ſub num. 92. verſ.confirmatur 2.& q.17.limit.2.nu.68.verſ.reſtringe decimo quarto,* & facit etiam, quod ſcripſi *infra q.16. limit.5. nu.9.verſ.ſublimita primo.*

Pro corroboratione totius extenſionis vide *infra ſub n.120.verſ. a capitulo.*

61 Extende IV. vt idem ſit de iure ciuili in quolibet Vicario generali, quia ab eius ſententia non poteſt appellari ad eum, cuius vices ipſe Vicarius gerit: eſſet enim appellare ad idem, vel par tribunal, ſeu auditorium: ſed debet appellari ad maiorem iudicem, *Bar.Dec. & Franch. quos citaui, & ſequutus ſum infra ſub n.78. verſ.contra*

Contra iſtam extenſionem vide *infra d. nu.78. verſ.reſtringe.*

Non recedas ab extenſione, quam ſequutus ſum etiam *infra ſub d.n.78. verſ.contra.*

Extende V. ſeu potius declarat, vt, quod dixi in Vicario generali, procedat etiam in quolibet gerente vices generales Epiſcopi, ſeu alterius, quia iſti dicuntur officiales Epiſcopi, & poſſunt vocari Vicarij, *Gemin.in c.3.Romana, n.1.not.de appell.in 6.*

62 Infero I. ex eadem communi concluſione, firmata *ſupra nu.53.* quod a Papa non poteſt appellari ad Deum, quia Dei & Papæ eſt idem conſiſtorium, *vt ſcribunt Io. Andr. in c.3. quanto, numero quarto, de trans.epiſc. Card. Iacob. tract. de concil.libro 10. art.1.num.52.tomo 13.p.1. fol.353.& Card.Alban.tract.de poteſt. Pap.p.2. nu.81. fol. 76.* & ſentiunt Ant.de Butr. & Abb. *eod.c.quanto,num.4. & 5.* dicens, quod factum a Papa, vti Vicario Ieſu Chriſti, attribuitur factum a Deo, cuius locum Papa tenet in terris. Et quod Chriſtus, & Papa habeant idem conſiſtorium, ſcribit Marc. Laud. *tract. de princ. quæſt.474.tomo 16.fol 211.* & quod a Papa non poſſit appellari ad Deum, firmat ex pluribus concluſiue Card. Iacob. *d.lib.10. art.4. per tot. fol.355.*

63 Infero II. quod non poteſt appellari a Papa ad Con-

Digitized by Google

cilium,per ea, quæ ſic firmando,adducit Iacobat.d.lib.10. art.1.n.35.& ſeqq. vſque ad n.90.fol.352.& ſeq.firmando etiam, quod tenere contrarium eſſet hæreticum,quia eſſet conſtituere duo capita in eccleſia, prout admonet etiam Card.Alban. d.par.2.n.82.& 83.fol.76. & quod aſſeuerans, appellare licere a Papa ad vniuerſale Cōcilium ſit hæreticus ex Bulla, in cœna domini, refert,& ſequitur Ruginell. tract.de appell.§.2.c.2. ſub n.10.verſ.regula, & quod ij, qui appellant ad vniuerſale futurum Concilium, ſint excommunicati in d.Bulla cęnæ domini, patet ex dicta Bulla,n.2.fol.mihi 884.& ſunt puniendi tanquam hæretici,& rei læſæ maieſtatis, vt in Bulla 3.Pij.II.execrabilis,fol.75.& in Bulla 10.Iulij II. ſuſcepti regiminis,fol.160. & in bullario magno,fol.156.

Nunquid a Concilio poſſit appellari ad Papam, vide infra n.100.verſ.a concilio, vbi cumulaui neceſſaria.

64 Subinfero ex hac illatione, vt neque poſſit appellari a Papa ad Cardinales etiam ſede vacante Manfred. tract.de card.deciſ.391 tom.13.par.2.fol.105. poſt Cardinalem Iacobat, quem citat, ſed Card. d.tract.de concil.lib 10.art.1. nu.8.in 5.arg.tom.13.par.1.fol.351. non ſcotit aliud, niſi quod non appelletur a Papa ad Conſiſtorum; ſed capit Conſiſtorium pro Concilio, & inepte argumentatur, quia, argumentando pro parte affirmatiua, adducit argumentum negatiuum: ſed tu pro hac ſubillationes habes etiam Gamb.tract deleg.de lat.libro nono,n.55.& 56. fol.219.qui, reprobata ſententia Bartoli,tenet ſede vacāte non poſſe appellari ad Cardinales; & bene videtur probari ex his, quæ ſcribit Mart. Laud. tract. de princip. quæſtio. 478.tom.16.fol.211. dicens, quod Vicaria non transit ad Concilium, ſede vacante, & de cœtu Cardinalium (inquit) non eſt dubium,quia Vicarius eccleſiæ vniuerſalis ſolum Petro, & ſucceſſoribus fuit datus,nec tranſit in alium,ſede vacante.

65 Declara has duas illationes, & ſubillationem, in quibus dicimus,non poſſe appellari a ſententia Papæ,quia eſſet appellatio ad ſe ipſum; vt non procedat, ſi appelletur a Papa male informato ad eundem bene informandum, vt ipſemet corrigat, quia hæc appellatio eſſet admittenda, Cardinal Iacob.tract.de concil.libro 10. art.1.n. 59.tom.13.par.1.fol.353. Martin.Laudea.tract.de princ.q. 42.tom.16 fol.205. Rot.diuerſ. deciſ.50. dubitauit in cauſſa Bononien.n.10.par.2.Card. Alban.tract.de poteſt.Pap.par. 2.n.80.tom.13.par.1.fol.76.Dec.in c.5.ſi quando,nu.13.ibi. & ad prædicta.de reſcript.& Gabr.in concluſ.lib.2.concluſ. 1.n.6.limit.3. qui tres poſtremi loquuntur de appellatione a ſentētia Principis male informati de veritate, & Ruginell.trac.de appell.§.2.c.2.n.5.& n.11.& 12. verſ.appellari tamen.dicens,quod poteſt appellari ad eundem melius informatum, quia poteſt appellari a mala informatione Papæ.

Circa hanc declarationem quid ſentiunt Domini Lucenſes,vide infra quæſt.16.limit.1.n.137.

66 Subdeclara I. eandem declarationem, vt eiuſmodi appellatio non ſuſpendat pronunciatum; vide infra quæſtio. 16.limit.1.n.135.verſiculo reſtringe ſecundo.

67 Infero III. quod a locumtenente non poteſt appellari ad eum, cuius eſt locumtenens,quia eſt idem tribunal;vide infra n.130 verſiculo declara.

68 Infero IV.quod,ſi eſt ſuſpectus Epiſcopus,poteſt allegari ſuſpectus etiam eius Vicarius, Abb.in c.25.inſinuante not.2.nam.2.Imol.numero 10. & Felyn. ſub numero primo, ibi.ſed quod poſſit recuſari, de offic. & poteſt.iud.deleg. Rot. diuerſ.deciſ.2. fuit concluſum, numero 21.in fine, & numero 22.par.2. Marcheſ.tract.de commiſſ. par.2. de commiſſ. appell.extra. Rom.cur.c.6. ſub numero 76. fol.77. in ſecunda impreſſione, & quod hæc ſit verior, & receptior opinio, * teſtatur Rot.vbi ſupra, & quod recuſatio Epiſcopi includat recuſationem Vicarij, ſcribit Bertach.tract.de epiſc.lib.4.par.7.q.15.num.18.tom.13.par.2.fol.357.

69 Extende iſtam illationem, vt procedat etiam reſpectu cauſſæ delegatæ vtrique, Epiſcopo ſcilicet, & Vicario ſimul, Abb.vbi ſupra.

70 Limita I. eandem illatione, vt non procedat in cauſa delegata ſoli Vicario, vt ex Card.refert,& ſequitur Felyn. d.c 24.inſinuante,n.1.verſus finem,ibi.fallit in cauſſa.

Contra hanc limitationem, quod enim adhuc poſſit recuſari, tenuit Rota,de qua Cæſar de Graſ.deciſ.4.alias 93.cauſſas,num.3.& 4.de exception.fol.163. vbi ſic intelligit Felinum.

71 Limita II. vt non habeat locum in Vicario, qui habitaret ſeorſum ab Epiſcopo; Item in Vicario, ab alio,quā ab ordinario deputato, ſicut ex Franch. & Felyn.refert, & ſequitur Rot.diuerſ.d.dec.2.in fine,par.2.

72 Reſtringe I.nunc eandem communem concluſionem, firmatam ſupra nn.53.& 58.vt non procedat in Vicario foraneo, ſeu aliter non generali,quia ab eo poteſt appellari ad Epiſcopum,vt dixi ſupra n.26.ext.caſ.2.

73 Reſtringe II. vt non procedat, quando appellatur ab interlocutoria, quia tunc poteſt appellari a Vicario generali ad Epiſcopum, A.M. Papaz.in addition.ad Rot.deciſion.3.alias 350.licet officialis, de offic.vicar.in nou.Put. deciſ.503. die eodem, libro ſecundo, Marcheſ.tract.de commiſſ.par.2.commiſ.appellat.capit.6.n.19.fol.107. & in ſecūda impreſſione,par.1.de commiſſ.appellat.extra Roman.cur. c.6.n.67.verſus finem,fol.76.nam Epiſcopus poteſt reuocare interlocutoriam ſui Vicarij ſicut poſſet ipſemet Vicarius,Franch.in c.66.dilecti.quæſt.12.n.51.de appell. Quare in interlocutorijs poteſt appellari ad eundem iudicem, ſicque ad ipſummet Vicarium, quia iudex poteſt reuocare ſuam interlocutoriam, ergo a fortiori poteſt appellari ad Epiſcopum,qui ficte eſt idem iudex.

74 Declara I. ſubreſtringendo, vt Epiſcopus poſſit reuocare eam tantum interlocutoriam, quam poſſet reuocare ipſemet Vicarius, ſecus eſt ſi ipſemet Vicarius reuocare non poſſet,quia tunc neque poſſet Epiſcopus,Franch. d.n.51.& 52.

75 Declara II. eandem reſtrictionem, quamuis appellans ab interlocutoria poſſit appellare ad eundem iudicem, vt dixi, tamen, ſi appellans non appellet ad eum,cauſa appellationis non poteſt ei delegari, niſi per Principem ex certa ſcientia, alias ſi delegaretur per inferiorem, delegatio eſſet ipſo iure nulla,nec eſſet opus excipere de ſuſpicione, cum ſit ſuſpicio iuris,& de iure, quæ non indiget recuſatione,Franch.in c.6. ad hęc col.vltima, nu.nono, verſiculo vltimo quæritur, de appell. & in capitulo quinto, cum appellationibus, §.ſi vero num.4. verſic.in ea gloſ.eod. tit.in 6.

76 Extende hanc declarationem,vt procedat ſimpliciter, non habita conſideratione limitationis, quā ponit Franch. d.c.ad hęc,in fine,dicens, quod inferior Principe poteſt delegare eidem iudici a quo cauſſam appellationis ab interlocutoria, quando appellatio eſt friuola, & iniuſta: nam ego dico, quod iſto caſu appellatio eſt reijcienda, & non deleganda, ideoque debet remitti appellans ad eundum iudicem, vt procedat ad vlteriora in cauſa principali.

77 Reſtringe III.vt non procedat in reſtitutione in integrum, & dictione de nullitate, quia poteſt recurri ad Epiſcopum, a quo poteſt peti, & obtineri reſtitutio in integrum,vt ſcribant Abb.Gemin.Franch.Bertach.Maran. & Odd.quos retuli,& ſequutus ſum infra quæſt.19.rem.2.n. 33.verſic.al.ſubdeclara 2. & poteſt coram eo dici de nullitate, Bertach.& Maran.in locis ibidem citatis:& ratio eſt, quia in iſtis poſſet recurri etiam ad ipſum Vicarium etiā aduerſus ſententiam, latam ab Epiſcopo, vide infra d.q. 19.rem.2.n.33.& 34.

78 Reſtringe IV. vt non procedat de iure ciuili, ſecun-

dum

Digitized by Google

dum quod a Vicario poteſt appellari ad eius ordinarium; quia de iure ciuili Vicarius non habet iuriſdictionem ordinariam; ſecus de iure canonico, vt ſcribunt Nicell. *tract. de concord. gloſſ. concluſ. 6. numero 83. fall. 41. folio 194.* & Dec. *in capitulo 66. dilecti numero vigeſimoſexto, & vigeſimonono, de appellat.* & ab hac reſtrictione, quæ conſtituitur hæc differentia inter ius ciuile, & ius canonicum non diſcedit Rot. *diuerſ. deciſ. 2. fuit concluſum, in fine n. 23. par. 2.* quod de iure ciuili à Vicario appelletur ad ordinarium, ſcribit Bald. *in l. 19. a proconſulibus, ſub n. 1. C. de appel.*

Contra iſtam reſtrictionem, reprobando iſtam differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum tenet Bartol. quem in effectu videtur ſequi Dec. *vbi ſupra,* & quod non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili appellari non poſſit ab officiali generali alterius quam Epiſcopi ad illum, cuius vices gerit, ſcribit Franch. *in capitul. tertio, Romanæ numero quinto, verſiculo in gloſſ. in verbo ad ſe ipſos, de appell. in 6.* & quod minus de iure ciuili appelletur à Vicario ad eum, cuius eſt Vicarius, cum reputetur idem, patet ex l. 32. *præcipimus,* & ibi notat apoſtolicæ *C. de appellat.* vbi tantum eſt, quod appelletur a Spectabilibus, quantum ſi appelletur ab eorum Vicarijs, & tenet idem Franch. *dict. capitul. 66. dilecti, quæſtio. 8 numero 43. de appellat.*

79 Reſtringe V. vt non procedat in ſupplicatione, quia licet non poſſit appellari, poterit tamen ſupplicari, ſecundum Innoc. quem refert, & ſequitur Archid. *in capit. 28. anteriorum, ſub n. 2. 2. quæſt. 6. fol. 135.*

80 Subreſtringe declarando iſtam reſtrictionem, vt procedat in ſupplicatione, largo ſumpto vocabulo, prout importat ſupplicationem aduerſus rem iudicatam, quia eiuſmodi ſupplicationem non poteſt admittere inferior Principe, *Franch. in capitulo 66. dilecti quæſtio 9. numero 44. de appellat. & in capitulo tertio, Romana ſub numero quinto, verſic. quid autem, ibi ſed an poſſit ſupplicari, & latius Gemin. numero 6. verſic. quæro an epiſcopus, eod. titulo in ſexto,* nam prohibita appellatione ex natura cauſſæ, cenſetur prohibita etiam ſupplicatio, *vt retuli & ſequutus ſum infra quæſtio. 19. rem. 3. n. quinto.* Procedit ergo reſtrictio in reſtitutione in integrum quam non ſolum Epiſcopus, ſed etiam Vicarius aduerſus propriam ſententiam concedere poteſt, *vt dixi ſupra n. 77.*

Reſtringe VI. vt non procedat in his, quæ non veniūt in commiſſione generali, ſed requirunt commiſſionem ſpecialem, quia ſi in eis Vicarius proferat ſententiam, appellabitur ad Epiſcopum, *Rot. deciſion. 7. alias 371. ſi epiſcopus, ſub numero ſecundo, de officio vicar. In nouiſ. Maran. in ſuo ſpec par. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur numero 384. fol. 513.* Et ratio eſt, quia Vicarius in eis pronuntiabit vt delegatus, *Felyn. in capitulo 12. licet in corrigendis, ſub numero primo, de offic. & poteſt. iud. ord.* & a Vicario delegato appellatur ad Epiſcopum, *vt dixi ſupra n. 24.*

Infero ex hac reſtrictione, quod in cauſſis criminalibus a Vicario poteſt appellari ad Epiſcopum, ſi vera eſſet hæc ſexta reſtrictio, quia licet Vicarius vigore generalis mandati, (ſi ſeruetur opinio Ioannis Mon.) poſſit inquirere, & cognoſcere de criminibus, & delictis, tam ex ſuo mero, quam ex implorato officio, tamen, ſi inuenerit criminoſum, remittet eum puniendum ad Epiſcopum, vt refert *Rot. deciſione 2. alias 66. ſi ſeruetur, de offic. vicar. in nouiſſ.* & ex Ang. refert Bertach. *infra* citatus; quare ipſe Vicarius poteſt cognoſcere ſolum cauſſas ciuiles, ſed non cauſſas criminales, vel alias, requirentes ſpeciale mandatum, *capit. 2. de offic. vicar. in 6. Gemin. in cap. 3. Romana num. 2. verſic. nota quod vicarius, & Franch. num. 1. de appel. in 6. & Bertach. tract. de epiſc. lib. 4. par. 7. quæſt. 13. num. 15. tom. 13. par. 2. fol. 357.* dicens quod Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt cognoſcere de criminibus, niſi habeat ſpecialem commiſſionem; Cautela ergo, inquit, eſt, quod Epiſcopus, cum conſtituit Vicarium, det ei plenam auctoritatem, & inquirendi, & puniendi de criminibus, & ita ait de facto ſeruari de opinion. comm. *ſupra lib. 1. c. 13. n. 14.*

82 Reſtringe VII. quando Epiſcopus, ad quem extitit appellatum a ſentētia, lata per Vicarium, delegauit cauſſam appellationis, & partes, ſcientes delegationem non tenere, litigant nihilominus coram iudice delegato, quia iſta caſus proceſſus tenet ſecundum opinionem, quam vltimo loco refert Specul. *tit. de appell. §. nunc tractemus, verſic. quid ſi de facto, n. 4. lib. 2. fol. 188.*

Contra iſtam reſtrictionem tenent alij, vt teſtatur idem Spec. *vbi ſupra,* quem refert, & ſequi videtur Franc. *in c. 66. dilecti, ſub n. 32. verſ. in ea gloſſ. de appel.*

83 Verum ſi lapſi nondum forent decem dies dati ad appellandum, poſſet appellans quamuis ſcienter appellaſſet ad iudicem incompetentem, denuo appellare ad competentem, quia illa prima appellatio, quæ fuit nulla, nullum præſtat impedimentum, *Io. Ferrar. tract. de appell libro ſecundo, c. 5. ſub n. 139. verſic ſi autem, tom. 5. fol. 69. & dixi quæſtio. præced. n. 37.*

84 Reſtringe VIII. vt hæc, quæ diximus de non appellando a Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum, non habeant locū in Vicario Principis, & in Vicario Papæ, *iuxta ea quæ ſcripſi infra n. 130.* neque in Vicarij, qui ſubſunt Præſidi Prouinciæ, quia ab eorum ſententijs appellatur ad Præſidem, *Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. de commiſſ. appell. extra Rom. cur. c. 6. ſub n. 67. fol. 76. in 2. impreſſione.*

85 Declara eandem communem concluſionem, firmatam *ſupra num. 53.* vt licet a ſententiam Vicarij non poſſit appellari ad Epiſcopum, tamen ſi Vicarius recuſatur vt ſuſpectus, poterit Epiſcopus dare alium iudicem, *ſecundum ea, quæ citat Marcheſ. d. c. 6. ſub num. 67. ibi, ſed ſi vicarius, fol. 76.* quia ſuſpicio contra Vicarium non militat contra Epiſcopum, licet militet in caſu contrario, *vt dixi ſupra n. 68. illat. 4.*

86 Ab Epiſcopo ſeu Vicario generali appellatur ad Archiepiſcopum, *cap. 3 Romana per totum, & præſertim in §. debet autem, & in §. fin. de appell. in 6. Spec. titulo de appel. §. nunc tractemus, in prin. lib. 2. fol. 188.* & quod de iure cōmuni appelletur ad Archiepiſcopum, notant Gemin. *in d. §. debet autem, n. ſecundo, & Franch. num. 1.* & patet ex his, quæ ſcribit Abb. *in cap. 11. paſtoralis, in principio, de offic. ord.* & quod ab Epiſcopis ad Archiepiſcopum appelletur potiſſimum in ſpiritualibus, ſcribit Greg. Toloſ. *tract. de appel. lib. 4. c. 2. ſub n. 1. verſ. ab epiſcopis,* hæc eſt
* concluſio communis.*

Ratio huius communis concluſionis eſt, quia Archiepiſcopus eſt gradatim ſupra Epiſcopum, & appellatio debet interponi gradatim ad ſuperiorem, *Card. Alex. in rub. ſub n. 20. de appel.* dicitur enim Archiepiſcopus ab archos, quod eſt Princeps, quaſi Princeps Epiſcoporum, *Card. Iacob. trac. de concil. lib. 1. art. 1 n. 162. to. 13. p. 1. fol. 199.*

Ratio autem cur etiam a Vicario appelletur ad Archiepiſcopum eſt, quia à Vicarios appellatur eodem modo, quo appellandum eſſet ab his, quorum Vicarij ſunt, *Innoc. in d. c. Romana in principio, de appell. in 6. poſt tit. de cret. extra.*

Extende I. hanc concluſionem, vt ab Epiſcopo in tantum appelletur ad Archiepiſcopum, vt ipſemet Epiſcopus, ſi poſt interpoſitam appellationem promoueatur in Archiepiſcopum, ſit iudex appellationis a ſententia, quā ipſe protulit, dum erat Epiſcopus, *Gloſſ. vlt. in l. 22. filius non impeditur in verbo, cum non proprio, ff. de inoff. teſtam.* dicens, quod ſi is, qui tulit ſententiam, ſucceſſit iudici appellationis, poteſt iudicare, & Gregor. *trac. de appel. lib. 4. cap. 17.* diſputando iſtum paſſum generaliter; an cauſſa appella-

Digitized by Google

appellationis poſſit tractari coram eodem iudice, qui iudicauit, ſi aſcenderit ſedem appellationis, adducit pro iſta extenſione ſeptem argumenta a *n.1. vſque ad* 8.

Cootra hanc extenſionem; quod enim ipſe non poſſit iudicare, ſed teneatur alteri delegare, retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.2.n.15.* & pro hac opinione contra extenſionem idem Greg. Toloſ. *d. capitulo 17. n.9. & ſeqq.* adducit alia quatuor argumenta.

Confirmatur primo hæc contraria opinio; quia ſi Archiepiſcopus ſit effectus Legatus, qui videtur ſuperior Archiepiſcopi, a ſententia, quam ipſe tulit, vt Archiepiſcopus, non appellabitur ad ipſum, *Card. Alex. in rubr. n.55. verſ. quid modo, in fin. de appell.* licet addat verbum *cogitabitis*.

Confirmatur ſecundo, quia ſi ab vno Comite appellandum eſt ad Ducem, & ipſemet ſit etiam ille Dux, & ideo poſſit ad ipſum vti Ducem appellari a ſententia, quam tulit vti Comes, tamen, quia eſſet ſuſpectus, iudicando in facto proprio, debet delegare, *vt refert, & ſequi videtur Card. Alex. in d. rubr. n.55. verſ. quid modo*.

Concludas igitur, quod & ſi per aſcenſum ad cathedrã appellationis iuriſdictio ſit in eo radicata, tamen iuriſdictionem non poteſt, iudicando, ſed ſolum delegando, in illa cauſſa exercere, ſtante iuſta ſuſpicione.

Extende II. vt poſſit appellari ad Archiepiſcopum, etiam ſi Epiſcopi iuriſdictio fuerit a Papa excitata in ea cauſa, in qua Epiſcopus protulit ſententiam, quia Papa, committendo cauſſam Epiſcopo, quam ipſe Epiſcopus poterat cognoſcere ex iuriſdictione ſua ordinaria, regulariter dicitur excitaſſe eius iuriſdictionem, & non delegaſſe cauſſam, & conſequenter eſt appellandum ad Archiepiſcopum, *c.12 licet. de offic. iud. ordin.*

Secus eſt ſi non excitaret, ſed delegaret; quia tunc Epiſcopus reputaretur delegatus: nam ordinarius, cui delegatur cauſſa, quam ipſe ordinarius potuiſſet cognoſcere iure ordinariæ iuriſdictionis, efficitur in ea delegatus, *Bertach. tract. de epiſc. libro 4. par.4. numero 78. tom.13. par.2. fol.351. Alber. Brun. tract. de augm in 3. concluſ. princip. ſub n.21. & verſiculo primo, tom.17. fol.352 Lanfr. in cap. quoniam contra, ſub num.17. de probat. inter tract. diuerſ tomo quarto, fol.34.* & ex Tho. Triuiſ. retuli, & ſequutus ſum *ſupra libro primo, capitulo 16. numero quinto, in fine*, & ideo appellandum eſt ad delegantem, vt dixi *ſupra num.14. & ſequentibus*.

Quando iuriſdictio dicatur excitata, vel potius delegata, vide Felyn. *in d. cap.12. licet, num.1. & ſeqq. de offic. ord. Maran. in ſuo ſpec. par.4. diſtinct.5. in fine differ.40. num.77. fol.110. Vant. tract. nullit. rubr. coram quo poſſit, &c. ſub n.19. tom.4. fol.374. & Lanfr. vbi ſupra*.

Et quando dicatur delegatus in procedendo, & ordinarius in definiendo ſecundum Paul. de Caſtr. retuli *ſupra ſub n.51.* cuius tamen doctrina non placuit, quia vel erit ordinarius, vel delegatus in omnibus.

87 Declara I. principaliter eandem concluſionem, vt ab Epiſcopo, procedente iuriſdictione ordinaria, poſſit appellari ad Archiepiſcopum, vel ad Papam, ſed ab Epiſcopo, procedente iuriſdictione delegata cootra exemptos, appellatur ſolum ad Papam, *Zanch. tract. de hæret. c.29. n.4. tom.11. par.1. fol.261.*

88 Limita I. iſtam declarationem in prima parte, dum dicimus, ab Epiſcopo, procedente iuriſdictione ordinaria, poſſe appellari ad Metropolitanum, vel ad Papam; vt nõ procedat in cauſſis fidei, quia in eis, quamuis procedat iuriſdictione ordinaria, debet appellari ad Papam, omiſſis alijs medijs, ſicut ex prudenti reſponſo R.P.D. Petri Duſinæ generalis aſſeſſ. Sanctæ Inquiſitionis, & ex alijs firmat Peg. ad Eymer. *directr. par.3. commen.31. verſic. hæc poſtrema, & ver. ſeq.* & hoc eſſe verius, teſtatur poſtea Zanch. *d. c.29. in fine*.

89 Limita II. vt non procedat quãdo Epiſcopus, ſeu alius ordinarius procederet vtraque auctoritate, ordinaria ſcilicet, & delegata; quia tunc ab eius ſententia appellaretur indiſtincte ad delegantem, quia iuriſdictio delegata eſt maior, cui credit ordinaria, quæ eſt minor, *Henr. Bouer. ſing.11. rubr. de appell. fol.203. col.4.*

90 Declara II. principaliter extendendo, vt etiam in temporalibus appelletur ad Archiepiſcopum, & non ad Regem, ſeu alium dominum temporalem, a quo illa temporalia habentur, *cap.3. Romana, §. debet, & ibi Gemin. num.2 & Franch. num.1. de appell. in 6. Specul. titul. de appell. §. nunc tractemus, in fin. verſ. illud autem, lib. 2. f.189 & Guid. Pap. tractat. de appell. quæſt.34. n.32. tom.5. fol.58. & deciſ. 436. cum materia, verſus finem, n.110.*

Quare Archiepiſcopus eſt iudex appellationis in his, quæ exercet Epiſcopus etiam ex iure accidentali, ſeu non ſolum in his, quæ exercet de iure communi, ſed etiam in his, quæ exercet de iure ſpeciali ex priuilegio, quia habere iuriſdictionem temporalem non competit Epiſcopo de iure communi, *Gemin. & Franch. vbi ſupra*.

91 Subdeclara iſtam declarationem, vt ſit vera, quando iuriſdictio temporalis eſt totaliter tranſlata in eccleſiam, adeo quod pro illa non recognoſcit ſuperiorem temporalem, quia tunc ab Epiſcopo appellatur ad Archiepiſcopum, *Gemin. in d. cap.3 Romana, §. debet, num. 3. verſ. quæ eſt ratio, verſus finem, & Franch. ſub num.2. verſ. ſed ceſſante conſuetudine, de appell. in 6. rurſus idem Franch. in rub. n.37 verſ.3. quæritur, de appell.* etiamſi Epiſcopus, ſeu clericus teneret illa temporalia in feudum, *Steph. Aufr. tract. de poteſt. ſecul. reg.2. num.3. fallen.2. in fine, tom.11. par.1. fol. 332.* & quod ſi dignitas comitatus ſit libere incorporata in patrimonium eccleſiæ, nec pro illa dignitate recognoſcat dominum temporalem, tunc appelletur ad forum eccleſiaſticum, & hæc ſit veritas, ſcribit Greg. Toloſ. *tract. de appell. libro quarto, capitulo quarto, ſub numero quinto, verſiculo tamen, ibi, veritas eſt*.

Quid in Hiſpania, vide *infra n.96.*

92 Reſtringe I. iſtam declarationem, vt regulariter non ſit vera in feudalibus quia ab Epiſcopo, ſeu clerico tenente feudum a laico, appellatur ad dominum directum, a quo feudum tenet; & non ad Metropolitanum, nec ad Papam, *Bart. in libro 36. ſi quando, numero 2. C. de appell. & in l.1. §. ſi quis, numero 14. ff. eod. Abb. in rubr. numero 13. verſiculo ſed quatenus, Franc. ſub numero 37. verſiculo tertio quæritur, ibi, ſed ſi epiſcopus, & Dec. q.6. numero 47. & 48. de appell. Gemin. in capit. tertio, Romana, §. debet, numero tertio, verſ. quæ eſt ratio, verſus finem, & Franch. ſub numero 2. de appell. in 6 Felyn. in c.27. ſuper quæſtionum, §. porro, ſub numero 14. verſiculo limita, de off. & poteſt. iud. deleg. Frecc. tract. de ſubfeud. libro 1. verſiculo alia etiam fuit quæſtio, n.11. fol.24. Steph. Aufr. tract. de poteſt. ſecul. reg.2. numero 3. fall.2. tom.11. par.1. fol.332.* & de communi opin. teſtatur Rom. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra libro primo, capit. 11. ſub num.97. lim.9.* vbi addidi omnino videndum Gaillum *in locis, ibidem a me citatis*: quare ab Epiſcopo tanquam Comite non appellatur ad Papam, ſed ad ſuperiorem Comitatus, *Gail. in locis, a me citatis, d. cap.11. n.97. & Greg. Toloſ. tract. de appell. lib.4. c.5. n.4. verſiculo ſi appelletur*. Et quod ſi Epiſcopus, ſeu alius clericus recognoſcat dominum temporalem in feudo, debeat appellari ad aliũ, quam ad eccleſiaſticum, ſcribit idem Toloſ. *eod. libr. quarto, capitulo quarto, ſub numero quinto*, vbi etiam quod nihilominus Epiſcopus in comitatu, annexo epiſcopatui, vtitur ſigillo epiſcopali, & facit, quod de appellatione a Rege ad Ducem ſcripſi *infra q.16. limit.5. num.9.* & demum hæc reſtrictio probatur aperte ex *capitulo ſexto, ſolitæ, de maior. & obed.* in illis verbis: *non negamus, quin præcellat Imperator in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo ſuſcipiũt temporalia*, & ex capitulo ſeptimo *verum, de for. compet.*

Ratio

Ratio huius reſtrictionis eſt;quia Prælati in iſtis feudis non iudicant, vti perſonæ eccleſiaſticæ, ſed vti laici , *vt ſcripſi d.libro primo,capitulo 11.ſub numero 97.* vbi videas: & conſequenter vti iudicant,ita ſunt iudicandi etiam in gradu appellationis; vnde ſi Rex iudicat, vti Dux, conſideratur vt Dux , *vt retuli , & ſequutus ſum infra quæſt.16. limit.5.numero nono*, & Dux iudicans, vti Præſes,& non vt Dux, vide ſupra *numero ſecundo , verſiculo declara primo* , & Epiſcopus , iudicans in Capitulo vti Canonicus, conſideratur vti Canonicus,*vt retuli, & ſequutus ſum ſup. n.60.verſ.ſecus tamen* .

Confirmatur primo hæc ratio , etiam in alijs terminis quam appellationis;quia Epiſcopus de iure communi nō habet triceſimas, nec ſportulas in cauſſis, quas iudicat, & determinat,argumento textus,*in capitulo 15.inter cætera, de offic.iudic.ordin.* vbi iniungitur Epiſcopis, quod omnia, quæ pertinent ad eorum officium pro ſalute animarum exequantur,&c. & in terminis confirmationis ſcribit Marin. *Frecc.tractat. de ſubfeud. libro 1. verſiculo etiam fuit quæſtio.num.decimoſecundo fol. 24.* & quod Epiſcopi committendo cauſſas, & delegando, ipſi de ſuo debeant ſatisfacere pro labore eorum; nam habent redditus; & iura epiſcopalia,per quæ ſunt debitores iuſtitiæ , *notat Andr. de Iſern.conſtitution.Reg.libro 1. titulo 74. conſtitutio,cum circa,lin.53. folio 92.columna ſecunda*,& tamen; ſi iudicat, vt Baro,habet emolumentum ſportulatum,*vt ſcribit idem Frecc.vbi ſupra* .

Confirmatur ſecundo,quia in Regno Franciæ,quando agitur de negotijs Regni , tunc Prælati eccleſiaſtici non debent ſedere in loco, in quo ſederent, ſi tractaretur de reformatione eccleſiæ, *ſecundum Boer. quem refert , & ſequitur Frecc.d.num.12.in fine,& num.13.* vbi infert,quod, cum in parlamento fiat congregatio Baronum, & feudatariorum Regis ad effectum tractandi inter eos de rebus, ſpectantibus ad eos,vti Barones,& feudatarios Regis, nō debet attendi,quod aliqui ipſorum Baronum ſint officiales Regij, vel habeant vnum ex ſeptem officijs Regni, aut ſint eccleſiarum Prælati,Epiſcopi,vel Archiepiſcopi,quia non ideo interſunt, vel vocantur, quia ſunt Regis officiales,vel Prælati,ſed quia tenent feuda,Caſtra,Comitatum , vel Ducatum à Rege , & ideo eorum perſona conſideratur in illo actu,vti feudataria .

Similiter ſi Epiſcopus eſt in ſtudio tanquam ſcholaris, ſedebit tanquam ſcholaris,& ideo Rector eum præcedet, *Card.Iacob.tract.de concil.lib.1.art.1.n.166.tom.13.par.1. fol.199.*

Confirmatur tertio , quia Epiſcopus filius tenetur in domo facere reuerentiam patri, ſed in eccleſia, alijſque officijs publicis præcedit patrem , *vt refert, & ſequitur Frecc.vbi ſupra n.15.*

Confirmatur quarto , & propinquius , quia Curia ſuprema Franciæ,quamuis ſit mixta ex clericis,& laicis,tamen non poteſt iudicare de cauſſis ſpiritualibus , quia illi clerici iudicant vti laici , repræſentando curiam ſecularem. *Rebuff.tract.de decim.q.10.n.36.*

Extende I.hanc reſtrictionem , vt , ſi ſit quæſtio inter Epiſcopum,& tertium de feudo Regio, Rex ſit iudex cōpetens,*Franch.in cap.3.Romana,§.debet, num.3.de appell. in 6.* nam,quod clericus ratione feudi,quod habet a laico, ſubijciatur in concernentibus feudum iuriſdictioni ipſius domini feudi,ſibi tributæ a lege ciuili, ſcribit Abb. *in ſuis qq.quæſtio.6. Gandulphus,ſub num.3. in 3. argument.* quod eccleſia quoad bona feudalia, quæ tenet a Rege , aliove domino temporali ligetur legibus feudalibus laicorum,& ſubſit domino temporali,refert, & ſequitur Caran. *ſuper rit.52.not.5.ſub num.6.* Et de communi * ſententia, quod eccleſiaſtici ratione regalium, & feudorum temporalium debeant ſecularibus, a quibus talia regalia, & feudalia recognoſcunt,obedientiam præſtare,& ſequi forum ſeculare,ſcribit Greg.Tholoſ.*tract.de appell.lib.4.c.5.ſub num.4 verſ.& communis* Et quod dominus feudi ſit iudex competens inter vaſallos, etiamſi ipſi vaſalli ſicut clerici , ex pluribus, & ex communi * opinione retuli , & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.11. n.97. lim.9.* vbi videas .

Secus eſt, ſi quæſtio ſit inter Epiſcopum, & Regem, vt quia Rex dicit,feudum ad ſe reuerſum propter pacta non ſeruata,quia tunc debent adiri Pares Curiæ , *Franch.vbi ſupra*,& licet vaſallus ſit clericus,& Pares Curiæ ſint laici , nihilominus iudices erunt, *Mynſing.in ſing. obſeru. cent.4. obſer.89.notum eſt,n.2.in fine, & n.3.*

Subextende hanc extenſionem (dum dixi,quod dominus directus eſt iudex inter Epiſcopum,& tertiū, & quod Epiſcopus ligatur legibus feudalibus laicorum in feudo , quod retinet a laico)vt & officiales, deputati per Epiſcopum,ſeu alios Prælatos eccleſiaſticos in aliqua Terra,ſubſint iuriſdictioni domini feudi : quare in Regno Neap. ſubſunt magnæ Curiæ Vicariæ , & cuilibet officiali regio ſuperiori,vt ſunt Iuſtitiarij prouinciarum,*Caran.d.rit 52. not.5.n.6.*

Declara I. reſtringendo eandem extenſionem,dum dixi, adeundos eſſe Pares Curiæ, vt non procedat , quando Epiſcopus negaret,rem eſſe feudalem,dicendo,eam eſſe de proprietate eccleſiæ,quia iſto caſu,cum Rex ſit actor, debet ſequi forum rei , & conuenire Epiſcopum coram Papa,*Franch.in dict.§. debet ,ſub n.3.*

Declara II. reſtringendo , vt non procedat , quando ageretur criminaliter,ſeu de crimine, quia tunc cognitio ſpectaret ad Prælatum ſuum,vide Foller. *in addit.ad ſpec. Maran.p.4. diſtinct.11.ſub n.75.& Surd. conſil.193. cognito,numero 12.in fine,& num.13.& ſeqq.lib.2.& dixi ſupra lib.1.c.11.n.97.in fine* .

Declara III.reſtringendo etiam dum dixi, quod eccleſia, & clericus ligantur legibus feudalibus laicorum , quia nihilominus non ita arcte ligatur eccleſia , ſicut ligatur laicus, quando agitur de priuatione feudi propter aliquā culpam feudatarij ; quare ſi Prælatus committeret aliqua culpam contra Regem, vel dominum , a quo eccleſia tenet feudum,eccleſia non priuaretur illo feudo,ſed ſolum , viuente illo Prælato , dominus directus illud retineret , & perciperet fructus , & eo mortuo, reuerteretur ad Prælatum ſucceſſorem,vt ſic culpa Prælati ſibi tantum noceat , & non eccleſiæ ; ſecus tamen eſt ſi laicus feudatarius culpam committeret,quia priuaretur feudo, & applicaretur domino,*Caran.ſuper rit.52.not.5.ſub n.6.* & quod vbi feudum peruenerit ad manus eccleſiæ non ſuperſit amplius ſpes, quod reuertatur ad dominum ſcripſi in alio propoſito,*lib.præced.c.9. n.1602.*

93 Extend II.eandem primam reſtrictionem,vt procedat in quolibet Epiſcopo , ſeu clerico, deputato iudice ordinario,ſeu delegato a iudice,ſeu Principe ſeculari , *Abb.in rubr.num.13.verſic.ſed quatenus,& Franch.ſub numer.37. verſic.tertio quæritur,ibi,ſed ſi epiſcopus,& num.39. verſic. tertio infertur,de appell.Gemin.in cap.3. Romana, §.debet , ſub num.3. verſicul.quæ eſt ratio,ibi,conclude aut epiſcopus , & Franch.ſub num.2. ibi, & idem quando epiſcopus,de appell.in 6.Gregor.Toloſ.tractat.de appell.lib.4. cap.5. num.3. verſ.poteſt,Breder.tractat.de appellat.par.1.titul.15.in verbo,a clerico,column.132.* qui ſcribunt, eſſe appellandum ad Principem ſecularem, qui illum clericum conſtituit in iudicem .

94 Reſtringe II. vt non habeat locum in Regno Franciæ quia in temporalibus appellatur ad dominum, a quo habentur illa bona temporalia,*Spec.tit.de appell.§.nunc tractemus,in fine lib.2.fol.189.* quem,& alios refert etiam Couar.infra citatus,& ex Spec.refert etiam Greg.Toloſ.*tractat.de appell.lib.4.c.4.n.4.iuncto verſic. præcedenti.*

95 Reſtringe III.vt non habeat locum in Hiſpania,quia ibi etiam iure Regio conſtitutum eſt , vt a Prælatis eccle-

ſiaſticis

Digitized by Google

res Auditoris Cameræ: interim ego video, & audio, quod poteſt appellari etiam ad Auditorem, & quod Signatura cum difficultate illas remitteret & iure quidem (nam loquendo de Rota Maceratenſi) conſtitutio illius Rotæ *ſub num.17.verſ.totus vero*, agendo de præiudicio iuriſdictionis circa appellationes cauſſarum illius prouincinciæ reſpicit ſolum ciuitates, & loca dictæ prouinciæ, & loquendo de quauis Rota, non eſt veriſimile, quod Papa deroget facultatibus Auditoris Cameræ, cum illas indies augeat.

Subdeclara I. reſtringendo eandem declarationem, eiuſque extenſionem, vt habeant locum ſolum in cauſſis prophanis, & cauſſis quaſi ſpiritualibus; quia in iſtis Auditor Cameræ, & Rotæ prædictę habent iuriſdictionem, & poteſt ad eos appellari, etiam omiſſis medijs: ſicut poteſt, omiſſis medijs, appellari ad Papam: Secus eſt in cauſſis matrimonialibus, & in mere ſpiritualibus, ac beneficialibus, quia de iſtis non habet poteſtatem iudicandi, niſi Epiſcopus, & ideo Auditor Cameræ ex ſua iuriſdictione ordinaria non poteſt de illis cognoſcere, &, cognoſcendo, nulliter cognoſceret, & ſententia eſſet nulla; quamuis enim eius facultates *num.8.vrſic. nec non omnes*, loquantur etiam de cauſſis ſpiritualibus, eccleſiaſticis; tamen intelligi debent de cauſſis quaſi ſpiritualibus, vt tenuit Rota coram Illuſtriſſ. Card. Blanchetto in Caſertana beneficij die 5. Maij 1595. & Coram R. P. D. Iuſto in vna Venetiarum nullitatis matrimonij, die lunæ 5. Iulij 1604. & hic eſt notorius Curiæ ſtylus, cui ſtandum eſt, quamuis (ſi à mendacio ſemper abſtinendum eſt) reſpondeo, quã Rota accommodat facultatibus Auditoris Cameræ, mihi non ſatisfaciat, & meliorem excogitare neſcio; Quare iuxta hanc declarationem concludo, quod facultas appellandi extra Curiam, omiſſo medio, ad auditorem Cam. habet maxime locum in cauſſis mere prophanis, prout in his terminis loquutus ſum *q. præced. numer. 90.* loquendo de appellatione à Gubernatoribus prouinciæ Campaniæ: & ideo ad Auditorem Cameræ poteſt, omiſſo Epiſcopo, & Archiepiſcopo, appellari in alijs cauſſis, quam in matrimonialibus, & beneficialibus, quia in illis impetrandus eſt iudex delegandus à Papa, adeundo eius Signaturam iuſtitiæ, quæ dictas cauſſas matrimoniales, & beneficiales non ſolet delegare, niſi Rotæ *per ea, quæ ſcribit Marcheſ. tract. de commiſſ. p.2. de commiſſ. appellat. c.3. ſub n.2. & n.8. in fine*, dicens, quod cauſſæ beneficiales ſunt rotales.

Ratio huius ſtyli, & delegationis cauſſarum beneficialium in tribunali Rotæ eſt, quia, cum ad Papam ex toto terrarum orbe deferantur appellationes præſertim cauſſarum beneficialium, conuenit, vt, qui ad eum pro iuſtitiæ conſecutione ex remotiſſimis accedit partibus, in hoc integre conſoletur, quod non vnum, nempe Auditorem Cameræ, iudicem inueniet, ſed Collegium plurium, diu in eiuſmodi cauſſarum genere verſatorum, quales ſunt ſacræ Rotæ Auditores, qui cauſſas non vulgari trutina, ſed aurificis ſtatera diligentiſſime examinant, cæteroſque iureconſultos adeo iuriſprudentia antecellere debent, vt eorum iudicium nunquam errare credatur; tales expedit cuique Reſp. habere iudices, vt eorum ſententię ex iuſtitia prolatæ cenſeantur, quo facilius ſubditi illis acquieſcant, & ſicut odium ac diſcordia ex lite oriebatur; ita ex ſententia beneuolentia, & concordia propagetur.

Verum aduerte, quod, ſi cauſſa beneficialis ſit beneficio, cuius annus introitus non aſcendat ad minus ad ſummam decem ducatorum auri de Camera, non ſolum non delegatur Rotæ, ſed neque in Curia; Quare, ſi ſit minoris valoris, ſolet remitti per breue in partibus, &, vbi remaneret in Curia, ſolet committi extra Rotam ad euitandas in cauſſa modici valoris expenſas non modicæ quantitatis, *Marcheſ. d. c.3. num.1.*

Subdeclara II. dum dixi, quod Auditor Cameræ eſt iudex appellationum interponendarum, ad Papam, ſeu Sedem Apoſtolicam, vt non procedat in appellatione à Concilio, etiamſi eſſet Concilium ſynodale, ſeu prouinciale, quia licet Concilium celebrandum authoritate Papæ, abſente ipſo Papa, dicatur habere iuriſdictionem ordinariam ad relata per Campeg. *tract. de concil. cap. 23. num.9.* ſeu iuriſdictionem delegatam ſecundum vnam opinionem, quam refert Card. Iacobat. *eod. tract. de concil. lib.5. ar.8. num.54. & ſeqq.* ſeu ordinariam ſecundum alteram opinionem, quam refert *eod. art.8. ſub num.57. tom.13. par.1. fol.266.* & conſequenter licet concilium dicatur iudex ordinarius, vel delegatus extra Curiam: licet etiam à dicto Concilio, celebrato auctoritate Papæ, ipſo tamen Papa abſente, appelletur ad Papam, vt retuli, & ſequutus ſum *num. ſeq.* licet pariter ad Aud. Cam. deuoluantur omnes appellationes, à quibuſcumque iudicibus ordinarijs, vel delegatis interpoſitæ extra Curiam ad Sedem Apoſtolicam ex facultatibus Auditoris Cam. à me citatis *infra ſub n.125. verſ.3. concludo*.

Tamen non poteſt à Concilio appellari ad Auditorem Camer. quia eius facultates etſi generalibus verbis conceſsæ ſint, reſtrictionem nihilominus patiuntur ſecundum ſubiectam materiam, vt patet ex his, quæ ſcripſi *ſupra verſ. ſubdeclara, & infra ſub n.152. verſ. contra*. Sed abſurdum eſſet, quod Auditor Cameræ, & ſolus recognoſceret, quod tot Patrum, & Prælatorum vnanimi conſenſu, & voluntate eſt iudicatum, accedente etiam authoritate Papæ in eorum congregatione.

100 A Concilio Prouincialis appellatur ad Papam; *c.48. ſicut excellentiam, 13. quæſt.4. Card. Alex. in rubr. ſub num. 34. verſ. ſed quid, in fine de appell. Greg. Toloſ. tract. de appellat. libr.3. capitul 6. numero 2. verſ. ſed certe, & Rugnell. tract. de appellat. §.2 c.2. num.14.* & quod à Concilio Prouinciali poſſit recurri ad Papam, ſcribit Card. Iacobat. *tract. de concil. lib.9. art.12. num.200.* reſpondeo ad argumentum adductum prius *eod. art.12. ſub numer.81. verſ. ad idem tomo 13. parte.1. fol.350. & 345.* & loquendo ſimpliciter de concilio clarum eſſe, quod a Concilio recte appelletur ad Papam ſcribit idem Card. Iacob. *d. tract. de concil. lib.10. art.12. num.1. fol.351.*

Concilium prouinciale dicitur illud, cui præeſt Archiepiſcopus, vel Patriarcha, ſeu Primas, *vt ſcribit idem Cad. Iacobat. d. tract. de concil. lib.1. art.1. ſub nu.19. verſic. quot autem ſint genera conciliorum fol.192.*

Dici etiam poteſt prouinciale illud, quod facit Legatus in prouincia, ſibi decreta, auctoritate Papæ, *Card. Iac. ſub d. n.19.*

Amplia I. hanc concluſionem etiam in Concilio ſynodali, & in Concilio religioſorum, tum quia regula eſt, quod à Concilio appellatur ad Papam, *vt patet ex prędictis, & ſeqq.* tum etiam quia ad Papam poteſt appellari, omiſſo medio, *vt retuli, & ſequutus ſum q. præced. limit. 4. n.46.*

Concilium ſynodale dicitur illud, quod facit Epiſcopus cum prælatis, & clericis ſuæ eccleſię, *Card. Iacob. in loco, ſupra proxime citato.*

Concilium religioſorum vocatur capitulum, *idem Card. vbi ſupra.*

Amplia II. eandem concluſionem, vt habeat locum etiam in Concilio generali, quia etiam ab eo appellabitur ad Papam, *Card. Alex. in rubrica n.35. verſ. ſed quid de concilio vniuerſali, & n.36. de appell.* quem refert, & ſequitur Card. Iacob. *tract. de concil. lib.10. art.2. n.2. in vltimis verbis, tomo 13 par.1. fol.354.*

Subamplia I. illam ampliationem, vt præcipue procedat, ſi Concilium non fuerit legitime congregatum, quia ſi ab eiuſmodi Concilio contingat appellari, appel-

labi-

Digitized by Google

labitur ſine dubio ad Papam, vt firmat Card. Iacob. d. art. 2. n. 1. & ſeqq.

Declara iſtam ſubampliationem, vt à Concilio, non legitime congregato, reclametur potius, quam appelletur, quia cum non habuerit iuriſdictionem, habebit locum reclamatio, per quam Papa declarabit nulla omnia geſta in illo Concilio, Card. Iac. d. ar. 2. ſub n. 6. Immo cum Concilium, non legitime congregatum, non dicatur Concilium, ſed conciliabulum, & Satanæ Synagoga, c. 5. multis, diſt. 17. non dicitur appellatio à Concilio, & conſequenter multo minus in eiuſmodi reclamatione erunt attendenda tempora appellationis, quia ceſſat timor deſertionis appellationis, cũ nullius entis nullæ ſint qualitates.

Subamplia II. vt habeat locum etiam in Concilio generali, legitime congregato de voluntate Papæ, quia, ſi in eo Papa non prçfuerit, poſſet ad ipſum, Papam appellari, ſecundum Card. Iac. d. art. 2. in fine, n. 7. fol. 354. nam Concilium generale dicitur etiam illud, in quo non præeſt Papa, ſed præeſt alius eius loco, Card. Iacob. d. tract. de concil. lib. 1. art. 1. n. 19. verſ. quot autem, fol. 192.

Limita I. eandem ampliationem, vt non procedat quãdo Papa præfuit Concilio, quia tunc à Concilio nullatenus poteſt appellari, cum determinatio, facta à Concilio attribuatur Papæ, qui non habet ſuperiorem, ad quem liceat appellari, Card. Alex. in rubr. n. 36 in fine, ibi, prædicta intellige, de appell. & Card. Iacob. d. tract. de concil. lib. 10. art. 2. n. 4. & art. 1. ſub n. 74. in reſponſione ad quartum argumentum fol. 354. & in terminis huius limitationis poteſt procedere, quod ſcribunt Rebuff. tract. de appel. art. 3. gl. vna, n. 9. tomo 3. fol. 489 dicens, non poſſe appellari, quia ſub concilio generali comprçhẽditur Papa, & Greg. Tholoſ. tract. de app. lib. 3. c. 6. a. 2. verſ. ſed certe, dicens, à concilijs vniuerſalibus, legitime celebratis, & cum auctoritate Pontificis, vt oportet cœptis, non eſſe admittendas appellationes.

Tempera hanc limitationem, vt ſi in his, quę in Concilio decreta ſunt, emerſerit aliquod dubium, quod explicatione indigeat, poſſit iſto caſu recurri ad Papam, Greg. Tholoſ. tract. de appel. lib. 3. c. 6 n. 2. in fin. verſ. poteſt tamen fol. 301.

Limita II. vt non habeat locum in Concilio generali, legitime congregato, ſuper contentione papatus, quia tunc à ſententia Concilijs generalis, legitime congregati, non appellatur, cum iſto caſu Concilium non habeat ſuperiorem in eccleſia, quia non eſt aliquis eo ſuperior, ex quo Papa non habetur; & ideo ipſum Concilium iudicat de papatu, Card. Iac. d. lib. 10. art. 2. n. 5. & 6.

Qualis debeat eſſe contentio de papatu ad hoc, vt Cõcilium poſſit cõgregari ſine auctoritate Papæ, vide Thom. Cãpeg. Epiſcopũ Feltrenſ. tract. de concil. c. 2. caſ. 2. n. 13. et 14. fol. 400. & latiſſime, Card. Iacob. eod. tract. lib. 3. art. 1. n. 46. & ſeqq. fol. 226. & numer. 114. & ſeqq. tomo 13. part. 1. fol. 231.

Et qui ſint caſus, in quibus Doctores diſputant, an cõcilium poſſit congregari contra Papam, vide eundem Campeg. d. c. 2. n. 10. & ſeqq. & aliqua ponit, c. 1. num. 9. & ſeqq. et Card. Iacobat. dict. tract. de concil. lib. 4. art. 2. n. 10. et ſeqq. fol. 242. & Iacob. Simanc. tract. de cath. inſtit. tit. 12. de concilijs, n. 13. & 14. to. 11. p. 2. fol. 135.

A Prçlato regulari, vtpura ab Abbate procedente contra monachum, an poſſit appellari, & ad quem appelletur vide infra q. 17. lim. ... n. ...

A Papa male informato appellatur ad eundem Papam vide ſupra n. 65.

Infero ex ordine appellandi à nobis hucuſque tradito in foro eccleſiaſtico, vnam iam omnibus diu notam concluſionem, quod à iudice eccleſiaſtico, qui iudicat vti eccleſiaſticus, non poteſt appellari ad iudicem ſecularem, ſed debet appellari ad iudices eccleſiaſticos.

Ratio huius illationis eſt duplex.

Prima ratio eſt, quia appellatio debet interponi ad ſuperiorem, qui habeat gradum cum eo, à quo appellamus: alias, ſi interponatur ad ſuperiorem, qui cum eo non habeat gradum, appellatio vti ad incompetentem non valeret, teſtibus Anch. & Angel. Aret. quos in alijs terminis retuli, & ſequutus ſum quæſt. præced. ſub num. 97. verſic. declara, & num. 139. Sed inter eccleſiaſticum, & laicum regulariter non ſunt gradus, & quiſque eorum habet ſeparatam, & diuerſam iuriſdictionem, c. 8. quoniam idem, diſtinct. 10 & in alijs terminis ſcripſi ead. q. præced. n. 74. & ſupra libro 1. c. 11. & 12. Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet, vt inquit Poet. & rurſus; Non illi imperium, &c. Sed mihi ſorte datum: tenet ille immania ſaxa, & alter alterius iuriſdictionem nõ perturbat, c. 13. nouit. de iud. Et hęc ratio eſt adeo vera, vt neque à laico poſſit appellari ad eccleſiaſticum, vide q. præc. ſub n. 44. n. 74. in fine, & n. 113. verſ. contra.

Secunda ratio eſt, quia cum iuriſdictio eccleſiaſtica antecellat ſecularem c. 6. ſolitæ, de maior, & obed. eſt enim eccleſiaſtica tanquam ſol, & ſecularis tanquam luna, Rebuff. tract. de appell. tanquam ab abuſu, in princip. num. 5. verſ. imo etiam, tom. 3. fol. 450. appellatio ab eccleſiaſtico ad ſecularem eſſet à ſuperiore ad inferiorem, & ideo nulla, per ea, quæ ſcripſi ſupra q. 2. n. 1. 3. & ſeqq. & tota hæc ſecunda ratio bene comprobatur ex his, quæ dixi num. ſeq. verſ. ab eccleſiaſtico.

Hanc illationem reſtringunt Galli, vt in eorum Regno non procedat in appellatione ab abuſu, id eſt, in cauſſa notorij abuſus iudicis eccleſiaſtici, Rebuff. d. trac. de appel. tanquam ab abuſu, in principio, num. 4. verſ. & de hac, tomo 3. fol. 539. & Greg. Tholoſ. tract. de appel. lib. 4. c. 6. nu. 1. fol. 401. quia Galli regales prætendunt hanc iuriſdictionem ex concordatis, & priuilegijs, Galliæ à pluribus Pontificibus conceſſis ob beneficia collata in Sedem Apoſtolicam, vt deduci Greg. Tholoſ. d. c. 6. n. 14. 16. & 20. & qui ſint caſus, in quibus poteſt à iudice eccleſiaſtico recurri & appellari propter abuſum ad ſupremam Curiam, & Parlamentum, tractat Rebuff. tract. de appell. tanquam ab abuſu, num. 4. & ſeqq. ſed qui de eiuſmodi iuriſdictione ſcribunt, regulam ponunt, vt abuſus ſit, quando quis palam, & notorie ſanctis decretis, ac concordatis, priuilegijſque Gallię perperam, vtitur, Rebuff. d. tit. de appell. &c. n. 2. fol. 539.

Eandemque reſtrictionem, propoſitis ad vtramque partem argumentis, defendit Greg. Tholoſ. d. c. 6. n. 16. 17. & ſeqq.

Verum Galli, quiq; ipſos hac in re tuetur, videant, ne eccleſiaſticam lædant iuriſdictionem, & caueant ne idcirco incurrant in excommunicationem bullæ cœnæ domini, cap. 15. 16. & 19. qua in bulla reuocantur priuilegia, etiamſi per viam remunerationis, aut contractus conceſſa forent.

101 Ab Eccleſiaſtico, & Laico ſimul iudicantibus appellatur ad ſuperiorem iudicis eccleſiaſtici, quia is eſt maior vtriuſque, Bart. in l. 1. §. ſi quis in appellatione, nu. 13. verſ. quæro pone, ff. de appel. & relat. Franch. in rubr. n. 42. quæſt. 6. & Card. Alex. n. 56. verſ. ſed quid ſi clericus, de appell. Alex. conſil. 12. viſo proceſſu, n. 1. lib. 6. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verb & qandoque appellatur, n. 379. limit. 10. fol. 512. Rebuff. tract. de priuileg. ſchol. priuil. 106. nu. 14. verſ. 14. 10. 18. fol. 53. & Greg. Tholoſ. tract. de appel. lib. 4. c.
* 7. n. 1. fol. 415. & eſt concluſio communis.*

Ratio eſt, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum; nec cauſſæ continentia eſt diuidenda.

102 Amplia hanc communem concluſionem, vt procedat etiamſi eccleſiaſticus ſit ſimplex plebanus, & laicus ſit Comes, Card. Alex. in d. rub. n. 56. & 57. de appel.

Infero I. ex eadem communi concluſione comprobando

Digitized by Google

bando eam, quod; ſi iudicent ſimul iudex ordinarius, & iudex delegatus, ordinario adiunctus à Principe, & contrarias proferant ſententias; erit recurrendum ad Principem, tanquam ſi vterque fuiſſet delegatus Principis, *Bart. in ſ. l. 28. duo iudices, n. 3. ff. de re iud.* nam delegatus eſt maior ordinario in cauſſa delegata, quia gerit vices delegantis, *vt ſcripſi ſupra n. 11. verſ. contra, & quæſt. præced. n. 64. verſ. ratio.*

Infero II. quod; ſi non Illuſtris coniunctus Illuſtri iudicent ſimul, appellabitur ad eum, ad quem appellaretur, ſi iudicaſſet ſolus Illuſtris, *Greg. Toloſ. d. c. 7. n. 3. verſ. ita coniunctus. fol 415.*

Infero III. quod ſi cauſſa fuerit compromiſſa in laico & clerico, & ab eorum laudo petatur reductio ad arbitrium boni viri, erit recurrendum ad Epiſcopum, quia clericus vti dignior attrahit laicum, *Salyc. in l. 32. præcipimus, in fine, C. de appell. Franch. in rubr. n. 43. de appell. Addit. ad Bart. in d. l. duo iudices, in verbo, potentior, ff. de re iud. & Rebuff. tract. de priuil. ſchol. priuil. 106. n. 15. verſ. 15. tom. 18. fol. 53.*

Declara hanc illationem ex his, quæ ſcripſi *infra q. 17. limit. 14. n...* vbi videas.

Infero IV. generaliter, quod vbicunque inferior & ſuperior ſimul cognoſcant, ſemper appellabitur ad ſuperiorem illius ſuperioris, omiſſo medio ſuperiore illius inferioris, *Franch. in rubr. n. 41. q. 5. de appell.*

Declara reſtringendo eandem communem concluſionem, vt non procedat, quando vterque iudex ex auctoritate vnius Principis, ſeu domini, iuriſdictionem habentis, iudicant, quia tunc licet ſimul iudicent, & vnus laicus, & alter eccleſiaſticus, tamen ad eum, ex cuius auctoritate, & commiſſione iudicant, indiſtincte appellandum eſt, ſiue ſit laicus, ſiue eccleſiaſticus, vt conſiderauit etiam Greg. Toloſ. *tract. de appell. lib. 4. c. 7. n. 5. verſic. exiſtimarem, fol. 416.* & optime facit quod ſcripſi *ſupra n. 93. verſ. extende ſecundo.*

ARTICVLVS IV.

Ad Quartum Articulum: *Ad quos appelletur à ſententijs, latis à iudicibus ordinarijs ſecularibus.*

Reſp. non poſſe dari certam, & generalem doctrinam; ad quos ſit appellandum, quia ille ordo generalis, traditus ab Imperatore *in l. 32. præcipimus, & ſequentibus, Cod. de appell.* non ſeruit, *teſte Bart. quem citaui ſupra n. 12.* & hoc quia etſi Imperator ſit omnibus potentatibus ſecularibus ſuperior, tamen non ita, vt antea, imperat: ſunt enim hodie multa dominia, quæ de facto non recognoſcunt Imperatorem, vt de Regno Hiſpaniarum, & de Regno Franciæ notaui *ſupra lib. 1. c. 16. n. 3.* & habent conſtitutiones locales, & diuerſos ordines magiſtratuum; & ipſemet Imperator, tanquam magnificus, & glorioſus, ſicut aquila, diſtribuit prædam ſuum; *vt retuli quæſt. præced. ſub n. 46. verſ. contra*, & ſimiliter Rex Hiſpaniarum ob egregia belli, vel pacis facinora in Reip. vtilitatem præclara geſta, aliaue ex cauſſa nobilibus ciuitates, villas, aut oppida regio beneficio confert cum iuriſdictione mero, & mixto imperio adhuc in ampliſſimo territorio exercendis, vt ſcribit Couar. *pract. qq. c. 4 in principio*, & hos, quibus Imperator prædam diſtribuit, & Rex oppida, & Ciuitates confert, feudatarios, ſeu Barones vocamus; qui de iure ciuili ſunt incogniti, & ideo non habent, niſi eam iuriſdictionem, quam ex tenore priuilegiorum, inueſtituræ, & conceſſionis accipiunt, *vt ſcribit etiam Carau. ſuper rit. 265. n. 4. in fine*, ad quas inueſtituras in materia iuriſdictionis, & appellationum eſt recurrendum.

Veruntamen licet mutatus ſit ille ordo appellandi, tamen illius ſubſtantia, quæ eſt vt ab inferiore appelletur ad ſuperiorem, nunquam fuit mutata, neque poteſt mutari: quare, & in Curijs Regum, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, aliorumque Baronum ab inferioribus appellandum eſt ad ſuperiores: & circumſcriptis inueſtituris, ac varijs magiſtratuum ordinibus, quos quiſque, habens iuriſdictionem, poteſt ad beneplacitum conſtituere, ordinem, qui certæ doctrinæ ex capax, aggredior.

103 A Baiulo, ſeu officiali Baronis appellatur ad Baronem, *Andr. de Iſer. in conſt. officior. lin. 67. col. 1. lib. 1. fol. 83.* quem refert & ſequitur Marin. Frecc. *tractat. de ſub feud. lib. 2. author. 16. n. 1. fol. 349.* & ratio ſecundum Iſer. *vbi ſupra* eſt, quia licet à Vicario non appelletur ad Epiſcopū, ex quo Vicarius eſt tanquam aſſeſſor loco epiſcopi, ideoque eſſet appellare ad idem tribunal, tamen ab officiali Baronis ad Baronem non dicitur appellari ad idem tribunal. Affl. *in eadem conſt. officiorum n. 12.* ſcribit iſta verba Andreæ de Iſer. eſſe menti tenenda, quia non meminit alibi legiſſe hanc differentiam, ſed poſtea miratur, quod Iſernia hæc dixerit, oſtendendo, quod Vicarius Epiſcopi dicitur iudex ſubdens, quod idcirco multum dubitat de dicto Iſerniæ: *Frecc. dicta auth. 16. ſub n. 2.* aliam reddens rationem, ſcribit, propter modicitatem cauſſarum, quæ tractantur coram Baronibus, ordinatum eſſe ex lege Diui Gulielmi, vt à ſententia Baiuli appelletur ad Baronem, & non ad Regem, quia pro habendo recurſu ad Regem, vel Iuſtitiarium Prouinciæ maior eſſet impenſa quam valor cauſæ veluti, inquit, quæſtio de equo, poſito in ſtabulo: *Roll. à Vall. conſ. 75. in iſto crimine, n. 10. verſ. 2. confirmatur, & n. 17. in fin. verſ. non obſtat. lib. 3.* citat eoſdem *And. de Iſer. & Affl.* & quaſi non intelligeret, qui ſint iſti Baiulis, de quibus loquuntur, inquit, quod ſi loquuntur de Baiulis, qui ſint Poteſtates Caſtellani, vel Vicarij ordinarij generalis male loquuntur.

Confirmatur primo hæc opinio Andreæ de Iſernia, quia ſi vaſallus ſit inueſtitus de mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, & ipſe deputet Poteſtatem, qui ferat ſententiam; ab iſta ſententia appellabitur ad vaſallum inueſtitum feudatarium, qui deputauit Poteſtatem, *Curt. Iun. tract. de feud. in 7. viſ. par. princip. q. 12. n. 32. tom. 10. p. 2. fol. 92.* & quod cognitio primarum cauſarum appellationum ſpectet ad vaſallum inueſtitum de mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, ſcribit Iaſ. *conſil. 161. circa primum, lib. 2.* & quod ſub conceſſione meri, & mixti imperij, & omnimodæ iuriſdictionis veniat cognitio cauſæ appellationis, tanquam ſpecies comprehenſa ſub dictis generalibus, ſcribit Pariſ. *conſ. 8. ad veritatem, n. 31. & 32. lib. 1.*

Confirmatur ſecundo, quia ſi quis committeret alicui vniuerſitatem cauſarum exercendarum in alio, loco, puta, in aliquo Caſtro ſui territorij, & diceret, *facimus vos noſtrum Vicarium*, tamen ab eo appellaretur ad ipſum, qui fecit eum Vicarium, & non ad alium ſuperiorem, *Bar. in l. 1. §. ab eo, in fine, verſ. ſed quæro, ff. quis & à quo appell.* nam ille dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, & non ordinarius, *Bar. vbi ſupra*, & à ſententia Vicarij foranei, quia eſt delegatus appellatur ad Epiſcopum, *vt ex Rot. Franch. Abb. Cur. Iun. & alij retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 26.* & quod ſecundum Legiſtas à ſententia Vicarij poſſit appellari ad eum, qui conſtituit Vicarium, & ideo ad Epiſcopum, ſcribit Card. Alex. *in rubr. ſub num. 18. de appell.*

Confirmatur tertio ex *l. 19. à proconſulibus, C. de appell. & conſult.* ea qua probatur, quod à Vicario poteſt appellari ad iudicem ordinarium, cuius vices gerit, & à quo conſtitutus eſt, *ſecundum Bal. in ead. l. à proconſulib.* quem citat Roland. à Val. *conſ. 75. in iſto, n. 9. lib. 3.*

Contraria opinio, quod enim non appelletur ad ipſum Baronem feudatarium ſed ad Dominum ſuperiorem; probatur ea eo, quia prima confirmatio, à qua pendet totus ille articulus, non eſt vera: licet enim vaſallus ſit

inue-

inueſtitus de feudo alicuius Caſtri cum mero, & mixto imperio,& omnimoda iuriſdictione,tamen,ſi ſubditi appellãt à Poteſtato, vel Vicario deputato per ipſum inueſtitum, non erit appellandũ ad ipſum feudatarium inueſtitum, ſed ad Dominum ſuperiorem,quia licet Princeps cõcedat vaſallo merum, & mixtum imperiũ,& omnimodam iuriſdictionẽ in aliquo loco, non tamen illi videtur conceſſiſſe appellationes, niſi de eis fiat expreſſa mentio in conceſſione,*Iacob.de S.Georg tract.de feud.in verbo, cũ mero & mixto imperio. verſus finem n.9. verſ. ſed an ille,n. 10.par.1.fol.192.& rurſus in verbo,& dicti vaſalli pro dictis rebus.ſub n.36.ibi.vnum ſemper.fol.223.*admonẽs hoc eſſe notandum,*& Boſſ.& Brun.quos retuli,& ſequutus ſum ſupra lib.1.c.66.ſub n.5. verſ.ſi vero.*& hanc eſſe communem opin.teſtatur,& ſequitur Rol. à Val.*d.conſ.75.in iſta ſub n.14.verſ.his non obſtantibus, & n.15.lib.3.*& quod cõceſſio iuriſdictionis meri & mixti imperij,etiam in proprietatem, & ratione territorij intelligatur quoad primam inſtantiam, non autem in ſecunda,nec quoad cauſa appellationum ſcribit Couar.*prax.qq.c.4. ſub n.5. verſ. prima concluſ. fol.433.* vbi ita firmat in ſpecie contra Iſern. Afflict. & Curt.iun. citatos ſupra pro aduerſa opinione teſtans hanc opin.eſſe in praxi receptiorẽ,& adde omnino,quæ pro iſta opin.ſcripſi *ſupra d.c.66. ſub n.5.* huiuſq; opinionis praxim.in Regno Neap.vide *infra n.110.*

Non obſtant adducta pro prima opinione,tum quia hæc opinio contraria eſt communis, *vt dixi*, tum quia contra Iſern. Afftl.& Curt.firmat in ſpecie Cou. ſupra citatus,& contra Iaſ. *in allegato conſ.161.lib.2.* tenent Crauet.*conſ.209.illuſtriſſimus nu.9.verſ.fortius*, dicens, quod conſuetudo non approbat illius dictum, *Natt.conſ. 580. primo quæritur in fine,ſub n.25. Rol.à Vall.d.conſ.75. in iſto nu.18. & 19.lib.3.& Franch.Bec. in addit.ad eiuſdem Iaſ. conſ.161.* Ad *l.a proconſulibus.* adductam in tertia cõprobatione reſpondeo dupliciter. Primo quod illa lex dicit ſolum,quod appellatur;ſed non aperit,ad quem appelletur,& licet Bal.in ea dicat,quod appellatur ad ipſum Pręfectum, tamen hoc eſt verum, quando cognoſcit ex delegatione, ſecus quãdo cognoſcit ex iuriſdictione Vicariatus,quia tunc non ad eum,cuius eſt Vicarius,ſed ad ſuperiorem illius,*Sylue.in d.l.a proconſulibus ſub n.1.& in l.32. pręcipimus, n.2.C.de appel.& conſul.*Secundo reſpondeo vna cum Rol.à Vall.*d.conſ.75.n.16.verſ.upereſt.* quod illa lex loquitur in Vicario Præfecti prætorio cuius Præfecti prætorio tanta olim erat dignitas, vt ab eo tanquam à Principe non liceret appellare, ideo non mirum, ſi ab eius Vicario appellatur ad eum, cum ad alium appellari non poſſit, eandemq;reſponſionem clarius ante eum explicauit Car. Alex. *in c.66. dilecti verſ.ſed punctus ſtat.de appel.* dicens quod cum tribunal Vicarij & eius, cuius eſt Vicarius,reputetur idem tribunal,& a ſententia Præfecti prætorio non poſſit appellari, videtur, quod neq;poſſit appellari a ſententia ſui Vicarij, quare inquit debet tolerari,quod poſſit appellari ad ipſum Præfectum prętorio, ne iniquitas Vicarij remaneret indiſcuſſa, & quia priuilegium, conceſſum ordinario, non tranſit in eius Vicarium;quæ reſponſio,ſi eſſet bona,bene confirmaretur ex his,quæ de appellatione Vicarij Principis ad ipſum Principem ſcripſi *infra n.130.*

104 Retenta,ſi placeret, prima opinione,quæ tamen non eſt vera.

Declara I.eam ex mente Frecciæ *d.auth.16. ſub n.2.* vt in modicis appelletur ad Baronem propter vitandas impenſas, & vt ſubditis facilior pateat aditus in cauſulis quinque,aut decem tarenorum Amalphiæ,aut vnius porcelli; Secus eſt in non modicis, quia tunc appellabitur ad eum,a quo appellaretur,ſi ſententiam protuliſſet Baro.

105 Declara II.vt Baro,nõ habens in ſpecie cauſas appellationum,dicatur procedere in illis cauſis modicis Bailuli, vti iudex delegatus per Regem,& non vt ordinarius cauſæ appellationis, quæ per priuilegium conceſſa non apparet,*Frecc.d.auth.16.n.2.fol.349.*

106 A Barone,ſeu quouis feudatario appellatur iuxta formam inueſtiturę feudalis:quare diſtingue duas ſpecies inueſtituræ.

Prima ſpecies eſt: quando inueſtitura non concedit feudatario ſecundas cauſas,id eſt,cauſas primæ,vel ſecundæ appellationis, ſed ſolum concedit merum, & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem; & in iſta ſpecie concludo, quod appellatur ad Dominum directum, qui conceſſit feudum, ſeu ad officiales,& iudices appellationum, deputatos ab ipſo Domino gradatim,quia cum feudatarius nõ poſſit cognoſcere cauſas appellationum, *per ea quæ dixi ſupra ſub n.103. verſ. contraria opinio.* neceſſario cognoſcet Dominus, qui conceſſit feudum: & hoc caret difficultate.

107 Exemplifica hanc concluſionem in multis Baronibus Regni Neap. qui habent ſolum primas cauſas, quamuis habeant omnimodam iuriſdictionem.

108 Quare in effectu non recedo ab opinione firmata *ſupra ſub n.103. verſ.contraria.*

109 Secunda ſpecies eſt: quando inueſtitura concedit expreſſe Baroni,ſeu feudatario non tantum primas,ſed etiã ſecundas cauſas, & quandoque tertias; & in iſta ſpecie concludo, ab ordinario primarum cauſarum ipſius Baronis appellari ad iudicem ſecundarum cauſarum, deputatum ab eodem Barone, & ab illo ad iudicem tertiarum cauſarum *per ea quæ ſcribit Carauit.ſuper rit.265. n.37. & rit.52.lim.2.ſub n.2.* quem retuli, & ſequutus ſum *quæſtio. præced.n.101.ſublimit.2.*

110 Exemplifica I. notabiliter hanc concluſionem in feudatario Regni Neap.ſeu Siciliæ: Sed pro abſoluta intelligentia huius exemplificationis ſcire debes, quod Conſtantinus ex Helena Conſtantij, aſſumptus ad imperium Romanorum,repudiatis deinde erroribus, maieſtatem veri Dei agnoſcens,ac Chriſtianam puritatem amplectẽs lepra mundatus baptiſmi lauacro ſumpto à Sylueſtro Papa,eidem Sylueſtro,eiuſque ſucceſſoribus Pontificibus die quarta ſui baptiſmi vniuerſum occidentem donauit, vt legitur *in c.14. Conſtantinus diſtinct.96. & in c.17. fundamenta de elect.in 6.& ſcripſi lib.1.c.11.nu.9.* Vnde qui poſtea creati ſunt Reges Regni Neapolitani,à Pontificibus inueſtituras acceperunt, vt omnium prædictorum Regum,& inueſtiturarum nomenclaturam, inchoando à Conſtantini donatione ordinate recenſet Marin. Frecc. *tract.de ſubfeud.lib.1. rubr.de antiq.ſtat.regn.&c.ſub n.15. verſ.Conſtantinus ibi ferunt Conſtantinum fol.60. & 61. & n.24.& ſeqq.vſque ad num.50.fol.68.* & quod Reges præfatum Regnum obtineant in feudum a Sede Apoſtolica, ſcribit idem Frecc.*d.rubr. de antiq.ſtat.regn.&c.ſub n 51. fol.68.& rubr.de offic.magn.cancell.n.25. fol.53.* & aliqua verba inueſtituræ huius feudi, factæ Carolo I.à Clemente IV.anno Domini 1266.Kal.Iunij recenſet idem Frecc. *de ſubfeud.lib.3.rubrica differentia inter feuda ex pacto, & prouidẽtia,& hæreditaria differ.16.n.2.in fine,& 3.fol.447* & quod Regnum Neap. ſit de temporali iuriſdictione Eccleſiæ,retuli & ſequutus ſum *quæſt.præc ſub n.77.in fine, verſic.cæterum.*& Pontifex *in capitulo ſecundo, ad Apoſtolica,de ſent.& re iud.in 6.* ſcribit, quod Regnum Siciliæ eſt ſpeciale patrimonium Beati Petri: Et quod ſit feudum Sedis Apoſtolicæ ſatis ſuperque teſtatur publicus annuſus cenſus, quem in feſtiuitate S. Petri, & Pauli Orator Regis Catholici ſingulis annis ſolemniter ſoluit Pontifici Beati Petri ſucceſſori: & quod Eccleſia,tranſlato ſolum vtili dominio in Reges, retineat directum, ſcribit Marin. Frecc. *dict.rubrica de antiq.ſtat.regn.&c. ſub numero 52.fol.68.* Quare ſatis ſuperque conſtat, quod Rex eſt feudatarius Sedis Apoſtolicæ, & quia eſt infeudatus de

regno, non eſt dubitandum, quod poteſt cognoſcere cauſas in quauis inſtantia, quia etſi Rex habeat regnum in feudum, tamen habet ſupremam poteſtatem in illo regno ex natura rei conceſſæ, *vt retuli, et ſequutus ſum infra quæſtione decimaſexta limit. 5. num...* vbi videas. Et quod Eccleſia in Regno Siciliæ nihil obtineat præter annuum cenſum, omnibus in Regem, eiuſque hæredes translatis iuribus, ſcribit Marin. Frecc. *dict. tractat. de ſubfeud. libro 1. rub. de antiq. ſtatu regn. & c. numero quinquageſimooctauo, verſicul. hodie tamen fol. 69.* Sed de hoc recurrendum eſt ad tenorem inueſtituræ, vt dixi *libro præced. cap. 9. n. 1334.* Illud tamen certum eſt, quod Rex cognoſcit primas, ſecundas, & tertias cauſas totius Regni, & nullus ſuperior apponit manum in eius iuriſdictione temporali: Vnde Rex in eo Regno habet multos ſubfeudatarios, & Barones, & a ſententijs iudicum, & officialium dictorum Baronum, & ſubfeudatariorum appellatur ad iudices ipſius Regis; nempe ad Præſidem prouinciæ, vti iudicem proximum, & mediatum, *Caran. d. rit. 52. limit. 1. ſub n. 2.* quia vaſallus non poteſt extrahi a ſua prouincia, ſic diſponente pragm. *querula expoſitione, in rubr. vbi delic. quis conuen. deb.* & deinde a Præſide prouinciæ appellatur ad magnam Curiam, ſeu ſacrum Conſilium ad electionem appellantis, *Caran. ſub d. num. 2. ibi diſpoſitio iſtius ritus.* Quare ab officialibus Baronum in Prouincia Aprutij appellatur ad Viceregem, ſeu Præſidem Ciuitatis Theatinæ, quia Tribunal illius Præſidis eſt Regia Audientia Aprutij; & ab illa Audientia Theatina appellatur ad Vicariam, alioſque iudices Neap.

111 Infero ex dictis in hac exemplificatione, deceptum videri Contardum *in l. vnica, limit. 3. numero 13. Cod. ſi de momen. poſſ.* dum recenſet, quod in Regno Neap. magna Curia Vicariæ cognoſcebat de cauſa, & a ſententia magnæ Curiæ appellabatur ad iudices appellationum, a quibus, inquit, appellabatur ad Regem, & Rex committebat alteri cauſſam, ſi tractabatur intereſſe Regis, & ſi ille Commiſſarius tertiam ferebat ſententiam, non licebat tertio prouocare, & ſic, inquit, victus eſt excluſus ab appellatione ad Sedem Apoſtolicam, per titulum, ne liceat tertio prouocare, hancque cautelam eſſe exiſtimat: deceptio Contardi conſiſtit in eo, quod credit, hac cautela victum excludi ab appellatione ad Sedem Apoſtolicam, non aduertens, quod Rex cognoſcit cauſas in quacumque inſtantia, & ideo non indiget præfata cautela; minus etiam aduertit, quod hæc cautela non ſeruiret, *per ea quæ dixi ſupra num. 28. reſtr. ſecunda,* & quia ſententiæ poſſent eſſe difformes: vnde iſte modus, relatus a Contar. fuerat in eo Regno inuentus potius ad bene eſſe, quam ad excludendam appellationem.

Contra iſta exemplificationem oppono dupliciter.

Primo oppono in eo, quod dixi, in Regno Neap. appellari gradatim, non omiſſo medio: nam contrarium retuli, & ſequutus ſum *quæſt. præce. lim. 9. n. 99.*

Oppono ſecundo, (dum dixi, *quod Rex cognoſcit in quacunq; inſtantia omnes cauſſas ſubditorum ſpectantes ad forum ſeculare ſine appellatione ad Sedem Apoſtolicam*) quia Rex; quantumuis concedat alicui nobili Ciuitates, vel oppida cum iuriſdictione, mero, & mixto imperio, eam tamen iuriſdictionem, quæ apud Regem ſumma eſt, & qua ad ipſum Regem poſſunt, vti ad ſupremum Reip. patrem, deferri querelæ, prouocationes aut appellationes a iudicibus inferioribus, nunquam videtur tranſtuliſſe, etiamſi vſus fuerit verbis quoad ſignificationem vberrimis; hæc enim iuriſdictio pertinet ad ſupremam principatus recognitionem, ideoque *maiorem* vocant, & nullo modo a Rege alienari poteſt: eſt enim forma, & ſubſtantialis eſſentia maieſtatis Regis; quamobrem non poteſt Rex, nec ſubinde cenſetur aliquem regni locum ita alteri domino ſubijcere quod ius appellationum, & ſupremæ poteſtatis etiam quoad adminiſtrationem, & executionem realem apud ipſum non remaneat, *Couar. pract. qq. cap. 4. num. 1. fol. 430.* & quod appellationes, interponendæ ad Sedem Apoſtolicam, cenſeantur reſeruatæ, & non poſſit præſcribi, vt non appelletur ad Principem, retuli, & ſequutus ſum *q. præced. n. 54.*

Si hoc dicimus in feudo regio de Rege: cur non idem in feudo eccleſiæ de Papa, qui eſt Rex Regum huius mundi? & conſequenter non per hoc, quia Rex cognoſcit cauſas in omni inſtantia, eſt ſublata maioria, & ſuprema iuriſdictio Papæ, quominus ad eum deferantur appellationes.

112 Iure propterea Pontifex de anno 1591. die 14. menſis Iunij Auditorem Cameræ potuit conſtituere iudicem competentem omnium appellationum, interponendarum ad Sedem Apoſtolicam a ſententijs latis a quibuſcunque iudicibus, ac etiam dictæ ſedis Apoſtolicæ Legatis in terris, eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis, aut ab alijs earum Gubernatoribus, vel officialibus, & quibuſuis in feudum, ſeu vicariatum, aut alias quomodolibet conceſſis, & demum a quibuſcumque ordinarijs etiam extra ſtatum eccleſiæ, vt legitur in ipſius Auditoris facultatibus *n. 9. verſ. & quaſcumque,* conceſſis dicto die 14. Iunij, eſtque prædictarum appellationum iudex, etiam ſi ad ipſum vel ad Pontificem interponantur, omiſſis medijs, *vt ſcripſi quæſt. præced. n. 90. verſ. infero, & latius hac eadem quæſtio. ſupra ſub n. 99. verſ. declara. & infra ſub n. 125. verſ. extende, & verſ. declara primo.*

Ad primam oppoſitionem reſp. quod in exemplificatione loquutus ſum in terminis pragmaticæ; quæ, an ſeruetur, vel non, remitto me ad practicos illius fori.

Ad ſecundam oppoſitionem reſp. concedendo omnia, ſed cum diſtinctione: Aut enim loquimur de appellatione, prout eſt vltimus recurſus aduerſus iniuſtitiam, quam ſubditus non poteſt amplius reparare apud iudices & magiſtratus feudatarij: & tunc ſine dubio poteſt recurri, & appellari ad Papam non ſolum a feudatario eccleſiæ, ſed a quouis alio etiam non feudatario, & cuiuſuis etiam imperialis dignitatis exiſtat, *vt retuli & ſequutus ſum infra quæſt. 16. lim... & q. præced. num. 74.* Siue ergo Rex habeat ex natura rei conceſſæ, ſiue ex iure conceſſionis, ſiue ex iure conſuetudinario, & præſcriptionis, ſiue quomodo facultatem cognoſcendi cauſas in omni inſtantia, tamen apud Papam ſemper remanet ſuperior poteſtas, & iſto caſu procedunt adducta in oppoſitione, quæ veriſſima ſunt: Aut loquimur de appellatione, prout non eſt vltimus recurſus, quia ſubditus non tentauerit omnes vias iuridicas ad conſequendam iuſtitiam: & iſto caſu Papa non intendit præiudicare iuriſdictioni Regis, *iuxta ea, quæ ſcripſi q. præced. n. 74. & in ſpecie n. 76. & infra ſub n. 125. ver. reſpondeo,* & ita procedit exemplificatio; quod ſi officiales Regij non contenti hac veriſſima diſtinctione, maiorem exerceant iuriſdictionem, id non iure facerent, ſed de facto, ſecundum quod iſti reges nolunt recognoſcere ſuperiorem in temporalibus, *iuxta ea quæ ſcripſi ſupra l. 1. c. 16. n. 3. & infra q. 16. limit. 5. n. 1. & ſeqq.*

113 Exemplifica II. eandem concluſionem in aliquibus Baronibus intra ſtatum Eccleſiaſticum, qui cognoſcunt primas, & vlteriores cauſas vaſſallorum, ſed an de iure, vel de facto cognoſcant recurrendum eſt ad tenorem inueſtiturarum, quia, niſi eis ſpecialiter conceſſa ſit iuriſdictio in cauſis appellationum; prout eſt conceſſa aliquibus Baronibus Regijs in prouincia Aprutij, quorum memini *ſupra lib. 1. c. 66. ſub n. 5.* non poſſunt eas cognoſcere, per ea quæ retuli, & ſequutus ſum *infra n. 115. & 116.*

114 Reſtringe declarando hanc exemplificationem, vt quamuis Baro Sedis Apoſtolicæ habeat merum, & mixtum imperium, & cognitionem cauſarum etiam in ſecunda, & tertia inſtantia, tamen vaſallus appellans poteſt via ordinaria, omiſſo

Digitized by Google

omiſſo medio, recurrere ad And.Cam. *& ſcripſi iaſr.ſub num.125.verſ.extende*, & poteſt etiam recurrere ad Signaturam, quæ det ſibi iudicem appellationis, ſed Baro poſtea occulto odio proſequitur vaſallum, vt contra nõnullos Barones Regni, qui carcerant ſubditos appellantes, ad regia tribunalia, notat Capic. *deciſ.130. primum dubium, ſub num.10.*

115 Dubium incidenter occurrit circa prædictas duas exẽplificationes, quando cenſeatur conceſſa iuriſdictio tam primarum cauſarum, quam ſecundarum, & tertiarum.

Reſp. diſtinguendo quinque caſus.

Primus caſus eſt; quando conceditur ſola iuriſdictio; & tunc cenſentur conceſſæ ſolum cauſę in prima inſtantia, *iuxta ea quæ ſcripſi ſupra lib.2. c.66.nu.5.* vbi videas.

116 Secundus eſt; quando conceditur feudum cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, & dico idem, quia intelliguntur conceſſæ ſolum primæ cauſſæ, ideſt, cognitio cauſarum in prima inſtantia, *Natt.conſil.500.primo quæritur, in fine, nu.25. Rol.à Vall.conſ.75 in iſto ſub n.14.verſ.hic tamen, & n.15.l.3. Crauet conſ. 209.illuſtriſſimus; nu.9.* quos reprobantes Iaſonem, conſulentem contrarium, refert & ſequitur Becc. *in addit. ad ipſum Iaſ. conſ.161 circa primum in princip.lib.2.* quibus adde Iacob. de S.Georg. & Couar. quos retuli & ſequutus ſum *ſup.ſub nu.103.verſ.contraria opin.* vbi videas.

117 Tertius eſt, quando conceditur feudum cum ampliſſimis clauſulis, & facultatibus, ſed tamen concedens reſeruat ſibi ius appellationis; ſeu reſeruat ſibi altum dominium, & tunc videtur ſibi reſeruaſſe vltimam appellationem, & ius ſuperioritatis, ſicut Rex Franciæ in Ducatu Flandriæ, *vt receaſet Rebuff.tract.de appell.in præfat.num.78.tom.3.fol.481.*

118 Quartus caſus eſt, quando nominatim eſt conceſſa iuriſdictio ſecundarum cauſarum, ſeu etiam tertiarum cauſarum, & iſto caſu dico, nos eſſe in claris, *per ea quæ ſcripſi d.cap.66.ſub n.5.verſ.ſi vero.*

119 Quintus caſus eſt, quando in iuriſdictione non recognoſcit ſuperiorem, vel habet iure proprio, & in perpetuum dignitatem, & adminiſtrationem, & iſto caſu dico, quod poteſt cognoſcere tam primas, quam ſecundas, & tertias cauſas, *iuxta ea quæ retuli, & ſequutus ſum infra q.16.limit.1.nu.112.*

120 A poteſtate ſeu iudice, qui cognouit primas cauſas, ſi non eſt aliter prouiſum de iudice appellationis, appellabitur ad Superiorem, qui ipſum Poteſtatem, ſeu officialem elegit, quia talis dicitur proximus ſuperior, *Franch. in rubr.ſub nu.35.verſ.6. & vlt.de appell.*

Sed hoc debet intelligi vt procedat, quando is, qui poteſtatem elegit; non habet alium ſuperiorem, vt puta in Republica Lucenſi, vbi illius Conſilium generale eligit poteſtatem, dico, quod ſi in illa Rep. à ſententia Poteſtatis non eſſet aliquo caſu prouiſum de Iudice appellationis, appellandum eſſet à Poteſtate ad Conſilium generale, & ideo, ſi poteſtas iudicauerit in cauſſa inapellabili, & pars aliqua prætendat iniuſtitiam, nõ poteſt illa pars recurrere ad alium, quam ad ipſam Remp. & ſic ad Conſilium generale, quod repræſentando Rempublicam, elegit Poteſtatem.

A Iudice ordinario, electo à Populo, & confirmato à Domino appellatur ad ipſum Dominum, quia licet iudex habeat iuriſdictionem à Domino confirmante, tamen non eſt omnino idem tribunal Domini & iudicis, cum non conſtituatur libere à Domino, ſed tantum ab eo cõfirmetur, poſtquam fuerit à Populo electus, & conuenit admodum, quod appelletur ad Dominum, vt ipſe aliquã vel primam, vel ſecũdam cauſarum cognitionem habeat, alioquin eſſet iuriſdictio penes ipſum ſine vſu præſertim libero *Couarr.pract.qq.cap.4.ſub num.6.verſ.ſecunda concluſio, fol.433.*

A Paribus Curiæ ſiue Domino in cauſſa feudali appellatur ad proximiorem Dominum ſuperiorẽ illius feudi, & ab iſto proximiore ſuperiore appellatur ad alium proximiorem ſuperiorẽ, & ab iſto appellatur vltimo ad Imperatorem, *Iacob.de S.Geor.tract.de feud. verſus finem, in verbo. & dicti vaſalli pro dictis rebus, ſub n.36.tom.10.par.1.fol.223.* & eſſe communi * concluſionem teſtatur, & ſequitur Curt.Iun. *tract.de feud.in 7. & vlt.par.princ.q.11.n.31.to.10.par.2.fol.92.* quem refert, & ſequitur Clar. *lib.4. recept.ſentent.§.feudum, qu.90.in fine.*

Aduerte tamen, quod iſte ordo appellãdi vltimo loco ad imperatorem habet locum in feudis imperialibus, ſecus ſi ſit feudum eccleſię, quia appellaretur vltimo loco ad Sanctam Sedem Apoſtolicam.

Cęterum an, & quando Dominus feudi, quando ordinarius, & quando pares Curiæ iudicent in cauſa feudali, vide Canoniſtas *in c.5. cæterum vbi præſertim Dec.nu.42. & ſeqq.de iud. Fran.Soaſb.trac.ad vſus feud.par.14.n.1. & ſeqq.to.10.par.2.fol.160. Minſing.in ſing.obſeru.cent.1.obſ.penul.99.per totam, & cent.4.obſer.89. notam per totã, & late, & ordinate Curt.Iun.d.tr.de feud.in 7. & vl.par.princ.n.1. & ſeq.to.10.par.2.fol.90.* & vide, quæ ſcripſi *ſup.n.92.*

A capitulo, ideſt à geſtis in capitulo appellatur cum diſtinctione: Aut enim in capitulo interuenit pręſes, ſeu Pręlatus, vti pręſes: & tunc certum eſt, quod non poteſt appellari, niſi ad ſuperiorem illius Pręſidis; & ideo, ſi Epiſcopus interuenerit in capitulo vti Epiſcopus non poteſt appellari ad ipſum Epiſcopum, ſed debet appellari ad ſuperiorem Epiſcopi, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n.60.* & ideo à concilio prouinciali, in quo interuenerit Archiepiſcopus vti Archiepiſcopus, appellatur ad Papã, vti ſuperiorem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num.100.* & à concilio generali, in quo interuenit Papa, non poteſt appellari, quia Papa non habet ſuperiorem *iuxta ea, quæ ſcripſi ſub d.num.100. verſ.limita primo.* Aut in capitulo interuenit præſes ſeu Pręlatus, non vti Prælatus, & tunc appellatur ad Pręlatum, ſeu pręſidem illius capituli, & ideo, ſi Epiſcopus interuenerit in capitulo vti Canonicus, appellari poterit ad ipſum Epiſcopum, *vt retuli, & ſequutus ſum ſub d.num 60.* & ſimiliter, ſi Archiepiſcopus interuenerit in concilio prouinciali, vti Archiepiſcopus, & poſtea euaſerit Papa, poterit ad ipſum vti Papam appellari.

Quando Epiſcopus, ſeu alius præſes dicatur interueniſſe vti præſes, ſicque vti caput, & quando non vti pręſes, ſed vti membrum, cognoſcitur ex ſede, & ſubſcriptione: nam ſi ſederit in prima ſede, ſeque ſubſcripſerit primo loco, dicetur interueniſſe vti preſes, & caput, ſecus ſi non ſederit in prima ſede, ſeque non ſubſcripſerit primo loco, quare ſi Epiſcopus ſedet, & ſubſcribit poſt Archidiaconum, dicetur interueniſſe vti Canonicus, *Gloſ.in c.11.à collatione, in verbo.prælat.de appell. in 6.* quod ſi non appareat de ordine, quo ſederit, & actus fuerit celebratus ſine ſcriptura, tunc in dubio præſumitur interueniſſe, vti caput, *Gloſ.vbi ſupra, & Greg.Toloſ.tract. de appell. libr.4. cap.2.nu.6.verſ.præſumitur, fol.373.*

121 A Rectore alicuius collegij, vel artis appellatur ad illũ, cui tale collegium eſt ſubiectum, puta ad Poteſtatem ipſius loci, quia iſta collegia, & eorum rectores ſunt ſubiecta ordinarijs locorum, & ad eorum libitum poſſunt deſtrui, ſicut etiam à principio poſſunt prohiberi, ne fiant, *Franch.in rub.n.36.q.2.Card.Alex.nu.52.verſ. ſed quid de ſententijs, & Dec.n.46.q.6.de appell.* & quod a collegio, & rectore collegij poſſit appellari, refert, & ſequitur Roginell. *tract de appell.§.2 cap.3.nu.57.*

122 Aduerte quod ſi collegium eſt mere ſeculare, puta mercatorum, & aliorum artificum, & eorum rector eſt ſecularis, tunc appelletur ad ſuperiorem ſeculatẽ, *Franch. & Card.Alex.vbi ſupra.*

Digitized by Google

123 Quod ſi collegium eſt eccleſiaſticum, & ſimiliter rector eſt eccleſiaſticus, tunc debet appellari ad immediatum ſuperiorem Eccleſiaſticum, *Franch. & Car. Alex. vbi ſupra*.

124 Si vero collegium eſt mixtum laicorum, & clericorum, puta ſi appelletur a Rectore ſcholarium: iſto caſu, ſi pro maiori parte ſunt clerici, eſſet appellandum ad Epiſcopum indiſtincte: ſed ſi pro maiori parte ſunt laici, tunc ſi rector eſt clericus, & iudicat de clerico, & debet appellari ad Epiſcopum, cum is rector iudicet, vt eccleſiaſticus, ex quo aliter in clericum non datur iuriſdictio: ſed ſi iudicat de laico, tunc debet appellari ad Poteſtatem, quia licet ipſe rector ſit clericus, tamen iſto caſu iudicat vt laicus, & tanquam rector collegij ſecularis. *Franch. d. rubr. ſub n. 36. quaſt. 2. ibi aliquando collegium eſt mixtum*, & *Card. Alexan. ſub n. 52. verſ. aut vero in eis de appell.* Sed Spec. *in tit. de execut. ſent. §. nunc dicendum eſt. n. 12. verſ. ſed nunquid lib. 2. fol. 179.* reciſius, & imperfecte ait, quod appellatur ad defenſionem ciuitatis, ſi litigatores ſunt laici, ſi vero clerici, ad Epiſcopum.

Nota obiter dum dixi, a Rectore ſcholarium appellari ad Epiſcopum, vel ad laicum iuxta relatam diſtinctionem; quod rector ſcholarium, eſt iudex competens ſcholarium, *auth. habita, verſus finem C. ne fil. pro patr.* quæ auth. eſt canonizata in priuilegium ſcholarium profitentiũ in almo Vrbis gymnaſio a Bonif. VIII. octauo idus Iunij anno 1303. & loco Epiſcopi eſt declaratus Vicarius Romani Pontificis, & ideo ceſſat diſputatio, quam facit Abb. *in qq. q. 6. Gandulphus ſub num. 1.* dum arguit, quod ſcholares non poſſint facere vniuerſitatem, & conſequenter non poſſint de iure communi habere rectorem; & an rector ſit comprehenſus in d. auth. *habita* non diſputo; tu poteris videre Abb. *d. q. 6. ſub n. 7. verſ. ego vero pro deciſione*.

Nota etiam, quod rector nõ eſt iudex ſcholarium priuatiue quoad alios, ſed cumulatiue ad electionem ſcholaris, qui poteſt etiam conuentus eligere vel dominum, vel magiſtrum ſuum, vel epiſcopum ciuitatis; *vt in d. auth. habita.* Super hoc notabili vide, quæ late ſcribit Hor. *Lut. tract. de priuil. ſchol. priuil. 65. & ſeqq. tom. 18 fol. 82.*

Declara etiam, dum dixi, a rectore eſſe appellandum ad Epiſcopum, vel ad laicum, vt ſcholaris poſſit appellare, etiam omiſſo medio, *vt retuli, & ſequutus ſum q. præced. n. 102. lim. 10.*

ARTICVLVS V.

125 AD quintum articulum; *Ad quos appelletur a ſententijs, latis a iudicibus ordinarijs locorum ſtatus eccleſiaſtici, immediate Sedi Apoſtolicæ ſubiecti.*

Vt ſatisfaciam huic articulo, conſtituo tres concluſiones.

Primo igitur concludo, quod a iudicibus eccleſiaſticis appellatur gradatim ad ſuperiores eo ordine, de quo egi *ſupra num. 52. & ſeqq.* cum limitatione, & declarationibus, quas poſui ſupra *ſub n. 99. verſ. lim. & veſ. ſeqq.* ille enim ordo eſt generalis, & obſeruandus in ſingulis prouincijs, dominijs, ducatibus, regnis, & in toto mundo, vbi ſunt iuriſdictiones eccleſiaſticæ, & propterea in primis eſt obſeruandus in ſtatu & dominio temporali eccleſiæ.

Secundo concludo, quod a iudicibus ſecularibus ſtatus eccleſiaſtici, immediate temporali Eccleſiæ dominio ſubiecti, appellatur gradatim ad ſuperiores, & ideo a Prætoribus, Commiſſarijs, Locatenentibus, & ſimilibus iudicibus Caſtrorum, Terrarum & Ciuitatum appellatur ad proprios Gubernatores Prouinciæ, ad Vicelegatos, Legatos, Rotas, & ad Sacram Conſultam iuxta tenorem priuilegiorum; indultorum, facultatum, literarum, & breuium apoſtolicorum, de quibus priuilegijs, ſeu indultis apoſtolicis meminit Sixtus V. in conſtitutione rotali prouinciæ Marchiæ, prout legitur *in d. conſtitutione ſub n. 17. verſ. totius vero.* & conſequenter de iudicibus appellationum non poteſt dari certior doctrina, ex quo priuilegia, ſeu indulta ſunt diuerſa; & facultates prædictæ poſſunt augeri, diminui, & alterari ad beneplacitum ipſius Papæ; quare in caſu occurrenti neceſſe eſt, vt ad ea recurramus.

Tertio concludo, quod ab iiſdem omnibus iudicibus ſtatus eccleſiaſtici, etiam ſi ſint Legati Sedis Apoſtolicæ, poteſt appellari etiam ad Aud. Cam. quia appellationes, quæ extra Curiam a quibusvis iudicibus interponantur ad Sedem Apoſtolicam, deuoluuntur ad ipſum Audit. Cam. iuxta eius facultates, a me citatas *ſupra ſub num. 16. verſ. ſubextende & num. 122. & quæſt. præce. n. 90. verſ. infero*, & ſcripſit etiam Veſtr. *in prax. lib. 2. c. 4. ſub n. 4.* quem retuli, & ſequutus *ſum ſupra lib. 1. c. 22. n. 2.* ſed ad Papam poteſt ab omnibus, etiam omiſſis medijs, appellari; Ergo & ad Auditorem Cameræ.

Contra hanc concluſionem in eo, quod dicimus, appellationes, interpoſitas ad Papam, deuolui ad Auditorẽ Cam. tenet. Rot. *deciſ. 42. alias 336. ſi a iudice de appell. in nou.* dicens, quod ſi a iudice in Campania appellatur ad Papam, vel eius officiales, Auditor Cameræ ſine ſpeciali commiſſione non poteſt ſe intromittere, quia Auditor Cameræ non eſt Auditor, neque officialis Papę, ſed Auditor Cameræ, & Camerarij, & quemadmodum, inquit, Camerarius de eiuſmodi cauſſis, per appellationem ad Curiam deuolutis, non poteſt ſe intromittere, ita neque eius Auditor.

Non diſcedas a concluſione, quia facultates Auditoris Cameræ ſunt claræ, & inficiunt illam deciſionem, quæ poterat procedere quando Auditor Cameræ non habebat iſtas facultates; *prout notauit etiam Veſtr. d. lib. 2. c. 4. ſub n. 4.* facultates enim Auditoris Cameræ in dies auctas eſſe teſtatur Mandoſ. *tract. de inhibit. q. 93. nu. 2. tom. 5. fol. 107.* & dixi *ſupra lib. 1. c. 22. n. 4.*

Extende eandem concluſionem, vt ad Auditorem Cameræ poſſit appellari, etiam omiſſis medijs, *vt ſcripſi dict. quæſt. præced. num. 90. & ſupra dictis num. 99. verſ. & declara & num. 112.* & ratio eſt euidens, quia Papa conſtituit Auditorem Cameræ iudicem appellationum, interponendarũ ad Sedem Apoſtolicam, ſeu ad ipſum Papam, vt in ciuitatis facultatibus, ſed ad ipſum Papam, poteſt appellari, omiſſo medio, vt late proſequutus ſum, & declaraui *q. præced. lim. 4. n. 46. & ſeqq.* ergo ad ipſum Auditorem Cameræ.

Contra iſtam extenſionem facit, quia priuilegium datum iudicio ordinario, non tranſit in eius ſubſtitutum; quare licet a ſententia iudicis ordinarij non poſſit appellari, tamen poteſt appellari a ſententia ſui vicarij, ſeu ſubſtituti, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 56. verſ. quinto quia*. Sic in propoſito licet Auditor Cameræ ſit ſubſtitutus, & quaſi vicarius appellationum, interponendarum ad Papam, tamen Papa habet hanc præeminentiam vt poſſit ad ſe appellari, omiſſis medijs; Ergo iſta pręeminentia non cenſetur tranſlata in Auditorem Cameræ.

Non diſcedas ab extenſione, quæ practicatur quotidie ſine vlla controuerſia, & clare colligitur ex ipſis facultatibus, dum in eis conſtituitur iudex appellationum etiam a ſententijs delegatorum, quia cum non appelletur ad delegantem, omittitur medius.

Subextende I. eandem extenſionem, vt procedat etiãſi iudices medij, id eſt, ij, a quibus deputati ſunt, vel loca ipſa, in quibus iudicant, vt puta, Barones, Domicelli, feudatarij, Communitates, & Vniuerſitates ſtatus eccleſiaſtici haberent indulta, ſeu priuilegia cognoſcendi ſecundas cauſſas, quia adhuc poſſet appellari ad Auditorem

Cameræ

Digitized by Google

Cameræ, his medijs omiſſis, ex quo his omnibus priuilegijs, & indultis derogat Papa in facultatibus Auditoris Cameræ *ſub nu.35. verſ. non obſtantib.* conceſſis de anno 1590. pridie idus Decembris, & adde quæ ſcripſi *q. præced. n.54. & 90.*

Oppono contra hanc ſubextenſionem: quia Papa non intendit præiudicare iuriſdictioni ordinariorum, per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *q. præced. numero 74. & 75.* & propterea, appellato inſtante, ſolet remittere cauſam ad iudicem mediatum, vt retuli & ſequutus ſum *eadem, q. præced. num.83.* & Signatura commiſſiones appellationum, interpoſitarum à iudicibus extra ſtatum Eccleſiaſticum, ſolet de medio tollere, *vt ſcripſi ead. q. præced. nu. 34.* Ergo autem non poteſt appellari ad Auditorem Cam. omiſſo medio, aut ſaltem cauſa eſt remittenda ad mediatum.

Reſp. huic oppoſitioni, quod nos ſumus in caſu, in quo conſtat expreſſe de intentione Papæ; ad quem cum poſſit appellari, omiſſo medio, vt retuli, & ſequutus ſum *d. quæſt. præced. num.46. & 47.* nemini iniuriam facit, ſi ſuo iure vtatur, præſertim ad noſtram vtilitatem, *per ea quæ ſcripſi d. num.47.* & licet non ſoleat remittere cauſam appellationis, interpoſitæ intra ſtatum Eccleſiaſticum, & introductæ coram Audit. Cameræ, vt etiam teſtatus ſum *d. quæſt. præced. num. 91.* & ſolet de medio tollere commiſſiones appellationum interpoſitarum in locis extra ſtatum Eccleſiaſticum, *vt ſcripſi eadem q. præced. num.34.* etiam ſi illa loca ſint feudalia ſedis Apoſtolicæ, *vt dixi ead. q. præced. nu.76.* ſicque ſoleat diuerſo iure vti; tamen ratio huius diuerſitatis eſt, quia ipſe intra ſtatum Eccleſiaſticum exercet iuriſdictionem temporalem immediate, & minus mediate, quam extra dictum ſtatum: Vnde in re magis propria, & ſuæ adminiſtrationi magis ſeruata poteſt facilius, & ſolet intentius prouidere, quam in re, cuius curam alteri ſtrictioribus forſan pactis, & inueſtituris commiſit: Vlterius huius diuerſitatis ratio non eſt ſolicite quærenda, tum quia Papa non mouetur, niſi ex cauſa, vt retuli, & ſequutus ſum *quæſt. præced. ſub num.75.* tum quia, cum Papa habeat iuriſdictionem in adminiſtranda iuſtitia, quantumuis iuriſdictio alteri ſit conceſſa, iuxta ea, quæ ſcripſi *ſupra n.111. in ſecunda oppoſitione, & n.112.* non facit præiudicium ſi non dat, quod non tenetur dare.

Subextende II. vt procedat etiam in appellationibus à ſententijs, latis iudicibus Terrarum Populi Romani, quia etſi Statuta Vrbis *lib.1.c.15. & c.188. de appellationibus ſubditorum, &c.* mandent, ob illis ſententijs appellari, recurri & dici de nullitate dictarum ſententiarum ad Conſeruatores Vrbis nihilominus, cum facultates Auditoris Cameræ habeant clauſulam derogatoriam ſtatutis Vrbis, poterit appellari etiam ad Auditorem Cameræ, omiſſis Conſeruatoribus.

126 Reſtringe I. eandem concluſionem, vt non procedat in caſu, qui eſſet de vniuerſitate cauſarum, delegatarum alicui iudici priuatiue quoad alios, quia tunc ſi coram alio procederetur non appellabitur ad Auditorem Cameræ, ſed patebit aditus ad ipſum delegatum vniuerſitatis cauſarum; qui iuxta ſuas facultates poterit ad partis inſtantiam inhibere, & reaſſumere cauſam tam extra Curiam quam in Curia: Et qui ſint in Vrbe illi delegati ad vniuerſitatem cauſarum, & quam habeant iuriſdictionem, tu ex cuiuſque proprijs impreſſis facultatibus in caſu occurrenti facile cognoſces.

Reſtringe II. vt non procedat in appellationibus à iudicibus ſecularibus extra ſtatum Eccleſiaſticum, quia Papa non ſolet eas recipere, per ea quæ ſcripſi *ſupra verſ. reſpondeo*, niſi in caſu, quo eſſet in eo loco clauſus locus iuſtitiæ, *vt dixi ſupra ſub num.112. verſus finem, & in locis ibidem citatis*,

Reſtringe III. vt non procedat in cauſſis matrimonialibus, & beneficialibus, quia Auditor Cameræ ex ordinaria iuriſdictione eas non poteſt cognoſcere, & ideo ad eum neque gradatim, neque non gradatim poteſt in illis appellari ſed ſolum ad ipſum Papam, qui illas deleget, *vt ſcripſi ſupr ſub n.99. verſ. ſubdeclara.*

ARTICVLVS VI.

127 AD Sextum articulum: *Ad quos appelletur à ſententijs, latis à iudicibus Romanæ Curiæ.*

Priuſquam ſatisfaciam huic articulo non deſinam in veſtram redigere memoriam, quod in Curia Romana extant non ſolum quam plures iudices, ſed etiam quod eorum iuriſdictio quandoque mutatur, & alteratur, iuxta ea, quæ, loquendo de iuriſdictione Auditoris Cam. ſcripſi *ſupra ſub nu.125. verſ. non diſcedas*, quod cum ita ſit hunc proſequar articulum iuxta moderniores facultates, & iuriſdictiones iudicum.

128 A mareſcalli Vrbis iudice, quem vocamus *Iudicem Curiæ Sabellorum*, appellatur ad Auditorem Cameræ, veluti ordinarium appellationum dictæ Curiæ, vt ſcribit Veſtr. *in prax lib.2.c.14 ſub num.1.* quem retuli & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.28.* Et ratio eſt, quia iſte iudex Curiæ Sabellorum eſt iudex ordinarius inferioris ordinis ſequentium Romanam Curiam non exemptorum, ſed humilioris conditionis, ſicut enarrat Veſtr. *d.lib.2.c.14. num.2.c.4. ſub num.4.* & quod iſte iudex Curiæ Sabellorum ſit iudex ordinarius, ſcribunt etiam Gloſſ. Spec. & Vant. quos retuli, & ſequutus ſum *infra q.19. rem.1. concl. 6. nu.79. verſ. confirmatur*, & Auditor Cameræ eſt iudex ordinarius ſuperior Curialium; merito ab illo inferiore appellatur ad Aud. Cam. qui eſt ſuperior, *Veſtr. d.c.14. n.1. in vltimis verbis*, hæc eſt certa concluſio.

Confirmatur hodie hæc concluſio ex facultatibus Auditoris Cameræ, conceſſis in forma literarum a Gregor. XIV. *nu.9. verſ. & quaſcunque*, & à me ſæpe citatis *ſupra ſub nu.16. verſ. ſubextende, & nu.112.* in quibus Auditor Cameræ conſtituitur iudex omnium appellationum à iudicibus ordinarijs in Curia, exceptis Vicario Gubernatore, & Senatore.

Aduerte obiter, quod Camerarius, & Camera ipſa Apoſtolica, quæ eſt iudex ordinarius, non eſt de exceptis in dictis facultatibus, quia eo ipſo, quod Auditor Cameræ dicitur Auditor Cameræ, non poteſt Camera comprehendi inter iudices ordinarios, à quibus poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, quia eſſet appellare ab inferiore ad ſuperiorem, *vt latius ſcripſi infra ſub n.152. verſ. facilis.*

Ab eodem iudice Curiæ Sabellorum appellatur etiam ad Gubernatorem Vrbis, quia Gubernator in illis appellationibus de facto ſe intromittit, *vt ſcribit Veſtr. d. lib. 2.c.14. ſub n.2.* quem conciſe retuli, & ſequutus ſum etiam *ſupra lib.1.c.28.*

A Soldani Romanæ Curiæ iudicem, quem Iudicem Turris nonæ vocamus, appellatur ad Gubernatorem Vrbis, *vt enarrat Veſtr. in prax. lib.2.c.15. ſub n.1.*

Ab eodem Iudice Turris nonæ poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, quia eſt iudex appellationum à iudicibus ordinarijs in Curia, vt in eius facultatibus quas citaui *ſupra verſic. confirmatur.*

129 A Ripæ & Ripettæ iudice appellatur ad Præſidem pro tempore dictæ Ripæ, & Ripettæ, & duæ ſententiæ faciunt rem iudicatam, vt diſponitur in motu proprio Papæ Pauli III. *poſtquam regiſtrato lib.5. diuerſorum Pauli III. fol.118.*

Ratio eſt, quia Iudex Ripæ, & Ripettæ eſt iudex Camerarius, & ordinarius cauſſarum Ripalium, & eius iuriſdictio habet multa priuilegia, conceſſa inter alios Pontifices

tifices

Digitized by Google

ſiaſticis ciuilem,& ſecularem,temporalem ve iuriſdictionem,habentibus,ad Regem ipſum procedetur, & appellandum ſit, *vt ſcribit Couar.pract.qq.c.4.n.2. verſ.hinc factum eſt,fol.430.& 431.*

96 Extende hanc reſtrictionem, vt procedat etiamſi in Prælatum eſſet translata tota iuriſdictio temporalis vtcumque libere, abſque iure feudi, & feudalis recognitionis, quia adhuc appellabitur ad Regem, *per ea,quæ cenſet Couar.d.c.4.ſub n.22. fol.431.* ſicque ſubdeclaratio,poſita ſupra *n.91.* non ſeruatur in Hiſpania.

Caſtra, & Terræ cum vaſallis, quæ poſſidentur per Prælatos Eccleſiaſticos,an præſumantur ipſo iure feudalia,vel libera, vide Carau.*ſuper rit.52.not.4.n.5.*

Quando a ſententia Epiſcopi poſſit appellari ad Concilium Prouinciale,vide textum *in c.60.conſtitutum,16.q.1.* & Card.Alex.*in rub.n.34.verſ.ſed quid de ſententia epiſcopi,de appell.*

Reliqua, quæ ad Archiepiſcopi iuriſdictionem pertinent in cauſis, in quibus ab Epiſcopi ſententia eſt appellatum, vel dictum de nullitate, ſeu petita eſt reſtitutio in integrum,habes *infra queſt.19.remed.1.& 2.*

97 Ab Archiepiſcopo appellatur ad Primatem, *Spec. tit. appel.§.nunc tractemus, in princ.lib.2. fol.188. Card. Iacobat.tract.de concil.lib.1.art.1. ſub n.255. verſus finem,tom. 13 part.1.fol.204. & Greg.Toloſ.tract. de appell.lib.4. c.2. ſub nu.2. verſ.ab epiſcopis,* dicitur enim primas, quaſi primus præſidens, *Card.Iacobat.d.n.255.in fine,* ſeu dicuntur Primates,quia tenent primas ſedes,*Card.Iacobat.d.art.1. num.256.*

Vel ab Archiepiſcopo appellatur ad Patriarcham, quia Patriacha eſt gradatim ſupra Archiepiſcopũ, *Card. Alex.in rub.nu.20.in fine,de appell.* dicitur enim Patriarcha ab archo,id eſt,princeps patrum, *Card.Iacobat.d.art. 1.n.163.& Andr.Gamb.tract.de leg.de lat.lib.2.cap.de varijs ordinarium nominibus.num.11.tom.13.part.2.fol.156.*

* & hæc eſt communis * concluſio, quod Patriarcha ſit ſupra Archiepiſcopum, vt oſtendi *infra ſub n.99.verſ.quod ſi velimus,*& conſequenter ab Archiepiſcopo appellatur ad Patriarcham, ſeu Primatem, ſumendo promiſcue vnum pro altero.

Intellige vt appelletur ad Primatem,ſeu Patriarcham, cui ſit ſubiectus ille Archiepiſcopus,alias ſi non extet Patriarcha, cui ſit ſubiectus ille Archiepiſcopus, appellabitur ad Papam,*ſecundum Greg.Toloſ d.c.2.ſub n.2.*

98 Reſtringe eandem concluſionem, vt non procedat, quando Archiepiſcopus procederet ſimul auctoritate ordinaria, & apoſtolica, quia tunc non appellaretur ad Primatem,ſed ad Papam,*Spec.d.§ nunc tractemus,num.2. verſ.quid ſi,*minor enim iuriſdictio cedit maiori.

Declara I.eandem concluſionem,vt Primas,ad quem dicimus appellari a ſententia Archiepiſcopi, ſit idem, quod Patriarcha; & in iſtis terminis ſunt intelligendi Spec.Panuin.& Card. Iacob.quos retuli, & ſequutus ſum *ſub n.ſeq.verſic.neque tollitur,*dum ſcribunt,quod Patriarcha,& Primas idem ſunt.

Declara II.vt Patriarchæ,& Primates,ad quos dicimus poſſe appellari a ſententia Archiepiſcopi, reſtringantur ad quatuor tantum Patriarchas, videlicet, ad Conſtantinopolitanum,Alexandrinum,Antiochenum,& Hieroſolymitanum;quare alij Patriarchæ,qui ſunt Archiepiſcopi primates non comprehenduntur in terminis huius concluſionis;de quibus Patriarchis,& Primatibus vide *ſub n. ſeq.verſ.quod ſi velimus.*

Declara III. pro maiori intelligentia, vt Archiepiſcopus exerceat iuriſdictionem archiepiſcopalem non ſolũ in ſecundis cauſſis,quæ ad ipſum deuoluuntur per viam appellationis a ſententijs, latis ab eius Suffraganeis inter ſubditos ipſorum Suffraganeorum, *iuxta ea,quæ ſcribunt Spec.Abb.Gemin.& Franch. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.86.* ſed exerceat iuriſdictionem etiam in primis cauſſis, ciuilibus tamen, in quibus Suffraganei non ſunt iudices, ſed ſunt partes; hancque iuriſdictionem exercet, adhibitis ſuæ ſynodi Epiſcopis, *ad textum in §.ſi quis vero. Auth.de ſanctiſſ. epiſc. coll. 9. quod notaunt Lel. Iord. tract.de Rom.ſed erig.c.13.& vlt.n.7.tom.13.par.1. fol.18.* & a ſententia Archiepiſcopi, lata in cauſſa propria ſui Suffraganei, ſiue fuerit cauſſa de iuriſdictione ſiue de iure eccleſiæ, ſiue de alijs rebus appellatur ad beatiſſimum Patriarcham diœceſis, cuius ſententiæ eſt ſtandum ad textum *in d.§.ſi quis vero,*& notat Læl. Iord. *d.c.13.n.8.*& ſic à ſententia Archiepiſcopi appellatur ad Primatem, id eſt,Patriarcham, ſiue ſit ſententia ſecunda, lata in cauſſa appellationis inter ſubditos Suffraganei, ſiue ſit ſententia prima,lata inter Suffraganeum,& alium.

Contra iſtam declarationem vrget text. *in c.5. primates,in fine 2.q.1.* vbi habetur, quod ſi Primas iniuſte condemnauerit Epiſcopum, condemnatio retractabitur à Synodo;& aduerte, quod Primas in eo textu intelligitur de Archiepiſcopo,quia Primates,& Archiepiſcopi idem ſunt,vt ſcripſi *n.ſeq.verſ.quod ſi velimus,* ſicq;attento *d.c. primates,* ab Archiepiſcopi ſententia, lata contra Suffraganeum, non appellabitur ad Primatem,ſeu Patriarchã, ſed ad Synodum,& ita ſcribit Card.Iacobat.*tract.de concil.lib.10.art.1.ſub n.10.tom.13.p.1.fol.351.*

In hac contrarietate (quicquid diſpoſuerit Iuſtinianus Imperator *in citato §.ſi quis vero*; & quicquid colligatur ex *d.c. primates*) concludo, quod Archiepiſcopus indifferenter cognoſcit de cauſſa ciuili, etiam ſi ſubditus Epiſcopi conueniat Epiſcopum; nam debet eum conuenire coram Archiepiſcopo, *Abb.in cap.13.paſtoralis,ſub n.2.ibi,de cauſſa vero ciuili,de off.ordin.*& ab Archiepiſcopo appellabitur ad Patriarcham, *vt dixi n. præced.*

Secus eſt, ſi Epiſcopus ageret contra ſuum ſubditum, quia non decet, vt Epiſcopus conueniat eum coram Archiepiſcopo, cum Archiepiſcopus non ſit iudex ſubditorum Epiſcopi,neque Epiſcopus debet eſſe iudex in cauſſa propria, *Abb.vbi ſupra,*& ideo eligi debent arbitri auctoritate iuris, Abb. ibidem & ex Gemin.Franch.Socc. Maran.& Breder.retuli,& ſequutus ſum *q.præced.nu.107. limit.15.* & ab his arbitris appellabitur ad Papam, vt ex eiſdem retuli,& ſequutus ſum *eod. n.107.*

Secus etiam eſt in cauſſis criminalibus; quia eas non cognoſcit Archiepiſcopus; Aut enim agitur de delictis maioribus, pro quibus venit imponenda pœna depoſitionis;& tunc ſolus Papa cognoſcit, *Abb. d.c.paſtoralis, ſub num.2.verſ.nota primo, de offic.ordin.* & eſt diſpoſitum in Sacro Concil. Trident. *c.5.cauſſa criminales, ſeſſ.24. de reform.* quam cauſſarum criminalium cognitionem & punitionem, etiamſi in eis de enormibus criminibus,delictis, & exceſſibus quibuſcumque agatur commiſit Auditori Cameræ, qui iure ordinario poteſt procedere contra eos,dummodo monitoria contra Epiſcopos, vel eorum ſuperiores ad comparendum perſonaliter non decernat,niſi præuia commiſſione,manu Papæ ſignata,vt in modernioribus facultatibus,conceſſis Auditori Cameræ, *num.12.& 13.* Aut agitur de delictis paruis;& tunc adhuc non iudicat Archiepiſcopus,*vt ſcribit, Abb.vbi ſupra,* ſed iudicat Concilium Prouinciale, vt diſponitur in Concil. Tridentino ſupra citato, ad quod in iſto articulo recurras,& ad facultates,datas Auditori Cameræ.

Declara IV. vt Metropolitani,Epiſcopi,Primates,aut Patriarchæ in Suffraganeos non iudicent, niſi in caſibus, a iure expreſſis,& ita Sacra Congregatio Epiſcoporum, facta prius relatione Clementi VIII. ac de eiuſdem mandato viuæ vocis oraculo deſuper habito, declarauit de Anno 1600. die 13. Octobris.

99 A Primate appellatur ad Papam, & ſic gradatim,*Spec. tit.de appell.§.nunc tractemus,in principio,lib.2.fol.188. et*

Greg.

Digitized by Google

Greg.Toloſ.de appell.lib.4.c.2 ſub n.1.verſ.exemplum.

Contrariam opinionem: quod enim a Primate appellandum ſit ad Legatum,& non ad Papam; videtur aperte ſentire Card.Alex.*in rub.num.20.de appell.*dicens, appellandum eſſe gradatim , & Legatos eſſe ſupra Patriarcham,& ſic aperte innuit ſecundum ſua verba,quod a Patriarchá gradatim appellatur ad Legatum , & non ad Papam .

Neque tollitur contrarietas opinionum eo,quia Spec. loquatur in Primate, & Card. Alex. loquatur in Patriarcha; nam aduertendum eſt,quod Patriarchas , & primas idem ſunt,*Spec.tit.de diſpenſat.§.ſunt quoque, num.2. verſ. & nota,lib.1.fol.34.Panuin.tract.de off.& pot. cap.ſed vacan.prælud.6.num.12.tom.13.p.2.fol.412.& Card.Iacobat. tract.de concil.lib.1.art 1.ſub n.256.tom.13.p.1.fol.*204.& ideo ſtat contrarietas opinionum .

Quod ſi velimus, Primates differre à Patriarchis , tunc augeretur difficultas, quia Patriarchæ,proprie ſumpti ad differentiam Primatum,ſunt quatuor tantum, *vt ſcribunt Spec.d.§.ſunt quoque,ſub numer.2. verſ.& nota , fol.34.& Card.Iacobat.d.art.1.ſub num.256.* & dicuntur ſuperilluſtres,& ipſis maior debetur reuerentia,*Card.Iacob.vbi ſupra,*& hi quatuor Patriarchæ ſunt Conſtantinopolitanus, Alexandrinus,Antiochenus,& Hieroſolymitanus , *Spec. vbi ſupra,& Panuin.d.prælud.6.ſub n.12.tom.13.part.2.fol.* 412. Alij vero Patriarchæ dicuntur in proprie Patriarchæ,quia potius dicuntur Primates,vt Aquilegienſis,Venetiarum,Gradenſis,Toletanus,& alij, de quibus Panuin. *vbi ſupra,*& Card.Iacobat.*dict.art.1.n.257.& ſeqq.* & hi dicuntur ſolum illuſtres,& ſunt minoris dignitatis , *Card. Iacob.eod.art.1.n.256.verſus finem* , & ad hos non poteſt appellari,omiſſo medio, *Card.Iacob.d.art.1.ſub n.259.fol.* 204.& hi Primates ſunt Archiepiſcopi; Primas enim in Italia eſt Archiepiſcopus Piſanus , in Vngaria Archiepiſcopus Strigonienſis, in Alemania Archiepiſcopus Magdeburgenſis, in Hiſpania Archiepiſcopus Toletanus, in Francia Vienenſis,& alij,de quibus Panuin. *dict. prælud. 6.num.13.in verbo,ſunt etiam primates* , & Card.Iacob.*d. lib.1.art.1.num 260.fol* 204.& ideo idem Iacobat.*eod.art. 1.ſub num.256.* loquitur,non ponendo differentiam inter Primates,& Archiepiſcopos: Igitur ſi ſumamus Primates proprie,tantum abeſt,vt ab ipſis appelletur ad Papam,vt potius dicendum eſſet , quod ab ipſis appelletur ad Patriarchas;& ſic ad inferiorem Legato.Cogita .

A Legato appellatur ad Papam,*Card.Alex.in rub.n.38. verſic.quid modo de legatis,de appell.& Greg.Toloſ. in trac. de appell.lib.4.c 13.ſub n.16.verſic & regulariter*, quia Legato Papæ nullus eſt ſuperior,niſi Papa,*idem Greg. Toloſ. dict.c.12.ſub n.16.*

In Gallia ad quem appelletur quando legatus abutitur poteſtate,vide Greg.Toloſ.*d.cap.12.num.17.verſ.in Gallia,* ſed eius dictum non approbo,niſi cum inſpectione, quam ſcripſi *infra n.100.in fine verſic.verum* .

Non eſt hic diſputandum , an a ſententia Legati Papæ poſſit appellari , quia poſſe appellari ſatis ex his conſtat , & firmaui *infra q.16.limit...*

Limita nunc, ſeu declara totum iſtum ordinem appellandi in iuriſdictione eccleſiaſtica , relatum *ſupra numero 52.vſque huc* , vt poſſit ille ordo omitti , ſi appelletur ad eos,ad quos poteſt appellari,omiſſis medijs:quare,ſi appelletur a ſententia Archidiaconi,aut alterius ſimilis Prælati,poterit appellari ad Epiſcopum,& omiſſo Epiſcopo, ad Patriarcham,ad Legatum, & ad Papam, & a ſententia Epiſcopi, ſeu eius Vicarij , aut delegati poterit appellari ad Archiepiſcopum , & Archiepiſcopo omiſſo , ad Patriarcham,ad Legatum , & ad Papam, ad quos poſſe appellari,omiſſis medijs,retuli,& ſequutus ſum *quæſt.præced. num.46.limit.4.& num.*103.& 104. & demum poteſt ille gradatus ordo appellandi omitti in illis omnibus caſibus,in quibus d. quæſt.præcedenti *num.37.limit.2.et ſeqq.* dixi,poſſe appellari omiſſo medio: nam quod a ſententia Epiſcopi poſſit appellari ad Archiepiſcopum,ad Patriarcham,ad Legatum,& ad Papam,ſcribit etiam Card. Alex. *in cap.66. dilecti. ſub num* 21. *ibi , ſed illa appellatio,de appell.*non tamen poteſt a ſententia delegati Epiſcopi appellari ad Archiepiſcopum, quod non recte videtur conſideraſſe Marcheſ. quem citaui *ſupra ſub num.* 26. quia Archiepiſcopus non eſt de illis,ad quos poteſt appellari , omiſſo medio;quare nec a ſententia Archidiaconi,aut ſimilis Prælati poteſt , omiſſo Epiſcopo , appellari ad Archiepiſcopum .

Declara limitationem iſtam , vt iudex ordinarius appellationum, interponendarum ad ſanctam Sedem Apoſtolicam,& ad Papam,ſit Auditor Cameræ,cui a Papa eſt conceſſa hæc iuriſdictio , & ideo ab illiſmet ſententijs , a quibus poteſt,omiſſis medijs,appellari ad Papam, poteſt appellari ad Auditorem Cameræ , cum ad ipſum deuoluantur appellationes , interpoſitæ ad Sedem Apoſtolicam;quare a ſententia Archidiaconi,Vicarij,Epiſcopi,& Archiepiſcopi poteſt appellari ad Aud.Cam.omiſſis medijs facultates enim ipſius Aud. Cam a me relatæ ſupra *ſub num.16.verſ.ſubextende,& infra num.*112. dum mandant , vt ad eum poſſit extra Curiam appellari a quibuſcumque iudicibus ordinarijs,vel delegatis,ac etiam Sedis Apoſtolicæ Legatis, habent locum non ſolum in appellationibus , quæ gradatim venirent interponendæ ad Sedem Apoſtolicam, ſed etiam in appellationibus, quæ interponerentur,omiſſis medijs,vt ſcripſi *quæſt.preced.num. 90.verſ.infero,& infra ſub num.125.verſ.extende, & verſ. declara primo* .

Extende hanc declarationem,vt idem dicamus de Rota,Maceratenſi reſtrictiue,quoad cauſſas prouinciæ Marchiæ , quia Rota prædicta eſt iudex competens omnium appellationum, quæ in ea prouincia interponerentur ad Papam , vt habetur in facultatibus, conceſſis dictæ Rotæ *ſub n.21.appellationes quoque* , dummodo non ſint primæ appellationes in ſecunda inſtantia ex illis locis,& Ciuitatibus quæ habent indultum cognoſcendi cauſſas appellationum , quia Papa non intendit illis præiudicare quoad primas appellationes, ſed ſolum quoad vlteriores appellationes,vt habetur in eiſdem facultatibus *ſub n.17.verſic. totius verò* .

Et licet eadem Rota ſæpiſſime iudicauerit , quod ipſa habeat iuriſdictionem etiam in cauſſis appellationum , interpoſitarum a ſententijs , latis a delegatis ipſius Papæ in illa prouincia , ſic referente M.Ant.Amat. *decıſ.47.à ſententia,num. 5.verſic. in contrarium, & deciſ.36. in cauſa,in fine num.11.&* 12. quem citaui etiam *ſupra qu. 2. ſub num.24.verſic.5. in prouincia,* & mota eſt Rota eo fundamento,quod conſtitutio rotalis *ſub d. n.* 21. mandat,appellationes , interpoſitas ad Romanum Pontificem, deuolui ad illam Rotam , *& n.20. præcedenti verſ.in quibus proferendis,*loquitur de cauſſis,etiam à Sede Apoſtolica delegatis: vnde Rota,coniungendo vtrumque locum, deducit argumentum,quod etiam appellationes à delegatis deuoluantur ad Rotam .

Licet etiam in iudicando videatur, non poſſe abſque temeritate diſcedi ab hac diu obſeruata interpretatione illius conſtitutionis in tot cauſſis, quia daretur materia excitandi nullitates aduerſus illas ſententias , in tot cauſſis iam latas .

Tamen,ſi caſus veniret in Rota Romana,dubito,quod vix obtineretur: quia vere illa conſtitutio loquitur de appellationibus ac ordinarijs illius prouinciæ .

Sed an facultates Rotæ præfatæ , vel alterius Rotæ ſtatus eccleſiaſtici præiudicent facultatibus Auditoris Cameræ,quo minus ad eum in illis cauſſis appelletur , inſpiciendæ ſunt facultates cuiuſque Rotæ , & moderniores

Digitized by Google

res Auditoris Cameræ: interim ego video, & audio, quod poteſt appellari etiam ad Auditorem, & quod Signatura cum difficultate illas remitteret & iure quidem (nam loquendo de Rota Maceratenſi) conſtitutio illius Rotæ *ſub num.17.verſ.totus vero*, agendo de præiudicio iuriſdictionis circa appellationes cauſſarum illius prouinciæ reſpicit ſolum ciuitates, & loca dictæ prouinciæ, & loquendo de quauis Rota, non eſt veriſimile, quod Papa deroget facultatibus Auditoris Cameræ, cum illas indies augeat.

Subdeclara I. reſtringendo eandem declarationem, eiuſque extenſionem, vt habeant locum ſolum in cauſſis prophanis, & cauſſis quaſi ſpiritualibus; quia in iſtis Auditor Cameræ, & Rotæ prædictę habent iuriſdictionem, & poteſt ad eos appellari, etiam omiſſis medijs: ſicut poteſt, omiſſis medijs, appellari ad Papam: Secus eſt in cauſſis matrimonialibus, & in mere ſpiritualibus, ac beneficialibus, quia de iſtis non habet poteſtatem iudicandi, niſi Epiſcopus, & ideo Auditor Cameræ ex ſua iuriſdictione ordinaria non poteſt de iſtis cognoſcere, &, cognoſcendo, nulliter cognoſceret, & ſententia eſſet nulla; quamuis enim eius facultates *num.8. vrſic. nec non omnes*, loquantur etiam de cauſſis ſpiritualibus, eccleſiaſticis; tamen intelligi debent de cauſſis quaſi ſpiritualibus, vt tenuit Rota coram Illuſtriſſ. Card. Blanchetto in Caſertana beneficij die 5. Maij 1595. & Coram R. P. D. Iuſto in vna Venetiarum nullitatis matrimonij, die lunæ 5. Iulij 1604. & hic eſt notorius Curiæ ſtylus, cui ſtandum eſt, quamuis (ſi à mendacio ſemper abſtinendum eſt) reſpondeo, quã Rota accommodat facultatibus Auditoris Cameræ, mihi non ſatisfaciat, & meliorem excogitare neſcio; Quare iuxta hanc declarationem concludo, quod facultas appellandi extra Curiam, omiſſo medio, ad auditorem Cam. habet maxime locum in cauſſis mere prophanis, prout in his terminis loquutus ſum *q. præced. numer. 90.* loquendo de appellatione à Gubernatoribus prouinciæ Campaniæ: & ideo ad Auditorem Cameræ poterit, omiſſo Epiſcopo, & Archiepiſcopo, appellari in alijs cauſſis, quam in matrimonialibus, & beneficialibus, quia in illis impetrandus eſt iudex delegandus à Papa, adeundo eius Signaturam iuſtitiæ, quæ dictas cauſſas matrimoniales, & beneficiales non ſolet delegare, niſi Rotæ *per ea, quæ ſcribit Marcheſ. tract. de commiſſ. p.2. de commiſſ. appellat. c.3. ſub n.2. & n.8. in fine*, dicens, quod cauſſæ beneficiales ſunt rotales.

Ratio huius ſtyli, & delegationis cauſſarum beneficialium in tribunali Rotæ eſt, quia, cum ad Papam ex toto terrarum orbe deferantur appellationes præſertim cauſſarum beneficialium, conuenit, vt, qui ad eum pro iuſtitiæ conſecutione ex remotiſſimis accedit partibus, in hoc integre conſoletur, quod non vnum, nempe Auditorem Cameræ, iudicem inueniet, ſed Collegium plurium, diu in eiuſmodi cauſſarum genere verſatorum, quales ſunt ſacræ Rotæ Auditores, qui cauſſas non vulgari trutina, ſed aurificis ſtatera diligentiſſime examinant, cæteroſque Iureconſultos adeo iuriſprudentia antecellere debent, vt eorum iudicium nunquam errare credatur; tales expedit cuique Reſp. habere iudices, vt eorum ſententię ex iuſtitia prolatæ cenſeantur, quo facilius ſubditi illis acquieſcant, & ſicut odium ac diſcordia ex lite oriebatur; ita ex ſententia beneuolentia, & concordia propagetur.

Verum aduerte, quod, ſi cauſſa beneficialis ſit beneficio, cuius annus introitus non aſcendat ad minus ad ſummam decem ducatorum auri de Camera, non ſolum non delegatur Rotæ, ſed neque in Curia; Quare, ſi ſit minoris valoris, ſolet remitti per breue in partibus, &, vbi remaneret in Curia, ſolet committi extra Rotam ad euitandas in cauſſa modici valoris expenſas non modicæ quantitatis, *Marcheſ. d. c. 3. num. 1.*

Subdeclara II. dum dixi, quod Auditor Cameræ eſt iudex appellationum interponendarum, ad Papam, ſeu Sedem Apoſtolicam, vt non procedat in appellatione à Concilio, etiamſi eſſet Concilium ſynodale, ſeu prouinciale, quia licet Concilium celebrandum authoritate Papæ, abſente ipſo Papa, dicatur habere iuriſdictionem ordinariam ad relata per Campeg. *tract. de concil. cap. 23. num. 9.* ſeu iuriſdictionem delegatam ſecundum vnam opinionem, quam refert Card. Iacobat. *eod. tract. de concil. lib. 5. ar. 8. num. 54. & ſeqq.* ſeu ordinariam ſecundum alteram opinionem, quam refert *eod. art. 8. ſub num. 57. tom. 13. par. 1. fol. 266.* & conſequenter licet concilium dicatur iudex ordinarius, vel delegatus extra Curiam: licet etiam à dicto Concilio, celebrato auctoritate Papæ, ipſo tamen Papa abſente, appelletur ad Papam, vt retuli, & ſequutus ſum *num. ſeq.* licet pariter ad Aud. Cam. deuoluantur omnes appellationes, à quibuſcumque iudicibus ordinarijs, vel delegatis interpoſitæ extra Curiam ad Sedem Apoſtolicam ex facultatibus Auditoris Cam. à me citatis *infra ſub n. 125. verſ. 3. concludo*.

Tamen non poteſt à Concilio appellari ad Auditorem Camer. quia eius facultates etſi generalibus verbis conceſſæ ſint, reſtrictionem nihilominus patiuntur ſecundum ſubiectam materiam, vt patet ex his, quæ ſcripſi *ſupra verſ. ſubdeclara, & infra ſub n. 152. verſ. contra*. Sed abſurdum eſſet, quod Auditor Cameræ, & ſolus recognoſceret, quod tot Patrum, & Prælatorum vnanimi conſenſu, & voluntate eſt iudicatum, accedente etiam authoritate Papæ in eorum congregatione.

100 A Concilio Prouincialis appellatur ad Papam, *c. 48. ſicut excellentiam, 13. quæſt. 4. Card. Alex. in rubr. ſub num. 34. verſ. ſed quid, in fine de appell. Greg. Toloſ. tract. de appellat. libr. 3. capitul 6. numero 2. verſ. ſed certe, & Rugniell. tract. de appellat. §. 2 c. 2. num. 14.* & quod à Concilio Prouinciali poſſit recurri ad Papam, ſcribit Card. Iacobat. *tract. de concil. lib. 9. art. 12. num. 200.* reſpondeo ad argumentum adductum prius *eod. art. 12. ſub numer. 81. verſ. ad idem tomo 13. parte. 1. fol. 350. & 345.* & loquendo ſimpliciter de concilio clarum eſſe, quod à Concilio recte appelletur ad Papam ſcribit idem Card. Iacob. *d. tract. de concil. lib. 10. art. 12. num. 1. fol. 351.*

Concilium prouinciale dicitur illud, cui præeſt Archiepiſcopus, vel Patriarcha, ſeu Primas, *vt ſcribit idem Cad. Iacobat. d. tract. de concil. lib. 1. art. 1. ſub nu. 19. verſic. quot autem ſint genera conciliorum fol. 192.*

Dici etiam poteſt prouinciale illud, quod facit Legatus in prouincia, ſibi decreta, auctoritate Papæ, *Card. Iac. ſub d. n. 19.*

Amplia I. hanc concluſionem etiam in Concilio ſynodali, & in Concilio religioſorum, tum quia regula eſt, quod a Concilio appellatur ad Papam, *vt patet ex prędictis, & ſeqq.* tum etiam quia ad Papam poteſt appellari, omiſſo medio, *vt retuli, & ſequutus ſum q. præced. limit. 4. n. 46.*

Concilium ſynodale dicitur illud, quod facit Epiſcopus cum prælatis, & clericis ſuæ eccleſię, *Card. Iacob. in loco, ſupra proxime citato*.

Concilium religioſorum vocatur capitulum, *idem Card. vbi ſupra.*

Amplia II. eandem concluſionem, vt habeat locum etiam in Concilio generali, quia etiam ab eo appellabitur ad Papam, *Card. Alex. in rubrica n. 35. verſ. ſed quid de concilio vniuerſali, & n. 36. de appell.* quem refert, & ſequitur Card. Iacob. *tract. de concil. lib. 10. art. 2. n. 2. in vltimis verbis, tomo 13 par. 1. fol. 354.*

Subamplia I. iſtam amplationem, vt præcipue procedat, ſi Concilium non fuerit legitime congregatum, quia ſi ab eiuſmodi Concilio contingat appellari, appel-

labi-

labitur ſine dubio ad Papam, *vt firmat Card. Iacob. d. art. 2. n. 1. & ſeqq.*

Declara iſtam ſubampliationem, vt à Concilio, non legitime congregato, reclametur potius, quam appelletur, quia cum non habuerit iuriſdictionem, habebit locum reclamatio, per quam Papa declarabit nulla omnia geſta in illo Concilio, *Card. Iac. d. ar. 2. ſub n. 6.* Immo cum Concilium, non legitime congregatum, non dicatur Concilium, ſed conciliabulum, & Satanæ Synagoga, *c. 5. multis, diſt. 17.* non dicitur appellatio à Concilio, & conſequenter multo minus in eiuſmodi reclamatione erunt attendenda tempora appellationis, quia ceſſat timor deſertionis appellationis, cũ nullius entis nullæ ſint qualitates.

Subamplia II. vt habeat locum etiam in Concilio generali, legitime congregato de voluntate Papæ, quia, ſi in eo Papa non pręfuerit, poſſet ad ipſum, Papam appellari, *ſecundum Card. Iac. d. art. 2. in fine, n. 7. fol. 354.* nam Concilium generale dicitur etiam illud, in quo non præeſt Papa, ſed præeſt alius eius loco, *Card. Iacob. d. tract. de concil. lib. 1. art. 1. n. 19. verſ. quot autem, fol. 192.*

Limita I. eandem ampliationem, vt non procedat quãdo Papa præfuit Concilio, quia tunc à Concilio nullatenus poteſt appellari, cum determinatio, facta à Concilio attribuatur Papæ, qui non habet ſuperiorem, ad quem liceat appellari, *Card. Alex. in rubr. n. 36 in fine, ibi, prædicta intellige, de appell. & Card. Iacob. d. tract. de concil. lib. 10. art. 2. n. 4. & art. 1. ſub n. 74. in reſponſione ad quartum argumentum fol. 354.* & in terminis huius limitationis poteſt procedere, quod ſcribunt Rebuff. *tract. de appel. art. 3. gl. vna, n. 9. tomo 3. fol. 489* dicens, non poſſe appellari, quia ſub concilio generali comprȩhẽditur Papa, & Greg. Tholoſ. *tract. de app. lib. 3. c. 6. n. 2. verſ. ſed certe*, dicens, à concilijs vniuerſalibus, legitime celebratis, & cum auctoritate Pontificis, vt oportet cœptis, non eſſe admittendas appellationes.

Tempera hanc limitationem, vt ſi in his, quę in Concilio decreta ſunt, emerſerit aliquod dubium, quod explicatione indigeat, poſſit iſto caſu recurri ad Papam, *Greg. Tholoſ. tract. de appel. lib. 3. c. 6 n. 2. in fin. verſ. poteſt tamen fol. 301.*

Limita II. vt non habeat locum in Concilio generali, legitime congregato, ſuper contentione papatus, quia tunc à ſententia Concilijs generalis, legitime congregati, non appellatur, cum iſto caſu Concilium non habeat ſuperiorem in eccleſia, quia non eſt aliquis eo ſuperior, ex quo Papa non habetur; & ideo ipſum Concilium iudicat de papatu, *Card. Iac. d. lib. 10. art. 2. n. 5. & 6.*

Qualis debeat eſſe contentio de papatu ad hoc, vt Cõciliũ poſſit cõgregari ſine auctoritate Papæ, vide Thom. Cãpeg. Epiſcopũ Feltrenſ. *tract. de concil. c. 2. caſ. 2. n. 13. et 14. fol. 400.* & latiſſime, Card. Iacob. *eod. tract. lib. 3. art. 1. n. 46. & ſeqq. fol. 226. & numer. 114. & ſeqq. tomo 13. part. 1. fol. 231.*

Et qui ſint caſus, in quibus Doctores diſputant, an cõcilium poſſit congregari contra Papam, vide eundem Campeg. *d. c. 2. n. 10. & ſeqq.* & aliqua ponit, *c. 1. num. 9. & ſeqq. et Card. Iacobat. dict. tract. de concil. lib. 4. art. 2. n. 10. et ſeqq. fol. 242. & Iacob. Simanc. tract. de cath. inſtit. tit. 12. de concilijs, n. 13. & 14. to. 11. p. 2. fol. 135.*

A Prȩlato regulari, vtputa ab Abbate procedente contra monachum, an poſſit appellari, & ad quem appelletur vide *infra q. 17. lim. ... n. ...*

A Papa male informato appellatur ad eundem Papam vide *ſupra n. 65.*

Infero ex ordine appellandi à nobis hucuſque tradito In foro eccleſiaſtico, vnam iam omnibus diu notam concluſionem, quod à iudice eccleſiaſtico, qui iudicat vti eccleſiaſticus, non poteſt appellari ad iudicem ſecularem, ſed debet appellari ad iudices eccleſiaſticos.

Ratio huius illationis eſt duplex.

Prima ratio eſt, quia appellatio debet interponi ad ſuperiorem, qui habeat gradum cum eo, à quo appellamus: alias, ſi interponatur ad ſuperiorem, qui cum eo non habeat gradum, appellatio vti ad incompetentem non valeret, teſtibus Anch. & Angel. Aret. quos in alijs terminis retuli, & ſequutus ſum *quæſt. præced. ſub num. 97. verſic. declara, & num. 139.* Sed inter eccleſiaſticum, & laicum regulariter non ſunt gradus, & quiſque eorum habet ſeparatam, & diuerſam iuriſdictionem, *c. 8. quoniam idem, diſtinct. 10* & in alijs terminis ſcripſi *ead. q. præced. n. 74. & ſupra libro 1. c. 11. & 12. Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet*, vt inquit Poet. & rurſus; *Non ille imperium, &c. Sed mihi ſorte datum: tenet ille immania ſaxa*, & alter alterius iuriſdictionem nõ perturbat, *c. 13. nouit. de iud.* Et hęc ratio eſt adeo vera, vt neque à laico poſſit appellari ad eccleſiaſticum, vide *q. præc. ſub n. 44. n. 74. in fine, & n. 113. verſ. contra.*

Secunda ratio eſt, quia cum iuriſdictio eccleſiaſtica antecellat ſecularem *c. 6. ſolitæ, de maior, & obed.* eſt enim eccleſiaſtica tanquam ſol, & ſecularis tanquam luna, *Rebuff. tract. de appell. tanquam ab abuſu, in princip. num. 5. verſ. imo etiam, tom. 3. fol. 450.* appellatio ab eccleſiaſtico ad ſecularem eſſet à ſuperiore ad inferiorem, & ideo nulla, *per ea, quæ ſcripſi ſupra q. 2. n. 1. 3. & ſeqq.* & tota hæc ſecunda ratio bene comprobatur ex his, quæ dixi *num. ſeq. verſ. ab eccleſiaſtico.*

Hanc illationem reſtringunt Galli, vt in eorum Regno non procedat in appellatione ab abuſu, id eſt, in cauſſa notorij abuſus iudicis eccleſiaſtici, *Rebuff. d. trac. de appel. tanquam ab abuſu, in principio, num. 4. verſ. & de hac, tomo 3. fol. 539. & Greg. Tholoſ. tract. de appel. lib. 4. c. 6. nu. 1. fol. 401.* quia Galli regales prætendunt hanc iuriſdictionem ex concordatis, & priuilegijs, Galliæ à pluribus Pontificibus conceſſis ob beneficia collata in Sedem Apoſtolicam, vt deduci Greg. Tholoſ. *d. c. 6. n. 14. 16. & 20.* & qui ſint caſus, in quibus poteſt à iudice eccleſiaſtico recurri & appellari propter abuſum ad ſupremam Curiam, & Parlamentum, tractat Rebuff. *tract. de appell. tanquam ab abuſu, num. 4. & ſeqq.* ſed qui de eiuſmodi iuriſdictione ſcribunt, regulam ponunt, vt abuſus ſit, quando quis palam, & notorie ſanctis decretis, ac concordatis, priuilegijſque Gallię perperam, vtitur, *Rebuff. d. tit. de appell. &c. n. 2. fol. 539.*

Eandemque reſtrictionem, propoſitis ad vtramque partem argumentis, defendit Greg. Tholoſ. *d. c. 6. n. 16. 17. & ſeqq.*

Verum Galli, quiq; ipſos hac in re tuetur, videant, ne eccleſiaſticam lædant iuriſdictionem, & caueant ne idcirco incurrant in excommunicationem bullæ cœnæ domini, *cap. 15. 16. &* 19. qua in bulla reuocantur priuilegia, etiamſi per viam remunerationis, aut contractus conceſſa forent.

101 Ab Eccleſiaſtico, & Laico ſimul iudicantibus appellatur ad ſuperiorem iudicis eccleſiaſtici, quia is eſt maior vtriuſque, *Bart. in l. 1. §. ſi quis in appellatione, nu. 13. verſ. quæro pone, ff. de appel. & relat. Franch. in rubr. n. 42. quæſt. 6. & Card. Alex. n. 56. verſ. ſed quid ſi clericus, de appell. Alex. conſil. 12. viſo proceſſu, n. 1 lib. 6. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verb & quandoque appellatur, n. 379. limit. 10. fol. 512. Rebuff. tract. de priuileg. ſchol. priuil. 106. nu. 14. verſ. 14. to. 18. fol. 53. & Greg. Tholoſ. tract. de appel. lib. 4. c. 7. n. 1. fol. 415.* & eſt concluſio communis. *

Ratio eſt, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum; nec cauſſæ continentia eſt diuidenda.

102 Amplia hanc communem concluſionem, vt procedat etiamſi eccleſiaſticus ſit ſimplex plebanus, & laicus ſit Comes, *Card. Alex. in d. rub. n. 56. & 57. de appel.*

Infero I. ex eadem communi concluſione compro-

bando eam, quod; ſi iudicent ſimul iudex ordinarius, & iudex delegatus, ordinario adiunctus à Principe, & contrarias proferant ſententias; erit recurrendum ad Principem, tanquam ſi vterque fuiſſet delegatus Principis, *Bart. in l.28.duo indices, n.3. ff. de re iud.* nam delegatus eſt maior ordinario in cauſſa delegata, quia gerit vices delegantis, *vt ſcripſi ſupra n.11. verſ. contra, & queſt. preced. n. 64. verſ. ratio.*

Infero II. quod; ſi non Illuſtris coniunctus Illuſtri iudicent ſimul, appellabitur ad eum, ad quem appellaretur, ſi iudicaſſet ſolus Illuſtris, *Greg. Toloſ. d.c.7.n.3. verſ. ita coniunctus. fol 415.*

Infero III. quod ſi cauſſa fuerit compromiſſa in laico & clerico, & ab eorum laudo petatur reductio ad arbitrium boni viri, erit recurrendum ad Epiſcopum, quia clericus vti dignior attrahit laicum, *Salyc. in l.32. precipimus, in fine, C. de appell. Franch. in rubr. n.43. de appell. Addit. ad Bart. in d.l. duo iudices, in verbo, potentior, ff. de re iud. & Rebuff. tract. de priuil. ſchol. priuil. 106. n.15. verſ.15. tom. 18. fol. 53.*

Declara hanc illationem ex his, quæ ſcripſi *infra q.17. limit.14. n...* vbi videas.

Infero IV. generaliter, quod vbicunque inferior & ſuperior ſimul cognoſcant, ſemper appellabitur ad ſuperiorem illius ſuperioris, omiſſo medio ſuperiore illius inferioris, *Franch. in rubr. n.41. q.5. de appell.*

Declara reſtringendo eandem communem concluſionem, vt non procedat, quando vterque iudex ex auctoritate vnius Principis, ſeu domini, iuriſdictionem habentis, iudicant, quia tunc licet ſimul iudicent, & vnus laicus, & alter eccleſiaſticus, tamen ad eum, ex cuius auctoritate, & commiſſione iudicant, indiſtincte appellandum eſt, ſiue ſit laicus, ſiue eccleſiaſticus, vt conſiderauit etiam Greg. Toloſ. *tract. de appell. lib.4. c.7. n.5. verſic. exiſtimarem, fol. 416.* & optime facit quod ſcripſi *ſupra n.93. verſ. extende ſecundo.*

ARTICVLVS IV.

Ad Quartum Articulum: *Ad quos appelletur à ſententijs, latis à iudicibus ordinarijs ſecularibus.*

Reſp. non poſſe dari certam, & generalem doctrinam; ad quos ſit appellandum, quia ille ordo generalis, traditus ab Imperatore in *l.32. præcipimus, & ſequentibus, Cod. de appell.* non ſeruit, *teſte Bart. quem citaui ſupra n.12.* & hoc quia etſi Imperator ſit omnibus potentatibus ſecularibus ſuperior, tamen non ita, vt antea, imperat: ſunt enim hodie multa dominia, quæ de facto non recognoſcunt Imperatorem, vt de Regno Hiſpaniarum, & de Regno Franciæ notaui *ſupra lib.1. c.16. n.3.* & habent conſtitutiones locales, & diuerſos ordines magiſtratuum; & ipſemet Imperator, tanquam magnificus, & glorioſus, ſicut aquila, diſtribuit prædam ſuum; *vt retuli quæſt. præced. ſub n.46. verſ. contra*, & ſimiliter Rex Hiſpaniarum ob egregia belli, vel pacis facinora in Reip. vtilitatem præclara geſta, aliaue ex cauſſa nobilibus ciuitates, villas, aut oppida regio beneficio confert cum iuriſdictione mero, & mixto imperio adhuc in ampliſſimo territorio exercendis, vt ſcribit Couar. *pract. qq. c.4 in principio*, & hos, quibus Imperator prædam diſtribuit, & Rex oppida, & Ciuitates confert, feudatarios, ſeu Barones vocamus; qui de iure ciuili ſunt incogniti, & ideo non habent, niſi eam iuriſdictionem, quam ex tenore priuilegiorum, inueſtituræ, & conceſſionis accipiunt, *vt ſcribit etiam Carau. ſuper rit. 265. n.4. in fine*, ad quas inueſtituras in materia iuriſdictionis, & appellationum eſt recurrendum.

Veruntamen licet mutatus ſit ille ordo appellandi, tamen illius ſubſtantia, quæ eſt vt ab inferiore appelletur ad ſuperiorem, nunquam fuit mutata, neque poteſt mutari: quare, & in Curijs Regum, Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, aliorumque Baronum ab inferioribus appellandum eſt ad ſuperiores: & circumſcriptis inueſtituris, ac varijs magiſtratuum ordinibus, quos quiſque, habens iuriſdictionem, poteſt ad beneplacitum conſtituere, ordinem, qui certæ doctrinæ ex capax, aggredior.

103 A Baliulo, ſeu officiali Baronis appellatur ad Baronem, *Andr. de Iſer. in conſt. officior. lin.67. col.1. lib.1. fol.83.* quem refert & ſequitur Marin. Frecc. *tractat. de ſub feud. lib.2. author.16. n.1. fol.349.* & ratio ſecundum Iſer. *vbi ſupra* eſt, quia licet à Vicario non appelletur ad Epiſcopũ, ex quo Vicarius eſt tanquam aſſeſſor loco epiſcopi, ideoque eſſet appellare ad idem tribunal, tamen ab officiali Baronis ad Baronem non dicitur appellari ad idem tribunal. Affl. *in eadem conſt. officiorum n.12.* ſcribit illa verba Andreæ de Iſer. eſſe menti tenenda, quia non meminit alibi legiſſe hanc differentiam, ſed poſtea miratur, quod Iſernia hæc dixerit, oſtendendo, quod Vicarius Epiſcopi dicitur iudex ſubdens, quod idcirco multum dubitat de dicto Iſerniæ: *Frecc. dicta auth.16. ſub n.2.* aliam reddens rationem, ſcribit, propter modicitatem cauſſarum, quæ tractantur coram Baronibus, ordinatum eſſe ex lege Diui Gulielmi, vt à ſententia Baiuli appelletur ad Baronem, & non ad Regem, quia pro habendo recurſu ad Regem, vel Iuſtitiarium Prouinciæ maior eſſet impenſa quam valor cauſæ veluti, inquit, quæſtio de equo, poſito in ſtabulo: *Roll. à Vall. conſ.75. in iſto crimine, n.10. verſ.2. confirmatur, & n.17. in fin. verſ. non obſtat. lib.3.* citat eoſdem *And. de Iſer. & Affl.* & quaſi non intelligeret, qui ſint illi Baiulis, de quibus loquuntur, inquit, quod ſi loquuntur de Baiulis, qui ſint Poteſtates Caſtellani, vel Vicarij ordinarij generalis male loquuntur.

Confirmatur primo hæc opinio Andreæ de Iſernia, quia ſi vaſallus ſit inueſtitus de mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, & ipſe deputet Poteſtatem, qui ferat ſententiam; ab iſta ſententia appellabitur ad vaſallum inueſtitum feudatarium, qui deputauit Poteſtatem, *Curt. Iun. tract. de feud. in 7. vult. par. princip. q.12. n.32. tom. 10. p.2. fol.92.* & quod cognitio primarum cauſarum appellationum ſpectet ad vaſallum inueſtitum de mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, ſcribit Iaſ. *conſil.161. circa primum, lib.2.* & quod ſub conceſſione meri, & mixti imperij, & omnimodæ iuriſdictionis veniat cognitio cauſæ appellationis, tanquam ſpecies comprehenſa ſub dictis generalibus, ſcribit Pariſ. *conſ.8. ad veritatem, n.31. & 32. lib.1.*

Confirmatur ſecundo, quia ſi quis committeret alicui vniuerſitatem cauſarum exercendarum in alio, loco, puta, in aliquo Caſtro ſui territorij, & diceret, *facimus vos noſtrum Vicarium*, tamen ab eo appellaretur ad ipſum, qui fecit eum Vicarium, & non ad alium ſuperiorem, *Bar. in l.1. §. ab eo, in fine, verſ. ſed quæro, ff. quis & à quo appell.* nam iſte dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, & non ordinarius, *Bar. vbi ſupra*, & à ſententia Vicarij foranei, quia eſt delegatus appellatur ad Epiſcopum, *vt ex Rot. Franch. Abb. Cur. Iun. & alij retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 26.* & quod ſecundum Legiſtas à ſententia Vicarij poſſit appellari ad eum, qui conſtituit Vicarium, & ideo ad Epiſcopum, ſcribit Card. Alex. *in rubr. ſub num.18. de appell.*

Confirmatur tertio ex *l.19. à proconſulibus, C. de appell. & conſult.* ex qua probatur, quod à Vicario poteſt appellari ad iudicem ordinarium, cuius vices gerit, & à quo conſtitutus eſt, *ſecundum Bal. in ead. l. à proconſulib.* quem citat Roland. à Val. *conſ.75. in iſto, n.9. lib.3.*

Contraria opinio, quod enim non appelletur ad ipſum Baronem feudatarium ſed ad Dominum ſuperiorem; probatur ex eo, quia prima confirmatio, à qua pendet totus ille articulus, non eſt vera: licet enim vaſallus ſit inue-

Digitized by Google

inueſtitus de feudo alicuius Caſtri cum mero, & mixto imperio,& omnimoda iuriſdictione,tamen,ſi ſubditi appellāt à Poteſtato, vel Vicario deputato per ipſum inueſtitum, non erit appellandū ad ipſum feudatarium inueſtitum, ſed ad Dominum ſuperiorem,quia licet Princeps cōcedat vaſallo merum, & mixtum imperiū,& omnimodam iuriſdictionē in aliquo loco, non tamen illi videtur conceſſiſſe appellationes, niſi de eis fiat expreſſa mentio in conceſſione,*Iacob.de S.Georg tract.de feud.in verbo, cū mero & mixto imperio. verſus finem n.9. verſ. ſed in ille,ſi 10.par.1.fol.192.& rurſus in verbo,& dicti vaſalli pro dictis rebus.ſub n.36.ibi.vnum ſemper.fol.223.*admonēs hoc eſſe notandum,*& Boſſ.& Brun.quos retuli,& ſequutus ſum ſupra lib.1.c.66.ſub n.5.verſ.ſi vero.*& hanc eſſe communem opin.teſtatur,& ſequitur Rol. à Val.*d.conſ.75.in iſta ſub n.14.verſ.his non obſtantibus, & n.15.lib.3.*& quod cōceſſio iuriſdictionis meri & mixti imperij,etiam in proprietatem, & ratione territorij intelligatur quoad primam inſtantiam, non autem in ſecunda,nec quoad cauſa appellationum ſcribit Couar.*prax.qq.c.4. ſub n.5. verſ. prima concluſ.fol.433.* vbi ita firmat in ſpecie contra Iſern. Affiict. & Curt.iun. citatos ſupra pro aduerſa opinione teſtans hanc opin.eſſe in praxi receptiorē,& adde omnino,quæ pro iſta opin.ſcripſi *ſupra d.c.65. ſub n.5.* huiuſq; opinionis praxim.in Regno Neap.vide *infra n.110.*

Non obſtant adducta pro prima opinione,tum quia hæc opinio contraria eſt communis, *vt dixi*, tum quia contra Iſern. Affl.& Curt.firmat in ſpecie Cou. ſupra citatus,& contra Iaſ. *in allegato conſ.161.lib.2.* tenent Crauet.*conſ.209.illuſtriſſimus nu.9.verſ.fortius*, dicens, quod conſuetudo non approbat illius dictum, *Natt.conſ. 580. primo quæritur in fine,ſub n.25. Rol.à Vall.d.conſ.75. in iſto nu.18. & 19.lib.3.& Franch. Bec. in addit.ad eiuſdem Iaſ. conſ.161.* Ad *l.a proconſulibus.* adductam in tertia cōprobatione reſpondeo dupliciter. Primo quod illa lex dicit ſolum,quod appellatur;ſed non aperit,ad quem appelletur,& licet Bal.in ea dicat,quod appellatur ad ipſum Præfectum, tamen hoc eſt verum, quando cognoſcit ex delegatione, ſecus quādo cognoſcit ex iuriſdictione Vicariatus,quia tunc non ad eum,cuius eſt Vicarius,ſed ad ſuperiorem illius,*Salyc.in d.l.a proconſulibus ſub n.1.& in l.32. præcipimus, n.2.C.de appel.& conſul.*Secundo reſpondeo vna cum Rol.à Vall.*d.conſ.75.n.16.verſ.ſupereſt.* quod illa lex loquitur in Vicario Præfecti prætorio cuius Præfecti prætorio tanta olim erat dignitas, vt ab eo tanquam à Principe non liceret appellare, ideo non mirum, ſi ab eius Vicario appellatur ad eum, cum ad alium appellari non poſſit, eandemq;reſponſionem clarius ante eum explicauit Car. Alex. *in c.66. dilecti verſ.ſed punctus ſtat.de appel.* dicens quod cum tribunal Vicarij & eius, cuius eſt Vicarius,reputetur idem tribunal,& a ſententia Præfecti prætorio non poſſit appellari, videtur, quod neq;poſſit appellari a ſententia ſui Vicarij, quare inquit debet tolerari,quod poſſit appellari ad ipſum Præfectum prætorio, ne iniquitas Vicarij remaneret indiſcuſſa, & quia priuilegium, conceſſum ordinario, non tranſit in eius Vicarium;quæ reſponſio,ſi eſſet bona,bene confirmaretur ex his,quæ de appellatione Vicarij Principis ad ipſum Principem ſcripſi *infra n.130.*

104 Retenta,ſi placeret, prima opinione,quæ tamen non eſt vera.

Declara I.eam ex mente Freccię *d.auth.16. ſub n.2.* vt in modicis appelletur ad Baronem propter vitandas impenſas, & vt ſubditis facilior pateat aditus in cauſulis quinque,aut decem tarenorum Amalphiæ,aut vnius porcelli; Secus eſt in non modicis, quia tunc appellabitur ad eum,a quo appellaretur, ſi ſententiam protuliſſet Baro.

105 Declara II.vt Baro,nō habens in ſpecie cauſas appellationum,dicatur procedere in illis cauſis modicis Baiuli, vti iudex delegatus per Regem,& non vt ordinarius cauſæ appellationis, quæ per priuilegium conceſſa non apparet,*Frecc.d.auth.16.n.2.fol.349.*

106 A Barone,ſeu quouis feudatario appellatur iuxta formam inueſtiturę feudalis:quare diſtingue duas ſpecies inueſtituræ.

Prima ſpecies eſt: quando inueſtitura non concedit feudatario ſecundas cauſas,id eſt,cauſas primæ,vel ſecundæ appellationis, ſed ſolum concedit merum, & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem; & in iſta ſpecie concludo, quod appellatur ad Dominum directum, qui conceſſit feudum, ſeu ad officiales,& iudices appellationum, deputatos ab ipſo Domino gradatim,quia cum faudatarius nō poſſit cognoſcere cauſas appellationum, *per ea quæ dixi ſupra ſub n.103. verſ. contraria opinio.* neceſſario cognoſcet Dominus, qui conceſſit feudum: & hoc caret difficultate.

107 Exemplifica hanc concluſionem in multis Baronibus Regni Neap. qui habent ſolum primas cauſas, quamuis habeant omnimodam iuriſdictionem.

108 Quare in effectu non recedo ab opinione firmata *ſupra ſub n.103. verſ.contraria.*

109 Secunda ſpecies eſt: quando inueſtitura concedit expreſſe Baroni,ſeu feudatario non tantum primas,ſed etiā ſecundas cauſas, & quandoque tertias; & in iſta ſpecie concludo, ab ordinario primarum cauſarum ipſius Baronis appellari ad iudicem ſecundarum cauſarum, deputatum ab eodem Barone, & ab illo ad iudicem tertiarum cauſarum *per ea quæ ſcribit Carauit.ſuper rit.265. n.37. & rit.52.lim.2.ſub n.2.* quem retuli, & ſequutus ſum *quæſtio. præced.n.101.ſublimit.2.*

110 Exemplifica I. notabiliter hanc concluſionem in feudatario Regni Neap.ſeu Siciliæ Sed pro abſoluta intelligentia huius exemplificationis ſcire debes, quod Conſtantinus ex Helena Conſtantij, aſſumptus ad imperium Romanorum,repudiatis deinde erroribus, maieſtatem veri Dei agnoſcens,ac Chriſtianam puritatem amplectēs lepra mundatus baptiſmi lauacro ſumpto a Syluestro Papa,eidem Syluestro,eiuſque ſucceſſoribus Pontificibus die quarta ſui baptiſmi vniuerſum occidentem donauit, vt legitur *in c.14. Conſtantinus diſtinct.96. & in c.17. fundamenta de elect.in 6.& ſcripſi lib.1.c.11. nu.9.* Vnde qui poſtea creati ſunt Reges Regni Neapolitani,à Pontificibus inueſtituras acceperunt, vt omnium prædictorum Regum,& inueſtiturarum nomenclaturam, Inchoando à Conſtantini donatione ordinate recenſet Marin. Frecc. *tract.de ſubfeud.lib.1. rubr.de antiq.ſtat.regn.&c.ſub n.15. verſ.Conſtantius ibi ferunt Conſtantinum fol.60. & 61. & n.24.& ſeqq.vſque ad num.50.fol.68.* & quod Reges præfatum Regnum obtineant in feudum a Sede Apoſtolica, ſcribit idem Frecc.*d.rubr. de antiq.ſtat.regn.&c.ſub n 51. fol.68.& rubr.de offic.magn.cancell.n.25. fol.53.* & aliqua verba inueſtituræ huius feudi, factæ Carolo I.a Clemente IV.anno Domini 1266.Kal.Iunij recenſet idem Frecc. *de ſubfeud.lib.3.rubrica differentia inter feuda ex pacto, & prouidētia,& hæreditaria differ.16.n 2.in fine,& 3.fol.417* & quod Regnum Neap. ſit de temporali iuriſdictione Eccleſiæ,retuli & ſequutus ſum *quæſt.præc ſub n.77.in fine, verſic.cæterum.*& Pontifex *in capitulo ſecundo, ad Apoſtolica,de ſent.& re iud.in 6.* ſcribit, quod Regnum Siciliæ eſt ſpeciale patrimonium Beati Petri: Et quod ſit feudum Sedis Apoſtolicæ ſatis ſuperque teſtatur publicus annuus cenſus, quem in feſtiuitate S. Petri, & Pauli Orator Regis Catholici ſingulis annis ſolemniter ſoluit Pontifici Beati Petri ſucceſſori: & quod Eccleſia,translato ſolum vtili dominio in Reges, retineat directum, ſcribit Marin. Frecc. *dict.rubrica de antiq.ſtat.regn.&c. ſub numero 52. fol.68.* Quare ſatis ſuperque conſtat, quod Rex eſt feudatarius Sedis Apoſtolicæ, & quia eſt infeudatus de

Digitized by Google

regno, non eſt dubitandum, quod poteſt cognoſcere cauſas in quauis inſtantia, quia etſi Rex habeat regnum in feudum, tamen habet ſupremam poteſtatem in illo regno ex natura rei conceſſæ, *vt retuli, et ſequutus ſum infra quæſtione decimaſexta limit. 5. num...* vbi videas. Et quod Eccleſia in Regno Siciliæ nihil obtineat præter annuum cēſum, omnibus in Regem, eiuſque hæredes translatis iuribus, ſcribit Marin. Frecc. *dict. tractat. de ſubfeud. libro 1. rub. de antiq. ſtatu regn. &c. numero quinquageſimooctano, verſicul. hodie tamen fol. 69.* Sed de hoc recurrendum eſt ad tenorem inueſtituræ, vt dixi *libro præced. cap. 9. n.* 1334. Illud tamen certum eſt, quod Rex cognoſcit primas, ſecundas, & tertias cauſas totius Regni, & nullus ſuperior apponit manum in eius iuriſdictione temporali: Vnde Rex in eo Regno habet multos ſubfeudatarios, & Barones, & a ſententijs iudicum, & officialium dictorum Baronum, & ſubfeudatariorum appellatur ad iudices ipſius Regis; nempe ad Præſidem prouinciæ, vti iudicem proximum, & mediatum, *Carau. d. rit. 52. limit. 1. ſub n. 2.* quia vaſallus non poteſt extrahi a ſua prouincia, ſic diſponēte pragm. *querula expoſitione, in rubr. vbi delic. quis conuen. deb.* & deinde a Pręſide prouincię appellatur ad magnam Curiam, ſeu ſacrum Conſilium ad electionem appellantis, *Carau. ſub d. num. 2. ibi diſpoſitio iſtius ritus.* Quare ab officialibus Baronum in Prouincia Aprutij appellatur ad Viceregem, ſeu Præſidem Ciuitatis Theatinæ, quia Tribunal illius Præſidis eſt Regia Audientia Aprutij; & ab illa Audientia Theatina appellatur ad Vicariam, alioſque iudices Neap.

111 Infero ex dictis in hac exemplificatione, deceptum videri Contardum *in l. vnica, limit. 3. numero 13. Cod. ſi de momen. poſſ.* dum recenſet, quod in Regno Neap. magna Curia Vicariæ cognoſcebat de cauſa, & a ſententia magnæ Curiæ appellabatur ad iudices appellationum, a quibus, inquit, appellabatur ad Regem, & Rex committebat alteri cauſſam, ſi tractabatur intereſſe Regis, & ſi ille Commiſſarius tertiam ferebat ſententiam, non licebat tertio prouocare, & ſic, inquit, victus eſt excluſus ab appellatione ad Sedem Apoſtolicam, per titulum, ne liceat tertio prouocare, hancque cautelam eſſe exiſtimat: deceptio Contardi conſiſtit in eo, quod credit, hac cautela victum excludi ab appellatione ad Sedem Apoſtolicam, non aduertens, quod Rex cognoſcit cauſas in quacumque inſtantia, & ideo non indiget præfata cautela; minus etiam aduertit, quod hæc cautela non ſeruiret, *per ea quæ dixi ſupra num. 28. reſtr. ſecunda,* & quia ſententiæ poſſent eſſe difformes: vnde iſte modus, relatus a Contar. fuerat in eo Regno inuentus potius ad bene eſſe, quam ad excludendam appellationem.

Contra iſta exemplificationem oppono dupliciter.

Primo oppono in eo, quod dixi, in Regno Neap. appellari gradatim, non omiſſo medio: nam contrarium retuli, & ſequutus ſum *quæſt. præce. lim. 9. n. 99.*

Oppono ſecundo, (dum dixi, *quod Rex cognoſcit in quacunq; inſtantia omnes cauſſas ſubditorum ſpectantes ad forum ſeculare ſine appellatione ad Sedem Apoſtolicam*) quia Rex; quantumuis concedat alicui nobili Ciuitates, vel oppida cum iuriſdictione, mero, & mixto imperio, eam tamen iuriſdictionem, quæ apud Regem ſumma eſt, & qua ad ipſum Regem poſſunt, vti ad ſupremum Reip. patrem, deferri quærelæ, prouocationes aut appellationes a iudicibus inferioribus, nunquam videtur tranſtuliſſe, etiamſi vſus fuerit verbis quoad ſignificationem vberrimis; hæc enim iuriſdictio pertinet ad ſupremam principatus recognitionem, ideoque *maioriam* vocant, & nullo modo a Rege alienari poteſt: eſt enim forma, & ſubſtantialis eſſentia maieſtatis Regis; quamobrem non poteſt Rex, nec ſubinde cenſetur aliquem regni locum ita alteri domino ſubijcere quod ius appellationum, & ſupremæ poteſtatis etiam quoad adminiſtrationem, & executionē realem apud ipſum non remaneat, *Couar. pract. qq. cap. 4. num. 1. fol. 430.* & quod appellationes, interponendæ ad Sedem Apoſtolicam, cenſeantur reſeruatæ, & non poſſit præſcribi, vt non appelletur ad Principem, retuli, & ſequutus ſum *q. præced. n. 54.*

Si hoc dicimus in feudo regio de Rege: cur non idem in feudo eccleſiæ de Papa, qui eſt Rex Regum huius mundi? & conſequenter non per hoc, quia Rex cognoſcit cauſas in omni inſtantia, eſt ſublata maioria, & ſuprema iuriſdictio Papæ, quominus ad eum deferantur appellationes.

112 Iure propterea Pontifex de anno 1591. die 14. menſis Iunij Auditorem Cameræ potuit conſtituere iudicem competentem omnium appellationum, interponendarum ad Sedem Apoſtolicam a ſententijs latis a quibuſcunque iudicibus, ac etiam dictæ ſedis Apoſtolicæ Legatis in terris, eidem Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectis, aut ab alijs earum Gubernatoribus, vel officialibus, & quibuſuis in feudum, ſeu vicariatum, aut alias quomodolibet conceſſis, & demum a quibuſcumque ordinarijs etiam extra ſtatum eccleſiæ, vt legitur in ipſius Auditoris facultatibus *n. 9. verſ. & quaſcumque,* conceſſis dicto die 14. Iunij, eſtque prædictarum appellationum iudex, etiam ſi ad ipſum vel ad Pontificem interponantur, omiſſis medijs, *vt ſcripſi quæſt. præced. n. 90. verſ. infero, & latius hac eadem quæſtio. ſupra ſub n. 99. verſ. declara. & infra ſub n. 125. verſ. extende, & verſ. declara primo.*

Ad primam oppoſitionem reſp. quod in exemplificatione loquutus ſum in terminis pragmaticæ; quæ, an ſeruetur, vel non, remitto me ad practicos illius fori.

Ad ſecundam oppoſitionem reſp. concedendo omnia, ſed cum diſtinctione: Aut enim loquimur de appellatione, prout eſt vltimus recurſus aduerſus iniuſtitiam, quam ſubditus non poteſt amplius reparare apud iudices & magiſtratus feudatarij: & tunc ſine dubio poteſt recurri, & appellari ad Papam non ſolum a feudatario eccleſiæ, ſed a quouis alio etiam non feudatario, & cuiuſuis etiam imperialis dignitatis exiſtat, *vt retuli & ſequutus ſum infra quæſt. 16. lim... & q. præced. num. 74.* Siue ergo Rex habeat ex natura rei conceſſæ, ſiue ex iure conceſſionis, ſiue ex iure conſuetudinario, & præſcriptionis, ſiue quouiſmodo facultatem cognoſcendi cauſas in omni inſtantia, tamen apud Papam ſemper remanet ſuperior poteſtas, & iſto caſu procedunt adducta in oppoſitione, quæ veriſſima ſunt: Aut loquimur de appellatione, prout non eſt vltimus recurſus, quia ſubditus non tentauerit omnes vias iuridicas ad conſequendam iuſtitiam: & iſto caſu Papa non intendit pręiudicare iuriſdictioni Regis, *iuxta ea, quę ſcripſi q. præced. n. 74. & in ſpecie n. 76. & infra ſub n. 125. ver. reſpondeo,* & ita procedit exemplificatio; quod ſi officiales Regij non contenti hac veriſſima diſtinctione, maiorem exerceant iuriſdictionem, id non iure facerent, ſed de facto, ſecundum quod iſti reges nolunt recognoſcere ſuperiorem in temporalibus, *iuxta ea quæ ſcripſi ſupra l. 1. c. 16. n. 3. & infra q. 16. limit. 5. n. 1. & ſeqq.*

113 Exemplifica II. eandem concluſionem in aliquibus Baronibus intra ſtatum Eccleſiaſticum, qui cognoſcunt primas, & vlteriores cauſas vaſſallorum, ſed an de iure, vel de facto cognoſcant recurrendum eſt ad tenorem inueſtiturarum, quia, niſi eis ſpecialiter conceſſa ſit iuriſdictio in cauſis appellationum; prout eſt conceſſa aliquibus Baronibus Regijs in prouincia Aprutij, quorum memini *ſupra lib. 1. c. 66. ſub n. 5.* non poſſunt eas cognoſcere, per ea quæ retuli, & ſequutus ſum *infra n. 115. & 116.*

114 Reſtringe declarando hanc exemplificationem, vt quamuis Baro Sedis Apoſtolicæ habeat merum, & mixtū imperiū, & cognitionē cauſarum etiam in ſecunda, & tertia inſtātia, tamē vaſallus appellans poteſt via ordinaria,

omiſſo

Digitized by Google

omiſſo medio, recurrere ad And.Cam. *& ſcripſi infr.ſub num.125.verſ.extende*, & poteſt etiam recurrere ad Signaturam, quæ det ſibi iudicem appellationis, ſed Baro poſtea occulto odio proſequitur vaſallum, vt contra nõnullos Barones Regni, qui carcerant ſubditos appellantes, ad regia tribunalia, notat Capic. *deciſ.130. primum dubium, ſub num.*10.

115 Dubium incidenter occurrit circa prædictas duas exẽplificationes, quando cenſeatur conceſſa iuriſdictio tam primarum cauſarum, quam ſecundarum, & tertiarum.

Reſp. diſtinguendo quinque caſus.

Primus caſus eſt; quando conceditur ſola iuriſdictio; & tunc cenſentur conceſſæ ſolum cauſſę in prima inſtantia, *iuxta ea quæ ſcripſi ſupra lib.1.c.66.nu.5.* vbi videas.

116 Secundus eſt; quando conceditur feudum cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, & dico idem, quia intelliguntur conceſſæ ſolum primæ cauſſæ, ideſt, cognitio cauſarum in prima inſtantia, Natt. *conſil.*500.*primo quæritur, in fine, nu.25. Rol. à Vall. conſ.75. in iſto ſub n.14. verſ. hic tamen, & n.15. l.3. Crauet conſ.209. illuſtriſſimus; nu.9.* quos reprobantes Iaſonem, conſulentem contrarium, refert & ſequitur Becc. *in addit. ad ipſum Iaſ. conſ.161 circa primum in princip. lib.2.* quibus adde Iacob. de S.Georg. & Couar. quos retuli & ſequutus ſum *ſup. ſub nu.103. verſ. contraria opin.* vbi videas.

117 Tertius eſt, quando conceditur feudum cum ampliſſimis clauſulis, & facultatibus, ſed tamen concedens reſeruat ſibi ius appellationis; ſeu reſeruat ſibi altum dominium, & tunc videtur ſibi reſeruaſſe vltimam appellationem, & ius ſuperioritatis, ſicut Rex Franciæ in Ducatu Flandriæ, *vt recenſet Rebuff. tract. de appell. in præfat. num.*78. *tom.3. fol.*481.

118 Quartus caſus eſt, quando nominatim eſt conceſſa iuriſdictio ſecundarum cauſarum, ſeu etiam tertiarum cauſarum, & iſto caſu dico, nos eſſe in claris, *per ea quæ ſcripſi d.cap.66. ſub n.5. verſ. ſi vero.*

119 Quintus caſus eſt, quando in iuriſdictione non recognoſcit ſuperiorem, vel habet iure proprio, & in perpetuum dignitatem, & adminiſtrationem, & iſto caſu dico, quod poteſt cognoſcere tam primas, quam ſecundas, & tertias cauſas, *iuxta ea quæ retuli, & ſequutus ſum infra q.16. limit.1. nu.*112.

120 A poteſtate ſeu iudice, qui cognouit primas cauſas, ſi non eſt aliter prouiſum de iudice appellationis, appellabitur ad Superiorem, qui ipſum Poteſtatem, ſeu officialem elegit, quia talis dicitur proximus ſuperior, *Franch. in rubr. ſub nu.35. verſ.6. & vlt. de appell.*

Sed hoc debet intelligi vt procedat, quando is, qui poteſtatem elegit; non habet alium ſuperiorem, vt puta in Republica Lucenſi, vbi illius Conſilium generale eligit poteſtatem, dico, quod ſi in illa Rep. à ſententia Poteſtatis non eſſet aliquo caſu prouiſum de Iudice appellationis, appellandum eſſet à Poteſtate ad Conſilium generale, & ideo, ſi poteſtas iudicauerit in cauſſa inappellabili, & pars aliqua prætendat iniuſtitiam, nõ poteſt illa pars recurrere ad alium, quam ad ipſam Remp. & ſic ad Conſilium generale, quod repræſentando Rempublicam, elegit Poteſtatem.

A Iudice ordinario, electo à Populo, & confirmato à Domino appellatur ad ipſum Dominum, quia licet iudex habeat iuriſdictionem à Domino confirmante, tamen non eſt omnino idem tribunal Domini & iudicis, cum non conſtituatur libere à Domino, ſed tantum ab eo cõfirmetur, poſtquam fuerit à Populo electus, & conuenit admodum, quod appelletur ad Dominum, vt ipſe aliquã vel primam, vel ſecũdam cauſarum cognitionem habeat, alioquin eſſet iuriſdictio penes ipſum ſine vſu prætertim libero *Couarr. pract. qq. cap.4. ſub num.6. verſ. ſecunda concluſio, fol.*433.

A Paribus Curiæ ſiue Domino in cauſſa feudali appellatur ad proximiorem Dominum ſuperiorẽ illius feudi, & ab iſto proximiore ſuperiore appellatur ad alium proximiorem ſuperiorẽ, & ab iſto appellatur vltimo ad Imperatorem, *Iacob. de S.Geor. tract. de feud. verſus finem, in verbo. & dicti vaſalli pro dictis rebus, ſub n.36. tom.10. par.1. fol.*223. & eſſe communi * concluſionem teſtatur, & ſequitur Curt. Iun. *tract. de feud. in 7. & vlt. par. princ. q.11. n.31. to.10. par.2. fol.92.* quem refert, & ſequitur Clar. *lib.4. recept. ſentent. §. feudum, qu.90. in fine.*

Aduerte tamen, quod iſte ordo appellãdi vltimo loco ad imperatorem habet locum in feudis imperialibus, ſecus ſi ſit feudum eccleſię, quia appellaretur vltimo loco ad Sanctam Sedem Apoſtolicam.

Cęterum an, & quando Dominus feudi, quando ordinarius, & quando pares Curiæ iudicent in cauſa feudali, vide Canoniſtas *in c.5. cæterum vbi præſertim. Dec. nu.42. & ſeqq. de iud. Fran. Sonsb. trac. ad vſus feud. par.14. n.1. & ſeqq. to.10. par.2. fol.160. Mynſing. in ſing. obſeru. cent.1. obſ. penul.99. per totam, & cent.4. obſer.89. notum per totã. & late, & ordinate Curt. Iun. d. tr. de feud. in 7. & vl. par. princ. n.1. & ſeq. to.10. par.2. fol.90.* & vide, quæ ſcripſi *ſup. n.92.*

A capitulo, ideſt à geſtis in capitulo appellatur cum diſtinctione: Aut enim in capitulo interuenit pręſes, ſeu Pręlatus, vti pręſes: & tunc certum eſt, quod non poteſt appellari, niſi ad ſuperiorem illius Pręſidis; & ideo, ſi Epiſcopus interuenerit in capitulo vti Epiſcopus non poteſt appellari ad ipſum Epiſcopum, ſed debet appellari ad ſuperiorem Epiſcopi, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n.*60. & ideo à concilio prouinciali, in quo interuenerit Archiepiſcopus vti Archiepiſcopus, appellatur ad Papã, vti ſuperiorem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num.*100. & à concilio generali, in quo interuenit Papa, non poteſt appellari, quia Papa non habet ſuperiorem *iuxta ea, quæ ſcripſi ſub d. num.100. verſ. limita primo*. Aut in capitulo interuenit præſes ſeu Pręlatus, non vti Prælatus, & tunc appellatur ad Pręlatum, ſeu pręſidem illius capituli, & ideo, ſi Epiſcopus interuenerit in capitulo vti Canonicus, appellari poterit ad ipſum Epiſcopum, *vt retuli, & ſequutus ſum ſub d. num* 60. & ſimiliter, ſi Archiepiſcopus interuenerit in concilio prouinciali, vti Archiepiſcopus, & poſtea euaſerit Papa, poterit ad ipſum vti Papam appellari.

Quando Epiſcopus, ſeu alius præſes dicatur interuenire vti præſes, ſicque vti caput, & quando non vti pręſes, ſed vti membrum, cognoſcitur ex ſede, & ſubſcriptione: nam ſi ſederit in prima ſede, ſeque ſubſcripſerit primo loco, dicetur interueniſſe vti preſes, & caput, ſecus ſi non ſederit in prima ſede, ſeque non ſubſcripſerit primo loco, quare ſi Epiſcopus ſedet, & ſubſcribit poſt Archidiaconum, dicetur interueniſſe vti Canonicus, *Gloſ. in c.11. à collatione, in verbo. prælat. de appell. in 6.* quod ſi non appareat de ordine, quo ſederit, & actus fuerit celebratus ſine ſcriptura, tunc in dubio præſumitur interueniſſe, vti caput, *Gloſ. vbi ſupra, & Greg. Toloſ. tract. de appell. libr.4. cap.2. nu.6. verſ. præſumitur, fol.*373.

121 A Rectore alicuius collegij, vel artis appellatur ad illũ, cui tale collegium eſt ſubiectum, puta ad Poteſtatem ipſius loci, quia iſta collegia, & eorum rectores ſunt ſubiecta ordinarijs locorum, & ad eorum libitum poſſunt deſtrui, ſicut etiam à principio poſſunt prohiberi, ne fiant, *Franch. in rub. n.36. q.2. Card. Alex. nu.52. verſ. ſed quid de ſententijs, & Dec. n.46. q.6. de appell.* & quod à collegio, & rectore collegij poſſit appellari, refert, & ſequitur Roginell. *tract. de appell. §.2 cap.3. nu* 57.

122 Aduerte quod ſi collegium eſt mere ſeculare, puta mercatorum, & aliorum artificum, & eorum rector eſt ſecularis, tunc appelletur ad ſuperiorem ſeculare, *Franch. & Card. Alex. vbi ſupra.*

123 Quod ſi collegium eſt eccleſiaſticum, & ſimiliter rector eſt eccleſiaſticus, tunc debet appellari ad immediatum ſuperiorem Eccleſiaſticum, *Franch. & Car. Alex. vbi ſupra*.

124 Si vero collegium eſt mixtum laicorum, & clericorum, puta ſi appelletur a Rectore ſcholarium: iſto caſu, ſi pro maiori parte ſunt clerici, eſſet appellandum ad Epiſcopum indiſtincte: ſed ſi pro maiori parte ſunt laici, tunc ſi rector eſt clericus, & iudicat de clerico, & debet appellari ad Epiſcopum, cum is rector iudicet, vt eccleſiaſticus, ex quo aliter in clericum non datur iuriſdictio: ſed ſi iudicat de laico, tunc debet appellari ad Poteſtatem, quia licet ipſe rector ſit clericus, tamen iſto caſu iudicat vt laicus, & tanquam rector collegij ſecularis. *Franch. d. rubr. ſub n. 36. quaeſt. 2. ibi aliquando collegium eſt mixtum, & Card. Alexan. ſub n. 52. verſ. aut vero in eis de appell.* Sed Spec. *in tit. de execut. ſent. §. nunc dicendum eſt. n. 12. verſ. ſed nunquid lib. 2. fol.* 179. reciſius, & imperfecte ait, quod appellatur ad defenſionem ciuitatis, ſi litigatores ſunt laici, ſi vero clerici, ad Epiſcopum.

Nota obiter dum dixi, a Rectore ſcholarium appellari ad Epiſcopum, vel ad laicum iuxta relatam diſtinctionem; quod rector ſcholarium, eſt iudex competens ſcholarium, *auth. habita, verſus finem C. ne fil. pro patr.* quæ auth. eſt canonizata in priuilegium ſcholarium profitentiũ in almo Vrbis gymnaſio a Bonif. VIII. octauo idus Iunij anno 1303. & loco Epiſcopi eſt declaratus Vicarius Romani Pontificis, & ideo ceſſat diſputatio, quam facit Abb. *in qq. q. 6. Gandulphus ſub num.* 1. dum arguit, quod ſcholares non poſſint facere vniuerſitatem, & conſequenter non poſſint de iure communi habere rectorem; & an rector ſit comprehenſus in d. auth. *habitę* non diſputo; tu poteris videre Abb. *d. q. 6. ſub n. 7. verſ. ego vero pro deciſione*.

Nota etiam, quod rector nõ eſt iudex ſcholarium priuatiue quoad alios, ſed cumulatiue ad electionem ſcholaris, qui poteſt etiam conuentus eligere vel dominum, vel magiſtrum ſuum, vel epiſcopum ciuitatis; *vt in d. auth. habita*. Super hoc notabili vide, quæ late ſcribit Hor. *Lut. tract. de priuil. ſchol. priuil. 65. & ſeqq. tom. 18 fol. 82.*

Declara etiam, dum dixi, a rectore eſſe appellandum ad Epiſcopum, vel ad laicum, vt ſcholaris poſſit appellare, etiam omiſſo medio, *vt retuli, & ſequutus ſum q. præced. n. 102. lim. 10.*

ARTICVLVS V.

125 AD quintum articulum; *Ad quas appelletur a ſententijs, latis a iudicibus ordinarijs locorum ſtatus eccleſiaſtici, immediate Sedi Apoſtolicæ ſubiecti.*

Vt ſatisfaciam huic articulo, conſtituo tres concluſiones.

Primo igitur concludo, quod a iudicibus eccleſiaſticis appellatur gradatim ad ſuperiores eo ordine, de quo egi *ſupra num. 52. & ſeqq.* cum limitatione, & declarationibus, quas poſui ſupra *ſub n. 99. verſ. lim. & verſ. ſeqq.* ille enim ordo eſt generalis, & obſeruandus in ſingulis prouincijs, dominijs, ducatibus, regnis, & in toto mundo, vbi ſunt iuriſdictiones eccleſiaſticæ, & propterea in primis eſt obſeruandus in ſtatu & dominio temporali eccleſiæ.

Secundo concludo, quod a iudicibus ſecularibus ſtatus eccleſiaſtici, immediate temporali Eccleſiæ dominio ſubiecti, appellatur gradatim ad ſuperiores, & ideo à Prætoribus, Commiſſarijs, Locatenentibus, & ſimilibus iudicibus Caſtrorum, Terrarum & Ciuitatum appellatur ad proprios Gubernatores Prouinciæ, ad Vicelegatos, Legatos, Rotas, & ad Sacram Conſultam iuxta tenorem priuilegiorum, indultorum, facultatum, literarum, & breuium apoſtolicorum, de quibus priuilegijs, ſeu indultis apoſtolicis meminit Sixtus V. in conſtitutione rotali prouinciæ Marchiæ, prout legitur *in d. conſtitutione ſub n. 17. verſ. totius vero.* & conſequenter de iudicibus appellationum non poteſt dari certior doctrina, ex quo priuilegia, ſeu indulta ſunt diuerſa; & facultates prædictæ poſſunt augeri, diminui, & alterari ad beneplacitum ipſius Papæ; quare in caſu occurrenti neceſſe eſt, vt ad ea recurramus.

Tertio concludo, quod ab iiſdem omnibus iudicibus ſtatus eccleſiaſtici, etiam ſi ſint Legati Sedis Apoſtolicæ, poteſt appellari etiam ad Aud. Cam. quia appellationes, quæ extra Curiam a quibuſvis iudicibus interponantur ad Sedem Apoſtolicam, deuoluuntur ad ipſum Audit. Cam. iuxta eius facultates, a me citatas *ſupra ſub num. 16. verſ. ſubextende & num. 112. & quaeſt. præce. n. 90. verſ. infero*, & ſcripſit etiam Veſtr. *in prax. lib. 2. c. 4. ſub n. 4.* quem retuli, & ſequutus *ſum ſupra lib. 1. c. 22. n. 2.* ſed ad Papam poteſt ab omnibus, etiam omiſſis medijs, appellari; Ergo & ad Auditorem Cameræ.

Contra hanc concluſionem in eo, quod dicimus, appellationes, interpoſitas ad Papam, deuolui ad Auditorẽ Cam. tenet. Rot. *deciſ. 42. alias 336. ſi a iudice de appell. in nou.* dicens, quod ſi a iudice in Campania appellatur ad Papam, vel eius officiales, Auditor Cameræ ſine ſpeciali commiſſione non poteſt ſe intromittere, quia Auditor Cameræ non eſt Auditor, neque officialis Papę, ſed Auditor Cameræ, & Camerarij, & quemadmodum, inquit, Camerarius de eiuſmodi cauſſis, per appellationem ad Curiam deuolutis, non poteſt ſe intromittere, ita neque eius Auditor.

Non diſcedas a concluſione, quia facultates Auditoris Cameræ ſunt claræ, & inficiunt iſtam deciſionem, quæ poterat procedere quando Auditor Cameræ non habebat iſtas facultates; *prout notauit etiam Veſtr. d. lib. 2. c. 4. ſub n. 4.* facultates enim Auditoris Cameræ in dies auctas eſſe teſtatur Mandoſ. *tract. de inhibit. q. 93. nu. 2. tom. 5. fol.* 107. & dixi *ſupra lib. 1. c. 22. n. 4.*

Extende eandem concluſionem, vt ad Auditorem Cameræ poſſit appellari, etiam omiſſis medijs, *vt ſcripſi dict. quaeſt. præced. num. 90. & ſupra dictis num. 99. verſ. & declara & num.* 112. & ratio eſt euidens, quia Papa conſtituit Auditorem Cameræ iudicem appellationum, interponendarũ ad Sedem Apoſtolicam, ſeu ad ipſum Papam, vt in eiuſdem facultatibus, ſed ad ipſum Papam, poteſt appellari, omiſſo medio, vt late proſequutus ſum, & declaraui *q. præced. lim. 4. n. 46. & ſeqq.* ergo ad ipſum Auditorem Cameræ.

Contra iſtam extenſionem facit, quia priuilegium datum iudicio ordinario, non tranſit in eius ſubſtitutum; quare licet à ſententia iudicis ordinarij non poſſit appellari, tamen poteſt appellari a ſententia ſui vicarij, ſeu ſubſtituti, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 56. verſ. quinto quia*. Sic in propoſito licet Auditor Cameræ ſit ſubſtitutus, & quaſi vicarius appellationum, interponendarum ad Papam, tamen Papa habet hanc præeminentiam vt poſſit ad ſe appellari, omiſſis medijs; Ergo iſta pręeminentia non cenſetur tranſlata in Auditorem Cameræ.

Non diſcedas ab extenſione, quę practicatur quotidie ſine vlla controuerſia, & clare colligitur ex ipſis facultatibus, dum in eis conſtituitur iudex appellationum etiam a ſententijs delegatorum; quia cum non appelletur ad delegantem, omittitur medius.

Subextende I. eandem extenſionem, vt procedat etiã ſi iudices medij, id eſt, ij, a quibus deputati ſunt, vel loca ipſa, in quibus iudicant, vt puta, Barones, Domicelli, feudatarij, Communitates, & Vniuerſitates ſtatus eccleſiaſtici haberent indulta, ſeu priuilegia cognoſcendi ſecundas cauſſas, quia adhuc poſſet appellari ad Auditorem

Cameræ

Cameræ, his medijs omiſſis, ex quo his omnibus priuilegijs, & indultis derogat Papa in facultatibus Auditoris Cameræ *ſub nu.35. verſ. non obſtantib.* conceſſis de anno 1590. pridie idus Decembris, & adde quæ ſcripſi *q.præced. n.54.& 90.*

Oppono contra hanc ſubextenſionem: quia Papa non intendit præiudicare iuriſdictioni ordinariorum, per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *q.præced. numero 74. & 75.* & propterea, appellato inſtante, ſolet remittere cauſſam ad iudicem mediatum, vt retuli & ſequutus ſum *eadem, q.præced.num.83.* & Signatura commiſſiones appellationum, interpoſitarum à iudicibus extra ſtatum Eccleſiaſticum, ſolet de medio tollere, *vt ſcripſi ead.q.præced. nu. 34.* Ergo autem non potuit appellari ad Auditorem Cam. omiſſo medio, aut ſaltem cauſſa eſt remittenda ad mediatum.

Reſp. huic oppoſitioni, quod nos ſumus in caſu, in quo conſtat expreſſe de intentione Papæ; ad quem cum poſſit appellari, omiſſo medio, vt retuli, & ſequutus ſum *d.quæſt.præced.num.46.& 47.* nemini iniuriam facit, ſi ſuo iure vtatur, præſertim ad noſtram vtilitatem, *per ea quæ ſcripſi d. num.47.* & licet non ſoleat remittere cauſam appellationis, interpoſitæ intra ſtatum Eccleſiaſticum, & introductæ coram Audit. Cameræ, vt etiam teſtatus ſum *d. quæſt. præced. num. 91.* & ſolet de medio tollere commiſſiones appellationum interpoſitarum in locis extra ſtatum Eccleſiaſticum, *vt ſcripſi eadem q.præced. num.34.* etiam ſi illa loca ſint feudalia ſedis Apoſtolicæ, *vt dixi ead. q.præced.nu.76.* ſicque ſoleat diuerſo iure vti; tamen ratio huius diuerſitatis eſt, quia ipſe intra ſtatum Eccleſiaſticum exercet iuriſdictionem temporalem immediate, & minus mediate, quam extra dictum ſtatum: Vnde in re magis propria, & ſuæ adminiſtrationi magis ſeruata poteſt facilius, & ſolet intentius prouidere, quam in re, cuius curam alteri ſtrictioribus forſan pactis, & inueſtituris commiſit: Vlterius huius diuerſitatis ratio non eſt ſolicite quærenda, tum quia Papa non mouetur, niſi ex cauſſa, vt retuli, & ſequutus ſum *quæſt.præced.ſub num.75.* tum quia, cum Papa habeat iuriſdictionem in adminiſtranda iuſtitia, quantumuis iuriſdictio alteri ſit conceſſa, iuxta ea, quæ ſcripſi *ſupra n.111.in ſecunda oppoſitione, & n.112.* non facit præiudicium ſi non dat, quod non tenetur dare.

Subextende II. vt procedat etiam in appellationibus à ſententijs, latis iudicibus Terrarum Populi Romani, quia etſi Statuta Vrbis *lib.1.c.15. & c. 188. de appellationibus ſubditorum, &c,* mandent, ob illis ſententijs appellari, recurri & dici de nullitate dictarum ſententiarum ad Conſeruatores Vrbis nihilominus, cum facultates Auditoris Cameræ habeant clauſulam derogatoriam ſtatutis Vrbis, poterit appellari etiam ad Auditorem Cameræ, omiſſis Conſeruatoribus.

126 Reſtringe I. eandem concluſionem, vt non procedat in caſu, qui eſſet de vniuerſitate cauſarum, delegatarum alicui iudici priuatiue quoad alios, quia tunc ſi coram alio procederetur non appellabitur ad Auditorem Cameræ, ſed patebit aditus ad ipſum delegatum vniuerſitatis cauſarum; qui iuxta ſuas facultates poterit ad partis inſtantiam inhibere, & reaſſumere cauſſam tam extra Curiam quam in Curia: Et qui ſint in Vrbe illi delegati ad vniuerſitatem cauſarum, & quam habeant iuriſdictionem, tu ex cuiuſque proprijs impreſſis facultatibus in caſu occurrenti facile cognoſces.

Reſtringe II. vt non procedat in appellationibus à iudicibus ſecularibus extra ſtatum Eccleſiaſticum, quia Papa non ſolet eas recipere, per ea quæ ſcripſi *ſupra verſ. reſpondeo,* niſi in caſu, quo eſſet in eo loco clauſus locus iuſtitiæ, *vt dixi ſupra ſub num.112. verſus finem, & in locis ibidem citatis.*

Reſtringe III. vt non procedat in cauſſis matrimonialibus, & beneficialibus, quia Auditor Cameræ ex ordinaria iuriſdictione eas non poteſt cognoſcere, & ideo ad eum neque gradatim, neque non gradatim poteſt in illis appellari ſed ſolum ad ipſum Papam, qui illas deleget, *vt ſcripſi ſupr ſub n.99. verſ. ſubdeclara.*

ARTICVLVS VI.

127 AD Sextum articulum: *Ad quos appelletur à ſententijs, latis à iudicibus Romanæ Curiæ.*

Priuſquam ſatisfaciam huic articulo non deſinam in veſtram redigere memoriam, quod in Curia Romana extant non ſolum quam plures iudices, ſed etiam quod eorum iuriſdictio quandoque mutatur, & alteratur, iuxta ea, quæ, loquendo de iuriſdictione Auditoris Cam. ſcripſi *ſupra ſub nu.125. verſ. non diſcedas,* quod cum ita ſit hunc proſequar articulum iuxta moderniores facultates, & iuriſdictiones iudicum.

128 A mareſcalli Vrbis iudice, quem vocamus *Iudicem Curiæ Sabellorum,* appellatur ad Auditorem Cameræ, veluti ordinarium appellationum dictæ Curiæ, vt ſcribit Veſtr. *in prax lib.2.c.14 ſub num.1.* quem retuli & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.28.* Et ratio eſt, quia iſte iudex Curiæ Sabellorum eſt iudex ordinarius inferioris ordinis ſequentium Romanam Curiam non exemptorum, ſed humilioris conditionis, ſicut enarrat Veſtr. *d.lib.2.c.14. num.2.c.4. ſub num.4.* & quod iſte iudex Curiæ Sabellorum ſit iudex ordinarius, ſcribunt etiam Gloſſ. Spec. & Vant. quos retuli, & ſequutus ſum *infra q.19. rem.1. concl. 6. nu.79. verſ. confirmatur,* & Auditor Cameræ eſt iudex ordinarius ſuperior Curialium; merito ab illo inferiore appellatur ad Aud. Cam. qui eſt ſuperior, *Veſtr. d.c.14.n.1. in vltimis verbis,* hæc eſt certa concluſio.

Confirmatur hodie hæc concluſio ex facultatibus Auditoris Cameræ, conceſſis in forma literarum a Gregor. XIV. *nu.9. verſ. & quaſcunque,* & à me ſæpe citatis *ſupra ſub nu.16. verſ. ſubextende, & nu.112.* in quibus Auditor Cameræ conſtituitur iudex omnium appellationum à iudicibus ordinarijs in Curia, exceptis Vicario Gubernatore, & Senatore.

Aduerte obiter, quod Camerarius, & Camera ipſa Apoſtolica, quæ eſt iudex ordinarius, non eſt de exceptis in dictis facultatibus, quia eo ipſo, quod Auditor Cameræ dicitur Auditor Cameræ, non poteſt Camera comprehendi inter iudices ordinarios, à quibus poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, quia eſſet appellare ab inferiore ad ſuperiorem, *vt latius ſcripſi infra ſub n. 152. verſ. facilis.*

Ab eodem iudice Curiæ Sabellorum appellatur etiam ad Gubernatorem Vrbis, quia Gubernator in illis appellationibus de facto ſe intromittit, *vt ſcribit Veſtr. d. lib. 2.c.14. ſub n.1.* quem conciſe retuli, & ſequutus ſum etiam *ſupra lib.1.c.28.*

A Soldani Romanæ Curiæ iudicem, quem Iudicem Turris nonæ vocamus, appellatur ad Gubernatorem Vrbis, *vt enarrat Veſtr. in prax. lib. 2.c.15. ſub n.1.*

Ab eodem Iudice Turris nonæ poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, quia eſt iudex appellationum à iudicibus ordinarijs in Curia, vt in eius facultatibus quas citaui *ſupra verſic. confirmatur.*

129 A Ripæ & Ripettæ iudice appellatur ad Præſidem pro tempore dictæ Ripæ, & Ripettæ, & duæ ſententiæ faciunt rem iudicatam, vt diſponitur in motu proprio Papæ Pauli III. *poſtquam regiſtrato lib.5. diuerſorum Pauli III. fol.118.*

Ratio eſt, quia Iudex Ripæ, & Ripettæ eſt iudex Camerarius, & ordinarius cauſſarum Ripalium, & eius iuriſdictio habet multa priuilegia, conceſſa inter alios Pontifices

tifices

Digitized by Google

tifices à Papa Paulo III. in d.*motu proprio*,& de eius iuriſdictionis origine habens motum proprium Clementis VII.*nuper*.quo etiam diſponitur, vt deputetur per Præſidentem Cameræ Apoſtolicæ, ſeu eius Decanum; habes etiam motum proprium 72.Pij IV.*cupientes.fol* 752.

Cumque ſit iudex Camerarius, debeat ab eius ſententia appellari ad Præſidentem, qui eſt Clericus Cameræ.

130 A Vicario Papæ appellatur ad Papam, *Dec. in c.66. dilecti.num.30.de appell.*& quod a ſenteria Vicarij Principis appelletur ad Principem ſcribunt Franch. *d.c. dilecti. num.41. verſ.ſexto quæritur.* etiam ſi ſit Vicarius generalis, & quamuis ſit idem auditorium cum ipſo Principe, ſcribit *ibidem n.42.verſ.ſeptimo quęritur.* & Maran.*in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verb. & quandoque appellatur.num.* 383 *fol.*513. & ratio eſt, quia alias ſententia Vicarij non poſſet reuideri, cum Principis, & Vicarij ſit idem tribunal, *Maran.vbi ſupra*.

Nec obſtat quod à Vicario non poſſit appellari ad Epiſcopum,*per ea quæ ſcripſi ſupra n.*53.

Quia reſpondeo, quod non appellatur ad Epiſcopum, quia exſtat Archiepiſcopus, ad quem poteſt appellari; ſed à Vicario Principis debet poſſe appellari ad Principem, quia non exiſtat alius ſuperior, ad quem poſſit appellari.

Declara I.extendendo, vt à Vicarij Locumtenentibus, qui ſunt duo, vnus in ciuilibus, & alter in criminalibus, appelletur ſimiliter ad Papam, quia à Locumtenentibus ſeu Vicarijs appellatur, ſicut appellatur ab his, quorum Vicarij ſunt, *vt ex Innoc.retuli, & ſequutus ſum ſupra num.* 86.Eſt enim idem tribunal, *vt late retuli, & ſequutus ſum ſupra n.* 53. *& ſeqq.* & quod à Locumtenente non poſſit appellari ad eum, cuius eſt locumtenens quia eſt idem tribunal, ſcribit Paul de Caſtr. *in l.5.a iudice.ſub n.4.C.de iudic.*Vide Corn.*conſ.48.n.1.lib.1.*

131 Declara II.vt hodie à Locumtenente Vicarij in ciuilibus, qui profert ſententias ſub nomine tribunalis, ſi cauſſa eſt inapellabilis propter modicam ſummam, detur recurſus ad Viceſgerentem, qui eſt iudex eiuſdem tribunalis, repræſentans perſonam Vicarij, & ab eo datur recurſus ad Illuſtriſs.Cardinalem Vicarium.

132 A Viceſgerente, qui ſimiliter poteſt cauſſas cognoſcere in prima inſtantia, appellatur ad Papam, ſed ſi cauſſa ſit inapellabilis, quia ſit de modica ſumma, poteſt recurri ad Illuſtriſſimum D.Vicarium.

De recurſu, ſupplicatione, & reuiſione vide, quę ſcripſi *infra q.19.rem.3.*

A Magiſtris Iuſtitiarijs appellatur ad Capitaneum appellationum ex diſpoſitione ſtat Vrbis *lib.3.c.40.in fine princ.*

133 A Conſulibus Agricolturæ non datur appellatio, ſed ſolum reuiſio per duos probos viros, de arte agriculturæ eligendos à Conſulibus artis ad inſtantiam partis, petentis riuiſionem, qui viri eligendi non ſint partibus ſuſpecti: & hæc reuiſio debet peti infra octo dies, immediatè ſequentes poſt latam ſententiam: & poſtquam fuerint electi, debet is, qui petijt eos eligi, efficere vt dicti reuiſores electi acceptent infra octo alios dies: qui reuiſores debent infra menſem, inchoandum à die, quo vltimus reuiſor acceptauit, terminare cauſſam reuiſionis ex eiſdem actis: & demum poterit peti altera tantum reuiſio, vt latius habetur in ſtatutis nobilis artis agriculturæ, *cap.*54

134 A Conſulibus artium in caſu appellabili appellatur ad Capitaneum appellationum, quia is eſt iudex appellationum à ſententijs latis a iudicibus, & officialibus quibuſcunque Curiæ Capitolij, *vt dixi ſupra.q* 2. *num.*22.In caſu vero non appellabili datur recurſus per viam querelæ ad Conſeruatores Vrbis, ex diſpoſitione ſtatutorum,*lib.1.c.*15.

135 A Magiſtris viarum in ordinarijs appellatur ad Capitaneum appellationum, vel ad Cameram Apoſtolicam ad electionem appellantis; in alijs verò, de quibus cognoſcunt per priuilegia, & litteras Apoſtolicas cum Reuerendiſſimo D. Camerario S.R.E. appellatur ad Reuer. Cam. Apoſtolicam ex diſpoſitione ſtatut.Vrb. *lib.3.cap.39.in princ.*vel ad Præſidem viarum.

De iuriſdictione, & facultatibus Magiſtrorum viarum vide literas Pij IV.datas Romæ 10.Kal.Septembris anno Domini 1565.

136 A Collateralibus, & Senatore, eiuſque Iudice maleficiorum appellatur ad Capitaneum appellationum, etiam ſi ſententia fuerit lata de voto totius Aſſettamenti, *vt notant ſupra q.2.n.22.*vbi videas.

137 Extende I. vt procedat etiam in ſententia, prolata in prima inſtantia à delegato, ſeu deputato Senatoris, quia adhuc appellatur ad Capitaneum ex diſpoſitione ſtatut. Vrbis *lib.1.c.12.*

138 Declara iſtam extenſionem, vt procedat de plano, quando fuit deputatus in locum Collateralis, allegati ſuſpecti; quia tunc ſicut à ſententia, lata ab illo Collaterali, fuiſſet appellandum ad Capitaneum, ita etiam erit in ſententia, lata à ſubrogato in eius locum; ſed ſi cauſſa erat cognoſcenda ab ipſo Senatore, & is eam delegauerit, poſſet oriri dubitatio ex eo, quod à delegato appellatur ad delegantem, *vt dixi ſupra n.14.& ſeqq.& n.24.*loquendo in delegato ab Epiſcopo.

Extende II.vt à ſententia Senatoris, cognoſcentis de appellatione à ſententia, lata per Capitaneum, appelletur ad eundem Capitaneum, qui ſi fuerit illemet qui prius in ea iudicauerit, cauſſam appellationis determinabit conſilio Conſultoris aligendi; alioqui ſi Capitaneus erit mutatus, ipſe cognoſcet, vt partim expreſſe diſponitur, & partim colligitur ex ſtatut.*lib.1.cap.*180. & hæc extenſio adaptatur, quando Capitaneus iudicat in prima inſtantia, quia appellatur ad Senatorem, *vt dixi infra an.*140.

139 A Capitaneo appellationum, ſi eius ſententia eſt conformis ſententiæ à qua fuit appellatum, non datur appellatio, quia duæ conformes faciunt rem iudicatam. Si verò eſt difformis, tunc omnino appellatur ad Senatorem; qui tamen ſi prima ſententia fuit lata à ſe, vel ab aliquo ex ipſius Senatoris Iudicibus, non cognoſcit, ſed cauſſam determinat conſilio Conſultoris, eligendi; ſed ſi non ipſe Senator, neque aliquis ex eius officialibus primam tulerint ſententiam, ipſe Senator vti iudex appellationum, cognoſcet cauſſam appellationis ſententiæ, latæ à Capitaneo, vt in ſtatut. Vrbis *lib.1.cap.*178. quod credo procedere etiam, quando prima ſententia eſſet lata à delegato Senatoris in caſu, quo ipſe Senator debuiſſet iudicare, quia ſicut iſto caſu potuiſſet à ſententia delegati, ſeu deputati immediatè appellari ad Senatorem, vt dubitando dixi *ſub num.præced.* ita à fortiori credo, quod vbi de facto fuerit appellatum ad Capitaneum, & is protulerit ſententiam difformem, poſſit tanto magis appellari ad Senatorem, quia iſto reſpectu illa prima ſententia non dicitur lata à Senatore, neque ab aliquo ex eius officialibus.

140 A Capitaneo, iudicante in prima inſtantia, appellatur ad Senatorem; ſiue ſententia Capitanei ſit diffinitiua, ſiue habeat vim diffinitiuæ, & dummodo cauſſa ſit appellabilis, ſic diſponentibus ſtat.Vrb.*lib.1.c.*179.

A Senatore appellatur ad Capitaneum appellationum, *vt dixi ſupra n.136.& ſub n.138.verſ.extende* 2.

141 A Gubernatores Burgi appellatur ad Audit. Camer. quia Gubernator Burgi non eſt de exceptis; & a non exceptis appellatur ad Audit. Cam. vt in eius facultatibus *num.9.*

142 A Gubernatores Vrbis, eiuſque Locumtenentibus in cauſſis appellabilibus, & in quibus non agitur de intereſſe

Digitized by Google

reſſu Fiſci, quales ſunt cauſſæ inter priuatum, & priuatum inter quos agitur ciuiliter, appellatur ad Papam, vt habetur in Bulla Sixti V. *reformatio curiæ almę Vrbis Gubernatoris, &c. verſ. in cauſſis ordinarijs*. publicata anno 1587. die 1. menſis Decemb.

Sëd in cauſſis, in quibus agitur de intereſſe Fiſci, quales ſunt illæ, in quibus agitur de pœna applicanda fiſco, debet appellari ad Cameram ex diſpoſitione Bullæ Pij IV. ſuper ordinatione tribunalis Cameræ Apoſtolicæ, editę anno 1564. Kal. Nouembris, in illis verbis: *Nec non ius reddendi, & iuſtitiam tam fiſco, & priuato, quam ipſis priuatis, ſi qua ratione de fiſci intereſſe agatur, adminiſtrandi*, & rurſus circa medium dictæ Bullæ: *Verum, vt prolixa litium diſpendia quo poteſt compendio arceantur, Clericus, qui iudex, vel commiſſarius fuerit, cauſſam aliquam propoſiturus, partibus prius auditis diligenter factum diſcutiat, illoque bene, & ſufficienter inſtructo, ſchedulam manu ſua ſubſcriptam parti agenti, & inſtanti contra fiſcum, vel alium, ſeu procuratori fiſci cōtra partem de more tradat, qua etiam Clericos, & Camerales omnes certiores faciat, ſe huiuſmodi cauſſam præfiſſo die propoſiturum*.

Vel eſſet appellandum ad Aud. Cam. ex diſpoſitione motus proprij Pij V. reformatorij motus proprij Pij IV. cum ſicut accepimus, niſi eiuſdem Audit. iuriſdictio declarata eſſet incompetens quoad appellationes à ſententijs Gubernatoris, vt in ipſius Auditoris facultatibus *n. 9. verſ. & quaſcunque*, conceſſis de anno 1590. pridie Idus Decembris, niſi tu replices quod dictæ facultates, cum ſint ampliatiuę, non derogant in caſibus, in quibus Auditor Cam. iam habebat iuriſdictionem. Cogita.

143 A Gubernatoris Vrbis Locumtenente iuriſdictionis ciuilis in cauſſis non appellabilibus, & in quibus de iure recurſus datur, recurri poteſt ad Gubernatorem, qui cauſſas huiuſmodi recurſus per ſe ipſum, vel alium, ab eo deputandum iuxta ſuas facultates, expediat: & eiuſmodi recurſus peti debet infra decem dies dumtaxat, & eius petitione non retardatur executio vſquequo Gubernator petitum recurſum non admiſerit, vt habetur in dicta Bulla Sixti V. reformatio curiæ almæ vrbis Gubernatoris, *verſ. in cauſſis ordinarijs*.

De materia recurſus, ſupplicationis, & ſimilium vide, quæ ſcripſi *infra q. 19. rem 3.*

In quibus cauſis, ſeu ſententijs non appelletur à Gubernatore, ſeu eius Locumtenentibus criminalibus, vide *infra q. 17. limit. 48.*

144 Ab Auditore Camerę eiuſque Locumtenentibus appellatur ad Papam.

A Rotæ Auditore appellatur ad Papam, *vt declaraui ſupra n. 20. illatione 2.*

A Delegato Papæ appellatur ad Papam delegantem, *vt dixi ſupra n. 16.*

145 A Doanerio, & à Doanerio Patrimonij appellatur ad Præſidem Doanarum: nam ex Clericis Reuer. Cameræ Apoſtolicæ eliguntur Præſides, qui dicuntur habere ordinarium, ac propriam demandatam iuriſdictionem ad vniuerſitatem cauſarum ratione guberniorum, quæ quot annis inter ipſos clericos diſtribuuntur, *vt notat Paul. Granut. theor. 21. ordinarium, n 13.*

Nota obiter, qood hi Præſides proferunt ſententias ſi‹ne› voto Cameræ, etiam ſi pars, ſeu partes peteret ſententiam non proferri ſine voto Cameræ; quod non eſt quando cauſſa cognoſcitur ab alio Clerico Cameræ. quia is, etiam ſi ſit delegatus per reſcriptum Papæ, non poteſt expedire cauſſam ſine voto Camerę iuxta diſpoſitionem Bullæ Pij IV. editæ anno 1564. Kal. Nouembris ſuper ordinatione tribunalis Cameræ Apoſtolicæ.

Ratio quare Clericus Cameræ non poſſit expedire cauſſam ſine voto Cameræ eſt, quia clerici Cameræ nullam habent iuriſdictionem, vt ſinguli, ſed tantum collegialiter, & in plena Camerà, vt diſponit Bulla 70. Pij IV. reformatio Cameræ Apoſtolicæ & eius officialium, *verſ. clerici verò, fol. 748.*

A Præſidibus ſupradictis appellatur ad Cameram, *vt dixi nu. ſeqq.*

146 A Camera Apoſtolica appellatur ad ipſammet Cameram, *vt ex ſeqq. clare patebit*.

A Clericis igitur, ſeu clerico Cameræ Apoſtolicæ appellatur ad eandem Cameram, & cauſſa committitur per turnum alteri clerico, qui de voto ſimiliter eorundem clericorum ſententiam profert; quare cauſſa ſemel effecta cameralis, remanet cameralis, & alibi videri non poteſt, *Marcheſ. tract. de commiſſ. parte 1. rubric. de commiſſ. in particulari cap. 3. ſub num. 16. ibi*, quare ſi. *fol. 28. in ſecunda impreſſione*.

Ratio eſt, quia tribunal Cameræ eſt tribunal primarium, & ſupremum, vt illud vocat Pius IV. in bulla ſuper ordinatione tribunalis Cameræ Apoſtolicæ, edita anno 1564. Kal. Nouembris.

147 Declara, vt quamuis Clericos, cui Camera cauſſam per turnum committit, repræſentet totam Cameram, & ideo dicitur adhuc iudex ordinarius, & non delegatus, *Paul Granut. theor. 21. ordinarium, ſub nu. 17. verſic. ſi vero loquimur*. Tamen ille clericus non poteſt expedire cauſſam ſi‹ne› voto Cameræ, etiamſi ei cauſſa eſſet commiſſa per ſpeciale reſcriptum Papę, *vt dixi ſupra nu. 145.* & debet illam expedire ſub nomine Camerarij, *vt per eundem Granut. d. theor. 21. nu. 11. & 16.* & ratio eſt, quia clerici Camerę nullam habent iuriſdictionem vt ſinguli, ſed tantum collegialiter in plena Camera, *vt retuli ſub d. nu. 145.* Et quando clericus Camerę dicatur delegatus in cauſa, vide Granut. *d. theor. 21. ſub n. 17.*

148 A Præſide Doanarum, & Graſciæ appellatur ad Cameram, quia eſt iudex Camerarius.

149 A Præſide Ripæ, & Ripettæ, alijſque Præſidibus & clericis, Gubernatoribus Camerarijs appellatur ad Cameram ob eandem rationem.

150 A Camerario ipſo appellatur etiam ad Cameram, quæ cauſſam committit alicui ex Clericus eiuſdem Cameræ, *Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 1. rub. de commiſſ. in particulari c. 3. ſub n. 16. fol. 28. col. 1. in 2. impreſſ.*

151 A Theſaurario appellatur ad Cameram, *Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 1. rubr. de commiſſ. in particulari c. 3. ſub n. 16. fol. 28. col. 1. in ſecunda impreſſ.*

Aduerte, quod a ſententijs, latis per Theſaurarium, ſeu Locumtenentem, vel Auditorem, ſeu alios eius miniſtros datur appellatio, facto prius actuali depoſito infra viginti dies a die latæ ſententiæ penes Montem Pietatis, aut alium locum arbitrio eiuſdem Theſaurarij, alias nullatenus retardatur executio, vide facultates, Theſaurario a Clem. VIII. verſus finem *verſ. in tunſque*, conceſſas Kal. Auguſti Anno Domini 1596.

Confirmatur hæc aduertentia ex his, quæ ſcripſi *infra q. 17. lim. 17. num 6.* vbi dixi non admitti appellationem, niſi facto actuali depoſito, quando agitur de debito Cameræ.

152 A Commiſſario Cameræ appellatur ad Cameram, quia etiam ipſe eſt officialis Cameræ Apoſtolicę, & habet iuriſdictionem contra detinentes ſcripturas pertinētes ad Cameram, & contra eos proceditur manu regia, & executiue, vt in facultatibus, conceſſis a Sixto V. anno Domini 1586. 4. Idus Octobris; & quia in hoc procedit executiue, ideo non datur appellatio ſuſpenſiua.

Contra hunc ordinem appellandi ad Cameram, poſitum *ſupra nu. 145. vſque ad hunc num.* & contra appellationem, de qua ſupra *nu. 149.* facit difficultatem, quia hi iudices ſunt ordinarij, & præſertim ipſe Camerarius, qui eſt iudex ordinarius ipſius D. Papæ, *vt ex Hoſt. & Vaut. retuli, & ſequutus ſum infra q. 19. rem... concluſ... num...* &

pro-

propterea videbatur appellandum eſſe ad Auditorem Cameræ, qui eſt conſtitutus iudex omnium appellationum à quibuſuis iudicibus ordinarijs in Curia, vt in eius facultatibus *n.9.verſ.& quaſcumque citatis a me ſupra ſub n.16.verſic.ſubextēde,& n.128.verſ.confirmatur.*& in ipſis facultatibus excipiuntur Vicarius, Gubernator vrbis, & Senator: Ergo, cum Camera non ſit excepta, videtur ab ea appellandum ad Auditorem Cameræ.

Facilis eſt ſolutio huius difficultatis: nam nomē ipſum Auditoris Cameræ ſolutionem ſecum portat: quia, cum ſit Auditor Cameræ, & Camerarij, & ita ſe ipſum in ſuis diplomatibus vocet, abſurdum eſſet, quod Auditor eſſet ſupra eum, cuius eſt Auditor, & quod a Camera, quæ eſt pars ſuprema, appellaretur ad ſuum Auditorem, qui eſt pars inferior, quare non erat neceſſarium, vt exciperetur Camera, quia de ſubſtantia appellationis eſt, vt fiat ad ſuperiores: & quod tribunal Cameræ ſit primarium, & ſupremum dixi *ſupra n.146.in fin.*

153 Demum in tantum appellatur ad Cameram à ſententia, lata in Camera, ſeu ab aliquo ex cameralibus, vt Signatura iuſtitiæ in his non ſoleat reſcribere, ſtantibus priuilegijs, conceſſis ipſi Cameræ à diuerſis Pōtificibus, *Marcheſ.d.cap.3.ſub n.15.fol.28.col.1.* Quare ſi materia, propoſita in Signatura, tangat Cameram, Signatura dicit, *Videat Camera*, vt ex Staph.retuli, & ſequutus ſum *quæſt.præced.ſub n.82.verſic.confirmatur.*

De iuriſdictione Cameræ Apoſtolicæ, eiuſq; Præſidentum, & clericorum, & circa quæ verſetur, vide quæ compendioſe ſcribit Ant.Bard.*trac.de temp.vtil.c.15.ſub n.1.verſic.& ita tom.5.fol.121.*& de eius ampla iuriſdictione, officio, & dignitate ſcribit aliqua Redoan. *trac.de ſimon.ment.part.1.cap.13.ſub n.6.tom.15.par.2.fol.43.*

154 Declara, vt ordo appellandi ad iudices proprios in Rom. Curia, quem retuli in *precedentibus*, ſit adeo obſeruandus, vt neque Signatura ſoleat contra eum reſcribere, vide omnino quæ ſcripſi *quæſt. præce.n.82.& 83.*

155 Infero ex hac declaratione, quod Signatura iuſtitiæ non delegat cauſſas Capitolinas, neque in earum appellationibus reſcribit, quia Curia Capitolina habet ſuos iudices ordinarios; & quod Signatura iuſtitiæ non reſcribat in foro Capitolino ſuper caſibus, in quibus ſtatuta diſponunt, narrat etiam Marcheſ. *tract.de commiſſ.par.1.in commiſſ.7 prorog.fatal.c.1.n.38.in fin fol.205.*

156 Reſtringe iſtam illationem, vt non ſit vera, ſi ageretur de reſtitutione in integrum aduerſus lapſum dilationum ſtatutorum, ſeu lapſum fatalium, ſeu quid aliud etiā ex clauſula, *ſi qua mihi iuſta cauſſa*: quia licet ſtatutis Vrbis *lib.1.cap.50.* ſit generaliter prouiſum, vt iudices Capitolini poſſint reſtituere tamen ſolet etiam Signatura reſcribere iudicibus Capitolinis, vt prorogent, ſeu de nouo concedant eorum arbitrio; quaſi a ſtatutis prouiſum non ſit.

157 Sede Vacante, nunquid iuriſdictio iudicum in Curia Romana & aliorum habentium iuriſdictionem immediate a Papa exſpiret, & conſequenter nūquid poſſit appellari ad eoſdem iudices appellationum, ſicut ſi Papa eſſet viuus: vel potius ſit appellandum ad Collegium Cardinalium.

Vt claram huius difficultatis habeamus reſolutionem, firmo duas concluſiones.

Prima concluſio eſt, quod iuriſdictio ordinariorum non expirat, & proinde Camerarius, Mareſcallus, & Auditor Cameræ poſſunt, etiam ſede vacante, exercere ſuam iuriſdictionem, *Spec.tit.de offic.audit.in princip.n.3.verſ.quid de auditoribus.lib.1.fol.39.*quem citat gloſſ.*in clemēt.2.ne Romani.§.eo tamen.in verba expirare.de elect.* aſſerēdo, quod ſi habent iuriſdictionem ordinariam, durat eorum officium, *Paulin.tra.de viſit.q.2.p.1.n.29.tom.14.fol.160.*qui loquitur de iuriſdictione Camerarij, eiuſque Auditoris, & Gamb. *tract.de auct.leg.de lat.lib.9.ſub nu.68.tom.13.p.2.fol.219.* dicens, quod ſi Auditores Rotæ habent iuriſdictionem ordinariam, res caret dubio, quod durat eorum iuriſdictio, *Maran.in ſuo ſpec.p.4.diſt.5.num.61.differ.28.fol.107.*quem retuli & ſequutus ſum *ſupra lib.1.cap.66.num.7 in fin.* dicens, quod iuriſdictio ordinarij non expirat per mortem ſuperioris, qui eum conſtituit, etiam re integra; & facit quod ſcribit Io. Fab. *in §.item ſi adhuc.n.4 verſ.quid ergo.Inſt.de mand.*dicens, quod delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum non reuocatur morte, ſi ſit quaſi ordinarius; & ſic tu vides iſtam concluſio-
* nem communiter * teneri.

158 Comprobatur hæc concluſio, qui iuriſdictio, ſeu officium Legati Papæ non expirat per obitum Papæ, *cap.2.legatos.de offic.leg.in 6.Gamb.d.l.9.ſub n.29.verſ ſed dubitatur.& n.30.to.13.par.2.fol.219.* & quod iuriſdictio ordinaria non expiret per mortem committentis, notat Franch.*in d.c.2.n.2.verſic.vltimo nota.*

Contrariam opinionem tenebant aliqui Cardinales, qui, vt recenſet Spec.*vbi ſupra*, dicebant, quod præfati tunc de cauſſis audiebant authoritate Collegij, & nō ſua.

159 Confirmatur primo hæc opinio, quia in Curia Romana nullus habet iuriſdictionem ordinariam, niſi Papa, *Arch. & alij, quos citaui infra quæſt.19.rem. ... concl. ... num. ...*

Confirmatur ſecundo quia Vicarius Epiſcopi habet iuriſdictionem ordinariam, *A.M.Papaz.in addit.ad Rot.deciſ.1.alias 47.valent.n.2.de offic.in nou.Bertach.tract.de epiſc.lib.4.par.7.num.1.tom.13.par.2.fol.357.Couarr.var.reſol.lib.3.cap.20. quod eſt vltim.ſub nu.3.verſ. quinto qui.ibi, nam & iſti.& dixi ſupra num.78.& lib.1.cap.13.n.12.*
* *in fin.*& de comm. * opin.teſtatur Couar. *vbi ſupra*, & tamen, mortuo Epiſcopo, exſpirat omnino iuriſdictio Vicarij etiam quo ad cauſſas cœptas, vt referunt, & ſequuntur idem Bertach. *d.lib.4.part.7.q.6.nu.6.* & Couar.*pract.qq.c.4.ſub n.4.*ibi *nec mortuo.* vbi etiam teſtatur de com-
* muni * opinione.

Confirmatur tertio, quia ſi non exſpiraret iuriſdictio iudicum Caporiones iuriſdictionem, quam exercent, nō haberent; & tamen non ſingulis ſedibus vacantibus videmus, quod Caporiones, ſede vacante, exercent quandam iuriſdictionem, *vt ſcripſi infra n.163.*

His tamen vtcumque vrgentibus, non diſcedo à concluſione.

Ad primam enim confirmationem reſpondeo, quod non negat, quod iuriſdictio ordinaria non exſpiret, ſed negat, iudices Romanæ Curiæ eſſe ordinarios; & conſequenter difficultas conſiſtit ſolum, qui ſint iudices ordinarij in Curia Romana; in qua difficultate non inſiſto, quia præfatos, & aliquos alios eſſe ordinarios ſcripſi *d.q.19.rem. ...*

Ad ſecundam reſpondeo quod officialis Epiſcopi repræſentat Epiſcopum, & idem auditorium eſt vtriuſque, & eadem iuriſdictio, *vt dixit Io.Fab.in §.item ſi adhuc.nu.5.verſ.quid de officiali.Inſt.de mand.*& ideo à Vicario non poteſt appellari ad Epiſcopum teſtibus ijs, quos ſequutus ſum *ſupra n.53.& ſeqq.*ſecus eſt in ordinarijs, qui habent iuriſdictionem formalem diſtinctam à iuriſdictione inſtituentis, quia iſta iuriſdictio eſt verè & propriè ordinaria, nec reuocatur morte, & ideò balliui Baronum non reuocantur per mortem eorum, quamuis dicti balliui habeant, quaſi omnimodam conformitatem cum officialibus Epiſcoporum; Et ratio quare balliui non reuocantur per mortem Baronum; & tamen Vicarij reuocentur per mortem Epiſcoporum eſt, quia Barones, qui inſtituunt, ſunt domini, Epiſcopi autem non ſunt domini, *Io.Fab.in d.§.item ſi adhuc.num.5.in fin.quem refert, & ſequitur Couar.pract.qq.cap.4 ſub num.4.* Sed iudex ordinarius, conſtitutus à Papa, non videtur omninò habere idem audi-

torum

torium cum ipſo Papa, & ideò ab eiuſmodi ordinario appellatur ad Papam, vt patet ex his, quæ dixi *ſupra nu.130. 142.& 144.* & Papa habet magis naturam Baronis, quam Epiſcopi, quia eſt magis dominus, quam Epiſcopus. nam Papa dat aliquib. iudicibus titulo oneroſo iuriſdictionē perpetuam, durante eorum vita, quales ſunt Camerarius, Clerici Cameræ, & Auditor Cameræ, & alicui non titulo oneroſo, qualis eſt Vicarius; Ergo non mirum, ſi morte Papæ non expirat iuriſdictio ordinariorum, præſertim eorum, quorum iuriſdictio eſt perpetua, durante eorum vita.

Declara obiter eandem ſecundam confirmationem, quod mortuo Epiſcopo geſta coram Vicario ignorante eius mortem, quam opin. hominum iuuabat, tenent, vt etiam in reuocatione requiritur intimatio, *Rot. diuerſ. 1448. idem in nouiſ. par.3. lib.3.*

Ad tertiam confirmationem reſpondeo, quod iuriſdictio quam exercent Caporiones, non procedit ex eo, quia exſpirauerit iuriſdictio ordinariorum, ſed procedit ex eo, quia, cum ſit mortuus Papa, & Cardinales intrent Conclaue, & ſic videantur deſtituti defenſore, & partes ipſe dubitent de eorum iuriſdictione, ipſi nō procedunt.

160 Amplia eandem concluſionem, vt procedat etiam in iudicibus delegatis, ſi res non ſit integra, quia tunc eorum iuriſdictio non expirat per mortem delegantis, *Franch. in cap.7. ſi delegatus. ſub num.5. verſ. & ex prædictis. de offic. & poteſt. iudic. deleg. in 6.* & quod non expiret in cauſis iam cœptis, ſcribit Gamb. *d. lib.9. num.68. in fin. fol.*219.

Contra iſtam ampliationem firmat Spec. *tit. de off. ordin. in princ. n.3. verſus finem. ibi. auditores autem. lib.1. fol.* 39. dicens, quod & ſi auditores Palatij haberent ordinariam cognitionem: tamen non habent ordinariam iuriſdictionem, & ſunt delegati, & ideo, mortuo Papa, cauſſas etiam cœptas non audiunt, & hoc tenent etiam Io. Fab. *in §. item ſi adhuc. numer.4. verſ. quid ergo. Inſt. de mand. & Bertach. tract. de epiſc. lib.4. par.7. q.6. num.6. in fin. tom.13. par.2. fol.*357.

Retenta hac opinione contra ampliationem.

Extende eam, vt habeat locum etiam in delegato ad vniuerſitatem cauſſarum, quia etſi delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum æquiparetur in quibuſdam ordinario, *vt dixi ſupra ſub num.30. verſ. contra. & ſupra lib.1. c.66. num.7.* tamen in aliquibus non æquiparatur ordinario, ſed delegato, vide *ſub n.30. verſ. contra.* & in ſpecie, quod æquiparetur delegato in caſu, de quo agimus, ſcribunt. Io. Fab. *vbi ſupra,* & Maran. quem retuli, & ſequutus ſum *d.c.66. n.7. in fin.*

Reſtringe hanc extentionem, vt non procedat in Inquiſitore contra hæreticos, quia eius iuriſdictio, quamuis ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum, non exſpirat morte ſuperioris, nempe Papæ, qui eum conſtituit, *c.10. ne aliqui. de hæret. in 6. Io. Fab. in d. §. item ſi adhuc nu.4. in fin. Gloſ. Eymer. Pegn. & Iaſ. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1. c.67. n.*8. vbi videas.

161 Limita I. nunc, vt non procedat in iudice, qui habuit iuriſdictionem ordinariam ad beneplacitum Principis, quia ſi Princeps moriatur, iuriſdictio exſpirat etiam ante aduentum ſucceſſoris, vt contra Bal. tenet Franch. *in d.c. 7. ſi delegatus. ſub num.5. verſ. & ex prædictis.* quare officiales ſtatus eccleſiaſtici, qui vt plurimum habent litteras, & breuia, duratura ad beneplacitum Papæ, mortuo Papa, carent iuriſdictione, ſi vera eſt hæc opinio Franchi contra Baldum.

162 Limita II. vt non procedat de conſuetudine præſertim in Curia Romana, quia iudices quantumuis ordinariam habeant iuriſdictionem, eam tamen non exercent, partim quia mortuo Papa, langueſcit etiam iuſtitia; & curſores, mandatarij, ſatellites, cæterique miniſtri non audent liberè exercere officia, & partim quia iudices timent, & partes dubitant ex prædictis de eorum iuriſdictione: & quod Doctores communiter * dicant, obſeruari, vt Auditores Rotæ non procedant, teſtatur Gamb. *d. lib.9. q.17. n.73. in fin. & 74. fol.*219.

163 Confirmatur hæc limitatio, quia, Sede vacante, Caporiones, qui ſunt treſdecim, quaſi iuriſdictio, & tutela ciuitatis, donec eligatur Pontifex, ſit deuoluta ad populum, vigilant, & quiſque eorum, accenſis de eorundem ordine luminibus in feneſtris diſcurrit de nocte per ſuam regionem, & cauſulas, quæ celerem requirunt expeditionem, quiſque in ſua regione militari, regiaque manu audit & terminat, vt recenſet etiam Ant. Bard. *tract. de temp. vtil. c.15. n.1. in fin. verſ. adſunt. tom.5. fol.*221.

164 Ratio quare Caporiones habeant hanc iuriſdictionē, eſt, quia ſicut ſi alicuius ciuitatis rector a Rege datus mortem obierit, interim dum Rex ipſe alium mortuo ſuffecerit ac ſubſtituerit, Decurionum collegium creabit magiſtratus ad regimen ciuitatis, ne populus ipſe rectore magna cum iactura careat, *vt ſcribit Couar. pract. qq. cap.4. num.3. in fin. ibi, ſic ſanè.* & ſicut vbi Rex negligeret deſtinare, & mittere iudices in ciuitates & populum, poſſet populus ipſe, eiuſque nomine collegium Decurionum iudices conſtituere, & creare donec Rex conſtitueret, & mitteret, vt bene aduertit Couarr. *d. cap.4. ſub num.3. ibi, quod ſi rex.* ita etiam, ſi Vrbs ob mortē Pontificis careat iudicibus debet populus, eiuſque nomine Caporiones aſſumere onus iuſtitię, donec Illuſtriſſimi Cardinales creauerint nouum Pontificem, vel, ſi vrgens, & imminens neceſſitas poſtularet, prouiderent de iudicibus.

165 Secunda concluſio eſt, quod (quicquid ſit de iuriſdictione capituli ſede vacāte) Cardinales nō poſſunt, mortuo Papa, exercere ea, quæ ſpectant ad poteſtatem, & iuriſdictionem Papæ, dum viuit, *clem.2. in fine principij, de elect. Gl. in c. vnico. ad ſuccidendos. in verbo ſede vacante, in fine, de ſchiſmat. in 6. & addit. ad Bart. in l.29. vbi abſunt. in verbo collegium Cardinalium, ff. de tut. & cur. dat. &c.* & quod Vicariatus Eccleſiæ vniuerſalis, datus ſoli Petro, & ſucceſſoribus, non tranſeat in alium, ſede vacante, ſcribit Martin. Lauden. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupr. nu.64. in fin.*

Ratio huius concluſionis eſt; ne differatur Pontificis electio, cum Eccleſiæ Romanæ prolixa vacatio grauibus ſit onuſta diſpendijs, & plena periculis, *vt habetur in c.3. vbi periculum. de elect. in 6. & Gl. ſupra proxime citata.*

Contra hanc concluſionem tenent Bar. *in d.l. vbi abſunt. n.3. ff de tut. & curat. dat. &c.* dicens, quod vacante Papatu, remanet iuriſdictio apud collegium Cardinaliū, *& Ant. Bard. tract. de temp. vtil. c.15. ſub nu.1. verſ. aliqui vero. tom.5. fol.*221. dicens quod collegium Cardinalium, ſede vacante remanet dominus totius ſtatus eccleſiaſtici, quod etiā ſentiebant aliqui Cardinales, qui dicebāt, quod Camerarius & alij audiebant cauſſas auctoritate collegij, vt recenſet Spec. à me citatus *ſupra n.158. ver. contrarium.*

Non diſcedas à concluſione, cum reſtrictionibus infra dicendis.

166 Reſtringe I. eandem concluſionem, vt non procedat in his, quæ de grandi, euidenti, & imminenti neceſſitate expediri deberent, quia collegium Cardinalium poteſt in his fungi iuriſdictione Papæ, vt pluribus adductis argumentis, firmat Hoſt. quem referunt, & ſequuntur Gloſſ. *in d.c. vnico. in verb ſede vacante. de ſchiſmat. in 6. & Pauin. tract. de viſit. q.2. par.1. n.26. & 27. tom.14. fol.*180.

Infero primo ex hac reſtrictione, quod collegium Cardinalium poteſt liberè prouidere, ſi Camerarius dilapidaret, vel Caſtellanus eſſet ſuſpectus, ne arcem proderet, *Gamb. tract. de auct. leg. de lat. lib.9. ſub n.54. verſ. exiſtimo. tom.3. par.2. fol.*219.

Infero ſecundo, quod poteſt & ſolet deputare Guberna-

nato-

natorem Burgi, *vt ſcribit etiam Ant. Bard. d. c. 15. ſub nu. 1. verſ. aliqua vero. fol. 221.*

Infero tertio, quod collegium Cardinalium poteſt, neceſſitates vrgente, demandare iuriſdictionem cauſſarum criminalium, quia ſi iuſtitia & gladij poteſtas ceſſaret in facinoroſos, ius eſſet in armis, & ſcelerati, ac viarum graſſatores vrbem, & orbem euerterent; vnde eſſet impia, & ideo non ſeruanda lex, quæ eiuſmodi vetaret iuriſdictionem.

167 Verumtamen differenda nunquam eſt Papæ electio, quia etſi in facinoroſos remaneat iuriſdictio apud collegium Cardinalium, & vigilent Caporiones, *vt dixi n. præced. & n. 163.* tamen adhuc non tanti æſtimatur iuſtitia, quanti æſtimatur, Põtifice viuo, quia vnus in apibus princeps, *c. 41. in apibus. 7. q. 1.* & plures non facilè corpore, & animo ſimul conueniunt, & quod à pluribus communiter poſſidetur, regulariter negligitur, ſeu vt dicit carmen, relatum à Gloſſ. *in §. ſed ſi ex teſtamento. Inſt. de ſatiſd. tut. Signius expediunt commiſſa negotia plures,* & pulchrè Rol. à Val. *conſ. 1. n. 40. & 41. lib. 1.*

168 Reſtringe II. vt non procedat in Camerario, & ſummo Pœnitentiario, quia hi duo Cardinales habent iuriſdictionem, etiam Sede vacante ex ſpeciali prouiſione *d. clem. 2. ne Romani, §. eo tamen prouiſo. de elect.* & quod iuriſdictio Cameræ Apoſtolicæ, videlicet Camerarij, Præſidentum, & clericorum ipſius Cameræ non exſpiret Sede vacante, ſcribit Ant. Bard. *d. c. 15. ſub n. 1. verſ. & ita to. 5. fol. 221.* & de iuriſdictione Camerarij teſtantur Redoan. *tract. de ſimon. ment. p. 1. c. 13. ſub n. 6. tom. 15. p. 2. fol. 43. Spec. & Panuin. in locis citatis ſupra verſ. prima conclu ſio. & nos ſupra lib. 1. c. 21. n. 2.*

Subſtringe hanc reſtrictionem loquentem de iuriſdictione Cameræ, ſeu Camerarij, vt procedat ſolum in exactione pecuniarum, Cameræ Apoſtolicæ debitarum, vt vna cum Camerarijs prouidere valeat de his, quæ ratione Sedis vacantis neceſſaria ſunt; ſecus in alijs, quæ, Pontifice viuo, exercere non ſolet, ſeu aliter ob reuerentiam Pontificis abſtinere conſueuit; ſecus etiam denique in omnibus, quæ iuſtitiam aut gratiam concernunt, vide Pij IV. conſtitutionem ſuper reformatione Conclauis, editam anno Domini 1562. Id. Octobris, & bullam 70. reformatio Cameræ Apoſtolicæ, & eius officialium, *verſ. ſede autem. fol. 748.*

169 Concludo ex his ſoluendo difficultatem poſitam *ſupra n. 157.* quod etſi de iure poſſit appellari ad eoſdem iudices ordinarios, ad quos appellabatur ante Sedem vacantem; & appellationem, eiuſque proſecutionem crederem eſſe validam, cum eorum iuriſdictio non exſpiret, tamen de conſuetudine proſecutio omnino omittitur, & appellatio ad tollendas difficultates poſſet interponi ad S. Sedem Apoſtolicam, omnemque alium iudicem competentem; & vbi appellatio eſſet interponendam ad Papam, puta, quia appellaretur ab aliquo delegato Papæ, eſſet appellandum ad Sedem Apoſtolicam, futurumque Pontificem.

Vnde ad collegium Cardinalium concludo non poſſe appellari, *Addit. ad Bar. in l. 19. vbi abſunt. in verbo collegium Cardinalium, ff. de tut. et curat. dat. & c. Gamb. tract. de auct. leg. de lat. l. 9. q. 15. ſub n. 55. & 56. tom. 13. p. 2. fol. 219.* & ita cenſeo legendum eſſe apud Panuin. *tract. de offic. & poteſt. capit. ſede vacan. prælud. 6. n. 7. eod. tom. fol. 412.* licet in libro meo mutilate legatur.

Quamuis Bar. *in d. l. 19. vbi abſunt. n. 3.* dicat appellandum eſſe ad collegium Cardinalium.

170 Amplia hæc omnia, quæ dixi de Sede vacante ob mortem Pontificis, vt bene applicentur, etiam quando Sedes vacaret propter ſchiſma, ita vt non eſſet certus Papa; ſecus ſi eſſet certus Papa, quia tunc ſedes non vacaret: & quod poſſint bene applicari in Sede Vacante propter ſchiſma, patet ex his, quæ promiſcue de vtriuſque vacationis ſpecie ſcribit Gloſſ. *in c. vnico. in verb. ſede vacante. de ſchiſmat. in 6.*

Iuriſdictio iudicis ordinarij conſtituti a Barone, quod morte Baronis non exſpiret, patet ex his, quæ ex Ioan. Fabr. retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 159. verſ. ad ſecundam,* & in hac iuriſdictione procedit clarius prima concluſio, quam poſui *ſupra ſub num. 157.* & ego vidi pluries, mortuos eſſe Barones, & nunquam vidi fuiſſe dubitatum de iuriſdictione iudicum ordinariorum, quos Barones conſtituerant.

Nec dicatur, quod Baro æquiparatur Epiſcopo, *vt dixi ſupra lib. 1. c. 13. n. 12.* Et ideo ſicut exſpirat iuriſdictio Vicarij, *vt dixi ſupra nu. 159.* ita etiam debeat exſpirare iuriſdictio iudicis conſtituti a Barone.

Quia reſpondeo, quod etſi æquiparentur in aliquibus, in hoc non æquiparantur, *vt ex Io. Fabr. retuli, & ſecutus ſum ſub d. n. 159. verſ. ad ſecundam.*

Dixi in hac quæſtione ad quos ſuperiores ſit appellandum: verum quia appellaturus dubitat quandoque qui ſit gradatim ſuperior, & quandoq; plures videntur competentes, ſolet in iſto dubio appellare alternatiue, ideo de appellatione alternatiua eſt agendum.

QVÆSTIO IX.

ARGVMENTVM.

Appellatio alternatiua an ſit valida.

SVMMARIA.

APPELLATIO alternatiua ad Legatum, vel ad Papam cum reſeruatione electionis eſt valida, num. 1. — Et poteſt appellans eligere infra tempus datum a iure vel ab homine, nu. 2. — Et antequam appellans eligat, appellatus non poteſt præuenire, n. 3.

¶ *Extenditur I. vt maxime ſit valida de iure ciuili, n. 4.*

Extenditur II. quando appellans certificaret appellatum infra decem dies quem eligat, n. 5.

Extenditur III. quando in appellatione concurrit aliqua probabilis dubitatio, n. 6.

Extenditur IV. quando ad vnum tamen poſſet appellari, numero 7.

Extenditur V. etiam ſi appellans non reſeruaſſet ſibi electionem, neque elegerit infra decem dies, nu. 8. — Subextenditur vt maxime procedat, quando appellans non recognoſcit aliũ ſuperiorem, quam Papam, et in appellatione appellat ad Sedem Apoſtolicam, & alium competentem iudicem, n. 9.

Extenditur VI. vt appellans alternatiue poſſit proſequi appellationem coram inferiore, nu. 10. — Subextenditur, vt appellans poſſit etiam variare, n. 11.

1 QVæro, *An appellatio alternatiua cum reſeruatione electionis proſequendi ſit valida, vt puta, appello ad Legatum, vel ad Papam, mihi electione reſeruata coram quo malim proſequi appellationem.*

Prima opinio erit affirmatiua: nam Specul. *tit. de appell. §. nunc tractemus, nu. 18.* ibi *quid ſi dicat, l. 2.* quem refert, & ſequitur Rot. *deciſ. 33. alias 209. appellatio alternatiua, de appell. in non.* propoſitis ad vtramq; partem argumentis, concludit appellationem tenere, & debere remanere coram Papa, reiecta diſtinctione Ioannis de Deo, an appellatio ſit approbata a iudice, ſeu acceptata à parte, vel non; hancque opinionem ſeruari in Curia indiſtincte, reiecta deciſione Io. Andr. *infra citandi, teſtatur Rot. d. deciſ. 33. verſus finem:* hanc etiam opin. tenet Bero. *conſ. 7. in cauſa ſuper præcedentia, n. 16. in fin. & n. 17. lib. 1.* quem refert, & ſequitur Lancel. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attẽt.*

& in-

& innou.appel.pend.limit.50.princ.n 125.*to*.5. *fol*.380. dicens iu caſu ſuo, quod appellatio in qua fuerat appellatum ad Epiſcopum, Archiepiſcopum, vel Romanum Pōtificem, optione appellanti reſeruata coram quo maluerit appellationem proſequi, erat valida, & ad ipſum appellantem ſpectabat declarare, & eligere etiam infra tempus, datum ad proſequendam appellationem, coram quo cauſſa appellationis ſit cognoſcenda, an coram Epiſcopo, vel coram Papa; nam coram Archiepiſcopo, inquit, cognoſcit non potuit, quia cum appellatio fuerit interpoſita ab actu Capituli, debuit appellari ad Epiſcopum, non autem ad Archiepiſcopum: quia ad Archiepiſcopum non poteſt appellari, omiſſo medio, *Gundiſſ.in infra citato n.39. & dixi quæſt.præceden.ſub n.99. verſ.limita nunc.* hancque partem affirmatiuam, relatis prius compendioſe prædictis diſtinctionibus, & opinionibus, firmat etiam Gundiſſ.Villad.*tract.de leg.part.*1.*q*.8.*nu*.37.*&* 39.*&* 40. *tom*.13.*part*.2.*fol*.263. & quod appellatio alternatiua ſit valida de iure ciuili, referunt, & ſequi vidētur Card.Alex. *in rubr.ſub nu.31.verſ.vtrum valeant. Franch.in c.66.dilecti.q.19.n.59. & idem Card. Alex. ſub num.25. fallen.1.de appell.* & quod ita teneant Legiſtæ, refert idem Cardin. * Alex.*d.rub.ſub n.*31. & hæc eſt opinio * communis de iure ciuili, & ſecundum Legiſtas.

Secundam opin. contrariam præcedenti: quod enim appellatio noo teneat, & non audiatur coram Papa: ſentit.Io And. *in reg.in alternatiuis.in mercurial.* & ſentiunt infra citati, ſecundum quorum ſententiam requiritur idcirco, quod appellans declaret intra legitima tempora appellandi ad quem appellauerit, poſtquam optionem ſibi reſeruauit, alias appellatio vti incerta non tenet: &, lapſo tempore ad appellandum, & non facta declaratione, ſententia tranſit in iudicatum, ſecundum ea, quæ ſcribunt Gamb. *trac.de auct.leg.de later.lib.*8.*q*.26.*n*.114.*& ſeqq.fol*.212. *Alex.conſ.79. in cauſſa & lite.n.6.&* 8.*lib*.7. *Io.Ferrar.trac. de appel.lib.2.c.5.nu.140. & lib.3.c.9. verſ. quinto ſuperiorē n.* 247.*tom*.5.*fol*.75. & quod dicit Gamb. iſtam appellationem alternatiuam valere, intelligit ipſe Gamb. eſſe verum ſi appellans habuerit probabilē cauſſam dubitandi, alias appellatio non teneret; quod idem videtur ſentire Ferrar.*d.n*.141. dicens, quod cauſſa ſubſiſtente, non eſt abſurdum appellare ſimul plures iudices; & aperte ita ſentit Ruginell. *tract.de appel.*§.2.*cap*.4.*nu*.35.*verſ.vbi vero.fol*.147. qui propterea non bene in hanc ſententiam videtur citaſſe Bero. quem nos citauimus pro præced. opinio. cum Bero. ſentiat, appellationem poſſe certificari infra tempus datum ad proſequendum, & hæc ſecunda opinio velit, certificari infra tempus, datum ad appellandum. Et quod appellatio non valeat, & non fuerit receptus appellans, quia iudice eccleſiaſtico appellauerat ad illum; vel illos, ad quem, vel ad quos de iure poteſt appellatio deuolui, ſcribit Rebuff. *tract.de appell.art. vlt.gloſſ.vna.n.*10.*&* 11.*tom*.3.*fol*.535. & quod ſecundum canones non valeat appellatio alternatiua, quia eſt incerta, & libellus debeat eſſe certus, continens certitudinem iudicis ad quem, videtur aperte ſentire Franch. *in rub. n.* 8.*de appell.* & quod hæc opin. loquendo de appellatione alternatiua, ſit vera de iure canonico, referunt, &, loquendo de illo iure, ſequuntur Franch. *in d.rubr.n.*8. & Card. Alex. *ſub n.31.verſ. vtrum valeat.* & turſus idem Franch. *in c.66.dilecti.q.19.ſub nu.59.verſ.tu aduerte, quod de iure canonico. & Card. Alex ſub num.24.verſ.contrariam opin. iuncto n.25.de appell.*

Confirmatur primo hæc ſecunda opinio, quia iudex à quo debet eſſe certus ad quem interpoſita ſit appellatio: forte enim daret Apoſtolos reuerentiales, ſi intelligeret eſſe appellatum ad Papam, & non ſic faceret, ſi ad alium iudicem, *Franch.d.q.19.n.59.in fine.*

Confirmatur ſecundo quia ſi appellatio eſt incerta ad quem iudicem ſit interpoſita, iudex à quo non poteſt cōgruum terminum aſſignare appellanti ad proſequendam appellationem: maius enim tempus & minus aſſignabit ad iterandum ſecundum diſtantiam locorum iudicum, *Franch.vbi ſup.*

Confirmatur tertio, quia ſi appellans ſic generaliter non cogeretur infra decem dies proſequi & citare, poſſet detinere ſuſpēſum, & incertum appellatum vſq; ad annū, qui datur ad proſequendum, *Franch. d.q.19.ſub num.59. verſ.tu aduerte quia.*

Tertia opinio, (& hæc habet vim conciliationis, & deducitur ex confuſis diſtinctionibus, quibus loquuti ſunt antiqui in iſto articulo) firmari poteſt ex dictis per Paul. de Caſtr. *in l.1.§. ſi quis in appellatione. in fin.nu.6.verſ.ex prædict.* & Ang.Aret.*in fin.num.15.ff.de app. & relat.* licet Paul.de Caſtr. non videatur firmiter figere pedes, dicens, quod ſi appellatio interponatur alternatiuè ad talem, vel ad talem, valet de iure ciuili, quia non redditur incerta, dummodo vnus de illis ſit iudex competens, vel maior, vel æqualis cum competenti; ſecus ſi vterq; ſit incompetens: De iure autem cononico, ſi non eſt appellatum ad Papam, idem, inquit, per omnia: Si vero ſit appellatū ad Papam, vel Archiepiſcopum alternatiue, ſeu ad alium inferiorem; tunc ſi inferior non eſt competens, valet, inquit, appellatio, quia Papa eſt competens, & ad ipſum cenſetur interpoſita: ſed ſi alter erat competens, & ſic duo ſunt competentes, videtur nulla propter incertitudinem: Si tamen, inquit, appellans reſeruaſſet ſibi electionem, & poſtea durante adhuc termino ad appellandum, eligeret, & aduerſarium certificaret, clarum eſſet, quod teneret; ſed ſi hoc non faceret, credendum eſt quod non teneret. Et poſtea de iſto articulo ait videnda eſſe dicta per Io.And Sed Ang.Aret. breuius abſoluēdo dicit: quod appellatio ſemper tenet: excipit tamen caſum quando à ſententia Epiſcopi appellatur ad Archiepiſcopum, vel ad Papam, quia tunc, inquit, non valet, niſi infra decem dies, qui dantur ad appellandum, declaret ad quem intellexit in appellatione.

Non recedam à prima opinione, quam tenent Spec. Rot. Bero. Lancell. & Gundiſſ. Villad. in ea citati. Et ratio eſt, quia incertitudo appellationis tollitur, cum ipſe appellans incipient proſequi appellationem coram vno ex ipſis, & partem citari faciet, *Rot.d.deciſ.33. de appell.in non.* & quod, proſequendo appellationem, eligere videatur, refert & ſequitur Ruginel.*d.c.4.ſub nu.35.in fin. verſ. quarto fol.*147. Quod ſi appellans non proſequatur, poterit appellatus eligere quem maluerit, & proſequi, *vt ſcribit Gundiſ.d.q.8.ſub n.40.tom.13.par.2.fol.263.* & ſubdit etiam ibidem *ſub n.*41. quod ſtante illa alternatiua, iudex à quo dabit apoſtolos ad iudicem competentem, licet non declaret ad quem.

Nec obſtat incertitudo, quam conſiderat Paul.de Caſtr. relatus in tertia opin. quando vterq; iudex eſt competens: quia reſpondeo, appellationem deuolui ad magis ſuperiorem, & ſic ad Papam, quia iuriſdictio maioris abſorbet iuriſdictionem inferioris, vt retuli, & ſequutus ſum *quæſt.ſeq.n.1. &* 10. Sicut in ſimili dicimus, quod licet appellatio ſimpliciter interpoſita, non expreſſo iudice ad quem, ſi incerta, tamen valet quia intelligitur interpoſita ad competentem, ſeu magis competentem, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.7.n.4.& ſeqq.*

Aduerte pro maiori intelligentia huius opinionis, quod appellans cum reſeruatione optionis poteſt declarare, id eſt, eligere infra tempus datum ad proſequendū, vt dixi, quod tempus, vel datur ab homine, & eſt illud, quod dabitur: vel datur à iure, & eſt vnius anni, & ex cauſſa eſt biennij, & ante certificationem, & declarationem faciendam non conſtabit de iudice, coram quo ſit proſequendum, & talis electio, & declaratio facienda pertine-

Digitized by Google

bit ad appellantem,& non ad appellatum, *Bero d.conſ.7. n.18.verſus finem,& ſub n.19.lib.1.*

3 Infero ex iſta aduertentia , quod antequam appellans declaret & eligat iudicem,non poterit appellatus præuenire ipſum appellantem,& ſupplantare,adeundo Curiam ſeu Papam ad effectum, vt contra appellantem procedatur per audientiam contradictarum in cauſſa appellationis,*Bero.d.conſ.7.ſub nu.19.& ſeqq.* quem refert,& ſequitur Ruginell.*tract.de appellatio.§.ſexto.c.8.ſub nu.6.verſ. non poterit.fol.229.*

Ratio huius illationis poteſt etiam eſſe,quia iudex appellationis debet dari appellanti , qui fuit grauatus , & non appellato,qui non fuit grauatus,vide *ſupra q.5.n.99. et ſeqq. n.4.et 5.*

Adde omnino pro declaratione huius illationis ea , quæ ſcripſi *infra q.14. n.56.*

4 Extende I. eandem primam opinionem, vt maxime procedat de iure ciuili , quia intelligitur appellatum ad proximum ſuperiorem,& ſic ceſſat incertitudo, *vt ex Io. Andr.refert,& ſequitur Franch.in c.66.dilecti, q.19.n.59. et tenet ibidem Card.Alex.n.25.fall.1.col.penult.de appell.* & quod Io. And. teneat quod valeat de iure ciuili,& ita teneant Legiſtæ,refert idem Card. Alex. *in rubr.ſub n.31. verſ. vtrum valeat. de appell.* & ita etiam ſentit Paul. de Caſtr. relatus *ſupra in 3.opin.*

5 Extende II. vt maxime procedat, quando appellans certificaret infra decem dies appellatum coram quo iudice velit proſequi appellationem,*Franch.d.c.66.dilecti, n.69.et Card. Alex.d.nu.25.fall.2.de appell.Paul.de Caſtr. relatus ſupra in 3. opin.*

6 Extende III. vt præcipue procedat quando in appellante concurrit aliqua probabilis dubitatio iuris vel facti ad quem ſit appellandum quia tunc etiam de iure canonico valet appellatio alternatiua, & generalis *Franch. in d.c.dilecti,nu 61 limit.2.& Card. Alex.ſub num. 25.fall. 3.de appell.et ex Gamb.Ferrar.et Ruginel.adduxi in 2.opin. ſub num.1.*

7 Extende IV.vt præcipue procedat, quando eſſemus in aliquo caſu,in quo ex pluribus iudicibus,in appellatione expreſſis,ad vnum tantum ex eis poſſet appellari , quia teneret appellatio etiam de iure canonico,& intelligeretur appellatum ad illum vnum,*Franch.in d.c.66 dilecti, q. 19.n.59.circa principium,& Card.Alex.ſub n.25.fall.4. de appell.& Paul.de Caſt.relatus ſupra in 3.opin.*

8 Extende V. vt procedat etiam ſi in appellatione ſibi non reſeruauerit opinionem , quia adhuc appellatio tenebit nec,erit neceſſe, quod eiuſmodi electio ſeu certificatio fiat infra decem dies, *Rot.d.deciſ.33.in fin.& Alex. conſ.12.viſo proceſſu,n.15.lib.6.*qui loquuntur de appellatione alternatiua ſine clauſula reſeruatę optionis,& iſtorum ſi meminiſſet Lanc infra citatus,forſan non firmaſſet contra hanc extenſionem, & maxime ſi aduertiſſet quod Io.And. citatus ſimiliter infra contra hanc extenſionem, ab iſtis non approbatur:hancq;extenſionem tenet etiam Cæſ.Barz. *in Bononienſ.deciſ.155.præſuppoſita, ſub nu.17. verſic.at in caſu*,dicens neque eſſe neceſſarium, quod infra decem dies fiat electio,ſeu declaratio.

Contra hanc extenſionem:quod enim in appellatione alternatiua ſine clauſula reſeruatæ optionis ſit facienda declaratio iudicis infra decem dies datos ad appellandū: ſuadetur per ea,quæ ex Io. Andr. refert,ſed impugnatiue Alex. *d.conſ.12.viſo proceſſu,n.14.verſ.non obſtat id,& nu. 15. lib 6.* quamuis enim appellatio alternatiua ſit valida
* ſecundum com.* opin.quam refert & ſequitur Lancell.*d. limit.50 principali n.122.* tamen debet fieri declaratio iu-
* dicis infra decem dies, vt ex alia comm.* opin.refert,& ſequitur *ibi n.132.fol.380.& rurſus ibidem in vltima impreſſione in addit.n.230.fol.299.* allegans Paſeth.*conſil.27. n.1.* & hanc opin.tenet Bero. *conſ.7. in cauſa ſuper præcedentia,n.18.verſ.ſi vero fuiſſet alternatiue.lib.1.* alias electione non facta infra decem dies,appellatio habetur pro non interpoſita, *vt refert & ſequitur Bero.ſub d.nu.18.* & quod certum , ſit appellationem alternatiuam admitti dummodo quis intra tempus , quo appellare debuit certum iudicem appellationis nominet,ſcribit Oſaſch.*deciſ. 131.decreto.n.8. verſ.præterea certum eſt.*

In hac contrarietate poſſent diſtingui duo caſus. Primus eſt,quando appellans alternatiue ad Dominos NN. ſeu ad quemcunque alium iudicem,ad quem præſens appellatio magis & melius de iure deuoluat , ſciebat ſine probabili dubitatione eſſe appellandum ad Principem , omiſſis Dominis NN. & iſto caſu cenſetur appellatum ad ipſum Principem abſque alia declaratione,& appellatio legitime facta etiam abſq; eo, quod infra decendium declaratio aliqua ſequuta fuerit. Secundus caſus eſt,cum appellans alternatiue , probabiliter dubitabat ex aliqua iuſta cauſa , & probabiliter poterat eſſe incertus , nunquid appellandum eſſet ad Præfatos Dominos NN. vel potius ad Principem:& iſto caſu tenet appellatio , alternatiue facta ad proximum ſuperiorem , ſeu ad ipſum Principem, & ſuſtinetur, ſi ſequatur declaratio in termino decem dierum , ſecundum ea quæ refert & ſequitur Cæſ.Barzius *in Bononien.deciſ.155.præſuppoſita, ſub num. 4.& ſeqq.*

Retenta extenſione ſimpliciter.

9 Subextende eandem extenſionem , vt maxime procedat,quando is, qui non recognoſcit niſi Papam in ſuperiorem,appellat ad Sedem Apoſtolicam , & alium competentem iudicē,quia iſto caſu appellatio valet,quamuis in ea non ſit reſeruata optio,nec eſt neceſſaria alia declaratio iudicis infra decem dies, *Lancel.d.limit.50.princ.nu. 124.*& quod appellatio,interpoſita ad Papam,omnemq; alium iudicem competentem, ſit valida, quia in ea dicatur expreſſum nomen iudicis ad quem , ſcribit Luc.Pat. quem retuli & ſequutus ſum *q. ſeq.in fine*, & quod appellatio, ſimpliciter interpoſita ad iudicem competentem, ſit valida , prę ſertim quando iudex appellationis eſt certus , vt puta quia appellans non recognoſcat alium ſuperiorem,quam Papam,vide *ſupra q.7.n.4.9.& 11.*

10 Extende VI. vt appellatio alternatiua cum reſeruatione electionis in tantum teneat,vt poſſit appellans proſequi appellationem etiam coram inferiore : quare licet ego appellem ad Papam,vel Archiepiſcopum , reſeruata mihi electione , & appellationem præſentem Archiepiſcopo,qui non aliter pronuntiet ſe competentem,tamen poſſum appellationem coram eo proſequi, ſecundum ea quæ diſputando adducit Io.Andr. *in addit. ad Spec.tit. de appell.§.nunc tractemus,nu.18.in verb placet. verſ.ſed fingamus.lib.2.fol.189.*

11 Subextende iſtam extenſionem , vt in tantum teneat prę fata appellatio,vt appellans poſſit etiam variare proſecutionē appellationis coram ſuperiore:quare licet ego appellem ad Papam,vel Archiepiſcopum, reſeruata mihi electione coram quo eorū voluerim proſequi , & adeam poſtea Archiepiſcopum,eique prę ſentem appellationem & Archiepiſcopus pronunciet ſe iudicem, tamen potero proſequi coram Papa,ſecundum ea quæ ſcribit Io. Andr. *d.n.18.in fin. in verbo placet.* qui,propoſita hac quæſtione,tenet,quod poſſim proſequi coram Papa,quia appellatio coram Archiepiſcopo videtur non fuiſſe, cum non durauerit, & quia talis electio poteſt mutari vſque ad litis conteſtationem; ſed hoc inquit Io.Andr. procedit, ſi de viribus appellationis non fuerit obiectum , vel diſcuſſum;ſecus, inquit, ſi contra eiuſmodi appellationem extiterit obiectum, diſcuſſum, & pronuntiatum, nec fuerit appellatum à pronunciatione. *Oſaſch.deciſ.131. decreto. ſub nu.13. verſ.tertio confirmatur,& n.14.* dicens,in appellāte admitti mutationem voluntatis, dummodo æqualis,

vel

vel maioris iuriſdictionis iudex appelletur, non autem ſi minoris,& Cæſ.Barz. *deciſ.Bononien.*156.*præſuppoſita;nu.*13.*verſ.& quod.*dicens,quod quando quis vult pœnitere, ſe ad talem iudicem appellaſſe,poteſt variare,& ad alium iudicem reuerti, dummodo ad maiorem, & apertius *ſub n.*14.*verſic.neque etiam.& n.*45. vbi loquendo de appellatione alternatiua,ſcribit,quod ſi ſit appellatum,& appellatio proſecuta coram iudice, coram quo non debuiſſet appellari, ſi talis iudex ſit par,vel minor, error non nocet appellanti, & ille de appellatione cognoſcet,ad quem reuera debuit appellari:vnde ſi committeretur error etiã in proſequendo appellationem, non valet proceſſus,neque tenet vllo modo, & poteſt nihilominus fieri proſecutio coram eo,ad quem debuit appellari.

Dixi in hac quæſtione de appellatione alternatiua: verum quia appellans, ignorans quandoque qui ſit ſuperior mediatus, ad quem ſit appellandum,eligit appellare non alternatiue,ſed copulatiue, ideo ſequitur,vt agamus de appellatione copulatiua.

QVÆSTIO X.

ARGVMENTVM.

De appellatione copulatiua, & de appellationibus ad diuerſos iudices.

SVMMARIA.

*APPELLATIO Copulatiua ad plures iudices an valeat.n.*1.*& ſeqq.*

*Appellatio copulatiua ad plures, intelligitur ad magis proximum,n.*2.

*Variare non poteſt,qui appellauit,n.*3.

*APPELLARE an. & quando poſſit vtraque pars ab eadem ſententia n.*4.*& ſeqq.— Quando vtraque pars poteſt appellare ad diuerſos iudices; vterque iudex procedet in ſua appellatione,n.*9.

*Appellationis cauſſam, quando vna pars appellat ad vnum, & altera ad illius vnius ſuperiorem, tunc cognoſcit illius ſuperior.num.*10.*&* 11.*— Extenditur, & reſtringitur multipliciter,n.*12.*& ſeqq.*

*Citatus tenetur comparere, quamuis iuriſdictio citantis ſit elidibilis. n.*15.*— Secus eſt ſi iudex citans ſciret,iuriſdictionem eſſe deuolutam ad ſuperiorem,n.*16.

*Archiepiſcopus in quibus caſibus poſſit ſe intromittere de cauſſa appellationis,interpoſita ad Papam,n.*17.

1 ABſoluam hanc quæſtionem articulis.

Primo: *An appellatio,quam vnus interponit ad diuerſos iudices valeat.*

Secundo: *An vtraque pars poſſit appellare ab eadem ſententia.*

Tertio: *Quando vna pars appellat ad vnum, & altera pars appellat ad illius ſuperiorem;quis eorum prævaleat.*

ARTICVLVS I.

Ad Primum articulum: *An appellatio, quam vnus interponit ad diuerſos iudices,valeat.*

Reſpondeo,quod iſte articulus eſt controuerſus.

Prima enim opinio eſt, quod valeat & intelligatur appellatum ad ſuperiorem, quia iuriſdictio maior abſorbet ad ſe illam minorem:vnde ſi quis appellet copulatiue ad Archiepiſcopum, & ad Legatum ſeu ad Legatum, & ad Papam,intelligitur appellatum ad ſupremum iſtorum, *Gundiſſ.Villad.trac.de leg.p.*1.*q.*8. *ſub n.*41.*&* 42.*to.* 13.*p.*2.*fol.*263. & quod ſi ego ita appellarem, *appello ad Archiepiſcopum, appello ad Papam, appello ad Legatum,*eiuſmodi appellatio teneat, quia Papa, ad quem intelligitur appellatum,cognoſcet de eiuſmodi appellatione, ſcribit Archid. in *capitulo* 28.*anteriorum,ſub n.*20.3.*q.*6. dicens, ſic fuiſſe obtentum.

Secundam opinionem contrariam: quod eiuſmodi appellatio non valeat: ſcribunt Spec.*tit. de appell.§. nunc tractemus,n.*16.*verſ.ſed pone aliquis.lib.*2.*fol.*189.*Franch. in rub.n.*8.*ibi, & ex hac ratione.de appell.* hæcque opinio negatiua placeat Io.And.*in addit. ad Spec. vbi ſupra in lit. D.in verbo in princ.*

Augetur difficultas contra primam opinionem, quia dato,quod appellatio copulatiua valeat tamen non intelligitur appellatum ad ſuperiorem immediatum, ſed ad mediatum proximiorem, qui eſt ſemper certus,*vt ſcribit Ang.Aret.in l.*1.*§.ſi quis in appellatione. in fin.nu.*15.*ff.de appel.& relat.* & hoc confirmat appellationis formula, qua vtimur in foro Capitolino, vbi attenditur ius ciuile; Sic enim appellamus: *Appello ad Sanctiſſ. D.N. Papam Paulum V.eiuſq;S.Sedem Apoſtolicam dominum Capitaneũ appellationum Vrbis,omnemq;alium iudicem competentem.* vt ſcribit Luc.Pæt.*in pract.Capitol.lib.*5.*c.*1.*n.*15. & tamen eiuſmodi appellatio cenſetur interpoſita ad Capitaneũ, quia alias ſi cenſeretur interpoſita ad Papam,& attenderetur ius ciuile inſurgeret difficultas, an talis appellatio valeret,*per ea,quæ ſcripſi ſupra q.*7.*n.*16.*ampl.*2.

In hac opinionum varietate poſſunt excogitari duæ concordiæ.

Prima concordia eſt, vt valeat, dummodo appellans infra legitima tempore appellandi eligat alterum ex his, ad quos appellauit, vel habuerit probabilem cauſſam ſic appellandi, *Io.And.vbi ſupra in addit.ad Spec. & Io. Ferrar.tract.de appel.l.*2.*c.*5 *in fin.n.*141.*fol.*69. & quod appellatio copulatiua interpoſita ad dominum Malateſtã de Malateſtis, & ad quemlibet iudicem competentem efficiatur deſerta, ſi is, qui appellauit, non declarauerit infra decem dies datos ad appellandum, coram quo iudice intendat proſequi cauſſam appellationis,conſuluit Alex. *conſ.*164.*viſo proceſſu cauſſarum,n.*1.*& ſeqq.lib.*2.

Ratio eſt,quia ſi appellans poſſet declarare etiam poſt decem dies, fieret præiudicium appellato, quia neſciret coram quod velit proſequi appellationem, & ſic cogeretur exſpectare donec appellans inciperet proſequi. *Alex. d.conſ.*164.*n.*4.

Secunda concordia eſt,vt prima opinio procedat de iure ciuili, quia de iure ciuili intelligitur appellatum ad ſuperiorem proximiorem, & ſecunda opinio procedat de iure canonico, quia de iure canonico appellatio remanet incerta, vt ex Imol.ſic diſtinguente,refert & ſequi videtur Franch.*in c.*65.*dilecti.q.eo.nu.*62.*col.vlt.de appell.* prout in non diſſimili caſu eandem concordiam retuli *ſupra q.*7.*n.*7.

Pro vtraq; opinione, & concordia poſſe multa cumulare ex his,quæ ſcripſi *q.præc.ſub n.*1.ſed omitto,quia poteris ibi videre.

Quid dicẽdum?Concludo non eſſe recedendum a prima opione, per ea quæ firmaui quæſt. præcedenti in appellatione alternatiua, & valebit etiam ſi infra decem dies non declaret, coram quo velit proſequi appellationem,per ea quæ dixi *quæſt.præc.n.*8.

Retenta prima opinione, quod poſſit quis appellare copulatiue ad diuerſos iudices.

Declara eam, vt quamuis poſſit ab initio appellare copulatiue,tamen ſi non appellauerit copulatiue, ſed appellauerit ad vnum, & deinde velit variare ad alium,non poterit etiam ſi vellet variare infra decem dies,*Franch.in c.*66.*dilecti in fin.num.*63.*de appell.*& aperte Olaſch. *deciſ.* 131.*decreto.ſub n.*8 *verſ.his tamen.& num.ſeqq.*vbi teſtatur hanc opinionem fuiſſe viſam veriorem, & ex Olaſch. refert & ſequitur Maſner. *in addit. ad pract. Papien. in*

*form. appell, à ſent. diffin, in gl. coram vobis. in vltima addi-
tione, fol.* 408.
Hęcque declaratio maxime procedit; quando iudex à
quo admiſerit appellationem, & ad maiorem iudicem, vt
in caſu de quo Oſaſch. *vbi ſupra*.
Non procedit hęc declaratio, quando prima appella-
tio eſſet nulla, quia tunc poteſt iterum appellari dum-
modo non ſint elapſi decem dies, *vt retuli, et ſequutus ſum
ſupra q.7.n.27.*

ARTICVLVS II.

4 Ad Secundum articulum: *An vtraque pars poſſet ap-
pellare ab eadem ſententia?*
Reſpondeo conſtituendo duos caſus principales.
Primus caſus eſt quando ſententia condemnat vnam
tantum partem ad omnia iuxta petitionem alterius par-
tis, & iſto caſu concludo, quod non poteſt appellare, niſi
pars condemnata, quę poteſt prętendere ſe eſſe grauatā,
& non altera pars, quia, cum non poſſit prętendere, ſe eſ-
ſe grauatam, non poteſt appellare, *Innoc. in c.7. ſi duobus,
in princ. Franch. n.1. verſ. ex quo nota. Card. Alex. num.1. et
Dec. n.2. de appell.* quod ſentit etiam ibidem Abb. *n.1. not.
1. et n.20. verſic. vlt. hic quęro. et dixi ſupra q.5. n.94. et 99.*
& ita procedit illatio, quam poſui *d. q.5. n.99.*
5 Secundus caſus eſt, quando vtraque pars poteſt pre-
tendere ſe grauatam: & iſto caſu licet Innoc. *d.c. ſi duobus
in princ.* dicat ſimpliciter, quod vna pars poteſt appella-
re ad vnum, & altera pars ad alium: tu tamen adhibe tres
conſiderationes.
Prima conſideratio eſt, quando ſententia continet v-
nicum negotium, & ſic vnum capitulum: & in iſta conſi-
deratione licet Doctores, *in d.c. ſi duobus, de appell.* tran-
ſeant, quod vtraque pars poſſit pretendere ſe grauatam:
tu tamen concludas, quod & ſi vtraque pars poſſit ap-
pellare, vna tamen parte appellante: altera pars non
poterit appellare, quia lex non defert appellationi ſu-
perfluæ, *Franch. in d.c. ſi duobus num.4. verſ. circa primum.
& Card. Alex. ſub n.2. & apertius nu.11. verſ. pro clario-
ri,* & ita in effectu reſidet ibidem Deciſ. *ſub n.52. & ſeqq.
verſ. vltimo ſecundum.*
Et hæc concluſio procedit etiam ſi appellare limitate
ab vna tantum parte ſententiæ, Franch. *ſub d. num.4. & 7.
verſ. ſed quæritur primo*, & adde omnino quæ late ſcripſi
infra q.17. limit.21. n.25. & ſeqq.
6 Secunda conſideratio eſt, quando ſententia continet,
plura & diuerſa capitula, ſed tamen connexa; & in iſta
conſideratione concludo omnino idem, quod concluſi in
præcedenti, quia capitula connexa reputantur vnum ra-
tione connexitatis, *Franch. in d.c.7. ſi duobus, n.5. verſ. cir-
ca ſecundum. Card. Alex. ſub n.11. verſ. aut ſecundo, & Dec.
n.55. de appell.* & adde quæ ſcripſi *d. q.17. limit.21. num...*
Et procedit ſimiliter hęc concluſio etiam ſi pars limi-
tate appellaret ab vna tantum parte ſeu capitulo ſenten-
tiæ, quia nihilominus cenſeretur deuoluta iuriſdictio
quoad omnia capitula ſententiæ, *Franch. d.c. ſi duobus ſub
n.7.* & vide quæ ſcripſi *d. limit.21.*
7 Tertia conſideratio eſt quando ſententia continet di-
uerſa capitula ſeparata: & in iſta conſideratione conclu-
do, quod vtraque pars poteſt appellare ad diuerſos iudi-
ces, quia quot ſunt capitula, tot cenſentur eſſe ſententiæ,
& ideo appellatio ſuper vno capitulo non deuoluit in a-
lijs, & conſequenter eſt neceſſe, vt vtraque pars appellet,
alias ſententia tranſiret in rem iudicatam contra non
appellantem, *Franch. in d.c. ſi duobus, n.6. verſ. circa tertiū,
& n.11. de appell.* & ita reſidet ibidem Card. Alex. *ſub nu.
11. verſ. aut pars, in fi. & verſ. aut ſententia,* & quod a ſen-
tentia, continente capitula ſeparata, poſſit vtraque pars
appellare ad diuerſos iudices, ſcribunt Crauet. *conſ* 232.
*dominus n.7. & Contar. in l. vnica, lim.1. nu.37. C. ſi de mom.
poſſ.* & quod tot cenſeantur ſententiæ, quod ſunt capitula
ſeparata, refert, & ſequitur Contard. *d. limit.1. n.38. & ex
Rot. diuerſ. retuli, et ſequutus ſum lib. praeced. c.7. nu.706.* &
quod à pluribus ſententijs plures interponi debeant ap-
pellationes, & vna non ſufficiat, ſcribunt Franc. & Guid.
Pap. quos retuli, & ſequutus ſum *ſup. q.4. n.23.*
8 Declara primo iſtam concluſionem, vt procedat in ap-
pellationibus limitatis, id eſt, quando vna pars appellat
limitate & taxatiue ab vna parte, ſeu ab vno capitulo
ſententiæ, quia tunc debet appellare etiam altera pars:
ſecus ſi vna pars appellat ſimpliciter a ſententia, quia
tunc quamuis ſententia contineat plura capitula ſepara-
ta: tamen appellatio ſimpliciter interpoſita deuoluit in
omnibus, & ideo altera pars non poteſt appellare, quia
ſuperflue appellaret *Franc. in d.c.7. ſi duobus, ſub n.6. verſ.
circa tertium. ibi ſed intellige ſane. & apertius ſub n.9. verſ.
ſed certe. Card. Alex. ſub n.11. verſ. aut & tertio. de appell.*
* & hæc eſt communis * opinio, a qua non diſcedas, quic-
quid in contrarium more ſolito ſcribat ibidem Dec. *ſub
n.63. verſ. et retenta, & n.64.*
9 Declara ſecundo, vt vterq; iudex procedat in ſua ap-
pellatione, *Franch. in d.c. ſi duobus, n.11. verſ. vlt. quæritur.*
quia etſi text. *in c.3. diſpendia. de reſcript. in 6. cum alijs ſi-
milibus,* prohibeat, ne quis poſſit impetrare reſcriptum
ad iudices, ne reus vexetur coram diuerſis iudicibus, ta-
men ille textus, & conſimiles non procedunt in cauſa
appellationis. *Franch. in d.c.7. ſi delegatus, nu.12. verſ. nec
prædictit de appell. quem refert, et ſequitur Card. Alex. ſub
* n.12. verſ. ſed pro complemento,* & de opinione * communi
teſtatur Dec. *ibid. ſub n.61. verſ. ſecundus caſus, n.59.*
Contra iſtam declarationem multa vrgentia adducit
Dec. *d. n.61. & ſeqq. & ſub nu.63.* reſidet in iſta contraria
opinione, quod vnus tantum debeat cognoſcere de vtra-
que appellatione.

ARTICVLVS III.

10 Ad Tertium articulum: *Quando vna pars appellat ad
vnum, & altera pars appellat ad illius ſuperiorem; quis eo-
rum præualeat.*
Reſp. quod ſi vna pars appellat ad Archiepiſcopum, &
altera ad Legatum, præualet appellatio interpoſita ad
Legatum, *Spec. tit. de appel. §. nunc tractemus, verſ. quid ſi a
ſententia ſuffraganei, n.17. lib.2. fol.189. Franch. in c.7. ſi duo-
bus, n.3. ibi. quid autem ſi vna pars, de appell. & Gamb. infra
citādus;* ſicut etiam ſi vna pars appellet ad Legatum, & al-
tera ad Papam, cognoſcet Papa, *Franch. vbi ſupra,* ſicque
Archiepiſcopus omni caſu erit excluſus, *Gamb. tract. de
auct. leg. de lat. lib.8. q.25. n.112. to.13. p.2. fol.212.* & quod,
vna parte appellante ad Papam, & altera ad inferiorem,
appellatio totius cauſę dicatur deuoluta ad Papam, etiā
ſi is, qui appellauit ad inferiorem, prius appellaſſet, & co-
ram eo cœptus eſſet proceſſus, ſcribit Bero. *conſil.6. etſi
plura, nu.4. lib.3.* quem refert, & ſequitur Lancel. *tract. de
attent. par.2. c.12. de attent. et innou. appell. pend. ampl.15.
priue. n.23. tom.5. fol.355.* & quod vbicunq; a diuerſis par-
tibus interponatur appellatio ad diuerſos iudices, quo-
rum vnus ſit ſuperior altero, tunc iuriſdictio ſuperioris
abſorbeat iuriſdictionem inferioris in ipſa cauſa appel-
lationis, notant Abb. *in d.c. ſi duobus. Franch. not.2. n.2. &
alij Canoniſtæ, de appell. & Oſaſch. deciſ.131. decreto. n.14.*
* & hæc eſt communis * opinio.
Contra hanc communem opinio. latet obſtatiua diffi-
cultas, quam oculatiſſimi Doct. non viderunt, pręter De-
cium, qui habet oculos linceos, vt ſcribit Boſſ. *tract. crim.
tit. quom. proced. per excep. ſub n.11. circa finem;* & difficul-
tas eſt iſta. Aut enim poteſt vna tantum pars appellare
eo, quia ſententia non continet capitula ſeparata: & tunc

ſecun-

ſecunda appellatio non valet, quia eſt ſuperflua, cum ſufficiat appellatio prima. *vt ex Franch. & Card. Alex. retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n. 5. & 6.* & conſequenter, ſi vnus appellauerit ad Archiepiſcopum, non poteſt deinde alius appellare ad Papam, quia ſuperflue appellaret, *Dec. in d. cap. 7. ſi duobus. num. 3. & 4. verſ. ſecundo per dominum.* Nec obſtat textus *in d. cap. ſi duobus* vbi præualet appellatio ad Papam, quia ibi præceſſerat appellatio ad Papam, & ideo ſecunda non valuit, & attenta hac ratione idem idem dicendum eſſet, quando prius appellatum fuiſſet ad inferiorem, quia, ex quo ad competentem facta eſſet appellatio, negotium ad eum deuolutum eſſet pro vtraque parte, & conſequenter ſuperflua eſſet appellatio, quę interponeretur ad Papam, vt ſubtiliter conſiderat, & reſidet in hac opin. Dec. *vbi ſupra.* Aut poteſt vtraque pars appellare, quia ſententia continet capitula ſeparata, & vna pars appellat limitare: & tunc non poſſumus dicere, quod appellatio interpoſita ad Papam præualeat, & abſorbeat aliam, interpoſitam ad inferiorem, quia iſtæ appellationes non concurrunt, & ideo non habet locum prælatio, ſed quælibet appellatio eſt ſeparata, & habet ſuum iudicem, *vt ex Franc. & Car. Alex. retuli num. præced. verſ. declara ſecundo.* & conſequenter nunquam eſt verum, quod appellatio, interpoſita ad Papam, habeat hanc præeminentiam, vt præualeat.

11 Retenta communi opinione (ſi placet) quod appellatio, interpoſita ad Papam, præualeat.

Ad adducta in contrarium reſpondeo, quod procedunt in appellationibus interpoſitis ad diuerſos iudices, quorum vnus non ſit ſuperior alterius, & ideo appellando ad eos non dicatur appellatum, omiſſo medio, vt puta ſi hic in Vrbe ab aliquo iudice pedaneo appellaret vna pars ad Auditorem Cameræ, & altera ad Gubernatorem, cum ad vtrumque poſſet appellari, iuxta ea, quæ de appellatione a Mareſcallo, & Soldano ſcripſi *ſupra q. 8. ſub num. 128.*

Secus eſt quando vnus ſuperior alterius, ita quod ad eum poſſit appellari, omiſſo medio, vt in appellatione ad Papam, ad Legatum, & ad Patriarcham, ad quos poteſt appellari a ſententijs Archidiaconi, Epiſcopi, & Archiepiſcopi, omiſſis medijs, *vt late ſcripſi ſupra quæſt. 7. n. 46. 103. & 104. & q. 8. ſub n. 99. verſ. limita.* quia iſto caſu habet locum communi opinio, vt appellatio ad Papam præualeat.

Quod ſi hæc reſponſio tibi non ſatisfaceret; dico, ſaluãdo communem opinionem, quod procedit duobus caſibus. Primo in caſu ſecundæ extenſionis poſitæ *infra n. 13.* quando non apparet, quæ appellatio præceſſerit. Secundo in caſu ſecundæ declarationis poſitæ *ſupra n. 9.* quando poteſt appellari ad diuerſos iudices, quia tunc Papa cognoſcet de vtraq; appellatione, ſequendo opinionem eiuſdem Decij ibidem citati, *verſ. contra.*

Retenta tamen ſimpliciter communi opinione, quod appellatio interpoſita ad Papam præualeat.

12 Extende I. eandem communem opinionem, vt habet locum non ſolum in appellatione ad Papam, ſed etiam in appellatione ad inferiores, ad quos tamen poſſit appellari, omiſſo medio.

13 Extende II. vt maxime habeat locum quando vtraque pars ita ſimul appellaret, vt ignoraretur, quæ prius appellauerit, quia tunc tanto magis præualet appellatio, interpoſita ad ſuperiorem, quare Dec. quem retuli ſupra *ſub nu. 10. verſ. contra.* impugnando illam communem opin. quæ tenet, appellationem ad Papam præualere, ſaluat vt procedat quando non apparet, quę appellatio fuerit prius interpoſita.

14 Reſtringe I. declarando eandem communem opin. vt procedat quando eſt appellatum à ſententia quæ continet capitula connexa, ſeu continet vnicum negotium, vt eſt de mente textus *in c. 7. ſi duobus de appell.* dum loquitur de appellatione interpoſita ſuper eodem negotio, quia tunc præualet appellatio ad Papam; ſecus ſi ſit appellatum a ſententia, quæ contineat capitula ſeparata, quia tunc ſunt appellationes ſeparatæ à diuerſis ſententijs, & vna non collidit aliam & ideo vtraque tenet.

15 Reſtringe II. declarando, vt quamuis appellatio, interpoſita ad ſuperiorem, puta ad Papam, Præualeat, *vt dixi,* tamen ſi is, qui appellauit ad Papam, fuerit citatus coram Archiepiſcopo, ad quem appellauerit aduerſarius, tenetur comparere, alias, ſi non comparuerit, poſſet vti contumax excommunicari ab Archiepiſcopo, *c. 7. ſi duob. de appell.* & bene motiuando, & ſoluẽdo declarat ibi Franc. *ſub nu. 13. & ſeqq. verſ. in gloſſ. in verbo tenebit.* Archiepiſcopus enim habet iuriſdictionem, ſed elidibilem ope exceptionis, & ideo donec exceptione non elidatur, valide poteſt procedere, vt declarant Card. Alex. *in d. c. ſi duobus n. 3. verſ. nota ex textu. & Dec. n. 5. not. 3.*

16 Subreſtringe hanc reſtrictionem, vt procedat, quando Archiepiſcopus ignorabat appellationem interpoſitam ad Papam, prout loquitur textus *in d. c. ſi duobus.* ſecus ſi Archiepiſcopus ſciebat appellationem interpoſitam ad Papam, quia iſto caſu excommunicatio nõ teneret, *Gloſſ. in d. c. ſi duobus. in verbo. niſi cognouerit. Card. Alex. n. 5. & Dec. n. 7. not. 4.*

17 Reſtringe III. vt quamuis appellatio ad Papam præualeat, & ideo Archiepiſcopus in ea non poſſit ſe intromittere: tamen ſunt aliqui caſus, in quibus poteſt adhuc Archiepiſcopus ſe intromittere.

Primus caſus eſt, quando excommunicatio, prolata ab Epiſcopo, eſſe notorie iniuſta: quia iſto caſu etſi appellatio eſſet interpoſita ad Papam tamen poteſt adiri Archiepiſcopus, & ab eo peti abſolutio excommunicationis ad cautelam, cum conditione de parendo mandatis iudicis ad quem, non obſtante appellatione interpoſita ad Papam, *Card. Alex. in cap. 54. ſolicitudinem ſub n. 4. de appell.*

Aduerte, quod Archiepiſcopus poteſt adiri etiam ſi iniuſtitia excommunicationis non ſit notorio, dummodo præſtetur prædicta cautio, quia non per hoc Archiepiſcopus cognoſcit de iniuſtitia, ſeu nullitate excommunicationis; quia hoc non poteſt, *Franch. in d. c. ſolicitudinem. q. 4. n. 8.*

Secundus caſus eſt, quando Archiepiſcopus adiretur circa cauſſam appellationis, ſed tamen illud, ſuper quo adiretur, non reſpiceret cauſſam appellationis, nec faceret præiudicium appellationi, *Card. Alex. ſub d. nu. 4. ibi, fallit ſecundo.*

Tertius caſus eſt, quando appellans renuntiaſſet appellationi, quam interpoſuerit ad Papam, ſiue renunciatio eſt expreſſa, ſiue tacita per comparitionem coram Archiepiſcopo ſine proteſtatione. *Card. Alex. ſub eod. num. 4. ibi, fallit tertio. & egregie Dec. n. 13. not. 6. & ſub num. 17.* ſed de iſto tertio caſu ſatis abunde loquutus ſum *infra q. 17. limit. 2.*

QVÆSTIO XI.

ARGVMENTVM.

De officio, & poteſtate iudicis a quo, & iudicis ad quem, & de natura, & proceſſu cauſæ appellationis.

SVMMARIA.

IVDEX a quo cognoſcit ad debeat deferre appellationi. n. 1.

¶ *Declaratur I. vt cognoſcat etiam appellatio ſit legitima. num. 2.*

Declaratur III. vt ita cognoſcat, etiam ſi conſtaret appellationem non eſſe recipiendam. — Infertur quomodo debeat pronunciare, nu.4. — Subinferuntur multa circa hanc pronunciationem vſque ad n.6.

Declaratur IV. quando iudex debeat deferre appellationi, & quando non, n.6. — Et nunquid hoc debeat conferre tum peritis, n.7.

Declaratur V. quæ ſint conſideranda ad cognoſcendum, an debeat deferre, vel non deferre, n.8.

Declaratur VI. vt iudex a quo in hac cognitione non procedat iudicialiter, n.9.

Declaratur VII. vt quamuis iudex a quo non deferat appellationi, tamen nihil ſit innouandum, nu.10.

Declaratur VIII. vt id non procedat quando eſt notorium appellationem non tenere, n.11.

Declaratur IX. vt ſit differentia inter deferre appellationi & admittere appellationem, licet Doctores promiſcue de vtroque loquantur, ibidem.

IVDEX ad quem cognoſcit, an appellatio ſit admittenda, &c. num.12. & 13. — Et quando cognoſcat iudex a quo, nu.13. — Declaratur vt iudex ad quem plene cognoſcat, num.14. — Limitatur, vt non cognoſcat quoad intereſſe, pertinens principaliter ad iudicem a quo. — Ampliatur hæc limitatio, n.15. — Reſtringitur, n.16.

Officium iudicis ad quem eſt latius officio iudicis a quo, n.17.

¶ *Ampliatur I. hæc concluſio, vt ideo reuocatio attentatorum pertineat ad iudicem ad quem, & non ad alium iudicem, nu.18. — Limitatur hæc ampliatio, n.19.20. & 21.*

Ampliatur II. vt iudex ad quem poſſit ſententiam, latam ex falſa cauſa, confirmare ex vera, nu.22. — Declaratur primo & ſecundo hæc ampliatio, n.23. & 24. — Exemplificatur, n.25. — Extenditur, n.26. — Reſtringitur, n.27.

Ampliatur III. vt poſitiones, facta poſt litem conteſtatam in cauſſa principali, poſſint mutari in cauſſa appellationis, &c. n.28. — Declaratur hæc ampliatio, vt non procedat quando exceptio rei iudicatæ non ſe extenderet ad mutationem. — Subdeclaratur quando exceptio rei iudicatæ extendatur. — Inferuntur caſus, in quibus non poteſt fieri mutatio, num.30. & 32. — Subinfertur an & quando reconuentio habet locum in cauſſa appellationis, numer.31. — Extenditur primo declaratio eiuſque prima illatio, vt habeant locum etiam in cauſſa ſummaria, n.33. — Extenditur ſecundo etiam in caſu, qui eſſet notorius, n.34.

Ampliatur IV. vt poſſit pronunciare ſuper articulis omiſſis à primo iudice, ibid.

Iudex appellationis an poſſit inhibere iudici à quo, n.34. in fin. verſ. primum.

Libellus nouus an ſit neceſſarius in cauſſa appellationis, numer. 35. & 36.

Conteſtatio Litis non eſt neceſſaria in cauſſa appellationis, n.37.

¶ *Extenditur I. in appellatione ab interlocutoria, num.38. — Subextenditur, vt, ſi reus ſe abſentet, procedat etiamſi in cauſſa principali non fuerit conteſtata, nu.39. — Reſtringitur eadem ſubextenſio quando partes ſunt præſentes, n.40.*

Extenditur II. ſed cum diſtinctione, vt procedat in cauſſa appellationis à diffinitiua, n.41. & ſeqq.

Exceptiones peremptoriæ poſſunt opponi in cauſſa appellationis, n.45.

¶ *Extenditur I. etiam ſi fuerint oppoſitæ & reiectæ in prima inſtantia, ſub n.45.*

Extenditur II. quando eſſet appellatum ab interlocutoria, & nihilominus iudex proceſſiſſet, ſub eod. n.45.

Extenditur III. etiam ſi exceptio ſuperuenerit reo, pendente appellatione, ſub eod. n.45.

Extenditur IV. etiam in replicatione, quæ ſuperuenerit actori, ſub eod. n.45. — Reſtringuntur eadem tertia & quarta extenſio, ibid.

Exceptiones dilatoriæ non poſſunt opponi in cauſſa appellationis, n.46.

¶ *Extenditur tam in cauſis temporalibus quam in ſpiritualibus, num.47. — Infertur, exceptionem ſubreptionis non poſſe opponi n.48. — Declaratur hæc illatio, n.49. — Subdeclaratur, n.50.*

¶ *Reſtringitur I. vt non procedat ſi exceptio dilatoria fuerit ignoranter omiſſa, n.51. — Declaratur primo, & ſecundo ſub eod. n.51.*

Reſtringitur II. quando exceptio ſuperuenit de nouo, num.52. — Subreſtringitur primo, & ſecundo ibidem.

Reſtringitur III. in appellatione ab interlocutoria ante litis conteſtationem, n.53.

Reſtringitur IV. in exceptione dilatoria, quæ reddit proceſſum retro nullum, n.54. — Subreſtringitur cum declaratione ibid. — Ampliatur eadem reſtrictio. — Et infertur n.55.

Citatio requiritur in cauſſa appellationis, nu.56. — Extenditur, & declaratur, nu.57.

Termini ſubſtantiales quot & qui ſint in cauſſa appellationis, n.58. et 59.

Iuſtificatio appellationis quomodo fiat ad effectum vt admittatur appellatio &c. n.60.

Quomodo fiat ad effectum, vt appellatio deuoluat totum negotium, n.61. et ſeqq. in quibus diſtinguuntur duo caſus, dantur ampliatio, limitationes, exempla, & reſtrictiones vſque ad n.82. incluſiue.

Quomodo fiat ad effectum, vt reuocetur ſententia, n.83.

Iuſtificari an poſſit appellatio ex alia cauſſa, quam ex cauſſa expreſſa in appellatione, n.84. et ſeqq. in quibus diſtinguuntur duæ ſpecies appellationis, declarantur, ampliantur, reſtringuntur, et infertur vſque ad n.100. incluſiue.

Teſtes an poſſint examinari in cauſſa appellationis, nu.101. & ſeqq. in quibus diſtinguuntur duo caſus, ampliantur, declarantur, et limitantur vſque ad n.111. incluſiue.

Sententia in cauſa appellationis quomodo ſit ferenda, num.112. et 113.

Sententiam nullam poteſt iudex appellationis regulariter confirmare, n.114.

¶ *Extenditur I. etiam ſi ſententia ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, nu.115. — Infertur, quod ſi à ſententia confirmante non fuerit appellatum, non poteſt vlterius dici de nullitate ſententiæ confirmatæ, n.116.*

Extenditur II. etiamſi nullitas non eſſet remiſſibilis à parte, n.117.

Extenditur III. cum declaratione, dummodo in ſententia non ſit expreſſus error, &c. n.118.

Extenditur IV. quando nullitas eſt in ſententia, n.119. — Exemplificantur hæc tertia, et quarta extenſio, n.120. et 121.

Extenditur V. vt iudex ſuperior, aditus ſuper nullitate ſententiæ, poſſit etiam reformare, et confirmare ſententiam nullam, n.122. — Declaratur, n.123. et 124.

Extenditur VI. vt tunc præcipue poſſit reformare, quando in id libello nullitatis petitum eſſet, num.125. — Subextenditur, num.126.

Reſtringitur I. vt non procedat quando petitur ſimpliciter, pronunciari ſententiam nullam, nu.127. — Ampliatur primo vt alias ſententia confirmatoria ſit nulla, n.128. — Ampliatur ſecundo etiamſi nullitas haberet in ſe euidentem calumniam n.129. — Ampliatur tertio etiam in Curia Romana, nu.131. — Ampliatur quarto præcipue quando commiſſio mandaret. prius procedi ſuper nullitate, n.132. Declaratur hæc eadem prima reſtrictio, nu.133. et 134.

Reſtringitur II. vt non procedat quando proceſſus eſt nullus, ſeu ineptus, quia tunc ſententia non poteſt confirmari, num.135. — Extenditur n.136. — Subreſtringitur primo, et declaratur ſubreſtrictio, nu.137. et 138. — Subreſtringitur ſecundo et declaratur ſubreſtrictio, n.139. et 140.

Reſtringitur III. quando error eſſet expreſſus in ſententia, num. 141. — Declaratur, n.142.

Reſtringitur IV. quando cauſſa inferens nullitatem primæ ſententiæ non ceſſat in ſecunda, n.145.

Re-

Reſtringitur V. quando ſententia eſt lata poſt peremptam inſtantiam, n. 144. & 145.— Declaratur ib.
Reſtringitur VI. in ſententia interlocutoria, n. 146.
Reſtringitur VII. quando ſententia nulla eſſet mandata executioni, n. 147.
Deſertam eſſe cauſſam, ſeu rem eſſe iudicatam an debeat pronũtiari, & quando pronunciet iudex à quo, & quando iudex ad quem cum diſtinctione duorum caſuum & trium ſpecierum deſertionis n. 148. & ſeqq.
Expenſarum condemnatio contra deſertorem appellationis ad quem ſpectet cum diſtinctione duorum ſpecierum deſertionis. Et quando non condemnetur, & ad quas expenſas condemnetur, n. 160. & 161.
Executio rei iudicatæ plurium conformium ſpectat ad iudicem appellationis, qui profert vltimam conformem, n. 162.
¶ *Extenditur vt procedat etiam in principis delegato, nu. 163. — Declaratur extenſio, n. 164. 172. & ſeqq.*
¶ *Reſtringitur I. vt non procedat quando prima ſententia confirmatur ex receſſu partium ab appellatione, quia tunc vterque iudex poteſt exequi, n. 165.*
Reſtringitur II. vt iudex à quo exequatur quando intentatur actio iudicati, ſub n. 165.
Reſtringitur III. quando ſententia tranſiuit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem, n. 166.
Reſtringitur IV. quando ſententia tranſiuit in iudicatum ob non proſecutam appellationem interpoſitam, n. 167.— Extenditur multipliciter hæc reſtrictio, n. 168. & ſeqq.
Declarantur eædem reſtrictiones n. 171.
Subreſtringuntur primo eædem reſtrictiones, vt regulariter non procedant in Curia Romana, num. 172. —Extenditur eadem ſubreſtrictio, numero 173. & ſeqq.— Declaratur eadem ſubreſtrictio, num. 180.— Extenditur declaratio; num. 181.— Reſtringitur extenſio, numer. 182. — Temperatur ſubſtrictio, ibidem.
Subreſtringuntur ſecundo, n. 179.
Reſtringitur V. vt non procedat in ſententia corporis afflictiua, &c. n. 183.
Executio rei iudicatæ quomodo ſit petenda, n. 184.
Executio rei iudicatæ an & quando concedatur ſine citatione, & quando cum citatione, n. 186. & ſeqq.
Commiſſio reformatoria datur contra eum, qui impetrauit commiſſionem appellationis, non facta mentione rei iudicatæ, numero 193.
Sententia contra rem iudicatam an & quando poſſit valere, n. 194. & ſeqq.
Executio rei iudicatæ quo ordine, & quibus terminis, petatur, nu. 200. & 201. & ſub nu. 173. verſ. contrà.

EXaminabo hanc quæſtionem octo articulis.

Primo. *Ad quem ſpectet cognitio, an ſit deferendum appellationi.*

Secundo. *Ad quem ſpectet cognitio, an appellatio ſit admittenda, &c.*

Tertio. *An officium iudicis ad quem ſit latius officio iudicis a quo.*

Quarto. *Quomodo procedatur in cauſſa appellationis poſt introductam appellationem.*

Quinto. *An pronuntiatio deſertionis ſit neceſſaria, & quis iudex debeat pronuntiare ſuper deſertione, & re iudicata.*

Sexto. *Quis iudex poſſit condemnare deſertorem appellationis ad expenſas.*

Septimo. *Qui debeat exequi rem iudicatam.*

Octauo. *Quo ordine procedatur ad executionem rei iudicatæ.*

ARTICVLVS I.

1 Ad primum articulum; *Ad quem ſpectet cognitio, an ſit deferendum appellationi.*

Reſpondeo, quod ſpectat ad iudicem à quo, *Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus ſub numero 2. verſ. ſed quis iudicabit lib. 2. ſol. 194. Franch. in capitul. 34. ad audientiam ſub num. 2. verſ. in gloſ. in verbo ſine cauſæ cognitione, & in cap. 59. vt debitus nu. 42. verſ. in gloſ. in ver. ex rationabili de appel. & Contar. in l. vnica q. 1. num. 17. & 27. verſ. concludendum et quæſt. 3. in fine, verſ. pro qua C. ſi de momen. poſſ.* & hæc eſt
* concluſio communis.*

Ratio huius communis concluſionis eſt, quia ſi iudex non deferat iuſtæ appellationi, vel deferat friuolæ, vtroque caſu punitur, vt retuli, & ſequutus ſum *infra ſub nu. 4. verſ. ſub infero primo.* Imo peccat ſi deferat friuolæ appellationi. *vt retuli et ſequutus ſum ſupra q. 2. ſub nu. 51. verſ. imo* merito ad eum abſolutè pertinet cognitio, an debeat deferre, vel non deferre.

2 Declara I. hanc communem concluſionem, vt iudex à quo, cognoſcendo, an debeat deferre appellationi, ex neceſſario antecedenti, debeat etiam cognoſcere an appellatio ſit friuola, vel legitima, quia ex hoc pendet recta reſolutio, vtrum debeat, vel non debeat appellationi deferre, *Franch. in locis ſupra proxime citatis*, & quod ad eum ſpectet hæc cognititio, vt ſciat, & deliberet, an appellatio ſit talis, propter quam debeat ſuperſedere ab executione vel vlteriori proceſſu, hancque deliberationem habere non poſſit, niſi prius cognouerit de qualitate appellationis, ſcribit ſimilibus verbis Cont. *d. q. 1. n. 18. & 19.* & quod hæc deliberatio, an ipſe debeat, vel non debeat admittere appellationem, ſpectet ad ipſummet iudicem à quo, vt ſciat quales apoſtolos ipſe debeat dare, ſcribit Franc. *in c. 45. conſtitutus ſub n. 19. de appell.* & hæc etiam eſt conclu-
* ſio non ſolum communis; * ſed indubitata ex prædicta ratione.

3 Declara II. ſeu potius ſubdeclara, vt iudex debeat adhibere hanc cognitionem ad ſolam ſui inſtructionem, & non ad effectum, vt pronuntiet ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia appellationis, ſeu an appellatio ſit legitima, vel non legitima, aut an ſit, vel non ſit admittenda, quia hæc pronuntiatio non ſpectat ad ipſum. Franch. in eiſdem locis ſupra proxime citatis, & Contar. *d. quæſt. 1. n. 21. & 22.*

4 Declara III. extendendo præcedentem declarationem vt procedat, etiamſi conſtaret, appellationem non eſſe recipiendam, quia nihilominus iudex à quo non poteſt pronuntiare ſuper iſto incidenti, *Franch. in c. 45. conſtitutus ſub n. 19. de appell.* quem refert, & ſequitur Cont. *d. q. 1. ſub n. 22. verſ. hinc ſequitur et n. 23.*

Infero ex hac ſecunda, & tertia declaratione, quod cũ Iudex debeat ad ſui ſolam inſtructionem cognoſcere de qualitate appellationis, debet, cognitione adhibita, talem proferre interlocutoriam, quæ decernat admiſſionem, ſeu non admiſſionem quoad ſe, & non quoad partes, vnde debet dicere, *admitto*, vel *non admitto appellationem*, ſeu, *defero* vel *non defero appellationi. Franch. in c. 45. conſtitutus ſub n. 19. de appell.* quia ipſe circa admiſſibilitatem appellationis non habet iuriſdictionem, niſi prout eſt quid facti: nam abſtinere à receptione appellationis eſt quid facti, *Franc. vbi ſup.* & ideo illa interlocutoria debet reſpicere limitate factum, & perſonam ipſius iudicis, quam limitate non reſpiceret, ſi pronuntiaret imperſonaliter, eſſe deferendum, vel non deferendum appellationi, ſeu eſſe admittendam, vel non admittendam appellationem, quia, pronuntiando ſic generaliter, & imperſonaliter, videretur reſpexiſſe etiam perſonam partium, & earum iura, & diceretur cognouiſſe iudicialiter, & in præiudicium appellationis, quod iudex à quo non poteſt facere, quia cognoſcere de iuſtitia appellationis ſpectat ſolum ad iudicem ad quem, *vt late retuli, et ſequutus ſum infra ſub n. 13. verſus ſecundus caſus.*

Subin-

Subinfero I. quod in iſta cognitione, an appellatio ſit admittenda, conſideratur principaliter intereſſe iudicis à quo, quia, ſi is non deferat iuſtæ appellationi, venit puniẽdus, vt retuli & ſequutus ſum *infra q.13.art.13. n....* & ſimiliter puniri debet ſi deferat appellationi friuolæ, *Frãch. in c.59. vt debitus, ſub num.42. verſ. in gloſſ. in ver. ex rationabili de appell. & Contar. in l. vnica, quæſt.19. num.4. C. ſi de momen. poſſ.* immo deferendo appellationi friuolæ peccat, *vt retuli & ſequutus ſum infra q.17. limit.4. n.3. & limit.36. n....* quia iudex non obuiando malitijs, peccat, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q.3. n.2. verſ. verum.*

Et licet veniat etiam intereſſe partis; tamen hoc intereſſe non venit principaliter, ſed in conſequentiam, & ideò non conſideratur, & tanto minus conſideratur, quod iudex à quo poteſt bene ſibi præiudicare, & nocere per allegata in ſubillatione, ſed non poteſt præiudicare partibus, niſi modice, vt retuli, & ſequutus ſum *infra n. 9.*

Subinfero II. quod iudex à quo, cum tractetur de ſuo intereſſe, non poteſt cogi, quod deferat appellationi, quando putat eam minus legitimam, *Franch. in c.54. ſolicitudinem, not.1. n.1. de appell.* quia cogeretur ad peccandum, cum deferendo appellationi friuolæ, peccet, *vt dixi in praced. ſubillatione.*

Subinfero III. quod ſi iudex à quo pronuntiaret appellationem interpoſitam non tenere, ſeu non eſſe admittendam, & is qui appellauit; non, appellaret ab iſta pronuntiatione; tamen pronuntiatio non faceret appellanti, neque iudici ad quem aliquod præiudicium, vnde iudex ad quem poterit pronuntiare appellationem legitimam, non obſtante contraria pronuntiatione iudicis à quo, *Franch. in d.c.45. conſtitutus, n.19. in fine, de appell.*

Imò iudex ad quem poteſt; & debet hanc pronuntiationem iudicis à quo reuocare per viam attentati, ſecundum ea, quæ ſcribit Franch. *in d.c.45. conſtitutus, n.17. verſus finem.*

Extende hanc ſubillationem, vt procedat etiam ſi is, qui appellauit, eſſet præſens, & ab hac nõn admiſſione non appellaret, ſeu aliter non contradiceret, quia nihilominus pronuntiatio iudicis à quo non præiudicet, alia ſi iudex denuo reijceret appellationem eſſet denuo appellandum, ſicque daretur proceſſus in infinitum, vide *infra q.17. lim.47. memb.1. ſub n.166. declar.1.* quicquid in contrarium referant, & ſequantur Capic. *deciſ. 34. in cauſa magnifici Andreæ, n.6. in fine, & n.7. & Contar. in l. vnica, q.1. num.24. & 25. C. ſi de momen. poſſ.* dum limitare volunt, quod non præiudicat, ſi appellans eſt abſens, vel, ſi eſt præſens, contradicit, & appellat.

Reſtringe eandem ſubillationem, vt iudex ad quem poſſit etiam per viam attentati reuocare interlocutoriam iudicis a quo, quando non conſtat notoriè appellationem eſſe friuolam, & non admittendam; ſecus ſi notoriè conſtet appellationem eſſe friuolam, & non admittendam, quia iſto caſu & ſi iudex à quo melius feciſſet abſtinere ab eiuſmodi declaratione, tamen iudex ad quem non debet reuocare, quia fruſtra ſit reuocatio, quæ facta non releuat: & ita teneas, licet Franch. *in d.c.45. conſtitutus, ſub n.17. & 18.* faciat longam diſtinctionem & non tangat hunc paſſum.

5 Subinfero IV. per oppoſitum quod licet iudex a quo deferat appellationi fruſtratoriæ, tamen iudex ad quem poteſt, inuito iudice à quo, & inuitis partibus, repellere illam appellationem, & remittere negotium ad iudicem a quo, *Franch. in c.5. cum appellationibus, §. ſi vero, n.1. de appell. in 6.* adde quæ ſcripſi *infra q.17. limit.47. membr.1. num.49.*

6 Declara IV. vt iudex à quo, in cognoſcendo, an debeat deferre appellationi, debeat ſequi hanc inſtructionem, diuiſam in tribus caſibus, & non errabit.

Primus caſus eſt, quando ipſe eſt certus, vel ita tenet pro certo, quod appellatio ſit legitimà, & admittenda, & iſto caſu tenetur omnino ſuperſedere in executione, *Io. Andr. in cap.28. paſtoralis, ſub num.10. verſus finem de off. deleg.* & quod debeat admitti, & nihil innouari, concludit Franch. *in cap.45. conſtitutus, n.17. in vltimis verbis, verſ. in gloſ. in verbo ratum*, & quod vbi appellatio eſt manifeſtè rationabilis, & legitima, qualis eſt illa, quæ interponitur ex cauſa expreſſa in iure, iudex debeat deferre, quia & ius eam admittit, ſcribit Spec. *tit. de appell. §. nunc dicamus ſub n.4. verſ. circa hoc, lib.2. fol.194.*

Secundus caſus eſt; quando dubitat nunquid appellatio ſit legitima, & admittenda; & iſto etiam caſu dico, quod tenetur eam admittere, vt retuli & ſequutus ſum *infra q.17. ampl. vlt. n.60.*

Tertius caſus eſt, quando notoriè conſtat appellationem eſſe nullam, ſeu iniuſtam, vel non tenere, & iſto caſu dico, quod non debet appellationi deferre, *Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus, ſub n.4. verſ. circa hoc, ibi, quædam vero eſt manifeſtè friuola, & n.9. verſ. ſed cum cognoſcere, lib.2. fol.194. Io. Andr. in c.28 paſtoralis, ſub n.11. ibi, vbi certum eſt, de off. deleg.* vbi ponit exempla videlicet, quando crimen de quo quis eſt condemnatus, eſt notorium, vel quia appellat ſine cauſa in caſu, quo cauſa eſt exprimenda, dicens, quod cum notorium iuris eſt, appellationem non tenere, non eſt recurrendum ad iudicem, vel ad aliam indaginem, & ſic ait, quod iſto caſu iudex ad quem non cognoſcit, an appellatio ſit recipienda. *Ant. de Butr. in eod. cap. paſtoralis, §. præterea, ſub n.15. verſ. poſt gloſſ. ibi, hoc enim caſu*, dicens, quod propter certitudinem, & notorietatem ſpectat ad iudicem à quo, & Bellam. quos refert & ſequitur Contar. *in l. vnica q.1. n.16. verſ. nec ius obſtat. C. ſi de momen. poſſ.*

Verum aduerte, quod non per hoc iudex a quo debet interloqui ſuper iniuſtitia, ſeu nullitate appellationis interpoſitæ, quia quantumuis appareat de iniuſtitia appellationis, tamen pronunciatio ſuper ea non pertinet ad eius iuriſdictionem, *per ea quæ dixi ſupra ſub n.3. verſ. extende*, poteſt tamen procedere ad executionem, *vt retuli & ſequutus ſum infra ſub n.10. verſ. ſubdeclara.*

7 Difficultas emergit in ſecundo caſu, quando poteſt dubitari, an appellatio ſit admittenda, nunquid tunc iudex à quo teneatur conferre hoc cum peritis in tantum, quod ſuper hoc articulo poſſit per partem pati conſilium ſapientis, & iudex teneatur concedere.

Reſpondeo, quod Spec. *in tit. de appell. §. nunc dicamus, n.3. verſ. conſulto tamen, lib.2. f.194.* quẽ refert, & ſequitur Ant de Butr. *in c.59. vt debitus, ſub n.29. verſ. quæro cum gloſſ. verſ. finem, de app.* tenet opinionem affirmatiuam, in tantum, quod ſi iudex non cõcederet, diceretur grauare.

Contrariam opinionem: quod enim iudex non cogatur concedere petitum conſilium ſapientis, tenet Abb. *in eod. cap. vt debitus*, quem refert & ſequitur Franch. *ſub n. 43. verſ. in ea gloſſ.*

8 Declara V. vt iudex ad cognoſcendum quando appellatio ſit legitima, vel non legitima, & ſic quando debeat deferre, & quando non deferre appellationi, debeat conſiderare hæc quatuor.

Primum, an cauſa expreſſa in appellatione appareat ex actis cauſæ, *Contar. in l. vnica q.1. n.35. verſ. in ſummaria, C. ſi de mom. poſſ.* quia non ſufficit eam exprimere, niſi etiam probet *Contar. d. eod. q.1. n.56. verſ. intellige.*

Secundum, an cauſa adducta in appellatione, ſit expreſſa in iure, *Contar. d. q.1. n.36.* ipſe enim iudex à quo cognoſcit de cauſis expreſſis in appellatione, vt ſciat, an appellatio ſit talis, propter quam debeat ſuperſedere in executione, *Contar. d. q.1. n.18.*

Et hæ duæ conſiderationes habent locum in cauſis, in quibus appellatio non admittitur ſine expreſſione rationabilis cauſſæ,

Tertium,

Tertium, an reperiatur expreſſum in iure, quod appellatio non recipiatur in illa cauſa, quia tunc non erit recipienda: quod ſi in iure non eſt expreſſum, tunc erit recipienda, *Contard. ead. q. 1. n. 43. verſ. nec hoc.*

Quartum an in ſua conſcientia probabiliter dubitet, vtrum appellationi ſit deferendum, quia ſi dubitat, nihil debet innouare, *Contar. d. q. 1. n. 41. verſ. quando agitur.* quia iudex in dubio debet defere appellationi, *vt retuli & ſequutus ſum infra q. 17. ampl. vltima, n. 68.*

9 Declara VI. vt iudex à quo cognoſcendo, an teneatur deferre appellationi, non debeat procedere iudicialiter, *Contar. in l. vnica q. 1. n. 33. C. ſi de momen. poſſ.* & debeat cognoſcere ſummariè, parte etiam abſente, *vt bene explicāt Nat. conſ. 529. iudex eccleſiaſticus n. 30. et ſeqq. et Contard. d. q. 1. n. 35. & 28.* reddentes rationem, quia eius cognitio eſt modici præiudicij.

10 Declara VII. vt licet iudex à quo non deferat appellationi, & non admittat, tamen interim nihil eſt innouandum, *l. 1. & ibi Doctores ff. nihil nou. appell. interp. Appellatione interpoſita ſiue recepta ſit, ſiue non, medio tempore nihil innouari oportet. Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus num. 8. verſ. item appellatione lib. 2. fol. 194. & Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 6. cap. 12. numero 2. verſ. appellatione.* Quare non per hoc, quia non defert appellationi, eſt in eius poteſtate tollere effectum, & vigorem appellationis totaliter: vnde licet cauſa non deuoluatur immediatè ad Curiam, quando iudex vel appellatus non defert appellationi, tamen appellatio in omnibus alijs habet ſuum vigorem quoad facultatem proſequendi ipſam appellationem, & quoad reuocationem attentatorum, & quoad pœnam iudicis non deferentis appellationi, *Franch. in c. 44. ſæpe num. 14. not. 8. de appell.* & licet iudex à quo declarat, appellationem non eſſe legitimam, tamen non impedit vires appellationis, *idem Franch. in cap. 59. vt debitus ſub numero 42. eod. titul. de appell.* & licet iudex à quo non recipiat appellationem, tamen cauſa deuoluitur ad ſuperiorem, & eius conquieſcit officium, tanquam appellatio ſit recepta, *Ang. Aret. in l. 5. ſi cuius numero 1. ff. de appell. recip. vel non*, & innouatio inhibetur à iure, & ideo omnia innouata veniunt reuocanda, quamuis iudex à quo non receperit appellationem, *Rol. a Vall. conſ. 77. viſo & bene n. 4. in fine, & n. 5. & ſeqq. lib. 2. & ex Lan. retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 3. n. 19.*

11 Declara VIII. ſeu potius ſubdeclara hanc declarationem, vt non procedat, quando eſt notorium, vel manifeſtum, appellationem eſſe nullam, ſeu iniuſtam, aut non recipiendam, quia tunc iudex à quo poteſt procedere ad executionem ſententiæ, non obſtante appellatione, *Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus, ſub n. 8. verſ. item appellatione lib. 2. fol. 194. Io. Andr. in c. 28. paſtoralis n. 11. ibi vbi vero certum eſt de off. & poteſt. iud. deleg. & Franch. in c. 45. conſtitutus ſub n. 18. de appell.* & quod poſſit procedere ad vlteriora, & proceſſus non dicatur attentatus, ſcribit Ang. Aret. *in loco ſupra proxime citato*, & in caſu, quo appellatio de iure tenet, loquitur Rol. à Vall. *d. conſ. 77. ſub n. 5.* & quod non dicatur attentare ille, qui facit executionem contra appellantem, cui reſiſtit ius commune, tenuit Rot. *deciſ. 35. alias 234. ſi rector. de appel. in non. & clarius Caputaq. deciſ. 52: attentare & latius deciſ. 328. ſeu 3. executio ſententiæ, n. 2. par. 1.*

Declara IX. quod Doctores, dum tractant, ad quem ſpectet deferre appellationi, promiſcue vtuntur deferre appellationi, vel admittere appellationem, non faciendo differentiam inter vnum, & alterum: nam Franch. *in c. 45. conſtitutus ſub n. 17. & n. 18. et in c. 59. vt debitus ſub num. 42. de appell.* promiſcuè loquitur, & Contar. *in l. vnica, quæſt. 1. n. 17. verſ. et licet.* vbi de delatione, *et num.* 20. vbi de admiſſione, & ita paſſim vnum pro altero vſurpatum reperies, quod & notari poteſt ex his, quæ ſcripſi *ſupra ſub numero 6. verſ. primus.* vbi citaui Franc. loquentem de admiſſione, & Spec. loquentem de delatione & admiſſione.

Verumtamen aliud eſt deferre appellationi, & aliud admittere appellationem; nam deferre importat indiſtinctè delationem, & abdicationem exercitij iuriſdictionis in illa cauſa, *vt retuli, et ſequutus ſum infra quæſt. 17. limit. 47 membr. 1. numero 41.* ſed admittere, ſeu recipere appellationem importat delationem cum diſtinctione, quam retuli & ſequutus ſum *infra quæſt. 13. ſub numer. 15. verſ. declara.*

ARTICVLVS II.

12 Ad ſecundum articulum. *Ad quem ſpectet cognitio, an appellatio ſit admittenda, an ſit appellatum, an ſit in tempore appellatum, an appellatio ſit legitima, an ſit nulla, an deſerta, et ſimilia.*

Reſpondeo, quod etſi reſolutio huius articuli pendeat multum a reſolutione præcedentis articuli, tamen indiget vlteriori explicatione, pro qua ſunt adhibendæ duæ inſpectiones principales.

Prima inſpectio eſt; quando iudex ad quem cœpit cognoſcere de appellatione, & in iſta inſpectione concludo quod cognitio omnium, & ſingulorum prædictorum ſpectat ad iudicem ad quem, & alius inferior cognoſcere non poteſt, *Ant. de Butr. in cap. 45. conſtitutus ſub n. 13. ibi quandoque appellatione interpoſita, et Franch. ſub n. 17. col. 3 de appel.* qui ſcribunt, quod aliquando appellatione interpoſita, iudex inferior, a quo eſt appellatum, vult incidenter cognoſcere de appellatione, puta, appellatus inſtat procedi ad ſententiam, vel alium actum, appellans excipit de appellatione, appellatus explicat nō eſſe appellatum, vel appellationem non deuoluere, aut opponit, appellationem eſſe deſertam: certè, inquiunt, non poteſt tunc iudex a quo cognoſcere, ſi iudex ad quem cœpit cognoſcere.

13 Secunda inſpectio eſt: quando iudex ad quem nondum cœpit cognoſcere de appellatione, & in iſta inſpectione conſidero quatuor caſus.

Primus caſus eſt, quando appellatio nullatenus apparet: vt puta, quia appellatus negat, fuiſſe appellatum, & iſto caſu concludo quod iudex a quo poteſt cognoſcere, quare praxis eſt hic in Vrbe, vt is, qui vult executionem ſententiæ a qua non ſit appellatum, citet aduerſarium coram iudice a quo ad docendum de appellatione iuxta praxim quam habes in loco citato infra *ſub nu. 192 verſ. praxim.* de qua appellatione non docto iudex a quo procedit ad executionem, vt retuli & ſequutus ſum *infra art. 7. n. 166.* & iſto primo caſu procedunt quæ ſcribit Ant. de Butr. *d. c. 45. conſtitutus ſub n. 13. verſ. quandoque appellatione. ibi ſi non eſt per ſuperiorem recepta, de appell.* dicēs, quod ſi coram inferiore opponatur de defectu poteſtatis eo, quia pendet appellatio, & ex aduerſo negetur, fuiſſe appellatum, poterit, inquit, de hoc cognoſcere, & ſententiam ſuper hoc lata partibus præiudicabit, niſi fuerit appellatum.

Et hæc de iſto primo caſu, in quo ſi citatus ad docendum de appellatione oſtenderet, ſe appellaſſe, tunc intrant quæ ſcripſi ſequentibus caſibus.

Secundus caſus eſt, quando fuit appellatum, ſed controuertitur nunquid appellatio ſit recipienda eo, quia vna pars dicit, appellationem eſſe legitimam, & iuſtam, & altera pars dicit eſſe friuolam, & iniuſtam, & iſto caſu cōcludo, quod iudex a quo poteſt cognoſcere ſolum ad ſui inſtructionem, & ſic ad effectum, vt poſſit deliberare de qualitate apoſtolorum dandorum, & an debeat ſuperſedere, vel non ſuperſedere in executione, *vt latius explicaui ſupra num. 2. & ſeq.* ſed cognitio inter ipſas partes

ſuper

Digitized by Google

ſuper iuſtitia & iniuſtitia appellationis ſpectat ad iudicẽ ad quem, *Franch. in c. 34. ad audientiam, ſub num. 2. verſ. in gloſſ. in verb. ſine cauſa cognitione, de appell.* & ſimiliter ad eum ſpectat cognitio, an appellatio ſit legitima, vel non, *Contard. in l. vnica, quæſt. 1. ſub n. 20. C. ſi de momen. poſſeſſ.* & ideo ad eum ſpectat cognoſcere, an cauſæ inſertæ in appellatione, ſint legitimæ, *Paul. de Caſtr. conſ. 288. ad primã, ſub num. 1. ibi pertinebit autem ad iudicem appellationis. lib. primo, & Contar. in dict. l. vnica, limit. 19. num. 28. & dict. q. 1. num. 17. verſ. & licet*, & conſequenter ad eum ſpectat pronuntiare appellationem eſſe, vel non eſſe recipiendã, quia hæc eſt pronuntiatio iuris, & iuriſdictionis, & ideo non ſpectat ad alium iudicem, quam ad iudicem appellationis. *Franch. in cap. 45. conſtitutus, ſub num 19. de appell.* quem refert, & ſequitur Contar. *in d. l. vnica quæſt. 1. num. 23. C. ſi de momen. poſſ.* & quod iudex appellationis cognoſcat articulum, an appellatio ſit recipienda vel ne, ſcribit Brun. *in feud. conſil. 200. omnipotentis, colum. 9. verſ. quoad tertium, lib. 2* & quod in Curia Capitolina ad officium iudicis appellationum pertineat accurate perſpicere, an appellationes ſint recipiendæ diſponunt ſtat. Vrbis *lib. 1. cap. 167.*

Tertius caſus eſt, quando fuit appellatum, & non controuertitur de iuſtitia, vel iniuſtitia appellationis, quia præſupponitur appellatio legitima, & iuſta, ſed controuertitur, appellationem fuiſſe deſertam, eo quia iudex à quo dederit appellanti apoſtolos reuerentiales in forma cum termino decem dierum ad proſequendam appellationem, & appellans non fecerit cauſam committi infra decem dies, neque forſan fecerit diligentiam, adeundo Regentem Cancellariæ pro fide præſentata, iuxta ea quæ ſcripſi *infra, quæſt. 14. n....* ſeu aliter cauſam appellationis non introduxit coram iudice ad quem, & iſto caſu includo ſimiliter, quod iudex à quo poteſt cognoſcere, vnde hic in Curia praxis eſt, vt appellatus citet coram iudice à quo appellantem ad docendum de appellatione, & legitima illius proſecutione, & quaſi non docuerit, iudex à quo procedit ad executionem, vt retuli, & ſequutus ſum *infra ſub num. 192.* & ſic ipſe cognoſcit, & iſto etiam caſu procedit, quod ſcribit Ant. de Butr. *vbi ſupra*, dicens quod ſi dicatur appellationem eſſe deſertam, poterit iudex inferior cognoſcere.

Quartus caſus eſt, quando fuit appellatum, & appellatio fuit introducta coram iudice ad quem, ſed tamen appellans aliud non fecit adeo, quod cauſa eſt omnino deſerta, & iſto caſu certum eſt, quod cognitio deſertionis ſpectat ad iudicem ad quem, vt retuli, & ſequutus ſum *infra art. 5. n. 151.* ſed iſte caſus non eſt caſus, quia vagatur nimis extra cancellos inſpectionis, vnde de eo diximus in præcedenti prima inſpectione.

14 Retenta concluſione ſecundi caſus, quod cognitio, an appellatio ſit legitima, & ideo recipienda, ſpectet ad iudicem ad quem.

Declara eandem concluſionem, vt iudex appellationis in iſto articulo, an appellatio ſit admittenda, debet adhibere plenam cognitionem, *Gloſſ. in l. 1. in verbo ſummatim. C. quor. appell. non recip.* & debet plene cognoſcere, citatis partibus, *Bar. in d. l. 1. in fine, n. 3. C. quor. appell. non recip. quos refert & ſequitur Natt. conſ. 529. iudex eccleſiaſticus, n. 29 in fine, & n. 30. lib. 3. Contar. in l. vnica, q. 1. an cauſa in appell. n. 27. in fine, & n. 28. C. ſi de momen. poſſ.*

Contra iſtam declarationem, quod enim iudex poſſit ſtatuere, etiam parte abſente, vtrum appellatio ſit recipienda vel non, ſcribunt Innoc. *in c. 28. paſtoralis, ſub n. 4. verſ. veruntamen. verſus finem, & Ioan. Andr. de offic. & poteſt. iud. deleg.* & quod ſuperior ſummatim cognoſcat, an appellatio debeat recipi, ſcribit ſibi parum in hoc conſtans Bar. *in l. 6. ſciendum, ff. de appell. recip.*

In hac contrarietate Contar. *in l. vnica, q. 1. ſub num. 30, verſ. poſſent tamen, & verſ. poſſent etiam, C. ſi de moment. poſſ.* dat ſuas concordantias.

Prima eſt, vt declaratio procedat parte opponente, appellationem non eſſe recipiendam, quia tunc adhibenda eſt plena cauſæ cognitio: Opinio vero contra declarationem procedet, parte non opponente.

Secunda concordantia ſumpta ex Bart. *in d. l. ſciendum, ff. de appell. recipien.* eſt, vt declaratio, quæ requirit plenam probationem procedat quoad probationem ſummariã, id eſt, reſpectu probationis ſummariæ hæc debet eſſe plena, ſed non reſpectu ordinis, quia forte fiet, parte abſente, quaſi dicat Bar. hæc probatio, ſeu cauſæ cognitio, ſumenda à iudice appellationis debet eſſe plena reſpectu probationis ſummariæ, quia licet probatio ſummaria poſſit eſſe non plena, tamen hæc debet eſſe plena: & ita procedit declaratio: ſed quoad ordinem non requiritur plena probatio, quare poteſt iſta probatio fieri, etiam parte abſente, & ita procedet opinio contraria declarationi.

Infero Capitolino an, & quando Capitaneus appellationum debeat ſignificare, & inhibere parte citata, vide infra *n. 34. in hac verſ. in curia.*

15 Limita nunc eandem concluſionem ſecundi caſus, poſitam *ſupra ſub n. 13. verſ. ſecundus caſus*, vt non procedat quoad cognitionem, quæ reſpicit principaliter intereſſe iudicis à quo, quia hæc cognitio ſpectat ad eundem iudicem à quo, vt late declaraui *ſupra n. 2. & ſeqq.*

Amplia hanc limitationem, vt in tantum iudex à quo poſſit cognoſcere, vt ſi ei ex actis notoriè conſtiterit, appellationem eſſe nullam, ſeu aliter iniuſtam, poſſit appellatione non obſtante, procedere ad executionem, vt retuli & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 10. verſ. ſubdeclara.*

16 Reſtringe declarando hanc ampliationem, vt quamuis iudex à quo poſſit in caſu huius ampliationis cognoſcere ſuper iſto incidenti, & procedere ad executionem, tamen non poteſt ſuper eo pronuntiare, quamuis conſtet, appellationem non eſſe recipiendam, Franch. & Couarr. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub numero 3. verſ. extende.*

ARTICVLVS III.

17 Ad tertium articulum: *An officium iudicis ad quem, ſit latius officio iudicis à quo?*

Videtur dicendum, quod non, quia iudex appellationis ſuccedit in locum iudicis à quo, quoniam in appellatione eſt quædam ſubrogatio, *Bald. in l. penult. num. 6. verſ. quæro an ab interlocutoria, in fine, C. quor. appell. non recip. Bellam. deciſ. 41. ſi Papa, in fine*, & quod iudex appellationis ſuccedat primo iudici, ſcribit Put. *deciſ. 166. in vna Toletan. n. 2. lib. 3.* & declarat *dec. 184. Ioan. ſolano, num. 5. lib. 2.* Vnde nõ poteſt cognoſcere, niſi de eo, quod cognouit iudex à quo, & ideo habet pronuntiare ſuper meritis primæ cauſæ, *Bart. in l. 1. in fine ſub n. 3. C. ſi aduerſ. liber.* quia iudex cauſæ appellationis habet iuriſdictionem per deuolutionem circa ea quæ vertuntur in prima inſtantia, & non ſuper alijs, *Affl. deciſ. 155. fuit lata, ſub n. 3. Put. d. dec. 184. n. 4. & 5.* Quare coram eo non poteſt aliquid de nouo peti, & is non debet admittere impertinentia ad cauſam neq; nouũ capitulum, *Abb. & Guid. Pap. quos retuli & ſequutus ſum infra q. 17. limit. 21. princ. n. 51. & ſcripſi infra. n. 111. verſ. limita ſecundo.* Et quando iudex appellationis non habeat aliud cognoſcere, niſi quomodo primus iudex habuerit ſe in iudicando, quia in appellatione à diffinitiua non tractatur directè de principali quæſtione, ſed an bene, vel male fuerit iudicatum, & ideo licet corã aliquo ſupremo iudice, procedente in prima inſtantia, poſſent ex eius facultatibus omitti aliquæ ſolemnitates ſubſtãtiales, iudicij, tamen, cum iudicat vti iudex appellationis, debet videre, an iudex ſeruauerit illas ſolemnitates, quia fungitur officio

illius

illius iudicis in cauſa appellationis, bene deducit Natt. *conſ.573.vetus n.35.& 36.lib.3.*

Confirmatur hęc opinio, quia regulariter cauſa appellationis ſequitur naturam cauſæ principalis, vt in caſu ſuo ſcribit Dec. *in rubr.numero 23. verſus finem de appellat.* Imò cauſa appellationis dicitur eadem cum prima, *Bald. in l.17. inuitus num.6. verſ.tertio quæritur C.de procur. & Franch.quem retuli, & ſequutus ſum ſupra q.4.ſub num.11. verſ.amplia, & infra ſub nu.41.verſ.primus.* Quare ſi cauſſa prima eſt ſummaria, cauſſa appellationis etiam erit ſummaria, *Bellum.deciſ.41.ſi Pupa Ang.Aret.in l.1.num.3.verſ.nota regulam ff.an per al.cauſ.appell.& c.Vant.tract. null.rubr. de null.ex def.proceſ.numero 58. verſ.& nota tomo 4.fol.416.*dicens, quod cauſa ſemel effecta ſummaria remanet ſemper ſummaria in quacunque inſtantia, & coram quocunque iudice, *Rot.diuerſ.785. dicunt parte 3. lib.3.*vbi declarat: adde quæ ſcripſi *infra ſub n.59.verſ.deduco ſecundo.* hæcque confirmatio probatur ex *d.l.1.ff.an per al.cauſ.appel.*&c. vbi habetur, quod ſi procurator poteſt interuenire in cauſa principali, poterit interuenire etiam in cauſſa appellationis.

Quinimò videtur dicendum, quod officium iudicis à quo ſit latius, quia iudex à quo interlocutoriam, quæ non reſpicit negotium principale, nec reddit iudicium nullum, quamuis ab ea non ſit appellatum, poteſt reuocare vſq; ad ſententiam diffinitiuam, ſed poſt diffinitiuam, nec iudex à quo, nec iudex ad quem poteſt amplius reuocare, & ſic iudex ad quem non poteſt, quantum potuit iudex à quo, *Franch.in cap.60.cum ceſſante limit.14.n.30. de appell.*

Contrarium eſt verum, quod enim officium iudicis ad quem ſit latius, ſcribunt Franch. *in c.38. cum in eccleſia ſub n.11.de appel.& Ruginell.tract.de appell.§.11.gloſ.1.c. 1.n.17.verſ.viſa commiſſione.*& ita conſtitutio pro regula, per ea quæ dicturus ſum *infra.*

18 Amplia I. confirmando hanc regulam, vt reuocatio attentatorum appellatione pendente pertineat ad iudicem appellationis, & ideo alius iudex non poteſt cognoſcere de innouatione poſt appellationem, ſi attentata tangunt articulum appellationis, etiamſi ſi hoc ageretur ad petitionem appellantis, *Franch. in c.54.ſolicitudinem not.3.n 3.de appell.*

19 Limita hanc ampliationem, vt non procedat, quando attentata non tangunt cauſam vel negotium appellationis, ſed poſſunt expediri citra cognitionem articuli appellationis, quia iſto caſu poteſt inferior, & alius iudex ſe intromittere ſuper attentatis, *Franch.ſub d.n.3.& 4.in 3. lim.*& faciunt quæ ſcripſi *ſupra q.3.n.33.*

20 Limita II. vt non procedat quando appellans vult renuntiare appellationi, *Franch.eodem not.3.n.3.lim.1.*

21 Limita III. niſi attentata ſint notoriè iniuſta, *Franc. in d.capit.54.ſolicitudinem ſub numer.3.limit.2.& ſub n.4. de appell.*

22 Amplia II. confirmando eandem regulam, vt iudex appellationis à diffinitiua poſſit ſententiam, latam ex falſa cauſſa, confirmare ex alia cauſſa vera, quia cauſſa appellationis a diffinitiua poteſt iuſtificari etiam ex alia cauſſa, quam ex ea, quam aſſumpſit iudex a quo, *Franch. in c.38.cum in eccleſia n.7.de appell.Maran.in ſuo ſpec.p.6. act.2.princip.in verbo & quandoque appellatur n.163.lim. 2.fol.482.*& dixi *infr.ſub n.84.*

23 Declara I. hanc ampliationem eſſe veram, quando noua cauſa, ex qua iudex appellationis moueretur, comprehendebatur in primo iudicio, ſeu ex actis, & proceſſu primæ cauſſæ ſaltem implicite, ſecus ſi talis noua cauſſa nullatenus includebatur, quia tunc ex illa noua cauſſa iuſtificari non poſſet, *Franch.in dict.cap.38. cum in eccleſia, nu. 8. de appell.* & quod iudex appellationis non poſſit ſupplere ea, quæ veniunt ad omnino nouam petitionem, ſcribit, Rebuff.*tract.de appel.art.vltim.gloſſ.vna ſub num. 33.tomo 3.fol.537.*Nam quod ſuper nouo capitulo non dependente à primo, nec illud concernente, iudex appellationis cognoſcere non poſſit, ſcribit Put.*deciſ.184. Io. ſolano num.4.lib.ſecundo.*& quod eſt omnino nouum non dicitur pronuntiatum, ergo nec appellatum, ergo neque deuoluta iuriſdictio, *Bald in l.4.per hunc num.10.verſ.quęro ergo, in fine, C.de tempor.appell.* & quod poſſit cognoſcere, & iudicare ſolum ſuper eo, quod poteſt includi ſub generalitate primi libelli, & ideò poſſit iudicare ſuper cauſſa dominij, diuerſa ab ea, quam partes proſequutæ ſunt in prima inſtantia, declarat Maran.*d.p.6.act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur ſub n.163.fol.482.*& dixi *infra n.30.*

Adde exornando hanc declarationem, ſi placet, quod ſcripſi *infra ſub n.45.verſus finem, verſ.reſtringe.*

24 Declara II. eſſe veram, niſi proceſſus, vel libellus, ſeu modus agendi eſſet ineptus: tunc enim iudex appellationis habet ceſſare ſententiam, tanquam latam ſuper libello, ſeu proceſſu incepto, reſeruato iure apte agendi, *Franch.in d.c.38.cum in eccleſia n.10.& 11.de appel.& Veſtr.in prax.lib.8.c.1.n.15.in fin.fol.231.* Quare libellus non poteſt mutari in cauſſa appellationis, vide art.*ſeq.n.36.*

25 Exemplifica hanc declarationem in caſu, quo minor ageret remedio reſtitutionis in integrum ex capite læſionis aduerſus contractum venditionis: nam cum poſſit agere remedio ordinario *ex l.2. C.de reſcin. vendit.* inepte agit reſtitutione in integrum, quod eſt remedium extraordinarium, *Cran. conſ.7.n.2.& ſub n.12.*quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.50. n.9.* Quare ſi minor iſto caſu obtinuiſſet ſententiam fauorabilem in reſtitutione in integrum, & reus appellet, non poteſt iudex appellationis confirmare illam ſententiam, quamuis minor probaret læſionem vltra dimidium.

16 Extende eandem declarationem, vt procedat etiam quando actio intentata eſſet apta, ſed tamen eſſet inepta intentio, quia adhuc diceretur inepte actum, vt declarat Ant.de Butr.*in cap.15.examinata. ſub n.32. verſ.venio ad ſecundum.in 4.intellectu.de iudic.*

27 Reſtringe ſubdeclarando eandem declarationem, vt ſi ineptitudo verſetur circa rem ipſam petitã, vt pura, quia vna res petitur, & alia probatur, tunc declaratio ſit vera indiſtinctè tã in ordinarijs, quam in ſummarijs, *vt ſcripſi infra num.33.*ſecus eſt ſi ineptitudo non ſit circa rem, ſed ſit circa modum agendi, quia iſto caſu declaratio procedit ſolum in cauſis ordinarijs, in quibus obſtat ineptitudo libelli, ſed non in cauſis ſummarijs, quia in ſummarijs non attenditur ineptitudo libelli.

28 Amplia III. vt poſitiones, factæ poſt litem conteſtatam in cauſa principali, poſſint mutari in cauſa appellationis, & ideò admittitur variatio, vt ſi egi rei vendicatione in prima inſtantia, & volui probare, quod res petita pertinebat ad me iure dominij ex traditione mihi facta a Seio, nunc potero variare, & dicere, quod fuit mihi facta a Meuio, vel quod ad me ſpectat per præſcriptionem, vel ex legato, *vt ſcribit Gloſ.in l.4.per hanc, in verbo nouum capitul.C.de temp.& repar.appellat.* quam referunt, & ſequuntur Bal.*ibd.ſub numero 18.verſ.quæro ergo ſi egit.& Franch. in capitul.38. cum in Eccleſia ſub numero 11. de appellat.*dicens, quod ſufficit, poſſe includi ſub libello, *Maran.in ſuo ſpec.parte 6.act.2. princip.in verbo, & quandoque appellatur ſub numero 163.ibi.ſecus quando, fol.482.* & quando poſſit proſequi aliam cauſſam, quam expreſſam in appellatione, retuli & ſequutus ſum *infra numero 84.* & quod iudex appellationis poſſit ſupplere in cauſſa id, quod venit ad coadiuuandam petitionem, ſcribit Rebuff. *tract.de appel.ar.vlt.gloſſ.vna, nu.33. tomo 3.fol.537.*

Com-

Digitized by Google

Comprobatur hæc ampliatio, quia etiam in plenarijs iudicijs actio inepte expreſſa nõ vitiat, ſi ex alia ius competat, & quocunque iure quis agat, dummodo ei res petita debeatur, bene agit, vt tenuit Rota, de qua Caputaque, *deciſ. 126 ſeu 16. ſententia ferri, n. 2. & 3. p. 3.*

29 Declara hanc ampliationem, vt procedat, quando res iudicata extenderet vires ſuas etiam ad illud, quod variatur, ſeu mutatur, quia tũc licita eſt illa variatio: cum enim includitur ſub viribus latæ ſententiæ, non eſt variatio cõſiderabilis, & hoc eſt, quod ſcribit Bal. *in d. l. 4. per banc, n. 11. verſic. & breniter*, dicens, quod vbicunque non oritur exceptio rei iudicatæ, ibi appellatio vim ſuam non extendit, ſed vbi vim ſuam extendit, totnm illud, inquit, eſt proſequibile in cauſſa appellationis tam per actorem, quam per reum, ſeu declara cum Franch. *in dict. capit. 38. cum in eccleſia, ſub num. 11. de appell.* vt ampliatio procedat quando illa variatio eſt talis, vt poſſit includi ſub libello.

Secus eſt, ſi exceptio rei iudicatæ non ſe extenderet ad illam variatioocm, ſeu variatio non includeretur ſub illo libello, quia tunc illa variatio, ſeu nouum capitulum non debet admitti, *Bald. & Franch. in locis ſupra proximè citatis, & Mar. Socc. in cap. 17. fraternitatis, articul. 5. princip. n. 63. de teſtibus inter tractat. diuerſ. tom. 4. fol. 194.* dum tractat, & concludit, quod articuli omnino noui, & ideo non admittendi dicuntur, quando exceptio rei iudicatæ in primis articulis non habet obſtare in caſu nouorum articulorum.

Confirmatur tota hæc declaratio ex his, quæ ſcripſi *ſupra num. 23.*

II. Declara hanc declarationem ad maiorem intelligentiam; vt appellatio extendat vires ſuas, ſeu exceptio rei iudicatæ dicatur obſtare, quando concurrunt hæc tria requiſita. Primum, quod petatur idem corpus, ſeu eadem quantitas. Secundum, quod ſit idem ius, ſiue eadem cauſſa petendi. Tertium, quod ſit eadem conditio perſonarũ, *l. 12. cum quæritur, cum duabus ll. ſeqq. & ibi Paul. de Caſtr. ff. de except. rei iudic. Abb. conſil. 50. circa quæſtionem, ſub n. 2. lib. 1. Dec. conſil. 96. viſo puncto, ſub num. 1. ibi, ſed poſtea contrarium, & conſil. 445. in caſu ad me tranſmiſſo, num. 43. & Rot. diuerſ. deciſ. 100. ex nouem, n. 3. in fine verſic. 3. quia, & n. 4. p. 1.* Vbicunque ergo non intraret exceptio rei iudicatæ, ceſſat proſecutio appellationis, hoc eſt, appellatio ibi vim ſuam non extendit.

Tempera ſecundam partem declarationis, & tertium requiſitum huius ſubdeclarationis, vt non ſit verum, ſi interueniat tertius, habens intereſſe in cauſſa, quia tunc poteſt iudex appellationis cognoſcere de iure tertij, de quo non cognouit iudex a quo, *Felyn. in cap. 17. cum ſuper, ſub num. 11. verſic. etiamſi principalis, de ſent. & re iudic. Put. deciſ. 166. in vna Toletan. ſub n. 1. & ſeqq. lib. 3. Gail. in practic. obſern. lib. 1 obſern. 122. n. 1.* quia ſicut iudex in prima inſtantia admitteret tertium habentem intereſſe, ita etiã debet admittere iudex appellationis, *Put. & Felyn. vbi ſupra*, quem vide, quia declarat.

Infero I. exemplificando ſecundam partem eiuſdem declarationis, quod ſi tu in prima cauſſa agis de boue, nõ potes deinde in cauſſa appellationis agere, ſeu cumulare, vel probare de equo, vel aſino, *Bald. in d. l. 4. per banc, num. 10. verſic. quæro ergo, C. de temp. & repar. appell.* et *Franch. in d. cap. cum in eccleſia, ſub n. 11. de appell.* & quod in cauſſa appellationis proponi non poſſint, quæ pertinent ad nouam omnino petitionem, ſcribit Greg. Toloſ. *tractat. de appell. lib. 6. cap. 15. num. 1. in fine, verſic. ſi modo*, libellus enim non poteſt mutari in cauſſa appellationis, vide *infra num. 36.*

30 Infero II. quod ſi tu ageres contra colonum actione arborum, furtim cæſarum, & in cauſſa appellationis vis proſequi actionem ex locato, certe non potes, quia eſt nouum capitulum, *Franch. vbi ſupra*: actio enim mutari non poteſt, *Bald. in d. l. per banc, ſub num. 10. verſ. quæro ergo*, adhoc facit, quod refert, & ſequitur idem Bald. *in d. l. per banc, n. 12. verſic. quærit ſpec.* dicens, quod lite conteſtata in actione depoſiti, & probato commodato, non poteſt ſequi condemnatio.

Contra hanc illationem, & conſequenter contra declarationem, eiuſque ſubdeclarationem, poſitas ſupra, pugnat, quod ſcribit Lancell. *tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. et innou. appell. pend. limit. 27. princip. num. 3. 8 et 9. tom. 5. fol. 373.* dicens, quod in cauſſa appellationis poteſt mutari actio, motus ex Afflict. *deciſ. 53. quidam de piſtoribus, num. 2.* qui ait, fuiſſe concluſum, quod licet illi de piſtoribus egeriot vti legatarij ex teſtamento ad conſequendum legatum, & quia illud teſtamentum erat minus ſolemne, fuerit reus conuentus abſolutus, tamen; inquit, potuerunt in cauſſa appellationis per viam principalis petitionis agere ad totam hæreditatem ab inteſtato, &, probando incumbentia, & reo conuento nihil opponente, obtinere, & cum hac Afflict. deciſione ſatis concordare videtur Caputaq. *deciſ. 26. p. 3. à me citata ſupra n. 28. in fine*, vnde ex ista Afflicti deciſione Lancell. confirmat, poſſe in cauſſa appellationis mutari actionem.

Hoc non obſtante, non recedas ab illatione, & præcedente ſubdeclaratione.

Ad Lancel. reſpondeo dupliciter.

Primo reſpondeo, quod Afflict. quem citat, loquitur in caſu, quo agebatur per viam principalis petitionis coram iudice ad quem, & appellatus non opponebat, & ideo intrabat prorogatio iuriſdictionis, vt in ſimili dixi idem Conſilium Neap. relatum ab eod. Afflict. *deciſ. 155. fuit lata, in fine*, vnde Afflict. non poteſt allegari contra illationem, cum in illatione loquamur de proceſſu per viam appellationis.

Secundo reſpondeo, quod in Regno Neap. facilius toleratur variatio actionis, ex quo ibi poteſt ferri ſententia ſuper probatis, etiam non conformis libello ex diſpoſitione *rit. 289.* & notat Carau. *rit. 288. n. 10.* ſed appellatio reponit ad ſtatum, in quo erat tempore litis conteſtatæ, *vt dixi infra ſub num. 46.* Ergo poteſt etiam in cauſſa appellationis.

Infero III. quod ſi actor egerit vtili Saluiano interdicto, &, lata ad ſui fauorem ſententia, miſſus fuerit in poſſeſſionem, & reus condemnatus appellauerit, & fecerit committi cauſſam appellationis deuolutiuæ, non poterit actor appellatus proſequi in appellatione cauſſam petitorij, & ſubinde minus poteſt iudex appellationis ſententiare in petitorio, tum quia, cum ſententia, lata in mero poſſeſſorio, non extendat vires ſuas ad petitorium, non poteſt in cauſſa appellationis fieri proſequutio petitorij, iuxta ea, quæ ex Bald. retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 29.* & 30. tum quia ſuper eo, quod eſt omnino nouum, non dicitur pronunciatum; Si non dicitur pronuntiatum: Ergo neque appellatum, & conſequenter neque poteſt dici in eo deuoluta iuriſdictio ad iudicem appellationis, Bald. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 23.* tum etiam (& omnia tendunt ad idem) quia in cauſſa appellationis non ſunt admittendi articuli omnino noui, iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *infra n.* . . .

Nec obſtat, ſi dicatur, quod ſicut hæres poteſt cumulare poſſeſſorium adipiſcendæ poſſeſſionis, & petitorium, ita vt cum fuerit miſſus in poſſeſſionem poſſit petere ſe declarari hæredem, *Menoch. tract. de adipiſc. poſſeſſ. rem. 4. q. 64. caſ. 2. n. 517. in fine, & 518. & caſ. 3. n. 537.* ita etiam actor miſſus in poſſeſſionem ex Saluiano interdicto poſſit poſtea petere ſe declarari dominum.

Quia reſpondeo poſſe intentari, & cumulari coram iudice primæ inſtantiæ, vt in alijs terminis ſcribit Afflict. *in deciſ. 155. fuit lata, ſub num. 3. & 4.* & ſic ſi non fuerit appella-

Digitized by Google

pellatum : ſed poſt interpoſitam appellationem debet prius terminari cauſſa appellationis, quia ſi iudex appellationis pronuntiabit, bene iudicatum, & male appellatū, cauſſa redit ad iudicem a quo, & tunc coram eo poteſt idem actor intentare petitorium : quod ſi pronunciabit, bene appellatum, & male iudicatum, tunc iudex appellationis remanet iudex, & ideo coram eo poteſt intentari petitorium.

31 Subinfero ex iſta illatione, quod reconuentio non habet locum coram iudice appellationis, *Rot. deciſ. 1. alias 61. de mutat. petit. in antiq. Specul. tit. de reconuen. §. nunc dicamus, num. ſexto, verſic. ſed numquid, lib. 2. fol. 76. Anch. in clem. vnica, n. 8. verſi. venio ad alias, de cauſ. poſſeſſ. & propr. Guid. Pap. tract. de appell. quæſt. 85. ſub n. 55. tom. 5. fol. 59.* & * eſſe communem opin. teſtatur, & ſequitur Maran. *in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 6. q. 4. n. 24. fol. 116.* & quod in interdicto retinendæ in corporalibus non admittatur reconuentio de proprietate in cauſſa appellationis, refert, & ſequitur Aﬄict. *d. deciſ. 155. n. 4.*

Reſtringe I. hanc ſub illationem, vt procedat in appellatione interpoſita propter iniuriam, quam appellans arbitratur ſibi factam a iudice; quo caſu ex neceſſitate adit iudicem appellationis; ſecus eſt ſi ſua ſponte iudicem eligeret, *ſecundum ea, quæ ſcribunt Abb. in c. 1. q. 3. num. 31. de mut. petit. & Maran. vbi ſupra.*

Hæc reſtrictio in appellatione iudiciali eſt vana, quia iudex appellationis non datur, niſi propter grauamen; *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra q. 5. ſub n. 94.* & ſic ſemper præſumitur iniuria, & conſequenter iudex appellationis ſemper aditur ex neceſſitate: ſed poteſt ſaluari in appellatione extraiudiciali, *vt dixi infra reſtr. 3.*

Reſtringe II. vt procedat in cauſſa appellationis interpoſitæ a ſententia diffinitiua, ſeu alia poſt litem conteſtatam, quia tunc non datur reconuentio, ſecus in cauſſa appellationis interpoſitæ, ante litem conteſtatam, quia tunc poteſt habere locum reconuentio, *vt ex Ioan. Andr. late refert Abb. vbi ſupra, & ſcribit Maran. d. diſt. 6. q. 4. ſub num. 25.*

Reſtringe III. vt procedat in appellatione iudiciali, ſecus in appellatione extraiudiciali, *Spec. d. tit. de reconuent. §. nunc dicamus, verſicul. ſed numquid, ſub n. 6. Abb. d. c. 1. n. 31. in fine, & Maran. d. q. 4. n. 27. fol. 117.* quia in appellatione extraiudiciali iudex appellationis non aditur ex neceſſitate iniuriæ illatæ a iudice.

De reconuentione clerici coram iudice ſeculari vide, quæ ſcripſi *ſupra lib. 1. c. 31. n. 93. limit. 5. & Sebaſt. Medic. tract. de compenſ. p. 2. q. 1. n. 9. tom. 6. p. 2. fol. 267.*

32 Infero IV. quod, lata ſententia ſuper interdicto retinendæ in re corporali ad fauorem actoris, vt conuentus deſiſtat a turbatione, & deuoluta cauſſa per appellationem ad iudicem appellationis : non poteſt appellans, qui fuit condemnatus in prima inſtantia, cumulare, & dare de proprietate, ſeu petitorio in ſecunda inſtantia, *Aﬄict. in deciſ. 155. fuit lata, ſub numero tertio, & per totam deciſionem.*

Intellige I. dilatando hanc illationem, vt habeat locum etiam in appellato, quia neque is poteſt in cauſſa appellationis dare de proprietate propter rationes, quas adduxi in illatione præcedenti.

Intellige II. dilatando, vt procedat etiamſi ſententia fuiſſet lata ſuper interdicto retinendæ in rebus incorporalibus quia etſi in iſto interdicto permittatur cumulatio poſſeſſorij, & petitorij ſuper iuribus incorporalibus, *vt ſcribit Aﬄict. ead. deciſ. 155. fuit lata, n. 1. in vltimis verbis, & num. 2.* ad differentiam interdicti retinendæ ſuper re corporali, in quo non permittitur hæc cumulatio propter repugnantiam, & contrarietatem, *Aﬄict. d. deciſ. 155 num. 5. & latius Menoch. tract. de retinen. poſſ. rem. 3. qu. 66. n. 512. & ſeqq. & n. 515. & ſeqq.* tamen procedit cumulatio in prima inſtantia, non in cauſſa appellationis, *Aﬄict. d. deciſ. 155. ſub n. 3.*

33 Extende I. nunc eandem declarationem tertiæ ampliationis, eiuſque primam illationem, poſitas *ſupra num. 29. & 30.* dum dixi, quod non poteſt fieri proſecutio appellationis in alia re, quam in re petita, vt procedat etiam in cauſſis ſummarijs, quia in cauſſa ſummaria militat eadem ratio, quæ militat in ordinaria, in caſu, de quo agimus, nam licet cauſſa ſit ſummaria, tamen iudex non poteſt iudicare niſi de re petita, quia in re non petita non fuit lis, & conſequenter in ea non fuit data defenſio, & de quo non cognouit iudex a quo, non cognoſcit iudex ad quem.

Contraria opinio videtur verior, quia licet in cauſſis ordinarijs condemnatio non poſſit fieri in alio, quam in eo, quod eſt petitum, *l. fin. ff. de fideicommiſſ. liber. Anton. de Butr. in c. 15. examinata, ſub n. 22. de iudic.* quia in eo, in quo non fuit facta conteſtatio litis; non poteſt ferri ſententia diffinitiua, cum conteſtatio litis ſit fundamentum iudicij, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. vlt. n. 1.* & in eo, quod non fuit petitum, non poteſt ſtare conteſtatio litis.

Tamen ſecus eſt in cauſſis ſummarijs, quia in eis poteſt procedi ad condemnationem, quamuis in petitione fuerit intentata vna cauſſa, & probata fuerit non illa, ſed alia cauſſa in legitima, *Alex. in l. 126. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, colum. 5. num. 8. ff. de verbor. oblig.* & quod ſententia ferri poſſit etiam iuxta non petita per partem agentem, ſi procedit ur ſummarie, & hoc licet vna cauſſa ſit deducta, & altera probata ex proſequutis, ſcribunt Caputaque *deciſ. 126. ſen. 16. ſententia ferri, num. 1. & 3. par. 3.* dicens, ita fuiſſe cautum in Rota, & Cæſ. de Grall. *deciſ. ſeu diſcurſu 3. alias 148. prima, numero 4. in fine, & num. 5. de ſolut. fol. 220.* dum declarando Aretinum, ſcribit quod licet reus, qui in actione depoſiti conſitetur commodatum, non poſſit ex ſua confeſſione condemnari in iudicio ordinario, tamen, inquit, ſecus eſt in iudicio ſummario, in quo venit etiam non petitum, dummodo ex actis quoquomodo reſultet, *& Rot. diuerſ. deciſ. 256. num. 2. in fine, & nu. 3. & ſub n. 7. p. 1.* & alij, quos retuli & ſequutus ſum *ſup. lib. 1. c. 53. n. 12.* & quod licet in petitorio non poſſit ſequi condemnatio, quando agens, vnam cauſſam deduxit, & aliam probauit; tamen bene ſequi poſſit in poſſeſſorio, refert & ſequitur Iaſ. *Inſtit. de action. §. omnium, n. 119. fol. 12.*

Si ergo iudex a quo poteſt in ſummarijs ferre ſententiam ſuper probatis, quamuis non fuerint petita; a fortiori poterit iudex ad quem, cuius officium non eſt ſtrictius, ſed eſt latius, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n. 17. verſ. contrarium.*

Non diſcedo ab extenſione.

Ad adducta pro contraria opinione reſpondeo, quod poſſunt procedere, reo non contradicente, quia tunc, ſi fiat probatio ſuper re diuerſa, videtur mutari petitio de conſenſu rei, vnde iudex non dicitur ferre ſententiam ſuper re non petita, ſed ſuper petita; quod ſi reus contradicat: iudex non debet admittere illam mutationem, quin actor prius reficiat expenſas; quia ſicut in ordinarijs libellus non poteſt mutari, ſeu emendari poſt litem conteſtatam, niſi refectis expenſis, *Bart. Bald. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum infra ſub num. 36.* ita neque in ſummarijs poteſt mutari petitio poſt actum, qui ſapit litis conteſtationem, niſi refectis expenſis, nam ratio quare actor debeat reficere expenſas in cauſſa ordinaria eſt, quia fuit damnificatus reus, qui ſuper prima actione, ſeu via, & iure intentato fuit coactus conſulere aduocatos, & incumbere liti temerariæ, *Bart. in l. 3. edita, numero 31. C. de eden.* & ille expenſæ non fuiſſent factæ, *Bald. ibidem ſub numero 55. verſic. de ſecunda, in prima repetitione,* & culpa actoris fiunt bis expenſæ, *Bald. in ead. l. edita, in ſecunda repetitione,*

petitione,

Digitized by Google

petitione,n.113.& qui reus forſan non litigaſſet, *Salyc.ibidem n.13.verſus finem,ibi,reſpondeo quia*, & quia ex iſta mutatione ſeu additione lis efficitur longior; & conſequenter reus damnificatur, *Alexand.ibidem n.21. verſus finem*, & quælibet iſtarum rationum militat etiam in cauſſa ſummaria, Ergo, &c. Quare ſi iudex admitteret iſtam mutationem, inuito reo, & non refectis expenſis, reus poſſet appellare, & non appellando tacite conſentiret mutationi,& conſequenter iudex diceretur ſententiare ſuper repetita.

Vlterius difficilius videtur tolerari mutatio in cauſſa appellationis, quam in cauſſa principali, quia actor in prima inſtantia poteſt refectis expenſis omittere iudicium intentatum, & aliud inſtituere vt dixi, ſed an iudex appellationis poſſit, omiſſo articulo appellationis, procedere in negotio principali, inuito appellato, vide *infra q.17.lim.47.memb....n....*

34 Extende I I. vt procedat etiam ſi id,quod variatur in cauſſa appellationis, hoc eſt, illud nouum capitulum ita clare probaretur in cauſſa appellationis, quod haberet notorietatem,quia adhuc iudex appellationis non poſſet in eo ſententiam ferre; & moueor, quia videretur iudex incompetens, cum eius iuriſdictio reſtringatur ad id, quod eſt ad eum deuolutum per appellationem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n.23.*

Contraria ſententia videtur verior, quia iudex poteſt ex officio ſuo ſupplere ad vtilitatem partis in his,quæ ſibi conſtant ex actis,quia quod conſtat ex actis iudicij eſt notorium iuris, & in omni notorio iudex ſupplet de facto, & procedit iuris ordine non ſeruato, in tantum quod,ſi totum ius partis eſt radicatum in actis, poteſt iudex appellationis procedere abſente altera parte, *Franch.in cap.50.ex inſinuatione,num.3.verſ.ſecundo tene menti,de appell.* & quod iudex poſſit ex officio procedere in omnibus caſibus notorijs, ſcribunt Bald. Angel. Corn. Soc.Afflict.Gramm. & Maran. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1.cap.68.num.9.*& quod illud, quod conſtat ex actis,dicatur notorium iuris, ſcripſi *lib.prac.cap.1.nu.25.cap.9.numero 571.& ſeqq. & ſupra dicto lib.1. capitul.76.ſub num.3. & 8.* & quod in notorio non requiratur ordo,late ſcripſi *d.cap.76. num.9. & d.lib.praced.capit.9.num.51.& 579.*vbi iunctis *numeris pracedentibus & ſeqq.* late declaraui. Et quod iudex officio pronuntiare ſuper omni eo, quod fuerit probatum, & de his, de quibus conſtat ex actis, poſſit ex officio iudicare,maxime cum acta faciant notorium,quia libellus ſuppletur ex actis, & ſequens probatio declarat libellum,refert,& ſequitur Felyn.*in c.31.licet heli.numer.28.limitat.10.de ſimon.* quem referunt,& ſequuntur Pariſ.*conſ.76.ad reſolutionem,n.12.lib.1.*dicens,ſententiam eſſe proferendam ſecundum probata, & proſequuta, & petitionem non eſſe conſiderandam,& Caputaque *deciſ.264.ſeu 4.nulla non eſt, num.1.& 2.parte 2.* dicens, nullam non eſſe ſententiam, ſi non eſt conformis libello, ſi poteſt ex proſequutis, & probatis iuſtificari.

Ex his orta eſt praxis Rotæ Romanæ, vt eandem die, qua proferenda eſt ſententia,formetur petitio ſecundum deducta,& probata,& ſuper tali petitione profertur ſententia,vt teſtatur Pariſ.*d.conſ.76.n.11.lib primo*, quem referunt, & ſequuntur, Caputaque *d.deciſ.264.ſeu 4.alibi 262.n.2.& 3.& Couar.in l.vnica,lim.2.§.6 n.43.& 44.C.ſi de mom.poſſ.*

Deduco conſequentiam, quod ſi iudex in prima inſtantia poteſt ſententiare etiam ſuper eo,quod non continetur in petitione,& libello,dummodo conſtet ex actis & ſit probatum; ergo idem poteſt iudex appellationis in ſecunda inſtantia, quia ſuccedit in locum iudicis à quo; immo habet latiorem poteſtatem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num.17.*

Non recedo ab extenſione.

Ad adducta pro contraria ſententia reſpondeo,diſtinguendo duo capita: Primum caput eſt in iudice appellationis, de quo loquimur: & in iſto concludo, quod iudex appellationis non habet iuriſdictionem, niſi ſuper eo, quod ad eum eſt deuolutum per viam appellationis in ſecunda inſtantia: in alia enim re, quantumuis notoria ſit, careret iuriſdictione: & quod dicitur, iudicem appellationis ſuccedere in locum iudicis à quo procedit reſtrictiue reſpectu ſolius negotij deuoluti per viam appellationis,ſecus reſpectu negotij non deuoluti; quare licet coram ordinario primarum inſtantiarum poſſit deduci quodlibet negotium, tamen coram iudice ſecundarum inſtantiarum non poteſt deduci, niſi deductum coram ordinario primarum inſtantiarum,& conſequenter licet coram ordinario primarum inſtantiarum poſſit ſtare illa praxis Rotæ reformandi petitionem ex deductis, & probatis ante ſententiam, tamen non poteſt ſtare coram iudice appellationis, quia eius iuriſdictio non poteſt excedere deducta, & ſententiata coram iudice primarum inſtantiarum:Secundum caput eſt in iudice primarum inſtantiarum, ſeu ſecundarum, qui tamen poſſit adiri etiam per viam querelæ; & in iſto conſidero duo membra, Aut enim loquimur in cauſſis criminalibus & concludo indiſtincte, quo iudex poteſt procedere ex officio,& ita ſeruatur,quia fiſcus ſemper eſt præſens,& ſemper inſtat, & ſic licet iudex dicatur procedere ex officio,tamen virtualiter procedit ad inſtantiam fiſci. Aut loquimur in cauſſis ciuilibus,& in iſto firmo regulam,quod iudex non ſuplet de facto principaliter agendo, etiam quod illud factum eſſet notorium,per ea quæ ſcribit Ant. de But.*tract.de notor.art.4.num.5.& ſeqq.tom.4.fol.53.& ſcripſi lib.prac.c.9.n.580.* & ideo non poteſt procedere, niſi ſuper eo,quod fuit petitum, & ſuper quo fuit lis conteſtata.

Declara tamen, quod tam iudex primarum inſtantiarum, quam iudex appellationum poſſunt ex officio, & parte non inſtante, procedere,& iudicare ſuper annexis, ſi notoria ſint, *vt latius habes in ſequenti ſubampliatione*,& in terminis huius declarationis poteſt procedere ſententia,adducta contra extenſionem.

Amplia IV.eãdem regulam,poſitam *ſupra n.17.in fine*, vt iudex appellationis poſſit pronuntiare etiam ſuper articulus acceſſorijs, omiſſis a primo iudice, *Rebuff.tract.de appell.art.vlt.gloſſ.vna n.16.tom.3.fol.536*:quia appellatio deuoluit etiam acceſſoria, *Rebuff.ibidem, & retuli, & ſequutus ſum ſupra q.3.n.14.*

Subamplia vt iudex appellationis poſſit ſuper his procedere, & pronunciare etiam ſine inſtantia partis, & nemine petente, *Card.Alex.in rubr.in fine,n.85. verſic. pone de appell.* quia appellatio deuoluit negotium principale cum omnibus ſequelis ſuis,dependentijs, & connexis; & ideo poteſt iudex appellationis de ijs cognoſcere ſine noua commiſſione, *Rot.deciſ.59. alias 424.ſi à diffinitiua, de appell.in non.*& hæc eſt deciſio, quam ſub alia numero citat Card. Alex. *vbi ſupra*, & eam non inueniſſe ſcribit Rebuff.*in loco ſupra proxime citato.*

Nec video cur Rebuff. *d.art.vlt.gloſſ.vna, numero 17.* diſſenſerit ab hac ſubampliatione,cum enim loquatur de articulis omiſſis a primo iudice,neceſſario debet preſupponere, quod primus iudex potuiſſet ſuper illis pronuntiare, quia alias non diceretur omiſiſſe pronuntiare: dico ego,ſi poterat pronuntiare iudex a quo:Ergo poteſt iudex ad quem; & quod iudex, poſſit pronuntiare ax officio ſine inſtantia partis ſuper connexis, quando ſunt notoria, ſcribit loquendo indefinite, *Anton.de Butr.in tractat.de notor.art.4. ſub num.5. & ſeqq.tomo 4. fol.53.* quem retuli,& ſequutus ſum *lib.prac.d.cap.9.num.582.*dicẽs, iudicẽ poſſe ex officio ſuo ſine inſtãtia partis procedere,

Digitized by Google

dere,& ſententiare ſuper his,quę ſunt annexa cauſſę principali, & emergunt in iudicio, lite pendente.

Exemplifica pro maiori intelligentia eandem ampliationem,& ſubamplıationem,quando libellus eſt ineptus, ſeu calumnioſus,quia iudex poteſt ex officio dentibus illum lacerare, *vt retuli,& ſequutus ſum ſupra lib.1.cap.50.n.5.& 9.* vbi in ſecunda futura illius libri impreſſione, vt ſpero, ſatis declaro, & ineptitudo libelli dicitur notoria, quia apparet ex actis, *vt dixi eod.c.50.n.6.* Item in condēnatione expenſarum & damnorum, & attentatis, vt declarat Anton.de Butr. *vbi ſupra*,& quod iudex poſſit condemnare in expenſis non petitis, ſi factæ fuerint poſt litē conteſtatam,ſcribit Rebuff. *tract.de expenſ.damn.& inter artic.3.gloſſ.vna ſub num.16.tom.3.fol.448.* Item quando ex actis conſtat iudici actorem carere actione, quia tunc iudex poteſt ex officio illum repellere, *vt refert, & ſequitur Alex.in l.1.num.6.verſ.limita,C.vt quæ deſ. aduoc.&c.* imò tenetur repellere, *Par.de Put.tract. de ſynd. in verbo, iudex qui poteſt,n.3.& 4.tom.7.fol.293.*

ARTICVLVS IV.

Ad Quartum articulum: *Quomodo procedatur in cauſſa appellationis poſt interpoſitam appellationem.*

Pro clara reſolutione huius articuli propono, & ſoluo decem, & tria dubia.

¶ Primum dubium. *An et quando iudex appellationis poſſit inhibere iudici à quo.*

Hanc dubitationem ſoluunt Gemin. *in c.3. Romana, §. quod ſi,n.2.et 4.verſ.ſed pro intellectu, et Franch. n.2. verſ. vltimo tene menti,de appell.in 6. et latiſſime Lancell. tract. de attent.p.2.c.20.de attent.poſt inhib.n.112.et ſeqq.to.5.f.406.* ad quos in caſu occurrenti poteris recurrere.

Ego enim non inſiſto,quia,quicquid ſit de iure,video, quod iudices appellationum ſtatim nulla cauſæ cognitione adhibita,inhibent.

Immo hic in Vrbe tanta introducitur facilitas inhibendi,vt notarij,inſcijs iudicibus,ponant decretum,quod iudex inhibuit,& volunt appellantes introducere ſtylum, vt ſtatim,præſentata citatione parti ad videndum ſibi inhiberi ad ſtatim,quod ex tunc habeatur,ac ſi ei eſſet inhibitum.

In Curia Capitolina ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis *lib.1.c.167.de officio eiuſdem capitanei appellationum*, ſi eſt appellatum ab interlocutoria & in Vrbe, debet Capitaneus appellationum,parte citata,inhibere:alias debet ſtatim ſignificare,& inhibere iudici a quo, &c.

35 ¶ Secundum dubium: *Nunquid in cauſſa appellationis ſit neceſſarius nouus libellus coram iudice ad quem; an vero ſufficiat coram eo producere appellationem interpoſitam coram iudice a quo?*

In iſto dubio poſſem recenſere varias Doctorum opiniones; ſed, agendo reſolutiue, concludo, veriorem in puncto iuris,& ſeruatam in tribunalibus opinionem eſſe, quod nouus libellus non ſit neceſſarius, ſiue ſit appellatum à diffinitiua,ſiue ab interlocutoria, *Franch.in c.58. per tuas,ſub n.4.de appell.* hancq;concluſionem ſeruat ſtylus vniformis in Curia Rom.quia inter terminos ſubſtantiales, quos ſeruat in ſecunda & tertia inſtantia, non ſeruat terminum ad libellandum, quaſi iudicauerit indiſtincte,libellum non eſſe neceſſarium: vide *infra dub.5.n.58.* & ita eſt diſpoſitum in Curia Capitolina per ſtat. *lib.1.c.182.de proſecutione,etc.*

Confirmatur hæc concluſio:Aut enim volumus, poſſe dari eundem prorſus libellum, qui fuit datus in prima inſtantia;& hoc eſſet fruſtratorium,& ſuperfluum: Aut volumus,poſſe dari libellum diuerſum,mutando priorem datum in prima inſtantia;& hoc non conceditur, quia libellus primæ cauſſæ non poteſt mutari, ſeu emendari in cauſſa appellationis, *Franch.in d.c.58.per tuas,n.6.et ſeqq. ibi, ſecundo dubitatur,de appellat.* & ratio eſt in promptu, quia in cauſſa appellationis non poteſt fieri illud, quod non potuiſſet fieri in prima cauſſa poſt litem conteſtatam,& ideo non poſſunt in cauſſa appellationis opponi, exceptiones dilatoriæ, quia non potuiſſent opponi in prima cauſſa poſt litem conteſtatam, per ea quæ retuli,& ſequutus ſum *infra num.46.verſ. in exceptionibus.* Sed libellus non potuiſſet mutari aut emendari in prima cauſſa poſt litem conteſtatam, niſi refectis expenſis, quibus reum defatigauit, *Bart.in l.edita,num.30.in fine,et num.31. Bald.in 1.repetit.num 55.verſ.de ſecunda,et in 2. repetit. in ſtudio Patauino,num.113.verſ.ſecundo quæro. Salyc.ſub n.13.ibi reſpondeo quia Alexand.num.21.verſic. in gloſſ.et n.22.Iaſ.num.37.verſic.primam habes,et Dec.n.93. verſic, in ea gloſſ.Cod.de eden.Bal.conſ.3.per ſtatutum, in fine,num.5. lib.2.* dicens non debere audiri,niſi refectis expenſis liquidis,& ſatiſdato de non liquidis, *Aſin.in prax.iudic. §. 32. c.2.ampl.14.et 15.in fine*, & in foro Capitolino eſt diſpoſitum per ſtat.Vrbis *lib.1.c.59.* adde,quæ ſcripſi ſupra *ſub n.33.verſ.ad adducta.*

Ergo neque poteſt mutari, aut emendari in cauſſa appellationis, & quod in cauſſa appellationis non poſſit mutari libellus, & proſecutio appellationis debeat eſſe de eadem re,& non de diuerſa, ſentit Franc. *in c.28. cum in eccleſia,ſub n.11.de app.* & facit quod ſcripſi *ſupra ſub n.30*

Contra tamen iſtam confirmationem: quod enim in cauſſa appellationis poſſit mutari actio,& agi petitione hæreditatis ab inteſtato,licet in prima inſtantia ſit actum ex teſtamento, tenent Afflict. & Lancel. quos retuli & ſequutus ſum *art.prac.ampl.3.*

Non recedas a confirmatione.

37 ¶ Tertium dubium. *An in cauſſa appellationis ſit neceſſaria conteſtatio litis?*

Reſp.non eſſe neceſſariam,Bart.*in l.vnica,num.3. C.ne lic.in vn.ead.cauſ.etc.Rot.deciſ.vlt.quæ eſt 7. alias 467. auditor,de litis conteſtat.in non.optime Franch. in cap.58. per tuas,n.1.de appell.* & dixi ſupra *lib.1.c.vlt.num.11. verſ.ītē omnes*, & ita firmo pro reſolutione, quicquid in contrarium ſentiat Bald.*in l.fin.ſub num.1. ibi, quarta pars. C.de tempor.appell.* & ita eſt diſpoſitum in Curia Capitolina per ſtat.*lib.1.c.182. de proſecutione,&c.*

38 Extende I.hanc reſolutionem,vt præcipue procedat in cauſſa appellationis ab interlocutoria, *Franch. in cap.44. ſæpe,n.23.verſic.in gloſ.in verbo peremptorie,de appell.Rot. d.deciſ.7.n.2.* quam refert etiam,& ſequitur Franch.*d.cap. per tuas,ſub n.9.verſic.primo caſu*, in vna enim inſtantia vna ſufficit litis conteſtatio, *Rot.vbi ſupra.*

39 Subextende hanc extenſionem, vt ſi appellatus ſe contumaciter abſente,litis conteſtatio non ſit neceſſaria,etiā quod in cauſſa principali non fuiſſet conteſtata, *c.70. interpoſita,§.ſane,de appell.& ibi Franch. n.2.*

40 Reſtringe eandem extenſionem, vt non procedat, quando partes ſunt præſentes, & lis nondum fuit conteſtata in negotio principali, quia debet conteſtari in cauſſa appellationis ab interlocutoria, *Franch.in d §.ſane, ſub num.2.*

41 Extende II. vt procedat etiam in cauſſa appellationis a diffinitiua, ſed cum diſtinctione ſequentium caſuum, & conſiderationum.

Primus igitur caſus eſt, quando cauſſa de ſui natura non requirit litis conteſtationem,quo caſu litis conteſtationem non eſſe neceſſariam ſcribit Franch. *ſub d.num.9. verſ. ſecundo caſu*, & certe iſte caſus nullam habet difficultatem,quia ſi non requiritur litis conteſtatio in prima inſtantia, multo minus requiritur in ſecunda, quia cauſſa appellationis reputatur eiuſdem naturæ,cuius eſt cauſſa principalis,*Franch.d.c.per tuas,ſub num.4. & Dec.n.12. de app.* & quod in appellatione ſit quædam ſubrogatio,

retuli & ſequutus ſum ſupra art. preced. *in principio, n.17.* & quod cauſſa appellationis reguletur ſecundum naturam cauſſæ principalis, vnde ſi cauſſa principalis erat ſummaria, ita cenſeatur cauſſa appellationis, & ſic ſi in cauſſa principali non erat neceſſaria litis conteſtatio, idem ſit in cauſſa appellationis, ſcribit Franch. *in c.70. interpoſita, §. ſane, n.3. de appell.* & quod cauſa appellationis ſit eiuſdem naturę cum cauſſa prima, vide *ſupra ſub n.17.*

Quæ ſint cauſſæ, in quibus conteſtatio litis non eſt neceſſaria, dixi *ſupra lib.1.c. vlt. n.9. ex ſeqq. & c.63. ſub nu.3. verſ. ſi vero lis.*

42 Secundus caſus eſt; quando lis fuit conteſtáta coram primo iudice, quo caſu litis conteſtationem amplius non eſſe neceſſariam ſcribunt Rot. *d. deciſ. 7. ſub numero 3. & Franch. ſub d. num. 9. verſ. primo ſi iam erat,* & ita procedit reſolutio à nobis firmata *ſupra num. . . .* & quod ita ſeruet audientia, quando lis fuit conteſtata in cauſſa principali, teſtatur Rot. *deciſ.5. alias 208. nota quod ſeruat. de litis conteſt. in antiq.*

Verum iſte caſus non eſt ſimpliciter verus, ſed recipit diſtinctionem, an partes ſint pręſentes, vel abſentes, & ideo habet quatuor conſiderationes.

Prima conſideratio eſt, quando appellans eſt abſens; & tunc, dato caſu, quod appellatus poſſit præuenire appellantem, & proſequi cauſſam appellationis, *iuxta ea quę ſcripſi infra q.14. num.56.* concludo, quo conteſtatio litis non eſt neceſſaria, *Franch. ſub d. n.9. caſ. quinto*, nam appellans in cauſſa appellationis eſt actor: ſed etiam in prima inſtantia poteſt ſine conteſtatione litis procedi ad inſtantiam rei ad diffinitiuam ſententiam quando actor eſt contumax, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c. 93. ſub n.3. verſ. ſi vero lis.* Ergo poterit etiam in cauſſa appellationis,

Secunda conſideratio eſt, quando eſt abſens appellatus: & tunc proculdubio poteſt procedi ad diffinitiuam, non aliter conteſtata lite in cauſſa appellationis, *Franch. ſub d. n.9. caſ.6.* & in caſu iſtarum conſiderationum poteſt procedere, quod ſcribit ſimpliciter Rebuff. *tract. de appell. art. vlt. gloſ. vna. n.39. t.2. fol.338.* dicens poſſe procedi inter abſentes, lite non conteſtata.

Tertia conſideratio eſt, quando vterque eſt abſens, ſed tamen tertius, qui habet intereſſe, inſtat per iudicem procedi & dico quod iudex non poteſt procedere, *Franch. d. c. per tuas, n.9. verſus fin. caſ.7.*

Et in iſtis tribus conſiderationibus procedat ſecundus caſus.

43 Quarta conſideratio eſt, quando vtraque pars eſt pręſens: & in iſta conſideratione Abb. *in eod. cap. per tuas ſub n.4. & cæteri Doct.* vt teſtatur Franch. *ſub d. n.9. verſ. quartus caſus*, ſimpliciter concludunt, quod vtraque parte præſente, ſit litis conteſtatio in cauſſa appellationis, quamuis fuerit conteſtata in prima inſtantia.

Sed tu vna cum Franch. vbi ſupra declara, hanc concluſionem eſſe veram, quando partes, ſeu altera earum facit inſtantiam pro conteſtatione litis, quia tunc conteſtatio eſt neceſſaria; ſecus quando neutra earum inſtat pro conteſtatione, ſed mutuo, tacitoq; conſenſu, procedendo in cauſa, eam amittunt, quod poſſunt facere, vt bene oſtendit Franch. *d. col.4. verſus finem.*

44 Tertius caſus eſt, quando lis in cauſſa principali, id eſt, in prima inſtantia non fuit conteſtata; & iſto caſu videtur abſolutè dicendũ, quod ſit neceſſaria in cauſſa appellationis, *vt tenuit Rot. deciſ. vlt. quæ eſt 7. alias 467. auditor ſub nu. 3. de lit. conteſt. in nou. & deciſ.5. alias 208. nota quod ſeruat. de litis conteſt. in antiq.*

Sed tu diſtingue. Aut vtraque pars eſt pręſens: & dic quod conteſtatio litis eſt neceſſaria, quia impoſſibile eſt, quod poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam ſine vna litis conteſtatione, iudicium enim eſſet nullum, *Franch. in d.c.58. per tuas ſub n.9. verſic. tertius caſus, de appellat.* Aut eſt abſens appellatus, & dico eſſe ſimiliter neceſſariam litis conteſtationem, & ita intelligas Franch. *ſub d. n.9. in ſecundo caſu.* Aut eſt abſens appellans, & iſto caſu ſi potuit deueniri ad diffinitiuam eo quod actor fuiſſet contumax, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c. 93. ſub n.3. verſ. ſi vero lis*, dico, quod ſi ſimus in eodẽ caſu & appellans ſit abſens non erit neceſſaria litis cõteſtatio.

Aduerte tu, qui verſaris in Curia Romana, quod hic, relictis iſtis conſiderationibus, & caſibus, ſtylus vniformis eſt, quod in cauſſa appellationis, tam in ſecunda, quam in tertia inſtantia, non ſeruatur terminus, ad conteſtandam litem, quia ſtylus iudicauit, litis conteſtationem non eſſe neceſſariam; vide de hoc *infra dub.5. nu.58.* & ita procedit ſtatutum Vrbis in Curia Capitolina, allegatum *ſupra n.35. in fine.*

In Curijs Franciæ licet pariter non ſit neceſſaria litis conteſtatio, tamen concluſio, quam faciunt partes, ſeu procuratores coram grapherio, ſeu iudice, habet vim litis conteſtationis; vnde ſolet dicere iudex, concludatis, & appellans concludit male iudicatum, & appellatus, bene, *Rebuff. tract. de appell. art. vlt. gloſ. vna, num.42. & 43. tomo 3. fol.538. & latius tract. de ſenten. prouiſ. art.1. gl.12. n.4. tom. 1. fol.263.*

De iuramento calumniæ an ſit neceſſarium in cauſſa appellationis, vide quæ ſcripſi *lib. præced. cap.1. n.165. & ſeqq.* & quod terminus ad iurandum de calumnia ſit neceſſarius in cauſſa appellationis, ſicut in prima inſtantia paret ex terminorum obſeruatione, de qua ſcripſi, *infra num.59.*

Concluſio numquid ſit neceſſaria in cauſſa appellationis?

Dic quod non, præſertim in Curia Romana, vbi non ſeruantur alij termini, quam ij, qui ſeruantur in prima inſtantia, *vt dixi infra n.59.* ſed concluſio non eſt neceſſaria in prima inſtantia, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *lib. prac. c. vlt. n.5. & 11. & c.3. n.276.*

In Regno tamen Franciæ tenetur appellans concludere in cauſſa appellationis, vide Rebuff. *tract. de ſentent. prouiſ. art.1. gl.12. n.3. & ſeqq. to.1. fol.263.*

¶ Quartum dubium. *Numquid in cauſſa appellationis poſſint opponi omnes exceptiones, tam peremptoriæ, quam dilatoriæ.*

Reſp. aliud eſſe dicendum in peremptorijs, & aliud in dilatorijs, & declinatorijs.

45 In Peremptorijs exceptionibus concludo, poſſe eas opponi, & probari in cauſsa appellationis, quia exceptiones peremptoriæ ſunt de meritis, & omnia quæ ſunt de meritis, poſſunt ſuppleri in cauſſa appellationis, *Franch. in cap. 58. per tuas, ſub nu.2. de appellat.* nam regula, quod in cauſſa appellationis poſſit non deductum deduci, & non probatum probari, procedit in his quę poſſunt fieri poſt litem conteſtatam, vt declarat Franch. *in dict. cap. per tuas ſub nu.1.* & probatur *ex l.2. peremptorias C. quæ ſent. reſcin. non poſſ.*

Confirmatur hæc concluſio, quia exceptiones peremptorię de earum propria natura opponuntur poſt litem conteſtatam. *Dec. in rub. n.6. C. de eden. & alij, quos citat, et ſequitur Aſin. in prax. iud. §.13. c.4. n.1. fol.103.*

Sed in cauſſa appellationis poteſt opponi totum illud, quod poterat opponi poſt conteſtatam litem, *vt dixi infra verſ. extende quarto.* Ergo, &c.

Extende I. hanc concluſionem, vt procedat etiamſi fuerint oppoſitæ in prima inſtantia, & reiectæ à iudice per interlocutoriam, à qua minus fuerit appellatum intra decem dies, & ideo interlocutoria fecerit tranſitum in rem iudicatam, quia nihilominus, ſi deinde appelletur à ſententia diffinitiua, iudex appellationis, iuſtitia mediante, grauamen, per illam interlocutoriam illatũ, poterit reuocare,

Digitized by Google

care, *cap. vltim. de appellat. in 6.*

Extende II. vt multo magis procedat, quando eſſet appellatum ab interlocutoria, & iudex a quo, non obſtante appellatione, proceſſiſſet ad ſententiam diffinitiuam, quia iſto caſu appellatio interpoſita ab interlocutoria ſuſcipit naturam appellationis a diffinitiua, & ideo poteſt iuſtificari ex nouiter deducendis, *vt retuli, et ſequutus ſum infra n.97. lim.6.*

Extende III. vt procedat etiam ſi exceptio ſuperuenerit reo, pendente appellatione, quia ſufficit quandocunq; reo ſuperueniat exceptio, *Bald. in l.4. per hanc, ſub n.12. verſ. ſed dubitatur quid ſi pendente, C. de tempor. appell.*

Extende IV. vt procedat etiam in exceptione, ſeu replicatione, quæ, pendente appellatione, ſuperueniſſet actori appellanti, vel appellato: & moueor, quia appellatio reponit in eo ſtatu, in quo cauſſa erat tempore litis conteſtatæ, *vt dixi ſupra q.3. n. 84.* & conſequenter quod poterat opponi, & allegari eo tempore, poteſt opponi, & allegari in cauſſa appellationis, *per ea, quæ dixi hic ſupra verſ. in peremptorijs*, & quod in cauſſa appellationis poſſit opponi totum illud, quod potuiſſet opponi in prima inſtantia poſt litem conteſtatam ſcribunt Franch. *in c.58. per tuas, in fine, de appell. & Aſin. in prax. iudic. §.13. cap. 2. limit. 4. n.2. fol. 98.* & e conuerſo quod non poterat opponi eo tempore, non poteſt opponi in cauſſa appellationis, *per ea, quæ dixi n. ſeq. verſ. in dilatorijs.*

Sed actor etiam poſt litem conteſtatam poteſt vti iure ſuperueniente, & illud ius ſuperueniens, ex cauſa de præterito conualidat iudicium præſens inchoatum, *vt ex Bart. & alijs retuli*, & comprobaui *ſupra q.5. ſub n.27. verſ. ſecunda*, ergo poteſt etiam in cauſſa appellationis.

Confirmatur hæc extenſio, quia ſi exceptio dilatoria, quæ ſuperueniat poſt litem conteſtatam, poteſt adhuc opponi poſt litis conteſtationem, *vt retuli, & ſequutus ſum infra numero* 52. Ergo multo magis exceptio peremptoria.

Contra vniuerſam hanc concluſionem firmatam, & ampliatam oppono, quia de eo, de quo non potuiſſet cognoſcere iudex a quo, non poteſt cognoſcere iudex ad quem, per ea, quæ dixi *ſupra n.17.*

Sed iudex a quo non poteſt diffinitiuam ſententiam proferre ſuper eo, in quo deficit litis conteſtatio, quia ſententia in eo eſſet nulla, *per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. cap. vlt. n.13.* & in ſpecie Contar. *in l. vnica limit. 2. §.6. n.13. verſ. verum, C. ſi de momen. poſſ.* Ergo fruſtra deducitur exceptio in cauſſa appellationis, cum iudex appellationis ſuper ea pronuntiare non poſſit.

Vnde Contar. *in d. §.6. n.11. & ſeqq.* ſentit, litem conteſtandam eſſe ſuper exceptione dominij, & quando dicatur facta litis conteſtatio ſuper exceptionibus declarat idem Contar. *d. §.6. n.45. 46. et* 48. & quod aliqui teneant, conteſtationem litis eſſe neceſſariam ſuper qualibet exceptione ſcribit Spec. quem citaui *lib. praced. capit. 7. numero* 10.

Huic oppoſitioni reſpondeo vnico verbo, litis conteſtationem non eſſe neceſſariam ſuper exceptionibus licet aliqui contrarium male arbitrentur, *Bal. in l.4. per hanc, ſub n.12. verſ. ſed dubitatur. C. de temp. appell.* & eſt bona reſponſio, quia ita etiam practicatur.

Reſtringe eaſdem tertiam, & quartam extenſionem, vt non procedant, quando exceptio, ſeu replicatio, oritur ex noua lege, facta poſt introductam cauſſam appellationis, quia tunc illa exceptio, ſeu replicatio non iuuaret, per ea quæ ſcribit *Spec. tit. de appell. §. de officio, n.13. verſ. ſed quid ſi, lib. 2. fol.* 195. dicens, quod ſi, dum cauſſa appellationis, vel dum negotium principale diſcutitur, fiat noua lex ad alterius partis petitionem, illa lex non valet in illa cauſſa, & ideo iudex iudicabit ſecundum legem antiquam; idem etiam, inquit, eſt, vbi proprio motu, nullo petente, ſit facta poſt latam ſententiam, ſiue poſtquam partes allegationibus renuntiauerint: tunc enim, inquit, non valet etiamſi in ea diceretur, quod traheretur ad præterita.

Exceptiones peremptoriæ quæ dicantur vide Aſin. *in prax. iud. §.13. c.3. & ſeqq.*

46 In dilatorijs & declinatorijs exceptionibus firmo contrariam concluſionem: concludo enim, eas non poſſe opponi in cauſſa appellationis a ſententia diffinitiua, lata poſt conteſtationem litis, *Franch. in cap.58 per tuas, ſub num.1. & 2. de appell. & Rebuff. tract. de appell. artic. vlt. gl. vna, num.41. verſ. item effectus, tom.3 fol.*538. & eſſe communem opin.* refert, & ſequitur Aſin. *in prax. iud. §.3. c.2. ampl. 1. n.1. fol. 98. & Greg. Toloſ. tract. de appell. lib.6. c.15. ſub n.1. verſ. ſi modo.*

Ratio eſt, quia neque per ſententiam diffinitiuam, neque per appellationem ab ea tollitur litis conteſtatio, neque eius effectus; vnde & ſi appellatio reponat appellantem in priſtinum ſtatum, tamen reponit ad ſtatum, in quo erat tempore litis conteſtatæ, vt admonet Rebuff. *vbi ſupra*, & retuli, & ſequutus ſum *ſupra quaeſt.3. effect.6. num.84.*

Sed in prima inſtantia exceptiones dilatoriæ debent opponi ante litis conteſtationem, & non poſtea, teſtibus his, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra libr. 1. c.101. num.2. & cap. vlt. num.* 8. Ergo non poſſunt opponi in cauſſa appellationis.

Vnum circa hanc rationem obiter aduerto, quod & ſi Doctores paſſim habeant in ore, quod appellatio reponit in eo ſtatu, in quo cauſſa erat tempore litis conteſtatæ, tamen hoc eſt verum quoad priuandum partes, ne poſſint in cauſa appellationis facere, quod poſt litem conteſtatam non potuiſſent facere in cauſſa primæ inſtantiæ, ſed non; vt tollat acta probatoria, facta in prima inſtantia quaſi reponat, ac ſi facta non eſſent, quia hoc non eſt verum, *Becc. conſ.11. exſtat. n.3. lib.1.*

47 Extende hanc concluſionem, vt habeat locum tam in cauſſis temporalibus, quam in ſpiritualibus, & beneficialibus, *Franch. in d.c.58. per tuas ſub n.1. de appell.*

48. Infero ex hac extenſione, quod exceptio ſubreptionis contra literas ad beneficia, omiſſa in cauſſa principali, non poteſt opponi in cauſſa appellationis, *Franch. in d. c.58. per tuas ſub n.1. de appell.*

49 Declara hanc illationem, vt exceptio ſubreptionis poſſit opponi in duplici virtute, primo ſcilicet in vim dilatoriæ contra litteras ad impediendum proceſſum, & iſto caſu debet opponi ante litem conteſtatam: ſecundo contra gratiam, & quia iſto caſu opponitur in vim peremptoriæ, ad perimendam gratiam, ideo poteſt opponi poſt litis conteſtationem, vt declarat Franch. *in capitul. 63. dilecto, ſub num.1. de appell. cap. 36. repetitio eſt in fine lecturæ.*

50. Subdeclara hanc declarationem, vt procedat in litteris impetratoris beneficij, quæ ſunt litteræ gratioſæ, quia earum ſubreptio poteſt opponi etiam ad merita ad perimendam gratiam, vt declarat Franc. *in d.c.63. dilecto. ſub num.1. & Card. Alex. ſub num.2.* ſecus eſt ſi literæ non ſint impetratæ ad gratiam, ſed ad lites, quia exceptio ſubreptionis dictarum litterarum poterit ſolummodo opponi vti dilatoria ante litem conteſtatam, *Franch. vbi ſupra, & clarius Card. Alex. ibid. ſub n.2. & 3.*

Quæ exceptiones dilatoriæ, ſeu quando exceptio dilatoria, ampliando concluſionem, non poſſint opponi poſt litem conteſtatam, vide Aſin. *in prax. iudic. §.13. capit. 2. ampl. 1. & ſeqq. fol. 98. & 99.* vbi ponit ſeptem ampliationes.

51 Reſtringe I. eandem concluſionem, vt non procedat, quando exceptio dilatoria fuit ignoranter omiſſa, & non oppoſita ante conteſtationem litis, quia iſto caſu poterit

Digitized by Google

opponi in cauſſa appellationis, *Franch. in capitul. 58. per tuas, numero 1. verſus finem, & in capitul. 60. cum ceſſante limit. 13. ſub num. 29. verſ. aliquando & ſecundo, & verſ. aliquando & tertio, de appel. Aſin. in prax. iud. §. 13. c. 2. lim. 4. n. 1. fol. 98.*

Comprobatur hæc reſtrictio, quia exceptio dilatoria, quæ per ignorantiam non fuit oppoſita ante litis conteſtationem poteſt opponi poſtea, *Franch. vbi ſup. & Aſin. d. lim. 4. num. 1. in fi.* & eſſe communem, & magis communem* teſtatur, & ſequitur idem Aſin. *eod. c. 2. lim. 14 n. 1. fol. 103.*

Ergo quemadmodum potuiſſet opponi poſt litem conteſtatam in cauſſa primæ inſtantiæ, ita etiam poterit opponi in cauſſa appellationis, *Franch. vbi ſupra, et Aſin. d. §. 13. c. 2. lim. 4. ſub n. 1. & 2. fol. 98.*

Declara I. hanc reſtrictionem, vt procedat quando exceptio fuit omiſſa, per ignorantiam facti; quia tunc poſſet opponi poſt litem conteſtatam, ſecus ſi fuiſſet omiſſa per ignorantiam iuris, quia tunc non poſſet opponi, *Aſin. d. c. 2. lim. 4 n. 3. & lim. 14.* & conſequenter idem eſt dicendum in cauſſa appellationis.

Declara II. vt procedat, dummodo ei, qui vult opponere poteſt litem conteſtatam, non poſſit imputari culpa ignorantiæ, ſecus ſi ei poſſet imputari, quia tunc non poſſet eam opponere poſt litis conteſtationem, *Aſin. in eiuſdem lim. 4 n. 4. & lim. 14. ſub n. 1.*

52 Reſtringe II. vt non habeat locum in dilatoria, ſeu declinatoria, quæ ortum habuit poſt litem conteſtatam, & ſic ſuperuenit de nouo, quia ea poterit opponi etiam litẽ conteſtata, *Maran. in ſuo ſpec. parte 6. memb. 9. num. 9. fol. 339.* & quamplures alij, quos cumulat, & ſequitur Aſin. *in prax. iudic. §. 13. c. 2. limit. 1. numero 1. fol. 99.* & loquendo de recuſatione iudicis ſuſpecti, dixi *ſupra lib. 1. c. 101. n. 10. & 11. limit. 2* quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. de ætate. §. ex cauſſa ff. de ventr. inſpic.* & eſt
* reſtrictio communis.*

Subreſtringe I. declarando hanc reſtrictionem, vt procedat, dummodo opponatur cum deuenerit ad notitiam & ſic nullus fiat ſcienter actus ante oppoſitionem; ſecus ſi opponeretur poſt alium actum ſcienter factum, quia tunc oppoſitio non admitteretur, *Franch. in c. 58. per tuas, numero 2. ibi. ſed tu limita, de appel. & alij, quos citat, & ſequitur Aſin. in prax. iudic. §. 13. c. 2. limit. 1. ſublimit. 4. n. 1. fol. 99.* Quare ſi poſt litem conteſtatam oriatur, ſeu veniat in notitiam exceptio dilatoria, ſeu declinatoria, vt puta, quia poſt litem conteſtatam conſtituatur procurator, qui eſſe non poſſit, vel aduerſarius efficiatur familiaris iudicis, vel inhabilitas procuratoris, ſeu ſuſpicio iudicis veniat in notitiam poſt conteſtatam litem, certe debet poſſe opponi, etiam lite conteſtata, vt dixi in reſtrictione, ſed ſi pars eam non opponit, cum primum ad eius notitiam peruenit, ſed eam ſcienter omittit, & procedit ad vlteriora, ſibi præiudicat, vt amplius eam opponere non poſſit in cauſſa principali, quia ille proceſſus ad vlteriora operatur effectum litis conteſtationis quoad excludendas exceptiones dilatorias, & conſequenter minus poterit opponi in cauſſa appellationis, *Franch. vbi ſupra.*

Subreſtringe II. vt non procedat in exceptione ſuſpicionis contra iudicem, ſi ſuſpicio proceſſerit ex facto proprio, quia tunc licet ſuperuenerit poſt litem conteſtatam, tamen quia ſuperuenit culpa, & facto proprio, non poteſt opponi, *Maran. in ſuo ſpec. par. 6. membr. 9. ſub num. 9. fall. 1. fol. 339. & alij, quos refert, & ſequitur Aſin. in prax. iud. §. 13. c. 2. lim. 1. ſublim. 2. fol. 99.* & dixi *ſupra lib. 1. c. 101 ſub n. 11.*

Comprobatur, quia licet vidua habeat priuilegium, tamen, ſi ſeipſam viduauit occidendo maritum, caret priuilegio, *vt dixi ſupra quæſt. 7. ſub n. 131. verſ. multoque,* ſimiliter licet mulier, ſequuto diuortio, habeat priuilegium viduæ, tamen non habet, ſi eius culpa ſit ſequutum, vide *ſupra d. quæſt. 7. n. 116. in fine.*

Contra hanc ſubreſtrictionem facit, quia licet metus appellandi proceſſerit ex facto, & culpa ipſius, qui eſt appellaturus, tamen hoc non conſideratur, vide *ſupra quæſt. 6. n. 15.* ſimiliter licet locus, ad quem reus citatur, ſit non tutus, ſicque ſuſpectus ex facto & culpa ipſius citati, tamen non tenetur ad illum comparere, *per ea quę ſcripſi lib. proced. capitul. 9. num. 1774. & ſupra lib. 1. cap. 32. num. 30.* ideoque citatus poteſt appellare, *vt dixi infra limitat. 47. memb. 1. n. 18.*

Quas alias ſubreſtrictiones poſſit habere hæc ſecunda reſtrictio, ſuperius poſita, vide apud Aſin. *d. § 13. c. 2. in ſublimitationibus primæ limitationis fol. 99.* vbi ponit quinq; ſublimitationes, ſeu ſubreſtrictiones.

53 Reſtringe III. vt non procedat in cauſſa appellationis ab interlocutoria, lata ante conteſtationem litis, quia cum nondum ſit lis conteſtata, non erit dubium quod poterit opponi.

54 Reſtringe IV. vt non procedat in exceptione dilatoria, quæ reddit proceſſum retro nullum, quia eiuſmodi exceptio, quamuis ſit dilatoria, poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam, *Maran. in ſuo ſpec. par. 6. memb. 9. n. 10. lim. 2. fol. 339.* & alij, quos refert, & ſequitur, & ponit exempla Aſi. *in prax. iud. §. 13. c. 2. limit. 8. n. 1. & 2. fol. 102.* Quare ſi poteſt opponi poſt litem conteſtatam; ergo etiam in cauſſa appellationis, per ea quæ dixi *ſupra ſub n. 45. verſ. extende quarto.*

Subreſtringe declarando hanc reſtrictionem, vt procedat quando redderet iudicium ipſo iure nullum, quia tunc poſſet opponi in cauſſa appellationis: ſecus ſi non redderet retro nullum ipſo iure ſed ſolum ope exceptionis, quia tunc non poſſet opponi in cauſſa appellationis, Franch. *in c. 60. cum ceſſante, ſub n. 29. ibi aduerte tamen, & verſ. aliquando & ſecundo, de appel.*

Amplia hanc ſubreſtrictionem, vt procedat etiamſi exceptio dilatoria fuiſſet oppoſita in prima inſtantia, iudexque eam reiecisſet, neque ab ea reiectione fuerit appellatum, & ideo tranſierit in rem iudicatam, quia ſi poſtea appelletur à ſententia diffinitiua, & illa dilatoria ſit eius naturæ, vt reddat iudicium & proceſſum ipſo iure nullum, poterit opponi etiam in cauſſa appellationis, & iudex ad quem poterit reuocare illam reiectionem, ſeu interlocutoriam iudicis à quo, ſi viderit fuiſſe iniuſtam; ſecus autem ſi illa exceptio dilatoria ſit eius naturæ, vt non reddat iudicium ipſo iure nullum, ſed ſolum ope exceptionis, quia iſto caſu ad hoc vt poſſit opponi in cauſſa appellationis, debet prius fuiſſe oppoſita in prima inſtantia, & ſi in ea fuerit reiecta, debet pars appellaſſe, alias ſi non appellauerit, & tranſierit in rem iudicatam, licet poſtea appellet à diffinitiua, tamen ea non poteſt amplius opponi aut, reuocari, *Franch. in d. c. 60. cum ceſſante ſub n. 29. ibi aduerte tamen, & verſ. aliquando et quarto, & verſ. aliquando et quinto, de appel.* hæcque ampliatio probatur ex cap. *vlt. appel. in 6.*

Infero ex his, quæ dixi *ſupra ſub numer. 45. in prima extenſio, et hic ſupra in iſta ampliatione,* veram non videri obſeruationem, quam poſuit Mynſing. *in ſing. obſer. cent. 2. obſer. 49. ſi quis,* dicens, quod ſi quis appellet ab interlocutoria, & iudex nõ admittat appellationẽ tãquã ex friuolis cauſſis interpoſitã, ab iſta, inquit, nõ admiſſione appellationis niſi pariter appelletur, appellatio cenſetur deſerta, nec poteſt, inquit, tale grauamen reparari per appellationem à diffinitiua: huic enim obſeruationi Mynſingeri obſtat, quia, ſi interlocutoria fuerit lata ſuper exceptione peremptoria, poteſt à iudice appellationis, interponendæ à ſententia diffinitiua, retractari, quamuis illa interlocutoria, tranſierit in iudicatum, *vt dixi ſub nu. 45.*

verſ.

Digitized by Google

verſ. extende primo. Similiter ſi ſit lata ſuper exceptione dilatoria, quæ ſit apta reddere proceſſum ipſo iure nullum, & ab interlocutoria non fuerit appellatum, & ideò tranſierit in iudicatum, adhuc in cauſſa appellationis à diffinitiua poterit reparari grauamen interlocutoriæ, *vt dixi hic ſupra in ampliatione*. Quod ſi non ſit apta reddere proceſſum ipſo iure nullum, ſufficiet fuiſſe appellatum ab interlocutoria, *vt dixi ſupra in eadem ampliatione, & ſupra ſub n. 45. verſ. extende ſecundo.*

55 Ex his etiam non benè videtur loquutus Felyn. *in cap. 15. quod conſultationem. concluſ. 13. n. 33. de ſent. & re iud.* dum videtur facere fundamentum, an à diffinitiua contingat appellari priuſquam interlocutoria tranſeat in rem iudicatam, prout eum retuli *infra num. 98. limit. 7.* niſi eum ſaluemus, vt eius dictum procedat in interlocutoria, quæ non eſt apta reddere proceſſum ipſo iure nullum.

Quæ, ſeu quando exceptiones dilatoriæ poſſint opponi etiam poſt litis conteſtationem, vide Aſin. *in prax. iudic. §. 13. c. 2. limit. 1. & ſeq. fol. 99. & ſeq. vſque ad cap. 3.* vbi viginti ponit caſus ſeu limitationes, & vide quæ de exceptionibus dilatorijs, & in ſpecie de recuſatione iudicis ſcripſi *ſupra lib. 1. c. 101. n. 1. & ſeqq. et n. 6. et 7. et ſeqq.* & conſequenter ex illis tu colligere poteris reſtrictiones & caſus, in quibus exceptio dilatoria poteſt opponi etiam in cauſſa appellationis.

Quæ exceptiones dicantur dilatoriæ vide Aſin. *d. §. 13. c. 2. n. 1. & ſeqq.* vbi ponit multa exempla.

¶ Quintum dubium. *An in cauſſa & proceſſu appellationis requiratur citatio.*

56 Reſpondeo, quod ſic, Gemin. & Franch. *in c. 3. Romana, §. ſi vero, n. 1.* & idem Franch. *in §. fin. cum autem, num. 4. de appell. in 6.* licet enim in cauſſa appellationis non requiratur conteſtatio litis, & ideo poſſit procedi in contumaciam, tamen requiritur citatio, *Franch. in c. 58. per tuas, not. vlt. num. 3. de appellat.* & quod de ſtylo curiæ Romanæ requiratur citatio patet ex obſeruatione terminorum, de quibus ſcripſi *infra n. 58.* & hæc eſt concluſio ſeu regula.

Extende I. hanc concluſionem, vt ſit vera etiamſi eſſet pronuntiandum ſuper deſertione, ſeu procedendum ad executoriales, quia priuſquam decernantur executoriales pars eſt citanda, vt tenuit Rot. *diuerſ. dec. 300. domini reſoluerunt, n. 1. in fine verſ. ſecundum quod. p. 2.* quia tempus proſequendæ appellationis eſt vtile, quod non currit impedito, *Rot. d. dec. 300. n. 5. & dixi infra, q. 15. num...,* & conſequenter iudex non poteſt eſſe certus de deſertione, niſi pars fuerit citata, quæ poſſet docere de legitimo impedimento, & de citatione in executione ſententiæ vide *infra n. 186. art. 8.*

Extende II. vt ſi fuerit appellatum à diffinitiua ad Curiam, & appellatus impetret commiſſionem cauſſæ deſertionis, & petat pronuntiari ſuper deſertione & procedi per audientiam contra appellantem abſentem, debeat appellans abſens legitimè citari in partibus ad negotium deſertionis principaliter commiſſum in Curia tractandum, & finiendum, quia citatus fortè deſertionem excuſabit propter legitima impedimenta, quæ habuit, Rot. *dec. 56. alias 418. ſi appelletur. & deciſ. 59. alias 424. ſi a diffinitiua, verſus finem, de appell. in nou. et Franch. in c. 44. ſæpe, ſub nu. 24. verſ. ſed quæritur primo, ibi ſecus ſi pars appellata, de appell.*

Secus eſt, ſi appellatus non impetret commiſſionem cauſſæ deſertionis; quia iſto caſu iudex, cui commiſſa eſt cauſſa appellationis, poteſt in primis abſq; noua commiſſione cognoſcere de deſertione, *Rot. deciſ. 24. alias 153. auditor datus, et d. deciſ. 59. de appel. in nou.* nam negotium deſertionis ſtat acceſſoriè ad negotium appellationis, ſeu eſt pars appellationis, & ideo ſi opponatur de deſertione poteſt & debet de ea tanquam de præiudiciali ante omnia cognoſcere, *Rot. d. deciſ. 24. et Franch. d. c. ſæpe, ſub n. 24. verſ. ſed quæritur primo*, & quod deſertio appellationis ſit dependens, & incidens appellationis, retuli & ſequutus ſum *infra numero 176. in fine*, & cognoſcendo de ea ad effectum pronuntiandi ſe iudicem vel non, procedet per audientiam, *Rot. d. deciſ. 59. ibi. præterea cauſſa deſertionis*, & quod non requiratur citatio, tenet Franch. *vbi ſup.*

Ratio poteſt eſſe, quia deſertio appellationis eſt poſt finitum annum; & circa finem anni appellatus citatur ab ipſo iure, *vt dixi ſub num. ſeq. verſ. tamen ego.* merito poteſt citari per audientiam.

Declara I. reſtringendo eandem concluſionem, vt ſi iudex ſeu pars appellata detulerit, ſeu approbauerit appellationem, & vlterius iudex ſtatuerit appellanti terminum ad proſequendam appellationem, talis terminus habebit vim peremptorij ad totam cauſſam adeo, quod abſque alia citatione poterit procedi contra abſentem ad inſtantiam alterius partis, *Franch. in d. c. 44. ſæpe not. 7. n. 13. de appell.*

Declara II. vt ſi iudex detulerit appellationi, & appellatus, recepta appellatione, petierit, quod appellans veniat ad Curiam cum omnibus actis & monumentis, vt ſic, ſi appellatus, aut iudex velit, omiſſo articulo appellationis, procedi in negotio principali, poſſit procedi, appellante vlterius non citato, teneatur appellans iſto caſu venire per ſe, aut per procuratorem inſtructum cum omnibus actis, alias poterit, ipſo appellante vlterius non citato, procedi etiam in negotio principali, & ita, allegando pro & contra, confuſe videtur reſidere Franch. *in d. c. 44. ſæpe, in quinta concl. ſub num. 19. de appell.* & in quibus terminis loquatur Rota, quam ipſe varie citat, vide *num. ſeq.* vbi eam retuli in terminis ſuis, & cum hac declaratione reſidet rurſus idem Franch. *d. c. ſæpe, n. 23. verſ. in gl. in verbo peremptorie.*

57 Declara III. eandem concluſionem, vt ſi appellatus proſequatur appellationem in vltimo menſe anni, & appellans ſit abſens, non ſit neceſſaria citatio perſonalis contra appellantem, manentem in partibus ſed ſatis erit, quod citetur in Curia in locis publicis: & idem eſt, quando appellans proſequeretur appellationem circa finem anni, abſente appellato: ſecus ſi proſequeretur ante finẽ anni, quia iſto caſu requiritur, quod ſpecialiter citetur in partibus, nec ſufficit citatio generalis in Curia, *Franch. in c. 70. interpoſita, §. ſanè, in fi. nu. 4. verſ. vlt. vide de appell.* & cum hac declaratione in prima parte videtur concordare Compilator poſt *deciſ. 32. alias 104. ex præmiſſis, de appellat. in nou.* dicens, quod ſi iudex detulerit appellationi, & appellatus petierit, quod appellans veniret ad Curiam cum omnibus actis, & monumentis, & appellans non venerit, poterit circa finem anni procedi per audientiam in negotio principali, & ita ipſe credit, ſub dubio tamen.

Contrarium in eadem prima parte declarationis; quod enim ſit opus noua citatione, tenebat maior pars Dominorum de Rota, vt refert Compilator ſupra citatus, qui declarat, hoc eſſe verum, quando appellatus nihil feciſſet, nec petijſſet, quod appellans veniret cum actis ad Curiam.

Quid dicendum? Vt latam habeamus reſolutionem, conſidero tres caſus principales.

Primus caſus eſt, quando vna pars citat alteram perſonaliter: & iſto caſu concludo indiſtinctè, quod deinceps poterit ad reliquos actus quoſcunque procedi per audientiam contra eum, qui non venerit ad Curiam, vel in ea non conſtituerit procuratorem, qui ſuſcipiat onus mandati, & poſſit citari, & ita ſeruatur, per ea quæ loquendo generaliter, retuli, & ſequutus ſum ſupra *lib. 1. cap. 88.*

Digitized by Google

cap.88.n.10.& 14. & cap.27.ſub n.1.cap.34.ſub n.2.

59 Secundus caſus eſt, quando à ſententia lata in partibus fuit legitimè interpoſita appellatio ad Curiam, partibus, vel procuratoribus præſentibus, & ſic cauſſa eſt legitime deuoluta ad Curiam, licet amplius non fiat intimatio, quia certus amplius certiorari nō debet: & iſto caſu Rota, de qua Caputaq. *deciſ.100.cauſſa eſt,par.1.* tenuit, quod contra abſentem non comparentem poteſt procedi per contradictas, & loquendo de ſententia lata per audientiam contradictarum in cauſſa beneficiali contra appellatum, cui appellatio ſit perſonaliter intimata, *iuxta clem. 3.cauſſam, de elect. ſentit aperte Rot. dec. 22. alias 137. appellatus de appel. in nou.*

Tertius caſus eſt, quando pars non eſt citata perſonaliter, neque appellatio eſt, ea præſente, interpoſita, neque eſt ei perſonaliter intimata: & iſto caſu licet videatur dicendum, quod citatio, quæ fieret per contradictas, ſit nulla, niſi fuerit prius citata perſonaliter. *vt retuli, & ſequutus ſum q.ſeq.ſub n.16.*

Tamen ego diſtinguerem duo membra. Aut enim appellatur à diffinitiua; & tunc procedit diſtinctio, quam ex Franch. retuli in declaratione, videlicet, quod citatio requiratur ſi procedatur ante finem anni, ſed ſi procedatur circa finem anni, ſufficiet citatio per audientiam, quamuis non præceſſerit citatio perſonalis: Et ratio eſt, quia cum appellatus, & appellans ſint certi de appellatione, citantur ab ipſo iure prope finem anni. Aut appellatur ab interlocutoria, & tunc ſi procedatur ad expeditionem appellationis ab interlocutoria, dico idem, quod dixi de appellatione à diffinitiua: Si vero, omiſſo articulo appellationis, vel lata ſententia bene eſſe appellatum, procederetur ad negotium principale, conſtituo regulam, quod eſſet opus noua citatione, & ita procedit, quod volebat maior pars Dominorum de Rota poſt *deciſ. 32. alias 104. ex expraſſis, de appell. in nou.* & ita ex Io. Andr. refert, & ſequi videtur Franch. *in d.cap.44. ſæpe.ſub n.23.* & ex Rot. & Imo. confuſe refert ibidem ſub *n.19.in 5.concluſ. verſ. ſed aduerte.* Fallit tamē forſan hæc regula, quando iudex detuliſſet appellationi, & appellatus petijſſet, quod appellans accederet ad Curiam cū omnibus actis, & monumentis; quia poſſet procedi, appellante non citato, ſecundum Franch. quem citaui ſub *n. preced. declar. 1. & 2.* ſed ego intelligo quod poſſit procedi, eo non citato perſonaliter, neque domi in partibus, ſed quod debeat citari per audientiam.

In foro Capitolino an & quando Capitaneus appellationum debeat ſignificare, & inhibere, parte citata in cauſſa appellationis; vide *ſupra n.34. in fine, verſ. in curia.*

¶ Sextum dubium 1° *Quot. & qui ſint termini ſubſtantiales, quibus vtimur ad expediendam cauſſam appellationis in Curia?*

58 Reſpondeo diſtinguendo duos caſus appellationis.

Primus caſus eſt, quando eſt appellatum ab aliqua interlocutoria, ſeu grauamine; & iſto caſu de ſtylo Palatij proceſſus habet ſequentes dilationes, & terminos ſubſtantiales.

Singuli ad p.d. (Ad dicendum contra commiſſionem.
Ad dicendum contra appellationem.
Ad impugnandum, & iuſtificandum.

Quibus terminis, ſed dilationibus elapſis, iudex ad quem poteſt pronuntiare ſuper cauſſam grauaminis: Quod ſi appellans, iuſtificato grauamine, velit procedere ſuper negotio principali noua erit opus obſeruatione terminorum infraſcriptorum; vide ad hæc Veſtr. *in prax. lib.5.cap.6.*

Secundus caſus eſt quando fuit appellatum à diffinitiua: & iſto caſu ſunt ſeruandi ijdem termini, qui ſeruantur in prima inſtantia, exceptis illis duobus (*ad libellandum*) & (*ad conteſtandam litem*) & qui termini ſint ſeruandi in prima inſtantia dixi *lib. praeced. cap.3.q.13.n.237. & ſeqq. & n.276.* & exceptis numeris dictum, quia in ſecunda inſtantia ſeruantur breuiores, quam in prima: & in tertia breuiores, quam in ſecūda, *vt ex Rot. Veſtr. & Formul. retuli, & ſequutus ſum d.cap.3.n.278.* vbi videas. Et breuitatis cauſſa ſeruat ſtylus, vt omnes termini ponantur vnica citatione.

Deduco primo ex his, quod licet Domini de Rota *deciſ.4. alias 20. anno domini, de appell. in nou.* ordinauerint, quod in cauſſa appellationis a diffinitiua, commiſſa Auditori ſeruentur ijdem termini, qui ſeruantur de ſtylo in prima inſtantia in Curia, niſi conſtaret, quod eſſent ſeruati in prima inſtantia, quia cum in tribunali Auditoris Cameræ, & multo minus coram iudicibus de partibus raro, vel nunquam ſeruentur termini Palatij, facilè propter defectum ordinis iudiciarij tam prima, quam ſecunda ſententia poterat impugnari, & impediri executio, & ita ordinarunt de æquitate, non de rigore iuris.

Tamen, *vt dixi hic ſupra*, non ſeruantur omnes illi, qui ſeruantur in prima inſtantia, neque ſeruantur eædem dilationes terminorum.

Deduco ſecundo, quod ſicut Auditor Cameræ validè procedit in obligatione camerali, nullis ſeruatis terminis, ita etiam Auditor Rotæ in cauſſa appellationis poteſt procedere etiam non ſeruatis terminis, maximè ſi commiſſio dicit de Auditore Cameræ, *Rot. diuerſ. dec. 946. Redonen. lib.3.par.3.fol.232.*

Confirmatur hęc deductio, quia qualis naturę eſt cauſſa principalis, talis eſt cauſſa appellationis, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n.17.*

Aduerte primo, quod terminus ad dicendum contra commiſſionē ſeruatur ſolum in cauſſis commiſſarijs, ſecus in cauſſis, quæ cognoſcerentur coram ordinario appellationum, quia cognoſceret ſine commiſſione.

Aduerte ſecundo, quod in foro Capitolino non ſeruantur aliqui termini, quia introducta cauſſa appellationis coram iudice ad quem, per ſolam tranſportationem actorum factorum in prima inſtantia, & illorum repetitionem cauſſa appellationis cenſetur inſtructa, *lib.1. ſtat. c.182. de proſecutione cauſſæ appellationis, & cap.167. de officio eiuſdem capitanei appellationum, verſ. ſi vero facta fuerit*, vbi diſponitur, quod tranſportatis actis, & auditis partibus, Capitaneus debet pronuntiare bene, vel male iudicatum.

¶ Septimum dubium. *Quomodo appellans debeat iuſtificare cauſſam appellationis coram iudice ad quem.*

60 Reſpondeo, diſtinguendo triplicem effectum iuſtificationis appellationis.

Primus effectus eſt, quando appellans intendit conſequi admiſſionem ſuæ appellationis, & conſequenter reddere eam aptam ad deuoluendum.

Secundus effectum eſt, quādo appellans intendit conſequi deuolutionem cauſſæ appellationis, & totius negotij eo; quia iudex à quo grauauerit eum, reijciendo, ſeu aliter non admittendo eius exceptionem.

Tertius effectus eſt, quando intendit conſequi reuocationem ſententiæ, quam tulit iudex à quo, & reportare victoriam deciſiuam cauſſæ appellationis.

61 Capio primum effectum: & concludo, quod appellans tenetur ſolum probare, ſe appellaſſe infra legitima temporanam vel appellat à diffinitiua, & ſufficit appellare etiā ſine expreſſione cauſſæ, quia non requiritur expreſſio cauſſæ, teſtib. Spec. Archid. Abb. & Frāch. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.4.art.4.n.25.* vel appellat ab interlocutoria, & ſufficit, quod appellet, inſerta rationabili cauſſa appellationis, vt retuli & ſequutus ſū *d.art.4.n.30.*

Capio ſecundum effectum: quando appellans intendit conſequi deuolutionem totius negotij &c. & diſtinguo duos caſus.

Caſus

Digitized by Google

Caſus primus eſt, quando quis opponit aliquam exceptionem, & quia iudex eam reijcit, ipſe appellat: & iſto caſu attingendo materiam famoſi, & multum allegabilis capituli 70. *interpoſita, de appell.* concludo, quod appellans tenetur probare veritatem exceptionis, quam iudex à quo non admiſit; alias, ſi eam non probet, non poteſt dici, quod ex ſola non admiſſione exceptionis fuerit grauatus, *d.c. interpoſita, de appell.* vbi habetur, quod non ſufficit appellanti probare, quod prouocauerit ex legitima cauſſa, ſi eam non doceat eſſe veram, quod ibidem notãt Ant. de Butr. *n.1. & ſub n.5. & ſub n.10. Abb. n.1. Franch. num.1. verſ. tene menti primo, & verſ. tene mente aliam, et Dec. nu.1.* & conſequenter non deuoluitur negotium ad iudicem appellationis, niſi probetur veritas exceptionis, *Card. Alex. in eod. cap. interpoſita, not. 1. num 1.*

62 Amplia hanc concluſionem, vt procedat etiamſi appareat appellationem fuiſſe ex probabili, ſeu legitima cauſſa interpoſitam, vt puta, quia reus oppoſuerit exceptionem legitimam, & nihilominus iudex eam reiecit, & reus appellat à reiectione: adhuc enim reus tenetur coram iudice appellationis probare, illam exceptionem eſſe veram, *d.c. interpoſita, de appell. & Canoniſtæ in eo, & citati num. præced.* licet enim reiectio exceptionis ſuę prima facie legitimæ ſit iuſta cauſſa appellandi, tamen ex illa ſola reiectione non probatur grauamen iuſtificatiuum appellationis, niſi aliter doceatur de veritate ipſius exceptionis, *Ant. de Butr. d.c. interpoſita, ſub n.10. col.3. verſ. oppono quod ſolo exceptionis obiectu. et Franch. ſub n.1. verſ. tene menti*, & communiter * cęteri Canoniſtę: poſſet enim reus opponere exceptionem in ſe legitimam, ſed tamen fictam, & non exiſtentem in caſu ſuo, & ſic eſſet oppoſitio malitioſa, & calumnioſa, & iudex a quo, reijciendo eam, non ſolum non grauat ſed prudenter facit, cum ſuſpicatus ſit, eam malitioſe fuiſſe oppoſitam, & in dubio præſumendum eſt pro iudice, *Ant. de Butr. in d.c. interpoſita, ſub n.10 & Abb. not.1. num.2.*

63 Limita I. eandem concluſionem, vt non procedat in caſibus in quibus de veritate exceptionis oppoſitę per ſe patet abſque alia probatione facienda, quia in hic caſib. appellatio dicitur iuſtificata ex ſola reiectione appellationis, vt patet in ſeqq. exemplificationibus.

64 Exemplifica I. quando iudex denegat inducias deliberatorias, & pars appellat a denegatione, quia tunc appellatio dicitur iuſtificata ſine alia probatione, *Ant. de Butr. in c.70. interpoſita, ſub num.9. opp.3. & Franch. ſub num.2. limit.2. de appell.*

65 Exemplifica II. quando iudex denegat copiam actorum, vel inſtrumentorum communium, ſeu ſententiæ, *Ant. de Butr. & Franch. vbi ſupra, & Dec. ibidem ſub nu.2. ibi. ſecundo iſta prima regula.*

66 Extende hanc limitationem, vt procedat etiamſi de veritate exceptionis conſtet ſolum præſumptiuè, *Franch. d.c. interpoſita, ſub n.2. limit.3. & Dec. ſub nu.2. ibi. ſecundo iſta prima regula, & Card. Alex. ſub nu.3. fall.4.* apud quos inuenies caſus huius extenſionis.

67 Limita II. vt non procedat in exceptione recuſationis quia quando recuſatur iudex, oppoſita legitima cauſſa recuſationis, ſi, ea non obſtante iudex procedat in cauſſa principali, appellatio ex hoc cenſetur iuſtificata, licet appellans non probet cauſſas recuſationis coram iudice appellationis, *Franch. in c.70. interpoſita, nu.2. verſ. in gl.2. & Card. Alex. ſub nu.3. fall.2. de appell.* & ita teneas quicquid in contrarium motiuauerit ibidem Dec. *nu.2.* cuius motiuum non placet.

68 Caſus ſecundus eſt, quando quis opponit non ſolum exceptionem, ſed offert, ſe incontinenti illam probaturum, & poſtea propter exceptionem, & oblatam illius probationem non admiſſam appellat: & iſto caſu concludo, quod ſtatim & ipſo facto cenſetur iuſtificata appellatio, ita quod ſufficiet coram iudice appellationis, probare, fuiſſe propoſitam legitimam exceptionem, & oblatam probationem, & iudicem noluiſſe admittere, *d.c.70. interpoſita, in ſin. princ. & ibi. Abb. not. vlt. num.3. & Franch. ſub num.1. col.1. verſ.4. & vlt.* & communiter cæteri Canoniſtæ, *de appell. & Lancell. tract. de attent. par.2. c.12 de attent. & innou. appell. pend. limit.1. princ. nu.40. & 41. to.5. fol.359.* nam iſto caſu appellatio iuſtificatur non ſolum ſi probetur actualiter veritas exceptionis, ſed etiã ſi probetur ſolum, quod probatio fuit oblata, & non admiſſa, *Lancell. d. limit. 1. num.38. & 39.* & hæc eſt bona cautela, vt appellans non teneatur coram iudice ad quem probare exceptionem, quam reiecit iudex à quo, Franch. *vbi ſupra.*

Ratio huius concluſionis eſt, quia iudex à quo, non admittendo probationem legitimæ exceptionis incontinenti oblatam, non poteſt excuſari, quod non grauauerit, quia præſumpta malitia contra excipientem purgatur ex oblata probatione incontinenti: vnde iudex, reijciendo oblatam probationem, ipſo facto oſtendit iniquitatem ſuam contra excipientem, & ideò non eſt neceſſe probare veritatem exceptionis, quia ſiue exceptio ſit vera, ſiue ſit falſa, iudex grauamen intulit, *vt ſcribunt Abb. in d. cap. interpoſita, ſub num.4. & Franch. ſub nu.1. verſ. quarto & vltimo, ibi. verum quando excipiens obtulit. col 2. de appell.*

69 Amplia hanc concluſionem, vt habeat locum non ſolum in exceptionibus dilatorijs, ſed etiam in peremptorijs, quia ſi opponatur exceptio peremptoria, & offeratur illius probatio incontinenti, & non admittatur, & ideo appelletur, dicetur iuſtificata appellatio, *Ant. de Butr. in d. cap. interpoſita, ſub numer.10. ibi. ſecundo quod exceptio, & Franch. nu.4. verſ. in gloſſ. in verbo, ſi offerens, de appell.*

70 Declara notabiliter concluſionem huius ſecundi caſus, & limitationes præcedentis primi caſus, vt iuſtificatio appellationis ſic facta, ex eo ſolo, quod iudex à quo noluit admittere probationem legitimæ exceptionis incontinenti oblatam, operetur ſolum deuolutionem negotij ad iudicem appellationis, & reuocationem attentatorum, ſed non abſolutionem, quia ad conſequendam abſolutionem debet appellans probare veritatem exceptionis, *vt ſcribunt Ant. de Butr. in c.70. interpoſita, num.7. verſus finem, verſ. gl. ſignat. col.3. & ſub nu.10. col.4. fall.3. & Franch. ſub num.4. col.4. limit.7. de appellat. & Felin. in c.1. ſub num.2. verſus finem, ibi. ſed quando appellatur à iudice, eod. tit. de appell.* Et hoc eſt, quod ſentit Abb. *in d.c. interpoſita, ſub num.6. ibi. vnum tamen tene menti.* dicens, quod oblatio probationis iuſtificat appellationem quoad deuolutionem cauſſæ dumtaxat, non autem vt exceptio habeatur pro probata in præiudicium partis aduerſæ, quia iniquitas iudicis non debet nocere parti, & latius * ibidem, ſed intricate Dec. *num.10.* & de communi * opin. teſtatur Abb. *vbi ſupra*, & Card. Alex. *ibidem ſub nu. 4. fall.8.* Et quod appellatio in caſu huius declarationis operetur deuolutionem, & reuocationem attentatorum refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p.2. c.12. de attent. & innou. appell. pend. limit.1. princ. num.38. 39. et 44. tom.5. fol.359.*

Ratio quare appellationis in caſu huius declarationis operetur etiam reuocationem attẽtatorum eſt, quia per iuſtificationem appellationis iuriſdictio iudicis, à cuius interlocutoria eſt appellatum, dicitur ſuſpenſa: vnde ſtante ſuſpenſione oriuntur attenta, *Lancell. d. limitat. 1. princ. n.36. & 37. fol.359*

71 Infero comprobando hanc declarationem, quod ſi reus opponat exceptionem peremptoriam, & offerat illius probationem debito tempore, & iudex non admittat, ſed immo ſtatim proferat ſententiam diffinitiuam

con-

contra reum, & reus appellet à diffinitiua, illa oblatio probationis non iuſtificat appellationem, quia, appellando à diffinitiua, intendit conſequi finalem effectum, & victoriam ipſius exceptionis, ideò oportet, quod illa probetur: ſecus tamen eſſet ſi primo appellaret à grauamine, & ſecundo à diffinitiua; tunc enim, ſi proſequitur cauſſam appellationis ab interlocutoria, diceretur iuſtificata appellatio, & ipſa ſententia diffinitiua veniret reuocanda per viam attentati, *Franch. in d. cap. interpoſita. ſub num. 4. limit. 8. colum. 4. in fine, & Card. Alex. ſub num. 4. fallen. 9. de appell.* & vide pro hac illatione reſtrictionem quintam *infra n. 81.*

72 Reſtringe I. eandem concluſionem huius ſecundi caſus, vt non procedat, quando oblatio probationis in continenti facienda eſt inutiliter facta, quia tunc appellatio à reiecta exceptione non dicitur iuſtificata; ſed debet probari veritas ipſius exceptionis, vt patet in ſeqq. exemplificationibus.

Ratio huius reſtrictionis eſt euidens, quia paria ſunt nullatenus eſſe, & eſſe inutiliter: ſed quando nullatenus offertur probatio, tunc appellatio non dicitur iuſtificata, Ergo neque dicitur iuſtificata quando inutiliter offertur.

73 Exemplifica I. hanc reſtrictionem in appellatione extraiudiciali, quia ex oblatione probationis non iuſtificatur cum non ſit, qui probationem poſſit recipere, quia in extraiudicialibus vel appellatur à parte, & pars non tenetur recipere probationes alterius partis, cum non ſit iudex, *Abb. in cap. interpoſita, num. 5. verſ. ſed quæro, Franch. ſub n. 4. limit. 5. col 4. Card. Alex. ſub num. 4. fallen. 6. col. 3. & Dec. num. 5. exempl. 1. & Felyn. in cap. 1. num. 2. verſ. dum dicit. ſignanter. de appell.* vel appellatur iudice, & is ſimiliter in extraiudicialibus non neceſſitatur recipere probationes, *Ant. de Butr. in d. cap. interpoſita, ſub n. 10. ibi, per hęc apparet quod in appellationib. extraiudicialibus, & Card. Alex. d. fal. 5.*

74 Infero ex hac exemplificatione, quod coram mero executore non dicitur iuſtificata appellatio ex ſola oblatione probationis, quia executor non tenetur recipere probationes, quando procedit, vt merus executor, *Franch. in d. cap. interpoſita, ſub n. 4. limit. 5. in fine, & Dec. nu. 7. exempl. 2. de appell.*

75 Exemplificata II. quando appellatur in abſentia iudicis, quia tunc nõ eſt qui recipiat oblatam probationem, & conſequenter oblatio probationis non iuſtificat appellationem, *Abb. d. cap. interpoſita, ſub num. 5. fallent. 2. Franch. ſub n. 4. limit. 6 col. 4. Card. Alex. fallen. 7 ſub n. 4. & Dec. n 8. exempl. 3. de appell.*

76 Reſtringe II. in omni caſu, quo iudex poteſt reſeruare exceptiones oppoſitas ad merita cauſæ; quia tunc licet opponens exceptionem offerat incontinenti illius probationem, & à reiectione appellet, tamen ex hoc ſolo nõ dicitur iuſtificata appellatio, *Franch. in d. ca. 70. interpoſita, ſub n. 4 lim. 2. & Card. Alex. ſub n. 4 fallen. 2. & 3. col. 3. de appell.* qui ponunt exemplum, quãdo opponitur exceptio contra teſtem, quod ſit infamis, ſeu criminoſus, & offertur probatio incontinenti, quia tunc ſi iudex non admittat, & propter hoc appelletur; debet probari in cauſſa appellationis de veritate ipſius exceptionis, nec ſufficeret tunc obtuliſſe probationem: & ratio eſt, quia iudex, ſi vult, non tenetur recipere à principio probationes contra perſonas teſtium, ſed poteſt eas reſeruare in tempus publicationis teſtium.

77 Infero extendendo hanc reſtrictionem, quod ex ſola oblatione probationis in continenti faciendæ non iuſtificatur appellatio, quoties exceptio probanda relinquitur arbitrio iudicis, an ſit admittenda vel non admittenda, quia in iure non ſit determinatum: quare veritas ipſius exceptionis adhuc erit probanda in cauſſa appellationis, *Franch. in c. 70. interpoſita, ſub n. 4. limit. 4. & Card. Alex. ſub n. 4. fallen. 4. col. 3. de appellat.*

78 Reſtringe III. vt non procedat, quando is, qui oppoſuit exceptionem & obtulit eius probationem in continenti, appellauit à non admiſſa oblata probatione, ſed appellauit à non admiſſa exceptione, quia iſto caſu non dicitur ex ſola oblatione probationis iuſtificata appellatio ſecundum vnum intellectum, quem ad cap. ex parte refert Franch. *in cap. 70. interpoſita ſub n. 4. lim. 9. de appell.* quare admonet Franch. loco citato; ſis cautus, vt in appellatione exprimas cauſſam grauaminis, ſcilicet exceptionem & oblatam probationem non admiſſam.

79 Reſtringe IV. declarando, vt procedat quando oblatio probationis offertur incontinenti, ſicut declarat Ant. de Butr. *in d. c. interpoſita, ſub n. 10. col. 4. in fine, ibi. ſed eſt dubium qualis exigatur probatio. de appell.* & ibidem ex eo refert, & ſequitur Abb. *ſub n. 7. verſ. vlt. ſcias*, reprobata opinione Ioãnes And. qui requirit realem oblationem probationis: quare non eſt neceſſaria oblatio realis cum ſcripturis in ſacco, & teſtibus ad latus, ſed ſufficit oblatio verbalis, *vt ſcribit Ant. de Butr. vbi ſupra*, & ideo, vt dicit Abb. ſufficit, quod petat terminum breuiſſimum, & quod debeat offerri incontinenti, ſcribit Card. Alex. *ibidem ſub num. 4. fallen.* 11. vbi ſequitur opinionem Abbatis, & quod non ſit neceſſaria oblatio realis cum ſacco parato, ſed ſufficiat oblatio verbalis, reprobata opin. Ioannes Andr. adhærendo opinioni Antonij de But. refert, & ſequitur ibidem Franch. *ſub n. 4. limit.* 15

Secus tamen eſt, quando ſimpliciter offerretur probatio ſed non incontinenti, quia ex euiſmodi oblatione non diceretur iuſtificata appellatio, *Franch. in d. cap. interpoſita, ſub n. 4. limit. vlt. verſ. vltimo limita.*

80 Subreſtringe hanc declarationem, dum dicimus requiri oblationem probationis faciendæ incontinenti, alias ex oblatione ſimplici non iuſtificari appellationem; vt hoc ſit verum in caſibus, in quibus non debet admitti exceptio requirẽs altiorem, indaginem; ſecus autem ſi poſſit admitti exceptio requirens altiorem indaginem, quia iſto caſu ſufficeret oblatio ſimplex probationis; vt concordandos opiniones, bene declara Franch. *loco ſupra proxime citato.*

81 Reſtringe V. vt non procedat quando grauamen, retractatum propter iuſtificatam appellationem, eſt ſtatim recidiuum in priſtinum ſtatum ex iniuſtitia, nõ probata veritate, quia tunc appellatio non debet iuſtificari ex oblata probatione, vt circuitus euitetur, *Ant. de Butr. in cap. 70. interpoſita, ſub n. 10. fallen. 6. Franch. ſub n. 4. limit. 10. & apertius Card. Alex. ſub n. 4. fallent. 12. de appell.* ſed hanc reſtrictionem melius explicat *Gl. in c. 7. ex parte A. in verbo, teſte: idoneos, in fine de teſtibus*, dicens, quod licet appellans probet ſe cauſſam probabilem allegaſſe, ac eam ſe probaturum obtuliſſe: non tamen, inquit, debet propter hoc ſententia reuocari niſi probet, teſtes fuiſſe tales, vt allegabat, quia ſi caſſaretur eius ſententia, & poſtea non probaret, teſtes fuiſſe tales, prout dicebat, & offerebat ſe probaturum, iterum condemnaretur, & ſic rediret in priſtinum ſtatum, quare inquit, non debet caſſari ſententia, niſi probet primo, quod ante ſententiam probare tenebatur: ſed certe video, quod hæc reſtrictio eſt eadem declaratione, & illatione, de quib. ſupra.

82 Reſtrictiones ſeu limitationes, & fallẽtias alias videbis apud præcitatos Doctores, & præſertim Franch. *in d. cap. interpoſita, n. 4. vſque ad finem, verſic. in gloſ. in verbo, ſi offerens, & Card. Alex. n. 4. per totum de appellat.* qui collegerunt vſque ad ſexdecim limitationes: quarum tamen aliquæ videntur conculcate poſitæ.

83 Capio tertium effectum; quando appellans intendit conſequi reuocationem ſententiæ, & deciſiuam, ac finalẽ victoriam cauſſæ: & concludo, quod tenetur tam in appel-

appellatione à diffinitiua, quam in appellatione ab interlocutoria probare de veritate, & ſic iuſtificare cauſſam appellationis; quia non ſufficit obtuliſſe probationem coram iudice a quo, *teſtibus Ant. de But. Franc. Abb. & alijs, quos retuli & ſequutus ſum ſupra n. 70. verſ. declara*, alias ſi non probet iniuſtitiam ſententiæ, lapſis fatalibus, ſententia ex ſolo lapſu fatalium tranſit in rem iudicatam, *vt retuli & ſequutus ſum infra q. 15. art. 8. n. 179. & 180. & q. 20. n. 8. verſ. & in hac concl.* nam licet initio ad introducendam cauſſam appellationis præſumatur pro appellante, & ſic pro appellatione contra ſententiam, tamen in fine eſt fauendum ſententiæ, & iudicandum pro ſententia, *vt retuli, & ſequutus ſum infra q. 17. ampl. 14. n. 63. verſ. minus.* Quare debet appellans vel ex ipſis actis factis in prima inſtantia, vel ex actis faciendis in ſecunda probaſſe iniuſtitiam ſententiæ, & conſequenter iuſtificaſſe appellationem.

Octauum dubium. *Nunquid appellatio poſſit iuſtificari ex alia cauſſa, quam ex expreſſa in appellatione.*

84 Reſp. diſtinguendo duas ſpecies principales appellationis.

Prima ſpecies eſt appellatio a diffinitiua.

Secunda ſpecies eſt appellatio ab interlocutoria.

In Prima ſpecie concludo, poſſe appellationem iuſtificari etiam ex alia cauſſa, quam ex expreſſa, atque tam ex noua cauſſa, quàm ex nouis probationibus, *Franc. in cap. 58. cum in Eccleſiis, nu. 6. de appell.* & quod appellans à diffinitiua poſſit in cauſſa appellationis proſequi aliam cauſſam, quam expreſſam in appellatione, ſcribit Guid. Pap. *tract. de appell. q. 117. ſub n. 78. & 79. tom. 5. fol. 60.* & quod ſi in libello appellationis ſit expreſſa vna tantum cauſſa, & poſtea probetur de alia cauſſa, hoc ſufficiat in libello appellationis a diffinitiua, ſcribit Franch. *in c. 58. per tuas, ſub n. 5. ibi, ſed dubitatur, de appell.* & quod appellatio à diffinitiua poſſit iuſtificari ex nouis cauſſis, & nouis probationibus, quia dicit appellans, non probatum probabo, & non producta producam, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur. n. 159. in 3. differentia fol. 481.* & adde, quæ ſcripſi *ſup. n. 22. & infra n. 102.*

Ratio poteſt eſſe, quia expreſſio cauſſæ in appellatione a diffinitiua non eſt neceſſaria, *teſtibus Specul. Arch. Abb. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum ſup. q. 4. ſub n. 25.* ergo licet fuerit expreſſa, tamen non arctabit.

85 Extende hanc concluſionem, vt habeat locum etiam in appellatione ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, quia poteſt iuſtificari etiam ex alijs cauſſis, quam ex expreſſis in ea, cum reguletur ſecundum naturam diffinitiuæ, ideoque in ea non eſſe aliquo modo neceſſariam cauſſæ expreſſionem, retuli & ſequutus ſum *ſupra quæſt. 4. art. 4. num. 28.*

Declara & intellige iſtam concluſionem, & eius extenſionem, iuxta ea quæ ſcripſi *ſupra art. 3. num. 29. verſ. declara.*

86 Reſtringe eandem concluſionem, vt non procedat in ſententia diffinitiua, lata in cauſſa poſſeſſionis momentaneæ, quia appellans non poteſt proſequi aliam cauſſam, quam expreſſam in appellatione, *Contar. in l. vnica, q. 2. ſub num. 1. verſ. contrarium, & num. 2. et ſeqq. C. ſi de mom. poſſ.*

Ratio eſt quia licet ſententia, lata ſuper momentanea poſſeſſione, dicatur diffinitiua, *vt retuli & ſequutus ſum infra q. 17. limit. 6. princ. memb. 3. nu. 5.* tamen habet naturam interlocutoriæ in hoc, quod in ea admittitur appellatio, ſi in ea ſit inſerta iuſta cauſſa, *vt retuli et ſequutus ſum ead. limit. 6. memb. 3. n. 6.*

Infero ex hac reſtrictione, eiuſque ratione, poſſe tentari, quod de iure ciuili appellatio, interpoſita ſine expreſſione iuſtæ cauſſæ a ſententia, lata ſuper poſſeſſione momentanea, ſit nulla, *per ea, quæ dixi ſupra quæſt. 4. num. 30.* vbi dixi, appellationem ab interlocutoria ſine expreſſione cauſſæ eſſe nullam: ſed appellatio ſuper momentanea poſſeſſione habet naturam interlocutoriæ, *vt dixi hic.* Ergo.

Contra tamen iſtam limitationem dubito ex eo, quod ſententia lata contra notorium, puta contra confeſſum, eſt diffinitiua, & ab ea non admittitur appellatio, niſi ſit in ea expreſſa rationabilis cauſſa, & tamen appellatio in ſe eſt valida, quamuis cauſſa non ſit expreſſa, vide *infra q. 17. limit. 4. n. 55.*

87 In Secunda ſpecie, videlicet in appellatione ab interlocutoria mera, concludo debere iuſtificari ex cauſſa nominatim in ea expreſſa: quare appellans non poteſt proſequi alias cauſſas, quam expreſſas in appellatione, text. eſt *in clem. appellanti, de appell.* & ſcribunt *Bar. in l. 4. eius qui, not. 3. nu. 3. ff. de app. recip. vel non, Franch. in c. 18. conſuluit, il 2. num. 1. et 2. & in c. 58. per tuas, ſub num. 5. ibi, ſed dubitatur, et in c. 62. cum cauſſam, in fine, & in c. 59. vt debitus, q. 13. num. 24. vbi late Card. Alex. n. 40. verſ. qualis autem, & numer. 41. verſ. ſtat ergo, iuncto verſic. cum ergo, num. 35. in fin de appell. Guid. Papien. tract. de appell. quæſt. 117. nu. 78. in fin. tom. 5. fol. 60. Rebuff. tract. de appell. art. vlt. gloſſ. vna, num. 2. tom. 3. fol. 534.* Et quod appellatio ab interlocutoria non poſſit iuſtificari, niſi ex eiſdem cauſſis antiquis, & in appellatione expreſſis, & nihil de nouo produci poſſit, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 159. in tertia differentia, fol. 481.*

88 Amplia I. hanc concluſionem, vt ſit vera etiam de iure ciuili, *Franch. in c. 59. vt debitus, quæſt. 13. ſub num. 24. de appell.*

Amplia II. vt quamuis appellans ab interlocutoria, vno, vel duobus grauaminibus in appellatione expreſſis, addat clauſulam generalem (*& ab omnibus alijs grauaminibus, quæ poſſunt colligi ex actis, ſeu proceſſu cauſſa*) tamen adhuc non poterit proſequi, niſi cauſſas grauaminis, in appellatione nominatim expreſſas, & dicta clauſula generalis nihil operatur, *Franch. in c. 1. nu. 6. verſus finem de appell. in 6.* & ita fuit deciſum per omnes Dominos de Rota *dec. 2. alias 7. ſi appelletur, ſub n. 1. de appel. in nou.* Et ratio eſt, quia requiritur expreſſio cauſſæ nominatim in ſpecie, & expreſſio generalis per relationem ad acta non ſufficit, teſtibus Franch. Mãra. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum *ſup. q. 4. n. 31.*

89 Amplia III. vt non ſolum debeat iuſtificari ex cauſſa nominatim expreſſa in appellatione, *vt dixi*, ſed debeat etiam iuſtificari ex eiſdem actis: non enim poteſt iuſtificari ex cauſſis non deductis coram iudice a quo, quia interlocutoria poteſt impugnari ſolum ex primis actis; *Bart. in d. l. 4. eius qui, q. 4. n. 8. Franch. in d. c. 59. vt debitus, q. 13. ſub n. 24. & Card. Alex. n. 51. verſ. circa duodecimum, de appell. Maran. in ſuo ſpec. part. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 163. verſ. ſecundam regulam, fol. 482. Henric. Bouer. ſing. a. n. 1. tit. de appell. lib. 1. fol. 203. col. 4.* & facit, quod ex Crauet. retuli, & ſequutus ſum *lib. prac. c. 7. n. 167.* vbi dixi, articulos non eſſe recipiendos in cauſſa appellationis ab interlocutoria.

90 Declara hanc concluſionem, ſic ampliatam, vt quamuis in appellatione ab interlocutoria ſint expreſſæ plures cauſſæ grauaminis, tamen non eſt neceſſe, quod probentur omnes, ſed ſatis erit probare, & iuſtificare vnam ſolam ſufficientem cauſſam ex expreſſis, etiam ſi appellans copulatiue omnes expreſſerit, & ſine clauſula (*non tamen ſe adſtringens*) adhuc enim ſatis erit, quod probetur vna ſufficiens ex expreſſis, *Franch. in d. c. 59. vt debitus, q. 16. n. 27. de appell. & in c. 1. n. 8. in fi. verſ. & aduerte, de appell. in 6. & Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. et innou. appell. pend. limit. 1. nu. 43. tom. 5. fol. 359.*

91 In-

91 Infero ex eadem ampliatione, quod illa regula; non probatum probabo, & non deductum deducam; non habet locum in appellatione ab interlocutoria, *Bart. in l. 7. an prator. n. 4. verſ. item ex prædictis nota. ff. de min. viginti quin. ann. & Franch. in d. c. vt debitus. q. 13. n. 24 de appell.*

Quare ſi procurator, producens mandatum inſufficiens, fuerit à iudice repulſus, & ipſe procurator appellet, & velit cauſſam appellationis iuſtificare, producendo aliud mandatum ſufficiens, quærit *Bald. in l. 4. per haut, n. 32. verſ. quærit Cyn. C. de temp. appell. an poſſit*; & dicit, quod forte ſic de iure ciuili, ſed quod tamen tutius eſt tenere contrarium per d. clemen. *appellanti*, a me citatam *ſupra n. 87.* quia inquit, iudex appellationis non debet eſſe protector culparum.

92 Limita I. eandem concluſionem, & illationem, vt non procedat, quando noua cauſſa ſuperueniret de nouo, quia tunc non poteſt imputari appellanti, quod eam non deduxerit in appellatione, *Card. Alex. in c. 59. vt debitus, ſub n. 51. fallen. 1. de appell. & Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur. nu. 165. fol. 482.* maxime ſi illa cauſſa ſuperueniſſet facto appellati, *Card. Alex. vbi ſupra.*

93 Limita II. quando interlocutoriæ executio continet damnum irreparabile, quia poterit appellatio iuſtificari etiam ex nouis cauſſis, *Card. Alex. d. n. 51. fallen. 2. & Maran. in d. verbo, & quando appellatur, limit. 6. n. 169.*

94 Limita III. quando iudex a quo noluiſſet admittere probationes, quia tunc poterunt deduci in cauſſa appellationis, *Card. Alex d. n. 51. fallen. 3. & Maran. in dict. verbo, & quandoq; appellatur. n. 166. lim. 3. fol. 482.*

95 Limita IV. dum dicimus, appellationem ab interlocutoria poſſe iuſtificari ſolum ex cauſſa expreſſa, quia poterit tamen iuſtificari ex nouis, & diuerſis probationibus dummodo illæ probationes concludant ad probationem cauſſæ expreſſæ in appellatione, *Franc. in c. 38. cum in eccleſia n. 5. de app. & Maran. ſuo ſpec. p. 6. act. 2 princ. in verbo, & quandoque appellatur, n. 164. verſ. ſecundam regulam, fol. 482.*

96 Limita V. in appellatione ab interlocutoria, lata contra abſentem, quia poteſt iuſtificari ex nouiter deducendis, *Card. Alex. in c. 59. vt debitus, ſub n. 51. fallen. 4. de appella. & Maran. vbi ſupra n. 168. limit. 5.*

97 Limita VI. quando appellatum eſſet ab interlocutoria, & iudex a quo, non obſtante appellatione, proceſſiſſet ad ſententiam diffinitiuam; quia iſto caſu appellatio interpoſita ab interlocutoria ſuſcipit naturam appellationis a diffinitiua, *Card. Alex. ſub d. n. 51. fallent. 5.* adde quæ ſcripſi ſupra *ſub n 45. in prima & ſecunda extenſione, & ſub n. 55. verſ. infero.*

98 Limita VII. quando eſſe appellatum à diffinitiua; & cum ea fuiſſet ſimul lata interlocutoria, vel paulo prius, ita quod non tranſeat in rem iudicatam ante appellationem a diffinitiua, quia iſto caſu illa interlocutoria non præiudicat, & in appellatione à diffinitiua includetur reuiſio interlocutoriæ, & admittentur nouæ allegationes, & nouæ probationes, *Felin. in c. 15. quoad conſultationem, concluſ. 13. n. 33. de ſent. & re iudic.* & quod in appellationis cauſſa a diffinitiua poſſit ex nouis cauſſis, & probationibus reparari grauamen illatum per præcedentem interlocutoriam, ſcribit Maran. *dict. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, n. 167. limit 4. fol. 482.*

Adde pro pleniori intelligentia huius limitationis ea, quæ ſcripſi *ſub num. 45. in prima, & ſecunda extenſione, & num. 55*

99 Limita VIII. in interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, quia poteſt iuſtificari ex nouis actis, *Maran. vbi ſupra limit. 7. n. 170. fol. 483.*

100 Limita IX. in allegationibus iuris, quia poſſunt deduci in cauſa appellationis ab interlocutoria, quamuis non fuerint deductæ ante interlocutoriam, *Card. Alex. d. c. vt debitus, n. 51. fallen. 6. de appell.*

De his limitationibus multa ſcribit Breder. *trac. de appell. p. 1. tit. 20. col. 463. & ſeq. vſq. ad col. 466. incluſiue.*

¶ Nonum dubium. *An poſſint examinari teſtes in cauſſa appellationis.*

Reſpondeo diſtinguendo duos caſus.

101 Primus caſus eſt, quando appellatur ab interlocutoria: & iſto caſu an, & quando poſſint admitti probationes dixi *ſupra n. 87. & ſeqq.*

102 Secundus caſus eſt, quando appellatur a diffinitiua: & iſto caſu concludo, quod teſtes poſſunt examinari in cauſſa appellationis, & moueor, quia appellatio a diffinitiua poteſt iuſtificari etiam ex nouis cauſſis; *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 84.* quia in cauſſa appellationis dicimus, non probatum probabo, *Anch. in clem. vnica not. 4. n. 6. de cauſ. poſſ. & propriet. Greg. Toloſ. tract. de appell. lib. 6. c. 15. ſub n. 1. verſic. prima erit, Franch. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 3. ſub num. 2. verſ. fuit etiam, & Maran. quem retuli, & ſequutus ſum ſub d. num. 84. in fin.* & hæc eſt

* concluſio indubitata, * quam multipliciter exemplificat Felin. *in c. 10. cum Ioannes n. 17. de fid. inſtru.*

103 Amplia declarando hanc concluſionem, vt procedat, quando in principali cauſſa non fuit facta publicatio, vel ſi fuit facta, probatur, quod pars non fuit per omnia ſtatus atteſtationes, quia tunc indifferenter admittuntur teſtes, *Mar. Socc. in c. 17. fraternitatis, artic. 10. princip. membr. 1. ſub n. 11. de teſtib. inter tractat. diuerſ. tom. 4. fol. 197.* & hãc ampliationem ſeruat Curia, quia eius ſtylus eſt, vt teſtes in cauſſa principalis non publicentur, *Socc. vbi ſupra, & Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 1. n. 4. verſ. quod ſi probatio, fol. 179.* dicens, quod ſi probatio conſiſteret in teſtibus, & depoſitiones teſtium retineantur ſub ſecreta cuſtodia, tanti cauſſarum patroni in Rom. Curia non ſolent petere vt publicentur, niſi in tertia inſtantia, & tunc quoque niſi cum ipſa tertia ſententia immineret, & hoc vt facultas non probata probandi conſeruetur vſque ad finem; quod & nos aduertimus *libr. præced. cap. 12. n. 4.*

104 Subamplia comprobando fortius ampliationem, vt procedat etiam ſi teſtes venirent examinandi ſuper omnino eiſdem, vel directo contrarijs, quia adhuc, remota ſcientia teſtificatorum, poſſent examinari, vt diſputando concludit Maria. Socc. *d. artic. 10. memb. 1. n. 108. & ſeqq. vſque ad n. 112.*

Confirmatur primo hæc ſubampliatio ex text. *in clement. 2. de teſtibus*, a contrario ſenſu; nam prohibetur examen teſtium ſuper articulis de directo cõtrarijs poſt publicatas atteſtationes, & ita loquuntur DD. *in d. c. fraternitatis, de teſtib.* Ergo ante proceſſus publicationem examen eſt permiſſum.

Confirmatur ſecundo hæc ſubampliatio ex his, quæ ſcripſi *lib. præced. c. 7. q. 35. n. 779. & ſeqq.* in quib. firmaui, quod reus, viſa etiam copia articulorum actoris, poteſt dare articulos de directo contrarios.

Confirmatur tertio, quia; ſi teſtes non ſint examinandi ſuper eiſdem, vel de directo contrarijs, ſed ſuper dependentibus; poſſunt examinari etiam poſt dicta teſtificata, *vt dixi n. ſeq.* Ergo vt ignorantia teſtificatorum aliquid operetur, debemus dicere, quod non didicitis teſtificatis, poſſunt examinari etiam ſuper eiſdem, & de directo contrarijs.

105 Amplia II. vt poſſint examinari etiam ſi in prima inſtantia fuerit facta concluſio in cauſſa: & moueor, quia & ſi concluſio in cauſſa ſit renunciatio omnibus probationibus, vt ex pluribus retuli; & ſequutus ſum *lib. præced. c. vlt. n. 16.* tamen concluſio facta in cauſſa principali non extenditur ad cauſſam appellationis, *teſtibus Abb. Io. de Graſſ. & Bald. Peruſ. quos retuli, & ſequutus ſum d. cap. 12. num. 3. Anch. in clem. vnica. not. 4. numer. 6. de cauſ. poſſ. & propr.*

propr.& Rol.à Vall.conſ.94.præſuppoſita,n.13.lib.1.

Amplia III. vt ſuper articulis nouis dependentibus, ſeu incluſis in articulis antiquis, poſſint examinari etiam poſt publicationem, & didicita teſtificata, vt declarat Mat.Socc. *in d.c.fraternitatis, art.7.princ.nu.65. verſus finem, verſ.ſecundo caſu,& n.66.& ſeqq.de teſtib.inter tract. diuerſ.tom.4.fol.*194. vbi ponit multa exempla, in quibus teſtes etiam poſt didicita teſtificata poſſunt examinari, ſuper articulis nouis, qui comprehenduntur ſub antiquis de neceſſitate facti; vide eum.

Amplia IV. vt nedum appellans ſed etiam appellatus poſſit examinare teſtes, quia regula, non deductum deducam, & non probatum probabo, habet æque locum in vtroque, *Felin.in c.10.cum Ioannes,n.18.de fid.inſtr.*& hęc ampliatio nullam habet difficultatem.

106 Limita I. eandem concluſionem, vt non procedat poſt publicatas atteſtationes, quia tunc non poſſunt examinari teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel de directo contrarijs, *d.c.fraternitatis,& ibi Gl.& cæteri Canoniſtæ,de teſtib. Affl.dec.216.quotidie,n.1.late Gabr.in concl.lib.1.tit.de teſtib.concl.21.n.1.& ſeqq.in noſtris terminis,n.2.ampl.7.*

Sed quia hæc limitatio requirit longum ſermonem, cum habeat multas extenſiones, ſeu ampliationes, de quibus Gabr. *in d.concl.21.n.1.& ſeqq.*& multas recipit ſublimitationes, de quibus Mar.Socc. *d.c.fraternitatis, art.11. princ.n.133.& ſeqq.fol.198.& ſeq.* vbi congeſſit quinquaginta quatuor caſus, *Gabr.d.concl.21.à n.18.per totam vſque ad n.149.* vbi cumulauit ſeptuaginta & vnam ſublimitationes, ideo ſufficiat hic dixiſſe neceſſaria, cum ſperem, Deo adiuuante, totam materiam proſequi *c.ſeq.* vbi reaſſumam quæ in iſta materia ſcripſi *lib.præced.c.3.n.127.et 128.& c.8.nu.220.& ſeqq.*& diſcutiam de intellectu ſtatutorum vrbis *lib.1.c.183.* vbi permittitur poſſe in cauſſis appellationum induci teſtes de nouo repertos, & examinari tam ſuper articulis datis in prima inſtantia, quam ſuper alijs de nouo dandis.

107 Declara ſolum hic hanc limitationem, vt ſola publicatio teſtium non impediat productionem aliorum teſtium niſi ſint etiam didicita teſtificata, vide *lib.præced. c.8.n.123.*

108 Subdeclara I. vt teſtificata dicantur didicita, quando in prima inſtantia fuit facta publicatio teſtium, & decreta copia, etiam ſi non conſtaret de datione copię, & pars iuraret, ſe illam non habuiſſe, *vt retuli,d.c.8.n.224.* & latius proſequar *c.ſeq.*

109 Declara II. vt ſi eſſet facta publicatio teſtium, & decreta copia, & tamen conſtaret, quod pars non didicerit teſtificata, ad producendum alios teſtes, *vt retuli,& ſequutus ſum d.c.8.n.125.& latius c.ſeq. num...*

110 Subdeclara III. vt non dicantur didicita, quando perfunctorie tantum quis atteſtationes legiſſet, *vt retuli, & ſequutus ſum d.c.8.n.226.& latius, c.ſeq. n...*

111 Subdeclara IV. vt publicatio non ſit neceſſaria, quia ſufficit ſola ſcientia teſtificatorum, etiam non facta publicatione, Mat.Socc. *d.c.fraternitatis, num.46.verſ.circa ſecundum, de teſtib.tom.4.fol.193.* dicens, quod ſola ſcientia teſtificatorum excludit quem a poteſtate producendorum teſtium, & Gabr. *in concl.lib.1. titul.de teſtib. concl.21.n.32.declar.2.* dicens, quod in omni caſu, in quo quis præſumitur didiciſſe teſtificata, impeditur facultas producendi teſtes.

Limita II. vt non procedat ſuper capitulis omnino nouis, quia ſuper eis non poſſunt examinari ſiue teſtes, ſint publicati, ſiue non, & ſiue teſtificata ſint dedicita, ſiue non, quia tales articuli, ſeu capitula vti impertinentia, ſunt omnino reijcienda, ſecundum ea quæ ſcribit Marſ. Socc. *in d.c.fraternitatis, art.5.princ.num.63.de teſtib.inter tract.diuerſ.to.4.fol.194.* & quod iudex appellationis non debeat admittere impertinentiam ad cauſſam, neque nouum capitulum, ſcribit Guid.Pap. quem retuli, & ſequutus ſum *infra q.17.limit.21.nu.51.* vbi videas; nam ſi ſunt impertinentia, reijcerentur etiam in prima inſtantia, vt retuli, & ſequutus ſum *lib.præced.c.7.n.91.& ſeqq.*

Declara hanc limitationem, quando articuli in cauſſa appellationis dicantur omnino noui, & quando non, prout declaraui ſupra *art.3.n.28.& ſeqq.*

An & quando articuli obiectiui dati ab appellante ſint admittendi vide *lib.præced.c.7.n.314.& ſeqq.*

Decimum articulum. *Qualiter iudex appellationis debeat ferre ſententiam.*

112 Reſp. conueniunt omnes; quod forma in ſumma ſit iſta, *Sententiamus fuiſſe iuſte pronunciatum*, vel, *ſententiamus fuiſſe iniuſte pronuntiatum.* Gloſ. *in l.6.eos,in verbo,vel iniuſtam,Bal.n.5.verſ.modo venio,& Paul.de Caſtr.n.4.C. de appell.& conſult.Abb.in c.16.ſicut,nu.12.de ſent.& re iud.Felyn.in c.10.cum Ioannes nu.13.& 14.de fid.inſtr.*& per extenſum ponit Papien. *in pract.in form.ſent.in cauſ. appell.fol.425.& Rebuff.tract.de app.art.12.gl.vna,n.1.to.3.fol.513.*& ſatis probatur ex *d.l.6.eos,in fin.principij*; vel poteſt pronunciare, bene, ſeu male appellatum, & horum alterum ſufficit, quia verbum abſoluo, vel condemno reſultat in conſequentiam, *Card.Alex.in rubr.n.83.et 84.de appell.*

Et ſi parti non ſit ſatisfactum, dicendo bene, vel male iudicatum, debet addere pro caſus neceſſitate, & contingentia, *Rebuff.tract.de appell.art.vlt.gl.vna,n.32.to.5.fol. 537.& d.art.12.gl.vna,n.2.et ſeq.& n.17.fol.513.*

Sed nunquid hæc formula ſit ſubſtantialis, vt, ea omiſſa, ſententia reddatur nulla?

Videtur dicendum, quod ſic, ſecundum ea, quæ adducit Put. *deciſ.184.Io.Solano lib.2.* dicens, fuiſſe oppoſitum de nullitate ſententiæ eo, quod non confirmando, nec infirmando primam ſententiam pronuntiauerat; nam, cum eſſet iudex in ſecunda inſtantia non poterat pronuntiare in prima, ſed debebat, inquit, pronunciare ſententiam iuſtam, vel iniuſtam.

Contrarium, quòd enim non ſit forma ſubſtantialis, tenet Paul.de Caſtr. *in d.l.eos,ſub n.7.*& idem videtur ibidem apertè ſentire Bal. *ſub n.6.*& ita videtur de aperta mente Felyni *in d.c.cum Ioannes,n.13.* dum ſcribunt, quod iudex poteſt primam ſententiam reformare, declarando melius iura partium, & quod poteſt condemnare, vel abſoluere etiam ex primis actis; & bene declarat Rebuff. *d. art.vlt.gl.vna,n.33.& ſeqq.fol.537.*

Quare ſatis eſt, quod iudex appellationis faciat mentionem de ſententia lata, & quòd aperiat ſe eſſe iudicem appellationis illius ſententiæ, & in reliquis debet iudicare condemnando, vel abſoluendo, aut reformando, aut declarando, prout iuſtitia & iura partium exigunt: & ita ſeruatur, quia in hoc non ſunt pręſcripta verba formalia, ſed ſufficiunt quæcunque æquipollentia.

Nunquid etiam, ſi pars pluries appellauerit, vel plura ſint grauamina, iudex appellationis poſſit ſimpliciter pronuntiare, bene vel male appellatum; an vero debeat pronunciare, & dicere, *in omnibus et per omnia bene, ſeu male appellatum*, vel pronuntiare ſigillatim ſuper qualibet appellatione.

Reſp. quod debet pronuntiare iſtis vltimis modis; & non ſimpliciter, alias perperam iudicaret, *Rebuff.tract.de appell.art.12.gl.2.n.11.et 12.tom.3.fol.354.*

Aduerte tamen tu qui es iudex appellationis, & vis reformare ſententiam iudicis a quo, quia debes quantum poteſt conſulere honori, & famæ iudicis a quo ſine damno partium, argumento textus *in c.59. vt debitus, de appell.*& ideo, reformando, impugnando, ſeu reuocando illius ſententiam, debes exprimere cauſſas, quibus moueris ad reformandũ, *Papien.in pract.in for.appel.a ſent.diffin.in gl.cauſſis et rationib.n.1.f.426.* quare debet iudex appella-

Digitized by Google

tionis declarare, quod reformat, ſeu reuocet illius ſententiam ex nouiter productis, vel deductis, & probatis coram ipſo iudice appellationis, ſi ita ſit, vt bene cõſiderant Franc. in d. c. vt debitus, ſub n. 6. de appell. & Rebuff. d. art. 12. gl. vna, n. 19. to. 3. f. 514. & hæc eſt concluſio communis,* quam ego vidi ſeruaram a bonis iudicibus; & qui aliter ſeruant non ſunt laudandi.

Ratio huius concluſionis eſt, quia iudex ratione iuriſdictionis dicitur eſſe in dignitate, & ratione dignitatis lex ſemper præſumit pro ipſo iudice: vnde præſumitur pro eius ſententia & pro omnibus geſtis ab eo, Franch. vbi ſupra, & conſequenter debet exprimi cauſſa, ſtante hac præſumptione.

113 Reſtringe eãdem communem concluſionem, vt non procedat, quando iudex appellationis confirmat ſententiam iudicis, quia tunc non tenetur cauſſas exprimere, Addi. ad prac. Pap. in d. gl. cauſſis & rationib. in prima add. f. 427. & ratio eſt euidens, quia ex ipſa confirmatione cõſultum eſt iudicis honori, prout neque tenetur exprimere, quando infirmat ex primis actis, quia tunc non poteſt haberi ratio de honore iudicis, Felyn. in c. 10. cum Ioannes, n. 16. in fine de fid. inſtr.

¶ Vndecimum dubium. *An iudex appellationis poſſit confirmare ſententiam nullam, pronuntiando ſuper negotio & cauſſa princ.*

114 Reſp. conſtituendo regulam, quòd poteſt, Bar. in l. 19. ſi expreſſ. n. 14. in fi. & n. 15. ff. de appel. & relat. & in l. 4. ſi vt proponis, n. 3. in fi. & n. 4. C. quom. & quand. iud. Paul. de Caſt. in l. 12. ſi conſtat. ſub n. 1. ff. de appell. & relat. dicens quòd appellatio deuoluit totam cauſſam ad ſuperiorem, Alex. conſ. 79. proſpectis verbis, n. 2. lib. 2. Abb. conſ. 97. attingam, n. 1. lib. 1. & quod ſententia nulla, dummodo ſit iuſta poſſit confirmari, ſcribunt Cæl. de Graſſ. dec. 9. alias 37. opponebatur, num. 11. de cauſ. poſſ. & propr. fol. 52. Vant. tract. nullit. rubr. vlt. nu. 129. verſ. erit etiam conſil. to. 4. fol. vlt. dicens, quod præſuppoſito quod ſentẽtia prima foret nulla, puta quia eſt lata abſq; citatione, vel in die feriato: ſi tamẽ, inquit, conſtaret, eandem quod cauſſæ merita in ſe iuſtitiã cõtinere, poterit a iudice appellationis, ſeu nullitatis in parte, vel in toto quoad merita, & negotiũ principale confirmari vel reformari, Gail. in pract. obſer. l. 1. obſeru. 84. ſub n. 3. & 4. Ruginel. tract. de appel. §. 11. gl. 1. c. 1. n. 35. & hanc eſſe communem* opin. teſtãtur & ſequuntur Alex. conſ. 111. viſo themate, n. 2. verſ. ad quod oſtendẽdum, lib. 5. Rip. in l. 14. quod iuſſit, ſub n. 69. ibi. vltima fuit opinio, ff. de re iudic. & Hier. Gabr. in conſ. 49. ſi ſententiam, n. 4. in fine, & n. 5. lib. 1. & eſſe cõmunem* opin. quod iudex appellationis, quando ſibi conſtat de iuſtitia ſententiæ, quæ eſt nulla ex parte actoris, quia acta ſunt inualide geſta, poſſit illam non ſolum reformare, ſed etiam confirmare, teſtatur & ſequitur Put. deciſ. 60. in cauſſa Meſſanen. lib. 3. & hanc pro concluſione ponit Paul. Granut. theor. 17. in prin. & receptiſſimam teſtatur ibidem n. 1. & quod iudex appellationis poſſit ſine dubio confirmare & reformare ſententiam nullam, ſcribit Alex. conſ. 53. quæritur an ſtante, n. 2. lib. 5. & loquendo de ſententia nulla ob non præſtitum iuramentum calumniæ, ſcripſi lib. præced. c. 1. n. 90. Et quod appellatio a ſententia nulla deuoluat cognitionem cauſſæ ad iudicem appellationis adeo, quod poſſit pronuntiare non ſolum ſuper nullitate, & validitate appellationis, ſed poſſit etiam pronuntiare ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia, & confirmare, ſeu reformare ſententiam, ſcribit Alex. quem retuli & ſequutus ſum infra q. 17. limit. 19. ſub n. 10. verſ. ſecundus effectus.

115 Extende I. hanc regulam, vt habeat locum etiam ſi ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, vt puta, quia ſit lata a iudice incompetenti, quia nihilominus ſententia iudicis appellationis confirmantis illa eſt valida, & niſi ab iſta confirmatoria appelletur, tranſibit in rem iudicatam, & dabit robur primæ ſententiæ adeo quod contra eam nihil dici poterit, ſi eius executio petatur, Alex. conſ. 111. viſo themate, n. 1. & ſeqq. lib. 5. Vant. tract. nullit. rubr. vlt. ſub n. 132. tom. 4. fol. vlt. Achil. de Graſſ. deciſ. 4. alias 216. ſententia confirmans, de ſent. & re iud. fol. 99. Praxis Curiæ Archiepiſc. Neap. cap. 70. not. 7. n. 16. & hanc eſſe communem opin.* refert, & ſequitur Paul. Granut. theor. 17. ſub n. 2. verſ. & in ſpecie, quem refert, & ſequitur Ruginel. tract. de appell. §. 11 gloſſ. 1. c. 1. n. 35. in fine, & ſcripſi d. c. 1. ſub n. 91. extenſ. 2.

Contra hanc extenſionem: quod enim iudex appellationis non poſſit confirmare ſententiam nullam ex defectu iuriſdictionis; tenent Guid. Pap. deciſ. 294. quæritur vtrum ſententia quæ nulla eſt, numer. 1. & 2. Pariſ. conſ. 107. non obſtat. num. 8. in fine lib. 4. Cravet. conſ. 270. in cauſſa communitatis, verſus finem, verſ quarto in terminis. & alij, quos citat, ſed non ſequitur Paul. Granut. d. theor. 17. n. 2. verſ. contrarium.

Huic opinioni contrariæ reſpondeo quod habet communem opin. in contrarium, quam eſſe & communem,* & veriorem teſtatur Granut. dict. theor. 17. numer. 2. in fine.

Contra eandem extenſionem opponitur, quia licet lex, ſeu ſtatutum prohibeat, dici, ſeu excipi de nullitate, tamen nunquam cenſetur excluſa nullitas, proueniens ex defectu iuriſdictionis, Card. Alex. Alexan. Gabr. & alij, quos retuli & ſequutus ſum infra q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 58. ergo nullitas ex defectu iuriſdictionis debet adhuc poſſe opponi.

Huic oppoſitioni reſpondet Alex. d. conſ. 111. n. 3. quod fallit, quando talis ſententia fuit confirmata, & a ſententia confirmante non fuit appellatum.

Retenta ergo extenſione.

116 Infero quod vbi ſententia nulla ex defectu iuriſdictionis fuerit confirmata a iudice competenti, & a confirmatoria non fuerit appellatum, non poterit amplius dici de nullitate ſententiæ cõfirmatæ, Paul. Granut. d. theor. 17. n. 5. quare non poterit amplius opponi de incompetentia primi iudicis, Ruginel. tract. de appell. §. 11. gloſ. 1. c. 1. n. 39.

117 Extende II. confirmando primam, vt procedat etiãſi vitium nullitatis non ſit remiſſibile a parte, quia iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam nullam, etiãſi vitium non ſit remiſſibile partibus, vt reprobata diſtinctione Cardinalis, & Decij ſcribunt Achil. de Graſſ. deciſ. 4. alias 216. ſententia confirmans, num. 2. de ſent. & re iud. fol. 99. & Gabr. conſil. 49. ſi ſententia vitium, ſub n. 5. lib. 1. quem etiam refert & ſequitur Paul. Granut. theor. 17. ampl. 3. n. 8.

118 Extende III. declarando, vt iudex appellationis poſſit expreſſe confirmare ſententiam nullam, dummodo ſententia, quam confirmat, non habeat expreſſum errorem, & haberet vim ex ſecunda ſententia; non ex prima Bar. in l. 1. in fine, C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. & dummodo in ſententia, qua iudex appellationis confirmat, ceſſet cauſſa nullitatis ſententiæ confirmatæ, vide infra n. 141.

119 Extende IV. vt habeat locum, quando vitium eſſet in ſententia, quia ſententia etiam nulla poſſet confirmari quando conſtaret de iuſtitia illius, A. M. Papaz. in addit. ad Rot. deciſ. 2. alias 33. quando, n. 39. de reſcrip. in non. Et quod, ſi defectus eſt in ipſa ſententia, ſeu in immediate concernentibus ipſam ſententiam tunc iudex appellationis poſſit per ſuam ſententiam confirmari eiuſmodi ſententiam nullam, ſcribit Paul. Granut. theor. 17. n. 9. & patet ex ſequentibus exemplis: & quod poſſit ſententiam reformare, teſtatur & ſequitur eſſe communem* opin. Alex. conſ. 79. proſpectis verbis, n. 1. lib. 2. quem refert & ſequitur Rol. a Val. conſ. 41. primo quidem, ſub n. 39. verſ. ſed vlterius, n. 40. lib. 1.

120 Exten-

120 Exemplifica I. iſtas extenſiones, quando ſententia eſt nulla eo, quod eſt lata in die feriato, vel parte non citata: nam iudex appellationis poteſt, conſtito ſibi de bono iure in negotio principali, eam confirmare, proferendo ipſe ſententiam die iuridico, & parte citata, Franch. in c. 63. dilecti, q. 41. ſub n. 94. verſus finem, de appell. Alex. conſil. 53. quæritur an ſtante, ſub n. 2. lib. 5. Vant. tract. nullit. rubr. vlt. n. 129. verſ. erit etiam conſilium, tom. 4. fol. vlt. & Ruginel. tract. de appell. §. 11. gl. 1. c. 1. ſub nu. 35. verſ. etiam ſi ſententia, et verſ. vel nulla. Et quod ſententia nulla defectu ordinis iudiciarij, quia fuit lata in die feriata, ſeu alio reſpectu, poſſit confirmari in cauſſa appellationis, ſcribit Abb. in conſ. 97. attingam. n. 1. lib. 1. & quod ſententia nulla ex defectu citationis poſſit confirmari in cauſſa appellationis, refert Paul. Granut. theorem. 17. n. 3. et n. 9. vbi idem dicit de ſententia, quæ ſit lata, iudice non ſedente pro tribunali, vel de nocte: adde omnino quæ ſcripſi infra q. 19. rem. 1. concl. 6. in fi. num. 114.

Ratio eſt quia cauſſa nullitatis primæ ſententiæ confirmatæ ceſſat in iſta ſecunda ſententia confirmante, Franch. vbi ſup.

121 Exemplifica II. in proceſſu & ſententia, qui poſt legitimam recuſationem ſunt nulli, quia nihilominus, dummodo ſententia ſit iuſta, poterit confirmari, vt teſtando de communi * opinione, ſcribit Lancel. tract. de atten. p. 2. c. 6. de attent. poſt recuſat. iudic. n. 53. tom. 5. fol. 341. quem refert & ſequitur Paul. Granut. theorem. 17. ſub n. 1.

122 Extende V. vt habeat locum etiam in iudice nullitatis, quia is etiam poteſt non ſolum pronunciare ſuper nullitate, ſed poteſt etiam ſententiare ſuper cauſſa principali, Bart. in l. 19. ſi expreſſim, ſub nu. 14. verſus finem, ibi. ſed ſi ſimpliciter, ff. de appell. & relat. & quod nullitas principaliter intentata deuoluat totam cauſſam, & negotium principale ad ſuperiorem, coram quo eſt deducta nullitas, ſcribit Franch. in c. 63. dilecti, q. 10. verſ. circa primum, n. 24. de appell. nam ſicut appellatio deuoluit totam cauſſam ad ſuperiorem, vt poſſit ſententiam reformare etiam ex noua cauſſa, ita etiam cauſſa nullitatis deuoluit totam cauſſam ad ſuperiorem, vt poſſit primam ſententiam reformare, Bart. in d. l. ſi expreſſim, n. 14. in fine, & num. 15. Alex. conſ. 79. proſpectis verbis, n. 2. lib. 2. Abb. Felyn. et Tiraq. quos retuli & ſequutus ſum infra qu. 19. rem. 1. concl. 6. n. 109. & quod cauſſa nullitatis deuoluat cauſſam iniquitatis, ſcribit Papienſ. in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſſ. fuiſſe & eſſe, ſub n. 8. fol 410. & quod ſententia nulla quoad merita cauſſæ poſſit confirmari à iudice nullitatis eſt communis * Doctorum opinio, quam refert & ſequitur Vant tract. nullit. rubr. vlt. nu. 132. tom. 4. fol. vlt. & eſſe magis communem * opin. quod iudex nullitatis poſſit confirmare ſententiam nullam, refert & ſequitur Paul. Granut. theor. 13. ampl. 2. num. 7. & quod cauſſa nullitatis non operetur effectum ſuſpenſiuum, niſi volente parte, cui negotij cognitio præiudicaret, ſcribit Veſtr. in prax. lib. 8. c. 1. n. 15. fol. 231.

123 Declara hanc extenſionem ad vſum praxis, dum loquitur de nullitate principaliter intentata, vt habeat locum coram ſuperiore, qui poſſit adiri per viam querelæ, quare iudex appellationum, qualis eſt Archiepiſcopus, qui non poteſt adiri, per viam querelæ, ſed ſolum per viã appellationis, non poſset cognoſcere de cauſsa nullitatis principaliter intentatæ, prætermiſso appellationis articulo, vide infra q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 85. & 86.

124 Declara II. obiter, vt hæc nullitas poſſit intentari etiam coram eodem iudice, qui ſententiam ipſam nullam tulit, vide infra q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 73. & 108.

125 Extende VI. explicando vlterius præcedentem, vt tunc præcipuè poſſit cognoſcere de cauſſa principali, & reformare ſententiam; quando dicens de nullitate ſententiæ, ſeu proceſsus petit in libello, ſententiam declarari nullam, & in melius reformari, quia tunc iudex nullitatis poterit cognoſcere ſuper cauſsa principali, & reformare ſententiam eo, quia ſuper hoc eſt aditus, Franch. in c. 63. dilecto, q. 10. ſub num 24. verſ. ſed aduerte quia Bald. de appel. & Rip. in l. 14 quod iuſſit, ſub n. 69. ibi. item intellige, ff. de re iud. vbi tamen malè videtur intellexiſse Franchum: & ita, formata aliter quæſtione, & recenſendo varia motiua, & opiniones, ſcribit breuibus verbis Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, il 2. q. 14. ſub nu. 12. ibi. ſol. aut eſt petitum hoc ſolum, ff. de pact. fol. 141. citatus ſimpliciter à Franch. vbi ſupra.

126 Subextende hanc extenſionem, vt procedat, quando peto principaliter, ſententiam ferri de nouo, quia prima fuit nulla: hoc enim caſu nullitas cognoſcitur incidenter, & ſuper hoc incidenti non eſt neceſse, quod pronuntietur nulla, Bar. in l. 4. ſi vt proponis, in fine ſub num. C. quom. & quand. iudex. & alij, quos retuli. & ſequutus ſum infra q. 19. remed. 1. concl. 6. ſub n. 113. verſ. ſecus, vbi videas.

127 Reſtringe I. per oppoſitum eandem regulam, & punctualiter hanc ſextam extenſionem, vt non procedat, quando libellus fundatur ſimpliciter ſuper nullitate, & petitur ſimpliciter, pronuntiari ſententiam nullam, quia tunc iudex nullitatis non acquirit iuriſdictionem ſuper negotio principali eo, quia non eſt ſuper hoc aditus, nec eſt hoc petitum, Bald. & Franch. in locis ſupra proximè citatis. & quod ſi quis petat ſententiam principaliter pronuntiari nullam eſse, tunc ſuper hoc debeat primo pronuntiari eſse, vel non eſse nullam, ſcribunt Bar. in l. 4. ſi vt proponis, verſus finem ſub n. 6. ibi. dixi quod debet, C. quom. & quand. iud. Cravet. conſ. 270. in cauſſa communitatis, in fi. verſ. quinto poſito. Vant. tract. nullit. rubr. quoties & intra quod tempus de nullitatem &c. n. 12. to. 4. fol. 384. & Paul. Granut. theor. 17. n. 20. Et quod iudex appellationis, confirmando ſententiam nullam, faciat iniuſtitiam iſto caſu, quando pars coram eo oppoſuit de nullitatibus notoriè apparentibus ex actis, ſeu inſtetit, pronuntiari omnino ſuper nullitate, ſcribit Cæſ. de Graſs. deciſ. 9. alias 37. opponebatur, n. 8. & 12. de cauſſ. poſſ. & prop. fol. 52. et deciſ. 11. alias 104. nullitas, n. 2. et 3. de ſent. et re iud. fol. 149. quæ deciſio habetur etiam in Rot. diuerſ. deciſ. 361. p. 1. Rugin ell. tract. de appell. §. 11. gl. 1. c. 1. ſub n. 39. verſ. tertio limita. Et quod ſententia nulla ob non præſtitum iuramentum calumniæ non poſſit confirmari, parte opponente, tenuit Rot. quam retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 1. ſub n. 91. verſ. reſtringe primo, & quod de iure, ſi nullitates ſint in actis, & pars petat eas reuocari, & refici expenſas debeant tunc nullitates tolli, & declarari, & pronuntiari ſuper expenſis reficiendis, ſcribit Put. deciſ. 72. in cauſſa meſſan. n. 2. et 3. lib. 3. & quod cauſsa nullitatis ſit præiudicialis, & ideo de ea priuſquam de negotio principali cognoſcendum ſit, ſcribit Vant. de rubr. quoties, et intra quod tempus, ſub n. 11. & quod impediat litis conteſtationem, & ante litis conteſtationem opponi poſſit, ſcribit Rot. deciſ. 2. alias 115. nota quod cauſſa nullitatis, de litis conteſt. in antiq. et deciſ. 8 alias 107. nota quod vbi aliquis, n. 2. de reſtitut. ſpol. in antiq. & quod propterea, pendente cauſsa nullitatis, non currant fatalia appellationis, retuli, & ſequutus ſum infra q. 15. art. 3. num. 91. ſubill. 3. & quod cauſsa nullitatis operetur effectum ſuſpenſiuum in negotio principali, volente parte, ſentit Veſtr. in prax. lib. 8. c. 1. n. 15. fol. 231, quem retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 122. extenſio 5. Et quod iudex, aditus ſuper nullitate, debeat prius cognoſcere, & pronuntiare ſuper nullitate, tanquam ſuper iudicio principaliter intentato, & poſtea ſuper meritis cauſæ principalis, ſcribunt Bart. Bald. Card. Alex. Veſtr. & Lancell. quos retuli; & ſequutus ſum infra q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 11.

Confirmatur hæc reſtrictio, quia in caſu oppoſito, ſi in appellatione ſit expreſſe reſeruata nullitas, non poteſt

Digitized by Google

iudex de ea cognoſcere, quia ferret ſententiam non conformem libello, *Alex.conſ.59.viſo titulo, num 10 verſ.ſed quando, lib.4.*

128 Amplia I. hanc reſtrictionem, vt etiam ſententia Iudicis appellationis confirmatoria ſententiæ nullæ dicatur nulla, quia habet iniuſtitiam notoriam ex actis; *Cæſ.de Graſſ.deciſ 9.alias 37.opponebatur, nu.8.& 12.de cauſ.poſſ. & propriet.fol.52. quem refert, & ſequitur Paul.Graunt. theor.17.ſub n.20.& retuli, & ſequutus ſum d.cap.1.ſub n. 91.verſ.extende hanc.*

129 Amplia II. vt procedat etiamſi nullitas haberet in ſe euidentem calumniam; & moueor, quia licet iudex poſſit ſpernere exceptionem, quam vehementer ſuſpicatur opponi cauſſa morandæ litis; & licet ille appellet, nihilominus non irritabitur ſententia, ſi exceptio opponebatur calumnioſè, *Innoc.in c.7.poſt electionem, n.3.in verbo, quæ inſtitutio de conceſſ.preb. Bald.in l.2. peremptorias, col. 6.in fine, not.4.n.32.C.ſent.reſcind.non poſſ. Anchar. conſil. 158.ex narratis, col.penult.ſub n.19 ibi.vbi ſi iudex. Dec.in cap.licet cauſſam, not.6.n.42.de probat. Marſ.in pract.crim. opportune, n.87.in fine, & 88.& ſing.635. calumnioſè petita, & Io.Redin.tract.de Maieſt.princ.ſeu in princ. Inſtit.imperatoriam, &c.verſ.ſed etiam per legitimos tramites, &c. n.135.& 137.tom.16.fol.165.* licet pariter euidens calumnia habeat locum libelli inepti, *Par.de Put.tract.de ſynd. in verbo, iudex, num.16.tom.7.fol.276.& Vant.tract.nullit. rubr.de nullit.ex deffect.proceſſ.&c.n.23.in fine verſi.notæ etiam, tom.4.fol.414.* & libellus ineptus reijciatur: & hoc dummodo non agatur de præiudicio irreparabili, *Marſil.d.ſing.686.verſus finem.*

130 Tamen non ſequitur ex hoc, quod poſſit cognoſcere de negotio principali, ſuper quo non acquiſiuit iuriſdictionem, *per ea, quæ dixi ſupra n.127. reſtrict.prima.*

131 Amplia III. vt procedat etiam in Curia Romana, & etiam quod nullitas intentata non ſit ex illis tribus, quia nihilominus dico, quod iudex, ſi ſit aditus ſuper nullitate, non poteſt confirmare ſententiam alias iuſtam. Et ratio eſt eadem, quia non acquiſiuit iuriſdictionem ſuper negotio principali: & quod dixi *lib.præced.cap.1.ſub n.91. verſ.ſubreſtringe*, intelligitur, quando iudex non fuit ſimpliciter aditus ſuper nullitate, licet hæc intelligentia non bene ibi colligatur.

132 Amplia IV. vt maximè procedat, quando reſcriptum, ſeu commiſſio mandaret, et prius procederetur ſuper nullitate, *Put.deciſ.60 in cauſſa Meſſanen.n.1.lib.3.& Paul.Graunt.theor.17.n.18.limit.2.*

133 Declara eandem primam reſtrictionem, vt idem iudex, cognita nullitate, poſſit deinde aggredi, & cognoſcere de negotio principali, quia cauſſa nullitatis deuoluit etiam cauſſam iniquitatis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra extenſ.5.n.122.* Et ratio eſt in promptu, vt euitetur circuitus.

134 Verum, an iſto caſu debeant coram iudice, qui pronuntiat ſententiam nullam, renouari acta, vel potius debeat iudicare ex eiſdem actis; diſtingue: Aut omnia acta ſunt nulla, vtputa quia litigatum eſt cum minore ſine curatore: & debent omnia reintegrari: Aut nullitas eſt ſolum in ſententia, vtputa, quia eſt lata die feriata, & tunc iudicabit ex eiſdem actis: Aut nullitas conſiſtit in quadam parte actorum, vſq; ad ſententiam, vtputa quia reus deceſſit poſt litem conteſtatam, & proceſſum eſt contra mortuum vſq; ad ſenteciam; & tunc omnia acta à die, quo reus eſt mortuus, & ſententia ſunt nulla, & ideò omnia iſta acta, quæ ſunt nulla, debent reſcribi, ſeu recenſeri, vt declarat Bar. *in l.4.ſi vt propoſuis.n.5.C.quom.& quan.iud.* quem referunt & ſequuntur Papien. *in pract. in form.appell.à ſent.diffin.in gl.fuiſſe & eſſe, n.9.verſ.ſupereſt, fol.410. Cravet.conſ.270. in cauſſa communitatis, ſub.nu 7. verſ.ſed præmiſſis, & Veſtr.in prax.lib.8.c.1.in fine ſub n.16.fol.231.* & adde, quæ ſcripſi *infra q.17.limit.19.n.11.verſ.tertius effectus.*

135 Reſtringe II. vt non procedat, quando nullitas ſurgit ex fundamento iudicij, puta quia libellus ſeu proceſſus ſit ineptus; tunc enim iudex habet ſimpliciter pronuntiare ſententiam, & proceſſum nullum, quia reformare, ſeu aliter validare non poſſet etiam ſi nullitas ſit deuoluta per viam appellationis, *Franch.in c.63.dilecto, q.10.n.24.in fine, verſ.poſtremo adde, de appell. Felyn.in c.9.in literis, ſub n.5. declar.3. de off.& poteſt.iud.deleg.* & quod iudex appellationis non poſſit ſupplere defectum iudicis à quo, quando proceſſus eſt ineptus, & teneatur caſſare ſententiam, ſcribit Bal *in l.2.q.14.num.18.C.de reſcind.vendit* & quod iudex appellationis non habeat reformare ſententiam nullam, quando nullitas procedit ex defectu proceſſus in ſubſtantialibus, ſcribunt Dec. *in conſ.483.pro reſolutione litis, n.8. Vant.tract.nullit.rub. de nul.ex defect.proc. &c.num.7.& ſub n.22.verſ.& de iſto defectu, to.4.fol.414. Veſt.in prax.lib.8.cap.1.ſub n.15.fol.231. Hier. Gamb.conſ. 49.ſi ſententia vltima, ſub n.5.lib.1.& Paul. Graunt.theor. 17.n.11.& 12.verſ.ideoque infertur, & verſic. ſicut etiam.*
* & de opin.communi * teſtantur, & ſequitur Alex.*conſ.79.*
* *proſpectis verbis, n.1.lib.2.* vbi, teſtando de commun.* opinione, ſcribit ſententiam nullam poſſe reformari, ſi nullitas, ſeu defectus concernit ipſam ſententiã, ſecus ſi cõcernit reliqua ſubſtantialia proceſſus, vt apertius declarat *n. 3.ibi, eſt verum. Natt.conſ.139.magnifici, n.10.lib.1.& Raginell. tract.de appell.§.11.gl.1.c.1.ſub n.36. verſ.4. limitatur.* & quod ſi nos teneamus, ſententia latam, omiſſo termino ad producendum omnia, eſſe nullam ipſo iure; tunc talis ſententia non poſſit confirmari, videtur ſentire in puncto iuris A.M.Papaz. *in addit.ad Rot.deciſ.2. alias 33. quando, ſub n.38. & 39.iuncto n.37.de reſcript. in nou.* dicens, ſententiam nullam poſſe confirmari, ſi vitium eſſet tantum in ſententia, non in proceſſu.

136 Extende hanc reſtrictionem, vt iudex appellationis iſto caſu, etiam non ſuſpenſo negotio, & etiam parte non opponente, non poſſit ſententiam reformare, *Veſtr.d.lib. 8.c.1.ſub n.15.*

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia idem vitium nullitatis diceretur eſſe in ſententia confirmante, *Hier.Gabr. d.conſ.49.n.5 & Marcb.tractat, de commiſſ.part.2.de commiſſ.ſanat.nullit.c.1.c.3.ſub n.94.fol.353.in ſecunda impreſſione,* referens, ex Signatura, primam ſententiam ipſo iure nullam non poſſe confirmari in cauſſa appellationis, cum idẽ eſſet error in ſecunda ſentẽtia, qui eſt in prima.

137 Subreſtringe I. ſeu declara hanc reſtrictionem, vt non procedat, quando coram iudice appellationis renouarẽtur acta ſubſtantialia, & fieret nouus, & aptus proceſſus, quia tunc poſſet confirmare ſententiam nullam iudicis à quo, ſi ſit iuſta quoad merita cauſſæ: & moueor ad hanc ſubreſtrictionem quia in ſimili dicimus, quod licet iudex appellationis non poſſit confirmare ſententiam, quæ ſit nulla eo, quod ſit lata poſt perempram inſtantiam, vt retuli, & ſequutus ſum *infra reſtr.5.num.144* tamen, ſi renouentur acta, poteſt illam confirmare, vt retuli & ſequutus ſum ibidem *n.145.in declaratione.*

Confirmatur primo hæc ſubreſtrictio, quia iudex, cui cauſſa committitur de nouo, non debet iudicare ex iſdem actis, quando acta ſunt nulla: nam quandoque defectus, ex quo ſententia eſt nulla, reſpicit vniformiter acta, ſicut ſententiam, vtputa ſi litigatum eſt cum minore non habente curatorem, & tunc omnia acta debent reintegrari; Quandoque cauſſa nullitatis reſpicit ſolum ſententiam, vtputa, quia eſt lata die feriata, & tunc iudicabitur ex eiſdem actis: Quandoque eſt talis defectus, qui reſpicit ſententiam, & partem actorum; vtputa quia reus deceſſit poſt litem conteſtatam, & proceſſum eſt contra mortuum vſque ad ſententiam; & tunc

Digitized by Google

tunc ſententia,& omnia acta à die,quà reus eſt mortuus, ſunt nulla,& ideo omnia,quæ ſunt nulla,debent reſcribi, ſeu recenſeri,vt retuli & ſequutus ſum *ſupra n.*134.

Confirmatur ſecundo, quia ſecundus iudex poteſt cōfirmare ſententiam nullam primi iudicis,quando cauſſa, inferens nullitatem primæ ſententiæ, ceſſat in ſecunda ſententia confirmatoria, vt retuli, & ſequutus ſum *infra reſtr.4. nu.*143. ſed cauſſa inferens nullitatem primæ ſententiæ eſt, quia non adeſt fundamentum, ſuper quo ſententia potuerit ferri, *Rip.in l.14.quod iuſſit,n.69. in fi. verſ. tertio intellige,ff.de re iud.* & iſta cauſſa nullitatis ceſſat in ſententia confirmatoria,quia renouatur idoneus proceſſus:ergo poteſt confirmare.

Contra iſtam ſubreſtrictionem: quod enim adhuc iudex appellationis non poſſit confirmare ſententiam nullam: adducitur,quia etiamſi iudex appellationis ſeruaret omnes terminos, nihilominus non poteſt confirmare ſententiam, quæ eſset nulla ex omiſsione alicuius termini, *Ant.M Papaz in addit.ad Rot.deciſ.2.alias 33.quando, n.38.et 39.de reſcrip.in nou.* dicens, quod omiſso termini ad producendum omnia vitiat proceſsum,& ſententiam, & ideo, inquit, ſi teneamus ex omiſsione dicti termini ſententiam eſse nullam ipſo iure, Auditor tertiæ inſtantiæ non poteſt eam confirmare,quamuis ipſe ſeruet omnes terminos.

Non recedas à ſubreſtrictione.

Non obſtant adducta contra eam: nam contrariam opinionem;nimirum,quod, ſeruando omnes terminos, poſſit eam confirmare; vti æquiorem ſequitur. A.M.Papaz. *vbi ſupra*.

138 Declara iſtam ſubreſtrictionem ad vſum praxis, vt poſſit practicari ſolum coram ſuperiore,qui adeatur per viam querelæ,ſeu nullitatis ſimpliciter, & non habeat iuriſdictionem limitatam, quia is ſuperior, qui non habet iuriſdictionem limitatam, poteſt cognoſcere de nullitate,& denuo pronuntiare,iuxta ea quæ retuli, & ſequutus ſum *infra q.19.rem.1.concl.6.n.85.declar.7.* ſecus eſt ſi ſit ſuperior qui poſſit adiri ſolum per viam appellationis, quia is,ſi proceſsus,vel libellus, ſeu modus agendi ſit ineptus,non poteſt niſi caſſare ſententiam, reſeruato iure apte agendi,teſte Franch. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra art.3.declar.2.n.24.* Quare Archiepiſcopus,quia habet limitatam iuriſdictionem in cauſſis appellationum, non poteſt cognoſcere de nullitate,vide *infra q.19.rem.1. concl.6.num.86.*

139 Subreſtringe II. eandem reſtrictionem, vt non procedat, quando ex aliqua parte actorum depræhenderetur confeſsio aduerſarij, quia tunc iudex appellationis poſſet confirmare ſententiam quamuis nullam, latam contra ipſum aduerſarium;& moueor,quia confeſsio ſanat omnes defectus,& nullitates proceſsus, *Innoc.& alij in c.24.qualiter & quando, il 2. de accuſ. Bar. in l.5. ſi confeſſus,num.2.ff.de cuſtod.& exhibit.reor. Alex.conſ.19.circa primum,num.2.& 6.lib.7. Neniz.conſil.18.in cauſſa nobilis cauſidici,num.17.Becc.conſil.70.executio,num.1.& 9. verſus finem,lib.1.Affl.deciſ.372.fuit lata, nu.7.& 8. Matheſ.ſing.53.nota vtilem. Card.Alex. in c.63.dilecto, nu.6. ibi,imò plus,de appell. Ang.tract.de maleſ.in verbo, qui dominus iudex videns quod dicti inquiſiti,nu.32.Hercul.tract. de negat.proban.verſ.duodecimus modus,ſub nu.196.tom.4. fol.22.Vant.tract nullit.rub.vlt.n.126.verſ.poſtremo generaliter,eod.tom.4.fol.vlt.Granat.in annot.ad prax.Veſtr.lib. 5.c.16.nu.10. Proſp Farinac. in qq.crim.q.81.nu.34.lib.1. Maſcard.tract.de probat.concluſ 344.num.4.lib.1.Mancin. tract.de confeſſ.c.1.n.10.verſic.purgat.* & ſcripſi ſupra lib.1. * *c.97.ſub n.126.verſic.quinto ex eo,* & de communi * opin. teſtatur Iaſ.*in l.83.inter ſtipulantem,§.Sychum,n.11.ff.de verborum oblig.* & alij,quos referunt,& ſequuntur Clar.& Flam.Cart. quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra lib.1. c.76. num.9.verſus finem,verſ.ſi in ſecunda,* & ex hac communi opin.firmat regulam,& ampliando exornat Proſp.Farin. *in qq.crim.tit.de reo confeſſ.et conuict.q.81.n.66.& ſeqq.* de qua etiam ampliando,ſcripſi aliqua *infra qu.19.remed.1. concl.5.ampl.8.n.61.& ſeqq.*& quod ex confeſſione poſſit ferri ſententia, non obſtante ineptitudine proceſsus, refert, & ſequitur Alex Stiat. *in pract.iud. c.19.nu.49.* quicquid in contrarium conſuluerit Ang. per eum citatus *ib. ſub num.50.& 51.*

Ratio eſt,quia confeſſio inducit notorium,& in notorijs ordo eſt non ſeruare ordinem.

140 Declara iſtam ſubreſtrictionem, vt procedat in confeſſione vera, ſecus in ficta, quia confeſſio ficta non ſanat defectus proceſsus, & in hoc differt confeſſio vera à confeſſione ficta,vt retuli & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.97.ſub num.126.verſ.quinto ex eo, & lib.præced.c.7.nu.516.* vbi videas.

141 Reſtringe III. vt non procedat quando eſſet expreſſus error in ſententia,quia tunc iudex appellationis non poteſt eam confirmare, &, confirmando,vtraq;eſſet nulla, *Bartol.in l.1.ſub num.9.ibi,breuiter videtur mihi, & in fine n.21.C.quan.prouoc.non eſt neceſſ.Franch.in c.63.dilecto.q.41.num.94.& 95.de appell. Alex.conſ.79.proſpectis verbis,n.4.lib.2. Luc.Pat.in pract.Capit.lib.6. c.1.num.40. verſic.hæc ego intelligo.Paul.Granut.theor.17.ſub num.16. verſ.ſed quid dices,& Surd.conſ.160.remedium, n.76.lib.4.* * & communiter * omnes.

Ratio ſecundum Bart. & alios eſt,quia eſſet error in ſecunda,ſicut in prima; nam confirmatoria refert ſe ad confirmatam,& conſequenter error,qui eſt in confirmata,eſt in confirmatoria, *Alex. vbi ſup.*

142 Declara hanc reſtrictionem, vt error expreſſus, qui facit nullam tam ipſam ſententiam,in qua eſt expreſſus, quam ſententiam confirmatam,debeat eſſe talis, vt oculo corporali legatur in ipſa ſententia, & non ſufficit, quod ex mente comprehendatur, *Alex conſ.79.proſpectis, n.5.& 6.lib.2.* vbi habes optimum exemplum in caſu,quo ipſe conſuluit.

143 Reſtringe IV. vt non procedat, quando cauſſa, inferens nullitatem primæ ſententiæ,non ceſſat reſpectu ſententiæ confirmatoriæ, quam profert iudex appellationis, quia tunc etiam confirmatoria eſſet nulla, *Franch. in cap.63.dilecto,quæſt.41.num 94.de appell.* Secus eſt quando illa cauſſa nullitatis ceſſat in ſententia confirmatoria, quia tunc poteſt iudex appellationis confirmare ſententiam nullam, *Franch.vbi ſupra, & declaraui infra art.8. concl.4.ſub n.195.& 196.verſic.extende,* vbi videas intelligentiam, & exempla huius reſtrictionis, ne inutiliter hic repetam.

144 Reſtringe V. vt non habeat locum in ſententia,quæ eſt nulla eo, quod eſt lata poſt peremptam inſtantiam, quia iudex appellationis non poteſt illam confirmare, *Crauet.conſil.270.in cauſſa communitatis,ſub nu.7.verſ.ſed præmiſſis.Paul.Granut.theor.17.n.26.verſ.ſed nunquid, & Ruginell.tract.de appell.§.11.gl.1.c.1.ſub num.36.limit.2.*

Contra hanc reſtrictionem tenet Alex. *conſil.181.in cauſſa & lite,n.14.& 15.verſic tertio reſpondeo,lib.6.* dum ſuſtinendo ſententiam latam poſt tempus decreti,reſpōdet,quod iudex appellationis; ſi ſibi conſtat de æquitate ſententiæ, debet illam confirmare, quamuis ſit nulla.

145 Retenta reſtrictione,quæ eſt vera, & Alexandro reſpondet Crauet. *ſupra* citatus.

Declara confirmando eandem reſtrictionem,vt ſit vera,quando iudex appellationis, ſeu alius iudex iudicaret, non renouatis actis ordinatorijs, quia tunc talis ſententia eſſet nulla,*vt ex Bart.Salyc.Alex.Iaſ.& alijs retuli & ſequutus ſum infra q.15.art.11.n.350* eo, quia deficerent ſubſtantialia iudicij,vt declaraui *eod.art.11.n.348.*& ideo non poteſt iudicari ex eiſdem actis, *Franch. in c.63. dilecto,*

ſto,q.39.n.90.de appell,& Crauet.vbi ſupra.

Secus ſi renouarentur acta ordinatoria,quia tunc poſſet confirmare ſententiam latam poſt peremptam inſtantiam, iuxta doctrinam quam ex Bar. Alex.Marian. Soc.& alijs retuli & ſequutus ſum *infra q.15.art.11.n.335.* & ita, reſpondendo ad Alex. ſcribit Crauet. *d.conſ.270. verſus finem ſub n 7.verſic.quarto in terminis, in fine.*

146 Reſtringe VI. vt non procedat in ſententia interlocutoria, quia, ſi ſit nulla, non poteſt iudex appellationis eam confirmare, *Pariſ.conſil.107.non obſtat,nu.15.lib.4. Paul.Granut.theor.17.n.17.& Ruginell.tract.de appell.§.11.gl.1.c.1.ſub n.36.verſ.concluſio prædicta.*

147 Reſtringe VII. vt non procedat quando ſententia nulla eſſet mandata executioni, quia tunc non poſſet confirmari,niſi prius reuocatis attentatis, *Paul.Granut. theor.17.n.19.limit.3.& Ruginell.tract.de appell.§.11.gl.1. c.1.n.36.in fine,verſ.quinto confirmari.*

¶ Duodecimum dubium. *Nunquid iudex appellationis poſſit confirmare,vel infirmare ſententiam, quæ per deſertionem cauſſæ tranſiuit in rem iudicatam.*

Satisfeci huic dubio *infra quæſt.15.ſub num.202.* & an poſſit infirmare, aliqua habes infra *in hac ead. qu. num. 194.& 196.*

¶ Decimum tertium dubium. *Vbi iudex appellationis ab interlocutoria pronuntiauerit confirmando, vel infirmando interlocutoriam iudicis à quo, quis eorum procedet in negotio principali?*

Huic dubio ſatisfeci *infra q.17.limit.47.memb.3. nu.1. & ſeqq.*

ARTICVLVS V.

148 Ad quintum articulum, *An pronuntiatio deſertionis ſit neceſſaria, & quis iudex debeat pronuntiare ſuper re iudicata,ſeu deſertione appellationis; an iudex à quo, vel iudex ad quem?*

Reſpondeo diſtinguendo duos caſus.

Primus caſus eſt, quando res iudicata procedit à pluribus ſententijs conformibus,facientibus rem iudicatam: & iſto caſu concludo, nullam pronuntiationem eſſe neceſſariam, ſed iudex, qui profert vltimam ſententiam, debet eam exequi,vt ex Bar.Veſtr.& Mandoſ.extendendo & reſtringendo retuli & ſequutus ſum *infra art. 7. nu. 162.& ſeqq.* quia non requiritur pronuntiatio, etiam parte opponente non extare tres conformes, & dato quod poſſet videri requiri aliquam pronuntiationem, dico quod ſufficeret tacita pronuntiatio, quia iudex eo ipſo,quod exequitur, intelligitur ordine intellectus pronuntiare,adeſſe rem iudicatam.

149 Secundus caſus eſt, quando res iudicata procedit à deſertione cauſſæ, & in iſto concludo ſimiliter, non eſſe neceſſarium, quod pronuntietur appellationem eſſe deſertam, Card.Alex. *in cap.8.ex ratione, ſub numero 44. verſ. in contrarium, de appellat.* vbi teſtatur de opin. communi, * & loquitur generaliter & indefinitè; ſed ego pro clariori intelligentia diſtinguo rurſus tres ſpecies deſertionis.

Prima deſertio eſt, quando appellatio nullatenus fuit interpoſita,& ideo ſententia tranſiuit in rem iudicatam; & in iſta deſertione dico ſimiliter, non eſſe neceſſarium, quod pronuntietur ſuper deſertione, & ita euitabitur magnus circuitus, vt in caſu ſequentis deſertionis retuli & ſequutus ſum *infra art.7.reſtr.3. num.167.* dato tamen, quod pronuntiatio eſſet neceſſaria, concludo indubitanter, pronuntiationem hanc ſpectare ad iudicem à quo, *vt ex Veſtr. & Mandoſ. retuli & ſequutus ſum infra art.7. nu.166.* quia iudex appellationis non habet cognitionem aliquam,niſi per viam appellationis, & ideo,ceſſante appellatione,ſuperflue quærimus,an ipſe poſſit cognoſcere,& pronuntiare, imò, ceſſante appellatione,deficit iudex ad quem.

150 Secunda deſertio eſt, quando fuit interpoſita appellatio, ſed tamen nec appellans, nec appellatus vnquam introduxit cauſſam appellationis coram iudice ad quem & ſic neque in termino, forſan aſſignato ab homine, id eſt,à iudice à quo,neque in termino aſſignato à iure fuit facta aliqua proſecutio:& concludo ſimiliter, quod poteſt adiri iudex à quo, & is debet pronuntiare appellationem eſſe deſertam, *Franch.in c.8.ex ratione, ſub nu. 67. verſ.quoad primum conclude,& Card.Alex.n.49.verſ.ſexta eſt quæſtio, de appell.*

Verum,cum iſto caſu ſit interpoſita appellatio, concludo, poſſe etiam adiri iudicem ad quem, & peti quod pronuntiet appellationem deſertam, & condemnet appellantem in expenſis, *Franch.d.n.67.in fi. & Card.Alex. ſub d.n.49.ibi, tamen etiam quando.*

Aduerte tamen,quod neque iudicis à quo,neque iudicis ad quem pronuntiatio deſertionis eſt neceſſaria *ſecundum eundem Card. Alex.* quem retuli & ſequutus ſum *num.præced.verſ.ſecundus, & Felyn.quem retuli & ſequutus ſum infra art.7.n.167.reſtr.3.*

151 Tertia deſertio eſt, quando cauſſa appellationis fuit introducta coram iudice ad quem: Et in iſta concludo, quod pronuntiatio ſpectat ad iudicem ad quem, quia is ratione dubij,an appellans fuerit legitimè impeditus, vel non, & conſequenter an appellatio ſit deſerta, vel non, debet cognoſcere & pronuntiare ſuper deſertione, cum is fuerit ſemel aditus, *Franch.in c.8.ex ratione, ſub nu.67. verſ quoad primum conclude,ibi,ſi vero cauſſa fuit introducta,& ſub n.99.verſ.ſeptimo & vltimo quæritur, de appell.*

152 Confirmatur hæc concluſio, quia appellanti datur pro cautela,vt adeat iudicem ad quem, & petat inhiberi iudici à quo; & deinde coram eodem iudice ad quem proſequatur cauſſam appellationis, & ſi opponatur de deſertione,replicet de impedimentis,& petat reſtitutionem in integrum,& ſic iudex ad quem cognoſcet,& poterit pronuntiare, appellationem non eſſe deſertam, & reuocare per viam attentati executionem, quam feciſſet iudex à quo, & hanc eſſe vtilem cautelam, & menti tenendam in practica aduerſus executionem, quam appellatus in caſu deſertæ appellationis peteret coram iudice à quo,ſcribit Franch.*in d.c.8. ex ratione,ſub nu.100. verſ. dubium tamen facit, col.antepen.in fi. de appell.*

153 Confirmatur ſecundo, quia ſi ex forma ſtatuti tempora appellationis proſequendæ eſſent vtilia, vtputa, quia ſtatutum mandet, cauſſam appellationis expediri infra 30.dies vtiles,tunc licet cauſſa appellationis ob non proſequutam appellationem efficiatur deſerta, tamen ſententia non poteſt mandari executioni,niſi prius pronuntiatum ſit,appellationem eſſe deſertam,quia tempora vtilia regulariter non currunt impedito,& ideò inquirendum prius eſt de lapſu temporis,ſeu de facto, *vt ſcribit Bal. in l.6.eos, colum.3. num.10. verſ.ex his apparet. C. de appellat.* quem referunt,& ſequuntur Franch. *eod. cap. 8. ex ratione, num.101. & Card.Alex.ibidem ſub num.44. verſ.in contrarium,* & pronuntiandum eſſe per iudicem ad quem ſcribit Franch. *vbi ſupra,*& quod tempora vtilia non currant impedito facto iudicis ſcribunt Pariſ. *conſil. 124.præſentis, nu.1.lib.1.et Bald.tract.de præſcrip.in 1.p.4. princ.q.6.n.4.tom.17.fol.71.*

Sed ſic eſt,quod etiam tempora continua appellationum ob quædam impedimenta non currunt,*iuxta ea,quæ retuli & ſequutus ſum infra q.15.n.44.et ſeqq.art.3.per totum.* Ergo prius inquirendum eſt de iſtis impedimentis, & pronuntiandum ſuper deſertione.

154 Contra hanc concluſionem (quod enim pronuntiatio ſuper deſertione ſeu non deſertione non ſit neceſſaria) tenet Card.Alex. *in d.c.ex ratione, ſub num.44.verſ.*

in

in contrarium eſt communis,de appellat. vbi generaliter loquendo,& teſtando de communi, firmat,iſtam pronuntiationem non eſſe neceſſariam.

Contra eandem concluſionem; præſuppoſito etiam, quod pronũtiatio ſit neceſſara, nihilominus quod appellatus poſſit adire iudicem, qui ſententiam tulit, & petere ab eo, vt exequatur ſententiam, & ſi appellans opponat dependentia appellationis, poſſit appellatus replicare de deſertione; de qua iudex aditus pro executione ſententiæ habebit cognoſcere tanquam de emergenti, & ideo non requiritur quod prius feratur ſententia ſuper deſertione per iudicem ad quem refert & ſequitur idem Franch.*d.c.ex ratione, ſub num.99.verſ.ſeptimo, & vltimo quæritur*,dicens,quod iudex a quo,conſtito ſibi deſertione, poteſt ſententiam exequi.

155 Quid dicendum? Concludo primo,pronuntiationem ſuper deſertione non eſſe neceſſariam, per ea, quæ generaliter loquendo adducit Card.Alex. citatus *num.præcedenti*.

156 Amplia iſtam concluſionem, vt ſit vera etiamſi tempora proſequendæ appellationis ſint vtilia ex forma ſtatuti, quicquid in contrarium ſcribant Bald. Franch. & Card.Alex. *ſupra* citati: nam dico contra eos ex ſententia eiuſdem Baldi *in ead.l. eos, colum.2. ſub numer.7. verſ. modo quærit. C. de appellat.* quod etiam ante biennium, quod eſt tempus continuum ad finiendam appellationem, potuerunt interuenire impedimenta, quorum probatio, vel reprobatio conſiſtit in facto, & ideo eſt dubium: vnde vel vtroque caſu requiritur pronuntiatio, vel neutro, quia in vtroq; militat illa ratio inquiſitionis facti.

157 Concludo ſecundo, quod ſi demus pronuntiationem eſſe neceſſariam; ſed dubitemus,an iudex à quo,vel iudex ad quem debeat pronuntiare; tunc eſt diſtinguendum: Aut enim appellans non declinat iuriſdictionem iudicis, à quo; faciendo ei inhiberi per iudicem ad quem: & iſto caſu procedit hæc opinio contraria, quod iudex à quo poteſt cognoſcere de deſertione: Aut appellans declinat eius iuriſdictionem; faciendo ei inhiberi per iudicem ad quem; & iſto caſu non poteſt iudex a quo cognoſcere: & ita procedit prima opinio.

158 Retenta hac diſtinctione.

Declara primum eius membrum, in quo dixi, poſſe iudicem à quo, appellante non declinante eius iuriſdictionem, cognoſcere de deſertione, vt habeat locum ſolum in cognitione emergenti: ſecus in cognitione principali, quia iudex à quo non poteſt adiri principaliter ſuper deſertione, vel pronuntiatione deſertionis appellationis, ſed ſolum poteſt de ea cognoſcere emergenter, dum principaliter aditur ſuper executione ſententiæ, vt declarat Franch.*in d.c.ex ratione.ſub n.99.verſ ſeptimo & vltimo, de appel.*

159 Retenta rurſus concluſione, poſita in iſta tertia deſertione; quod iudex ad quem debeat pronutiare ſuper deſertione.

Extende primo,vt habeat locum etiam in delegato, *vt dixi infra ſub n.176. verſ.contra*.

Extende ſecundo, vt iudex ad quem vtiliter pronuntiet,appellationem eſſe deſertam etiamſi ſententia,à qua fuerit appellatum, ſit ipſo iure nulla, *Rot.deciſ.48.alias 361.fuit dubitatum,de appel.in nou.*

ARTICVLVS VI.

160 Ad ſextum articulum. *Quis iudex poſſit condemnare ad expenſas deſertorem appellationis.*

Reſpondeo, inhærendo quaſi in totum diſtinctioni præcedentis articuli, conſiderandas eſſe duas ſpecies deſertionis.

Prima deſertio eſt,quando appellans nullo modo fuit proſequutus cauſſam: & tunc debet condemnari per iudicem a quo: poterit tamen condemnari etiam per iudicem ad quem, ex quo partes poſt interpoſitam appellationem habent coram eo comparere,vt refert,& ſequitur Franch.*in capitul.26.reprehenſibilis, in fine numero 15.verſic.extra gloſſ.de appellat.*& ita concludunt communiter * Doct.

Confirmatur hæc concluſio, quia qui poteſt pronuntiare,appellationem eſſe deſertam,poteſt etiam condemnare ad expenſas,*vt ex Franch.& Card.Alex.retuli,& ſequutus ſum infra n.177.verſ.extende.*

Sed tam iudex a quo, quam iudex ad quem poteſt in iſta ſpecie deſertionis pronuntiare, appellationem eſſe deſertam,vt ex eiſdem Franch. & Card. Alex.retuli & ſequutus ſum *art.præc.n.150.verſ.ſecunda.*Ergo.

Et poteſt condemnare non ſolum iudex ordinarius appellationum,ſed etiam iudex delegatus, *vt retuli & ſequutus ſum infra n.177.*

161 Secunda deſertio,eſt quando cauſſa fuit cœpta coram iudice ad quem; & in iſta deſertione condemnatio expenſarum debet fieri per eundem iudicem,licet appellatio ſit deſerta. *Franch.in d.c.26. reprehenſibilis, in fine ſub n.15.de appel.*

Infero corroborando,& declarando reſolutionem huius articuli,quod appellans, ſi deſerat appellationẽ commiſſam, & appellatus proſequatur, debet ipſe appellans condemnari in expenſis, quas appellatus fecit in proſequendo appellationem, ſi miſit procuratorem, vel alium propter appellationem: ſecus eſt ſi appellatio non ſit commiſſa, & ideo nullas appellatus fecerit expenſas in eius proſecutione,ſed ſolum ratione deſertionis, quia ad iſtas appellans non tenetur, *teſtibus Rot. Ant.de Butr.& alijs*, quos retuli & ſequutus ſum *infra q.17. limit.2.princ. verſus finem,n.144* vbi videas.

Declara hanc illationem, vt quamuis condemnatus in expenſis ſimpliciter à iudice appellationis intelligatur condemnatus tam in expenſis cauſæ appellationis,quam in expenſis cauſſę principalis, *vt ex Felyn. Dec.Rebuff.& Put.retuli & ſequutus ſum infra q.17.limit.21.nu.53.verſ. declara*,tamen illud procedit,quando iudex appellationis profert ſententiam in negotio principali: ſecus eſt quando pronuntiat ſolum ſuper deſertione,quia iſto caſu condemnatio in expenſis intelligitur de expenſis factis in proſecutione appellationis.

ARTICVLVS VII.

162 Ad ſeptimum articulum. *An iudex à quo, vel iudex ad quem debeat exequi rem iudicatam.*

Concludo,loquendo de iure communi, quod ſi ſumus in tribus conformibus, ſeu duabus ex diſpoſitione ſtatutorum,ordinarius appellationum, qui vltimam tulit ſententiam,exequitur eam,*Bart.in l.15.a diuo Pio, n.15.verſ. quæro & renoco,ff.de re iud.& in l.32.præcipimus,§.officijs ſub n.1.not.2.& ſub n.2.ibi, quandoque ſententia confirmatur per ſententiam iudicis C.de appellat.& conſult.* dicens, quod iudex, ad quem appellatur, mandat ſententiam executioni, non iudex primus,*Franch.in cap.3.Romana, §.fin.cum autem,ſub n.3.verſic.aliquando ſententia diffinitiua,de appel.in 6.* hancque Bartoli doctrinam ſequuntur omnes,* vt teſtatur Veſtr.*in prax.lib.8. c.vlt.ſub n.9.verſ. ſed dices,ibi,quod ſi non tempore,& Mandoſ.in formul.commiſſ.in commiſſ.23.executor,in verbo,præfato R.D.Auditori,fol.126.*& quod ita ſequantur,communiter* Doct.teſtatur Franch.*ſupra citatus.*Et quod ſi ſecunda ſententia fuit expreſsè confirmatoria primæ, tunc ſecunda mittatur executioni per iudicem appellationis, ſi eſt ordinarius, ſcribit Papien. *in pract.in for.appel.a ſẽt.diffin.in gl.cauſis*

& ratio-

& rationibus, n.3.fol.426. & quod quando iudex appellationis cognouit de appellatione,& confirmauit,vel infirmauit ſententiam, vel aliquid immutauit, tunc ad illum iudicem appellationis ſpectet executio, ſcribit Rebuff. *tract.de ſent.execut.ar.7.gl.9.n.5.to.1.fol.364.* & quod iudex appellationis exequatur ſi confirmat, ſcribit Mynſing.*in ſing.obſer.cent.5.obſer.94. in cauſſis.*

Ratio eſt quia quando prima, ſeu ſecunda ſententia fuit confirmata,agitur ex ſententia confirmante,& non ex confirmata, *Papien.in pract.d.gl.cauſſis & rationibus, ſub num.2.fol.426. Franch.in cap.8.ex ratione, col.antepenult.in fine n.98.de appell.& in loco ſupra hic citato,Caſſad. decis.13.habuerat,n.3.de reſcript.fol.269. & Veſtr.ſub n.9. verſ.ſed dices.*

163 Extende hanc concluſionem vt procedat etiam in Principis delegato,cui cauſſa ſit delegata in tertia inſtantia,quia ſi is confirmauerit duas priores,ſeu priorem in caſu ſtatuti mandantis,quod duæ conformes faciant rem iudicatam,poterit exequi ſuam ſententiam, *Bart.in d.l.à diuo Pio,q.2.ſub n.2.ff.de re iud.* & faciunt, quæ motiuando adducit Mandoſ.*in form.commiſſ.23.executor,in verbo cauſſarum auditore,fol.124.*

Ratio eſt, quia delegatus Principis poteſt tam de iure ciuili,quam de iure canonico exequi ſuam ſententiam, dummodo exequatur intra annum; & poteſt etiamſi vult committere ordinario, vt eam exequatur, *Spec.titul.de execut.ſenten.§. nunc dicendum eſt,num.3. verſ hoc autem certum eſt,fol.179.lib.2. Maran.in ſuo ſpec.par.4. diſt.5.differ.18.n.45.fol.105.*

164 Declara & intellige hanc extenſionem ex his,quæ ſubreſtringendo ſcripſi *infra n.172.& ſeqq.*

165 Reſtringe I. nunc eandem concluſionem, dum diximus, quod iudex ad quem, & non iudex primus, poteſt exequi rem iudicatam, id eſt,ſententiam vltimam; vt illa concluſio non procedat, quando prima, ſeu ſecunda ſententia eſt confirmata per conſenſum partium, recedentium ab appellatione, quia iſto caſu poteſt vterque iudex exequi ſentẽtiam,videlicet iudex à quo, & iudex ad quẽ, *Bart.in d.l.a diuo Pio,ſub n.15.ibi,quandoque pars ſua ſponte,ff.de re iud.& in d.l.præcipimus,§.officijs,ſub num.2.C.de appel.& conſult.& Veſtr.in prax.lib.8.c.vlt.ſub nu.9.verſ. ſed dices,ibi ſi vero non tempore, fol.267.* & quod quando appellans renuntiat,vel acquieſcit appellationi poſſit iudex a quo exequi ſententiam,refert & ſequitur Rebuff.*d. art.7 gl.9.ſub n.6.fol.364.*

Reſtringe II.declarando,vt procedat,quando pro executione ſententiæ imploratur officium iudicis, quod ex ſententia producitur,& habet paratam executionem;ſecus ſi intentaretur actio iudicati, vel in factum, quæ oritur ex ſententia, quia iſto caſu poterit intentari etiam coram iudice a quo,cum poſſit intentari coram quilibet iudice ordinario,ſicut & quælibet alia actio,*Franch.in c.3 Romana, §.fin.cum autem, ſub n.2.verſ.limitam tamen, de appell.in 6.*

166 Reſtringe III. vt non procedat,quando ſententia tranſit in rem iudicatam ob non interpoſitam appellationem infra legitima tempora,quia tunc iudex,qui ſententiam tulit, eam exequitur, *Franch.in c.3.Romana §.fin. cum autem,n.3.verſ.aliquando prima ſententia de appell.in 6.Rebuff.tract.de ſenten.execut.art.7. gloſſ.9.nu.6.to.1.fol. 364.Veſtr.d.lib.8.c.vlt.ſub n.9.verſ.ſed dices*, ipſemet enim pronuntiabit cauſſam deſertam, & ſententiam exequetur,*Mandoſ.in formul.commiſſ.in commiſſ.23.executor, in verbo, ob non proſecutionem, & in verbo, præfato R. D. Auditori,fol.125.& 126.*

167 Reſtringe IV. vt non procedat, quando appellatio efficitur deſerta ob non proſecutionem interpoſitæ appellationis: quia iſto caſu poteſt victor appellatus adire iudicem, qui ſententiam tulit, & petere, vt mandet illam executioni, citato appellante ad contradicendum, cur non ſit executioni mandanda, & tenetur appellans comparere, & docere de proſecutione: & ſi non comparet, vel non docet, poteſt ad executionem deueniri: nec eſt opus,quod pronunciet ſuper deſertione,& ita euitabitur magnus circuitus,*Felyn.in c.12.ex parte,il 2.numer.9.verſic.ſecundo declara,de reſcipt.* Et quod,deſerta appellatione, primus iudex habeat exequi, præſertim quando appellatio eſt deſerta, non interueniente aliqua pronuntiatione iudicis ad quem, ſcribit Franch. *in capit.8.ex ratione,col.antepenult.n.95.verſ.ſexto quæritur deſerta appellatione,de appel.*& quod ſi iudex appellationis nõ cognouerit de cauſſa,tunc ad primum iudicem ſpectet executio ac ſi non eſſet appellatum; vnde ſi appellans non releuet appellationem intra tres menſes, vel eam non proſequatur, & ſiue iudex appellationis eam proferat deſertam, vel non recipiendam,vel fruſtratoriam, ad primum iudicem à quo ſpectet executio,ſcribit Rebuff.*d.art.7.gloſſ.9. num.6.tom.1.fol.364.* Et quod non ſit neceſſarium, vt iudex ad quem pronuntiet ſuper deſertione,refert & ſequitur Franch.*d.c.ex ratione,ſub num.99.verſ.ſeptimo, & vltimo quæritur.* Et quod non ſit neceſſarium, vt iudex ad quem remittat iudici à quo,refert, & ſequitur Mandoſ.*in formul.commiſſ.in commiſſ.23.executor,in verbo,ob nõ proſecutionem,fol.125.* Et quod ſi prima ſententia fuit tacitè confirmata per lapſum inſtantiæ, aut per aliam ſolemnitatem omiſſam, tunc primus iudex ipſam primam ſententiam mandet executioni, ſcribit Papien. *in pract.in form.appel.a ſent.diffin.in gl.cauſſis & rationibus,ſub nu.3. fol 426.*

Ratio, eſt quia ſententia iſto caſu non confirmatur à iudice appellationis, ſed confirmatur, ex curſu temporis dierum fatalium, vt loquuntur Bart.*in d.l.a diuo Pio, ſub n.15.et in d.l.præcipimus,§.officijs,n.2.verſ.breuiter,et Veſtr.d.lib.8.c.vlt.n.9.verſ.ſed dices.*

168 Extende I. hanc reſtrictionem, vt procedat, etiam ſi iudex a quo detuliſſet appellationi, quia adhuc poterit exequi: quare licet delegatus detulerit appellationi, tamen, appellatione deſerta per lapſum termini, poteſt cauſſam reaſſumere,*Franc.in c.33.ad aures,ſub n.1.de app.* & ratio eſt, quia delatio appellationis non priuat iudicem habitu iuriſdictionis ipſius cauſſæ, ſed ſolum exercitium transfertur ad ſuperiorem:vnde,deſerta appellatione, iudex a quo poteſt de cauſſa principali cognoſcere, *Franch.in c.5.cum appellationibus, §.ſi vero, n.3.in fine, de appell.in 6.*

169 Extende II. hanc reſtrictionem,vt procedat,etiam ſi iudex ad quem declaret, appellationẽ eſſe deſertam,quia nihilominus non iudex ad quem, ſed iudex a quo debet exequi ſententiam,vt loquuntur Bart. & Veſtr.*in locis ſupra proximè citatis, Franch.in d.c.ex ratione, nu.96.verſic. quid autem ſi iudex,de appel.Rebuff.d.art.7.gloſſ 9.ſub n.6.* quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n.167. et Myſing. in ſing.obſeru.cent.5.obſeru.94.in cauſſis.*

Ratio huius extenſionis eſt, quia licet iudex appellationis, declarando appellationem eſſe deſertam, confirmet ſententiam latam, & agi debeat ex ſententia confirmante,non ex confirmata, per ea quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n.162.verſ.ratio,*tamen hęc ſententia declaratoria deſertionis eſt interlocutoria,ex qua nulla oritur actio, vel obligatio ad dandum, ſeu faciendum, neque confirmat ſententiam, quia iam erat confirmata a iure ob lapſum temporis,ſed ſolum declarat,*vt dixi,et ſcribunt Franch.vbi ſup.et Veſtr.d.lib.8.c.vlt.n. 9.verſ.ſed dices.*

170 Extende III.vt procedat,etiamſi iudex pronuntiaret, appellationem eſſe deſertam,& expreſſe confirmaret primam ſententiam, quia adhuc executio pertineret ad iudicem a quo:imò pertineret ad iudicem a quo etiam ſi pronuntiaret,bene iudicatũ, *Franc.in d.c.8.ex ratione,col.*

antepen.

Digitized by Google

antepen. q.6.verſ.ſed dubitatur,n.97 de appell.

Ratio ſecundum eundem eſt, quia, appellatione deſerta, ſuperuacuo adiungitur confirmatio per iudicem ad quem, cum ipſa ſententia ſit à iure confirmata, & ideò ſuperflua iudicis ad quem pronunciatione non debet ad eum executio deuolui.

Non obſtat, quod debeat agi ex ſententia confirmante, & non ex confirmata; quia reſp. hoc eſſe verum, quando ſententia confirmans debuit cognoſcere de meritis, & iuſtitia ſententiæ, ſecus ſi ſolum ſuper deſertione, *Franch. d.c. ex rationi,n.98.de appell.* & quod ſi prima ſententia ſit tacitè confirmata per lapſum inſtantiæ, ſeu per aliam ſolemnitatem omiſſam, tunc prima ſententia ſit mittenda executioni, & ex ea agendum, ſcribit Papien. *in practic. in form. appell. à ſent. diffin. in gl. cauſſis & rationibus, ſub num. 2. fol. 426.*

171 Declara I. has reſtrictiones, vt iudex primus, ſeu iudex à quo, qui debet exequi ſententiam in caſibus dictarum reſtrictionum, ſit ille, qui tulit ſententiam à qua vel non eſt appellatum, vel deſerta eſt appellatio, ſiue ſit prima, ſiue ſecunda ſententia, *Veſtr. ſub d.n.9. verſ. ſed dices.*

Declara II. extendendo, vt ſi iudex appellationis infirmauerit ſententiam iudicis à quo, etiam ſi infirmauerit pronuntiando ſimpliciter, bene eſſe appellatum, & malè iudicatum, quia iſto caſu videtur tacitè condemnare, ſi iudex à quo abſoluiſſet, & ſimiliter ſi non infirmauerit in totum, ſed emendauerit, quia vtroque caſu ipſe iudex ad quem exequetur ſententiam, præſuppoſito quod ſententia veniat exequenda, vel quia non ſit appellatum, vt in tertia reſtrictione poſita *ſupra num. 166.* vel quia non fuerit facta proſecutio appellationis, vt in quarta reſtrictione poſita *ſupra num. 167. Gemin. in c. 7. Romana, §. fin. cum autem, ſub n. 2. verſ. in fine, gl. & clarius Franch. ſub n. 2. ibi, ſi vero loquamur in ciuilibus, de appell. in 6. & Rebuff. tract. de ſentent. execut. art. 7. gl. 9. n. 5. tom. 1. fol. 364.* quem refert, & ſequutus ſum *ſupra ſub num. 162.* & intellige propriè iſtam declarationem, quando ſententia primi iudicis à quo fuiſſet abſolutoria, alias, ſi fuiſſet condemnatoria, & ſententia iudicis ad quem eſſet abſolutoria, fruſtra tractaretur de executione, quia abſolutoria trahit ſecum executionem, Franch. *vbi ſupra.*

Subreſtringe I. has reſtrictiones, dum in eis diximus, quod iudex vltimus exequatur ſententiam, vel iudex à quo ſecundum diuerſitatem caſuum; vt illa doctrina, de qua in dictis reſtrictionibus, non habeat regulariter locū in Curia Romana, quia in ea, *vt teſtantur Veſt. Mandoſ. & Marcheſ. in ſi acitatis,* ſtylus eſt, vt litigator, prætendens ex quouis capite habere rem iudicatam, adeat Signaturam iuſtitiæ, eique porrigat ſupplicem libellum executionis, ſeu, vt vocamus, commiſſionem executorialem, cuius cōmiſſionis ſummam ponunt Veſtr. *in prax. lib. 8. c. vltimo n. 9. verſ. ſed hodie, & n. 11. verſ. generalis vero, fol. 268. Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. reſtitut. in integr. c. 2. n. 44. fol. 211.* & per extenſum ponit Mandoſ. *in formul. commiſſ. 23. executorialis.*

173 Extende I. hanc ſubreſtrictionem, vt habeat locum etiam in iudicibus ordinarijs, quia non poſſunt exequi ſuas ſententias ſine ſpeciali commiſſione, & ita videtur ſentire Veſtr. *in prax. lib. 8. c. vlt. ſub n. 9. verſ. ſed hodie, fol. 268.* dum loquitur generaliter, & ſine diſtinctione.

Ratio eſt, quia in Curia Roman. propter præſentiam Papæ omnes iudices dicuntur delegati ſecundum opinionem eorum, quos citaui *ſupra lib. 1. c. 22. ſub num. 4. & infra, q. 19. rem. 1. concl. 6. ſub n. 79. verſic. contra.* Sed in delegatis, lata ſententia, expirat iuriſdictio, quæ reuertitur ad Papam, vt, ratiocinando in iſta materia, ſcribit Marcheſ. *d. commiſſ. reſtit. in integr. c. 2. ſub n. 48 fol. 212.*

Contraria opinio eſt vera, & ſeruatur inuiolabiliter: nam Auditor Cameræ, Vicarius Sanctiſſimi, & Gubernator, alijque iudices ordinarij, ſi ſententiam tulerint, ab eaque non ſit intra legitima tempora appellatum, vel ſit appellatum, & non ſit commiſſa cauſa appellationis, poſſunt eam ſine vlla commiſſione exequi, & ita videmus paſſim ſeruari, quia habent ordinariam iuriſdictionem, vt expreſſo in hoc articulo ſcribit Marcheſ. *d. commiſſ. reſtit. in integr. c. 2. num. 49. fol. 212.* & quod hi habeant ordinariam iuriſdictionem, retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 22. ſub n. 4. c. 23. n. 1. et cap. 25. n. 1.* & quod etiam Camerarius ſit iudex ordinarius, retuli, & ſequutus ſum ſupra *lib. 2. c. 21. n. 1.* & ſimiliter Senator Vrbis dixi *eod. lib. 1. c. 24. in fine verſic. aduertendum eſt, & latius infra qu. 19. rem. 1. concl. 6. n. 79. verſic. confirmatur.*

Et in proceſſu huius executionis ſeruantur illi quatuor termini, de quibus ſcripſi *infra ſub num. 200. verſic. quod ſi commiſſio, concl. 5.*

174 Retenta hac opinione contra extenſionem.

Declara eandem opinionem, vt ſi agatur de exequenda ſententia, lata hic in Curia ab aliquo iudice ordinario, tunc non requiratur commiſſio, ſiue illa ſententia ſit lata in prima inſtantia, & ob non interpoſitam, ſeu non proſecutam appellationem tranſierit in iudicatum, ſiue quia ſit vltima conformis; quare Auditor Cameræ poteſt exequi ſuam ſententiam in caſu, de quo *num. præcedenti, verſ. contraria,* & caſu quo ad eum deuoluta eſſet cauſa per viā appellationis ab aliqua ſententia, lata hic in Curia, puta à ſententia, lata à iudice Curiæ Sabellorum, & coram eo cauſa deſertaretur, poſſet Curiæ Sabellorum ordinarius, qui ſententiam tulit, illam exequi ſine commiſſione, *per ea quæ dixi ſupra n. 167. et ſeqq. ad illum,* & ſimiliter in caſu, quo Auditor Cameræ in cauſa ad eum deuoluta de partibus per viam appellationis vltimam ferret conformem ſententiam, ipſe eam ſine alia commiſſione exequeretur, quia ſunt ſententiæ latæ in Curia ab ordinarijs.

Secus eſt, ſi ageretur de exequenda ſententia lata extra Curiam, quia requireretur commiſſio: quare ſi à ſententia de partibus, ſit appellatum ad Auditorem Cameræ, & coram eo ob non proſecutam appellationem ſententia de partibus tranſierit in iudicatum, requiritur commiſſio executorialis, quia Auditor Cameræ eam non remittit ad iudicem à quo, neque eam exequitur ſine commiſſione.

175 Extende II. eandem ſubreſtrictionem, vt habeat locum in delegato Papæ, & ſic in Rotæ Auditoribus quia Auditor Rotæ, qui eſt delegatus, non poteſt exequi ſuam ſententiam ſine ſpeciali commiſſione Papæ, *Caſſad. deciſ. 13. habuerat, num. 4. de reſcript. & latius Mandoſ. in formul. commiſſ. in commiſſ. 23. execut. in verb. cauſarum auditorie f. 124.* hodie tamen, vt ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. reſtit. in integr. c. 2. ſub n. 49. fol. 212. & in 2. impreſſ. n. 40. fol. 397. & ſub n. 43. ibi ſed pro huius, fol. 398.* habent ampliores facultates, quam antea.

Ratio eſt, quia, lata ſententia, expirat iuriſdictio delegati, *vt ſcripſi ſupra ſub n. 173. verſ. ratio.*

Ratio rationis eſt, quia delegationes cauſarum in Rom. Curia, vt ex earum tenore inſpicimus, mandant ſolum deciſionem cauſarum, & non executionem, *March. d. c. 2. n. 47. fol. 212.*

176 Subextende I. hanc extenſionem, vt Auditor Rotæ non ſolum non poſſit exequi ſententiam, ſed neque poſſit pronuntiare ſuper deſertione cauſæ ſine ſpeciali commiſſione, *Felyn. in c. 12. ex parte il ſecundo ſub n. 10. verſ. declara tertio, de reſcript. & Mandoſ. d. commiſſ. 23. in verbo, cauſarum auditore in fine, fol. 124.*

Ratio ſecundum Felyn. *vbi ſupra* eſt, quia articulus deſertionis eſt, diuerſus à negotio principali, quod eſt delegatum.

Contra hanc ſubextenſionem: quod enim delegatus in cauſa appellationis poſſit pronūtiare ſuper deſertione, te-

nent Franch. *in d.c.8. ex ratione num.69. ibi, quantum autem ad iudicem delegatum*, & Card. Alex. *n.50. verſ. ſeptima & vltime eſt quæſtio. de appellat.* & probatur ea præſertim ratione, quod commiſſiones dantur cum incidentibus, emergentibus, dependentibus &c. Sed deſertio appellationis eſt incidens, Ergo poteſt ſuper ea pronuntiari, dummodo appellans comparuerit coram iudice ad quem, alias non, Felyn. *d. cap. ex parte ſub num. 10. ibi & quia omnes*, & quod negotium deſertionis ſiet acceſſorie ad negotium appellationis, ſeu ſit pars appellationis, retuli, & ſequutus ſum in alio caſu *ſupra ſub num. 56. verſic. ſecus eſt*.

Retenta hac contraria opinione in terminis iuris communis.

177 Extende eam, vt delegatus poſſit etiam condemnare ad expenſas deſertorem appellationis, quod enim ille iudex, qui poteſt pronuntiare, appellationem eſſe deſertam, poſſit etiam condemnare ad expenſas, non diſtinguendo, an is ſit ordinarius, vel delegatus, ſcribunt Franch. *in cap.8. ex ratione ſub num.72. verſ. circa tertium. ibi, ſed contrarium & in fine dicti num.72. & ſub numer.75. &*

* *ſeq.* & eſſe magis communem* teſtatur: & ſequitur ibidem Card. Alex. *ſub num.53. ibi tamen magis communis de appell.* & ſcribunt hoc procedere, ſiue ſit iudex à quo, ſiue iudex ad quem.

Subextende II. vt delegatus non poſſit exequi, etiam ſi is, cui cauſſa eſt delegata, ſit iudex ordinarius; vnde licet Auditor Cameræ, vti iudex ordinarius poſſit exequi ſuam ſententiam, *vt dixi ſupra numero 173. verſ. contraria numero* 174. tamen non poteſt in cauſſa ſibi delegata, & hoc non habet difficultatē, & ſeruat praxis regulariter.

178 Reſtringe nunc eandem ſecundam extenſionem, poſitam *ſupra n.175.* vt non habeat locum in delegatis extra Curiam Romanam, quia delegatus Papæ extra Curiam poteſt ſuam ſententiam exequi ſine ſpeciali commiſſione, & ratio eſt, quia extra Curiam ceſſat præſentia Papę, &c. *Marcheſ. tract. de commiſſ. par.2. commiſſ. reſtit. in integ. c.2 ſub n.49. fol.112.* & ſuccedunt, quæ ſcripſi *ſupra ſub n. 162. verſ. ratio eſt.*

179 Reſtringe II. ſeu declara, vt ſi vltimus delegatus ſit delegatus non a Principe, ſed ab ordinario, tunc non delegatus, ſed ordinarius, qui delegauit, poſſit exequi ſententiam, quia delegatus ordinarij non poteſt exequi ſuam ſententiam, ſed eam exequitur ordinarius, *Maran. in ſuo ſpec. par.4. diſt.5. differ.18. n.45. fol.105.* & poteſt ordinarius exequi etiam non requiſitus, *Iaſ. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1. c.63. ſub n.6.*

180 Declara vlterius ſubreſtrictionem poſitam *ſupra nu. 172.* vt Signatura petitam executionem ſententiæ ſoleat committere eidem iudici, qui illam protulit ſententiam, *Caſſad. deciſ.13. habuerat in fine ſub n.4 de reſcript. Veſtr. in prax. lib. octauo, c. vltimo ſub n.9. verſ. ſed hodie, & n.10. ibi. que ratione, fol.268.*

181 Extende hanc declarationem, vt habeat locum etiam ſi a ſententia, cuius executio petitur, fuiſſet appellatum, & appellatio eſſet deſerta, quia nihilominus executionem committeret iudici, qui ſententiam tulit, *Veſtr. d. verſ. ſed hodie*.

182 Reſtringe hanc extenſionem, vt non procedat, ſi cauſſa appellationis eſſet alteri commiſſa, quia tunc Signatura conſueuit reſcribere iudici ad quem etiamſi prętenderetur deſertio appellationis, *Veſtr. vbi ſupra*, dicens, quod Signatura ſolet hunc articulum executionis committere iudici ad quem cum clauſula, ſeruatis quatuor terminis in ſimilibus ſeruari ſolitis, vel præfixo illorum loco aliquo breui, & peremptorio termino, de cuius clauſulæ ſignificatur, & natura vide Mandoſ. *in formul. commiſſ. in commiſſ.23. execut. in verbo ſeruatis quatuor terminis folio 127.*

Quod ſi is, qui daret commiſſionem pro executione, peteret a Signatura committi iudici a quo Signatura ſolita eſt reſcribere eidem iudici ad quem, quod ſeruatis dictis quatuor terminis, ſeu vnico illorum loco, vt ſupra præfixo inhibitionem ſuam, ſi modo inhibuiſſet, moderetur, & cauſſam ad iudicem a quo remittat, *Veſtr. dict. lib.8. c. capitul. vltimo ſub num.9. verſ. & ſi appellationis. fol.268.*

Reſumendo eandem concluſionem poſitam *ſup. n.162.* & proſequendo eius reſtrictiones.

183 Reſtringe V. eam, vt non procedat in ſententia corporali, qui iudex a quo exequitur eam, quamuis fuerit confirmata a iudice ad quem, maximè quia hodie non ſit remiſſio, *Ang. tract. de malef. in verbo præſente dicto Caio, &c. n.26.* quem refert & ſequitur Guid. Pap. *tract. de appell. num.29. in fine tomo 5. fol.61.* immo debet exequi iudex a quo, quia reus debet remitti ad locum delicti, *Frāch. in cap.3. Romana §. cum autem ſub num.2. verſicul. in gloſſ. in verb. ante ſententiam de appell. in 6.* & quod in criminalibus, etiam ſi iudex appellationis cognouerit, remittat executionem ad primum iudicem, vt delinquens puniatur in loco, in quo ſcelus perpetrauit, ſcribit Rebuff. *tract. de ſent. execut. art. ſeptimo, gloſſ. nona, ſub n.6. to. 1. fol.364.*

Contra iſtam reſtrictionem vrget diſtinctio, quam refert, & ſequitur Auguſt. ad Ang. *vbi ſupra*, dicens, quod ſi iudex a quo habet ius in criminoſo, puta quia deliquit in ſua iuriſdictione, & ſic habet ius tale, quod vbicunque ſit poteſt criminoſum petere, vt ſibi remittatur, tunc ipſe iudex a quo exequitur ſententiam, quia ſolatium eſt cognatis, & affinibus offenſorum, vt videant offendentes punitos: Si vero iudex a quo nullum ius habet in criminoſum, ſi ratione originis, vel domicilij, & tunc iudex appellationis mandabit ſententiam executioni.

An iudex à quo, vel iudex ad quem condemnet ad expenſas, deſerta appellatione; vide Franch. *in cap.44. ſæpe queſt.2. n.45 et ſeqq. de appell.* & iudex ad quem poſſit in cauſſa appellationis condemnare ad expenſas factas coram iudice à quo, & multa alia de materia expenſarum in iſto propoſito vide apud Franch. *d.c. ſæpe n.52. q.7. & ſeqq. & infra q.17. lim.12. nu.47. et ſeqq.* & quod iudex à quo poſſit taxare expenſas, pendente appellatione, dixi *ſupra quæſt.3. n.54.*

ARTICVLVS VIII.

184 Ad Octauum articulum. *Quod ordine procedatur ad executionem rei iudicatæ?*

Reſpondeo procedendo cum infra ſcriptis quinque concluſionibus.

Concludo I. ad vſum praxis, quod tu, qui obtinuiſti rem iudicatam trium conformium, vel duarum, de quibus ſcripſi *ſupra numero 162.* non debes intentare actionem rei iudicatæ, quia in ea requiritur libellus, litis conteſtatio, & ordo iudiciarius, *vt ſcribunt Cyn. in l.5. ab executione ſub num.2. ibi ſi eligitur actio iudicati C. quor. appel. non recip. fol.474. et Afflict. deciſ.346. in quadam cauſa ſub numero 9. et 10.* ſed expedit, vt interites officium iudicis nobile, vt admonet Spec. quem referunt, & ſequuntur Veſtr. *in prax. libr.8. cap. vltim. ſub n.2. et Mandoſ. in form. commiſſ. in commiſſ. 23. executoriali in verbo in rem tranſiuit iudicatam folio 126.* & quod melius ſit petere executionem officio iudicis, quia nec libellus, nec litis conteſtatio requiritur, ſecus ſi petatur via actionis, ſcribit And. de Iſern. quem referunt, & ſequuntur Mandoſ. *vbi ſupra*, & Grauat. *in annot. ad Veſtr. dict. lib.8. capitul. vltim. numero 24.*

185 Concludo II. quod ante executionem ſententiæ, quæ

ob non

ob non proſecutionem appellationis tranſiuit in rem iudicatam, poſſunt emergere duæ difficultates: Prima eſt, *an ſit prius pronunciandum ſuper deſertione*: Secunda, *quis iudex debeat ſuper ea pronunciare; an iudex à quo, vel iudex ad quem*, quarum difficultatum reſolutiones poſui *ſupra n.148.& ſeqq. art.5.* ideo non repeto.

186 Concludo III. quod in decreto, & mandato, quo committitur, & relaxatur executio contra condemnatum tribus ſententijs conformibus, citatio non eſt neceſſaria, ſecundum ea quæ ſcribunt Maran. *in ſuo ſpec. par.6. act.3. princip. in verbo, poſt omnia aduertatur circa executionem, num.17. verſ. ſecunda concluſio, fol.521. Veſtr. in prax. lib.8. cap. vlt. num.3. verſ. quamobrem, fol.264. & Alin. in prax. iudicior. §.7. cap.5. limit.9. n.1.* licet enim illi Doctores loquantur ſimpliciter de executione ſententiæ, tamen ſunt neceſſario intelligendi, vt loquantur de executione ſententiæ, quæ meretur executionem, qualis in primis eſt illa, quæ habet alias duas conformes, ſeu eſt alter inappellabilis, quia dum de vno diſputamus, debemus præſupponere terminos habiles.

Ratio huius concluſionis eſt, quia in prolatione vltimę ſententiæ, cui dari debet executio, adhibetur omnis neceſſaria cognitio, quæ debet præcedere mandatum executiuum, ſeu decretum de exequendo, ne alias lites ex litibus oriantur: Vnde practica debet eſſe, quod in eadem ſententia decernatur, & relaxetur mandatum executiuum pro contentis in ipſa ſententia.

Contrariam opinionem; quod enim requiratur citatio, tenet indiſtincte Cyn. *in l.5. ab executione, ibi, nam ſi eligitur actio iudicati, C. quor. appell. non recip. fol.474.* dicẽs, quod ſi eligitur actio iudicati, datur libellus, & fit proceſſus iudiciarius, & ſi eligitur officium iudicis, tunc, inquit, ſimiliter pars debet citari, quia iudex antequam exequatur debet pronuntiare interloquendo, in quibus rebus fiat executio, hancque contrariam opinionem, non punctatis verbis, tenet Rebuff. *tractat. de ſentent. execut. art.7. gloſſ.9. num.7. & ſeqq. tom.1. fol.365. & tract. de ſentent. prouiſ. artic.2 gloſſ. vltim. verſ. quomodo, eodem tom. fol.269.* & punctualiter, eam fingendo pro regula, multis tuetur rationibus, *dict. art.7. gloſſ.11. num.10. & ſeqq. eod. tom.1. fol.370.* eamque eſſe veriorem, ſeruarique in Regno Franciæ teſtatur *ead. gloſſ.11. n.16. ampl.4.* & in eadem opin. poteſt etiam allegari Ang. Aret. *in l.4. ab executore, ſub n.12. verſ. alius modus, ff. de app. & relat.*

Non recedo a concluſione, quia non obſtat, quod aduerſus executionem poſſint opponi multæ exceptiones: nam reſpondeo, quod non poſſunt opponi contra executionem faciendam vigore ſententiarum conformium, & rei iudicatæ, ſed poterunt opponi contra executionem factam, & ita ſeruatur.

187 Retenta concluſione.

Extende I. eam, vt maxime procedat quando præceſſiſſet cognitio ſuper executione, & non reſtaret niſi executio facti, quia tunc neceſſariam non eſſe citationem, & poſſe tunc iudicem ad petitionem partis committere nũtio, vt exequatur, nulla facta partis citatione, concedit etiam ipſe Rebuff. *d. gloſſ.11. limit.1. n.10. fol.371.*

Extende II. vt procedat de ſtylo & conſuetudine Curiarum Delphinalium, in quibus non fiunt citationes, ſi ſententia exequatur intra vnum annum, ſecus ſi poſt, *Guid. Pap. deciſ.329. de iure, ſub n.2. verſ. & ſuper in fine, & Rebuff. d. gloſſ 11. limit.2. ſub n.19.*

Extende III. vt maxime procedat, quando citato aduerſario, eſſet facta executio de parte, quia tunc ſi in alia parte fiat executio, non requiritur citatio, *Rebuff. dict. gloſſ.11. n.21.* licet dubitet in Francia propter ſtylum.

Extende IV. eam vt procedat tam in executione, quæ fit in actione perſonali, quam in ea, quæ fit in actione reali, maxime ſi fiat in illamet re, in qua eſt lata ſententia, & maxime ſi exequeretur ille iudex, qui tulit ſententiam exequendam, & exequeretur contra eundem condemnatum, & conſtaret iudici, quod condemnato nulla competeret defenſio, quia, his concurrentibus, ceſſant aliquæ difficultates, quæ adduci ſolent contra concluſionem.

Quicquid ſcripſerit in contrarium Rebuff. *tract. de ſent. execut. art.7. gloſſ.11 num.13.14.15.16. & 18. to.1. fol.371.* dicens, ampliando opinionem contra cõcluſionem, quod etiam in prædictis caſibus requiritur citatio: Nam ego reſpondeo, quod ſicut non eſt vera opinio, quam firmat contra concluſionem, ita neque ſunt veræ illæ ampliationes, quæ ſunt inſeparabiles à concluſione, & in quibus ipſa concluſio præcipue poteſt verificari: Neque obſtant auctoritates, quas adducit, quia reſpondeo, quod procedunt in re iudicata, orta ex appellationis deſertione, de qua, limitando concluſionem, ſcripſi *infra n.192.* dum dicit requiri citationem, etiam ſi conſtet, condemnato nullam competere defenſionem, loquitur de ſtylo Franciæ, quia alias in terminis iuris communis loqueretur contra communes doctrinas, & contra rationem ſiquidem citatio adhibetur, vt citatus poſſit ſe defendere.

Extende V. vt non ſit conſiderandum, an executio fiat in rebus, cum tamen ſententia condemnet ad pecunias, quia non propterea dicitur fieri in alia re, quam in re contenta in ſententia; ſecus tamen eſt ſi ſententia condemnaret non ad pecuniam, ſed ad aliquam aliam rem, & executio fieret in alia re, quia tunc proculdubio requireretur citatio, & cauſæ cognitio, & ſic intelligo Innoc. *in c.17. cum ſuper verſus finem, n.10. verſ. rationabiliter, ibi, ſed contra, de ſent. & re iudic.*

Contra hanc extenſionem: quod enim executio dicatur fieri in alia re, ſi ſententia condemnet ad quantitatem & executio fiat in rebus, ſeu in perſona, ſentiunt Franch. *in c.8. ex ratione, ſub n.89. verſ.5. quæritur, de appel. Maran. d. act.2. princ. n.19. verſ. ſupereſt modo, & Alin. d. lim.9. ſublimit.4. n.8.* dum aiunt, hunc caſum eſſe dubium, & Franc. allegat Innocentium, qui tamen non loquitur de quantitate, ſeu pecunia.

Diſtingue & adhæreas extenſioni. Aut loquimur de captione, & ſubhaſtatione pignorum; & citatio ſaltem in captione pignorum non eſt neceſſaria, & illa eſt executio: Aut loquimur de adiudicatione pignorum, & tunc omnino requiritur citatio, *Maran. d. act.3. princip. num.19. ibi, pro ſolutione tamen. Ioac. tractat. de ſubhaſtat. cap.3. ſub num.20. & num.37. tom.6. p.1. fol.79. & 80.* & quod ſecundum decretum debeat interponi vtraque parte præſente, ſcribit Spec. *tit. de ſecundo decreto. §. nunc dicamus, ſub n.1. lib.2. fol.49.* & de hac citatione locutus ſum *ſupra libr.1. c.96. n.9.11. & ſub n.21. verſus finem*, hancque diſtinctionem facit etiam Maran. *vbi ſupra.*

188 Declara I. eandem concluſionem, vt ad tollendas lites expediat citare; nam, quod eiuſmodi citationes ad abundantiam poſſint fieri, patet ex his, quæ ſcribit Veſtr. *in prax. lib.8. cap. vlt. ſub n.3. verſ. quamobrem*, & quod hæc ſit practica tuta, vt executio fiat præmiſſa citatione, refert & ſequitur Card. Alex. *in cap.8. ex ratione, ſub num.61. verſ. ſecundum caput eſt de appell.* Et quod generaliter in omni executione tutius ſit quod fiat citatio, refert & ſequitur Rebuff. *tract. de ſentent. execut. art.7. gloſſ.11. n.16. verſ. quarto ampl. tom.1. fol.381.* & quod de communi ſtylo Franciæ citetur condemnatus, etiam ſi appareat, vt nullam competere defenſionem, teſtatur Rebuff. *tract. de ſent. execut. art.7. gloſſ.11. n.18. tom.1. fol.371.*

Declara II. vt in executione non ſufficiat citare procuratorem, quia, cum iam inſtantia ſit finita, non cenſetur amplius eſſe procurator, *Rebuff. tractat. de ſentent. execut. art.7. gloſſ.11. num.22. tom.1. fol.372.* dicens hoc non procedere in parlamentis, quia is, qui occupauit, tenetur comparere in taxandis expenſis, &c.

Digitized by Google

Declara III. vt quamuis non ſit neceſſaria citatio, & ſit res iudicata ſuper aliqua certa re, tamen non poteſt actor illam rem propria auctoritate occupare,& occupando incideret in pœnam, *Rebuff. dict. gloſſ. 11. in fine, numero 23.*

189 Limita I. eandem concluſionem, vt non habet locum in curia Capitolina,quia in ea ex forma ſtatutorum *lib. 1. cap. 87. de executione ſententiarum,&c.* præfigi debet condemnato terminus,octo dierum ad parendum ſententiæ, intra quos ſi non paruerit, aut non docuerit de cauſſa rationabili,quare parere non debeat, relaxatur contra eum citatum mandatum executiuum, vt etiam ſcripſi *ſupra lib. 1. c. 96. ſub n. 11. verſ. ſed grauamen.*

Hocque ſtatutum eſt conforme practicæ, quam docet Ant. Arct. *in l. 4. ab executore num. 12. verſ. quæro de forma ff. de appell. & relat.* & ex Bar. refert & ſequitur Card. Alex. *vbi ſupra* dicens tutam eſſe practicam Bartoli, quod fiat præceptum in condemnatum, vt ſatisfaciat ſententiæ officio iudicis cum clauſula iuſtificatiua (*ſi ſenſerit ſe grauatum*)quia tale præceptum,parte non veniente,habebit executionem, & veniente, reſoluetur in ſimplicem citationem.

190 Limita II.vt neque habeat locum in alijs Curijs Ciuilibus, in quibus ad habendam executionem dantur Principi commiſſiones executoriales, prout dantur hic in Vrbe,præterquam in tribunali Cameræ,in quo Papa non ſolet reſcribere: quando enim datur commiſſio executorialis,illa obtenta,citatur pars ad dicendum contra eam, &c.vt *ſcripſi infra n. 200. per totum,*vbi videas,quia ſcripſi totum modum procedendi.

191 Limita III. vt non procedat quando executio eſt facienda contra non nominatum,in ſententia, puta contra ſucceſſorem condemnati, quia tunc citatio eſt neceſſaria, *Maran. dict. act. 3. princ. num. 18. verſ. tertia concluſio Aſin. d. limit. 9. num. 6. & Veſtr. d. lib. 8. cap. vlt. ſub num. 4. verſ. quæ tamen.*

192 Limita IV. quando agitur non de executione rei iudicatæ plurium ſententiarum conformium,ſed de executione ſententiæ, quæ ob non interpoſitam, vel non proſecutam appellationem tranſiuit in iudicatum, quia tunc omni caſu in executione ſententiæ requiritur cauſæ cognitio, & partis citatio, non ſolum quando a ſententia fuit appellatum,& appellatio eſt deſerta,ſed etiam ſi nulla fuit appellatione ſuſpenſa, & etiam ſiue executio habeat fieri in eadem re, ſiue in diuerſa, *Franch. in d. cap. 8. ex ratione quæſt. 4. ſub num. 86. & quæſt. 5. num. 89. & 90. ibi in contrariam vero partem, & num. 91. de appell.* Et quod fuit appellatum & appellatio eſt deſerta,requiratur citatio, alias executio non valeat, ſcribunt Dec. *Conſ. 97. in caſu propoſito col. 2. ſub num. 2. ibi, & etiamſi executio. Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7. gloſſ. 11. n. 17. verſ. quinto procedit tomo 1. fol. 371. Maran. d. act. 3. princip. ſub numero 16. verſ. an autem in executione fol. 521. & Aſin. dict. limit. 9. ſub nu. 1. verſ. hæc autem limitatio,* & hanc eſſe communem * teſtatur Maran. *vbi ſupra*, & requiri citationem etiamſi executio ſit facienda ſuper eadem reſcribit Aſin. *vbi ſupra.*

Praxim citandi, & procedendi ad executionem in caſu huius limitationis hic in Curia Romana habes *infra ſub n. 200. verſ. quod ſi commiſſio,* ſiue procedatur vigore commiſſionis executorialis, *vt ibidem locutus ſum*, ſiue procedatur ſine commiſſione executoriali, quia agatur coram iudice, qui poſſit exequi ſine commiſſione executoriali, *vt locutus ſum ſupra ſub n. 173. verſ. contra.*

Et hæc ſufficiant de citatione circa commiſſionem executionis.

De citatione in venditione,& adiudicatione executionis,vide quę ſcripſi *ſupra lib. 1. cap. 96. ſub num. 21. & infra capit.* ...

193 Concludo IV. quod ſi tu obtinueris rem iudicatam per tres ſententias conformes, vel duas, quæ faciant rem iudicatam ex lege municipali, vel aliter: & tuus aduerſarius expediat commiſſionem ordinariam appellationis, & appellationum: conſilium eſt, vt cum primum tu fueris citatus coram iudice delegato, non ſolum opponas de re iudicata, & proteſteris de non conſentiendo in iuriſdictionem, ſed vlterius des commiſſionem reformatoriam ad tollendas difficultates, & laqueos: nam ſi tu non opponeres de re iudicata, & iudex delegatus proferret ſententiam contra tuam rem iudicatam, incideres in difficultatem; an talis ſententia teneat: & ſi tu opponis de re iudicata, ſeu deſertione, & reuocetur in dubium de re iudicata, incides ſimiliter in controuerſiam an ſententia poſtea lata ſit valida; & demum concedamus quod ſententia vtroq; caſu ſit ipſo iure nulla, tamē oportet, vt facias committi cauſam nullitatis huius ſententiæ, & tranſportes acta,& dato deinde, quod iudex, cui committitur cauſa nullitatis; declaret ſentētiam eſſe ipſo iure nullam tamen aduerſarius appellabit, & tranſibit per alias conformes & interim tu non habebis executionem, & ita practicatur in Vrbe: quare expedit vndique dare commiſſionem reformatoriam in Signatura iuſtitiæ, prout quotidie practicatur.

Videamus tamen, *an ſententia, lata contra rem indicatam, poſſit valere, ſeu ſit ipſo iure nulla.*

Vt huic difficultati ſatisfaciam, conſidero duos caſus principales.

Primus caſus eſt: quando fuit exceptum, & probatum de re iudicata: & iſto caſu dico, quod ſententia, lata contra rem iudicatam, eſt nulla, *Bal. in l. 1. col. 2. n. 5. verſ. ex prædictis, C. quando prouoc. non eſt neceſ. & in c. 65. ſuas nobis, & ibidem Franch. n. 12. verſ. ſed quæritur de appell.* & * hanc eſſe communem * opin. teſtatur, & ſequitur Franch. *in c. 63. dilecto q. 41. ſub n. 94. eod. tit. de appell.*

195 Extende hunc primum caſum, vt non ſolum ſit nulla prima ſententia, lata contra rem iudicatam, ſed ſit nulla etiam ſecunda ſententia,quæ confirmaret illam nullam, ſi etiam coram iſto iudice confirmante oppoſitum, & probatum ſit de re iudicata,quia non poteſt iudex ſecundæ appellationis confirmare ſententiam, quæ ſit nulla eo, quia fuerit lata contra rem iudicatam, non attenta exceptione,& probatione dictæ rei iudicatæ,ſi etiam coram eo opponatur de re indicata; quare ſi tertius iudex, coram quo etiam opponatur de re iudicata, confirmaret ſecundam ſententiam, quæ ſit nulla eo, quia non obſtante exceptione rei iudicatæ fuit lata contra primam,quæ fecerat tranſitum in rem iudicatam, erit nulla etiam iſta ſententia confirmatoria, lata a tertio iudice: Do exemplum: reus habuit ſententiam abſolutoriam,quę tranſiuit in rem iudicatam, actor appellauit ab iſta ſententia, & reus coram iudice appellationis oppoſuit,& probauit de re iudicata, nihilominus iſte bonus ſecundus iudex appellationis tulit contrariam ſententiam, qua condemnauit ipſum reum, qui fuerat abſolutus à iudice, a quo, & reus appellauit, & tertius iudex, non obſtante exceptione rei iudicatæ etiam coram ſe oppoſita, confirmauit ſententiam ſecundi iudicis, certe iſta etiam ſententia erit nulla; Ratio eſt, quia licet ſecunda ſententia non habeat errorem expreſſum, & ideo videatur dicendum, quod hæc tertia ſententia potuerit illam confirmare, nihilominus aliter eſt dicendum,quia cauſſa,inferens nullitatem ſecundæ ſententię,non ceſſat reſpectu tertiæ ſententiæ,quæ eam confirmat,& ideo dicimus,quod iſte tertius iudex non potuit confirmare ſententiam nullam ſecundi iudicis, *Franch. dict. capit. 63. dilecto quæſt. 41. ſub num. 94. de appell.*

196 Secundus caſus eſt,quando non fuit probatum neque exceptum de re iudicata: & in iſto caſu ſunt opiniones,

Opinio-

exceptum de re iudicata:& in iſto caſu ſunt opiniones.

Opinionem affirmatiuam, quod ſententia lata contra rem iudicatam ſit valida, tenent Bald. *in d.l.1. col. 2. num. 5. verſ. ex prędictis, C. quan. prouoc. non eſt neceſſ. & in c.65. ſua nobis*, quem ibidem refert, & ſequi videtur Franch. *n. 12. verſ. ſed quæritur, de appell.* & tenet aperte idem Franch. *in d.c.63. dilecto, q.41. ſub n.94. ibi, ſi vero cauſa nullitatis primæ ſententiæ, eod. tit. de appellat. & Put. deciſ. 120. in vna legionen. n.4. lib. prim.* dicens, quod ſi alicui eſſet commiſſa cauſſa, & non opponeretur de re iudicata, tunc ſecundus iudex poteſt pronuntiare, & pronuntiando præiudicat primæ rei iudicatæ ita, vt dicatur illa prima res iudicata eneruata, & infirmata, *& deciſ. 202. fuit reſolutum, lib. 2. & Rugin. tract. de appell §. vndecimo, gloſſ. 1. c. 1. n. 38. verſic. & ad id quod, fol. 283.*

Confirmatur hæc opinio affirmatiua, quia contra rem iudicatam poſſunt recipi, & examinari teſtes, parte non opponente, *vt refert, & ſequitur Arelet. in additio. ad Alciat. tract. de præſumpt. par. 2. n. 10. tom. 4. fol. 306. & aduertit Menoch tract. de præſumpt. lib. 2. præſump. 67. n. 53. verſ. quartus eſt caſus, & ſcripſi lib. præced. c. 7. ſub n. 209.* & pars non opponens videtur renuntiare rei iudicatæ, quæ conſequenter redditur nullius momenti, *Mohed. deciſ. 4. alias 39. dubitarunt, de ſentent. & re iud. Caputaq. deciſ. 278. alibi 280. oppoſitio, & 281. opponens, p. 2. & dixi dict. c. 7. n. 209. in fine*, & conſequenter ſi victus probauerit de iniuſtitia ſententiæ & rei iudicatæ, illa ſententia, & res iudicata retractabitur, *Arelet. vbi ſupra.*

Extende hanc opinionem affirmatiuam, vt procedat, & habeat vim etiam confirmandi ſententiam quæ ſit nulla eo, quia fuerit lata contra rem iudicatam ſpreta rei iudicatæ exceptione, & probatione, quia nihilominus ſi coram iudice confirmante non ſit oppoſita exceptio rei iudicatæ, poteſt confirmare ſententiam nullam, & confirmando præiudicare rei iudicatæ: quare licet coram iudice primæ appellationis ſit exceptum, & probatum de re iudicata, & conſequenter ſententia ipſius iudicis primæ appellationis, lata contra rem iudicatam, ſit nulla, tamen ſi coram iudice ſecundæ appellationis non ſit exceptum, neque probatum de re iudicata, & ferat ſententiam confirmatoriam ſententię iudicis, primæ appellationis, talis ſententia confirmatoria valebit, quia iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam nullam, quando cauſſa nullitatis illius ſententię confirmatæ ceſſat in ſententia confirmante, *Franch. in c.63. dilecto, quęſt. 41. ſub num. 94. de appell.*

Declara, vt is dicatur opponere de re iudicata, qui dicit generalia contra productionem, & admiſſionem iurium, quia impugnando productionem poteſt intelligi, quod hæc impugnatio fiat, quia productioni obſtet res iudicata, *Caputaq. d. deciſ. 281.*

Secus eſt ſi opponat generalia contra inſtrumenta producta, & poſtea nihil aliud opponatur, *Caputaq. deciſ. 280. & deciſ. 281. ſub n. 1. p. 2.*

Et licet hæc declaratio videatur ſibimet pugnans, vt aduertit Mantin. *tract. de confeſſ. c. 6. n. 24. & 25.* & ſit fulcita ſola Rotæ auctoritate, tamen mihi videtur ſatis iuridica, quia is, qui opponit generalia contra inſtrumenta, videtur conſentire productioni, & ſi conſentit, renunciat rei iudicatæ.

Opinionem negatiuam contrariam, quod enim ſententia, lata contra rem iudicatam, ſit nulla etiam ſi non ſit probatum, neque exceptum de re iudicata, tenent Frãch. ſibimet contrarius, *in cap. 36. directę concluſ. 8. ſub num. 10. de appell.* vbi magis ſenſate loquitur, & Anch. *conſil. 345. iam deſerta appellatione*, qui conſiderant, quod iudex appellationis eſt incompetens, ſtante re iudicata, *Franch. Cran. Caſ. de Graſſ. & Rebuff. quos retuli & ſequutus ſum infra q. 15. art. 10. n. 202.*

Comprobatur hæc opinio negatiua ex his, quæ ſcripſi *q. ſeq. ampl. 10. num. 100. & ſeqq.* in quibus habes, quod appellatio recepta poſt decem dies, & ſententia ſuper ea lata, etiam parte non opponente, ſed immo conſentiente eſt nulla.

Non recedo a prima opinione affirmatiua, quæ etiam ſeruatur in praxi.

197 Retenta tamen hac opinione negatiua in via diſputatiua.

Extende eam, vt ſententia lata contra rem iudicatam ſit non ſolum nulla, ſed ipſo iure nulla, etiam ſi vtraque pars conſentiret, vt ſententia ferretur, & multo magis ſi altera pars tacuerit, *vt retuli & ſequutus ſum infra qu. 15. art. 10. n. 203. verſ. imò.*

198 Reſtringe primo eandem opin. negatiuam, vt non procedat, quando iudex fuit aditus per viam nullitatis, quia tunc is poteſt procedere, & pronuntiare ſuper nullitate; imò vbi pars non opponat de re iudicata, poſſet procedere ſuper negotio principali, vide *infra q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 112. verſ. ſubdeclara.*

199 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando reuocaretur prius in dubium de ipſa appellatione, & iudex pronuntiaret, ſe competentem, & partes litigarent coram eo, quia tunc ſententia, quam ferret, non diceretur nulla eo, quod eſſet lata contra rem iudicatam, *Franch in c. 39. directa, num. 10. concl. 8. verſus finem de appel.* quod etiam, reſpondendo ad Inn. videtur admittere Anch. *conſ. 345. iam deſerta appellatione, ſub n. 1.* & quod vbi non appareat euidenter de deſertione, ſed ſit dubium, tunc niſi iudex pronuntiet cauſam eſſe deſertam, ipſe remaneat iudex ſuper negotio principali ratione dubij, ſcribit Addition. ad Rot. *deciſ. 14. alias 98. licet appellatio, de appell. in nou.* Quare ex hac reſtrictione vides, quod non eſt omnino tutum excipere de re iudicata, quia ſi iudex ſuper iſta exceptione aſſumit cognitionem, &, diſputando de viribus appellationis, pronuntiat ſe competentem, poſſet valide vlterius procedere.

Ex quibus omnibus vides, bonum eſſe conſilium, & praxim, qua vtimur reformandi commiſſionem *vt dixi ſupra n. 193.*

200 Concludo V. quod tu, qui iuxta ſtylum Rom. Curiæ habuiſti commiſſionem executorialem, directam iudici delegato ſiue in prima inſtantia, quia non ſit appellatum, ſiue in ſecunda, quia appellatio non fuerit proſecuta, & vis executionem, debes poſtea citare aduerſarium ad dicendum contra commiſſionem vltimo loco in actis præſentatam, & vbi hæc citatio fiat contra abſentem, ab Vrbe, debet in ea inſeri tenor dictæ commiſſionis, *Veſtr. in prax. lib. 8. c. vltim. num. 11. in fine verſic. impetrata. fol. 269.* hæcque citatio eſt neceſſaria, in quauis ſpecie rei iudicatæ ſimus.

Aduerſario citato, reproductaque citatione in actis, debes videre, an commiſſio præciſe reſcribat (quod tamen nunquam facit, ſed ſi faceret procederetur immediate ad reſcripti executionem) an vero reſcribat ſub aliqua clauſula conditionali, vt ſemper facit, vtputa *conſtito de trib. conformibus*, ſeu *iudicata*, ſiue *aſſertis*, quia in hac ſpecie debes in primis docere de conditione, videlicet de tribus conformibus, aut alia conditione oppoſita, & ſatis docebis per repetitionem actorum, ſi ex eiſdem actis poſſet conſtare, alias debes docere per alias congruentes probationes, citata tamen vtroque caſu parte, quia verbum *conſtito* in iudicialibus includit partis citationem, *Veſtr. d. lib. 8. cap. vlt. n. 12 & 13. fol. 269.* Quare erit neceſſaria ſecunda citatio ad dicendum contra iura producta & repetita, & in termino huius citationis debet is, qui citauit, repetere in actis ſententias, & rem iudicatam, & ſimilia, ex quibus probetur conditio, ſeu modus, ſub quo Signatura reſcripſit.

His abſolutis, debes videre, *an commiſſio tradat vlterius aliquem modum procedendi.* vt puta qui daret, vt ſeruarentur quatuor termini ſoliti, vel quod illorum loco vnicus præfigeretur terminus, quia ſeruanda erit ad vnguem illius forma.

Quod ſi commiſſio certam non preſcribat formam; tunc aduerte de qua executione agatur.

Aut enim agitur de executione rei iudicatæ vnius ſententiæ, quæ fecerit tranſitum in rem iudicatam ob non interpoſitam, ſeu ob non proſequutam appellationem infra legitima tempora, & iſto caſu conſueuimus ſeruare quatuor terminos ſubſtantiales quatuor audictijs, citãdo aduerſarium quatuor vicibus, & ſeparatis citationibus, videlicet, ad docendum de legitimis appellatione, diligẽtius, & proſecutione primo pro prima dilatione; ſecundo pro ſecunda; tertio pro tertia: & deniq; quarto pro quarta dilationibus, *vt docent Veſtr. d. lib. 8. cap. vlt. ſub num. 13. verſ. & ſi commiſſio fol. 170. & clarius lib. 5. c. 10. verſ. quandoque etiam fol. 104. Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. 23. executor in verbo ſeruatis quatuor terminis, & Marſ chiſ. eod. tract. in commiſſ. reſtit. in integr. c. 2. n. 45. par. 2. fol. 213.* qui termini ſeruantur ſinguli ad primam, *Veſtr. d. c. 10. in fine fol. 104.*

Aut agitur de executione trium ſententiarum conformium, vel de alia ſententia inappellabili, & iſto caſu citatio, & termini ſupradicti non ſeruantur, quia non congruunt, & ideo Veſtr. *d. c. vlt. ſub n. 13. verſ. & ſi commiſſio*, cum myſterio, & ſenſate loquitur, dum ait, quod præfati termini ſunt ſeruandi, quando ſumus in caſu, in quo ſeruari debeant, & poſtea verſ. *ſequenti.* his peractis, inquit, quod ſeruata tela iuxta ſuos caſus neceſſaria, quaſi dicat, non in omnibus vnam, eandemque ſeruandam eſſe: quare in iſto caſu trium conformium, vel vnius inappellabilis fiet hæc alia citatio ad videndum taxari, & moderari ſingulas expenſas, ſicut latè docent Veſtr. *in prax. lib. 8. cap. vlt. n. 14.* & Mandoſ. *d. commiſſ. 23. executor. in verb. omnes & ſingulas expenſas.*

201 Nunquid autem executoriales decretæ, non ſeruatis quatuor terminis in caſu, quo reſcriptum mandet eos ſeruari, vel alias ſeruandi eſſent de ſtylo, ſint validæ.

Reſpondeo, quod ſi ex actis conſlet de re iudicata ſuſtineri poſſunt executoriales pro validis, vt tenuit Rot. quam refert, & ſequitur Mandoſ. *tract. de commiſſ. in commiſſ. 23. executor. in verbo citatione præcedente verſ. primo igitur, verſus finem ibi, concluſerunt fol. 129.*

Explicitis qq. de eſſentia appellationis, de ordine appellandi, & de proceſſu appellationis, ſequitur vt agamus de temporibus appellationis.

QVÆSTIO XII.

ARGVMENTVM.

Appellatio infra quantum tempus debeat interponi.

SVMMARIA.

Appellatio infra quantum tempus interponi debebat de iure Digeſtorum & Codicis, n. 1.— Sed hodie infra decem dies, n. 2.— Infra quantum tempus in Francia, n. 3.— In foro Capitolino, n. 4.

Statutum conſuetudo, ſeu ſtylus alterans tempus appellandi eſt validum, n. 5.— Etiam ſi ſtatutum ſit conditum à Ciuitate recognoſcente ſuperiorem, n. 6.

Tempus, quod datur ad appellandum, quando incipiat currere à die habita notitia ſententia lata, ſub nn. 7. & 13. & ſeqq. in quibus habentur extenſiones, reſtrictiones, intelligentia, & declarationes vſque ad n. 59.— Et quando incipiat à die latæ ſententiæ, n. 9. & ſeqq.

Terminus, quem Iudices Romana Curia de ſtylo habent pro ſeruato, quantum duret, n. 8.

Concluſio de appellando infra decem dies, vt in n. 2. habet ſeqq. ampliationes & limitationes.

¶ *Ampliatur I. etiam ſi quis vellet in cauſſa appellationis probare nullitatem ſententiæ, n. 59.— Subampliatur etiam ſi vellet probare nullitatem ex defectu iuriſdictionis, n. 60.*

Ampliatur II. vt appellans teneatur etiam probare omnia formalia appellationis, etiamſi &c. n. 62.— Subampliatur num. 63. & 64.

Ampliatur III. etiam ſi quis vellet probare notoriam iniuſtitiam ſententiæ, n. 67.

Ampliatur IV. vt non ſolum principales teneantur appellare infra decem dies, ſed etiam tertij, volantes adhærere eorum appellationi, debeãt adhærere infra eoſdem decem dies, n. 69.— Subampliatur, n. 70.— Declaratur eadem ampliatio multipliciter, nu. 71. & ſeqq.— Reſtringitur eadem quarta ampliatio multipliciter, n. 76. & ſeqq.

Ampliatur V. vt ſicut ampliatio debet fieri infra decem dies, ita etiam infra eoſdem decem dies debeat ratificari, n. 79.— Declaratur, n. 80.

Ampliatur VI. in ſententia, quæ non tranſiuit in rem indicatam, n. 81.— Infertur, n. 82.

Ampliatur VII. etiam in ſupplicatione, n. 83.

Ampliatur VIII. in appellatione ab interlocutoria, nu. 84.— Subampliatur, n. 85.— Declaratur ampliatio multipliciter, n. 86. & ſeqq.

Ampliatur IX. in fiſco, n. 99.

Ampliatur X. vt neque de partium conſenſu poſſit admitti appellatio poſt decem dies, n. 100.— Subampliatur, nu. 101. & ſeqq.

Ampliatur XI. in cauſa beneficiali, n. 103.— Reſtringitur, num. 104. & 105.

Ampliatur XII. in omni appellatione etiam quod appelletur ab actu extraiudiciali, n. 106.

Ampliatur XIII. in proteſtatione interponenda coram honeſtis viris, n. 107.

Ampliatur XIV. in appellatione coram iudice ad quem, n. 108.

Ampliatur XV. in intimatione appellationis, n. 109.

Ampliatur XVI. etiam pendente compromiſſo, n. 110.

Ampliatur XVII. in ſententia conditionali, n. 111.

Ampliatur XVIII. in ſententia arbitri, n. 114.— Subampliatur n. 115. & ſeqq.

Ampliatur XIX. in ſententia lata, præſente procuratore, quia adhuc dominus abſens non poſſet appellare poſt lapſos decem dies, n. 118.— Subampliatur, nu. 120. & 122.— Declaratur omnia, n. 123. & ſeqq. in quibus habentur omnia neceſſaria vſque ad n. 141.

Ampliatur XX. in eo, qui fuit reſtitutus ad appellandum, n. 141.

Ampliatur XXI. in actu dependente à ſententia, n. 142.

Ampliatur XXII. in ſententia lata contra infirmum, ſeu aliter impeditum, ſub n. 142.

Ampliatur XXIII. in cauſa feudali, ſub n. 142.

Ampliatur XXIV. in cauſa criminali, ſub n. 142.

Ampliatur XXV. vt lapſis decem diebus non poſſit appellari, licet nondum fuerit declarata deſertio appellationis, n. 143.

¶ *Limitatur I. eandem concluſio de appellando infra decem dies vt non procedat in grauamine ſucceſſiuo, n. 144. & ſeqq. in quibus dantur exempla, & reſtrictiones vſq; ad n. 153.*

Limitatur II. vt non procedat quoad effectũ ratificandi nu. 153.

Limitatur III. in appellatione tertij, n. 154.— Exemplificatur, n. 155.

Limitatur IV. in appellatione à ſtatuto n. 156.— Declaratur, n. 157. & 158.

Limitatur V. in comminationibus, n. 159.

Limitatur VI. in præceptis, quæ fiunt à iudice abſque cauſſa cognitione, n. 160.

Limitatur VII. in appellatione à delatione iuramenti, &c. num. 161.

Limita-

Digitized by Google

Limitatur VIII. in ſententia lata dolo iudicis, ſub n.161.
Limitatur IX. in paupere &c. n. 162. — Ampliatur, n.163. — Exemplificatur, n.164. & ſeqq.
Limitatur X. quandò immenſitas ventorum, vel fluminis inundatio impediuerunt appellaturum, num.167. — Declaratur, num.168.
Limitatur XI. quando agitur principaliter de nullitate, n. 169.
Limitatur XII. pendente articulo, an appellatio ſit deſerta, numer.170.
Limitatur XIII. in cauſis criminalibus, ne innocens puniatur, n. 171. — Contrarium, n.172.
Limitatur XIV. vt non procedat quoad alia remedia, n.173.
Limitatur XV. in reductiones arbitramenti, n.174. — Declaratur, n.175.

1 OLim de iure Digeſtorum, & Codicis appellatio erat interponenda infra duos dies in cauſſa propria, & infra tres in cauſa aliena, hoc eſt principalis; ſi cauſſam agebat per ſe ipſum, habebat duos dies ad appellandum, ſed ſi eam agebat per procuratorem habebat tres dies à die latæ ſententiæ, *l.6. eos, §. ſin autem, C. de appel. et conſult. & l.1. §. biduum, & §. dies, & §. in propria, ff. quan. appellan. ſit. Ioan. Ferrar. tract. de appell. lib.2. c.4. num.134. tom.5. f. 68. Rebuff. tract. de appellat. art. primo gloſſ. 1. num.1. tom.3. fol.482.*

2 Hodie tamen ſufficit, quod interponatur infra decem dies tam de iure authenticorum, *auth. hodie, C. de appellat.* quam de iure canonico, *c.28. anteriorum, 2. q.6. & cap.32. cum dilectis, in fine, de elect. & cap 15. quod ad conſultationem, de ſent. & re iud. & c.8. concertationi, de appell. in 6.* & quod ſit appellandum infra decem dies, ſcribunt Spec. *tit. de appell. §. reſtat videre, in princip. lib.2. fol.189. Azor. in ſum. C. tit. quor. appell. non recip. num.1. & Salyc. in d. auth. hodie, in princip. Papien. in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis, ſub num.12. fol.406. Card. Alex. in cap. 4. perſonas, ſub num.2. de appell. Maran. in ſuo ſpec. part.6. act.2 princ. in verbo, & quandoque appellatur. qu.3. princ. n. 213. & 214. fol.488. Iacob. Nouell. tract. de iur. prothomiſ. §.6. num.27. & 28. fol.43. Mynſing. in ſing. obſeru. cent.3. obſeru.11. non ſolum num. 1.* dicens, id eſſe diſpoſitum etiam ordinatione Cameræ, *Menoch. tractat. de præſumpt. libr.2. præſumpt.95. num.1. Odd. tractat. de reſtit. in integr. part.2. quæſt.69. num.2. Ioan. Ferrar. d. cap.4. n.135. to.5. fol.68.* & quod facultas iſta appellandi non viuat vltra decem dies, refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. par.2. c.12. de attent. & innon. appell. pend. limit.50. princip. num.38. tom.5. fol.378. & par 3. cap.26. de prob. attent. num.17. & 18. fol.* * 440. Et hæc concluſio eſt nota omnibus * in foro verſantibus, & etiam non verſantibus, cum qua nos loquendo in materia criminali, tranſiuimus ſimpliciter *ſupra lib.1. cap. 97. num. 129.* & quod in Curia Romana debeat ſchedula appellationis præſentari infra decem dies, refert, & ſequitur Rugin. *tract. de appell. §.4. c.1. n.18. verſ. ſi quis appellanit, fol.157.*

3 In patria tamen conſuetudinaria ſtatuit Rex Franciæ, vt illico appelletur, id eſt, ſimulatque prolata eſt ſententia, vel iudice adhuc ſedente pro tribunali, & antequam ab auditorio diſcedat, *Rebuff. d. art.1. gloſſ.1. num.4. tom.3. fol.483.*

4 Item in foro Capitolino ex diſpoſitione ſtatutorum *lib.1. cap.166.* debet appellari infra octo dies, quod etiam notat M. Ant. Bard. *tract. de temp. vtil. cap.3. num.1. tom.5. fol.212.*

5 Nota ex his poſtremis valere ſtatutum, conſuetudinem, vel ſtylum augentem, vel diminuentem tempus appellandi, *Franch. in c.5. cum ſit Romana, num.8. verſ. ex hoc etiam infertur, de appell. Rebuff. d. gloſſ.1. n.7. tom.3. fol.483. & M. Ant. Bard. d. c.3. ſub n.1. tom.5. fol.212.* & quod ſtatutũ, ſeu conſuetudo poſſit diſponere, vt valeat, & poſſit appellari etiam poſt decem dies, qui dantur de iure communi, refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p.2. c.12. de attent. & innouat. appell. pend. limitat.50. princ. num.164 verſ.5. fol.380.*

6 Et procedit hoc notabile de ſtatuto, etiam ſi conditum ſit a Ciuitate recognoſcente ſuperiorem, quia licet Ciuitas, ſuperiorem recognoſcens, non poſſit ex toto tollere appellationem, tamen poteſt per ſtatutum diminuere, ſeu elongare tempus appellandi, *Franch. vbi ſupra.*

7 Contra iſtam concluſionem in eo, quod dixi eſſe interponendam infra decem dies à die ſententię, oppono dupliciter.

Primo, quia ſufficit, quod interponatur infra decem dies à die, quo habetur notitia ſeu ſcientia latę ſententię, *Specul. tit. de appell. §.1. ſub num.6. verſ. illud autem, ibi, cæterum licet, lib.2. fol.184.* & quod decem dies, dati ad appellandum, computentur à die notitię, ſcribit Rebuff. *tractat. de appell. in pręfat. n.69. & art.1. gl.1. ſub n.3 tom.3. fol 480. & fol.482.*

Imò adhoc, vt incipiat currere terminus ad appellandum, non ſatis eſt, quod appellaturus ſciat latam eſſe ſententiam, ſed requiritur, quod ſciat etiam, quomodo fuerit lata, an pro, vel contra, & donec hoc non ſciat, non incipit currere terminus, *Card. Alex. in c 4. perſonas ſub n.2. ibi nec ſufficit ſciat. de appell. Felin. in c.15. quoad conſultationem, num.22. verſ. poſtremo circa curſum; & clarius n.32. verſ.12. concluſio, de ſent. & re iud. Afflict. tract. de iure prothomiſ. §.2. n.4. tom.17. fol.7. & Nouel. §.7. n.17. fol.44. Maran. in ſuo ſpec. p.6. act.2. princ. in verbo & quandoque appellatur, q.3. princip. verſ. limita, n.215. fol.488. Natt. conſil. 51. viſo proceſſu, n.1. lib.1. & conſ.348. videtur primo, n.1. & 4. lib.2.* vbi quod debet certificari de qualitate, & tenore ipſius ſententię, *M. A. Bard. tract. de temp. vtil. c.9. ſub n.1. verſ. hoc autem, in fine tom.5. fol.212. Odd. tract. de reſtit. in integr. q.69 art.1. n.1. in fine, & Lancell. tract. de attent. p.2. c. 12. de attent. & innouat. appell. pend. lim.50. princ. n.158. ibi. hac autem, to.5. fol.380.* & ideo, donec non potuerit habere copiam ſententię, tempus ad appellandum non currit, *Franch. in c.8. ex ratione, ſub n.2. de appell.* & quod intimãs ſententiam debeat illam legere aduerſario, cui eam intimat, ſed tamen non teneatur ei copiam relinquere, ſcribit *Franch. in c. vlt. ſi iuſtus, n.48 ibi, ſed an ſufficiat quod intimans de appell.* & quomodo hoc ſit verum declaraui vna cum eodem Lancell. *infra n.30. verſ. reſtringe.*

8 Secundo oppono de ſtylo Curię Romanę, vbi iudices, reproducta citatione ad ſententiam in termino citationis, dubij adhuc de qualitate ſententię, proferendę, ſolent habere illum terminum citationis pro ſeruato pro vtraque parte, qui terminus pro ſeruato durat diuerſimode, nam coram iudicibus ordinarijs, & eorum delegatis, & ſubdelegatis, & ſimiliter coram delegatis, ad vniuerſitatem cauſarum durat per decem dies, ideoque debent prefati iudices ante vltimam diem decendij, ſeu ipſa ſaltem vltima die ſententiam proferre, & coram Auditoribus Rotę durat per quindecim dies, & in vltima audientia per menſem, ſed coram alijs delegatis, ſeu ſubdelegatis Papę iſte terminus pro ſeruato durat ſine termino, ideoque poteſt delegatus ſubſcribere ſententiam quandocunque, & pars debet appellare infra decem dies, inchoandos non ex die ſententię, ſed ex die termini habiti pro ſeruato, quia ad illum diem retrotrahitur ſententia, quę poſtea fertur durante termino pro ſeruato, vt enarraui *infra q.17. lim.21. n.23. & 24.* & ſic in terminis primę oppoſitionis non eſt neceſſarium, quod appelletur infra decem dies à die latę ſententię, & in terminis ſecundę oppoſitionis eſt neceſſarium, quod appelletur ante latam ſententiam.

Vnum aduerte obiter, quod ſi cauſa delegetur ordinario in Romana Curia, ille ordinarius habet terminum

Digitized by Google

pro ſeruato non tanquam delegatus, ſed tãquam ordinarius, vel quia in modo procedendi ordinarius delegatus ſeruat ſtylum ſui tribunalis, vt retuli lib. præcedenti cap. 3. n. 275. vel quia in definiendo remanet ordinarius ſecundum Paul. de Caſtr. quem retuli, licet non ſequutus ſim, ſupra q. 8. n. 51. & num. 86. in fine, & propterea in hoc non diſputatur, an eius iuriſdictio fuerit excitata, vel fuerit delegata, prout poſſet diſputari in alijs terminis, per ea quæ ſcripſi d. q. 8. ſub n. 86. verſ. extende ſecundo.

Pro ſolutione oppoſitionum, & concordia conſidera duos caſus.

Primus caſus eſt, quando quis eſt citatus perſonaliter ad ſententiam; & in iſto caſu falſa eſt prima oppoſitio, quia terminus ad appellandum incipiet currere à prolatione ſententiæ, ſi feratur in termino citationis, vt ſcribunt Capic. deciſ. 139. in cauſa Hieronymi ſub nu. 1. & ſeqq. Caputaq. deciſ. 130. ſeu 17 ſententia tranſiuit par. 3. & Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. ſub n. 21. & quod citatus perſonaliter nõ poſſit appellare à die notitiæ, dicit Rot. diuerſ. deciſ. 758. Bellicen. n. 3. par. 3. lib. 3. fol. 304. vel incipit currere à termino habito pro ſeruato, vt in ſecunda oppoſitione.

10 Neque obſtat, quod dicebam, requiri ſcientiã tenoris ſententię, quia reſp. paria eſſe, quod ſciuerit tenorem ſententiæ, vel neglexerit ſcire, quia cum fuerit citatus perſonaliter poterat ſententiam audire, videre, & legere, Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 69. art. 3. verſ. ſi demum. dicens, iſto caſu non ſuccurri non appellanti.

Idq; multò minus obſtat in Curia, quia in ea propter ſtylum, à me relatum ſupra ſub n. 8. eſt appellandum infra decem dies, etiam penitus ignorata qualitate ſententiæ.

Minus obſtat, quod Io. Ferrar. tract. de appel. lib. 2. c. 4. n. 137. verſ. inſuper to. 5. fol. 69. ſcribat tempus decem dierum ſupputari à ſententię die, modo, pręſente principali, vel eius procuratore, ſententia proferatur,

Quia reſpondeo, citatum perſonaliter haberi pro pręſente.

11 Intellige I. iſtum primum caſum cum præſuppoſito, quod citatus comparuerit, alias, ſi non comparuerit, diceretur verus contumax, qui non audiretur appellans, etiamſi vellet appellare infra decem dies, & hoc de iure, ſed de conſuetudine etiam verus contumax auditur appellans, dummodo appellet infra decem dies, computandos à prolatione ſententiæ, vide quæ de tota hac intelligentia ſcripſi infra q. 17. lim. 3. n. 12. & ſeqq.

12 Intellige II. vt procedat, ceſſante impedimento ad appellandum, alias ſecus, per ea quæ ſcripſi infra n. 162. et 167.

Intellige III. vt procedat contra ipſum citatum perſonaliter, ſecus contra eius hæredem, quia terminus ad appellandum non currit hæredi, niſi à die notitiæ, Vnde licet defunctus fuerit citatus perſonaliter, tamen ſi, lata ſententia deceſſerit, hæredi non currit tempus ad appellandum, niſi à die notitiæ, Franch. in c. 8 ex ratione, n. 94. de appell.

13 Secundus caſus eſt, quando non eſt citatus perſonaliter, ſed eſt citatus domi, & iſto caſu procedit prima oppoſitio, quia terminus decem dierum non incipit currere à die prolatæ ſententiæ, ſed à die notitiæ, & ſcientiæ latæ ſententiæ, vt declarant Card. Alex. in cap. 4. perſonas ſub n. 2. de appell. Felin. in c. 15. quoad conſultationem n. 23. verſ. conſidera duos de ſent. & re iudic. Tiraq. tractat. de retract. lignag. §. 9. gloſſ. 2. n. 42. verſ. ex ijs autem fol. 242. Rot. diuerſ. deciſ. 55. fuit concluſum n. 2. par. 1. Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. lim. 50. princ. n. 143 to. 5. fol. 380. Capic. Caputaq. Veſtr. in locis citatis ſupra n. 9. verſ. primus, & Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. de commiſſ. ſuper diuerſ. c. 28. n. 62. ibi ſuccumbens fol. 304. in ſecunda impreſſione, quibus adde Gloſſ. vltimam in auth. hodie C. de appell.

Ratio eſt, quia citatus domi dicitur fictus contumax, qui poteſt appellare quandocunque infra decem dies à die ſcientiæ, vt explicaui n. ſeqq.

Aduerte hic obiter, quod citatio debet fieri non in domo, ſed ante domum; eo enim inuito non debet domũ ingredi quia faceret ei iniuriam, Gloſſ. in clem. 3. cauſam in verbo in domo, & Petr. de Anch. n. 11. verſ. vndecimo nota, de elect. &c. quam aduertentiam citandis etim inuitis, ſeruant Curſores, & Mandatarij in Curia Romana, quia non tantum abſtinent ab ingreſſu domus citandi, ſed vix copiam citationis nunquam legibilem, per rimulas hoſtij de ſero immittunt & abeunt, & citationem quandoque in vicini hoſtio relinquunt.

14 Extende I. generaliter iſtum ſecundum caſum, vt habeat locum in quocunque ficto contumace, quia is poteſt ſemper appellare infra decem dies, inchoandos à die habitæ notitiæ, & non arctatur appellare à die prolationis ſententiæ, Rot. deciſ. 28. alias 351 licet ficte contumax de appell. in nou. & Lancell. tract. de attent. par. 2. c. duodecimo, de atten. & innou. appel. pend. lim. 50. princ. n. 142. to. 5. fol. 300. & in caſu appellationis intimatæ iuxta clem. 3. cauſã de elect. & ſecuta deinde ſententia quod in Rota ſępius à ſententia ſecuta recepta ſit appellatio interpoſita infra decem dies, à tempore ſcientiæ, quando appellatio in caſu dictę clem. cauſam non fuit intimata appellato, vel ſuo procuratori perſonaliter apprehenſo, ſed ad domum, vel in eccleſia cathedrali, quia tunc reputatur fictè contumax, qui bene auditur, teſtatur Rot. deciſ. 22. alias 137. appellatus, in fine de appell. in nou.

15 Extende II. in eo, qui fuit citatus in loco beneficij, quia dicitur fictus contumax, ac ſi fuiſſet citatus domi, Felin. in cap. 15. quoad conſultationẽ ſub nu. 23. verſ. conſidera duos, caſus de ſentent. & re iudic. quem refert. & ſequitur Lancellot. dict. limit. 59. nu. 145. fol. 380.

16 Extende III. vt iſte ſecundus caſus habeat locum etiam in citatione per contradictas, Marcheſ. tract. de commiſſ. part. 1. de commiſſ. appell ſuper diuerſ. cap. 28. nu. 63. fol. 304 2. impreſſ. licet enim citatio per contradictas requirat ad ſui validitatem quod præceſſerit citatio perſonalis, quia alias citatio per contradictas eſſet nulla, Caputaq. deciſ. 107. citatio executa n. 3. in fine, & n. 4. par. 1. & proceſſui per contradictas non eſt locus, niſi antecedat citatio perſonalis, Marcheſ. d. cap. 28. ſub num. 65. & citatus perſonaliter & contumax excludatur ab appellatione tam poſt lapſos decem dies, quam ante: quia eſt verè contumax; tamen Rota de æquitate admittit eius appellationem etiam infra decem dies à die ſcientię, Rot. deciſ. 22. alias 137. appellatus in fine de appell. in nou. & ſic habet locum etiam in citatione per audientiarum contradictarum, in qua loquuntur Rot. d. deciſ. 22. et Rot. diuerſ. deciſ. 55. fuit concluſum n. 2 par. 1. Marcheſ. vbi ſupra, et Lancell. d. lim. 50. num. 146. quia citatio per audientiam contradictarum eſt eadem cum citatione per contradictas.

Reſtringe hanc extenſionem, vt non procedat, ſi prius fuerit citatus perſonaliter ſemel initio cauſæ, & conſtituerit procuratores, qui ſe abſentauerint, quia licet deinde procedatur ad condemnationem per audientiam contradictarum, tamen non dicitur fictus, ſed verus contumax, & conſequenter non poſſet appellare, niſi infra decem dies à die prolatę ſententiæ, & non à die habitæ notitiæ, Lancell. d. limit. 50. n. 147. fol. 380. ſed eſſet audiendus via reſtitutionis, Lancell. d. limit. 50. n. 148.

17 Extende IV. vt habeat locum etiam in citatione per edictum, quia & ſi citatio per edictum arctet ſicut citatio perſonalis, ideoque citatus per edictum poſſit excommunicari, cum tamen is, qui non eſt citatus perſonaliter, non poſſit excõmunicari, iuxta ea, quę ſcripſi ſupra lib. 1. c. 45. dub. 5. n. 21. nihilominus citatus per edictum ad ſententiam poterit appellare, ſicut citatus domi, à tempore habi-

re habi-

re habitæ notitiæ, *Rot. deciſ 16. alias 364. cum iura, num. 1. & 2. de dol. & contum. in nou. Franch. in cap. 51. bonæ memoriæ n. 22. de appell. Capic. d. deciſ. 139. ſub num. 3. ibi. ſecundus caſus eſt. Lanceli. d. limit. 50. num. 144. fol. 380. & Marcheſ. vbi ſupra*, & quod citatus per contradictas, vel per edictum dicatur in ficta contumacia, & ideo, refectis expénſis, ſit audiendus contra rem iudicatam, tenuit Rot. de qua Caputaq; *deciſ. 118. citatus, p. 1.* hæc enim citatio per edictum non differt à citatione per audientiam contradictarum, niſi in eo, quod citatio per audientiam contradictarum legitur in ipſa audientia contradictarum, & per eam quis citatur a die prima Octobris vſque quo indicantur feriæ generales, per edictum vero citatur tempore feriarum generalium a die, nempe, quo de menſe Iulij indicuntur vſque ad Kalendas Octobris, *vt latius ſcripſi ſupra lib. c. 45. ſub n. 14. & 15.*

18 Extende V. vt habeat locum etiam in citatione, quæ fit per diligentias, quia ſic citatus poterit appellare infra decem dies, computandos à die habitæ notitiæ, & non à die prolatę ſententiæ, & ſi enim hæc citatio non fiat, niſi contra eum, qui ſemel ſaltem fuerit perſonaliter citatus in Curia, & ideo videatur verus contumax, tamen adhuc debet admitti ad appellandum, & infra decem dies à die habitæ notitiæ, *per ea quæ de citato per contradictas ſcripſi ſupra.*

19 Reſtringe eaſdem omnes extenſiones, vt non procedant in eo, qui dolo non permittit ſe citari perſonaliter, quia is; cum non debeat ex dolo reportare commodum, debet haberi pro citato perſonaliter, *Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princip. num. 290. fol. 502.* & quod citatio habeatur pro facta, cum citandus facit; ne citetur, latè ſcribit Tiraq. *tract. de retract. lignag. §. 2. gloſſ. 1. n. 9. verſ. & idem fol. 194.* & quod contra citandum perſonaliter, qui malitioſe ſe abſentaſſet, & latitaret, ſufficiat citatio publica ad domum, id eſt, ſufficiat publicum edictum, ſcribunt Gloſſ. Abb. Matheſil. & alij quos retuli & ſequutus ſum *lib. præced. c. 8. n. 196.*

20 Extende VI. vt procedat etiam quando ſolus procurator eſt citatus perſonaliter, *vt dicā infra ſub num. 121. verſ. contra.*

Sed verior eſt opinio contraria; quam firmaui *ibid. n. 120. & ſub n. 121. verſ. non recedas.*

21 Extende VII. vt procedat etiam coram Auditore Cameræ in cauſſis ordinarijs, quia & ſi in eis executio citationis, facta domi, ſit valida, tamen tempus ad appellandum non currit à die latæ ſententiæ, ſed à die notitiæ.

22 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam in cauſſis executiuis, conſiderata appellatione deuolutiua; quare ſi Auditor Cameræ ſub citatione executa domi decernat, & relaxet mandatum executiuum vigore obligationis cameralis, appellatio deuolutiua poteſt interponi infra decem dies à die ſcientiæ, de qua appellatione deuolutiua ſcripſi *infra q. 17. lim. 9.*

23 Limita I. nunc eundem ſecundum caſum, poſitum *ſupra num. 13.* vt non procedat, quando citatus domi comparet in termino citationis ad ſententiam in actis, quia illa comparitio tribuit effectum citationis perſonalis, & ideò habetur ac ſi fuiſſet citatus perſonaliter; nam comparitio ſanat hunc defectum, quando requireretur citatio perſonalis.

Limita II. vt non procedat in foro Capitolin o, quia citatus ad ſententiam non poteſt appellare poſt lapſos octo dies a die latæ ſententiæ, *lib. 1. ſtatut. c. 166.* vbi contumax fictus non diſtinguitur a contumace vero; ideóque indiſtinctè prohibetur allegatio ignorantię, *vt ſcribit Luc. Pat. in pract. Cap. lib. 5. c. 1. in fine n. 28.*

Declara hanc limitationem eſſe veram, dummodo ad ſententiam fuerint citati tam principalis, quam procurator, *vt in eod. lib. 1. cap. 53. & latius ſcripſi lib. præced. cap. 8. num. 697. & ſeqq.* vbi videas multa neceſſaria, & dummodo ſententia fuerit promulgata in loco publico, *vt in d. cap. 166.*

Quid dicendum, quando principalis litigaret per ſe ipſum; & ideo ipſe ſolus citaretur domi?

Dic quod iſto caſu poterit appellare infra octo dies, à die ſcientiæ, ſecus ſi citaretur perſonaliter, quia vterque iſte caſus eſt omiſſus à ſtatuto, & ideo remanet ſub diſpoſitione iuris communis, de quo ſcripſi ſupra.

Quid ſi principalis haberet procuratorem, & vnus ſolus eorum citaretur, ſed perſonaliter, alter verò nullatenus citaretur?

Dic quod iſto caſu ſententia eſſet nulla, quia careret citatione, nihilominus per viam appellationis non poſſet de nullitate cognoſci, niſi appellaretur infra octo dies, à die latæ ſententiæ.

24 Intellige I. eundem ſecundum caſum, vt appellato incumbat onus probandi notitiam ſententiæ latæ, quando appellans aſſerit, ſe non prius habuiſſe notitiam: nam in dubio præſumitur, appellationem eſſe interpoſitam infra legitima tempora, à tempore habitæ notitiæ, *Franch. in c. 51. bonæ memoriæ, n. 20. de appell. Rot. diuerſ. deciſ 55. fuit concluſum, in fine n. 3. par. 1. & Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. de commiſ. appel. ſuper diuerſ. cap. 28. num. 64. fol. 304. in 2. impreſſ.* quare abſens, qui appellat poſt 20. dies, à tempore latæ ſententiæ, præſumitur appellare infra 10. dies, à tempore ſcientiæ, quia non præſumitur ſcientia, *ſecundum Bellam. deciſ. 349. ſicut præſumitur, n. 1. Felin. in c. 15. quoad conſultationem, ſub num. 25. verſ. ſecunda concluſio, in fine, de ſent. & re iud. & Menoch. tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 95. verſ. declaratur ſecundo, n. 7* & quod in dubio præſumatur ignorantia, niſi ſcientia probetur, ſcribit Franch. *vbi ſupra.*

Contra iſtam intelligentiam tenent Card. Alex *in c. 4. perſonas, ſub n. 2. ibi, & ſi vult dicere de appell.* & Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. lim. 50. princip. n. 179. & ſeqq. tom. 5. fol. 380.* dicens, præfatam declarationem eſſe parum tutam, & propterea de ea valde ſubſiſtendum videri, & facit quod ex Rot. refert & ſequitur Gabr. *in concluſ. lib. 2. tit. de appell. concl. 5. n. 2.* dicens, quod non præſumitur appellatio interpoſita infra decem dies à tempore notitiæ, niſi probetur.

Quid dicendum in hac contrarietate. nam Franch. citatus pro declaratione allegat pro declaratione Rot. *dec. 316. alias 39. ſi profeſſor beneficij, de appell. in nou.* & Card. Alex. citatus contra declarationem allegat contra declarationem eandem deciſionem.

Non recedo ab intelligentia, & pro explicatione aduerte, quod aliud eſt præſumi notitiam ſententiæ, aliud probari veram notitiam ſententiæ, quia notitia præſumpta ſententiæ eſt ficta, & non excludit ab appellatione, & ideò licet citatus domi præſumatur habere ex illa citatione notitiam ſententiæ, tamen iſta præſumpta, & ficta notitia operatur ſolum validitatem ſententię, ſed non excludit ab appellatione; quia ad excluſionem appellationis requiritur non notitia pręſumpta, ſed notitia vera, quæ notitia vera non præſumitur ex citatione facta domi, vide *Franch. in d. c. bonæ memoriæ n. 21. & 22.*

Quomodo appellatus poſſit probare notitiam ſententiæ latę dixi *infra n. ſeqq.*

25 Intellige II. vt notitia ſufficiens intelligatur probata à tempore intimatę ſententię etiamſi intimatio ſit facta domi; quia ex illo die, quo intimatur ad domum, incipient currere decem dies ad appellandum, licet citatio ad ſententiam, & eius intimatio fuerit exequuta domi, *Franch. in cap. 51. bonæ memoriæ ſub numer. 22. ibi non obſtat prædictis, & in cap. vltim. ſi iuſtus, num. 43. verſ. ſed aduerte, de appell. Felyn. in c. decimoquinto, quoad conſultationem, ſub n. 23. verſ. conſidera ibi iſtum caſum, de ſent. & re*

Digitized by Google

iud.Capit. dict.deciſ.139.in cauſsa Hieronymi.n.4. & Lancell.tract.de attent. par.2.cap.12.limit.50. princip.n.156. tom.5.ſol. 380.& M.Ant. Bard.tract.de temp. vtil. cap.3. ſub n.1.verſ.hoc tamen in fine,eod.tom.5.ſol.215.

Ratio huius intelligentię eſt,quia & ſi notitia pręſumpta, & ficta, quæ oritur ex citatione facta domi, non excludat ab appellatione, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra n. præced.in fine.* tamen fallit,quando concurrit duplex pręſumptio, prima ex citatione facta ad domum ad audiendam ſententiam; & ſecunda ex notificatione poſtea facta ad domum de ipſa ſententia, vnde inducitur ſufficiens notitia ex duplicata pręſumptione, *vt ſcribit Franch.in d.c.51.bonæ memoriæ.ſub n.22.de appell.*

36 Infero ex hac intelligentia, bonum eſſe ſtylum, quo vtitur Auditor Cameræ in executiuis, decernendo mandata executiua, niſi ad primam diem cum intimatione; quia debitores citantur domi,& non perſonaliter, quare tempus appellandi reſpectu deuolutionis curret à die intimationis,& adde quæ ſcripſi *infra n.31.*

37 Extende eadem intelligentiam, vt procedat æqualiter in omnibus fictis contumacibus, quibus ſententia intimatur in eiſdem locis,in quibus fuerunt citati ad ſententiam, *Felin.d.cap.15. quoad conſultationem.ſub n 23. verſ. conſidera ibi iſtum caſum. de ſenten. & re iud. & Lancell. dict.c.12.limit.50.princip.n.156.*

38 Nota ex his pro appellato contra appellantem, quod ad probandum,appellantem habuiſſe notitiam ſententiæ ſufficit oſtendere intimationem factam eius domi de ſententia lata, quia ex die intimationis probatur notitia ſententiæ, *Lancell.d.limit.50.n.156.& ſeq.ſol.380.*

35 Subintellige I. hanc ſecundam intelligentiam, vt procedat, dummodo intimatio contineat non ſolum ſententiam eſſe latam, ſed contineat ſic, & ſic eſſe latam, *vt ex Card.Felin.Affl.Nouel.Maran.Natt.Odd.& Lancell.retuli,& ſequutus ſum ſupra ſub n.7. verſ.immo ad hoc.* Imò de ſententia fieri debet aduerſario fides per publicum ſigillum aut inſtrumentum, *vt refert & ſequitur Natt. conſ. 51.viſo proceſſu.n.1.lib.1.& conſ.384. videtur primo ſub n. 1.& 2.lib.1.Lancell.d.limit.50.n.159.*

Confirmatur hæc ſubintelligentia ex his, quæ ſcripſi *lib.præced.cap.2.n.35.* vbi in multis caſibus oſtendi,quod denuntiatio facienda debet continere certam, & plenam ſcientiam.

30 Reſtringe hanc ſubintelligentiam, vt ſit vera quando denuntiatio fit ſine auctoritate iudicis, ſecus quando intimatio fit auctoritate iudicis, quia tunc ſufficit intimare ſententiam eſſe latam contra eum, licet tenor ſententiæ non inſeratur, *teſte Natt.d.conſ 348.num.2.in fine,& num. 3.lib.2.* quem refert & ſequitur Lancell.*d.limi.50.nu.160. & 161.ſol.380.* & pro hac reſtrictione facit; quod ſcripſi de intimatione litis motæ *ſupra lib.1.c.30. ſub n.9. ibi neque obſtat.* ſicque ex hac reſtrictione habes declarationem ad primam oppoſitionem poſitam *ſupra ſub n.7.*

31 Infero ex hac reſtrictione bonorum eſſe ſtylum Auditoris Cameræ, dum decernit mandata executiua niſi ad primam diem cum intimatione, quia tone illa intimatio ſit auctoritate iudicis,& ideò nõ eſt neceſſarium inſerere tenorem ſententiæ,alias,ſi fieret ſine iuſſu, & auctoritate iudicis, deberet inſeri tenor ſententiæ,vt dixi,nec ſufficeret illa relatio, in qua dicimus (*& alias prout in actis*) teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *lib.præced. cap.3. num.36.*

32 Subintellige II.vt notitia ſufficiens poſſit ſufficienter probari etiam ſine intimatione, & ideo talis intimatio ſententiæ non eſt neceſſaria, quando pars haberet notitiam ſententiæ,& tenoris illius, *Lancell.d. limit.50.n.162. ſol.390.*& quod intimatio ſententiæ non ſit neceſſaria, quando pars eſt certa de ea, ſcribit Franch. *in cap.vlt.ſi iuſtus,num.46.verſ. vlterius dubitatur de appell.*

33 Infero ex hac ſubintelligẽtia,quod ſi quis citatur domi coram Aud. Cameræ ad videndum decerni, & relaxari mandatum executiuum, &c. & Auditor Cameræ in die citationis decernat mandatum, niſi ad primam diem cum intimatione,iuxta ſtylum illius tribunalis; & citatus die ſequenti poſt decretum mandatum appellet, & deinde cauſam appellationis non committat, quia expectet intimationem, cauſa efficitur deſerta, quia iam habuit ſe pro intimato de ſententia.

34 Intellige III. vt intimatio non ſit neceſſaria, ſi dum quis ſe preparat ad intimandam ſententiam, aduerſarius, cui eſt intimanda, non vult audire, quia tunc ei imputatur, ex quo non ſtetit per denuntiantem, *Franch. in cap. vlt.ſi iuſtus.num.47.verſ. quid autem ſi quis de appell.*

35 Intellige IV. ad vſum praxis,vt, data commiſſione appellationis infra decem dies à die habitæ notitiæ, Signatura committat cauſam appellationis cum clauſula *prout de iure;* quæ clauſula operatur, vt ſi appellatus probauerit, appellantem non appellaſſe infra decem dies à die habitæ notitiæ,commiſſio,& appellatio ſint nullæ,& ſententia ſit mittenda executioni, *Marcheſ.tractat. de commiſſ.par.1.de commiſſ.appell.ſup.diuerſ.c.28.num.66 & 67. ſol.304.& 305.in 2.impreſſ.*

36 Intellige V. vt in cauſis, in quibus non datur appellatio, nihil referat,citationem eſſe executam perſonaliter, vel domi,quia,ſi non datur appellatio, fruſtra quæritur à qua die currat tempus ad appellandum cum non entis nullæ ſint qualitates *vulg.iur.* ſimiliter in executiuis, & poſſeſſorijs reſpectu appellationis ſuſpenſiuę nihil refert, quod citatio ſit executa domi,cum appellatio ſuſpenſiua denegetur, vt *latè ſcripſi infra quæſt.17.limit.9. princip.n. .. & limit.6.membr. ... n....*

37 Intellige VI. vt iſte ſecundus caſus, de quo *ſupra n. 13.* non practicetur hic in Vrbe in cauſis delegatis, & Rotalibus, quia in eis citationes non admittuntur, niſi ſint executę perſonaliter,præterquam citationes per audientiam contradictarum,ſeu per edictum,aut per diligentias in ſuis caſibus.

Firmata iam concluſione, quod appellandum ſit infra decem dies à die latæ ſententiæ, ſi citato ad ſententiam fuerit exequuta perſonaliter, vel à die habitæ notitiæ, ſi non fuerit executa perſonaliter cum ſuis peculiaribus intelligentijs,de quibus ſupra.

Non differentiam appellationis interpoſitæ poſt decem dies à die prolatæ ſententiæ, ſed infra decem dies à die habitæ notitiæ prolatę ſententię quia iſto caſu attentata per iudicem, ſeu executorem poſt lapſos decem dies a tempore prolationis ſententiæ, & ante interpoſitam appellationem valent & tenent nec reuocantur per modum attentati, ſeu nullitatis, ſed ſolum beneficio iniuſtitiæ,docto,& cognito de ea in cauſa appellationis, *Rot.deciſ.28.alias.351.licet ſicte de appell.in nou.*

Secus eſt ſi ſint attentata, pendente termino decem dierum,inchoandorum à prolatione ſententiæ.

His abſolutis.

Declara I.eandem concluſionem ſic firmatam,vt citatione perſonaliter executa, terminus decem dierum,qui dantur ad appellandum,incipiant currere à die,ad quam quis eſt citatus ad ſententiam,ſiue illa die feratur ſententia,ſiue non feratur,ſed habeatur pro ſeruato,quia adhuc appellatio debet interponi infra decem dies à die habiti termini pro ſeruato; & ita ſeruatur.vnde ſtylus & praxis inoleuit appellandi a ſententia quatenus contra, prout ſcribit Veſt. *in pract.lib.7.cap.3.ſub nu.19.verſ. amplius. ſol.203.* vbi, loquendo de more Auditorum Rotæ, qui pronuntiant prout in ſchedula, & plerumque inſtat decimus dies antequam ſubſcribant ſchedulam, inquit,cum iſto caſu non ſatis certi ſimus, an ſententia ſit futura fauorabilis, vel contra, inoleuit practica,qua huic incertitudini

tudiai occurrimus,appellando non alias ſimpliciter, ſed cum clauſula (*quatenus contra partem noſtram*) de qua praxi appellandi quatenus contra, & in parte, & partibus,vide quæ ſcripſi *infra q 17.limit.21. num.19. & ſeqq.* & de prefato ſtylo habendi terminum pro ſeruato,& difficultatibus eius vide *infra q.14.n.9. & 10.*

Difficultas oritur in caſu huius declarationis: *quid ſi judex ordinarius habuit terminum pro ſeruato,& pars dedit intra terminum decem dierum ſchedulam appellationis, & iudex intra terminum pro ſeruato habitum non pronunciauit,& ſic eſt circunductus ille terminus:nunquid, cum denuo iudex habebit terminum pro ſeruato, erit denuo danda alia ſchedula appellationis, ſeu repetenda illa:an vero ſufficit, iam data in antecedenti termino habito pro ſeruato?*

Reſpondeo eſſe denuo appellandum, vel repetendam ſchedulam appellationis, quia ille terminus habitus pro ſeruato eſt circunductus, & euanuit, ſicut dicimus de citatione circunducta,quod eſt denuo facienda,& cum ille terminus habitus pro ſeruato ſit circunductus, ſequitur, vt ſententia non dicatur lata,& conſequenter non poteſt appellari,quia ſi non eſt lata ſententia, nullum fuit adhuc illatum grauamen,& non illato grauamine, ceſſat appellatio,*per ea,quæ dixi ſupra q.5.n.101.*& ideò illa prior appellatio eſt inutilis, & nulla, quia fuit interpoſita ante ſententiam, vide *infra q.17.limit.21.ſub n.23.*

39 Extende vt eadem praxis appellandi quatenus contra infra decem dies ſit vtilis,& neceſſaria in quolibet loco, in quo ſeruaretur præfatus ſtylus pronuntiandi,prout in ſchedula,ſicut ſeruatur in Curia Romana.

40 Declara II. non ſatis eſſe appellanti probare ſe appellaſſe, ſed debere etiam probare, ſe appellaſſe infra legitima tempora,*Gemin.in c.3.Romana,§.ſi vero,num.2.et 7 et Franch.ſub nu.4.de appell.in 6.rurſus idem Franch,in c.38. cum in eccleſia,ſub num.& not.vltim.& Dec.not.2.num.4. de appell.Card.Alex.in c.4. perſonas ſub num.2. eodem tit. de appell. Franch.Aret. in c.36. ſignificauerunt. num.6. de teſtib.Felyn.c.15.quoad conſultationem,num.25.verſ.ſecunda concluſio.de ſent.et re iudic. Lancell.tract.de attent. p 2. cap.12.de attent.et innou.appell.pend.limit. 50.num.47. & ſeqq.tom.5.fol.378.et Mynſing.in ſing.obſeru.cent.3. obſer. 15.circa appellationem,et clarius obſeru.11.non ſolum, n.2.* dicens quod iudex ad quem non debet inhibere, neque procedere antequam ſibi de hoc ſit facta fides, & alij, quos refert,& ſequitur Menoch. *tract.de præſumpt. lib.2. præſumpt.95.ſub num.3.* Et ratio eſt,quia appellaute intra decem dies eſt quædam ſolemnitas extrinſeca quæ non præſumitur,vel appellare infra decem dies eſt de ſubſtantia appellationis, ideoque qui ſe ſic appellaſſe aſſerit debet probare, *Menoch.d.nu.3.et 4. Surd.conſ.287.quæſtio. propoſita,n.4.et 10.lib.2.*

Comprobatur hæc declaratio, quia etiam in reſtitutione in integrum is,qui eam petit, debet probare, ſe eam petijſſe intra legitima tempora, nempe intra quadriennium, *Surd.d.conſ.287.quæſtio.n.4. & ſeqq.lib.4.*

Praxis ideo eſt, vt notetur dies,quo datur appellatio, *vt ſcripſi ſupra quæſt.4. num.57.* & hora diei, quando datur vltima die, *vt ſcripſi infra num. 50.* & deinde ad docendum appellationem fuiſſe interpoſitam infra decem dies,appellans tenetur producere appellationem, & ipſam ſententiam, à qua appellat, cum alias non poſſit bene probari,quod appellauerit infra decem dies à die ſententiæ, niſi fidem faciat de ſententia, & de die latæ ſententiæ,*Franch.in c.38.cum in Eccleſia,ſub n.3.de appell.& Gemin.in c.3.Romana,§.ſi vero.ſub nu.9.verſ.quæro quare. de appell. in 6.*

Quod ſi appellans non habeat apud ſe iſtam ſententiam,neque de facili poſſit habere, poterit petere ab aduerſario,qui ſententiam obtinuit,vt illam exhibeat: Imò; quod plus eſt,ſi appellatus recuſet edere ſententiam, negando ipſam habere apud ſe,iudex appellationis poterit pronuntiare,quod ſi in futurum vnquam producant,nullum habeat effectum,vt ex Innoc.refert, & ſequitur, teſtans vlterius de communi* opinione Dec. *in d.c.38.cum in eccleſia,n.6. & 7.in fine*; licet contra eam ſtringat Fed. de Sen. quem citat.

42 Extende I. iſtam declarationem, vt procedat, etiamſi pars appellata confiteretur,fuiſſe appellatum,quia adhuc tenetur vtrumque probare, etiam appellato non opponente;& ratio eſt, quia quis, etiam partem non habens, tenetur probare omnia conſtitutiua formaliter iuris ſui, ſine quibus ius habere non poteſt, *Bellam.dec.683.quanquam,ſub nu.3.* & quod ad affectum reuocandi attentata non ſatis ſit,partem appellatam confiteri appellationem fuiſſe interpoſitam,ſed debeat conſtare fuiſſe appellatum infra decem dies,quia non ſequitur: fuit appellatum: ergo fuit appellatum infra decem dies, *Rot. deciſ.30. alias 190. quoad reuocationem. de appell.in nou.quam poſt Franch. citat,& ſequitur Couar.pract.qq.c.23.nu.1. in fine verſ. ſecundo. fol.517.*

Ratio meo iudicio poteſt eſſe, quia hæc confeſſio appellati venit producenda ab appellante qui ſe fundat in ea; ſed confeſſio dubia intelligitur non contra confitentem, ſed contra producentem, *vt ex Gloſſ. Rot. & Alex. retuli, & ſequutus ſum libr. præced. capit.11. numero 442. & 443.*

Ergo, cum confeſſio non contineat infra quantum tempus fuerit appellatum, remanet obſcura, & ideo interpretanda contra producentem.

Contra iſtam extenſionem firmat Lancell. *d. limit.50. ampl.8.num.99.fol.379.* & citantur Bellam. *deciſ.349. ſicut præſumitur num.1. & Rot. deciſ.39. alias 316.ſi profeſſor.de appell.in nou* quæ non facit ad rem, & tenet etiam Menoch.*tract.de præſumpt.lib 2.præſumpt 95.verſi.declaratur primo.ſub num.6. allegans Bellam. dict.deciſ.683.& Rot. d.deciſ.30* dicens,quod ita ſentit Bellam. etſi Felyn. *in d.c.quoad conſultationem,num.25* aliter intellexerit ipſum Bellam.

Retenta extenſione,à qua non diſcedo propter rationes in ea adductas;

Intellige, & reſtringe eam, vt non procedat in confeſſione tacita,de qua habes *infra n.44.*

43 Extende II.eandem declarationem,vt non ſatis ſit appellanti docere,ſe appellaſſe infra legitima tempora, ſed debet etiam docere, appellationem fuiſſe interpoſitam à perſona idonea, id eſt, quæ habuerit poteſtatem, *Rot. d. deciſ.30.quoad reuocationem. de appell.in nou.* & vide quæ ſcripſi *ſupra q.5.n.26 et 27.* & fuiſſe intimatam in ſuis caſibus,de quibus ſcripſi *ſupra q.6.n.30. et ſeqq.* & fuiſſe datam ſchedulam appellationis in ſcriptis infra decem dies, quia non ſufficeret,fuiſſe appellatum viua voce, *Lancell. tract.de attent. p.2.c.12. de attent.et innou.appell.pend. in præfat.num.57.tom.5.fol.347.* & demum debet probare, quod appellatio habeat omnia alia eius extrema, & formalia requiſita, *Breder.tract.de appell. p.1. tit.12. col.41. in princ.*

44 Reſtringe eandem declarationem,vt non procedat in caſu confeſſionis tacitæ, habentis actum poſitiuum, qui ſupponit appellationem validam, quia tunc dicerentur omnia probata ex confeſſione partis aduerſæ, vtputa ſi appellatus daret commiſſionem, qua impetraret iudicem ſuper appellatione aduerſarij, de qua tamen non conſtaret, & poſtmodum coram iudice impetrato daret etiam libellum, in quo peteret pronuntiari, malè appellatum, & confirmari ſententiam, quia ex his videretur confeſſus,appellationem fuiſſe legitimè interpoſitam; *Bellam.d.deciſ.683.quamquam,in princ.* quem refert,& ſequi videtur Felyn. *d.cap.15.quoad conſultationem,ſub nu. 25. verſicu.ſecunda concluſio,de ſent.& re iud.*licet alleget

Rotam

Digitized by Google

Rotam in contrarium; eandem reſtrictionẽ firmat Lancell.d.limit.50. ampl. 8.ſub num 100 ibi, quod tanto magis. fol. 379.

Aduerto, quia iſta reſtrictione forſan non procederet, quando is, qui ſic eſt confeſſus appellationem, moleſtaretur pro reuocatione attentatorum, quia forſan deberet aliter probari appellatio, per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra n.43.verſ.extende primo.

45 Extende iſtam reſtrictionem, vt procedat, etiamſi reus condemnatus dediſſet commiſſionem, & actor poſtea, non aliter conſtito de appellatione, commiſſionem appellationis expediri curaret, ac, præſentata commiſſione in actis, inſtaret, procedi ad vlteriora, & pronunciari malè appellatum, & benè iudicatum, quia tunc videretur fateri, fuiſſe debito tempore appellatum, ideoque poterit iudex ſine alia probatione appellationi: pronuntiare, vt refert & ſequitur Marcheſ. tract. de commiſſ. por. 1. de commiſſ. appell. ſuper diuerſ. c.28.n.1. verſus finem, fol.298. in ſecunda impreſſione.

46 Declara III. vt neque ſatis vt reperiri ſcriptũ in actis; Ego à decem diebus proximè præteritis citra habui notitiam ſententiæ, à qua appello, quia & ſi de æquitate Domini de Rota tenuerint, præſumi appellatum intra decem dies, Rot.deciſ.39.alias 316.ſi poſſeſſor. de appell. in non. quam referunt, & ſequuntur, Franch. in cap.8.concertationi. in fine, ſub nu.7. verſic. quid autem, de appell. in 6. Felyn. in cap. 15. quoad conſultationem, ſub n. 25. verſic. tertia concluſio. de ſentent. & re iud. & Menoch. tract. de præſumpt. lib. 2. preſumpt.95. verſic. extenditur, ſub n.4. tamen de rigore iuris aliter eſſet dicendum, quia præſumeretur appellatum poſt lapſos decem dies, vt, citando Rot. in ead. deciſ.39. referunt & ſequuntur Felyn. vbi ſupra, & Balb. tractat. de præſcript. in 4. & vlt. part. princip. quæſt. 2. prin. ſub num. 10. tom. 17 fol. 120.

Secus eſt quando, addendo copulam (&) dixiſſem, à decem diebus proxime præteritis, & citra, quia tunc præſumeretur appellaſſe intra decem dies, Rot. Felyn. & Menoch. in locis ſupra proxime citatis.

47 Declara IV. vt appellans non cogatur adire iudicem à quo vltimo momento decendij, ſed poteſt quandocunque adire intra decẽdium; & vbi non inuenerit iudicem, & ideo appellauerit coram honeſta perſona, non tenetur amplius redire & perquirere iudicem, Caſſad. quem retuli & ſequutus ſum ſupra q.6.n.25.declar.5. vbi videas.

48 Declara V. vt hoc tempus decem dierum ſit vtile quoad ſui initium, quia non incipit currere niſi à tempore ſcientiæ, quare non currit ignoranti, niſi ſit vere contumax; item non currit ei, qui eſt impeditus adire iudicem à quo; vel iudicem ad quem; ſed quoad ſui progreſſum eſt continuum, vt declarant Specul. tit. de appellat. §. reſtat, ſub num.1. verſic. ſed nunquid, lib. 2. fol.189. Felyn. in d. cap.15. quod ad conſultationem, numer. 26. verſ. quarto concluſio, in fine, de ſent. & re iudic. Ioann. Ferrar. tract. de appell. lib. 2. cap. 4. nu. 137. verſ. inſuper, tom. 5. fol. 69. & Lancell. tract. de attent. part. 2. c. 12. limit. 50 n. 40 fol. 378. & * ita tenent Bart. & cæteri communiter * in l. 1. §. dies, ff. quan. appell. ſit, & quod ita obſeruetur in Camera, vt hoc tempus decendij ad appellandum ſit ab initio vtile, & quoad progreſſum continuum, teſtatur Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 2. obſeru. 2. in fine.

49 Declara VI. decem dies, datos ad appellandum, numerari non ſolum à recitatione ſententiæ, capitul. 28. anteriorum, 2. quæſt. 6. Rebuff. tract. de appellat. art. 1. gl. 1. ſub n. 2. tom 3. fol. 482. Ioan. Ferrar. d. cap. 4. n. 137. verſ. in ſuper, tom. 5. fol. 69. ſed eorum initium, ſed alterius temporis ſtatutarij, dati ad appellandum, incipere ab illo puncto, & momento, quo recitatur ſententia, & currere vſq; ad vltimum punctum, & momentum decendij, ſicque tempus iſtud ad appellandum currit de momento ad momentum, Gloſſ. in l. 1. §. dies, in verbo, ſubtraxiſſe, & Bart. n. 3. ibi, item quærit, ff. quan. appell. ſit. Spec. tit. de appell. §. reſtat. col. 3. ſub n. 3. ibi, tu dicas, fol. 190. Gloſſ. in clem. ſicut, in verbo, à die, de appell. Salyc. in auth. hodie, in princ. C. de appell. Felyn. in c. 15. quoad conſultationem, n. 26. verſ. quarta concluſio. de ſentent. & re iud. Card. Alex. in c. 4. perſonas, n. 2. verſic. & antequam, in fine, ibi, ſit tamen cautus, de appell. Hier. Gig. ad Dec. in c. 8. ex ratione, in 1. addit. in verbo, currat, eod. tit. de appell. Maron. in ſuo ſpec. part. 6. act. n. 2. princ. in verbo & quandoque appellatur. n. 214. in fine fol. 488. Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 3. obſeru. 11. non ſolum, ſub n. 1. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 139. n. 4. in fine & n. 5. Luc. Pat. in pract. c. lib. 5. c. 1. nu. 11. & 12. Moder. tract. de proc. execut. par. 1. c. 2. num. 1. Tiraq. infra citatus; & dixi ſupra lib. 1. cap. 32. ſub n. 19. & hoc eod. c. q. 4. ſub num. 57. & * de communi * opinione teſtatur Collegium Patauinum in conſ. Alex. conſ. 87. nos doctores, num. 1. lib. 7. quem refert & ſequitur Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. lim. 50. nu. 41. & 42 fol. 378. vbi firmat hanc regulam, & quod ſeruetur in Camera Imperiali, teſtatur Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 6. obſeru. 12. fatalia, n. 1. & 2. & quod in dubio omne tempus ſemper currat de momento ad momentum, & ſemper dies termini computetur in termino, niſi in caſibus, in quibus à iure eſt expreſſum contrarium, ſcribit Franch. in c. 12. ſuper eo. il 2. num. 22. de appell. & quod hoc ſit commune omnium temporum, vt fiat computatio de momento ad momentum, niſi aliud exprimatur, vel niſi ſit tempus vtile, quod habet ſuas intercapedines, ſcribunt ij, quos cumulat Tiraq. tract. de retract. lignag. §. 1. gl. 11. ſub n. 20. verſ. alij, & numero 12. fol. 126. & 127. & quod etiam 30. dies, qui aſſignantur pro apoſtolis, currant de momento ad momentum, ſcripſi q. ſeq. numer. 42. in fine.

Habes ex iſta declaratione, quod dies appellationis computatur in numero decem dierum, Spec. d. §. reſtat, n. 3. verſ. ſed nunquid dies, fol. 189. & ſimiliter dies latæ ſententiæ computatur in termino, Tiraq. d. gl. 11. n. 56. verſ. & hoc quoque, fol. 131. loquens de biduo, quod dabatur prius ad appellandum.

50 Infero I. ex iſta declaratione quos is, quis appellat in vltima die, debet exprimere horam diei, qua appellat, Card. Alex. in c. 4. perſonas, nu. 2. verſ. & antequam in fine, ibi, ſit tamen, cautus, de appell. Felyn. in c. 15. quo ad conſultationem, n. 26. concl. 4. de ſent. & re iud. Hier. Gig. ad Dec. in d. c. ex ratione, in prima additione, Cæſar. Barz. in Bonon. dec. 52. lata fuit, num. 5. & ex Ang. Aret. & alijs retuli & ſequutus ſum ſupra q. 4. ſub n. 57.

51 Infero II. quod appellatio poteſt interponi quolibet tempore tam non feriato, quam feriato, Gl. in l. 1. §. dies autem, in verbo, copiam, ff. quan. appell. ſit, Papienſ. in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gl. coram vobis, n. 6. fol. 404. & ſic etiam feriato in honorem Dei, Ang. Aret. in d. §. dies autem, n. 6. verſ. in ea gl. in fine not. et Frãch. in c. vlt. ſi iuſius, q. 8. ſub n. 29. de appell. & quod per conſtitutiones Marchiæ ſit diſpoſitum, vt, imminente lapſu decem dierum ad appellandum, poſſit notarius rogari in die feriato ad honorem Dei de interpoſitione appellationis, retuli lib. praeced. c. 1. ſub num. 42. & poteſt interponi etiam de nocte, Frãch. vbi ſupra, et Iaſ. in l. more Romano, n. 13. verſ. vltimo adde, ff. de ſer. et ſcripſi eod. lib. praeced. c. 3. n. 329. verſ. comprobatur octano.

Ratio huius illationis non eſt ea ſola, quia appellatio ſit actus extraiudicialis, qui, ſi periculum ſit in mora, poteſt exerceri etiam tempore feriato, & de nocte, vt conſiderat Franch. vbi ſupra, ſed poteſt etiam eſſe, quia hoc tempus ad appellandum currit de momento ad momentum, & ſufficit, quod appelletur antequam tranſeat vltimum momentum; ergo debet poſſe appellare in vltimo momento, ſiue ſit tempus iuridicum, ſiue feriatum,

ſiue

ſiue de die, ſiue de nocte: ergo non attenditur qualitas temporis in appellatione.

Cæterum in materia indifferenti, & in pluribus caſibus, an & quando dies termini computetur in termino, vide Mil. *in repert. in verbo terminus, fol. mihi 373. Vant. tract. nullit. rubr. de null. ex defect. iuriſd. num. 160. tomo 4. fol. 392 Petr. Peck tract. de iure ſiſten. c. 37. num. 9. tom. 3. p. 2. fol. 174. Rot. diuerſ. deciſ. 75. Stephanus, n. 3. & 12. p. 2. fol. 48. & Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 11. à nu. 17. verſ. ſed vt his, vſque ad num. 62. fol. 126. & ſeqq.* qui ſuppoſita vtraque opinione; quod ſcilicet non computetur in termino, & quod computetur, multas ad vtramque opinionem ſubijcit limitationes: Et opinionem, quod dies termini non computetur in termino, ſequutus ſum *ſupra lib. 4. t. 32. ſub n. 19.*

52 Subdeclara eandem declarationem, vt in caſu dubio, quando non conſtaret aperte, an eſſet lapſum vltimum momentum decendij, debeat iudicari non eſſe lapſum, & conſequenter appellationem non eſſe deſertam, & moueor ex eo, quod in dubio eſt pronunciandum, appellationem non eſſe deſertam, ne ius alterius pereat, *Rebuff. tract. de appel. in præfat. n. 75. tom. 3. fol. 481.* Moueor etiam ex eo, quia ſi in dubio eſt deferendum appellationi, *vt retuli & ſequutus ſum infra q. 17. ampl. 14. num. 60.* Ergo etiam in dubio debemus pronunciare, appellationem non eſſe deſertam.

53 Reſtringe I. eandem declarationem in eo, quod dixi initium temporis ad appellandum incipere a momento, & puncto recitatæ ſententiæ, vt ſeruatur Romæ ex diſpoſitione bullæ Innocentij Octaui ſub datum Romæ apud S. Petrum Anno Domini 1487. Idus Ianuarij; quia ſatis eſt appellare vltima die decendij, etiamſi lapſum ſit vltimum momentum; ſicut ex ead. bulla Innocentiana referunt teſtando de ſtylo Palatij Veſtr. *lib. 7. c. 3. verſ. verum etſi, ſub num. 26. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. c. 3. ſub nu. 1. verſ. hoc tamen tempus, tom. 5. fol. 212. & Menoch. tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 95. ſub num. 6.* Quare licet ſententia feratur die prima Maij hora 13. & die 11. eiuſdem menſis eadem hora 13. finiant decem dies, ita quod, illa hora 13. elapſa, non poſſit appellare de iure communi, tamen in vim dictæ bullæ poteſt appellari vſque ad extremum punctum illius diei artificialis, vt declarat Bard. *vbi ſupra*, dicens, quod non attenditur, ſi tamen eadem die momenti interpoſita ſit.

54 Extende I. iſtam reſtrictionem, vt præfata bulla in hoc ſeruetur de conſuetudine paſſim in toto ſtatu Eccleſiaſtico; nullibi enim vidi intra ſtatum Eccleſiaſticum obſeruari iſta momenta, ſed ſolum attendi quod interponatur ante vltimum momentum decimi diei, & quod iſte ſtylus ſit ſeruandus in cæteris curijs Pontificijs, aduertit etiam Menoch. *d. præſumpt. 95. ſub n. 6.*

55 Extende II. vt in tantum non attendatur iſtud momentum ad momentum, vt propterea dies termini non computetur in termino, hoc eſt, dies, quo profertur ſententia, non numeratur in termino, vltima tamen dies ad appellandum durat vſque ad extremam partem diei ante tempus noctis; & ita ſeruatur, alias inſpici deberet momentum, ne vni, vel alteri parti fieret præiudicium.

56 Reſtringe II. vt non procedat quando ſtatutum ordinaret, vt poſſet appellari intra decem dies à die latæ ſententiæ, quia tunc dies latæ ſententiæ non computatur in termino, *Alex. conſil. 87. nos Doctores, num. 10. lib 7.* & ita de ſtatuto Romano ſcribit Luc. Pæt. *in pract. Capit. lib. 5. c. 1. num. 12. & 13.*

57 Ratio huius reſtrictionis eſt, quia iſtæ diſtinctiones *A, AB, EX*, regulariter excludunt, vt dies ipſe a quo non computetur, *Tiraq. tract. de retract. lignag. §. 1. gl. 11. num. 51. limit. 7. & num. 54. fol. 130.* & quod dictio A, vel AB, ponatur excluſiue in termino, cum adiungitur, & ideo quando terminus adiungitur numero dierum, vel menſium cum præfata dictione, puta infra menſem, à die præſentationis litterarum, vel à die conteſtationis litis, tunc illa dies non computetur in termino, refert, & ſequitur Franch. *in c. 12. ſuper eo, il ſecundo, ſub num. 22. de appell.* & quod dictio, A, faciat ſeparationem, referunt, & ſequuntur Dec. *in c. 8. ex ratione, not. 1. num. 3. & Hier. Gig. in addit. ad eum, littera B, verbo, littera, de appell.* colligentes, quod annus datus ad finiendam cauſſam appellationis incipit à die appellationis excluſiue; ſed plura de natura huius dictionis, A, vide apud Hier. Gig. *vbi ſupra*, & de dictione Ex, quod excludat diem cui adiungitur, & ſignificet poſt illum diem, vide Tiraq. *d. gl. 11. nu. 54. verſ. de dictione, n. 55. fol. 131.* & de dictione, Ex TVNC, quod de ſui natura denotet extremitatem temporis, cui adiungitur, ideoque fiat computatio de momento ad momentum, & tam dies feriati, quam non feriati computentur, ſcribit Franch. *d. c. ſuper eo, nu. 20. & 21.* de hac dictione vide, quæ ſcribit Tiraq. *d. gl. 11. n. 29.*

58 Declara VII. vt appellatio, quæ debet interponi infra præfatos decem dies, poſſit interponi etiam tempore feriato, & de nocte, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra nu. 51.*

59 Amplia I. nunc eandem concluſionem de appellando infra decem dies poſitam *ſupra num. 2.* vt procedat, etiamſi quis in cauſſa appellationis vellet probare nullitatem ſententiæ; quia adhuc ſuccumberet, niſi doceret, ſe appellaſſe infra legitima tempora; licet enim potuiſſet deducere nullitatem abſque appellatione, & ſatis fuiſſet probare nullitatem ſimpliciter, tamen quando nullitas deducitur per viam appellationis debet appellans neceſſario probare, ſe appellaſſe infra legitima tempora, quia non ſufficit probare nullitatem ſimpliciter, *Io. Andr. in c. 63. dilecto, colum. 2. in verbo, & inanem, numer. 5. & ibid. Franch. num. 3. & 4. verſ. ex quibus, & Card. Alex q. 9. nu. 61. de appell.* dicens, quod appellans à ſententia nulla, non obtinet in cauſſa appellationis, etſi probet notorie nullitatem, niſi iuſtificet eius appellationem, probando fuiſſe legitime interpoſitam, quod ibidem ſcribunt Abb.
* *num. 61* & cæteri communiter * & ex Franch. ſupra citato refert, & ſequitur Vant. *tractat. nullit. rubr. à quo, & quibus modis, &c. ſub nu. 20. verſ. et quod diximus, in fine, tom. 4. fol. 383.*

60 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat, etiamſi appellans vellet probare nullitatem ex defectu iuriſdictionis iudicis a quo, vel quia is fuerit excommunicatus, vel quia deficiat litis conteſtatio, quia hæc non veniunt in proſecutione appellationis *ſecundum Innoc. quem refert, & ſequitur Ioan. Andr. d. cap. 63. dilecto, numero 7. de appellat.* Verum iudex ipſe, videns nullitatem non poteſt exequi ſententiam, quamuis non ſit appellatum infra legitima tempora.

61 Nunquid ſi fuerit dictum de nullitate infra decem dies eaque nullitate pendente, labantur decem dies ad appellandum, poſſit adhuc appellari poſt lapſos decem dies, quia, pendente iudicio nullitatis, non currat tempus ad appellandum, vide *infra limit. 9. num. 169. et infra qu. 15. n. 91. et ſeqq.*

62 Amplia II. vt appellans teneatur probare formalia ſuæ appellationis etiamſi appellatus confiteretur ore proprio de non iure ipſius appellati, & ſic notorie conſtaret de non iure appellati, quia adhuc iudex appellationis non poſſet pronunciare, pro appellante, ſi cauſſa fuit deducta per viam appellationis, *Franch. in c. 63. dilecto, n. 6. verſ. verum his non obſtantibus, de appell.* & ſic tenetur omnino probare, ſe appellaſſe infra legitima tempora, quia hoc eſt de formalitate appellationis.

63 Subamplia I. vt procedat etiamſi cauſſa appellationis eſſet deuoluta ad Papam, quia adhuc is, aditus per viam appellationis, non poſſet pronuntiare pro appellante,

prout

prout in his terminis loquitur Franch. *vbi ſupra*.

64 Subamplia II. vt, cum appellatio iudicialis à futuro grauamine careat formalibus appellationis, iudex, aditus per viam appellationis, non poſſit pronuntiare ad fauorem appellantis, etiamſi de eius iure conſtaret per confeſſionem appellati, quia cum à futuro grauamine non liceat appellare, & conſequenter appellatio nullam deuoluat iuriſdictionem ad iudicem ad quem, ſequitur vt quamuis ex confeſſione ipſius appellati probetur intentio appellantis, tamen iudex appellationis non poteſt pronuntiare pro appellante, *Card. Alexandr. in capitul. 63. dilecto, n. 6. de appell.*

65 Ratio huius ampliationis, & ſubampliationum eſt, quia confeſſio partis licet faciat notorium, *vt ſcribunt Franch. & Card. Alex. in locis ſupra proximè citatis, & dixi infra q. 17. limit. 4. n. 1. & 30.* licet etiam ſanet omnem nullitatem proceſſus, etiamſi nullitas prouenirct ex defectu formæ mandati, ſiue propter ineptum modum agendi, ſiue propter nō ſeruatum ordinem iudiciarium ſiue quia ſententia ſit lata poſt peremptam inſtantiam, *vt ſcribunt Franch. in dict. c. 63. dilecto, num. 5. verſ. & ex prædictis, & Card. Alex. n. 6. de appell. & ſcripſi ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 126. verſic. 5. ex eo.*

66 Tamen non ſanat nullitatem ex defectu iuriſdictionis, ſeu manis dicere, hæc omnia procedunt, data iuriſdictione iudicis, in modo agendi intentati, *Franch. in c. 63. dilecto, n. 6. verſ. verum his non obſtantibus, & Card. Alex. n. 6. de appell.*

67 Amplia III. vt procedat etiamſi quis vellet in proſecutione appellationis probare notoriam iuſtitiam & manifeſtam iniquitatem ſententiæ, quia adhuc non audiretur, niſi appellaſſet infra decem dies. *Rebuff. tract. de appell. art. 1. gl. 2. n. 18. tom. 3. fol. 485.* dicens quod poſſet appellare ſi Princeps releuaret illum appellantem; alioqui, inquit, poſt tempus ſine Principis beneficio non poſſet.

Confirmo, & reſpondeo tacitæ obiectioni, quia etſi ſententia, quæ continet manifeſtam, ſeu euidentem iniquitatem, non tranſeat in rem iudicatam, *Contar. in l. vnica, limit. 9. n. 42. C. ſi de moment. poſſ.* quia notoria iniuſtitia, & nullitas æquiparantur, *vt dixi lib. preced. c. 3. n. 292.* & ſententia nulla non meretur nomen ſententiæ, & ideo non tranſit in rem iudicatam, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 97. n. 195.* Tamen etiam à ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, debet appellari infra decem dies, *Abb. in c. 65. ſua nobis, ſub nu. 7. verſicul. vel dic, de appellat.* quem retuli, & ſequutus ſum *infra quæſt. 17. limit. 1. n. 6. verſ. extende tertio*, & ex pluribus refert, & ſequitur Maran. *in ſuo Spec. part. 6. in 3. & vlt. part. in verbo, & denium fertur ſententia n. 155. fol. 449.* quem retuli & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 131. ibi, reſpectu temporis*, dicens, quod ſententiæ, quę non tranſeunt in rem iudicatam, in nihilum differunt ab alijs quoad remedium appellationis, & ipſe Maran. *in eodem verbo, n. 141. caſu 12.* loquutus eſt de ſententia iniqua, & ſatis patet veritas huius ampliationis ex eo, quod ſententia nulla non tranſit vnquam in rem iudicatam, & tamen ab ea non poteſt appellari elapſis decem diebus, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra n. 59. ampliatione prima.*

68 Cautela tamen pro eo, contra quem eſt lata ſententia notorie iniqua, & non appellauit infra decem dies eſt, vt dicat de nullitate ſententiæ, *per ea, quæ ſcripſi infra q. 19. rem. 1. conſ. 2. n. 1. & ſeqq.* &, commiſſa cauſſa nullitatis paulatim doceat de iniuſtitia ſententiæ quoniam ſi conſtaret de præfata euidenti iniquitate, licet nullitas non probaretur, tamen ſententia, quæ alias tranſiſſet in rem iudicatam, poterit reuocari per viam notoriæ iniuſtitiæ: quia hoc caſu valet ſecunda ſententia contra primam, *vt refert & ſequitur Contar. in l. vnica, limit. 9. ſub num. 48. verſ. hinc ſit cautus, & n. 49. C. ſi de moment. poſſ.* & retuli etiam & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. 6. memb. 2. num. 38. verſic. intellige.*

Cautela etiam erit, vt notorietatem iniuſtitiæ opponat in exequutione ſententiæ, *per ea, quæ dixi infra quæſt. 17. limit. 1. num.*

69 Amplia IV. eandem concluſionem, vt non ſolum principales litigantes teneantur appellare infra decem dies, ſed etiam tertij, volentes adhærere appellationi, tenentur adhærere infra eoſdem decem dies, *Rot. deciſ. 5. alias 25. adhærentes, de ſentent. excomm. in nou. Mil. in repert. in verbo appellationi ab alio, fol. 18. in prima pag. & in verbo, excommunicatus petens, fol. 118. pag. 1. Salyc. in authent. hodie, quæſt. 9. ſub n. 4. Cod. de appellat.* dum ſcribunt, adhærentem appellationi interpoſitæ ab alio, & excommunicatum poſt adhæſionem, non debere audiri, ſi petat abſolutionem ad cautelam, niſi doceat, ſe intra decendium, quo poterat appellare, adhæſiſſe, *Socin. conſil. 45. viſa, ſub n. 10. verſ. quinta dubitatio, lib. 1. Guid. Pap. tract. de appell. quæſt. 75. n. 51. tom. 5. fol. 59. Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 50. princip. ampl. 3. n. 50. tom. 5. fol. 378.* & quod intra tempus appellandi debeat quis appellationi adhærere, & non poſtea, ſcribit *Rebuff. tract. de appell. c. gl. 1. in fine, n. 12. tom. 3. fol. 483.*

Ratio huius ampliationis adducitur a Socc. *dict. conſ. 45. ſub n. 10. verſ. quinimò.*

70 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat etiam in eo, qui ſemel adhæſit appellationi, & poſtea renunciauit adhæſioni, quia, ſi velit iterum adhærere, debet adhærere infra eoſdem decem dies, *Socc. d. conſ. 45. ſub n. 10. verſ. ſexta declaratio. lib. 1. & Lancell. tract. de atten. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appel. pend. limit. 50. princ. num. 51. tom. 5. fol. 378.*

71 Declara I. eandem ampliationem, vt non ſatis ſit adhærere ſimpliciter appellationi, ſed debet ipſa adhæſio intimari iudici a quo, *Mil. vbi ſupra*, & debet intimari debito tempore, *Rot. d. deciſ. 5. & Lancell. d. c. 12. ampl. 12. n. 17. fol. 319.*

72 Declara II. vt hæc adhæſio non poſſit habere locum, niſi in eo, qui habet intereſſe, *Mil. vbi ſupra, & Lancell. d. ampl. 12. n. 7. & 9. fol. 354.*

Ratio eſt aperta, quia tertius non poteſt appellare, niſi habeat intereſſe, vide ſupra *quæſt. 5. ſub n. 57. verſ. ſecus*, & eſt regula generalis, quod non audiantur niſi hi, quorum intereſt, *vt dixi q. 5. n. 95.* & quod tertij, qui admittuntur ad appellandum admittantur ſolum pro eorum intereſſe, ſatis ſcripſi *d. quæſt. 5. n. 71. & n. 31. & ſeqq.* & quale intereſſe requiratur dixi *ead. q. 5. n. 73.*

73 Declara III. vt adhæſio debeat eſſe expreſſa, *Mil. vbi ſupra.*

74 Declara IV. vt adhæſio remaneat firma etiamſi principalis, qui appellauit, renunciet appellationi, ſeu moriatur, quia adhærens poterit nihilominus proſequi appellationem in ſua adhæſione, *Salyc. in d. auth. hodie, q. 9. ſub n. 4. C. de appell.* & in litis conſorte retuli, & ſequutus ſum *infra n. 78.*

Declara V. vt adhærenti nihil debeat adiudicari, quia nihil petitur, ſed ſolum petitur, quod ei non præiudicetur, ſi cauſſam reperit iure defendiſſe, *Salyc. dict. quæſt. 9. ſub num. 4.*

75 Declara VI. magiſtraliter reſtringendo ampliationem vt procedat in duobus caſibus. Primus eſt, quando ipſe tertius vult appellare, quia debet appellare infra decem dies, Gail. *in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 122. ſub num. 5. verſ. tertius caſus.* Secundus caſus eſt, quando tertius vult poſſe proſequi appellationem, etiamſi appellans nollet illam proſequi, neque introducere coram iudice appellationis, quia iſto caſu, & ad hunc effectum debet adhæſiſſe appellationi, eamque ratam habere infra decem dies, datos

ad ap-

ad appellandum vt ſentit Gail. *d.obſeru.122.ſub n.4.verſ. ſecundus caſus*, iunctis ijs, quę ſcribit *ſub num.1.et eod.n.4. verſ.intellige hanc*.

Secus eſt quando non intendit appellare, neque proſequi appellationem, ſed ſolum adhærere proſecutioni appellantis quia iſto caſu, ſeu ad hunc effectum ſufficit etiamſi adhæreat poſt lapſos decem dies: & hoc eſt, quod ſentit Gail. *d.num.1.et 4.verſ.intellige hanc*, dicens, quod tertius, qui habet intereſſe, poteſt proſequi appellationem, ab alio interpoſitam, licet ipſe non appellauerit, quia per appellationem principalis ſuſpenſa eſt ſententia, & omnibus, quibus grauamen eſt illatum, via eſt aperta ita, vt non ſit opus alia appellatione, quia ipſemet appellatus, poteſt adhærere appellationi appellantis, & deducere ſua iura, antea non deducta, perinde ac ſi ab initio ipſemet debito tempore appellaſſet, & hæc omnia, inquit, dummodo cauſſa appellationis ſit per appellantem introducta coram iudice appellationis.

Declara VII. vt decem dies, intra quos tertius tenetur appellare, incipiant à die habitæ notitiæ, & retuli, & ſequutus ſum *infra n.154*.

76 Reſtringe I. eandem quartam ampliationem, vt non procedat quoad præiudicialia contra adhærentem, quia quoad ea tenet adhæſio, extra tempus facta, *vt refert, & ſequitur Lancell. d.lim* 50 *n.52. fol.*378.

77 Reſtringe II. vt non procedat in litis conſortibus, quia licet vnus, ſeu aliqui eorum non appellent infra decem, neque poſtea, tamen ſufficit, quod appellauerit vnus eorum, quia appellatio vnius prodeſt alijs non appellantibus, quando cauſſa eſt communis, & vna eademque omnium defenſio, *Bart. Petr. de Bellap. Rain. Io. Ferrar. Pariſ. Gail. Ruginell. Lancel. & Proſp. Farin. quos retuli & ſequutus ſum ſupra q.5.num.*58. Imo ſi idem ſit negotium, & eadem cauſſa defenſionis, & iure communi iuuentur, & vnus litis conſortium appellet, & obtineat, hoc alij, ſeu alijs proderit, qui fuerant condemnati pro parte, *c.72. vna ſententia, & ibi Ant. de Butr. Abb. Franch. & alij nu.1. de appell. & Spec. tit. de appell. §.4. num.11. verſ. item ſi plures, lib.2. fol.*184. & ſic licet conſors neque infra decem dies, neque alio tempore adhæſerit appellationi, neque eius proſecutioni, tamen ſententia, & victoria obtenta, proderit ei, *Farin. in quæſt. crimin. lib.3. q.101. ampl.8. nu.*17. vbi nihil firmat, & Guid. Pap. *tract. de appell. num.97. verſ. ſed an appellatione interpoſita, tom.5. fol.61.* dicens, quod, appellatione interpoſita ab vno ex conſortibus, non poteſt fieri executio contra alios, qui non appellarunt in caſum, in quem victoria vnius prodeſt alijs, quinimo ſecundum eundem Guid. Pap. ibidem *ſub num.95. &* 96. etiam victoria poſtea obtenta in cauſſa appellationis prodeſt alijs conſortibus, qui non appellarunt, fallit tamen in hoc in multis caſibus quos nota Guid. Pap. *vbi ſupra.* Et quod victoria tertij appellantis pro ſuo intereſſe regulariter proſit principali iam antea victo, ſcribit Gail. *in pract. obſeru. lib.1. obſeru.122. num.*7. & quod appellatio vnius proſit alij litis conſorti, ſcribunt Rot. *diuerſ.729. contra ſententiam, num.3. & num.8. in fine par.1.* & Mandoſ. *tract. de inhibit. q.48. n.2. & 3. & n.1.* vbi quod etiam inhibitio prodeſt *tom.5. fol.94.*

Secus tamen foret, ſi non eſſet eadem omnium defenſio, vide ſupra *q.5. ſub n.58. verſ. aduerte.*

Extende illam reſtrictionem, vt appellatio vnius ex litis conſortibus in tantum proſit alijs, vt licet is, qui appellauit, compoſuerit ſe cum actore, tamen poterit alius litis conſors exercere cauſſam appellationis, nec audiretur actor, ſi diceret: Non potes, quia nòn appellaſti, & ille, qui appellauit, ſe compoſuit mecum, *Spec. Abb. Franc. & Achil. perſonal. quos retuli & ſequutus ſum infra q.17. lim.2. ſublimit.4. num.*96. & ex Salyc. loquente non in litis conſorte, ſed in tertio retuli, & ſequutus ſum *ſupra n.*74.

Reſtringe III. illatiue ex præcedenti ſecunda reſtrictione, vt non procedat in eo tertio, cui ſententia ferenda parat præiudicium, quia iſte tertius poteſt adhærere appellationi etiam poſt lapſos decem dies, *per ea, quę ſcribit Oldr. conſ.255. contra promiſſionem, ſub n.2. verſic. præterea, ibi, ſed in caſu noſtro contrarium.* Et ratio eſt, quia regula iuris eſt, quod cuius officium officit, eius factum proficit: quo enim ſuccumbente alteri præiudicium generatur, eodem appellante à ſententiæ præiudicio reparatur, *Oldr. d. conſ.255. n.3.* dicens, quod in populari actione factum ſingularis perſonæ actionem in iudicium deducentis, & ſuccumbentis officit cuilibet de populo, & propterea, inquit, appellatio prodeſſe debet cuilibet de populo. Prçterea, vt idem Oldr. *eod. conſ.255. n.4.* ait, nullum dubium eſt, & omnes fatentur, quod omnes, quorum intereſt, durante cauſſa, poſſunt venire ad cauſſam, & admittuntur in ſtatu, in quo eam inueniunt, & cauſſa dicitur pendere per appellationem.

79 Amplia V. vt ſicut appellatio debet fieri infra decem dies, ita etiam debet fieri infra eoſdem decem dies ratificatio appellationis, interpoſitæ ab alio nomine eius, qui vult ratificare, *Soc. conſ.45. viſa, ſub num.10. verſ. quinimo, lib.1. Guid. Pap. tract. de appell. q.76. ſub nu.51. tom.5. fol.59. & alij, quos refert, et ſequitur Lancel. d. lim.50. ampl. 2. n.53. fol.*378.

Contra illam quintam ampliationem; quod enim ſufficiat ratificatio infra decem dies à die ſcientiæ, & ſic etiā poſt decem dies à prolatione ſententiæ, tenuerunt Spec. *tit. de appell. §.1. n.7. verſ. porro, lib.2. fol.*184. *Oldr. conſ.230. omiſſa prolixitate, nu.12. verſi. nunc tranſeamus, & Mil. in repert. in verbo, ratificatio appellationis, fol.*338. ad quos ſe remittit Lancel. *tract. de attent. d. limit.50. nu.54. fol.*378.

Ratificatio commiſſionis impetratæ an ſit neceſſaria vide *ſup. q.5. ſub n.74. verſ. declara.*

80 Declara illam ampliationem, vt quamuis ratificatio, interpoſita extra tempus, non teneat ad fauorem ratificantis, tamen in eius præiudicium, & pœnam attenderetur, *vt ex Bero. conſ.25. viſis, n.24. lib.3. refert, & ſequitur Lancell. d. limit.50. ſub n.54. & 55. fol.*378. eſt enim de natura ratificationis, vt præiudicet ratificanti, etiamſi ratificatio non teneat, quare licet quis ratum habere non poſſit, quod ſuo nomine geſtum non eſt, *c.9. ratum, de reg. iur. in 6.* tamen hoc eſt verum quoad ſui commodum: ſecus autem quoad ſui incommodum & præiudicium, *l.3. mater, & ibi Gloſſ. & Bald. C. de rei vend. cum alijs allegatis per Tiraq. tract. de retract. lignag. §.1. gloſſ.9. nu.248. verſ. ſed id quod, fol.96. Neguſ. tract. de pignor. part.2. princ. in 2. membro ſub n.56 tom.6. p.1. fol.197 in fine, & 198. Oſaſch. deciſ.138. anno. n.8. Lancell. d. tract. de attent. p.1. c.1. de attent. à par. n.66. tom.5. fol.291. & Gramm. deciſ.103. illuſtr. n.11. & 12.* & quomodo hoc procedat declarant Cyn. *in l. vnica, nec ſi maior nu.1. C. ſi in comm. eademque cau. in integr. & c. fol.95. Bart. in l.1. §. ſed & ſi cum quis, ſub n.2. ibi, tu vero dicas aliter, ff. de vi & vi arm. Dec. conſ.281. viſo puncto, ſub n.3. Oſaſch. d. deciſ.138. ſub n.18.*

81 Amplia VI. vt procedat etiam in ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, quales ſunt illæ, de quibus egi *ſupra lib.1. c.97. ſub n.131.* quia licet poſt lapſos decem dies poſſit aduerſus eas inſtitui querela, vt, loquendo de ſententia, lata in cauſſa matrimoniali, ſcribunt Ant. de Butr. *infra* citatus, dicens, quod ſententia, lata in cauſſa matrimoniali, non tranſit in rem iudicatam quoad finem ne poſſit reſcindi, & retractari, *& Abb. infra citato c. ſua nobis, ſub n.7.* ſicut etiam in eodem genere ſententiarum, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, querelam inſtitui poſſe aduerſus tres conformes ex eiſdem Abb. & Ant. de Butr. retuli & ſequutus ſum *infra quæſt.17. limit.1. num....* tamen poſt lapſos decem dies non admittitur appellatio, ſicque non poteſt ſuperior adiri via appellationis,

teſti-

teſtibus Ant. de Butr. in c. 7. lator præſentium, verſus finem ibi, aduerte tamen in quantum, & Abb. ſub n. 10. ibi, primo enim ſcias, de ſent. & re iudic. rurſus Abb. in cap. 65. ſua nobis. ſub n. 7. ibi, ſicut in ſimili diximus, de appell. Franch. in c. 39. directa, ſub n. 8. concl. 6. eod. tit. de appell. nam ſicut appellationi obſtat res iudicata trium conformium, *vt ex eod. Abb. & Gabr. retuli & ſequutus ſum d. limit. 1. num.* ... itaquoque debet obſtare res iudicatam ob non interpoſitam appellationem in tempore.

83 Infero; declarando hanc ampliationem in eo, quod dixi, aduerſus ſententiam, à qua nõ poteſt appellari, poſſe proponi querelam; vt non poſſit proponi apud ſuperiorem, habentem limitatam iuriſdictionem in cauſſis appellationum tantum, & ideo, ſi non appellatur ab Epiſcopo, non poteſt cauſa deferri ad Archiepiſcopum, ſed debet deferri per viam querelę ad ſuperiorem non habentem limitatam iuriſdictionem, *Abb in dict. cap. lator, ſub n. 10. ibi. primo enim, de ſent. & re iud.*

83 Amplia VII. vt procedat etiam in ſupplicatione, *Io. Ferrar. tract. de appell. lib. 4. c. 3. num. 270. & ſeqq. tom. 5. fol. 77. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 139. num. 4. & Lancell. d. limit. 50. num. 56. & ſeqq. tom. 5. fol. 378. & 379.* vbi declarat.

84 Amplia VIII. vt procedat etiam in appellatione à ſententia interlocutoria, quia debet interponi infra decem dies, ſicut quando appellatur à diffinitiua, *Paul. de Caſtr. conſil. 334. viſa appellatione, n. 3. verſic. breuiter circa hoc, lib. 1. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, q. 3 princ. n. 213. fol. 488. Salyc. in auth. hodie, in princ. C. de appell. & Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. lim. 50. princ. ampl. 4. n. 64. tom. 5. fol. 379.* & probatur ex text. *in c. 3. Romana, § ſi vero, de appell. in 6.* alias tranſiret in iudicatum, vt interlocutoria lata ſuper competentia, ſeu incompetentia ex Rol. à Vall. & Becc. retuli, & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. 6. memb. 7. n. 47.* Et declaraui *n. ſeqq.* & quod interlocutoria, à qua non eſt appellatum, tranſeat in rem iudicatam quoad partes, ſcribit etiam Franch. *in c. 39. directa, concl. 4. n. 6. de appell.* ratio eſt, quia interlocutoria in eo articulo, quem definit, vtputa cum pronuntia, libellũ, ſeu articulos non eſſe admittendo, vel eſſe admittendos, habet vim diffinitiuæ, *Paul. de Caſtr. vbi ſupra*; habet, inquam, vim diffinitiuæ quoad partes, ſed non quoad iudicem, niſi fuerit exequutioni mandata, vt declaraui infra n. 95. & reſtrinxi infra *qu. 17. limit. 48 memb. 1. n. 58.*

85 Subamplia iſtam ampliationem, vt procedat etiam in interlocutoria tacita, puta quia pars opponat exceptionem, impedientem proceſſum, & nihilominus iudex procedit ad vlteriora, quia procedendo ad vlteriora, tacitè reijcit illam exceptionem, a qua tacita reiectione, ſeu proceſſu ad vlteriora debet appellari infra decem dies, vt, loquendo de tacita interlocutoria, notant expreſſe Franch. *in c. 68. intimaſti, ſub num. 8. verſic. tu aduerte, de appellat.* quem refert, & ſequitur Lancell. *d. limit. 50. n. 65.* & in terminis tacitæ interlocutoriæ loquuntur Roland. a Vall. & Becc. quos retuli, & ſequutus ſum *d. q. 17. lim. 6. memb. 7. num. 47.*

86 Reſtringe declarando iſtam ſubampliationem, vt licet quis per lapſum decendij ſit excluſus ab appellatione, quam potuiſſet interponere tacita interlocutoria non admiſſionis exceptionis, ſeu articulorum, tamen poterit pars denuo proponere eandem exceptionem, ſeu inſtare pro admiſſione eorundem articulorum, & ſi iudex pronunciet, ſeu iterum procedat ad vlteriora, poterit quaſi a nouo grauamine appellare infra decem dies, *Paul. de Caſtr. conſil. 334 viſa appellatione. n. 5. verſic. interdum vero, & num. 6. lib. 1.* quem ſequitur Lancell. *d. lim. 50 princ. ampl 4. n. 66. tom. 5 fol. 379.* ſecus eſt ſecundum Caſtrenſ. *vbi ſupra*, ſi fuiſſet interlocutoria expreſſa quia excluſus ab appellatione per lapſum decem dierum non poſſet denuo appellare, quamuis iudex iterum expreſſe, vel tacite interloqueretur ſuper noua inſtantia admiſſionis articulorum, ſeu exceptionis.

87 Et ratio diuerſitatis ſecundum Caſtreſ. eſt, quia tacita non eſt tanti effectus, quanti eſt expreſſa: nam tacita voluntas, ſeu tacitus actus non eſt latè interpretandus, ſicut eſt late interpretandus actus expreſſus: quare actus tacitus eatenus eſt interpretandus, quatenus ſe extendit id, ex quo reſultat ille tacitus actus *l. 1. § Iulianus, ff. de itin. actuq priu.* in illis verbis: *Iulianus ait quouſque ingreſſus eſt fundum, eo vſque ei competere interdictum*, ſed actus, ſeu voluntas expreſſa cenſetur generalis quoad omnes actus qui fieri poſſunt, & ſic in rem, *Paul. de Caſtr. vbi ſupra*, & quod expreſſum ſit extenſibilius, quam tacitum, notat Euerar. *in loco à ratione legis lar. ampl. ſeu gener. numer. 78. verſus finem fol. 482. & in loco ab expreſſ. ad tacit. num. 19. fol. 216.* citans vtrobique Caſtrenſem, vti ſingulariter loquentem in citato conſilio, hocque probatur ex eo, quòd ſcribunt Gl. *in clement. ſæpe, in fine, in verbo partibus, de verbor. ſignif.* dum firmat, quod, ſi partes expreſsè conſenſerint, quod iudex ſeruaret ordinem iudiciarium, non poterunt poſtea, inuito iudice, qui ordinatè incepit procedere, pœnitere; quod ſi non conſenſerint expreſsè, ſed ſolum tacitè, non contradicendo; tunc in poſtea occurrẽtibus poſſunt contradicere, *Spec. & Ant. de Butr.* quos retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. cap. 2. n. 640. verſ. confirmatur tertio*, dum ſcribunt, quod licet paſſus ſim, me ſemel trahi vltra duas dietas, tamen, ſi iteratò trahar, poſſum appellare, quaſi iterato ſim grauatus, & abſurdum ſit dicere, quod ſemel grauatus poſſim ſemper grauari.

88 Declara I. extendendo eandem octauam ampliationem, vt procedat etiam, quando iudex ſine expreſſa, & ſine tacita interlocutoria grauat partem, vtputa quia inchoando ab exequutione facit aliquem capi, & detineri, vel ponit aliquem in tenutam bonorum, vel citat ad locum non tutum, vel aſſignat terminum nimis breuem, his enim caſibus poteſt appellari etiam poſt decem dies, quandocunque durante grauamine illato; quia iſti caſu differunt à caſu præcedentes reſtrictionis, quia licet, largè loquendo, iudex dicatur etiam iſtis caſibus interloqui, tamen talis interlocutoria non ſapit diffinitiuam, quia non declarat aliquod dubium, ſicut declarat interlocutoria expreſſa, vel tacita, lata ſuper aliqua inſtantia, facta à parte; vtputa ſi pars peteret, admitti articulos, & iudex interloqueretur, non eſſe admittendos, ſeu procederet ad vlteriora, vt egregiè declarat Paul. de Caſtr. *conſ. 334 viſa appellatione, n. 4. verſ. interdum iudex, lib. 1. & ſentit Spec. tit. de appell. § reſtat, n. 4. verſ. ſed quid dices, lib. 2. fol. 190.*

89 Declara II. reſtringendo, vt non procedat in eo actu, qui non habet vim ſententiæ, quia tunc grauatus in illo actu poteſt appellare quandocumque etiam poſt lapſos decem dies; Et ratio eſt, quia cum ille actu non habeat vim ſententiæ, non poteſt dici, quod ſententia fecerit tranſitum in rem iudicatam: vnde hic eſt obiter aduertendum pro corroboratione huius declarationis, quod non omnis vox iudicis eſt ſententia, *Spec. tit. de appell. § reſtat, verſ. ſed quid dices, num. 4. fol. 190. Anton. de Butr. in cap. 29. dilectus filius, il ſecunda, num. 12. verſicu. plus late, de reſcript. & Lancell tractat. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. et innou. appell. pend. limit. 50. princip. n. 68. & 69. tom. 5. fol. 379.*

Contra iſtam declarationem facit, quia omnis vox iudicis, faciens ad cauſſam, dicitur ſaltem interlocutoria, *vt ex Gloſſ. Bal. Ang. Alex. & Maran. retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. cap. 57. num. 3.* & ſic redditur falſa corroboratio huius declarationis; & omnis actus factus à iudice in ordine, & proceſſu cauſſæ habet vim tacitæ interlocu-

Digitized by Google

ordine, & proceſſu cauſſæ habet vim tacitæ interlocutoriæ, à qua tacita interlocutoria an, & quando poſſit appellari dixi ſupra *in ſubampliatione, & praced. declaratione*, ſicque iſta declaratio redditur ſuperflua.

90 Declara III. vt in caſu, quo quis non appellet, ſed petat ſolum interlocutoriam contrario imperio reuocari, & iudex illam interlocutoriam non reuocat, ſed confirmat, poſſit tunc appellare ab illa confirmatoria etiam poſt decem dies à die primæ interlocutorię, & talis appellatio deuoluet cauſſam ad iudicem ad quem, vt poſſit etiam cognoſcere de illa interlocutoria, à qua non fuit appellatum, *Guid. Pap. tract. de appell. q. 108. nu. 73. tom. 5. fol. 60.* quem refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 50. princip. ſub num. 120. d. tom. 5. fol. 380.* & pro hac declaratione Guid. Pap. citat Innoc. *in c. penult. ſignificantibus, verſus finem de non. oper. nunt.* qui tamen non dicit hoc, quod ſi iudex à quo nolit reuocare interlocutoriam, poſſit pars appellare, etiam poſt lapſos decem dies à die primæ interlocutorię ſed dicit ſolum, quod is, contra quem iudex protulit interlocutoriam, debet poſt latam dictam interlocutoriam producere probationes, quas ſi iudex ſine iuſta cauſſa recuſauerit recipere, poteſt appellare, quod ſi eas receperit, & is iam appellauerit ab illa interlocutoria, iudex appellationis poterit ex illis reuocare interlocutoriam, ſi appellationem iuſtificent.

Retenta hac declaratione pro vera, prout exiſtimo.

Subdeclara eandem, vt reuocatio interlocutoriæ debeat peti infra decem dies, & appellatio debeat interponi infra alios decem dies à die, quo iudex confirmat, alias appellans non eſt audiendus, quia licet iudex non reuocet, ſed confirmet interlocutoriam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, tamen ſi illa interlocutoria fuerit expreſſa, non poteſt pars à confirmatoria appellare, teſte Paul. de Caſt. quem retulis, & ſequutus ſum *ſupra ſub nu. 86.* Et ratio eſt euidens, quia non quia non reuocat, grauat partem, cum iudex ad inſtantiam partis non cogatur reuocare interlocutoriam, quæ tranſierit in iudicatum, *teſte Abb.* quem retuli, & ſequutus ſum infra *numero 96.* minuſue grauat ſi illam confirmet, quia non eſt iudicandum contra rem iudicatam: ſi non grauat: ergo fruſtratoriè appellat: quare reuocatio debet peti antequam tranſeat in iudicatum ad effectum, vt poſſit appellari à confirmatoria.

91 Declara IV. vt non procedat, quando ſententia non tranſit in rem iudicatam, & iudex prouocatus, & requiſitus pro reuocatione ſententiæ non reuocat ſententiam, quia tunc poteſt appellari etiam poſt lapſos decem dies, quia non appellatur à ſententia; ſed appellatur à non reuocatione, *vt refert & ſequitur Ant. de Butr. in c. 29. dilectus filius, il ſecundo, n. 12. verſ. plus late, in fine de reſcript. et ex eo Lancell. d. limit. 50. n. 70. & 71. fol. 379.*

Aduerte quia aut hæc declaratio recipit præcedentem ſubdeclarationem, aut ſubdeclaratio non eſſet vera.

92 Quæ ſint ſententiæ, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, vide *ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 131. & ſupra n. 81.*

93 Declara V. vt licet lapſis decem diebus non poſſit ab interlocutoria lata ſuper aliqua exceptione appellari, tamen in cauſſa appellationis à diffinitiua poterit coram iudice, ad quem eſt appellatum, agi de eadem exceptione, non obſtante illius re iudicata, dummodo illa exceptio tangat negotium principale, ſeu reddat proceſſum ipſo iure nullum, vt in effectu concludit Innoc. *in cap. 15. quo ad conſultationem ſub n. 4. verſ. iudicare, ibi alijs aliter, de ſent. & re iud.* quem in hac re citat etiam Paul. de Caſt. *in l. 2. ante ſententiam, q. 5. num. 2. ff. de appell. recipien. vel non.* quod clarius declarat Franch. *in c. 60. cum ceſſante, nu. 26. limit. 13. & ſub n. 29. de appell.* vbi loquitur in exceptionibus peremptorijs, & dilatorijs, quæ reddunt iudicium ipſo iure retro nullum, & concludit, quod res iudicata interlocutoriæ ſuper eis latę poteſt retractari in appellatione à diffinitiua, ac ſi non tranſijſſet in rem iudicatam, quod ego etiam explicaui *q. praced. ſub num. 45. verſ. extende primo, & n. 54 & 55.*

Secus eſt ſi exceptio non tangat negotium principale, vt, loquendo de condemnatione ad expenſas, ſcribunt Innoc. *in d. c. quoad conſultationem, ſub n. 4. ibi. ad rationes antem*, & Franch. in loco quem retuli, & ſequutus ſum *qu. praced. ſub n. 17. verſ. quinimò.*

Contra iſtam declarationem facit, quia vbi Interlocutoria fuerit bis confirmata, ſicq; adſit res iudicata, iudex appellationis interpoſitæ deinde à diffinitiua non poteſt de illa interlocutoria amplius cognoſcere, Franch. & Dec. quos retuli & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. 1. nu. 5.* & hoc ſiue articulus deciſus per interlocutoriam tangat, ſiue non tangat negotium principale; ergo idem dicendum eſt in re iudicata ob non interpoſitam appellationem.

Non diſcedo à declaratione.

Non obſtant aliquæ aliæ oppoſitiones, quas facit Innoc. *in d. c. quoad conſultationem, ſub n. 4.* quia ipſe eaſdem ſoluit, & partim tolluntur ex diſtinctione, contenta in iſta declaratione, quam attenta declaratur etiam, quod ſcribit Franch. *in c. 39 directæ, nu. 6. concl. 4. de appell.* dicens, quod grauamen illatum per interlocutoriam, quæ fecerit tranſitum in rem iudicatam ob non interpoſitam appellationem infra legitima tempora, poteſt reparari in appellatione à diffinitiua; nam hoc procedit quando tangit negotium principale, ſeu reddit iudicium retro nullum ipſo iure, ſecus in alijs.

94 Extende eandem declarationem, vt iudex appellationis poſſit reuocare, non ſolum dando licentiam appellanti proponēdi eaſdem exceptiones, vt loquitur Innoc. *vbi ſupra*, quem refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, lim. 13 ſub nu 41. & 42. C. ſi de momen. poſſ.* ſed etiam ſine datione licentię & abſque quod proponantur eædem exceptiones, quia iudex appellationis debet cognoſcere de omnibus meritis, reſpicientibus principaliter, vel connexe inſeparabiliter negotium principale, ad eum deuolutum per viam appellationis, & de eo, de quo ſibi notoriè conſtet ex actis, poteſt cognoſcere, & decidere etiam nemine inſtante, per ea, quæ ſcripſi *q. præced. ſub nu. 34. verſ. contraria, & verſ. amplia quarto.*

95 Declara VI. vt licet reſpectu partis ſententia interlocutoria tranſeat in rem iudicatam poſt lapſos decem dies vt ſcripſi *in ampliatione, n. 84.* tamen non tranſit reſpectu iudicis, *vt ex Gloſſ. Franch Socc. & alijs retuli & ſequutus ſum ſupra lib 1. c. 97. n. 105.*

96 Reſtringe I. hanc declarationem, vt licet iudex poſſit ex ſe etiam poſt lapſos decem dies reuocare interlocutoriam, tamen non poteſt reuocare ad inſtantiam partis, quia reſpectu partis, per lapſum decem dierum tranſit in iudicatum, *Abb. in c. 60. cum ceſſante, ſub n. 9. ibi nota iſtam de appell.*

97 Reſtringe II. vt non procedat, quando interlocutoria fuiſſet per binam appellationem confirmata, quia tunc illa interlocutoria tranſit in rem iudicatam tam quoad partes, quam quoad iudicem, *vt retuli, et ſequutus ſum infra q. 17. limit. 1. n. 4.*

98 Reſtringe etiam alijs modis, de quibus egi *infra q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 37. & ſeqq.*

99 Declara VII. vt non procedat in interlocutoria, lata ſine cauſſæ cognitione, quia nunquam tranſit in rem iudicatam etiam quoad partes, *Franch. in c. 60 cum ceſſante ſub n. 10. de appell.* & adde quæ ſcripſi *infra nu. 160. lim. 6.*

100 Amplia IX. vt habeat locum etiam in fiſco; quia non poteſt appellare, poſt lapſos decem dies: nam fiſcus non dicitur habere prerogatiuam, niſi in his, in quib. expreſſe

reperitur priuilegiatus, *Lancell.tract.de attent.p.2.c.12.de attent.& innou.appell.pend.limit.50 princ.n.126.ampl.18. tom.5. fol.*380. & quod in cauſſis fiſcalibus debeat appellari infra decem dies, ſcribit Gail.*in pract.obſeru.*139. *n.*3.

101 Amplia X. vt neque de conſenſu partium poſſit recipi appellatio poſt lapſos decem dies, *Felin. in cap.*15.*quo ad conſultationem.n.*26.*verſ.quarta concl.verſ.ſi.de ſent.& re iudic.Guid Pap.tract.de appell q.*114.*ſub n.*76.*tom.*5.*fol.*60.*& Lancel.d.lim.*50.*princ.amp.*5.*num.*72.*tom.*5.*fol.*379. Quare licet appellans, & appellatus proſequerentur appellationis cauſſam coram iudice ad quem, tamen talis proſequutio non haberetur in conſideratione, vide *infra n.*102.*ſubampl.*2.

Subamplia I. iſtam ampliatione, vt procedat etiamſi tertius adhæſiſſet huic appellationi, eamq; vellet proſequi, quia proſecutio nihil releuaret, *Salyc.in auth hodie, quæſt.*9.*ſub n.*4.*C.de appell.& Lancell.d.limit.*50. *num.*74. *fol.*379.

Subamplia II. vt procedat etiamſi appellans & appellatus ſponte, & ſcienter proceſſiſſent ſuper appellatione, & deſuper ferretur ſententia, quia ille proceſſus, & ſententia nō valerent, *Bald.in auth.hodie n.*5.*verſ. quæro quid ſi eſt appellatum, & Salyc.q.*6.*n.*2.*in fine. C.de appell.Maran.in ſuo ſpec.par.*6.*act.*2.*princip.in verbo, & quandoque appellatur, ſub n.*241.*fol.*495.*Oſaſch.deciſ.*7.*lata ſententia, n.*6.*&* 7. Et quod partium conſenſu non poſſit prorogari tempus decem dierum, datum ad appellandum, refert & ſequitur Afin. *in prax. iudic.§.*2.*cap.*9.*n.*1. Quare licet appellatus non opponat contra appellationem interpoſitam poſt decem dies, tamen ſententia, quæ ferretur, non valeret, *Mynſing.in ſing.obſeru.cent.*3.*obſer.*11.*non ſolum, n.*2. & quod approbatio & proſecutio appellationis, facta per ambas partes, non habeatur in conſideratione, ſcribit Lancell.*tract.de attent.d.cap.*12.*limit.*6.*princ.num.*42.*fol.*364. adde quæ ſcripſi *infra q.*15.*art.*10.*numer.*199. *& ſeqq.*

Ratio huius ſubampliationis, totiuſque ampliationis eſt, quia ſententia, a qua non fuit appellatum infra decē dies, tranſiuit in rem iudicatam, quam partes non potuerunt impedire, *Oſaſch.vbi ſupra*, & ſententia lata contra rem iudicatam, eſt nulla, *vt ex Crauet.Gloſ.Caccialup. Caſ. de Graſſ. & Rebuff. retuli & ſequutus ſum infra q.*15. *art.*10.*n.*202.

Contra hanc decimam ampliationem eiuſque ſubampliationes oppono tripliciter.

Primo oppono, quia, parte non opponē te, admittuntur articuli contra rem iudicatam, & inducitur renuntiatio rei iudicatæ, *vt retuli & ſequutus ſum lib.præcedenti c.*7.*ſub n.*209.*& q.præced. n.*196. & conſequenter ſententia, quæ poſtea ferantur contra rem iudicatam, eſt valida, *vt ibidem retuli & ſequutus ſum*.

Secundo oppono, quia atteſtationes teſtium, non rite receptæ, poſſunt de conſenſu, partium approbari, & ratificari, *vt ex Spec.Bar.Bal.Felyo.& Rot.retuli d.lib.præced. c.*8.*num.*589. & loquendo de conſenſu expreſſo ſequutus ſum *eodem c* 8.*n.*592.*& c.*9.*n.*697.*& ſeqq.*

Tertio oppono, quia licet appellatio efficiatur deſerta ob non proſecutionem ipſius; tamen iudex ad quem poteſt multis caſibus ſententiam reuocare, *vt retuli & ſequutus ſum infra quæſt.*15 *art.*10.*n.*205.*& ſeqq.*

His oppoſitionibus obſtantibus, multum dubitari poteſt de iſta ampliatione, eiuſque ſubampliationibus.

102 Amplia XI. vt habeat locum etiam in cauſſa beneficiali, quia ſententia etiam in cauſſis beneficialibus tranſit in rem iudicatam, *Franch.in c.*5. *cum ſit Romana, col. vlt.ſub n.*16.*verſ.ſed dubitatur, & verſ.ſed aduerte, & cap.*45.*conſtitutus, n.*2.*verſ.*2.*tenementi, de appellat.* & dixi *infra n.*122.*ſubampl.*2.*& quæſt.*15.*art.*2.*n.*9.

103 Reſtringe I. iſtam ampliationem vt non procedat reſpectu ſuperioris, quia licet ſententia lata in cauſſa beneficiali tranſeat in rem iudicatam quoad præiudicium ipſarum partium, tamen non tranſit quoad præiudicium ſuperioris, quare deſerta appellatione per negligentiam appellantis, ſuperior iudex appellationis poteſt inquirere de meritis cauſſæ appellationis, *Franch. in d.c.*45.*conſtit.n.*2.*de appel.*

104 Reſtringe II. vt non procedat quando labitur terminus hominis, quia tunc appellatio in cauſſa beneficiali non efficitur deſerta, vide *infra q.*15.*art.*2.*n.*21.

105 Amplia XII. vt procedat in omni appellatione ſiue appellatur ab actu iudiciali, ſiue extraiudiciali, *c.*8.*concertationi, & ibi Anch.ſub nu.*1.*not.*2.*de appel.in* 6. *Abb.in c.*51.*bonæ memoriæ, ſub num.*10.*diſer.*13.*& Franch. ſub nu.*19.*verſ* 8. *de appell.rurſus idem. Franch.in c.*5.*cum ſit Romana, verſ.vltimo nota, n.*5.*& in cap.*1 *ſub n.*10.*verſ.ſed dic notabiliter, eod.tit.de appell. Mynſing.in ſing.obſeru.cēt.*3.*obſer.*11. *non ſolum, ſub n.*1. Et quod procedat etiam quando appellatur ab actu extraiudiciali, quia debeat appellari infra decem dies, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec.par.*6.*act.*2.*princ.in verbo, & quandoque appellatur, q.*3.*princ. n.*213. *in fine, fol.*488. *& Rugінell.tractat. de appell.§.* 2.*c.*3.*n.*13.15.*&* 16.*fol.*72. & quod in appellatione extraiudiciali debeat etiam intra decem dies appellari à die illati grauaminis, ſiue quis velit appellare verbo, ſiue facto, & in ſpecie, quod arreptio itineris, quando habet vim appellationis, debeat fieri infra decem dies poſt illatum grauamen, refert & ſequitur Natt. *conſ.*606.*approbo.nu.*5 *verſ.circa aliud fundamentum*.

Contra iſtam ampliationem tenent Rebuff. *tract.de appellat.in præfat.n.*69.*&* 70.*tom.*3.*fol.*408. vbi notando differentiam inter appellationem iudicialem & extraiudicialem, ait, ab extraiudiciali poſſe appellari etiam poſt lapſos decem dies, quia extraiudicialia non tranſeunt in rem iudicatam, & *Lancel.tract.de attent.p.* 2.*c.*12.*de attent.& innou.appell.pend.limi.*50.*princ.fall.*3.*num.*137.*& ſeqq.tom.*5.*fol.*380. vbi, reprobato Mynſing. dicit in extraiudicialibus, puta ab electionibus, poſtulationibus, prouiſionibus, & ſimilibus poſſe appellari etiam poſt decem dies ab illato grauamine, dummodo appelletur intra decendium à die ſcientiæ.

Quicquid dicant Rebuff. & Lancell. in hoc non eſt differentia inter appellationem iudicialem, & appellationē extraiudicialem, quia in appellatione extraiudiciali dantur decem dies à die ſcientiæ, & non plures, textus eſt ad litteram *in d.cap.concertationi*, & totidem a die ſcientiæ dantur in appellatione iudiciali, & ideo ex d.cap. *concertationi*, ſuperflua redduntur etiam nonnulla, quæ ſcribit Spec. *tit.de appell.§.reſtat.n.*7.*&* 8.*verſ.ſed quid dices, lib.*2.*fol.*190.

Verum tamen eſt, quod excluſus ab appellatione extraiudiciali propter lapſum decem dierum poteſt recurrere ad viam querelæ, vt declarat Franch. *in locis ſupra proxime citatis*.

Retenta ergo ampliatione.

106 Subamplia eam, vt præcipuè procedat, ſi grauamen, à quo appellatur, haberet vim ſententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ, quia hoc caſu deberet appellari infra decem dies à die grauaminis, vtputa ſi appellandum ſit à confirmatione electionis, quia confirmatio electionis continet vim ſententiæ, *Lancel.d.limit.*50.*n.*140.*&* 141.

107 Amplia XIII. vt procedat etiam in proteſtatione, quæ interponi debet coram honeſtis viris, quia eſt interponenda infra decem dies, *vt ex Franc.retuli, & ſequutus ſum ſupra q* 6.*n.*11.

108 Amplia XIV. vt procedat etiam in appellatione, quæ interponi debet coram iudice ad quem, ſeu coram honeſtis viris in caſu quo non potuerit interponi coram iudice à quo, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt.*6 *n.*27.

109 Am-

109 Amplia XV. vt etiam intimatio appellationis debeat fieri infra decem dies, vide ſupra d.q.6.n.32.

110 Amplia XVI. vt procedat etiamſi intra eoſdem decem dies fiat compromiſſum ſuper illa cauſa, duraturum vltra illos decem dies, quia adhuc ſententia tranſit in rem iudicatam, ſi non appelletur infra illos decem dies; quare compromiſſum hoc caſu non retardat curſum temporis præfixi ad appellandum, *Rot. deciſ. 2. alias 360. fuit dubitatum. ſub num. 2. de dilat. in nou. Franch. in c. 8. ex ratione, num. 20. verſ. tertio quæritur, an tempus decem dierum, Card. Alex. ſub num. 16. verſ. circa tertiam ſpeciem, ibi. quod de tempore decem dierum, & Felyn. ſub num. 3. de appell. Guid. Pap. deciſ. 115 compromiſſum*, ad quam ſe remittit *tract. de appell. q. 23. ſub num. 24. fol. 58. Maran. in ſuo ſpec. par 6 act. 2. prin. in verbo, & quandoque appellatur, n. 241. fol. 495. Granat. in annot. ad prax. Veſtr. lib. 7. c. vlt. ſub num. 42. in verbo, licet tempora. fol. 124. Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de arbitr. concluſ. 4. in fine n. 6. Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. 4. 11. 3. nu. 26. latè M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 6. de effect. compromiſſ. num. 27. verſ. quarto intellige, tomo 3. p. 1. fol. 180.* quem refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. ampl. 6. num. 75. in fine, & num. 79. & ſeqq. fol. 379.* & huius ampliationis rationem aſſignat Blanc. *vbi ſupra*, & quod hoc tempus appellandi non poſſit partium conſenſu produci, ſcribunt etiam Franch. *vbi ſupra; & Io. Ferrar. tract. de appellat. lib. 1. c. 9. num. 156. tom. 5. fol. 70.* & quod non poſſit prorogari, quia non poſſunt facere partes, quod deuoluatur iuriſdictio ad non habentem, nec facere, ne ſententia tranſeat in rem iudicatam, ſcribunt Bald. *auth. ei qui appell. num. 10. verſ. quæro nunquid tempus appellandi, C. de tempor. appell. & Felyn. in cap. penult. venerabilis, declar. 2. num. 14. de iudic.* & quod iudex non poſſit, etiam accedente partium conſenſu, prorogare tempus decem dierum, datum ad appellandum, ſcribit Dec. *in cap. 5. cum ſit Romana, n. 46. ibi. ex prædictis infertur, de appell.* & caſum huius ampliationis excipe à generalitate, qua vſus eſt Veſtr. *in prax. lib. 7. c. vlt. num. 18. fol. 18. fol. 119.* dicens, quod licet tempora appellationum non poſſint ad longiora prorogari, tamen, inquit, curſu poteſt ſuſpendi per compromiſſum: debet enim Veſtr. intelligi de tempore petendi apoſtolos, & proſequendi cauſam appellationis, quia de iſtis loquitur.

Contra iſtam aplationem fuit iudicatum in Ciuitate Lucana, *vt ex Paul. de Caſtr. referunt præcitati M. Ant. Blanc. & Lancell.*

Contra eandem ampliationem facit, quia fatalia non currunt, pendente compromiſſo, teſtibus Ancli. Foſſan. Maran. Lancell. & Blanc. quos retuli, & ſequutus ſum *lib. preced. c. 2. num. 679. in fine, & infra qu. 15. art. 3. caſ. 3. num. 105.*

Primæ oppoſitioni reſpondeo, quod fuit iudicatum contra communem &c.

Secundæ oppoſitioni ſatisfacit Blanch. *d. q. 6. n. 27.* vbi reddit rationem differentiæ inter fatalia, data ad proſequendum, & tempus præfixum ad appellandum.

111 Amplia XVII. vt procedat etiamſi ſententia ſit conditionalis, quia adhuc debet ab ea appellari infra decem dies, vt habetur expreſſè *in l. 1. §. biduum, in fine, ff. quan. appellat. ſit*, quod eſt canonizatum *in c. 29. biduum, 2. qu. 6. Bar. in d. §. biduum, Franch. in c. 40. præterea, nu. 9. ibi. ſed in alijs ſententijs, de appell. Card. Alex. in c. 4. perſonas, ſub nu. 2. ibi. in ſententia autem conditionali, eod. tit. de app. Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. ſub n. 44. q. 8 fol. 110. & ſub num. 51. verſus finem, et latius n. 52. verſ. ego autem, & n. 53. & 54. fol. 111. Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 5. obſer. 95. noſi iuris eſt, Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 50. princ. ampl. 10. num. 104. & ſeqq. tom. 5. fol. 379. & Ruginell. tract. de appell. §. 4. c. 1. nu. 19. verſ. an autem, fol. 158.* & de communi opin. teſtatur Franch. *vbi ſupra*, & ita, loquendo de ſententia banni, tenui *ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 66. q. 10.*

112 Contra hanc ampliationem oppono, quia regulariter tempus non currit in actis conditionalibus, niſi à die conditione extantis *l. 7. cum notiſſimi, §. illud. C. de præſcrip. 30. ann.* & motiuando in ſimili difficultate, ſcribit Ant. de Butr. *in c. 15. quoad conſultationem, ſub n. 11. verſ. venio ad gl. de ſent. & re iud.*

Huic oppoſitioni reſpondeo, quod in actionibus non currit tempus, niſi à die conditionis exiſtentis, quia ante diem, vel conditionem non eſt orta actio, ideoque agi non poteſt, & conſequenter ceſſat negligentia: at in ſententijs grauamen oritur à die ſententiæ, & à grauamine appellandum eſt: ergo à die ſententiæ, *Ant. de But. d. verſ. venio ad gl. ibi. non obſtat quod.*

Retenta ampliatione.

113 Limita eam, vt non procedat in ſententijs cenſuræ, quia in iſtis ſententijs conditionalibus poteſt appellari quandocunque etiam poſt decem dies, dummodo ante euentum conditionis, quia ſi appellaretur poſt euentum conditionis, appellatio non ſuſpenderet, licet deuolueret, quandocunque interponeretur poſt decem dies, *Franch. in d. c. 40. præterea, n. 8. verſ. in ead. gl. de appell.* Et quod tempus appellandi à ſententia excommunicationis, lata ſub conditione, incipiat currere non à die prolationis, ſed à die exiſtentis conditionis, refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 21. princ. n. 35. f. 371. & limit. 50. princ. n. 176. & 177. fol. 380.* & quod à ſententia cenſuratum, lata ſub conditione, poſſit appellari poſt decem dies, ſcribit *ead. limit. 50. n. 108. fol. 379.*

Neque huic limitationi contradicit Veſtr. *in prax. lib. 7. c. 3. ſub n. 21.* dum, loquendo de tempore ad appellandũ à ſententijs conditionalibus, ſcribit, appellandum eſſe infra decem dies, numerandos à momento, quo profertur ſententia conditionalis, quam exemplificat in ſententia excommunicationis, quia aduertendum eſt quod poſuit ſententiam excommunicationis ad exemplificandum ſententiam conditionalem, ſed non ad exemplificandum ſententiam, à qua debeat appellari infra decem dies, licet hoc non admonuerim *ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 66.*

114 Amplia XVIII. vt habeat locum etiam in laudo, ſeu ſententia arbitri electi ex forma ſtatuti, ſeu legis, a qua ſententia appellandum eſſe infra 10. dies ſcribit in terminis M. Ant. Blanc. *tract. de compromiſſ. q. 10. ſub n. 17. f. 294.* & Lancell. infra citatus, & ſentiunt apertè Bapt. de S. Blaſ. *tract. de arbit. & arbitr. q. 71. n. 44. to. 3. p. 1. fol. 306. & Lancell. tract. de attent. p. 2. lib. 50. princ. n. 111. & 112. fol. 379.* dum ſcribunt, ſententiam arbitri taciturnitate decem dierum homologari; nam ſi ſpatio decem dierum homologatur laudum arbitrorum voluntariorum; à fortiori igitur debet intrà decem dies appellari à ſententia arbitri neceſſarij, electi ex forma ſtatuti.

Comprobatur iſta ampliatio, quia arbiter neceſſarius dicitur habere iuriſdictionem, & ferre propriè ſententiã, vt retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. c. 2. n. 5. & ſeqq.* Ergo ſicut à ſententia debet appellari infra decem dies.

115 Subamplia I. hanc ampliationem, vt procedat etiam in laudo arbitri voluntarij, quia taciturnitate decem dierum homologatur, & ex illis elapſis, reductio peti non poteſt, *teſtibus Abb. & Maran. quos retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 2. n. 439.*

116 Declara hanc ampliationem, & eius extenſionem, vt ſint veræ quando laudum non continet manifeſtam iniquitatem; ſecus ſi continet iniquitatem manifeſtam, quia poteſt peti etiam poſtea, vt declaraui *eodem cap. 2. num. 440.*

117 Subamplia II. vt in foro Capitolino procedat etiam

ex forma ſtatutorum, vt notaui d. c. 1. n. 439. in fine.

118 Ampl. XIX. vt habeat locum etiam ſi ſententia ſit lata præſente procuratore, cum quo cauſſa agebatur; quia adhuc procurator, ſeu dominus debet appellare infra decem dies à tempore latæ ſententiæ, quamuis dominus fuerit abſens, & non fuerit citatus, alias, ſi non appellet infra decem dies, ſententia tranſit in rem iudicatam, ſicque negligentia, ſeu contumacia procuratoris in non appellando nocet domino, vt ſcribunt Specul. *tit. de appellat. §. 1. n. 6. verſ. illud. ibi. cæterum licet, lib. 2. fol. 184. Salyc. in auth. hodie, num. 1. C. de appell. Felin. in cap. 1. ſub n. 6. verſ. ſi procurator, & verſ. aduerte tamen dupliciter, vt lit. non conteſt. quem refert, & ſequitur Nicell. tract. de concord. gl. concord. 6 fall. 18. n. 54. & ſeqq. & n. 57. tom. 18. fol. 193 Affl. deciſ. 344. fuit dubitatum, n. 1.* Eſt illo caſu quando lis agebatur cum procuratore procedit communis opinio, de qua teſtatur Felyn. *vbi ſupra*, & ex eo refert, & ſequitur Lancell. *tract. de atten. par. 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 50. princip. ampl. 7. nu. 80. & ſeqq. tom. 5. fol. 379.* Et quod procurator, non appellando infra decem dies, poſſit præiudicare domino, ſcribit Caph. *conſ. 185. in cauſſa, n. 34. lib. 2.* & quod imputetur domino, ſi elegit procuratorem negligentem, qui non ſit proſecutus appellationem, & poſſit procurator tacitè, non appellando vel non proſequendo appellationem, renuntiare appellationi, & contumacia procuratoris ſit apta ad nocendum domino etiam quoad pœnam excommunicationis, ſcribit Franch. *in c. 64. Nicolao, verſ. 7. quæritur, n. 11. & ſeqq. de appell.*

Ratio eſt, quia contumacia procuratoris in non appellando non reputatur delictum, prout reputatur contumacia in non comparendo; & cum non reputetur delictum poteſt præiudicare domino ſecundum doctrinam, quam ex Bart. & alijs retuli, & ſequutus ſum *infra n. 121. verſ. tamen.*

Contra hanc ampliationē videtur ſentire Rebuff. *tract. de appell. art. 1. gl. 2. n. 1. tom. 3. fol. 484.* dum ait, quod poſt lapſum tempus ad appellandum non recipitur appellatio, niſi interuenerit dolus procuratoris; & ſubdit, quod in dolo verſatus videtur, ſi non prouocauerit; & poſtea *n. 14.* ait, odie, quia eſſet difficile probare dolum, fraudem, vel colluſionem, ob id ſufficit, dolum, vel colluſionem re ipſa docere interueniſſe, vt quia iuſtam cauſſam agebat, & tamen fuit condemnatus, & habebat poteſtatem prouocandi, & non prouocauit, & ſic ſecundum Rebuff. poteſt indiſtincte appellari, quia præſumitur dolus, & ſtante dolo poteſt appellari.

Comprobatur hæc opinio contra ampliationem, quia procurator non poteſt expreſſe renuntiare appellationi, per ea quæ retuli, & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. 2. num. 105. ſublimit. 1.* ergo neque tacite per lapſum decendij, quia expreſſum habet maiorem vim, quam tacitum, per ea quæ dixi *ſupra n. 87.*

Non recedas ab ampliatione.

Nō obſtat, quod ſcribit Rebuff. quia reſp. quod poteſt allegari etiam pro ampliatione, dum ead. *gl. 2. n. 4.* ſcribit, quod ſi procurator bona fide ceſſauit appellare, quia putabat ſententiam iuſtam, non poterit poſtea dominus appellare, & *n. 9.* ſcribit, dolum eſſet probandum ad ea parte, quæ illum allegat.

119 Reſpondeo etiam comprobationi, quod licet procurator non poſſit renuntiare expreſsè, tamē poteſt renuntiare tacitè, & ita videmus paſſim, & ſimiles caſus, in quibus magis operatur renuntiatio tacita per lapſum temporis, quam expreſſa, *cumulant Iaſ. in l. 3. cum quid, n. 10. & 11. ff. ſi cert. pet. in 2. lect. & poſt latum Tiraq. tract. de legibus connub. gl. 7. in verbo, expreſ. num. 73. in fine & num. 74. et ſeqq.* & ad hunc locum remiſſiuè *in tract. de retract. conuent. §. 1. gl. 2. n. 52. in fine fol. 431.* vide etiam Gratian. *dec. 13. lata ſententia, ſub num. 1.*

120 Subamplia I. hanc ampliationem, vt habeat locum, etiam ſi ſententia lata contra procuratorem, qui ſit verus contumax, quia licet contumacia vera procuratoris non excludat dominum à beneficio appellationis, *teſtibus Rebuff. Bar. Felin. Nicel. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum infra q. 17. limit. 3. n. 8.* tamen debet dominus appellare infra decem dies à die latæ ſententiæ, & non à die ſcientiæ, *Rot. deciſ. 27. alias 317. nota quod vbi procurator, verſus finem, de appell. in antiq.* dicens, quod licet procurator, qui eſt verè contumax, non audiatur appellans, tamen auditur dominus infra decem dies a tempore ſentētiæ, *Franch. in c. 64. Nicolao, ſub n. 19. verſ. ſed difficultas eſt an tempus, de appell. Spec. tit. de appellat. §. 1. verſ. illud autem, ibi. ſed ſi ibi per procuratorem, & etiam in fine,* dum hanc vltimo loco refert, quod factum, ſcientia, & dolus procuratoris poſt litis conteſtationem noceat domino, *Felin. d. c. 1. ſub num. 6. verſ. aduerte tamen ibi, ſed ſi agitatum eſt Nicell. d. fallen. 18. ſub n. 57. Afflict. d. deciſ. 344. num. 2. ibi ego autem, Rol. a Vall. conſ. 91. egregius, n. 8. iuncto num. præcedenti lib. 4. & Lancell. d. limit. 50. num. 80.* Et pro hac ſubampliatione poſſunt etiam allegari Innoc. *in d. c. 1. num. 5. in verbo, ſciens, vt lit. non conteſt. Ant. de Butr. & Imol.* quos tres poſtremos, & Speculatorem citat, ſed non ſequitur Additionator ad Felin. *in d. c. 1. n. 6. verſ. ſi procurator eſt verus contumax.* pro eadem ſubampliatione poteſt allegari Bar. citatus, *infra verſ. tamen,* & Caph. & qui eum citat, & ſequitur *dec. 139. in cauſſa Hieronymi in fine ſub n. 5.*

121 Ratio eſt, quia licet procurator non poſſit facere incidere dominum in pœnam delicti, quia nunquam cenſetur mandari procuratori, vt delinquat, niſi ad hoc appareat mandatum ſpeciale, per ea quæ in his terminis retuli, & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. 3. ſub n. 8. verſ. ratio.*

Tamen poteſt procurator facere incidere dominum in alia præiudicia, quæ poſſunt emanere ſine delicto, ſed non poſſe appellare poſt lapſos decem dies, poteſt non eſſe pœna. Ergo quando non eſt pœna, poteſt dominus culpa procuratoris priuari facultate appellandi *ad tradita per Bar. in l. 1. §. ſi aduerſus, ſub n. 2. ff. quan. appell. ſit.* quem referunt, & ſequuntur Felyn. *d. c. 1. num. 6. verſ. ſi procurator, vt lit. non conteſt. Nicell. d. fall. 18. n. 52. & 53. fol. 193. & Affl. deciſ. 344. fuit dubitatum, ſub n. 1.*

Contra hanc ſubampliationem: quod enim dominus poſſit appellare infra decem dies à die ſcientiæ latæ ſententiæ, licet lapſum ſit decendium a die latæ ſententiæ, refert & ſequitur Addition. ad *Felyn. vbi ſupra,* dicens hoc eſſe æquius.

* Non recedas à ſubampliatione, quæ eſt communis * & fundata in bona ratione: Neque allegatio, quam facit Addition. *vbi ſupra,* eſt bona: nam inter alios, quos allegat, Rot. *deciſ. 22. alias 137. appellatus, de appell. in nou.* quam citaui & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 16.* & pro qua erronee ipſe citat *dec. 32. de procur. & deciſ. 49. alias 363. ex hoc Inſurrexit, de appell. in nou.* quam ſimiliter erronee allegat *in tit. de procur.* non faciunt ad rem, & Abb. *d. c. a. n. 25. & 26. vt lit. non cōteſt.* videtur potius ſequi ſubampliationē; nam loquitur de prohibita appellatione ſimpliciter, & de prohibita appellatione poſt decem dies, & dum loquitur de prohibita poſt decem dies videtur tenere, quod contumacia vera procuratoris noceat ſaltem, quādo cum eo fuit lis conteſtata iuxta diſtinctionem, quam refert ex Compoſtel. quam diſtinctionem ex eod. Comp. Gemin. & Lap. refert etiam, ſed non videtur ſequi Franch. *d. cap. Nicolao, n. 19. verſ. ſed difficultas, in fine.*

122 Subamplia II. vt habeat locum etiam in cauſſa matrimonij, in cauſſa ſtatus, infamiæ, & in cauſſa beneficiali, quia ſi in his cauſſis procurator ſit negligens abſq; malitia, & dolo, noceret domino, *Franch. in c. 44. ſæpe, n. 2. verſ. & adde vnam, in fine de appell.*

Confir-

Confirmatur hæc ſubampliatio in beneficialibus cauſſis, quia ſententia etiam in eis tranſit in rem iudicatam, vt ex eo l. Franc retuli et ſequutus ſum infra q.15.ar.2.n.9.

123 Retentis igitur ampliatione, & ſubampliationibus.

Declara I. reſtringendo eas vt non procedant, quando lis non agebatur cum procuratore, ſed agebatur cum domino, quia iſto caſu licet procurator fuerit contumax verus, ideoque nullatenus ipſe poſſit appellare, per ea, quæ retuli & ſequutus ſum infra q.17.limit.3.n.1.& ſeqq. tamen dominus poteſt appellare non ſolum infra decem dies, per ea, quæ retuli & ſequutus ſum ſupra in ſubampliatione, nu.120. ſed etiam poſt lapſos decem dies, dummodo appellet infra decem dies à die ſcientiæ, vt diſtinguendo ſcribit Felyn d c.1. ſub n.6. verſ aduerte tamen, vt lit. non conteſt. quem re[illegible]ert & ſequitur Nicell. d. fall.18.nu.57. ibi aſſignat etiam, fol.193. & ita ex Innoc. ſentit Afflict. d. deciſ.344. fuit dubitatum, n.2.

124 Declara II. vt procedat quando procurator eſt ſoluendo, quia tunc dominus, cui præiudicauit, poteſt præiudicium reparare agendo contra procuratorem ad intereſſe, Rol. à Vall. conſ 91. egregius, nu.14. verſ. hac tamen, lib.4. & loquendo aduerſus procuratorem, cuius dolo, aut negligentia deſeritur appellatio, ſcribunt Caſſad. dec.5. regula iuris, num.1.& 2. de appell. fol.313. Benint. dec.26. princ. n.3.6.& 7. et Odd. tract. de reſt. in integ. q.29. art 4. nu.13. verſ. lim.& q.69. art.4. ſub n.24. verſ. ſed vera, tenetur enim procurator ad intereſſe, quia procurator tenetur de omni culpa l.13. à procuratore, C. mand. & tenetur etiam de leuiſſima culpa quando eſt procurator ad iudicia, Aret. Inſtit. de mand. §. mand. n.3.

Secus eſt ſi procurator non eſt ſoluendo, quia tunc dominus poſſet appellare, Bar. in l.1. §. ſi aduerſus, in fin. ff. quan. appell. ſit, Felyn. in d. c.1. ſub n.6. verſ. 2. aduerte, vt lit. non conteſt. Afflict. d. dec.344. n.1. in fi. in 3. fall. Rol. d. conſ. 91. n.14. Lancel. tract. de attent. p.2. c.12. limit.50. ampl.7. n.86. fol.379. & aduerte quod poteſt appellare infra decem dies à die habitæ notitiæ, & non poſtea, teſtib. Fely. in d. c.1. n.7. ibi. bene erit vt puto, vt lit. non conteſt. Guid. Pap. trac. de appell. q.77. n.52. fol.59. Veſtr. in pract. lib.7. c.3. nu.24. verſ. rurſus finge. & Rol. à Vall. d. conſ.91. n.15.

125 Subdeclara primum membrum huius declarationis; vt in praxi ſit parum viitatum, nuſquam enim vidi principales egiſſe contra procuratores negligentes, & multo minus vidi, procuratores negligentes condemnari, adeo quod de conſuetudine non ſeruatur, vt dominus agat contra procuratorem.

Ratio huius conſuetudinis potuit eſſe multiplex. Prima, quia imputet ſibi, qui negligentem & non idoneum procuratorem elegit. Secunda, quia difficilis eſt admodum ad viſum praxis æſtimatio intereſſe taxati à negligētia procuratoris. Tertia; quia, vt ſcribit Rebuff. tract. de reſtit. art.1. gl.2. n.23. tom.3. fol.125. quem refert, & ſequitur Odd. tract. de reſtit. in integr. q.69. n.24. facilius poſſet erui claua de manu Herculis, quam quicquam exigi a procuratoribus.

126 Si tamen primum membrum præcedentis declarationis practicaretur, deberet principalis docere de ſuo bono iure, quod habeat contra ſuum aduerſarium, & iudex iuxta qualitatem dicti boni iuris deberet condemnare procuratorem ad intereſſe.

127 Subdeclara etiam ſecundum membrum dictæ declarationis, dum dixi dominum poſſe appellare, quando procurator non eſt ſoluendo, quia hoc procedit non ipſo iure, ſed impetrata prius reſtitutione in integrum, Salyc. in auth. hodie. n.1. in fine verſic. quæritur. 3. & nu.2. verſ. ſed dubium, C. de appell. & eſſe commu. opinionem ſcribit Odd. d. q.69. art.4. ſub nu.24. verſ. ſed vera, & clarius aperit Addition. ad Felyn. in d. c.1. num.7. in verbo, ſi procurator non eſt, & ita terminis deſertiones loquuntur Caſſad. d. dec.5. num.3. Benint. d. dec.26. num.3. verſic. fin. Gramm. conſil.117. redemptoris, verſus finem ſub nu.7. Lancell. dict. limit.50. num.87. fol.379. & Veſtr. d. lib.7. c.3. ſub num.24. fol.201. dicens hanc reſtitutionem eſſe petendam coram iudice à quo, & in noſtris terminis Rebuff. tract. de appell. art.1. gloſſ.2. ſub numero 14. verſicul. hodie, tom.3. fol.485. dicens, quod allegatis illis cauſſis, quas ipſe recenſet in litteris, Princeps, non obſtante omiſſione appellationis facta per procuratorem, indulget, vt liceat appellare.

128 Contra iſtam ſubdeclarationem; nam, ceſſante dolo procuratoris, denegatur etiam reſtitutio in integrum, Mohed. dec.2. alias 78. Nicolaus, verſus finem de appell. fol.152. Rot. diuerſ. dec.156. in cauſſa Calaguritan. n.4. et 5. p.3. lib.2. fol.41. & dec.439. petebatur, ſub num.2. & ſeqq. ead. p.3. lib.3. Caſſad. d. deciſ.5. n.1. de appell. Lancell. d. limit.50. n.88. fol.379. & Veſtr. in prax. lib.7. c.3. n.24. verſus finem fol.201. dicens, ſic ſeruari in Palatio, vt non admittatur ad appellandum, neque reſtituatur in integrum ad appellandum: & in hac ſententia videtur etiam reſidere Spec. tit. de appel. in princ. n.6. verſ. illud autem in fine, dum vltimo loco recitat eorum opinionem, qui dixerunt, quod factum, ſcientia, & dolus procuratoris poſt litem conteſtatam nocet domino, hancque ſententiam refert contra eos, qui dixerunt, ſubueniendum eſſe domino, quando procurator non eſt ſoluendo; & adde quæ ſcripſi ſupra n.121. verſic. non recedas.

Contra eandem ſubdeclarationem facit, quia eſto, quod procurator non ſit ſoluendo, tamen domino concedi non debet reſtitutio in integrum, quia ſi ſententia eſt iniuſta, dominus habet viam agendi in ſyndicatu cōtra iudicem vt ex Bar. & alijs retuli & ſequutus ſum infra q.19. rem.4. n.1. & licet in praxi non ſeruetur, vt ibidem dixi, n.4. et 5. tamen ſubdeclaratio adhuc non eſt vera.

Contra eadem, loquendo in cauſſis beneficialibus facit, quia in eis non poteſt conſiderari an procurator ſi ſoluendo, ſiue non ſoluendo; vnde ex iſto capite non videtur danda ſeu neganda reſtitutio, quia cauſſa beneficiales non recipiunt æſtimationem, vide infra q.19. rem.2. ſub n.129. verſic. quid dicendum.

129 Declara III. reſtringendo vt procedant, quando procurator, colludendo & per fraudem, omiſiſſet appellare. Bart. in l.1. § ſi aduerſus, ſub num.2. ff. quan. appell. ſit, Guid. Pap. tract. de appell. q.77. nu.52. fol.59. Afflict. dec.344. fuit dubitatum, ſub n.1. Lancell. d. limit.50. n.86. in fine fol.379. & quod ſi procurator doloſe omiſerit appellare, dominus poſſit poſtea appellare, cum ad eius notitiam peruenerit, ſcribit Rebuff. tract. de appell. art.1. gloſſ.2. num.10. tom.3. fol.484.

Confirmatur iſta declaratio, quia principalis poteſt appellare poſt lapſos decem dies, quando interceſſit dolus procuratoris, hoc eſt, reſtituitur in integrum ad appellandum, Odd. tract. de reſtit. in integr. qu.69. art.4. ſub num.22. verſ. ſed videtur, & quod interueniente dolo, ſeu malitia procuratoris, detur reſtitutio in integrum prout de iure, ſcribunt Staph. & Veſtr. quos citaui infra qu.19. rem.2. num.129. verſicul. ſublimita, & tenet ſub verbo dubitatiuo Rot. quam ſimiliter citaui d. remed.2. ſub n.129. verſ. quid dicendum, & quod, vbi interuenerit dolus procuratoris, recipiatur appellatio etiam poſt elapſum tempus, ſcribit Rebuff. tract. de appell. art.1. gloſſ.2. nu.1. tom.3. fol.484.

Contra iſtam declarationem facit, quia ſicut dominus non excuſatur à deſertione appellationis, quamuis ſit deſerta dolo procuratoris, neque ei conceditur reſtitutio in integrum, niſi caſu, quo procurator non eſſet ſoluendo, Caſſad. deciſ.5. regula, num.1. de appell. fol.313. ita etiam non excuſatur, & non reſtituitur, ſi non fuerit appellatum.

130 Retenta declaratione; reſpondeo ad Caſſad. quod ad verum in dolo præſumpto, qui præſumitur ex eo ſolo, quod fuit negligens in appellando: ſecus eſt ſi dolus aliter appareat, & ita procedat declaratio.

131 Subdeclara eandem declarationem vt dolus procuratoris non probetur ex eo ſolo quod omiſit appellare: nam ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quod dominus indiſtincte poſſet appellare, quando procurator omiſiſſet appellare; ſed hoc eſt falſum, vt patet ex his, quæ ſcripſi *ſupra n.*118. & 120.

Confirmatur hæc ſubdeclaratio, quia ad probandum dolum debet vltra omiſſionem appellationis apparere, quod his agebat iuſtam cauſam, ſecundum ea, quæ ſcribit Rebuff. quem retuli *ſupra ſub nu.*118. *verſ. contra hanc*, & excuſatur procurator qui bona fide omiſit appellare, *ſecundum Rebuff. quem citam infra nu.*138. *declar.*6. & an bona, vel mala fide omiſerit appellare reſidet in corde procuratoris, & cor ſoli Deo patet, *vt ſcripſi lib. prac. c.*9. *n.*312. ideo difficilis eſt probationis.

132 Extende I. hanc tertiam declarationem, vt idem ſit, ſi procurator per fraudem, ſeu colluſionem omiſerit appellare, quia poterit tunc dominus appellare à die notitiæ, *Rebuff. d. art.* 1. *gl.* 2. *n.* 11. & 12. *tom.* 3. *fol.*485. quamuis hęc extenſio videatur ſuperflua, cum ſit in effectu eadem cum declaratione, poſita *ſupra n.*129. ſed eam vti diuerſam ponit Rebuff. citatus, & nos in gratiam eorum, qui omnia deſiderant in terminis terminantibus.

133 Extende II. vt idem ſit, ſi gratia euidens interuenerit, *Rebuff. d. gl.* 2. *n.* 13. *fol.*485.

134 Extende III. vt præcipue procedat in cauſſa matrimonij in cauſſa ſtatus, infamiæ, & in cauſſa beneficiali, & ſimilibus quæ non recipiunt intereſſe pecuniarium, ſeu extimationem, quia in his dolus, vel malitia procuratoris nullo caſu noceret domino, ex quo dominus in huiuſmodi cauſſis non poſſet habere regreſſum contra procuratorem, *Franch. in c.*44. *ſepe, num.* 2. *verſic.* & *adde vnam, de appell.* & quod cauſſæ beneficiales non recipiant extimationem, ſcribunt Caſſad. & Marcheſ. quos citaui, & ſequutus ſum *infra qu.*19. *remed. ſub num.*130. *verſ. quid dicendum*.

135 Declara IV. reſtringendo, vt non procedat, quando principalis ex legitima cauſſa fuiſſet abſens, quia tūc poterit appellare poſt decem dies *Bart. in l.* 1. §. *ſi aduerſus, in fine, ff. quand. appell. ſit. Afflict. deciſ.*344. *n.* 1. *in fine*, & clarius Gramm. *conſ.*117. *redemptoris, n.*2. qui aperte loquitur in abſentia principalis, licet Bart. & Afflict. videantur loqui de abſentia procuratoris.

136 Declara V. quando procurator fuiſſet legitima cauſſa abſens, quia tunc principalis poterit appellare à die ſcientiæ, *Bart in l.* 1. *in vltimis verbis dictæ legis, ff. quand. appell. ſit*, & *Rebuff. tract. de appell. art.* 1. *gloſſ.* 2. *ſub nu.*13. *tom.* 3. *fol.*485.

137 Declara VI. quando procurator bona fide omiſit appellare, quia tunc dominus non poteſt appellare, *Rebuff. tract. de appell. art.* 1. *gl.* 2. *n.* 4. *tom.* 3. *fol.*484.

Contra iſtam declarationem; quod enim Domino, ſi ei conſultum non ſit via agendi contra procuratorem, eo quia ſoluendo non ſit; dari tunc debeat reſtitutio in integrum ad appellandum, refert, & ſequitur ex veriori, &
* communi * ſententia Odd. *tract. de reſtit. in integr. qu.*69. *art.* 4. *ſub num.*25. in quam ſententiam titubando videtur fuiſſe Felin. *in c.* 1. *ſub nu.*6. *verſus finem, verſ. pulcre, vt lit. non conteſt.*

139 Declara VII. quando ex actis euidenter conſtat, quod procurator debuit appellare, & non appellauit, quia tunc dominus forſan admittitur ad appellandum; & ratio eſt, quia iſto caſu procurator, non appellando, delinquit, & delictum nunquam cenſetur ei mandatum, niſi habeat ſpeciale mandatum, *Bart. in l.* 1. §. *ſi aduerſus, ſub num.* 2. *ff. quand. appell. ſit.*

140 Et quia in huius 19. ampliationis materia Doctores confuſe, & intricate loquutes nihil certi videntur concludere, & ſi quid concludunt illud non concludunt, niſi peius, vagando extra caſum, (quod facere ſolent, qui quo tendant, ignorant, vel qui dilatando ſperant illuſtriorem fieri intellectum) integram Bartoli, & aliorum quorundam famoſiſſimorum Iuriſconſultorum doctrinam referant, *vt faciunt Felyn. in c.* 1. *n.*6. *verſ. ſi procurator, vt lit. nō conteſt.* & *Afflict. deciſ.*344. *ſub dubitatum, n.* 1. & *ſeqq.* & quod ipſe Felin. ſupra citatus confuſe proceſſerit, notat Apoſtill. ad eum *d. n.*6. ideo, ſi quid à me conciſe, aut confuſe hac in re dictum tibi videatur tu audiſti.

141 Amplia XX. in eo, qui fuit reſtitutus ad appellandum nam & is tenetur appellare infra decem dies à die latæ ſententiæ, ſuper reſtitutione in integrum ad appellandum, *vt ex Veſtr.* & *Lancell. retuli, et ſequutus ſum in q.*19. *rem.* 2. *n.*80. *verſ. declara.*

142 Amplia XXI. vt intra decem dies ſit appellandum non ſolum ab ipſa ſententia, ſed etiam ab actu, qui dependet ab ipſa ſententia, alioqui ſi, lapſis decem diebus iudex procedat ad aliquem actum executionis ſententiæ, & pars, contra quam procedit, appellet, non auditur, quia debebat appellare infra decem dies ab ipſa ſententia, *Lancell. tract. de attent. p.* 2. *c.*12. *de attent. in nou. appellat. pend. limit.*50. *princ. num.*118. & *ſeqq. to.*5. *fol.*380. vide ad hanc ampliationem ea, quæ ſcripſi *infra q.*17. *limit.*10. *nu.*6. & *lim.*47. *memb.* 1. *n.*143.

Amplia XXII. vt habeat locum etiam in ſententia lata contra infirmum, ſeu aliter impeditum, qui citatus non allegauerit impedimentum, ſed miſerit procuratorem, quia illius infirmitas non retardabit curſum decem dierum, & ideo, niſi appellauerit infra decem dies, tranſibit in rem iudicatam, *Mohed. dec.* 2. *alias* 78. *Nicolaus, de appell.* mittendo enim procuratorem, poterat illum mittere etiam ad appellandum, & ſic infirmitatis impedimentum erat remotum, & quando impedimentum poteſt remoueri, tunc non habetur in conſideratione *per ea, quæ dixi infra q.*15. *num.*.

Propinquiori, ac veriori explicatione huius ampliationis diſtingue duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando infirmus citatus miſit excuſatorem, qui allegauit infirmitatem, & de impedimento infirmitatis certiorauit iudicem; & iſto caſu diſtinguo duo membra: Aut enim cauſſa, pro qua citatur, eſt grauis, & talis, vt in ea non poſſit conſtituere procuratorem: & tunc dico quod non ſolum non curreret ei tempus ad appellandum à ſententia, quam iudex contra ipſum ferret; ſed quod plus eſt, ſententia ipſa eſſet ipſo iure nulla, & in his terminis procedit indubitate concluſio, quam ex Bartol. Iaſ. Odd. & comm. opin. retuli & ſequutus ſum, ſimpliciter loquendo, *lib. prac. c.*9. *nu.*1909. Aut cauſſa eſt talis, in qua tenetur conſtituere procuratorem: & tunc citatio arctat, & impedimentum non excuſat; *Franch. in c.*55. *dilectis, not.* & *nu.* 2. *de appell.* qui & ſi non omnino firmet, ſed relinquat cogitandum, tamen ego firmo, & moueor, tum quia impedimentum, quod poteſt remoueri: non habetur in conſideratione; *per ea, quæ dixi infra qu.*25. *num.*.. ſed quando poteſt conſtitui procurator, tunc remouetur impedimentum infirmitatis. Ergo ſententia tranſit in iudicatum iſto caſu, tum etiam quia ita ſeruamus in praxi; nunquam enim audiretur excuſator ad impediendam litem, ſed ſolum ad impetrandam aliquam dilationem, eo, quia procurator non eſſet plene informatus, neque poſſet informari propter grauem forſan principalis infirmitatem; Vnde deciſio * Rotæ, & conſequenter hæc vigeſima ſecunda ampliatio ex ea formata inaniter conſiderant non allegatum impedimentum, & miſſionem procuratoris, cum

ſine

Digitized by Google

ſiue alleget impedimentum, ſiue non, & ſiue mittat procuratorem; ſiue non, ſententia in cauſis ciuilibus, in quibus loquitur Rota, indiſtinctè tranſeat in rem iudicatam, ex quo impedimentum infirmitatis remoueri poteſt, comparendo per procuratorem.

Secundus caſus eſt, quando iudex non fuit certioratus de impedimento: & iſto caſu facio duas concluſiones.

Prima concluſio eſt, quod ſententia mero iure, & indiſtinctè tenet, ſiue cauſſa ſit talis, in qua poſſit conſtitui procurator, ſiue ſit talis, in qua non poſſit conſtitui, & ita indiſtinctè intelliges Rot. per Mohed. *d. deciſ. 2. de appell.* cęteroſque Doctores, dum ſimpliciter, & communiter ſcribunt, valere ſententiam vt retuli, & ſequutus ſum *libr. prac. c. 9. n. 1908. in fine.*

Secunda concluſio eſt, quod in iis cauſſis, in quibus tenetur conſtituere procuratorem, tranſit ſimiliter iudicatum *per ea, quæ dixi in primo caſu.* In his vero, in quibus non poteſt conſtituere procuratorem, non tranſit, quia impedito non currit tempus, *per ea, quæ ſcripſi infra quæſt. 15. num....*

Amplia XXIII. in ſententia lata in cauſa feudali, *Iacob. de S. Georg. tract. de feud. verſus finem, in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus, n. 38. verſ. nunc deſcendo, to. 10 p. 1. fol. 223.* & eſſe opinionem commun.* teſtatur, & ſequitur Curt. Iun. *tract. de feud. in 7. & vlt. p. princ. q. 13. n. 33. to. 10. p. 2. fol. 92.*

Amplia XXIV. in ſententia, lata in cauſſa criminali; quia debet appellari infra legitima tempora, *leg. 7. addictos, in fine, C. de epiſc. aud.*

143 Amplia XXV. concluſionem de appellando infra decem dies à die latæ ſententiæ, vt, lapſis decem diebus ſententia tranſeat in rem iudicatam ipſo iure, etiam non ſequuta aliqua iudicis declaratione ſuper re iudicata, & deſertione, & ideo non audiretur volens appellare eo, quod non dum eſſet declarata appellatio deſerta, vide quæ ſcripſi *ſupra libr. 1. c. 97. n. 75. verſ. qua ampliatio,* & in his terminis intellige text. *in c. 15. quoad conſultationi, de ſent. & re iud. Maran. & cæteros,* dum communiter aiunt, quod lapſis decem diebus ſententia tranſit in rem iudicatam, *vt ſcripſi infra q. 17. limit. 2. n. 69.*

144 Limita I. eandem principalem concluſionem poſitam *ſupra n. 1. & 2. de appellando infra decem dies,* vt non procedat in grauamine ſucceſſiuo, *per ea quæ ſcribunt Doct. citati in ſeqq. exemplis.*

145 Exemplifica I. hanc limitationem in captura; & carceratione; licet enim captus, & carceratus non appellauerit infra decem dies à tempore interlocutoriæ, ſeu decretæ capturæ, tamen poterit appellare etiam poſt quandoque, donec durat grauamen, *per ea, quæ ſcribunt Bald. in l. 2. verſic. ſecundo quæro, num. ſeptimo Cod. de epiſcopo audien. Nicell. tract. de concordat. gloſſ. concord 6. fall. 27. num. 69. tomo 18. fol. 194. Paul. de Caſtr. conſil. 334. viſa appellatione, numero quarto, verſicul. interdum, libr. 1. Franch. in cap. 12. ſuper eodem il ſecundo, colum. 1. num. 4. & in capitul. 47. ex parte tua, numero 9. de appellat. Felyn. in capitul. 15. quod ad conſultationem, num. 9. verſicul. nona concluſio. de ſent. & re iud. Lancellott. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limitat. 50. princip. num. 131. limitat. 2. tomo quinto, fol. 380. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. tertio n. 23. Marcheſ. tract. de commiſſ. parte 1. de commiſſ. appell. ſuper diuerſ. cap. 18. num. 71 & 62. fol. 305 in 2. impreſſ. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 17. fol. 83. & Cæſar. Barz. in Bonon. dec. 47. in cauſa vertente n. 29. & 34.*

Ratio eſt, quia is, qui continuatim grauatur continuatim dicitur eſſe infra decem dies, datos ad appellandum, *Franch. vbi ſupra.*

146 Reſtringe I. iſtam exemplificationem, vt non procedat, quando quis declaratur legitime carceratus, quia is debet appellare infra decem dies, à tempore declarationis, *vt ſcribunt Franch. in d. cap. ſuper ea, il ſecundo, & cap. 47. ex parte, il primo, ſub n. 9. ibi aliam limitationem, de appell. Granat. in annot. ad prax. Veſtr. d. lib. 7. c. 3. nu. 56. & Ruginell. d. §. 2. c. 3. n. 176. & ſcribit Lancell. d. lim. 50. princ. n. 134. ibi ſecundo niſi, fol. 380.*

147 Reſtringe II. vt non procedat, quando carceratus dediſſet fideiuſſores de ſoluendo; vel de redeundo ad carceres, quia ſic conſentit carcerationi, *Bart. in q. 6. Lapus, ſub n. 13. verſ. ſecundo caſu.* ideoque non diceretur grauatus, *Socc. conſ. 113. quoniam, nu. tertio, in fine, & 4. lib. 3. & Magon. in Floren. deciſ. 126 n. 2.* & conſequenter non poſſet appellare, etiamſi appellaret infra decem dies, *Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 177.*

148 Reſtringe III. vt non procedat in eo, qui eſt carceratus pro cauſſa inappellabili, vel pro cauſſa, pro qua captura eſt permiſſa, quia non auditur appellans, etiam ſi appellaret infra decem dies, *Ruginell. d. cap. 3. num. 178.* & quod teſtis carceratus, vt prohibeat teſtimonium, non poſſit appellare à carceratione ex diſpoſitione ſtatutorum Mediolanenſium *lib. 1. c. 98. refert Ruginell. d. c. 3. nu. 952. fol. 142.* quod ego credo eſſe etiam ex diſpoſitione iuris communis, & generalis conſuetudinis, quæ non aliter ſeruat.

149 Reſtringe IV. vt non procedat, quando appellaret præterito grauamine, & allegaret cauſſam grauaminis de præterito, quia tunc non poſſet appellare poſt lapſos decem dies: quare ſit cautus appellans, vt appellet ex cauſa grauaminis de præſenti, *Franch. in cap. 47. ex parte tua, ſub num. 9. de appell.*

150 Exemplifica II. in citato ad locum non tutum, quia is poteſt appellare, *vt retuli, et ſequutus ſum infra quæſt. 17. limit. 47. num. 1. num. 8. et 11. et ſeqq.* Et licet is citatus non appellet in prima, neque in ſecunda citatione, tamen poterit appellare in tertia, ſeu quarta, quoties citatur ad locum non tutum, toties grauatur, & ideo, ſi non appellat à primo grauamine, poteſt appellare a ſecundo, quaſi grauamen ſit ſucceſſiuum.

Reſtringe hanc exemplificationem, vt non procedat, quando iudex pronunciaret, locum eſſe tutum, quia tunc appellandum eſt infra decem dies à dies pronuntiationis, *Franch. in c. 47. ex par. tua, 9. verſus finem de appell.*

151 Exemplifica III. in excommunicatione, quia excommunicatio non tranſit in rem iudicatam, etiam ſi nunquam ab ea appelletur; immo licet ab ea fuerit appellatum, & appellatio ſit deſerta, tamen non per hoc remanet firma & valida, ſed poterit adhuc cognoſci de ea, *Franch. in capitul. 25. quæ fronte, ſub numero 13. not. 8. de appellat.*

Ratio huius exemplificationis eſt non ſolum ea, quia ſententia, in qua tractatur de periculo animæ, nunquam tranſit in rem iudicatam, *Maran. in ſuo ſpec. p. 3. p. 6. in verbo, et demum fertur ſententia, caſ. 18. n. 147. fol. 449.* ſed etiam ea, quia ſicut carceratus quotidie carcere grauatur, ita & excommunicatus quodam animæ carcere quotidie excommunicatione grauatur.

Extende hanc exemplificationem, vt præcipue procedat, quando quis petit reuocari ſententiam excommunicationis, quia quandiu non reuocatur poterit appellare etiam poſt lapſos decem dies poſt petitionem reuocatio *Franch. in c. 60. cum ceſſante ſub n. 6. verſ. aliquando & quarto de appell.*

152 Exemplifica IV. in proceſſu, quem facit iudex, qui eſt allegatus ſuſpectus; nam licet is, qui eum allegauit ſuſpectum, non appellauerit infra decem dies a proceſſu, ſeu actis, quæ facit poſt allegationem ſuſpicionis tamen ſatis eſt, quod appellat quandoque poſt allegatam ſuſpicionem infra decem dies, numerandos à die actorum, à quibus vult appellare & ideo licet non poſſet appellare ab illis actis, quæ feciſſet per decem dies ante appellationem,

nem,

Digitized by Google

nem,tamen poterit appellare ab illis, quæ faceret poſtea, dummodo appellet infra decem dies, numerandos à die actorum,à quibus appellat,quia iudex,procedendo poſtquam eſt allegatus ſuſpectus, ſucceſſiue grauat in quolibet actu,quem facit.

153 Limita II. vt non procedat quoad effectum ratificandi geſta per falſum procuratorem, quia hunc effectum operaretur etiam poſt lapſos decem dies, vide de iſta limitatione *infra q.17.limit.19.n.14.*

154 Limita III.in appellatione interponenda tertio, quia is ratione ſui intereſſe poteſt appellare infra decem dies à die notitiæ & ſcientiæ,& non arctatur a die latæ ſententiæ,*Lancell.tract.de attent.part.2.c.12. de attent. & innou. appell.pend.limit.50.princip.num.168.& ſeqq.verſ.ſeptimo limita,to 5.fol.380.*& ita ſentiunt Rot. Mil. & Salyc. quos retuli & ſequutus ſum *ſupra n.69.*dum ſcribunt,quod tertius debet adhæſiſſe appellationi intra decendium, intra quod potuiſſet appellare,& facit,quod retuli *ſup. q.5.ſub n.36.verſ.contrariam,& n.38.& ſub n.59.*

Et poteſt adhærere quandocunque, ſi ſententia proferenda ſit ei præiudicialis, & ſit poteſt adhærere etiam poſt lapſos decem dies,*vt ex Old.retuli & ſequutus ſum ſupra ſub n.78.reſtrict.3.*

155 Exemplifica hanc limitationem in ſententia lata contra hæredem,quia nihilominus legatarius poterit ab ea appellare, quandocunque infra decem dies à die ſcientiæ

* latę ſententię ſecundum communem opin.* quam refert & ſequitur Couar.*pract.qq.c.15. ſub n.2. per totum, & ſub n.4.verſ.non obierit.*hancq;opin.ex eod.Couar. & Rugin. ſequutus ſum *ſupra q.5.n.38.*

156 Limita IV. vt non procedat in appellatione, quæ interponitur à ſtatuto, quia ſatis eſt, quod contradicatur ſtatuto, & non requiritur appellatio infra decem dies, *Rot.diuerſ.deciſion. 50.dubitaui in cauſſa Bononien.ſub num. 13.parte ſecunda,*quæ enim ſunt extraiudicialia, prout eſt ſtatutum,non tranſeunt rem iudicatam;Quare fortior eſt ſententia iudicis,quam ſtatuti. Veruntamen iſta facultas appellandi à ſtatuto non eſt perpetua, ſed durat ſolum per annum,*Dec.in cap.6.cum omnes,not.5.ſub numero decimoquinto & ſequentibus vſque ad numerum 18.incluſiue, in 1.lectio,de conſtit.*

157 Declara I.iſtam limitationem, vt procedat quoad facultatem impugnandi, & contradicendi ſtatuto, quæ durat etiam poſt decem dies à die conditi ſtatuti, ſed non quoad facultatem appellandi, quia facultas appellandi, non durat,niſi infra decem dies, prout dicimus in ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, quia poſſunt per viam querelæ impugnari etiam poſt decem dies, ſed per viam appellationis non poteſt agi,niſi fuerit appellatum infra decem dies,vide ſupra *n.81.ampliat.6.*& ſcribit Brederod.*tractat.de appell.par.1.col.522.in fine, & 523. in princ.*

158 Declara II.conſequenter ex præcedenti,vt de iniquitate ſtatuti poſſit agi non ſolum per viam appellationis, ſed etiam poſt tempus conſtitutum ad appellandum poſſit reclamari per viam querelæ, & recurſus; ſed intra annum,*vt ſcribit Dec.in c.29.conſuluit.il 3.n.30. & 34. verſ. poſtremo,& verſ.& vltimo,de appell.* quem & alios refert, & ſequitur Breder.*tract.de appell.p.1.colum.521.ſub littera A, & B.*

Contra iſtam declarationem videtur prius ſenſiſſe idē *Dec.d.cap.conſuluit,verſic.poſtremo, n.32.*dicens, ab iniquitate ſtatuti poſſe ſemper ſupplicari. Et ratio huius cōtrariæ opinionis poteſt eſſe, quia ſtatutum iniquum dicitur nullum,quia lex, & ſic etiam ſtatutum, debet eſſe iuſta: ergo ſi ſtatutum non ſit iuſtum,ſed ſit iniquum, non erit ſtatutum,*Abb.in c.6.cum omnes, n.2. de conſtit. & in d.c.29.conſuluit,il 3.n.4. de appell.* At de nullitate poteſt dici vſque ad mille annos. Ergo.

159 Non recedas à declaratione,quia contra Abb. tenentem ſtatutum, eſſe nullum tenent communiter * Doctores,prout de communi teſtatur Dec.*d.cap. conſuluit,n.32. in fine,& n.33.de appell.et Brederod.tract.de appell.p.1.col. 521.ſub littera B* licet ipſe conetur conciliare.

Limita V. vt non habeat locum in comminationibus quia, ex quo comminationes non habent vim ſententiæ non tranſeunt in rem iudicatam, poterit ab eis appellari etiam poſt decem dies,*vt refert et ſequitur Franch in c.60. cum ceſſante, num.6. verſus fin. verſic. aliquando & quarto de appell.*

160 Limita VI. vt non habeat locum in præceptis; quæ fiunt a iudice abſque cauſſæ cognitione, quia non tranſeunt in rem iudicatam, & ideo poteſt ab eis appellari quandocunque etiam poſt decem dies, *Franch in d.c.cum ceſſante,num.6.in fine,& ſub n.10.de appell.* & quod etiam quoad partes non tranſeant in rem iudicatam, ſcribit *ſub num.10.*& quod interlocutoria,lata abſque cauſſæ cognitione, nunquam tranſeat in rem iudicatam, dixi *ſupra num.98.*

Sublimita hanc limitationem, vt non habeat locum in monitorio, ſeu præcepto ad ſoluendum mercedem regeſti,quia quamuis fiat cum clauſula iuſtificatoria;& ſic ſine cauſſæ cognitione,tamen,lapſis tribus diebus, tranſit in rem iudicatam, vt retuli & ſequutus ſum *infra quæſt. 20. numero 39.*

161 Limita VII.in appellatione à delatione iuramenti ſecundum ſtylum Cameræ Imperialis,quia licet non appelletur infra decem dies à decreto de deferendo iuramento,tamen poteſt appellari poſtea quando pars eſt parata iurare;vide Lancel.*trac.de attent.p.2.c.12.limit.50.princ. n.175.limit 9.fol.380.*

Hæc limitatio procedit de ſtylo, ſed de iure communi non procederet,per ea, quæ loquendo de admiſſione articulorum,ſcripſi *infra q.17.limit.47.mem.1.n.140.*

162 Limita VIII. vt non procedat in ſententia lata dolo iudicis, quia poteſt ab ea appellari etiam poſt lapſos decem dies,vt retuli,& ſequutus ſum *infra q 17.limit.6.princ. memb.7.n.78.*

163 Limita IX. vt non procedat in paupere, qui ob ſuam paupertatem non potuit appellare intra decem dies, vt puta ſi in interpoſitione appellationis debeat fieri aliqua impenſa,quia tunc paupertas, & ſic impoſſibilitas; ſeu difficultas excuſat a mora,*Guid.Pap.tract. de appell. q.15. num.21.to.5.fol.58.Veſtr.in pract.lib.7. c.vlt. in fine, ſub n. 20.* dicens,hoc eſſe verum, non obſtante ratione de modica impenſa,*& Lancell.tract.de attent.par.2.c.12. de attent.& innou.appell.pend.ampl.1.n.55.in fine & 56.fol.351 & limit.50.princ,n.116.& 117.f.379.* & quod hæc ſit firma propoſitio,teſtatur Czałlad.*deciſ.6. firma eſt, num.1.de appell.fol.313.*

Confirmatur hæc limitatio ex his,quę ſcripſi *infra q.15 art.3.n.45.*de eo, qui propter paupertatem non proſecutus fuit appellationem interpoſitam.

Amplia hanc limitationem vt procedat etiam in cauſſis criminalibus, *Boer.deciſ.247. nunc ad ſecundam, ſub n. 16.& Lancell.tract.de attent.p.2.c.12.ampl.4.princ.n.9.to. 5.fol.352.*

164 Exemplifica I. hanc limitationem quando appellans tenetur ſoluere gabellam pro appellatione,vt ex forma ſtatutorum Ciuitatis Lucenſis *lib.5.c.13.de datia &c.*quo cauetur, vt appellans teneatur ipſa die motæ appellationis, vel ſaltem infra tres dies proxime, & immediate ſequentes ſoluere maiori,& generali Camerario,vel ſaltem Camerario prouentuum, & gabellarum pro datia dictæ appellationis denarios 12. pro qualibet libra quantitatis contentæ in ſententia, prout ſic exemplificat Caſſad. *vbi ſupra.*

Aduerte obiter,quod iſtud exemplum non poteſt adaptari

Digitized by Google

ptari in appellationibus in foro Capitolino, quia etſi ibidem ex forma ſtatutorum *lib. 1. c. 169. 170. & 171.* debeat appellans facere depoſitum certæ quātitatis, prout in dictis capitulis, tamen non poteſt cogi ad aliquam ſolutionem, ſed ſolum cauſſa efficitur deſerta, & ideo paupertas excuſaret forſan à proſequutione appellationis, ſed non ab interpoſitione appellationis; at in Ciuitate Lucenſi excuſaret etiam ab omniſſa appellatione, quia appellans, timens cogi ad ſolutionem datiæ, non appellat, nec enim poſſet à ſolutione dictæ datiæ ſe defendere ex cap. 33. *de datiæ ſoluendæ, in fine lib. 2.* vbi ſtatutum eſt, quod à pauperibus nihil exigi debeat pro datia, quia aduertendum eſt, quod illud capitulum loquitur expreſſe in datia pro decretis, & auctoritatibus interpoſitis extra iudicium.

165 Exemplifica II. in appellatione ad Papam pro impetrando iudice, quia in formanda, & rehabenda commiſſione à banco Gazioni requiritur impenſa, & ſolutiō, de qua meminit etiam Caſſad. *dec. 4. de more, ſub nu. 3. de appel. fol. 332.*

166 Exemplum III. in appellatione, pro qua aduocatus debet facere libellum, tunc requiritur impenſa pro aduocato, *Caſſad. vbi ſup.*

Verum hoc exemplum non poteſt adduci ſine iniuria aduocatorum, quia gratis patrocinari debent, ad idq; officio iudicis cogi poſſunt, *vt refert, & ſequitur Benin. de paup. & eius priu. q. 7. n. 9. ſolu. 47.* & aduocatus, qui renuit pauperi gratis patrocinari, ſaluari non poteſt, quia abſcondit talentum domini ſui, vt ex Diuo Gregorio *ſuper homil. Matt. 25.* refert Beninc. *d. q. 7. num. 10.* & in foro conſcientiæ peccat qui à paupere pecuniam ſcienter recipit, *teſte Alber. quem ſimiliter refert, & ſequitur Benin. vbi ſupra.*

An & quando aduocatus & procurator teneantur gratis patrocinari pauperibus, dixi infra q... n...

Contra aduocatos, cęteroſq; iuſtitię miniſtros auidos, vide quę dixi *ſup. lib. 1. c. 50. n. 33. & c. 107. ſub n. 8*

167 Limita X. quando immenſitas ventorum, vel fluminis impetus, & inundatio, aut, quia mare erat innauigabile, appellantem detinuerunt, ne appellationem interponendam proſequeretur, *Theſ. Foſſan. deciſ. 10. inſtantia, caſ. 6. n. 8.* & quod tempus appellandi non currat ei, qui eſt impeditus adire iudicem à quo, vel iudicem ad quem ſcripſi *ſupra numero 48. decl. 3.* & quod poſſit appellari etiam poſt lapſos decem dies quando non poteſt haberi copia iudicis à quo, neq; iudicis ad quem, vide *ſupra q. 6. nu. 38. verſ. contra.*

168 Declara hanc decimam, & precedentem limitationem, vt ſatis ſit impedimentum, ſed debeat impeditus proteſtari de impedimento, iuxta ea, quæ de proteſtatione, facienda ab eo, qui impeditus appellationem proſequi non poteſt, dixi *infra quæſt. 15. artic. 9 numero 181. & ſeqq.*

169 Limita XI. ſi aliquis agendo principaliter de nullitate dicat ſententiam nullam, quia pendente cauſſa nullitatis, non currit tempus decem dierum ad appellandum, quamuis agens ſuccumbat, dummodo non egerit calumnioſè de nullitate, aut ex cauſſa improbabili, *Cyn. in l. 16. contra maiores, n. 9. C. de inoffic. teſtam. Franch. in c. 63. dilecto, q. 6. n. 11. de appell. & Marſil. ſing. 152. ſuccumbens,* quē refert, & ſequitur Theſ. Foſſan. *dec. 10. inſtantia, caſ. 8. n. 10* ſecus ſi calumnioſe, aut ex cauſſa improbabili, quia tunc curreret tempus, nam temeritas ſua non debet ei prodeſſe, *Franch. vbi ſupra.*

Confirmatur hæc limitatio ea his, quæ ſcripſi *infr. q. 15. art. 3. n. 91.* vbi omnino videas.

Contra hanc limitationem tenet Guid. Pap. *tract. de appel. q. 65. ſub n. 47. to. 5. fol. 59.* quem refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. lim. 50. princ. n. 127. eod. to. fol. 380.*

Non diſcedo à limitatione.

170 Limita XII. pendente articulo, an appellatio ſit deſerta, vel non; & moueor, quia terminus non currit, vbi diſputatur ſuper eo, quod expediendum eſt, *Theſ. Foſſan. ead. dec. 10. caſ. 4. n. 6.*

171 Limita XIII. in cauſſis criminalibus, quia ne innocens puniatur poteſt tertius appellare quandocunque, *Rebuff. tract. de appell. art. 1. gl. 2. n. 15. tom. 3. fol. 485.* nam tertius poteſt appellare etiamſi condemnatus acquieuiſſet ſententiæ, *l. 6. non tantum. ff. de appell. & relat.* ergo licet condemnatus, non appellando infra legitima tempora, acquieſcat ſententiæ, tamen poterit tertius appellare pro eo etiam inuito, *vt latius ſcripſi ſup. q. 5. n. 44.* & etiā ſi condemnatus appellationi renunciaſſet, vt dixi *ead. qu. 5. ſub n. 51. verſ. ampl.*

Confirmatur hæc limitatio quia ſi tertius admittitur ad appellandum vti tertius, debet poſſe appellare infra decem dies à die habitæ notitię, etiamſi principalis non poſſet appellare propter lapſum decendij, *per ea quę dixi ſup. n. 154.*

172 Contraria opinio videtur verior, quia *ſup. n. 142.* ampliando diximus etiam in criminalibus appellandum eſſe infra legitima tempora: & hæc contraria opinio ſeruaretur in practica, quia ſi veniret tertius poſt lapſa tempora ad appellandum, cum tractaretur de executione, certe non admitteretur.

Hæcque contraria opinio præſertim procedit in caſibus in quibus à iure, vel à conſuetudine eſt prohibita appellatio, quia tunc neque intra tempus, neque poſt tempus, neque principalis, neque tertius poteſt appellare, *vide ſup. quæſt. 5. ſub n. 51. reſtrict. 1.* & admittit ipſe Rebuff. *d. gl. 2. n. 16.*

Non obſtant adducta pro limitatione, quia reſpondeo quod tertius poteſt appellare etiam condemnato inuito, dummodo appellet infra legitima tempora, & non poteſt appellare poſtea vti tertius, quia, & ſi poſſit appellare vti tertius, tamen appellat pro reo condemnato ratione ſolius humanitatis, & non pro ſuo intereſſe, & ſic ceſſat confirmatio.

173 Limita XIV. vt non procedat quoad alia remedia extraordinaria, quia ea poſſunt intentari etiam poſt lapſa tempora ad appellandum; quare licet quis non poſſit appellare poſt lapſos decem dies, tamen poteſt agere de nullitate etiam vſq; ad 30. annos, *vt ſcripſi infra q. 19. rem. 1. concl. 1. & 7.*

Item licet quis ſit prohibitus appellare, tamen poterit implorare officium iudicis, *vt refert, & ſequitur Rebuff. d. gl. 2. n. 20 fol. 485.*

Similiter licet quis non poſſit appellare poſt lapſos 10. die ab actu extraiudiciali, tamen poteſt agere per viam querelæ, *retuli, & ſequutus ſum infra quæſtio 19. rem. 3. num....*

Item licet quis prohibeatur appellare, tamen poteſt petere reſtitutionem in integrum *iuxta ea, quæ ſcripſi infra q. 10. rem. 2. n. 1. & ſeqq.*

174 Limita XV. demum: vt non procedat in reductione arbitramenti arbitratoris ad arbitrium boni viri, quia, & ſi reductio ad arbitrium boni viri ſit ſimilis appellationi, *& ſequutus ſum libr. præced. cap. 2. num. 469,* tamen non eſt ſimilis in hoc, quod appellatio debet interponi infra 10. dies, & reductio ad arbitrium boni viri ab arbitramento poteſt peti infra 30. annos, *vt ex Cyn. Bal. Oldrad. Bapt. de S. Blaſ. M. Ant. Blanc. Affl. Veſil. Soc. Dec. Lanfr. de Orian. Tiraq. Maran. & Lancel. retuli, & ſequutus ſum lib. præc. c. 2. n. 441.*

Infra quantum tempus peti debeat in foro Capitolino dixi *lib. præc. d. c. 2. n. 444.*

175 Declara poſtremo, vt appellatio, quæ de iure poteſt inter-

interponi poſt lapſos 10. dies à die prolata ſententiæ, nunquam operetur, vt ea, quæ ſint geſta ante appellationem, ſed poſt lapſos 10. dies à die prolatæ ſententię reuocentur per viam attentati ſeu nullitatis ſed ſolum per viam iniuſtitiæ, dicto, & cognito de ea, vt loquendo in appellatione ficti contumacis, interpoſita poſt lapſos 10. dies à promulgatione ſententię, ſcribunt Rot. quam retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub num. 38. verſ. nota, & Marſ. ſing. 87. licet ficto*, & generaliter loquendo in quolibet caſu, in quo poſſit appellari poſt præfatos 10. dies, *Veſtr. in prax. lib. 8. c. 4. ſub n. 9. fol. 252. & Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. lim. princip. 50. n. 183. verſ. 2 declara, tom. 5. fol. 381.*

Hincque Veſtr. *vbi ſupra* ſumit anſam admonendi procuratores, vt deſinant in commiſſione attentatorum apponere illa verba, vt reuocet per viam attentati. Nam inquit, ſi veniant reuocanda per viam iniuſtitiæ, vt in caſu huius declarationis, illa commiſſio, & modus agendi eſſet inutilis.

Vidimus in hac quæſtione de primo tempore appellationis, videlicet, ad appellandum, ſequitur vt videamus de ſecundo, ad conſequendum apoſtolos.

QVÆSTIO XIII.

ARGVMENTVM.

De Apoſtolis.

SVMMARIA.

Apoſtoli vnde dicantur num. 1. Et quid ſint, n. 10. Et qua ſit eis exprimenda cauſa, eod. n. 2.

Apoſtolorum ſpecies ſunt quinq; n. 3. & ſeqq. in quibus declarantur ſingula, & ponuntur diuerſi modi quibus iudex reſpondere dicitur modo de vna ſpecie, & modo de alia vſque ad num. 23.

Apoſtolorum petitio eſt neceſſaria, num. 24. & ſequentibus in quibus dantur multæ extenſiones, & reſtrictiones vſque ad num. 37.

Apoſtoli ſunt pars appellationis, & de forma, & ſubſtantia appellationis, ſub n. 24. verſ. ratio.

Apoſtoli niſi petantur, iudex eos tradere non tenetur, & appellatione euaneſcit, n. 25.

Apoſtoli nunquid ſint neceſſario petendi in inſtanti in appellatione, vel infra quantum tempus, n. 38. & ſequentibus in quibus dantur multæ declarationes vſque ad n. 41.

Apoſtolis petitis in ipſamet appellatione, an cogatur iudex omnino de illis reſpondere, & infra quantum tempus, n. 42. & ſeqq. in quibus declarantur multa neceſſaria vſq; ad n. 48.

Apoſtolorum petitio per ſe ſola non ſufficiat ad euadendam appellationis deſertionem, num. 49. & quæ alia requirantur declaratur per extenſiones, & reſtrictiones, n. 50. et ſeqq. vſque ad num. 57.

Iudex debite requiſitus pro apoſtolis in termino præfixo, ſi det alium terminum, ſeu proroget iam datum, & appellans non redeat, non poteſt procedere in cauſſa, n. 58. & ſeqq. in quibus extenditur, et declaratur ſub multiplici caſuum diſtinctione vſque ad n. 73.

Pendente termino ad redeundum pro apoſtolis, an poſſit impetrari iudex appellationis, num. 74. & 76. & ſeqq. in quibus generaliter tractatur de alijs geſtis pendente dicto termino, an valeant, & dantur ampliationes, & limitationes, vſque ad n. 82.

Terminus iuris triginta dierum, qui datur parti iudici, incipit currere à die interpoſita appellationis, n. 83. & ſeqq. in quibus declaratur, & reſtringitur, vſque ad n. 86.

Iudex, dando apoſtolos dimiſſorios, poteſt appellanti præfigere terminum ad ſe præſentandum cum apoſtolis coram iudice appellationis, n. 87. & ſequentibus, vſque ad n. 90.

Apoſtolorum diſpoſitio, & vſus an habeant locum etiam in appellatione ab interlocutoria, num. 91. vbi diſtinguuntur plures caſus.

Apoſtolorum terminus, petitio, & conceſſio in Regno Neap. & in foro Capitolino qualis ſit, n. 92. & ſeqq. declarantur multa neceſſaria vſque ad n. 99.

Iudex non deferens appellationi, & non reſpondens de Apoſtolis, punitur, & qua pœna de iure ciuili, num. 100. Et qua pœna de iure canonico, num. 101. Declaratur multipliciter qualitas pœnæ, & ſecundum diuerſitatem caſuum n. 102. & ſeqq. in quibus etiam quando pœna non habeat locum vſque ad n. 113.

Apoſtoli cuius expenſis concedantur, & mittantur, n. 114.

HAnc quæſtionem abſoluam quatuordecim articulis.

Primo. *Vnde dicantur apoſtoli, & quid ſint.*

Secundo. *Quot, & quæ ſint Apoſtolor. ſpecies.*

Tertio. *An appellans debeat neceſſario petere apoſtolos.*

Quarto. *An apoſtoli, ſint petendi in ipſamet appellatione, etc.*

Quinto. *An appellatione legitime interpoſita, petitiſq; inſtanter apoſtolis, iudex debeat ſtatim de illis reſpondere, &c.*

Sexto. *An ad euitandam deſertionem appellationis ſatis ſit petere apoſtolos, habere à iudice terminum iuris, & redire pro apoſtolis.*

Septimo. *Si iudex à quo appellanti, redeunti in termino præfixo pro apoſtolis, det alium terminum, ſeu proroget datum, & appellans vlterius non redeat, an poſſit iudex procedere, &c.*

Octauo. *An pendente termino iuris, ſeu alio dato ad redeundum pro apoſtolis, poſſit impetrari iudex appellationis.*

Nono. *Quando incipiat currere terminus iuris, qui datur pro apoſtolis, &c.*

Decimo. *An iudex dando apoſtolos dimiſſorios, poſſit appellanti præfigere terminum ad ſe præſentandum, &c.*

Vndecimo. *An diſpoſita de apoſtolis habeant locum etiam in appellatione ab interlocutoria.*

Duodecimo. *Qualis ſit terminus iuris, intra quem apoſtoli debent peti, & concedi in Regno Neapol. et in foro Capitolino.*

Decimotertio. *An iudex non deferens appellationi in caſu, quo debet deferre, et non tradens apoſtolos, puniatur, et qua pœna.*

Decimoquarto. *Cuius expenſis debeant concedi, & mitti apoſtoli.*

ARTICVLVS I.

Ad Primum articulum. *Vnde dicantur apoſtoli, et quid ſint?*

1 Apoſtoli dicuntur ab ἀπ, quod eſt, de, & στολὴ quod eſt *miſſio*, quaſi miſſio, quam facit vnus iudex ad alium: Sic etiam dicimus de Appſtolis, quod a Deo, vel de cœlo miſſi ſunt, *vt ex Hoſtienſ. et Pet. referunt et ſequuntur Io. And. in addit. ad Gl. in c. 1. in verbo, petat apoſtolos, & Gemin. n. 16 verſ. in fin. gl. et dicunt, de opp. in 6.* ſeu dicuntur apoſtoli ab ἀπ, quod eſt ſupra, & στολὴ id eſt, miſſio, quaſi literę miſſę ad ſuperiorem, *vt ex Card. in clem. 2. quamuis, in princ. in 2. q. de appell. et ex Gl. ſup. citata, refert, et ſequitur Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, et quandoque appel. in 3. q. princ. n. 226.* *fol. 490.* & concordat Dec. *in c. 51. bonæ memoriæ, n. 24. et 25. in 4. differ. de app. in* & ita dicuntur a verbo Greco, quod ſignificat *mittere*: ſunt enim literę quędam, miſſę a iudice à quo ad iudicem ad quem quibus totius appellationis negotium breuiter narratur *l. vnica, ff. de libell. dimiſſ. c. 24. ab eo, et c. 31. 2. q. 6. Granat. ad praxim. Veſtr. lib. 7. c. 3. n. 60.* ſeu vt dicit ipſe Veſt. *eod. c. 3. n. 32.* dicuntur ab ἀποστέλλειν quod eſt *mittere* ſeu *nunciare*, quaſi ſint nuntij, ſeu literę nuntiatorię, quibus iudex nuntiat iudici ſuperiori, in tali cauſſa appellatum eſſe à ſua ſententia, ſeque appellantem dimittere, vel non dimittere; quod ex Veſtr. refert, & ſequitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 1. in commiſſ. appell. c. 1. n. 15. fol. 30.*

Apo-

Digitized by Google

Apoſtoli ergo; quicquid ſit de eorum nomine: ſunt literæ ſeu inſtrumentum, per quod iudex à quo ſignificat iudici ad quem, an detulerit, vel non appellationi.

Declara ex his, quod in apoſtolis eſt exprimenda cauſſa non ſolum delationis, vel non delationis, ſed etiam cauſſa ipſius appellationis, *c.1.§.in quibus, & ibi Franch. & Gemin.n.1.& latius ſub n 4.ibi, ergo credo quod vtraq; de app. in 6.* & adde quem ſcripſi *infra n.23.* & quod ſit exprimenda in apoſtolis refutatorijs: retuli, & ſequutus ſum *infra n.23.* & hi apoſtoli habent diuerſa nomina à diuerſitate cauſſæ, quæ in eis exprimitur vt patet ex his, quæ ſcripſi *infra n.10.in fin.& n.18.*

Subdeclara vt ſit exprimenda cauſſa, quare iudex non defert appellationi, vt puta non defero appellationi, quia eſt friuola, ſed non tenetur exprimere cauſſam cauſſæ; quare non tenetur aſſignare cauſſam, quare ſit friuola; *Gemin.in cap.quinto cum appellationibus ſub n.1. verſ.nota augmentum, de appell.in 6.*

ARTICVLVS II.

Ad Secundum articulum. *Quot & quæ ſint apoſtolorum ſpecies.*

3 Reſpondeo, Apoſtolorum ſpecies eſſe quinque.

Prima ſpecies dicuntur apoſtoli conuentionales, quādo ſcilicet pars admittit appellationem ſiue in iudicio, iudice refutante, vel tacente, ſiue extra iudicium: quibus apoſtolis debet appellatus apponere ſuum ſigillum, licet hoc non ſit expreſſum in iure, *Specul.tit de apoſtol.in rub. ſequitur videre, numero primo, libr.4.fol.73. Veſtr.in prax. lib.7.capitul.tertio, ſub numero 32.ibi alij denique, fol.204. & Luc.Pæt. in pract.Capitol libr.5. capitul.2. numero 1.* & quod ſi pars appellata deferat appellationi, ſit idem ac ſi detuliſſet iudex, ſcribit Lancell. quem retuli, & ſequutus ſum *infra q.17.lim.6.mem 7.numero 93.* & quod pars appellata poſſit approbare appellationem, licet iudex nolit deferre, ſcribit Rot.*dec.32.alias 104.appellatus, ſeu mauis attendere initium, ex promiſſis, in fine, de appel.in nou.* & poteſt appellatus petere etiam, quod appellans intra terminum iuris veniat cum omnibus actis, & monumentis ad Curiam, vel mittat procuratorem inſtructum, &c *Rot.d. dec.32. appellatus in principio.*

4 Declara I extendendo vt pars dicatur admittere non ſolum quando admittit expreſſe, ſed etiam quando admittat tacite, vt puta ſi poſt appellationem aduerſarij, à iudice non admiſſam, conſtitueret procuratorem ſimpliciter ad illam cauſſam, nec aliās diceret, quatenus deuoluta ſit: immo iſto caſu adeo ſufficit iſta tacita admiſſio partis, vt fruſtra proteſtaretur procurator conſtitutus in acceptatione mandati, quod non acceptat, niſi quoad cauſſas deuolutas: quia ſatis dicitur deuoluta per conſtitutionem procuratoris, *Veſtr.dict.capitul.3.ſub numero 32.fol.204.* & quod pars appellata, comparendo coram iudice ad quem, & non reclamando, ſed patiendo eum procedi, dicatur deferre appellationi, ſcribit Lancell. quem retuli & ſequutus ſum *infra quæſt.17. lim.6. membr. 7. num.93.*

5 Declara II. vt quando pars appellata conſenſit appellationi interpoſitæ ad Papam, tunc ſiue iudex deferat, ſiue non, appellatio deuoluit negotium appellationis, alioſq; effectus appellationis producit, *Veſtr.d.lib.7.c.3.ſub n.32. ibi alij denique fol.204.*

6 Secunda ſpecies dicuntur teſtimoniales, quia teſtificantur de appellatione facta coram iudice, vel coram publicis, vel honeſtis perſonis, *Spec. tit.de apoſtol.ſub num.1. & n.11.verſic.hoc etiam ſcias, lib 4.fol.73. Maran.in ſuo ſpec.parte 6. actu 2.princip in verbo, & quandoque appell. quæſt.3.princip.ſub num.225. fol.490. Veſtr.in prax. lib.7.c. 3.ſub n.32.ibi alij etiam, Luc.Pæt.in pract.Cap.lib.5.c.2.ſub n.1.& latius c.1.ſub n.25. Henric. Bouer.ſing.8.rub.de app. fol.203.col.4.tomo.1.*

7 Aduerte I. ad vſum praxis, quod iſti apoſtoli teſtimoniales habent locum, quando appellatur in abſentia iudicis, quo caſu appellans poteſt illos ad cautelam petere ab eiſdem honeſtis perſonis, coram quibus appellat, & ſufficit, quod proteſtetur, ſe libenter appellaturum, & apoſtolos petiturum, prout in ſchedula, quam in manibus habet, ſi iudicis copiam haberet, & propterea requirit notarium ibidem præſentem, vt de eius diligentia fidem faciat, & ipſe de apoſtolis reſpondeat: qui notarius dare debet teſtimoniales, id eſt, debet de prædictis omnibus conficere publicum inſtrumentum, *ſecundum ea, quæ ſcribunt Franch. in capitul. vltim.ſi iuſtis quæſt.13. numero 35.& ſeqq.de appellat. Veſtr.in prax.lib.7.capitul.3.ſub nu. 32.& Luc.Pæt.in pract.capit.lib.5.capi.1.num.25.verſ.coram iudice.*

7 Aduerte II. quod hi apoſtoli teſtimoniales operantur, vt appellans non cogatur, iudice reuerſo, eum adire & apoſtolos petere, Arch.& Io.And. quos referunt & ſequūtur Franch. *d.c.vlt.ſi iuſtis quæſt.13. in fine ſub n.38.de appell.& Mandoſ. tract.de commiſſ. in commiſſ.17. appell.in prima inſtant.in verbo, pro apoſtolos forſan dato, fol. 104.* &

* hæc eſt communis,* & ſeruatur.

Contra: quod, reuerſo iudice, teneatur ad eum redire temporis momento, & petere apoſtolos; motiuat Caſſad.*deciſ.8.appellauerat, numero 1.fine, & 2.de appell.* ex praxi, qua cauti procuratores vtuntur in Curia, hi namque eunt ad domum iudicis tempore momenti, & ſi nequeunt habere eius copiam petunt reſponderi de apoſtolis coram quocumque notario, & teſtibus cum proteſtatione de abſentia, aut impedimento, quaſi, inquit Caſſad. ſtylus innuat, non eſſe ſatis ita appellaſſe, ſi in momento, data iudicis copia non redeat ad ipſum appellans pro apoſtolis.

Reliqua motiua, quæ adducit idem Caſſad. vſq; *ad n.6.* excluſiue retuli ſupra *q.6.n.26.verſ.contrariam.*

Pro reſolutione vide quæ ſcripſi *d.q.6.ſub num.25.verſ. hæc confirmatio, & n.26.*

9 Nota obiter, quod Abb.*in capitul.51. bonæ memoriæ*, *numero 9. diff.rt. 5. de appellac.* colligendo differentias inter appellationem iudicialem, & appellationem extraiudicialem, ſcribit, has duas ſpecies apoſtolorum. conuentionalium ſcilicet & teſtimonialium dici ſimpliciter extraiudiciales, reliquas vero ſequentes ſpecies, nempe dimiſſorios, refutatorios, & reuerentiales dari in iudicio.

Sed cum reuerentia Abbatis ego aliter cenſeo: nam etiam in iudiciali appellatione dātur teſtimoniales, & etiam in extraiudiciali, quando appellatio interponitur à iudice, dantur dimiſſorij, refutatorij, & reuerentiales.

10 Tertia ſpecies dicuntur dimiſſorij, per quos apparet, quod iudex detulit appellationi, ſicque appellantem à ſua poteſtate & iuriſdictione dimittit, *Specul. titul.de apoſtol.in rubrica ſequitur videre, ſub numero 1. libro 4. fol. 73. Franch.in capit.55.dilectis, not.12.numero 10. in fine de appellat.& in capitul.1.§.in quibus, ſub numero 1.de appell. in 6.Maran.in ſuo ſpec.parte 6. actu ſecundo princip.in verbo, & quandoque appellatur, 3.quæſt. principali ſub numero 225.fol.490. Veſtr.in prax.lib.7.c.3.ſub numero 32.ibi apoſtoli diuerſimode, Luc. Pæt.in pract.Capitol.lib.5.capitul.2. ſub numero 1.& Mandoſ. tractat.de commiſſ.in 17. commiſſ. appellac.in prima inſtantia, in verbo, pro apoſtolis forſan dato, fol.104.* Quare eo ipſo, quod iudex exprimit qualiter appellatio eſt recepta & eius cauſſam, cenſentur apoſtoli dimiſſorij, ſeu delatorij, *vt ſcribit Franch. in dict. §. in quibus.*

11 Declara vt ſi iudex dixerit, *dabo apoſtolos*, & nullum aſſignauerit terminum, habeatur pro expreſſe denegante

in tan-

in tantum, quo licet iudex poſtea intra terminum iuris citat appellantem ad recipiendum apoſtolos, tamen appellans non tenetur comparere, nec ipſe iudex vlterius reſutatorios, dare poterit, quia cum expreſſe denegauerit habetur ac ſi detuliſſet appellationi quoad hunc effectum, vt ab eo ſit abdicata iuriſdictio, & non poſſit vlterius procedere, *Franch. in c. 6. ab eo, §. illud autem n. 2. verſ. in tex. ibi expreſſe, de appel. in 6.* & hoc eſt, quod dicit, citando eundem Franch. Luc. Pæt. *in pract. c. lib. 5. c. 2. nu. 4.* dicens, quod habetur pro deferente.

Extende I. iſtam declarationem, vt idem prorſus ſit dicendum, quando iudex, requiſitus pro apoſtolis, nihil reſponderet, quia eſt, ac ſi expreſſe denegaret dare apoſtolos, & conſequenter careret deinde iuriſdictione, & non poſſet vlterius procedere etiamſi vellet dare apoſtolos, quia non poſſet, *Franch. in d. c. ab eo, §. illud autem, n. 2. de appel. in 6.* adde, quæ ex Rot. Veſtr. Mandoſ. & Lancel. retuli, & ſequutus ſum *infra n. 56. & 57.*

12 Extende II. iſtam declarationem vt ſi iudex, reſpondendo ſimpliciter appellanti dicat (*do apoſtolos*) ſeu ſimpliciter notificet iudici, ad quem, qualiter appellatum eſt in tali cauſſa, cenſeatur detuliſſe appellationi, *Anch. in c. 55. dilectis filijs, n. 7. not. 11. de appell. & Luc. Pæt. in pract. cap. lib. 5. c. 2. n. 5. & 6.* & conſequenter, cenſetur dediſſe apoſtolos dimiſſorios, ſeu reuerentiales, *vt dicit Luc. Pæt. vbi ſupra.*

13 Extende III. vt idem ſit, quando iudex loco apoſtolorum reuerentialium daret acta, quia cenſeretur detuliſſe appellationi, licet non vtatur verbo, defero, *Rot. et Lancel. quos retuli, & ſequutus ſum infra q. 17. lim. 6. membr. 7. n. 9. Franch. in c. quinto, cum appellationibus, §. ſi vero, verſus finem ſub n. 11. de appell. in 6. & Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 5. c. 2. n. 7.*

Imò hodie communiter dantur acta pro apoſtolis, & in ipſis actis ſcribitur, an iudex deferat, vel non deferat appellationi, *vt teſtatur Franch. in c. 1. §. in quibus, ibi, hodie de appel. in 6.* & cenſeo, quod, ſi ſimpliciter daret acta pro apoſtolis, cenſeretur detuliſſe.

14 Extende IV. vt ſi iudex dicat *recipio appellationem*; cenſeatur deferre appellationi, *Franch. in c. 44. ſæpe, num. 4. de appellat.*

15 Declara hanc extenſionem, vt ſit vera, quando iudex ita dicit poſt lectam appellationem, quia tunc illa verba, recipio appellationem, important admiſſionem appellationis, ſecus ſi iudex dicat illa verba in actu receptionis, antequam illam legerit, quia tunc illa verba non important admiſſionem appellationis, *teſte Paul. de Leaza, quem refert, & ſequitur Gemin. in c. 1. §. in quibus, n. 5. de appel. in 6.* & hæc declaratio procedit, ſiue dixerit ſimpliciter, quod recipiebat appellationem, ſiue addiderit: quod recipiebat reuerenter, Gemin vbi ſupra, quem refert & ſequitur Franch. *in c. 5. cum appellationibus, § ſi vero n. 10. de appell. in 6.*

Subdeclara vt idem ſit dicere; *recipio appellationem*, vel *admitto appellationem*; quare, quod dixi de receptione appellationis, habet locum in admiſſione appellationis, *Gemin. in c. quinto, cum appellationibus, §. ſi vero, n. 5. verſ. quæro an ſola, de appell. in 6.*

16 Sed quid ſi reperiatur ſcriptum in actis; *quam appellationem iudex benigne recipit*, an cenſeatur detuliſſe appellationi.

Dico quod ſic, Franch. *in cap. 57. oblatæ, ſub num. 1. not. 2. de appellat.* quia, ſi aliud nón probetur, præſumitur, qnod ita fuerit ſcriptum poſtquam iudex legerit appellationem.

17 Extende V. vt ſi iudex præfigat appellanti terminum ad proſequendam appellationem, id eſt, ad committendam cauſſam, cenſeatur detuliſſe appellationi, vt retuli & ſequutus ſum, *quæſt. ſeq. numero 19. verſicul. ſubdeclara, & infra q. 17. lim. 6. memb. 7. ſub n. 91.*

17 Quando iudex admittit appellationem cum clauſula; *ſi & in quantum*, vel quando dicit, *non admitto, niſi ſi & in quantum de iure teneor*, an cenſeatur detuliſſe appellationi, vide *infra q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 100.*

Quarta ſpecies dicuntur reuerentiales, ſeu reuerendi, quando ſcilicet deferetur appellationi propter reuerentiam ſuperioris, *Spec. tit. de apoſt. nu. octauo, verſic. alij ſunt reuerendi, lib. 4. fol. 73. & Franch. in c. 1. §. in quibus, ſub n. 1. de appel. in 6.* dicens, quod ſi cauſſa admiſſionis appellationis expreſſa à iudice in apoſtolis, fuit propter reuerentiam ſuperioris, erunt reuerentiales, *Maran. in ſuo ſpec. p. ſexta, actu 2. princip. in verbo, & quandocunque appellatur, in 3. quæſt. princip. ſub num. 225. fol. 490.* dicens, quod iſtis apoſtolis ſignificatur, appellationem, alias non admiſſibilem, eſſe admiſſam propter reuerentiam ſuperioris, *Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. ſub num. 32. ibi, aut ob ſuperioris reuerentiam, fol. 203. Luc. Pæt. in pract. Capit. lib. cap. 2. ſub num. 1.* dicens aduerſus Spec. dimiſſorios non differre à reuerentialibus; ſed tu dic, quod reuerentiales differunt à dimiſſorijs in eo, quod dimiſſorii dantur, cum iudex non dubitat appellationi eſſe deferendum: at reuerentiales dantur, cum iudex dubitat, an appellationi ſit deferendum, in quo dubio debet deferre, quia melius eſt errare, deferendo, quam non deferendo, cum deferendo exhibeat reuerentiam ſuperiori, & hanc conſiderationem accepi à Franch. *in c. 59. vt debitus, ſub n. 43. verſic. in eadem de appell.* dum ſcribit quod iudex a quo in dubio debet deferre appellationi, & ipſam admittere propter reuerentiam ſuperioris; quare licet dimiſſorij, & reuerentiales conueniant in hoc vno, quod deferunt appellationi; differunt tamen in hoc, quod dimiſſorij deferunt in caſu certo, & reuerentiales in caſu dubio, & ſub qua forma concedi ſoleant hic in Vrbe iſti apoſtoli reuerentiales, ſcripſi *q. ſeq. ſub n. 7.*

19 Quinta ſpecies dicuntur refutatorij, per quos apparet, quod iudex non defert appellationi, *Spec. tit. de apoſt. n. 6. verſic. alij dicuntur, lib. 4. fol. 73. Maran. in ſuo ſpec. parte ſexta act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, q. 3. princ. ſub n. 225. fol. 490. Veſtr. in prax lib. 7. c. 3. ſub n. 32. fol. 203. Mandoſ. tract. de cõmiſ. in commiſſ. 17. appell. in prima inſtantia in verbo, pro apoſtolis forſan dato, fol. 104. & Luc. Pæt. in pract. Capit. lib. 5. c. 2. numero 1. in fine*, & formulam iſtorum apoſtolorum, ſeu litterarum ponit Specul. *vbi ſupra.*

20 Declara I. vt ſi iudex, requiſitus pro apoſtolis, det terminum iuris, & deinde eidem appellanti, redeunti in termino iuris, det alium terminum iuris, non cenſeatur detuliſſe appellationi, & habeatur ac ſi dediſſet refutatorios *ſecundum Lancel.* quem retuli, *infra n. 60. & q. ſeq. n. 32.* adde quę ſcripſi *ſupra n. 11.*

21 Declara II. vt ſi iudex, requiſitus pro apoſtolis, reſponderit ſe daturum, nullo certo termino aſſignato, habeatur tunc pro expreſſe denegante, & idem ſi nihil reſponderit, in tantum, quod ſi iudex, poſtea citauerit appellantem intra terminum iuris ad recipiendum apoſtolos, tamen appellans non tenetur comparere, neque ipſe iudex poſſet vlterius dare refutatorios, quia cum iudex, nihil reſpondeo, habeatur pro expreſſe denegante, & qui expreſſe denegat videtur deferre; ſequitur, quod iudex a quo amplius ſe intromittere non poſſit, *Franch. in cap. 6. ab eo, §. illud autem num. 2. de appel. in 6.* idem etiam eſt, ſi dixerit, quod audiebat, & nihil vltra reſponderit, quia cenſebitur tunc denegaſſe apoſtolos, *vt ſcribunt Mandoſ. & Lancel. quos retuli. & ſequutus ſum infra art. 6. in fin. num. 57.*

Immo ſi nihil reſpondet, ſed obmuteſcit, neque aliud facit ad propoſitum dicitur iuſtitiam denegare, vt in alio propoſito retuli *infra d. art. 6. n. 56.*

Contra

Contra iſtam declarationem tenet Luc. Pæt. *in pract. Capit.lib.5.c.2.n.3.* dicens, quod iudex tacens habetur pro deferente, adeo quod ſi poſtea vellet dare refutatorios non poſſet, & faciunt quæ dixi *ſup.n.....*

22 Subdeclara has declarationes, & opinionem contra ſecundam, ſi eam teneas, vt habeant locum, quando iudex deeſt reſpondere in termino, & tempore congruo, ſecus ſi deſit reſpondere, poſtquam dedit terminum iuris, & appellans rediret ante vltimum momentum, quia tunc licet iudex non reſpondeat, tamen appellatus tenebitur redire, vltima die, quia, cum non redierit congruo tempore, habetur, ac ſi non redijſſet.

23 Declara III. vt iudex à quo, volens reijcere appellationem, & dare refutatorios ſuper appellatione à diffinitiua, debeat in eis inſerere cauſſam quare appellationi non deferat, *Cont.ar.in l.vnica, quæſt.1.verſus finem, numer. 61. Codic.ſi de moment. poſſeſſ.* & quod non admittendo ab interlocutoria appellationem, vel ei deferendo forſan ex ſuperioris reuerentia, debeat vtroque caſu iudex à quo in apoſtolis exprimere cur non, admittat, vel ex ſuperioris reuerentia deferat, diſponit *capitul.1.de appellat. in 6.*

Declara IV. vt ſi ſint plures iudices diſcordantes in qualitate tradendorum apoſtolorum, quia eorum vnus deferat appellationi, & alter non, & ſimus in caſu, in quo vnus ſine altero procedere non poſſit, & ille, qui defert appellationi, perſeueret in eadem voluntate, tunc neuter poteſt procedere; quia ſi vnus non poteſt procedere, ſine altero, is qui detulit, non poteſt procedere quia detulit, & is, qui non detulit, non poteſt procedere quia collega non vult procedere, etiamſi non detuliſſet, quia ſatis eſt ad impediendum collegam, quod perſeueret in eadem voluntate deferendi: quod ſi is, qui detulit appellationi non perſeueret in eadem voluntate; tunc, cum talis delatio non ſit legitima, quia ex duobus iudicibus factum per vnum non valet, non abdicat iuriſdictionem ab ipſo deferente, nec transfert eam in ſuperiorem: poterit ſe pœnitere ſe detuliſſe, & vna cum collega dare apoſtolos refutatorios, & poſtea ſimul procedere; verum ſi vnus poterat ſine altero procedere, tunc is, qui detulit, non poterit procedere, ſed bene poterit pœnitere. at is, qui non detulit, poteſt procedere, dummodo prius dederit apoſtolos refutatorios, *Franch. in cap.5. cum appellationibus, §.ſi vero, ſub num 5.& 6.verſic.quid autem, ſi ſint plures, & verſic. ſi vero ipſe, de appell.in 6.* & ita ante eum plenius, ſed confuſius concludit in effectu ibidē Gemin. *ſub n.8. verſic ſed quid ſi erant dati duo iudices*, & cum hanc declaratione videtur concordaſſe Rot. *dec.20. alias 222.nota vbi appellatur, de appel.in antiq.*

Subdeclara I reſtingendo hanc declarationem, vt non procedat, quando à grauamine fuerit appellatum à tribus iudicibus, delegatis in cauſſa per Sedem Apoſtolicam, & vnus deferat appellationi, & remittat cauſſam ad Sedem Apoſtolicam, & terminum præfigat ad proſequēdum appellationem, alij vero non deferant, quia cauſſa iſto caſu cenſetur deuoluta ad Curiam propter reuerentiam Sedis Apoſtolicæ, *Rot.deciſ.55. alias 569.vtrum ſi à grauamine, de appel.in antiq.*

Subdeclara II. vt ſi ex duobus iudicibus, habētibus iuriſdictionem inſolidum ita, vt vnus poſſit procedere ſine altero, inceperit vnus ſolus procedere, & ab eo appelletur, & is deferat appellationi: tunc eius delatio deuoluet cauſſam ad ſuperiorem, & collegæ præcludet vim procedendi, quia non poterit collega reuocare delationem, & ideo à fortiori ſi vicarius epiſcopi cœperit procedere, & ab eius ſententia fuerit appellatum, cauſa deuoluitur ad metropolitanum, & nec ipſe, nec epiſcopus poterunt reuocare delationem, *Franch.in d.c.5. cum appellationibus, §.ſi vero, nu.6.verſic.ſi vero ipſe, verſus finem de appel.in 6.*

Formulam litterarum ſcribendarum iudici, ad quem, quando iudex à quo dat apoſtolos, indicant *l.vnica, ff.de libell.dimiſſ.c.24.ab eo, & c.31.2.q.6.* & ponit Papien. *in pract.in form.appel.à ſent.diffinit.ſeu in form.libell.appell.in gloſſ.ſpectabilis, fol.420.in fine.*

ARTICVLVS III.

Ad Tertium articulum. *An appellans debeat neceſſario peteres apoſtolos.*

24 Reſpondeo, quod ſic, *c.6.ab eo, de appellat.in 6.& clement.1.quamuis, de appellat. Franch.in c.1.ſub num.3.verſic.ſecundo debent, et in c.4.vt ſuper, nu.2.not.3. de appellat. in 6.* & quod in appellatione iudiciali neceſſario peti debeant apoſtoli, ſcribit Abb. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt.2. n.40. differ.5.* Et hæc eſt concluſio communis,* quæ elucebit, dum ex eorum non petitione quaſdam infra deducemus illationes, magiſq; elucebit ex extenſionibus infra dicendis.

Ratio quare apoſtoli ſint petendi eſt, quia apoſtoli ſunt pars appellationis, *Rot. ſeu verius Collector deciſ.41. alias 357.fuit dubitatum, de appel.in nou. Franch.in c.primo, ſub n.tertio, verſic.ſecundo debent, de appell.in 6. Maran.in ſuo ſpec.part.6.act.n.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur, n.417.in fine fol.517. Caſſad.deciſio.8. appellauerat, n. octauo, in fine de appell. Veſtr.in prax.lib.7.c.3. verſus finem ſub n.37.fol.205. Mandoſ.tract.de commiſſ.in commiſſ.17.appell.in 1.inſtant.in verbo, pro apoſtolis forſan dato, verſ.quæro, fol.104. Luc.Pæt.in pract.Capit.lib.5.c.3.nu.6. Lancellot. tract.de attent.part.2.c.12.limit.50.princip.n.202.tomo 5. fol.381.& latius c.13.nu.19.folio 385.10. Ferrar.tractat.de appellat.libr.ſecundo, c.6.n.143.tomo 5.fol.69. & Marcheſ. tract.de commiſſ.parte ſecunda, de commiſſ.appel.c.1.nu.17. fol.30.& in 2.impreſſ.c.12.de apoſt.petit.nu.5.verſus finem, fol.105.*

Vel ſunt de forma appellationis, *Spec.tit.de apoſt.in rub. ſequitur videre, ſub n.12.verſ.in ſumma, lib.4.fol.73.*

Aut ſunt de ſubſtantia appellationis, *Rot.deciſ.50.alias 29.ſi appelletur, n.3.de appellat.in nou.& Lancel.d.limit.50. num.202.* qui loquuntur copulatiue, quod ſint pares, & de ſubſtantia.

Ergo ſunt omnino neceſſarij in appellatione.

Non obſtat, quod Arch. quem retuli, & ſequutus ſum *infra ſub n.38.* dicat, apoſtolos non eſſe de ſubſtantia appellationis, & ei nullam det reſponſionem Gemin. *in cap. ſexto, ab eo, in fine ſub n.decimoprimo, de appellat.in 6.* quia reſpondeo ego, quod Arch dicit, non eſſe de ſubſtantia, quod petantur in ipſa appellatione, id eſt, infra illos eoſdem decem dies, intra quos eſt appellandum, & vere loquitur.

Minus obſtat, quod vnus ex Dominis de Rot. diceret, petitionem apoſtolorum non eſſe multum neceſſariam in appellatione à diffinitiua, ex quo iudex in appellatione à diffinitiua non poteſt dare alios apoſtolos, quam reuerentiales, *Rot.deciſ.50.alias 29.quam ſi appelletur, ſub n. 2.verſ.præterea vnus, de appell.in nou.* Quia reſpondeo, Rotam tenuiſſe contrarium: & aliter & bene reſpondet Gemin. *in d.c.ab eo, in fine.*

An apoſtoli ſint petendi in ipſa appellatione dixi *ſub num.38.*

Firmata concluſione, quod apoſtoli ſint neceſſario petendi.

Infero I. corroborando eam, quod ſi non fuerint petiti, iudex non tenetur eos tradere, *Gemin.in c.4.vt ſuper, n. 5.verſic.nota quod iudex, & Franch.n.3.in vltimis verbis, rurſus idem Franch.in c.1.n.11.de appel.in 6.*

Reſtringe hanc illationem, prout reſtrinxi *infra nu.37.*

Infero II. quod is, qui appellauit, & non petit ſibi de apoſtolis reſponderi infra terminum iuris, præſumitur renuntia-

nuntiare appellationi, *c.6.ab eo, & ibi Gloſſ.t. & in caſus figuratione, et Gemin.num.3.de appell.in 6.Spec.tit.de apoſt. in rubr.ſequitur videre,num.13.verſic.debet autem, lib.4.f.73.Caſſad.deciſ.8.appellauerat,ſub num.1.de appell.* Et quod appellans dicatur renuntiaſſe appellationi, ſi in termino præfixo non petierit cum debita inſtantia apoſtolos: dixit Rot.*deciſ.57. alias 460. ſi auditor. verſus finem ſub n.4. ibi,nam ex quo,de appell.in nou.* & eſt opinio communis, & nota.

Et adeo præſumitur renuntiare, vt non poſſit probari contrarium,quia eſt præſumptio iuris. & de iure, *Franch. in d.c.ab eo,n.3.*

Seu appellatio efficitur deſerta, & expirat illius effectus,*Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo,& quandoque appellatur,num.416. verſic. quarto caſus,fol.516.*quod idem,loquendo ſecundum conſtitut.Regni Neap.repetit *ibidem ſub num.417. & Lancell.tract.de attent. p.2.c.12.in pręfat.n.52.tom.5.fol.347.*

Vel cenſetur non appellaſſet, *Franch.in c.1.ſub num.3. verſ.ſecundo debent,de appell.in 6.Caſſad.d.deciſ.8. appellauerat,n.9.& Addit.ad Rot.deciſ.50, alias 29. ſi appelletur, de appell.in nou.*

Aut, inquam, appellatio ſine apoſtolorum petitione eſt inualida,& nulla,*Guid.Pap.trac.de appell.q.3.n.13.to.5. fol.58.*

25 Extende I. eandem communem concluſionem firmatam *num. pręcedenti*, vt apoſtoli ſint non ſolum petendi, ſed debeant pluries,& inſtantiſſime peti, *l.vnica,ff.de libell.dimiſſ.& c.6.ab eo,de appellat.in 6. Ioan. Ferrar. tractat.de appell lib.2. c.6. num.143.in fine, fol.69.Marcheſ. tract.de commiſſ.par.2.in commiſſ.appell.c.1. num.17. in fine,& num.18.fol.30.Lancellot.tract.de attent..p.2.c.12. limit.50.num.196.fol.381.Lucern.inquiſ. not.22.fol.334. to.11.par.2.*

Ratio quare apoſtoli ſint petendi cum tantis inſtantijs eſt,vt iudici deferatur debitus honor,& ipſe moueatur ad reuocandum grauamen, ſi grauauit, quod fortè non faceret,ſi talis inſtantia non fieret,*Rot.deciſ.46. alias 351. ſi appelletur. de appellat. in nouat.* & ſic tunc præcipuè ſunt inſtantius petendi, quando iudex poteſt reuocare ſententiam.

26 Tempera I. hanc extenſionem, vt licet ſint petendi inſtanter, inſtantiſſimè, tamen hodiè ſufficit, quod vnico contextu fiat iſta multiplex inſtantia,quamuis de iure antiquo eſſet facienda interpolatis,ſeu renouatis vicibus,*vt ſcribunt Rot.deciſ.57.alias 460. ſi auditor, verſus finem de appell.in nou.Luc.Pæt.in pract.Capit lib.5. c.1. nu.18. Caſſ. deciſ.8.appellauerat,n.10.de appell.*dicens,quod hodie ſufficit vnica petitio.

27 Tempera II. vt non procedat in regno Neapol. quia ibi non eſt neceſſarium petere apoſtolos inſtantiſſime, *Maran.in ſuo ſpec. part.6.actu 2.princip. in verbo, & quandoque appellatur,num.418 fol.517.& Caran.ſuper ritu 260. num.11.*

28 Tempera III. vt licet apoſtoli fuerint petiti,ſed non inſtanter ſaltem vnito contextu, tamen ſi iudex incontinenti detulerit appellationi, & terminum præfixerit ad proſequendum, quem appellans acceptauerit, valebit acceptatio,& appellatio,*Rot.deciſ.46.alias 351.ſi appelletur, de appell.in nou.*quam refert & ſequitur Luc.Pæt. *in pract. Capitol.lib.5.c.1.n.18. verſic.ſed etſi,*adde quæ ſcripſi *infra num.37.*

Ratio eſt,quia, cum iudex detulerit appellationi, videtur deſijſſe eſſe iudex, & ideo amplius eos dare non poteſt, vltra quod ſuperfluum eſſet apoſtolos datos iterato petere, *Rot.vbi ſupra*; nam, deferendo appellationi, videtur iam dimiſſorios dare apoſtolos.

29 Extende II. vt non ſatis ſit apoſtolos petere in ipſa appellatione inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, vt moris eſt,ſed debeat appellans redire pro eorum reſponſione in termino, quem iudex ei præfiget, & ſi nullum ei præfigeret terminum,ſed taceret, debet redire vltimo momento triginta dierum, qui dantur iudici ad reſpondendum de apoſtolis, *ſecundum ea, quæ ſcribit Collect.deciſ.57.alias 460.ſi auditor,ſub num.4.de appell.in nou.*vbi,reprobata opinione aliquorum,qui credebant,ſufficere primam petitionem, quam facit appellans tempore appellationis, ſcribit,quod,ſi appellans non redeat pro apoſtolis in termino ſibi præfixo à iudice, cenſetur renuntiaſſe appellationis,& conſequenter,ſublata appellatione, iudex non dat apoſtolos; hanc extenſionem copioſius habes *infra art.6.n.49.*

30 Extende III. eandem concluſionem,vt procedat etiam ſi appellaretur in abſentia iudicis, quando non potuit inueniri,ſeu aliter eius copia haberi,quia etſi ſecundum aliquos,quando appellatur extra iudicium, non ſit neceſſe peti apoſtolos,cautela tamen eſt etiam,quod ab aduerſario petantur,*Spec tit.de apoſt.in princ. ſub n.11. verſic. hoc etiam,lib.4.fol.73.*

31 Contra iſtam extenſionem adducuntur duo.Primo adducitur ipſemet Spec.*loco citato*,quia ait,ad cautelam peti.Secundo adducitur Bal.*in l.2.bisqui,num.2.verſic.tertio qualiter,& ibidem Angel.C.de his qui propt.met. indic. non appell.* quo loci inquit Bald. non eſt neceſſe petere apoſtolos,quia nec refutatorios,nec delatorios alius,quam iudex a quo dare poteſt,quis enim,inquit,poteſt à ſua iuriſdictione dimittere,niſi ipſe?& ideo ſubdit, quando appellatur coram iudice ad quem, quia non poteſt haberi copia iudicis à quo,non eſt neceſſe,quod apoſtoli petantur,in hanc ſententiam videtur iuiſſe Caſſad. *d.deciſ.8. ſub num.8.& 9.*

Quare concludo, petendos eſſe neceſſario apoſtolos, quando appellatur in præſentia iudicis à quo, vt ſcribit Caſſad. *vbi ſupra*, ſed quando appellatur in abſentia poſſunt peti ad cautelam: vnde apoſtoli teſtimoniales non eſt neceſſarium quod petantur,ſed poſſunt peti ad cautelam,vt retuli & ſequutus ſum *ſupra n.7.*

Pro vlteriori intelligentia & reſolutione vide, quæ ſcripſi, *ſupra q.6.n.25.& 26.*

Extende IV. vt apoſtoli peti debeant etiam in appellatione ab interlocutoria,vt ſcribunt Gemin.*in c.1. num.3. verſ.nota hic tria ſolemnia,& Franch.n.3. verſ. ſecundo debent,de appell.in 6.*

Subextende hanc extenſionem,vt peti debeant etiamſi appelletur ab interlocutoria extraiudiciali, *vt aperte ſentiunt ijdem Gemin. & Franch. quos citaui & ſequutus ſum ſupra q.4.in fine,n.58.*

32 Extende V. declarando,vt apoſtoli peti debeant etiam in appellatione extraiudiciali,id eſt,ſi appelletur à iudice procedente extraiudicialiter,quia tunc extat qui illos dare poſſit,ſcilicet iudex;ſecus eſt ſi appelletur à parte, quia tunc non extat qui illos dare poſſit;& ideo eorum petitio non eſt neceſſaria: tutius tamen eſt, vt petantur ſub conditione,ſcilicet ſi extet qui illos dare poſſit,*Franch.in c.51 bonæ memoriæ,num.18.verſic.ſexto requiritur, de appell.& in c.1.ſub num.11.verſic. in gloſſ.in verbo petat.de appell. in 6* & ex eo referunt,& ſequuntur Maran. *in ſuo specul. par. 6.act.2.princ.in verbo,& quandoque appellatur, in 3. quæſt. princ.num.227.fol.490.& Nat.conſil.606.approbo,ſub n.4.* & ita intelligas Abb.*in d.cap.bonę memorię, num. 8. in fine differ.4.& Card. Alex. num.54. verſus finem differ.10.* Et quod ſit cautela vt petantur etiam ab aduerſario,quando appellatur extra iudicium,retuli & ſequutus ſum ex Spec. *ſupra n.30.& 31.*

33 Reſtringe I. eandem concluſionem vt non habeat locum in ruſtico;vide infra *declar.4. n.41.*

34 Reſtringe II. vt non procedat in termino prorogato; quare ſi iudex appellanti, & apoſtolos petenti, præfigat

certum

certum terminum ad dandum, & recipiendum apoſtolos, & illos appellans in termino certo præfixo petat, & iudex iterum proroget eumdem terminum ad aliam certam diem, in qua die nec appellans compareat, nec iudex det; tamen non dicitur appellans renuntiaſſe ſuæ appellationi. Et ratio eſt, quia non tenetur appellans plus petere apoſtolos; intereſt enim appellantis, ne toties grauetur in eundo, & in petendo, *Rot. deciſ. 57. alias 460. ſi auditor, n. 1. & 2. de appell. innou.*

35 Amplia hanc reſtrictionem, vt habeat locum etiam in termino anticipato; quare ſi iudex aſſignauit terminum iuris, ſiue vltimam diem termini iuris ad dandum & recipiendum apoſtolos, & deinde volens illos dare ante prædictum terminum iuris, facit appellantem citari ad certum diem ante dictum terminum iuris, in quo appellans non comparet, & iudex dat apoſtolos refutatorios in contumaciam citati non comparentis tunc, nec in termino iuris; tamen appellans non dicitur renuntiaſſe ſuæ appellationi, quia ſicut non tenebatur petere in termino prorogato, ita nec in anticipato, Rot. *d. deciſ. 57. ſub num. 2.*

36 Reſtringe III. vt non habeat locum in Regno Franciæ; nam ibi ſublata eſt iuris ſolemnitas petendi apoſtolos, & ſtatutum eſt, eos petendos non eſſe, vide conſtitutionem, & Rebuff. ad eam *tractat. de appellat. art. 10. gl. vna, tomo 3. fol. 511.*

Ratio cur in Regno Franciæ ſit ſublata apoſtolorum petitio, eſt, quia apoſtolorum petitio videtur introducta ad excludendam appellantes, multæq; dabantur cautelæ ad illa queandos appellantes, eoſque excludendum ab eorum appellationibus, *vt refert, & ſequitur Rebuff. vbi ſupra.*

Hæc ratio non tuetur conſtitutionem Franciæ, quia vbique Principis eſt malitijs hominum obuiare, etiam cum malitia, quia clauum clauo trudere poſſumus, & cretizare contra Cretēſem, *teſte eod. Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7. gloſſ. 8. tomo 1. fol. 363.* Sed ſic eſt, quod partes per longas appellationes amittunt ius, vel ſaltem eorum ius opprimitur, *teſte eodem in Rebuff. d. art. 7. gloſſ. 7. fol. 363.* & multi per malitiam, & fraudem paſſim appellant, *teſte eodem Rebuff. dict. art. 7. gloſſ. 1. ſub n. 1. fol. 358.* Ergo licet apoſtolorum petitio ſit ad illaqueandos appellantes, tamen eſt laudabilis, & iuridica illaqueatio, quia alias ius canonicum, quod multa de apoſtolorum petitione ordinauit, fuiſſet parum æquum, quod dicere eſt abſurdiſſimum.

37 Reſtringe IV. eandem concluſionem, in qua dixi *ſupra n. 4.* apoſtolos eſſe omnino petendos, vt non procedat, quando iudex recepit appellationem, quia tunc tenetur tradere apoſtolos, etiam non requiſitus, *Gemin in c. 1. n. 12. verſ. quæro an iudex. Franch. n. 11. in fine, & Pet. de Anch. not. 5. n. 4. & idem Franch. in cap. 4. vt ſuper, n. 3. in fine, de appellat. in 6.* Quare ſi iudex detulerit appellationi, ſuſtinetur appellatio, etiam quod non petatur apoſtoli, *Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. dim. 50. princ. n. 202. & 203. fol. 381.*

ARTICVLVS IV.

38 Ad quartum articulum. *An apoſtoli, ſint petendi in ipſamet appellatione, vel poſſint peti quandoque infra triginta dies.*

Reſpondeo, non eſſe neceſſarium, quod apoſtoli petātur in ipſa appellatione, ſufficit enim quod petantur poſtea ſeparatim ab appellatione, dummodo petātur intra terminum iuris, videlicet dierum 30. vt, ſub diuerſis verbis loquendo, ſcribunt Gloſſ. 1. *in c. 6. ab eo,* & in caſus figuratione, Gemin. & Franch. *omnes ſub num. 1. de appell. in 6.* & idem Franch. *in c. 1. ſub num. 3. verſ. ſecundo debent, eod tit. de appell. in 6. Spec. tit. de apoſtol. in rubr. ſequitur videre, in fine, num. 15. verſic. ſed nunquid in libello, lib. 4. fol. 73. Archid. in cap. 6. ab eo verſic. debent. de appellat. in 6.* dicens, quod petitio apoſtolorum non eſt de ſubſtantia appellationis, quia, ſi eſſet, appellans haberet neceſſe petere apoſtolos infra decem dies, ſicut infra illos appellare tenetur. Vnde, inquit, licet non petat apoſtolos in appellatione ipſa, appellatio ex hoc non vitiatur: veruntamen inquit, ſi non petat infra triginta dies, reputabitur non appellans, *Bart. in l. 1. §. libelli, n. 8. verſic. quærit gloſſ. ff. de appell. & relat. Feder. Sen. tract. de appell. n. 30. fol. 56.* dicēs, ſufficere quod appellans petierit intra tempus, *Maran. in ſuo ſpec. parte 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, n. 416. verſic. quartus caſus, fol. 516.* dicens, quod appellatio efficitur deſerta de iure communi, ſi appellans non petierit apoſtolos infra 30. dies, *Io. Ferrar. tract. de appel. lib. 2. c. 6. ſub n. 143. fol. 69. & Luc. Pæt. in pract. Capit. lib. 5. c. 1. n. 17. & Marcheſ. tract. de commiſſ. part. 1. c. 12. de apoſtol. petit. ſub n. 4 fol. 105. in 2. impreſſ.* dicens, quod apoſtoli debent peti intra triginta dies, & licet Gloſſ. vlt. *in l. 1. §. fin. ff. de appel. & relat.* hoc non ſit anſa libere affirmare, ſed ſolum ſub verbo, *forte*, tu tamen hoc ſine vllo ſcrupulo teneas.

Cautum tamen eſt, quod petantur inſimul in ipſa appellatione, *Franch. in d. c. 1. ſub num. 3. verſicu. ſecundo debent, de appell. in 6.* & communiter obſeruari, vt inſtanter petantur in ipſa appellatione, teſtatur Bar. *in d. § libelli, ſub num. 8.* quem refert, & ſequitur Luc. Pæt. *d. lib. 5. c. 1. nu. 17. in fine.* & ita nos videmus paſſim in omnibus tribunalibus.

Ratio huius communis obſeruantiæ eſt, quia, ſi appellatio eſt à diffinitiua, iudex poſt petitos apoſtolos non poteſt vlterius procedere, niſi prius dederit refutatorios, etiam ſi appellatio ſit manifeſte friuola, *vt retuli, & ſequutus ſum infra num. 63.* & ita ſeruatur: ſed non petitis apoſtolis poſſit procedere, quando appellatio eſſet manifeſte friuola: Vlterius non deſunt, qui tenuerint poſt petitos apoſtolos etiam in appellatione ab interlocutoria iudicem nulliter procedere, quamuis eorum opinio
* commun.* non teneatur, vide *infra ſub numer. 91. verſicul. quartus caſus.*

Et aduerte, quod quamuis peti poſſint, & peterentur ex interuallo poſt appellationem, tamen ſunt ſemper pars appellationis, vt ſcribunt Doct. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 24. verſ. ratio.*

39 Declara I. vt appellans debeat eos petere ante vltimā diem, & ſic non debet expectare trigeſimam diem ad petendum apoſtolos, quia ſequeretur abſurdum, quod iudici nullus remaneret terminus ad illos concedendum, *Marcheſ. d. c. 12. de apoſt. petit. & conceſſ. ſub nu. 12. fol. 106. in 2. impreſſ.*

Contra iſtam declarationem faciūt duo. Primum quia in tempore triginta dierum, qui dantur ad petendos apoſtolos, includitur etiam vltima dies, *vt ſcribunt Gemin. in c. 6. ab eo, num 6. verſic. quæro an in termino, & Franch. ſub n. 1. de appellat. in 6.* dummodo non ſit feriata, quia requiritur tempus congruum, *vt ponderat Franch. vbi ſup.* Secundum, quia terminus apoſtolorum eſt communis tam appellanti, quam iudici, *vt ſcribunt Gemin. in d. c. 6. ab eo, num. 2. & Franch. num. 2. not. 2. de appellat. in 6.* dicens, quod ideo iſte terminus incipit æqualiter currere
* tam appellanti, quam iudici, & ita communiter * omnes *in d. c. ab eo, in principio.* Quare iudex poſt interpoſitam appellationem debet cogitare de reſponſione, danda petituro apoſtolos, & ad cogitandum habet triginta dies, & ideò debet ſtare paratus, & credere, quod appellans petet reſponderi de apoſtolis, hancque contrariam opinionem hac ratione motus tenet Anch. *in d. c. ab eo, in principio.* quæ opinio eo magis placet, quod non repe-

Digitized by Google

ritur in iure determinatum,qua die debeat appellans pręfatos apoſtolos petere.

Confirmatur hæc opinio contraria,quia alias ſequeretur,quod ad habendam reſponſionem apoſtolorum concederentur ſexaginta dies; triginta enim concederentur appellanti,& triginta iudici;quod eſt falſum, quia infra triginta dies ſunt petendi, & infra dictum tempus à iudice debent exhiberi,*c.6.ab eo,de appell in 6. & l.24. iudicibus,C.de appellat.*& terminus triginta dierum eſt communis,*vt dixi*.

Hæc controuerſia ceſſat hic in Curia, attento ſtylo, de quo ſcripſi *q.ſeq. n.26.verſ.ſublimita*.

Declara II. vt apoſtoli peti debeant per appellantem, & non per appellatum,*Gemin.et Franch.in c.6.ab eo,vterque n.1.de appell.in 6.*& ſatis patet ex præcedentibus duabus declarationibus: & ideò non releuaret appellantem, quod peterentur ab appellato.

Ratio huius declarationis eſt duplex. Prima quia apoſtoli ſunt pars appellationis,vt retuli,& ſequutus ſum *ſup. n.24.*ſed appellatus,qui non ſit grauatus in ſententia,non poteſt appellare,*per ea,quæ retuli,& ſequutus ſum ſupra q.5.n.94.*Ergo neque poteſt petere apoſtolos,qui ſunt pars appellationis. Secunda, quia apoſtolorum vſus eſt inuentus pro appellantibus; ergo non poſſunt peti,niſi ab appellantibus.

40 Declara III. vt omni caſu,quo requiritur appellatio in ſcriptis, debeant ſimiliter in ſcriptis peti apoſtoli, quia ſunt pars appellationis,*Ioan. Ferrar.tract.de appel.lib.2.c.6.n.143.fol.69.*& cum hac diſtinctiones intelligas Gemin. *in c.6.ab eo,n.7.verſ. quæro an ſit neceſſe, & Franch.n.1. in fine, de appell.in 6.* dum ſcribunt ſimpliciter, non eſſe neceſſe,quod petantur in ſcriptis.

41 Declara IV.limitando,vt non procedat in ruſtico,quia licet is non petierit apoſtolos, ex quo neſcit eos petere propter eius ſimplicitatem,tamen iudex, videns illã ſimplicitatem,poteſt apoſtolos,quamuis non petitos,concedere,dummodo incontinenti concedat, & confirmabitur appellatio,ſecus ſi eos non concedat incontinenti, *Guid. Pap.tract.de appell.q.4.n.13.fol.58.*

ARTICVLVS V.

Ad quintum articulum: *An appellatione legitime interpoſita, petitiſq; in ea apoſtolis,iudex debeat ſtatim de illis reſpondere, vel infra quantum tempus?*

Reſp. quod iudex tenetur quidem petitos apoſtolos exhibere,*c.1.& c.4.vt ſuper, de appell.in 6.* & tenetur indiſtinctè, ſiue receperit appellationem, quo caſu tenetur illos tradere,etiamſi non eſſent periti,*vt retuli, & ſecutus ſum ſupra n. 37. verſic. reſtringe 4.* ſiue non receperit appellationem,quo caſu tenetur,ſi apoſtoli fuerint petiti,vt in iſto articulo,alias non tenetur,*teſtib. Gemin.& Franch. quos citaui,& ſequutus ſum ſupra ſub n. 24.* & ſub prædicta diſtinctione in his terminis ſcribit Gemin.*in c.1.num.12. verſ.quæro an iudex,de appell.in 6.*

Sed tamen non tenetur illos tradere incontinenti,quia lex concedit iudici triginta dies, vt intra eos poſſit deliberare,an debeat admittere, vel reijcere appellationem, *l.24.iudicibus,C.de appell & relat. c.6. ab eo, de appellat.in 6.& Clement.2.quamuis,de appellat. Maran.in ſuo ſpec.p.6. act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur,q.3. prine. num.219.fol.489. Mandoſ.tract. de commiſſ. in commiſſ.17. appell.in prima inſtant.in verbo,termino iuris,fol.103. Veſt. in prax.lib.7. c.3.num.32.in fine, & num.33. fol.204. Luc. Pæt.in pract.Capit.lib.5.c.3.num.1.Feder.Schen. tractat.de appell.num.31.fol.56.Lancell.tract.de attent.par.2. c.12.de attent.& innou.appellat.pend.in præfat.verſ.ſecundo ob non reditionem,numer.53.fol.347.& c.13.de attent. pend.temp. apoſtol.peten.num.1.fol.185.& Marcheſ.tract. de commiſſ. par.2.in commiſſ.appell,c.11.num.18.in fine, & num.19. fol. 30.* Et hæc eſt concluſio indubitata, & iſti 30. dies, qui à iure indulgentur iudici,dicuntur terminus iuris,vt vocant præcitati Doctores,& notant in ſpecie Marcheſ. *d.cap.1. num.16.fol.30.* Et iſte terminus iuris datur, vt iudex dubius poſſit cogitare quam reſponſionem debeat dare, *Luc.Pæt.d.lib.5.c.2.in fine, num.11.* & ſunt communes iudici,& appellanti,*vt retuli,& ſequutus ſum ſupra ſub n.39. verſ.contra.*

Et iſti triginta dies currunt de momento ad momentum,*Guid.Pap.tract.de appell.q.28.numer.18.fol.50.& Io. Ferrar.tract.de appell.lib.2.c.6.n.145.verſic.aduertendum, tom.5.fol.69.* prout currunt illi decem dies, qui dantur ad appellandum,de quibus ſcripſi *q.præced. n.49. verſic.declara ſexto.*

43 Declara I.ad vſum praxis, vt appellanti, petenti in appellatione, vel poſt interpoſitam appellationem ſibi reſponderi de apoſtolis, iudex debeat ei aſſignare terminũ ad recipiendos apoſtolos petitos,*Franch.in c.4. perſonas, ſub num.3.verſic.quarto aſſignat,de appell.& alij,quos citaui,& ſequutus ſum num.ſeq.*Quare ſi appellans petit in ipſamet appellatione, vt moris eſt,ſibi concedi apoſtolos, & iudex vult frui ſpatio iſtorum triginta dierum, debet monere appellantem, vt redeat infra terminum iuris, vel ſolet ſimpliciter dare terminum iuris,& poteſt etiam aſſignare alium breuiorem terminũ,monendo appellantem, vt in fine illius termini redeat pro apoſtolis, alias, omiſſa illa monitione,appellatio non efficeretur deſerta.

Et ſub qua forma iudex præfigat hunc terminum ad redeundum pro apoſtolis ſcribit Papien.*in pract. in form. appell.à ſent.diffin.in gloſſ.ſuprascriptus, fol.418.*

44 Declara II.vt cum iudex poſſit,ſi velit,citius reſpondere de apoſtolis ante trigeſimum diem,poſſit propterea præfigere terminum breuiorem,eius arbitrio, *vt ſcribunt Maran.in ſuo ſpec. p.6. act.2. princ.in verbo,& quandoque appellatur,num.223.fol.490.& latius num.205, limit.21.f. 486.ibi,quartus eſt,& num.412.fol.516.Grauat.in annot.ad pract.Veſtr.lib.7.c.3.num.71.& c.vltimo,num.24. fol.220. Io.Ferrar.tract.de appell.lib.2.c.6.ſub num.144. verſ. inſuper,ibi, præter hoc, fol.69.*& quod poſſit hunc terminum abbreuiare,dixit Rot.*deciſ.57. alias 460. ſi auditor, num. 2. verſus finem de appellat.in non.*& quod poſſit præfigere etiam longiorem,dixit ead.Rot.*d.deciſ.57. ſub numero 2.* dicens, quod ſicut iudex potuit prorogare, &c.& quod poſſit hunc terminum abbreuiare, ſeu etiam prorogare, ſcribit Lancell.*tractat.de attent part.2. cap.13. de attent. pend.tem.apoſt.num.49.verſical.quid autem,tom.5.fol.386.* & quod iudex quandoque proroget,ſeu det alium terminum,patet ex his,quæ ſcripſi *q ſeq.numer.60.*& confirmatur ex eo,quod poteſt præfigere arbitrarium; nam quod poſſit præfigere arbitrarium, ſcribunt Lancell. *tractat.de attent. par.2.c.12.in præfat.num.53.fol.347.*& quod iudex à quo poſſit præfigere breuiorem terminum ad proſequendum,ſentit aperte Maran.*in ſuo ſpec.p 6. act.2. princ. in verbo,& quandoque appellatur,num.235.*loquens de fatalibus.

Aduerte,quia quod dixi,iudicem poſſe prorogare terminum iuris non eſt tutum; & ideo non firmo. Et quod in foro Capitolino iudex non poſſit longiorem præfigere, ſeu prorogare terminum quinque dierum, qui dantur pro termino iuris,diſponunt ſtatuta Vrbis,*lib.1.cap.167.* & quod non poſſit iudex longiorem præfigere,ſcribit Io. Ferrar.*d.lib.2. c.6. ſub n.144.verſ.tametſi; fol.69.* & quod non poſſit prorogare,facit,quod ſcripſi *infra ſub num.87. et num.93.verſ.declara primo,*& ſatis comprobatur ex eo, quod ſcripſi *infra n.60.* vbi illa prorogatio, ſeu noua datio termini eſt inutilis, ac ſi non eſſet data, & de facultate iudicis in abbreuiando, vel elongando termino dato à lege,vide quos citaui *lib.præced.c.3.numer.87.* & quæ copioſius

pioſius

pioſius ſcripſi infra q. 15. art. 10. n. 214. & ſeqq.

45 Extende hanc declarationem, vt neque partes poſſint ſuſpendere, ſeu prorogare hunc terminum, *Io. Ferrar. trac. de appell. lib. 2. q. 9. ſub n. 156. tomo 5. fol. 170.* & ideò licet fecerint compromiſſum, tamen terminus currit, ſicut curreret terminus decem dierum ad appellandum, *Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. 4. limit. 3. n. 20.* & de termino ad appellandum, quod currat, etiam pendente compromiſſo, ſcripſi *q. præced. n. 110. ampl. 16.*

Ratio huius extenſionis eſt; quia, cum iſte terminus non præfigatur partibus, non poſſunt partes eum prorogare, quam rationem adduxi etiam *infra queſt. 15. art. 3. ſub num. 106.*

Contra hanc extenſionem tenent Bald. *in auth. hodie, §. apoſtolos, n. 15. verſ. modo bis quæro de tali quæſtione, C. de appel. Franch. in c. 8. ex ratione, q. 5. ſub n. 22. ibi, ſed Bal. de appell. & idem Card. Alex. ſub n. 16. verſic. circa tertiam ſpeciem, ibi, ſed quid de tempore ad dandum apoſtolos, de appell.* dicens, quod illud tempus ſuſpenditur per compromiſſum, *Veſtr. in prax. lib. 7. c. vlt. n. 17. in fine, fol. 219. & Lancell. tract. de attent. p. 3. c. 13. de attent. pend. temp. apoſt. in fine, n. 62. & 53. fol. 386.*

Sequor hanc contrariam opin. quia partes poſſunt ſuſpendere fatalia, *vt dixi infra q. 15. art. 3. nu. 105, & art. 10. numero 188.* ſed fatalia incipiunt à die interpoſitæ appellationis: meritò tempus poſt interpoſitam appellationem comprehenditur in ſuſpenſione & non tempus ad appellandum.

46 Declara III. vt iudex, intra terminum iuris requiſitus congruis loco & tempore pro reſponſione apoſtolorum teneatur neceſſaria de eis reſpondere, dando eos, alias ſi eos non daret, & procederet, proceſſus eſſet ipſo iure nullus, *c. 4. vt ſuper, & c. 6. ab eo, de appellat. in 6.* & ſimiliter eſſet nullus, ſi expreſsè negaret illos dare, vel malitioſe, aut negligenter illos tradere prætermitteret, *vt in d. capit. ab eo, de appellat. in 6. & Gloſſ. in capit. 1. in verbo exhiberi, eodem tit. de appellat. in 6.* & quod ſi iudex taceret, & poſtea procederet, proceſſus eſſet nullus, retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 11.*

Subdeclara I. reſtringendo hanc declarationem, vt non procedat, quando pendet appellatio ab interlocutoria, & iudex appellationi non detulit, & infra tempus petendorum apoſtolorum reuocat grauamen, tunc poteſt ad vlteriora procedere, & non tenetur amplius tradere apoſtolos petitos, *Gemin. in d. c. 4. vt ſuper, n. 7. verſic. ſed quid ſi iudex, de appell. in 6.*

Subdeclara II. vt procedat, quando appellatio non eſt ipſo iure nulla; ſecus quando eſt ipſo iure nulla, vt puta, quia ſit appellatum ab interlocutoria ſine ſcriptis, quia tunc licet appellans petierit apoſtolos, & nihilominus; iudex apoſtolis non datis, proceſſerit, valebit proceſſus; quia appellatio nō tenuit, ſed fuit ipſo iure nulla, & quod de iure non tenet, non præſtat impedimentum, *Gemin. in c. 1. §. quod ſi appellator n. 7. verſicul. ſed pone quod appellatur, in cap. 4. vt ſuper, in fine de appell. in 6. & ibidem Franch. n. 6. & ex Rot. refert, & ſequitur Lancell. tract. de attet. par. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. lim. 1. nu. 63. fol. 359.* adde, quæ pro clariori intelligentia ſcripſi *infra ſub n. 91. verſ. ſecundus.*

47 Declara IV. vt ſi duo iudices ſimul tulerint ſententiam non poſſit vnus ſolus eorum dare apoſtolos. *Franch. in c. vlt. ſi iuſtus, quaſt. 7. num. 27. in fine de appell.* nam ſicut non poteſt ab vno eorum tantum appellari, teſtibus iis, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra queſt. 6. n. 2. & 3.* ita etiam ab vno ſolo dari nequeunt apoſtoli.

Quod ſi diſcordent in qualitate tradendorum apoſtolorum, vide *ſupra ſub n. 23. verſ. declara quarto.*

48 Subdeclara hanc declarationem, vt ſi horum duorum iudicum vnus det apoſtolos delatorios, alter vero contrarios, talis datio apoſtolorum non valet, quia apud eos diſcordes nulla eſt iuriſdictio, & ideò eſt ac ſi apoſtoli non eſſent dati, *ſecundum Franc. in d. cap. ſi iuſtus quæſ. 6. num. 28. verſ. quid autem.*

ARTICVLVS VI.

49 Ad ſextum articulum. *An ad euitandam deſertionem appellationis ſatis ſit petere apoſtolos, habere à iudice terminum intra quem, & redire pro ipſis apoſtolis.*

Reſpondeo, quod hæc non ſufficiunt, niſi appellans redeat pro apoſtolis in termino ſibi præfixo, alias appellatio efficitur deſerta, *Franch. in cap. 4. perſonas ſub num. 3. verſ. quarto aſſignat. de appell. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, q. 2. limit. 21. ſub n. 205. ibi quartus fol. 486.* & quod, ſi non reuertatur pro apoſtolis, cenſeatur non appellans, ſcribit, *Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. verſus finem, ſub numer. 37. fol. 205. & Mandoſ. tract. de commiſſ. in 17. commiſſ. appell. in 1. inſtan. verſus finem, in verbo redire non teneatur fol. 104. Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. in præfat. verſ. ſecundo ob non reditionem numero 53. & 55. fol. 347. Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. verſus finem ſub num. 37. fol. 204. & Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. in commiſſ. appellat. c. 1. ſub numero 21. fol. 31. & ex Collectore deciſ. 57. de appell. innou. retuli, & ſequutus ſum ſupra art. 3. n. 29. extenſ. 2.* Et in foro Capitolino per ſtat. Vrbis, *lib. 1. c. 168.* eſt diſpoſitum, quod ſi appellans non repræſentauerit appellationem infra terminum quinque dierum, datum à ſtatutis, cenſeatur renunciaſſe appellationi, & hæc ſit concluſio.

50 Extende I. hanc concluſionem, vt non ſolum teneatur redire pro apoſtolis, ſed teneatur etiam expectare vltimum momentum termini ſibi dati, & in eo redire, & non prius, vel poſtea, quia, ſi rediret tunc iudex non cogitur reſpondere, *Veſtr. dict. lib. 7. c. 3. numero 33. in fine, & 34. fol. 204.*

Contra iſtam extenſionem faciunt ea, quæ, diſputando adducit Caſſad. *deciſ. 8. appellatorat. de appellat.* dicens in vltimis verbis deciſionis, quod vtilis eſſet Principis declaratio, & contra iſtam extenſionem tenet aperte *Luc. Pæt. in pract. c. lib. 5. c. 1. numero 26.* dicens, ſic vidiſſe ſeruatum, & in foro Capitolino habemus ſtatuta Vrbis *lib. 1. c. 167.* quo diſponitur, vt ſufficiat redire pro apoſtolis in quacunque parte quinti diei, vide quæ ſcripſi *quæſt. ſeq. num. 4.*

51 Declara & concordabis etiam extenſionem, quod iudex à quo poteſt appellanti tribus modis aſſignare terminum ad recipiendum apoſtolos. Primo poteſt ei aſſignare certum, & clarum terminum, vt puta, redeas die decima huius menſis: & tunc appellans debet illa die accedere, alias appellatio efficitur deſerta, *Frāch. in c. 4. perſonas ſub n. 5. verſ. circa ſecundum, ibi, & aduerte iuncto n. 3. verſ. quarto aſſignat. de appel.* Secundo poteſt ei aſſignare, vt compareat ad recipiendum apoſtolos intra terminum iuris: & tunc ſatis eſt comparere in quacunque parte termini iuris. Tertio poteſt ei aſſignare terminum ad recipiendos apoſtolos in termino iuris, & tunc non poteſt appellans quandocunque infra terminum comparere, ſed debet in vltima die termini comparere, alias ſua appellatio efficitur deſerta, *Franch. dic. per perſonas ſub n. 5. verſ. aliquando non aſſignat.* quem in hoc referunt, & ſequuntur *Felyn. ibidem ſub n. 1. col. 2. et Luc. Pæt. in pract. Capitol. lib. 5. c. 3. ſub n. 12.*

Aduerte I. circa hunc tertium modum, quod idem eſt aſſignare in termino, & aſſignare ad terminum; quare citatus ad articulandum ad octauam, non poteſt ante vltimam diem dare articulos, *Paul. de Caſtr. in l. 18. item illa. col. 2. ſub n. 5. et 6. ff. de conſtit. pecun.* quem refert & ſequitur *Luc. Pæt. in loco ſupra proxime citato.*

Aduerte II. quod in iſto tertio modo aſſignandi terminum ſufficit appellanti comparere penultima die termini ſecundum *Franch. vbi ſupra*.

Contrarium tenuit & bene Luc.Pæt. *vbi ſupra*, dicens, quod comparens penultima die non ſatisfacit termino, niſi appellans fuerit monitus ad penultimam diem.

52 Extende II. vt adhuc non ſufficit rediſſe pro apoſtolis in termino præfixo, ſed requiratur vlterius, vt habeantur ipſi apoſtoli, vel, ſi non dentur, fiat proteſtatio contra iudicem, alias appellatio efficeretur deſerta, *Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 1. princ. in verbo, & quandoque appellatur n. 3. princ. n. 219. fol. 489*.

53 Reſtringe I. concluſionem, eiuſque extenſiones, vt non procedant, quando appellans faceret cauſam committi, & inhiberi intra terminum ſibi præfixum ad redeundum pro apoſtolis, quia tunc licet non redierit pro apoſtolis, tamen appellatio non diceretur deſerta, *Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. in præfat. n. 54. & 56. fol. 347.* & commiſſio iudicis validè impetratur, vt ex Rot. & alijs retuli & ſequutus ſum *q. ſeq. n. 26. verſ. ſublimata*.

54 Reſtringe II. primam extenſionem, vt non procedat in caſu, quo iudex præfixiſſet appellanti certum terminum, puta terminum iuris, & addidiſſet clauſulam (*& interim quandocunque*) prout ex inueterato, & benigno ſtylo Curiæ ſolent ſemper iudices addere talem clauſulam, quia tunc non cogitur appellans expectare vltimum momentum termini, ſed poſſet redire quandocunque intra terminum, *Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. ſub numer. 34. fol. 204. & Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. c. 7. appell. in 1. inſtant. in verbo, termino iuris, fol. 103. in fine*.

55 Aduerte pro vlteriori intelligentia huius reſtrictionis, & clauſulæ, quod dempta hac clauſula, ſi appellans redierit pro apoſtolis ante trigeſimum diem, poteſt iudex à quo dicere, prout practicatur, ſi velit differre (*nolo adhuc reſpondere quia ſum in termino.*) cum poſſint intra terminum iuris tenere impeditum appellantem, *Caſſad. deciſ. 8. appellauerat, num. 4. in fine, & num. 5. de appellat.* & appellans cogetur redire, & expectare vltimum momentum, *vt ex Veſtr. retuli, & ſecutus ſum ſupra extenſ. in numero 50*.

Secus eſt quando fuit aſſignatus terminus iuris cum præfata clauſula (*& interim quandocunque*) quia tunc, appellante redeunte pro apoſtolis ante trigeſimum diem, & iudice nihil reſpondente, vel monente ad alium terminum, non tenetur appellans amplius redire, *penes, quæ ſcripſi n. ſeq. & infra n. 60*.

56 Reſtringe III. declarando, vt cum appellans redierit ſemel in termino pro apoſtolis, & iudex non reſpondet appellanti de apoſtolis, vel tacet, vel vlterius terminum prorogat, tunc appellans non tenetur amplius redire, *Rot. deciſ. 57. alias 460. ſi auditor n. 1. in fine, & num. 2. de appell. in nou. & Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. ſub n. 34. vbi, num. appellanti, fol. 205. & Lancell. quem retuli & ſequutus ſum infra n. 60.* hæcque reſtrictio in foro Capitolino procedit ex expreſſa diſpoſitione ſtatutorum *lib. 1. c. 167.* nam eſt, ac ſi iudex expreſsè denegaret tradere apoſtolos, & conſequenter in illa cauſſa remaneret priuatus iuriſdictione, vt retuli, & ſecutus ſum *ſupra n.*

57 Reſtringe IV. confirmando præcedentem, vt ſi appellans in ſteterit pro apoſtolis, & iudex ſolum dixerit, quod audiebat, & nihil vltra reſponderit, tunc appellans non tenetur amplius redire pro apoſtolis, *Mandoſ. tractat. de commiſſ. in commiſſ. c. 7. appellat. in prim. inſtant. in fine f. 104. Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. in præfat. n. 54. & 55. fol. 347. & c. 13. de attentat. pend. temp. apoſtol. n. 47. verſ. 5. fol. 386*.

Ratio eſt, quia iudex tacendo, vel habetur pro tacente, & tunc cenſetur denegaſſe apoſtolos, & ideo appellans non tenetur redire; vel non habetur pro tacente, & tunc ex quo non dat terminum iuris, habetur ſimiliter pro negante, *Mandoſ. & Lancel. poſt Rotam quam allegant*.

ARTICVLVS VII.

58 Ad Septimũ articulum. *An ſi iudex à quo non appellãti redeunti in termino præfixo pro apoſtolis, det alium terminũ, ſeu proroget datum, & appellans vlterius non redeat, poſſit iudex procedere in cauſſa, ac ſi appellans ſuę appellationi renuntiaſſet, ex quo non rediit in ſecundo termino*.

Reſp. quod ſi iudex, etiam non requiſitus, non dederit apoſtolos in ſecundo termino per ipſum præfixo, non poteſt vlterius procedere in cauſſa, quia amiſit iuriſdictionem, *Rot. deciſ. 57. alias 460. ſi auditor, n. 3. in ſecundo dubio, de appell. in nou. & audacter Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. ſub n. 36. fol. 204.* dicens, quod appellans non ſolum non tenetur amplius redire, ſeu ipſe iudex à quo qui in termino iuris dato non reſpondet de apoſtolis, amittit iuriſdictionem ita, quod non remanet amplius iudex, & appellans cenſetur à iuriſdictione ſua dimiſſus ita, quod abſq; alio poteſt coram iudice ad quem appellationem ſuam proſequi. Et hæc videtur communis * concluſio.

Ratio huius concluſionis eſt, quia cum iudex à quo, nõ redeunte appellante in termino pro apoſtolis, poſſit exequi ſententiam, quaſi appellans renuntiauerit appellationi, iudices malitioſè nouum dabant terminum appellanti ad redeundum pro apoſtolis, ſic appellantem defatigarent, donec quandoque oblitus, aut impeditus non rediret, & quandoque tacebant, & non reſpondebant: vnde lex, volens eiuſmodi iudicum malitijs obuiare, eos, non reſpondentes de apoſtolis in termino, priuato iuriſdictione & annullat proceſſum, quem facerent, ſicut dixi *n. ſeq. verſ. confirmatur 2.* & eſt optima medicina.

Confirmatur primo hæc concluſio, quia hæc duo non poſſunt ſimul ſtare: quod appellans in caſu huius articuli non teneatur amplius redire; & quod iudex à quo poſſit procedere; quia nulla ratione ſuaderi poteſt, vt procedatur contra eum, qui non teneatur comparere: ſed appellans in caſu huius articuli, quando iudex prorogat terminum, non tenetur redire, teſtibus iiſdem Rot. & Veſtr. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 56. verſ. reſtringe tertio*. Ergo &c.

59 Confirmatur ſecundo, quia ſi iudex requiſitus non exhibuerit apoſtolos, ex tunc, ſi in cauſſa procedat, eius inualidus & irritus eſt proceſſus, *c. 4. vt ſuper de appell. in 6.* & loquendo de appellatione ab interlocutoria, ſcribit Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 1. num. 60. & ſeqq. tom. 5. fol. 359.* Quod procedit cum iudex ſuper hoc cum debita inſtantia, loco, & tempore congruo requiſitus eos expreſſè denegat, vel infra tempus præfixum malitioſè, aut negligenter illi tradere prætermittit, *c. 6. ab eod. de appell. in 6. & Gloſſ. in c. 1. in verbo exhiberi eod. tit. de appell. in 6.* & apertius explicaui *infra ſub n. 91. verſ. quartus caſus*.

At is, qui congruis loco & tempore requiſitus de apoſtolis non dat eos, ſed dat alium terminum iuris, malitioſè aut ſaltem negligenter tradere eos prætermittit. Ergo ſi procedat, nulliter procedit.

60 Contrariam opinionem: quod enim iſto caſu quo iudex dat alium terminum iuris, cenſeatur non detuliſſe appellationi, etiam ſi appellatus intra terminum prorogatum obtinuerit dari reuerentiales cum termino decem dierum ad proſequendum in forma, & hoc fuerit appellanti intimatum; & ideo licet appellans non redierit amplius pro apoſtolis, nec cauſam committat in termino, tamen non dicitur renunciare appellationi, & poteſt cauſſam vſque ad annum, & ex cauſſa biennium proſequi, ſcribit Lancel. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. app. pend. in præfat. num. 71. fol. 348.* & apertius *lim. 13. princ. ſub num. 5*.

n.5. fol.268. & quod prædicto caſu appellans non teneatur amplius redire pro apoſtolis, & perinde ſit, ac ſi dati eſſent refutatorij, ſcribit *in vlt. impreſſ. dict. cap. 12. in præfat. num. 78.* Et quod ſicut appellans non cogitur redire pro apoſtolis in tempore prorogato, ita etiam pendentia dicti termini prorogati non ſit habenda in conſideratione reſpectu attentatorum, ſcribit idem Lancell. *tract. de attent. part. 2. capit. 13. de attent. penden. temp. apoſtol. in fine ſub n. 51. verſ. vnde ſicut tom. 5. fol. 386.* Et quod ſi fiat aliquid durante termino apoſtolorum prorogato, non dicatur attentatum, ſcribit *eod. cap. 13. n. 50.* Ergo ſi dando aliud terminum iuris, habetur ac ſi dediſſet refutatorios, & geſta pendente termino prorogato, non reuocantur vti attentata, clarum eſt, quod non admittit iuriſdictionem.

61 Retenta concluſione pro vera, tum quia eſt bene fundata, tum quia Lancell. ex aduerſo adductus non poteſt allegari, niſi ad hoc: quod appellans non cenſetur renuntiaſſe appellationi, & quod poteſt commiſſionem cauſſæ impetrare intra terminum iuris communis; & in hoc bene loquitur; ſed non poteſt allegari ad hoc, quod iudex cenſeatur reſpondiſſe de apoſtolis ad effectum, ne amittat iuriſdictionem: & tamen etiam in prædicto caſu, in quo poteſt allegari, nihil boni allegat.

Extende I. eandem concluſionem, vt licet iudex à quo poſt lapſum terminum prorogatum daret apoſtolos, tamen adhuc non poſſet procedere, quia iam ſemel amiſit iuriſdictionem, quam ſine noua commiſſione non recuperat, ſemel enim extincta iuriſdictio non reuiuiſcit. *Rot. d. deciſ. 57. alias 460. ſi auditor. n. 3. in fine, & n. 4. de appell. in non.*

62 Subextende hanc extenſionem, vt etiam ſi iudex in termino ſecundo per eum prorogato daret apoſtolos etiam petenti iſto eodem termino, & recipienti, nihilominus iuriſdictionem amiſit, ex quo in primo termino per eum præfixo apoſtolos non dedit appellanti petenti, *vt oſtendit Rot. vbi ſupra.*

Hæc ſubextenſio, quicquid ſit in puncto iuris, in Palatio & Curia non ſeruatur, *teſtibus Rot. vbi ſupra, & Veſtr. in prax. lib. 6. c. 3. n. 36. in fine.*

63 Extende II. vt procedat, etiam ſi alias appellatio non valeat, vt puta quia erat manifeſte friuola, cui merito non erat deferendum, qui adhuc iudex, non exhibens apoſtolos, & procedens, facit proceſſum nullum; licet enim appellationi manifeſte friuolæ deferendum non ſit, tamen tunc dandi ſunt apoſtoli refutatorij, in quibus exprimi debet cauſa, quare appellationi minime delatum ſit: *Archid. in c. 3. vt ſuper. verſ. irritus. de appellat. in 6.* & ſatis probatur ex *c. 1. de appell. in 6.* vbi iubetur iudici, vt det apoſtolos, in quibus debeat exprimere, cur appellationẽ non admiſerit, ſicque apparet, dandos eſſe etiam apoſtolos refutatorios; & ideo non excuſatur iudex à non traditione, eo quod appellatio non eſſet admittenda, teſte etiam Gemin. quem retuli & ſequutus ſum *infra ſub n. 91. verſ. ſecundus.* vbi videas.

64 Declara eandem concluſionem, diſtinguendo tres caſus.

Primus caſus eſt quoad renuntiationem appellationis: & in iſto caſu concludo, quod licet appellans non redeat amplius in termino prorogato pro apoſtolis, tamen non dicitur renuntiaſſe appellationi, *Rot. quam retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 34 art. 3. reſtrict. 2.* Et ratio eſt, quia iudex debet dare apoſtolos in primo termino, & non debet grauare appellantem in eundo, & redeundo; & ideo appellans non tenetur amplius redire, *Rot. & Veſtr.* quos retuli & ſequutus ſum *ſup. art. 6. n. 56.* & propterea non valet argumentum, quod ſicut appellans non rediens in primo termino præfixo pro apoſtolis, dicitur renuntiare appellationi, ita etiam cenſeatur renuntiare non rediens in termino prorogato, & conſequenter poſſumus inferre, quod iudex à quo non poteſt procedere ex iſto capite, quia appellans renuntiauerit appellationi, eo quia non redierit in termino prorogato.

58 Secundus caſus eſt quoad tẽpus impetrandi iudicem, expediendique commiſſionem appellationis: & in iſto concludo quod appellans habet annum ad impetrandum iudicẽ, ac ſi iudex a quo dediſſet refutatorios, etiam ſi appellans obtinuiſſet intra terminum prorogatum, dari appellanti reuerentiales in forma, & dicto reuerentiales intimaret, *vt ex Lancel. retuli & ſequutus ſum ſupra n. 60. & 61. & quæſt. ſeq. n. 32.*

Ratio eſt, quia, poſtquam malitioſe iudex aut negligenter prætermittit dare apoſtolos in termino præfixo, amittit iuriſdictionem, & proceſſus, quem facit eſt irritus & nullus, *vt dixi ſupra n. 58.* Ergo non poteſt apoſtolos dare (quicumque illi ſint) poſt lapſum terminum, & congruam requiſitionem, vt illos daret, & dando eſt datio nulla, & conſequenter appellans illis apoſtolis non arctatur, ſed remanet in terminis iuris communis, quod indulget annum.

66 Tertius caſus eſt, quoad validitatem proceſſus, quem facere iudex à quo, pendente termino prorogato: & in iſto diſtinguo in primis inter ius, & ſtylum. Si loquimur de iure, concludo, quod proceſſus eſt nullus, & irritus, vt dixi ſupra in hoc articulo *n. 58. et* 59. Si loquimur de ſtylo adhibendæ ſunt duæ inſpectiones: *Prima* inſpectio eſt, quando cauſa eſt appellabilis: & in iſta concludo proceſſum eſſe nullum, & attentatum: *Secunda eſt*, quando eſt inappellabilis: & concludo proceſſum eſſe validum.

67 Pro intelligentia huius tertij caſus in iſta ſecunda inſpectione, in qua concludimus, proceſſum eſſe validum de ſtylo, aduertendum eſt, quod hodie apoſtolorum vſus multipliciter receſſit a Curia, vt oſtendam.

Primo enim nos habemus, quod de iure, pendente termino ad redeundum pro apoſtolis, non poteſt impetrari commiſſio cauſſæ appellationis, *Rot. ſiue Collector, Veſtr. et Mandoſ.* quos retuli & ſequutus ſum *art. ſeq. num. 74.* & tamen de ſtylo valide impetratur, quaſi ius deferat appellationi, *vt ex Rot. Veſtr. et alijs retuli et ſequutus ſum q. ſeq. num 26.*

68 Secundo nos habemus, quod, non petitis apoſtolis infra terminum iuris, appellans cenſetur renuntiaſſe appellationi, etiam ſi vaderet, aut mitteret ad appellationem proſequendam, *c. 6. ab eo. de appell. in 6.* Et tamen ſi hic in Curia litigator appellaret ſimpliciter, non petendo apoſtolos, daretque, & expediret commiſſionem infra decem dies à die latæ ſententiæ, commiſſio haberetur pro bona: & coram Auditore Cameræ etiam non aliter appellatione interpoſita coram iudice à quo dantur inhibitiones in vim appellationis, quæ coram eo interponitur, vt de hoc ſtylo ſcripſi *ſup. q. 3. num. 12. verſ. reſtringe hanc.*

69 Tertio habemus in iure, quod iudex à quo appellanti, & petenti apoſtolos, id eſt, literas miſſiuas, tenetur illos exhibere, & in eis narrare qualitatem cauſſæ, & cur appellationi non detulerit, vel ſi detulerit, an ex ſuperioris reuerentia ſit delatum, *l. vnica, ff. de libell. dimiſſ. & c. 1. de appell. in 6.* & ratio eſt, quia, cum iudex ad quem non ſit informatus de meritis cauſæ, & ideo non poſſit eſſe certus, an debeat, vel non debeat admittere appellationem, & retardare, vel non retardare executionem, & eiuſmodi informatione a nemine magis ideo poſſit habere, quã à iudice, qui ſententiam retulit, & ad quẽ ſpectat etiam aliqualiter illa cognitio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra qu. 11. n. 1. & ſeq. & n. 21.* merito appellans debet accedere cum apoſtolis, dandis a iudice à quo: &, loquendo de appellatione ad Principem, ratio eſt, quia, cum appellationis commiſſio ſignetur, appellato non citato, conuenit, vt

Prin-

Digitized by Google

Princeps ex literis iudicis à quo cognoſcat qualitatem cauſæ, & rationem, quare ipſe appellationi non detulerit: ne appellatus cogatur venire ad Vrbem pro apformatione commiſſionis; & tamen de ſtylo, dum de partibus, aut à iudicibus Romanæ Curiæ non exceptis appellamus ad Auditorem Cameræ tanquam iudicem ordinarium appellationum, nunquam iudicis à quo apoſtolos deferimus, neque pro apoſtolis ad eum prius redimus, & ſimiliter, dum Signaturam adimus pro commiſſione cauſæ appellationis, nunquam ad Signaturam apoſtolos, ſeu literas iudicis à quo deferimus; neque quid iudex à quo reſponderit narramus; neque diem latæ ſententiæ exprimimus; ſed ſolum dicimus, infra legitima tempora eſſe appellatum.

70 Quarto, ſuppoſita ſententia inappellabili, & quod propterea iudex à quo poſſit exequi, non obſtante appellatione, debet adhuc iudex reſpondere de apoſtolis refutatorijs alias exequendo, nulliter procederet, quamuis appellatio eſſet manifeſte friuola, vt citato textu *in c. 1. de appell. in 6. ex Arch. retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 63. extenſ. 2.* & tamen de ſtylo, ſi iudex in cauſa inappellabili procederet ad executionem, pendente appellatione, & non datam reſponſione apoſtolorum, & appellans recurreret ad Signaturam, & Signatura agnoſceret, ſententiam eſſe inappellabilem, nullam haberet rationem de non data apoſtolorum reſponſione, & propterea neque daret commiſſionem attentatorum, ſed ſolum committeret cauſſam appellationis ſine præiudicio legitimæ executionis, ſeu ad effectum deuolutiuum tantum; quia Signatura vbi agnoſcit bonum ius, & id, quod eſt factum ſi non eſſet factum, fore vt fieret, illud non annullat, quia odit inanes circuitus.

71 Comprobatur concluſio, & dicta de ſtylo prædictæ concluſionis intelligentia, quia proceſſus factus à iudice à quo, pendente termino apoſtolorum, dicitur validus, vt tenuit Rot. quam refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 13. de attent. pend. temp. apoſt. limit. 2. ſub nu 32. tom 5. fol. 386.* dicens, quod cum eſſet appellatum ab interlocutoria, per quam iudex pronuntiauerat, ſe competentem, & datus terminus iuris, & iudex, eo pendente, proceſſerit, Domini reputarunt proceſſum pro valido, & reddit Lancellott. rationem, quia pendentia huius termini apoſtolorum non debet plus operari, quam ipſa appellatio, attento quod apoſtoli ſunt pars, & acceſſorium quoddam appellationis; vnde inquit, ſi ipſum principale, appellatio ſcilicet ab interlocutoria, non impedit proceſſum, multo minus debet acceſſorium illum impedire.

72 Ratio, quare apoſtolorum vſus, & lex de eis lata receſſerit à Palatijs eſt multiplex.

Prima, quia ſuperior certius de qualitate cauſſæ, & de rationibus admittendæ, vel non admittendæ appellationis informatur à partibus, quam à iudice, qui in eius apoſtolis poſſet vel inſcitia, vel nequitia, mendacem facere informationem. Vnde hic in Curia is, qui fauorabilem, inappellabilemque obtinuit ſententiam, habet duo remedia, ne aduerſarius à Signatura, non informata de qualitate cauſſæ, & de rationibus non admittendæ appellationis (*cum ceſſit vſus apoſtolorum*) commiſſionem appellationis obtineat: Primum remedium eſt, vt, lata ſententia, det vt vocant (*nihil tranſeat*) quia tunc aduerſarij commiſſio non ſignatur, niſi parte citata: Secundum remediū eſt, vt faciant commiſſionem reformari vtraq; parte informante; & hæc eſt certior, ac ſecurior praxis, quam praxis apoſtolorum, & vlterius moderno ſtylo introductum eſt, vt in his, quæ concernunt appellationem à decretis, & ſententijs R. P. Domini Locumtenentis Illuſtriſſimi Auditoris Cameræ, informetur etiam idem Locumtenens, & aſſiſtat Signaturæ.

73 Secunda ratio eſt, quia ſtylus Curiæ Romanæ tolerat, vt iudices delegati poſſint tenere terminum pro ſeruato ad ſententiam, & ſic ſententiæ prolationem differre per plures dies, menſes, & annos ad eorum libitum, *vt dixi q. præced. num. 8. & infra quæſt. 17. limit. 21. num. 24.* & conſequenter, cum nondum ſint certi, & reſoluti de qualitate ſententiæ proferendæ, & an contra vnam, vel contra alteram partem ſint eam laturi, non debent poſſe cogi ad reſpondendum de apoſtolis: quia cui conceditur antecedens, intelligitur conceſſum neceſſarium conſequens, ſed iudicibus conceditur, vt poſſint deliberare de ſententia, ergo conceſſum etiam intelligitur, vt poſſint deliberare de apoſtolis: quia abſurdum eſſet, vt tenerentur reſpondere de apoſtolis, antequam deliberauerint de ſententia proferenda.

Tertia ratio eſt, quia, ſtante hoc ſtylo, de quo dixi in hac præcedenti ratione, illud remedium, de quo ſcripſi ſupra ſub n. 58. verſ. ratio huius, inductum contra malitiam iudicis, nutriret malitiam appellantis, qui rediret in termino pro apoſtolis, & quia iudex nondum eſſet certus de ſententia proferenda, daret, quaſi ex neceſſitate alium terminum, ſicque iuriſdictionem amitteret, dato etiam, quod eſſet executor rei iudicatæ.

ARTICVLVS VIII.

74 Ad Octauum articulum *An pendente termino iuris, ſeu alio dato ad redeundum pro apoſtolis, poſſit impetrari iudex appellationis?*

Reſpondeo, quod non poteſt impetrari, & commiſſio ſignata non teneret, *Collector deciſionum in deciſ. 41. alias 357. fuit dubitatum, circa medium, de appell. in nou. Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. num. 37. fol. 205. Mandoſ. tract. de commiſſ. in comm. 17. appell. inhi. inſtan. in verbo. termino iuris in fi. fol. 104. & Rugmell. tract. de appell. §. 6. gloſſ. 4. ſub nu. 7. verſic. & aduertendum, folio 209.* & ſatis probatur ex *c. 6. ab eod. de appell. in 6.* Et quod pendente termino iuris, nihil omnino poſſit innouari per iudicem, neque per partem, eſt diſpoſitum per ſtatutum Vrbis, *lib. 1. c. 167. in fine*; & hæc videtur regula.

Ratio huius regulæ eſt, quia apoſtoli ſunt pars appellationis, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra art. 3. nu. 24.* & antequam appellans illos obtineat, vel habeantur pro obtentis, ſtatus appellationis pendet, ex quo ſi non reuertatur pro apoſtolis, appellatio circunducitur, & cenſetur non appellans, merito ſuper eo, quod non habet adhuc ſtatum in natura, non potuit aliquid fieri, neque iudex impetrari, *Veſtr. d. lib. 7. c. 3. ſub n. 37. fol. 205.*

75 Contra iſtam regulam oritur difficultas ex illo articulo: *an geſta pendente termino ad dandum, vel recipiendum apoſtolos, ſint nulla?* qui articulus non parum contorſit Doctores, *vt oſtendit Lancel. tract. de attent. p. 2. c. 13. de attent. pendent. temp. apoſt. petend. n. 5. fol. 385.* ad quem locum ſe remittit *eod. tract. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 1. n. 65. fol. 359.* & ideo in eo, quod ibi dicit, non eſt faciendum aliud fundamentum.

Prima enim opinio eſt, quod proceſſus valet, *vt refert Lancell. d. c. 13. num. 6. hancque tenuit Rot. deciſ. 19. alias 128. ſi iudex de appell. in nou. quæ eſt eadem cum deciſ. 37. alias 406. nota quod ſi iudex de appell. in antiq.* & late ita firmat Bellamer. *deciſ. 621. proceſſus factus per iudicem a quo eſt appellatum pendente termino num. 1. & ſeqq.* hancque eſſe opin. commun. * quod iudex à quo poſſit, pendente termino iuris, vel hominis, procedere, & proceſſus teneat, ſcribunt Boer. Gabr. & Foller. quos retuli *lib. præced. c. 3. n. 178.* & quod hanc opinionem teneat Palatium, teſtatur *Ægid. vbi ſupra*, & quod ita teneat Rota, teſtatur Vant. quem citaui *d. c. 3. nu. 178. in fine*, & hæc opinio placet Ioanni Andr. reprobata opinione contraria.

Ho-

Digitized by Google

Hoſtienſis,vt habes *in gloſ.in cap.4.vt ſupra. in verbo. ex tunc.in addit.de appell.in 6.*

Secunda opinio eſt in contrarium, quod non valet, *vt refert Lancellott.eod.cap.13.num.7.*& hanc tenuit Collector deciſionum *in d.deciſ. 19. alias 128. ſi iudex. de appell.in non. Felyn.in c.4.perſonas.nu.4.verſ.pendentib. iſtis de appell.*

Tertia opinio diſtinguit:aut iudex: à cuius ſententia eſt appellatum,proceſſit poſt ſententiam, & pendente termino ad recipiendos apoſtolos, & poſtea detulit appellationi, & proceſſus iſto caſu non valet,aut non detulit,& proceſſus valet, *vt refert Lancel.vbi ſupra n.8.* hæcque opinio deducitur ex diſtinctione, quam vacillando tradit Io.de Ling. ſed eam tamen non ſequitur,*teſte Collectore in d.deciſ.19.alias 128.in fine de appell.in non.*

Quarta opinio ſimiliter diſtinguit: aut ſumus in iudice delegato; & geſta per eum hoc tempore non valent: aut ſumus in ordinario,& valent; *Lancellot.vbi ſupra n.9.* hæcque diſtinctio latius colligitur ex dictis per Rot. *deciſ.77.alias 570.iudici delegato,de appell.in antiq.*

Quinta opinio diſtinguit etiam: aut non fuerunt petiti apoſtoli per appellantem, & tunc proceſſus iudicis à quo non eſt irritus: aut fuerunt petiti, & iudex præfixit appellati terminum ad illos recipiendum, & tunc eius proceſſus non valet, *Collector deciſionum in deciſ.41. alias 357. fuit dubitatum.de appellat. in nou.& refert Lancell.d.c.13.n.10.fol.385.*

Sexta opinio,quam etiam format Lancell.*d.c.13.n.11.* procedit ſimiliter diſtinguendo duo membra. Primum membrum eſt,quando eſt appellatum à diffinitiua,& dubitatur,an pendente hoc termino poſſit appellans impetrare iudicem appellationis, & coram ipſo impetrato procedere, & tenet, quod tam ipſa impetratio iudicis, quam proceſſus coram eo factus valeat, *Rot. dec.54. alias 734.nota quod quando. de appell.in antiq. & deciſ.41.alias 357.fuit dubitatum.ibid.nam ex quo. de appellat.in nou.* Secundum membrum eſt, quando eſt appellatum ab interlocutoria,& tunc tenet, quod valeat non ſolum impetratio iudicis, & proceſſus coram eo factus, ſed quod valeat etiam proceſſus, qui fieret coram iudice à quo, *Rot.& Lancell.* quos retuli,& ſequutus ſum *infra n.81.& qu.ſeq. n.31.verſ.contra.*

76 Quid dicendum.

Concludo ex regula,quod,pendente tempore apoſtolorum recipiendorum, omnia,quæ geruntur, ſiue à parte,ſiue à iudice à quo,ſiue à iudice ad quem, ſunt nulla, & attentata, *Lancell.vbi ſupra num.15. & ſeqq.fol.385.* & quod ſi iudex aſſignauerit terminum ad audiendum reſponſum an appellatio ſit admittẽda,vel non,vel ad apoſtolos recipiendos, ſiue terminum ad iter arripiendum, ſeu ad audiendum reſponſum ſuper receptione apoſtolorũ, quilibet iſtorum terminorum faciat, quod interim officium iudicis conquieſcat, refert & ſequitur Franch.*in cap.4.perſonas col.vlt.n.20.de appell.*& pro hac concluſione loquendo de appellatione à diffinitiua, vide *infra ſub n.91.verſ.quartus caſus.*

77 Amplia I.hanc concluſionem(dum dixi,quod pendente termino, conquieſcit officium iudicis) vt habeat locum etiam in termino, quem iudex præfixiſſet ad proſequendam appellationem,& retẽta etiam opinione quod non propter huius termini præfixionem cenſeatur detuliſſe appellationi,quia adhuc quamuis non detulerit, tamen non poteſt procedere contra appellantem, *Franch. in eodẽ cap. perſonas,num.18. verſ.ſed dubitatus primo.de appellat.*

78 Amplia II. notabiliter, vt pendente termino, ſeu dilatione aſſignata appellanti ab interlocutoria,iudex à quo non poſſit contra ipſum appellantem procedere; licet enim in appellatione ab interlocutoria iudex à quo non teneatur ſuperſedere,immo, etiam pendente appellatione, poſſit procedere in cauſſa ante inhibitoriam ſecutam, & etiam ipſe appellantem vlterius non citato, tamẽ quando iudex à quo ſtatuit terminum appellanti, etiamſi nullatenus detuliſſet appellationi,non poterit,termino pendente, procedere, *Franch.in eod.cap.perſonas. col.vlt. n.19.de appellat.*

Contra hanc ampliationem tenent Rot. & Lancell. quos retuli,& ſequutus ſum *infra limit.3.n.81.*

79 Limita I.iſtam concluſionem,vt non procedat in actu impetrationis iudicis ad quem, & in proceſſu,qui poſtea fit coram ipſo iudice impetrato, quia erunt validi, *Lancell.tract.de attent. part.2.cap.13.n.26.& 27.* & in pluribus deciſionibus Caputaq; quos retuli,& ſequutus ſum *quæſt.ſeq.n.26.verſ.ſublimita.*vbi videas,

80 Limita II. eandem concluſionem, vt non procedat, quando in aſſignatione certi termini, ad recipiendum apoſtolos, vel ad audiendum reſponſum iudex addidiſſet clauſulam (*& poſtea quandocunque*) quia tunc,elapſo termino certo aſſignato, terminus amplius non durat,quia iſta clauſula (*& poſtea quandocunque*) non facit terminũ, ſeu dilationem, & ideo, & pars, & iudex poſſunt libere procedere,*Franc.in eod.cap.4.perſonas.col.vlt.n.21. ibi,ee adde prædictis de appell.*

81 Limita III.vt non procedat,quando ſumus in appellatione ab interlocutoria, & tractatur de validitate proceſſus iudicis à quo,quia hoc caſu proceſſus factus coram iudice à quo,pendente hoc termino apoſtolorum,eſt validus, *Rot.quam refert, et ſequitur Lancell.tract. de attent. p.2.c.13.de attent.pend. temp.apoſt.nu.32.et 33.tom.5. fol. 386.* & in caſu huius limitationis ait Lancell. procedere deciſiones allegatas pro prima opinione: & hanc limitationem tenent Gemin. & Franch. quos retuli & ſequutus ſum *infra ſub n.91.verſ.prima opinio,*vbi videas.

82 Reliquas limitationes ad hanc concluſionem ponit Lancell.*d.c.13.n.32.et ſeq.fol.386.* vide eum.

Iuxta præfatam concluſionem inuenta eſt praxis; vt appellatus volens amputare appellanti protractionem litis,& expedire ipſe commiſſionem, citet appellatum ad vidẽdum ſibi reſponderi de apoſtolis,vt recẽſet Marcheſ. *tract.de commiſſ.part.1.c.26.de commiſſ. appellat.vig.c.oblatæ.n.10.fol.285.in ſecunda impreſſ.*

Verum iſta praxis quantum ad ipſum appellantem vt poſſit commiſſionem impetrare non eſt neceſſaria, cum poſſit illam impetrare,etiam pendente termino, *vt dixi ſupra n.79.* & quantum ad appellatum,vt poſſit præuenire appellantem: reſtringitur vt procedat ſolum quando cauſſa venit committenda hic in Curia, quia in Curia non habet locum.*c.57.oblata,de appell.de non præueniendo appellantem in impetratione reſcripti. teſtibus Rot.Franch.Dec.& Marcheſ. quos retuli et ſequutus ſum q.ſeq.n.46.* ſecus ſi cauſſa venit committenda extra Curiam, quia tunc appellatus non poteſt præuenire, *per ea, quæ ſcripſi dict.quæſt.ſeq.n.46.& 56.*

ARTICVLVS IX.

Ad Nonum articulum. *Quando incipiat currere terminus iuris,qui datur pro apoſtolis, hoc eſt,nunquid triginta dies,qui dicitur terminus iuris,& conceduntur appellanti ad petendos apoſtolos,vt dixi ſupra art.4.n.37.& ſeqq.& conceduntur etiam iudici à quo ad reſpondendum de apoſtolis, vt dixi ſupra num.42.art.5. incipiant currere tam reſpectu partis, quam reſpectu iudicis à die interpoſitæ appellationis, vel à die ſententiæ?*

Reſpondeo, quod incipiunt currere à die interpoſitæ appellationis,*ſecundum.Hoſt.in cap.1.de appellat.in 6.Rot. deciſ.5.alias 29.fuit dubitatum.de appellat.in nou.Luc.Pet. in pract. Capitol. lib. 5.cap.3.ſub numer.1.Mandoſ. tract.de com-*

commiſſ.in commiſſ.17. appell.in prima inſtan. in verbo termino iuris, fol.104. dicens, quod hac opinione vtimur, & Lançell.tract.de attent.p.2.c.13. de attent.pend.temp. apoſtol.petend.nu.2.& 3.fol.385. & de iſta obſeruantia teſtatur etiam Rota d.deciſ.5.in fine, quam refert etiam Franc. in c.6.ab eo, num.5. verſ.ſi vero quæritur.de appell. in 6. & quod fatalia incipiant currere à die appellationis, ſcribit Luc.Pæt.in pract.Cap.lib.5.c.1.num.5. & hæc eſt communis* concluſio.

Contra iſtam concluſionem: quod enim incipiant currere à die ſententiæ, diſponit text. in l.24.iudicibus, C. de appell. & tenent Gloſſ. in l.vnica, in verbo.intra tempus, ff.de libell.dimiſſ. & in c.6.ab eo qui appell.in verbo triginta dies, de appell.in 6. Io.Ferrar. tract. de appell. lib.2.c.6. ſub n.143.& 145.fol.69.& videtur communis opinio* de qua teſtantur, & ſequuntur Guid.Pap. tract.de appell.qu.27. num.27.fol.58.& Mynſing.in ſing.obſeru.cent.4.obſeru.36. quando aliquis.

Alij, nempe Ioan.de Lign.quem referunt Rot. d.deciſ. 5.num.2 de appell.in nou. & Franch.in c.6.ab eo, ſub nu.4. verſus finem, de appell.in 6. diſtinguit, vt ſi appellans habuerit notitiam ſententiæ latæ currat ſibi terminus à die latæ ſententiæ, ſi vero non habuerit notitiam, currant à die ſcientiæ, quo poterat appellare, hancque diſtinctionem Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo, et quandoque appellatur, ſub num.220.fol.489. teſtatur, teneri magis communiter,* & eſſe æquam, quia alias, ſi tempus petendi apoſtolos curreret ſimpliciter à die latę ſententię, poſſet ob ignoratam ſententiam tranſire totum tempus petendi apoſtolos, hancque diſtinctionem videtur ſentire Gloſſ. in d.c.ab eo qui appell.in verbo.30.dies, de appell. in 6. dum ſcribit, hos 30. dies currere a die ſententiæ quando appellatum eſt infra decem dies, alias, inquit, ſi poneremus, appellatum eſſe poſt triginta dies, impoſſibile foret computari tempora à die ſententiæ; verum iſta diſtinctio ceſſat, ſi teneamus illam opinionem, quod incipiant à die interpoſitæ appellationis, quia tunc neceſſario excluditur ignorantia.

Aliam diſtinctionem referunt Io.Ferrat. & Guid.Pap. ſupra citati, quam poteris videre.

84 Ego excogitaui vnam diſtinctionem non minus veram, quam facilem; & eſt iſta; Aut loquimur de iudice, qui tenetur dare apoſtolos infra triginta dies, vt dixi ſupra art.4.num.39. verſ confirmatur, & concludo, quod indiſtinctè debet eos dare infra triginta dies à die ſententiæ, textus eſt clarus in d.l.24.iudicib. C.de appell. quare iudex poſtquam tulerit ſententiam debet ſeparare, vt infra triginta dies à die latæ ſententiæ poſſit dare apoſtolos, quia in eo non poteſt conſiderari illa diſtinctio, an ſciuerit vel ignorauerit, quia cum ipſe ferat ſententiam, habet indubitatam ſcientiam: Aut loquimur in appellante: & concludo in eo poſſe adaptari controuerſiam, & opiniones relatas; nam textus in d.l.iudicibus, aperte diſponens, numerandos eſſe à die ſententiæ, aperte loquitur in iudice, & non in appellante, & in iſta controuerſia ego rurſus diſtinguerem: Vel pars fuit citata perſonaliter; & dicerem idem, quod dixi in iudice: Vel non fuit citata perſonaliter; & dicerem quod currunt à die ſcientiæ, & indubitate à die appellationis, quæ probat ſcientiam.

Et hæc procedunt de iure.

Praxis tamen, & communis obſeruantia ſeruat opinionem Hoſtienſis, quam adduxi primo loco, vt tam iudici, quam parti incipiant currere a die interpoſitæ appellationis, vt teſtatur deciſionum Collector, quem refert etiam Franch. in c.6.ab eo ſub num.5.ver.ſi vero quæritur, de appell.in 6. & in foro Capitolino ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis, lib.1.c.167. quinque illi dies, qui dantur ad redeundum pro apoſtolis, incipiunt currere a die appellationis,

85 Declara I. iſtam concluſionem, vt dies, quã eſt interpoſita appellatio non computetur in termino triginta dierum, ſeu quinque dierum ad vſum Capitolinum, Luc. Pat. in pract.Cap.lib.5.c.4.n.1.

86 Declara II. vt ſi quis ſtatim lata ſententia appellauerit viua voce reſeruando ſibi facultatem appellandi in ſcriptis, & deinde iterum appellet in ſcriptis infra legitima tempora, tunc fatalia incipient currere non a die primæ appellationis, ſed a die ſecundæ, vt refert & ſequitur Luc. Pat.in pract.Cap. lib.5.c.1.n.8.& 9.

Reſtringe iſtam declarationem, vt non procedat quãdo iudex eo tempore, quo fuit appellatum viua voce, præfixit appellanti certum terminum ad redeundum pro apoſtolis, quia tunc, niſi redeat pro apoſtolis, infra illum terminum præfixum, appellatio efficitur deſerta, quamuis non eſſent lapſa tempora ad appellandum in ſcriptis, Luc.Pat. d.c.1.n.10.

ARTICVLVS X.

Ad Decimum articulum. An iudex dando apoſtolos dimiſſorios, poſſit appellanti pręfigere terminum ad ſe pręſentandum cum apoſtolis coram iudice appellationis?

87 Reſpondeo quod poteſt, vt refert, & ſequitur Contar. in l.vnica, limit.13.ſub num.20.C.ſi de momen.poſſ. Quare ſi dum iudex dat apoſtolos dimiſſorios præfigat appellanti terminum ad ſe præſentandum vna cum apoſtolis coram iudice ad quem, tunc debet appellans ſe infra terminum ſibi aſſignatum præſentare alias ſi terminus ſibi aſſignatus ſit competens, quia habeat congruum ſpatium, & appellans intra illum terminum non ſe præſentauerit coram iudice ad quem, appellatio efficitur deſerta; ſecus eſt ſi terminus aſſignatus ſit indiſcretus ſine congruo ſpatio, quia appellatio non efficeretur deſerta, Franch.in c.4.perſonas, ſub num.3. verſ.tertio poteſt. de appell. nam quod iudex à quo poſſit appellanti præfigere terminum ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, ſcribunt Franch.d.c.4.perſonas, ſub num.3.verſ.ſecundo ad præſentandum, & d.verſ.tertio, & ſub num.5. verſ.circa ſecundum ibi.ſed in ſecundo termino. Rebuff.tract.de appell.in præfat.num.51.fol.479.tom.3.& retuli & ſequutus ſum infra quæſt.15.art.2.ſub num.15.verſ.nota primo, & quod iudex poſſit præfigere appellanti certum tempus ad introducendum eius appellationem coram iudice ad quem, ita, quod ſi eam intra tempus præfixum non introduxerit, appellatio efficiatur deſerta, neque poſſit iudex terminum hunc a ſe præfixum prorogare, durante termino, ſcribit Guid.Pap. tract.de appell. quæſt.39. ſub numer.34. tom.5 fol.59. & quod non poſſit hunc terminum prorogare, licet poſſit eum præfigere, refert, & ſequitur ex eo Lancel. tract.de attent. p.2.c.12. limit.13.princ.nu.6. eod. tom.5.fol.368.

88 Contra iſtam communem concluſionem de termino ad ſe præſentandum coram iudice appellationis vigot conſuetudo, de qua teſtatur Rebuff. loco ſupra proxime citato. dicens, quod pręfata præfixio termini non eſt conſueta in Curijs ſecularibus.

Retenta concluſione.

89 Declara obiter eam quoad terminum, qui præfigeretur appellanti ad ſe præſentandum coram Domino noſtro Papa, ad quem eſſet appellatum extra Curiam, quia ſufficit comparere coram Auditore deputato ſuper impetratione litterarum, ſicut eſt Auditor contradictarum qui habet iuriſdictionem ordinariam, & facit idem auditorium, ſeu conſiſtorium Papa, Feder.de Sen. conſil.108. punctus num.1. in fine, & num.2.quem referunt, & ſequuntur Felyn. in cap.4.perſonas, num.2.in fine, & numer.3. & Franch.num.7.verſ.vltimo quando, de appell. licet Franch. non loquatur in Auditore contradictarum, ſed in Audito-

Digitized by Google

tore generali cauſſarum,qui eſt in Curia.

Intelige I.hanc declarationem, vt hodie,remota omni controuerſia,procedat in Auditore Cameræ, qui ex eius facultatibus poteſt tanquam iudex deputatus à Papa cognoſcere,& decidere cauſſas appellationum interpoſitarum ad Papam, *vt dixi ſupra quæſt.8. nu.112.& in alijs n. ibidem citatis*.

Nec obſtat deciſio Rotæ, quam nos vitauimus *eadem quæſt.8.ſub n.125.verſ.contra hanc.*quamque refert & ſequitur Felin.*d.cap.4.perſonas. ſub n.3.verſ. limita* dicens, quod Auditor Cameræ non poteſt ſe intromittere de appellationibus interpoſitis ad Sedem Apoſtolicam,quia ſolent tractari,& committi in Palatio Apoſtolico per D. Vicecancellarium.

Quia reſpondeo,quod Rot. & Felyn.qui eam ſequitur loquuntur eo tempore, quo auditor Cameræ non habebat ita facultates, quibus venit reijcienda illa deciſio, *vt ſcripſi dicta q.8.ſub n.125.verſ.non diſcedas*.

90 Reſtringe eandem declarationem,& intelligentiam, vt non procedat, quando Auditor Cameræ non poſſet procedere in illa cauſa ſine ſpeciali commiſſione, quia tunc non ſatis eſt, ſe præſentare coram Auditore Cameræ, *Franch.in d.c.perſonas,nu.7.in fine,& Felyn.nu.3.verſ. limita,de appellat.* Vnde is qui debet ſe præſentare conſpectui Apoſtolico non ſufficit ſe præſentare coram Cathedra Papali,ſed debet ſe præſentare coram præſentia ipſius Papæ, quam habere non valens debet proteſtari, *Franch.in eod.c.perſonas,n.8.& Felyn.ſub d.n.3.*

ARTICVLVS XI.

91 Ad vndecimum articulum.*An diſpoſita de apoſtolis habeant etiam locum in appellatione ab interlocutoria.*

Reſpondeo,conſiderando quinque caſus.

Primus caſus eſt:*An appellans ab interlocutoria debeat petere apoſtolos*: & concludo indiſtinctè:petendos eſſe, *vt ex Gem & Franch.retuli, & ſequutus ſum ſupra num.31. verſ.extende quarto*. vbi quod ſunt petendi etiam in appellatione extraiudiciali, & probatur ad litteram *ex c.1. de appell.in 6.* & hoc de iure canonico procedit etiam ea ratione,quod de iure canonico poteſt appellari ab interlocutoria, *vt retuli,& ſequutus ſum infra quæſt. 17.limit. 47.memb.1.n.73.*

Hocque procedit etiam attento iure ciuili, quia & ſi de iure ciuili ſit prohibita appellatio à mera interlocutoria, *vt retuli,& ſequutus ſum infra d.quæſt.17. limit.47. memb.1.numer.1.& ſeqq.*& ideo iudex poſſit, ſpreta appellatione procedere ad vlteriora, *vt ſcripſi ead.limit.47. memb.1.numer.28.* tamen is, qui appellat, tenetur petere apoſtolos, alias appellatio eſſet nulla, quia apoſtoli ſunt indiſtinctè pars appellationis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n.24.*

Secundus caſus eſt:*An in petitione,& traditione apoſtolorum ab interlocutoria ſint ſeruanda eadem tempora quæ ſeruantur in apoſtolicis diffinitiua*: Et dico quod ſic, quia non reperio, quod iura faciant aliquam differentiam, & in ſpecie quod iudex teneatur reſpondere, & tradere apoſtolos petitos, etiam quando eſt appellatum ab interlocutoria, diſponit ad literam textus in *capit.1. de appellat.in 6.*licet enim iudex poſſit prætendere,appellationem eſſe iniuſtam, & ideò illam reijciat, tamen tenetur tradere apoſtolos petitos,*vt retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub numer.42. verſ. reſpondeo.* dummodo enim appellatio ſit valida, quia non peccet in forma, & ideo dummodo non ſit ipſo iure nulla,tenetur iudex exhibere apoſtolos, *vt declarat.Gemin.in d.cap.1.§.quod ſi appellator, verſus finem,ſub n.7.de appell.in 6.et ex Arch retuli, et ſequutus ſum ſupra numer.63.* ſecus autem ſi appellatio eſſet ipſo iure nulla,*vt retuli, et ſequutus ſum ſupra ſub numer. 46.verſ.ſubdeclara ſecundo.* vbi videas.

Tertius caſus eſt:an interpoſita appellatione ab interlocutoria,& non petitis apoſtolis, poſſit iudex à quo pẽdẽte appellatione,& termino ad petendũ apoſtolos,procedere:& concludo abſque difficultate, quod poteſt, *per ea quæ dixi infra q.17.limit.47.memb.1.n.28.*

Quartus caſus eſt:*An interpoſita appellatione ab interlocutoria, et petitis apoſtolis, poſſit iudex ante traditionem apoſtolorum procedere in cauſſa?* Et iſte caſu ſunt duæ opiniones.

Prima opinio eſt quod iudex poſſit procedere, & in hoc differt appellatio à diffinitiua ab appellatione ab interlocutoria,quod,pendente appellatione à diffinitiua, proceſſus, quem facere iudex à quo, eſt ipſo iure nullus, & retractatur per viam attentati ex hoc ſolo, quod fuit proceſſum pendente appellatione, & termino ad petendos apoſtolos, ſed nullitas proceſſus quem faceret iudex à quo, pendente appellatione ab interlocutoria etiam cum petitione apoſtolorum, pendente à futuro euentu, quia,ſi appellans obtinebit in cauſſa appellationis ab ipſa interlocutoria, retractabitur proceſſus, alias non, Franch. *in cap.4.vt ſuper, ſub n.4 ibi. ſi vero appellatur ab interlocutoria. & latius ante eum Gemin. ſub num.8. verſ. glo.ſuper verbo ex tunc.& num.9 verſ.ſed quæritur de appell.in 6* & pro hac opinione vide omnino ſupra *ſub nu. 75.verſ.prima enim. & verſic. ſexta opinio.in fine,& n.81. verſ.limita tertio.*

Secunda opinio eſt in contrarium, quo iudex non poſſit in aliquo procedere antequam ſint exhibiti apoſtoli, & procedendo ſit irritus proceſſus; & hanc opinionem tenuit Hoſt. *in c.1.de appellat.in 6.* & pro hac opin. vide quæ ſcripſi *ſupra n.75. verſ.ſecunda opinio*.

Non diſcedas à prima opinione.

Imò amplia eam, vt iudex poſſit procedere non ſolum pendende petitione apoſtolorum, & termino iuris, ſed etiam pendente termino aſſignato à iudice ad redeundum pro apoſtolis;& in his terminis loquuntur Gem. & Franch.*in locis ſupra proximè citatis*.

Quintus caſu eſt: quando iudex à quo expreſſe denegat dare apoſtolos, vel in termino iuris illos non exhibet, & poſtea procedit: & iſto caſu concludo,quod proceſſus,quem facit,eſt ipſo iure nullus,& hoc probatur ex textu *in c.4. vt ſuper. & ibi. Gl.in verbo.ex tunc.& in c.6. ab eo.de appell.in 6. & ſcribit apertè Franch. in dict.c.4.vt ſuper.n.5.verſ.ſed ipſa expreſſa de appell.in 6.*

Aduerte tamen tu ex Regno Neap. quod in Regno tempus proſequendæ appellationis, & ſic tempus etiam apoſtolorum non habet locum in appellatione ab interlocutoria,ſed ſolum in appellatione à diffinitiua, *vt retuli,& ſequutus ſum infra n.97.*

ARTICVLVS XII.

92 Ad duodecimum articulum: *Qualis ſit terminus iuris, intra quem apoſtoli debent peti, & concedi in Regno Neap. et in foro Capitolino.*

Reſpondeo,quod in Regno Neap.ex conſtitut.appellationum tempora.*rubr.45.lib.2. & tit.198.* non dantur illi triginta dies, de quibus ſcripſi *ſupra art.4. & 5.* ſed dantur ſimpliciter quinquaginta dies ad proſequendum coram iudice appellationis, quare ſufficit, quod appellans petierit apoſtolos quandocunq; poſt ſententiam, dummodo eos præſentet iudici appellationis vna cum proceſſu ante lapſum quinquaginta dierum, *vt ſcribunt Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo,& quandoq; appellatur,n.221,& 222.fol.489.& n.243.verſ.vltimo quæ. fol.495.Carauit.ſuper ritu 260.in princ.et per totum, quem citant etiam Mandoſ. tract. de cõmiſſ.in 17.cõmiſſ. appell.in prima inſtan.in verbo.termino iuris.fol.103. et Lãcel.tract.*

de ap-

Digitized by Google

de attent.p.3 c.13.in præfat.ſub nu.53.fol.347. & hi quinquaginta dies incipiunt non à die ſententiæ,ſed à die appellationis, *Maran.d.n.222.*

Et praxis in Regno eſt, vt appellans debeat iſta omnia expedire infra quinquaginta dies, videlicet, præſentare appellationem, proceſſum & apoſtolos iudici ad quem, & habere congruum reſponſum à iudice appellationis,& licentiatus recedere, *Maran.in d.verbo,& quandoque appellatur,num.222.fol.491.& num.417.verſ.collige ergo,fol.517.et apertius Carauit.d.ritu.260.n.9.in 2.not.* qui recenſet,quid ſeruetur de licentia,habenda à iudice appellationis.

93 Declara I.iſtam praxim; vt iudex poſſit quidem breuiare, ſed non elongare hunc terminum quinquaginta dierum, *Maran. in ſuo ſpec. part.6.act.2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, ſub num.412. verſ. tertius caſus eſt,fol.516.*

Contra iſtam declarationem ſcribit Carauit.*ſuper ritu 251.ſub num.4.*

94 Declara II.vt,lapſis 50.diebus,& non præſentato proceſſu,*vt dixi ſupra*,appellatio dicatur deſerta,*Maran.in d.verbo,& quandoque appellatur,nu.411. verſ.ſecundus caſus,fol.516.& Carauit.ſuper ritu 260.n.1.*

95 Extende I. iſtam declarationem, vt procedat etiam in caſu,quo iudex ad quem breuiaſſet præfatum terminum, quia ſi appellans non præſentauerit proceſſum, aliaque neceſſaria non fecerit infra terminum breuiatum, appellatio efficitur deſerta, *Carauit.rit.251.ſub n.5.& 6.*

96 Extende II. vt appellatio efficiatur deſerta ipſo iure, & ſententia tranſeat in rem iudicatam in tantum, quod partes iudicis conſiſtunt ſolum in declarando, appellationem eſſe deſertam, *Carauit.ſuper ritu 260. ſub nu.2.*& licet hæc extenſio moderetur de ſtylo ſacrij Regij Conſilij Neap. vbi admittitur præſentatio proceſſus etiam poſt lapſos quinquaginta dies, & cognoſcitur cauſſa ex iiſdem actis, dummodo appellatio non ſit pronuntiata deſerta,tamen iſte ſtylus,quia eſt contra ius commune, non poteſt ſeruari in alijs Curijs,quæ ſunt inferiores, *Carauit. d.ritu 260.n.6. & ſeqq.*

97 Reſtringe eandem praxim, vt procedat ſolum in appellatione à diffinitiua, quia dicta conſtitutio regia loquitur præciſe de appellatione à diffinitiua; quare non habet locum in appellatione ab interlocutoria,quia in ea ſtamus diſpoſitioni iuris communis, *vt declarat Maran. in ſuo ſpec.p.6.actu in princ.in verbo, & quandoque appellatur, n.243.fol 495.* niſi iſta interlocutoria haberet vim diffinitiuæ, *Maran.eod.n.243.in fine.*

98 In foro Capitolino ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis *lib.1.c.167.*terminus iuris non ſunt triginta dies,ſed ſunt quinque, & in hoc ſtatutum ſequutum eſt diſpoſitionem *c.24.ab eo à quo.2.q.6.* quare appellans,monitus à iudice ad terminum iuris, debet redire quinta die à die appellationis; Vide Luc.Pæt. *in pract.Cap.lib.5.c.4.num.1.*& hæc quinta dies datur non ſolum ad redeundum pro apoſtolis, ſed ad præſentandam appellationem coram Capitaneo appellationum in actis notarij, vt diſponitur in ſtatutis Vrbis *lib.1.cap.168.* & diſputando in terminis antiquorum ſtatutorum reſoluit Luc.Pæt. *in pract.Capit. lib.5.c.3.num.3 & ſeqq.& num.8.verſ.ex his.ibi. quicquid tamen,& num.ſeqq.* Verum tamen eſt,quod in iſta præſentatione appellationis nulla requiritur ſolemnitas, & ideò ſufficit,quod detur inſtrumentum appellationis notario cauſſæ,qui illius præſentationem notabit in actis, nec requiritur decretum iudicis,*Luc.Pæt. d.c.4.ſub n.1.*& quod ſufficiat in quacunque parte quintæ diei apoſtolos petijſſe,& ſic non teneatur appellans expectare vltimum momentum, & quod, iudice ſemel requiſito in d. quinta die, ſiue apoſtolos dederit, ſiue non, appellatio poſſit repræſentari, quia ſufficit, apoſtolos fuiſſe petitos, ſcribit Luc.Pæt. *in pract.Capit. lib.5.c.3. num.9.*

99 Illud quoque obiter aduertimus, quod, ſi tempore præſentandæ appellationis vacaret officium Capitaneatus, poſſet ex diſpoſitione ſtatutorum antiquorum præſentari Conſeruatoribus, *Luc. Pæt. d.libro 5. capit.4. numer. 3.& 4.*

ARTICVLVS XIII.

100 Ad Decimumtertium articulum. *An iudex,non deferens appellationi in caſu, quo debet deferre, et non tradens apoſtolos, puniatur, et qua pœna.*

Circa primum reſpondeo,quod iudex à quo, non deferendo iuſtæ appellationi,punitur, *Spec. tit.de appell. §. nunc dicamus,nu.1.lib.2.fol.193. Franch.in c.53.paſtoralis, ſub n.5.verſ.quinto operatur.et in c.59.vt debitus,num.42. verſ.in gloſſ.in verbo ex rationabili,& ſub n.43. verſ. in eadem,& clarius in c.31.de priore.in princ.de appell. & Contar.in l.vnica,limit.27.n.8.C.ſi de momen.poſſ.*

Et hoc procedit etiam, quando non vult dare apoſtolos,quia iudex requiſitus tenetur præciſe dare apoſtolos, alias non dando illos,proceſſus non ſolum eſt nullus, ſeu venit annullandus iuxta diſtinctionem, quam adduxi *ſupra num.91.* ſed vlterius iudex venit puniendus, vt *ſentit Gemin.in c.4.vt ſuper.num. 5.verſ.quæro an non tradens.de appell.in 6.* quare non ſufficit deferre appellationi,ſed requiritur etiam traditio apoſtolorum, & vtrumque ſub pœna.

Circa ſecundum; qua pœna puniatur; reſpondeo diſtinguendo inter ius ciuile,& ius canonicum:nam de iure ciuili punitur non ſolum iudex, ſed punitur etiam eius officialis,ſi ei non contradixerit, & punitur triginta põdo auri, *l.21.quoniam iudices,C.de appell.Spec. tit.de app. §.nunc dicamus,num.1. lib.fol.193.* Sed Franch. *in c.31.de priore ſub num.3. verſ.in gloſſ.fin. de appell. Maran. in ſuo ſpec. p.6.actu.2.princip.in verbo,& quandoque appellatur, num.210.fol.487.& num.399.in 6.quæſt. princ.fol.514.* & Lancell. *tract.de attent.cap.vlt.de pœn.attentat. num.250. & 251.fol.465.* vlterius diſtinguendo,ſcribunt hanc pœnam habere locum in cauſſa ciuili, ſed ſi cauſſa eſt criminalis,tunc ſecundum eoſdem Franch. & Maran. punitur pœna arbitraria,Bal.tamen *in l.addictos,n.1.poſt medium, verſ.ſed ſi eſſet appellatum,C.de epiſc.audien.* ſcribit, quod iudex, qui poſt interpoſitam appellationem, exequitur ſentẽtiam capitalem,punitur etiam ipſe capitaliter,quia paria ſunt occidere innocentem,& occidere eum,qui fugit ad iuſtam iuris defenſionem, *Lancell. d.c.vlt.nu 242. & 243.fol.405.* ſcribit quod in criminalibus in certis caſibus grauibus eſt introducta pœna deportationis, nam iudex,qui poſt appellationem procedit,tenetur pęna legis Iuliæ de vi publ. *Guid.Pap.tract.de appell.q.2.num.15. fol.58.& q.120.num.89.& 94.fol.61.Lancell.vbi ſupra,& Rebuff. tract.de ſent.execut in præfat.nu.22.tom.1.fol.307.* & quod iudex, qui in criminalibus appellationem non admittit, teneatur pœna *d. l.Iulia, de vi publ.* & ſic condemnatus ſit infamis,refert & ſequitur Farinac. *in qq.crimin.lib.3.q.101.ampl 3.n.5.*

101 De iure canonico, ſi cauſſa eſt ciuilis, punitur pęna arbitraria, *Franch.in c.31.de priore,num.3.verſ.in gloſſ.fin. de appell.& Maran.vbi ſupra.* Si eſt criminalis, deponitur,Franch.& Maran. *locis citatis, Boer.deciſ.153.certum eſt enim,num.4.Lancell. d.cap.vltim.num.243. fol.465.* & ex his apparet communis* concluſio, quod iudex non admittens appellationem punitur tam de iure ciuili,quã de iure canonico, & quod non deferens appellationi interpoſitæ ad Papam, mittatur cum litteris ordinarij ad Curiam puniendus,diſponit text *in d.c.31.de priore,*quia debet ei deferre ob reuerentiam ſuperioris, ne dum vbi certum eſt, appellationem ipſam fore probabilem, ſed

etiam

Digitized by Google

etiam vbi dubitatur, an ſit probabilis, vt ſcribit Contar. *in l. vnica, quæſt. 19. n. 3. verſ. item punitur. C. ſi de momen. poſſ.*

102 Declara I. iſtam concluſionem, vt iſta pena depoſitionis, quæ imponitur à iure canonico, habeat locum contra clericos, alioſque religioſos non admittentes appellationem, *c. 11. decreto. 2. q. 6. & Gloſſ. vltima in cap. 31. de priore. de appell.*

Ratio huius declarationis eſt, quia clerici alijque religioſi non proferunt ſententias ſanguinarias, ideo ſufficienter prouiſum eſt per depoſitionem.

103 Declara II. vt prædictæ pœnæ habeant locum, quando iudex non ſolum denegat appellationem, ſed etiam procedit ad vlteriora in exequutione, ſecus eſt quando non procedit ad vlteriora, quia iſto caſu imponerentur pęnæ mitiores, & ratio eſt, quia qui procedit vlterius, lædit grauius partem, *Lancell. tract. de attent. c. vltimo, de pœn. attent. n. 244. & ſeqq. fol. 465.*

104 Declara III. vt iſtæ pœnæ in cauſſis ciuilibus, quando exequutio eſt retractabilis, non ſeruentur in praxi, quia ſolum reuocantur attentata contra partem attentantem, quia factum iudicis cenſetur factum partis, & ita vidi ſæpe ſeruari, nunquam punito iudice.

105 Subdeclara I. iſtam declarationem, vt ſi iudex attentaret, & procederet ex ſe ſine partis inſtantiæ, tunc deberet in primis condemnari ad intereſſe & damna partis; ſecundo deberet priuari officio tanquam nimis imperitus; nam iudex poteſt ex officio reuocare attentata ſine partis inſtantia, ſed non debet ea committere.

106 Subdeclara II. vt ſi vltra appellationem interceſſerit etiam inhibitio iudicis ad quem, tunc debeat condemnari in pęnis contentis in inhibitione, in qua iudices ſolent comminari varias pęnas, *Lancell. tract. de attent. cap. vlt. n. 253. & ſeqq. fol. 465.* quamuis cauſſa ſit ciuilis, vel ſaltē debet puniri aliqualiter arbitrio iudicis, ſed hic Romæ ſolet vexari potius aduerſarius, quia principalis ſolet facere inſtantiam contra aduerſarium, & iudicibus non ſolet intimari inhibitio.

107 Declara IV. vt ſi iudex à quo non admiſſa appellatione in cauſſa capitali, proceſſerit ad exequutionem, cum tamen appellatio eſſet admittenda, debet etiam ipſe eadem pęna capitali puniri, *Ang. Aret. in l. 6. non tantum. n. 3. ff. de appell. & relat. & Boer. deciſ. 153. certum eſt enim. n. 5. verſ. tamen.* Quare in Francia tres latrunculatores, quos Præpoſitos Mareſcallorum vocant, fuerunt capite truncati, eo, quod, non obſtante exceptione fori oppoſita à reo, & poſt appellationem ad Senatum emiſſam, exſequutionem fecerant, & Iordanus de Lisle, qui neptem Papæ deſponſauerat, ſuſpendio vitam Pariſijs finiuit eo, quod ſuſpendi fecerat Siguinum, & Renatum Valete, cum appellaſſent ad Senatum, & appellationi noluiſſent renuntiare, vt recenſet Rebuff. *tract. de ſent. exſecut. in pręfat. ſub n. 24. tom. 1. fol. 307.* Verum hoc exemplum, relatum à Rebuff. non procederet forſan, quando illi appellantes meruiſſent illam pęnam, quia tunc iudex, quia non admiſiſſet appellationem, poſſet condemnari in aliqua pęna pecuniaria, vt ſeruatum fuiſſe contra quatuor iudices refert Boer. 1. *deciſ. 52. certum eſt n. 15.*

108 Extende I. hanc declarationem vt non ſolum teneatur ipſe iudex, qui commiſit huiuſmodi exſequutionem, ſed teneantur etiam eius ſubditi, commiſſarij, & ſeruientes ita, vt iuſſus iudicis non excuſet teſte Manſuer. quem refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innouat. appell. pend. ampl. 4. princ. n. 11. verſ. quarto amplia, fol. 352.*

Ratio huius extenſionis poteſt eſſe, quia per appellationem ablata eſt iuriſdictio iudicis à quo, vt *ſcribit Bald. in l. 7. addictos. ſub n. 2. verſ. item adde. C. de epiſc. aud.* & ſic iudex à quo poſt interpoſitam appellationem efficitur incompetens, ex quo negotium deuoluitur ad ſuperiorem; vnde ei tanquam non iudici non eſt parēdum, *Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. et innouat. appellat. pend. ampl. 20. princ. n. 2 fol. 357.*

Contra iſtam extenſionem, facit; quia auctoritas ſuperioris excuſat, *Crauet. conſ. 6. plura videnda. ſub n. 95. verſ. non obſtat.* Quare Mitridates Attilium, qui ei inſidias ſtruxerat, ſupplicio affecit, & ſeruos eius impunitos eſſe voluit ob parendi neceſſitatem, *vt recenſet Gail. in pract. obſeruat. de pac. publ. lib. 1. c. 4. ſub n. 14.*

Facit etiam, quia actus tribuitur ordinanti, & non exequenti, teſtibus ijs, quos retuli & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. 10. n. 3. et 4. verſ. ratio.*

Huic oppoſitioni patet ſolutio ex allegatis ſupra in ratione extenſionis; non dicitur ſuperior ſtante appellatione, & ſic ceſsat argumentum.

109 Extende II. eandem declarationem, vt in Regno Frāciæ procedat, etiamſi ſubeſſet iuſta cauſſa non recipiendi appellationem, quia adhuc iudex debet expectare, quod iudex ad quem hoc pronuntiet, & remittat exequutionē faciendam, *Boer. d. deciſ. 153. n. 6.* nam in Francia omni appellationi eſt deferendum ob ſuperioris reuerentiam, ſiue cauſſa ſit ciuili, ſiue criminalis, *Rebuff. tract. de ſenten. execut. in pręfat. num. 23. et 24 tom. 1. fol. 307.* & adde quæ ſcripſi *infra quęſt. 17. limit. 47. memb. 3. ſub nu. 26. et limit. 48. ſub n. 47. verſ. imo.*

110 Reſtringe iſtam extenſionem vt non procedat duobus caſibus. Primum eſt, quando periculum eſſet in mora. Secundum eſt, quando iudex eſt talis, à quo non poteſt appellari; quia quolibet iſtorum caſuum poteſt procedi ad executionem etiam in Regno Franciæ, *Boer. d. deciſ. 153. n. 6. et 7.* Tertius caſus erat in delinquente capto in ipſo maleficio. Quartus erat in ſpontè confeſſio; ſed hodie etiam in iſtis recipitur appellatio, vt ſcribit Rebuff. *ſub d. n. 24.* & quod iudex poſſit procedere in adducto primo caſu ad executionem, quando periculum eſt in mora, ſcribit Boer. *d. deciſ. 153. ſub n. 5.* quem refert, & ſequitur Lancellot. *tract. de attent. p. 2. c. 12. ampliat. 4. princ. n. 16. verſ. ſecundo, fol. 352. et limit. 6. princ. n. 24. fol. 364. et latius limit. 43. fol. 376.* & adde, quæ ſcripſi *infra quęſt. 17. limit. 38. n. 1. et ſeqq. et limit. 48. n. 36. et 37.*

111 Aduerte declarando iſtam reſtrictionem, quod licet iudex à quo quando imminet periculum moræ, poſſit procedere ad executionem, tamen debet poſtea ſuperiori ſcribere cauſam, quare appellationem non receperit, & ſi illa cauſa eſt legitima non punietur, ſi autem non reperiatur legitima, & debuiſſet appellationi deferre, tunc tenetur *Boer. d. deciſ. 153. certum eſt, ſub n. 5. verſ. tamen vult.* & adde quæ ſcripſi *infra q. 19. rem. 2. concl. 4. n. 82 et 83.* & ideò aduertat iudex, quod caſus ſit clarus, ne alias ponat ſe in aliquo magno periculo.

112 Declara V. vt omnes pœnæ eſſent, quando iudex non admiſit appellationem, quæ non debebat admitti, quia tunc potuit impune procedere ad vlteriora, *Franch. in c. 31. de priore in princip. verſ. nota à contrario ſenſu, de appel.* quod intellige, donec ei fuerit inhibitum, ſed quandoque etiam ſi fuerit ei inhibitum, vt in caſu confeſſi, & conuicti, de quo ſcripſi *infra quæſt. 17. limit. 4. num. 13. et limit. 48. num. 25.*

113 Extende I. hanc declartionem, vt non ſolum ceſſent pœnę, ſed iudex, qui admitteret appellationem iniuſtam, ſeu friuolam, peccaret, *vt ſcripſi infra q. 17. limit. 4. nu. 3. et limit. 36.*

Extende II. vt procedat etiam quando probabiliter dubitari poſſet, an appellatio ſit admittenda, quia ratione probabilis dubij excuſatur, *Franch. in cap 59. vt debitus, ſub n. 42. verſ. in gloſ. in verb. ex rationabilis de appell. et Contar. in l. vnica, quæſt. 19. n. 5. verſ. limita niſi. C. ſi de momen. poſſ.*

P Decla-

Declara VI. vt ceſſent pœnæ, quando iudex non admittendo vſus eſt clauſula (*niſi ſi & quatenus,*) quia tunc non habetur pro reiecta ſimpliciter, vide *infra q.17.limit. 6.memb.7.n.100.*

Declara VII. vt hodie dictæ pœnæ non ſint in vſu, tum quia in reſcriptis apponitur clauſula (*appellatione remota*) tum quia non dantur commiſſiones contra iudices, *Contr. in l. vnica, q.19.num.10.& 11.verſ. cæterum. C. ſi de mom. poſſ.*

Hæc declaratio eſt nimis vaga, ideo tempera eam ex his, quę ſcripſi *infra q.17.limit.6.memb.9.n.78.*

ARTICVLVS XIV.

114 Ad decimumquartum articulum, *Cuius expenſis debeant mitti, ſeu dari apoſtoli?*

Reſpondeo, dandos eſſe expenſis petentis, *Bal. in aut. hodie. §. apoſtolos. nu.13. verſ. quęri conſueuit. C. de appell.* & quod Doct. teneant, eſſe tradēdos expenſis appellantis ſcribit Gemin. *in c.1.n.13.verſ. ſed an apoſtolis. de appel. in 6.* & eſſe communem * concluſionem, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. par.6.act.2. princ. in verbo. & quandoque appellatur.n.224. fol.490.* & quod apoſtoli, ſeu literæ dimiſſoriæ debeant dari expenſis petentis tantum, refert, & ſequitur Alexan. Stiat. *in pract. iudic. c.14.n.2. in fine.*

Confirmatur iſta communis concluſio ex his, quæ dixi *lib. pręced. c.8.n.849.& ſeqq.*

Egi in hac quæſtione de ſecundo tempore cauſſæ appellationis, videlicet, de tempore petendi apoſtolos, ſequitur, vt videamus de tertio, nimirum de tempore impetrandi iudicem, & committendi cauſſam appellationis.

QVÆSTIO XIV.

ARGVMENTVM.

Infra quantum tempus ſit committenda cauſſa appellationis.

SVMMARIA.

COMMISSIO cauſa appellationis impetranda conſideratur in quinque caſibus, qui reducuntur ad duos, n. 1.

Appellans habet in quatuor caſibus annum ad committendum cauſam appellationis, ſub n.1. verſ. in primo, & n.2.3.& 4. — Iudex poteſt præfigere terminum breuiorem, n.5.

Commiſſio cauſę appellationis à ſententia diffinitiua, lata in Curia, debet ſecundum ſtylum impetrari infra decem dies, n.6. & 7. — Extenditur, n.8.& ſeqq. in quibus agitur de commiſſione impetranda poſt habitum terminum proſeruato ante ſubſcriptionem ſententiæ, vſque ad num. 11. — Infertur quo termino priuari non poſſit appellans, commiſſurus cauſam ex ſtylo Romanę Curię, n.12.& 13. — Declaratur multipliciter ſtylus Romanę Curię committendi cauſam infra decem dies, num.14.& ſeqq. vſque ad num.23. — Limitatur multipliciter idem ſtylus committendi cauſſam infra decem dies, num. 42. et ſeqq. vſque ad finem quæſtionis. — Prima Limitatio eſt, quando cauſa eſt inappellabilis, quia tunc non procedit ſtylus deferendi cuilibet appellationi, num.24. — Secunda Limitatio, quando iudex, requiſitus de apoſtolis, moneret ad terminum iuris, num.25. et ſeqq. in quibus multa diſcutiuntur de commiſſione impetrata, pendente termino iuris, deque illius ſubreptione, validitate, & inualiditate cum diſtinctione plurium caſuum vſque num.31. — Tertia limitatio, quando iudex dedit ſecundum terminum iuris. num. 32. — Quarta limitatio, quando per appellentem non ſtetit, quominus committatur infra decem dies, num.33. & ſeqq. in quibus dantur multa exempla vſque ad numer.45. — Quinta limitatio, quando appellatus præuenit appellantem incommittendo cauſſam, quia tunc cauſſa appellationis non deſertatur, licet appellans eam non fecerit committi, numer.46. & 47. — Sexta limitatio, quando appellatio interponitur à ſententia, lata extra Curiam, num.48. & ſeqq. in quibus dantur multa declarationes vſque ad num. 59. — Septima limitatio, quando dantur apoſtoli teſtimoniales, num.60. — Octaua limitatio, quando cauſſa fuit commiſſa ſaltem die vndecima, n.61. — Nona limitatio, quando appellatur à iudice ſuſpecto procedente, n.62.

1 QVoniam in aliquibus caſibus appellatur ad Principem, & hic in Curia Rom. ſunt multi iudices, à quorum ſententijs non poteſt appellari, niſi ad Papam, de quibus iudicibus ſcripſi *ſupra quæſt.8. nu.127.& ſeqq. artic.6.* & quia Princeps committit cauſſam proceribus dirimendam, & Papa, ad quem appellatur non cognoſcit ipſe, ſed delegat, ideo videndum eſt infra quantum tempus debeat appellans impetraſſe commiſſionem cauſſæ appellationis.

Pro abſoluta reſolutione ſunt conſiderandi quinque caſus, qui tamen poſſunt reduci ad duos.

Primus caſus eſt, quando iudex à quo ſtatim reijcit appellationem.

Secundus caſus eſt, quando nec reijcit, nec admittit, ſed dat terminum iuris, vel alium ad redeundū pro apoſtolis petitis in appellatione; & deinde appellanti in termino iuris, dat apoſtolos refutatorios.

Tertius caſus eſt, quando dantur apoſtoli teſtimoniales.

Quartus caſus eſt, quando admittit appellationem, ſeu illomet tempore, quo datur appellatio, dat ſimpliciter apoſtolos reuerentiales ſine aliqua termini pręfixione ad proſequendam appellationem.

Quintus caſus eſt, quando iudex eodem tempore, quo admitti appellatione, vel in termino dato ad redeundum pro apoſtolis, dat reuerentiales cum aliquo termino ad proſequendam appellationem, id eſt, committendam cauſſam: nam quod iudex poſſit appellanti aſſignare terminum ad proſequendam appellationem, ſcribunt Franch. & Maran. quos retuli, & ſequutus ſum *quæſtio. ſeq. art. 2. ſub n.15. verſ. quinto.*

In primo, & ſecundo caſu (quando iudex reijcit appellationem, ſeu in termino iuris dato reſpondet de apoſtolis refutatorijs) concludo, quod appellans habet integrum annum ad committendam cauſſam appellationis, eamque finiendam, & ex cauſſa biennium, & per viam reſtitutionis in integrum etiam triennium, ratio eſt, quia cum iudex ab initio reijcit appellationem, vel reijcit in termino iuris, dando apoſtolos refutatorios, nullum ipſe dat terminum ad proſequendam appellationem, quia, reijciendo eam, videtur incompatibile, quod ipſe diceretur præfixiſſe aliquem terminum ad proſequendam appellationem, quam ipſe voluit de medio tollere, & conſequēter appellans remanet in terminis iuris communis: ſed de iure communi appellans, volens proſequi ſuam appellationem, debet eam proſequi & expedire infra annum, vt dixi, & ex cauſſa infra biennium, *capit. 5. cum ſit Romana. & ibi Doct. de appellat.* quia in iure non eſt aliter determinatum iſtud tempus faciendi committi, & proſequendi cauſſam, niſi vt ſupra, videlicet infra annum, & ex cauſſa infra biennium, *Bal. & Card. Alex. quos retuli & ſequutus ſum quæſt. ſeq. art.2. nu.2.& 12. declarat. 1. verſ. ſextum tempus. & verſ. ſeptimum.* & ideo ſufficit, quod appellans faciat eam committi quandocunque, dummodo intra annum faciat non ſolum committi, ſed etiam expediri, ſi nō fuerit impeditus, iuxta ea, quæ declarando ſcripſi *quæſt. ſeq. art.2. num.27.& ſeqq.& art.8. n.179.* nam cauſſa appellationis interpoſitæ nō dicitur

citur

Digitized by Google

citur deſerta, niſi lapſo anno, & ex cauſſa impedimenti biennio, *per ea, quæ retuli & ſequutus ſum quæſtio. ſeq. dict. art. 8. ſub n. 179. & 180.*

Neque obſtat, quod iudex a quo non detulerit ſeu non admiſerit appellationem, quia non per hoc eſt in eius poteſtate tollere effectum, & vigorem appellationis; imo remanet in ſuo vigore quoad eius proſequutionem, vt ex Franch. retuli & ſequutus ſum *ſupra quæſt. 41. art. 1. numer. 10.*

Extende concluſionem huius ſecundi caſus, vt habeat locum etiam ſi appellanti, redeunti pro appoſtolis in termino iuris, præfixerit alium terminum intra quem appellatus obtinuerit dari reuerentiales &c. vide caſum huius extenſionis *quæſt. præced. num. 60. & infra num. 32.*

2 In Tertio caſu (quando ſunt dati apoſtoli teſtimoniales) concludo, vt in præcedenti, quod appellans habet annum ad faciendum committi cauſam appellationis, vt retuli *infra limit. 7. n. 60.*

3 Extende vtramque concluſionem vt in tantum detur annus ad faciendum committi cauſſam appellationis, vt iudex non poſſit breuiare hunc terminum, quia ſi non admittit appellationem, non poteſt appellanti præfigere terminum ad eam proſequendam, Rot. Veſtr. & Dec. quos retuli & ſequutus ſum *infra num. 15. verſ. declara ſecundo.*

4 In quarto caſu (quando iudex admittit appellationem, ſeu dat apoſtolos reuerentiales, nullo præfixo termino appellanti ad proſequendam appellationem) concludo, vt in præcedentibus, quod appellans habet vnum annum ad proſequendam appellationem, *Franch. in cap. 57. oblatę. ſub n. 4. col. 3. verſ. prima eſt quando nullus de appellat.* militant enim eadem rationes, quæ militant in præcedentibus caſibus.

Quare, vt videas, omnes hi quatuor caſus poſſunt reduci ad vnum, quia omnes habent hanc concluſionem, quod appellans habet vnum annum ad faciendum committi cauſſam appellationis.

Contra hanc concluſionem, quando iudex appellationis impetrari debet a Principe oppono: videtur enim, quod appellans tunc habeat tempus indefinitum; quia commiſſio cauſæ appellationis connumeratur inter fatalia, ſeu eſt pars fatalium, nam fatalia initiantur ab origine appellationis, *vt ex Bal. & Card. Alex retuli & ſequutus ſum quæſt. ſeq. art. 2. n. 12. verſ. declara primo.* quare fatalia incipiunt currere non a die commiſſionis cauſſæ, ſed a die interpoſitæ appellationis, *vt retuli, & ſequutus ſum quæſt. ſeq. art. 7. n. 172.*

Sed in auditorio Principis fatalia non currunt, ſeu cauſa appellationis non efficitur deſerta, etiam ſi ſtaret per mille annos in cõſiſtorio Principis, *Abb. Card. Alex. Dec. Odd. & alij, quos retuli & ſequutus ſum q. ſeq. n. 131.* Et in ſpecie, quod in cauſſa appellationis, introductæ in cõſiſtorio Principis, non currant fatalia donec Princeps conſtituat quis cognoſcat, ſcribit Affl. quem retuli, & ſequutus ſum *q. ſeq. art. 3. caſ. 4. ſub n. 131.* & quod appellans excuſetur à proſecutione appellationis, ſi Principi notificauerit appellationem interpoſitam, & petierit ſibi dari iudicẽ ad quem, & Princeps diſtulerit dare iudicem, ſcribit Ioſ. Cumia, quem retuli, & ſequutus ſum *vbi ſupra,* quod appellans dicatur impeditus facto Principis ante commiſſionem, ſcribit Theſ. Foſſan. quem retuli & ſequutus ſum *infra d. caſ. 4. ſub n. 133. verſ. ſubreſtringe.*

Reſp. huic oppoſitioni, quod appellanti non currunt fatalia, quando apud Principem vtitur diligentia debita pro cauſæ commiſſione impetranda alias, ſi non vtatur diligentia debita, fatalia currunt, & cauſa efficitur deſerta, *vt ex Alex. M. Ant. Bauer. Gramm. et Theſſ. Foſſan. retuli et ſequutus ſum n. ſeq. et n. 6.*

5 In quinto, & vltimo caſu (quando iudex à quo admittit appellationem, & præfigit appellanti terminum ad committi faciendum cauſam appellationis) concludo, quod appellans iſto caſu debet infra terminum ſibi præfixum feciſſe committi cauſſam appellationis, vel ſaltem adhibuiſſe ſolitam diligentiam, vt committeretur, alias appellatio efficitur deſerta, & ideò introductum eſt, quod appellantes vadunt ad Cameram Principis, & ſolicitant portinarium, & pulſant ad Cameram pro introducenda appellationis cauſa, & faciunt rogare notarium coram teſtibus, quod non poſſunt habere aditum, vt *ex Ang. in auth. ſed hi. C. de tempor. appell. referunt & ſequuntur Alex. conſ. 164. viſo proceſſu cauſarum. ſub num. 5. ibi, vnde dicit Ang. lib. 2. & M. Ant. Bauer. tract. de mora, par. 1. in 4. temperam. ſub n. 12. ibi. facit quod pulchre. tom. 6. par. 2. fol. 406.* & quod appellans debeat requirere ſuperiorem cum opportunitate, vt cauſam appellationis committat, ſicut dicimus, quando requiritur iudex, vt det apoſtolos, alias appellatio efficitur deſerta, ſcribit idem Alex. *conſ. 19. viſo proceſſu. num. 3. verſ. circa. ſecundum. & ibi vnde debuerunt priores. lib. 1.* & magis correctè *d. conſ. 164. ſub nu. 1.* & quod appellans debeat facere debitam diligentiam pro commiſſione cauſæ, ſentit Theſ. Foſſan. *deciſ. 10. inſtantia caſ. 1. nu. 3* Et quod in conſiſtorio principis, ſi appellans fuerit negligens, vt cauſa committatur, ſibi ſit imputandum, refert, & ſequitur M. Ant. Bard. *tract. de temp. vtil. cap. 4. ſub n. 3. verſ. ſed redeundo to. 5. fol. 214.* & quod ſi appellatur in Curia, tunc debeat appellans ne dum arripere iter verſus Cancellariam, ſed debeat ad ipſum Viceeancellarium, vel eius Locumtenentem accedere, ſi poterit, alioquin de hoc debeat proteſtari, & præſentare commiſſionem ſignandam, & recipere ſuper hoc publicum inſtrumentum, quia hoc facto, ſi commiſſio non fuerit ſignata vel præſentata infra terminum appellanti præfixum ad proſequendum appellationem, non ſibi nocebit, teſtãtur Rot. *deciſ. 25. alias 155. ſi certus terminus. ſub n. 1. ibi hęc procedunt de appell. in nou.*

Nec ſufficit, quod appellans ſemel attentauerit adire ſuperiorem pro impetranda commiſſione cauſſæ, & ipſũ requiſiuerit, & poſtea diſceſſerit ſuperior, quia tenetur, cum ſuperior reuerſus fuerit, redire ad eum, & denuo requirere, quia ſola abſentia non excuſat, & appellantes qui accedunt ad Sedem Apoſtolicam, ſi non poſſunt habere copiam Papæ, oportet, quod proteſtentur de impedimẽto *Ant. de Butr. in cap. 8. ex ratione, num. 8. verſ. ex his de videtur. de appell.* quem refert, & *ſequitur Alex. d. conſ. 19. ſub num. 3. verſ. circa ſecundum. lib. 1.* & quod non ſufficiat ſemel adire ſuperiorem pro impetranda commiſſione, & eſſe impeditum, niſi impedimentum perſeuerauerit, & perſeueret; ſcribunt iidem Ant. de Butr. & Alex. vbi ſupra, & M. Ant. Bauer. *d. par. 1. ſub num. 13.* quia ſi appellans non potuit hodie habere copiam Papę habebit cras, *Ant. de Butr. & Alex. vbi ſupra.* & quod appellans debeat inſtanter, & inſtantiſſimè petere commiſſionem cauſſæ, ſcribit Alex. *d. conſil. 164. viſo proceſſu cauſſarum, num. 5. lib. 2.* ita quod non ſufficeret ſemel inſteriſſe ſcribit etiam Gramm. *deciſ. 13. lata ſententia, ſub num. 4.*

6 Exemplifica, declarando practicabilem concluſionem huius quinti caſus, in appellatione legitime interpoſita, & infra legitima tempora à ſententia diffinitiua, lata hic in Curia, quia ex inueterato, & vniformi ſtylo iudex à quo eam admittit cum termino decem dierum ad committendam cauſſam appellationis, alias appellatio efficitur deſerta, *Caſſad. deciſ. 4. de more, in principio, de appell. fol. 312. Caputaq. deciſ. 31. appellatio. & deciſ. 32. & dic. par. 1. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. vlt. n. 6. iunctis præcedentibus, & latè Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de atteat. & innou. appell. pend. in præfatione, n. 59. & ſeqq. verſ. 4. finitur, tom. 5. fol. 347.*

7 Ratio huius ſtyli eſt, quia mos Palatij, ſeu Curię Rom.

oratorem ex altera de, et ſuper &c. relıqúſque alijs etc. in prima inſtantia, et ſine obligatione camerali etc.

Et vultis videre, quod ſententia fingatur lata in die habitionis termini pro ſeruato, ſeu præſumatur ea die lata, ſitque præſumptio iuris, & de iure, quę probationē non recipit in contrarium; reſpicite hoc, quod R. P. D. Locumtenens in ciuilibus Auditoris Cameræ habet plures terminos pro ſeruatis in die iuridica, quos tamen poſteà publicè declarat in die informationis notarij, etiam ſi illa dies non ſit dies iuridica, & tamen nunquam eſt auditum, quod illa decreta, & ſententiæ poſſint impugnari, quia fuerint latà in die non iuridico, finguntur enim latam die termini, qui fuit habitus pro ſeruato.

Hincque procurator fruſtra poſt terminum habitum pro ſeruato, accedit ad notarium vna cum teſtibus, &, non reperta ſententia in actis, allegat iudicem ſuſpectũ; quia nihilominus ſententia, quæ poſtea ſubſcribitur, dicetur fuiſſe anteà lata, & ſic dicitur allegatus ſuſpectus poſt latam ſententiam.

Hinc etiam vana reddi poteſt cautela procuratoris, qui, cum ad inſtantiam partis aduerſæ ſit habitus terminus pro ſeruato ad ſententiam, & valde timeat, ſententiā ſubſcribi contra ſuum clientulum, citat partem aduerſam ad dicendum contra iura producta ad effectum, vt iudice admittente illa iura, circunducatur terminus habitus pro ſeruato, & ſi cauſſa eſt delegata, & eſt vltima audientia, differatur vſque ad nouas audientias de menſe Octobris, & noua requiratur citatio, quia iudices, obuiantes his procuratorum ſubterfugijs, admittere ſolent iura ſine pręiudicio termini habiti pro ſeruato, & fruſtra tunc procurator niteretur probare, quod ſententia non erat ſubſcripta; quia, ſi daretur hæc probatio, de facili notarius, qui ſententiam ſcribit ſub die termini habiti pro ſeruato, conuinceretur de falſo.

Minuſue obſtat, quod poſſit contingere, vt ſententia ſubſcribatur in eius fauorem, quo caſu nollet appellaſſe: quia reſpondeo, quod potuit appellare quatenus contra, *vt dixi infra.*

Secundo oppono, quia ſi appellatio non eſt pura, ſed conditionalis puta ſi aliquis proteſtaretur, ſe non moleſtari in ſua poſſeſſione, & poſſeſſionem ab eo non auferri, & quatenus auferretur appellaret, &, conditione non adimpleta, procedatur ſuper tali appellatione, proceſſus dicitur inualidus ex eo, quia huiuſmodi appellatio conditionalis, non adimpleta conditione, nihil ponit in eſſe, & conſequenter proceſſus non habet vbi ſe fundet: vnde ſicut proceſſus eſt nullus ob nullitatem appellationis, ita etiam, ſi quid, pendente huiuſmodi appellatione, fuerit geſtum, non debet cenſeri attentatum, cum appellatio nulla non poſſit operari effectum attentatorum; quare ſi quis appellauerit, quatenus contra eum ſubſcribatur ſententia, & omni meliori modo, talis appellatio dicitur nulla, & ceſſant attentata, vt deducit, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. et innou. appellat. pend. limit. 50. princ. nummer. 192. et ſeqq. verſ. quinta cauſſa. tom. 5. fol. 381.* pro qua oppoſitione Lancell. citat Achil. deciſ. quam ego retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt. 5. ſub num. 115. verſ. aduerte.* & quod appellatio conditionalis a futuro grauamine non teneat, ſcribunt Franch. Corn. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra dict. quæſt. 5. num. 103. et ſeqq.*

Sed appellans ab eiuſmodi ſententijs appellat conditionaliter, quatenus contra, *vt dixi ſupra eadem quæſt. 5. ſub n. 111.* ergo eiuſmodi appellatio non tenet.

Huic ſecũdæ oppoſitioni reſpondeo, verum eſſe; quod ſi procederetur ſuper appellatione conditionali, non prius adimpleta conditione, proceſſus appellationis eſſe nullus; ſed in caſu, de quo agimus, appellatio dicitur interpoſita poſt latam ſententiam, & in ipſa cauſſa appellationis non proceditur, niſi poſt latam ſententiam, quia licet appellans expediat commiſſionem appellationis, eamque redimat à Curſoribus, & producat in officio archiuij, tamen nunquam citat partem ad dicendum contra commiſſionem, niſi cum fuerit ſubſcripta ſententia, &, quia ſententia poſſet eſſe ſubſcripta in omnibus, & per omnia ad eius fauorem, poteſt commiſſione non vti, ex quo appellauit quatenus contra.

Tertio oppono, quia dato iſto ſtylo, quod iudex delegatus poſſit habere terminum ad ſententiam pro ſeruato vſque ad biennium, & ſententiam deindè ſubſcribere, ſequerentur duo abſurda. Primo enim ſequeretur quod iudex, antequam ſubſcriberet ſententiam, non cogeretur reſpondere de apoſtolis, *per ea, quæ conſideraui quæſt. pręced. n. 73.* ſicque redderentur vana illa iura, quæ iudici imponunt neceſſitatem reſpondendi de apoſtolis infra triginta dies, de quibus iuris ſcripſi *ead. quæſt. præced. n. 42. 46. art. 4. et n. 59 art. 7. et ſub num. 100. art. 13.* Secundo ſequeretur neceſſario deſertio cauſſæ, quia ſi iudex non ſubſcriberet ſententiam, niſi poſt lapſum biennium, ſequeretur neceſſario lapſus fatalium, & ex lapſu fatalium deſertio, ſicq; eſſe in poteſtate iudicis fere ſententiam in appellabilem.

Huic tertię oppoſitioni reſpondeo, euacuando vtrumque abſurdum.

Ad primum abſurdum reſpondeo, quod iudex delegatus, requiſitus pro apoſtolis, dabit terminum iuris, & requiſitus in fine termini ſolet dare alium terminum iuris, & ſic deinceps, quoties requiretur, donec ſubſcriberet ſē-tentiam, & quia, dando ſecundum terminum iuris appellans non tenetur amplius redire, *teſte Rot. et alijs, quos citaui, et ſequutus ſum quæſt. præced. n. 34. et 56.* & ipſe iudex vlterius apoſtolos de iure dare non poteſt, Rot. quam citaui *eadem quęſt. præced. n. 62.* & habetur, ac ſi dati eſſent refutatorij, *vt ſcripſi eadem quęſtio. pręceden. nu. 60. verſ. contrariam. et n. 65.* ceſſat abſurdum, quia cenſentur dati refutatorij, & conſequenter poteſt committere cauſſam appellationis, *vt dixi quęſt. pręced. n. 65.*

Ad ſecundum abſurdum reſpondeo dupliciter.

Primo reſpondeo, quod iſto caſu appellans impediretur facto iudicis, ne poſſet proſequi appellationem, & ideo aut fatalia ipſo iure non currerent, præſertim ſi appellans proteſtaretur de iſto impedimento, aut reſtitueretur aduerſus lapſum fatalium, vt latius declaraui *quæſt. ſeq. art. 3. caſ. 4. n. 123. & 9 n. 181.*

Secundo reſpondeo, quod appellans iſto caſu debet facere inſtantiam apud iudicem pro aperitione termini habiti pro ſeruato, *vt poſt Rot. ſentit Lancellot. tractat. de attent. part. 2. capit. duodecimo, de attent. et innou. appellat. pend. in præfat. num. 29. verſ. amplia primo. tom. 5. fol. 347.* dicens, quod fatalia currunt, & ob illorum lapſum appellatio cenſetur deſerta, etiam ſi intra fatalia fuiſſet per iudicem habitus terminus pro ſeruato, & deinde antequam pro parte appellantis fuiſſet facta inſtātia pro aperitione termini, lapſum eſſe quadriennium, & demum ad inſtantiam appellati terminus fuerit reſolutus, quia ſententia dicetur tranſijſſe in rem iudicatam, ſubdens, quod fatalia currunt, etiam ſi ſententia nōn fuerit ſubſcripta.

Aduerte, quod hæc tertia oppoſitio non poteſt conſiderari in iudicib. ordinarijs, qui poſſũt habere terminum pro ſeruato ſolum per dies decem, etiam ſi ſint delegati; neque in ijs delegatis, qui poſſunt habere terminum pro ſeruato ſolum per quindecim dies, aut vſque ad menſem, quales ſunt Auditores Rotæ, *vt ſcripſi ſupra quæſt. 12. nu. octauo.* quia illi ſi infra decem dies a die termini habiti pro ſeruato detur appellatio, & requirantur pro apoſtolis, poſſunt dare terminum iuris, qui eſt vnus menſis, & tunc appellanti redeunti poſſunt dare apoſtolos, quia

tulerunt iam ſententiam, & ſic ceſſat ſententiæ incertitudo, quam in alijs delegatis conſideraui *quæſtione præced. num.* 37.

12 Retenta extenſione.

Infero, quod appellans à ſententijs, latis in Curia Rom. non poteſt priuari termino viginti dierum ad committendam cauſſam appellationis à die latæ ſententiæ; lata enim ſententia, habet primos decem dies ad appellandum, ſicque poteſt appellare vltima die decendij, & alios decem habebit ad committendam cauſſam, ſi iudex appellationi detulerit, dederitque incontinenti reuerentiales in forma; quod ſi non fecerit eam committi intra hos decem dies, ſufficit quod fecerit annotari præſentatam commiſſionem, *vt dixi infra num.* 36. & ex tunc habebit menſem, *vt dixi infra nu.* 37:

13 Intellige eandem exẽplificationem, & ſtylum, eiuſdemque ſecundam extenſionem, vt ille ſtylus Roman. Curiæ committendi cauſſam infra decem dies à die appellationis importet vno tantum caſu neceſſitatem, ita vt ſi appellans eam non commiſerit ſeu non fecerit diligentiam, committendi infra dictos decem dies, efficiatur deſerta; & caſus eſt iſte, quando iudex defert appellationi, datque incontinenti apoſtolos reuerentiales in forma, vt in præcedenti illatione.

At in alijs caſibus iſte ſtylus non importat neceſſitatem, ſed ſolum dat licentiam appellanti, vt poſſit nihilominus, ſi voluerit, committere infra eoſdem decem dies, non expectato termino vnius anni à iure ſibi indulto, aut alio ſibi à iudice præfixo ad redeundum pro apoſtolis.

Ratio, quare de ſtylo poſſit committi infra decem dies etiam in iſtis caſibus eſt, quia licet iudex det appellanti terminum iuris, ſeu non detulerit appellationi, tamen eam admittit ius, & ideo idem ſtylus eſt vt cauſſa poſſit committi infra dictos decem dies, ac ſi iudex appellationi detuliſſet, & dediſſet apoſtolos reuerentiales in forma.

14 Declara I. eandem exemplificationem, & ſtylum vt appellans dicatur cauſſam commiſiſſe infra decem dies, dummodo ante lapſum tempus decem dierum commiſſio fit in banco Curſorum, quia ſatis dicitur tunc appellans proſecutus cauſſam appellationis, cum non ſit neceſſarium, commiſſionem fuiſſe præſentatam iudici, cui committitur, *Caſſad. deciſ. 4. de more. n. 1. de appell. Put. dec. 389. in vna Gienen. ſub n. 1. lib. 2. & apertius Creſcen. dec. 1. alias 25. tempus, & deciſ. 8. alias 66. lib. 2. commiſſionem de appell.* neque fuiſſe redemptam à Curſoribus, *Rot. diuerſ. deciſ. 790. Oſcen. p. 3. lib. 3. fol.* 208.

Ratio huius declarationis eſt, quia iſti decem dies, qui dantur ad expediendam commiſſionem dantur ad inchoandam proſecutionem appellationis, *vt retuli & ſequutus ſum infra ſub num.* 39. & non ad ſe præſentandum coram iudice appellationis; terminus enim ad inchoandam proſecutionem appellationis eſt tempus ad appellationem ſubleuandam, id eſt, ad præſentandum apoſtolos iudici ad quem, de quo tempore ſcripſi *quæſt. ſeq. ſub num. 12. verſ. tertium tempus*, & differt a tempore, quod datur ad præſentandam appellationem iudici ad quem, vt retuli & ſequutus ſum *d. quæſt. ſeq. ſub nu. 12. verſ. quartum tempus*.

15 Declara II. dum dicimus, quod iudex præfigit terminum appellanti ad proſequendam appellationem tdeſt, ad committendam cauſſam appellationis, vt hoc procedat in terminis, in quibus loquitur concluſio, videlicet, quando iudex à quo defert appellationi, quo caſu iudex poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendam appellationem, vt diſputando late firmat, pluribus rationibus adductis, Gemin. *in cap. 5. cum appellationibus, § ſi vero num 7. verſ ſed quæro an poſtquam, de appellat. in 6.* Secus ſi appellationi non deferat, quia tunc non poteſt terminum præfigere ad proſequendam appellationem, *Rot. deciſ. 16. alias 282. nota quod iude x de appell. in antiq. Gemin. in cap. 1. §. in quibus, ſub num. quarto, ibidem ſed dicis hic, & Franch. in §. poſt hæc. ſub num. 1. de appellat. in 6. Dec. in c. 5. cum ſit Romana, ſub n. 15. verſ. ſubijcit etiam, de appell. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. vltim. ſub num. 3. ibi dixi autem, Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 13. num. 4. & 5. fol.* 368. & hanc eſſe

* communem * opinion. teſtatur, & ſequitur diſputando Dec. *d. c. cum ſit Romana, ſub num 17. verſ in finem, verſ. ſecundus caſus, & n. 18. & ſeqq.* ſunt enim hæc incompatibilia, vt iudex præfigat terminum appellanti ad proſequendam appellationem, & appellationi non deferat, *Veſtr. vbi ſupra*.

Contra hanc declarationem; quod enim iudex poſſit præfigere hunc terminum, etiam ſi appellationi non detulerit, videtur probari ex text *in c. 1. §. poſt hoc appellatori, de appell. in 6.* vbi poſt exhibitos apoſtolos dimiſſorios, vel refutatorios ſubdit de præfixione termini, ad proſequendam appellationem. Et ita ex illo textu notat ibi in ſummario Gemin. & refert & ſequitur Franch. *in c. 4. perſonas, ſub n. 10. verſic. ſed dubitatur. ibi. ſed ipſe idem, de appell.* hancque contrariam opinionem, arbitratur veram eſſe Gemin. ſibimet contrarius *in d. c. cum appellationibus, §. ſi vero, n. 7. in fine, verſ. ſed quid e conuerſo, de appell in 6.* & videtur eam ſequutus dum eam vltimo refert loco Guid. Pap. *tract. de appell. d. q. 88. n. 57. tom. 5. fol.* 59. eamque eſſe veriorem teſtatur, & ſequitur Moder. prax. Cur. Archiep. Neap. *c. 70. n. 5. verſ. ſed difficultas*.

16 Retenta declaratione, ſi placet in via diſputandi.

Subdeclara illatiue, vt eo ipſo, quod iudex præfigit terminum ad proſequendam appellationem, cenſeatur admittere appellationem, licet appellatio ab initio non fuerit recepta, *Rot. deciſ. 21. alias 242. nota quod in cauſſa profana, de appellat. in antiq. & Veſtr. in prax. lib. 7. c. vltimo ſub num. 3. ibi. dixi autem*. Et quod iudex cenſeatur admittere appellationem, quando ſimpliciter præfigit terminum, non admittendo, nec reijciendo appellationem, ſcribit Dec *in d. cap. 5. cum ſit Romana, ſub numer. 19. ibi, vel locum habent. de appellat.* & apertius ſoluendo contraria *in d. cap. 57. oblatæ, nota. 2. num. 2.* & quod huiuſmodi termini præfixio habeat vim delationis, ſcribit Lancellott. *tractat. de attent. parte 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 1. num. 59. tom. 5. fol.* 359. quem latius retuli, & ſequutus ſum *infra q. 17. limit. 6. membr. 7. num.* 91.

Ratio eſt, quia, qui vult conſequens, neceſſe eſt, vt velit antecedens neceſſarium.

Contra eandem ſubdeclarationem tenent Abb. *in cap. 44. ſæpe n. 22. verſ. an iudex præfigendo, de appell. & Franc. in c. 4. perſonas, n. 11. verſic. & aduerte. de appell. & in c. 9. cum appellationibus, §. ſi vero, n. 8. verſic. in ea glo. de appell. in 6* & quod delatio appellationis, & aſſignatio termini ſint diuerſa, & per aſſignationem termini non videatur iudex à quo deferre appellationi, ſcribunt idem *Franch. in c. 57. oblatæ, ſub nu. 1. not. 2. eod. tit. de appell.* & eſſe com-

* munem * opinionem teſtatur idem Franch. *in c. 64. Nicolao, ſub n. 4. verſ. in gl. 1. de appell.*

17 Retenta ſubdeclaratione, quæ eſt vera.

Extende eam, vt præfixio termini operetur tres effectus, quos operatur etiam admiſſio appellationis. *Primus* effectus eſt, quia purgat ſuſpicionem, quæ poterat reſultare contra appellantem, quod appellaret cauſſa differendi iudicium. *Secundus* effectus eſt, quia non poterit appellans præueniri ab aduerſario in impetratione iudicis. *Tertius* effectus eſt, quia appellans non comparens, ſeu non proſequens in termino condemnatur, in expenſis abſque aliqua citatione; ſi appellatus non inſtat pro proceſſu ad vlteriora in cauſa appellationis, ter-

tius

ces ſi inſtat procedi in cauſſa appellationis, quia tunc non condemnatur in expenſis, quamuis contumax, ſed debet exſpectari diffinitiua, *Abb. in d. c. 64. Nicolao, nu. 7. Franch. n. 6. verſ. 2 quæritur, & Card. Alex. n. 7. verſ. habitis ſecundo de appell.*

18 Reſtringe eandem ſubdeclarationem, vt non procedat quoad effectum introducendi cauſſam in Curia, quia delatio, admiſſio, ſeu receptio appellationis habita à iudice vel à parte operatur, vt cauſſa dicatur eſſe in Curia, vt, loquendo de appellatione ab interlocutoria, & à diffinitiua, declarant Franch. *in c. 64. Nicolao, n. 5. verſ. ſed quæritur primo, & verſ. aliquando & quinto, & apertius Card. Alex. ſub n. 6. de appel. & idem Franch. in c. 70. interpoſita, §. eidem, not. 2. n. 2. eod. tit. de appell.*

Sed ſola præfixio, ſeu aſſignatio termini non deuoluit cauſam ad Curiam, ſed requiritur vltra quod appellatio ſit recepta à iudice, vel ab appellato, *Franch. d. c. Nicolao, ſub n. 4. verſ. in gloſſ. 1. ibi, & ideo hoſt. de appell.* & de communi * opinione teſtatur ibidem, *Dec. n. 27. verſ. in gloſſ. 1.* & ante eum ipſemet Franch. & quod iſta ſit veritas, & communiter * ſequantur ſcribentes teſtatur ibidem Card. Alex. *n. 6 verſ. in verbo, appellationis ſuæ.*

19 Vtilitas huius reſtrictionis eſt, quia in primo caſu tenetur appellans proſequi cauſſam in Curia, vel ad eam tranſmittere procuratorem cum ſufficienti mandato ad proſequendam: in ſecundo vero caſu tenetur ſolum appellans impetrare, ſeu mittere procuratorem ad impetrando in Curia iudicem appellationis, qui cognoſcat in partibus, & non in Curia, vt clare explicat Card. Alexan. *vbi ſupra.* Et quod appellatio, cui non ſit delatum per iudicem, vel per partem, deuoluat cauſſam ad Curiam, ad finem vt tractetur in Curia, ſcribit idem Franch. *in c. 70, interpoſita, §. eidem, not 1. n. 1. eod. tit. de appel.* & vide ſupra *q. 5. reſtrict. 3. n. 28.*

20 Subreſtringe declarando eandem reſtrictionem vt habeat locum in cauſſis prophanis, non in beneficialibus, vide Franch. *in d. c. 64. Nicolao, nu. 4. in fine, ibi. & intellige prædicta in alijs cauſis quam in beneficialibus, & Card. Alex. ſub n. 6.*

Secus ergo in cauſſis beneficialibus, quæ de ſui natura tractandæ ſunt in Curia, quia illæ per appellationem ſemper ſunt tractandæ in Curia, & proinde ſola etiam præfixio termini deuoluit ad Curiam, *Franch. & Card. Alex. vbi ſupra.*

21 Declara III. vt iudex à quo, volens præfigere appellanti terminum ad proſequendam, appellationem, debeat illum præfigere, eodem contextu, quo appellationem admittit, quia poſt admiſſam appellationem non poſſet deinde intra tres dies præfigere ei aliquem terminum, cum poſt admiſſam appellationem totum negotium, tam principale, quam acceſſorium videatur deuolutum ad ſuperiorem ſecundum vnam opin. quam refert Rot. *deciſ. 40. alias 356. ſi appelletur à diffinitiua, de appell. in nou.* quam refert, & ſequitur Veſtr. *in prax. lib. 7. c. vlt. ſub n. 3. verſi. dixi quoque.*

Contrariam opin. quod enim iudex poſſit poſt admiſſam appellationem præfigere etiam ex interuallo terminum ad proſequendam appellationem, tenent Gemin. *in c. 5. cum appellationibus, §. ſi vero, ſub n. 7. de appell. in 6. Franch. in c. 4. perſonas, ſub n. 9. verſic. non obſtat. & verſ. & procedunt prædicta, de appell.* & eſſe communem * opin. teſtatur, & ſequitur Dec. *in c. 5. cum ſit Romana, ſub n. 15. in fine, verſi. ſubijcit etiam, de appell.* hancque opin. in caſu, quo iudex præfigit terminum poſt tres dies, ſequuta eſt Rot. *vbi ſupra.*

22 Declara IV. vt iudex poſſit, ſi vult, præfigere hunc terminum, ſed non cogitur præfigere, *Franch. in c. 4. perſonas, ſub num. 2. verſ. in gloſſ. 1. & in c. 27 ad hæc, nu. 1. verſ. retene menti, de appell. & Dec. in c. 5. cum ſit Romana, ſub nu. 19. ibi, & erat hac poteſtate, eod. titul. de appell.*

23 Declara V. vt nihil referat commiſſionem appellationis eſſe expeditam per principalem met, ſeu per procuratorem, vel aliam quamuis perſonam, & non habentem mandatum, etiam ſi eſſet excommunicatus, vel filius familias, quia commiſſio, ſeu iudex poteſt impetrari à quolibet etiam ſine mandato, vt ex *Spec. & Rot. retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 5. n. 7. ſub declar. 2. et ſub n. 74. extenſ.* 30. vbi videas.

24 Limita I. nunc eandem exemplificationem deferendi cuicumque appellationi, & dandi apoſtolos reuerentiales, vt non habet locum in obligationibus formæ Cameræ, alijſque materijs, & cauſſis executiuis, quia ſi iudex in his decernat mandatum, & debitor appellet, iudex dat refutatorios in forma, etiam ſi appellatio interponatur ad Papam, & licet, nulla data de apoſtoli reſponſione, procederet ad executionem, ſubſtineretur tamen de ſtylo executio, dummodo conſtaret Signaturæ de obligatione in forma Cameræ, ſeu materiam eſſe executiuam, *per ea, quæ dixi q. præced. n. 70.*

25 Limita II. declarando eundem ſtylum, de quo *ſupra n. 6.* cogentem ad committendam cauſſam infra decem dies à die appellationis, ita quod ſi non fuerit commiſſa, appellatio efficiatur deſerta, quia hoc procedit duobus tantum caſibus. *Primus* eſt, quando iudex à quo expreſſe præfigit appellanti terminum decem dierum. *Secundus* caſus eſt, quando eidem appellanti, & petenti apoſtolos, reſpondet de apoſtolis reuerentialibus in forma, quia moris eſt, vt intelligantur conceſſi decem dies ad committendam cauſam appellationis, *vt dixi ſupra nu. 6. & 7.*

Secus eſt, quando iudex requiſitus de apoſtolis, daret terminum iuris ad redeundum pro apoſtolis, quia, cum terminus iuris ſint triginta dies, *vt, citatis iuribus, & Maran. Mandoſ. Veſtr. et alijs, ſcripſi quæſt. præced. ſub n. 42. art. 5. verſic. ſed tamen,* tunc appellans tenetur expectare vltimum momentum trigeſimi diei, & in eo vltimo momento debet redire pro reſponſione apoſtolorum, & habita reſponſione, intrat alius terminus ſecundum qualitatem apoſtolorum, quos dabit iudex: aut enim dat reuerentiales in forma, & tunc debet cauſſam committere in decem dies, *vt ſupra dixi.* Sed ſi daret reuerentiales cum alio longiori termino, ſufficit, quod eam committat infra illum longiorem terminum aſſignatum: aut dat reuerentiales ſimpliciter, ſeu refutatorios, ſeu teſtimoniales, & ſine aliqua præfixione termini; & tunc habet annum ad committendum; *vt dixi ſupra n. 1.*

Ratio huius limitationis eſt, quia pars, appellans, & monita ad terminum iuris, eſt impedita, & non poteſt cauſſam comittere pendente termino & ſi aliter diceremus, quod appellans deberet intra eundem terminum redire pro apoſtolis, & præſentare appellationem iudici ad quem, poſſet iudex à quo ſemper opprimere appellantem, detinendo eum vſque ad vltimum momentum: item quia ſunt diſtincta tempora, vt hæc omnia in caſu ſtatuti Vrbis conſiderat Luc. Pæt. *in pract. capit. lib. 5. c. 3. n. 4. & ſeqq.* Quare, pendente termino iuris, ſeu alio aſſignato à iudice, non poteſt impetrari iudex appellationis, ſeu committi cauſſa, quia, pendente termino, nihil eſt innouandum, *Rot. Veſtr. Mandoſ. & Rugniell. quos retuli, & ſequutus ſum q. præced. n. 74. art. 8.*

26 Sublimita hanc limitationem in eo, quod dicimus, appellantem non poſſe impetrare iudicem appellationis, pendente termino ad redeundum pro apoſtolis ſibi dato quibus hoc non procedit in Curia; quare poteſt appellans non aliter expectato reſponſo ſuper apoſtolis, facere committi cauſſam appellationis, *Rot. dec. 54. alias 734. nota quod quando, de appel. in antiq. & dec. 41. alias 357. fuit dubitatum. paulo poſt principium, ibid. nam ex quo, de appell. in nou. Caput aq. dec. 38. appellatio bone, la ſeconda, n. 1. p. 1. deciſ.*

deciſ.157.commiſſio appellationis, ead.part.1. & deciſ.115. ſeu 4.iudex ſi dedit,par.2.Veſtr.in prax. lib.ſeptimo, c.3. in fine in vltimis verbis,ſub num.37.folio 206 *Lancell.tract.de attent.par.2.c.13.de attent.pend.semp.apoſtol. ſub num.27. ibi,impetratio enim iudicis,tom.5.fol.385.Marchiſ.tract.de commiſſ.in 2.par.in commiſſ. appell.c.1.ſub num.21.fol.31.* ideoque licet de ſtylo ſoleat apponi clauſula in commiſſione,*ac termino iuris pro apoſtolis forſan dato, ita quod pro illis vlterius redire non teneatur, attento quod à diffinitiua*, vt notant Mandoſ.*tractat.de commiſſ.in commiſſ.17.appellat.in 1.inſtant.in verbo,termino iuris,fol.103.in fine, Veſtr. in prax.dict.lib.7.c.3.verſus finem ſub num.37.& Marcheſ. d.c.1.ſub num.21.fol.31.* tamen iſta etiam clauſula non eſt neceſſaria,quia,vt dixi,appellans poteſt impetrare iudicẽ etiam pendente termino recipiendorum apoſtolorum, *Lancell.dict.c.13.n.28.& ſeqq.fol.385.*

Ratio huius ſublimitationis eſt,quia lex ipſa defert appellationi a diffinitiua,*Rot.d.deciſ.41.ibid.nam ex quo ius, Caſſad.deciſ.4.de more,in principio,de appell. fol.312. Veſtr. d lib.7.c.3.in vltimis verbis,& late c.vltim.num.1. & 2.* & quod ius deferat appellationi à diffinitiua,ideoque iudex non deferens puniatur,retuli,& ſequutus ſum *ſup. num.7. verſ.ratio*,

27 Extende obiter eandem ſublimitationem, vt commiſſio impetrata pendente termino ad redeũdum pro apoſtolis,non ſolum teneat iuxta prædictam ſublimitationẽ; ſed (quod plus eſt) commiſſio, præſentatis literis,impedit iudicem à quo, ne poſſit procedere ad executionem, etiamſi notorium eſſet, appellationem non tenere, *Io. Andr.in c.28.paſtoralis,ſub numer.11. verſus finem,ibi,vel melius dicas,de offic.& poteſt.iud.deleg.& Contar. in l. vnica,q.3.n.1.C.ſi de moment. poſſ.* ſeu notorium eſſet, quod appellatio fuerit illegitime interpoſita, quia cognitio, verbi gratia,an Papa fuerit certificatus, quod ſententia eſſet lata in iudicio momentaneæ poſſeſſionis,ſeu eſſet iudici à quo commiſſa cauſſa cum clauſula, *appellatione remota*, non ſpectat ad iudicem à quo, ſed ad iudicem, cui committitur cauſſa appellationis,*Contar. d.q.3.n 8. verſ. quinimò*.

Contrariam opinionem; quod enim commiſſio cauſæ appellationis non,valeat,quando eſt ſubreptitia eo,quod in ea non fuerit expreſſum,quod cauſſa fuerat delegata iudici à quo cum clauſula,*appellatione remota*;tenet Abb. *in c.28.paſtoralis §.preterea,ſub num.4. & alij Canoniſtę de offic.& poteſt.iud.deleg.* quia ſi Papa ſciuiſſet, non ita de facili admiſiſſet appellationem,& conſequenter non dicitur conceſſiſſe ex certa ſcientia, ſed per ignorantiam, & ſubreptionem, *Abb.vbi ſupra*, & quod iuriſdictio primi delegati tunc ſit ſuſpenſa interim quoad executionem, quando Papa ſcienter admiſit appellationem interpoſitam à ſuo delegato,dato cum clauſula, *appellatione remota*,ſcribunt Felyn.*in d.§.preterea,num.14.* & alij,quos refert,& ſequitur Contar.*in d.l.vnica,q.3.n.4.& ſeqq.vſque ad n.8.C.ſi de momen poſſ.*

Confirmatur hæc opinio contraria,quia reſcriptum, ſeu commiſſio auocatoria cauſſæ,ſi ſit ſubreptitia, eſt ipſo iure nulla abſque ope exceptionis, & ideo nullam tribuit iuriſdictionem, *teſtibus, Vant.& Veſtr.quos retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c.64.n.9.in fine*.

28 Sed commiſſio cauſę appellationis,quando ſententia eſt inappellabilis ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum,importat auocationem cauſſæ quoad executionem, quia auocat executionem à iudice à quo.

Ergo,cum talis commiſſio ſit ſubreptitia,erit ipſo iure nulla quoad illum effectum ſuſpenſiuum: ſi eſt ipſo iure nulla,non tribuit iuriſdictionem quoad illum effectum: ſi non tribuit iuriſdictionem,iudex à quo indubitanter poteſt procedere ad vlteriora in executione.

29 Corroboratur hæc illatio, quia in ſimili videmus datũ eſſe in facultatibus Reuerendiſſimo Auditori Cameræ, vt,ſi in commiſſione,appellationis, ab obligationi camerali non ſit facta expreſſa mentio obligationis cameralis,poſſit,non obſtante commiſſione procedere ad executionem,vt in eius facultatibus *num.27. verſ. & non obſtantibus*,conceſſis à Greg.XIV.Anno Domini 1590.pridie idus Decembris:& notat Mandoſ. *tract.de inhibit. qu.93.ſub n.2.to.5.fol.107.*quas facultates ex allegatis, *ſupra ſub n.27.verſ.confirmatur,& n.28.* cenſeo non eſſe contra mentem iuris communis.

30 Quid dicendum; Pro aliquali concordia, maiori intelligentia,declaratione,& praxi eorum, quæ dicta ſunt in extenſione, & contra extenſionem, conſiderandi ſunt ſeptem caſus, quos quaſi per modum deciſiuum ponam, quia habent adeo copioſam materiam, vt ea incidenter tractari non poſſit ſub hac extenſione.

Primus caſus eſt: quando appellatio non eſt interpoſita infra legitima tempora,vel cauſa erat delegata, appellatione remota, & nihilominus eſt impetrata commiſſio appellationis, & impetratio eſt notificata iudici à quo; dum pars quæ impetrauit commiſſionem appellationis, citata coram ipſo iudice à quo, excepit de ſecundis literis, ſeu ſecundo reſcripto impetrato: & iſto caſu ſecundum ea,quæ ex Ant.de Butr.refert,& ſequitur Abb.*in c.3. cæterum, ſub num.10. ibi ſi autem eſt facta ad inſtantiam partis, de reſcript.* proceſſus factus poſt exceptionem eſt nullus:ſed ſecundum Felyn.*ibid.num.17.extenſ.2.* non ſufficit excipere, ſed ſi iudex procedat, non obſtante exceptione,requiritur appellatio à reiectione exceptionis; & ita,generaliter loquendo,quando iudex expreſſe pronunciat reſcriptum ſubreptitium, vel pronuntiat tacite, procedendo ad vlteriora, & reijciendo obiecta, ſcribit Marcheſ.*tractat.de commiſſ.part.2.de commiſſ.ſanat. nullit.c.1. ſub num.26.fol.377. in ſecunda impreſſ.* & quod ſi iudex à quo non ſuperſedeat in executione,poſtquam Papa conceſſit literas ſuper appellatione interpoſita, pars, quæ literas impetrauit,poſſit appellare,ex quo grauatur, & debeat appellare,quia licet iudex procedendo faciat male, tamen proceſſus tenet, & via nullitatis ſuccurri non poſſet,ſcribit Contar.*in l.vnica,q.3.n.1.2.& 3.Cod. ſi de moment.poſſ.*

Ratio eſt,quia iudex,coram quo excipitur de commiſſione cauſſæ,poteſt,vt dixi,expreſſe,vel tacite pronuntiare commiſſionem eſſe ſubreptitiam,caſu quo eius proceſſus tenet,niſi appelletur.

Neque dicatur,quod hæc cognitio; an reſcriptum ſit ſubreptitium;pertinet ad iudicem appellationis.

Quia reſpondeo, quod poteſt pertinere etiam ad iudicem a quo, ſi non coram iudice ad quem, ſed coram ipſo de eo controuertatur.

Secũdus caſus eſt:quando Princeps in ſecũdis literis,ſeu commiſſione appellationis appoſuit clauſulam decreti irritantis,vel alia verba,per quæ appareat, Principem velle reuocare ex tunc quicquid fuerit agitatum per primum iudicem: & iſto caſu proceſſus eſt ipſo iure nullus, etiam data ignorantia iudicis, *Abb.in c.3. cæterum, ſub num.10. ibi,ego aliter ſoleo dicere, de reſcript.* & iſto caſu procedit extenſio.

Tertius caſus eſt; quando commiſſio appellationis eſt impetrata ſuper appellatione legitime interpoſita,& in cauſſa appellabili; & iſto caſu non eſt dubium, quod iudex à quod non poteſt vlterius procedere, quia eius manus ſunt ligatæ etiam ſola appellatione abſque commiſſione, & procedendo, proceſſus eſſet nullus ipſo iure, & reuocaretur per viam attentati, *Lancell. tract.de attent.p.2 c.12.de attent.& innou.appell.pend.in præfat. n.12. tom.5.fol.347.*

Quartus caſus eſt, quando commiſſio appellationis eſt impetrata in cauſſa inappellabili,& iudici à quo nondum

eſt no-

Digitized by Google

eſt notificata commiſſio impetrata, & iſto caſu poteſt valide procedere, ſiue illa commiſſio ſit ſubreptitia, ſiue non per ea, quæ ſcribit *Abb. in dict. c. ceterum num. 40. verſus finem ibi aut renocatio eſt facta, ſimpliciter de reſcript.* niſi ſit facta motu proprio cum clauſula irritanti, quia tunc ſumus in ſecundo caſu.

Quintus caſus eſt, quando reſcriptum ad lites, non tamen auocatorium cauſſæ, eſt ſubreptitium, ſeu obreptitium, & dubitatur an ſit validum, & concludo, quod eſt validum, & quod ideo tribuit iuriſdictionem, donec pronuncietur, eſſe ſubreptitium, *Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. auocat. cauſſ. q. 2. n. 2. fol. 478. in ſecunda impreſſione*, non enim eſt nullum ipſo iure, ſed viciatur ope exceptionis, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 64. ſub n. 9. & adde, quæ ſcripſi infra q. 53.* & quod iudex habeat iuriſdictionem, quamuis contra literas impetrationis iudicis, obijciatur exceptio falſi, non quod ipſæ literæ ſint falſæ, ſed quod in eis narratum ſit mendacium à parte ſcribunt, Bart. & Innoc. quos retuli & ſequutus ſum *infra q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 56.*

Sextus caſus eſt, quando reſcriptum auocatorium cauſſæ eſt ſubreptitium, ſeu obreptitium, & dubitatur, an ſit ipſo iure nullum, & concludo, quod ſic, *per ea, quæ ſcripſi ſupra contra extenſionem*.

Septimus caſus eſt: quando oritur controuerſia ſuper ſubreptione, & obreptione reſcripti in prædictis, & alijs caſibus, & dubitatur quis debeat cognoſcere præfatam controuerſiam, & concludo, quod debet cognoſcere is, coram quo de eo agitur, quare ſi is, qui reſcriptum obtinuit, citet aduerſariu[m] coram iudice, ad quem reſcriptum eſt directum, is de eo cognoſcet, ſed quia iudices, ad quos ſpectat arbitrari, an omiſſio, ſeu expreſſio ſit talis, vt adduxerit Principem ad reſcribendum, nolunt diuinare mentem Principis præſentis in Curia, ideo in Vrbe optimus viget ſtylus, vt is, qui prætendit reſcriptum eſſe ſubreptitium, adeat eundem Principem, citato aduerſario, pro reformatione illius reſcripti, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 64. n. 11. in fine*, & ſic materia ſubreptionis in Curia non practicatur, niſi coram eodem Principe.

31 Reſtringe eandem ſublimitationem, poſitam *ſupra numero 26.* dum diximus, cauſſam appellationis poſſe committi etiam ante dationem apoſtolorum, vt non procedat in appellatione ab interlocutoria *Rot. deciſ. 54. alias 734. nota quod quando, ibid. ſecus autem de appell. in antiq. & deciſ. 41. alias 357. fuit dubitatum de appel. lat. nouo.* & quod Signatura non ſoleat dare commiſſiones appellationum, pendente termino ad redeundum pro apoſtolis, niſi in appellatione a diffinitiua, ideoque in clauſula, qua petitur in commiſſione derogari obſtaculo pendentiæ dicti termini, debeat exprimi, attento quod a diffinitiua, ſcribunt Veſtr. & Marcheſ. quos retuli *ſupra ſub n. 26.*

Contra hanc reſtrictionem: quod enim commiſſio impetrationis iudicis teneat etiam in interlocutoria, & ideo ſublimitatio procedat indiſtinctè, tam ſi ſit appellatum a diffinitiua, quam ſi ſit appellatum ab interlocutoria; tenebat vna pars Dominorum Rotæ *deciſ. 53. alias 564. vtrum ſi appellatur de appell. in antiq.* hancque veram credit illius deciſionis Collector, & vti veriorem, & communiorem * ſequitur Lancel. *tractat. de attent. parte 2. c. 13. de attent. pend. temp. apoſtol. petend. numero 34. & 35. verſ. amplia vt non ſolum tomo 5. fol. 386.* reprobationis deciſionibus, citatis in reſtrictione, & inconſtantia Boerij, & Neuizan. quos citat, & idem tenet *eod. c. 13. ſub n. 11. 12. & 13.*

32 Limita III. vt multo minus procedat, quando iudex dedit appellanti terminum iuris, videlicet triginta dies ad redeundum pro apoſtolis, & deinde eidē redeunti pro apoſtolis in termino, dat alium terminum iuris, intra quē poſtea appellatus obtinet, appellanti dari reuerentiales cū intimatione, quia licet appellans in caſu huius limitationis, non fecerit cauſſam cōmitti intra decē dies à die intimationis, tamen appellatio non dicitur deſerta, *Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. in præfat. numero 71. tomo 5. fol. 348 & fuſius limit. 13. princip. ſub num. 5. fol. 368.* dicens, quod licet iudex appellanti redeunti pro apoſtolis in termino iuris, dederit alium terminum iuris, intra quem appellatus obtinuerit dari reuerentiales cum termino decem dierum ad proſequendum in forma, & hoc fuerit appellanti intimatum, tunc appellans, quamuis non redeat vltra pro apoſtolis, nec in termino cauſſam committi faciat, non dicitur renunciare appellationi, & poteſt cauſam vſq; ad annum, & ex cauſſa vſq; ad biennium proſequi, ex quo iudex hoc caſu non cenſetur appellationi detuliſſe, & in vltima impreſſione *in præfat. d. c. 12. n. 73.* ait, quod appellans non tenetur amplius redire pro apoſtolis, & perinde eſt ac ſi fuiſſent dati refutatorij de quibus vide *quæſt. præced. ſub n. 60. & 61.*

33 Limita IV, vt non procedat, quando non ſtat per appellantem, quominus cauſſa committatur intra terminum decem dierum ſibi præfixum ad eam committendam, quia ſatis eſt, quod eam faciat committi quandocunque poterit: parti enim ſuſſicit ad euitandum deſertionem appellationis facere cauſſam committi, vel adhibere diligentiam, quod committitur, vt ex exemplis infra poſitis clare apparebit.

34 Declara hanc limitationem circa probationem diligentiæ, vt relinquatur arbitrio iudicis, quando dicatur fuiſſe adhibitam diligentiam, quia ſi appellans dicat, ſe adhibuiſſe diligentiam, & tamen non potuiſſe facere, quod cauſſa committeretur, neceſſe eſt, vt etiam dicat, ſe fuiſſe impeditum, & conſequenter teneatur probare legitimum impedimentum, cuius probatio relinquitur arbitrio iudicis, vt etiam quando etiam de excuſatione deſertionis cauſſæ propter impedimentum, retuli, & ſequutus ſum *q. ſeq. n. 147. art. 4.*

35 Subdeclara hanc declarationem, vt iudicis arbitrium ceſſet in caſibus deciſis à iure, vel à iudiciorum vſu, vel à ſtatuto, vel à communi Doctorum interpretatione, & demum in rebus claris: quare arbitrium poteſt verſari ſolum in ambiguis, iuxta ea quæ ſcripſi *lib. præced. cap. 9. numero 31. 535. & ſeq. & cap. 11. numero 378. 379. & 381.* & quod arbitrium iudicis ceſſet in ijs, in quibus habemus conſuetudinem, vide quæ refert, & ſequitur Beninc. *tract. de pauper. quæſt. 6. numero 39. & 40. tomo 18 fol.* ... & quod propterea in pœnis arbitrijs illud dicatur certum, quod eſt vſitatum, ſcribit Bart. *in l. 33. ſeruum quoque §. publice num. 2. ff. de procur.* & quod id, quod eſt conſuetum fieri, non dicatur arbitrarium, ſed neceſſarium, ſcribit Bal. *in l. 4. quicumque nos. 4. verſic. ſecus autem, numero 17. in fine C. de ſeru. fugit.* Et quod iudex in imponendis pœnis debeat ſequi conſuetudinem, & imponere pœnas ſolitas receptas a conſuetudine, non minores, quandoque in faciendis compoſitionibus debeat attendere modum conſuetum, qui probatur per libros prouentuum Curiæ, vide Par. de Put. *tractat. de ſynd. in verb. an ſi poteſtas numero 7. tomo 7. fol. 234.* Et quod iudex, non ſeruans in arbitrarijs conſuetudinem, faciat litem ſuam, vide eundem Parid. de Put. *eod. tractat. in verbo poteſtas qui habet, numer. 3. fol. 245. & Beninc. vbi ſupra.* & quod pœna arbitraria habeat ſolum locum, quando deficit ius commune, vel ſtatutum, aut conſuetudo, ſcripſi ſupra *lib. 1. cap. 12. num. 85.* & multa cumulat Euer. *in locis argumentorum, in loco ab vſitato, ſeu ſolito, fol. 630.*

36 Exemplifica I. hanc quartam eandem limitationem ſic ſubdeclaratam, quando appellans adiuerit Regentem Cancellariæ pro impetratione iudicis, & commiſſione

cauſſæ

cauſſæ infra illos decem dies, *Rot.decīſ.25.alias 155.ſi certus terminus, et decīſ.41.alias 357.fuit dubitatum de appell. in non.* dicens, quod in appellationibus à ſententijs, latis in Curia, debet appellans ire ad Cancellariam, vel eius Locumtenentem, ſeu Vicecancellarium, & ei debet porrigere ſchedulam commiſſionis, *Caſſad.decīſ.4.de more, ſub num.2. de appell. Veſtr.in prax.lib.7. c. vlt.num.5.in fine, fol. 316.& lib.3.c.5.ſub n.4.fol.56.* dicens, diligentiam committendi cauſſam appellationis probari; ne dum ſi probetur, commiſſionem cauſſæ fuiſſe infra terminum Curſoribus, & banco ſuo præſentatam, verum etiam ſi probetur, quod appellans in termino adiuerit eum, qui ſignat commiſſiones, & ei ſuam commiſſionem præſentauerit, *Lancell.tract.de attent.p.2.c.12.in præfat.num.65.tom.5.f. 348.& in vlt.impreſſ.n.71.* dicens, quod debet accipere fidem præſentationis commiſſionis à Præfecto Signaturæ, vel à D. Regente Cancellariæ, *Creſcent. decīſ.8. alias 66. lib.2. commiſſionem cauſæ, num.4.in fine, & num.4.de appel. fol.146.* quem refert & ſequitur Marchel. *tract.de commiſſ. par.2.in commiſſ.appell.c.1.num.67.fol.17.* qui quatuor vltimi ad vſum hodiernum ſcribunt ſufficere, quod appellans adeat Regentem Cancellariæ, vt is ſua manu apponat in calce commiſſionis diem præſentatæ commiſſionis per iſta verba, *præſentata die 14. Iulij 1610.* ad effectum, vt per hanc eius ſubſcriptionem conſtet de diligentia appellantis; & ad hanc praxim reducitur hodie doctrina, quam tradit Rot. *dict.decīſ.25.ſi certus terminus, de appel. in non.* quam latius retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub num.5. verſ.in quinto, ibi, & quod ſi appellatur.*

Vtilis, oriens ex hac præſentata, eſt duplex.

37 Prima, quia cauſſa præſeruatur à deſertione, quamuis commiſſio non fuerit expedita infra decem dies, *Veſtr. in prax.lib.3.c.5.ſub n.4.* & hoc ſeruatur quotidie ſine controuerſia.

Secunda, quia de ſtylo prorogat ad eam committendam infra menſem à die præſentatæ, *March.tract.de commiſſ.vbi ſupra, & in ſecunda impreſſ.p.1.c.4.de offic.& auct. vicecanc.num.16.fol.38.* ſed eſt exhibenda ſaltem eadem decima die in actis notarij iudicis à quo, vt is ſe abſtineat ab exequutione, cum per illam exhibitionem ſibi certo conſtet de diligentia appellantis in proſequendo appellationem.

Contra hunc ſtylum, ſeu ſecundam vtilitatem de prorogando tempus ad vnum menſem facit, quia, ſi ſtylus arbitratur; tempus decem dierum à iudice congrue dare in apoſtolis reuerentialibus ad committendam cauſſam appellationis; inconſiderate in vim præſentatæ prorogat ad menſem, ſiquidem de natura dilationis, quæ datur ei, qui ob iuſtum impedimentum non expediuit actum, eſt, vt ad ſummum reintegretur dilatio à capite, *vt ex Bar. Bal. & Paul.de Caſtr.retuli, & ſequutus ſum lib.præced. c.3. n.75. declar.4.& qu.ſeq. ſub num.227.* vnde ſenſate videtur loquutus Put. *decīſ.389.in vna Genuen.in fine numer.3.lib.2.* dicens, quod quis non dicitur proſequi appellationem debita diligentia, vt tenetur, niſi penes Regentem loco Vicecãcellarij inſteterit pro ſignatura commiſſionis obtinenda, & ad Curſores perferenda infra viginti dies poſt appellationem, quare, ſi commiſſio poſtquam fuerit præſentata Regenti ſteterit per viginti dies antequam venerit ad bancum Curſorum appellatio efficitur deſerta, *Put.d.decīſ.389.ſub num.1.* quaſi apertè dicat Put. quod ſi commiſſio poſt præſentatam non expediatur infra alios decem dies, qui conſtituunt numerum viginti dierum à die appellationis, in qua fuerunt dati reuerentiales, cauſſa efficitur deſerta.

His non obſtantibus, rationabilis eſt ſtylus, quia tempus decem dierum ad committendam cauſſam appellationis procedit ſolum, quando ſunt dati reuerentiales in forma, quo caſu ſciendum eſt, quod Regens Cancellariæ, habita fide notarij iudicis à quo in calce commiſſionis de apoſtolis reuerentialibus, poteſt ipſe commiſſionem ſignare, & reſcribere abſque Referendario, & abſque Illuſtriſſimo Cardinali Præfecto Signaturæ, & abſque alicuius miniſtri reuiſione, & ſignatam immediatè tranſmittere ad bancum Curſorum, ſicque facilis, & breuis eſt iſta via, & ideo ſtylus arbitratur, tempus decem dierum eſſe congruum; At quando appellans eſſet negligens, vel nollet illam fidem notarij, ſibique magis ſatisfieret, commiſſionem expediri via ordinaria, tunc eſt in primis adeundus Referendarius, qui videat commiſſionem, & de more nomen ſuum in capite apponat, & deinde adeundus eſt Reuiſor commiſſionum, quem *Tudeſcum* hodie dicimus, qui illam vel reijcit melius formandam, vel portat ad Illuſtriſſimum Cardinalem, qui apponit reſcriptum; & deinde portatur ad Io. Finalem, qui eſt ſubſtitutus Regentis inde ad Regentem ipſius Cancellariæ, qui apponit iudicem; iterumque reuertitur ad Finalem, qui commiſſionem annotat ad librum ſuum, & demum illam tranſmittit ad bancum Curſorum, & ſæpe, dum ambulat per manus iſtorum, euenit aliquod impedimentum, ita quod non prius expediri poſſit, quam per menſem.

Aduerte, quod hæc diligentia committendi cauſſam non probatur ex libro Baccodi; primo, quia non probat certam diem &c. vt in caſu, de quo loquitur *Caputaq. decīſ.31.appellatio, par.1,* ſecundo quia non probat, *vt per eundem decīſ.32.& dic.num.3.ead.p.1.* & quod non ſufficiat diligentia, quod in libro Martini Lupi, qui ſolet portare commiſſiones ad ſignandum, reperiatur nomen appellantis, &c. dixit Rot. *diuerſ.dec.790.Oſcen.par.3. lib.3.f. 208.* & aduerte quod iſta ſunt nomina Reuiſorum, qui eo tempore reuidebant commiſſiones, & hodie prænominati loco eorum.

Extende I. eandem exemplificationem, vt procedat, etiam ſi hæc præſentata non ſit facta in commiſſione originali, ſed in eius copia, quia nihilominus præſeruaret à deſertione, vnde in caſu, quo die 18. menſis Iunij fuerant dati reuerentiales, & die 4. ſequentis menſis Iulij fuerat Iudici præſentata commiſſio, & ex copia commiſſionis apparebat de diligentia manu D. Regentis, & dubitabatur, an cauſſa eſſet deſerta, Rot. tenuit non eſſe deſertam, *Lancell.tract.de attent.p.2.c.12.de attent.& innou. appell. pend.in præfat.n.66 tom.5.fol.348.*

40 Ratio huius exemplificationis ſic extenſæ eſt, quia decem dies, qui dantur ad proſequendam appellationem, non dantur ad complendam proſequutionem appellationis, ſed dantur ad inchoandum proſequutionem, *Rot. diuerſ.decīſ.790.Oſcen.p.3.lib.3.fol.208 & Creſcen. decīſ.8. alias 66.lib.2.commiſſionem, n.3.& ſeqq. de appell. & vide infra num.59.*

Extende III. vt præfata diligentia, facta coram Vicecancellario, ſeu Regente Cancellariæ poſt interpoſitam appellationem à diffinitiua, ſufficiat etiam ſi fuerit facta antequam iudex dederit apoſtolos, & terminum præfixerit ad proſequendum, & etiam quod iudex ipſe à quo detulerit deinde appellationi, & terminum decem dierum præfixerit ad proſequendum, quia nihilominus appellans non tenetur poſt delationem appellationi facere iterum præfatam diligentiam, quia ſufficit illa prima, ex quo ius detulit appellationi, *Rot.decīſ.41.alias 357.fuit dubitatum de app.in non.* licet ibi contrarium tenet Collector.

41 Declara nunc eandem primam exemplificationem, vt, ſi appellans adiuerit Regentem Cancellariæ, ſed is vel non fuit repertus, vel fuit repertus impeditus, & ideo non potuit annotare diem præſentatæ commiſſionis, appellans debeat iſto caſu proteſtari & ſuper hoc recipere publicum inſtrumentum, quia alias non ſufficeret illa diligentia adeundi Regentem, *Rot.decīſ.25. alias 155.ſi certus terminus, de appell.in non.& decīſ.20.eodem tit.in antiquior.*

quior. Caſſad. decif. 4. de more, n. 2. eod. tit. Veſtr. in prax. lib. 7. c. vlt. ſub n. 5. ibi vel curia vtique, fol. 216. & Lancel. d. c. 12. in præfat. n. 64. to. 5. fol. 348.

42 Exemplica II. eandem quartam limitationem, & diligentiam in caſu, quo quis eſt impeditus à ferijs, vt puta, die prima Iunij eſt lata ſententia, die 9. eiuſdem ſunt dati reuerentiales & deinde 19. eiuſdem fuit facta diligentia coram Regente Cancellariæ, de qua diligentia conſtabat per manus eiuſdem; & deinde die 27. Iulij commiſſio fuit præſentata in banco Corſorum, & vltimo loco die 26. Octobris eiuſdem anni fuit citatus appellatus ad dicendum contra: nam iſto caſu licet à die 19. Iunij, quo fuit facta diligentia coram Regente Cancellariæ vſque ad diem 27. Iulij interceſſerit ſpatium vltra menſem; tamen, quia ſuperuenerunt feriæ, quæ indici ſolent de menſe Iulij circa principium, *vt ſcripſi lib. prac. cap. 5. num.* 185. & ſic materia incidit in tempore feriarum, & non fuerunt lapſi niſi 38. dies à die diligentiæ vſque ad tranſmiſſionem commiſſionis ad bancum Corſorum, ſicque negligentia conſiſtit in octo diebus, quibus iam ſuper venerant feriæ; excuſatur deſertio, *Lancel. tract. de attent. par. 2. c. 12. in præfat. n. 67. fol.* 348.

43 Exemplifica III. in caſu, quo quis dat commiſſionem Reuiſori commiſſionum infra tres dies à die datorum reuerentialium, & poſtea redit ad eumdem Reuiſorem pro expeditione dictæ commiſſionis, & repèrit, quod aduerſarius accepit dictam commiſſionem tanquam ſuã, & dum ipſe appellans laborat pro illius recuperatione, labitur tempus decem dierum; certè iſto caſu appellatio non efficitur deſerta, ex quo ei, qui eſt impeditus facto aduerſarij, non currit tempus, *iuxta ea quæ ſcripſi quaſt. ſeq. art. 3. caſ. 2. n. 61. & ſeqq. & ſignanter ſub n. 66.* & ita vidi practicatum.

44 Exemplifica IV. quando quis obtinuit reſcriptum à Signatura cum aliqua clauſula, quæ ſibi non placet, & ideò vult nouam dare commiſſionem, quia, ſi interim labatur tempus, non attenditur lapſus, ex quo ſatis conſtat de diligentia.

45 Exemplifica V. in quouis alio iuſto, ſeu legitimo impedimento, quia, ſtante iuſto impedimento, cauſſa non efficitur deſerta, vide Lancell. *tract. de attent. par. 2. c. 12. in præfatione, n. 70. & 73. fol.* 348.

46 Limita V. eundem ſtylum Romanæ Curiæ, arctantem appellantem ad committẽdam cauſſam appellationis infra decem dies, ſeu alius terminum, appellanti aſſignatum, vt non procedat hic in Curia, quando appellatus, præueniendo appellantem, faceret cauſſam committi intra eoſdem decem dies, quia c. 57. *oblata de appell.* de non præueniendo appellantem in impetratione reſcripti per appellatum non habet locum in Curia, vbi ſtatim datis apoſtolis, appellatus poteſt impetrare commiſſionem ſuper appellatione, cuius commiſſionis vigore appellans, tenetur procedere, niſi ipſe præuenerit appellatum in faciendo committi cauſſam appellationis, *Rot. decif. 16. alias 104. capitulum numero 1. de appellat. innou. Franch. in d. c. oblata in fine, numero 12. verſ. vltimo aduerte. Card. Alex. ſub num. 7. verſ. aduertendum, & Dec. not. 3. n. 7. Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. c. 26. de commiſſ. appel. vig. c. oblata, n. 9. fol. 285. in ſecunda impreſſ.* & hoc eſt notum in Curia.

Secus ſi iudex impetraretur extra Curiam, quia tunc appellatus non poſſet præuenire appellantem, *d. c. oblatæ, & ibi Franch. in fine ſub d. n. 12. Card. d. num. 7. verſ. nota ex text. & Dec. d. not. 3. n. 6.*

Ratio diuerſitatis eſt triplex. Prima, quia in Curia datur iudex ex officio arbitrio Regentis Cancellariæ, ſed extra Curiam datur quem impetrans vult, niſi contradicatur in Audientia, *Rot. d. decif. 16. num. 2. Franch. & Card. ſupra proximè citati, & Marcheſ. dict. c. 26. n. 11. 12. & 14.*

Secunda ratio eſt, vt liti finis celerior imponatur, & euitetur circuitus, *Rot. vbi ſupra, & Marcheſ. d. c. 26. num. 7. & 8. fol. 285.* ſed hæ rationes non videntur tutæ, quia etiam extra Curiam poſſet dari iudex ex officio, & vbique lites ſunt celeriter quoad fieri poteſt expediendæ. Tertia igitur ratio, quam excogito, eſt, quia quando cauſa committitur in Curia conſideratur ſtylus iudicum, qui appellationi deferunt cum termino decem dierum, *vt dixi ſupra n. 6. & 7.* qua conſideratione attenta, nullum appellanti infertur præiudicium, ſi appellatus cauſſam in eo termino committat, imò pòtius res ipſi grata agitur, tum quia expenſas appellationis, quas ipſe teneretur facere, facit appellatus, tum quia oneroſa eſt diligentia committendi cauſſam intra tam breuem terminum, à qua releuatur per appellatum, hæcque conſideratio dilatata eſt etiam ſi cauſa committatur à ſententia lata extra Curiam, dummodo cauſſa committatur in Curia: At quando cauſſa committitur extra Curiam ſupponere debemus, etiam ſententiam latam eſſe extra Curiam, quia non conuenit, vt ſententiæ, latæ in Curia, reuideantur extra Curiam; & in appellationibus à ſententijs latis extra Curiam ceſſat hic ſtylus deferendi appellationi cum termino decem dierum, & conſideratur in eis terminus iuris, qui eſt annus: qua conſideratione attenta, inferretur appellanti præiudicium, ſi appellatus poſſet præueniendo committere cauſſam, & procedere, qui intereſt appellantis habere dilationem vnius anni, *Rot. decif. 32. alias 104. appellatus ſub n. 1. de appell. in nou. & clarè Aach. d. c. oblata n. 4. & 5.*

Infero ex prima ratione reſtrictionem huius limitationis, dum dixi, in Curia poſſe appellantem præueniri ab appellato, vt non procedat quando iudex daretur, quem pars peteret in commiſſione, quia iſto caſu etiam in Curia non teneret impetratio, non facta mentione de termino, *Franch. in d. c. 57. oblatæ in vltimis verbis.*

Extende hanc limitationem, vt ſicut commiſſio cauſſæ appellationis, impetrata ab appellante, efficitur communis appellato, *Caputaque decif. 36. appellatio licet, n. 4. par. 1.* quem retuli & ſequutus ſum *lib. prac. c. 3. numero 214. in fine*, etiam ſi appellatus non appellauerit, *Caputaq. vbi ſupra*, nam & ipſa appellatio efficitur communis appellato, qui propterea poteſt illi adhærere, & deducere iura ſua antea non deducta, perinde, ac ſi ipſemet initio debito tempore appellaſſet, *Gail. in pract. obſeru lib. 1. obſeru. 122. numero 3. & Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 2. obſeru. 21.*
* *numero 2.* vbi de communi * opin. & comprobatur ex his, quæ ſcripſi *d. c. 3 numero 209. & ſeqq.* & poteſt proſequi appellationem etiam appellante inuito, *Rot. decif. 47. alias 507. nota quod ſi appellatus de appell. in antiq. et decif. 7. alias 65. ſi appellatus eod. in non.* imò, vna parte appellante, altera prohibetur appellare, quando eſt vnicum negotium, ſeu ſunt plura connexa, *vt declaraui ſupra qu. 10. ſub n. 5. verſ. prima, et verſ. et hac et infra q. 17. limit. 21. nu. 25. et ſeqq.* vbi videas.

Ita etiam appellationis commiſſio, quam appellatus impetrat in Curia infra terminum præfixum appellanti, efficitur communis, & prodeſt ipſi appellanti, *Bellam. decif. 259. præfixo termino.* & in fortioribus terminis Rot. *citata in ſeqq. ſubextenſ.*

Subextende I. confirmando, vt ſi vigore commiſſionis impetratæ ab appellato fuerit proceſſum vſque ad concluſionem, & deinde appellans doceat de diligentia proſequutionis, per eum facta infra terminum ſibi præfixum proceſſus teneat etiam ſi commiſſio fuerit ab appellato impetrata poſt terminum, *Rot. decif. 37. alias 44. ſi appellatus de appellat. in nou. et decif. 7. alias 65. ſi appellatus eod. in antiq.*

Subextende II. vt procedat etiam ſi appellans, citatus ab appellato ad dicendum contra commiſſionem, dixerit

genera-

generalia contra, ſeu dederi exceptiones generales, dummodo in eis non perſiſtat, neque propterea appellet, *Rot. d. deciſ. 7. de appell. in nou. & deciſ. 47. alias 507. nota quod ſi appellatus, eod. in antiq. Dec. in c. 4. perſonas num. 45. verſ. vlt. Abb. de appel. & Veſtr. in prax. lib. 7. c. vlt n. 7.*

Declara I. reſtringendo eandem limitationem, dum dicimus, in Curia poſſe appellatum præueniendo appellantem, committere cauſſam appellationis, vt hoc procedat, dummodo obtineat committi, vt appellatus ſecus ſi liqueret de contrario in ſupplicatione, quod magis committeret, vt appellans, quia talis commiſſio non teneret, *Ceſ. de Graſſ. deciſ. 8. alias 2. fuit reſolutum n. 9. & 10. verſ. nec obſtat. de reſcript. fol. 13.*

Declara II vt ſi appellatus impetrauerit commiſſionē intra terminum, nihilominus appellans, ſi fuiſſet legitimè impeditus, poterit proſequi appellationem, *Abb. in c. 4. perſonas n. 13. verſ. vlterius quæro de appell.* & quoties appellatus inſtaret pro confirmatione ſuæ ſententiæ vigore literarum, quas impetrauerit, toties appellans poterit, proſequi ſuam appellationem, licet deſerta eſſet per lapſum termini aſſignati ab homine, *Abb. d. c. perſonas ſub n. 13. ibi aut appellatus vult proſequi, &c. Dec. d. n. 45. verſ. vlt. abb.* quia reſcriptum efficitur commune, & ideo, ſi appellatus eo vtitur, poteſt etiam eo vti appellans, & dicitur eo vti, quando illud præſentauit iudici, & parteni citauit, *Dec. eod. c. perſonas n. 46. & 47.*

Secus ſi appellatus reſiſteret, nolletq; eo vti, & appellans non fuiſſet legitimè impeditus, quia iſto caſu non poſſit appellans proſequi ſuam appellationē iam deſertam, *Abb. ſub d. n. 13. ibi aut non fuit impeditus.* nam & appellatus non poſſet adhærere appellationi appellātis, niſi appellans eam introduxerit coram iudice appellationis, *Gail. in pract. obſer. lib. 1. obſer. 122. n. 4. verſ. intellige hanc.*

Reliqua quædam deſideranda in iſto articulo de appellato præueniente in committendo cauſſam appellationis vide *infra n. 53. et 56.*

Aduerte obiter circa eandem limitationem, dum dixi in Curia non dari iudicem ad voluntatem partis, ſed arbitrio R. P. D. Regentis Cancellariæ, quia cautela impetrandi vnum ex aliquibus magis confidentem eſt, vt in commiſſione petatur committi alicui Prælato, vel iudici ordinario in Romana Curia commoranti, vel, ſi magis placet, D. N. de meritis cauſſæ magis informatio, quia, ſi agatur de cauſſa dependente aliquo modo ad alia, pendente coram illo, ſed ſolet illi delegari, vnde hac indirecta via pars ſæpe obtinet quem vult iudicem, & alias non haberet, *Marcheſ. tractat. de commiſſ. par. 1. c. 26. de commiſſ. appell. vrg. c. oblatæ num. 13. fol. 285. in 2. impreſſione.*

48 Limita VI. eandem declarationem, ſeu ſtylum, de quo *ſupra numero 6. et 7.* de expedienda commiſſione infra decem dies; vt non procedat in appellatione interpoſita in partibus ad Curiam, quia, ſi iudex a quo præfigat appellanti terminum ad proſequendam appellationem, ſufficit appellanti iter arripere infra terminum ſibi præfixum ad proſequendum appellationem, licet ſuper illa non impetret reſcriptum infra eundem terminum, quia, iter arripiendo, facit diligentiam in proſequendo: debet enim parare ſarcinulas ad viam, & cauſſam ita, quod ſi infra dictum terminum non proſequatur, non eſt ſibi imputandum, *Rot. deciſ. 13. alias 94. ſi iudex in partibus n. 1. de appel. in nou.* & quod ſi certus terminus præfigatur per iudicem extra Curiam ad proſequendum appellationem ſufficiat appellanti iter infra illud tempus arripere, quia, cum terminus aſſignatur ad proſequendum dumtaxat, ſufficit inchoare, vel incipere vltima die, ſcribunt Rot. *deciſ. 25. alias 155. ſi certus terminus ſub n. 1. et deciſ. 66. alias 488. ſi papa, de appel. in nou.* quas retuli & ſequutus ſū *infra n. 59. verſ. extēde eandē.* & Franch. *in c. 4. perſonas ſub nu. 5. verſ. quantum vero de appell.* & quod propterea non ſit neceſſarium, quod appellans ſe infra dictum terminum præſentet coram iudice ad quem, & ei libellum, ſeu ſupplicationem præſentet, quia licet terminus ad proſequēdum videatur plus importare, quam ſimplex terminus ad iter arripiendum, tamen quod ita ſeruetur in practica, & ſit opinio, quæ procedit etiam de iure, vt ſatis ſit iter arripere vltima die termini dati ad proſequendum, ſcribit Franch. *ſub numero 5. verſ. quantum vero, in fine,* & quod ad euitandam deſertionem ſufficiat ſola itineris arreptio, ſcribunt *Rot. d. deciſ. 66. et Veſtr. in prax. lib. 7. c. vlt. n. 5.* Et ratio eſt, quia illud tempus decem dierum non ad proſecutionem appellationis complendam, ſed ad eius inchoationem ſtatuitur, *Rot. d. deciſ. 66. de appellat. in nou.* Quare in caſu hujus limitationis illi decem dies, dati ad faciendum committi cauſſam, vel ſaltem ad inchoandam diligentiam coram Regente Cancellariæ, iuxta ea quæ ſcripſi *ſupra numero 36. verſ. exemplifica.* non incipiunt currere, niſi a die, quo veriſimiliter potuit appellans facere committi cauſſam appellationis in Curia, *vt refert, et ſequitur Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. in præfat. n. 49. tomo 5. fol. 347.* vnde ſi quis appellat ex Hiſpania ad Romanam Curiam, tempus appellationis proſequendæ, id eſt, biennium non incipit currere à die interpoſitæ appellationis, ſed à die, quo veriſimiliter cauſſa potuit committi, attentis impedimentis bellorum ſecundum ea, quæ ſcribunt Put. *deciſ. 151. in vna Hiſpalen. n. 2. in fine, et n. 3. et deciſ. 154. cauſſa Hiſpalen. lib. 2. et Lancell. d. c. 12. in præfat. n. 46. fol. 347.* & quod in caſu huius limitationis fatalia nō incipiant currere, niſi à die, quo appellans potuerit veriſimiliter facere committi cauſſam appellationis in Curia, vltra Put. & Lancell. hic citatos ſcribunt Mandoſ. & Ruginel. quos retuli, & ſequutus ſum *q. ſeq. num.*
49 *175. art. 7. verſ. tempora ſecundo.* & † quod appellans à ſententia lata extra Romanam Curiam, ei non aſſignato termino à iudice, neque à ſemetipſo appellante, habeat annum ad committendam, ſeu proſequēdam appellationem in Curia, & ex cauſſa biennium, patet ex text. *in cap. 57. oblatæ, et c. 4. perſonas, et c. ſeq. de appel.* & notat Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 1. c. 26. de commiſſ. appel. vrg. cap. oblatæ, n. 2. fol. 284. in 2. impreſſione.*

Nota ex dictis in hac limitatione, quod terminus ad proſequendum appellationem aliter ſumitur in appellatione interpoſita extra Curiam, & aliter in interpoſita in Curia.

50 Declara I. iſtam limitationem, vt ad effectum introducēdi appellationem iudex à quo poſſit præfatum tempus vnius anni, ſeu biennij reciſius moderari ſecundum locorum diſtantiam & perſonarum & negocij qualitatem, *c. 5. cum ſit Romana, et late ibi Gloſſ. in verbo reciſius de appell.* ſed non poteſt prorogare, *c. 57. oblatæ eod. et dixi qu. ſeq. n. 214. art. 10. verſ. limita quarto.*

51 Declara II. vt iudex à quo poſſit appellanti præfigere terminum ad proſequendum appellationem, id eſt, ad introducendam cauſſam appellationis coram iudice ad quem, *vt retuli et ſequutus ſum quæſt. ſeq. ſub nu. 218. verſ. tamen art. 10.* ſed non ad finiendum, expediendumq; proſequutionem, & cauſſam appellationis, quia eſſet imponere legem iudici ad quem, quod iudex à quo non poteſt facere, quia eſt inferior: teſtibus iis, quos retuli & ſequutus ſum *d. n. 218. verſ. declara 2. art. 10.*

52 Declara III. vt ſi à iudice, vel à ſemetipſo appellante fuerit præfixus terminus (nam poteſt de iure appellans ſibimet præfigere terminum breuiorem) tunc appellatus non poteſt, præueniendo appellantem, impetrare iudicē, ſeu commiſſionem cauſſæ, niſi in ipſa commiſſione faciat mentionem de termino, quia non facta iſta mentione, commiſſio ſeu reſcriptum eſſet ſubreptitium, & ideo non valeret, *cap. 44. ſæpe in fine, et dict. cap. oblatæ, de appell.*

appellat.& quod literæ impetrationis,id eſt, reſcriptum non valeat,ſcribit Franch.*in d.c.ſæpe num.41. verſ.in gloſſ. in fin.*

53 Subdeclara I.hanc declarationem,vt procedat quando impetratur iudex extra Curiam, ſecus ſi impetratur in Curia,quia tunc poteſt impetrari, nulla etiam facta mentione de termino,*Franch.in c.57.oblatæ,in fine, ſub n.12. de appell.*

Subdeclara II. vt commiſſio impetrata ab appellato, præuento appellante, non ſit nulla ipſo iure, ſed veniat annullanda ope exceptionis, & ideo ſi pars oppoſuerit, proceſſus erit nullus, quia illa commiſſio ſtante oppoſitione non tribuit iuriſdictionem,ſecus ſi pars non oppoſuerit,quia tunc,quamuis ſit ſubrepititium,tribuit iuriſdictionem,& ideo proceſſus valeret, *Put.deciſ.241. die 2. Martij lib.2.Creſcent.deciſ.4.alias 72.reſcriptum,de reſcrip. & deciſ.vltima,quæ eſt 9.alias 45.lib.2. de appell.& Marcheſ.tract.de commiſſ.p.1.c.26.de commiſſ.appell.vig. c.oblatæ,n.3.& 4.fol.284.in 2.impreſſ.*dicens quod,ſi non opponat de ſubreptione,videbitur ratificaſſe impetrata, & adde quæ ſcripſi *ſup.ſub n.30.ver. quintus caſus.*

54 Extende eandem declarationem, ſic ſubdeclaratam, vt non ſolum non poſſit appellatus impetrare iudicem ante terminum ab appellantemet, vel à iudice præfixum, ſed neque poſſit ipſe appellans, niſi fiat mentio in commiſſione de termino præfixo,*Gloſ.in d.c.44.ſæpe, in verbo.careat impetratis,de appell. & in caſus figuratione in d.c.57. oblatæ,n.20.in fine eod.* notans, quod terminum ſtatutum à iudice,vel ab appellante neutra pars poteſt præuenire, *Abbas in eod.cap.oblatæ,in principio,& ſub num.4.not.4.& Franch.n.10.& 11.limit.vlt.*

55 Subextende eandem extenſionem,vt non ſolum appellans non poſſit impetrare ante tempus, ſibi à iudice præfixum, & impetrando, literæ impetrationis ſint nullæ, vt dixi, ſed etiam patiatur pœnas contumaciæ ſi receſſerit ante terminum, ſed ſi expectauerit finem termini, non cenſebitur contumax,*Franch.in d.c.44.ſæpe,numer.41. de appellat.*

Intellige tamen,quod & ſi literæ impetratæ ſint nullæ, & patiatur pœnam contumaciæ, tamen non propterea priuabitur commodo appellationis; vnde ſi datus eſſet menſis ad proſequendum,ſeu ad præſentandum ſe coram iudice ad quem,& appellans præſentet ſe xx.die,& literas impetret, & recedat, literæ non valent, ſed tamen dicitur ſatisfeciſſe termino ſibi aſſignato per iudicem à quo, & potuit in quacunque parte termini proſequi,& ſic appellatio non eſt deſerta,*Franch.vbi ſupra.*

56 Declara IV. vt ſi appellanti nec iudex, nec appellanſmet præfixerit ſibi terminum,& ideo remaneat terminus legalis,de quo dixi *ſupra n.1.verſ.in prima,*appellatus poſſit,præueniendo appellantem impetrare iudicem,& commiſſionem cauſæ, nec cogitur aliquam expreſſionem termini legalis facere in commiſſione, dummodo nimium non feſtinet, vt appellantem in commiſſione ſupplantet, & iudicem ſibi amicum impetret,*c.57.oblatæ,de appell.& ibidem Gloſſ.in figuratione caſus,& in verbo, præcurrat.* dicens, quod nemo debet præuenire diligentiam alterius captioſe,*& Franch.limit.vlt.ſub n.11.Gloſſ.in c.44. ſæpe,in fine,in verbo,præueniens,de appellat. Alex.in conſil.19.viſo proceſſu,n.5.lib.1.& Marcheſ.de commiſſ.p.1.c.26.ſub n.22 fol.284.*

57 Subdeclara hanc declarationem,vt arbitrio iudicis relinquatur,quando dicatur appellatum nimium præcurriſſe,& feſtinaſſe in impetranda commiſſione cauſæ, & debet iudex in hoc arbitrio conſiderare qualitatem perſonæ,qualitatem cauſæ,& diſtantiam loci,*Anch.in d.c.oblatæ,not.5.n.5.et Abb.ſub num.10.ibi concludas,ergo Alex.d. conſ.19.viſo proceſſu,ſub n.5.ibi,et ſecundum,lib.1.* & iis cõſideratis,arbitrabitur,appellatum nimium præcurriſſe, quando appellans nondum videtur fuiſſe negligens, ſecus autem,ſi poteſt arbitrari,appellantem fuiſſe negligentem in impetranda commiſſione, quia iſto caſu non diceremus, appellatum nimium præcurriſſe; *Alex.vbi ſupra,* & hanc eſſe veram opin.in puncto iuris teſtatur Franch. *infra citans.*

Contra hanc ſubdeclarationem:quod enim non ſit arbitrarium; tenet alij, ſed diuerſimode ſub diuerſis opin. quas omnes refert Franch.*in c.57.oblatæ col.3. ſub num.4. in ſecunda difficultate; verſ.circa ſecundam, de appell.*vbi, propoſita difficultate, nunquid appellatus poſſit, inuito vel negligente appellante, proſequi appellationem, adducit quinque opiniones, quarum prima eſt, vt cum appellatus non poſſit nimium præcurrere appellantem in proſequenda appellatione, relinquatur arbitrio iudicis, quando dicatur nimium præcurrere, ex quo non eſt determinatum in iure, & opinionibus relatis, concludit hanc opin.ſicq;ſubdeclarationem eſſe in puncto iuris veram, vt teſtatur *ſub n.4.verſ.prima opinio, & ſub n.6. verſ. tertio & vltimo aduerte.*

Sed tamen quatuor argumentis tuetur ſecundam opin. quæ tenet,non eſſe arbitrarium, ex quo tempus eſt à iure determinatum, dicens, quod appellatus tenetur expectare vſque ad vltimum menſem ſecundi fatalis, hancque ſecundam opin.adducit *ſub d.n.4. verſ.ſecunda fuit:*hancque opin.contra Io.And.Bal.Ant.de Butr.& Moder. reſpondendo rationibus contrarijs, tuetur, & vti veriorem, & * communem* ſequitur *Dec.in d.cap.oblatæ, n.20,verſ. in gloſſ.in verb.pars appellata.*

In hac controuerſia ſtatuo tres concluſiones, quibus opiniones poſſunt conciliari.

Prima concluſio eſt, quod hæc controuerſia ceſſat, quando cauſſa committitur in Curia, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n.46.*

Secunda concluſio eſt, quod ſi appellatus impetrat iudicem in vltimo menſe anni, non dicetur nimium præueniſſe,& in hoc ceſſat penitus arbitrium, quia eſt determinatum in iure, & ita procedat opinio, quam firmat Dec.

Tertia concluſio eſt, quod ſi appellatus vult impetrare iudicem ante vltimum menſem anni, tunc relinquitur arbitrio iudicis, an & quando dicatur nimium præcurrere, & ita procedat ſubdeclaratio.

58 Nota ex hac declaratione, & ſubdeclaratione, quod tam appellans, quam appellatus poteſt impetrare iudicem ſuper appellatione proſequenda: appellans enim debet impetrare ſuper reuocatione ſententiæ, & appellatus ſuper confirmatione ſuæ, ſententiæ, & debet facere mentionem de appellatione partis aduerſæ, alias literæ eſſent ſubreptitiæ,*Franch.in cap.57.oblatæ. not.3.ſub numer.1.de appell.*

59 Extende eandem limitationem multipliciter declaratam,vt habeat locum etiamſi ſit appellatum in Curia, ſed Papa cum Cancellaria exiſtat in aliquo loco extra Curiam,vt puta Papa, & Cancellaria exiſtunt in Anania, & Auditores Palatij in Roma,& Auditor in Roma fert ſententiam,& parti condemnatæ, viua voce illico ab eadem ſententia appellanti,datis apoſtolis reuerentialibus, præfigit terminum decem dierum ad proſequendam appellationem, & appellans infra decem dies arripit iter per ſe, vel per alium ad Ananiam pro impetranda commiſſione ſuper dicta appellatione, talis itineris arreptio, & proſecutio eſt ſufficiens, & excuſat deſertionem, quia illud tempus non ad proſecutionem appellationis complendam, ſed ad eius inchoationem ſtatuitur modo inchoet proſequi &c. *Rota deciſ.13.alias 93.ſi iudex & deciſ. 25.alias 155.ſi certus terminus,& deciſ.66.alias 488.ſi Papa.quæ eſt vlt.de appell.in nou.& deciſ.48.alias 538. nota ſi certus,de app.in antiq. cũ alijs,quas citat, & ſequitur Creſc. deciſ.8.*

Digitized by Google

deciſ.8.alias 66.lib.2.commiſſionem,n.3.& 4.de appell.

Limita VII. vt non procedat, quando ſunt dati apoſtoli teſtimoniales, quia tunc appellans habet annum ad faciendum cauſſam committi, *Put.deciſ.371. in vna Fauentina lib.2.& Marcheſ.tractat.de commiſſ.par.2.de commiſſ. appell. cap.2. ſub num.10. ibi, vt quando dantur teſtimoniales fol.29.*

Ratio huius limitationis eſt illa eadem, quam adduxi *ſupra ſub n.1.* videlicet, quia iudex, dando teſtimoniales, nullum præfigit terminum ad proſequendam appellationem, & conſequenter remanet terminus iuris, qui eſt vnius anni, *cap 5. cum ſit Romana de appell.* vt dixi *ſupra ſub d.n.1.*

61 Limita VIII. quando cauſſa fuit commiſſa ſaltem die vndecima, quia appellatio non dicetur deſerta, quamuis non ſit commiſſa infra decem dies, *Lancel.tract.de attent. c.12.in præfat.n.72.to.5.fol.348.*

62 Limita IX. vt non procedat, quando, iudice allegato ſuſpecto procedente, appellatur ab eius proceſſu: quia iſto caſu proceſſus poſtea ab eo factus eſt inualidus, etiã ſi appellans non proſequatur appellationem, *Achil. de Graſſ.deciſ.3.alias 205.proceſſum de except.fol.95.* quam refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent.par.2.cap.de attent.poſt recuſat.n.17. verſ.tertio amplia.fol.340.* Quare appellans iſto caſu non cogitur infra decem dies, neque poſtea expedire commiſſionem cauſſæ, quia non tenetur proſequi cauſſam appellationis, & ſi exter iudex ordinarius appellationum, non tenetur coram eo proſequi, quia ſola appellatio impedit iudicem à quo.

Aduerte poſtremo loco, quod terminus, quem iudex à quo præfigit ad committendam cauſſam appellationis, debet præfigi vel principali cauſſam agenti, vel eius legitimo procuratori; alias cauſſa non efficeretur deſerta. Quare ſi procuratori ſimpliciter cõſtituto in aliqua cauſſa ſit præfixus terminus per iudicem à quo ad committendam cauſſam appellationis, & is eam non commiſerit, tamen cauſſa appellationis non efficitur deſerta, *Mohed. deciſ.6.alias 226.fuit dubitatũ n.1.et ſeqq.de procur duplicata in Rot diuerſ.deciſ.1124. fuit dubitatũ p.3.lib.3.f.250.*

In hac quæſtione vidimus de tertio tempore appellationis, videlicet de tempore committendi cauſſam appellationis, quod eſt tempus ad inchoandam proſecutionem appellationis, ſequitur, vt videamus de quarto tempore, nimirum de tempore proſequendi, & finiendi appellationem.

QVÆSTIO XV.

ARGVMENTVM.

De fatalibus, & inſtantijs cauſſarum.

SVMMARIA.

Quæſtio hæc qua caſu, & quam magnam habeat difficultatem, dicitur in exordio quæſtionis.

Fatalia vnde dicantur, n.1.

Fatalia ſunt duo anni, intra quos appellans debet inchoare, & terminare cauſſam appellationis, numero 2. — Extenditur multipliciter in diuerſis ſpeciebus cauſſarum, numero 3. & ſeqq. vſque ad num.11. — Declaratur primo in quot partes, ſeu tempora diuidantur fatalia, numer. 12. & ſeqq. vſque ad numero 26. — Declaratur ſecundo, vt fatalia dentur ordine ſucceſſiuo, & non ab initio, num.27. — Declaratur tertio, vt primum fatale detur ſimpliciter ipſo iure, ſed ſecundum conceditur ex cauſſa, num.28. & ſeqq. in quibus dantur ſubdeclarationes, illationes, & intelligentiæ, vſque ad numero 35. — Declaratur quarto, vt eadem fatalia, quæ ſeruantur in ſecunda inſtantia, ſeruentur in vlterioribus, nu.36. — Declaratur quinto, vt non habeant locum in reductione ad arbitrium boni viri, n.37. — Declaratur ſexto, vt non habeãt locum quando à Principe vel à ſtatuto breuiantur, nu.38. & ſeqq. in quibus dantur exempla vſque ad n.42. excluſiuè. — Declaratur ſeptimo, vt in conſiſtorio Principis ſint perpetua, n.42. — Declaratur octauo, non habere locum in iudice, habente liberum arbitrium, n.42.

Impedito in proſequutione appellationis ex facto proprio conceditur ſecundum fatale ipſo iure, ſub n. 44. — Exemplificatur multipliciter vſque ad n. 57. — Limitatur n.58. & ſeqq. vſque ad n.59.

Impedito ex facto appellati non currit tempus, num.61. — Declaratur, & inferuntur multa cum alijs declarationibus, & reſtrictionibus neceſſarijs, numer.62. & ſeqq. vſque ad numero 104.

Impedito mixtim ex facto ipſius appellantis & appellati non currit tempus, n.105. — Exemplificatur, extenditur, reſtringitur, & declaratur multipliciter, n.107. & ſeqq. vſque ad num.121.

Impedito ex facto iudicis currit primum fatale, ſed conceditur ſecundum ipſo iure num.122. & ſeqq. — Declaratur quando cauſſa dicatur deſerta facto iudicis, n.125. — Extenditur hæc declaratio, n.126. & 127. — Reſtringitur, n.128. & ſeqq. vſq; ad n.135. excluſiuè.

Impedito ex facto tertij datur actio ad intereſſe contra ipſum tertium, eoque non exiſtente ſoluendo, datur reſtitutio in integrum, n.135. — Extenditur, & declaratur vſque ad n.145. excluſiuè.

Impedito ex caſu fortuito currit primum fatale, ſed datur ipſo iure ſecundum, n.145.

Impedimenti probatio pertinet ad appellantem, qui ſe fundat in eo, n.146. — Et quomodo probetur, n.147.

Impedimentum quantum eſſe debeat, vt appellans habeat ſecundum fatale, num.148. & ſeqq. vſque ad numero 156. excluſiuè, in quibus recenſentur aliquot caſus, & varia opiniones.

Impedimentum remouibile non excuſat, n.156. & ſeqq. — Inferuntur aliqua, n.160. & 161.

Fatalia incipiunt currere à die appellationis, n.162. — Declaratur primo quando ex interuallo interponerentur plures appellationes, n.163. & ſeqq. vſque ad n.170. — Declaratur ſecundo, vt non computetur dies appellationis, nu.171. — Declaratur tertio tam in appellatione iudiciali, quam in extraiudiciali, n.172. — Infertur, & temperatur, nu.173. & ſeqq. vſque ad n.179. excluſiuè.

Proteſtatio de impedimento an ſit neceſſaria, ne ſequatur deſertio cauſſæ, n.181. & ſeqq. in quibus diſtinguuntur ſpecies impedimenti, dantur extenſiones, reſtrictiones & declarationes vſque ad n.187.

Fatalia poſſunt à partibus de communi conſenſu prorogari, nu. 188. & ſeqq. — Extenditur, vt à fortiori poſſint breuiari, n. 195. — Limitatur primo, vt non poſſint prorogari poſtquam ſunt elapſa, n.196.197. & 198. — Infertur, ſententiam quam iudex ad quem ferret ſuper meritis poſt deſertam appellationem, eſſe nullam, n.199. & ſeqq. — Declaratur hæc illatio multipliciter, n.204. & ſeqq. — Limitatur ſecundo, ſi procurator non habeat ſpeciale mandatum, n.212. Limitatur tertio, vt prorogatio non poſſit fieri ſine ſcriptura, nu.213. — Limitatur quarto in iudice, quia non poteſt augere, ſeu prorogare tempus proſequendæ appellationis, nu.214. — Neque minuere tempus, numero 215. — Declaratur multipliciter hæc quarta limitatio, numero 217. & ſeqq. — Et præſertim in Auditoribus Rotæ, numero 220. & ſeqq. in quibus tractantur neceſſaria de commiſſione prorogationis fatalium vſque ad n.240.

Fatalia in quibus differant ab inſtantijs, n.241. & ſeqq. 303. & ſeqq. 330. & ſeqq. 339. & ſeqq. 346. & ſeqq.

Inſtantia durat triennio in ciuilibus, et in criminalibus biennio, n.241. & 242.

¶ *Am-*

¶ Ampliatur hæc concluſio multipliciter. — Primo in cauſis ſummarijs, num. 244. & ſeqq. — Secundo in cauſis executiuis, ſed cum diſtinctione, num. 248. & ſeq. — Tertio in cauſſis ciuilibus, in quibus proceditur per officium iudicis, num. 253. — Quarto vt inſtantia criminalis habeat locum etiam in proceſſu per inquiſitionem, numero 254. — Quinto coram iudice delegato, num. 298. Tertio in cauſſis ſyndicatum, num. 299. 255. — Sexto coram arbitris, num. 256. Septimo in iudice, coram quo petitur reductio ad arbitrium boni, viri n. 258. — Octauo etiamſi litigator, pendente lite, moriatur, num. 260. — Nono etiamſi partes vellent prorogare, quia non poſſunt, num. 263.

¶ Limitatur in multis caſibus, in quibus poteſt eſſe longior. — Prima in cauſis fiſcalibus, n. 264. & 265. — Secundo in conſiſtorio Principis, num. 266. & ſeqq. — Tertio in iudice habente liberum arbitrium, num. 271. — Quarto quando iudex moreretur, n. 273. — Quinto de iure canonico, n. 275. et ſeqq. in quibus habentur multa declarationes vſque ad n. 282. excluſiuè.

¶ Declaratur etiam in multis caſibus, in quibus poteſt eſſe breuior. — Primo quando per ſtatutum, ſeu reſcriptum Principis eſt breuiata n. 282. & ſeqq. in quibus de inſtantijs ſtatutarijs plurium locorum vſque ad num. 297. — Secundo quando de communi conſenſu partium breuiatur, n. 300. — Quarto in cauſſa naufragij, num. 301. — Quinto in cauſſis diſcuſſionum, num. 302.

Inſtantia curſus non retardatur eiſdem prorſus impedimentis, quibus retardatur curſus fatalium, n. 303. & ſeqq.

Impedito ex facto proprio in prima inſtantia currit tempus, ſed reſtituitur, ſub num. 304. verſ. capio. — Extenditur, reſtringitur, declaratur, & exemplificatur, num. 305. & ſeqq. vſq; ad num. 315.

Impedito propter ſubterfugia rei non currit tempus primæ inſtantiæ, ſub n. 316 & ſeqq. — Declaratur, n. 319. & ſeq. vſq; ad n. 321.

Impedito ex facto mixto vtriuſque partis inſtantia currit, ſub n. 322. & 323.

Impedito ex facto iudicis currit inſtantia, ſed datur reſtitutio ſub n. 324. & ſeqq. vſque ad n. 327. excluſiue.

Impedito ex facto tertij currit inſtantia, ſed datur reſtitutio, n. 327. & 328.

Impedito caſu fortuito currit inſtantia, ſed datur reſtitutio, numer. 329.

Inſtantia iuris communis non poteſt etiam de partium conſenſu prorogari, ſub n. 330 — Extenditur, & reſtringitur multipliciter, n. 331. & ſeqq. vſque ad n. 338.

Inſtantia incipit à die litis conteſtatæ, ſub n. 339. — Declaratur multipliciter, num. 340. & ſeqentib. vſque ad num. 346. excluſiue.

Inſtantia licet pereat, tamen remanet integrum ius iterum agendi, n. 346. & ſeqq in quibus declarantur multa neceſſaria vſque ad finem quæſtionis.

HÆc quæſtio, præſertim in 3. caſu quinti articuli, de quo egi infra num. 148. habet materiam difficile, vt refert Neuiz. conſ. 41. ſciunt etiam, n. 3. & Ant. de Butr. in c. 8. ex ratione, num. 2. de appellat. recenſet, quod Io. Andr. in addit. ad Spec. in vlt. parte ſcribit, quod dum ad curiam portaſſet dictam decretalem, & occurriſſet quæſtio de facto perfectus ſenſus extrahi non potuit ex his, quæ ipſe Io. Andr. ſcripſit in ipſa decret. & ſub n. 9. q. 6. ibi, iſtę ſunt concluſiones, relatis varijs ſententijs in materia illius ſextæ quæſtionis, ſubdit; iſtæ ſunt concluſiones, quas olim poſuit hic Io. Andr. quas recitare placuit, vt poſſis, ſi vis in antiquis ſpeculari, & vt ipſe fatetur, cum portaſſet librum ad Curiam, dicit quod ex dictis ſuis nihil boni potuit cõcludi. Abb. vero in ead. decret. ex ratione, n. 12. verſ. ad quintam quæſtionem, refert, quod Io. And. tot opin. & tam confuſe recitauit in d. decretali, ex ratione, vt ipſemet fateatur in addit. ad Spec. tit. de appel. in 2. p. ſuper rubr. quod, dum caſus dubius circa hanc materiam contigiſſet in Curia Romana, non potuit decidi per ſcripta ſua in dicta decretali; de hac eadem difficultate Ioannis Andreæ loquitur Neuiz. d. conſ. 41. ſub n. 17. dicens, quod hodie interpretatio, quam dedit practica poſt Ant. de Butr. tollit, illam difficultatem, quando Io. Andr. in vltima parte Spec. in rubr. de appell. dicit adduxiſſe in Curia, & nihil potuiſſe eruere, de qua, ſi viderentur ſcripta ſua in d. c. ex ratione in nouella, quam tunc ſecum detulit licet nondum correxiſſet, nec publicaſſet, quis inueniret ſe perplexum: ſed ego, his accuratius deferendo, dico, quod Io. Andr. in addit. ad Spec. in rubr. de appell. lib. 4. p. 2. fol. 70. recenſet quemdam caſum de lapſu fatalium, quem, dum ipſe eſſet in Curia, refert ſibi fuiſſe narratum, & ſcribit, quod ipſe dicebat, quod illa quæſtio nauigabat alto mari, & turbido, & quia audierat, quod compoſitores, clementinarum, qui circa huius materiæ dubia commendabiliter terminarunt, hoc aggreſſi, non occurrit eis definitio, quæ non eſſet parum eis grata: de quo caſu relato à Io. Andr. egi infr. art. 5. Volui hoc præfari, vt attentiores ſimus, addendo etiam, quod hæc materia, vt ſcribit Nat. quem citat Neuiz. d. conſ. 41. ſub n. 3. & n. 27. eſt male intellecta à mero Canoniſta, & peius à mero Legiſta.

Quæſtionem hanc ſequentibus vndecim articulis abſoluam.

Primo. Fatalia vnde dicantur.

Secundo. Qua ſius fatalia.

Tertio. An appellanti impedito currat tempus primi fatalis, ideoque debeat ei concedi ſecundum.

Quarto. Cui incumbat onus probandi impedimentum, & quomodo probetur.

Quinto. Quanti temporis exigatur impedimentum, vt appellans habeat ſecundum fatale, & vt non habeat quanti temporis exigatur negligentia.

Sexto. An impedimentum, quod appellans potuiſſet remouere, & non remouit, ſufficiat ad habendum ſecundum annum, & euitandum deſertionem cauſſæ.

Septimo. Quando incipiant currere fatalia.

Octauo An, lapſo primo fatali, ſententia tranſeat in rem iudicatam, vel requiratur etiam lapſus ſecundi fatalis.

Nono. Nunquid appellans impeditus debeat proteſtari, alias, proteſtatione omiſſa, tempora fatalium currant.

Decimo. An tempora fatalia poſſunt prorogari, ſeu breuiari.

Vndecimo. In quibus differant fatalia ab inſtantijs primæ cauſſæ.

ARTICVLVS I.

1 AD Primum articulum. Fatalia vnde dicantur.

Reſpondeo, fatalia dici a fato, ſumendo hic fatum pro morte iuxta textum in l. 2 meminimus, in princ. Cod. quan. & quib. quar. pars, lib. 10. ibi, fati munus implentium, l. 2. C. de temp. in integr. reſtitut. ibi, pater tuus in fata conceſſit, l. 3. quoties, C. de naufr. lib. 11. ibi, qui ſi fatali ſorte deſuerint, Plin. in paneg. in principe, qui electo ſuceeſſore fato conceſſit, ſicque fatalia dicuntur: quaſi mortalia, id eſt, mortem inferentia; vnde dicimus enſem fatalem, & ſimilia: dicuntur ergo fatalia, quia appellationi mortem inferunt, vt explicant per diuerſa verba Bald. in l. fin. num. 5. verſic. modo reſtat, C. de tempor. appellat. Abb. in c. 8. ex ratione, ſub num. 8. ibi, ſed contra hanc Franch. num. ſeptimo, & Card. Alexand. ſub num. 1. verſic. tertio præmitto, de appellat. Maran. in ſuo ſpec. parte 6. act. 2 princip. in verbo, & quandoque appellatur, num. 232. verſic. tertio pondero, fol. 492. Neuiz. conſ. 41. ſciunt, etiam, num 23. Beniuc. tract. de pauper. & eius priuil. q. 9. ſpec. 3. in indic. num. 2. tom. 18. fol. 149. Mandoſ. tract. de commiſſ. in 48. commiſſ. fatal. prorog. in verbo, fatalia, fol. 105.

Marcheſ.eod.tract.par.1.in 7.commiſſ.prorog.fatal.c.1.num.2.fol.197.& Ruginell.tract.de appel.§.10.gloſſ.1.ſub n.14.
* *verſ.primum, ſol.260*, & communiter * omnes in diuerſi locis.

† Et inuenta ſunt fatalia ad diminuendum lites. *Secundum Abb.in c.ex ratione de appell.col.2.quem ſequitur Nemz,conſ.41.n.23.*

ARTICVLVS II.

Ad Secundum articulum. *Quæ ſint fatalia*,

2 Reſpondeo, quod fatalia ſunt illa tempora, intra quæ debet inchoari, & terminari cauſſa appellationis, alias efficitur deſerta, quæ tempora, quanta eſſent olim, habes *in l.35.in offerendis,C.de appel.l.2.& l.fin.C.de temp. et repar. appell.* eaque recenſet Bart.*authent.ſed lis quæ,n.2.et ſeqq. C.eod.*& ego omitto ea recenſere, quia ſunt correcta, *vt ſcribit Bart,in authent.ei qui appell.ſub n.2.C.eod.*

Tempora ergo, ſeu fatalia, quæ ſeruantur hodie ad finiendam cauſſam, ſunt duo anni, qui dantur ad proſequendum, & finiendum cauſſam appellationis, *capit.5.cum ſit Romana,& ibi omnes Canoniſtæ de appell.* quæ cauſſa, ſi intra hos annos non fuerit terminata, efficitur deſerta, & mortua, quaſi fato ceſſerit, *vt declaro num.ſeqq.* ideoque omnis terminus, cuius lapſu appellatio efficitur deſerta, dicitur fatalis, *Card.Alex.in c.4.perſonas,num.9.verſ.& eſt aduertendum, de appell.* & demum omnis terminus ſtatutus à iure eſt fatalis *ſecundum Bald.in l.2.tempora,not.2.n.2.C.de tempor.& repar.appell.*& hæc ſit certa, & indubitata concluſio.

3 Extende I. hanc concluſionem, vt habeat locum etiam in illis cauſſis, quarum prima inſtantia, nullo etiam interueniente impedimento, durat vltra triennium, ſeu eſt perpetua, quare licet de iure canonico inſtantia ſit perpetua, vt retuli, & ſequutus ſum *lib.præced.c.2.n.687. et latius infra n.275.* tamen fatalia non ſunt perpetua, ſed ſunt biennalia, hæcq; extenſio non indiget alio teſtimonio hic in Curia, quia omnes ſciunt, quod inſtantia coram primo iudice eſt perpetua, attento iure canonico, *vt dixi ſub dict.num.275.& 281.*(dempta Curia Capitolina, vbi durat per biennium, *vt dixi infra ſub n.282.verſic. nam hic in vrbe,*) & tamen fatalia non ſunt perpetua, ſed biennalia, vt nullus cauſidicus, quantumuis tyro, ſit ignorat.

4 Extende II. vt habeat locum tam in diffinitiua ſententia, quam in interlocutoria, *Ant.de Butr.in c.8.ex ratione, q.1.n.3.& Franch.ſub n.5.de appell.*

5 Extende III. vt habeat locum etiam in cauſſis criminalibus, quia & ſi inſtantia ſit breuior, vt dixi *infra articul.11.num.242.* tamen non reperio, quod fatalia ſint breuiora.

6 Extende IV. etiam ſi appellans moreretur, pendente appellatione quia tenentur cauſſam proſequi eius hæredes, alias ſententia tranſiret contra eos in rem iudicatam *l.1.Cod.ſi pend.appell. mors interu.* adduntur tamen hæredibus quatuor menſes *l.vltim.C.eod.* & ſimiliter, ſi moriatur appellatus, debet nihilominus appellans, proſequi cauſſam appellationis, quia alias fatalia labuntur, contra appellantem, *Mohed.deciſ.8.alias 190. lite pendente, ſub n.2.& ſeqq. de appell.* nam & inſtantiam continuari in hæredem retuli, & ſequutus ſum *infra n. 260.* vide etiam ad materiam huius extenſionis Creſcen.*dec.4.alias 111.quia fatalia,de appell.*

7 Extende V. vt hæc fatalium tempora habeant locum, ſiue prima inſtantia ſit triennalis, ſiue ſit breuior, ſiue ex diſpoſitione iuris communis, ſiue ex diſpoſitione ſtatutorum, quia quantumuis ſit breuis inſtantia, tamen in cauſſa appellationis ſeruantur illa eadem fatalia, quæ ſeruantur in cauſſis, quæ haberent longam inſtantiam, & ita vidi ſeruari in Ciuitate Lucenſi.

8 Extende VI. vt habeant locum etiam in appellatione extraiudiciali; quare ſi labatur terminus iuris, illud grauamen, à quo fuit appellatum, tranſit in rem iudicatam, *Franch.in c.5.cum ſit Romana, ſub num.15. verſ. ſed certe, & Card.Alex.n.7.de appell.*& adde, quæ ſcripſi *infra num.172.*& 174.

9 Extende VII. vt habeant locum etiam in cauſſis beneficialibus, & moueor, quia ſententia etiam in beneficialibus tranſit ex negligentia appellantis in rem iudicatam, *Franch.in c.45.conſtitutus,il primo n.2.de appell.*

10 Reſtringe hanc extenſionem, vt non procedat reſpectu iudicis appellationis, quia is poteſt inquirere de meritis cauſſæ appellationis; licet enim ſententia in beneficialibus tranſeat in rem iudicatam reſpectu partium, tamen non tranſit reſpectu ſuperioris, *Franch.in d.c.45.conſtitutus,il primo n.3.de appell.*

11 Extende VIII. vt habeant locum etiam in appellatione à grauamine futuro, quia etiam ea per lapſum termini, iuris efficitur deſerta, *Franch. in eod. c. cum ſit Romana ſub n.14.*

Extende IX. vt habeant locum etiam in ſententia ſuper declaratione iuris, *vt retuli,& ſequutus ſum infra q.17. limit.22.n.37.*

Extende X. vt habeant locum etiam in cauſſis ſummarijs, & executiuis, a quibus executiuis poteſt appellari ad effectum deuolutiuum: nam, cum fatalia habeant locum etiam in cauſſis, quibus inſtantia non conſideratur, ſeu eſt perpetua, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub num.3.* ſequitur quod debeant habere locum etiam in cauſſis ſummarijs, & executiuis, etiamſi teneremus, quod in eis inſtantia non haberet locum, de qua re ſcripſi *infra, n.244. & 248.& 249.*

Extende XI. vt habeant locum in cauſſa feudali, *Iacob. de S.Georg.tractat.de feud.verſus finem, in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus,num.38. tom.10.par.1.fol.223.*& eſſe comm. * concluſionem teſtatur, & ſequitur Curt.Iun. *eod.tract.in 7. & vlt.par.princ.q.13.num.33.tom.10.par.2. fol.92.*

Extende XII. vt habeant locum etiam in cauſſa coram Principe, quia etſi coram eo fatalia non currant, ſeu ſint perpetua, *vt retuli, & ſequutus ſum infra num.131.* tamen illud videtur non ex eo, quia non habeant locum fatalia, ſed quia, ſtante legitimo impedimento, fatalia non currunt, quare, data negligentia appellantis, poſſet tentari, quod deſertio haberet locum per ea, quæ in alijs terminis ſcripſi *q.præced.n.4.in fine,& n.5.*

12 Declara I. vt hæc fatalia diuidantur in ſeptem partes, ſeu ſeptem tempora fatalia, de quibus ſcribunt Cardin. Alex.*in cap.4.perſonas,ſub n.2.& ſeqq.verſic.et antequam, & Bero in c.5.cum ſit Romana,n.23.de appell.* nam, vt ait Bal.*in l.fin.ſub num.1.verſ.nota quatuor actus, ibi conſidera quod appellatio,C.de tempor. appell.* appellatio habet plures partes, ſicut per ſimilitudinem via longa habet principium, medium, & finem.

Primum tempus aſſignatur in origine appellationis, & hoc eſt decem dierum, *Bal.& Card.Alex.vbi ſupra,*& de hoc egimus *ſupra q. 12.* Sed hoc tempus proprie non eſt de primo, & ſecundo fatali, ſeu primo & ſecundo anno, qui dantur inſtantiæ cauſſæ appellationis, quia incipiunt a die appellationis excluſiue, *vt retuli & ſequutus ſum infra n.171.* dicitur tamen tempus fatale, quia eius lapſu finitur facultas appellandi.

Secundum tempus eſt ad appellationem in eſſe productam fomentandam, & hoc eſt triginta dierum ad petendos apoſtolos, *Bal.d.l.fin.ſub n.1.ibi ſecunda pars, & Card. Alex.vbi ſup.ſub n.3.*& de hoc egimus *ſup. q.13.*

Tertium tempus eſt ad appellationem ſubleuandam, id eſt, ad præſentandum apoſtolos iudici ad quem, & illud eſt arbitrarium, *Bald. d. l.fin. ſub num.1. ibi, tertia pars,*

Digitized by Google

pars,C.de tempor.appellat.& *Card.Alex.d.cap.perſonas, n.4.verſ.tertium eſt tempus de appellat.* & hoc tempus non eſt a lege definitum, neque in iure eſt expreſſa pęna, ſed Doct. communiter * tenent, quod pęna contumacis ſit, quia videtur appellationi renūtiare, *Bal. vbi ſupra,*& iſtud eſt illud tempus, quod iudices de ſtylo Romanæ Curiæ aſſignant appellanti ad committendum cauſſam appellationis,de quo tempore,ſeu termino ſcripſi, *q.præced.*

Quartum tempus eſt,quod aſſignatur poſt appellationem ſublatam ad introducendam eam effectualiter,videlicet,ad offerendum libellum,id eſt,ad præſentandam ipſam appellationem iudici ad quem, & informandum ipſum iudicem ad quem, *Bald.in d.l.fin. ſub n.1. ibi quarta pars,& Card. Alex. vbi ſupra n.5.verſ.quartum.*

Quintum tempus eſt ad inchoandam cauſſam appellationis,quę inchoatio non poteſt fieri,niſi poſtquam conſtiterit appellationem eſſe legitimam, quia tunc iudex, incipiet procedere in ipſa cauſſa,cognoſcendo, an ſit iuſta,vel iniuſta,*Card. Alex. vbi ſupra n.6.*

Sextum tempus eſt ad eam proſequēdam,& hoc etiam non eſt certum, dummodo faciat intra annum, *Card. Alex.d.c.4.perſonas,n.7. verſ.ſextum* ſed Bal. *in d.l.fin.* hoc numerat quintum tempus, & dicit in iſto fieri articulos & probationes.

Septimum tempus eſt ad finiendam cauſſam appellationis,& hoc eſt tempus vnius anni,& ex iuſta cauſſa biēnij,*Card. Alex. vbi ſupra n.7. verſic.ſeptimum,*& de hoc vltimo tempore particulariter agimus in hac quæſt.

† Non datur tamen ſecundus annus, niſi duo copulatiuè interuenerint,primum,quod appellans non potuerit appellationem proſequi,& finire intra annum, vel ſaltem intra terminum iuris, vel hominis, ex cauſa neceſſaria, & euidenti, *Bald.in c.ex parte de reſcript.* Altera quod intra annum non concedatur,ſed eo elapſo,*c.cum ſit Romana, de appell.Guid.Pap.ſing.615.*

Verum hæ ſeptem partes, ſeu tempora benè reducuntur ad quatuor tantum, prout reduxit etiam Ruginel. *tract.de appel.§.10.gloſſ.1.n.4.* & nos ea tractauimus per quatuor quæſtiones;nam tertium,quartum, quintum, & ſextum tempus non ſunt tempora iuris, ſed ſunt tempora hominis, id eſt,iudicis,ſeu ſunt quædam breuiationes, ſeu diſtinctiones temporis annalis, dati à iure, quas breuiationes, & diſtinctiones poſſunt facere iudices, apud nos tamen non ſunt in vſu,niſi illa,quæ reſpicit tertium tempus ad committendam cauſſam appellationis,de quo diximus *q.præced.*

13 Subdeclara,vt omnia tempora fatalium reducantur ad duos terminos, videlicet ad terminum iuris, & ad terminum hominis, & ſicut per lapſum termini iuris deſeritur appellatio ita & per lapſum termini hominis etiam in appellatione à diffinitiua: vnde non expectatur tunc lapſus termini iuris, *Franch.in c.5.cum ſit Romana, not.3.n.3.de appell.* Et quod ſententia firma remaneat ex ſolo lapſu termini hominis,non expectato vlterius lapſu termini iuris, refert, & ſequitur *ibidem col.2.num.12.in vltimis verbis,verſic.in ead.gl.in fine.*

Quid in cauſis beneficialibus vide *infra ſub n.21.verſic. rurſus.*

14 Amplia I.hanc ſubdeclarationem, vt hæc duo tempora, ſeu termini fatalium, ad quos reducuntur omnia, habeant locum etiam in appellatione extraiudiciali, *Franc. in d.c.cum ſit Romana, colum.2.in fine, nu.13.verſic.& aduerte,de appell.*dicens quod grauamen illatum extraiudicialiter tranſit in rem iudicatam per lapſum termini hominis,ſicut per lapſum termini iuris.

Amplia II. vt habeat locum etiam in appellatione à grauamine futuro,vide *ſupra extenſ.8.n.11.*

15 Nota primo obiter circa eandem primam declarationem,quod hæc tempora,quæ non ſunt determinata à iure, ſolet iudex à quo octo,ſeu nouem modis aſſignare ad illaqueandum ipſum appellantem, vt appellatio efficiatur deſerta, *vt aduertit Franch.in c.4.perſonas, nu.2.in fine,verſic.tertio,& vltimo, & n.3.verſic.circa primum, de appell.*ſed eſt laudabilis, illaqueatio, vt ſcripſi *ſupra q.13. ſub n.36.in fine.*

Primo ergo poteſt aſſignare tempus ad iter arripiendum.

Secundo ad præſentandum ſe coram iudice ad quem.

Tertio poteſt ei, petenti apoſtolos, aſſignare terminum,infra quem cum apoſtolis ſe repræſentet coram iudice ad quem.

Quarto aſſignat terminum ad recipiendum apoſtolos petitos.

Quinto ſtatuit terminum ad proſequendum appellationem,& de his ſcribit Franch.*d.n.3. vſque ad n.4.* quem in omnibus refert,& ſequitur Maran.citatus *inf. verſ.nono*, ſcribit etiam idem Franch.*in c.50.ex inſinuatione, ſub n.1.eod.tit.de appell.* in quibus tamen videtur præpoſterare ordinem, quia primo loco videbatur dicendum de termino ad recipiendum apoſtolos, & ipſe de hoc dicit in quarto loco, & deinde videbatur dicendum de aliis, reſpiciendo progreſſum ordinatum.

Sexto quandoque ſtatuit terminum ad redeundum cum literis impetratis, ſed hoc non poteſt, quia eſſet imponere legem ſuperiori.

Septimo quandoque ſtatuit terminum ad faciendum ſibi fidem de proſecutione,ſed neque hoc poteſt.

Octauo iudex à quo aliquādo in præfixione dicti termini ad faciendum fidem cōminatur, quod ſi in termino præfixo non fecerit fidem, appellatio efficietur deſerta, ſed neque hoc facere poteſt.

Nono,& vltimo quandoque iudex à quo præfigit terminum ad finiendā cauſſam appellationis,ſed neque hoc poteſt facere,quia eſſet imponere legē ſuperiori, *Franch. in c.50.ex inſinuatione,num.1.de appellat.*& de his ſingulis vide eundem Franch. *in d. c.4. perſonas,a num.4. vſque ad num.5.excluſiue,*a quo iſta ſummarie,prout ipſe ponit,retuli prout ex eod. ante nos retulit Maran.*in ſuo ſpec.parte 6.act.2.in princ.in verbo,& quandoque appellatur,ſub num.205.limit.21.fol.486.*

16 Aduerte,quod terminus præfixus ad finiendam appellationem habetur, ac ſi eſſet præfixus ad proſequendam appellationem,quia terminus ad finiendum includit in ſe etiam terminum ad proſequendum; quia non poſſet finire, ſi non proſequeretur: vndè, ſi terminus ad finiendum non valuit reſpectu finis, valet reſpectu proſecutionis, & ſic, ſi non valet dilatio, vt ago, valet, vt valere poteſt,quia dilatio,aſſignata ad plura,ſi non poteſt operari quoad omnia, operatur quantum poteſt, quia in effectu duo videntur mandata, videlicet, vt proſequatur,& vt finiat, & ideo licet vnum non teneat, debet tamen adimpleri alterum,quod tenet, Franch.*in d.c.50.ex inſinuatione,ſub n.1.not.vlt.de appell.*

17 Nota ſecundo, quod licet, pendente appellatione, nihil ſit innouandum, & ſit ſuſpēſa iuriſdictio iudicis à quo tamē iudex à quo quando appellanti præfixit terminum prolixum,aut nullum,poteſt de nouo ſtatuere terminum competentem ad proſequendum appellationem, aut ad præſentandum ſe coram iudice ad quem,quia non intelligitur ſuſpenſa iuriſdictio iudicis à quo in concernentibus faciliorem expeditionem ipſius cauſſæ appellationis, *Franch.in capit 4.perſonas, in princ.verſ.ſecundo nota,ſub num.9.& in cap.17.cum teneamur,ſub num.21.de appell.Maran.in ſuo ſpec.parte 6.actu 2.in verbo, & quandoque appellatur,num.205.limit.21.fol.486. Lancell.tract. de attent.parte 2.cap.12. attent.& innou.appel.pend.limit. 4.princip.num.5.tom.5.fol.363.* & adde, quæ ſcripſi *ſupra quæſt.3.num.20.* Et quod, appellatione pendente, poſſit

iudex à quo præfigere diuerſos terminos, puta, ad iter arripiendum, ad præſentandum ſe ſuperiori, ad proſequendum, aut ad docendum de proſecutione, & præſentatione, & ſic iſte actus præfixionis etiam appellatione, pendente factus non ſit attentatus, refert, & declarat Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 13. n. 1. & ſeqq. & limit. 14. n. 1. tom. 5. fol. 368.* & quod poſſit aſſignare terminum appellanti ad arripiendum iter, & ad proſequendum, quia iſta tendunt ad faciliorem expeditionem cauſſæ appellationis, ſcribit Franch. *in d. c. 17. cum teneamur, n. 3. in fine, & Veſtr. in prax. lib. 8. c. penul. ſub n. 3. fol. 250. in fine.*

18 Extende hoc notandum, vt procedat etiamſi ſit iudex delegatus, quia etiam iudex delegatus à quo poteſt appellanti aſſignare terminum ad arripiendum iter & ad proſequendum. *Franch. in c. 33. ad aures, n. 1. de appell.*

19 Nota tertio, quod ſicut Franch. *vbi ſupra in 1. not.* ad augendum numerum temporum, multa addidit, quæ iudex non poteſt aſſignare, ita etiam vnum tempus ad ſe præſentandum cum apoſtolis coram iudice ad quem, in duo ſuperflue diuiſit tempora.

20 Nota quarto, quod omnis terminus, aſſignatus à iudice ad proſequendam appellationem, erit ſemper pars anni aſſignati à iure ad finiendam appellationem, quare terminus iuris currit, & non retardatur termino aſſignato à iudice, quia terminus hominis venit ad abbreuiandum terminum iuris. *Franch. in c. 8. ex ratione, ſub n. 5. de appell.* quare illi triginta dies, qui dantur ad redeundum pro apoſtolis, computantur in anno, qui datur à iure ad proſequendam & finiendam appellationem.

21 Nota quinto aliqua neceſſaria circa hæc tempora.

Circa primum tempus ad arripiendum iter, quando appellans dicatur ſatisfeciſſe huic termino, vide *q. præcedent. limit. 6. num. 48.* & alia de itineris arreptione, vide ſupra *q. 6. declar. 12. num. 41. & ſeqq.*

Adde obiter, quod vbi appelletur à ſententia lata in magno feudo, dantur ſex hebdomadæ appellanti ad arripiendum iter ad Regem, & appellans cogit iudicem venire perſonaliter ad Regem ad diſcutiendam cauſſam, nec ſufficit alium mittere, ſecus in alijs feudis *Marin. Frec. tract. de ſubfeud. lib. 3. rubr. differentiæ inter feuda regalia, diff. 8. n. 1. fol. 432.*

Rurſus aduerte, quod, etſi iudex in cauſſis beneficialibus aſſignet terminum appellanti ad arripiendum iter, & proſequendam appellationem & appellans nihil faciat nihilominus appellatio ex lapſu huius termini aſſignati à iudice non efficitur deſerta, quia iudex non poteſt in beneficialibus aſſignare alium terminum, quam expreſſum *in c. 1. de elect. in 6.* ſic contra Lap. ſcribit Anch. *in clem. 1. verſ. finem verſ. de appell.* niſi terminus aſſignaretur de conſenſu partium, vel ipſis non contradicentibus *ſecundum Franch. in c. 45 conſtitutus, il 1. n. 3. & latius in c. 5. cum ſit Romana, n. 16. de appell.*

Circa ſecundum, & tertium tempus ad ſe præſentandum cum apoſtolis coram iudice ad quem vide *eadem q. 13. art 10. n. 87.*

Circa quartum tempus ad recipiendum apoſtolos, vide, quæ ſcripſi *eadem q. 13. n. 43. & ſeqq.*

Circa quintum tempus ad proſequendum appellationem aduerte, quod ſub iſto tempore includitur tempus ad faciendum committi cauſſam, de quo tempore egi *q. præced. caſ. 5. n. 5.* ideo vide ibi.

22 Circa ſeptimum tempus, omiſſo ſexto, nunquid iudex poſſit appellanti, præfigere terminum ad faciendum ſibi fidem, de proſecutione appellationis.

Concludas, quod poteſt, & hoc in tantum ſeruatur de conſuetudine, vt ſi appellans deficiat facere iſtam fidem, & ipſi iudici aliter non conſtet de proſecutione, poſſit ſine pœna, & reprehenſione exequi ſuam ſententiam, *Feder. de Sen. conſ. 28. punctus quæſtionis, ſub num. 1. & in fine, Rot. dec. 13. alias 94. ſi iudex partibus, n. 1. & 2. de appell. in nou. Franch. in d. c. 4. perſonas, ſub num. 4. verſic. ſeptimo, dic, ſed aduerte, de appellat. & Lancell. tract. de attent. part. 2. c. 12. de attent. & innou. app. pend. limit. 14. n. 1. & ſeqq.* Addit. ad Rot. *deciſ. 25. alias 155 ſi certus terminus, n. 3. de appell. in nou.*

23 Infero ex hac concluſione, quod executio ſententiæ non poterit retractari per viam attentati, ſed pendebit ex futuro euentu ipſius cauſſæ appellationis, *Franch. in d. c. perſonas, ſub num. 4. verſic. ſeptimo dic quinto, de appell. & Lancell. tract. de attent. part. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 14. n. 4. ibi, & talis executio, tom. 5. fol. 368.* & ita ſentiunt Feder. de Sen. *d. conſil. 28. ſub num. 2. & Rot. d. deciſ. 13.* dicentes, talem executionem non debere retractari, ſed pendere à futuro euentu cauſſæ appellationis, & *Rot. d. deciſ. 13. in fine, de appellat. in nou.* dicens, quod ſi appellans obtinuerit in cauſſa appellationis infirmari ſententiam, caſſabitur & eius executio;

Contra hanc illationem, quod etiam debeat executio retractari per viam attentatorum, tenuit Guid. Papienſ. *tract. de appell. q. 14. n. 20. in fine t. 5. f. 58.*

Non recedas ab illatione, ſicut contra Guid. Pap. admonet Lancell. *vbi ſupra.*

24 Tempera primo, vt hæc concluſio non ſit vera, quando appellans contradixit huic termini aſſignationi, quia is tunc non tenetur obedire illi termino, *Franch. in d. c. perſonas, ſub n. 4. verſ. ſed dubitat, & Lancell. d. c. 12. limit. 13. n. 3. & dict. limit. 14. n. 8. tom. 5. fol. 368.*

25 Tempera ſecundo, vt licet appellans non faciat fidem, tamen appellatio non per hoc efficitur deſerta, *Rot. deciſ. 13. alias 94. ſi iudex, num. 3. de appell. in nou. Fed. de Sen. d. conſ. 28. num. 2. in vltimis verbis, Franc. d. cap. perſonas, ſub num. 4. verſic. ſed dubitat. Addition. ad Rot. d. deciſ. 25. ſub n. 3. de appellat. in nou. & Guid. Pap. tract. de appell. q. 14. ſub n. 20. fol. 58.*

26 Extende hoc temperamentum, vt ſit verum, etiamſi iudex aſſignando terminum ad faciendum fidem, comminatus fuerit, quod, ſi in termino fidem non fecerit de proſecutione, appellatio ipſa ſit deſerta, quia, hac comminatione non obſtante, appellatio non erit deſerta; *Franch. d. c. perſonas, ſub n. 4. verſ. 8. iudex, de appellat. & Guid. Pap. d. q. 14 ſub n. 20. ibi, dicit tamen, qui alios allegant.*

Contrarium: quod enim iſto caſu appellatio ſit deſerta, tenuit Lap. quem citant præfati, & ſequitur Addition. ad Rot. *d. deciſ. 25. alias 155. ſi certus, ſub n. 3. ibi, niſi iudex in termini præfixione, de appell. in nou.* dicens non fore deſertam ipſo iure, ſed opus eſſe ſententia.

Non recedas ab extenſione.

27 Declara II. vt iſta tempora ſeu fatalia non dentur omnia ab initio ſimpliciter, niſi primus annus, ſecundus autem datur ex cauſſa, prout de primo, & ſecundo anno loquuntur text. *in auth. ei qui appellat. & ibi Bart. & alij, C. de tempor. appellat. c. 5. cum ſit Romana, & ibi, Gloſſ. Ioann. Andr. Card. Alex. & cæteri de appell. Spec. tit. de appell. §. nunc breuiter, in princ. lib. 2. folio 192. Franch. in c. 8. ex ratione, ſub num. 6. de appell. Maran. in ſuo ſpec. part. 6. actu 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 228. verſ. ſequitur modo videre, fol. 491. Veſtr. in prax. lib. 3. c. 5. num. 2. Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. 1. num. 1.* Hæc tamen fatalia, ſeu ſecundus annus poteſt vlterius protrahi per viam reſtitutionis ob iuſtum contingens impedimentum, vt loquitur text. *in d. c. 8. ex ratione, & ibi Gloſ. & Doct. de appel. Specul. Maran. & Odd. in locis ſupra proxime citatis, & Doct. citati n. ſeq.* ſicque poteſt via reſtitutionis ex iuſta cauſa dari tertius annus; & horum trium annorum primus dicitur primum fatale, & ſic deinceps, ſecundum & tertium fatale, *Franch. vbi ſupra, & Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, num. 232.*

Digitized by Google

num. 232. verſ. tertio pondero, fol. 492.

28 Declara III. vt primum fatale, id eſt, primus annus concedatur ſimpliciter, & integer ipſo iure à lege ſine miniſterio iudicis, & ſine alia conſideratione: ſecundus vero annus concedatur etiam ipſe integer, & ipſo iure à lege, ſed tamen ex cauſſa, *vt in d. auth. ei qui appellat, & d. c. cum ſit Romana*, & ſcribunt communiter* Doct. citati *in præced. 1. declarat. num. 12.* hancque differentiam inter primum, & ſecundum annum, quod primus concedatur ſimpliciter, & ſecundus ex cauſſa, adnotat etiam M. Ant. Bard. *tract. de temp. vtil. c. 6. nu. 1. fol. 215.* & cauſſa, ex qua concedi debet ſecundus annus, dicitur impedimentum iuſtum *vt latè explicaui infra num. 41. & ſeqq.* At tertius annus datur non ipſo iure; ſed à iudice per viam reſtitutionis in integrum *d. c. ex ratione, & ibi Io. Andr. ſub n. 17. verſ. ſed quid ſi tertio. Abb. ſub n. 3. ibi, ex quo infero. Franch. ſub nu. 64. verſ. ſecundo caſu quando impedimentum, ibi, ſecunda fuit opinio, & Card. Alex. nu. 6. verſ. not. ex text. de appell. Guid. Pap. tract. de appell. q. 101. ſub n. 65. verſic. attamen, & n. 6. verſ. vſ ergo dicendum, fol. 60. Maran. d. verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 228. M. Ant. Bard. d. c. 6. num. 2. verſicul. tertius, fol. 215.* Et quod tertius annus competat per reſtitutionem in integrum officio iudicis ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſſa, refert, & ſequitur Ruginell. *tract. de appell. §. 10. gloſſ. 1. num. 19. verſic. exiſtente, fol. 261.*

29 Subdeclara I. hanc declarationem ad vſum praxis, vt, ſtantibus iuſtis cauſis, id eſt, impedimentis, propter quæ veniat concedendus ſecundus vel tertius annus, non ſit appellanti neceſſarium ante omnia adire iudicem appellationis, & petere declarari, ipſum appellantem fuiſſe impeditum, & ſibi competere vlterius tempus; ſed ſatis erit, cautiuſque aget, ſi proſequatur ſuam appellationem, &, ſi ei opponatur de deſertione, replicet de impedimento, & poterit procedi in cauſſa, cognoſcendo de impedimento, licet nulla alia ſententia interlocutoria præcedat. *Franch. in c. 8. ex ratione, num. 65. verſ. circa tertiam dubitationem, punctualiter, num. 66. ibi, ſed dubitatur, & Card. Alex. ſub nu. 33. verſ. ſed punctus eſt, ibi, in contrarium eſt veritas, de appell.*

† Notandum tamen eſt, vt talis petens ſe reſtitui ne dum impedimentum probare debet, ſaltem præſumptiuè ſed etiam docere aliquid de iuſtitia. *Bellam. decſ. 418. Mynſyng. obſer. 98. cent. 4.*

30 Infero I. ex eadem declaratione, quod, cum ſecundus annus concedatur ipſo iure, non poteſt ante lapſum primi anni concedi per viam reſtitutionis in integrum aliquod tempus aduerſus lapſum dicti primi anni, *Neurz. conſ. 41. ſcuuit etiam, num. 18. 19. & ſeq.* & eſſe communem* concluſionem teſtatur, & ſequitur Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. 6. & 7. ſub n. 35. & 36.* vbi quod reſtitutio eſt ſuperflua.

31 Intellige hanc illationem, vt licet reſtitutio in integrum, conceſſa aduerſus lapſum primi fatalis ad donum illud tempus, in quo appellans fuit impeditus in illo primo fatali, non operetur effectum reſtitutionis, & ideo illud tempus computabitur in ſecundo fatali, quia non debet vltra ſecundum annum habere tempus, ad quod fuit data reſtitutio integrum: & hoc eſt, quod conſuluit Neuiz. *vbi ſupra*, dicens *ſub n. 21. verſus finem*, quod dato, quod conceſſio ſecundis fatalis, & reſtitutio in integrum ſimul concurrerent, tamen, pendente iudicio ſuper vno, tempus curret etiam in alio.

Tamen reſtitutio operabitur, vt cenſeatur probatum impedimentum, quo ipſo iure conceditur ſecundus annus.

32 Infero II. quod tertius annus, qui concedi poteſt via reſtitutionis in integrum, propter impedimentum, quod fuit in ſecundo anno, non debet eſſe integer, ſed ſolum ad tantundem tempus, quantum fuit impedimentum, *Franch. in c. 8. ex ratione, ſub n. 64. verſ. ſecundo caſu, de appell.*

33 Infero III. quod procuratores in cauſis appellationum debent in primo anno eſſe diligentes, in ſecundo diligentiores, in tertio diligentiſſimi, *Bald. in cap. 8. ex ratione, num. 8. de appell. Neurz. d. conſ. 41. num. 1. M. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. cap. c. 6. ſub num. 2. verſ. tertius, fol. 215. & Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 232. verſ. 3. pondero, ibi, ſexto ad hoc, fol. 492.*

34 Subdeclara II. eandem declarationem, vt ſecundum fatale non concedatur, niſi concurrentibus quatuor. Primo, quod appellans non potuerit ex neceſſaria, ſeu iuſta cauſſa impeditus proſequi, & terminare appellationem in primo fatali, *capitul. 8. ex ratione, & capit. quinto cum ſit Romana, & ibi Anton. de Butr. num. 2. Abb. in princ. & n. 2. not. 2. & Card. Alex. num. 2. de appell.* ita quod non ſufficit probare ſolum impedimentum tempore primi fatalis, niſi etiam probetur, quod tale impedimentum fuit immediata cauſſa, quare non potuit proſequi appellationem tempore debito, ideoque debet docere, ſe feciſſe debitam diligentiam, *Steph. tract. de ſignat. liter. iuſt. de clauſ. cautione præſtanda iudicis arb. n. 3. fol. 301. in impreſſ. Romana*; imò debet feciſſe diligentiam remouendi impedimentum, quia, facta diligentia, ſi remanet impedimentum, tunc dicitur ex iuſta, & neceſſaria cauſſa impeditus, *vt retuli, & ſequutus ſum infra art. 5.*

† Cum ſemper verum ſit, appellantem ex curſu biennij, conſtitui in notoria negligentia, vt voluit, *Herem. de probat. negat. ſub n. 250. in fine.*

Et quod reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem ſtatutariam non detur impedito, qui potuiſſet impedimentum remouere, dixi Rot. *diuerſ. deciſ. 603. omnes domini, ſub n. 2 p. 1.* probato autem impedimento, conceditur ſecundus annus, quia probato impedimento, primæ dilationis, conceditur ſecũda dilatio, *vt ex Gloſſ. Paulo de Caſtr. Iaſ. & alijs retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 3. ſub num. 67. verſ. exemplifica.* Secundo, quod ipſa cauſſa neceſſaria, & iuſta ſit euidens *l. fin. §. illud, ibi, euidentiſſimis probationibus, Cod. de temp. appell. & dict. cap. cum ſit Romana, et ibid. Io. Andr. n. ſecundo*, dicens, eam eſſe probandam, niſi ſit notoria, aliter, inquit, nõ habebit biennium, *Ant. de Butr. Abb. & Card. Alex. ibid. n. 2. Ruginell. tract. de appell. §. 10. gloſ. 1. ſub n. 9. & 10.* Nam, vt propter impedimentum primæ dilationis concedatur ſecunda dilatio, requiritur, quod impedimentum fuerit efficax, & magnum, *vt retuli, & ſequutus ſum dict. cap. 3. ſub num. 71.* Tertio, quod, ſi non fuerit toto tempore impeditus, fecerit aliquid in primo anno, vtputa fecerit committi cauſſam, præſentauerit commiſſionem, citauerit partem, & fecerit aliquem alium actum, & hoc de ſtylo Curię Rom. retuli & ſequutus ſum *infra verſ. confirmatur*, nam ei, qui nihil procurauit agere in prima dilatione, negatur ſecunda, *teſt. ib. Beuinten. & Alex. Stat. quos retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 3. ſub n. 153.* Quarto, quod lapſum ſit primum fatale: nam eo non elapſo, non conceditur ſecundum, *Ruginel. ſub d. num. 9. & 13.* & de primo, ſecundo, & quarto requiſitis loquitur Guid. Pap. *tract. de appell. q. 101. ſub num. 64. fol. 60.* referens, & ſequens, quod, finito primo anno, debebit appellans probare cauſſam impedimenti, quæ ſi iuſta ſit, iudex declarabit ei competere ſecundum annum, datum à lege.

Contra primum, & ſecundum requiſitum huius ſubdeclarationis oppono, quia ſententia non tranſit in rem iudicatam, ſeu non confirmatur per lapſum primi anni, niſi lapſum ſit biennium, *Bart. Bald. Alex. Felyn. Hier. Gig. & Neurz. quos citam infra artic. 8. n. 179.*

Ergo non requiritur cauſſa, & multo minus requiritur eius probatio.

Confir-

Confirmatur hæc oppoſitio ex ſtylo Curiæ Romanæ, vbi ad habendum ſecundum annum ſufficit, fuiſſe inceptam proſequutionem appellationis, vt, loquendo de ſtylo Rotæ referr Odd. *tract. de reſtitut. in integ. q. 70. art. 5. verſ. & dicit propterea ſub n. 32.* vel ſaltem ſufficit, quod appellans in primo anno fecerit aliquam diligentiam, & actum in cauſſa vltra commiſſionem cauſſæ impetratam, *vt ſcribunt Caſſad. Mandoſ. Veſtr. & Lancell. quos retuli, & ſequutus ſum infra art. 5. nu. 151. & 153. & M. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. c. 6. ſub n. 2. verſ. tertius, f. 215.* quem etiã refert, & ſequitur Odd. *d. art. 3. verſic. & in his terminis, ſub n. 32.* quaſi illa aliqualis diligentia, & proceſſus poſt commiſſionem cauſſæ habeatur ex ſtylo, & obſeruatione palatij loco cauſſæ, quæ de iure communi requiritur ad habendum biennium, *vt retuli, & ſequutus ſum d. art. 5. num. 151.* & quod de ſtylo Rotę ſemper detur triennium, quando aliquid poſt commiſſam cauſſam factum fuit, tenuit Rot. *diuerſ. deciſ. 181. in cauſſa Parmen. num. 3. p. 3. lib. 2.*

35 Retenta ſubdeclaratione, quę eſt vera.

Subdeclara III. continuando materiam huius præcedentis ſubdeclarationis, vt neceſſaria, ſeu iuſta cauſſa concedendi ſecundum fatale poſſit euenire quinque, ſeu ſex modis, de quibus egi *art. ſeq. n. 44. & ſeqq.* vbi videas.

36 Declara IV. vt hæc fatalia habeant locum tam in ſecunda, quam in tertia inſtantia, quia dicuntur fatalia appellationum, & appellatio datur tam in ſecunda, quam in tertia inſtantia, *Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. 18. fatalium prorogationis, in verbo, ſecunda inſtantia, fol. 105.* & in hoc non reperio aliquem, qui dubitauerit.

37 Declara V. vt ſecundum vnam opin. quam retuli, *infra n. 258. verſ. contra*, habeant locum etiam in reductione ad arbitrium boni viri.

38 Declara VI. reſtringendo, vt non habeant locum, quando à Principe, vel à ſtatuto eſſent breuiata fatalia appellationis, quia tunc ſeruantur illa tempora præfixa à Principe, ſeu ſtatuto, ſicut, loquendo de inſtantia, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. part. 5. limit. 4. n. 17. fol. 241.*

39 Extende hanc declarationem, vt fatalia poſſint breuiari etiam de communi conſenſu partium, *vt ex Cyn. et Alex. retuli, et ſequutus ſum infra art. 10. n. 195. verſ. extende tertio.*

40 Exemplifica I. eandem declarationem in ſtatuto Capitolino, quando diſponitur, vt fatalia in ſecunda inſtantia ſint ſex menſium, *lib. 1. ſtatut. c. 81.* & quatuor in tertia, *eod. lib. 1. c. 181.*

Ratio, qua moti eſſe debent ſtatuentes, eſt, quia dilatio ſecunda debet eſſe breuior prima, & tertia breuior ſecunda, iuxta ea quæ ſcripſi *lib. præced. c. 3. n. 153.*

41 Exemplifica in prouincia Marchiæ Anconitanæ, vbi ex illius conſtitutionibus *lib. 6. cap. 9.* ſi ſit appellatum ab interlocutoria in cauſſa ciuili, debet expediri infra duos menſes: ſi à diffinitiua, intra tres menſes, ſed ſi cauſſa ſit criminalis; debet expediri infra menſem, ſi cauſſa non reuideatur in alio loco, ſed ſi reuideatur in alio loco, infra duos menſes.

Exemplifica vlterius in Abbatia Sublacenſi, quia, vt habetur in fine ſtatutorum in eorum reformationibus, cap. 8. cauſſæ appellationum debent expediri infra duos menſes.

Intellige iſtas exemplificationes, vt ſeruentur in ſuis tribunalibus, ſed non in alijs, quia diſpoſitio municipalis circa fatalia, & tempora appellationum eſt de ordinatorijs, *vt ſcripſi lib. præceden. cap 2. num. 456. et 457.* & loquendo de appellationis admiſſione, ſcripſi etiam *infra quæſt. 18.*

42 Declara VII. vt in conſiſtorio Principis fatalia ſint perpetua, & nunquam currant, vide art. *ſeq. caſ. 4. n. 131.*

43 Declara VIII. vt non procedat, quando iudici appellationis datum eſſet à lege, vel à Principe arbitrium liberum procedendi, & ſententiandi, quia tunc ſicut inſtantia durat poſt triennium, *vt ſcribit Maran. in ſuo ſpec. p. 5. limitat. 3. n. 16. fol. 141.* ita videtur poſſe dici de fatalibus in cauſſa appellationis.

Hæc declaratio, loquendo in fatalibus, non eſt vera, per ea quæ ſcripſi *ſupra n. 3. et 11. extenſ. 10.*

ARTICVLVS III.

44 Ad tertium articulum: *An appellanti impedito currat tempus primi fatalis, ideoque debeat ei concedi ſecundum?*

Reſpondeo, conſiderando ſex modos, ſeu caſus, quibus appellans poteſt impediri, prout conſiderauit etiam Franch. *in capit. 8. ex ratione, numer. 8. verſ. circa primum, de appellat.* quos, dempto ſexto, declarat etiam Abb. *in d. cap. 8. ex ratione, num. 4. verſ. venio ad primum*, & ex eo refert, & ſequitur ibidem Dec. *num. 14. 15. et ſeqq. verſ. prima quęſtio.*

Primo poteſt impediri ex facto proprio, ſeu ex impedimento, concernente perſonam propriam appellantis.

Secundo ex facto appellati.

Tertio ex facto mixto, videlicet appellantis, & appellati.

Quarto ex facto iudicis.

Quinto ex facto tertij.

Sexto, & vltimo ex caſu fortuito: ad quos ſex modos reduci poſſunt illi decem modi, quos enumerat Card. Alex. *in eod. c. ex ratione, n. 7. verſ. primum.*

Concludo, capiendo primum modum, quando impedimentum proceſſit ex facto proprio, ſeu concernente propria perſonam, & dico communiter * teneri, quod ipſo iure concedatur ſecundum fatale, *Abb. d. c. ex ratione, n. 4. in fin. de appell.* quam comm. concluſionem diſputando ſequitur ibidem Dec. *n. 15. et ſeqq. et ſignanter ſub n. 18. verſ. inhærendum eſt igitur concluſioni.* Et quod hoc impedimentum non impediat curſum primi fatalis, ſed habeat ipſo iure ſecundum fatale à iure abſque alia reſtitutione, ſcribit ibid. Franch. *n. 15. verſ. circa tertium princ.* & ideò ipſo iure currit primus annus, vt apertè ſcribit Card. Alex. *eod. c. ex ratione q. 4. princ. num. 13.* & quod ex communi * ſententia concedatur ſecundum fatale, ſcribit Mynſing. *in ſing. obſeru. cent. 5. obſer. 98. n. 1. et 2.*

Exemplifica I. hanc concluſionem, quando appellans non potuit propter inopiam, ſeu paupertatem proſequi cauſſam appellationis, *Abb. d. c. ex ratione, n. 5. verſ. et inter cetera, et Dec. n. 18. in fine, verſ. et inter alia, et num. 19. de appell. Veſtr. in prax lib. 7. c. vlt. in fin. n. 20. M. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. cap. 4. nu. 2. verſ. de impedimento, tom. 5. fol. 213. Theſ. Foſſ. dec. 10. inſtantia. caſ. 3. numer. 5. Ioſ. Cumi. ſuper ritibus Sicil. cap. 89. num. 57. et latius Beninc. tract. de pauper. et eius priuil. quæſt. 9. ſpec. 3. in indicijs, num. 14. et ſeqq. verſ. fauore tamen paupertatis, tom. 18. fol. 150.* & in caſu huius exemplificationis loquitur Mynſing. *ſupra citatus.*

45 Confirmatur iſte caſus paupertatis ex his, quæ de eo, qui propter paupertatem non potuit appellare, ſcripſi *ſupra q. 162. limit. 9.*

Contra hanc exemplificationem: nam, cum notarij, procuratores, aduocati, & ceteri teneantur gratis inſeruire pauperibus, *vt retuli et ſequutus ſum infra numer. 51.* & hæc exemplificatio non procedat in loco, vbi acta, ſcripturæ, & patrocinia gratis pauperibus ſubminiſtranda ſunt, vt ex Ioſ. Cumia, Theſ. Foſſan. retuli, & ſequutus ſum *infra n. 50.* ſequitur quod paupertas non excuſet.

Reſpondeo, quod licet exemplificatio in puncto iuris non videatur vera, tamen eſt vera in facto, quia in facto notarij, procuratores, & aduocati gratis non ſeruiunt.

Retenta ergo exemplificatione,

Digitized by Google

46 Infero ex ea, quod appellantes ad Curiam Rom. & propter inopiam non proſequentes cauſſam intra annum, ex iuſta cauſa conſequuntur biennium, Abb. & Beninc. *vbi ſupra.*

47 Extende hanc exemplificationem, vt habeat locum non ſolum in inopia, de qua loquitur text. *in §. 1. Auth. de his, qui ingred. ad appel.* ſed etiam in paupertate, licet inops dicatur is, qui nihil penitus habet, pauper vero is, qui parum habet, *Dec. in d. c. 8. ex ratione, n. 19. in fine, verſ. aduerte, num. 20. & 21*: in paupertate loquuntur Abb. M. Ant. Bard. & ceteri citati in exemplificatione.

48 Reſtringe I. declarando eandem exemplificationem, vt procedat, dummodo pauper ſæpius proteſtetur, quod propter paupertatem, & pecuniæ inopiam non poteſt cauſſam appellationis proſequi, & ipſam paupertatem iureiurando teſtetur, quia licet paupertas excuſet à proſecutione cauſſæ, non tamen excuſat ab illa proteſtatione, *Theſaur. Foſſan. dec. 10. inſtantia, caſ. 3. ſub n. 5.* & ex Ioſ. Cumia retuli, & ſequutus ſum ſeq. reſtrict.

Contra hanc reſtrictionem: quod enim paupertas excuſet etiam à proteſtatione, ſcribunt Felyn. *in c. 8 ſi qui teſtium, ſub n. 10. ibi. ad item vide teſtib. & Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 28. art. 3. ſub n. 20. limit. 1.* & quod proteſtatio non ſit neceſſaria, niſi in impedimento, quod procedit ex facto iudicis, & non in alijs impedimentis, ex Franch. & alijs, retuli, & ſequutus ſum *infra n. 181. & ſeqq. & n. 185.*

Contra eandem reſtrictionem facit, quia licet impeditus facto iudicis debeat proteſtari ſecundum commu-
* nem * opin. quam retuli *infra ſub num. 124. & 181. art. 9.* tamen contrariam opin. quod proteſtatio ſit ad cautelam, & non neceſſaria, ſecuta eſt Rota, vt retuli & ſequutus ſum *ſub d. n. 181. verſ. opinionem negatiuam,* & maximè debet procedere iſta opinio in impedimento paupertatis, cui magis fauendum eſt.

Retenta hac contraria opin.

49 Extende eam, vt ſine difficultate procedat, quando paupertas eſt notoria, quia tunc proteſtationem non eſſe neceſſariam, refert, & ſequitur idem Theſ. Foſſan. *vbi ſupra.*

† Et paupertatem excuſare etiam ab ipſa appellatione, probat *textus in l. ſi procuratorem §. ſi ignorantes, circa finem. ff. mand. in illis verbis, quid tamen ſi paupertas eis non permiſſit excuſata eſt eorum inopia.*

50 Reſtringe II. eandem exemplificationem vt non procedat in loco, vbi pauperibus, vel ex ſtatutis, vel ex Principis prouiſione, ſeu alias gratis & amore Dei ſcripturæ, & omnia neceſſaria dari debent, prout ita in Regno Siciliæ prouiſum eſse per ritum ſcribit Ioſ. Cumia in ritib. Sicil. *cap. 88. ſub num. 59.* & in Senatu Pedemontano ſcribit Theſ. Foſsan. *deciſ. 10. inſtantia, caſ. 3. num. 5. in fine,* & in Curia Delphin. conductores, ſeu firmarij, & grapherij compelluntur mittere ad iudicem appellationis, & conficere acta miſerabilium gratis. Guid. Pap. quem etiam citat Rebuff. *vbi ſupra,* & in tribunali Auditorum Rotæ copia actorum eſt concedenda gratis pauperibus, ex diſpoſitione bullæ 6. Ioannis XXII. reformatio auditorum &c. ibi. *item quod ſi aliquis, fol. 37.* & de copia indiciorum danda ante torturam depoſitum eſt in motu proprio 74. Pij IV. reformatio tribunalis Cameræ, *verſ. inſuper. præfatus, fol. 756.* quem allegat etiam Flam. Cart. *pract. interrog. reor. lib. 3. cap. 3. num. 55. in fine,* quia iſto caſu, cum pauperes habeant gratis ſcripturas, & patrocinia, non conceditur eis ſecundum fatale ex capite paupertatis, niſi vbi notarij recuſarent gratis dare, & pauperes proteſtati ſint, quia paupertas non excuſat à proteſtatione, *Ioſ. Cum. d. cap. 88. n. 59. in fine, & 60. & Theſ. Foſſan. d. caſ. 3. ſub n. 5.*

Hæc reſtrictio non videtur tuta, quia aduocati, ceterique cauſſidici ex præcepto operis miſericordiæ, & ex diſpoſitione iuris communis, tenentur gratis inſeruire pauperibus litigantibus, *vt dixi n. ſeqq.* & tamen paupertas reputatur impedimentum legitimum per ea, quæ dixi in exemplificatione, *num. 45.* Ergo idem dicendum eſt, cum tenentur vigore publici ſalatij, quia ſicut non obediunt legi vniuerſali, ita neq; legi particulari; nam & ſi ſalariati ſint, tamen pauperibus litigantibus non eſt omnino conſultum.

Quicquid ſit de iſta reſtrictione.

51 Attendite, notarij, procuratores, aduocati, ceteriq; cauſſidici, quod etſi in loco, vbi munus veſtrum exercetis, ſint ſtatutis, aliaque Principis ordinatione deputati certi ſalariati aduocati, & procuratores pro patrocinio cauſſarum pauperum; tamen etiam vos qui non eſtis ſa-
* lariati, ad id tenemini, vt ex communi * omnium recentiorum ſcribit Fr. Mich. Sal. ad D. Thom. 2. 2. *qu. 17. art. 1. controuer. 1. in fine, fol. 500.* & multo magis tenemini, ſi iſti ex publico ſalario conſtituti non ſint; nam in primis vos; egregij notarij, debetis copiam gratis dare, *l. 21. tam demētis, in fine, & ibi Gloſſ. in verbo prægrauetur, C. de epiſ. aud. Dec. c. 1. n. 211. & ſeqq. de probat. Affl. in conſtit. appellationum temporu, not. 5. n. 18. lib. 2. Cuneuſ. ſuper rit. 290. n. 10. Foller. in pract. crimin. in verbo, & ſi confitebuntur, in 3. p. 3. partis n. 55. Benine. tract. de pauper. & eius priuil. qu 7. ſpec. 1. in iudicijs, nu. 14. tom. 18. fol. 148. Proſp. Farin. in q. crimin. lib. 2. q. 39. n. 159. Neuiz. conſ. 44. quod debent, n. 13. Rebuff. tract. de ſenten. promiſ. art. 3. gl. vlt. n. 26. & 27. tom. 1. fol 298. & ſcripſi ſupra lib. 1. c. 100 ſub n. 8.*

Nec excuſamini, quod emeritis officium, *Fr. Mic. Sal. d. q. 17. art. 1. in fine, concl. vlt. fol. 501.*

52 Et vos, Domini Procuratores, tenemini gratis pauperibus inſeruire, *Benine. d. q. 7. ſpec. 1. num. 14. fol. 148.* Vos etiam, excellentiſſimi Aduocati, ad id tenemini, quia patrocinari pauperi pertinet ad opera miſericordiæ, *Fr. Mich. Salon. in 2. 2. D. Thom. quaeſt. 17. art. 1, fol. 499.* & niſi patrocinemini gratis pauperi in extrema neceſſitate, peccatis mortaliter, *vt latè explicat Salon dicto articulo primo controuerſ. 1. verſ. obſeruemus ſecundo, fol. 499. in fine,* & quod ideò inuiti officio iudicis cogi poſſitis, & Aduocatus, qui renuit pauperi patrocinari gratis, ſaluari non poſſit, quia abſcondit talentum Domini ſui, & in foro conſcientiæ peccet, qui à paupere ſcienter pecuniam recipit, retuli *ſupra queſtione 12. ſub n. 166.*

Sed hęc iuris communis diſpoſitio non ſolum à notarijs non ſeruatur, ſed fit totum oppoſitum, vt teſtantur Neuiz. *d. conſ. 44. num. 13.* dicens, quod notarij faciunt totum oppoſitum, quia diuiti dant gratis, & pauperi non ſine mercede, & *Rebuff. vbi ſupra,* dicens, quod hodie potius eriperetur Herculis claua, quam a Scribis, & Phariſæis acta ſine pretio, cum ex diabolica eorum vſurpatione triplex ſoleant percipere ſalarium, quod non fieret, inquit, ſi acrimonia iuris in eos exerceretur, ſed noſtri tolerant abuſus illorum. Hæc Rebuff. Procuratorum etiam, & Aduocatorum charitas frigeſcit; immo erubeſcunt, etiam ſibi mercede ſoluta, pauperum clientelam ſumere aduerſus diuites, & nobiles, quaſi tuentes pauperum cauſſas parui ęſtimentur. Iudices quoque pauperum cauſſas cum mora negligunt, diuitum vero cum inſtantia promouent, in illis rigorem oſtendunt, in iſtis ex manſuetudine diſpenſant, illos cum difficultate reſpiciunt, iſtos cum facinore tractant, illos negligenter audiunt, iſtos ſubtiliter auſcultant, vt retuli etiam *ſupra lib. 1. cap. 90. ſub num. 1.* adeo, quod verè Poeta ille *Curia pauperibus clauſa eſt, &c.* quæ retuli *infra queſtio. 17. limit. 40. num. 7.* & loquendo de cauſſis criminalibus, vere inquit alter Poeta, *dat veniam coruis, vexat cenſura columbos,* relatus à Boſſ. *tract. crim. tit. de par. ſupp. ſub num. 18. Claud. Cantiun. tract. de offic. iudic. lib. 2. cap. 7. num. 29.*

In fine

Digitized by Google

in fine tomo 3. parte 1. fol.83. & à Petr. Bel. tractat. de re milit. titul.23. num 14. tomo 16. fol.342. qui loquendo de fiſcalibus, inquit, quod habent retia, quæ tendunt columbis, & non miluis.

Aduerte tamen, quod Aduocato non eſt præceptum indiſtinctè, quod patrocinetur gratis pro paupere, & ſub præcepto peccati mortalis, quia, cum hoc ſit opus miſericordiæ, & mandetur præcepto affirmatiuo, tale præceptum non obligat ſemper, & pro ſemper, ſed ſeruatis conditionibus, quas recenſet Fr. Mich. Sal. ad D. *Thom. 2. 2. q. 17. art. 1. fol. 499.* & adhibita diſtinctione neceſſitatis pauperis litigantis conſideratæ in triplici ſpecie per eundem Sal. *art. 1. contron. 1.* & conſiderato ſtatu aduocati, *vt per eundem Sal.*

53 Exemplifica II. quando per errorem fuit, omiſſo medio, appellatum ad ſuperiorem, quia interim dum diſputatur, an ſit iudex competens, & inſtatur pro remiſſione cauſſæ, dicitur appellans facto proprio impeditur, & conſequenter conceditur ei ipſo iure ſecundum fatale, & ita intelligas Theſſ. Foſſanen. *deciſ. 10. inſtantia, caſ. 5 numero ſeptimo*, quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra qu. 7. numero* 98. dum ſcribit, quod inſtantia appellationis non currit, ſi per errorem ad ſuperiorem appellatum fuerit, omiſſo medio.

54 Exemplifica III. quando appellans fuit carceratus, loquitur Ant. de Butr. *in c. 8. ex ratione, ſub n. 6.* ſeu quando fuit infirmus ſeu abſens, *Dec. ibid. n. 15. in vltimis verbis, de appel.* & de infirmitate, alioque, caſu fortuito loquitur M. Ant. Bard. *tract. de temp. vtil. c. 4. n 2. verſ.* de impedimento, *to. 5. fol. 213.*

55 Extende eandem concluſionem ſic exemplificatam, vt habeat locum etiam quando impedimentum tangit perſonam ſuorum nuntiorum, ſeu procuratorum, *Card. Alex. dict. cap. ex ratione, quæſt. 5. princip. in 7. impedimento, numero 25.* & de impedimento nuntij itinere loquuntur Guid. Pap. *tract de appellat. queſt. 91. num. 58. to. 5. fol. 59. & Theſſ. Foſſan deciſ. 10. inſtantia, ſub n. 11. verſ. deniq;* licet ipſe hoc impedimentum nuntij, ponat eſſe impedimentum tertij, & Card. Alex. vbi ſupra inter impedimenta caſus fortuiti.

56 Subextende vt idem dicendum ſit quando non potuiſſet habere inſtrumenta, facientia ad cauſſam, quia is non diceretur negligens; ſeu fuiſſet impeditus in producendis teſtibus, *Franch. in d. c. ex ratione, n. 56. ibi ſecundo quæritur quid ſi fuerit, de appell.* licet non omnino explicet; quod etiam dicendum arbitror, quando appellans, vel appellatus haberet teſtes in longinquis partibus, & peteret dilationem excedentem metam fatalium, per ea, quæ loquendo de prima inſtantia retuli, & ſequutus ſum *lib præc. c. 3. n. 201. & 202.*

57 Declara eandem extenſionem, vt habeat locum quando impedimentum procedens ex facto procuratoris, ſeu nuntij procedit caſu fortuito, quia tunc excuſatur appellans, & conceditur ſecundum fatale, ac ſi impedimentum occurriſſet in propria perſona ipſius appellantis, *Franch. in d. c. 8. ex ratione n. 54. verſ. circa ſextum & vltimum impedimentum de appell.*

Secus ſi procedat ex negligentia aut dolo, vt retuli, & ſequutus ſum *infra caſ. 5. n. 136.*

58 Limita I. nunc eandem concluſionem, vt non procedat, quando impedimentum appellanti ſonaret in propriam culpam, & negligentiam, vt puta, quia non fuerit expedita eius dimiſſoria iam decreta, quia illo caſu currunt fatalia, & inducitur deſertio, *Caputaq deciſ. 12. ſeu 1. fatalia currere, n. 1. & 3. in fine, par. 2.*

59 Quid in caſu, quo conſiderari poſſet factum mixtum, vide eundem Caputaq. *deciſ. 11. ſeu 1. fatalia appellationis, n. 1. par. 2.* & vide *infra n. 67.*

60 Limita II. generaliter vt non procedat in impedimento iniuſto, id eſt in impedimento, quod vel procedit à ſola voluntate appellantis, de quo dixi *infra art. 6. illat. 1. numero* 160 vel procedit à mera eius negligentia, & ideò non excuſat, vt puta impedimentum feriarum ordinarium, quod eſt iniuſtum, cum ſit imputandum, appellanti, qui debet ſibi prouidere in tempore iuridico, *Franch. in c. 8. ex ratione, numero 55. verſic. ſed circa hoc quæritur, de appell.* quare debet eſſe ineuitabile, & ex cauſſa neceſſaria, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 34. art. 2. verſ. ſubdeclara ſecundo, & infra n. 156. & ſeqq. art. 6.*

Declara eandem concluſionem, vt, lapſo etiam ſecondo anno, tertius non detur ipſo iure, ſed per viam reſtitutionis in integrum, & abſque refectione expenſarum.

61 ¶ Concludo capiendo ſecundum caſum, quando impedimentum proceſſit ex facto appellati: & dico, quod tunc tempus non currit, ſicque appellans remanet illæſus, *Abb. in cap. 8. ex ratione, ſub n. 8. verſic. quandoque impedimentum prouenit ex facto ſolius appellati, & Dec num. 38. verſ. quartus caſus, de appell. Neurz. conſ. 41. ſciũt etiam, ſub num. 1. Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. 4. limit. 7. n. 31. Minſing. in ſing. obſeru. cent. 5. obſer. 98. n. 5. caſ. 4. Caputaq. deciſ. 11. ſeu 1. fatalia appell. n. 1. & 2. par. 2.* & ita cum ſequenti declaratione concludit etiam Card. Alex. in ea citatus.

Ratio huius concluſionis eſt, quia tempus fatalium labitur culpa, & facto aduerſarij, & deſertio debet fieri cõtra culpabilem, & negligentem, & non contra impeditum, *Caſſad. deciſ. 9. an eſſet, ſub n. 9. de appell.* loquens in caſu, de quo *infra n 67. verſ. confirmatur 2.*

Contra hanc concluſionem Abb. vbi ſupra adducit Innocentium (quem ego in libro meo non inueni) dicentem, quod impeditus habebit annum, & dicit poſtea *verſ. ego enim*, quod ipſe teneret hanc, vel præcedentem concluſionem, vt tenet Rot. quam nos citamus *ſeqq. illatione*, & ita cum Abb. ſequente præfatam concluſionem & Rotam reſidet Card. Alex. *d. queſt. 4. princ. n. 13. in vltimis verbis.*

Retenta concluſione, quæ probatur ex infra dicendis.

62 Declara reſtringendo hanc concluſionem eſſe veram, quando impedimentum eſt iudicialiter illatum, quia tunc tempora non currunt, *Card. Alexand. in dict. capitul. ex ratione, 4. quæſt. prin. ſub nu. 13. ibi circa ſecundam ſpeciem, & ibi. quodam eſt impedimentum*, & patet ex ſeq. illationibus.

Secus autem quando impedimentum eſt de facto; quia tunc ſecundum Imol. & alios, quos citat, & ſequitur Card. Alex. *vbi ſupra*, currunt tempora, ſed ipſe appellatus, qui impedit, ſi eſt ſoluendo, tenetur dolo ad damna, & intereſſe eidem appellanti, quod ſi non ſit ſoluendo, reſtituuntur tempora ipſi appellanti; & ab hac diſtinctione non videtur multum diſceſſiſſe Franch. *in eod. capitul. ex ratione ſub numero 36. verſic. circa tertium impedimentum.*

Contra hanc declarationem, ſeu diſtinctionem (quod enim indiſtinctè fatalia non currant, etiamſi impedimentum ſit illatum extraiudicialiter) oſtendunt ſequentes prima, & ſecunda illatio, in quibus impedimentum eſt extraiudiciale, & tamen impedito non currit inſtantia.

Retenta ergo ſimpliciter concluſione.

63 Infero I. ex hac concluſione ſic declarata, quod, ſi appellatus efficiatur familiaris iudicis ad quem, appellanti non debent currere fatalia, durante magiſtratu, officio, ſeu iuriſdictione illius iudicis, per ea, quæ loquendo de prima inſtantia, & de regia conſtitutione, ſcribunt Affl. *in conſtitutione, iuſtitiarij per prouincias, not. 6. ſub numer. 6. & ſeqq. lib. 1. & Maran in ſuo ſpec. parte 5. limit. 14. numer. 37. fol. 244.* dum ſcribunt, quod ſi aliquis litigator eſt familia-

familiaris officialis, coram quo ventilari debet cauſſa, non currit inſtantia.

64 Infero II. quod ſi appellatus, pendente appellatione, efficiatur priuilegiatus, aden quod appellanti, durante illo priuilegio, denegetur audientia, non current ipſi appellanti fatalia, per ea quæ, loquendo de iuſtantia, refert & ſequitur Maran. *in ſuo ſpec. par. 5. limit. 17. n. 40. fol. 244.* dicens, quod ſi aliquis impeditur agere impedimento iuris, vt quia reus conuentus eſt interim effectus priuilegiatus, adeo quod noo poſſit coouenirl, non currit inſtantia.

65 Infero III. quod fatalia ad proſequendum, & finiendum appellationem non currunt appellanti, qui proſequitur, & agit ſuper attentatis; imò illud tempus, & etiam tempus executionis finiendum poſt ſententias ſuper attentatis latas, eſt de fatalibus ſubducendum, quia licet appellans poſſit appellationem ſuam, & negotium principale, & cauſſam attentatorum ſimul proſequi, tamen ad hoc non arctatur: immo a lege ſibi indultum eſt, vt ante omnia audiatur ſuper attentatis, *Rot. deciſ. 15. alias 102. fatalia ad proſequendum, de appell. in nou. & deciſ. 10. alias 89. nota quod vbi, num. 3. & deciſ. 79. alias 448. nota quod fatalia, de appell. in antiquis*, quas deciſiones citant, & ſequuntur Abb. Dec. & Odd. citati ſupra in concluſione, *Franch. in cap. 36. dilecto, quaſt. 6. verſ. tertio modo, num. 13. in fine, de appell. Fely n. d. c. ex ratione, n. 4. verſ. quarto dum dicunt, de appell. Creſcea. deciſ. 10. alias 242. regulæ de annali, n. 3. de cauſſ. poſſ. & propriet. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. vlt. ſub num. 19. ibi qua ratioa. idem, fol. 219.* & ita cum declarationibus, de quibus *infra num. 69. & ſeqq.* tenent Franch. *in d. cap. ex ratione, ſub nu. 36. verſ. circa tertium impedimentum, & punctualiter n. 37. & Card. Alex. q. 14. princip. ſub n. 13. verſus finem, ibi. & ideò ſi appellatus aliquid attentauit, de appell.*

66 Confirmatur primo hæc illatio, quia inſtantia non perit, quando actor fuit impeditus facto rei, *Abb. in cap. penult. venerabilis, ſub numer. 9. ibi. aduerte tamen, de iudic.* & quod inſtantia non currat impedito per cauillationes, & ſubterfugia aduerſarij, ſcribunt Dec. *in cap. 8. ex ratione, caſ. 4. n. 39. de appellat. Io. de Amic. conſ. 6. in ſacro regio, n. 9. verſ. ſed contra, & conſil. 139. non eſt opus, n. 1. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. limit. 11. n. 30. fol. 242. Ioſ. Cumia ſuper ritibus Sicil. cap. 88. n. 64. verſ. accedat pro prædictarum*, & * hanc videri magis communem * opinionem, vt inſtantia non labatur, teſtatur, & ſequitur Aſin. in *prax. iudic. §. 2. cap. 7. in princip.* quod vbi quis per aduerſarium impeditur producere ad finem excuſationem, & tranſacta ſunt tempora, poſſit ſine noua cauſa, ſeu inſtantia, procedere ad excuſationem, quod facit ad quæſtionem, nunquid ſententia lata poſt terminum ſit ipſo iure nulla, ſcribit Bar. in *l. 42. ſi cum ipſe, ff. de excuſat. tut.* & quod tempus, infra quod deber cauſa expediri, non currat ei, qui impeditur facto aduerſarij, ſcribit Catald. quem retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. cap. 3. num. 95.* & quod inſtantia non currat, & appellatio non pronuntietur deſerta, ſi culpa partis ſubterfugientis, & cauillantis cauſa protelata fuerit, quia, ſtante culpa partis ſubterfugientis, reſtituitur appellans in integrum aduerſus curſum inſtātiæ, ſcribit Theſ. Foſſan. *deciſ. 10. inſtantia, nu. 11. caſ. 8.* & faciunt, quæ ſcripſi *d. c. 3. n. 91.* vbi videas.

† Sicut etiam Princeps poteſt reſtituere aduerſus lapſum fatalium, *ita tenuit Crau. conſ. 266. Gail. obſeru. 143.* Immo Princeps poteſt ex aliqua veriſimili præſumptione appellationem deſertam remittere. *Guid. Pap. quaſt. 185. Mynſing. obſeru. 98. cent. 5.*

Contra tamen hanc confirmationem ſcribit Alex. *conſil. 72. videtur prima facie, num. 16. verſ. non obſtat igitur, lib. 3.*

67 Confirmatur ſecundo, quia appellanti non currunt fatalia, pendente remiſſoria conceſſa appellato ad examinandoq; teſtes ſecundum opinionem, quæ placet Caſſadoro *deciſ. 9. an eſſet, n. 4. in fine, & n. 5. & ſeqq. de appell. fol. 317. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. vlt. ſub n. 18. verſ. rurſus finge, appellatum remiſſoriam, & n. 19. fol. 219. & Odd. tract. de reſt. in integr. q. 71. art. 1. limit. 7. n. 13.*

Contra tamen iſtam confirmationem tenebat altera pars dominorum forſan maior, *vt recenſet Caſſad. d. deciſ. 9. n. 1. ibi pars alia*, quem refert, & ſequitur Caputaq. *deciſ. 12. ſeu 1. fatalia currere, num. 1. par. 2.* mota pluribus fundamentis, quorum tria, quæ fortiora videntur, refero. Primo, quia debet imputari parti, quæ patitur concedi tantam dilationem. Secundo; & hoc conuenit peculiariter Rotæ auditori; qui poteſt petere prorogationem fatalium. Tertio; quia terminus fatalium præfigitur non liti ſed iuriſdictioni, & ideò prorogari non poteſt. Addo quarto, quod corroboro primum, quia ab interlocutoria, qua iudex concedit reo tantam dilationem, quæ excedit tempus inſtantiæ, poteſt appellari, ex quo grauamen eſt irreparabile, *Guid. Pap. tract. de appell. q. 74. n. 50. tom. 5. fol. 59.*

Confirmatur demum ex pluribus, quæ ſcripſi *lib. præced. c. 3. n. 91. & ſeqq.* in quibus oſtendi, quod tempus non currit ei, qui eſt impeditus facto aduerſarij.

68 Extende eandem illationem, vt procedat, etiam ſi appellans potuiſſet vna cauſſa attentatorum proſequi, & expedire cauſſam appellationis, quia adhuc dicemus, quod ei fatalia non currunt, *Rot. Abb. & alij, quos retuli & ſequutus ſum ſupra in illatione, n. 65.*

Contra hanc extenſionem, multa adducendo, tenet in caſu ſuo quando attentat appellans, *Io. de Amic. conſ. 6. in ſacro regio, n. 18. & ſeqq. verſ. confirmo prædicta.*

Sed quicquid conſuluerit Io. de Amic. non recedas ab extenſione, quæ eſt vera, & ſeruatur in practica, & Io. de Amic. non conſiderat Rotam à nobis citatam.

69 Declara I. eandem illationem eſſe veram, quando appellans, volens in primis proſequi cauſſam principalem appellationis interpoſitæ à ſententia diffinitiua, & negotio principali, petit ante omnia in libello reuocationem attentatorum, vel etiam in medio litis, quia his caſibus appellanti non currunt interim fatalia ſuper cauſſa principali: ſecus quando litigat primo, & principaliter ſuper attentatis, non inchoata proſecutione in cauſſa appellationis principalis, quia iſto caſu, ſi non proſequitur cauſſam appellationis infra terminum iuris, appellatio ſit deſerta, & currunt tunc fatalia cauſſæ principalis, licet litigetur ſuper attentatis *ſecundum Innoc. in cap. 66. dilecti, ſub numer. 2. verſ. nobis non videtur, de appell.* quem ibidem refert, & ſequitur Fran. *quaſt. 4. num. 8.* dicens in fine, hoc eſſe menti tenendum, quia eſt paſſus, qui non reperitur alibi.

70 Declara II. eandem illationem vt habeat locum ante deſertam appellationem, ſecus poſtea. Quare, ſi appellans vellet agere pro reuocatione attentatorum, poſt deſertam appellationem, non audiretur, & ſic cauſſa attentatorum impedit, ſed non tollit curſum fatalium iam abſolutum, id eſt, ſi appellans ante deſertam appellationem agit pro reuocatione attentatorum, non currunt fatalia, ſed vbi fatalia lapſa ſint, non iuuatur appellans, deducendo quod pendente appellatione, fuit attentatum, *Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attēt. & innou. appell. pend. ampl. 1. princip. n. 17. 18. & 19. limit. 5. tom. 5. fol. 350.* Quare attentata appellatione pendente à diffinitiua poſt ipſius deſertionem non veniunt per modum attentanti reuocanda, tum quia legitimè factum non debet reuocari, tum quia, ſublato principali, ſublata videntur omnia priuilegia, quæ poſſunt acceſſoriè ſequi ex illo, tum etiam, quia res deuenit ad eum ſtatutum, à quo potuit habere efficax principium, *Rot. deciſ. 1. alias 1. attentata, n. 1. & 2.*

Digitized by Google

& 2.de appellat. in non. quam refert, & ſequitur Lancell. *d.ampl.1.num.8. tom.5.fol.*350. Et quod non poſſit dari poſt rem iudicatam de attentatis commiſſis, pendente appellatione, quia, cum non oppoſuerit de attentatis, & paſſus fuit procedi in cauſſa principali, videtur illis renuntiaſſe, tenuit Rota, de qua Creſcen. *deciſ.7.alias* 140. *non poteſt, de ſent. & re iud.* quam citat Cæſ de Craſſ. *deciſ. 2.alias* 108. *domini dixerunt, num.3.de appell.*

71 Subdeclara I. hanc declarationem procedere quando ex actis clarè conſtat de deſertione, quia tunc appellans petendo reuocationem attentatorum, ſubmouetur per regulam, Dolo petis, quod reſtituturus es, *Rot.d.deciſ.1. num.3.* item quia appellatione deſerta, iudex appellationis non eſt amplius iudex, ſed remanet iudex ille, qui tulit primam ſententiam; Si igitur iudex appellationis vellet pronuntiare ſuper attentatis, eius ſententia tanquam lata à non ſuo iudice non teneret, *Rot.ſub dict. num.3. & Lancell.tract.de attent.part. ſecunda, cap.12.de attent. & innou.appell.pend.ampl.1.princ.num.3.in fine, & n.8.limit. 1.to.5.fol.349. &* 350. & faciunt, quæ ſcripſi *infra n.209. art.10. declar.6.*

Secus eſt ſi ex actis notoriè non conſtaret de prædicta deſertione, ſed pars ipſam allegans vellet probare, tunc enim propter priuilegium attentatorum, quæ in concurſu omnium aliarum cauſſarum ſunt reuocanda, iudex poſſet ea reuocare, non obſtante deſertione appellationis allegata, ſed nondum probata, *Rot.d.deciſ.1.ſub nu.3.de appell.in nou. & Lancell.d.ampl.1.princip.limitat. 1.num* 8.*fol.*350.

72 Subdeclara II. vt quamuis appellans renuntiauerit appellationi, aut appellatio ſit deſerta, & ideo non poſſit agi pro reuocatione attentatorum, iuxta ea, quæ dixi in *declaratione*, tamen non propterea ſequitur, quod attentata ex ſe non ſint alias nulla, vnde ſuccumbens in appellatione poſſet proſequi nullitatem attentatorum, agendo per viam nullitatis; nam attentata ſunt ipſo iure nulla, *Franc in cap.34.ad audientiam, in fine, num.6.de appell.* & hoc eſt, quod ſentit idem Franch. *in cap.18. conſuluit. il 2.in fine, ſub num.10.eod.tit.de appell.* dum ſcribit, quod appellans, excipiens de nullitate attentatorum, poteſt probare de veritate cauſſæ appellationis, quantumcunq; renuntiaſſet appellationi, aut ſua appellatio ſit deſerta; quia innouata poſt appellationem iudicialem ſunt nulla, & non reconualeſcunt, dato quod appellatio ſit deſerta, aut ſit renuntiatum appellationi, idque latius explicat *in c.44.ſæpe, ſub n.30. verſ.in gl.in ver.rata, & ibi Card. Alex. nu.36.eod.tit.de appell.rurſus idem Franch.in cap.51.bon. mem.nu.39.eod.tit.de appell. & Lancell.tract.de attent.p.3. cap.21.num.36. & 37.fol.*421.

73 Exemplifica pro maiori intelligentia iſtam ſubdeclarationem in ſententia excommunicationis, lata poſt interpoſitam legitimam appellationem, quę ſententia ideo eſt nulla, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.17.limit.22.n. 54.* & cum ſit nulla; non reconualeſcit ex eo, quod appellatio ſit deſerta in tantum, quod appellans poterit poſt deſertionem docere de veritate cauſſæ appellationis ad finem obtinendi nullitatem ſententiæ, & aliorum attentatorum poſt appellationem legitimam; Nam ſi præceſſit legitima appellatio, iuriſdictio iudicis fuit ſuſpenſa adeo, quod appellans dicitur exemptus à iuriſdictione iudicis à quo: ſi fuit ſuſpenſa iuriſdictio; ergo attentata ſunt nulla, *Franch. & Card. Alex. in locis ſupra proxime citatis.*

74 Firmo ex hac ſubdeclaratione, quod licet deſerta appellatione, attentata non veniant reuocāda per modum attentati, quia priuilegium attentatorum non durat, deſerta appellatione, & ita procedit declaratio, & deciſio Rotæ in ea citata; tamen remanet remedium agendi via ordinaria de nullitate principaliter, & ſic, licet ceſſet priuilegium illud agendi ſummariè abſque litis conteſtatione ad reuocatione attentatorum, tamen nō ceſſat remedium agendi principaliter via ordinaria, *Franch.in d.c. 44.ſæpe, ſub nu.30.verſ.in gloſ.in verb.rata, & Card. Alex. num.37.de appell.*

75 Limita I. eandem declarationem, vt non procedat in proceſſu facto per iudicem recuſatum poſt appellationem, quia eiuſmodi proceſſus eſt adeo nullus, vt licet recuſans non fuerit proſecutus appellationem, nihilominus dicitur eſſe inualidus, *Lancell.tract. de attent.par.2. cap.12.de attent. & innou.appellat. pend.ampl. 1.princip.n. 9.tom.5.fol.*350.

Limita II. eandem declarationem diſtinguendo, quod aut attentata ſunt perpetrata intra decem dies, datos ad appellandum, quamuis & appellatum non fuiſſet, & tunc reuocantur etiam lite deſerta, non quidem per viam attentatorum, ſed per viam nullitatis: aut ſunt commiſſa poſt prædictos decem dies, & ſic poſt terminum, datum ad appellandum, & tunc, lite deſerta, non reuocantur, ſed obſtat res iudicata, *Cęſ.de Graſſ. deciſ. 2. alioqui* 108. *domini dixerunt, num.5.de appell.* & iſto ſecundo caſu diſtinctionis intrant deciſiones allegatæ *ſupra num.70.in 2. declar.* & hanc diſtinctionem in primo caſu, quod factum infra decem dies datos ad appellandum non reuocetur per viam attentati, & ceſſent attentata, ſi non fuerit appellatum: retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt.3.n.52.* quia tamen illud factum infra decem dies datos ad appellandum poteſt reuocari via nullitatis, ideo dicimus, quod reuocatur, & non conualeſcit, quamuis non fuerit appellatum, *Mohed.deciſ.11. alias* 150.*papa contulit, numer.2.de præben.Rot.diuerſ.deciſ.834. Barchinonen.numer.1. et ſeq. deciſ.1149.dum Andreas, nu.1.et deciſ.1322. in Veronen. part.3.libr.3.fol.*215.255. *et* 272. in quibus concluſerunt Domini, quod collatio beneficij facta per Papam, vel per ordinarium infra decem dies datos ad appellandum à ſententia priuatoria beneficij, non tenet, quamuis appellatio à dicta ſententia non interponatur, ſeu deſeratur; intellige enim tu has deciſiones de reuocatione per viam nullitatis.

Contra hanc limitationem, ſeu diſtinctionem, conquaſſando eam, vrget ſubdeclaratio poſita *ſupra num.72. et ſeqq.* vbi, citatis Franch. & Card. Alex. *in pluribus locis,* dixi indiſtinctè, quod, commiſſis attentatis etiam poſt decem dies datos ad appellandum, poteſt agi ad eorum reuocationem via nullitatis, licet cauſſa appellationis ſit deſerta, quia, *vt ibi dixi*, licet appellans ſuccumbat in appellatione, tamen poteſt deinde agere de nullitate attentatorum: præterea Rota citata pro limitatione nullam adducit rationem differentiæ.

76 Reſtringe I. nunc eandem illationem eſſe veram, quādo attentat appellatus, vt declaraui *in ſeqq. ſecunda reſtrictione.*

Secus eſt ſi attētat appellans, & appellatus agit pro reuocatione attentatorum, quia tunc fatalia currunt appellanti, ex quo tunc appellans dat cauſam edicto, & ipſe præſtat impedimentum ſibi ipſi, & non debet ei propria culpa, & dolus ſuffragari. *Ioan.de Amic. conſil.6.in ſacro regio, numer.17.iunctis, num.15. &* 16. Quare procedit, ſi appellatus obtinet, *Gramm.in crimin. conſilio 54.in cauſſa ſyndicatus, ſub num.20.ibid.accedat inſuper*, alias quilibet appellans, qui eſſet in poſſeſſione, poſſet attentare, vt, dum appellatus ageret pro reuocatione attentatorum, fatalia ſibi non currerent diutiuſque ſic moraretur in poſſeſſione.

77 Subreſtringe hanc ſecundam partem reſtrictionis, vt non procedat, quando appellans, conuentus de attentatis, obtinet in cauſa attentatorum, quia tunc ei non currunt fatalia, *Gramm.d.conſ.54.in cauſſa ſyndicatus, verſus finem, ſub num.20.ibi. accedat inſuper deciſio.* Et ratio eſt, quia

Digitized by Google

quia ſi obtinet, non attentauit, & conſequenter impedimentum proceſſit ab appellato, qui indebitè eum vexauit.

78 Reſtringe II. eſſe veram, quando appellatus attentat, & appellans obtinet in cauſſa attentatorum, quia tunc ex victoria iſta ſubſecuta apparet, quod appellatus fuit in culpa litis ſuper attentatis, *Abb. in cap. 8. ex ratione, ſub n. 8. ibi. vnde dicunt quod ſi appellatus, Franch. ſub n. 37. & 38. & Dec. num. 42. de appellat. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. vlt. nu. 19. verſus finem, ibi. quæ tamen intelligas ſi appellans, fol. 230. et Odd. tract. de reſtit. in integr. queſt. 71. art. 1. n. 8. verſ. ſublimitando.*

Secus ſi obtinuit appellatus, & appellans ſuccubuit, quia tunc appellans ſibimet impedimentum dicitur præſtitiſſe, & doloſe egiſſe, ſicque fraus, & dolus ſibi prodeſſe non debent, *Abb. Franch. Felyn. Dec. Veſtr. & Odd. citati ſupra in illatione, & hic, & Rot. deciſ. 25. alias 102. fatalia ad proſequendum, in fine appellat. in nou. Creſcen. dicta deciſ. 50. alias 242. regula de annali, ſub n. 3. de cauſ. poſſ. & propr.* & proptorea fatalia tunc currunt, & facit, quod ſcripſi *infra ſubillatione 1. n. 86.*

79 Confirmatur hæc ſecunda pars; reſtrictionis, quia ſubiectio regulæ de annali, qui tenetur cauſſam expedire infra biennium, non ſubducitur tempus, quo, ſuſpenſo per aduerſarium petitorio, proceditur ſuper ſpolio, ſit in eo ſuccumbit *Creſcen. d. deciſ. 10. n. 1. & 2. quia, vt dicit d. n. 2.* hoc impedimentum litis ſuper ſpolio, ſeu poſſeſſorio, in quo ſuccubuit, poterat ipſe remouere, cedendo ſpolio, ſicque non dicitur impeditus, qui poteſt impedimentum remouere, tribus iis, quos retuli, & ſequutus ſum *infra n. 156. & ſeqq. art. 6.*

80 Subreſtringe hanc vltimam partem reſtrictionis eiuſque confirmationem, vt non procedat quando appellans habuiſſet iuſtam, & probabilem cauſſam litigandi, quia tunc etſi appellans ſuccumbat, tamen fatalia non currunt, *Felyn. in cap. 8. ex ratione, ſub numer. 4. verſ. limitant. ibi. tu hanc limitationem intellige, de appel.* quia ſicut victus excuſabitur ab expenſis, ſi habuit iuſtam cauſſam litigādi, ita etiam excuſatur ille, *Dec. d. cap. ex ratione, n. 42. in fine, ibi. quod tamen verum intelligitur, Odd. dict. queſt. 71. art. 1. ſub num. 8.* & quod excuſetur, & interim non currat tempus, ſentit Rota, de qua Creſc. *d. dec. 10. verſus finem, ſub n. 3. ibi. tamen propter iuſtam cauſſam*, & ſic iſto caſu paria ſunt obtinere, vel habuiſſe iuſtam, & probabilem cauſſam litigandi ſuper attentatis.

81 Declara hanc ſubreſtrictionem, vt appellans dicatur habuiſſe iuſtam cauſſam litigandi, *Felyn. d. cap. ex ratione, ſub n. 4. ſeu 5. ibi iſta limitatio de appell.*

82 Infero IV. quod terminus non currit quamdiu pendet articulus, an inſtantia ſit perempta, vel non quia terminus non currit, vbi diſputatur ſuper eo quod expediendum eſt, *Ioſ. Camia ſuper ritibus Sicil. c. 88. num. 65. & Theſ. Foſſan. deciſ. 10. inſtantia, caſ. 4. n. 6.*

83 Infero V. & generaliter, quod de tempore appellationis proſequendæ ſubducuntur omnia tempora emergentis, vel incidentis cuiuſcunque articuli, moti ab appellato: intra quæ iſte articulus examinatur, ſi appellatus ſuccubuit, *Franch. in cap. 8. ex ratione, num. 38. & Card. Alex. q. 4. princip. ſub n. 13. ibi. & ideo facit regulam, de appell.* & quod ſuper quouis articulo incidenti diſputaretur, ſubducatur illud tempus diſputationis de curſu fatalium, ſcribunt Veſtr. *in prax. lib. 7. cap. vlt. ſub n. 19. ibi idem ſi ſuper quouis alio incidenti. fol. 220. & Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 71. art. 1. limit. 6. n. 11.*

84 Exemplifica hanc illationem, quando appellante proſequente cauſſam appellationis interpoſitæ a ſententia lata ſuper negotio principali, & iudice in ea interloquente, appellatus appellat ab illa interlocutoria, quia tunc tempus, quod conſumitur in decidenda cauſſa appellationis illius interlocutoriæ, non computatur in fatalibus, *Veſtr. dicto lib. 7. cap. vlt. ſub n 19.*

85 Intellige hanc exemplificationem eſſe veram cum grano ſalis, de quo loquitur illatio, videlicet quando appellans ab interlocutoria ſuccumbit, quia tunc verè ipſe præſtat impedimentum; ſecus ſi obtineat quia tunc impedimentum proceſſit à parte, quia factum iudicis cenſetur factum partis, prout declarat, & intelligit ſub generali ſermone, Veſtr. *vbi ſupra*, & clare Franch. *in cap. 8. ex ratione, ſub num. 38. ibi. quę omnia ſunt menti tenenda, de appell.*

Infero VI. quod fatalia ſuper petitorio non currunt, quandiu durat lis ſuper poſſeſſorio, *Rot. diuerſ. 857. Vicentin. n. 2. & 3. par. 3. lib. 3. fol. 220.*

86 Subinfero I. ex iſtis illationibus, & declarationibus, quod ſi appellans formauerit libellum ineptum, ſuper quo fuerit diu diſceptatum, & tandem pronuntiatum ſuper ineptitudine, iſtud ſpatium non reputabitur tempus impedimenti, ideoque iſtud tempus fruſtratorium curret, *Bal. in auth. et qui appellat. numer. 2. verſ. quæro appellans, C. de tempor. appellat.* quem referunt, & ſequuntur Card. Alex. *d. cap. ex ratione, num. 14. verſ. & per prædicta, & Franch. num. 39. de appell. idem Franc. in c. 63. dilecto, q. 6. n. 14. de appell. et Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 71. art. 1. in fine n. 14.*

87 Extende I. hanc ſubillationem, vt procedat etiam quādo appellans miſiſſet procuratorem non idoneum, & diu diſputatum fuerit de mandato, & tandem fuerit pronuntiatum, mandatum non ſufficere, quia tempus tunc appellanti currit ſua propria culpa, *Bal. d. auth. et qui appellat. numer. 3. verſ. quare ſi appellans miſit, quem ſimiliter refert, et ſequitur Card. Alex. vbi ſupra, et Franch. d. cap. 63. dilecto, qu. 6. ſub numer. 14. verſ. pone, de appell. Io. de Anan. conſ. 6. in ſacro regio, numer. 5. et Odd. d. q. 71. art. 1. in fine, num. 14.*

Intellige hanc ſubillationem, & eius extenſionem, vt procedant, quando in prædictis non fuit iuſta cauſſa litigandi, alias ſecus, *Franch. d. q. 6. ſub n. 14.*

88 Extende II. vt procedat etiam quando diſputatur de nullitate ſententiæ, vel alia nullitate proceſſus, oppoſita contra appellantem, *Card. Alex. eod. c. ex ratione, n. 14. in fine, de appell.*

89 Exemplifica notabiliter hanc extenſionem, ego obtineo contra te ſententiam validam, tu appellas, & obtines contra me ſententiam, quæ reuocat meam, latam ad mei fauorem, ego dico de nullitate tuæ ſententiæ, & apparet nullitas: vtique mea ſententia prima, lata contra te, dicitur tranſiiſſe in rem iudicatam ob lapſum fatalium, quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum & paria ſunt inualidè factum, & non factum, & ideò ſicut fatalia dicerentur lapſa, ſi non fuiſſet lata ſententia, ita dici debent lapſa, ſi nulliter ſi lata, ſecundum motiua, quæ adducit Mandoſ. *tract. de commiſſ. in 18. commiſſ. fatal. prorogat. in verbo, prorogat, quæſt. 2. fol. 108.* & ex eo refert Marcheſ. *ead. commiſſ. cap. 1. ſub num. 35. par. 2. fol. 204.*

Contra iſtam exemplificationem tenuit Rota, & exēplificatio procedit, quando nullitas eſt ex defectu iuriſdictionis, quia fuit pronuntiatum poſt iam lapſa fatalia, *Mandoſ. et Marcheſ. vbi ſupra.*

90 Subinfero II. oppoſitum, quod ſi in caſibus de quibus in dicta ſubillatione, eiuſque extenſionibus ſuccubuerit appellatus, tempora illa ſubducuntur, *Card. Alex. d. c. 8. ex ratione, q. 4. princ. num. 14. verſ. & per prædicta, de appellat.* ſeu non ſunt interim decurſa fatalia, *Gramm. conſil. crim. 54. in cauſſa ſyndicatus, verſus finem, n. 19. & 20. ibi. accedit prædictis.*

91 Subinfero III. ex hac quinta illatione, oritam forſan ex illa praxi dicendi ſimul de nullitate,& appellãdi, in hunc modum, *dico ſententiam nullam, & ſi quæ eſt appello*, quẽ modum ex Card. Alex. Iaſ. Euer. Couar.& alijs retuli,& ſequutus ſum *infra q.19.rem.1.concl.3.a. ... verſ. ſecundus modus*, quia, attenta illatione, dũ cognoſcitur,& diſputatur de nullitate ſententię, non currunt fatalia appellationis, *Bar. in l.19. ſi expreſſim. num.7. verſ. quandoque iſtę duæ cauſſæ, de appell. & relat. & in l.1. ſub n 8. verſus finem, ibi, ſed ſi cauſſa appellationis, C. quand. pronoc. non eſt neceſ. Bal. in l.16. contra maiores, verſus finem, num.4. verſ. ecce aliam quæſtionem, C. de inoffic. teſtam. Franc. in cap.63 dilecto, q.6. num.12. verſ. ſecundo modo, de appell. Vant. tract. nullit. rubr. quoties & intra quod tempus de nullitate &c. num.12. tom.4. fol.384.* dicens, quod, pendente cognitione nullitatis conquieſcit, ac dormit cauſſa negotij principalis, & appellationis, & *Addition. ad Felyn. in cap.8. ex ratione, ſub a 4 in litera D. de appell.* Et quod ſi quis, agendo principaliter de nullitate, dicat ſententiam nullam,& probabili ratione id oſtendat, non currat interim ei tempus ad appellandum, quamuis de iure communi habeat decem dies ad appellandum, ſcribit Thel. Foſſan. *deciſ.10. inſtantia, caſ.8. n.10.* faciunt quæ ſcripſi *ſupra quæſt.12. nu.169. limit.10.*

92 Declara I. hanc ſubillationem eſſe veram, quando cauſſa nullitatis, & cauſſa appellationis ſunt incompatibiles, vt puta quia deſcendant ex eodem fonte, contrarijs tamẽ modis; ecce exemplum; dico ſententiam nullam, quia ille, cuius auctoritate fuit in iudicio, non erat meus curator, & dico iniquam, ſeu appello per ea, quæ ſunt facta ab illo eodem meo curatore: ſum enim in hoc exemplo mihi contrarius, ideoque non poſſum audiri in proſequutione, & ideo, donec proſequor cauſſam nullitatis, non currunt tempora in cauſſa appellationis, *Bar. in d.l. ſi expreſſim, ſub numer.7.* & ita ſentit Cyn. *in d.l. contra maiores, num.7. ibi item ex præmiſſis, C. de inoff. teſtam.*

Ratio eſt ſecundum Cyn. *in d.l. contra maiores, nu.1. & ſeqq. & d. num.7.* quia non valenti agere non currit pręſcriptio; ſed non poteſt procedi in appellatione, dum proceditur ſuper nullitate incompatibili.

93 Exemplifica eandem declarationem, quando ipſa nullitas deducitur coram eodem iudice, qui tulit ſententiam, quia appellatione interpoſita coram eo, *vt in pręcedenti tertia ſubillatione*, tempora ad proſequendam appellationem non poſſunt currere, quia tunc non poſſunt coram eodem iudice ſimul tractari nullitas, & appellatio, nam licet coram iudice à quo poſſit dicere de nullitate, & proſequi nullitatem, non tamen poteſt proſequi appellationem coram eo; quare litigant ſuper nullitate tanquam ſuper principali non debet tempus currere in cauſſa appellationis, *Franch. in c.63. dilecto, quæſt.6. ſub nu.12. verſ. ſecundo modo, de appell.*

94 Declara II. extendendo eandem ſubillationem, vt procedat non ſolum in caſu, quo proſecutio nullitatis,& appellationis non poſſet ſimul fieri, vt in caſu præcedentis declarationis, & exemplificationis, ſed etiam in caſu, quo poſſet ſimul fieri proſecutio vtriuſque, vt puta, quia iſta duo remedia non ſunt ſibi inuicem contraria, & proceditur coram iudice appellationis, coram quo poteſt procedi ſuper vtroque remedio, *Franch. in capitul.63. dilecto, quæſt.6. num.13. verſ. tertio modo, de appell.*

95 Contra hanc declarationem, quod enim currant fatalia quando vtraque cauſſa, nullitatis, ſcilicet, & appellationis ſunt compatibiles, quia tunc poteſt fieri ſimul proſecutio vtriuſque ſentit Bar. *in d.l. ſi expreſſim, ſub num.7. & in d.l.1. ſub numer.8.* nam ceſſat illa ratio quod non valenti agere, non currat præſcriptio. Neque dicatur, quod etiam in cauſſa attentatorum poteſt vtraque cauſſa ſimul cognoſci; & tamen, pendente cauſſa attentatorum, non currunt fatalia appellationis, teſtib. ijs, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra in prima illatione; quia reſpondeo, illud procedere in odium attentatorum, hancq; opinionem ſimpliciter firmat, non habita diſtinctione, an nullitas ſit compatibilis, vel non compatibilis, *Io. de Amic. conſ.6. in ſacro regio, n.29. & ſeqq. & ſub nu.35.* vbi de communi *

Retenta declaratione.

96 Subdeclara eandem declarationem, vt ſit vera quando is, qui appellauit eo modo, de quo in præcedenti tertia ſubillatione, poſtea proſequitur ſeparatim, & ſolam cauſſam nullitatis, tunc non currunt tempora quoad inſtantiam appellationis, nec è contra, quia vna ante aliam debet intentari, illa ſcilicet, quam elegit, vt refert & ſequitur Franch. *d.q.6. n.13. ibi, ſed quando quis elegit primo.*

Secus ſi ſimul & permixtum proſequitur cauſſam nullitatis, & iniuſtitiæ, quia tunc currunt ſimul tempora licet inſtantia nullitatis duret triennio, *Franch. vbi ſupra.*

97 Declara III. reſtringendo eandem ſubillationem, vt procedat quando litigans ſuper vno remedio nullitatis, vel appellationis, habuit iuſtam cauſſam litigandi, & fuit probabili ratione motus; quia tunc ei non currunt tempora, alias currunt, *Franch. d.q.6. n.13. in fine, & Theſſ. Foſſan. vbi ſupra.*

98 Extende eandem ſubillationem, vt non ſolum non currant fatalia proſequendę appellationis, ſed neque currat tempus decem dierum ad appellandum, *Cyn. Franch. Marſ. & Theſſ. Foſſan. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q.12. n.169. limit.11.* vbi videas, ſed intellige vt ſupra.

99 Reſtringe I. eandem ſubillationem; vt non procedat quando dicens de nullitate fuit improbabili ratione, & temerario modo motus, quia tunc currunt fatalia appellationis, quia temeritas ſua non debet ſibi prodeſſe, *Bal. in d.l. contra maiores, verſ. fin. ſub n.4. C. de inoff. teſtam. & alij, quos refert, & ſequitur Vant. tract. nullit. rubr. quoties, & intra quod tempus, &c. n.13. verſ. quod intellige, & verſ. prout formaliter. tom.4. fol.384.*

† Remedium nullitatis eſt fauorabile, & ideò latè interpretandum, dicitur enim iuris remedium, legum tutamen, pœna temerariorum, auxilium commune, & vera defenſio oppreſſorum, ita *Hypp. Rimin. conſil.804. numero 30.*

Comprobatur hæc reſtrictio ex his, quæ dixi ſupra, loquendo de attentatis, *n.78.79.* & 80.

100 Extende hanc reſtrictionem, vt procedat non ſolum quando cauſſa nullitatis, & cauſſa appellationis ſunt compatibiles, quo caſu eſt minor difficultas; ſed etiam quando ſunt incompatibiles, vt temeritas vtroque caſu puniatur.

101 Reſtringe II. vt non procedat in nullitate, quæ ſtat incidenter,& inhærenter appellationi, de qua nullitate, quæ ſtat adhærenter, ſcripſi *infra quæſt.19. remed.1. concl.3. n.11.* quia currunt fatalia appellationis, & vtraque cauſſa efficitur ſimul deſerta, *Card. Alex. c.63. dilecto, q.15. princ. n.97. de appell. Vant. d. rubr. quoties, & intra quod tempus, ſub num.8. verſus fin. verſ. quicquid tamen, fol.383. & Io. de Amic. d. conſ.6. in ſacro regio, ſub n.29.30. & 31.* & hoc non habet dubium, neque nos in ſubillatione loquimur de iſta nullitate.

102 Aduerte I. circa eandem ſubillationem, quod licet de nullitate poſſit agi intra 30. annos, *vt ex Bal. Salyc. Card. Alex. Rebuff. & Vant. retuli, & ſequutus ſum infra qu.19. rem.1. concl.7. n.1.*

Tamen

Tamen inſtantia nullitatis durat, quantum durat alia Inſtantia, videlicet triennio, vt ſcribunt Bal. in l. tale pactũ, §. qui prouocauit, il ſecundo, q. 13. n. 12. ff. de pact. f. 141. Frã. in c. 63. dilecto, q. 6. n. 13. & Card. Alex. q. 15. princ. ſub nu. 96. de appellat. fol. 101. Vant. d. rubr. quoties, & intra quod tempus &c. ſub n. 8. verſ. quicquid tamen, & Io. de Amic. d. conſ. 6. n. 33. Quare inſtantia nullitatis perit, ſicut in alijs iudicijs, Franch. d. c. dilecto, qu. 5. n. 10. & in appellatione habebit fatalia, ſicut aliæ appellationes, quia nullibi reperitur in iure cautum, quod cauſſa nullitatis habeat diuerſam inſtantiam.

103 Aduerte II. quod fatalia, de quibus locutus ſum ſupra in cauſſa nullitatis, non habet locum in cauſſa nullitatis, quæ procedit ex defectu poteſtatis iudicantis, Bald. & Vant. quos retuli, & ſequutus ſum infra num. 208. artic. 10. declar. 5.

104 Aduerte III. quod non habent locum in nullitate, quæ debent incontinenti probari, iuxta ea, quæ loquendo de nullitate oppoſita ad impediendam executionem rei iudicatæ, retuli, & ſequutus ſum infra q. 19. remed. 1. concl. 4. n. 25. & ſeqq. quia illa nullitas debet probari infra tempus executionis, ſeu aliud breue tempus ſecundum varias opiniones, quas retuli ead. quæſt. 19. rem. 1. concl. 4. n. 65. & ſeqq.

105 ¶ Concludo capiendo tertium caſum; quando impedimentum eſt mixtum, procedens ex facto appellantis, & appellati, vt puta, quia pendente appellatione fecerint compromiſſum: & dico, quod tempus non currit ipſo iure, ideoq; non datur ſecundus annus, Abb. in c. 8. ex ratione, n. 7. de appell. & quod iſto tertio caſu non currat ipſo iure tempus, tenent etiam Ant. de Butr. ibidem ſub n. 6. Franch. n. 16. verſ. quid autẽ ſit de ſecundo, Card. Alex. n. 16. verſ. circa tertiam, & q. 6. princ. ſub n. 31. & Dec. n. 27. in fine, verſ. tertius eſt caſus, & n. 28. & ſeq. Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 5. obſer. 98. n. 4. caſ. 3. Caputaq. dec. 11. ſeu 1. fataliæ appellationis, n. 1. p. 2. hancque eſſe regulam teſtatur, & ſequitur Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. 4. num. 18 & quod biennium datum appellanti à lege ad proſequendã appellationem, non currat quamdiu litigatur coram arbitris, quia totum illud tempus detrahitur ex biennio incępto coram iudice appellationis, etiamſi tempus, quo litigatur coram arbitris decies millies exceſſerit biennium dicit tex. in auth. ſi tamen, verſus finem, C. de tempor. & repar. appellat. prout retuli etiam, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 2. ſub n. 673. & n. 679. Et quod inſtantia appellationis non currat quamdiu durat compromiſſum, ſcribunt Rot. deciſ. 2. alias 360. fuit dubitatum, ſub n. 2. ibi. præterea pro parte, de dilat. in nou. Mohed. deciſ. 8. alias 190. lite pendente n. 1. de appellat. Gabr. in concluſ. lib. 2. de arbitr. concl. 4. num. 1. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limitat. 8. num. 24. fol. 242. & par. 6. act. 2. in verbo, & quandoque appellatur, num. 242 fol. 495. Maudoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. 18. fatal. prorog. in verbo, proroget, verſ. quæro A. fol. 108. Theſ. Foſſan. dec. 244 fatalia, num. 6. verſ. ampliatur hæc. Lancell. tract. de atten. par. 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. in præfat. numer. 31. & 32. & limitat. 5. ampl. 6. numer. 76. folio 379. & cap. 15. num. 65. fol. 389. Ruginell. tract. de appell. §. 10. gloſſ. 1. numer. 57. Et quod omnes Doct. concludant, hanc inſtantiam appellationis ſuſpendi per compromiſſum, & de hoc non ſit difficultas, teſtatur Blanc. tract. de comprom. q. 6. de effect. comprom. num. 23. tom. 3. par. 1. fol. 180. & quod tempus compromiſſi in calculo fatalium ſubducatur, & tempus precedens compromiſſum coniungatur cum ſequenti, ſcribit Veſtr. in prax. lib. 7. cap. vlt. ſub num. 17. & quod inſtantia appellationis non currat, quamdiu durat compromiſſum ſiue inſtantia ſit legalis, ſiue ſtatuaria, ſcribit Anch. conſ. 284. Io. Andr. n. 1. quem refert, & ſequitur Theſ. Foſſan. dec. 10. inſtantia, caſ. 2, n. 4. Et quod in Senatu Pariſienſi fuerit deciſum, vt tempus compromiſſi, quod durauit vltra tres menſes, nõ computetur in tempore trium menſium, qui dantur in Regno Franciæ ad releuandum appellationem, teſtatur Rebuff. tract. de appellat. ar. 4. gloſſ. 1. num. 10. tom. 3. fol. 492.

106 Ratio huius concluſionis eſt, quia poteſt per pactum impediri curſus fatalium, quod interim non currant vſque ad certum tempus, Franch. in cap. 8. ex ratione n. 17. verſ. ſed iuxta prædicta, de appell. & quod poſſit partium conſenſu prorogari, ſeu differri, ita quod medio tempore non currant fatalia, ſcribit Guid. Pap. tract. de appell. q. 38 n. 34. tom. 5. fol. 58.

Ratio rationis eſt, quia tempus proſecutionis appellationis datur vtrique parti, ideò communis conſenſus facit curſum eius dormire, vt refert, & ſequitur Rot. d. deciſ. 2. num. 2. in fine de dilation. in nou. quod non eſt in tempore dato ad appellandum, quia datur vni tantum parti ad ſuſpendendam ſententiam, vel grauaminis effectum, & ideo eius curſum etiam communis partium conſenſus non retardat, Rot. vbi ſup.

107 Exemplifica I. hanc concluſionem non ſolum in compromiſſo, in quo loquuntur Doctores citati, ſed etiam in caſu, quo ambæ partes expreſſæ conſentirent pendente appellatione ire vtraque ad S. Iacobum, quia, pendente tempore huius iterationis, non curreret tempus ad proſequendum, Card. Alex. in d. cap. ex ratione ſub n. 16. verſ. circa tertiam, de appellat.

Contra hanc exemplificationem videtur ſentire Aſin. in prax. iudic. §. 2. cap. 11. ſub numer. 30. ibi. quandoquidem, dicens, quod ſi appellatus, & appellans conuenerunt peregrè in externas, & longinquas regiones proficiſci, vel alio modo cauſſam differre, fatalia currant, & appellanti imputabitur.

108 Exemplifica II. quando cauſſa eſt commiſſa conſilio ſapientis, quia tunc impediri curſum fatalium, refert, & ſequitur Gabr. in concl. lib. 2. tit. de arb. concl. 4. n. 2.

109 Extende I. concluſionem huius tertij caſus, vt procedat etiam ſi fatalia ſint determinata à ſtatutis, Car. Alex. Anch. & Rebuff. vbi ſupra, Franch. in c. 8. ex ratione, n. 23. verſ. ſexto quæritur, & ſub n. 24. de appell. & Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. 4. ampl. 3. num. 23. & de communi concluſione teſtatur ſub num 28. verſ. ſed hæc limitatio, & quod fatalia ſtatuaria ſubrogentur loco fatalium iuris, & ideo regulentur, & ſortiantur naturam fatalium iuris communis, ſcribunt Franch. in dict. cap. ex ratione, quæſt. 6. ſub num. 24 de appellat. & Neurz. conſ. 41. ſeiunt etiam ſub n. 3.

Pro vlteriori intelligentia, & limitatione huius extentionis, vide, quæ ſcripſi infra n. 192. & 193. art. 10.

110 Subextende hanc extenſionem, quod tempus ſtatuti eſt breuius, vt retuli, & ſequutus ſum infra num. 191. ar. 10. extenſ. 2.

111 Retenta concluſione exemplificata in compromiſſo.

Extende II. vt procedat etiamſi in compromiſſo fuiſſet tantum deductum negotium principale, non etiã appellationis cauſſa, quia pendente compromiſſo, non currerent fatalia cauſſæ appellationis, Franch. in c. 8. ex ratione, col. 7. verſ. quarto quæritur, n. 21. de appel. quem refert & ſequitur Veſtr. in prax. lib. 7. c. vlt. ſub n. 17. verſ. ſed hic fatalium, & Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12 de attent. & innou. appell. pend. in præfat. n. 33. fol. 347.

112 Reſtringe I. eadem concluſionem, vt non habeat locum in cauſſa matrimoniali, vel alias priuilegiata, quæ compromiſſo ſuſpendi non poteſt, Ruginell. tr. de appell. §. 10. gloſ. 1. n. 59. verſ. fallit concluſio.

Amplia hanc reſtrictionem, vt procedat in omnibus cauſſis, quæ compromitti non poſſunt, & quæ ſint iſtæ cauſſæ, quæ compromitti non poſſunt, ſcripſimus lib. præced. c. 2. n. ....

R 2 113 Re-

113 Reſtringe II. eandem concluſionem vt non habeat locum in eo tempore, quo ſtat compromiſſum ſine acceptatione, quia illud tempus antequam arbiter acceptet, currit & connumeratur in fatalibus, *vt referunt, & ſequũtur Dec. in cap 8. ex ratione, n. 29. & 30. de appell. Odd. trac. de reſtit. in integr. q. 70. art. 4. limit. 3. n. 24. Ruginell. trac. de appell. §. 10. gl. 1 ſub num. 59. fall. 3.* & hanc reſtrictionem, pręmiſſis opinionibus, & diſputando ſequitur M. Ant. Blanc. *tract. de compromiſſ. q. 6. princ. n. 34. verſ. iuxta pręmiſſa, & verſ. in hac q. tom. 3. par. 1. f. 181.* & eandem videtur ſequutus Gabr. *in concluſ. li. 2. de arbitr. concl. 4. n. 3. & ſub n. 4. verſ. contrarium.*

114 Amplia hanc reſtrictionem, & confirma, quia non ſolum requiritur acceptatio compromiſſi, ſed requiritur etiam, quod cauſſa cæperit agi coram arbitro ſecundum magis communem * opin. de qua teſtatur, & ſequitur Gab. *in d. concl. 4. n. 5. verſ. & pro iſta.*

115 Reſtringe III. vt non procedat in conuentione, ſeu pronuntiatione de faciendo compromiſſo, *Alex. conſ. 72. videtur prima facie, n. 9. ſub verſ. ſecunda ad idem, & n. 10. lib. 3. Dec. eod. cap. ex ratione, num. 31. & Odd. d. art. 4. limit. 2. n. 25.* & hæc reſtrictio non habet difficultatem, præſuppoſita præcedenti pro vera, quia ſi non habet locum poſt factum compromiſſum donec fuerit acceptatum, multo minus habet locum in compromiſſo faciendo, *M. Ant. Blanc. d. q. 6. princ. n. 35. verſ. infertur ex prædictis, fol. 181.*

116 Reſtringe IV. vt nõ habeat locum in arbitratoribus, ſed ſolum in arbitris, *Dec. d. c. ex ratione, n. 32. limit. 3. Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. in præfat. n. 34. ibi. quam limitationem, tom. 5. fol. 347.*

Contra iſtam reſtrictionem tenent Cardin. Alex. *in d. c. ex ratione, ſub n. 16. verſ. circa tertiam, & Franch. n. 35. verſ. poſtremo quæritur, & Odd. d. q. 70. art. 4. limit 4. ſub n. 27. verſ. ſed de hac, & hanc videtur ſequutus Ruginell. trac. de appellat. § 10. gloſ. 1. n. 59. in fine, fallent. 5. fol. 266.*

117 Declara I. reſtringendo eandem concluſionem, vt procedat in conſenſu, qui vel ſit expreſſus, vel colligatur tacitus ex aliquo facto poſitiuo, vt puta ex compromiſſo, quia tunc eiuſmodi conſenſu inducitur prorogatio fatalium, ſecus eſt, ſi conſenſus colligatur ſolum ex taciturnitate, & patientia, *Alex. conſ. 72. videtur prima facie, ſub n. 10. & 20. lib. 3. & alij infra citati;* ideoq; ſi appellans nullo impedimento detentus non fuerit in primo anno proſecutus appellationem, ſed proſequatur eam in ſecundo anno, & appellatus non contradicat, tamen cauſſa appellationis dicetur adhuc deſerta, quia illa patientia appellati non inducitur conſenſum, *Oſaſch. deciſ. 28. dubitatum fuit,* quem referunt, & ſequuntur Odd. *tract. de reſtit. in integr. qu. 70. art. 4. limit. 6. n. 30. & Ruginell. tract. de appell. §. 10. gl. 1. ſub n. 47. verſ. quarto expreſſe,* & ideo ſentẽtia, quæ ferretur ſuper meritis, eſſet nulla, *Neuiz. conſ. 41. ſciunt etiam, ſub n. 27. verſ. contrarium, & n. 28. & ſeqq.* & quod requiratur conſenſus expreſſus, innuit text. *in clem. 4. quamdiu de appellat.* & quod tacitus non ſufficiat, ſcribit Gl. *in ead. clem. in verbo, expreſſo,* vbi ponit exemplũ, & ex his ita etiam declarat Io. de Amic. *conſ. 6. in ſacro regio, n. 6. & 7.*

118 Ratio melior, & vera, quam, conſulendo in caſu huius declarationis, adducit Neuiz. *d. conſ. 41. ſciunt etiam, n. 30. verſ. tertio pro iſta parte,* eſt, quia, cum cauſſa appellationis eſt deſerta per lapſum temporis, expirata eſt iuriſdictio iudicis quoad cognitionem meritorum dictæ cauſſæ, & partes non poſſunt per ſuum proceſſum dare iuriſdictionem iudici ad quem, ſecus eſt, quando cauſſa nondum eſt deſerta, quia tunc ſtat iuriſdictio, quam poſſunt prorogare ſecundum opinionem, quam retuli, & ſequutus ſum *infra n. 196. & ſeqq. art. 10. limit. 1.*

Motiua contraria, vide *ſupra q. 11. n. 196.*

119 Declara II. vt quamuis compromiſſio ſuſpendatur inſtantia appellationis, etiam ſi compromiſſum duraret longum tempus, *vt latè ſcripſi ſupra in concluſione huius tertij caſus;* tamen pars, cui videtur expeditionem cauſſæ nimis, differri, poteſt, non obſtante pendentia compromiſſi, proſequi cauſſam appellationis, quia per compromiſſum non impeditur iuriſdictio iudicis, ex quo coram arbitro non inducitur litis pendentia, licet arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum, & ideo coram iudice appellationis non poterit opponi de pendentia litis coram arbitris, *Gloſ. in clem. 4. quandiu, in verbo, compromiſſum, de appell. & Franch. in c. 8. ex ratione, q. 7. n. 29. de appell.*

120 Subdeclara hanc declarationem, vt pars, quæ redit ad iudicem, poſſit quidem, vt dixi, redire; ſed tamen, tenetur ad pœnam appoſitam in compromiſſo, Gloſſ. & Franch. in locis ſupra proximè citatis, & comprobatur ex ſeq. ampliatione.

121 Amplia hanc declarationem, & ſubdeclarationem, vt procedant etiam in prima inſtantia, quia licet pars poſſit, pendente compromiſſo, adire iudicem ordinarium, tamen adeundo, debet ſoluere pęnam compromiſſi, *l. 35. ſi quis rem, ff. de recept. arb.*

Infero ex his, quod ſi compromiſſum non eſſet pęnatum, poſſet pars ad ſui libitum adire, ſeu redire ad iudicem, quia non dubitatur, quod poſſit adire iudicem, ſed ſolum de pęna.

Reliquas declarationes, & limitationes vide per Franc. *d. q. 7. n. 29. & ſeqq.*

122 ¶ Concludo capiendo quartum caſum; quando impedimentum proceſſit ex facto iudicis; & dico tunc concedi ſecundum annum ipſo iure, & ſic currit primus annus, *Abb. in c. 8. ex ratione, ſub n 6. verſus finem, ibi, ſi vero impedimen. de appellat.* hancq; eſſe veriorem, & communem * opin. quod ſecundus annus concedatur ipſo iure, oſtendit ibidem diſtinguendo tamen Franch. *ſub n. 45. ibi ſed certe alia opinio.* & punctualiter ibi. *ſecus ſi in primo,* & eſſe communem * opinionem teſtatur, & ſequitur diſputando Dec. *ibidem n. 25. verſ. ſecunda, & ſub n. 27. verſ. ſed tamen prædictis,* & ex Dec. refert, & ſequitur Caſſad. *deciſ. 9. an eſſet, n. 5. de appel. fol. 317.* & ex vtroq; refert, & ſequitur Beninc. *tract. de paup. et eius priuileg. q. 9. ſpec. 3. in indic. n. 3. to. 18. fol. 149.* & ex Dec. refert, & ſequitur cum additione Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 71. art. 1. ſub n. 5. verſ. ſed contrariũ,* & quod detur ſecundus annus, & nõ vltra ſcribit Mynſing. *in ſing. obſer. cent. 5. obſer. 98. n. 3. caſ. 2.*

123 Confirmatur hæc concluſio, quia ſi impedimentum cauſetur facto iudicis, currit inſtantia cauſſæ principalis, non obſtante impedimento, *Salyc in l. 11. properandum, n. 47. verſ. quęrit gloſ. C. de iudic.* & eſſe commun. * opin. teſtatur, & ſequitur Mar. Socc. *conſ. 31. proſequendo ordinem, n. 9. li. 1. & in c. venerabilis art. 22. ſub n. 42. de iud inter trac. diuerſ. fol. 99.* & eſſe magis communem * opinionem teſtatur, & ſequitur, citando tamen Doctores, qui loquuntur de inſtantia fatalium, Maran. *in ſuo ſpec. par. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limit. 11. ſub num. 31. fol. 243.* & quod hæc ſit magis communis * Doctorum ſententia, & ab omnibus pęne approbata, vt non obſtante impedimento tempus labatur, teſtatur, & ſequitur Aſin. *in prax. iudic. §. 2. cap. 6. verſus finem ſub num. 5. ibi. quicquid igitur.* Et quod tempus inſtantiæ currat, etiam ſi ſteterit per iudicem, teſtatur, & ſequitur communem * eſſe opinionem Gramm. *vot. 31. in cauſſa eiuſdem, num. 12. verſ. & quod tempus inſtantię,* quem refert, & ſequitur Theſ. Foſſan. *deciſ. 10. inſtantia, n. 12. verſus finem,* & ita communiter * teneri, quod tempus currat, licet detur reſtitutio, teſtatur Abb. *cap. penult. venerabilis, ſub num. 9. ibi. ſi vero impedimentum, de iudicio.* & quod ſi, dum cauſſa eſſet prope finem triennij, iudex vel remoueretur ab officio, vel moreretur, vide *infra n. 273.*

Contra hanc concluſionem Abb. adducit ſeqq. tres, ſeu quatuot opiniones, & Card. Alex. *d.cap.ex ratione,n. 21.verſ.quinta ſpecies*, ſcribit quod iſto caſu, quot ſunt capita, tot ſunt ſententiæ.

Prima opinio eſt, quod tempus non currat ipſo iure ſecundum Gl. quam citat Ant. de Burr. *d.cap: ex ratione, ſub n.6.* ſeu ſecundum Innoc. relatum per Abb. *vbi ſupra*, quia negligentia iudicis non debet prҿiudicare appellanti. Sed ego non reperio in libro meo, quod Innoc. dixerit hoc, ſed ſolum, quod appellanti impedito, vel facto iudicis, vel ob aliam iuſtam cauſſam ſubuenitur per beneficium reſtitutionis in integrum, vide cum *d.cap.ex ratione, ſub n.2.* hancque primam opinionem, quod tempus non currat, & ideo concedatur ſecundus annus tenet Beninc. *vbi ſupra*, & quod tempus non currat, quando ſtat per iudicem, & non per appellantem, ſcribit Paul. de Caſtr. *conſil.334. viſa appellatione, ſub n.8. verſ. circa vltimũ, lib.1.* & quod non currat ipſo iure, videtur * communis ſecundum ea, quæ citat Ant. de Butr. *vbi ſupra*, & eam videtur ſequi M. Ant. Bard *tract. de temp. vtil. c.4. ſub nu. 3. verſ. impedimentum, tom.5. fol.214.*

124 Et maximè procederet hæc opinio, ſi poſſet dici, quod fatalia eſſent tempora vtilia, quia tempus vtile non currit ei, qui eſt impeditus facto iudicis, *Pariſ.conſ.124. præſentis, n.1. lib.1. & Balb. tract. de præſcrip. in prima, par. 4. par. princip. q. 6. n.4 tom.17. fol.71.* Sed hoc non poteſt dici, quia fatalia non ſunt tempora vtilia.

Confirmatur etiam eadem opinio, ſi eſſet verum, quod ſcribit Par. de Put. *tract. de ſynd. in verbo, iudex qui tenetur ſub n.2. verſus finem, tom.7. fol.271.* dicens, quod tempus inſtatiæ non currit impedito facto iudicis.

Aduerte vnum priuſquam procedam ad ſequẽtes opiniones, quos Beninc. ſupra citatus, & alij, ſi qui ſunt, ineptè loquuntur, dum ſcribunt, concedi ſecundum annum, & primum non currere, quia hҿc pugnant, nam ſi non currit primus, non datur ſecundus, *teſte Dec. d.cap.ex ratione, n.22. verſ. ſecundus caſus*, dum loquitur de impedito ex facto Principis.

Secunda opinio eſt Bartoli *in auth. item ſi appellatione, n.3. C. de tempor. appell.* qui ſcribit, quod ſi ſtet per iudicem, tamen tempus currit, ſed datur reſtitutio ſine libello, & incidenter, quia dicet iudex, quia talis fuit impeditus facto noſtro, ideo eum præſentem, & petentem ad tale tempus reſtituimus, hancque opinionem teneri a Legiſtis ſcribit Ant. de Butr. *vbi ſupra*, hancque opinionem, loquendo de curſu temporis inſtantiæ, refert & ſequitur eſſe communem * Gramm. *vot.31. in cauſſa eiuſdem, ſub num. 12.* dicens, quod tempus inſtantiæ currit etiam ſi ſteterit per iudicem, ſed tamen dabitur reſtitutio, ſubdens, quod hoc intelligit, ſubſiſtente iuſto impedimento iudicis, & quia ob multitudinem agendorum non potuit terminare, quia, inquit, eo caſu deficit omne remedium in ſyndicatu contra iudicem, quod idem ſcribit Alex. *in d.l. properandum, §. ſin autem vtraque, n.3. C. de iud.* & quod reſtitutio detur, quando iudex non eſt ſoluendo, ſecus ſi eſt ſoluendo, quia tunc habet remedium ordinariũ agendi contra iudicem, ſcribit Mar. Socc. *d.c. venerabilis, art. 22. n.44.*

Contra Bart. tenet Alex. ibi *in addit. ad eum.*

Tertia opinio eſt Ant. de Butr. *in d.c. ex ratione, ſub n. 6. ibi, poteſt eligi media via, col.3.* qui ſcribit, eligendo mediam viam, vt non currat tempus ipſo iure, ſed tamen non detur biennium.

Quartam addo opinionem, quod appellans impeditus facto iudicis debeat proteſtari per ſe non ſtare, & ideò tempora non currere; qua proteſtatione ſtante, ſi iudex non tollat impedimentum, fatalia non currunt, *teſtib. Franch. Odd. Maran. Oſaſch. Theſ. Foſſan. Gramm. & Ioſ. Cum. quos citaui infra n.181. art.9.*

Contra hanc opinionem, quod enim proteſtatio non ſit neceſſaria tenent Rip. Rot. & M. Ant. Bard. quos retuli, & ſequutus ſum *infra eod. art. 9. n. 181. in fine.*

125 Retenta concluſione, quam late defendit Dec. *vbi ſupra.*

Declara eandem, vt appellatio dicatur deſerta facto iudicis, quando infra primum fatale, vel ſecundum appellans concluſit in cauſſa, & facit inſtantiam pro ſententia, ſecus ſi ſolum concluſit & non fecit inſtantiam pro ſententiæ prolatione, quia tunc appellatio diceretur deſerta facto & negligentia appellantis, *Rot. deciſ.38. alias 425. nota poſtquam ſuit, & latius dec.25. alias 295 nota quod vbi aliquis, de appell. in antiq.* Et quod poſt concluſum in cauſſa currant fatalia, quia pars debet facere inſtantiam pro ſententia, etiam ſi mortuus ſit iudex, quia debet petere ſententiam coram ſucceſſore, & etiam Sede vacante, dummodo adſit adminiſtrato, ſcribunt Franch. *in c.8. ex ratione, n.47. verſ. 2. quæritur pœne. & Card. Alex. ſub n.35. q.10 princ. de appell.* & quod ante lapſum fatalis ſecundi anni debeat, citata parte, ſumma ope niti pro ſententiæ prolatione poſt concluſum in cauſſa, refert & ſequitur Veſtr. *in prax. lib.7. cap. vlt. ſub n.12. verſ. at ſi biennij, fol. 218.*

126 Extende I. hanc declarationem, vt non ſufficiat, fuiſſe requiſitum anteceſſorem in officio, ſed requirendus ſit etiam ſucceſſor in officio, productis actis, & citata parte ad ſententiam coram eo, alias non diceretur impeditus facto iudicis, *Franch. in d.cap.ex ratione, n.48. ibi. amplius etiam concludit, de appell.* quem refert, & ſequitur *Veſtr. d. lib.7. cap. vlt. n.12. verſ. at ſi biennij, in fine*, & ego formaliter retuli etiam *infra ſub n.181. verſ. quin mò, art.9.*

127 Extende II. eandem declarationem, vt non ſolum debeat facere inſtantiam pro ſententia, ſed vbi iudex haberet terminum pro ſeruato, debet facere inſtantiam pro illius aperitione, quia fatalia currunt, & ob illorum lapſum appellatio cenſetur deſerta, etiam ſi intra fatalia habitus ſit terminus pro ſeruato, *ſecundum Lancell. quem citaui q. præced. ſub n.11. verſ.2. reſpondeo.*

Contra hanc extenſionem facit Caputaq. *dec.14 ſeu 4. fatalia an currant, par.2.* dicens, Dominos fuiſſe varios, an fatalia currerent appellanti, poſtquam Auditor tenuit terminum ad ſententiam, licet non ſubſcripſerit, ſi interim fatalia lapſa ſint, & fuiſſe ſumptum temperamentum, vt videretur de bono iure, & adde quæ ſcripſi *infra num. 174.*

128 Reſtringe I. eandem concluſionem, vt non procedat in ſecundo fatali, quia ſecundum fatale ipſo iure non currit, hancq; eſſe veriorem, communem * opin. & æquam diſtinctionem teſtatur Franch. *in c.8. ex ratione, ſub n.45. ibi, ſed certè alia opinio eſt de iure verior. de appel.*

Contra hanc reſtrictionem oppono, quia fruſtra curreret primus annus, ſi non curreret ſecundus, cum ſit idẽ impedimentum, & eſſe quҿdam ordinatio inutilis, vt curreret primus annus, & daretur ipſo iure ſecundus, qui nõ curreret: & ideo cenſeo hanc reſtrictionem non eſſe veram prout etiam confutatur ex his, quæ ſcribit Dec. *d.c. ex ratione, ſub n.27. ibi, ſed tamen iſta ſolutio.*

129 Retenta hac opinione, quæ eſt vera contra reſtrict.

Amplia eam, vt procedat etiamſi appellans adiuerit ſuperiorem iudicis; & per viam querelæ petierit eum cogi; licet enim Franch. *in eod. cap. ex ratione, ſub n.59. verſ. ſed vlterius aduerte*, volens ſuſtinere præcedentem reſtrictionem, dicat eam eſſe intelligendam, quando appellans impeditus in primo fatali requirit iudicem, & proteſtatur, quo caſu, inquit, datur ſecundum fatale ipſo iure, & deinde impeditus etiam in ſecundo fatali, adeſt ſuperiorem, & querelam exponendo, petit, vt eum cogat, & tunc inquit, ſecundum fatale non currit: tamen ego cenſeo adhuc ſecundum fatale currere, quia ſatis diligens

fuit in proteſtando, & requirendo iudicem, & tamen illa diligentia non impedit curſum fatalium, & in iure non reperitur expreſſum, quod adeundus ſit ſuperior, & hac ratione ipſemet Franch dubitando ſcribit, ſecundum fatale non currere.

130 Reſtringe II. vt non procedat ſi iudex delegatus, cui eſt commiſſa definitio cauſſæ infra certum tempus, reperiatur tunc excommunicatus poſt datam reſcripti, quia iſto caſu eſt impedimentum iuris, cum nec iudex, nec partes procedere poſſint, durante excommunicatione, & ideo tempus non currit, *Franch. in c. 12. ſuper eo, il ſecundo ſub n. 23. verſ. ſed quæris. de appell.*

131 Reſtringe III. vt non procedat in Principe, ſed ſolum in iudice inferiore, quare, ſi cauſſa appellationis ſit introducta coram Principe in eius auditorio, fatalia nunquam currunt, ſicq; perpetua eſt inſtantia appellationis coram Principe, & conſequenter non datur ſecundus, neque vlterior annus, quia ſemper manet illæſus etiam ſi per mille annos impediretur ex facto Principis, *Abb. in dict. cap. 8. ex ratione, ſub numero 6. ibi ego euitando, de appellat. quem referunt, & ſequuntur ibi Franch. n. 43 & 44. verſic. circa quintum, Card. Alex. ſub num. 22. verſ. ſciatiſq. & ſub*
* *num. 31. in 6. q. princ.* hancque eſſe communem * opin. teſtatur, & ſequitur iterum, atque iterum Dec. *ibid. ſub numero 22. & 24. in ſecundo caſu*, & ex eo refert, & ſequitur Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt. 70. art. 3. limit. 3. n. 12. & quæſt. 71. art. 1. numero. 2.* & ita declarando dictum Hoſtienſis ſcribit Rot. *deciſ. 25. alias 395. nota quod vbi aliquis proſequitur, num. 2. de appell. in antiq.* dicens, quod in Curia Romana non habet locum deſertio, quando agitur coram Papa, de cuius perſona non poteſt haberi copia, ſecus de alijs iudicibus, & M. Ant. Bard. citatus *infra num. 133.* Et quod in cauſſa appellationis introductæ in conſiſtorio Principis non currant fatalia, donec Princeps conſtituat quis cognoſcat, ſcribit Affl. 78. *in cauſſa, ſub num. 3.* Et quod appellans impeditus facto Principis excuſetur proſecutione appellationis, ſi Principi notificauerit appellationem interpoſitam, & petierit, ſibi dari iudicem ad quem, & Princeps recuſauerit, vel diſtulerit dare iudicem, ſcribit Ioſ. Cum. *ſuper ritib. Sicil. c. 88. n. 61.* & quòd in computatione temporis ad effectum videndi, an appellatio ſit deſerta ob lapſum fatalium, ſit deducendum tempus Sedis vacantis, refert, & ſequitur fuiſſe deciſum in Rota Lancel. *tract. de attent. par. 2. capit. 12. de attent. & innou. app. pend. in præfatione, n 51. fol. 347.* & quod impeditus ex facto Principis, ad quem ſit appellatum, remaneat illæſus, & ſibi tempus non currat, ideoque altero fatale non indigeat; ſcribit Mynſing. *in ſing. obſeru. cent. 5. obſeru. 98. n. 3. caſ. 2.*

132 Confirmatur hæc reſtrictio, quia, quando cauſſa ventilatur coram Principe, ſeu in eius conſiſtorio, inſtantia nunquam perit, & ſic durat vltra triennium, *Maran. in ſuo ſpec. par. 5. limitat. 2. n. 15. fol. 240.* & quod ſi cauſſa debeat conſultari Principi, non currat inſtantia donec expectatur reſponſio Principis, refert, & ſequitur Maran. *d. par. 5. lim. 15. n. 38. fol. 244.*

133 Subreſtringe ergo hanc reſtrictionem, vt non habeat locum in delegatis Papæ, ſeu Principis, quia coram eis habet locum deſertio, & conſequenter attenduntur tempora fatalium, *vt ſentiunt Rota ſupra citata, et M. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. c. 4. ſub n. 3. verſ. ob impedimentum, tomo 5. fol. 213.* dicens, quod fatalia remanent intacta, donec Princeps cauſſam commiſiſſet, *et aperte Odd. d. q. 70. art. 3. n. 14. verſ. et pro exemplo*, & quod appellans non dicatur amplius facto Principis impeditus, cum commiſerit cauſſam, ſed ſolum ante commiſſionem, ſcribit Theſ. Foſſ. *deciſ. 10. inſtantia, caſu 1. n. 3.* hecq; reſtrictio nota eſt in Curia.

Confirmatur hæc ſubreſtrictio claro exemplo Rotæ; nam Papa ſæpe delegat cauſſam vni ex Rotæ Auditoribus, qui propterea dicuntur delegati in pronuntiando, *vt ſcripſi ſupra quæſt. 8. n. 20.* & Rotæ tribunal dicitur tribunal ipſius Pontificis, & magiſtrale, *vt dixi ſupra lib. 1. c. 28. ſub n. 4.* & nihilominus data eſt eius facultas prorogandi fatalia, *vt retuli et ſequutus ſum infra n. 220.* quia fatalia currunt etiam in cauſſis coram eis; fruſtratoria enim alias eſſet illa facultas prorogandi.

Extende I. hanc ſubreſtrictionem, vt habeat locum etiam in Sacro Regio Conſilio Neap. vigore regiæ pragmaticæ, quam allegant Affl. *deciſ. 78. in cauſſa Firmani ſub n. 2. et Vrſul. in annot. ad eum, n. 1.*

134 Extende II. vt habeant locum in Curia etiam in Camera, quæ & ſi ſint tribunal ſupremum, & in eo Signatura iuſtitiæ non reſcribat, iuxta ea, quæ ſcripſi *ſup. quæſt. 8. num. 153.* tamen fatalia currunt, & inducitur deſertio appellationis etiam in cauſſis, quæ aguntur in Camera Apoſtolica.

135 ¶ Concludo capiendo quintum caſum; quando impedimentum, proceſſit ex facto tertij, & dico, quod tunc datur actio ad intereſſe contra ipſum tertium, qui ſi ſoluendo non ſit, reſtituitur in integrum, *Abb. in d. c. ex ratione, num. 8. in fine, ibi quandoq; impedimentum, et Dec. caſ. 5. n. 44. de appell. et M. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. capit. 4. num. 7. verſ. vltimo loco, tomo 5. fol. 214.* hancq; eſſe com-
* munem * opin. teſtantur & ſequuntur Abb. *vbi ſupra*, & Mynſing. *in ſing. obſer. cent. 5. obſer. 98. n. 6. caſ. 5.* & ſic indiſtincte currunt tempora, non obſtant impedimento tertij, *Card. Alex. d. c. 8. ex ratione n. 24. verſ. ſextum impedimentum, et Franch. n. 40. verſ. circa quartum impedimētū.*

138 Extende eandem concluſionem, vt habeat locum, etiā ſi ex dolo ſolo procuratoris deſerta ſit appellatio, quia appellans aget contra procuratorem ad intereſſe, ſi eſt ſoluendo, alias datur ſibi reſtitutio *Franch. d. c. ex ratione, n. 41. et 42. et n. 54. in fine verſ. circa ſextum*, & adde quæ ſcripſi *ſup. q. 12. n. 124. et ſeqq. et infra q. 19. rem. 2. n. 129.*

Secus eſt, ſi appellatio deſeratur ſine dolo procuratoris, quia tunc diſtinguo duos caſus. Primus eſt, quando deſertio cauſſatur ex negligentia ſine dolo: & iſto caſu datur actio ad intereſſe, vt in caſu doli, ſed differentia remanet in hoc, quod iſto caſu non datur reſtitutio in integrum, quamuis procurator ſoluendo non ſit, per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt. 13. n. 128.* & in proprijs
* terminis, ex vera, & magis comm. opin. * tenuit Rot. coram Creſcen. *deciſ. 7. alias 12. lib. 2. procuratore, de appellat.* Secundus caſus eſt, quando deſertio cauſſatur ex aliquo iuſto impedimento, & iſte caſus non differt ab impedimento cernente propriam perſonam, *vt dixi ſup. numero 57.*

137 Declara I. eandem concluſionem, vt habeat locum poſt lapſum ſecundum annum: quia, lapſo ſolo primo anno; intelligitur datus ſecundus, annus à iure *vt ex Bal. refert et ſequitur Card. Alex. in d. c. ex ratione, ſub n. 24. verſ. ſextum impedimentum de appell.*

138 Declara II. vt is dicatur eſſe non ſoluendo, & non idoneus, qui non habet bona in territorio, vel prope territorium, *Frāch. in d. c. 8. ex ratione, n. 40. verſ. circa quartum in fine, et Dec. n. 45. in 5. caſ. de appell.* quod Franch. vbi ſupra dicit eſſe notandum pro fideiuſſoribus, *et Rol. à Vall. conſ. 91. egregius, n. 18. li. 4.*

139 Subdeclara hanc ſecundam declarationem, vt forſan non procederet, quando exempligratia Titius venderet domum emptori in Ciuitate Bononiæ cum pacto, quod ipſe Titius venditor teneretur conuertere pretium in emptionem prædiorum, quia Titius non poteſt emere prædia in alio territorio, quam Bononiēſi, attento, quod fuit conuentum, quod dicta prædia emantur pro cautione dicti emptoris domus in cauſa euictionis, *Alex. in l. 7. ſi de fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ſub n. 3. ff. qui ſatiſd. cog.*

Ratio

Digitized by Google

Ratio differentiæ inter caſum declarationis, & ſubdeclarationis poteſt eſſe, quia in caſu declarationis obligatio procedit ex diſpoſitione iuris, & ſic ex neceſſitate, at in caſu ſubdeclarationis promiſſio emptionis prædiorũ loco fideiuſſionis de euictione procedit ex voluntate, & magis ſubuenitur ei, qui facit actum ex neceſſitate, quam ei, qui facit ex voluntate, *d.§ ſi neceſſaria, & ibi Bart. Bal. & cæteri*.

140 Confirmatur primo hæc ſubdeclaratio, & ratio illius, quia ſi is, qui tenetur præſtare ſatiſdationem neceſſariam poteſt ſatiſdare alibi, quam in loco iudicij, dummodo ſatiſdet in loco non multum diſtanti, *Bart. in l. 8. de die. §. vl. num. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* ſeu dummodo ſatiſdet in loco propinquo, *Bart. in l. 13. ſciendum §. 1. num. 1. ff. eod. & Alex. in conſ. 57. ponderatis verb s, ſub n. 5. verſ. ſed dubium facit lib. 3.* dicens, quod debet attendi ſolum, an locus, in quo reus vult præſtare ſatiſdationem, ſit multum remotus à loco, in quo petitur ſatiſdatio, & ſi non ſit multum remotus, debet, inquit, audiri, alias ſecus.

Ergo ſi ſatiſdatio neceſſaria eſt illa, quæ poteſt dari in loco propinquo; ſatiſdatio voluntaria, & ex conuentione debet præſtari ipſo loco conuentionis, alias non remaneret differentia inter ſatiſdationem neceſſariam, & ſatiſdationem voluntariam, contra textum *in d. l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſd. cog.*

141 Confirmatur ſecundo, quia ſicut is, qui ſua culpa arctatur ad fideiubendum, vt puta quia deliquit, debet fideiuſſorem præſtare in loco iudicij ſecundum ea, quæ ſcribit Bal. *in d. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria n. 1. verſ. not. hic ff. qui ſatiſd. cog.* & ideo ſi Aquilanus fuit in Magna Curia Vicariæ inculpatus de homicidio, & obtulit fideiuſſores in Ciuitate Aquilæ, & petit, quod ſcribatur Capitaneo regio Ciuitat s Aquilæ, quod recipiantur fideiuſſores de iudicio ſiſti in Magna Curia Vicariæ, & liberetur à carceribus, non auditur, quia debet fideiuſſores præſtare in Magna Curia Vicariæ, & ita ex his, quæ ſcribit Alex. *in d. §. neceſſaria*, teſtatur vidiſſe obſeruatum Afflict. *in conſtitut. humanitate, ſeu rubr. 10. ſub n. 5. & 6. lib. 2.* quem refert & ſequitur Clar. *lib. 5. recept. ſent. §. fi. q. 46. verſ. pone quod papienſis*. Ergo à fortiori tenetur is, qui voluntate, & cõuentione arctatur ad fideiubendum.

Confirmatur tertio hæc ſubdeclaratio, quia; quicquid ſit in datione fideiuſſionis, quam; quia difficile quandoque eſt inuenire præſertim forenſibus, *Bal. in l. conſenſiſſe, §. ſed ſi dubitetur, in fine, ff. de iudic. fol. 245. column. 1.* is, cui difficile eſt ſatiſdare in vna ciuitate, in aliam mittitur, vt ſatiſdet, *Gloſ. in cap. 11. ſtatutum, in verbo, nec audiantur in fine, de reſcrip. in 6.* hæc difficultas, ſeu ſaltem tanta difficultas non cadit in emptione prædiorum iuxta conſiderationem, quam facit Iaſ. *in d. l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ſub n. 8. ff. qui ſatiſd. cog.*

Contra hanc ſubdeclarationem adducuntur retorcutiones confirmationum.

142 Primo retorquetur prima confirmatio, quia ſi ſatiſdatio neceſſaria habet hoc, vt ſtetur iuramento debentis ſatiſdare, an poſſit, vel non poſſit ſatiſdare in loco iudicij; & vbi iurauerit, non poſſe ſatiſdare in loco iudicij, admittitur, vt ſatiſdet in alia ciuitate eiuſdem Prouinciæ, dummodo ſit cõſultũ actori *Bart. in l. 8. de die § fi. ff. qui ſat. cog.* ſeu in quauis alia ciuitate, & loco etiam extra Prouinciã, & quantumuis diſtanti, & etiamſi non ſit conſultũ actori, quam ſatiſdationem ſi actor recuſet, tunc reus admittitur ad iuratoriam ſatiſdationem, qua promittet ſtare iuri, & iudicatum ſoluere, & obligabit omnia ſua bona, ſecundũ ea, quæ in caſu ſuo conſuluit Alex. *conſ. 57. ponderatis verbis, ſub n. 6. & 7. lib. 3.* Ergo in ſatiſdatione, quæ eſt voluntaria, ſufficit, quod præſtetur in loco prope locum, in quo præſtanda eſſet, dummodo ſit conſultum parti.

143 Secundo retorquetur ſecunda confirmatio, adducta pro ſubdeclaratione: nam ſicut is, qui in delictis, & ſic ſua culpa arctatur fideiubere in loco iudicij, poteſt ſatiſdare de ciue, vel forenſe idoneo, non enim repellitur, quia forenſis ſit, dummodo ſit idoneus, *Bal. in d. §. ſi neceſſaria*. Imò in fortioribus, quod iſta culpa delinquentis non cõſideretur, quia non erat ad hoc ordinata, & ideo ſatiſdatio in delictis ſumatur potius vti neceſſaria, oſtẽdit Alex. contra Bal. *in d. §. ſi neceſſaria, ſub num. 4. verſ. vltimo ſecũdum*, & ideo male Affl citatus ſupra in confirmatione, *num. 141.* allegat pro illa confirmatione Alexandrum, & conſequenter male etiam Clar. videtur ſequutus Afflictũ; quaſi cœcus cęcum ducens ambo cadunt. Ergo tam is, qui propria culpa, quam is, qui propria voluntate, & cõuentione arctatur ſatiſdare, poſſunt in alia ciuitate ſatiſdare, ſeu forenſem dare in fideiuſſorem idoneum.

Tertio retorquetur tertia, quia ita poteſt eſſe difficile inuenire prædia emenda pro iuſto pretio, ſicut inuenire fideiuſſorem: nam is, qui emit, vult, etiam fieri reinueſtimentum pretij, & ſi deinceps, adeo, quod vndique anguſtiæ.

144 Quid dicendum? Ego cenſeo, paria eſſe, quod prædium ematur in territorio domus venditæ, vel in territorio prope territorium domus venditæ, præſertim quando iudex, ſeu magiſtratus exercet iuriſdictionem etiam in territorio prope territorium, & ita ego obtinui declarari à R.P.D. Locumtenente in ciuilibus Reuerend. Dn. A. C.

In omnibus autem debet ſemper verſari rectum arbitrium boni, prudentiſque iudicis, qui arbitrabitur, inſpecta qualitate loci, perſonarum, & factorum, quando locus dicatur vicinus, vt bene in caſu ſuo ſcripſit Alexand. *d conſ. 57. ſub n. 6. lib. 3.*

145 ¶ Concludo, capiendo ſextum caſum; quando impedimentum proceſſit à caſu fortuito; & dico, quod fatalia currunt, & ideo, elapſo primo anno, datur ipſo iure ſecundus, *Franch in c. 8. ex ratione, n. 54. verſ. circa ſextum, & Card. Alex. n. 25. verſ. circa ſeptimum, de appell.* & concluſio huius caſus nullatenus eſt diuerſa à concluſione primi caſus, quando impedimentum cõcernit perſonam appellantis, ideoque Innoc. *in d. cap. ex ratione ſub num. 2. col. 1. & Io. Andr. ſub n. 14. 13. Ioan. Ferrar. tract. de appell. lib. 2. cap. 9. ſub n. 155. tom. 5. fol. 70. & Greg. Toloſ. eod. trac. lib. 6. c. 10. ſub n. 10. verſic. ſi prohibitus fol. 593.* promiſcue loquuntur de impedimentis concernentibus perſonam ſolam ipſius appellantis, vt puta de eius infirmitate, & inopia: & de impedimento caſus fortuiti concernente omnium perſonas, vt puta de tempeſtate: & demum M. Ant. Bard. *tractat. de temp. vtil. cap. 4. num. 2. eod. tom. 5. fol. 213.* promiſcue loquitur de quolibet caſu fortuito: nam ſecundum ea, quæ ſcribit Theſ. Foſſan. *deciſ. 10. inſtantia, caſ. 6. n 8.* poteſt appellans impediri immenſitate ventorum, fluminis inundatione, & impetu, & mare non nauigabili, & adde quæ ſcripſi *infra art. 11. caſ. 6 nu. 329.* loquendo de iſto impedimento in prima inſtantia, quia faciunt pro iſta concluſione.

Contra hanc concluſionem facit, quod ſi appellans in Hiſpania venerit tarde propter bella ad committendam cauſam, ita, quod a die interpoſitæ appellationis lapſum ſit biennium, appellatio non cenſetur deſerta, quia biennium non incipiet niſi à die commiſſæ cauſæ, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *q. præced. ſub n. 48. limit. 6.* & ſic apparet, quod fatalia non currunt. Cogita.

ARTICVLVS IV.

146 Ad Quartum articulum. *Cui incumbat onus probandi impedimentum, & qualiter ſit probandum?*

Reſpond. quod incumbit appellanti, qui illud allegat, *Franch. in cap. 8. ex ratione, num. 10. verſic. circa ſecundum*

Card.

Digitized by Google

Card. Alex. num. 10. *verſ. circa primam, de appellat.* & hoc non habet difficultatem, & in alio propoſito dixi *lib. præced. cap. 9. num.* 1913. imo in tantum tenetur probare impedimentum, vt teneatur etiam probare, ſe feciſſe diligentiam, per ea; quæ ſcripſi *infra n. 156. art. 6.*

147 Sed *qualiter debeat probare?*

Dic, varias fuiſſe opiniones, quas recenſent Abb. *in d. c. ex ratione, qu. 4 numer. 11. verſ. qualiter autem probetur.* Card. Alex. *nu. 12. verſ. circa tertiam,* & Dec. *q. 4 princ. nu.* * *53. et ſeqq. de appell.* videntur tamen communiter * concludere, quod relinquatur arbitrio iudicis, qui, conſiderata diſtantia loci, qualitate perſonæ, & ſimilibus, poterit arbitrari an ſufficiat iuramentum impediti; & tu poteris in materia indifferenti de probatione impedimenti videre, quæ cumulauit Maſchard. *tr. de probat. concl.* 885. *impedimentum iuramento etc. per totam, lib. 2.* & ſcripſi aliquid in alio propoſito *libr. præced. c. 9. in fine, num. 1914. et 1915.*

ARTICVLVS V.

148 Ad Quintum articulum. *Quanti temporis exigatur impedimentum, vt appellans habeat ſecundum fatale, et vt non habeat quanti temporis exigatur negligentia.*

Priuſquam reſpondeam huic articulo præmitto, quod materia huius articuli eſt illa, in qua Abb. quem citaui initio quæſtionis, teſtatur, quod Io. Andr. recitauit tot, & tam confuſę opiniones, & in hoc conſiſtere maiorem difficultatem, quam ſit in materia totius *cap. ex ratione, teſtatur Franch. in d. cap. ex ratione num. 62. verſ. videndum eſt nunc, de appell,* & licet Neuiz. *conſ. 41. ſcimt etiam, ſub nu. 17.* dicat, quod interpretatio, quam hodie dedit practica poſt Ant. de Butr. tollit illam difficultatem, de qua loquitur Ioan. Andr. quem nos citauimus initio quæſtionis, licet etiam propterea eiuſdem Ant. de Butr. veſtigia ſequuti ſint Abb. & Card. Alex. tamen mihi eorum diſtinctiones non probantur, quia videntur potius confundere, quam diſtinguere.

Hoc præmiſſo, reſpondeo conſtituendo quatuor opiniones.

Prima opinio eſt Canoniſtarum, qui conſiderant, tres, ſeu quinque caſus,

Primus caſus eſt, quando appellãs fuit toto primo anno impeditus: & iſto caſu concludo, dari ipſo iure biennium, ideſt, ſecundum annum in caſibus, in quibus datur, *Ant. de Butr. d. c. ex ratione, q. 6 ſub num. 9. ibi, dic in excludendo caſus, de appell. & ibi. Franch. ſub num. 63. verſ. circa primum, ibi, aliquando & ſecundo, & Card. Alex. qu. 5. ſub num. 27. ibi, quandoque & ſecundo caſu.*

Ratio eſt manifeſta, quia non poteſt dari reſtitutio minor ea, quæ contineat tantum pro tanto, etiamſi ageretur de termino hominis, cum quo durius agitur, quam cum lege, *iuxta ea, quæ ſcribit Franch. in d. c. ex ratione, nu. 63. verſ. circa primum videtur, de appell.*

Secundus caſus eſt, quando appellans nõ fuit toto primo anno impeditus, ſed parum, puta per vnam diem, & ſemper fuit diligens, & ſimiliter concludo, dari ei ſecundum annum, *Anton. de Butr. & Card. Alex. vbi ſupra, & Franch. ſub eod. num. 63. ibi nam aliquando & primo appellans fuit diligens.*

Imo dabitur ipſo iure ſecundus annus, etiamſi nullatenus fuerit impeditus, dummodo toto anno fuerit diligens, quia non ſtetit per eum, *Ant. de But. & Card. Alex. vbi ſupra.*

Tertius caſus eſt (& in iſto ſtat difficultas, quando impedimentum durauit tanto tempore, quod fuiſſet ſufficiens ad proſequendum, & finiendum cauſſam appellationis: & iſto caſu Doctores vidẽtur communiter diſtinguere tria tempora impedimenti.

Primum tempus eſt, quando impedimentum fuit in prima parte anni, & negligentia fuit in ſecunda parte; quia ceſſauit impedimentum, & remanſit tantum tempus, quo appellans potuiſſet adhuc cauſam expedire, & non expediuit: & in iſto concludunt, ſecundum annum non dari, *Abb. in d. cap. ex ratione, ſub num. 12. qu. 5. princ. de appell. & ita ibi. ſentiunt Ant. de Butr. ſub d. n. 9. in 3. caſ. ibi. ſi impedimentum fuit à principio,* & in hanc ſententiam iuerunt Cyn. *in auth. ei qui appellat. verſus finem, ſub nu. 4. C. de tempor. & repar. appell.* dum motiuando, & poſtea ſoluendo inquit: ſecundum quoſdam ſi tantum tempus fuit ceſſationis in negligentia, quod infra illud veriſimiliter potuiſſet appellator cauſſam finire, ſi fuiſſet pręſens, tunc repellitur in totum; & poſtea refert aliam opin. & in fine inquit, primam ſententiam videri magis amicam dictæ authenticæ, ei qui appellat, & Card. Alex. *d. c. ex ratione, q. 6. ſub num. 27.* in ſecundo caſu, dum conſiderat, an tempus, quod ſupereſt poſt ceſſationem impedimenti, ſufficiat, vel non ſufficiat ad finiendam cauſſam; hanc etiam, relata prius contraria opin. tenet ibidem Franch. *ſub nu. 63. verſ. aliquando et tertio, ibi, ſed Dominus Ant. et Panorm. et verſic. ex quibus,* & hanc videri communem
* opin. * ſcribit idem Dec. *q. 5. princ. ſub nu 57. et 58. ibi,* &
* licet iſta videatur communis * opinio, & quod ſit com-
* munis * opinio ſcribit Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. vlt. ſub num. 64. verſ. ſed in contrarium,* hancque opin. eſſe veram; ſicut euangelium ſcribit Ang. *conſ. 310. in propoſita quæſtione,* quem citat etiam Dec. *ſub d. num. 58.*

Ratio huius communis opinionis eſt, quia ſequens negligentia habet confundere effectum præcedentis impedimenti, ſicut dicitur quod vltima mora nocent, *Franch. in dict. c. ex ratione, ſub num. 63. verſ. aliquando, et tertio.*

Probatur primo hæc concluſio, quia appellans repellitur à ſecundo anno, ſi per eum ſteterit, quominus proſequatur, *leg. fin. §. illud. C. de tempor. appell.*

Sed ſi potuit in ſecunda parte anni proſequi, & expedire, & non expediuit, dicitur per eum ſtetiſſe. Ergo.

Probatur ſecundo, quia ad hoc vt appellans habeat ſecundum annum debet ſumma ope niti in primo anno, *d. §. illud,* ſed ſi fuit negligens in ſecunda parte, non dicitur niſus ſumma ope. Ergo.

Probatur tertio, quia appellanti conceditur biennium ex neceſſaria, & euidenti cauſa, *c. 5. cum ſit Romana, de appell.* Sed neceſſaria, & euidens cauſa ceſſat, quando potuit in primo anno expedire cauſſam appellationis. Ergo.

Probatur quarto, quia, vt concedatur ſecundus annus, requiritur cauſa ineuitabilis, *auth. de his, qui ingred. ad appell. §. 1.*

Contra hanc concluſionem, quod enim concedi debeat ſecundus annus, tenent Bart. *in auth. item ſi appellatione, ſub numer. 2. C. de tempor. appell.* dicens, quod ſi appellans impediatur tanto tempore, intra quod potuiſſet cauſam expedire, ſi eam proſequutus fuiſſet, tunc debet habere integrum biennium, & quia, inquit, lex præſumit, quod cauſa poſſit expediri intra menſem, ideo ſufficit impedimentum vnius menſis: neque, inquit, attenditur, quod poſſent forſan probationes induci ab vtraque parte, & reprobari teſtes, *Dec. d. c. ex ratione, ſub num. 58. ibi, et licet iſta videatur, et Neuiz. conſ. 41. ſciunt etiam num. 7. et ſeqq. verſ. non obſtat.* Quare, vt explicant Abb. & Dec. *vbi ſupra* ex mente Bartoli, ſi appellans fuerit impeditus primo menſe, dabitur ei ſecundus annus, licet fuerit negligens in alijs vndecim ſequentibus menſibus; & in hãc ſententiam videntur iuiſſe Oldr. *conſ. 60. eſt tempus, ſub nu. 3. verſ. quid ſi impeditus eſt, ibi, ſed pone quod in princ.* vbi in fine concludit, quod attenditur impedimentum, quod fuit in principio anni, & non vltima mora, ſeu ne-

gli-

gligentia, quæ fuit in fine anni; *Card. Alex. ſub d. num. 27. in 3. caſ.* qui ſibi propterea videtur parum conſtans, dum contra Anton. de Butr. Abb. ſupra citatos in concluſione, & contra Imol. & nouiſſimos ſcribit, quod datur ſecundus annus, ſi fuit a principio diligens, quia cœpit cauſſam agere, & interuenit poſtea impedimentum, quod fuit tanti temporis, vt intra illud potuiſſet cauſſa finiri, licet poſtea ceſſauerit impedimentum, & remanſerit tantum tempus ſine impedimento, quod potuiſſet cauſſam finire.

Confirmatur hæc opinio Bartoli, quia adhoc, vt appellans habeat ſecundum annum, ſufficit, quod oſtendat, quod in illo tempore impedimenti fuiſſet cauſſam proſequutus, niſi fuiſſet impeditus: quoniam, ſi cauſſa appellationis poteſt expediri vno menſe, in poteſtate appellantis eſt eligere illum menſem, & ſi in illo menſe extat impedimentum, dabitur ſecundus annus, vt defendendo Bartoli opininnem ſcribit, & reſpondet contrarijs Dec. *dict. c. 8. ex ratione, quæſt. 5. ſub num. 58. ibi, & licet iſta videatur, de appell.* & quod tempus primi fatalis totum ſit in arbitrio appellantis, quando velit incipere procedere, dummodo ſuperſit ſibi tempus ad finiendam cauſſam, & ideo non poteſt dici negligens, etiam ſi per ſex primos menſes deſtiterit, cum ſuperſint alij ſex menſes, ſcribunt Doct. citati *in ſeq. membro diſtinctionis*, & bene etiam id aperit Oldrad. *conſil. 60. eſt tempus, ſub num. 3. verſic. quod ſi impeditus eſt*, inferens, quod appellatus non poteſt proſequi, niſi cum ſupereſt menſis, quia appellans poteſt quandocunque vult.

Secundum tempus eſt; quando e contra negligentia appellantis fuit in prima parte anni, & impedimentum in ſecunda parte anni: & tunc concludunt ſecundum annum non dari, quia non apparet euidenter, quod non fuerit proſequutus propter impedimentum, præſupponendo, vt loquitur Ant. de Butr. *infra citatus*, quod appellans nunquam inchoauerit cauſſam: Sed ſi ſupponimus diligentiam ſicq; quod adeo ante lapſum annum inchoauerit proſequi, quod potuiſſet cauſſam finire, ſed ſuperuenerit impedimentum; & tunc concludunt, dari integrũ ſecundum annum, ex quo habuit tantum tempus poſt negligentiam, quod poterat expedire, ſi non fuiſſet impeditus, *Ant. de Butr. d. c. ex ratione, q. 6. ſub n. 9. verſus finem in 3. caſ. ibi, ſi ab initio fuit negligentia, Abb. q. 5. princ. ſub n. 12 ibi, ſecundo caſu quando negligentia præceſſit, & Franch. ſub n. 63. verſ. aliquando & quinto à princ.* dicens, quod ſi appellans fuit diligens à principio, vel alio debito tempore cauſſam inchoauit, quod potuiſſet finem accipere, & ſuperuenit impedimentum, habebit ſecundum fatale, poſito etiam, quod nimis ſe arctauerit in primo fatali, *Neuiz. conſ. 41. ſicuti etiam, ſub num. 14. verſ. quinimò etiam*, &
* quod in hoc concordent * omnes teſtantur *in eod. c. ex ratione, Card. Alex. q. 5. princ. ſub num. 27. ibi, quandoque & quarto caſu, & Dec. q. 5. princ. n. 58. in fine verſ. 2. Abb.* quos refert & ſequitur Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 70. art. 9. ſub n. 57. verſ. contrarium.*

Secus eſt, quando illud tempus, in quo inchoauit in fine anni, non poterat ſufficere ad expediendam cauſſam, quia tunc non daretur ei ſecundus annus, quia ſe nimis arctauit, Franch. *in d. c. 8. ex ratione, ſub n. 63. verſ. aliquando & quarto appellans, & Odd. d. art. 9. limit. 1. n. 58.*

Confirmatur hæc concluſio eodem fundamento, quo fuit confirmata opinio Bartoli in præcedenti primo mẽbro diſtinctionis, videlicet, quia totum tempus eſt in arbitrio appellantis, *Dec. dict. n. 58. in fine.*

Limita hanc concluſionem, vt non procedat, quando appellans ſe nimis reſtringeret ad illud tantum tempus, quod præciſe, & totum eſſet omnimodo neceſſarium, quia tunc, cum ex quolibet minimo ſuperueniente impedimento cauſſa non poſſit expediri, & appellans debeat credere à communiter accidentibus, ſuperuenturum eſſe aliquod ſaltem breue impedimentum, dicetur in culpa, ſeu negligens ſi ita ſe anguſtauit, *Abb. vbi ſupra, & exornat Card. Alex. vbi ſupra in quarto caſu.*

Contrarium: quod enim concluſio prædicta debeat ampliari, vt procedat, etiamſi appellans ſe anguſtauerit ad tempus, quod integrum, nullo etiam ſuperueniente impedimento, eſſet neceſſarium, refert, & ſequitur Dec. *d.*
* *c. ex ratione, n. 59.* & de communi * opin. teſtantur Card. Alexand. *ſub d. num. 27. in quarto caſu, in fine*, & Odd. qui aperte ſequitur *d. q. 70. art. 9. n. 62. & verſ. ſed contrarium, & verſ. & ego ſequor.*

Tertium tempus eſt, quando impedimenta fuerunt interualla, ſeu interpolata ita, vt vno tempore fuerit negligentia, & alio impedimentum; & tunc ſi tempora impedimenti eo vſque progreſſa ſint, vt non remanſerit tempus ſufficiens ad inchoandam, & finiendam appellationẽ, ſicque negligentia non ſit in tanto tempore, quantum requiritur pro expeditione cauſſæ, concludunt dari ſecundum annum; & idem concludunt, ſi impedimentum durauit tanto tempore, quod fuiſſet ſufficiens ad finiendam cauſam, *Ant. de Butr. & Abb. vbi ſupra*, licet obſcure loquantur, & Franc. *in d. c. ex ratione, ſub n. 63. verſus finem verſ. aliquando & vltimo, in fine, ibi, & hæc ſit vltima, concluſio*, dicens, quod ſi appellans debito tempore inchoauit, ſed ſuperuenit impedimentum in primo anno, poſt quod non potuiſſet cauſſa expediri, ipſo iure datur ſecũdum fatale, dato quod appellans nullam aliam diligentiã fecerit poſt impedimentum; & multa ſcribit Dec. *ibid. n. 61. & ſeqq. verſic. 3. & vltimo*, ad oſtendendum, an appellans debeat probare non ſolum impedimẽtum, ſed etiam diligentiam ita, vt appareat, quod ſi non fuiſſet impedimentum, proſequutus fuiſſet cauſſam appellationis: & li-
* cet teſtetur communem * opin eſſe, quod debeat probare diligentiam, tamen ipſe *ſub n. 68. verſ. pro reſolutione*, concludit contra communem, quod ſufficiat probare impedimentum tanti temporis; quod fuiſſet ſufficiens ad proſequendam, & finiendam cauſſam appellationis, quia cum ſit in facultate appellantis proſequi in qualibet parte anni, ſemper poterit dicere, quod impedimentum fuit cauſſa immediata, quod non fuit appellationem proſecutus, ex quo in tali tempore impedimenti habebat facultatem implendi, & implere potuiſſet.

149 Secunda opinio eſt Bartoli *in auth. item ſi appellatione, ſub n. 2. C. de tempor. appell.* qui, vt ait Card. Alex. *in ſæpe citato cap. ex ratione, q. 5. princip. ſub n. 27. de appell.* ſe vnico verbo expediuit, dicens in ſumma, quod ſi impedimẽtum durauit tanto tempore, quod intra illud tempus impedimenti potuiſſet cauſſa expediri, datur ſecundus annus, prout hanc Bartoli ſententiam ex eiſdem Bar. Dec. Neuiz. Oldr. & Card. Alex. retuli, & ſequutus ſum *ſupra in 3. caſu verſ. contra hanc concluſionem*. Secus ergo ſi impedimentum non durauit tanto tempore quantum requiritur ad finiendam cauſſam appellationis; ſed durauit minus, quia iſto caſu non daretur ſecundus annus.

Rationem huius opin. retuli, & ſequutus ſum ſupra *d. 3. caſu, verſ. confirmatur hæc opin.*

Difficultas ſupereſt in hac opinione, quantum ſit illud tempus, intra quod poteſt expediri cauſſa appellationis: in qua difficultate Bart. vbi ſupra, Ant. de Butr. *in d. c. ex ratione, ſub n. 9. q. 6. verſus finem, Abb. q. 5. ſub n. 12. Cardin. Alex. q. 5. princip. ſub n. 27. ibi, quandoque & ſecundo caſu, & Dec. q. 5. princ. ſub n. 58. de appell. ex auth. ei qui appell. C. de tempor. appell.* deducunt vnum menſem ſufficere, quod etiam ſentire videtur Oldr. *conſ. 60. eſt tempus, ſub n. 3.*

150 Tertia opinio eſt, quod ſufficiat impedimentum vnius diei ad habendum integrum ſecundum annum, *Paul. de Caſtr. conſ. 334. viſa appellatione, ſub n. 8. verſ. præterea etiam, lib. 1. Felyn. in d. c. ex ratione, ſub n. 6. verſ. ſi dum*

intri-

Digitized by Google

intricate, de appell. Neuiz. *conſ.41. ſciunt etiam, ſub numero 5. & 12. & Odd. tractat. de reſtit. in integr. quæſt. 70 art. 8. ampl. 1. nu. 46. & 47.* vbi quod ſufficit etiam impedimentum vnius horæ.

Contra hanc opin facit, quia nullo iure probatur, & *Io. Andr. in d. c. ex ratione, ſub num. 20. de appell.* quem citant Paul. de Caſtr. & Odd. *d. art. 8. ſub num. 45. verſ. ſed communis*, motiuando dicit, quod iuſta cauſſa videtur impedimentum vnius diei, ſed poſtea *verſ. ſolutio in primo*, aliter determinat.

Retenta hac 3. opinione.

Declara primo, eam procedere in caſu quo impedimentum illius diei impediret, diligentiam totius temporis: prout declarat Odd. *d. art. 8. num. 49. et ſeqq.* pro qua declaratione facit quod ſcripſi *lib præced. c. 3. num.* 80. vbi videas.

Declara ſecundo, & melius, vt impedimentum vnius diei ſufficiat ad habendum integrum annum, quando appellans cœpiſſet adeo ante finem anni proſequi cauſſam, vt eam veriſimiliter potuiſſet expedire, ſed interuenit impedimentum vnius diei, propter quod non potuit expediri, *Oldr. conſ. 60. eſt tempus, ſub n. 3. verſic. quid ſi impeditus, ibi Innoc. dicit aliter, Ioann. Ferrar. tract. de appel. lib. 2. c. 9. nu. 155. in fine, verſ. quod ſi appellator, tomo 5. fol. 70. & Neuiz. dict. conſ. 41. ſub n. 12.*

Subdeclara extendendo, vt impedimentum vnius horæ dicatur in hoc propoſito impedimentum vnius diei, & ita procedant, quæ ſcribunt de impedimento vnius horæ Neuiz. *d. conſ. 41. ſub n. 5.* & Odd. *d. art. 8. n. 47.*

151 Quarta opinio eſt, quod impedimentum præſumatur, & præſumptum ſufficiat ad habendum ſecundum annum, quando appellans vſus fuerit diligentia in faciendo cauſſam committi, & partem citauerit ad dicendum contra commiſſionem in actis præſentatam, & aliusque alium actum fecerit in primo anno, præſertim ante vltimos dies, puta ante vltimos decem dies anni, quia tunc ad effectum habendi ſecundum annum non requiritur probatio, neque allegatio alterius impedimenti, quia præſumitur, & eſt præſumptio iuris, & de iure; & hæc opinio ſeruatur de ſtylo in Romana Curia, quæ concedit biennium abſque cauſſa, tum quia Romana Curia vt plurimum ſunt cauſſæ forenſium, qui non modico indigent tempore ad veniendum, & conducendum teſtes, ac portandum inſtrumenta: tum quia in ea eſt magna multitudo cauſſarum, quæ ad ipſum Curiam ex vniuerſis Chriſtianorum regionibus deferuntur, quaſi ſtylus Curię diſponat, iſta ſuccedere loco cauſæ, & impedimenti, *Caſſad. deciſ. 6. firma eſt propoſitio, num. 8. verſ. ſciendum quod licet, de appell. fol. 314.* quem etiam refert, & ſequitur Put. *deciſ. 154. cauſſa Hiſpalen. decimarum, n. 3. lib. 2. Mandoſ. tract. de commiſſ. in 18. commiſſ. fatal. prorogat. in verbo proroget, qu. 3. fol. 108. & tract. de annal. caſib. ſub n. 134. to. 17. fol. 214. & Veſtr. in prax. lib. 3. capit. 5. ſub num. 2. & lib. 7. cap. vlt. ſub num. 8. ibi, quam conceſſionem biennij, & ſub num. 10. vſque ad num. 11. fol. 217. & 218.* De hoc eodem ſtylo Romanæ Curiæ teſtantur Neuiz. *conſ. 41. ſciunt etiam, ſub num. 5. & 13.* M. Anton. Bard. & Odd. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra artic. 2. numero 34. in fine.* Et quod ſi cauſſa in primo anno ſit non ſolum commiſſa, ſed ſit etiam deuentum ad citationem, & ad inhibitionem, tunc cauſſa non fiat deſerta, niſi per biennium, tenuit Rot. *vt per Achil. de Graſſ. deciſ. 11. alias 237. dubium, de appell. fol. 108.* ſed ſola præſentatio commiſſionis, non facta alia diligentia intra annum, non ſufficeret ad effugiendam cauſſæ deſertionem, *Achill. de Graſſ. vbi ſupra, & Lancellot. tractat. de attent. parte 2. capitul. 12. de attent. & innou. appellat. pend. in præfat. n. 49. et 50. tomo 5. fol. 347.*

Hac opinio, ſeu ſtylus Romanæ Curiæ nititur etiam iure; quia impoſſibile eſt, quod appellans non fuerit ſaltem vna hora legitime impeditus; ſed impeditus etiam vna hora intra annum, habet biennium, *vt dixi ſupra n. 50. in 3. opin.* Ergo.

Declara tamen hanc quartam opinionem, vt iſta diligentia ſit neceſſaria, quando iudex ad quem, ſicque Papa eſt in eadem Ciuitate, in qua eſt lata ſententia, quia tunc requiritur tota iſta diligentia, de qua in hac quarta opinione.

Secus eſt quando iudex ad quem, non eſt in Curia ſeu in loco, in quo appellatur, quia iſto caſu ſufficit arripere inter loco proſecutionis, quare appellans, cui fuit præfixus terminus ad proſequendam appellationem, dicetur proſequutus & ſatisfeciſſe termino, ſi iter arripuerit pro appellatione proſequenda, quia ſufficit in termino ad proſequendum inchoare dumtaxat, aut incipere etiam vltima die, licet aliter in termino non præſentet ſe, neq; porrigat libellum, vel ſupplicationem coram iudice ad quem, & ita, reprobata opinione Ioannis Andr. firmat, & in practica ſeruari teſtatur Franch. *in cap. 4 perſonas, ſub numero 5. et 6. verſ quantum vero ad id, et verſ. ſed limits, de appell.* quem, & alios retuli ſequutus ſum *q. præc. n. 48. lim. 6.*

152 Quid dicendum; Concludo, non eſſe recedendum à ſeconda opinione, quam tenuit Bart. & demum videtur * communis, quia ijdem, qui illam impugnant, videntur ſequi, dum ea vtuntur ratione, quod ſit in arbitrio appellantis eligere tempus anni, in quo vult appellationem proſequi; & eſt fauorabilis pro non deſertione.

153 In Curia tamen Romana ſeruari debet opinio, quam quarto loco retuli propter illius ſtylum.

154 Et illa opinio Bartoli procedit indiſtinctè ſiue impedimentum fuerit initio anni, ſiue in medio, ſiue in fine. Et dato quod appellans per vndecim menſes fuerit negligens, & poſtea duodecimo menſe inchoauerit cauſſam proſequi, & in iſto duodecimo menſe ſuperuenerit impedimentum vnius diei, ſeu vnius horæ, dabitur integer ſecundus annus, *vt retuli, ſequutus ſum ſupra ſub num. 150. in 3. opin. verſ. declara 2.*

155 Aduerte tamen, quia & ſi Bartol & cæteri, quos citaui *ſupra in 2. opin. verſ. difficultas*, dixerint, vnum menſem ſufficere ad expediendam cauſſam appellationis: tamen ego vna cum Oldr. *conſ. 60. eſt tempus, ſub num. 3. verſicul. quid ſi impeditus, ibi, Innoc. dicit aliter*, cenſeo relinquendum eſſe arbitrio iudicis, qui æſtimabit, an veriſimilie ſit, appellantem potuiſſe cauſam proſequi, & finire intra illud tempus, etiam nullo ſuccedente impedimento, quod etiam videtur ſenſiſſe Cyn. *in auth. et qui appell. quæſt. 3. ſub n. 4. ibi, et hoc iudici committitur C. de tempor. et repar. appell. fol. 471.*

ARTICVLVS VI.

156 Ad Sextum Articulum. *An impedimentum, quod appellans potuiſſet remouere, & non remouit, ſufficiat ad habendum ſecundum annũ, & ad euitandã deſertionem cauſſæ.*

Reſp. quod non ſufficit: debet enim eſſe impedimentum ineuitabile, quia appellans debet proſequi appellationem cum maxima diligentia, & ſumma ope litem exercere, vt aperte probatur ex iuribus, quæ citaui *ſupra n. 34. et ſub num. 148. in 3. caſu*, & in iſto articulo deducit, & concludit Dec. *conſ. 677. viſis et conſideratis, ſub num. 2. verſ. ſed breuiter his*, & ſimilibus non obſtantibus, & ita etiam ſentit Ant. de Butr. *in cap. 8. ex ratione quæſt. 5. numero 6. verſus finem ibi, vbi dixi impotentiam, de appellat.* quem refert, *et ſequitur Alex. conſ. 72. videtur prima facie, num. 12. ibi, et hoc videtur in ſpecie, et ſub num. 17. lib. 3. et vtrumque M. Ant. Baner. tractat. de mora, parte 1. ſub n. 14. & 15.*

Digitized by Google

& 15.*tom.6.par.2.fol.*406. dicens, quod negligentia iudicis excuſat appellantem à proſecutione, quando ſibi prouidere non poterat per recurſum ad ſuperiorem, quia excuſatur demum, cum non habet quid faciat, & *M. Ant. Bard.tract.temp.vtil.c.4.ſub n.5.verſ. cauendum tamen eſt, tom. 5.fol.* 214. dicens quod ſi poteſt remouere impedimentum, recurrendo ad principem, ſeu ſuperiorem, & non recurrit, ſibi tempus currit ſine ſpe reſtitutionis in integrum, quod idem dixerunt Alexandr.*d.conſ.72. n.13.* & *M. Ant.Bauer.d.num.14.in fine*, & quod appellanti currant fatalia, quando ſibi patet recurſus ad Principem, ſeu ſuperiorem, vel alia via ſibi prouidere poteſt, & non prouidet, etiamſi ſtet per iudicem, quominus cauſa terminetur, ſcribit Marcheſ.*tract.de commiſſ. par.1. commiſſ.7. prorogat.fatal.c.1. ſub n.16. fol.*200. Et quod ad hoc, vt dicatur ſtetiſſe per iudicem, & conſequenter, ne currat tempus in cauſa appellationis, non ſufficiat inſtare coram iudice, vt cauſam expediat, & de ſua negligentia proteſtetur, ſed debeat etiam inſtare coram ſuperiore, inculando ſuam negligentiam, & inſtando, vt eius negligentiam corrigat, refert, & ſequitur M. Anton. Bauer. *d.par.1.num.14. ibi, fortius eſt dicendum, tom.6. par.2. folio* 406. & quod vt concedatur ſecundus annus, & multo magis tertius propter impedimentum, debeat appellans vſus fuiſſe omni eius diligentia, vt impedimentum remoueret, & quod remouere non potuerit, ſcribit Odd. *tract.de reſtit.in integr. q.71.art.3.n.21.verſ.ſecundo requiritur*. Et quod reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem non propter impedimentum, quod potuiſſet remoueri, retuli, & ſequutus ſum *ſupra art.2.ſubdeclar.2.ſub n.34.*

Si appellans debet ſumma ope niti, & exercere litem, & impedimentum debet eſſe ineuitabile: Ergo appellans nihil debet omittere, & relinquere intactum, vt litem exerceat, & remoueat impedimentum; quia is dicitur ſumma ope niti, qui nihil omittit, *M. Ant.Bauer.ſub d.n.*34. ſeu non habet quid faciat, *vt loquitur Ant.de Butr. ſupra citatis*.

157 Confirmatur primo hæc reſolutio, quia ei, cui eſt prohibita electio ſine licentia Papæ, & ad eligendum eſt præfixum tempus, currit illud tempus, neq; conſideratur impedimentum licentiæ, quia illam debet quærere, & ſic poteſt remouere impedimentum, *c.fin.de elect.*

158 Confirmatur ſecundo, quia, qui poteſt facere, vt poſſit, iam dicitur poſſe *l.135.qui poteſt facere, ff.de reg.iur.* & ideo non dicitur impeditus, qui de facili poteſt remouere impedimentum, *Bald.in l.ſed nec ad eos, ff.quibus ex cauſ. maior.25.ann.reſtitut.fol.227.Rot.diuerſ. deciſ.104. alias fuit, n.3.p.1.Creſcen.deciſ.10. alias 242. regula de annali, n.2.de cauſ.poſſ.& propr.*quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra artic.3.num.79.* & non ſufficit extare impedimentum, ſed debet impeditus procurare remotionem impedimenti, alias illud impedimentum non excuſat, *Put.deciſ.327. in vna Toletan.num.4. lib.2.* & impeditus, ſi non agit vt remoueatur impedimentum, dicitur volens illud pati, & nõ excuſatur, *Bal. in l.40.quibus diebus, ff.de condit. & demonſtr.fol.*126. per illum text. qui optime probat, dicitur enim ibi, *quod teſtator legauit Titio centum, ſi infra decem dies aſcenderit Capitolium*; legatarius in via publica impeditur ab aliquo; niſi adeat Prætorem, & quereletur contra impedientem, elapſis decem diebus, conditio dicitur defecta, & non habebit legatum, & has confirmationes late deducit, & corroborat in caſu ſuo Ioann.de Amic. *conſil.6. in ſacro regio, num.18. & ſeqq. verſic.confirmo prædicta*, licet male conſuluerit in caſu ſuo, *vt notaui ſupra art.3. in 2.caſ. n.68.*

159 Confirmatur tertio, quia quis non excuſatur propter locum non tutum, quando poteſt eum facere tutum, impetrando litteras ſalui conductus, *M. Ant.Bauer.d.p.1. ſub n.15.fol.*406.

160 Infero I. ex hac reſolutione, quod ſi impedimentum fuerit voluntarium, puta, ſi abfuerit cauſa commerciorũ, non erit ſufficiens ad euitandam deſertionem appellationis, quia debet eſſe impedimentum ineuitabile, *vt refert & ſequitur Ioſ.Cumia ſuper ritib.Sicil.*c.88. *ſub n.67. verſ. primo intellige*, & quod debeat eſſe ineuitabile impedimentum, retuli, & ſequutus ſum initio huius articuli, & *ſupra ſub n.34.art.2.ſubdeclar.2.*

161 Infero II. quod ſi A. obtinuit ſententiam contra B. reum conuentum, qui appellauit, & currentibus fatalibus, A. eſt mortuus, & in eius locum poſt lapſa fatalia ſucceſſit C. qui prætendit, ſententiam contra B. ob non prorogationem fatalium tranſiuiſſe in rem iudicatam, dicetur cauſa deſerta, & firma manet ſententia, quia B. appellans tenebatur prorogare fatalia, non obſtante, quod eius aduerſarius, pro quo erat pronuntiatum, eſſet mortuus infra biennium, nullo alio gratioſe ſubrogato, vel ad litem admiſſo, quia per obitum vnius ex collitigantibus non finitur lis, & ideo debebat litem proſequi, citatis ſua intereſſe putantibus per audientiam contradictarum, *Mandoſ.tract.de commiſſ.in commiſſ.18. fatal. prorog. in verbo, proroget, verſ.quæro, A. ibi, pars affirmatiua, fol.108.& Mobed.*quem retuli, & ſequutus ſum *ſup. n.6.*

ARTICVLVS VII.

162 Ad Septimum articulum. *Quando incipiant currere fatalia, de quibus loquutus ſum art. 2.*

Reſpondeo, quod incipiunt currere à die interpoſitæ appellationis, *c.12.ex parte, de reſcript. & clem.3. ſient, de appell. Ant.de Butr.in c.8.ex ratione, q.2.num.4. Abb. not. 1.ſub num 2.Franch.num.3.& 5.Card.Alex.not.1.ſub n.2. & Dec.not.1.num.1.de appellat. Bar.in auth.ſi tamen, n.2. C.de temp.appell. Bal.in l.fin.n.2.verſic.ſed dubitatur ibi, redeo ad primum.C.de tempor.appell. rurſus Franch. in c.57. oblata, not.4. num.2.de appellat. Put. deciſ.56. eadem die, lib.2.Maran.in ſuo ſpec.part.6. actu 2.princip.in verbo, & quandoque appellatur, ſub num.228.verſus finem ibi, verum eſt ſciendum, fol.491.Mandoſ.tractat.de commiſſ.in 18.commiſſ.fatal.prorog.in verbo, fatalia, verſic. quæro quando, fol.105.Lancell.tract.de attent.p.2.c.12.de attent.& innou appell.pend.in præfat.n.47.verſ.declara, tom.5.fol.347.Aſin in prax.iudic.§.1.c.1.num.6.Rugiuell.tract.de appell.§.10.gl.1.n.22.verſic.currit autem.* Et hæc eſt omnium communis * concluſio, quæ hodie non habet contradicentem.

Quare tempus decem dierum, aſſignatum ad appellandum, non eſt de fatalibus, niſi ex ea die, qua interponitur appellatio, quia primum fatale eſt vnius anni, & ſecundum fatale eſt alterius anni, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num.21.& ſeqq.art.2. per totum*, & fatalia incipiunt currere non à die ſententiæ, ſed à die appellationis, vt dixi ſupra.

163 Declara I. vt ſi appellans interponat ex interuallo duas, aut plures appellationes, infra tamen tempus decem dierum, fatalia inchoentur non a prima, ſed ab vltima appellatione, ſecundum ea, quæ refert, & ſequi videtur Car. Alex.*in c.51.bonæ memoriæ, ſub n.4.de appell.*hancque eſſe communem * opin. teſtatur & ſequitur ibidem Dec. *ſub n.68.verſic.poſtremo dum*, & ita tenuit etiam Ang. quem Franch.*in c.65.ſua nobis, num.16 & 17.de appell.*late examinando articulum huius declarationis, adducit in tertia opinione.

Contrariam opinionem, quod enim appellans debeat proſequi primam, & non ſecundam appellationem, tenet Bar.*in l.13.cum procurator, §.1.n.3.verſ. iuxta prædicta, ff. de oper.nou.nunt.*quem refert, & in effectu ſequitur Franc. *in d.c.65.ſua nobis, n.16.& 17.verſ.in ea gl.in fine, & n.23. verſ.vltima dubitatio, de appell.*& hanc opin. eſſe magis * cõmunem teſtatur & ſequitur Maran.*in ſuo ſpec.p.6.act.2. princ.*

Digitized by Google

princ. in verbo, & quandoque appellatur, n. 144. fol. 478.

Alij tenuerunt, quod vtraque appellatio ſit valida, & quod propterea poſſit appellans proſequi, quam voluerit, Io. Andr. quem ſimiliter citat Franch. in d. c. ſua nobis, ſub n. 16. in ſecunda opin.

Quid dicendum? Reſponedo, hunc articulum eſſe brocardicum, quia aliquando præualet prima appellatio, aliquando ſecunda, & quandoq; attenditur vtraq; & ideo ſunt formandi plures caſus.

164 Primus caſus eſt; quando clare conſtat de mente appellantis quod per ſecundam appellationem voluit recedere à prima, & iſto caſu proculdubio ſtandum eſt ſecundæ appellationi, Franch. in dict. capitul. ſua nobis, num. 21. concl. 6.

165 Secundus caſus eſt, quando primo appellatio eſt nulla, & ſecunda valida, & iſto caſu ſine vlla difficultate attenditur ſecunda: Franch. vbi ſupra ſub num. 17. in ſecunda concluſione, et Maran. in d. verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 44. fol. 448. & adde quæ ſcripſi ſupra q. 7. nu. 27. & q. 10. n. 3. in fine.

166 Tertius caſus eſt, quando appellatio geminatur incontinenti, & ſucceſſiue eodem tempore, &, quia iſto caſu cenſetur vnica appellatio, non poteſt dici, quod per ſecundam ſit receſſum a prima, Franch. vbi ſupra n. 17. verſ. ſed aduerte, & conſequenter iſte caſus vagatur extra materiam.

167 Quartus caſus eſt; quando ſecunda appellatio interponitur ſuper alio, quam fuerit interpoſita prima, vt puta in appellatione ab interlocutoria, & in appellatione à diffinitiua, quia tunc vtraque appellatio tenet, Franch. vbi ſupra nu. 13. concl. 3. & iſte etiam caſus vagatur extra materiam.

168 Quintus caſus eſt: quando eſt rite appellatum ab interlocutoria, expreſſo grauamine, & infra tempus interponitur alia appellationum expreſſione alterius grauaminis, quod non ſit contrarium grauamini expreſſo in alia appellatione: & iſto caſu appellans poterit proſequi eam, quam voluerit, Franch. vbi ſupra, numero 19. concluſ. 4.

169 Sextus caſus eſt: quando prima appellatio interponitur ad vnum iudicem, & ſecunda ad alium iudicem: & iſto caſu attenditur ſecunda, per quam videtur eſſe receſſum à prima, Franch. vbi ſup. n. 20. concl. 5.

Contra reſolutionem huius ſexto caſus vide eundem Franch. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 11. ſub nu. 3. qui propterea eſt ſibimet contrarius; & dato, quod reſolutio prædicta eſſet vera, tunc adde, quæ ſcripſi ſupra q. 9. ſub n. 11.

170 Septimus caſus eſt: quando iudex a quo, priuſquam interponatur ſecunda appellatio, dedit apoſtolos reuerentiales, ſeu dimiſſorios; quia tunc iudex eſt functus officio ſuo, & non poteſt vlterius dare apoſtolos, & ſic fruſtra interponitur ſecunda appellatio; quia non poteſt habere apoſtolos, qui ſunt pars appellationis, & conſequenter iſta appellatio vti imperfecta non attenditur: ſecus quando ſecunda appellatio interponeretur antequam traderentur apoſtoli, vel eſſent dati refutatorij, qui habent vim interlocutoriæ, quam iudex poſſet reuocare, quia iſto caſu, an & quando attendatur prima, vel ſecunda appellatio, recurrendum eſt ad præcedentes caſus, Franch. vbi ſupra ſub n. 21. verſ. ultima concluſio, & n. 26. & ſeqq. vbi late declarat.

171 Declara II. extendendo præcedentem, vt neque computetur ipſa dies interpoſitæ appellationis, Franch. in c. 8. ex ratione, n. 3. in fine, & n. 4. de appell. quia clem. 3. ſicut, de appell. diſponit cauſſam, appellationis finiendam eſſe infra annum a die interpoſitionis appellationis, & nos fatalia incipere a die interpoſitæ appellationis ex communi * omnium concluſione firmauimus initio huius articuli ſub numero 162.

Sed littera A. facit ſeparationem, vt ex Tiraquel. Franch. Dec. & Hier. Gig. retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 12. n. 57. verſ. ratio. Ergo, &c.

172 Declara III. extendendo eandem communem concluſionem, vt procedat tam in appellatione iudiciali, quam in extraiudiciali, quæ debet ſimiliter finiri intra annum a die interpoſitionis ipſius, clem. 3. ſicut, de appell. & Ant. de Butr. in cap. 8. ex ratione, quæſt. 2. num. 4. in fine, & Franch. ſub num. 5. de appellat. idem Franch. in capit. 5. cum ſit Romana, ſub numero 13. verſ. & aduerte. eod. titul. dicens, quod, interpoſita à grauamine extraiudiciali, currit annus a die appellationis: quod tu intellige, ſi eſt à grauamine illato, vt dixi, quia appellatio extraiudicialis non habet effectum, niſi a tempore illati grauaminis, & tunc incipit currere tempus, Rot. deciſ. 32. alias 376. notat quod vbi num. 2. de appell. in antiq. & ſic in appellatione extraiudiciali a futuro grauamine non incipit, niſi a die exiſtentis grauaminis; Ant. de Butr. vbi ſupra & Franch. in d. c. cum ſit Romana n. 13. in fine, et n. 14. & dixi latius infra n. 174. vbi vide.

173 Infero ex eadem communi concluſione, quod, ſi hic in Curia labatur biennium a die appellationis, licet non à die præſentatæ commiſſionis, appellatio cenſetur deſerta Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. 18. fatal. prorog. in verbo fatalia verſ. quæro quando fol. 105. Lancellot. tractat. de attent. parte 2. capitul. 12. de attent. et innou. appellat. pendent. in præfatione, ſub numero 47. verſ. declara tom. 5. fol. 347. et Rugmel. tract. de appell. §. 10 gl. 1. ſub nu. 22. fol. 262. & fuiſſe deciſum in Rota teſtatur Put. deciſ. 56. eadem die libr. 2.

174 Tempera I. eandem concluſionem, vt non procedat in appellatione à grauamine futuro; quia in ea non incipit currere tempus a die appellationis: ſed incipit currere a die illati grauaminis: quare & tempus aſſignatum ab homine in appellatione à grauamine futuro non currit a die aſſignationis termini ſed incipiet currere à die illati grauaminis, Franch. in capit. 5. cum ſit Romana ſub num. 13. verſicul. et aduerte cum et numero 14. de appellat. et in capit. 8. ex ratione ſub numero 3. eod. titul. Appellatio enim à futuro grauamine eſt conditionalis, cuius fatalia non incipiunt niſi à die exiſtentis conditionis, id eſt grauaminis, Put. deciſ. 311. ead. die numero 2. lib. 3. imo, non ſequuto grauamine reſoluitur appellatio à futuro grauamine, & eam propterea nec appellans, nec appellatus poteſt proſequi, Put. deciſ. 313. die 13. numero 2. et 3. lib. 3. & adde quæ ſcripſi ſupra numero 172. Vnde licet in Curia appelletur conditionaliter, quatenus contra, quaſi à futuro grauamine, dum iudex delegatus habet terminum pro ſeruato ad ſententiam, vt ſcripſi quæſt. præcedenti numero 9. et ſupra quæſt. 12. numero 8. tamen appellans non proſequitur appellationem, niſi poſt ſecutam ſententiæ ſubſcriptionem, vide ead. quæſt. præcedenti numer. 10. in fine verſ. hinc. & ante ſententiæ ſubſcriptionem tempus non currit quod & ſi alternatiue dixi d. quæſt. præced. ſub num. 11. verſ. primo reſpondeo, hic tamen ex prædictis ſimpliciter firmo, & ſimiliter licet Rot. fuerit varia, dubitando, an fatalia lapſa eſſent poſtquam Auditor tenuit terminum ad ſententiam licet non ſubſcripſerit, vt retuli ſupra ſub nu. 127. verſ. contra, tamen ex his, quę dixi, eſt reſoluendum, quod interim fatalia non currunt.

175 Tempera II. eandem concluſionem, vt non habeat locum in appellationibus interpoſitis de partibus ad Curiam, quia fatalia non incipiunt currere, niſi à die, quo veriſimiliter potuit appellans committi facere cauſſam appellationis in Curia, Mandoſ. d. verſ. quæro, quando, ibi, aut ſummi et Rugmel. vbi ſupra, & fuiſſe deciſum in Rota teſtantur Put. & Lancell. quos retuli, & ſequutus ſum qu. præc. ſub n. 48. lim. 6. vbi vide.

176 Tempera III. reſtringendo particulariter illationem poſitam hic *ſupra n.*173.vt non procedat,quando ſtatutu ſeu decretum mandat , quod eligi debeat certus iudex appellationis, ex numero confidentium , quia iſto caſu , ſi partes poſt interpoſitam appellationem ſtarent decem annos ad faciendum dari iudicem appellationis , per il-los decem annos nunquam curreret inſtantia appellationis , & ſic iſto caſu fatalia non currunt à die interpoſitæ appellationis ſed à die commiſſionis ipſius cauſſæ , *Lanfranc.in tract.de arbitr.n.*17.*in fin.*, & *num.*18.*tomo* 3.*par.* 1.*f.*207. quem refert, & ſequitur Aſin.*in prax iud.*§.1.*cap.* *num.*7.& alios eiuſdem farinæ citat,ſed non ſequitur Ruginell.*tract.de appell.*§.10.*gloſſ.*1.*num.*23. *verſ.ſed quid de iure municipali.*

177 Contra hoc temperamentum tenet Theſ. Foſſan. *deciſ.* 10.*inſtantia caſ.*7.*ſub num.*9.quia, vt inquit,& bene , firmiſſima eſt regula , quod quotieſcunque facto ipſius appellantis currit tempus appellationis,inſtantia labitur cum ipſo tempore,& appellans,qui non eligit iudicem, & non inſtat,eſt in negligentia.

Confirmatur hæc contraria ſententia, quia ſi quis appellauerit ad dominos Priores, qui ex forma ſtatutorum debeant committere appellationem vni iudici Ciuitatis, neutri parti ſuſpecto , & iudex, cui committitur, debeat cauſſam terminare intra decem dies commiſſionis , & contingat,quod is,qui appellauit,non ſollicitauerit Priores ad committendam cauſſam , & ideo non fuerit commiſſa,appellatio efficitur deſerta , vt ex Ang.refert, & ſequitur Alex.*conſ.*164. *viſo proceſſu cauſſarum ſub nu.*6.*l.*2.

In hac controuerſia Ruginell.*tract.de appell.*§.10.*gloſſ.* 1.*ſub num.*23.*verſ.at contrariis*,adhæret diſtinctioni,quam refert ex Anguiſ.vt prior ſententia procedat,quando ſtatutum dicit ſimpliciter , vt eligatur iudex appellationis confidens, & contraria ſententia procedat, quãdo ſtatutum dicit,quod,interpoſita appellatione,debeat ſtatim iudex committere appellationem , & appellans non vſus ſit diligentia pro obtinenda commiſſione.

178 Retenta opinione contra temperamentum , quæ eſt vera.

Declara eam,vt tempus, quod fuerit conſumptum in faciendo cauſſam committi,adhibita diligentia ſolita , & debita, non computetur in tempore fatalium, ſed ſubducatur , ſi non remaneat tantum tempus , intra quod poſſit expediri cauſſa , vt puta,quia ſtatutum mandet expediri infra menſem; nam iſto caſu menſis incipit à die commiſſionis, & non à die appellationis, dummodo appellans fecerit debitam diligentiam pro commiſſione cauſſæ, *Alex.d.conſ.*164.*ſub nu.*4.*ibi aut conſideramus*, & *num.*5.*lib.*2.

ARTICVLVS VIII.

179 Ad Octauum articulum.*An lapſo primo fatali,ſententia tranſeat in rem iudicatam , vel requiratur etiam lapſus ſecundi fatalis?*

Prima opinio eſt , quod ſententia non tranſeat in rem iudicatam , ſeu non confirmetur per lapſum primi anni , niſi lapſum ſit biennium , *Bar.in auth.et qui appell. not.*2. *num.*6. *et ibi Alex. in addit.C. de tempor.appell.et Bal.in l.* 6.*eos ſub num.*7. *verſ.modo quære ibi, ſcias tamen C.de appell.* dicens , quod ex ſolo curſu temporis non conſtat de deſertione,niſi lapſum ſit biennium, quia ante biennium potuerunt interuenire impedimenta,quorum probatio , vel reprobatio,conſiſtit in facto,*Felyn.in d.cap.*12.*ex parte il ſecundo col.penult. ſub num.*10. *verſ. et nota duo de reſcript.Hier.Gig.in addit.ad Dec. in cap.*8. *ex ratione in verbo prædicte nu.*18.*de appellat.* *Neuiz.conſ.*41.*ſciunt etiam ſub num.*1.*ibi,et licet Alex.* hancque opin. videtur ſequutus Card. Alex. *in cap.*8.*ex ratione quæſt.*2.*ſub numero* 58. *verſ.in contrarium* , dum hanc vltimo ponit loco , & ibidem expreſſius videtur ſequi Franch.*ſub num.*85. *verſ.ſecundo quæritur pone.ibi.ſed aduerte.de appellat.* & pro hac opinione multa adducit,ſed non ſequitur Oſaſc.*deciſ.*28. *dubitatum fuit ſub num.*4. *verſ.in contrarium vſque ad nu.* 12.*verſus finem,verſ.quid dicendum* , & quod ita teneant communiter Doct. & quod iſta opinio videatur magis communis,ſcribit,ſed non ſequitur Maran.*in ſuo ſpec par.te* 6.*act.*2.*principio in verbo , et quandoque appellat.nu.*231. *verſ.vlterius ſuper iſta fol.*491.

Confirmatur hæc opinio , quia ſecundum ſtylum Curiæ Rom. datur ipſo iure ſecundus annus, quando in primo fuit factum aliquid,*vt ex Odd.Caſſad.Veſtr.Lancell.M. Ant.Bard.et Rot.retuli , et ſequutus ſum ſupra ſub num.*34. *verſ.confirmatur.*2.*et num.*151.*art.*5 Ergo non ſufficit lapſus primi anni.

Secunda opinio contraria præcedenti eſt , quod ſufficiat lapſus primi fatalis , id eſt , quod per lapſum primi anni , non expectato biennio , cauſſa appellationis efficiatur deſerta & ſententia tranſeat in iudicatum; hancq; opinionem tenuit Innoc. *in cap.*8. *ex ratione in princ. et Ant.de Butr.q.*8.*num.*12.*de appellat.*& late eam defendit, & ſequitur Maran.*in ſuo ſpec.parte* 6.*act.*2.*princ.in verbo, et quandoque appellatur ſub numero* 231. *verſ. vlterius ſuper iſta,ibi,et licet iſta opinio,et numero* 232.*et* 233.*fol.*492. *et poſt eum Oſaſch. d.deciſ.*28. *à numero* 1.*vſque ad num.*4. *et numero* 13.*et ſeqq.*in quibus reſpondet contrarijs.

Quid dicendum? Diſtinguo duos caſus.

Primus caſus eſt,quando appellans fecit diligentiam in primo anno,quia fecit committi cauſſam,præſentauit commiſſionem, & citauit partem,& fecit aliquem alium actum iuxta ea,quæ loquendo de ſtylo Curiæ Rom.retuli, & ſequutus *ſupra ſub d.nu.*34. *verſ.confirmatur art.*2. Et iſto caſu concludo,veram eſſe primam opinionem, quod requiratur lapſus biennij, quia iſto caſu conceditur ipſo iure ſecundus annus,vt retuli, & ſequutus ſum loco,ſupra citato.

180 Secundus caſus eſt, quando appellans non fecit vllam diligentiam, vel non fecit prædictam, ſed ſolum appellauit,præſentauit commiſſionem, & poſtea nihil fecit infra annum; & iſto caſu concludo , veram eſſe ſecundam opinionem,quod ſufficiat lapſus primi anni,ad inducendam deſertionem cauſſæ,*Rot.diuerſ.deciſ.*108 *fuit deciſum par.*3. *lib.*1.& ita diſtinguendo,tenet etiam Ruginell.*tract.de appell.*§.10.*gl.*1.*ſub n.*31.*verſ.diſtinctione* , & hanc diſtinctionem videtur ſentire Alex.*conſ.*19.*viſo proceſſu ſub n.*5. *ibi,et ſi nullus inſteterit lib.*1.

ARTICVLVS IX.

Ad Nonum articulum. *Nunquid appellans impeditus debeat proteſtari alias , proteſtatione omiſſa tempora fatalium currant,et ex curſu inducatur deſertio cauſſa?*

Reſpondeo, dari varias diſtinctiones.

Prima enim diſtinctio ſit,quod ſint conſideranda tria impedimenta. Primum impedimentum eſt ex facto tertij puta iudicis,aduerſarij,vel legis municipalis: & in iſto impedimento requiritur proteſtatio , alias tempus currit . Secundum impedimentum eſt ex perſona eius , qui actum gerere debet , puta ex cauſſa infirmitatis , ſeu iuſtę abſentię: & hoc impedimentum excuſat abſque proteſtatione , niſi ſit caſus , in quo debeat mitti procurator . Tertium impedimentum eſt ex caſu fortuito , puta propter aeris intemperiem , periculum maris , vel diſcrimina viarum;& in iſto impedimento non eſt neceſſaria proteſtatio , ſed requiritur ſolum quod ipſe impe-

Digitized by Google

ditus fecerit præparamenta, ita, quod ſi non ſuper veniſſet impedimentum, potuiſſet expedire illum actum, & expediuiſſet, vt loquendo de impedimentis circa interponendam appellationem ſcribit generaliter Fran. *in c. vlt. ſi iuſtus n. 13. verſ. in ead. gloſ. de appell.*

Sed, omiſſa hac prima diſtinctione, veniamus ad ſecundam, quæ peculiarius attingit articulum.

Secunda ergo diſtinctio eſt; vt conſideramus duas ſpecies impedimenti.

Prima ſpecies eſt impedimentum, procedens ex facto iudicis: & in iſta ſpecie Doctores ſunt contrarij.

Opinionem affirmatiuam; quod proteſtatio ſit neceſſaria, tenuerunt Franch. *in cap. 8. ex ratione num. 13. verſ. ſed dubitatur, & in fine verſ. concludo ergo, & ſub num. 45. verſus finem, de appell.* & quam plures alij Doctores relati a Creſcent. *decis. 5. alias 234. impeditus facto iudicis, num. 1. de except. fol. 122.* & addo Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 71. art. 1. ſub num. 6. verſ. mihi, & art. 3. in fine num. 24.* & quod omnes Doct. communiter * concludant, quod, quando ſtat per iudicem, debeat appellans in primo anno proteſtari, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur num. 233. verſ. octauo pondero, fol. 492.* & ita fuiſſe deciſum in Senatu Pedemontano teſtatur, & ſequitur Theſ. Foſſan. *decis. 10. inſtantia, num. 13.* Et quod fatalia non currant, quando ſtat per iudicem, & appellans non poteſt habere recurſum ad ſuperiorem, neque ſibi alia via prouidere, & ideo proteſtatur in actis, ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 7. prorog. fatal. c. 1. num. 15. fol. 200.* & hanc eſſe communem opinionem teſtantur plures, quos refert Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 28. art. 3. ſub n. 11. verſ. in contrarium,* & ſequitur in effectu teſtandi etiam eſſe veriorem, ſecutiorem, & videri magis communem * opin. *ſub num. 19. verſ. 3. caſu.*

Immo quod ſi ſtat per iudicem debeat appellans proteſtari, & pluries proteſtari de impedimento ad hoc, vt dicatur ſteteſſe per iudicem, quia vnica proteſtatio, & requiſitio, vt cauſam expediat, non ſufficit, tenet Franch. *in d. c. 8. ex ratione, ſub n. 46. ibi, ſed tu teneas in caſu noſtro de appell.* & quod requirantur plures proteſtationes ad hoc, vt ſibi reſtituatur tempus, ſcribit pro vera concluſione Maran. *d. verbo, & quandoque appellatur, num. 230. verſic. ſed iuxta hoc quæritur, f. 491.* & quod requiratur multiplex proteſtatio, & interpellatio contra iudicem ne ſequatur deſertio cauſæ appellationis, ſcribit Oſaſch. *decis. 12. appellant. ſub n. 5. verſ. in contrarium, et n. ſeqq.* & ſecundum hanc opin. tanquam * communem fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemontano teſtatur *in fine dictæ deciſionis n. 11. in fine;* Et quod partes non debeant apparere negligẽtes, ideoq; detur conſilium vt partes faciant multiplices proteſtationes iudici ad hoc, vt eis detur reſtitutio, & tales proteſtationes ſint neceſſariæ, & debeant apparere in actis, & fuiſſe factas inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime ad hoc, vt dicatur ſteteſſe per iudicem, ſcribit, loquendo de curſu temporis inſtantiæ, Gramm. *vot. 31. in cauſſa eiuſdem, ſub n. 12.* & quod ſi ſtat per iudicem, quin cauſſa expediatur intra primam inſtantiã, debeat pars expreſſe proteſtari iudici, & debeat in actis apparere de tali proteſtatione, & talis proteſtatio ſit non ſolum vtilis, ſed etiã neceſſaria, ſcribit Iaſ. *in l. 11. properandum, §. ſin autem vtraq. n. 3. verſ. nota tamẽ perpetuo, C. de iud.* & quod facto iudicis non impediatur curſus inſtantiæ, ſi pars non proteſtatur, & ad ſuperiorem non recurrit, ſcribit ſic intelligendo cõmunem opin. Theſ. Foſſan. *d. deciſ. 10. inſtantia, ſub n. 12.* & quod impeditus aliquid facere infra terminũ debeat proteſtari, & ſæpius proteſtari, alias non excuſetur, & appellatio efficiatur deſerta ſcribit Ioſ. Cumia *ſup. ritib. Sicil. c. 88. n. 68. verſ. 2. intelligendum, & n. 69.* & faciunt, quæ ſcripſi *infra q. 17. in ampl. n. 53. verſ. contra, ampl. 16.*

Quinimò vlterius, quod proteſtatio facta iudici anteceſſori in officio non prodeſſet coram ſucceſſore, & ideo adeundus ſit ſucceſſor in officio, & coram eo producenda ſint acta, & is denuo interpellandus ſit de expeditione cauſſæ, & ſit pars citanda ad cauſſam, vel ad ſententiam, refert, & ſequitur Franch. *d. c. ex ratione, nu. 48. ibi amplius etiam concludit, de appell.* & hoc, quod requirendus ſit etiã ſucceſſor in officio poſt concluſum in cauſſa, recoli, & ſequutus ſum *ſup. n. 125. & 126. art. 3. caſ. 4.*

Opinionem negatiuam contrariam: quod enim proteſtatio non ſit neceſſaria, late firmat Rip. *tract. de peſt. tit. de priuilegijs iudiciorum cauſſa peſtis, in 3. p. 2. partis principal. ſub n. 23. verſ. contrariam opinionem, & n. 24. & ſeqq. et ſignantur n. 26. fol. mihi 46.* hancq; opinionem contra cõmunem ſequuta eſt Rota; vt teſtantur, & ſequuntur Caputaq. *deciſ. 73. ſeu 6. impedimentum ad hoc p. 2.* & Creſcen. *d. deciſ. 5. n. 2. de except.* & M. Ant. Bard. *tract. de temp. vtil. c. 4. ſub n. 3. verſ. contrarium tamen, tom. 5. fol. 214.*

182 Retenta hac opinione contraria:

Extende eandem opin. vt præcipuè procedat quando impedimentum eſt notorium, & diligentia in proteſtando proficua non eſſet, quia tunc proteſtationem non eſſe neceſſariam ſcribunt M. Ant. Bauer. *tract. de mora, p. 1. ſub n. 13. tom. 6. p. 2. fol. 406. M. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. c. 4. ſub n. 3. verſ. impedimentum, to. 5. fol. 214. & Rip. dict. tit. de priuil. iudic. cauſſa peſtis, ſub num. 26. ibi, & hac concluſio maxime vera eſt, fol. 46.* Et quod vbi impedimentum ſit notorium, proteſtatio non ſit neceſſaria, refert ex communi * opin. Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 28. art. 4. ſub n. 25. verſ. in contrarium,* & ſequitur ibidem *in fine, verſ. aut notorietas,* quando impedimentum eſt inſuperabile, ſecus ſi ſit ſuperabile.

183 Reſtringe primo eandem opinionem, vt non procedat, quando impeditus vult facere actum in alio loco, & coram alijs perſonis, quam coram illis, coram quibus tenebatur, quia tunc debet proteſtari, quod ibi, & coram illis perſonis actum facit, quia eſt impeditus coram perſonis, & in loco à iure deputatis illum actum expedire, vide Rip. *ſub d. n. 26. verſ. fallit. primo.*

184 Reſtringe ſecundo, vt non procedat in caſu, quo ex probabilibus indicijs, & coniecturis dubitaretur, animum impediti fuiſſe, etiam non obſtante impedimento, non proſequi, quia tunc proteſtatio eſt, præciſe neceſſaria, vt refert, & ſequitur Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 28. art. 1. ſub n. 4.*

185 Secunda ſpecies eſt impedimentum procedens aliunde, quam ex facto iudicis: & in iſta ſpecie facilius concludo, non eſſe neceſſariam proteſtationem *Franch. in c. 8. ex ratione, num. 13. verſ. ſed dubitatur, & verſic. ſecus in alijs impedimentis, de appell. Dec. in c. fin. ſub n. 21. ibi, & quod dictum eſt de proteſtatione, eod. tit. Maran. in ſuo ſpec. part. 6. act. 2. princip. ſub n. 230. verſ. ſed iuxta hoc, ibi, ſi vero impediatur, fol. 491. & Rip. d. tit. de priuil. iudic. cauſſ. peſt. ſub n. 25.* & hæc eſt communis * opinio, vt, loquendo in impedimento procedente à neceſſitate naturæ, vel à caſu fortuito ineuitabili, refert, & ſequitur Odd. *d. q. 28. art. 2. ſub num. 2.*

† Sed an iuramento probari poſſit impedimentum, maximè infirmitatis *not. Caſſad. deciſ. 6. de appell. Guido Pap. q. 205. Rom. ſing. 201. Alex. de Neuo in c. ex ratione, n. 29. vſq; à n. 40. Pacian. de prob. c. 39. n. 6. lib. 1.*

Extende & reſtringe hanc communem opinionem, prout extendi, & reſtrinxi ſupra in prima ſpecie.

186 Declara eaſdem opiniones, in quibus diximus, neceſſariam non eſſe proteſtationẽ, vt licet non ſit neceſſaria, tamen vnanimiter teneant omnes Doctores, eam eſſe vtilem quomodocunq; & quocunq; & quocunque caſu fiat, vt in indifferẽti materia teſtatur Odd. *trac. de reſt. in integr. q. 28 art. 1. n. 1.* & quod ſit optima cautela in omni caſu proteſtari

Digitized by Google

ſtari de impedimento, ne impedito currat tempus, refert, & ſequitur Franch. *in c. vlt. ſi iuſtus. n. 13. in fine de appell.*
187 Subdeclara hanc declarationem eſſe veram quando proteſtatio fieret ante factum, ſecus ſi poſt factum, quia tunc non releuaret, *Odd. d. q. 28. art. 1. in fine, n. 6.*

ARTICVLVS X.

188 Ad Decimum articulum. *An tempora fatalium poſſint prorogari, ſub breuiari.*

Capio prorogationem: & concludo quod partes poſſunt communi conſenſu prorogare tempora fatalium, *Bar. in l. vltim. cum anterioribus §. ſin autem, & apertius Bald. in eod. §. ſin autem n. 4. verſ. pone quod accepi. in fine, ibi. per iſtam etiam. C. de tempor. appell.* dicens ex illo textu colligi, quod tempus exercendæ appellationis poteſt augeri, & minui per pactum, *And. Barbat. in addit. ibidem ad eum. Bald. in auth. ei qui appellat. n. 11. verſ. quæro nunquid partes. C. eod. tit. Franch. in c. 8. ex ratione. n. 18. verſ. ſed dubitatio eſt. ibi ſed certe licet. & Felyn. ſub n. 2. verſ. ſecundo dum firmat. ibi. dic contra. de appell. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo. & quandoque appellatur. n. 236. verſ. ſecundo limit. & ibi. in iſta tamen varietate. fol. 493. Aſin. in prax. iudic. §. 2. cap. 9. ſub n. 2. ibi contrariam vero opinionem. Oſaſc. deciſ. 28. dubitatum fuit. verſus finem n. 16.* & ita fuiſſe deciſum in Senatu Pedemontano teſtatur, & ſequitur Theſ. Foſſan. *deciſ. 244. fatalia. ſub n. 2. verſ. & hanc opinionem.* eandem videtur ſequutus Io. Ferrar. *tract. de appell. lib. 2. c. 9. n. 156. to. 5. fol. 70.* dicens hoc tempus produci poſſe partium conſenſu, hancque eandem concluſionem in puncto iuris veriorem eſſe reprobata doctrina Abbatis teſtatur Dec. *in d. c. 8. ex ratione. n. 33. verſ. ſecunda concluſio. & n. 34. & ſeqq. & n. 37. verſ. finem, & appell.* & in hanc ſententiam videtur iuiſſe Rot. *deciſ. 2. alias 360. fuit dubitatum. ſub n. 2. ibi. præterea pro parte de dilat. innon.* hancque opin. cum declaratione videtur ſequutus Ruginell. *tract. de appell. §. 10. gloſſ. 1. ſub n. 47. verſ. ſequendo primam. fol. 265.* & quod poſſint partes concordi conſenſu, & cum decreto iudicis prorogare ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 1. commiſſ. 7. prorog. fatal. c. 1. n. 2. in fine fol. 197.* & quod parte poſſint prorogare tempus trium menſium datum in Regno Franciæ ad releuandam appellationem, ſcribit Rebuff. *tract. de appell. art. 4 gloſſ. 1. n. 22. tom. 3. fol. 493.* & hæc ſententia probatur ex *d. l. fin. C. de temp. appell. & clem. 3. quandiu. de appell.*

Rationes huius opinionis ſunt plures, quas ordinate recenſet Io. And. *in loco citato n. ſeq.* licet ipſe eas non ſequatur, quia tenet ſequentem contrariam opinionem.

Contrariam opinionem; quod enim partes non poſſint expreſſe fatalia prorogare, tenuerunt Bar. ſibi parum conſtans *in auth. ſi tamen. n. 3. C. de tempor. appell. Io. And. in addit. ad Spec. tit. de appell. §. nunc breuiter. ſub n. 1. litera F. in verbo ex ratione, ibi. contrarium videtur tutius. lib. 2. f. 191. Ant. de Butr. in c. 8. ex ratione q. 5. ſub nu. 6. col. 3. ibi. d. c. quod nec terminus hominis. de appell.* quem ibidem punctualiter refert, & ſequitur Abb. *ſub n. 8.* hancq; contrariã opin. tenuit Alex, *in l. 11. properandum ſub n. 13. verſ. virũ*
* *autem. C. de iudic.* & eſſe communem * teſtantur, & ſequitur Veſtr. *in prax. li. 7. c. vlt. n. 18. & Grauat. in annot. ad eum n.*
* *42. in verbo licet tempora.* & eſſe magis * communẽ teſtatur, & ſequitur Alex. *conſ. 24. inſpecto proceſſu. in fine, n. 13.*
* *li. 4.* & quod videatur magis * cõmunis opinio, ſcribit Neuiz. *conſ. 41. ſciunt etiam. ſub n. 32. verſ. non obſtat. dũ dicimus, in fine,* & qui alij tenuerint hãc opin. recenſet Ruginel. *d. gl. 1. ſub n. 47. verſ. negatiuã, & verſ. communiorem,* & quod iſta videatur communis aduertit, ſed non ſequitur Theſ. Foſſan. *d. dec. 244. ſub nu. 1. ver. & hanc opionem. in*
* *fine;* & quod hãc teneant communiter * Canoniſtæ teſtatur anceps de veritate Car. Alex. *in d. c. ex ratione q. 14. verſ. finem ſub numero 41. verſ. in contrarium.*

Ratio potiſſima huius opinionis eſt, quia lex volens obuiare litibus, quibus iudex inquietatur, reſpublica læditur, partes vexantur expenſis, & materia criminibus ex longa concertatione præbetur, præfixit certum terminum, cui partes non debent prorogatione poſſe renunciare, quia illa terminus concernit reipub. præiudicium, *Io. Andr. & latius Abb. in locis ſupra proxime citatis.*

Quid dicendum in hac controuerſia? nam. Card. Alex. *in d. c. ex ratione, q. 14. n. 41. in fine,* relata vtraque opinione Doctorum anceps quam ſequi debeat, inquit, in hoc articulo libet dicere iſtis Doctoribus: nõ noſtrum eſt inter vos tantas componere lites. Ego tamen facilius trahor in primam opinionem, quia Doctores vtriuſque opinionis concordant, quod partes poſſint expreſſo conſenſu ſuſpendere fatalia, vt aduertit Aſin. *in prax. iudic. §. 2. c. 9. n. 3. in fine, ibi, nam cum ipſi fateantur,* & probatur ex *dict. clem. 3. quamdiu de appell.* ſed illa differentia, quam Ant. de Butr. Abb. & cæteri ſequaces adducunt inter prorogationem, & ſuſpenſionem; non videtur realis *ad tradita per Felyn. d. c. ex ratione ſub n. 2. ibi, dic contra, et Dec. n. 33. verſ. ſecunda concluſio, de appell. & Maran. d. par. 6. in verbo, & quandoque appellatur ſub n. 240. fol. 495.* vbi miratur, quod Doctores ita elaborauerint in faciendo eiuſmodi differentiam, *& Aſin. d. c. 9. n. 4. 5. & 6.*

Neque valet argumentum de inſtantia cauſę principalis ad fatalia cauſæ appellationis *iuxta ea quæ ſcripſi n. 330 art. ſeq. in tertia differentia,* quia militat ratio diuerſitatis, quam retuli, & ſequutus ſum *infra n. 322. in fine, & n. 346. in quinta differentia art. ſeq.*

189 Retenta igitur prima opinione, quod poſſit fieri prorogatio.

Extende I. eam, vt procedat, quando prorogatio non fit per modum duplicationis, ſeu triplicationis, aut alterius multiplicationis fatalium, ſed fit per conuentionem, quod per tantum tempus, puta durante tractatu, vel durante abſentia, vel per ſequentes ſeptem menſes huius anni non currant fatalia, quia ſic poſſe prorogari admittunt etiam Ant. de Butr. & Abb. *in d. c. ex ratione. Alex. in d. l. 11. properandum ſub n. 13. C. de iudic. & Lancell tract. de attent. parte 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. in præfat. n. 35. tomo 5. fol. 347.* quia eiuſmodi prorogatio eſt illa ſuſpenſio quam omnes admittunt poſſe fieri, vt conſiderat etiam Aſin. *in prax. §. 2. c. 9. n. 3. in fine, & n. 4.* prout & hanc ſuſpenſionem poſſe fieri etiam in termino præfixo a ſtatuto admittit Franch. *in d. c. ex ratione quæſt. 6. ſub n. 24. ibi vnde ſecundo aduerte de appell.*

190 Subextende hanc extenſionem, vt habeat locum etiã in tacita conuentione, quæ colligitur ex eo, quod partes faciunt actum, qui repugnat proſequutioni cauſſæ, puta, quia compromittunt cauſam, ſeu conueniunt de eundo ad Sanctum Iacobum, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra nu. 107 verſ. exemplifica art. 3. caſ. 3.*

191 Extende II. vt habeat locum etiam in fatalibus ſtatutarijs, quia ea poſſe per litigantes prorogari quando tẽpus eſt, breue, ſcribit Bald. ſuper feud. *tit. de pac. conſtant. in verbo hoc quod nos, not. 5. n. 18.* quem referunt, & ſequũtur Franch. *in c. 8. ex ratione q. 6 in fine, n. 28. ibi item aliam limitationem de appell. & Rol. à Vall conſ. 21. ſententia lata ſub n. 15. & 16. lib. 3.* immo quod facilius poſſint prorogari, refert, & ſequitur Theſ. Foſſan. *deciſ. 244. fatalia ſub n. 5. verſ. ampliatur dicta opinio.*

† Extende III. vt prorogatio fatalium poſſit fieri etiam à iudice ex cauſa iuſta puta ob nimiam loci diſtantiam, vel ſi itinera propter inundationes aquarum vel bellum minus tuta ſint, vel ſi caſus fortuitus aut fatalis occurrat in perſonam nuntij ita *Gail. d. obſeruat. 140.*

Comprobatur hæc extenſio, quia fatalia ſtatutaria ſuſpenduntur ex cõpromiſſo partium, *vt retuli, & ſequutus*

ſum ſupra art.3.caſ.3.extenſ.1.n.109.

192 Reſtringe I. hanc extenſionem, vt non procedat, quando ex verbis ſtatuti conſtaret, quod vult, inſtantiam non poſſe prorogari, *Franch.in c.8.ex ratione,q.6,n.24.de appell.* vt puta ſi ſtatutum redderet appellationis inſtantiam ad naturam cauſſę principalis, obuiando varijs aſtutijs nitentium lites protrahere, vt in ſtatuto, in quo conſuluit Anch *conſ.284.Ioannes Andreas. ſub num.2.* vel ſi ſtatutum aſſignaret certum tempus, addendo dictiones, *& non vltra*, vel, *tantum*, aut expreſſe prohiberet prorogationem, *Rug.inell.tract.de appell.§.10.gloſ.1.ſub num.47.verſ.ſequendo.*

193 Reſtringe II. declarando, vt poſſint prorogari ſolum vſque ad tempus ordinatum à lege communi, & non vltra, *Rugin.ſub dict.n.47.verſ.vbi autem.*

194 Confirmatur hæc reſtrictio; quia ſic dicimus in inſtātia ſtatutaria, quæ ſi ſit breuior inſtantia iuris communis, poteſt prorogari de conſenſu partium vſque ad trienniū, & non vltra, *Alex.in l.1.§.properandum,n.12. verſ. in tempore vero breuiori,C.de iudic.& Maran.in ſuo ſpec.par.5. in verbo,& omnia fiant durante inſtantia, n.25. verſ. prædicta tamen,fol,242.* vbi teſtatur, iſtam eſſe magis communem opin. quam ex eo refert, & ſequitur Rol.à Vall. *conſil.21. ſententia lata ſub n.16.lib.3.*

195 Extende III. vt ſicut partes poſſunt prorogare fatalia, ita à fortiori poſſint breuiare, & coarctare, quia, dum breuiant, faciunt actum, qui placet legi, & ideo ſicut poſſent in totum renuntiare appellationi, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.17.limit.2.n 1.& ſeqq.* ita multo magis debent poſſe renuntiare in parte, arctando tempora, vt *ex Cyn. refert,& ſequitur Alex.in d.l. properandum, ſub n.13. verſ. verum autem,C.de iudic.*

196 Limita I. nunc declarando eandem primam opinionem, poſitam *ſupra n.188.* vt procedat, quando durant fatalia, quia tunc poſſunt partes prorogare, vt declarant Neuiz.*conſ.41.ſciunt etiam,ſub n.30.verſ.tertio pro iſta parte,& Rugin.tract.de appell.§.10.gloſſ.1.ſub n.47.verſic. declara quinto,* & ita procedat illa prima opinio.

197 Secus eſt, quando non durant, ſed ſunt elapſa, quia tūc non poſſunt prorogari, *Bal.in auth.ei qui appell.n.11.verſ. quæro nunquid partes,C.de tempor. appellat.* dicens, partes poſſe prorogare tempus appellationis proſequendæ, niſi proſecutio eſſet prius conſumpta, *Franch in c.8. ex ratione,n.18.verſ. ſed dubitatio eſt, verſus finem de appell. Aſin. in prax.iudic.§.2 c.9.ſub n.2. Neuiz. conſ.41. ſciunt etiam, ſub num.30.verſic.tertio pro iſta parte,* dicens, quod partes poſt deſertam appellationē non poſſunt dare iuriſdictionem, & *Rugin,tract.de appell.§.10.gloſſ.1.ſub n.47.verſ.declara quinto,& verſ.6.* & ideo ſi in Curia detur commiſſio prorogationis fatalium, & in ea non narretur quod fatalia adhuc durant, debet Referendarius addere iſta verba, *quatenus durent,* vt aduertit Marcheſ.*tract.de commiſſ.p.1. in commiſſ.7.prorog.fatal c.1.n.26.fol.202.*

198 Ratio huius limitationis in prima parte eſt, quia prorogatio dicitur fieri, durante primo tempore, vt extra caſum noſtrum in materia indifferenti, & in pluribus caſibus tractat Gabr.*in concl.lib.2.de dilat.concl.2.n.1.et ſeqq.* & poteſt, ſi placent, addere, quę loquendo de prorogatione dilationis, ſcripſi *lib.præced.c.3.num.51.* Et in ſecunda parte limitationis eſt, quia per oppoſitum prorogatio non dicitur fieri, finito tempore, *Gabr.d.tit.de dilat.concl.3.num.1.& ſeqq.* & potes ſimiliter, ſi placent, addere, quæ ſcripſi *d.c.3.n.51.*

199 Infero ex hac limitatione, quod licet iudex ad quem poſt deſertam, appellationem procedat in cauſſa appellationis ad inſtantiam appellantis, citato appellato, & etiam conſentiente expreſſe, quod feratur ſententia, tamē ſententia, quam ferret ſuper meritis cauſæ, eſt nulla, quia partes non poſſunt prorogare dictionem expiratum per lapſum inſtantiæ, *Neuiz.conſ.41.ſciunt etiam ſub num.27. verſ.contrarium,& n.28.& ſeqq.*

200 Comprobatur hęc illatio, quia compromiſſum, & laudum inde ſecutum poſt rem iudicatam non valet, quia ſicut poſt res iudicatas non poteſt tranſigi ſuper rebus liquidis, & iam per ſententiam finitis, ita neq; compromitti, *Caccialup.tract.de tranſact.q.9.n.1.& 2.10.6.p.1.fol.32. Io. Andr. Anton. de Butr. Abb. Alex. Dec. Becc. & Rom. quos retuli, & ſequutus ſum lib.præced.c.2.n.94.& 95.*

201 Extende hanc illationem, vt multo magis procedat, quando is, qui obtinuit ſententiam fauorabilem, à qua aduerſarius appellauit, non conſenſit expreſſe, ſed ſolum tacite, non opponendo de re iudicata, & de deſertione per lapſum fatalium, quia ſi iudex appellationis ferat ſententiam ſuper meritis cauſæ, tali ſententia erit nulla ex defectu iuriſdictionis, *vt ex Oſaſch. Odd. Ruginell. & Neuiz.retuli,& ſequutus ſum ſupra n.117.verſ.declara primo.art.3.caſ.3.* & faciunt quę ſcripſi *ſupra q.12.n.102.*

Ratio eſt, quia conſenſus tacitus inductus ex ſola patientia non ſufficit ad prorogandum, *iuxta ea, quæ ex eiſdem retuli,& ſequutus ſum ſup.d.n.117.*

202 Confirmatur tam illatio, quam extenſio, quia ſententia, lata contra ſententiam, quæ fecit tranſitum in iudicatum, eſt nulla, *Franch.in cap.39.directa.n.10.concl.8.de appell.Crauet.conſ.103. viſis multiplicibus.n.4.lib.1.* Et quod ſententia lata contra rem iudicatam trium conformium ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, ſcribit Frāch. *vbi ſupra,* & quod ſententia, lata à iudice ad quem poſt deſertam appellationem dicatur nulla ex defectu iuriſdictionis, quia regula eſt, quod iuriſdictio expirat poſt deſertionem cauſſæ, ſcribit Cæſar. de Graſſ.*deciſ.104.alioqui 1. licet regula,n.1.& 2.de appell.fol.154.* & quod appellatione deſerta proceſſus poſtea non valeat, nec ſententia, quia eſt iudex incompetens, bene oſtendit Anch.*conſ.345. iam deſerta appellatione,per totum,* quem etiam refert, & ſequitur Rebuff.*tract.de appell.art.5.gloſſ.vna n.11.& ſeqq.to.3.fol.496.*

203 Imo eſt ipſo iure nulla, etiamſi partes conſenſerint, vt ferretur, *Gloſſ.fin.in l.14. ſi diuerſa, in verbo. agi.C.de tranſact.* quem refert, & ſequitur Caccialup.*d.q.9.n.5.to.6 p.1.f.32.* & quod non poſſit cognoſcere etiam de conſenſu partium, ſcribit Anch.*conſ.345.iam deſerta,in fine.*

Contra hanc confirmationem vide ſupra *q.11. n.196. art.8.concl.4.*

Contra illationem eiuſque extenſionem poſitas *ſupra, n.199 & 201.* vide opinionem quam ſequutus ſum *d.q.11.n.196.*

Retentis tamen ſi placet illatione, & extenſione.

204 Declara I. reſtringendo illationem, eiuſque comprobationem, vt non procedat, quando renuntiaretur prius ſpecialiter tali ſententiæ, & rei, iudicatæ, quia tunc ſententia, & compromiſſum, ac laudum inde ſequutum poſſent valere *ſecundum Caccialup. Dec.& Becc. quo retuli,& ſequutus ſum dict.cap.2.ſub n.95.*

205 Declara II. extenſionem, vt non procedat in Magna Curia, & Regijs Audientijs Regni Neapolitan. quia iſtæ Curiæ, & Audientiæ ſupremæ priuſquam pronuntient ſuper deſertione cauſſæ eo, quod proceſſus non ſit præſentatus in tempore, faciunt ſe informari ab aduocatis partium ſuper meritis cauſſæ, citra tamen præiudicium deſertionis, & ſi vident ſententiam bene latam, vel ſaltem ex facto dubio intricatam, decernunt appellationem. Si vero vident male latam eſſe ſententiam, determinant cauſſam principalem, omiſſo capite deſertionis, *Carauit. ſuper rit. 260.n.7.verſ.finem,& n.8.* ſubdens, quod quilibet bonus iudex debet ita facere, imò ſicut ab igne cauere pronuntiare appellationem deſertam, vbi videt ſententiam male latam, ſed debet vel ipſam reuocare vel abſtinere à decreto deſertionis.

Digitized by Google

206 Hæc declaratio poteſt procedere iudice ordinario appellationum, & in delegato, cui ſit commiſſa cauſſa appellationis, quia ſententia notorie iniqua nunquam tranſit in rem iudicatam: *per ea, quæ ſcripſi ſupra quæſt. 11. ſub num. 67.* & conſequenter non conſideratur deſertio; ſed quid in delegato, cui eſt commiſſum ſimpliciter, quod procedat ad legitimam executionem *vide infra q. 19. rem. l.*...

207 Declara III. vt non procedat quando pars, contra quam adducitur deſertio appellationis, excipit, & allegat impedimentum; tunc enim iudex, ſi deſertio non eſt clara, & liquida, debet decernere, quod procedatur ad vlteriora in cauſſa principali, exceptione deſertionis ad merita deſeruata: quod ſi deſertio eſt clara, & liquida, & apertiſſime conſtat, tunc non obſtante impedimento allegato, iudex debet pronuntiare appellationem eſſe deſertam, &c. *Cas nuit. d. tit. 260. ſub n. 12.*

208 Declara IV. vt non procedat, quando ſententia lata eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, quia tempora fatalia non habent locum in nullitate, quæ procedit ex defectu iuriſdictionis, quia tunc dicitur appellatum à priuato, *Bald. in l. 1. ſub n. 1. not. 3. C. qui pro ſua iuriſdictione*, quem refert, & ſequitur Vant. *tractat. nullit. rubr. quoties & mera quod tempus, &c. ſub n. 8. verſ. quicquid tamen. in fine, tom. 4. fol. 383.* Quare ſi iudex protulerit ſententiam poſt peremptam inſtantiam iuris communis, & condemnatus appellauerit, & labi permiſerit fatalia, nihilominus appellatio non dicitur deſerta, & illa ſententia adhuc eſt nulla ex defectu iuriſdictionis.

209 Declara V. vt iudex appellationis non poſſit poſt deſertam appellationem pronuntiare ſuper meritis, iuxta ea quæ dixi *ſupra num. 202. & 203.* infirmando ſententiam, tamen poteſt eam confirmare, ſi vult, Rot. *deciſ. 14. alias 98. licet appellatio interpoſita. de appell. in nou. Put. deciſ. 120. in vna legionen. n. 1. lib. 1.* Sententia enim, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poteſt confirmari, non autem per ſententiam tolli, neque puto conſirmari ei renontiat, *Rot. diuerſ. deciſ. 1434. aquen. par. 3. lib. 3. fol. 278.* & fuiſſe deciſum in Rota teſtantur Mohed. *dec. 9. alias 293. in cauſſa legionen. de appell. & Caſ. de Graſſ. deciſ. 104. alias qui 1. licet regula. num. 4. de appell. fol. 154.* præſertim ſi in commiſſione ſibi facta negotium principale expreſſe committatur, *Rot. dict. deciſ. 14. de appellat. in nou.* Et quod iudex tertiæ inſtantiæ licet reperiat ex actis appellationem à ſecunda ſententia interpoſitam deſertam, tamen, ſi de hoc non ſit quæſtio, poſſit ſecundam ſententiam confirmare, ſcribit Aeg. *deciſ. 438. iudex*, & ſimiliter poteſt pronuntiare cauſſam eſſe deſertam, *vt retuli, & ſecutus ſum ſupra quæſt. 11. num. 151.* etiam ſi ſententia eſſet ipſo iure nulla, *vt retuli, ſecutus ſum ibidem n. 159.*

210 Subdeclara reſtringendo hanc declarationem, dum dicimus, iudicem appellationis poſſe poſt deſertam appellationem confirmare ſententiam; vt ſit vera ſolum ex ſtylo Rotæ, vt loquitur deciſio citata per Caſar. de Graſſ.

Secus ergo de iure; quia, deſerta appellatione, habetur ac ſi nunquam fuiſſet appellatum, & iuriſdictio eſt reuerſa ad iudicem à quo, ſicq; diceretur lata a non habente iuriſdictionem *ſecundum Hoſt.* quem refert, *& ſequitur Franch. in c. 8. ex ratione. ſub n. 79. verſ. circa octauum membrum. de appell.* & quod deſerta appellatione, iudex ad quem non poſſit iudicare bene, vel male appellatum, vel condemnare, vel abſoluere, quia ipſo iure iuriſdictio reuolauit ad iudicem primum refert, & ſequitur Addit. ad *Rot. d. deciſ. 14. alias 98. de appellat. in nou.*

211 Excipe ab hac ſubdeclaratione caſum, in quo iudex appellationis poteſt, deſerta appellatione, confirmare, vel infirmare ſententiam pronuntiando ſuper meritis. Caſus eſt, quando coram iudice appellationis foret reuocatum in dubium de deſertione per ipſas partes, & iudex pronuntiauit, appellationem non eſſe deſertam, & à dicta pronuntiatione non fuit appellatum, quia tunc poteſt valere ſententia infirmatoria lata à iudice appellationis, *Franch. ſub dict. nu. 79. ibi. non ſic quando coram iudice: &c. & ante eum Bald. in l. 6. eos ſub n. 7. verſ. modo quæro. ibi. tu dic quod ſi dubium eſt, de appell.* quem referuntur, & ſequitur Addit. ad Rot. *d. deciſ. 14. de appellat. in nou.* & Card. Alex. *in c. 8. ex ratione. ſub n. 99. verſic. al. ſexta eſt quæſtio. de appell.* dicens, quod ſi eſt dubium, an appellatio ſit deſerta, tunc iuriſdictio ad primum iudicem non redit, ideoque, non pronuntiando cauſſam eſſe deſertam, remanet ratione dubij iudex ſuper negotio principali, & hoc, inquit Card. Alex. *vbi ſupra*, eſt magni effectus, quia licet re vera eſſet deſerta, tamen cum in caſu dubio habeat iuriſdictionem pronuntiandi ſuper deſertione, & pronuntiauerit pro non deſertione, & pars non appellat, poteſt procedere ad vlteriora; ſecus ſi ex acti conſtat de deſertione, vide etiam *ſupra q. 11. n. 199*

212 Limita II. vt non procedat in procuratore non habente ſpeciale mandatum, quia non poteſt prorogare, ſeu ſuſpendere fatalia, *Felyn. in cap. 8. ex ratione, nu. 3. verſ. tertio dum dicitur. de appellat.* & alij, quos refert, & ſequitur Theſ. Foſſanen. *deciſ. 244. fatalia nu. 7. verſ. limitatur prædict. 2.* & ex eo refert, & ſequitur Ruginell. *tract. de appell. §. 10. gloſſ. 1. ſub num. 47. verſ. declara ſecundo.* Et quod procurator non poſſit prorogare tempus trium menſium, datum in Regno Franciæ ad releuandam appellationem, ſcribit Rebuff. *tractat. de appellat. art. 4. gloſſ. 1. nu. 21. tom. 3. fol. 493.*

213 Limita III. vt non poſſit fieri prorogatio ſine ſcriptura. *Ruginell. d. §. 10. gloſſ. 1. ſub num. 47. verſ. declara tertio.* & ita ſæpius fuiſſe iudicatum in Senatu Pedemontano, teſtatur & ſequitur Theſ. *Foſſan. dict. deciſ. 224. in fine, ſub num. 7.*

214 Limita IV. vt non procedat in iudice, quia is non poteſt augere tempus proſequendæ appellationis, *Cyn. in auth. ei qui appell. in fine, numer. 5. verſ. vltimo, quæri ſolet, C. de tempor. & repar. appellat. fol. 471. & Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſſ. 1. ſub nu. 14. verſ. ſed pro ea, fol. 221.* & quod non poſſit terminum ampliare, ſcribit Dec. *in cap. 5. cum ſit Romana, not. 4. num. 11. de appellat.* & quod non poſſit excedere terminum præfixum inſtantiæ etiam vigore alicuius generalis arbitrij, ſcribit ibidem *num. 43. & 44. fallent. 1.* & quod non poſſit prorogare terminum datum à lege ad proſequendum appellationem ſcribit *numer. 45. fallent. 2.* & quod non poſſit de iure communi prorogare fatalia ſcribunt Greſen. *deciſ. 3. alias 231. prorogatio fatalium, n. 1. de offic. & poteſt. iudic. deleg. Neuiz. conſ. 41. ſenſit etiam ſub num. 27. verſ. contrarium teneo. & M. Ant. Bard. tract. de tem. vtili. c. 4. ſub num. 9. verſic. ſed in alia. tom. 5. fol. 214.* & quod non alius iudex, quam Auditor Rotæ poſſit prorogare fatalia abſque ſpeciali reſcripto, ſcribit Mandoſ. *tract. de commiſſ. in commiſſ. 18. fatal. prorog. in verbo coram R. D. And. Cameræ. fol. 105.* & quod ſyndicatores non debent poſſe extendere tempus datum à lege ad ſyndicandum, ſcribit Par. de Put. *tract. de ſynd. in verbo, & modo num. 2. tom. 7. fol. 237.* & quod iudex non poſſit prorogare, terminum datum à lege ad conficiendum inuentarium e quia iudex non poteſt reuocare factum legis ex æquitat. ſui capitis, ſcribit Rollan. à Val. *tractat. de confect. inuent part. tertia. verſ. vnum etiam. tom. 8. par. 2. folio 174.* & demum, quod non poſſit prorogare tempus, appoſitum in ſententia ad ſoluendum, nec elongare alia tempora, præfixa à iure ſine miniſterio hominis qualia ſunt tempus decem dierum ad appellandum, tempus biennij ad proſequendam appellationem, & ſimilia, ſcribit Paul. de Caſtr. viden. *in l. 2. verſ. quæro ſecundum. num. 3. & 4. ff. de re iudic.*

215 Et quod neque poſſit iudex minuere tempus proſequendæ appellationis, ſcribit Cyn. *in d. auth. ei qui appell. in fine, num. 5. verſ. vlt. quari ſolet, C. de temp. appell. fol 471.* & quod non poſſit arctare, refert, & ſequitur Bal. *ibidem num. 12.*

Et quod non poſſit minuere tempus ſtatuti, ſi ſtatutum diſponat, quod bannitus, non comparens infra octo dies, habeatur pro confeſſo, ſcribunt Dec. *in cap. 5. cum ſit Romana, fall. 7. n. 54. ibi, vnde ſi ſtatutum, de appell. & Rip. in d. l. 2. qui pro tribunali, ſub n. 17. verſ. limita & declara, ff. de re iudic.* quod ipſe ex Bal. Alber. Brun. & aliis retuli, & ſequutus ſum etiam *ſupra lib. 1. c. 97. q. 5. n. 39.*

216 Et quod non poſſit variare, ſeu breuiare tempus decem dierum, datum à lege ad appellandum, teſtatur, & ſequitur communem * eſſe opin. Rip. *in d. l. 2. num. 19. verſ. prima eſt.*

217 Declara I. reſtringendo hanc limitationem, vt licet iudex ad quem non poſſit imponere metam inſtantiæ appellationis, & fatalibus, tamen, ſi ei liquet de cauſſa partibus præſentibus, poteſt quandocumque pronuntiare, & ſic imponere terminum, & finire fatalia, *Bald. citatus ſupra n. 215.* quem quibuſdam ampliatiuis verbis additis, refert, & ſequitur Franch. *in c. 5 cum ſit Romana, col. 2. ſub n. 12, verſ. in eadem gl. de appell.*

218 Declara II. vt licet iudex à quo non poſſit in præiudicium ſuperioris ad quem arctare, vel elongare terminum, vt puta præfigendo appellanti terminum finiendi appellationem, *c. 50. ex inſinuatione, & ibi Canoniſtæ de appellat. & Abb. in cap. 5. cum ſit Romana, ſub num. 11, & 12. Franch. num. 2. not. 2. & Dec. num. 51. fallen 5. de appellat. et Rip. in d. l. qui pro tribunali, num. 21 concluſ. 2. ibi, intellige quantum, ff. de re iudic.* & communiter * omnes, quia finire cauſſam appellationis non eſt in abſoluta facultate appellantis, cum dependeat etiam à iudice appellationis, qui eſt ſuperior iudice à quo, & inferior non poteſt imponere legem ſuperiori, *dict. c. ex inſinuatione, de appell.*

Tamen terminum ad proſequendam appellationem poteſt coarctare, & elongare, quia concernit ius partis, quamuis proſecutio fieri debeat coram ſuperiore, vt declarant Abb. *in d. c. cum ſit Romana, ſub num. 11 ibi, aduerte mihi, et n. 12. et 17. Franch ſub num. 8. il primo, et Dec. ſub num. 11. ibi, in quo aduertendum eſt, de appell.* & quod iudex à quo poſſit reſtringere terminum iuris ad proſequendam appellationem, notat idem Franch. *in c. 57. oblata, not. 5. ſub n. 2. eod. tit. de appell.*

219 Pro diſtinctiori intelligentia huius declarationis, dum dicimus, quod iudex poteſt coarctare, & elongare terminum ad proſequendam appellationem, ſunt conſiderandi tres termini.

Primus terminus eſt ad inchoandam appellationem, qui eſt decem dierum, datus à lege ſine miniſterio hominis, quo elapſo, inducitur à iure deſertio cauſſæ, & hunc terminum dico à iudice non poſſe elongari, neque abbreuiari ſecundum communem * opin. quam ex Rip. retuli *ſupra*, & amplector, vti veram, quicquid in contrariũ ſcripſerint Abb. *in d. c. cum ſit Romana, num. 13. Franch. ſub n. 8. verſus finem, et Dec. n. 47. verſus ponit tamen tale tempus, de appell.* dum ſcribunt, quod iudex, exiſtente magna cauſſa, puta ſcandalo, vel alia vtilitate publica ſuadente, poteſt minuere terminum decem dierum, præfixum à lege ad appellandum, quia non per hoc præfigitur lex ſuperiori, ſed ipſi parti, quæ habet appellare.

Secundus eſt petendorum apoſtolorum, & iſte eſt 30. dierum, & iudex hunc non poteſt elongare, quia ſi elongaret, pars non teneretur pro illis redire, vide quæ ſcripſi *ſupra q. 13. n. 58. et ſeqq.* poteſt tamen breuiare, quia datur ipſi iudici.

Tertius terminus eſt ad præſentandum ſe coram iudice ad quem, & iudex poteſt iſtam elongare, & breuiare, quia hic eſt terminus iudicis, & non legis, cum lex in hoc non præfigat aliquem certum terminum ſeparatum, ſed ſolum terminum ad finiendam appellationem.

Circa hunc articulum prorogandi, elongandi, abbreuiandique terminos, datos à lege, multa dicere poſſem ex his, quæ cumularunt Doct. *in d. l. 2. ff. de re iudic.* & Canoniſtæ *in d. c. cum ſit Romana, de appellat.* ſed omitto, quia reddunt materiam brocardicam, & potius inuoluunt quam diſſoluunt.

Et in materia indifferenti, an & quando iudex poſſit prorogare, & abbreuiare tempus datum à lege, vide loca, quæ citaui *lib. præced. c. 3. n. 87. ver. occaſiones.*

220 Declara III. ſublimitando, vt non habeat locum in Rota, quia Auditoribus Rotæ Romanæ Innoc. VI. conceſſit facultatem, vt poſſint prorogare fatalia appellationis ſemel, bis, ter, & quoties arbitrio Auditoris videbitur. *Staph. tract. de ſignat. liter. inſtit. fatalia quo vigore prorogentur, num. 1. fol. 351 in impreſſione Romana, Mandoſ. tract. de commiſſ. commiſſ. 18 fatal. prorog. in princ. in verbo, lite, fol. 105. Caſſad. deciſ. 7. quamuis auditor, in principio, et num. 2. et 8. de appellat.* vbi quod poteſt prorogare etiam ſine partis citatione, *Veſtr. in prax. lib. 3. c. 5. ſub num. 3. Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 7. prorog. fatal. c. 1. n. 8. fol. 198. Ruginell. tractat. de appellat. §. 10. gloſſ. 1. num. 50.* & fuiſſe deciſum in Rota, quia Auditor poteſt, etiam parte inuita, & contradicente, prorogare, ſcribit Creſc. *deciſ. 3. alias 231. prorogat. num. 4. et 5. de offic. et poteſt. iud. deleg.*

221 Subdeclara I. extendendo hanc declarationem, vt Auditor Rotæ poſſit in vim præfatæ bullæ Innocentianæ prorogare etiam ſine partis citatione, *vt ſcribunt Mandoſ. Caſſad. Veſtr. Marcheſ. Rugin. et Creſc. in locis ſupra proxime citatis, et M. Ant. Bard. tract. de temp. vtil. c. 4. ſub n. 9. verſ. quibus tamen fol. 214.*

222 Confirmatur hæc ſubdeclaratio, quia, data facultate arbitris prorogandi compromiſſum, poſſunt prorogare ſine citatione, *vt refert, et ſequitur Aſin. in prax. iudic. §. 7. c. 5 limit 92. fol. 84.* licet compromiſſi prorogatio facta ſit partibus intimanda, *vt copioſe oſtendit Becc. conſ. 99. compromiſſum factum, n. 19. lib. 1.*

223 Extende hanc ſubdeclarationem, vt procedat etiam ſi citatio eſſet inepta, ſeu inualida, vt quia ſit citatus procurator putatiuus, ſeu alia non legitima perſona, *Caſſad. d. deciſ. 7. num. 1. et ſeqq. et n. 8.* quia quod non eſt neceſſarium, ſi nulliter adhibeatur, non vitiat, vt loquendo de libello, & citatione, poteris tu videre, quæ ſcripſi *ſupra lib. 1. c. 50. ſub n. 16.*

224 Reſtringe eandem ſubdeclarationem, vt non procedat, quando Auditor prorogaret in vim commiſſionis prorogationes fatalium, a parte impetratæ; quia illo caſu requireretur citatio partis, *Caſſad. d. deciſ. 7. quamuis auditor, verſus finem, ſub n. 8. de appell. Mandoſ. d. commiſſ. fatalium prorog. in verbo, lite et cauſſa, in fine, f. 105. et Marcheſ. d. c. 1 n. 8. in fine, fol. 198.*

225 Subreſtringe declarando hanc reſtrictionem, vt in caſu, quo extaret commiſſio prorogationis, & tamen Auditor prorogaret non in vim illius commiſſionis, ſed in vim Bullæ Innocentianæ, prorogatio teneret, etiam parte non citata; & an prorogatio dicatur facta in vim bullæ Innocentianæ, vel in vim commiſſionis, cognoſcitur ex verbis, quibus vtitur inſtans pro prorogatione: nam aut petit prorogari in vim bullæ Innocentianæ, aut in vim commiſſionis, *Caſſad. d. deciſ. 7. n. 8.* Quod ſi non appareret, qua facultate Auditor prorogauerit, debemus in dubio præſumere, eum vſum eſſe facultate, qua actus eſt validus, *Caſſad. ead. deciſ. 7. ſub n. 1.*

226 Subdeclara II. vt Auditor poſſit prorogare, ſeu denuo concedere, dummodo ante decadium fatale prroroget, ſeu

ſeu concedat, qua poſt lapaſa tempora ſententia tranſitum faceret in rem iudicatam, ideoque appellans non poſſet obtinere prorogationem, ſed indigeret reſtitutione in integrum aduerſus lapſum fatalium, *Steph. tract. de ſignat. liter. inſt. fatalia quo vigore prorogentur nu. 1. in fine fol. 351. in impreſſione Romana*, quem refert, & ſequitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 7. prorogationis fatalium, cap. 1. n. 10. fol. 198.*

227 Subdeclara III. vt prima prorogatio detur ad annum, & ſecunda, & vlteriores dentur ad ſex menſes, *Steph. vbi ſupra, Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. 18. fatal. prorog. in verb. lite & cauſſa fol. 105. & Marcheſ. tract. par. 1. commiſſ. 7. prorogat. fatal. c. 1. n. 9. fol. 198.*

Ratio quare prima prorogatio detur ad annum & non vltra, eſt, quia de natura prorogationis eſt, vt cenſeatur facta ad tantundem tempus, & non vltra, & ſub eiſdem qualitatibus, ſicut dicimus in tacita reconductione, *Tiraq. tract. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 10. numero 27. & 28.* & in terminis noſtris M. Ant. Bard *tract. de temp. vtil. c. 4. ſub numero 8. tomo 5. fol.* 214. Et quod prorogatio debeat fieri cum ſuis qualitatibus, alias non teneat, & ideo, ſi appoſitum eſt tempus, vt talis cauſſa expediatur intra menſem, poteſt fieri prorogatio ſolum ad alium menſem, & non ad duos menſes, ſed benè poteſt hodie fieri prorogatio ad vnum menſem & poſteà ad alium, *Felyn. in c. 4. de cauſis ſub numero 2. limit. de offic. & poteſt. 2. ind. deleg.* & quod prorogatio compromiſſi debeat fieri pro tempore, quo factum eſt primum compromiſſum, & non ad longius tempus, ſcribit M. Ant. Blanc. *tract. de compromiſſ. quaſt. 7. princip. numero 51. verſ. intellige etiam & nu. 54. tomo 3. parte 1. fol.* 185. ſed de iure datur annus ad proſequendam appellationem, *vt dixi ſupra numer. 2. articul. 6.* Ergo.

228 Declara IV. ſublimitando, vt non procedat in Principe, quia is dubitate poteſt prorogare, & facere omnia alia, quæ reſpiciunt ſolemnitatem proceſſus.

229 Subdeclara extendendo hanc declarationem, vt iſta declaratio habeat locum non ſolum quando ipſemet Princeps cognoſcit, quia tunc non eſt opus prorogare, ex quo coram Principe fatalia nunquam currunt, iuxta ea quæ ſcripſi *ſupra num. 131. art. 3. caſ. 4.* ſed etiam quando cognoſcit alius, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, & Princeps ei reſcribit, vt proroget, quia tunc poteſt ille iudex in vim commiſſionis, & reſcripti prorogare fatalia, & inſtantiam iuxta formam reſcripti: Quare in Rom. Curia inuenta eſt commiſſio prorogationis fatalium, cuius formam ponit Mandoſ. *tract. de commiſſ. in 18. commiſſ. fatal. prorog. fol. 104. in fine*, &c, quia huius commiſſionis vſus eſt frequens in Curia, expedit, vt aliqua notabilia ſcribamus.

230 Nota primo circa hanc declarationem, quod vſus huius commiſſionis fuit inuentus præcipuè ad tollendas diſputationes, an inſtantia ipſo iure non currat, *Mandoſ. tract. de commiſſ. in 18. commiſſ. fatal. prorogat. in verbo, expedire poſſe, fol. 106.* ſeu an fatale duret, nec ne, *Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 7. prorog. fatal. c. 1. ſub n. 21. fol. 201.* & conſequenter ad tollendas multas alias dependentes controuerſias, an impedimentum eſſet neceſſarium, & ineuitabile, an potuerit remoueri; an appellans illud euidenter probauerit; an fuerit in aliqua negligentia, & ſimiles.

231 Nota ſecundo, quod ad impetrandum hanc commiſſionem debet orator in ea narrare vel iudicis impedimentum propter cauſſarum multitudinem, vel impedimenta propria, puta paupertatem, vel quod teſtes examinandi ſunt in longinquis partibus, & ſimilia, de quibus in propoſito huius notabilis Mandoſ. *tract. de commiſſ. in 18. commiſſ. in fatal. prorog. in verbo, expedire poſſe fol. 106. & Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 7. prorog. fatal. cap. 1. numero 21. fol. 201.*

232 Nota tertio, quod ad impetrandum hanc commiſſionem non eſt neceſſaria citatio partis, *Marcheſ. d. commiſſ. 7. c. 1. n. 57. in fine, fol.* 200. requiritur tamen, quando præſentatur ad dicendum contra commiſſionem, & videndum prorogari iuxta tenorem dictæ commiſſionis, *Caſſad. deciſ. 7. quamuis auditor ſub n. 8. verſic. negatiua vero, & n. 9. de appell. vide ſupra n. 224.*

233 Nota quarto, quod hæc commiſſio dans facultatem prorogandi intelligitur non ſolum de vna vice, ſed de vlteriori vice, quia verbum, quod poteſt referri ad plures actus, tunc refertur ad primum, quando primus actus conſumit effectum, alius ſecundum intentionem loquentis intelligitur etiam de vlteriori actu, *Mohed. dec. 7. alias 172. in cauſſa Salernitan. de appell.*

Quid ſi princeps expreſſe reſcriberet iudici in commiſſione, vt toties, quoties opus fuerit proroget, nunquid illa verba importent numerum infinitum, vel reſtringantur ad duas vices tantum, & non vlterius? Eſt non leuis difficultas, in qua & ſi Marcheſ. *tract. de commiſſ. parte 1. commiſſ. 7. prorogat. fatal. c. 1. ſub num. 22. fol.* 201. ex ſententia Mandoſij aſſerat, non poſſe vltra duas vices prorogari; tamen Mandoſ. in *trac. ead. commiſſ. in verbo toties quoties fol.* 106 articulo diſputato, non magis vni, quam alteri opinioni adhærere videtur: & pro hac difficultate poſſunt adduci, ea, quæ ſcripſi *lib. prac cap. 2. numero 638. & ſeqq.* ſed, omiſſa diſputatione, ego ſum in ea ſententia, quod iudex non poſſit prorogare vltra duas vices, quia reſcripta Principis debent intelligi, vt habeant conformitatem cum diſpoſitione iuris communis, & ius commune, odio habens lites, concedit ſecundum annum ex cauſſa, & per viam reſtitutionis in integrum concedit tertium annum: Ergo ſic interpretari debemus reſcriptum principis: quare data commiſſionem cum præfatis verbis *toties quoties*, Referendarius deberet illa delere, quia commiſſio cum præfatis verbis concedi non ſolet, *Marcheſ. d. tract. de commiſſ. par. 1. commiſſ. 7. prorogat. fatalia, c. 1. ſub numero 24. ibi, et ideo deleantur fol.* 202. & ideo Gregor. XIII. vt refert idem Marcheſ. *ſub d. n.* 24. mandauit: ne in ſecunda inſtantia fatalia prorogarentur vltra tertiam vicem, & quod non daretur commiſſio.

Contra hanc opin. facit, quia, data arbitris facultate prorogandi toties quoties, vidi in quadam magna cauſſa iudicatam, potuiſſe arbitros prorogare vltra duas vices, & Auditores Rotæ, quibus ex bulla Innocentiana conceditur facultas prorogandi toties, quoties eorum arbitrio, poſſunt prorogare vltra duas vices.

Non recedas ab opin. firmata, & ad iſta contraria reſpondeo, quod in arbitris militat fauor dirimendæ litis, & in Auditoribus Rotæ conſideratur, quod ſunt plures, & ideò magis de illis confidendum eſt, *Mandoſ. vbi ſupra* & quia eorum tribunal dicitur tribunal Papæ, *vt dixi ſupra lib. 1. cap. 26. in fine*, & coram Papa debet ceſſare deſertio cauſſæ.

234 Nota quinto, quod impetrata prorogatione fatalium currente primo anno, non conceditur deinde ſecundus annus, qui concederetur de iure, ſi non fuiſſet impetrata prorogatio: & ratio eſt, quia petens & obtinens prorogationem videtur eligere aliam viam, quam viam habendi ſecundum annum, & ita fuiſſe deciſum in Rota refert & ſequitur Mandoſ *tract. de commiſſ. in 18. commiſſ. fatal. prorogat. in verbo proroget. quæſt. 3. ibi contrarium concluſit. fol.* 109. quare lapſa prorogatione, cauſſa efficitur deſerta.

235 Nota ſexto, quod terminus prorogationis non incipit à die, qua datur prorogatio, ſed incipit à die qua expirat terminus prorogatus, *Mandoſ. tract. de commiſſ. in 18. commiſſ. fatal. prorog. in verbo lite et cauſſa fol.* 105.

236 Aduerte tamen, quod prorogans non debet dicere, Proro-

Digitized by Google

Prorogamus ad tale tempus, finito iſto, quia prorogatio non teneret, quia eſſet facta relatio ad tempus inhabile, *Felyn. in d. c. 4. de cauſis, declar. 4. n. 4. de offic. & poteſt. iud. deleg. & M. Ant. Blanc. tract. de comprom. q. 7. princ. n. 57. verſ. idem dicas, tom. 3. p. 1. fol. 185.*

237 Nota ſeptimo, quod Referendarius nō debet manum apponere in commiſſionibus prorogationis fatalium, niſi in quibus prima vice ipſa prorogatio petitur ex diſpoſitione Bullæ Pij IV. ſuper reformatione ſignaturæ iuſtitiæ, *verſ. nec etiam manum.*

238 Nota octauo, quod commiſſio prorogationis fatalium ſi petatur ſecunda, vel vlteriori vice vltra primam, debet proponi in Signatura gratiæ ex diſpoſitione dictæ Bullæ Pij IV. ſuper reformatione ſignaturæ iuſtitiæ. Secus ſi petatur prima vice, quia poteſt peti in Signatura iuſtitiæ, & ita tu intelligas Marchel. *tract. de commiſſ. p. 1. commiſſ. 7. prorog. fatal. c. 1. ſub n. 17. fol.* 200. dum promiſcue loquitur de vtraque Signatura huius commiſſionis.

239 Expeditis iſtis notabilibus.

Declara IV. eandem quartam limitationem loquentem de reſtrictione termini poſitam *ſupra n.* 215. vt quāuis iudex a quo, ſeu appellans poſſent forſan reſtringere hunc terminum; tamen appellatus certo non poteſt, *Franch. in c. 57. oblata not. 5. ſub n. 2. de appell.*

240 Declara V. vt neque iudex ad quem poſſit breuiare terminum ad proſequendam appellationem, etiam ad petitionem appellati, cum appellatus non poſſit nimium præcurrere, & præuenire appellantem, *Franch. in cap. 57. oblata, ſub n. 4. not. vlt. de appell.*

Ratio differentiæ quare iudex à quo poſſit abbreuiare terminum iuris, & cogere appellantem ad proſequēdum, & iudex ad quem non poſſit, eſt, quia in iudice, à quo fit præiudicium cum ſuſpendatur eius iuriſdictio per appellationem, ideo intereſt ſua; ſecus eſt in iudice ad quem, cui non fit præiudicium, *Franch. vbi ſup.*

ARTICVLVS XI.

241 Ad vndecimum articulum. *In quibus differant fatalia ab inſtantijs primæ cauſa.*

Reſpondeo, differre in multis, quorum ego quinque proſequar.

¶ Prima differētia eſt, quod fatalia habent vnum annum, & ex cauſa biennium, & deinde per viam reſtitutionis, vt declaraui *ſupra n. x. art. 2.*

Inſtantia autem de iure communi durat triennio in ciuilibus, *l. 11. properandum, & ibi Cyn. Bar. Bal. Salic. Ale. & Iaſ. de iudic. Maran. in ſuo ſpec. p. 5. a. 2. & 5. fol. 239. & 240. Carauit. ſuper rit. 248. n. 1. Aſin. in prax. iudic. in princ. c. 3. n. 15. & ex Spec. Io. Bap. Lanfr. Ant. de Butr. Abb. & Veſtr. retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 2. n. 675.*

242 Et in criminalibus durat biennio, *d. l. properandum, & Doct. in ea, Maran. Carau. & Aſin. vbi ſup.* & hæc eſt concluſio communis, * quæ non habet difficultatem.

243 Hæcque eadem inſtantia iuris communis ſeruari debet in Regno Neap. ex diſpoſitione *rit. 248. & ibi Carau. n. 1.* & notat Maran. *in ſuo ſpec. p. 5. princ. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, q. 2. n. 5. in fine, fol. 240.*

Ratio cur lex præfixerit certum terminum primæ inſtantiæ, eſt, vt obuiet litibus, quibus iudex inquietatur, reſpublica læditur partes vexantur expenſis, & materia criminibus ex longa concertatione præbetur, vt bene conſiderant Io. And. & Abb. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 188. verſ. ratio potiſſima.* vtinam iudices id attenderent; video enim lites ex litibus fieri, & euadere immortales, etiam ſi de re minima agatur.

244 Amplia I. hanc communem concluſionem, & differētiam, vt inſtantia triennalis habet locum etiam in cauſis ſummarijs, *Abb. in c. penult. n. 22. verſ. additio, & Felyn. col. penult. n. 23. verſ. inſtantia in cauſſis, de iudic. Alex. conſ. 56. viſis actis, n. 10. verſ. ad prædictorum, lib. 2. Socc. conſ. 95. incipiendo primum, num. 2. lib. 1. Iaſ. in d. l. properandum, num. 9. & ſeqq. C. de iudic. Affl. dec. 356. in quadam cauſſa, num. 7. Bero, conſ. 114. circa, n. 4. verſ. nec obſtat, lib. 3.* & hanc eſſe frequentioribus * calculis receptam, & probabiliorem opin. teſtatur Aſin. *in pract. iudic. in princ. c. 3. n. 42.* multis pro ea citatis ſub *n. 37. verſ. contrariam vero opin.* & in hanc opinionem videtur ſuccinctè inclinaſſe Bened. de Barz. *tract. de guarentig. p. 2. q. 5. tom. 6. p. 2. fol. 347.*

245 Comprobatur primo hæc opinio, quia licet in cauſſis ſummarijs non requiratur conteſtatio litis, *Mar. Socc. in cap. vlt. quoniam frequenter fallen. 18. ſub n. 26. vt lit. non conteſt. Rot. Card. & Maran.* quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. cap. vlt. n. 11.* & inſtantia incipiat à conteſtatione litis, *vt retuli, & ſequutus ſum infra n. 339. verſ. quarta differentia.* Tamen in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, incipit inſtantia ab ea die, qua cœpit tractari de meritis cauſæ, *Cyn. in d. l. properandum, n. 5. Bar. in §. & ſi quidem n. 1. Bal. n. 1. verſ. nota hic quod tempus, Salyc. nu. 3. ibi. ſed in caſibus, Alex. n. 2. verſ. in cauſſis autem, C. de iud. Marian. Socc. in cap. venerabilis, art. 8. ſub num. 24. verſus finem, de iudic. inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 1. fol. 98. Curt. Sen. in l. 1. ſub nu. 14. C. de iureiur. prop. calum. inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 2. fol. 131.* & ex Bar. Bal. Paul. de Caſtr. Rom. Iaſ. & Maran. retuli, & ſequutus ſum *d. lib. 1. cap. vltimo n. 12.* & ſentit Bal. *in l. 3. edita, in 1. repetit. verſ. vnde dubitari, n. 48. C. de eden.* dicens, quod conteſtatio fit, cum reus cōtradicit ſuper negotio principali, & in hoc conueniunt communiter * omnes.

246 Comprobatur ſecundo, quia in cauſſis ſummarijs fertur ſententia diffinitiua, & tamen ſententia diffinitiua ferri non poteſt ſine inſtantia præcedente, *Iaſ. in d. l. properandum, num. 12. verſ. tertio adhuc fortius; quod ſentiunt etiam Curt. Sen. in d. l. 1. numer. 15. C. de iureiur. prop. calum. & Franch. Aret. in cap. penult. in vltimis verbis, de iudic.* dicens, verius eſſe primum dictum, vt inſtātia habeat locum etiam in his, in quibus lis non conteſtatur, ſi tamen ſperetur ſententia diffinitiua.

Contra hanc communem ampliationem facit, quod ſcribit Bar. *in l. 19. litibus, n. 7. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* dicens quod *l. properandum,* præfigens inſtantiam cauſæ, non habet locum in caſibus, in quibus lis non conteſtatur, & multos citat loquendo promiſcue de cauſſis ſummarijs, & executiuis, Aſin. *in prax. iudic. in princip. cap. 3. ſub n. 34. verſ. verum, & n. 36. & 37.* quos ipſe non ſequitur in propoſita ampliatione, nec ego refero, quia loquuntur in caſu ſequentis ampliationis.

Confirmatur hæc cōtraria opinio, quia in cauſis ſummarijs non ſunt neceſſariæ ſolemnitates iuris ciuilis, de quibus dixi *ſupra lib. 1. c. 53. diffic. 8. n. 11.* Sed inſtantia eſt ſolemnitas iuris ciuilis. Igitur non eſt neceſſaria.

Reſp. huic confirmationi, quod iuriſdictio eſt de iure naturali, & eſt ſubſtantia iudicij, & iudici, dum præfigitur inſtantia, tollitur iuriſdictio extra inſtantiam; & datur inſtantia, vt litium ſit finis, præſertim in cauſſis ſummarijs, in quibus lites debent eſſe breuiores. Cum ergo inſtantia contineat iuriſdictionem, ſequitur, quod iudex tam in ordinarijs, quam in ſummarijs debeat ſeruare tempora inſtantiæ.

247 Retenta ampliatione, quæ eſt vera, & communis.

Infero, quod quamuis cauſa dotis ſit ſummaria, tamen in ea habet locum inſtantia iuris communis ſecundum magis communem * opin. quam refert, & ſequitur Aſin. *in prax. iudic. in princ. cap. 3. n. 68. in fine, verſ. ſolent præterea, & n. 74.* & eſſe communem * refert, & ſequitur Ioſ. Cum ſuper ritib. *Sicil. c. 19. n. 79.*

248 Amplia II. vt habeat locum etiam in cauſſis executiuis, puta quando inſtrumenta habent executionem paratam.

ratam vel ex iure communi, vel ex iure municipali; *Bal. in l.1.not. 3. num.3. verſ. & hoc facit.in fine,C. de iureiur. prop.calum.* quem referunt, & ſequuntur Paul. de Caſtr. *ibidem ſub num.5.& 6.& in l.2.§.obſeruari.C.eod.tit.& in d.l.properandum.& ibidem Alex.ſub nu.3. ibi.ſed ipſemet. & ſub num.4.ibi ſed verior videtur.& Iaſ.ſub num.8. verſ. breuiter tene contrariam.C.de iudi. Alex.in conſ.50. viſis actis.ſub n.7.verſ.præterea.& num.8.& ſeqq.lib.2. Soc. conſ.95. verſ. capiendo primum.num.2.lib.1. Maran.in ſuo ſpec.par.5.in verbo.& omnia fiant durante inſtantia. ampl. 3.num.8. fol.240.* & in hanc videtur ſuccinctè iuiſſe. Bened.de Barz.*tract.de guarentig.par.2.q.5.tom.6.par.2.fol. 345.* & hanc eſſe communem * opin.teſtatur, & ſequitur cum limitationibus Affl.*in conſtit.hac lege.ſub n.7. verſic. an autem quando proceditur.lib.1.* & eſſe communem * teſtatur, ſequitur, & defendit Ioſ. Cumia *ſuper ritib. Sicil. cap.4.num.19.& ſeqq. verſ. quæro circa hoc.* & eſſe magis communem * refert, ſed ſequitur ſub diſtinctione, de qua inferius, Lancell.*tract.de attent.par.3.cap.23.quando, & intra quod tempus &c num.103.& 105.tom 5.fol.426.*

Confirmatur hæc ampliatio, quia ſi iudex pronuntiat, inſtrumentum eſſe mandādum executioni, talis pronuntiatio dicitur ſententia diffinitiua, *ſecundum Alex. Maran.Ioſ.Cum. & Rugiuell.* quos citaui, ſed non ſum ſequutus *infra q.17.limit.47. memb.1.ſub num.191. verſ.contra vtramque.* Ergo requiritur, quod præcedat inſtantia, vt dixi *ſupra n.246 compr.2.*

Contrariam opin. quod enim non habeat locum inſtantia quando petitur executio inſtrumenti, habentis paratam executionem, tenet Bar.*in l 19.tit.b. ſub num.7. C.de agricol.& cenſit.lib.11.* quem refert, & ſequitur Bal. *in l.41.tale pactum.§.qui prouocauit,ſub n.11.q.10.verſ.addedicit.in vltimis verbis.ff.de pact.fol.mihi 141.Ang.Aret. in l.4.ab executore, num.11.ff.de appell. & relat.* hanc eandem opin. negatiuam veram putat, & ſequitur Ant. de Canar. *tract. de execut.inſtr. quæſt.33. ſub numero 71. verſus finem,tom.5.fol.44.* eandem videtur ſequutus Franch.Aret. *in cap.penult. in fine, de iudic.* dicens, quod cum in iudicio executiuo non ſperetur ſententia diffinitiua ideo mirum non eſt, ſi in eo non datur inſtantia. Eandē opin. videtur ſentire Bal.*in l.8. conſentaneum in fine,ſub n. 49.verſ.extra quæro. C. quom. & quan.iudic.* vbi formata difficultate de præſcriptione ſtatutaria contra eos, qui per decennium non petierunt debitum, neque fecerunt fieri executionem, concludit, quod non putat primum decretum perire lapſu trienniȷ, quia non habet inſtantiam triennalem ex quo *l.properandum*, requirit duo, videlicet, quod lis ſit conteſtata, & quod non ſit ſententiatum, adde quos citat Aſin.*in prax.iudic.in principio c.3. ſub n.37.*

Quid dicendum? Diſtinguo duos caſus principales.

Primus caſus eſt in executione inſtrumenti habentis executionem paratam, prout in caſu iſto loquitur ampliatio.

Secundus eſt in executione ſententiæ, & rei iudicatę.

In primo caſu ego tenerem opinionem negatiuam contra ampliationem, quod executio non habeat inſtantiam; & ideo concurro cum diſtinctione, quam adducit Curt.Sen.*in l.1.numero 13. & ſeqq. et particulariter num. 15.in fine,C.de iureiur.prop.calum.* dicens, quod, implorato iudicis officio in executione ſententiæ, & pari modo implorata executione publici inſtrumenti habentis virtutem rei iudicatæ, non datur aliqua inſtantia, & ideo, *numero 16.* inquit, diuerſa eſt cauſa ſummaria ab executiua.

Niſi ageretur via ordinaria actione reſultante ex inſtrumento, & non via executiua, quia tunc haberet locum inſtantia, *vt Aduertit Ant.de Canar.d.qu.33.ſub n.71.* & hoc non habet difficultatem, quia agendo via ordinaria renuntiat executioni inſtrumenti.

249 In ſecundo caſu diſtinguo: Aut executio ſententiæ petitur actione in factum, & certum eſt, quod, tunc eſt inſtantia, *Bald.in l.1.§.is videtur, verſus finem, ibi ſi autem agitur actione in factum, ff.ſi quis ius dicen.non obtemper. Cur.Sen.in d l.1.ſub numer.13.ibi, ſecundo modo, et concludenter, num.16.verſ.ſecundo vero caſu C.de iureiur.prop. calum. Ant.de Canar.d.quæſt.33.ſub numer.71. Affl.deciſ. 346.in quadam cauſa ſub num.9. et tonet in conſtit.hac lege num.8.verſ.ſed iſta communis lib.1. et Aſin.in prax.iud. in principio, cap.3.ſub numero 46.et propriè ſub num.48. ibi planè ſi in factum.* qui omnes ſequuntur Baldum *vbi ſupra*: moti ea ratione, quod tunc ſit neceſſarius libellus, & ſit neceſſaria litis conteſtatio, & ex Aſin. refert, & ſequitur Lancell.*tract.de atten.par.3.c.23.n.105. in fine, et numero 106.tomo 5.fol.426.* Aut executio ſententiæ petitur officio iudicis, & tunc ſubdiſtinguo. Vel contra petita executionem nihil opponitur, ſeu nihil aliud iudex habet pronuntiare, quam exequi ſententiam; & illo caſu non eſt dare inſtantiam; & in illo caſu intelligo Bal. *in d. §.is videtur, verſ.finem, ibi opinio aduocatorum.* dum dicit, opinionem aduocatorum eſſe, quod non ſit inſtantia vbi petitur executio, quia expeditur per interlocutoriam, & hoc, inquit, agitur officio iudicis, *Curt.Sen.in d.l.1.ſub n. 13.et 14. Affl.d.deciſ.346.num.9.* & ita declarauit Conſilium Neap. *teſte Affl.d.deciſ.346.ſub num.12.* Vel iudex habet aliud pronuntiare vltra executionem ſententiæ, & tunc eſt dare inſtantiam executionis, & ita iudicauit conſilium Neapo. *Affl.vbi ſupra,* & ita videtur ſentire Bal.*in l.2.col.2.ſub numero 3.C.de execut.rei iud.* dicens, quod ſi petendo executionem ſententiæ, deſcenditur ad nouam petitionem, vt quia petitur interponi primum, vel ſecundum decretum, non eſt officium mercenarium, ſed nobile, in quo officio nobili Aſin. *in prax.iudic.in princip. cap. 3.num.49 in fine,et 50.* ait, quod datur inſtantia, vide omnino Affl.*d.conſtit.hac lege,ſub num.9.lim.3.et numero 10.* vbi declarat.

250 Retenta diſtinctione huius ſecundi caſus.

Infero, quod cum pro reuocatione attentatorum regulariter procedatur officio iudicis mercenario ad petitionem partis, non conſideratur inſtantia, & ideò lapſu trienniȷ non perit, *Lancell.tract.de attent.parte 3.cap.23. quando et intra quod tempus etc.ſub n.106.fol.426.*

251 Aduerte I. pro clariori eius intelligentia, quod, vbicunque in executione rei iudicatæ requiritur libellus, & litis conteſtatio, ſemper habet locum inſtantia; & requiritur litis conteſtatio, quando agitur actione iudicati, ſeu in factum, *Bal.in l.2.ſub numero 2.ibid.aut agitur actione iudicati, & numero 8. verſ.modo quæro C.de execut.rei iud. Affl.d. deciſ.346. ſub numero* 10. vbicunque vero non eſt neceſſaria litis conteſtatio, tunc agitur officio iudicis mercenario, & ideo inſtantia non habet locum, quia officium iudicis perpetuum eſt, *Bal.d. num.8.* & quod non habeat locum inſtantia, quando imploratur officium iudicis mercenarium, refert, & ſequitur Lancell.*dict.cap.23. ſub num.6.*

252 Aduerte II. quod officium iudicis quo petitur executio ſententiæ, & non datur inſtantia, non habet locum, niſi ſententia ſit liquida, cui nihil poſſit opponi; quare, ſi non eſt liquida, tunc eſt neceſſaria actio in factum, & idem ſi inſtrumentum ſententiæ caſu eſt perditum, oportet quod libellus offeratur, & hoc verum, ſi reus petit ſibi libellum offerri, alioquin officium iudicis patrocinatur indiſtinctè, *Bald.in d.l.2.ſub numero 2.col.2 in principio, ibi dicet aliquis. Affl.d.deciſ.346.ſub numero 11.*

253 Amplia III. vt habeat locum etiam in cauſis ciuilibus in quibus proceditur per officium iudicis, *Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in verbo & omnia fiant durante inſtantia ampl. 2.n.7.fol.240.*

254 Amplia IV. vt inſtantia criminalis, quæ eſt biennij, habeat locum etiam in proceſſu per inquiſitionem ex nobili officio iudicis, vt benè diſputando tenet Bal. *in l. 11. properandum, ſub n. 7. verſ. in contrarium videtur. & n. 8. & ſeqq. vſque ad finem, C. de iudic.* quem refert & ſequuntur Alex. *ibidem in fine, n. 25. & Abb. in cap. penult. in fine, n. 23. de iudic. & Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, n. 6. ampl. 1. fol. 240.* & rationes, quibus mouetur Bal. fuit multum bonę.

Declara reſtringendo iſtam ampliationem, vt procedat in cauſſis, in quibus fiſcus, ſeu accuſator agit ad pœnam contra delinquentem; prout in iſtis terminis loquitur ampliatio.

Secus eſt in cauſſis fiſcalibus, quia in iſtis inſtantia eſt perpetua, & non clauditur triennio, vide *infra num.* 264.

255 Amplia V. vt habeat locum tam coram ordinario, quam coram iudice delegato. *l. 11. properandum. ibi. ſed omnes iudices. C. de iudic. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in verbo. & omnia fiant durante inſtantiam. ampl. 4. n. 9. ſol. 240.*

256 Amplia VI. vt habeat locum etiam in cauſſis coram arbitris, quia etiam in eis ſeruatur ciuilis inſtantia triennij, *vt ex Azo. Spec. Io. Bapt. Lanfr. de Orian. Guid. Pap. Boer. Blanc. Abb. & alijs retuli, & ſecutus ſum lib. præced. cap. 2. ſub n. 673. verſ. ſecunda. & n. 678.*

257 Reſtringe hanc ampliationem, vt non procedat in arbitratore, quia coram eo non habet locum inſtantia, *Aſin. in prax. iudic. in principio cap. 3. num. 60. & ſeqq. n. 66.* ſed ego nihil hic firmo de hac reſtrictione, ideo vide Salyc. *in l. 77. ſi ſocietatem. q. 4. ſub n. 8. ibi. ſed in arbitratore, ff. pro ſoc. & Doct. in cap. 23. quintanallis. de iureiur. Bapt. de de S. Blaſ. Io. Bapt. Lanfr. de Orian. & Maran.* ad quos in iſto articulo me remiſi *lib. præced. cap. 2. n. 694.*

258 Amplia VII. notabiliter, vt habeat locum etiam coram iudice, ad quem petitur reductio ad arbitrium boni viri à laudo arbitri, ſeu arbitramento arbitratoris, quia coram eo durat, quantum durat inſtantia cauſſæ principalis ſecundum communem * opinionem, de qua teſtatur, & ſequitur Lanfran. de Orian. *tract. de arbitr. diuiſ. 7. quæſtio. 71. n. 53. tom. 3. par. 1. fol. 220.*

Contra iſtam ampliationem: quod enim duret quantum durat inſtantia cauſſæ appellationis, videntur ſentire Gloſſ. & Ang. quos citat Lanfr. *vbi ſupra.* & in terminis noſtris ita putat Papien. *in pract. form. libell. quo agit ad pœn. compromiſſ. in gloſſ. nec reductio. n. 7. verſ. circa prædicta. fol. 460.*

Alij dicunt, quod inſtantia reductionis ad arbitrium boni viri durabit, quantum durauit compromiſſum, *vt refert Papien. vbi ſupra.*

259 In foro Capitolino ex forma ſtatutorum Vrbis *lib. 1. cap. 176.* cauſſa reductionis ad arbitrium boni viri debet terminari infra tres menſes.

260 Amplia VIII. vt habeat locum, etiamſi litigator, pendente lite, moriatur, quia nihilominus inſtantia non perit, ſed continuatur in hæredem, *Bar. in l. 78. Lucius. §. rogatus. ff. ad ſenatuſconſ. trebell. Socc. conſ. 31. proſequendo ordinem. num 8. verſ. aduertendum. eſt lib. primo. & Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in verbo. & omnia fiant durante inſtantia. ampliat. 6. num. 12.* & quod inſtantia incepta per prædeceſſorem tranſeat in ſingularem ſucceſſorem tenuit Rota, *vt teſtatur, & ſequitur Mohed. deciſ. 1. alias 41. poſt non paucam. de iudic* quem refert & ſequitur M. Ant. Bard. *tract. de temp. vtil. cap. 13. num. 4. tom. 5. fol. 219.* & adde quæ ſcripſi *ſupra art. 6. num. 161.* vbi loquutus ſum de inſtantia fatalium, ſed circa totam materiam huius ampliationis poteris, tu videre ea omnia, quæ latè cumulauit Aſin. *in prax. iudic. §. 2 cap. 12. & 13.*

261 Amplia IX. vt habeat locum etiam in cauſſa nullitatis, quia & ſi de nullitate poſſit agi vſque ad triginta annos, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 102. & infra q. 19. rem. 1. concl. 7. num. 1.* tamen inſtantia iudicij in cauſſa nullitatis durat triennio, ſicut durant reliquæ inſtantiæ, non enim inuenitur, quod cauſſa nullitatis habeat determinatam inſtantiam per aliam legem, quam per *l. 11. properandum. C. de iudic.* Bald Franch. Card. Alex. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 102. verſ. tamen inſtantia.* vbi vide.

262 Declara hanc ampliationem, vt procedat ſimpliciter, quandò intentatur nullitas de per ſe, ſeu principaliter cum appellatione, quia tunc eius inſtantia durat triennio, *vt ex Franch. retuli & ſequutus ſum ſupra hac ead. q. num. 96. in fine,* & currunt ſimul tempora inſtantiæ appellationis, & inſtantiæ nullitatis, quando fit ſimul proſecutio, vt ibidem dixi, & ſic inſtantia appellationis abſoluetur biennio, & inſtantia nullitatis triennio.

Secus quando nullitas venit incidenter, & adherenter appellationi, quia tunc perit cum inſtantia appellationis, vide ſupra *num. 101. & infra q. 17. limit. 2. in fine ſub num. 151.*

263 Amplia X. vt hanc inſtantiam præfixam à iure communi partes prorogare non poſſint, *teſtibus Gloſſ. Cyn. Bar. & alijs, quos citaui, & ſequutus ſum infra n. 30. in tertia differentia.*

264 Limita I. nunc eandem communem concluſionem, poſitam ſupra *num. 241.* dum dixi, inſtantiam durare ſolum vſque ad triennium, vt non procedat in cauſſis fiſcalibus, quæ pertinent ad publicas functiones, quia in eis inſtantia nunquam perit *l. 11. properandum & ibi Gloſſ. in verbo fiſco. & in verbo functiones. & Cyn. n. 1. C. de iudic. Abb. in cap. penult. venerabilis. num. 9. in fine verſ. in cauſſis vero fiſcalibus. de iudic. Mart. Lauden. tract. de fiſc. q. 187. tom. 12. fol. 5. & Franciſ. Lucan. tract. de priuil. fiſc. n. 28. fol. 7. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in verbo. & omnia fiant durante inſtantia. lim. 6. n. 20. fol. 241. Hier. Zannet. tractat. de differ. iuris ciuil. & canon. differ. 30. n. 44. tom. 1. fol. 201. & Aſin. in prax. iudic. in principio, cap. 3. ſub n. 34. verſ. verum enim.* & publica tributa dicuntur publicæ functiones. *Gloſſ. & Maran. vbi ſupra.*

265 Extende hanc limitationem, vt procedat non ſolum quando fiſcus eſt actor, quo caſu intereſt fiſci inſtantiam non perire & fauore cauſſarum fiſcalium eſt introducta iſta limitatio, *Benint. deciſ. 76. mota lite n. 2.* ſed procedit etiam quando fiſcus eſt reus, vt late deducit, reſpondendo contrarijs, *idem Benint. ead. deciſ. 76. n. 7. in fine verſ. in contrarium. & n. 8. & ſeq.*

266 Limita II. vt non procedat in Conſiſtorio Principis, Id eſt, quando cauſſa ventilatur coram Principe, quia coram eo inſtantia eſt perpetua; & nũquam perit, *Bal. conſ. 217. ego puto. verſus finem. num. 5. verſ. illud etiam. lib. 3. Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in verbo, et omnia fiant durante inſtantia, limitat. 2. nu. 15. fol. 240. Aſin. in prax. iudic. in princ. c. 3. n. 28. et Affl. in conſtitut. hac lege, not. 3. ſub nu. 6. in fine, ibi. ſed in contrarium, & n. 7. lib. 1.* & quod inſtantia in conſiſtorio Cameræ Imperialis non pereat triennio, ſed duret perpetuo, ſcribit Mynſing. *in ſing. obſeru. cent. 2. obſeru. 48. in conſiſtorio, num. 4.*

Confirmatur primo hæc limitatio, quia inſtantia appellationis nunquam currit coram Principe propter eius legitima impedimenta, & occupationes, teſtibus *Abb. Franch. Card. Alex. & alijs, quos retuli, et ſequutus ſum ſupra n. 131. verſ. reſtringe tertio, art. 3. caſ. 4.*

Ergo idem dicendum eſt de inſtantia primæ cauſſæ, & multo magis ſecundum Aſin. *d. c. 3. ſub n. 28.*

Huic confirmationi, & Aſinio poteſt reſponderi; non eſſe eandem rationem inter inſtantiam primam, & inſtantiam ſecundam, quia in prima non perit ius partis, ſicut perit in ſecunda, & ideò facilius perit prima, quam ſecunda.

Con-

Confirmatur ſecundo quia Princeps habet liberum arbitrium, & qui habet liberum arbitrium non ligatur lege inſtantiæ, *teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum ſeq. limit. n. 271.*

276 Extende I. hanc limitationem, vt habeat locũ in Rege Francorum, qui francus eſt à iure Romano, & dedignatur legibus ſubijci, non tamen dedignatur ſacros canones imitari, *Bald. d. conſ. 217. ſub n. 5. lib. 3. quem refert, & non impugnat Affl. d. conſtit. hac lege. not. 3. ſub num. 6. lib. 1.*

268 Extende II. vt habeat locum etiam in alijs Regibus, qui habent liberum arbitrium, *Affl. vbi ſupra.* licet, prius ex Gloſſ. quam citat, dixerit contrarium; ſed illa Gloſſ. nihil in meo libro.

269 Extende III. vt habeat locum etiam quando cauſſa eſt Principi referenda, quia, donec habeatur reſponſum à Principe, non currit inſtantiam, *Luc. de Pean. quem refert, & ſequitur Affl. d. conſtit. hac lege, not. 3. ſub n. 6. lib. 1. & Maran. in ſuo ſpec. par. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limitat. 15. n. 38. fol. 244.* & quod poſtquam cauſſa eſt conſilio permiſſa in Parlamento, amplius non fit peremptio inſtantiæ, quia non eſt in poteſtate partiũ, vt cauſſa finiatur, ſcribit Rebuff. *tract. de appell. art. 14. gloſſ. vna, n. 8. tom. 3. fol. 515.*

270 Reſtringe eandem limitationem, vt non habeat locum in magiſtratu, qui iudicat nomine regis, vt puta in ſacro regio Conſ. Neap quia in eo currit, & perit, inſtantia, *Affl. in d. conſtitut. hac lege, not. 3. n. 7. lib. 1.* & ita intelligas eum in deciſ. 283. *ita eſt, ſub n. 4.* & quod in ſacro regio Conſilio Neapol. inſtantia pereat & inſufffletur in eodemmet ſacro regio Conſ. teſtatur Vrſil. ad *Affl. d. deciſ. 283. n. 9. verſ. circa aliam.*

Confirmatur hæc reſtrictio, quia licet delegatus Principis iudicet nomine Principis, tamen coram eo currit tempus inſtantiæ.

Confirmatur ſecundo, quia coram delegato Principis currunt fatalia appellationis, *vt ex Rot. M. Ant. Bard. & Odd. retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 133. verſ. ſubreſtringe, art. 3. caſ. 4.*

Confirmatur tertio, quia licet quis poſſit procedere iure regio, ſeu manu regia, tamen ab eius ſententia poteſt appellari, licet non poſſit appellari à ſententia lata ab ipſo Rege, ſecundum ea, quæ diſputando, & reſpondendo adduxi *quæſt. ſeq. limit. 1. n. 70. & ſeqq.* ſed contra iſtam confirmationem ſcripſi *ibid. limit. 5. n. 6.*

Confirmatur quarto, quia fatalia habent locum in ſacro regio Conſ. Neap. *vt dixi ſupra num. 134.* licet non habeant locum in ipſo Rege, *per ea, quæ dixi ſupra num. 131. art. 3. caſ. 4.*

Contra hanc reſtriſtionem firmat Maran. *in ſuo ſpec. par. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limit. 2. ſub num. 15. fol. 241.* quem refert, & ſequi videtur *Aſin. in prax. iudic. in principio, c. 3. ſub n. 30. & 31.*

Non recedas à reſtrictione.

271 Limita III. vt non habeat locum in iudice, habente liberum arbitrium in procedendo, quia tunc inſtantia non perit triennio, *Alex. conſ. 50. viſis actis, col. 3. num. 5. verſ. pro hoc facit. & col. fin. ſub n. 13. verſ. non obſtat. libr. 3. & Maran. in ſuo ſpec. p. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia. limit. 3. num. 16.* quod ſentit etiam Affl. *in conſtit. hac lege, not. 3. num. 6. verſus fin. lib. 1.* dum ſcribit, quod Rex non ligatur lege inſtantiæ, quia habet liberum arbitrium.

272 Secus eſt, quando iudex habet liberum arbitrium ſolum in ſententiando, quia tunc ligatur inſtantia, *Alex. & Maran. in locis ſupra proximè citatis*, & ita intelligas tu Felyn. *in cap. penult. venerabilis, ſub nu. 3. verſ adde quod ſi ſtatutum, de iudic.* dum dicit, quod ſi ſtatutum dat alicui liberum arbitrium, nihilominus tenebitur expedire cauſſam intra inſtantiam iuris communis.

273 Limita IV. vt non habeat locum, quando iudex, corã quo, cauſſa fuit incœpta, moreretur, vel eſſet ſremotus ab officio, & cauſſa eſſet prope finem triennij, quia iſto caſu ſucceſſori daretur alius integer annus, *l. 11. properandum, §. ſin autem vtraque. C. de iudic. Maran. in ſuo ſpec. p. 5. in verbo, & omnia fiant durante. inſtantia, limit. 9. n. 28. fol. 244.*

274 Infero ex hac limitatione, iuridica eſſe ſtatuta Sublacenſia *lib. 1. cap. 6.* dum, ordinando inſtantias cauſarum ciuilium, & criminalium, prorogant inſtantiam vſque ad certum terminum ſucceſſori in officio, quoad cauſas pẽdentes, & inchoatas coram ſuo prædeceſſore: aduertendo, quod illi duo menſes in ciuilibus, & ille ſeſquimenſis in criminalibus, aſſignati ſucceſſori, intelliguntur, dummodo, computatis temporibus, quibus cauſa durauit coram præceſſore, remaneat integra inſtantia; ſecus ſi non remaneret integra inſtantia, vt puta, quia coram prædeceſſore ſteterit cauſa per decem dies, quia iſto caſu ſucceſſori daretur longior terminus ita, vt coniunctus cum primo coſtitueret integram inſtantiam: nam, cum ſtatutum intendat augere inſtantiam ratione mutationis, abſurdum eſſet, quod minueret.

Statura etiam Lucenſia *lib. 4. cap. 47.* eadem ratione admodum iuridica, & clariora ſunt; dum diſponunt, quod inſtantia cauſarum criminalium coram Prætore duret per duos menſes, & ſi, pendente termino prædicto, ſucceſſorem habeat, & de termino dictorum duorum menſium non ſupereſſet menſis integer, ſuperaddunt ipſi ſucceſſori tot dies in illa inſtantia, qui conſtituant menſem integrum, ideoq; ſi coram præceſſore effluxiſſent quinquaginta nouem dies, tunc Prætori ſucceſſori intelligerentur ſuperadditi alij vigintinouem dies, ſicque habetet vnum diem, qui ſupereſt de inſtantia inchoata coram præceſſore, & viginti nouem, qui dantur ſibi, qui conſtituunt vnum menſem, quia illa ſtatuta volunt, quod ſucceſſor non poſſit habere breuius tempus, quam vnius menſis ad finiendam cauſam cœptam, & non finitam coram præceſſore; quod ſi de inſtantia inchoata coram præceſſore ſupereſſet vnus menſis, nulla fit temporis additio ipſi ſucceſſori, ſed debet cauſſam infra illum menſem expedire: Ex quibus reſultat etiam concluſio, quod inſtantia cauſſæ criminalis, agitata coram præceſſore, non poteſt coram ſucceſſore excedere tres menſes: nam ſi coram præceſſore durauerit vſque ad ſexageſimum diem, & die ſexageſimo habuerit ſucceſſorem, tunc, quia ſucceſſor nullum diem habet ex inſtantia præceſſoris, habebit integrum menſem, ſicque illa inſtantia mutatione iudicis habebit vitam trium menſium.

Sed aduertendum eſt, quod præfata ſtatuta non præfigunt aliquam inſtantiam cauſæ, ſed ſolum imponunt pœnas iudici non expedienti cauſam; & ideo remanet inſtantia iuris communis, & conſequenter licet lapſa ſint præfata tempora ſtatutaria, tamen acta nullatenus pereunt, & ſententia poteſt vallidè ferri, dummodo feratur intra inſtantiam iuris communis, quia ſtatuta non corrigunt inſtantiam iuris communis, ſed accelerant iudices metu pœnarum.

275 Limita V. vt non procedat de iure canonico, quia de iure canonico inſtantia eſt perpetua *cap. penult. venerabilis, & ibi Canoniſtæ de iudic. & ibidem Murian. Socc. ſub num. 13. verſ. vlterius quæro, & ſub num. 14. inter tract. diuerſ. de iudic. tom. 3. parte 1. fol. 97. Iaſ. in l. 11. properandum num. 17 verſ. in eagl. C. de iudic. Caſſad. dec. 5. erat in vna n. 4. vt lit. pend. Maran. in ſuo ſpec. parte 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia limit. 1. num. 14. fol. 240. Vant. tract. nullit. rubr. de nullitate ex defectu iuriſdictionis & vnde &c. num. 126. verſ. inſuper aduertas, tomo 4 fol. 390. Gamb. de amb. legat. de later. lib. 3. nu. 469. tomo 13. par. 2. fol. 172.*

Hier.

Hier. Zaunet. tract. de differ. iur. ciuil. et canon. differ. 30. nu. 43. tom. 1. fol. 201. Mandoſ. tract. de anual. caſ. nu. 133. tomo 17. fol. 214. Aſin. in prax. iudic. in princ. c. 3. num. 22. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum, *lib. præced. c. 2. n. 687.* & de communi * teſtatur multi ex citatis, & eſſe communem * retuli, & ſequutus ſum *ſub d. num. 687.* & ita practicari teſtatur Ant. de Butr. *in d. c. venerabilis, ſub num 9. de iudic.* & quod hic in Curia nunquam finiatur cauſſa, niſi per ſententiam, ſcribit Rot. *deciſ. 10. alias 411. ſi lite pendente nu. 3. vt lit. pend. in nou.*

Ratio huius limitationis eſt, quia de iure canonico poteſt appellari à qualibet interlocutoria, *vt ex Pet. de Bellaper. Cyn. Paul. de Caſtr. Franch. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 73. ſublimit. 1.* & cum poſſit appellari à qualibet interlocutoria, inſtantia cauſæ principalis debet eſſe perpetua, quia ſi eſſet triennij, vt plurimum periret, prout hanc rationem ex Bal. & Aſin. retuli *d. limit. 47. memb. 1. n. 74.*

† Nota quod iura dederunt longum tempus ad proſequendam appellationem, & ſuſtinendam inſtantiam non vt illud infructuoſè labatur, ſed ſi aliquod impedimentum eueniret; alio tempore poſſet emendari, *Bertrand. in conſil. 207. lib. 2. Franch. in cap. ex ratione, num. 5. verſ. & ſcias.*

Contra hanc rationem inſurgit Rom. cui videtur adhærere Iaſ. *in l. 11. properandum, verſus finem, ſub numero 27. Cod. de appellat.* dicens, quod etiam in cauſa appellationis poteſt appellari ab interlocutorijs; & tamen, inquit, ius canonicum limitauit inſtantiam appellationis, vt duraret ſolum per biennium, ſicut diſpoſuit etiam ius ciuile.

Contra eandem rationem facit, quia dum pendet lis ſuper emergenti ſeu incidenti, non currit inſtantia, *teſtibus. Abb. lo. de anac. & alijs,* quos retuli, & ſequutus ſum *infra ſub n. 316. in 2 differ. caſ. 2. verſ. confirmatur,* quia reus appellans ab interlocutoria præſtat impedimentum, & * ideò non currit inſtantia ſecundum communem * opin. quam retuli, & ſequutus ſum *d. caſ. 2. n. 316.*

Contra eandem facit, quia hodie in ſtatu Eccleſiaſtico ex pluribus Apoſtolicis conſtitutionibus in materia appellandi ab interlocutorijs ſeruatur ius ciuile; & tamen inſtantia eſt perpetua.

Ratio igitur, qua potuit moueri ius canonicum, poteſt eſſe, quia, perempta inſtantia, ſolet diſputari de impedimento, eoque probato, datur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ, etiam non refectis expenſis, & quandoque inſtantiæ curſus dicitur fuiſſe impedimento retardatus, & aliquando datur reſtitutio, refectis expenſis, & in omnem peiorem caſum, refectis expenſis, renouat inſtantia, prout de illis egi *infra num. 306. & ſeqq. vbi videas, & 324.* & ideo ex peremptione inſtantiæ non ſolum non terminantur lites, ſed ſæpe ex ea oriuntur aliæ, & protrahuntur, dum de impedimentis, & reſtitutione diſputatur.

276 Extende I. hanc limitationem, vt habeat locum etiam in inſtantia coram arbitris, *vt ex Ant. de Butr. Abb. Corn. & alijs retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 2. n. 687.*

Extende II. vt hæc iuris canonici diſpoſitio ſeruetur in Regno Franciæ, vbi lites de conſuetudine protrahuntur vltra triennium, & quandoque vltra triginta annos tam in Curijs Parlamentorum, quam in alijs inferioribus, *Rebuff. in repet. l. vnica, not. 1. num. 5. C. de ſent. quæ pro eo quod inter, &c. fol. 356.*

277 Declara I. hanc limitationem, vt quamuis inſtantia perpetua ſit, tamen ex diſpoſitione Sacri Concilij Trid. *c. 20. ſeſſ. 24. de reformat.* omnes cauſæ, ad forum eccleſiaſticum, quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram ordinarijs debent omnino ſaltem infra biennium à die motæ litis terminari, alioquin poſt id ſpatium liberum eſt partibus, vel alteri illarum iudices ſuperiores alias tamen competentes, adire, qui cauſam in eo ſtatu, quo fuerit, aſſumant, & quamprimum terminari curent.

278 Subdeclara I. iſtam declarationem, vt Concilium Tridentinum non præfigat inſtantiam cauſis, & ideo, lapſo biennio, acta non pereunt, & partes, ſi volunt, poſſunt proſequi litem coram eodem ordinario, & ſententia, quam ordinarius proferet, nunquam erit nulla ex lapſu inſtantiæ.

279 Subdeclara II. vt Concilium Tridentinum procedat ſolum in cauſis ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum, in quibus loquitur, & non in cauſis prophanis, quæ idcirco non auocantur ex lapſu biennij, *Marcheſ tract. de commiſſ. p. 1. de commiſſ. appell. extra Rom. cur. c. 6 ſub n. 82. fol. 79. in 2. impreſſ.*

280 Subdeclara III. vt iſta auocatio fieri non debeat, niſi præcedente negligentia ordinarij, & ideo debet ordinarius fuiſſe prius requiſitus pro expeditione cauſæ, vt poſt Marcheſ. retuli, & ſequutus ſum *infra q. 17. in ampliat. num. 55. ampl. 16.* & quod requiratur negligentia Epiſcopi alias Nuntij, & Legati non poſſint ſe intromittere, diſponit idem Concil. Trident. quod ad hoc citaui etiam *ſupra lib. 1. c. 66. ſub numero 12.* vbi videas, quia multa ſcripſi de auocatione cauſarum propter negligentiam iudicum. Et, an requiſitio facta coram anteceſſore pro expeditione cauſæ conſtituat ſucceſſorem in negligentia, vide Marcheſ. *eodem cap. 6 numero 79. verſus finem, fol. 78.* & quomodo debeat fieri requiſitio, & quoties vide *infra d. qu. 17. ampliat. 16. num. 50. & ſeqq.* & an debeat fieri in actis vide *ſupra hac eadem quæſt. ſub num. 181. verſ. imo quod ſi ſtat. art. 9.*

281 Declara II. vt iſta limitatio, ſicque ius canonicum ſit ſeruandum in Curia Romana, & in quolibet foro Eccleſiaſtico, & in omnibus terris ſubiectis Eccleſiæ, prout declaraui *lib. præced. c. 2. n. 691. & ſeqq.* vbi videas.

Abſolutis limitationibus, quibus proſecutus ſum caſus, in quibus inſtantia eſt perpetua, & ideò durat vltra triennium & biennium: Nunc ſequentibus declarationibus proſequar caſus, in quibus inſtantia eſt minor triennio, & biennio.

282 Declara I. ergo eandem concluſionem, poſitam *ſupra num. 241.* vt non habeat locum, quando inſtantia eſt breuiata per ſtatutum, vel reſcriptum principis, vt puta quia princeps committit cauſam finiendam infra tres menſes, *Maran. in ſuo ſpec. p. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limit. 4. num. 17. fol. 241.* Et quod inſtantia poſſit moderari, & breuiari per ſtatutum, præſupponunt de plano Doctores, citati *infra num. 288.* in illo articulo, an ſententia, lata poſt lapſam inſtantiam ſtatutariam, ſit valida, & in pleriſque locis extant eiuſmodi ſtatuta, quæ inſtantiam iuris communis abbreuiant, & omnino ſeruanda ſunt, vt ſcribit Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 67. art. 1. num 9.* & quod communiter contingat, inſtantiam iuris communis abbreuiari per ſtatuta, teſtatur etiam Marc. Socc. *in c. venerabilis, art. 16 ſub num. 39. in fine, verſ. ſecundo caſu, de iudic. inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 1. fol. 99.* & quod inſtantia, præfixa à iure communi, hodie communiter per ſtatuta terrarum, ac conſtitutiones locales alteretur, teſtatur Vant. *tract. nullit. rubr. de nullit. ex def. iuriſdict. et vnde etc. nu. 117. in fine, verſ. et quoniam, tomo quarto, fol. 399.* & demum quod vbique communiter ſtatuta limitent inſtantiam cauſarum vſque ad duos, vel tres menſes, teſtatur Iaſ. *in l. 11. properandum, ſub num. 23. limit. 5. C. de iudic.*

Nam hic in Vrbe ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis *lib. 1. c. 81.* omnes cauſæ ciuiles, etiam executiuæ, & ſummariæ, in Curia Capitolina vertentes, infra biennium à die litis conteſtationis, ſeu pro conteſtata habitæ compu-

pu-

Digitized by Google

putandum terminari debent, quo biennio elapſo, inſtantia perit, & actor condemnatur in expenſis, & iudex in pœnam viginti quinque aureorum, & nihilominus iudex ad inſtantiam rei tenetur cauſam expedire, de quo ſtatuto mentionem etiam feci *lib. præced. cap. 2. numero 710.*

283 Inſtantia compromiſſi quantum duret in Vrbe ex diſpoſitione ſtatutorum dixi *eod. lib. præced. cap. 2. n. 688.*

Quantum duret in Regno Neapol. ex diſpoſitione pragmaticæ dixi *eod. cap. 2. n. 689.*

284 In Ciuitate Lucenſi inſtantia in cauſis criminalibus durat per duos menſes, *vt retuli ſupra ſub n. 174. verſ. ſtatuta etiam.*

Et in territorio, ſtatuque Lucenſi durat per quadraginta dies, ſed poſſunt Illuſtriſs. Antiani prorogare vſque ad alios viginti dies, & ſic ad duos menſes, vt patet ex additionibus ad ſtatuta Lucenſia, *lib. 4. c. 1. fol. 1.*

Et iſtæ inſtantiæ dierum ſexaginta in ipſa Ciuitate, & dierum quadraginta in Comitatu extra Ciuitatem ſeruantur, quando reus eſt in fortijs Curiæ, ſeu comparet, & negat inquiſitionem.

285 Sed quando reus eſt contumax, tunc inſtantia videtur reſtringi ad dies viginti octo, ſeu ad ſummum ad dies trigintaquatuor: nam, aperta via ad inquirendum ex querela, ſeu alijs indicijs ſufficientibus ad formandam inquiſitionem, tenetur Prætor, ſeu alius iudex criminalis in Ciuitate Lucenſi formare inquiſitionem infra quatuor dies ex diſpoſitione ſtatutorum *lib. 4. cap. 1.* vel infra decem dies iuxta diſpoſitionem decretorum additionalium ad dictum *lib. 4. maleſic. cap. 1.* loquentem de proceſſibus formandis a iudicibus criminalibus territorij Lucenſis: qua inquiſitione formata, citari debet reus inquiſitus duabus vicibus, & vtraque vice cum termino non minori trium dierum ad comparendum, & ſe excuſandum, vt diſponunt eod. *lib. 4. cap. 19. & cap. 20.* lapſis iſtis ſex diebus; & viſis citationum relationibus, ponitur in primo banno cum termino octo dierum ad comparendum, & ſe defendendum, &c. & elapſis octo diebus, habetur pro vero contumace, & pro confeſſo, *vt in d. cap. 20.* & tenetur iudex infra alios decem dies immediatè ſequentes proferre ſententiam ad bancum iuris, prout de ſententia proferenda diſponunt eadem ſtat. *lib. 4. cap. 21.* & de termino decem dierum diſponit decretum additionale ad dictum *cap. 20. lib. 4.* reo ſic condemnato, debet iudex eundem expectare ſex diebus integris à die latæ ſententiæ computandis, &, ſi comparuerit, debet audiri, & totum tempus, quo ſteterit contumax in primo, ſeu ſecundo banno detrahi debet de tempore inſtantiæ duorum menſium; quod ſi infra dictos ſex dies non comparuerit, ſententia tranſit in rem iudicatam, vt diſponunt eadem ſtatuta *d. cap. 21. lib. 4.*

286 Similiter reſtringitur, quando reus comparet, & fatetur delictum, quia tunc, aſſignatis octo diebus poſt confeſſionem ſecundum quod diſponunt ſtatuta *eod. lib. 4. c. 39.* non debent iudices expectare, prout expectabant, finem inſtantiæ ad ferendam ſententiam, ſed debent eam proferre infra ſex dies immediatè ſequentes ex diſpoſitione decreti additionalis *ad d. cap. 39. lib. 4.*

287 Statuta illa, ſeu verius eorum additionalia decreta habent etiam in quibuſdam caſibus criminalibus, breuiores inſtantias; nam in cauſis pallinorum, aliorumque inſtrumentorum ad interficiendos columbos inſtantia eſt dierum quindecim ex diſpoſitione decretorum additionalium *ad cap. 189. lib. 4. ſtatutorum fol. 79.* & ex forma ſtatutorum Fondaci, *lib. 3. cap. 6. in fin. fol. 112.* eſt dierum vigintiquinque.

In cauſa impediti ſequeſtri inſtantia durat per quatuor dies ex diſpoſitione dictorum decretorum additionalium *ad c. 116. lib. 4. ſtatutorum, fol. 54. in fin. & 55.*

In cauſa fracti ſequeſtri inſtantia durat per quindecim dies ex diſpoſitione eorundem decretorum *ad c. 166. lib. 4. fol. 56. et 57.*

Verum decreta præfata additionalia ſunt ſæpe ad tempus, quod eſt notatum in eorum margine.

In cauſis damnatorum datorum inſtantia durat centum diebus continuis, *c. 179. lib. 4. ſtatutorum.*

In Abbatia Sublacẽſi quanta ſit inſtantia ex diſpoſitione ſtatutorum dixi *lib. præced. c. 2. n. 711. et hic ſupra limit. 4. verſ. infero. n. 274.*

288 Subdeclara I. hanc declarationem, vt in his inſtantijs, quæ vel à ſtatuto, vel à lege ipſa in aliquo particulari caſu breuiores præfiguntur ea, quæ eſt generaliter præfixa in omnibus caſibus à *l. 13. properandum C. de iudic.* ſint multum conſideranda verba ſtatuti, ſeu legis; quia tempus poteſt præfigi parti, poteſt præfigi cauſæ, poteſt præfigi iudici, & poteſt præfigi actioni iuxta longam declarationem, quam faciunt Bar. *in d. l. properandum numero ſexto, verſ. quæro quid ſi ſententia, Bal. numero ſexto, ibi. modo quæro quid ſi ſtatutum, et Salyc. ſub n. 3. ibi. ideo et notabiliter attende.* & ego eorum veſtigia ſequutus complexus ſum infra *n. 341. 351. et ſeqq.* & ſub breuiori diſtinctione *lib. præced. c. 2. n. 709. et 712.* & quando inſtantia eſt præfixa cauſę, ſeu liti, ſententia lata poſt inſtantiam eſt nulla, ſecus, ſi eſt pręfixa iudici, quia eſt valida, dummodo ſit lata intra inſtantiam iuris communis, vt retuli, & ſequutus ſum *d. c. 2. n. 709. et ſeqq. et infra differentia 4. n. 353.*

Quomodo cognoſci poſſint, an inſtantia ſit præfixa iudici, vel inſtantiæ tantum, quando ex verbis legis, ſeu ſtatuti clarè non apparet, & quod in dubio præſumendum ſit, vide infra *n. 355. verſ. ſed ad.*

289 Subdeclara II. vt prædicta ſtatuta, quę dum pręfigunt inſtantiam iudici, imponunt ei pœnam, ſi non expediuerit cauſam infra illum terminum ſtatutarium, non habeat locum, niſi petita fuerit iuſtitia à parte cum proteſtatione contra iudicem, *Par. de Put. tract. de ſyndic. in verbo, an & quando, n. 3. & 4. tom. 7. fol. 240. & in verbo negligentia, nu. 3. & 4. fol. 286.* & quod ſtatutum non habeat locum, niſi iudex fuerit requiſitus, ſcribunt Franch. *in cap. 8. ex ratione, in vltimis verbis, de appell. Felyn. in c. 11. ſignificauerunt, ſub num. 4. ibi. bene facit, de except. & in c. penult. venerabilis, n. 20. verſ. et nota quod iudex. de iudic. Iaſ. in l. 13. properandum, n. 15. verſ. ſi tamen ſtatutum. C. de iudic. et Rip. in l. vlt. numer. 6. et 7. verſ. quarto infertur, ff. de damn. infec.* & communiter * omnes in diuerſis locis ſcribunt, quod ſtatutum, mandans iudici, quod teneatur determinare lites intra certum tempus ſub tanta pœna, intelligitur, ſi fuerit requiſitus, vt licet cognoſcere ex pluribus ad id cumulatis per Afin. *in prax. iudic. § 2. c. 17. n. 1. et 2. fol. 33.* & pro hac ſubdeclaratione vide etiam, quæ ſcripſi *lib. præced. cap. 1. n. 59.*

290 Subdeclara III. vt quamuis iudex requiſitus etiam cum proteſtatione non determinauerit cauſſam, tamen non incurrit pœnam ſequentibus caſibus.

Primus caſus eſt, quando iudex ex iuſta, & neceſſaria cauſa, concernente eius perſonam impeditus non potuit cauſam expedire vt puta, quia fuerit infirmus, vel ex neceſſaria cauſa fuerit abſens; & generaliter loquendo de quolibet impedimento, ſcribit Franch. Aret. *in c. penult. venerabilis, ſub n. 8. ibi. aduerte tamen quia licet. de iudic.* Ratio, qua moueor, eſt, quia, quod de iure non tenet, nequit pœnæ vinculo alligari, *Rot. Ioan. dilect. et alij, quos retuli, et ſequutus ſum ſupra lib. 1. cap. 57. ſub numero 6.* ſed præceptum factum à ſtatuto, quod iudex impeditus faciat, quod facere non poteſt propter impedimentum, non tenet, & eſt ipſo iure nullum, quia obligat, & continet impoſſibilia, *Papien. et Neuiz. quos retuli, et ſequutus ſum, d. cap. 57. num. 6.* & quæ impoſſibilia ſunt ſiue de facto, ſiue de iure nullatenus attenduntur, *Abb. &*

Iacob.de Zoch.quos retuli,& ſequutus ſum eod.c.57.num.6. Ratio etiam eſt, quia ſtatuta puniunt negligentiam iudicis;at iudex,qui eſt impeditus,non dicitur negligens; ergo non punitur;& ideò Par.de Put.*tract.de ſynd.in verbo negligentia intra quantum tempus,n.6.tom.7.fol.286.*dicit, quod iudex non dicitur negligens, ſeu non ſtare per iudicem,quando eſſet impeditus multitudine cauſarum, vt in curia principis,ſubdens ſub *nu.7.&* 8. quod per iſta poteris fauere iudici in ſyndicatu,

391 Secundus caſus eſt, quando fuit impeditus facto partium, vtputa, quia ſæpius appellauerint ab interlocutorijs, quo caſu inſtantiam ſuſpendi, retuli & ſequutus ſum *infra ſub num.316.verſic.confirmatur*, & quod impedito ex facto aduerſarij non currant fatalia,retuli, & ſequutus ſum *ſupra num.61.& ſeqq. art.3.caſ.2.*& quod actori impedito ex facto rei non currat inſtantia, retuli & ſequutus ſum ex comm.opin. *infra nu.316.verſ.tamen in 2. differentia*. Igitur durante inſtantia non efficitur locus pœnæ. Et quod inſtantia non currat,ſi teſtes accuſentur de falſo, refert, & ſequitur Catald. *tract.de ſynd. num.46. in fine, tom.7.fol.353.* & quod capitaneus, qui tenetur ſub pęna intra quinquaginta dies continuos cauſas criminales terminare,non incurrant pœnam, ſi accuſatus de homicidio teſtes intra eoſdem quinquaginta dies accuſauerit de falſo, & iſta falſitatis querela non appareat calumnioſa,refert, & ſequi videtur Par.de Put,*tract,de ſynd, in verbo,dicit conſtitutio principis, in princ.tom 7. fol.270.* & tenet apertè Marian.Socc. *in cap. venerabilis, art.23. ſub nu.45.verſ.ſed quæro circa prædicta.de iudic.inter tract. diuerſ.tomo 3.p.1.fol.100.* vbi hoc limitat, niſi remaneat ſufficiens numerum teſtium ad eum condemnandum, & quod inſtantia trium menſium præfixa cauſſæ non ſe extendat ad eam cauſam, in qua peteretur dilatio ad examinandos teſtes vltramarinos, ſeu exiſtentes in longiſſimis partibus,quia, durante dilatione, non currit illa inſtantia, retuli, & ſequutus ſum *lib.præced. c.3. num.201. & 202.* vbi declaraui; & demum, quod vbi iudex non fuit in culpa,non expediendo proceſſum, non debeat eſſe in pœna,& excuſetur iudex, qui non potuit cauſſam expedire intra tempus ſtatutum, refert, & ſequitur Catald. *tract,de ſynd. numero 49.d.tomo 7.folio 353.*& quando iudex excuſetur, ſi non potuit expedire cauſam, vide Par. de Put. *tractat.de ſynd. in verbo, an ſi partes fuerint impedita,num.1.& ſeqq.& in verbo,iudex qui tenetur, ſub nu.2. fol.271.*

392 Quia tamen non expedit iudici diſputare in ſyndicatu de iſtis impedimentis,& excuſationibus,dantur multæ cautelæ,vt ſe liberet ab iſtis vexationibus.

Prima cautela eſt,vt iudex,videns, breuitatem inſtantiæ, præfigat vnico contextu terminos ad producendum poſitiones ad articulandum, probandum, & ad inſtrumenta producendum,& excipiendum,replicandum,& ſimilia,ne currat terminus iudicij,infra quem inſtantia debet perire,Bald.*in l.11.properandum,num.2. verſ.in textu, Salyc.ſub n.1.ibi,item ex verbo, Alex.nu.6. verſ item nota ex textu.& Iaſ.not.8. n,14.C.de iudic.* & in noſtris terminis Catald.*tract.de ſynd.nu.46.tom.7. fol.353. Amod. eod, tract.in verbo,inchoata & formata fuit,n.183.fol.344. & Par.de Put.eod.tract.in verbo, iudex qui tenetur,n.2. verſ. & iſto caſu propter breuem, fol.271.*

393 Secunda cautela eſt, vt iudex dicat in ſententia: *abſoluo abſoluendum,& condemno condemnandum*, ſeu vt ex Butr.refert Bal. *in l.11.cum iudex, num.6.verſ.quæro quid ſi iudex non potuit examinare,C.de ſent.& interloc.omn.iudic.* dicet, *abſoluo reum, ſi ex probationibus factis apparet abſoluendum,& condemno,ſi apparet condemnandum,*& ex Butr.referunt, & ſequuntur Ant.de Butr. *in c.penult.ſub num.11.ibi,vbi autem iudici imponitur,Abb.ſub n.20.verſ. item nota aliud ſingulare,& Felyn.21. verſ.ſigna cautelam, de iudic,Iaſ.in l.11.properandum,n.26.verſus finem,ibi,nota etiam in materia,C.de iudic.Catald.d.tract.de ſyndic.nu. 89.verſ.adde ſi ſtatutum, tom.7. fol.355.& Aſin,in prax, iudic.§.2.c.17.ſub n,4.& 5.fol.33,*

Vel ſecundum eundem Butrig. poſſet iudex addere in ſententia,*abſoluo reum,ſi ex probationibus factis & faciendis,&c.*quod tamen impugnat Bal. *vbi ſupra*, dicens hoc eſſe falſum,& ex Bal.refert, & ſequitur Felyn. *vbi ſupra.*

394 Tertia cautela eſt, vt iudex abſoluat reum ab obſeruatione iudicij,adiecta cauſſa, quia ſibi de meritis cauſæ non liquet,vt refert, & ſequitur cum declaratione Felyn. *d.cap.venerabilis, ſub num.21.verſ.datur & alia,de iudic*, hancque negatiuam, quod ſibi de cauſæ meritis non liquet, debet iuramento proprio aſſerere, *Catald. d.tract, de ſynd,num.89. in fine,& Par.de Put. eod.tract,in verbo, dicit conſtitutio principis,ſub num.1. eod.tom.7. fol.270.& Aſin.d.c.17, ſub n.5,*

395 Quarta cautela (ſuppoſito ſtatuto,quod non ſoluens decimam non debeat audiri in cauſa, & ſententia, quæ pro eo ferretur,non valeat: & eueniat caſus,vt reus decimam non ſoluerit, & actor in cauſa nihil probauerit, & inſtantia labatur, & iudex ſub pęna teneatur ſententiam proferre) iſto caſu, cum iudex non poſſit condemnare reum,quia actor non probauit, neque poſſit abſoluere, quia decimam non ſoluit, *Bal.conſ.128. ſtatuto cauetur quod non ſoluẽs, n.4.verſ.ad horum intelligentiam,li.5.*pręmiſſa eleganti diſputatione in cauſſa appellationis à ſententia,qua iudex condemnauerat reum: dicit, quod iudex, coram quo vertitur prima cauſa, debet abſoluere reum de facto,cum de iure non poſſit, vel debet pronunciare, ſe propterea pro actore pronunciare non poſſe, quia non probauit, neque pro reo,quia non ſoluit decimam,& per hanc pronunciationem,inquit,iudex euadet pęnam ſtatuti,hancque cautelam ex Bald.refert,& ſequitur Aſin.*in prax,iudic.§.2.c,17.ſub n.21.verſ,non eſt etiam & n.22.& ſeqq. fol,34.*

Alias cautelas recenſet Felyn, quem poteris videre *in d,c.penult.venerabilis,ſub n.21.de iudic.*

Neque obſtat,ſi diceres;ſententias,vt in dictis cautelis latas, eſſe nullas, & paria eſſe nullatenus aliquid fieri, & nulliter fieri,& conſequenter iudex,qui nulliter pronunciat,non excuſatur à pęna.

396 Quia reſpondeo,quod dato, & non conceſſo, quod ſententia in aliquo caſu eſſet nulla,tamen dico,quod ſententia quamuis ſit nulla excuſat à lapſu fatalium,*vt* tenuit Rot.de qua Put.*dec.374.in vna Oueten.n.1. & ſeqq.lib.2.* ergo excuſat etiam à lapſu primæ inſtantiæ.

397 Quinta cautela eſt, vt iudex pronunciet, prout in ſchedula,quia talis ſententia eſt valida,*vt ſcribit Bal.in l.2. C,de ſent.ex breui recit.* quem retuli, & ſequutus ſum *infra q.17.limit.21.n.23,verſ.hac praxis,et ſupra q.12.n.38. verſ.declara*,& vbi ex forma ſtatuti tenetur pronunciare ſecundum conſilium ſapientis, & illa die ſibi traditum non ſit conſilium,poterit pronunciare hoc modo, *Pronuncio ſecundum conſilium ferendum; Bald.in l.11.cum iudex,n,5. verſic.quæro quid ſi iudex per formam ſtatuti, C,de ſent, & interl.omn.iud. & Maran,in ſuo ſpec.p.5.princip.in verbo,& omnia fiant durante inſtantia,limit.18 ſub n.41. fol.245.*quem refert,etiam Aſin, *in prax, iud.§.2.c.11.nu. 24.in fine,& n.25.fol.23.*

398 Declara II. eandem concluſionem, poſitam *ſupra num.241.* vt non procedat, quando inſtantia eſt de partium communi conſenſu breuiata, quia tunc debet terminari intra illud tempus, quod partes conuenerunt, quia partes poſſunt breuiare tempus inſtantiæ, quia hoc caſu pactum eſt conſonum publicæ vtilitati, & non contra publicam vtilitatem, *Alex. in l.11.properandum, numero 18. verſic.vtrum autem inſtantia poſſit abbreuiari, & Iaſ.ſub n.23.verſic.quarto limita quod licet C, de iud.Felyn.*

in

in c.penult.venerabilis,declarat.4.n.12.in fine,de iudic.Marian. in ſuo ſpec.p.5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia,limit.8.n.22.fol.242.

299 Declara III. vt non procedat in cauſis ſyndicatus officialium, quia in eis inſtantia durat quinquaginta dies l.1.C.vt omnes iudices tam ciuiles quam militares, & leg.3. conſiliarios,Cod.de aſſeſſ & 4.neceſſitatem. Auth.vt iud.ſine quoque ſuffrag. Bald.de Peruſ. tract.de ſynd.n.24.q.3.to.7.fol.225. Par.de Put. eod.tract. de ſynd.in verbo. & modo videndum eſt, t.7.fol.237. & Mar. Socc. in cap. venerabilis,ſub n.22.fall.7.de iud.inter tract.diuerſ.tom.3 p.1.fol.97. Quorum quinquaginta dierum triginta dantur ad querelandum, & reliqui viginti ad finiendum cauſam ſyndicatus, ſecundum Par.de Put.in d.verbo, et modo videndum eſt,n.1.fol.237. vel quinquaginta ad querelandum, & alij viginti ad finiendum, vt ſcribit Bald.vbi ſupra, vt videtur probari ex d.l.1.C.vt omnes iudices; &c.& ſyndicatores, qui intra hos viginti dies non terminant, puniuntur decem libris auri, vt diſponit textus in d.l.1.verſus finem C. vt omnes iudices tam ciuiles, quam criminales,& hunc terminum ſyndicatores neque augere, neque minuere poſſunt,Par.de Put.dict.tract.de ſynd.in verbo,et modo videndum eſt,n.2.tom.7.fol.237.etiam de conſenſu partium,Catal.eod.tract.n.69.in fine,fol.354.

Cæterum in pleriſq; locis Italiæ, & forſan in omnibus ſtatuta breuiorem præfigunt inſtantiam;nam qualis præfigi debeat in Vrbe ad ſyndicandos iudices Capitolinos habes in lib.1.c.13. & 14. ſed nullatenus ſyndicantur, vt dixi infra 19 rem.4.n.4. & ſeqq. In Regno Neapol. qualis inſtantia præfigatur,ſcribit Par.de Put.tract.de ſynd.in verbo, & modo videndum eſt,ſub n.2.to.7.fol.237. In ſtatu eccleſiaſtico habens ex conſtitutione Picena lib.2. c. 40. In ciuitate Lucenſi habes ex capitulis Rotæ c.vlt.

Et in multis locis præfigitur terminus ad querelandum arbitrio ſyndicatorum attẽto, quod officiales ſtant in officijs aliquando anno, aliquando biennio, & triennio, & aliquando plus ad arbitrium Principis, Par. de Put.vbi ſupra.

300 Finito ergo officio iudicis, debet iudex ſtare in ſyndicatu tempore prædicto, & ſyndicari debet de iure cõmuni à Præfacto Prætorio, & Epiſcopo, §.neceſſitatem, Auth. vt iudic.ſint quoque ſuffrag. Bal.de Peruſ. tractat.de ſynd.n.17.tom.7.fol.225. Ang.de Peruſ. eod.tract.nu. 1.fol.226. Auguſt.Dulced.eod.tractat.n.13.tom.7.char.penult.& Par.de Put.eod.tract.in verbo, ſuſcipio, an ſyndicatores,ſub n.1.f.313. dicens, quod de iure communi ſyndicatores ſunt Præfectus prætorius, & Epiſcopus,ſeu Vicarius,vel ſucceſſor in officio.

Verum de conſuetudine,& ex diſpoſitione ſtatutorum alij,quam iſti,eliguntur ſyndicatores, maxime,quia hunc Præfectum prætorium in Vrbe non habemus, & iuriſdictio Epiſcopi ad Syndicandum non eſt in vſu, Aug.Dulcet.vbi ſup. & quod iuriſdictio Epiſcopi receſſerit in hoc ab aula teſtatur etiam Bal. de Peruſ. d.tract.de ſyndic. ſub num.17 fol.225. & vbi à ſtatuto, vel conſuetudine non eſt prouiſum,ſucceſſor in officio eſt ſyndicator, Bal.d.Peruſ. de tract.de ſyndic.n.18.& 19.fol.225. vel quilibet Præſes Prouinciæ, Auguſt.Dulcet.vbi ſupra ſub n.13. ſed qui hodie habeantur loco Præfecti prætorio vide infra q.16. limit.9.n.3.

301 Declara IV. vt non procedat in cauſa naufragij, quia debet terminari infra biennium, l.penult.de ſubmerſis, C. de naufrag.lib.11.Marian.Socc.in cap.venerabilis,ſub num. 22.fallent.10.de iudic. inter tract. diuerſorum tom.3. par.1. fol.97.

302 Declara V. vt non procedat in cauſſa diſcuſſionum, quæ agitur inter creditores, quia eius inſtantia eſt trium menſium inter præſentes,& quoad abſentes citra montes eſt ſex menſium, & quoad abſentes vltra montes eſt nouem menſium ex bulla 84. Pij IV. reformatio ſignaturæ iuſtitiæ,in bullario,fol.774.

303 ¶ Secunda differentia eſt, quod non omnino eiuſdẽ impedimentis quibus retardatur curſu fatalium, videtur retardari curſus primæ inſtantiæ: imo illa diſtinctio impedimentorum, quam in fatalibus retuli. & ſequutus ſum ſupra nu.44.art.3. in prima inſtantia, videtur omnino ceſſare, quia in prima inſtantia impedito currit omnino tempus irreparabiliter, vt ſcribunt Felyn. in cap. penult. venerabilis, in 1.concluſ.n.4. de iudic. & in omnibus caſibus, Soccin.conſ.31. proſequendo ordinem,num.9.& 10. verſ.& ſimiliter, & nu.ſeqq.lib.1.Capic.deciſ.11.in cauſſa Federici, num.14.in fine, verſ.ſecundo reſpondetur,& num.15.& 16. Et ratio differentiæ, eſt,quia,vt, loquendo de impedimento præcedente ex facto iudicis, conſiderat Cyn.in auth.item ſi appellatione, qu.2.num.2.C.de tempor. & repar.appell.fol.471.& poſt eum Paul.de Caſtr. in auth. ſi tamen,C.eod.Ign.in l.3.§.eleganter,num.85.ff.ad ſenatuſc. Syllan. & Aſin.in prax.iudic.§.2.c.6.nu.5. appellans per lapſum fatalium perdit ius ſuum, ex quo ſententia lata tranſit in rem iudicatam, & ideo impedimentum debet facilius retardare curſum fatalium; At lapſus primæ inſtantiæ non tollit ius partis, ſed ſolam perit inſtantia, & ideo difficilius debet impedimentum retardare eius curſum,& conſequenter videtur indiſtincte concludendum, quod tempus impedimenti nunquam ſubducatur de tempore inſtantiæ.

Contra iſtam ſecundam differentiam facit, quia Boer. deciſ.247. nunc ad ſecundam, n.13.& 14.verſ. & circa vltimam,& Aſin.in prax.iudic.§.2.cap.6.num.2. & in c.7.& alij alibi, dum diſputant, an tempus inſtantiæ currat ei, qui eſt impeditus,promiſcue citant iura,& Doct.loquentes de curſu fatalium.

304 Recenta differentia,diſcurro ſex caſus impedimenti vt appareat veritas huius ſecundæ differentiæ.

Primus. caſus eſt, quando actor impeditur ex facto proprio,id eſt,concernente ſuam perſonam,vt puta propter infirmitatem,carceratione,& ſimilia.

Secundus. caſus eſt,quando impeditur ex facto aduerſarij,puta propter eius cauillationes,& ſubterfugia.

Tertius: quod impeditur ex facto mixto vtriuſque puta quia fecerunt compromiſſum.

Quartus. quando impeditur ex facto iudicis.

Quintus: quando impeditur ex facto tertij,puta procuratoris,vel &c.

Sextus. quando impeditur per caſus fortuitos, puta propter diſcrimina viarum,propter vim ventorum, & ſimilia.

Capio primum caſum: quando impedimentum proceſſit ex facto actoris,id eſt,proſequentis cauſam:& concludo,quod licet appellans impeditus in primo fatali habeat ipſo iure ſecundum ſine miniſterio reſtitutionis in integrum,vel ipſo iure non currat ſecundum varios caſus impedimenti, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra n.44. & ſequentib.art.3.caſ.1.

Tamen in prima inſtantia tempus currit, ſed datur reſtitutio, Abb.in cap.penult.venerabilis, ſub n.9. verſus finem,ibi,ſi vero ſtat.per eum, & Marian.Socc.art.23.ſub n.44.verſ.circa primum, de iudic.idem Socc.d.conſ.31. n.10. verſ.& ſimiliter,lib.1.& Capic.d.deciſ.11.n.15. & in hanc concluſionem poteſt etiam allegari Felyn.in d. c. penult. venerabilis,concluſ.1.n.4.de iudic. dum ſcribit indiſtincte, quod impedito currit irreparabiliter tempus in prima inſtantia,& de opinion.communi * teſtatur Abb. vbi ſupra.

Ratio differentiæ eſt,quia ex lapſo fatalium appellans amittit ius, ſecus eſt ex lapſu inſtantiæ, quia pereunt ſolum acta, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n.præced. & infra n.322.in fin.verſ.ratio.

Digitized by Google

Imo fatalia, & prima inſtantia in hoc non videntur differre, quia tempora fatalia ſunt breuiora, & tamen, lapſo ſecundo anno, tertius non datur, niſi per viam reſtitutionis in integrum, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub n.27. & 28. art.2.*

Ergo, ſi in fatalibus, in quibus tempus eſt breuius, & agitur de maiori præiudicio, currit tempus ſecundi anni, à fortiori debet currere in prima inſtantia.

Contra hanc concluſionem faciunt multa; quod enim actori impedito infirmitate, vel carceratione non currat tempus inſtantiæ, ſuadetur ex tribus,

Primo ex regula generali; quia non valenti agere non currit præſcriptio, *Bald. & Ros. diuerſ. quos retuli, et ſecutus ſum lib. præced. c.3.n.95 in fin.* ſed is, qui eſt impeditus infirmitate, aut alia ſimili cauſa, non valet agere, & proſequi: ergo non debet ei currere inſtantia triennalis, quæ eſt in effectu præſcriptio quædam.

Secundo, quia lex docet, melius eſſe in tempore occurrere, quam poſt exitum vendicare; ſed omnes admittunt, dari iſto caſu reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ; Ergo opportunius prouideret lex, ſi ſtatueret tempus non currere.

Tertio, quia non eſt abſolute verum, quod tempus currat irreparabiliter in quolibet caſu impedimenti, vt patet ex his, quæ ſcripſi *infra n.316. & ſeqq.*

Retenta concluſione, quæ communiter tenetur.

305 Extende eam, vt procedat non ſolum in caſu, quo eſt legitime impeditus, ſicut in iſto caſu loquuntur Abb. *in d.c. venerabilis, ſub nu.9. & Mar. Socc. ſub nu.44. verſ. circa primum, de iudic.* etiam quando non fuit legitime impeditus, quia adhuc daretur ei reſtitutio in integrum, refectis tamen expenſis, vt in caſ. ſeq. reſtrictionis.

306 Reſtringe I. declarando eandem; vt impedito detur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum inſtantiæ, refectis tamen expenſis, argumento textus *in l.11. properandum, §. ſin autem alterutra, & l.13. ſancimus, Cod. de iudic. Aſin. in prax. iudic. §.2.c.16.n.9. in fine, & nu.10. fol.32.* & quod ſi adſit negligentia petentis reſtaurationem inſtantiæ, conſueuerit tunc Regia Curia eam concedere, refectis tamen expenſis, ita quod aliter ei agere non poſſit, teſtatur And. de Iſern. quem referunt, & ſequuntur Boer. *deciſ.247. nunc ad ſecundam, ſub nu.21. verſ. ſed vbi fuiſſet, & Gram. deciſ.69. in cauſa nobilis Caroli, ſub nu.3.* & quod ſi currit inſtantia per negligentiam partis, tunc non reſtituatur, niſi refectis expenſis, diſponit pragm. Regn. Neapol. *inſtantia rubr. de inſtantia non reſtituenda, & c. fol.424.* quam etiam citat, hoc idem dicendo Maran. *in ſuo ſpec. p.5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limit.11. num.31.* & quod, perempta inſtantia, ſoleat actor adire Regem, vel ſacrum Regium Conſilium, vt auctoritate regia inſufflet ſpiritum, refert, & ſequitur Maran. *eadem limit.11. nu.32. fol.243.* & quod Princeps, quando concedit petitam inſtantiæ prorogationem, pars, quæ illam obtinet, teneatur parti ad expenſas, refert & ſequitur Caballin. ad conſtit. Marchiæ *lib.6. c.11. n.9.*

307 Ratio eſt, quia, perempta inſtantia, iudex debet actorem condemnare ad expenſas, quia licet ſit perempta inſtantia, tamen remanet iudex, quantum ad condemnationem expenſarum, *Bar. in d.l. properandum, §. illo procul dubio, in fine n.4. & Bal. q.2 ſub n.4. C. de iud. Mar. Socc. in c. venerabilis, art.23 ſub n.44. verſ. circa primum, de iudic. inter tract. diuerſ. to.3. p.1. fol.100. & art.30. ſub nu.59. fol.101. Mar. d.p.5. n.47. in fine fol.245.*

Ratio rationis eſt, quia, perempta inſtantia, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, *vt refert, & ſequitur Aſin. in prax. iudic. §.32. c.2. ampl.17. nu.1. fol.198.* & reo abſoluto ab obſeruatione iudicij propter peremptam inſtantiam, ſi actor vult denuo agere, cogitur in primis reficere expenſas, *Maran. & Gramat. quos retuli, & ſecutus ſum, lib.1. cap.94. numero 3. in fine.*

308 Confirmatur extenſiue hæc reſtrictio, quia, contumax non auditur, niſi refectis expenſis, *d.l.13. ſancimus, et ibi pulchre examinat Iaſ. C. de iudic. & Carau. ſuper rit.298. n.1.* idque procedit etiam ſi habuiſſet iuſtam cauſam litigandi, quia in contumacia non poteſt includi iuſta cauſa litigandi, *Salyc. in d.l. properandum, §. ſin autem altera, ſub n.37. Alex. nu.8. Iaſ. limit.3. ſub nu.7. C. de iudic. & Couar. pract. qq. c.27. ſub n.3. verſic. idem erit,* ſed actor, qui eſt negligens in proſequendo cauſam, dicitur quodammodo contumax in non proſequendo.

Contra hanc reſtrictionem, dum in ea dicimus, dari reſtitutionem, etiam ſi culpa, aut negligentia actoris lapſa ſit inſtantia, tenet Mar. Socc. *in c. venerabilis, art.23. ſub n.44. verſ. circa primum, de iudic. inter tract. diuerſ. tom.3. p.1. fol.99.* dicens, quod ei non datur reſtitutio, ſed condemnatur in expenſis.

309 Contra eandem reſtrictionem in eo, quod dicimus, dari reſtitutionem in integrum, refectis expenſis, oppono, quia actor, refectis expenſis, poteſt ipſo iure ſine ope reſtitutionis denuo agere, quia contumax auditur, refectis expenſis, *d.l. ſancimus, C. de iudic.*

Reſpondeo huic oppoſitioni, quod reſtitutio eſt neceſſaria adhoc, vt remaneant acta, quia licet actor poſſit audiri etiam ſine reſtitutione in integrum, quando reficit expenſas, tamen debet denuo reiterare omnia acta ordinatoria, vt ſcripſi infra, quod non erit, ſi fuerit reſtitutus in integrum.

310 Retenta ergo reſtrictione de reficiendis expenſis, quando conceditur reſtitutio.

Extende eandem reſtrictionem de reficiendis expenſis, vt procedat, etiamſi Princeps, puta ſacrum Conſilium Neap. inſufflaret, nulla facta mentione de expenſis, quia tunc poſſet pars aduerſa opponere, quod non audiatur, niſi refectis expenſis, quia priuilegium, ſeu reſcriptum Principis debet intelligi ſine præiudicio tertij, *Maran. in ſuo ſpec. p.5. in verbo, et omnia fiant durante inſtantia, limit. 12. n.33. fol.243.*

311 Declara eandem extenſionem, vt procedat quando peremptio inſtantiæ cauſatur à negligentia actoris qui tunc is non reſtituitur, niſi in primis reficiat expenſas, & ita loquuntur expreſſe multi ex citatis in reſtrictione, *nu. 306.* & in his terminis procedit etiam extenſio poſita ſupra, & ex proceſſu debet cognoſci, an fuerit cauſata ex eius negligentia, *Maran. d. part.5. ſub num.33. fol.243.* & quod vbi allegatur aliqua cauſa colorata, ex qua perpenditur aliqua negligentia partis in proſequendo, vel in proteſtando, tunc concedatur inſufflatio cum refectione expenſarum, refert & ſequitur. Maran. *d.p.5. n.32. verſus finem.*

Secus ergo ſi ſit perempta ſine negligentia actoris, quia tunc daretur ei reſtitutio in integrum abſque refectione expenſarum, *Gramm. deciſ.69. in cauſa nobilis, ſub n.3. Boer. dec.247. nunc ad ſecundam, n.10. verſ. & primo, in fine, Caball. ad conſtit. March. lib.6. c.11. in vltimis verbis,* & quod ſi lapſus inſtantiæ proceſſerit ex aliqua iuſta cauſa, tunc reſtitutus non teneatur ad expenſas, ſcribit etiam Maran. *d.p.5. limit.12 n.33. in vltimis verbis fol.243.*

Ratio, quare non teneatur ad expenſas, eſt, quia ſicut is, qui citatus non comparuit eo, quia fuit impeditus ſine ſua culpa, & ſic non videtur fuiſſe contumax, non tenetur ad expenſas, ſicut etiam non teneretur ad pœnam promiſſam ſaltem ope exceptionis quia fuit impeditus, ne ſiſteret, Iaſ. qui bene deducit, & probat *in l.13. ſancimus, limit.2. ſub nu.7. C. de iud.* ita etiam non debet poſſe condemnari ad expenſas actor, qui ſine ſui culpa fuit impeditus, ne poſſet proſequi cauſam.

Imo ſecundum aliquos ſunt aliqui caſus, ſeu aliqua impedimenta, in quibus actor non indiget reſtitutione; quia

quia inſtantia non diceretur lapſa, de quibus caſibus, & impedimentis ſcripſi, *infra n.316. & ſeq.*

312 Exemplifica I. hanc ſecundam partem huius declarationis, quando ſunt plures iudices, qui habent ſimul votare, & iudicare in cauſa, quia iſta multitudo iudicum habet excuſationem, vt non teneatur ad expenſas, ſi perempta eſt inſtantia, & inſuffletur per regem ſpiritus vitæ in cauſa, dummodo actor proteſtatus fuerit de dicto impedimento, *Afflict. in conſtit. ſape contingit, n.1. & 4. rubr. 68 libr.* quem refert, & ſequitur Maran. *in ſuo ſpec. p.5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, num.32. in fine, folio 243.*

313 Intellige hanc exemplificationem, dum Afflict. requirit proteſtationem, vt procedat ſecundum illam communem opinionem, quæ requirit proteſtationem impedimenti, ne curant fatalia, quam communem nos ſupra *ſub n.181. verſ. opinionem negatiuam* ſequuti non ſumus.

314 Exemplifica II. quando actor fuiſſet impeditus à iudice, ſeu facto iudicis, quia tunc actor reſtitueretur etiam non refectis expenſis, *Boer. deciſ. 247. nunc ad ſecundam, n. 9. verſic. & 1. verſus finem, & Gramm. deciſ. 69. in cauſa nobilis Caroli, ſub n.3.* de hac exemplificatione vide infra *n.324. caſ.4.*

315 Exemplifica III. in impedimento infirmitatis, carcerationis, paupertatis compromiſſi pendentiæ, longioris dilationis petitæ, negligentiæ procuratoris, item ſi iudex noluit, vel nõ potuit in cauſa procedere, item in caſu fortuito contingente in itinere, ſicut hæc omnia impedimẽta conſiderat Afflict. *d. conſtitut. ſape contingit. not.2. n.3. lib.1.* vel quia ſit effectus furioſus, vt hoc impedimentum conſiderat Marian. Socc. *in c. venerabilis, articul.23. ſub n. 44. verſic. circa primum, de iudic. inter tract. diuerſ. tom.3. p.1. fol.99.*

Confirmantur hæc ſecunda & tertia exemplificatio, quia, quicquid ſit de reſtitutione concedenda, vel non, iudex, abſoluendo reum ab obſeruatione iudicij, non debet condemnare actorem in expenſis, ſi ſine eius culpa perijt inſtantia, ſicut non debere iudex condemnare reum in expenſis, ſi ſine eius culpa inſtantia perierit, ſcribit Mar. Socc. *d. c. venerabilis, art.30. ſub n.59. fol.101.*

Contra has ſecundam, & tertiam exemplificationem, quod enim in aliquo impedimento non detur reſtitutio, & in aliquo non ſit neceſſaria, quia ipſo iure non currit inſtantia, vide infra.

316 Capio ſecundum caſu; quando impedimentum proceſſit ex facto rei, puta propter eius ſubterfugia, & cauillationes: & concludo, quod licet in fatalibus ſit expreſſum, quod tempus non currat, per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra n.61. & ſeqq. art.3. caſ.2.*

Tamen in tempore primæ inſtantiæ videntur extare opiniones, de quibus Abb. *in cap. penult. venerabilis, ſub n.9. & poſt eum Mar. Socc. art.23. ſub n.44. verſ. circa primum de iud.* earum tamen illa eſt communis, quod tempus non currat, quam retuli *ſupra n.66. verſic. confirmatur. art.3. caſ.2.*

Confirmatur hæc communis opinio, quia ſi reus appellet à pluribus interlocutorijs habentibus diffinitiuæ, & in eis ſuccumbat, abſurdum videretur, quod actori diligenti periret inſtantia in ſententia diffinitiua, cum totum illud tempus conſumptum diſputatione incidentium, & emergentium culpa rei conuenti detrahi debeat de triennio inſtantiæ, *Ioann. de Amic. conſil. 139. non eſt opus, in fine principij, ibi, quibus ſtantibus, & latius,* ac melius Abb. *in cap. penult. venerabilis, num.10. verſic. additio, de iudic.* dicens, quod propter multa appellationes, protrahitur lis vltra terminum præfixum inſtantijs à iure communi, vel ſtatuto, ſententia poteſt ferri vltra terminum, *Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo, dicit conſtitutio, n.4. tom.7. f.270.* dicens, quod ſi fuerit appellatum à multis interlocutorijs, propter quod protelata fuerit inſtantia, poterit propter hoc impedimentum deinde pronunciari, niſi fuerit inhibitum per ſuperiorem, quia ſuſpenditur inſtantia.

Et quod ideo, ſi pendente quæſtionem coram laico, excipitur, quod inſtrumentum eſt vſurarium, vel de defectu natalium, ſicq; articulus illæ incidens remittatur ad iudicem eccleſiaſticum, qui inhibeat ſeculari, vt interim nõ procedat in negotio principali, ſicque terminus inſtantiæ labatur, antequam finiatur ille articulus incidens, quod, inquam, iſto caſu poſſit iudex cauſam finire poſt terminum, ſcribunt Abb. *vbi ſupra Maran. in ſuo ſpec. p.5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limit.6. n.39. fol. 244. & Mandoſ. tractat. de inhibit. quæſtio. 50. tom.5. fol.95.* & licet Capic. *deciſ. 11. in cauſa Federic. n.14. in fine, & nu. 15. in ſecunda reſponſione,* dicat contrarium, quod inſtantia currit, tamen bene loquitur Abb. & quod in incidentibus, & emergentibus poſt litis conteſtationem non requiratur litis conteſtatio, & in iſtis emergentibus inſtantia ſit perpetua, ſcribit Hier. Zann. *tract. de diff. iur. ciuil. & canon. diff.30. ſub n.46. & 47. tom.1. fol.201.* & quod inſtãtia ſuſpendatur, ſcribit Aſin. *in prax. iudic. §.2. c.11. n.1. & ſeqq. fol.22.*

318 Et quod propterea, ſi accuſatus, & coniunctus per teſtes de homicidio accuſet eoſdem teſtes de falſo, inſtantia cauſæ ſuper homicidio interim non currat, retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n.291. verſicul. ſecundus caſus.*

Et quod pendente lite ſuper hæreditate, non currat tempus conficiendi inuentarium, ſcribit Phanuc. *tract. de inuent. p.1. n.14. tom 8. par.2. fol.286.* quod tamen declaratur non eſſe verum, ſi hæres adiuit, & poſſidet hæreditatem, quia tunc currit tempus conficiendi inuentarium, *Rol. à Vall. tractat. de inuent. p.3. verſ. quæritur quo tempore, ſub n.5. ibi, intellige tamen, fol.174.* quem refert, & ſequitur Monticul. *eod. tract. c.7. n.6. fol.212.*

Et maxime procedit hæc confirmatio, quia etiam inſtantia interlocutoriæ habet triennium.

319 Declara I. hanc concluſionem eſſe veram, quando reus ſuccumbit in exceptionibus.

323 Declara II. vt actor, qui videt, cauillationibus rei litem protrahi, & non poſſe expediri, & inſtare iam finem triennij, proteſtetur ſæpius, inſtantiam labi facto, & culpa ipſius rei, & poſtea, lapſa inſtantia, compareat, & petat, pronuntiari inſtantiam peremptam facto, & culpa rei conuenti, & faciat illum condemnari in expenſis, *Mar. Socc. in cap. venerabilis, articul.23. ſub n.44. verſ. circa primũ, ibi, arbitror tamẽ, quod optima ſit cautela, de iudic. inter tract. diuerſ. to.3. p.1. fol.100.* & quod iudex debeat condẽnare in expenſis eam, cuius culpa inſtantia perijt, ſiue ſit actor, ſiue reus, declarat rurſus idem Mar. Socc. *eod. c. venerabilis, verſus finem, art.30. ſub n.59. fol.101.*

321 Subdeclara hanc declarationem habere locum & practicari, quando teneremus illam opin. quod curreret inſtantia, ſed actori daretur actio de dolo ad damna, & intereſſe contra reum, ſicut, tenendo hanc opinionem, ſcribit Marian. Socc. *ſub d. n.44. verſ. circa primum.*

322 Capio tertium: quando impedimentum proceſſit ex facto mixto vtrinſque, puta quia fecerunt compromiſſum: & concludo, quod licet fatalium tempus non currat, ſecundum ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra *n.105. art. 3. caſ.3.*

Tamen tempus inſtantiæ currit, Iaſ. *in l.11. properandum, n.23. limit.1. verſ. tu aduerte, C. de iudic. Franch. in c.8. ex ratione, q.2. n.19. de appell. Felyn. in c. penult. venerabilis, declar.3. ſub n.11. de iudic. Maran. in ſuo ſpec. p.5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limit.8. nu.24. fol.242. & p.6. actu 2. princip. in verbo, & quandocunque appellatur, n.237. verſ. ego autem, & n.338. fol.494. Capic. deciſ.11. in cauſſa Federici, in fine ſub n.17.* & hanc eſſe veriorem opinio-

Digitized by Google

opinionem teſtatur, & ſequitur Abb. *in d. cap. venerabilis, ſub num. 14. in additione, ibi, ſed primum dictum*, & hanc eſſe * communem* opin. teſtatur & ſequitur Salyc. *in d. l. properandum, ſub num. 6. verſ. quæro an per modum compromiſſi, C. de iudic.* & quod tempus inſtantiæ, neque per compromiſſum prorogari poſſit teſtantur Specul. Io. And. Rom. Lanfr. de Orian. & M. Ant. Blanc. quos retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. cap. 2. numer. 680.* vbi etiam de communi * opin.

Ratio differentiæ eſt, quia perempta inſtantia, non perit actio, & remanet ſaluum ius iterum agendi, ſed, peremptis fatalibus appellationis, totum ius eſt peremptum, quia ſententia tranſit in rem iudicatam, *Abb. Salic. Franc. Iaſ. & Maran. in locis ſupra proxime citatis*, & quod perēpta inſtantia non pereat cauſa, neque ius partis, ſed poſſit actor de nouo cauſam incipere, & nouam inſtantiam fa- * bricare, ſcribit & ſequitur eſſe comm. *opin. Maran. *in ſuo ſpec. p. 5. princ. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, nu. 47. verſ. 4. per inceptionem cauſſæ, fol. 245.*

323 Declara extendendo hanc concluſionem, vt quamuis terminus, aſſignatus à iudice vtriq; parti ad probandum, non currat, pendente compromiſſo, *vt refert, & ſequitur Franch. in d. c. ex ratione, nu. 26. verſic. & adde prædictis, de appell*, tamen currit inſtantia, quia tempus inſtantiæ non retardatur compromiſſo; licet ille terminus ſit aſſignatus intra tempus inſtantiæ, alias aperiretur via eludendi diſpoſitionem iuris.

Reſtringe eandem concluſionem, vt non procedat, quando vna cum inſtantia periret etiam ius partis, quia tempus non curreret *ſecundum ea, quæ ex Bald. Mar. Socc. & Felyn. retuli, & ſequutus ſum ſeq. 3. diff. reſte. 1. num. 332.*

324 Capio quartum caſum: quando impedimentum proceſſit ex facto iudicis: & concludo, quod, & ſi in fatalibus variæ circumferantur opiniones, & ea nobis probata ſit, quod ſecundus annus concedatur ipſo iure, & ideo reſtitutio in integrum non ſit neceſſaria, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra n. 122. & ſeqq. art. 3. caſ. 4.*

Tamen tempus inſtantiæ currit quidem ſecundum * communem * opinionem, quam ſequor, & retuli *ſupra num. 123. verſ. confirmatur hæc concluſio, art. 3. caſ. 4.* ſed datur impedito reſtitutio in integrum, ſi impedimentum fuerit iuſtum, vt ſequor, & retuli *ſupra ſub num. 124. verſ. ſecunda*, & datur iſto caſu abſque refectione expenſarum, vt puta, quia iudex fuerit infirmus, vel ex neceſſitate abſens, vel detentus multitudine cauſarum, vel ob aliam ſimilem iuſtam cauſam impeditus, *Maran. in ſuo ſpec. p. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limitat. 11. verſus finem, ſub num. 32. fol. 243.* & quod detur reſtitutio, ſi iudex propter multitudinem cauſarum non potuit expedire cauſam, ſcribit Alex. *in l. 1. properandum, §. ſin autem vtraque, num. 3. C. de iudic.* ſecus ſi non fuerit iuſtum, quia tunc non datur, ex quo tunc competit ſibi recurſus, ſeu actio contra iudicem in ſyndicatu, & ita intelligas Salyc. *in d. l. properandum ſub num. 47.* dum ſequitur opin. quod iſto caſu maiori non detur reſtitutio, & cum hac diſtin- * ctione intelligas illam magis communem* opin. quam refert, ſed non ſequitur Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt. 67. art. 5. ſub num. 32. verſ. in contrarium*, dum ait, quod ſi poſſet dari recurſus contra iudicem, non daretur reſtitutio in integrum; ipſe enim *num. 33.* tenet quod ſiue poſſit dari recurſus, ſiue non indiſtincte detur reſtitutio in integrum.

325 Sed in Regn. Neap. ex diſpoſitione pragmaticæ, inſtantia cauſæ, *rubr. de inſtantia non reſtituenda, &c. fol. 424.* intelligitur ipſo iure reſtituta inſtantia, dummodo actor proteſtatus fuerit, & ideo non cogitur adire Regem, neque ſacrum Conſilium pro inſuffiatione, *Maran. in ſuo ſpec. p. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, nu. 34. fol. 244.*

326 Reſtringe declarando hanc concluſionem, vt per iudicem ſtetiſſe dicatur in Regno Neap. quando proceſſus fuit concluſus per duos menſes ante triennium cum petitione, & proteſtatione deueniri debere ad expeditionem cauſæ, *Maran. d. p. 5. ſub n. 31. fol. 243.*

Secus forſan ſi proceſſus ſtetiſſet penes conſultorem, quia tunc, an interim currat inſtantia, diſputant Maran. *d. p. 5. limit. 18. n. 41. fol. 244. & Aſin. in prax. iudic. §. 2. c. 11. n. 29. & ſeqq. fol. 23.* quos poteris videre.

Limita eandem communem concluſionem, vt non procedat quando lis eſſet coram Principe, ſeu in eius Conſiſtorio, quia ibi nunquam perit inſtantia, ſed perpetuo durat, *vt dixi ſupra num. 132. verſ. confirmatur, art. 3. caſ. 4.*

327 Capio quintum caſum: quando impedimentum proceſſit ex facto tertij: & concludo, differentiam non eſſe inter fatalia, & primam inſtantiam, quia ſicut currunt fatalia, & datur actio ad intereſſe contra tertium, & in ſubſidium daretur reſtitutio, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra nu. 135. art. 3. caſ. 5.* ita etiam dicimus, quando inſtantia perierit facto, & culpa tertij, quia currit tempus inſtantiæ, ſed datur actio ad intereſſe contra tertium, ſi eſt ſoluendo, ſin minus datur reſtitutio ad litem, *Gloſſ. in Auth. vt ſponſalitia largitas, §. hoc quoque ſancimus, in verbo, præiudicium, ibi, in cauſſa vero principali. Abb. in c. penult. venerabilis, ſub n. 9. verſus finem, & Marian. Socc. art. 24. ſub nu. 46. verſ. circa primum caſum, ibi, ſi vero ſtetit, de iudic. inter*

328 *tract. diuerſ. tom. 3. p. 1.* † Et quod ſi facto tutoris, curatoris, actoris, vel procuratoris pupilli, aut minoris pereat inſtantia, non detur reſtitutio, niſi in ſubſidium, ſed agatur contra tutorem, curatorem, actorem, procuratorem, vel fideiuſſorem, eorum quæ hæredes, ſicque currat, & pereat inſtantia, ſcribit Socc. *d. verſ. circa primum caſum inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 1. fol. 100.*

Et iſto caſu, quando daretur reſtitutio, eſſet danda, etiam non teſcectis expenſis.

329 Capio ſextum caſum: quando impedimentum proceſſit caſu fortuito, vt puta, quia ſuperuenit peſtis: & concludo, differentiam non eſſe, quia ſicut currunt fatalia, vt dixi *ſupra nu. 145. art. 3. caſ. 6.* ita etiam dico, quod currit, & perit inſtantia, ſed datur reſtitutio in integrum, *Bertach. tract. de gabel. p. 2. de locatione gabellarum, n. 47. in vltimis verbis tom. 12. fol. 58. Aſin. in prax. iudic. § 2. c. 11. nu. 34. fol. 23.* & loquendo generaliter in quolibet caſu fortuito, ſcribit Maria. Socc. *conſ. 31. proſequendo ordinem, nu. 12. verſ. inſuper etiam, lib. 1.* & quod ſit neceſſaria reſtitutio ſcribit idem Mar. Socc. *in c. venerabilis, art. 24. ſub n. 46. ibi ſi vero inſtantia peryt, de iudic. inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 1. fol. 100.* & quod fatalia appellationis currant, non obſtante impedimento peſtis, ſentit Gloſſ. *in clem. 3. quamdiu, in verbo, vel alias, de appell. & ibi Additiuncula, citato Panormitano, notat in margine.*

Et iſto caſu datur reſtitutio ſine refectione expenſarum, quia peremptio inſtantiæ non eſt cauſata à negligentia actoris, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra.*

330 ¶ Tertia differentia eſt, quod fatalia poſſunt partium conſenſu prorogari, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra num. 105. & ſeqq. art. 3. caſ. 3. & ſpecialiter, num. 188. art. 10.*

Inſtantia autem iuris communis neque partium conſenſu poteſt prorogari, *Gloſſ. in l. 11. properandum, in verbo, triennij, Cyn. ſub n. 4. Bar. num. 2. & ſeqq. verſ. circa hanc legem, Bal. n. 4. Salyc. n. 6. verſ. quæro an terminus, Alex. nu. 10. & Iaſ. n. 19. 22. & 23. C. de iudic.* & multis alijs citatis, quos omitto, ſequitur Aſin. *in prax. iudic. §. 2. c. 8. n. 1.* & eſſe * communem * opin. teſtantur, & ſequuntur Maran. *in ſuo ſpec. p. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limit. 8, ſub num. 23. verſ. an autem poſſit fol. 242. & Carun. ſuper rit.* * *248. n. 7. verſ. quæro primo*, & hanc eſſe communem* opin.

quod

Digitized by Google

quod neq; expreſſo, neque tacito partium conſenſu poſſit prorogari, reſtatur & ſequitur Marian. Soc. *in c. venerabilis, ſub n. 38. art. 16. de iudic. inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 1. fol. 99.*

Rationem huius differentiæ adduxi *ſupra n. 322. in fine verſ. ratio*.

331 Extende hanc communem opin. vt procedat etiam ſi prorogatio fieret cum iuramento, quia adhuc non teneret, quia eſt contra publicam vtilitatem, *Bar. in d. l. properandum. num. 4. ibi, ex prædictis apparet, C. de iudic.* quem referunt & ſequuntur Ant. de Butr. *in cap. penult. venerabilis, verſus finem ſub n. 12. & Mar. Socc. num. 38. art. 16. de iudic. Iaſ. in d. l. properandum, ſub n. 21. verſ. tertio amplia.* & hoc idem referunt, & ſequuntur ex alijs Abb. *in d. c. venerabilis, n. 15. & Felin. n. 13. declar. 5. de iudic. & Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defect. iuriſdict. & vnde &c. ſub n. 127. verſ. intellige inſuper, tom. 4. fol. 390.*

332 Reſtringe I. eandem communem opinionem, & non procedat, quando vna cum inſtantia periret etiam ius partis, quia tunc illa ratio permiſſę prorogationis in cauſa appellationis, ſeu in fatalibus, de qua dixi *ſupra ſub n. 322. caſ. 3.* militat etiam in prima inſtantia, vt argumentatur Bal. *in d. l. properandum, num. 4. verſ. venio ad quæſtionem in fine, C. de iudic.* quem referunt, & ſequũtur Marian. Socc. *in c. venerabilis, art. 16 princip. ſub n. 39. fallen. 2. & Felyn. ſub n. 4. concl. 1. ibi, fallit hoc. de iudic.*

333 Reſtringe II. eandem communem opin. vt non procedat in inſtantia ſtatutaria, quæ ſit breuior ea, quæ eſt de iure communi, quia poterit prorogari vſque ad eam, quæ eſt de iure communi, *Iaſ. in d. l. properandum, ſub n. 23. lim. 5. C. de iudic. Felyn. in c. penult. venerabilis, n. 10. declar. 2. de iudic. Maran. in ſuo ſpec. p. 5. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, n. 25. verſ. prædicta tamen intellige, fol. 242.* &
* hæc reſtrictio eſt communis.*

334 Reſtringe III. vt non procedat in ijs caſibus, in quibus inſtantia facto rei, vel iudicis non curreret, quia eſſet quædam impropria ſpecie prorogationis, de quibus caſibus vide, quæ ſcripſi *ſupra n. 316. caſ. 3. & n. 132. art. 3. caſ. 4.* & vide pro hac reſtrictione fallentias, quas ponit Mar. Socc. *in d. c. venerabilis, art. 16. princip. ſub num. 38. & 39. de iudic. inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 1. fol. 99.*

335 Reſtringe IV. & eſt reſtrictio impropria, vt non habeat locum, quando partes vnico contextu, ſeu vnico actu repeterent omnia acta, quia tunc iudex poteſt etiam poſt peremptam inſtantiam ferre validam ſententiam, *Bar. in l. 11. properandum, ſub n. 5. ibi cogito quod vnus, Alex. num. decimoſeptimo, verſ. vtrum autem, Iaſ. ſub num 23. limit. 2. C. de iudic. Mar. Socc. in cap. penult. venerabilis; art. 10. princip. ſub num. 31. verſ. quarto modo, & latius art. 16. princip. ſub num. 38. verſ. primo fallit, & Felyn. n. 12. declar. 4. de iudic. & Maran. in ſuo ſpec. par. 5. princip. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, limit. 21. n. 45. fol. 245. & Cran. conſ. 270. in cauſſa communitatis, verſus finem ſub n. 7. verſ. tertio quod talis.*

Contra hanc reſtrictionem dubitauit Ant. de Butr. *d. c. venerabilis, in fine, ſub n. 12. ibi, dicis ſecundo*, dicens quod illa nouatio actorum non eſſet tuta, ſi perempts inſtantia, perempta eſſet actio, vel cauſa, item, inquit, forte cum in aliquibus exigatur formalitas, non ſufficeret illud generaliter recenſeri; & ex Ant. de Butr. refert & ſequitur ibidem Abb. *ſub n. 16.* dicit tamen poſſe dari, addẽs, quod de facili illuderetur illi conſtitutioni, & daretur materia figmentis: ſubdit tamen, nota dictum Bartoli in practica, & tene ſemper menti.

Sed dubitationibus Butrij poteſt reſponderi, & reſpõdet Alex. *in d. l. properandum, ſub n. 17.* & dictum Bartoli, reprobata dubitatione Butrij, eſſe veriſſimum, & ſæpiſſime practicari, & obſeruari teſtatur Maria. Socc. *d. artic. 16. ſub num. 38.* & motiuo Abbatis de figmentis reſpondet Felyn. *d. numero 12. in fin.*

336 Retenta ergo reſtrictione.

Nota, eius practicam eſſe, vt actor producat libellum, iudex admittat in forma conſueta, reus producat exceptiones iam productas, & actor replicationes ſuas repetat, & iterum actor, & reus repetant litiſconteſtationem, ſi facta fuit, & iuramentum calumniæ, ſi fuit delatum, fiat etiam productio poſitionum, & ſic atteſtationum, actor omnia acta ſua, & reus ſua, & iudex ſuo debito ordine, & loco, & ſi forte eſſet aliqua termini aſſignatio facta per iudicem, partes illi renuncient, prout hæc omnia tradit Mar. Socc. *d. art. 16 ſub n. 38.* vel, vt dicit Alex. *ſub d. n. 17.* actor dicat reo: libellum, quem alias tibi obtuli, reoffero: & reus dicat, & ego reſpondeo, prout alias reſpondi, & ſic de ſingulis.

337 Declara I. eandem reſtrictionem, vt iſta non ſit prorogatio inſtantiæ, ſed renouatio, ſeu inchoatio nouæ inſtantiæ, *Alex. Iaſ. Felyn. & Maran. in locis ſupra proxime citatis, & Mar. Socc. d. art. 16. n. 39. inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 1. fol. 99.*

338 Declara II. ſubreſtringendo, vt non procedat quando talis eſt cauſſa, in qua, perempta inſtantia, perimitur ius, vt in actione de dolo, & ſimilibus, quia tunc non eſſet renouanda inſtantia, *Bar. in d. l. properandum, ſub num. 5. ibi prædicta intellige, C. de iudic.* & in hac reſtrictione bene locutus eſt Ant. de Butr. citatus *ſupr. verſ. contra hanc reſtrictionem, n. 335.*

339 ¶ Quarta differentia eſt, quod fatalia incipiunt a die interpoſitæ appellationis, prout declaraui *ſupra num. 162. artic. 7.*

Inſtantia autem incipit à die litis conteſtationis, *l. 11. properandum*, in illis expreſſis verbis: *non vltra triennij metas poſt litem conteſtatam*, & ibi Bald. *in fine principij ante n. 1. ibi, & per hoc apparet quod inſtantia, Salyc. num. 1. Alex. num. 2. & Iaſ. n. 5. not. 5. C. de iudic. Marian. Socc in c. venerabilis, art. 8. ſub n. 24. de iudic inter tract. diuerſ. to. 3. part. 1. fol. 98. Maran. in ſuo ſpec. part. 5. princip. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, num. 3. verſ. quæro igitur primo, fol. 239.* Et hæc eſt communis * concluſio, quæ
* procedit de plano, & ſine contradictore, & hanc concluſionẽ, loquendo de inſtantia coram arbitris, retuli, & ſequutus ſum ex Spec. Ioan. Bapt. Lanfr. de Orian. Guid. Pap. Boer. Blanc. Bapt. de S. Blaſ. & alijs *lib. præced. c. 2. ſub n. 673. verſ. ſecunda opinio, & num. 675.*

140 Declara I. hanc concluſionem, vt in cauſis, in quibus lis non conteſtatur, incipiat ab eo actu, qui ſequeretur immediate poſt conteſtationem litis in cognitionem meritorum, id eſt, cum incipit cognoſci de meritis, *vt ex Cyn. Bart. Bald. Alex. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 245. verſ. comprobatur primo.*

341 Declara II. reſtringendo eandem communem concluſionem, vt non procedat quando à ſtatuto præfigitur certus terminus inſtantiæ, inchoandæ ante litem conteſtatam, vel ab aliquo actu poſt litem conteſtatam, & ideo attendenda eſſe ad hunc effectum verba ſtatuti, vtrum loquantur per verbum, cauſa, vel per verbum, controuerſia, aut, petitio, ſeu, lis, vel, quæſtio, vel per alia ſimilia verba, quia tunc incipiet currere ſecundum ſignificationem illius verbi, admonet Mar. Socc. *in cap. venerabilis, art. 8. ſub num. 26. verſic. ſed quæro circa prædicta, & n. 27. de iudic. inter tract. diuerſ. tom. 3. p. 1. fol. 98.* de quorum verborum ſignificatione, in articulo petendi compromiſſi, & inchoandæ inſtantiæ coram arbitris vide, quæ ſcripſi *lib. præced. c. 2. n. 43. & ſeqq. & n. 719.* quia illa bene inſeruiunt huic declarationi.

342 Declara III. reſtringendo, vt non procedat de inſtantia, quam Princeps præfigit iudici delegato ad terminandam cauſam, quam ei committit, quia incipit à die præſentatæ commiſſionis, text. eſt ad literam *in cap. 12.*

ſuper

Digitized by Google

ſuper eo in fine de appellat. Mar. Socc. in capit. venerabilis, art. 8. ſub numero 27. verſic. vlterius quæritur de iudic. inter tract. diuerſ. tomo 3. parte 1. fol. 98. Franch. in d. c. 12. ſuper eo gl. 2. not. 4. n. 7. & 8. de appel. dicens, quod tempus datum ad finiendam cauſam non incipit à die datarum literarum, ſed à die, quo præſentantur iudicis; & ideo, inquit, tempus non currit donec literę præſententur.

343 Extende hanc declarationem, vt procedat etiam in caſu, quo cauſſa fuit delegata de conſenſu vtriuſque partis, & reus præſentat reſcriptum, vt præiudicet actori, faciendo ei currere tempus à die præſentationis, & præcipuè eſt vera hæc extenſio, ſi reus præſentauerit reſcriptum ſine malitia, non præueniendo nimium actorem, quia tunc imputatur actori, qui fuit negligens; quod ſi malitioſe nimium præueniendo præſentauerit, tunc currit quidem tempus, ſed delegans prorogabit tempus, vel iudex condemnabit reum in expenſis, Franch. d. c. ſuper eod. in fine n. 24. & 25.

344 Reſtringe ſubdeclarando eandem declarationem, vt procedat, quando in reſcripto apponitur tempus per dinumerationem dierum, puta quòd cauſa debeat expediri infra triginta dies, infra menſem, vel infra annum; ſecus ſi tempus eſſet dinumeratum ad certam diem, puta quia mandatur, cauſſam expediri ante paſcha, vel ante Kalend. Ianuarij, quia iſto caſu non habet locum declaratio, ſed tempus incipiet currere à die datarum literarum, & ſemper labitur, etiam ſi nunquam præſentarentur literæ, vt refert, & ſequitur Franch. d. c. ſuper ead. ſub n. 8.

345 Infero notabiliter ex hac communi concluſione ſic declarata, quod inſtantia nunquam currit illis, quæ aguntur ante litem conteſtatam, ſeu ante initium ipſius inſtantię, & conſequenter poſſunt partes ante conteſtationem litis litigare per mille annos ſuper exceptionibus, & perſonarum legitimatione, & ſemper remanebunt tres anni in ciuilibus, & duo in criminalibus poſt conteſtatam litem ad finiendam cauſam, ſecundum Bald. in l. 73. & poſt edictum, §. penult. in fine ff. de iudic. quē referunt, & ſequuntur Alex. in l. 11. properandum, numero 5. ibi ex hoc textu etiam infertur, & Iaſ. numero 6. not. 6. C. de iudic. & Maran. in ſuo ſpec. parte 5. princip. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, ſub numero 3. ibi hinc pulchre, fol. 239. ex Azo. Spec. Io. Bapt. Guid. Pap. retuli, & ſequutus ſum lib. præced. capitul. 2. numero 683. Et quod in litis emergentibus ante litis conteſtationem inſtantia ſit perpetua, retuli & ſequutus ſum ex Hier. Zau. ſupra ſub n. 317. verſ. & quod ideo, differ. 2. caſ. 2.

Nota hanc illationem, quia poteſt euenire in praxi, vt litigetur non ſolum per annos decem ante litiſconteſtationem, ſicut loquitur Bal. vbi ſupra, ſed etiam per annos nos triginta, ſicut in facto teſtatur Spec. in titul. de appellat. §. nunc breuiter verſicul. item iuſta cauſa numero 4. dicens, in quadam decimarum Anglicana cauſa, quę tunc coram eo pendebat, fuiſſe diſputatum vltra triginta quatuor annos priuſquam deueniretur ad litis conteſtationem, & ex Spec. refert Iaſ. in dict. l. properandum, not. 6. nu. 6. Cod. de iudic. vbi miratur, quod Spec. tam breui tempore ętatis ſuę tam euaſiſſet in tam ſummum virum, ſubdens, nobiſcum dici poſſe illud Diui Ambroſij: Quid nos ventris animalia vnquam tale fecimus, quos ſi ſecunda hora vigilantes offenderit, oſcitamus, & manibus faciem defricamus, & alij, quos citaui infra quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. n. 177. verſ. infertur.

346 ¶ Quinta differentia eſt, quod, lapſis fatalibus, cauſa efficitur deſerta, ſententia tranſit in iudicatum, & conſequenter peritius appellantis, vt ex Abb. Salyc. Franch. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n. 322. in fine in 2. differ. caſ. 3.

Inſtantia autem perempta, remanet ius iterum agendi vt conſideratur ijdem Abb. Salyc. & Franch. ſupra citati, & hęc eſt concluſio communis, quæ procedit de plano, & ſine contradictore.

347 Limita hanc communem concluſionem, vt non procedat in cauſa criminali, quia in ea, perempta inſtantia, actor non admittit ad renouandam inſtantiam, teſtibus Bald. Salyc. Alex. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum infra q. 17. limit. 49. n. 6. verſ. extende quarto.

348 Declara I. eandem communem concluſionem, vt, perempta inſtãtia, pereant omnia acta ordinatoria iudicij, Bart. in l. 11. properandum, ſub numero 6. ibi quandoque tempus ſtatuitur inſtantiæ, C. de iudic. ſeu acta ordinatoria litis vt loquitur Franch. in cap. 63. dilecto, q. 39. numer. 9. de appellat. ſeu vt dicit Abb. in cap. penul. venerabilis, ſub nu. 14. verſ. quæro quæ acta pereunt de iudic. pereunt acta iudicij, non autem acta cauſę, ſeu litis, Maran. in ſuo ſpec. p. 5. princip. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, numero 55. fol. 247. quem retuli, & ſequutus ſum, lib. præced. capit. 2. numero 704. verſ. primus effectus, & ex Ronchegallo refert, & ſequitur Aſin. in prax. iudic. §. 14. capit. 3. num. 9. fol. 108.

349 Subdeclara I. hanc declarationem, vt acta ordinatoria iudicij ſint iſta: libelli oblatio, citatio, litiſcõteſtatio, ſatiſdatio, iuramentum calumnię, delatio iuramenti, & ſimilia, quę pereunt, perempta inſtantia, Alber. de Roſ. tract. de ſtatut. parte 1. quæſt. 56. numero 2. tomo 2. fol. 10. Franch. in capit. 63. dilecto, quæſt. 39. numero 90. de appell. Mar. Socc. in capitul. venerabilis, art. 27. numero 51. concluſ. 2. de iudic. inter tract. diuerſ. tomo 3. parte 1. fol. 100. & Maran. in ſuo ſpec. p. 5. princip. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, ſub n. 55. verſ. iſtis præſuppoſitis, fol. 247. de quibus actis ordinatorijs, ſeu actis iudicij, quę ſint vide etiam Aſin. d. c. 3. n. 7. & 8.

350 Infero I. ex hac ſubdeclaratione, rationẽm, quare ſẽtentia, lata poſt peremptam inſtantiam, ſit nulla, eſſe quia deficiunt acta ſubſtantialia iudicij, Bart. in l. 11. properandum, ſub n. 6. ibi ratio quia ſent. non valet, Cod. de iudic. Iaſ. & Mar. Socc. infra citati, & dixi libro præcedent. cap. 2. numero 706. & quod ſententia lata poſt peremptam inſtantiam ſit nulla, ſcribunt Gloſ. in d. l. properandum, in verbo triennij, ibi, item quid ſi ſententia lata eſt. Bart. numero 6. verſ. quæro quid ſi ſententia. Salyc. num. 7. verſ. quæro quarto. Alex. num. 19. verſ. in eadem, & Iaſ. n. 26. verſ. in quinta parte, C. de iudic. Franch. in cap. 63. dilecto q. 39. n. 90. de appell. Mar. Socc. in c. venerabilis, art. 15. n. 35. in vltimis verbis, & numer. 36. de iudic. inter tract. diuerſ. tomo 3. p. 1. fol. 99. et ex Alex. Affl. Maran. et Caran. retuli, et ſequutus ſum d. cap. 2. num. 705. verſ. ſecundus effectus, vbi de communi opin. & adde quæ ſcripſi eod. cap. 2. nu. 712. verſ. capio ſecundum.

Reſtringe iſtam illationem, declarando aliquos caſus,

351 Primus caſus eſt: quando tempus ſtatuitur parti: & iſto caſu dico, quod pars, lapſo tempore, non auditur, Bart. in d. l. properandum, ſub n. 6. ibi, primo caſu. Bal. ſub n. 6. verſic. circa iſtam autem materiam, Salyc. ſub n. 3. ibi ideo et notabiliter attende, Cod. de iudic. Alber. de Roſ. tract. de ſtatut. p. 1. q. 56. ſub n. 6. ibi aut tempus præfigitur parti, t. 2. fol. 10. & ita ſub breuiori diſtinctione tenui lib. præced. cap. 2. ſub n. 709. & 712. in ſecundo caſu.

352 Secundus caſus eſt, quando tempus ſtatuitur iudici, & iuriſdictioni: & iſto caſu iudex, finito illo tempore, non poteſt aliqui facere, Bart. Bald. Salyc. & Alber. Roſ. in locis ſupra proxime citatis, & ſub breuiori diſtinctione dixi d. c. 2. ſub n. 709. & 712. in ſecundo caſu.

353 Tertius caſus eſt, quando tempus ſtatuitur iudici tantum: & iſto caſu quod iudex facit poſt tempus, valet, ſed ipſe punietur, Bart. Bal. Salyc. et Alber. de Roſ. in locis ſupra proxime citatis, & quod iſto caſu ſententia poſſit ferri, perempta inſtantia, ſcribunt Bald. Paul. de Caſtr. Alex. Maran. Carau. Et quod hæc opinio ſit multum in vſu, & com-

Digitized by Google

communiter * approbetur, & quod hæc diſtinctio videatur ſatis bona, teſtantur ijdem, & quod hæc opinio probetur *ex l. vnica §. ſciant autem, C. vt omnes iudices tam ciuiles, quam militares*, & quod ideo cauſa ſyndicatus poſſit expediri etiam lapſo tẽpore præfixo, ſcribit. Par. de Put. quæ omnia, & quos omnes retuli, & ſequutus ſum *d.c.2. ſub n.709. verſ. capio primum, vbi videas*.

354 Quartus caſus eſt, quando tempus ſtatuitur inſtantię, hoc eſt, non præfigitur tempus circa ſubſtantiam actionis, ſed circa litis inſtantiam; & quia iſto caſu, finito tempore, finitur inſtantia ipſo iure, cõcludo, quod illud, quod iudex facit, finita inſtantia, non valet, quia non poteſt pronunciare, *Bald. in d. l. properandum, ſub num. ſexto, verſus finem, caſ. 4. & Salyc. ſub num. tertio, verſic. quandoque lex præfixit, Cod. de iudic. Alber. de Roſ. tract. de ſtatut. p. 1. quæſtio, 56. ſub num. ſexto, verſus finem, ibi aut non præfigitur tempus, tomo ſecundo; folio vndecimo*, & iſto caſu intelligendi ſunt ij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra in illatione.

Aduerte, quod iſto caſu iudex poteſt de nouo cognoſcere, & iudicare, ſed non vigore primæ inſtantiæ, *Bal. & Alber. in locis ſupra proxime citatis*.

355 Quintus caſus eſt, quando tempus ſtatuitur actioni: & iſto caſu iudex non poteſt aliqui facere finito tempore, quia finita eſt actio, *Bar. in d. l. 1. properandum, n. 6. in vltimis verbis; Bal. ſub n. 6. verſ. circa iſtam autem, in tertio caſu, C. de iudic. Alber. de Roſ. tract. de ſtatut. p. 1. q. 56. ſub n. 6. ibi tertio caſu, to. 2. fol. 11.* Salyc. vero *in eadem l. properandum, ſub n. 3. verſ. quandoq. tempus præfigitur actioni*, intelligit, hoc eſſe verum, quando præfigitur actioni, & eius inſtantiæ.

Aduerte, quod hoc eſt verum, quando lapſus temporis finit actionem ipſo iure, vt dicit Bal. *vbi ſupra*, quod Sal. vbi ſupra declarat vlterius, vt procedat, quando aduerſus actionem opponitur exceptio intentionis, vel facti, qua oppoſita ait, actionem non poſſe deduci in iudicio, ea autem non oppoſita, tenent inquit, proceſſus, & ſententia: & in hoc ſunt contrarij Bal. & Salyc. ſuper qua contrarietate cogita.

Secus, inquit Bal. ſi lapſus temporis finit actionem ope exceptionis, quia licet quis ſit tutus exceptione, tamen ſententia lata valet, & in hoc a fortiori concordat Salyc. *ſub d. n. 3. in fin.*

356 Sed ad cognoſcendum, quando lex, ſeu ſtatutum præfigat tempus parti, vel iudici, aut inſtantiæ, aut actioni, conſideranda ſunt verba, quibus loquitur lex, ſeu ſtatutũ, quibus verbis ad hunc effectum vide, quæ ſcribunt Salyc. *in dict. l. properandum, n. 4. verſic. quando autem, Cod. de iud. Vant. tract. nullitat. rubr. de nullitat. ex defect. iuriſd. & vnde &c. num. 118. verſ. in primis, & n. ſeqq. & n. 122. tom. 4. fol. 390. & Aſin. in prax. iudic. §. 2. c. 1. n. 3. & ſeq. c. 2. per totum, & c. 3.*

357 Et quod in dubio præſumi oporteat, tempus eſſe præfixum cauſæ, & inſtantiæ, referunt, & ſequuntur Alexand. *in d. l. properandum, num. 20. verſ. ſed dubium eſt, C. de iudic. & Vant. d. rubr. de nullit. ex defec. iuriſd. & vnde &c. num. 119.*

358 Infero II. quod, perempta inſtantia, liberantur fideiuſſores de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, etiamſi omnia acta vnico contextu poſt peremptam inſtantiam repeterentur, vt refert, & ſequitur Marian. Socc. *d. art. 27. in fine, ſub n. 58. concl. 4. fol. 101.*

359 Subdeclara II. vt non pereant quo ad effectum, vt probent, ſic fuiſſe acta, quia hunc effectum retinent quandocunque, ideoque, ſi fuerint in publicam formam redacta per notarium, fidem facient, quod ita fuerit actum non ſolum inter eaſdem perſonas, ſed inter quaſcunque alias, & in quacunque cauſa, *Marian. Socc. in d. c. venerabilis, art. 27. ſub n. 50. de iud.*

360 Subdeclara III. vt acta ordinatoria pereant quoad effectum, vt ex eis in futurum ſequi non poſſit ſententia; ſecus quoad alios effectus extra ſententiam, & inſtantiam iam cauſatos ab ipſius actis ordinatorijs, quia quoad iſtos effectus remanent valida, ſeu, inquam, iſti effectus cauſati durant, & ideo perpetuatio actionis facta per litis conteſtationem remanet valida, & ſimiliter mala fides poſſeſſoris, a conteſtatione litis cauſata, remanet in ſuo eſſe, vt limitando, diſputando declarat Mar. Socc. *d. art. 27. ſub n. 51. 52. & ſeqq.* ad quem vos remitto, quia non intendo ſuper hoc paſſu vlterius hic inſiſtere.

361 Declara II. vt acta litis deciſoria non pereant, perempta inſtantia, Franc. *in cap. 63. dilecto q. 39. num. 90. de appellat.* vel dic, quod acta probatoria, ſeu ad veritatis indaginem pertinentia non pereunt, perempta inſtantia, *Marian. Socc. in c. venerabilis, art. 27. concl. 3. ſub n. 55. & 56 de iudic. inter tract. diverſ. tom. 3. p. 1. fol. 101. Maran. in ſuo ſpec. p. 5 princ. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia ſub nu. 55. fol. 247.* & hoc eſt, quod ſentit Abb. *in d. c. venerabilis, ſub n. 14.* quem retuli, & ſequutus ſum *declar. praeced. n. 348* dum ait, quod non pereunt acta cauſæ, ſeu litis; Et hæc eſt declaratio communis.

362 Subdeclara hanc declarationem, vt acta deciſoria, ſeu probatoria, quæ non pereunt, ſint depoſitiones teſtium, inſtrumenta, confeſſiones, & ſimilia, *Franc. in d. c. 63. dilecto, q. 39. n. 90. de appell. Maran. vbi ſupra*: & an confeſſio ficta, vide Mar. Socc. *d. artic. 27. num. 56. in fine, & num. 57. verſ. aduerte tamen*, & an atteſtationes non publicatæ, vide per eundem *ſub eod. n. 57. verſ. 2. infertur, fol. 101.*

QVÆSTIO XVI.

ARGVMENTVM.

A quibus iudicibus liceat, & à quibus non liceat appellare.

SVMMARIVM.

Appellatio eſt permiſſa regulariter à quolibet iudice, num. 1. — *Redditur ratio, n. 2. & ſeqq.*

Ampliatur I. hæc regula, vt habeat locum in Clariſſimo, n. 5. — *Ampliatur II. in Præſide n. 6.* — *Ampliatur III. in Duce, n. 7.* — *Ampliatur IV. in Prętoribus, Vrbano & Peregrino, n. 8.* — *Ampliatur V. in Proconſulibus, & Comitibus, n. 9.* — *Ampliatur VI. in Præfecto Ægypti, num. 10.* — *Ampliatur VII. in Comite Orientis, num. 11.* — *Ampliatur VIII. in Vicarijs &c. n. 12.* — *Ampliatur IX. in Procuratore Cæſaris, n. 13.* — *Ampliatur X. in Vice præfectis n. 14.* — *Ampliatur XI. in ſpectabili, n. 15. Ampliatur XII. in illuſtri, n. 16.* — *Ampliatur XIII. in delegato Imperatoris, n. 17.* — *Ampliatur XIV. in Antianis, n. 18.* — *Ampliatur XV. in Aſſeſſore, n. 19.* — *Ampliatur XVI. in Collegio, & Rectore Collegij, n. 20.* — *Ampliatur XVII. in iudice duelli, &c. n. 21.* — *Ampliatur XVIII. in ſententia Legati, num. 22.* — *Ampliatur XIX. in Baronibus, alijſque Domicellis, qui non ſunt Principis, num. 23.* — *Ampliatur XX. in quolibet, à quo non ſit expreſſe prohibita appellatio, n. 25.* — *Et vnde colligantur aliæ ampliationes, ibid. verſ. reliquas.*

1 Regula eſt, quod à quolibet iudice poteſt appellari, vt *ſcribunt Specul. tit. de appel. §. videndum reſtat. in princip. lib. 2. fol. 187. Bar. in l. 19. à proconſulibus, n. 3 C. de appel. And. Barbar. tract. de card. leg. de lat. q 5. ſub n. 12. & 13. t. 13. p. 2. fol. 141. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. art. 2. princ. in verbo, & quandoq; appellatur, verſ. quarto principaliter, numer. 246. fol. 496. Io. Ferrar. tract. de appel. lib. 2. c. 3. in princ. fol. 68. Marcheſ. trac. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. c. 1. n. 56 fol. 12.* dicens poſſe appellari tam à iudicibus ordinarijs,

quam

Digitized by Google

quam à delegatis, quod ſcribit etiam Spec. vbi ſupra.

Ratio reſpectu iudicum eſt, quia & ſi obediendum ſit iudicibus, tamen ſunt iudices alij alijs ita ſubordinati, vt ex inferioribus liceat recurrere ad ſuperiores, *Fr. Mich. Sal. in 2.2. D. Tho. q. 69. art. 3. concl. 1. fol. 474.*

3 Ratio vero reſpectu appellantis eſt, quia ſicut iure naturæ cuique conceditur, vt poſſit ſe defendere, ne occidatur; quæ naturæ defenſio non tantum iure ciuili, ſed etiam iure cœli eſt comprobata, vt contra Accurſ. bene ſcribit Couar. *in clement. ſi furioſus, parte 3. §. vnico, numero 1. de homic.* nō enim eſt neceſſarium ad ſalutem, vt quis actum moderatæ tutelæ prætermittat ad euitandam occiſionem, quia plus tenetur homo vitæ ſuæ prouidere, quam vitæ alterius: hæc enim lex non eſt ſcripta, ſed nata, eam non didicimus, non accepimus, non legimus, ſed ex natura ipſa artipuimus, hauſimus, expreſſimus, ad eam nō docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela, aut latronum; aut inimicorum incideris, omnis honeſta ratio erit expediēdæ ſalutis; ſilent enim inter arma leges, *Couar. vbi ſupra*. Quare ſi quis a clerico inſultante aliter ſe defendere non poſſet, licitum eſſet ei illum interficere, vt ex communi

* opin. refert, & ſequitur Clar. *in infra citato, §. homicidium, verſ. præterea*, imo etiam Cardinalem, vt ex Ang. *in l. 3. vt vim, ff. de iuſt. & iur.* refert, & ſequitur idem Dec. *numero 7.* & ſentit Gloſ. *in cap. fin. in verbo, percuſſerit, de pæn. in 6.* Et hoc procedit etiam in foro conſcientiæ ſecundum

* communem * opin. Theologorum. *Sot. libr. 5. de iuſtit. & iur. quæſt. 1. articul. 8. Nauar. in manual. confeſſ. capitul. 15. numero 3. Couar. vbi ſupra, & Clar. lib. 5. recept. ſent. §. homicidium, verſic. excuſatur autem, in fine*, & ſacerdos, qui ad ſui neceſſarium defenſionem ſuum occidit inuaſorem, irregularitatem non contrahit, *late Couar. d. §. vnico, in princip. & numero 1. & ſeqq.* in tantum, quod ſacerdos, interficiens aggreſſorem, dum celebrat, poteſt proſequi celebrationem, *Marſ. in leg. 1. numero 28. & ſeqq. ff. ad leg. Corn. de Sicar. & conſil. 4. numero 4 & 5. Bertaz. conſil. 1. numero 3. lib. 1. criminalium*: & monachus poteſt aſſumere arma ad defenſionem contra Abbatem, qui ipſum odio haberet, & grauaret, *vt ex Card. refert, & ſequitur Dec. in c. 3. ad noſtram, n. 4. de appell.*

Ita etiam ab eodē fonte naturæ oritur defenſio quam ius poſitiuum conſtituit in appellatione aduerſus grauamen, quod ſine violentia eſt reparabile; nulla enim honeſtiori via grauatus ſe tueri poteſt, quam via recurſus ad ſuperiorem, qui poteſt grauamen reuocare, *Fr. Mich. vbi ſupra*.

4 Vnde, cum appellatio ſit ſpecies defenſionis *l. 1. ff. de appellat. & cap. 61. cum ſpeciali, §. porro, de appellat. Biſig. deciſ. vlt. numero 3. de appell. Socc. conſil. 39. capio primum, numero 9. ibi, eſt enim appellatio, lib. 4. Alex. conſil. 113. viſo themate, numero 1. lib. 5. Maran. in ſuo ſpec. parte 6. in verbo, & quandoque appellatur, numero 247. fol. 496.* & quod appellatio concernat defenſionem, ab iniuſta ſententia, & ſit inducta ad præſidium innocentiæ, ſcribit Franch. *in rubr. numer. 24. verſ. ſed tamen dubitatur, de appell.* & quomodo appellatio ſit defenſio, vide ſupra, *qu. 3. ſub n. 1. & infra limit. 1. ſub n. 21*, merito a quocunque inferatur grauamen, debet eſſe permiſſa.

Hæc regula, vti aliarum legitima ſoror, eſt dota ſuis ampliationibus, quas & ſi ſuperflue enumerare videatur qui ſingulas niteretur proſequi limitationes: alterum enim neceſſarium eſt, vel ponere ſingulas ampliationes, vel ſingulas limitationes, ſeu exceptiones, quia exceptio firmat regulam contrariam in cæteris, vt retuli, & ſequutus ſum *lib. præc. c. 10. n. 2.*

Nos tamen, etſi ſingulas limitationes ſaltem neceſſarias, aut frequentiores ponere conemur: nihilominus aliquas ex ijs, quæ antiquos reſpiciunt magiſtratus, ſelectas, ideoque nobis non familiares ampliationes non omnino omittemus.

5 Amplia I. igitur hanc regulam, vt appellaretur a Clariſſimo *l. 32. præcipimus, in illis verbis, & ſi à ſententia clariſſimorum, & c. C. de appellat.* & ex Gloſſ. & Azo. retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 8. ſub n. 1.*

6 Amplia II. vt appellaretur à Præſide, *Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 2. num. 49.* dicens, quod a Duce, eodemque Præſide appellatur, quod ſatis patet ex his, quę ſcripſi *ſupra quæſt. 8. num. 2.* & ex eo quod Diuus Paulus appellauit a Fœlice Præſide Prouinciæ ad Cæſarem, & eius appellatio fuit admiſſa, vt legitur *in apoſtol. act. cap. 25. & 26.* & notauit Greg. Tholoſ. *tract. de appellat. lib. 3. capit. 14. in fine, fol. 345.* & quod Feſtus Paulum, Cæſarem appellantem, ad Cęſarem remiſerit, notant etiam Oldr. *conſil. 89. epiſcopus, ſub num. 3. Salon. in 2.2. D. Thom. quæſt. 69. art. 3. concl. 1. in fine, fol. 474. Card. Iacobat. tract. de concil. lib. 10. art. 1. ſub num. 10. verſic. ad quod, tomo 13. par. 1. fol. 351. & Card. Alex. in cap. 6. cum ad verum, diſt. 96. column. 3. in princ. in 8. & vlt. argum.* & ibidem verſus finem *dicti capit. in reſponſione*, ad octauum argumentum declarat, quod appellauit ad Cæſarem tanquam ſuperiorem non ſuum, ſed ſuperiorem illius, a quo Paulus iniuriam acceperat.

7 Amplia III. vt appellaretur à Duce, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 8. ſub n. 2.*

Idem à magiſtris officiorum, *l. 2. C. de his qui permitt. iudic.*

Idem à Proconſulibus ita P. Gregor. *lib. 3. de appellat. capit. 13.*

A Vicario Foraneo quod ad Epiſcopum appelletur *not. Rol. à Vall. conſil. 75. numero 17. & ſeq. lib. 3.* Sed à Vicarij almæ Vrbis ſententia à ſumma ducatorum quinque infra non appellatur ſecundum Veſtr. *in praxi lib. 2. c. 16. n. 4.*

8 Amplia IV. vt appellaretur à Prætoribus Vrbano, & Peregrino, *l. 17. ſi apud vtrumque, C. de appellat. conſult. Greg. Toloſ. tract. de appell. lib. 3. c. 14. n. 1. fol. 345. & Rugin. eod. tract. de appell. §. 2. c. 2. nu. 44.* dicens, quod appellatur à Prætoribus Romanis.

Aduerte, quod loco iſtius Prætoris Vrbani habemus hodie Senatorem. *vt ex Veſtr. & Greg. Toloſ. retuli infra limit. 4. ſub num. 2.*

9 Amplia V. vt appellaretur a Proconſulibus, & Comitibus, & ijs, qui vice Præfectorum cognoſcunt, ſiue ex appellatione, ſiue ex delegatione, ſiue ex ordine iudicauerint *l. 19. à proconſulibus. & l. 32. præcepimus. C. de appell. Greg. Toloſ. tract. de appellat. lib. 3. c. 13. nu. 1. et 3. et Rugin. d. §. 2. c. 2. nu. 51.* & quod à Vicepræfectis appellaretur ſcribit rurſus idem Rugin. *eod. §. 2. c. 2. num. 54.*

10 Amplia VI. vt appellaretur à Præfecto Aegypti *l. 1. C. de poſtul. et l. 32. præcipimus, C. de appellat. ſeu Præfecto prætorio, auguſtali, et Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 3. c. 12. ſub n. 4. fol. 342.*

11 Amplia VII. vt appellaretur à Comite orientis *d. l. præcipimus, C. de appell.*

12 Amplia VIII. vt appellaretur à Vicarijs eorum de quibus in duabus præcedentibus ampliationibus *d. l. præcipimus, et Rugin. d. §. 2. c. 2. n. 53.*

13 Amplia IX. vt appellaretur à Procuratore Cæſaris, *l. 5. cum eorum, iuncta Gloſſ. in verbo procurator, C. de ſent. et interloc. omn. iud. Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 2. n. 52.*

14 Amplia X. vt appellaretur a Viceprælectis, *vt dixi ſupra ampl. 5. n. 9.*

15 Amplia XI. vt appellaretur à Spectabili, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 8. ſub n. 2. ibi, quod ſi index, et n. 4. et 5.*

16 Amplia XII. vt appellaretur ab Illuſtri, *vt dixi d. q. 8. n. 4.*

17 Amplia XIII. vt appelletur a delegato Imperatoris

Digitized by Google

eo ordine, quem retuli *ſupra q.8. ſub n.10.*

18 Amplia XIV. vt poſſit appellari ab Antianis, vt ex Breder. refert, & ſequitur Rugin. *tractat. de appell, §.2.cap.2. num.55.*

19 Amplia XV. vt poſſit appellari ab Aſſeſſore ſi grauet, *Specul.tit.de aſſeſſor.§.debet autem,n.1.lib.1.fol.40.*

20 Amplia XVI. vt poſſit appellari a Collegio, & a Rectori Collegij, vide ſupra *q.8. n.121.*

21 Amplia XVII. vt poſſit appellari à iudice duelli, etiam ſi is ſit Dux executiuis, vel Capitaneus armorum, vel magnus Conteſtabulus, quia iſti ſunt officiales Imperij, Regum, vel Ducum, & appellabitur ad eorum ſuperiorem, *Par.de Put.tract.de re mil.c.vlt.an à ſententia lata, &c.ſub num.1.& ſub num.3.tom.16.fol.428.* ad quem ſe remittit Iac.de Caſtil.*tract.de duell.c.vlt.in extremis verbis, tom 12. fol.293.*

Sed ampliationem hanc recenſeo, vt te admoneam, quod duellum iure optimo eſt prohibitum, *vt retuli, libr. praeced.c.9.n.1711.& 1712.*

22 Amplia XVIII. vt poſſit appellari à ſententia Legati; quia appellatur ad Papam, *vt dixi ſupra q.8.ſub n.99.verſ. a legato,* & loco Papæ poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, vt habetur in eius facultatibus *num. 9.* conceſſis à Greg.XIV. de quibus dixi *d.quaeſt.8.ſub n.125.verſ. tertio concludo.*

Contra hanc ampliationem faciunt ea, quæ de Legati de latere poteſtate conſiderani *infra limit.10.* Sed tamen non recedas ab ampliatione, quam reiecta etiam illa limitatione, ibidem amplexus ſum.

23 Amplia XIX. vt poſſit appellari à Baronibus, aliiſque Domicellis, qui non ſunt Principes, etiamſi non recognoſcerent Imperatorem, *Alb.Brun.in feud. conſ.154. attento in princ.li.2.* Imò etiamſi ſit Princeps, qui principatum habeat in feudum, *idem Alb.Brun.in conſ.200. circa primum, in fine, ibi, poſt ſcripta, eod. lib.2.* & quod ſemper remaneat ius appellandi ad eum ſupremum ſuperiorem, a quo deriuatur inueſtitura, vide *ſupra q.8. ſub n.111. verſ. oppono ſecundo, & n.112.* & quod a non recognoſcentibus ſuperiorem, appelletur ad Papam, ſcripſi *limit.1. nu.126.* vbi vide.

24 Subamplia, vt multo magis poſſit appellari ab eorum Vicarius, Poteſtatibus, Locatenentibus, & Gubernatoribus, Licet enim ab iſtorum Dominis non poſſet appellari, tamen poteſt appellari ab ipſis, *Alber.Brun.d.conſ.154. attento, lib.2* & facit quod ſcripſi *infra limit.1.n.71.* Et licet idem Alb.Brun. *vbi ſupra,* dicat, quod ab iſtis Poteſtatibus non poteſt appellari ad eorum Dominos, quia eſt idem tribunal, tu tamen vide quæ ſcripſi *ſupra quaeſt. 8. n. 103.& 106.& ſeqq.*

Quia contra hanc ampliationem, & ſubampliationem, poſſent multa allegari, ideo pro concordia, & abſoluta intelligentia vide quæ ſcripſi *infra lim.1.num.110.111.& ſeqq.vſq.ad n.115.excluſiue.*

25 Amplia XX. vt poſſit appellari à maioribus, & minoribus iudicibus, *Bald.in l.19.à proconſulibus, C.de appell.* & à quolibet, à quo non ſit expreſſe prohibita appellatio *per ea, quæ dixi ſup.n.1.*

An poſſit appellari ab executore, ab arbitrio, ab arbitratore, & aliis quibuſdam, videbis *quaeſt. ſequenti limitat. 21.13.& 14.*

Reliquas ampliationes omitto, quia ſupra *quaeſtione octaua,* dum egi: ad quos iudices appelletur, ſatis dixi à quibus appelletur, quia terminus ad quem habet terminum à quo.

LIMITATIO I.

SVMMARIA.

Appellari non poteſt à ſententia Principis, n.1.& 2. & hęc eſt limitatio regulæ.

¶ *Extenditur I. hæc limitatio, loquendo in Papa, vt procedat etiamſi appellaretur ad Concilium generale, n.3.*

Extende II. loquendo de Imperatore, etiamſi appelletur ad Papam, n.4.— Reſtringitur hac extenſio, n.5.& 126.

Extenditur III. in quolibet non recognoſcente ſuperiorem n.6

Extenditur IV. vt à ſententia Papæ non ſolum non appelletur, ſed neque poſſit allegari ſuſpectus, n.7.& 8.— Subextenditur hæc extenſio, n.9.10.& ſeqq. in quibus habetur, qui poſſint & qui non poſſint allegari ſuſpecti.

Extenditur V. etiam in ſententia duelli, lata ab Imperatore, &c. num.19.

Extenditur VI. vt ſicut non poteſt appellari à Principe, ita neq; poſſit appellari à ſentẽtia iudicis dati à Principe cum clauſula (appellatione remota) n.20.& ſeqq. in quib. an et quomodo Princeps poſſit tollere appellationem vſq; ad n.25.— Subextenditur primo, vt hęc clauſula præcipue operetur in cauſſa poſſeſſoria, n.26.— Subextenditur ſecundo contra ipſum, qui clauſulam impetrat, n.27.— Subextenditur tertio, vt clauſulæ, quib. appellatio intelligitur ſublata, ſint multæ, quarum viginti duę hic recenſentur à n.28. vſque ad n.77. incluſiue — Declarantur multipliciter naturæ, & effectus clauſulę, qua remouetur appellatio, n.78. & ſeqq. vſq; ad n.106. excluſiue.— Reſtringitur extenſio explicando, qui Princeps poſſit dare iudicem cum clauſula (appellatione remota) & qui non poſſint, n.106.& ſeqq. in quib. de poteſtate Baronum, vſque ad n.116. incluſiue.

Extenditur VII. vt appellatio à Principe ſit prohibita ad vtrumque effectum, n.117.

Extenditur VIII. in fideliſſimis Procerib.&c. ſub eod. n.117.

Extenditur IX. vt Princeps ſicut poteſt dare iudicem remota appellatione, ita etiam poſſit dare, remota recuſatione, n.118.— Declaratur, ſubextenditur, & reſtringitur multipliciter, à n.119. vſq; ad n.125. incluſiue.

¶ *Sublimitatur I. vt non procedat in ſententia, quæ contineret manifeſtam iniquitatem, quia tunc etiam à ſententia Imperatoris poteſt appellari ad Papam, n.126.& ſeqq.— Ampliatur, vt Papa poſſit cognoſcere cauſſam appellationis, pertinentem ad Curiam Imperatoris, quando appellans propter impotentiam non poſſet recurrere ad Imperatorem, ſub n.128.*

Sublimitatur II. vt non procedat in ſententia, quam Papa, ſeu Imperator proferret ex relatione, n.130.— Sed eſt appellandum ad eundem Papam, n 132.— Extenditur hæc ſublimitatio, nu.133.— Reſtringitur multipliciter, n.134.& ſeqq.

Sublimitatur III. in ſententia lata à iudice ſecundum reſcriptum Principis, num.138.— Declaratur cum diſtinctione quatuor caſuum, n.139.& ſeqq. vſque ad n.147.— Extenditur eadem ſublimitatio multipliciter, n.148.& ſeqq. vſque ad n.152.

Sublimitatur IV. quando appellaretur à Principe male informato, n.153.

Sublimitatur V. in ſententia lata à delegato Principis, num. 154.— Reſtringitur hæc ſublimitatio, n.155.

1 Limita I. eandem regulam, vt non habeat locum in Principe non recognoſcente ſuperiorem, quia ab eius ſententia non datur appellatio, *l.1.ff. à quibus appellat.non lic, & quidem ſtultum eſt, illud admonere à Principe appellare fas non eſſe, cum ipſe ſit, qui prouocatur, &c.17. cuncta per mundum, 9.q.3.—120. in ſumm. C. tit.de appell. n.15.verſ. porro quidam, Spec.tit.de app.§. videndum reſtat, in princ.*

princip.libr.2.fol.187. Archid.in c.28.anterторum,ſub num.1.2.q.6.Franch.in rubrica numero 9.de appellat.& in rubr,ſub numero 2.verſ.reperitur tamen,eod.in 6.Iaſ.in l.5.ſi quis aduerſus,ſub numero 1.C.de precib.imper.offer. Claud. Cantiunc.tract.de offic.iudic.lib.2.c.4.n.5.fol.81. Nicel.tractat.de concord.gl.concor.6.fall.19.numero 60.folio 138.Marau.in ſuo ſpec.parte 6.act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur,numero 248.lim.1.folio 496. Io. Ferrar.tractat.de appell.lib.2.cap.3. à cuius iudicis ſententia, numero 130.ta.5.fol.68. Rebuff.tractat.de appellat.art.7.gl.2. numero 27.verſ.13.tomo 3.folio 504.Rol.à Val.conſil.94.præſuppoſito,numero 1.lib.1.Rot.diuerſ.deciſ.50.dubitaui in cauſſa Bonon.numero 4.parte 2.& Rugin.tract.de appell.§.2.cap.2.num.20.verſ.a ſententia principis.

2 Declara iſtam limitationem, dum loquitur de Principe, vt intelligatur de Papa, & Imperatore, vt declarat Spec.vbi ſupra,& loquitur Mart. Laud. tractat.de princip.q.266.licet à ſentent.1, tomo 16. fol.208. & Papa loquitur Franch.in rubr.ſub numero 2. verſ.reperitur tamen, de appel.in 6.& de Papa,& Imperatore loquuntur Rebuff.tractat.de appell.art.3. gloſ.vna numero 8. & 10. tomo 3.fol.489.& Farin.in qq.crim.q.101.lim.14. numero 72. & de ſententia Papæ loquitur Rugin.tract.appellat.§.2.c.2.n.9.verſ.regula. & de ſententia Imperatoris loquitur eod.c.2.q.15. verſ.à ſententia Imperatoris.

Ratio huius limitationis ſic declaratæ eſt,quia de ſubſtantia appellationis eſt, vt fiat à minori ad maiorem iudicem,vt dixi ſupra q.2.n.1.& ſub num.6. verſ.ratio rationis.Sed Papa,& Imperator non habent ſuperiorem;Ergo &c.Et quod ideo non poſſit appellari à Papa,quia non habet ſuperiorem in mundo,ſcribit Rebuff.d.ar.3.gl.vna,nu.8. & quod ratione non poſſit appellari à ſententia Principis, quia non habet ſuperiorem in iuriſdictione, ſcribit Franch.in rubrica ſub num.2. verſ. reperitur tamen de appell.in 6.

3 Extende I. hanc limitationem loquentem in Papa vt procedat etiamſi appellaretur ad Concilium generale, vide ſupra q.8.n.63. vbi quod eſt error hæreticalis tenere contra hanc extenſionem.

4 Extende II. vt eandem limitationem, loquentem in Imperatore, vt procedat etiamſi ab Imperatore appellaretur ad Papam, quia appellatio non teneret, ex quo Imperator non habet ſuperiorem in temporalibus, Franch. in rubrica numero 13. verſ.& ex prædictis, de appellat.

5 Reſtringe hanc ſecundam extenſionem prout reſtrinxi infra verſ.ſublimiто 1. n.126.

6 Extende III.vt habeat locum in quolibet, qui non recognoſcit ſuperiorem, Franch.in rubrica ſub numero 9.de appellat.

7 Extende IV. vt litigantes non ſolum non poſſint appellare à ſententia,& proceſſu Papæ, iuxta ea quæ dixi hic ſupra, ſed neque poſſint eum vti ſuſpectum recuſare, Franch.in capit.36.poſtremo, num.14 q.6.in fine,& in cap.61.cum ſpeciali,q.11.num.32. de appell.& Lancellot.tract.de attent.parte 2.c.6.de attent.poſt recuſationem, nu.34.& 35.fol.340.

8 Ratio eſt, quia appellatio, & recuſatio à pari procedunt, Franch.in c.43.nouit.n.4.in fine de appell.& Felyn.in c.1.ſub n.6.col.3.ibi tamen dicas, de iud.

Confirmatur primo iſta extenſio, quia ſuſpicio ſecundum praxim, & generalem conſuetudinem proponi debet coram ſuperiore,vt patet ex his,quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c.101.ſub numero 28. verſic.in reliquis cauſſis, verſ.in regno. Sed Papa non habet ſuperiorem. Ergo,&c.

Confirmatur ſecũdo,quia Papa poteſt de plenitudine poteſtatis committere cauſſam ſine facultate recuſandi * ſecundum commun.* opin. quam retuli,& ſequutus ſum infra n.118.verſ.extende octauo.

Retenta illa ratione,poſita ſupra ſub n.8.

9 Subextende primo hanc quartam extenſionem, vt habeat locum in Imperatore, & quolibet Principe, non recognoſcentes ſuperiorem: & quod Princeps, non poſſit recuſari ſuſpectus,quia nullo modo præſumitur, quod faciat iniuſtitiam, ideoque Imperator poſſit eſſe iudex in cauſſa propria,ſcribit Franch.in c.61.cum ſpeciali,q.11.n.32.de appell.

Retenta etiam ratione eiuſdem extenſionis, poſitæ ſupra n.8.

10 Subextẽde ſecundo,vt procedat etiam in mero executore, quia ſicut ab executore non appellatur,ita nec poteſt allegari ſuſpectus, Franch.in cap.43.nouit.not.2.nume.2.de appel.quia appellatio,& recuſatio à pari procedunt, ſecundum Franch.& Felyn.quos retuli,& ſequutus ſum ſupra n.8.

11 Reſtringe hanc ſubextenſionem, vt non habeat locum in executore mixto, habente iuriſdictionem quia tunc poteſt grauare,& ideo poteſt vti ſuſpectus recuſari,Franch.in d.c.nouit.n.5.de appell.

12 Infero primo ex hac reſtrictione, quod executor, deputatus ad examinationem teſtium, vel ad audiendum, & referendum, poteſt recuſari ſuſpectus, quia poteſt occulte grauare partem, Franch.in d.cap.43. nouit.numer.7.de appell.

13 Infero ſecundo,quod executor in literis beneficialibus ſi aſſumſit partes iudicis,poteſt recuſari ſuſpectus:ſecus ſi eſt deputatus in dando poſſeſſionem beneficij,quia tunc non poteſt recuſari, niſi poſſeſſionem tradere debeat, parte citata,& citato poſſeſſore,quia tunc poſſet partem occulte grauare,& ideo poſſet recuſari, Franch.d.c.nouit.n.8.verſ.ſed dubitatur.

14 Infero tertio generaliter,quod executor,qui poteſt occulte grauare partem,poteſt ſuſpectus recuſari, vt in præcedentibus illationibus.

Secus ſi non poteſt grauare, quin notorie conſtet de grauamine, quia tunc non poteſt vti ſuſpectus recuſari, Franch.in d.c.43.nouit.n.7.in fine,& n.8 in fine.

15 Aduerte obiter circa materiam huius quartę extenſionis,quod ſi principaliores ſunt ſuſpecti, reliquum poteſt haberi pro ſuſpecto, Alber. Brun.in feud.conſ.200.circa primum,verſ.ſed prædicta, lib.2.

16 Quare ſi Metropolitanus eſt ſuſpectus,poteſt tota Synodus,haberi ſuſpecta, Alber.Brun.vbi ſupra;& quod Synodus, ſeu Concilium prouinciale poſſit vti ſuſpectum recuſari,ex quo poteſt errare,vide Franch.in c.36.poſtremo,n.16.de appellat. & latius Felyn.in c.1.ſub n.16. de iud.& Boer.deciſ.269.an curia ſuprema, n.1.& ſeqq. qui procedunt declarando.

Similiter ſi eſt ſuſpectus Rector poteſt totum Conſilium haberi pro ſuſpecto,& non eſt abſurdum,quod poſſit vna patria haberi pro ſuſpecta, Alber. Brun. vbi ſupra.

Et quod quæcunque vniuerſitas,& omne collegium, vel rectores, & conſules collegiorum poſſint ex iuſta cauſſa ſuſpicionis recuſari,ſcribit Franch.in d.cap.36. poſtremo, q.8.num 17. & c.61.cum ſpeciali, q.10.num.31. de appell.& vide Boer.vbi ſupra loquentem de Vniuerſitate, Parlamento, & Cardinali, & alios, ad quos ſe remittit Lancell.tract.de attent.parte 2.c.6.de attent.poſt recuſat.n.35.& ſeqq.

17 Quod Cardinalis non poſſit recuſari ratione ſuſpicionis,ſcribunt Anch.in c.43.nouit.not.4. n.4. de appellat.& Franch.d.c.36.poſtremo,quæſt.7.n.15.de appell.

Certuſienſis, vel alius religioſus bonæ obſeruantiæ non poteſt recuſari, vide Franch. eod.capit.poſtremo, q.6.num.14.

Concilium generale non poteſt recuſari, maxime

quando

quando præeſt Papa, quia Eccleſia tota non poteſt errare, *Franch.in d.c.36.poſtremo, quaſi.8.num.16.de appell.* ad quem locum ſe remittit *in c.61.cum ſpeciali, num. 30. q. 9. eod.tit.*

18 Qui alij poſſint, vel non poſſint vti ſuſpecti recuſari, vide eundem Franch.*d.c.poſtremo;num.15.& ſeqq.& in d.c. cum ſpeciali,n.29.& ſeqq.*

19 Extende V. eandem limitationem poſitam *ſupra num.1.* vt procedat etiam ſi ſentẽtia fuerit lata ſuper duello, quia ſi Imperator, Rex Franciæ, vel alter Rex, Princeps, vel Dux Monarcha in Regno ſuo, qui per pugnatores fuerit electus pro iudice, & dederit campum, tunc ab eius facto, vel ſententia non appellabitur, *Par.de Put.tract. de re milit.in fine c.vlt.an a ſententia lata,ſub n.2. tom.16. fol. 428.* ad quem ſe remittit Iacob.de Caſtil.*de duell.cap.vlt. & in vltimis verbis,tom.12.fol.293.*

Sed hæc extenſio à nobis recenſetur, *vt dicamus*, quod duellum eſt iure execratum, vt dixi *libr.præced. cap.9. numer.1711.*

20 Extende VI. vt ſicut non poteſt appellari à ſententia Principis, ita neque poſſit appellari à ſententia iudicis dati à Principe cum clauſula, *appellatione remota, l.1.§.interdum,ff.à quibus appell.non lic.c.53.paſtoralis, & ibi communiter * Canoniſtæ de appell.Spec.tit. de appell.§. in quib. num.15.verſic.duodecimo,lib.2.fol.185.Papien. in pract. in form.appell.a ſent.diffin.in gloſ.coram vobis, ſub n.9. verſic. quæritur vltra,fol.405.Franch.in rubr.ſub n.3.verſ. aliquãdo vero,de appell.in 6.Nicell.tract.de concord. gloſſ. concor. 6.fall.68.n.108.fol.196.& Ioan.Ferrar.tract.de appell. lib. 2.c.3.à cuius iudicis ſententia,n.130. tom.5.fol.68. Maran. in ſuo ſpec.par.6.act.2.princip.in verbo,et quandoque appellatur,limit.28.n.336.Feder.Schen tract. de appell. ſub n.38. verſic.quarta,Rebuff.tract.de appell.art.7.gl.2.n.26. verſic. duodecimo tom.3.fol.504.*

21 Ratio huius extenſionis eſt, quia Princeps poteſt per reſcriptum tollere appellationem, & reſcribere, appellatione remota, *Rebuff.tractat.de appell.in præfat.num.82 to.3.fol.481.* & quod Princeps poſſit per reſcriptum tollere appellationem, ſcribunt Modern. *tract de proceſſ. execut. par.4.c.1.ſub num.19.fol.746.Anguiſſ.conſ 76. de tribus, n. 5.verſ.quod ſic,n.15.& 16.lib.1.Breder.tract.de appel. par. 1.tit.11.col.24.& ſeqq.* & eſt communis * opinio, de qua teſtatur Couar.*pract.qq.cap.23.num.6 verſ.non negamus, verſicul.5.probaui, & verſic.6. quando qualitas, volum.2. fol.521.*

Contra hanc rationem inſurgo duobus medijs.

Primo, quia appellatio eſt ſpecies defenſionis, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra initio huius q.num 4. verſ. ſed appellatio*, & ideo appellatio non denegatur excommunicato, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.5.n.5.verſ. extende tertio.* At defenſio eſt de iure naturali, & quæ ſunt de iure naturali tolli non poſſunt, quia inferior non poteſt tollere, quod facit ſuperior. Ergo, &c.

Secundo, quia conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod non liceat appellare, non valet, teſtibus ijs, quos citaui *q.ſeq.lim. 48. n.14.ſub n.1.*

Ad primum medium, reſpondeo multipliciter.

22 Primo Reſpondeo, quod in appellatione ſunt duę partes; Prima pars eſt appellationis ſubſtantia, quæ eſt, vt iuſtitia reddatur aduerſus iniquitatem, vel imperitiam iudicis, hancq; partem appellationis Princeps non poteſt tollere, quia eſt de iure naturali: Secunda pars eſt appellationis formalitas, hancq; poteſt Princeps tollere, quia eſt de iure poſitiuo, vt ſcribit Abb. *in rub.n.7.verſ. ex quibus, de appell.* quem refert, & ſequitur Breder.*tract.de appell.d. tit.11.col.26.littera D.* Dico ergo, quod quando Princeps tollit appellationem, præſumit, ſententiam eſſe iuſtam vel propter excellentiam iudicis, vel, &c. & ſic non tollit ſubſtantiam appellationis.

23 Secundo Reſpondeo, [& ſonant hæc ſecunda, & ſeqq. reſponſiones in idem] quod licet appellatio ſit defenſio, tamen eſt defenſio iudicialis, quæ poteſt tolli, vt firmat Alber.*tract.de ſtatut.lib.4.q.53.ſed quid ſi,num.3.in fine,et num.4.& ſeqq.tom.2.fol.74.* & ſcribunt Franch.*in c.53.paſtoralis,quæſt.4.num.20.de appell. & Rebuff. d.tract. de appellat.in præfat. n.84.tom.3.fol.481.* dicens, quod Princeps non poteſt tollere defenſionem inuentam à iure naturali, ſed poteſt, inquit, tollere defenſionem inductam a ſe, & ſentiunt Abb.*d.rubr.verſ.ex quibus,ſub n.7.verſus finem,et Felyn.ſub n.3.verſic.circa tertiam,de appell.* dum ſcribunt, quod ſicut lex, confidens de iuſtitia trium ſententiarum conformium, tollit appellationem, præſumens, quod admiſſio appellationis eſſet abuſus appellationis; ita etiam in aliquibus caſibus poteſt confidere de iuſtitia vnius ſententiæ, ideoque in multis caſibus denegat etiam primam appellationem.

Tertio reſpondeo, quod licet non poſſit tolli defenſio, tamen poteſt tolli modalitas, ſeu forma defenſionis, *Anguiſſ.dict.conſ.76.de tribus,n.15.& 16.lib.1.*

24 Quarto reſpondeo, quod non ex eo, quod tollitur appellatio tollitur defenſio, quia potuit condemnatus antequam condemnaretur, ſe plene defendere in prima inſtantia, *Rebuff.d.tract.de appell.in præfat.ſub n.84. verſ.nec refragatur,tom. 3.fol.481.*

25 Quinto reſpondeo, quod Princeps poteſt tollere defenſionem quoad formam ſuam, & iuris poſitiui ſolemnitatem, ſed non quoad eius ſubſtantiam, prout eſt de iure naturali, & æquitatem continet *Aſin.in prax.iudic.§.31.c. 34.ſub n.6.verſ.in contrarium, & ſub n.7.* & ideo condemnatus, qui non poteſt appellare, poterit poſt ſolutam condemnationem repetere condictione indebiti, ſicut in eo, qui, ſublata ſibi omni exceptione, fuit coactus ſoluere, ſcribit Aſin.*ſub d.n.7.& ego retuli,& ſequutus ſum infr. n.49.verſic.defenditur primo.*

Ad ſecundum argumentum patet ſolutio ex eiſdem, quæ ſcripſi *hic ſupra ſub n.22.23.& 25. & in eadem citata limit.48.ſub n.172.*

Retenta extenſione, quæ eſt vera.

26 Subextende primo eam, vt ſi iſta clauſula, *appellatione remota*, ſit appoſita in reſcripto iudicij poſſeſſorij, tollat appellationem etiam in caſu, quo à iure communi concederetur, vt retuli, & ſequutus ſum *qu.ſeq.limit.6. membr.7. n.1.& 2.*

27 Subextende ſecundo, vt non ſolum tollat appellationẽ, quam potuiſſet interponere is, contra quem impetratum eſt reſcriptum cum dicta clauſula, ſed tollat etiam appellationem, quam potuiſſet interponere is, qui reſcriptum impetrauit, *vt ſcribunt Felyn.& Contar. quos citaui qu.ſeq. limit.7. n.24.*

28 Subextende tertio eandem extenſionem, vt appellatio poſſit tolli non ſolum præfata clauſula, de qua *ſupra num. 20.* quæ habet verba aperta, & propria, ſed etiã alijs clauſulis, quæ non habent verba ita aperta, vt aduertit etiam Lancell.*tract.de attent.p.2.c.12.de attent.& innou. appell. pend.limit.8.princ.n.2. in fine, & n.3. fol.365.* & patet ex ſeqq. & quæ ſint iſtæ clauſulæ, quibus appellatio intelligitur ſublata, ordinate diſcurramus.

I. Clauſula erit iſta, *Sententia firma remaneat, & executioni mandetur*, quæ verba tollunt facultatem appellandi, *Rugin.tract.de appell.§.2.gl.2.n.2.verſ.primo igitur & ſentiunt Iaſ.in conſ.187.circa primum, n. 23. ibi ſimiliter & è contra,lib.2.Contar.in l.vnica in notabilibus,num.20.C.ſi de mom poſſ.Anguiſ.conſ.76.de tribus,n.9.lib.1.* dicens, appellationem cenſeri prohibitam, quando ſtatutum vult, quod ſententia mandetur executioni.

29 II. Clauſula, & eſt ſimilis præcedenti, *Sententia ſortiatur effectum ſuum, Rugin.tractat.de appellat.§.9 gl.2.num.4.& Contar.in d.l.vnica,in notabilibus,n.18.19.20.& ſub n.23. & 25.*

Digitized by Google

& 35.C.ſi de mom.poſſeſſ. dum narrando, quod effectus, ſententiæ eſt executio, & quod tunc dicitur ſententia ſortita effectum, quando eſt deducta ad executionem, infert, quod lex tollit appellationem, quando mandat executionem fieri, adeo, quod amplius de eius iuſtitia, vel iniuſtitia cognoſci non poſſit, & expreſſius Ioſ. Lud. *in Peruſ. dec.20.domina Martiana,num.17.ibi,lata ſententia,* dicens, quod præfata verba (*lata ſententia ſortiatur effectum*) habebant illis temporibus, Bartoli ſcilicet, communem intellectum, quod ſententia tranſiret in iudicatum quoad vtrunque effectum, & *numero* 18. dicens, quod poſt illa tempora, ſcil. Bartoli, habuerunt hunc magis communem intellectum, quod admitteretur appellatio quoad effectum deuolutiuum, non retardata executione, de hac re vide, quæ late ſcripſi *q.ſeq.limit.6.membr.7. numero 16. & ſeqq.*

30 III. *Non audiatur,* quibus verbis ſublatam eſſe appellationem ſcribunt Spec. *tit.de appell.§.in quibus, ſub n.32. verſ.trigeſimo ſecundo, lib.2.fol.186. Nicel.tract.de concord.gl concor.6.fall.62.n.98 fol.195. Contar.in l.vnica, in notab.ſub n.20.verſ.ideoque, & n.21.C.ſi de momen. poſſeſſ. Marcheſ.tract.de commiſ.par.1. de comm.cum clauſula,appell.rem c.10.n.17.fol.101.in 2.impreſſ.* loquens de clauſula, *Nullatenus audiatur,* & quod, denegata audientia, intelligatur prohibita appellatio, quia audiretur appellando, ſcribunt Franch. *in rubr.n.25.de appell. Rebuff.tract.de appell.art.6.gl.2.n.36. tomo 3.fol.505. & Lancell. tract.de attent.par.2.c.12.de attent. & innou.appel. pend. limit.50. princ.n.16.fol.378. & p.3.c.28.n.78.& 79.fol.447.*

Contrarium refert, & ſequitur Cæſ.Barz. *in Bonon.dec. 150. in ardua ſub n.6. verſ.nam id diluitur.*

Retenta prima opinione,

31 Declara eam veram eſſe, quando denegatur audientia tam agendo, quam defendendo, *Franch.in rubr.n.25.in fine,de appell.& Lancell.tract.de attent.par.2.c.12. limit.8. n.3.fol.365.& d.lim.50. ſub n.18.fol.378.* Secus ſi denegetur audientia ſimpliciter, quia tunc appellatio non cenſetur ſublata; & ratio eſt, quia appellatio eſt defenſio, quæ non cenſetur ſublata, eo quod ſit ſublata actio; quare licet excommunicato denegetur actio, ſeu audientia agendo, vt dixi *ſupr. q.5.n.6.in fine,* tamen poterit appellare, *vt ex Spec.Franch.Rebuff.& alijs retuli, & ſequutus ſum d.q.5.n. 5.extenſ.3.*

32 Retenta hac declaratione,

33 Extende eandem primam opin. vt, denegata audientia, ſit ſublata etiam facultas petendi reſtitutionem ad poſſeſſionem, *vt ex Affl.refert, & ſequitur Contar.in l.vnica, in notabilibus,ſub n.21.C.ſi de momen. poſſeſſ.*

IV. *Imprator perpetuum ſilentium,* Quibus verbis prohiberi appellationem ſcribunt Nicell. *tract.de concor.gl.concor.6.n.100.in princ.& in vltimis verbis,tomo 18.fol.195. Rugin.d.§.9.gl.2.n.7.verſ.quarto.* Et quod, impoſito ſilentio, non poſſit audiri, vide Lancellot. *tract.de attent.par. 3.c.28.n.84.fol.447.* & quod non poſſit peti reſtitutio in integrum, vide Capic. *dec.69.in cauſſa Ioannis,ſub num.13. in 3.reſp.*

34 V. *Abſque lite fiat reſtitutio,* his verbis ſublatam eſſe appellationem ſcribunt Bal.& Boſſ. quos citat, & ſequitur Contar. *in l.vnica,in notabilibus, n.22.C.ſi de mom.poſſ.* Et quod verba, *ſine lite, & cauſſa cito expediatur,* importent, quod, ſequuta declaratione iudicis, nulla detur appellatio ſcribit Cornaz. *in Lucen.deciſ.193.in cauſſa N.n.2.in fine, ſequutus Baldum conſ.330.n.7.lib.1.* & quod verba, *Sine lite, & iurgio,* tollant appellationem, refert, & ſequitur Rugin. *tract.de appell.§.9.gl.2 q.16.n.46.*

35 VI. *Non poſſit querelare,* quibus verbis ſublatam eſſe appellationem, ſcribunt Dec. *in cap.4.perſonas, not.4.in fine, n.7.de appel.Contar.in d.l.vnica,in notab.ſub n.23.C.de mom.poſſ.Lancell.tract.de attent.parte 2.c.12. de attent.et innou.appell.pend.limit.8.princ.n4.fol.365 & Rugin.d.§.9. gl.2.n.8.*

36 VII. *Non poſſit contradicere,* ſeu, *Sit remota omnis contradictio,* hæc verba tollunt appellationem, *Dec.d.c.perſonas. not.4.n.6.de appellat.Contar.in d.l.vnica,in notabil.n.23.C. ſi de mom.poſſ.Lancell.d.lim.8.n.4. fol.365. Rugin.d.§.9.gl. 2.n.14.*

37 Declara, hæc verba, diſtinguendo tres caſus, vt per Crot. quem citat, & ſequitur Rugin. *tract.de appell.§. 9. gl.2.n.15.* Primus eſt in iſtis verbis: *Procedas abſque contradictione,* & conceditur appellatio; quia intelligitur de eo qui facto contradicit. Secundus eſt in illis: *Remota quacunq; contradictione,* & denegatur appellatio, quia illa dictio, *Quacunq;* non patitur præfatam reſtrictionem. Tertius eſt in illis, *Abſq; aliqua contradictione,* vel, *nulla contradictione, recepta,* ſeu, *nulla prorſus contradictione recepta,* & cenſetur omnino prohibita appellatio.

38 Extende ſecundum, & tertium caſum huius declarationis, vt idem ſit quando ſtatutum diceret, *nulla exceptione, vel appoſitione,* quibus verbis ſublatam eſſe appellationem ſcribit in terminis ſtatuti Mediolanenſis Ruginell. *d.gloſ.2.n.37.verſic,duodecimo quaro.*

39 VIII. *Procedas ſine ordine iudiciaria,* quibus verbis ſublatam eſſe appellationem deducit Anguiſſ. *conſ. 76. de tribus,numero 6. verſ.quo ſtante,lib.1.* Idem dicendum eſt de verbis; *Procedas citra omnem iudicij formam, Anguiſſ. d.conſ.76. ſub n.10.* Idem à fortiori dicemus de verbis; *Procedere libere,et circa omnem iudicij formam,* prout in iſtis aperte loquitur Anguiſſ. *vbi ſupra.* Idem dicemus etiam de verbis; *Procedas libere,* nam his verbis intelligi remotam appellationẽ, ſcribit Anguiſſ. *eod.conſ.76. n.11. ſed declara,vt infra nu.41.verſ.decimo,* & quod verba, *Sine ſtrepitu iudicij,* excludat appellationes, refert Oſaſc. *deciſ. 1.ſub n.14.*

40 IX. *Non poſſit ſe defendere,* his verbis appellationem tolli patet manifeſte, quia appellatio eſt ſpecies defenſionis, iuxta ea, quæ dixi *initio huius q.n.4.* Sublato ergo genere, ſunt ſublatæ ſpecies, *Ruginell.tract.de appell.§.9.gl 2. n.9.verſic.ſexta.*

41 X. *Libere facias,* vel, *libere expedias,* quibus verbis ſublatam eſſe appellationem ſcribunt Bal. & Ant. de Butr. *in c.13.irrefragabili, in princ.de offic.ordin.& Iaſ.in l.19.ſi filiã,verſus finem,ſub n.9.verſ.ſecundo facit C.de inoffic.teſt.*

Verum Franch. *in rub.n.26.verſ.ſed quid ſi,de appell.* videtur tenere, quod poſſit appellari, vbi foret iuſta cauſſa appellandi.

Quid dicendum? Dec. *in c.1.n.17. verſ.nam dictum eorum, de reſcript.* reprobans dictum Franchi, ſcribit naturam dictionis, *libere,* eſſe, vt tollat appellationem ſaltem quoad interlocutoriam, ſecus quoad diffinitiuam, cui diſtinctioni videtur adhærere Rugin. *tract.de appell.§.9 gl. 2.n.11.*

42 Declara hanc diſtinctionem, vt in caſſu, quo addita eſſent alia verba, puta, *libere, et ſine lite,* tunc, attenta geminatione, ſemper intelligitur ſublata appellatio, *Rugin.d.gl. 2.ſub n.12.*

43 XI. *Sine aliqua cenſura, et appoſitione,* quibus verbis tolli appellationem ſaltem in caſu ſtatuti Mediolanen. ſcribit Rugin. *trac.de appell.§.9. gloſſ.2.n.17.*

44 XII. *Ad ſatisfactionem condignam facias obſeruari,* quibus verbis ſublatam eſſe appellationem ſcribit Ruginell. *ſub d.n.17.verſ.decimam.* Rota tamen, quam citat, nihil in libro meo.

45 XIII. *Nulla exceptione obſtante,* vel, *remota omni exceptione,* quibus verbis ſublatam eſſe appellationem ſentit Rugin. *d.§.9.gl.2.quæſt.11.numer.18.* motus ea ratione, quod præfata verba habeant eandem vim, quam habent verba, *nulla contradictione, vel oppoſitione obſtante,* de quibus verbis loquutus ſum *ſupra num.37. verſic. declara*

quic-

quicquid enixe conſulat Alexand. *conſil.* 113. *viſo themate, ſub num.* 12. *lib.* 5. dicens, aliud eſſe, quod ſtatutum dicat, contra ſententiam iudicis condemnantis ad pœnam non poſſe excipi, & aliud, quod dicat, vt iudex abſque condemnatoria compellat illum, omni exceptione remota.

46 Confirmatur primo declaratio iſtorum verborum, quia, ſtatuto diſponente, contra laudum nullam poſſe opponi exceptionem, cenſetur ſublata etiam reductio ad arbitrium boni viri, *ſecundum Bal. in l.* 1. *§. quod autem, ff. de aleat. & in addit. ad Spec. tit. de arbit. verſ. ſed quid ſi ſtatutum dicat,* quem citat Alex. *d. conſ.* 113. *n.* 10. *in fine, & n.* 11. *lib* 5.

Contra hanc confirmationem multa adducit Alex. *d. conſ.* 113. *ſub n.* 11. dicens, quod reductio ad arbitrium boni viri expeditur iudicis officio, quod à præfato ſtatuto non cenſetur ſublatum.

47 Confirmatur ſecundo, quia, ſtante ſtatuto, quod nulla alia exceptio, vel defenſio admittatur, non poteſt implorari iudicis officium, *Bar. in l.* 1. *§. & parui, n.* 8. *ibi, ſed ſi ſtatutum, ff. quod vi aut clam, & ex Barbat. conſ.* 44. *col.* 4. *& conſ.* 79. *col.* 6. *lib.* 3. & alijs pluribus refert, & ſequitur Aſin. *in prax. iud. §.* 31. *c.* 34. *n.* 1. *&* 6. *in fine*. Si cenſetur remotum officium iudicis, quod eſt maius, *Marſ. in pract. crim. §. opportune, n.* 62. Ergo à fortiori cenſetur remota appellatio, quæ eſt minor.

48 Contra hanc ſecundam confirmationem facit illa communis opinio,* quæ vult, vt remota omni exceptione; nõ ſit ſublatum officium iudicis, *Aſin. in dicto §.* 31. *c.* 33. *n.* 1. & quod ſtatutum excludens exceptionem, non excludat facultatem implorandi officium iudicis ſaltem vbi alia pars locupletaretur cum aliena iactura, refert, & ſequi videtur Alex. *d. conſ.* 113. *viſo themate, numer.* 12. *ibi, ergo vbi ſtatutum, lib.* 5.

49 Defenditur primo hęc ſecunda confirmatio, quia ſi cętera remedia deficiant, ideoque quis locupletaretur cum aliena iactura, tunc forſan officium iudicis non intelligeretur ſublatum, ſed conceſſum in vltimum ſubſidium; & in iſtis terminis poteſt ſaluari communis opinio; ſecus eſt, quando non deficiunt alia remedia, & quis cum aliena iactura non locupletatur, quia tunc cenſetur remotum officium iudicis: quare ſi condemnato ſit permiſſa indebiti repetitio, vt euenit condemnato in vim obligationis cameralis, cenſebitur ſublatum etiam officium iudicis, quia ſtatutum non tollit exceptiones in totum, ſed differt, *Ioſ. Cumia in rit. magn. cur. Sicil. cap.* 17. *num.* 42. *& ſeqq.* quem refert, & ſequitur Ruginell. *tract. de appell. §.* 9. *gloſ.* 2. *ſub n.* 24. Et quod is, cui ex forma ſtatuti eſt ſublata omnis defenſio, & exceptio, poſſit, facta ſolutione, ſolutum repetere condictione indebiti, declarat Bar. *in l.* 1. *§. & parui, n.* 9. *verſ. quod ergo erit remedium, ff. quod vi aut clam,* dicens, quod ſi antequam ſoluam oppoſui exceptionem: dolo facis cum petas, quod reſtituturus es; & iſta exceptio non fuit admiſſa, potero tunc ſoluere, & repetere actione mihi competente, quia non fuit in primo iudicio examinatum, an eſſem debitor, vel ne, eo quia fui coactus executiue ad ſoluendum vigore præcepti, ſeu ſtatuti, vel iuramenti, ſecus, inquit, ſi in primo iudicio fuiſſet examinatum, quia tunc non poſſem infringere iudicis ſententia; hancque eſſe communem* opin. refert, & ſequitur Aſin. *d. §.* 31. *cap.* 34. *num.* 2. 3. *&* 4. Et quod, ſi ex forma ſtatuti contra inſtrumentum nulla poteſt opponi exceptio, poſſit ſoluens poſtea repetere per condictionem indebiti, quia non videtur renuntiaſſe iuri ſuo, ex quo cogebatur præciſe ſoluere, ſcribunt Franc. Aret. *in cap.* 36. *ſignificauerunt, ſub num.* 14. *in fine, de teſtib. & Felyn. in c.* 15. *quoad conſultationem, ſub n.* 7. *limit.* 2. *de ſentent. & reiudic.* quod idem ex Galleſ. & Moder. retuli, & ſequutus ſum *q. ſeq. limit.* 9. *n.* 54. *verſic. minus.*

50 Defenditur ſecundo, & melius, reſpondendo, quod illa communis opinio, de qua Aſin. *d. §.* 31. *c.* 33. *n.* 1. loquitur, quando eſt remota omnis exceptio; ſed confirmatio loquitur in fortioribus terminis quando eſt remota omnis exceptio, & omnis defenſio, prout hanc differentiam aduertit Bar. *in l.* 41. *plane, in fine, num.* 5. *ff. de petit. hered.* quo caſu cum cenſeatur remotum etiam officium iudicis, poterit, ſi ſubſit ęquitas naturalis, ne quis contra naturam, & cum peccato lucretur, intentari contra eum denuntiatio euangelica, *Aſin. d. cap.* 34. *num.* 7. *in fine, verſ. eſt etiam, & num.* 8.

51 Contra eandem ſecundam confirmationem, facit, quia aut illa verba: *Nulla audiatur exceptio*, ſunt appoſita in reſcripto emanato ad obſeruantiam iuris communis: & tunc intelliguntur ſublatæ ſolum exceptiones friuolæ: aut reperiuntur in lege: & tunc remouentur omnes præter expreſſe permiſſas in aliqua lege, ſeu legibus: aut reperiuntur in ſtatuto præter, vel contra ius commune: & tunc ſtatutum eſt præciſe obſeruandum ſi aliquid addat legi, *Alex. in addit. ad Bar. in d. l. plane, ff. de petit. hered. in vltima additione, ibi ego, dico, & Rugin. tract. de appell. §.* 9. *gloſ.* 2. *ſub n.* 24 *verſ. præterea*.

52 Contra eandem facit; quia licet ſtatutum diſponat, vt is, qui negauerit poſitiones, pendentes à facto proprio, incidat in pœnam centum, & iudex debeat eum cogere, omni iuris & facti exceptione remota, & abſq; condemnatione ad eam ſoluendam intra decem dies numerandos à die, quo apparebit, poſitiones eſſe veras: tamen is, qui negauit eas, poterit appellare, ſi rationabiliter appellet, vtputa, quia dicat, ſe innocentem à culpa, & delicto; quia ſtatutum, reijciens omnem exceptionem, non reijcit effectualiter exceptionem innocentiæ, *ſecundum Alex. conſil.* 113. *viſo themate, ſub n.* 7. *verſ. nunc ſolum, & num.* 8. *lib.* 5. quem refert, & ſequitur Rugin. *d. §.* 9. *gloſ.* 2. *n.* 27.

53 Contra eandem obſtat etiam, quia ſublata exceptione, non intelligitur ſublata defenſio, *ſecundum multos, quos citat Aſin. d. §.* 31. *c.* 62. At appellatio eſt defenſio, *vt ſcripſi ſupra initio huius quæſt. num.* 4. ergo, ſublata exceptione, non intelligitur ſublata appellatio, *Ruginel. d. gloſ.* 2. *n.* 28. *&* 29.

54 Pro reſolutione, & declaratione, omiſſis multis, conſidero tres caſus.

Primus caſus eſt, quando negatur id, cuius, petitur executio, & ex facie inſtrumenti, ſeu ſententiæ, habentis executionem paratam, non apparet, vt puta locator agit pro expulſione de domo, & euacuatione, & inquilinus negat; eſſe finitum tempus, & an ſit finitum non apparet; quia in inſtrumento, ſeu ſententia non eſt definitum tempus, quo debeat durare locatio: ſeu agitur de tacita reconductione: & iſto caſu poteſt inquilinus appellare per ea, quæ ex Alciat. *in l.* 1. *§. & præſens, num.* 25. *ff. de ver. obligat.* refert, & ſequitur Ruginell. *d. gloſ.* 2. *ſub num.* 26. *&* 30. *verſ. idem*.

55 Secundus caſus eſt, quando actor non egit via executiua, in qua ſtatutum negat appellationem: & tunc ſimiliter poteſt appellari, quia actor non videtur ſe fundaſſe in ſtatuto, *Ruginell. d. gl.* 2. *n.* 31. *&* 32. & ego retuli *ſupra lib.* 1. *c.* 76. *ſub n.* 9. & dixi *infra limit.* 9. *n.* 55. in his duobus caſibus, ceſſat effectus verborum, de quibus *ſupra num.* 45. *verſ. decimotertio*.

56 Tertius caſus eſt, quando conſtat, inquilinum eſſe in caſu inſtrumenti habentis executionem paratam, ſeu in caſu ſtatuti, ſeu legis mandantis procedi ad executionem, nulla exceptione obſtante, & iſto caſu denegatur appellatio, & ita procedunt, quæ ſcripſi *ſupra d. n.* 45.

Exemplifica hunc tertium caſum, quando locator, finito tempore locationis, agit contra conductorem; quia, ſuppoſito dicto ſtatuto, denegabitur appellatio, per ea, quæ ſcribit Rugin. *d. gl.* 2. *n.* 25. *&* 26. *verſ. prædicta*.

Quinimo, circunducto etiam ſtatuto, denegabitur appellatio in caſu huius exemplificationis, *vt retuli, & ſequutus ſum q.ſeq.lim.6.memb.6.exempl.3.*

57 XIV. *Prout tibi videbitur*, vel *arbitrio*, ſeu, *iudicio tuo*, his verbis, an & quando intelligatur ſublata appellatio, vide *q.ſeq.lim.15.n.1. & ſeqq.*

58 XV. *Sit extra protectionem ciuitatis, & iudicis*, his verbis in ſtatuto appoſitis, excludi appellationem refert, & ſequitur Ruginel.*d.§.9.gl.2.q.15.n.45.* & probatur ex textu *in c.34.ad audient.de appel.* vbi iſta verba in ſenſu affirmatiuo (*ſubmitto me, & mea bona protectioni Papæ*) importanṫ appellationem ad Papam, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.4.n.19.* ergo in ſenſu negatiuo, ſi quis ſit poſitus extra protectionem ciuitatis, & iudicis, dicitur priuatus facultate appellandi; imò hoc ſentiunt etiam Franch. *in dicto c.ad audientiam, ſub n.2.ibi, quid autem ſi dicta verba*, & Card. Alex.*n.5.* dum ſcribunt, quod dicta verba denegant audientiam, ſeu ius non debere reddi, aut quod ſit bannitus, quæ ſingula verba, & præſertim quod ſit bannitus, & excludunt appellationem.

Declara tamen hæc eſſe vera loquendo de appellatione extraiudiciali; de ea enim loquuntur Doct. *in dicto c, ad audientiam*, quia appellatio extraiudicialis habet naturam conuentionis, & modum agendi, & bannitus non poteſt agere, *per ea, quæ dixi ſupra q.5.ſub n.84.lim.5.* ſecus eſt, loquendo de appellatione iudiciali, quia illa eſt defenſio, & non eſt ſublata, *per ea, quæ dixi ſupra ſub num.31, verſ.declara eam.* vbi videas.

59 XVI. *Mox, ſtatim protinus, incontinenti, illico, confeſtim, ſine mora, ſine interuallo, ſine vlla ludificatione, & ſine vlla procraſtinatione*, quolibet iſtorum verborum ſublatam eſſe appellationẽ ſcribit Rugin.*trac.de appel.§.9.gl.2.q.18 n.49.* qui ſunt verba, quæ deſiderant celeritatẽ, & quæ deſiderant celeritatem non recipiunt appellationem, *l.fin.ff. de appell.recip.* & *dixi q.ſeq. in plurib.limitat. & locis, & præſertim lim.7.n.1.*

60 Declara quod dixi de iſtis verbis, vt procedat, ſi ex ipſis verbis poſitis in ſtatuto poſſit inferri ad executionem, & fiat proceſſus executiuus, & cætera, quæ ſunt in ſtatuto, ſeruentur, *Rugin.d.gl.2.ſub num.49. verſus finem, verſ. omnia enim.*

61 XVII. *Celeriter*, ſiue alia ſimilia verba, quæ celeritatem important, excludunt appellationem, *vt ex Caſtren. & alijs refert, et ſequitur Ruginell.tract.de appel.§.9.gl.2.q.17. n.48.* & videtur ſentire Bal.*conſ.330. ſtatuto cauetur, ſub n.7.ibi debeas ſic velociter procedi, lim.1. in impreſſ. de anno 1543.typis Vincentij de Portonarijs, & Cornaz. in Lucenſ. dec.193.in cauſſa N, ſub n.2.verſ.primo quia, & n.4.*

62 XVIII. *Procedatur ſine proceſſu*, appellationem his verbis prohibitam eſſe refert, & ſequitur ex Carpan. *ad ſtatut.Mediol.ſuper ſtat.ad cauſſas crimin.c.368.n.9.* Cornaz, *d.deciſ.193.n.5.*

63 XIX. *Procedatur de plano*, hæc verba important, quod poſſit procedi ſine proceſſu, *Celſ. Vgon tract.de clauſ.nu. 8.& fol.495.Redoan.tract.de ſpol.eccleſ.q.11.n.17.tomo 14. fol.258.* Ergo tollunt appellationem *per ea, quæ ſcripſi n. præced.*

64 XX. *Procedatur de facto*, quibus verbis ſublatam eſſe appellationem ſcribunt Bal.*conſ.330. ſtatuto cauetur, ſub n.7.li.1. Anguiſ.conſ.76.de trib.n.12.& ſeq.li.1. Cornaz.d. dec.193.in cauſſa, ſub n.2.verſ.primo quia, & Ruginel.trac. de appell.§ 9.gl.2.q.21.n.60.* ita tenent communiter Doct. Ratio huius communis opin.eſt, quia illa verba (*procedatur de facto*) excludunt litem, & lis non excluderetur, appellatio.

Confirmatur primo, quia procedere de facto eſt idem quod procedere manu regia, *Bar.Bap.de S.Blaſ. Menoch. & Anguiſ.* quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra li.1.c.53.nu. 41.in fin.*

Sed à ſententia Regis non datur appellatio, *teſtibus Corſet. Nicel.Laud. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum infra lim.5.n.1.* ergo neque datur à ſententia alterius iudicis qui poſſit procedere manu regia, *ſecundum ea, quæ ſcripſi infra d.lim.5.extenſ.3.n.6.*

65 Confirmatur ſecundo, quia prædicta verba (*procedas de facto*) tribuunt liberam, & abſolutam poteſtatem, *vt refert, & ſequitur Menoch, tract.de arbit.iud.lib.1.q.7.nu.63, verſ.9, liberam,*

Sed à ſententia iudicis, qui habet liberum, & abſolutũ arbitrium, non datur appellatio, *teſtibus Felyn. Menoch. Farin. & Ruginell, quos retuli, & ſequutus ſum q.ſeq.lim.15. n.1.* Ergo &c.

Confirmatur tertio, quia à ſententia, ſeu arbitramento arbitratoris non datur appellatio, *teſtibus Soc. Alex. Boer.Bal, & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum, d.q.ſeq.limit, 14.numero 1.*

66 At arbitrator dicitur is, cui partes dant poteſtatem procedendi de iure, & de facto, *vt ſcribit Paul.de Caſtr.in l.57.qui procuratorem, nu.7. verſ.ſed quid ſi ſit, ff.de procur, & defenſ.* Ergo &c.

67 Cõfirmatur quartò, quia licet appellatione proceſſus, & ſic actorum non contineatur ſententia; ideoque is, cui partes dant facultatem in compromiſſo, vt poſſit procedere de iure, & de facto, poſſit illam facultatem exercere ſolum in proceſſu, & non in ſententia, quia illud verbum reſtringitur ad proceſſum; cum ſit contra ius commune, & odioſum, quod poſſit auferri de iure vnius, & dari alteri etiam in modica quantitate; tamen quando prædicta facultas datur à lege, & ſic quando illud verbum, proceſſus, & acta, profertur à lege, tunc appellatione proceſsus venit etiam ſententia, vt habetur *in l.46. actorum verba, ff.de re iud.* & vt ſupra diſtinguẽdo docet Paul. de Caſtr.*in d.l.57.qui procuratorem, n.7.ff.de procur.et defenſ.* ideoque cautelata ad tollendam diſputationem partes quando compromittunt de iure, & de facto ſolent, reſtringendo, exprimere, in procedendo tantum, ſed in ſententiando de iure; cum ſine tali expreſſione, & ignorata prædicta diſtinctione, ſatis obſtaret *d l.actorum verba*: Ergo ſi iudex procedat de facto ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti, poterit etiam hac facultate vti in ſententiando.

68 Contra iſtam communẽ concluſionem adduco multa.

Primum, quia quodlibet iudicium habet duas principales partes: prima eſt in procedendo; ſecunda in decidendo; ſed ſtatutum, ſeu reſcriptum, quod dat arbitrium, & poteſtatem in procedendo, non cenſetur eam dediſſe in ſententiando, & decidendo, vel è contra, quia ſunt diuerſa, & vno conceſſo, non cenſetur conceſſum alterum, *Bal.in d.l.qui procuratorem, verſ.& faciunt, & verſ.pone quod, ff.de procur.& defenſ.* dicens, quod ſi datur arbitrium Poteſtati procedendi de iure, & de facto, non videtur data licentia decidendi de iure, & de facto, & ideo decidendo, debet ſeruare ius commune, *Socc.conſ.195. circa primum, ſub n.1.ibi alio etiam modo, & ſub n.2.lib.2.* vbi conſuluit, quod licet à ſententijs iudicis gabellæ latis ſuper datijs non poſſit appellari, tamen poteſt appellari ſententia delegati Illuſtriſſimi Ducis Mediolani cum poteſtate procedendi more datario, quia, vt inquit, poteſtas procedendi non extenditur ad deciſoria.

Sed quod ſit in totum prohibita appellatio, eſt de deciſorijs, *vt ex eodem Socc. Aret. Franch. Dec.et Gozad. retuli, et ſequutus ſum infra q.18. n11.verſ.ſecus.*

69 Imò † non ſolus totalis prohibitio appellationis dicitur de deciſorijs, ſed etiam non totalis, vt puta quia prohibeatur, ne liceat ſecundo prouocare ſecundum Rotam, quam refert, & ſequitur Marcheſ. *tractat. de commiſſ. parte 2.de commiſſ. reſtitu. in integr. capitul.2. capit.3. ſub numero 150.folio 417.in ſecunda impreſſione*, dicens, quod

ſtatutum

ſtatutum Vrbis, diſponens, quod duæ ſententię conformes faciant rem iudicatam, compræhendit etiam ſententias Rotales: quod tu intelligas ideò verum eſſe, quia ſtatuta Vrbis ſunt ſeruanda in omnibus tribunalibus quo ad deciſoria, ſecus quo ad ordinatoria: Ergo appellatio vti de deciſorijs non venit in commiſſione, quæ reſpicit modum procedendi.

Secundum, quia poſſunt remoueri omnes confirmationes adductæ pro contraria opinione.

Prima enim confirmatio remoueretur dupliciter.

70 Primo ex ijs, quæ ſcribunt Bar. *in l. 19. a proconſulibus, num. 2. C. de appellat.* & Bertach. *tract. de epiſc. lib. 4. part. 7. q. 11. num. 13. tom. 13. par. 2. fol.* 357. qui dicunt, quod licet Epiſcopus eſſet priuilegiatus, vt à ſua ſententia non appelletur, tamen poteſt appellari à ſententia eius Vicarij, *Franch. in cap. 66. dilecti, q. 6. num. 41. de appell.* dicens, quod priuilegium, conceſſum dignitati alicuius iudicis, vt ab eius ſententia non poſſit appellari, non extenditur ad eius Vicarium, *& Socc. d. conſ. 195. ſub n. 1.* vbi oſtendit, quod poteſt appellari à ſententia ſubrogati, licet non poſset appellari à ſententia eius, in cuius locum ſubrogatur, rurſus idem Bar. *in d. l. a proconſulibus, ſub numer.* 2. dicens, quod licet ſtatutum diſponeret, quod a ſententia talis Poteſtatis non poſſet appellari, tamen quando ſententia fertur ab eius Vicario poteſt appellari, hancque eſſe communem * ſcribit & ſequitur Socc. *conſ. 39. capio primum, num. 13. verſ. ſed quando, lib. 4* adde quod ſcripſi *infr. num.* 109.

71 Secundo, quia quamuis delegatus poſſit procedere more datiarij, tamen ab eius ſententia poteſt appellari, quamuis non poſſit appellari à ſententia datiarij, & ſic licet non poſſit appellari à ſententia Regis, tamen poteſt appellari ab eo, qui poteſt procedere manu regia, ſicut etiam dicimus, quod licet non poſſit appellari a ſententia Principis, tamen poteſt appellari a ſententia eius delegati, *vt dixi infra n. 154. ver. ſublimita quinto.* Et ratio eſt in promptu, quia in Principe delegante deficit poſſibilitas appellandi, ex quo non ad eſt ſuperior, qui ſententiam poſſit corrigere, ſed in ſubſtituto, ſubrogato, ſeu delegato non deficit, quia poteſt corrigi à ſuo ſuperiori: Videmus pariter, quod licet ab arbitratore non detur appellatio, tamen a iudice ordinario, qui cognouit per viam reductionis ad arbitrium boni viri, datur appellatio, *vt retuli, q. ſeq. limit. 14. n. 2. verſ. ſublimita.*

72 Secunda confirmatio remouetur ex ijs, quæ ipſemet Menoch. *eadem q. 7. n. 70. & ſeq.* & non ſcripſimus *ſupra lib. 1. cap 53. n. 30. & 35.* dum diximus, quod ipſemet Princeps debet ſeruare leges, & poteſt ſolum deſerere modum rigoroſum procedendi, & ſolemnitate proceſſus, ſed non poteſt in definiendo mutare ius poſitiuum, quod ſapit naturalem æquitatem.

Sed ſic eſt, quod appellatio eſt de deciſorijs, & eſt ſpecies defenſionis, ideoque continet, & ſapit naturalem æquitatem: Ergo &c.

Tertia confirmatio remouetur, quia Bar. & Rom. tenent contrarium, & Alex. non auſus eſt definire, quos citaui *q. ſeq. limit. 14. ſub n. 1. verſ. contra iſtam*, dum ſcribunt, dari appellationem ab arbitratore.

Quarta confirmatio poteſt remoueri, quia licet eſſet verum, quod proceſſus includeret etiam ſententiam: tamen non propterea tollit appellationem: Præterea iſta quarta confirmatio videtur optimè ſublata ex ijs, quæ ſcribunt Bal. & Socc. quos adduxi *ſupra n. 68. verſ. contra iſtam*, dum oſtendunt, quod facultas data circa modum procedendi non ſe extendit ad modum ſententiandi, & loquuntur etiam ipſi in facultate data à lege.

73 Tertium, quia quando Princeps delegat cauſſam iudici cum præcepto, quod faciat, quod iuris eſt, licet eidem tribuat facultatem procedendi de facto, tamen non cenſetur prohibere appellationem, quia appellatio permittitur de iure, & in deciſorijs vult, vt faciat, quæ ſunt de iure, *Socc. d. conſ. 195. ſub n. 1. & 2.*

Sed ſic eſt, quod quamuis Princeps, ſeu ſtatutum non dicat in delegatione, vt faciat, quod iuris eſt, cenſetur tamen dixiſſe, quia Princeps præſumitur velle, quod iuſtum eſt.

Ergo nunquam cenſetur prohibere appellationem, niſi id expreſſis dixerit verbis.

Quartum, quia quodcunque arbitrium, & poteſtas detur iudici in procedendo, & etiam in pronuntiando, tamen intelligitur in ijs, quæ ipſe iudex facere debet, ſed non in ijs, quæ parti eſſent quæſita de iure gentium.

Sed pronunciare, an appellari poſſit, vel non, pertinet ad iudicem ad quem.

Igitur hoc non venit in arbitrio, & poteſtate data, *Soc. d. conſ. 195. n. 4. ibi nam quacunque poteſtas, lib. 2.*

74 His non obſtantibus, tenenda eſt concluſio, quod non poſſit appellari, tum quia eſt communis, *vt dixi*, tum quia eſt validis argumentis confirmata, tum etiam quia adducta contra eam facilè tolluntur.

Ad primum enim reſpondetur, quod licet iudici non cenſeatur data facultas ſententiandi de facto per ea, quæ ſcribunt Bal. & Socc. quia re vera lex, ſeu Princeps nunquam poteſt intendere, vt iudex poſſit ſententiando excedere leges, & facere iniuſtitiam; tamen non tenet iſta conſequentia: iudex non poteſt ſententiando facere iniuſtitiam; & definire de facto; ergo appellatio non intelligitur prohibita; nam ſi teneret, teneret etiam iſta: ſtatutum, & Princeps, committendo cauſſam, remota quacunque appellatione, & nullitatis dictione, non tribuunt facultatem iudici, vt poſſit ſententiando excedere leges, & facere iniuſtitiam; Ergo neque iſto caſu dicitur prohibita appellatio; & tamen iſta conſequentia non tenet, ſed eſt falſiſſima, quia appellatio eſt aperte prohibita; & ratio quare non teneat, eſt, quia illa verba, *de facto*, de ſui natura important executionem, ſeu proceſſum executiuum, vt bene, & aperte innuit Bald. *d. conſ. 330. ſub n. 7. lib. 1.* & in executiuis non datur appellatio.

Nec obſtat conſ. Socc. quia ad illud patebit reſponſio ex ſequenti reſponſione.

75 Ad ſecundum dico, quod non obſtant adducta contra primam confirmationem; nam reſpondeo, quod licet à delegato detur appellatio, & non detur à delegante; item licet detur à delegato more datiarij, & non detur à datiario; tamen dico, quod hoc procedit, quando remotio appellationis conſideratur reſpectu iudicis, quo caſu non militat eadem ratio in delegato, quæ militat in delegante, quia delegans conſideratur, vt iudex ſupremus; ſecus eſt quando appellatio remouetur non ratione perſonæ iudicantis, ſed ratione celeritatis, quæ deſideratur in cauſſa, quia tunc procedit confirmatio, eo quod tam in delegante, quã in delegato militat ratio celeritatis: Sed ſic eſt, quod in caſu noſtro deſideratur celeritas per illa verba, *procedatur de facto*. Ergo ſicut non appellatur à ſententia Regis propter eminentiam Regis, ita etiam non appellatur ab eo, qui iudicat manu regia propter celeritatẽ, quæ deſideratur in cauſſa; cum manu regia idem ſit quod de facto, & de facto celeritatem importet; fateor tamen, quod non eſt tuta illa argumentatio deducta in prima confirmatione, ſi velimus admittere conſ. Socc. cui tamen poſſet multipliciter reſponderi, ſed non eſt neceſſarium.

Non obſtant adducta contra ſecundam confirmationem, quia reſpondeo, quod illa concluſio, quod Princeps non poſſit tollere appellationem, maximè per viam legis eſt falſiſſima, & in teſtem adduco experientiam.

Non obſtant adducta contra tertiam cõfirmationem, quia reſpondeo, quod illa opinio contra cõfirmationem

non eſt vera;nam communi opinio eſt,quod ab arbitratore non detur appellatio,per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *q.ſeq.limit.* 14 *n.*1.

Minus obſtant adducta contra quartam confirmationem, quia reſpondeo quod licet facultas data in procedendo non extendatur in ſententiando, tamen id eſt verum, quando illa facultas in procedendo importaret iniuſtitiam in ſententiando, & ita procedant, quæ ſunt dicta contra confirmationem;ſecus quando non importarent iniuſtitiam; ſed ſic eſt,quod verbum,de facto,prout reſpicit proceſſum executiuum non importat iniuſtitiam in ſententiando;ergo appellatione proceſſus poteſt contineri ſententia.

Ad tertium reſpondetur, quod licet appellatio ſit de deciſorijs, & ideo regulariter non veniat in modo procedendi, tamen venit excluſiuè, quando modus procedendi eſt executiuus, requirens celeritatem, quia alias non poſſet ſtare proceſſus executiuus,& celeritas cauſæ, ſi non excluderetur appellatio,& ideò ſatis expreſſis verbis dicitur appellatio prohibita, quando lex mandat procedi executiuè.

Ad quartum reſpondent inueterata praxis, inconcuſſus ſtylus, & nota experientia, quæ paſſim in omnibus tribunalibus ſeruant,vt à ſententia iudicis, cui ſit data facultas procedendi executiuè, non detur appellatio *per ea,quæ latè ſcripſi q.ſeq.limit.9.& 10.*

Et per hæc,dum eſſem Prætor Ciuitatis Lucenſis,concludebam, non dari appellationem ei, qui fuerit condemnatus ob delationem palliorum, ex quo ſtatuta Fondaci *lib.3.cap.6.* in fine mandant procedi de facto,& ita tenuit Rot.Lucenſis, vt in eius deciſionibus teſtatur Cornaz. *deciſ.193.in cauſſa* N.

76 XXI.*Procedatur ſola facti veritate inſpecta*,quibus verbis ſublatam eſſe appellationem ſentio ex eo, quod iſta verba important manu regia. *Achil.Perſon.tract.de petit. hæredit. nu.561.fol.282.* ſed à ſententia Regis non datur appellatio: Ergo neque à proceſſu facto manu regia, *per ea,quæ ſcripſi ſupra n.64. verſ.20.*

77 XXII. *Sine lite,ſtatim,& ex officio*,quibus verbis ſublatam eſſe appellationem refert, & ſequitur Lancell. *tract. de atten.p.3.c.28.n.69.verſ.ſexto,tom.5.fol.447.*

78 Declara primo nunc ſextam extenſionem,poſitam *ſupra n.20.* ſeu naturam clauſulæ,*appellatione remota*, vt licet Princeps reſcribat cum dicta clauſula, tamen illa clauſula non operatur contra tertium;& ideò tertius poterit appellare per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *q.ſeq. limit.6. memb.4.n.78. verſ.confirmatur primo.*

Declara ſecundo, vt clauſula, *appellatione remota*, ſeu alia ſimilis poſita in medio literarum reſpiciat ſolum præcedentia,non autem ſequentia, niſi fuerit in fine literarum,& hoc,ſi negotia ſint ſeparata, *c.71.inquiſitioni,et ibi Canoniſtæ, de appell.* & quod clauſula (*appellatione remota*) poſita in vno articulo reſcripti continentis plures articulos habeat locum in omnibus illis articulis, ſcribit Franch. *in c.41.ſecundo requiſ.in ſummario, de appell.* quia clauſula in principio, vel in medio, ſeu in fine poſita debet referri ad omnia, quando non eſt dare rationem diuerſitatis,quare magis ad vnum,quam ad reliquum referatur, *Franch.in c.41.ſecundo requiſ.num.3 & Card. Alex. num.7.in fine,& ſeqq.* vbi declarat; & quod clauſula poſita inter plura capitula,vel in principio, vel in fine referatur ad omnia capitula,quando non eſt ratio, quare magis referatur ad vnum,quam ad aliud, quia ſi extaret ratio,quare ad quædam non poſſet referri,ad ea non referretur,ſcribunt Bar. *in l.30 talis ſcriptura, §. hanc autem, ſub num.3.ff.de leg.1.& Affl.in conſtit.vt de ſucceſſionibus, ſub num.64.lib.3.fol.145.* vbi materiam declarat,& vide Aret. *in l.3.& ſi pepererit,ſub nu.9. verſus finem, ibi.adde primo,& nu.10.ff.de liber.& poſthum.* & quod non poſſit dari certa doctrina,ſcribit Franch. *in d.c.71. inquiſitioni, not.vlt.num.3.de appell.* & an clauſula poſita in vno capitulo videatur repetita in alio, vide Papien. *in pract. in form.libell.pro leg rei ſing.in gl.coram vobis, nu.28.fol.386. & Soce.Iun.conſ.109. n.59 lib.2.* nam quod clauſula poſita in diſpoſitione vnius capituli referatur ad illud ſolum capitulum,& non ad præcedentia,vel ſequentia, ſcribunt Bar. *in d.§.hanc autem,ſub num.3. ff.de leg.1.& Affl. ſub d.num.64.ibi.fallit niſi clauſula*, dicens, quod ſi ſit in fine poſita continuata ad proxima,tunc non refertur ad connexa tantum, *& Aret. in ead.l.talis ſcriptura, ſub num 4. verſus finem,ibi.& ad primum adde*,allegans contra iſtam doctrinam caſum *in l.5, & qui data, §.1. ff. ex quib. cauſ. mai.* & poſtea ſoluendo, ait, quod ibi non eſt ſumendum argumentum à contrario ſenſu, niſi fortè in eo caſu, in quo qualitas adiecta in vno capitulo videtur repetita in alio.

80 Declara tertio eandem clauſulam, vt non operetur, quando à iure eſſet ſpecialiter conceſſa appellatio. Vide quæ ſcripſi *infra nu.100. verſ.reſtringe idem temperamentum*,& quod clauſula (*appellatione remota*) non impediat reuocationem attentatorum, quando appellatio interponitur ex cauſſa expreſſa in iure, retuli & ſequutus ſum *infra n.105.verſ.aduerte vlt.*

81 Subdeclara, vt appellatio dicatur expreſsè approbata à iure,& ideò poſſit appellari,non obſtante dicta clauſula,in caſibus, de quibus Spec.Abb. Franch. & Dec. quos citaui *infra ſub n.100 verſ.caſus.*

82 Declara quarto, vt non intelligatur prohibita ab interlocutoria,*Felyn.Rot.& Brederod.*quos retuli,& ſequutus ſum *q.ſeq.limit.6.memb.7.n.31.*

Intellige iſtam declarationem cum diſtinctione,quam poſui *eadem limit.6.memb.7.n.35.*

83 Declara quinto, vt non habeat locum, quando iudex dolo malo,vel lata culpa protulit ſententiam, *vt retuli et ſequutus ſum quæſt.ſeq. limit.6. memb.7.ſub num.76. verſ. reſtringe quinto.*

84 Declara ſexto, dummodo non adſit notorium grauamen,quia clauſula(*appellatione remota*)non excludit grauamen notorium, *Caputaq. deciſ.33.appellatione, p.1.* ſeu dummodo ſententia non ſit euidenter iniqua, *Io.Ferrar. tract.de appell.lib.2.c.3.ſub n.130.tom.5.fol.68. Felyn.in c. 14.cauſſam quæ,ſub num.3.de ſent.& re iudic.* dicens,quod clauſula (*appellatione remota*) non operatur, vbi eſt iniuſtitia notoria, idem per ſimilia verba ſcribunt Lancell. *tract de appell.p.2.c.13.de attent. & innou.appell.pend. limit.8.princ.n.24.fol.365.& Breder.tract.de appel.1.tit.11. col.27.verſus finem ſub litera D.*

85 Extende primo iſtam declarationem, vt iudex in caſu huius declarationis teneatur deferre appellationi, licet alias non teneatur,procedendo cum iſta clauſula, appellatione remota, *Contar.in l.vnica,limit.9 nu.5. verſ.idque adeo verum,& latius q.16.nu.7.C.ſi de moment.poſſ.* iunctis his,quæ dicit *num.6.& 10.* dicens, quod talis appellatio operatur vtrumque effectum.

Extende ſecundo, vt poſſit appellari etiam ſi per reſcriptum Principis de partium conſenſu eſſet ſublata omnis appellatio, quia nihilominus, ſi appareat de euidenti iniquitate ſententiæ, poterit appellari; nunquam enim eiuſmodi iniquitas cenſetur permiſſa, & nec Princeps,nec partes veriſimiliter intellexerunt de appellatione ab euidenti iniquitate.

Contra hanc extenſionem tenet Ruin. *conſ.82. viſo ac perlecto,ſub num.3. verſ.eſt & alius caſus,ibi.ſed in contrarium,lib.5.* Ratio eſt,quia ſicut alienatio, prohibita à lege,& ab homine,intelligitur prohibita etiam in illis caſibus,in quibus non intelligeretur prohibita, ſi vnica tantum prohibitione eſſet prohibita, ita etiam appellatio intelligitur prohibita etiam in illis caſibus, in quibus

non

Digitized by Google

non intelligeretur prohibita, ſi vnica tantum prohibitio. ne eſſe prohibita, *Rum.d.conſ.82.n.4.*

Ego non diſcedo ab extenſione, nam ratio Ruini confutatur ex ſequenti ſubextenſione.

Subextende vt maximè procedat, quando interceſſiſſet dolus iudicis, quia tunc poſſet appellari, quamuis per reſcriptum Principis de partium conſenſu eſſet ſublata omnis appellatio, quia dolus remitti non potuit, *Rum.d. conſ.82.n.3.verſ.eſt & alius, in fine, lib.5.* ſed dolus non dicitur propter modicam læſionem, ſed propter enormiſſimam, vel nimis magnam, *Rum.d.conſ.82.n.5.*

Tempera eandem extenſionem, vt ſi iniquitas ſententiæ appareret in re minima, tunc non admittatur appellatio, quia de minimis non habetur ratio; & ſic remanet ſub arbitrio recti iudicis.

Subdeclara eandem declarationem, vt appellari debeat infra decem dies, *per ea, quæ dixi ſupra q.12.num.67.* vbi videas.

86 Declara ſeptimo, vt hanc clauſulam poſſit Princeps concedere ex gratia, ſed non ex iure, ideoque eam non dabit Signatura iuſtitiæ, ſed ſolum Signatura gratiæ, *Marcheſ.tract.de commiſſ.part.1.de commiſſ.* cum clauſula, appellatione remota, *c.10.nu.1. & 2.fol.99.in 2.impreſſ.* Et ita ſeruatur.

Contra hanc declarationem facit, quia appellatio reſpicit ordinatoria iudicij, vt retuli, & ſequutus ſum *infra q.18.n.3.& ſeqq.* Sed Signatura iuſtitiæ poteſt tollere ordinem iudicij, & ideò committit cauſſas ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta; Ergo.

Retenta declaratione, quæ ſeruatur in praxi.

87 Reſtringe eam, vt non procedat, quando ſignaretur de communi partium conſenſu, quia tunc illam concederet etiam Signatura iuſtitiæ, *Marcheſ.d.c.10.ſub n.7.fol.99.* & an procuratoris conſenſu ſufficiat, vide *q.ſeq.lim.2.n.110. verſ. ſecundus caſus.*

88 Declara octauo, vt non procedat, quando offertur probatio parata continenti ad iuſtificandam appellationem, quia clauſula (appellatione remota) non tollit hanc appellationem, *Coutar.in l.vnica, limit.12.num.2.& 3. C. ſi de mom.poſſ.*

89 Declara nono, vt commiſſa cauſſa cum clauſula (*appellatione remota*) non intelligatur prohibita recuſatio iudicis, nec intelligitur cauſſa commiſſa, recuſatione re-
* mota, *c.36.poſtremo, de appell.* & hanc eſſe communem * opin. quia quando ſunt duo iura ſeparata, remoto vno, non ſequitur remotio alterius, ſcribit Bar. *in l.fin. in vltimis verbis, C.de ſent.& interl.omn.iud.*

90 Extende hanc declarationem, vt ſit vera etiam de iure ciuili, quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio, *Franch.in cap. 12.ſuper eo, il ſecundo, col.3.ſub num.18.de appell.* quod appellatio & recuſatio ſint ſeparatæ patet ex pluribus, de quibus Franch. *eod.cap.ſuper eo, num.17.verſ.in gl.in verbo, ſicut appell.*

Primo enim ſunt ſeparatæ, ſeu differunt in hoc, quod ab executore non appelletur, & tamen recuſatur.

Secundo, quia à iudice non appellatur, niſi grauet, & tamen recuſatur, vt ſuſpectus, etiam ſi non grauet.

Tertio, quia à iudice, in quem quis conſenſit, poteſt appellare, & tamen eum non poteſt recuſare, niſi ex noua cauſſa.

Quarto, quia à Vicario Epiſcopi non appellatur ad Epiſcopum, & tamen recuſatur coram Epiſcopo.

Contra hanc extenſionem in delegato putat Abb. *in eod.cap.ſuper eo, n.10.verſus finem, de appell.* dicens quod ſicut non licet ſine cauſſa appellare, ita nec recuſare.

Non recedas ab extenſione, & contra Abb. firmauit Franch. *vbi ſupra.*

91 Declara decimo, vt non habeat locum in caſibus in quibus appellatur ex rationabili cauſſa, quia in eis poteſt appellari, quamuis in reſcripto ſit inhibita appellatio, & hi caſus ſunt plures, quos pouit Spec. *tit.de appel.§.in quibus, n.28.per totum, verſ.ſed quam dices, lib 2.fol.186.*

92 Declara vndecimo, vt clauſula (*appellatione remota*) & quæuis alia ſimilis clauſula non ita efficaciter tollat, ac remoueat appellationem, prout tollit, & remouet ius commune, ſeu ſtatutum, quia fortior eſt remotio inducta à ſtatuto, ſeu à lege, quam inducta per reſcriptum Principis, *Dec.in cap.1.ſicut Romana, not.1.verſ.fin.n.18. ibi. & ad prædicta notandum eſt, de reſcrip. & Raginel.tract.de appell.§.6.gloſ.2.cap.8.num.6. verſ.poſteà, fol.200.*

93 Declara Duodecimo, vt hæc clauſula, appellatione remota, tollat ſolam appellationem friuolam, *Spec.tit.de appell.§.in quibus, n.15.verſ.duodecimo, lib.2.fol.185.* dicens, quod cenſetur remota ſola appellatio friuola, *Bar. in l.1.§.paruì, ſub nu.3.ibi pro hoc facit, ff.quod vi aut clam, Felyn.in cap.18.cauſſam quæ, num.21. verſ. ſimiliter dicit, de reſcript. Rebuff.tract.de appell.art.7.gloſ.2. ſub num.26. verſ.decimo tertio, tom.3.fol.504.Lancell.tract.de attent p. 2.cap.12.de attent.& innon.appell.pend.limit.8. princip.n. 40.tom.5.fol.366.* dicens, quod ſolet dici, quod talis clauſula tollit ſolum friuolas, non autem legitimas appellationes, & à iure permiſſas, *Marcheſ.tract.de commiſſ. cum clauſ.appell.remot.cap.10 num.18.* referens quod intelligitur remota friuola, & non legitima, *& n.12.fol.99.in ſecunda impreſſ.* dicens, quod ſi præfacta clauſula apponitur in literis, quæ expediuntur ſine cauſſæ cognitione non tollit, quin appellatio interponatur; ſecus erit, ſi ſint expeditæ, cauſſa cognita, *Socc.conſ.39.capto primum, num.10. lib.4.* dicens, quod ſtatutum, ſeu reſcriptum tollens appellationem, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum non intelligitur de appellatione iuſta, & rationabili.

94 Ratio quare cenſeatur remota ſola appellatio friuola, prout ita limitatè loquuntur Spec. & cæteri ſupra citati, & plerique alij, eſt, quia mens Principis apponentis iſtam clauſulam eſt tollere ſolum iniuſtas appellationes, *Franch.c.41.ſecundo requiſit.not.2. num.2. de appell.* Vnde hæc clauſula ſonat potius in quandam monitionem, videlicet, vt non deferatur appellationi fruſtatoriæ, quam quod in aliquo deroget iuri communi, conſequenter apponitur potius de ſtylo generali, quam de myſterio ſpeciali, *Lancell.d.limit.8.princip.n.39. tom.5. fol.366. & Rugin. tract. de appell.§.6.gloſſ.2.cap.8.n.7. fol.200.* Et quod hæc clauſula ſoleat apponi in vulgari, & vendibili reſcripto *conqueſtus*, non aliter adhibito maturo conſilio Principis, & quaſi inſcio, ſcribit idem Lancell. *d. limit.8. princ. limit. 10.num.38.fol.366.* & adde quæ ſcripſi *infra ſub num.105. in 4. caſ.*

† Si fortè hęc clauſula, appellatione remota, fuerit appoſita in reſcripto, cum maturo conſilio tunc operatur effectus complures notatos à Doct. *in cap. paſtoralis de appellat.* Sed maiorem effectum pariet clauſula illa, ſi prouenjat à Papa, vel à Cardinali, *Bald.in l.prima, §.his cunabulis. ff.de off.præfect.ita Vital.de clauſul. n.5.*

95 Subdeclara, vt hæc declaratio habet locum de iure canonico, quia canones de facili permittunt appellationem, & ſic reſcriptum de iure canonico operatur remotionem appellationis friuolæ, ſecus de iure ciuili, quia operatur remotionem appellationis etiam non friuolæ, ex quo leges ipſæ ſine reſcripto reijciunt appellationem friuolam, *Gloſ.in l.1.§.interdum, in verbo, ab eo prouocare, ff.a quibus appell. non lic.* & quod de iure ciuili nullatenus poſſit appellari, reſidet Franch. *in cap.53.paſtoralis. n.13. verſ circa ſecundum, de appel.* vbi, agendo quid operetur hæc clauſula de iure ciuili, & relatis varis dictis, ſcribit, tenendum videri, quod quando dicta clauſula apponitur à Principe, nullatenus poſſit appellari, etiamſi iuſta cauſſa in appellatione inſeratur, & hoc inquit, tam in definitiua, quam in interlocutoria; & demum ſubdit,

quod

quod hæc clauſula tollit omnes appellationes etiam iuſtas, dummodo non ſint ſpecifice à iure permiſſæ.

Contra hanc ſubdeclarationem, & in ſpecie contra Gloſ. inſurgit Bar. *in d. §. interdum, num. 1.* dicens, quod etiam de iure ciuili poteſt multis caſibus appellari ante ſententiam diffinitiuam, quaſi dicat, iſtas appellationes ante diffinitiuam ſententiam eſſe friuolas, & tamen permitti etiam de iure ciuili: & concludendo, non eſſe in hoc differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum, ſubdit, delegationem, ſeu commiſſionem cauſæ, appellatione indiſtinctè remota, eſſe prohibitam de iure ciuili, ideoque talem delegationem non valere: quare, replicando idem, inquit, ſi committatur cauſſa, appellatione remota ſimpliciter, commiſſio non valet nec ſecundum leges, nec ſecundum canones; ſed ſi, inquit, committatur, remota appellatione diffinitiua, valet commiſſio, & ſecundum leges, & ſecundum canones.

Contra eandem ſubdeclarationem; quod enim hæc clauſula etiam de iure canonico remoueat appellationẽ, etiam ex iuſta, & rationabili cauſa interpoſitam, ſentit Franch. *in d. cap. 53. paſtoralis, ſub n. 3 ibi. operatur ergo, de appell.* dicens, quod licet de iure canonico pro omni cauſſa grauaminis, quantumcunq; minima, poſſit appellari, dummodo ſit rationabilis cauſſa illius grauaminis, tamen, inquit, vbi apponitur clauſula (*appellatione remota*) ex nulla cauſſa poterit appellari etiam iuſta, & rationabili, & pro qua alias regulariter eſſet permiſſa appellatio, niſi talis cauſſa, propter quam appellatur, ſit in iure expreſſa ita; quod à iure ſpecialiter ſit permiſſa appellatio in illo caſu.

96 Retenta hac ſubdeclaratione; quod ſaltem de iure ciuili cenſeatur prohibita etiam appellatio interpoſita ex iuſta, & legitima cauſſa.

Extende eam, vt maximè procedat, quando eſſet appoſita clauſula (*omni, & quacunque appellatione remota*) prout communiter ſolet apponi, quia tunc omnino denegatur appellatio, *Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 1. de commiſſ. cum clauſ. appel. rem. cap. 10. num. 18. in fine, & nu. 19. fol. 101.* Et facit quod de clauſula (*remota omni exceptione recuſationis*) ſcripſi *infra n. 118. ext. 9.*

97 Tempora eandem ſubdeclarationem, vt ſit vera reſpectu iudicis à quo, qui ſtante hac clauſula, non tenetur deferre appellationi, quæcunque appellatio ſit, dummodo non ſit expreſsè à iure conceſſa, quare poteſt in vim dictæ clauſulæ appellationi cuicumque non deferre, niſi velit, *Spec. tit. de appel. §. in quibus, ſub num. 32. verſ. eſt autem, ibi. tu dis quod dicitur, lib. 2. fol. 187.* & quod clauſula (*appellatione remota*) tollat omnem appellationem etiam ex legitima, & probabili cauſſa interpoſitam, quoad neceſſitatem deferendi tali appellationi, quia iudex non tenetur deferre, ſcribit Franch. *in d. c. paſtoralis, num. 1. not. 1. & 2.* & quod iudex à quo non teneatur deferre appellationi, ideoque appellatio non ſuſpendat eius iuriſdictionem, ſed poſſit iudex exequi ſuam ſententiam antequam recipiatur à ſuperiore, ſcribit Abb. *in eod. cap. paſtoralis, n. 9. in primo effectu,* & quod non teneatur deferre, ſcribit etiam Contar. quem retuli, & ſequutus ſum *verſ. ſeq. in fine.*

98 Secus eſt reſpectu iudicis ad quem, ſicq. reſpectu deuolutionis negotij ad ſuperiorem, quia hæc clauſula (*appellatione remota*) non tollit, quominus appellatio ex legitima cauſſa interpoſita habet effectum deuoluendi negotium ad ſuperiorem; vt ſic poſſit per eum reuocari, & emendari grauamen per viam appellationis, ſecundum communem* intellectum ad dictum *cap. paſtoralis, vt ſcribit ibidem Franch. not. 2. & late ſub num. 6. verſ. ſecus operatur.* Et quod pars poſſit appellare licet grauamen non ſit expreſſum in iure, & ſuperior reuocet illud grauamen, quod fuerit commiſſum poſt appellationem, licet iudex à quo appellationi non detulerit, eique cauſſa fuerit commiſſa, appellatione remota, ſcribit Spec. *vbi ſupra,* & hoc ſentiunt etiam Abb. *in d. cap. paſtoralis, num. 3. 13. & 15. et Franch. num. 5. verſus finem, verſ. aduerte tamen,* & de magis communi opinione teſtatur Abb. *d. num. 15.* & quod dicta clauſula nihil operetur quoad partes, quominus ſemper ex iuſta cauſſa poſſit appellare, ſed operetur quoad iudicem, ne teneatur deferre, refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, ver. 16. numer. 6. verſ. vlt. non obſtat. C. ſi de mom. poſſ.*

99 Imò iudex ad quem non ſolum poteſt per viam appellationis reuocare grauamen, ſed tenetur reuocare ex debito iuſtitiæ in tantum, quod faciendo aliter, diceretur inferre iniuſtitiam, & ex hoc poſſet appellari, quia intentio opponentis clauſulam (*appellatione remota,*) eſt, vt iuſtitia conſequatur effectum: ſi ergo iudici appellationis conſtat de grauamine, ceſſat ratio prohibitionis, *Franch. in d. cap. paſtoralis, ſub num. 6. verſus finem, verſ. dubitatur tamen.*

Contra hoc temperamentum: quod enim iudex à quo debeat deferre appellationi, & ſuperſedere, quando appellans colorat ſuam appellationem, inſerendo in eam cauſſam iuſtam, ſcribit Contar. *in l. vnica, q. 1. n. 9. iunctis, n. 4. & 5. C. ſi de mom. poſſ.*

100 Reſtringe idem temperamentum, dum dicimus, quod iudex à quo non tenetur deferre appellationi, vt hoc non habeat locum in caſibus, in quibus cauſſa, propter quam appellatur, eſt expreſſa in iure ita, vt in iure ſit propterea in eiſdem caſibus expreſſe etiam permiſſa appellatio: tunc enim, quamuis ſit in reſcripto inhibita, poterit appellari, *Spec. tit. de appell. §. in quibus, ſub num. 28. verſ. finem, ibi. in his ergo caſibus, lib. 2. fol. 186. in fine, Abb. in cap. 53. paſtoralis, num. 1. & ibidem Franch. num. 1. & ſub num. 3. ibi. operatur ergo, de appell. Contar. in l. vnica, quæſt. 26. in fine, num. 10 C. ſi de mom. poſſ. & Breder. tract. de appellat. part. 1.* & ſatis probatur ex ipſo textu *in d. cap. paſtoralis.*

Caſus, in quibus iura expreſſe permittunt, appellari, ſeu cauſſas rationabiles appellandi expreſſas in iure ita, vt in ipſis poſſit appellari, etiam ſi in reſcripto ſit inhibita appellatio, docent per regulas, *Abb. in cap. 53. paſtoralis, n. 14. verſ. ad ſecundam quæſtionem, Franch. q. 9. n. 28. & Dec. n. 39. verſ. ſecundo quæritur, de appell.* ſed latius, ponendo caſus, enumerat Spec. *in d. §. in quibus, n. 28. verſ. ſed quam dicẽs, fol. 186.* & aliquos caſus habes *ſupra in 1. 4. & 5. declarat. n. 78. 82. & 83.*

101 Declara decimotertio, vt quamuis iudex à quo teneatur deferre iuſtæ appellationi, alias puniatur, *vt ex Spec. Franch. & Contar. retuli, & ſequutus ſum qu. ſeq. in ampliat. 17. num. 61. verſ. confirmatur primo,* tamen non punitur, ſi cauſſa eſſet ei commiſſa cum clauſula (appellatione remota) *Abb. in d. cap. 53. paſtoralis, num. 10. verſ. ſecundus effectus. & Franc. ſub n. 5. verſ. quinto operatur, de appell.*

102 Subdeclara iſtam declarationem, dummodo cauſſa appellandi, ſeu appellatio non ſit expreſsè permiſſa in iura *Franch. vbi ſupra.*

103 Declara decimoquarto, vt licet attentata poſt appellationem à diffinitiua reuocentur ante omnia per viam attentati, *vt ex Abb. Franch. Dec. contar. & Lancell. retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 3. num. 48. effect. 4.* tamen non veniunt reuocanda per viam attentati, ſi cauſſa erat commiſſa, appellatione remota, *Abb. in cap. 53. paſtoralis, n. 11. verſ. tertius effectus Franch. n. 6. verſ. ſexto quæritur, de appell. & latè Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. et innon appell. pend. lim. 8. princip. nu. 1. & ſeq. tom. 5 fol. 365.* quia iudex vigore huius clauſulæ poteſt exequi ſententiã, non obſtante appellatione, *Spec. tit. de appell. §. in quibus, ſub n. 34. ibi. hinc eſt, lib. 2. fol. 187. Abb. in d. c. 53. paſtoralis,*

Digitized by Google

ralis,ſub n.9.verſ.primus quod vbi,& Franch.num.4. verſ. quarto operatur,& nu.6.verſ.ſexto operatur. Marau. in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ,in verbo,& quandoque appellatur,lim. 28.num.336. in fine,fol.507. & Rot.diuerſ.deciſ.1258. Peregrinus, p.3.lib.3.fol.268.

104 Aduerte tamen, quod & ſi non veniant reuocanda per viam attentati, tamen poſſunt reuocari per viam querelæ, agendo ordinariè coram ſuperiore, *Abb. & Franch.in locis ſupra proximè citatis.*

105 Aduerte vlterius, quod in quibuſdam caſibus reuocantur etiam per viam attentati, non obſtante dicta clauſula.

Primus eſt, ſi forent attentata poſt inhibitionem, *Franch,vbi ſupra,& Lancell.tract.de attent.d.limit.8.num. 9. limit.2.*

Secundus eſt, ſi eſſent geſta poſt receptam appellationem ex certa ſcientia à Papa.*Franch.vbi infra,& Lancell. d.limit.8,n.10.limit.3.tom.5.fol.365.*

Tertius caſus eſt, quando eſſet appellatum ex cauſſa expreſſa in iure, quia illo caſu appellatio operatur omnes eius effectus, & ſic deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, & conſequenter attentata veniret reuocanda priuilegio attentatorum,*Franch.in d c.53.paſtoralis,ſub n.6.verſ.ſexto operatur,de appell.& Lancell.d.tract.de attent.p.2.c.12.de attent.& innou.appell.pend.limit.8.princ.n.13.& 14. lim. 4.tom.5.fol.365.*& iſte tertius caſus comprobatur ex his, quæ dixi *ſupra n.100. verſ.reſtringe idem.*

Quartus caſus eſt, quandò hæc clauſula eſſet appoſita in vulgari, & vendibili reſcripto *conqueſtus*, quia cum non ſit appoſita,ſciente Principe,& maturo conſilio,non impedire vocationem attentatorum, *Rot.diuerſ.d.deciſ. 1258,peregrinus,p.3,l.3.* quam refert,& ſequitur Lancel. *tract.de attent.p.2.c.12.lim.8.princ.n.38.fol.366* adde quæ ſcripſi *ſupra num.94.* Vnde clauſula appellatione remota in literis executorialibus,quæ expediuntur per contradictas,quia paſſim in talibus literis,& ſine cauſſæ cognitione apponitur,nihil operatur,& ideo reuocantur attentata, *Put.deciſ.328.in vna Hiſpalen. lib.2.* adde quæ ſcripſi *ſupra n.93.& 94.*

Declara decimoquinto, vt hæc clauſula tollat appellationem quoad neceſſitatem deferendi, non tamen tollit quoad effectum deuoluendi negotium ad ſuperiorem, qui poterit grauamen emendare, & reparare, vide quos citat Contar. *in l.vnica,limit.13.num.16. C.ſi de mom.poſſ.* & ſic tollit effectum ſuſpenſiuum, ſed non deuolutiuum,& adde,quæ ſcripſi *ſupra num.98. verſ.ſecus eſt*, & extendere hanc declarationem etiam in clauſula *omni , & quacunque appellatione remota.*

Reliquas declarationes, ſeu effectus huius clauſulæ, ſi qui ſunt, non proſequor, poteris tu eos videre apud Franch. *in c.53. paſtoralis,ſub num.3 ibi operatur ergo,& num.4.& ſeqq.vſque ad nu.12.incluſiue,de appel.* qui enumerat decem,& ſeptem effectus,& apud eos, ad quos ſe remittit Couar. *pract.qq.c.23.num.6.in fine,verſ.effectus, tom.2.fol.522.& Lancell.tract.de attent.p.2.c.12.de atten. & innou.appell.pend.limit.8.princ.*

105 Reſtringe nunc eandem ſextam extenſionem, poſitam *ſupra num.* 20. in qua dixi principem poſſe dare iudicem cum clauſula,*appellatione remota*,vt non procedat in alio inferiore, quia nullus inferior à Principe poteſt committere cauſſam, appellatione remota, etiam ſi eſſet Legatus de latere, quia iſte eſt caſus reſeruatus ſoli Principi, *Franch.in rubr.nu.23.verſ.aduerte tamen,& in c.36. poſtremo,ſub num.5.verſ.tertio & vltimo,verſus finem, & in c.53.paſtoralis,n.15.16.& 18. verſ.ſecundo quaritur,& ibidem Dec. n.10.de appell. & rurſus idem Franch. in rubr. ſub n.3.verſ.aliquando vero,de appell.in 6.et Lancell.tract. de attent.p.12.c.12.de attent.& innou.appell.pend.limit.8. princ.num.15.16.& 17. tom.5.fol.365.* vbi de opinione * communi,* & probatur ad literam ex *l.1.§.interdum,ff.à quibus appell.non liceat.*

107 Ratio eſt, quia non poteſt Inferior præiudicare iuriſdictioni ſuperioris,*Bar.in d.§.interdum,ſub nu.2.ff.à quibus appell.non lic.& Franch.in d.c.53.paſtoralis,ſub nu.18. verſic.ſecunda fuit opinio, de appell.*

108 Confirmatur hæc reſtrictio, quia de iure communi inferior Papa, ſeu Principe non poteſt delegare cauſſam ſummariè cognoſcendam,*Gig.tract.de crimin. læſ maieſt. p.2 q.5.num.3.tom.11.part.1. fol.50.* & loquendo in Baronibus, *Par.de Put.tract.de ſynd.in verbo,eſt tamen,tom. 7.fol.308.* & quod nullus inferior à Principe, etiam ſi ſit Legatus de latere,poſſit committere cauſſam ſummariè, de plano,&c. ſcribit Franch. *in c.36.poſtremo, nu 5.verſ. tertio & vltimo, in fine, de appell.* & de hac confirmatione poteris videre, quæ ſcripſi *ſupra lib.1.c.53. ſub nu.13. verſ.ſecundam.*

109 Extende hanc reſtrictionem, loquentem in Legato de latere, vt procedat etiamſi Papa conceſſiſſet Legato legationem cum clauſula (*omni appellatione remota*) quia licet dicta clauſula operetur, quoad ſententias ferendas per eum, tamen Legatus non poterit hoc concedere ſuo delegato, *Bal.quem citat.& ſequitur Franch.in d. c.paſtoralis,num.17.*& adde quæ ſcripſi *ſupra n.70. & 71.* vbi vide.

110 Subſtringe primo eandem reſtrictionem, vt non habeat locum in inferiore, qui tamen non recognoſcat ſuperiorem, quia is poteſt dare iudicem, appellatione remota,*Bar.in l.1.§. interdum, num.3. ff.à quibus appell. non lic.& Dec.in d.c.53. paſtoralis,n.12.ibi.& quod dictum eſt, de appell.*quamuis non de iure ſed de facto ſolum non recognoſcat ſuperiorem,quare licet ſit inferior à Principe, tamen poteſt dare iudicem cum clauſula (*appellatione remota*) vt Rex Franciæ,& alij plerique,& quedam Ciuitates Italiæ, quia iſti vtuntur iure Principis, *Abb. in d.c. paſtoralis, n.5.Franch.q.5.n.21.et Dec. n.13.*

111 Extende hanc reſtrictionem, vt habeat locum etiam in inferioribus,qui recognoſcant ſuperiorem, ſed tamen habent dignitatem,& adminiſtrationem iure proprio in perpetuum, vt ſunt Duces, Comites,& Marchiones, qui propterea videntur eſſe Principes in terris ſuis,& quo ad ſuos ſubditos poſſunt omnia,quæ poteſt ipſe Imperator, *Dec.in d.c.paſtoralis, numer.15. et ſeqq. ibi idem dicendum videtur,et Rol.à Vall.conſil.86.illuſtris domine,n.16.lib.1.*

Comprobatur hæc extenſio, quia Duces, Comites, ſeu Marchiones perpetuo inueſtiti cenſetur Principes in eorum ducatu, commitatu ſeu marchionatu, & in eorum ſubditos poſſunt omnia, quæ poſſet Imperator in toto orbe,vt citatis Paul.de Caſtr.Alex.& Barbat.ſcribit Curt. Iun.*tract.de feud.par 2.princ.inter.qq. de perſonis laicis,q. 2.princ.num.6.tom.10.par.2.fol.58.* & quod Duces, comites, Barones, & reliqui Princeps perpetuo inueſtiti dicantur habere iura imperij, & poſſint in terris ſuis, quod poteſt Imperator in toto orbe ; & ideò poſſint etiam reſeruata ſpecialiter Imperatori, refert, & ſequitur, citato * Bellon.*conſ.51.et 59.num.8. pro communis * opinione, Clement.tract.de patr.poteſt.effect.2.ſub num.41. fol.106.* Et quod Duces, Marchiones, Comites, & alij Barones poſſint in eorum terris, quod poteſt Imperator in ſuo regno in tantum, quod Baro dicitur Princeps ciuitatis, & territorij,referunt Carau.*ſuper rit.49.num.9. & Rolan.à Vall. conſ.29. num.24. & ſequentibus lib.1.* & quod iſti domini temporales,velint poſſe omnia in eorum territorio,& ita de facto ſeruetur, & eſſet reuangare mundum, ſi poteſtas illorum dominorum temporalium reuocaretur in dubium,refert,& aſſentitur Corn.*conſ.299.viſo reſcripto,col. vlt.ſub.num.7.lib.1.& conſ.178. viſa copia, ſub num.7. ibi. nec videtur obſtare, lib.3.* Et quod Dominus Pandulfus de Malatellis, quamuis recognoſceret Papam in ſuperiorem,

tum, tamen teneret in terris ſuis locum Principis, & omnis Rex habeat in regno ſuo plenitudinem poteſtatis, etiam ſi regnum habeat in feudum ab alio Rege, ſicque recognoſcat ſuperiorem, & quod hodie Reges in regnis ſuis de facto obtineant vicem Imperatoris,& quod etiam iſti alij domini temporales perpetui fungantur ſaltem de facto vice Principis in eorum terris; & quod etiam Vicarij perpetui,Duces, Comites, vel Barones poſſint facere in terris ſuis omnia, quæ Imperator poteſt facere de iure per totum orbem,refert, & ſequitur,conſulēdo ſuper donatione facta à Domino Iulio Cæſare de Varano Domino Camerini,*Corn.d.conſ.299.num.9.verſus finem, et n.7. lib.1.*& quod habentes iuriſdictionem iure proprio, & in perpetuam dignitatem,& adminiſtrationem cognoſcant primas,ſecundas,& tertias cauſſas, retuli,& ſequutus ſum *ſupra quaeſt.8.n.119.verſ. quintus caſus.*

113 Contra hanc extenſionem: quod enim iſti non poſſint dare iudicem, appellatione remota,probatur, tum quia ab ipſemet Comitibus,Ducibus,& Baronibus poteſt appellari, vt ſcripſi *ſupra in ampliat.num.23 & 24.* tum quia in iure aliter non cauetur, nec Doctores, citati in comprobatione extenſionis, allegant iura probantia eorum dicta,*Corn.ſibimet in hoc contrarius conſ.200. videtur prima facie,n.3.ibi,dato etiam ſine præiudicio, lib.1.*

114 Quid dicendum pro veritate, & reſolutione? nam Doctores loquuntur in iſto articulo placentia eorum Dominis,& Baronibus.

Diſtingue duo membra.

Aut enim iſti inferiores dant iudicem, appellatione remota,in præiudicium ſuperioris, ad quem deuolui debet appellatio: & dico,quod non poſſunt;quare licet Baro habeat quantumuis amplam conceſſionem cum mero,& mixto imperio,tamen nunquam ei intelligitur conceſſa illa iuriſdictio, quæ reſeruatur ipſi concedenti in caſu,quo inueſtitus faceret iniuſtitiam, ſeu negligeret facere iuſtitiam per ſe ipſum, vel per officiales, etiamſi in eum tranſlata eſſet omnis poteſtas,& iuriſdictio,vide ad hoc quæ ex Couar.retuli,& ſequutus ſum *ſupra q.8.n.111. oppoſit.2.& n.112.*

Aut dant iudicem ſine præiudicio iuriſdictionis ſuperioris, vt puta quia in eorum inueſtituris habent primas, & ſecundas cauſſas,ſeu etiam tertias, de quibus baronibus,habentibus tales inueſtituras,dixi *ſupra qu.8.nu.118. verſ.quartus caſus,*ſed tamen nolunt dare appellationem quia nolunt in eorum iuriſdictione amplius, quam ſemel illam cauſſam cognoſci,non tamen volunt tollere appellationem deuoluendam ad ſuperiorem: & iſto caſu dico, quod poſſunt,& ſic appellabitur omiſſo medio.

Et hæc diſtinctio poteſt ſtare in Baronibus habentibus merum,& mixtum imperium,ſed ſi non habeant merum, & mixtum imperium non poſſunt derogare iure communi, *Phanut.de Phenut. tract.de dot.gloſ 5.num.41. tom.9.fol.428.*

115 Subreſtringe ſecundo,vt non procedat,quando inferior puta Legatus haberet in commiſſione ſpecialem facultatem delegandi cum clauſula, (*appellatione remota*) quia tunc poſſet, *Franch.in c.53.paſtoralis, ſub num.16. de appell.*

116 Declara hanc ſubreſtrictionem,vt commiſſa per Principem, ſeu Papam alicui vniuerſitate cauſſarum, cum plena,& omnimoda poteſtate; non intelligitur per hoc conceſſa poteſtas ſubdelegandi cum dicta clauſula,*Franch. in d.c.paſtoralis, num.18.*

Subreſtringe tertio, vt non procedat in appellatione ab interlocutoria, quia etiam inferior poteſt apponere iſtam clauſulam, & tunc non poterit appellari ab interlocutoria,etiam ſi alias appellari potuiſſet de iure,*Gloſ.t. & Gl.vlt.in l.fin.C.de ſent. & interl.omn.iudic.* quam ibidem refert & ſequitur Bar. *ſub n.4.*

Contra hanc ſubreſtrictionem: quod enim per hanc clauſulam, appoſitam ab inferiore non poſſit prohiberi appellatio in caſibus à iure permiſſis, quia inferiori non poteſt prohibere appellationem in præiudicium ſuperioris, tenent Bar. ſibimet contrarius *in l.1.§.interdum, num.2 ff.a quib.appell.non lic.*quod ſi legitimè appellatur ab interlocutoria, non poſſet per inferiorem remoueri, quia per hoc præiudicaret iuriſdictioni maioris ad quem deueniret,*Franch.in c.53.paſtoralis,ſub num.18.in ſecunda opin. de appell.* & ab hac opin.non eſſe recedendum, teſtatur ibidem Dec. *num.11.in fine,* vocans eam communem; * quare inferior non poteſt apponere iſtam clauſulam, etiam loquendo de interlocutoria, niſi ad finem, vt intelligatur ſecundum diſpoſitionem iuris, ſicque ad deſeruiendum iuri, *Franch. in d.cap.paſtoralis, ſub num. 20. quaeſt.4.*

117 Extende VII. vt à Principe, eiuſque delegato cum clauſula, (*appellatione remota*) ſed præſertim à Principe, appellatio ſit prohibita non ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum,ſed etiam quoad effectum deuolutiuum; quia æquè militat in vtroque effectu defectu ſuperioris, ad quem poſſit appellari, & præſumptio iuſtitiæ ſententiæ latæ,vt *ſcripſi etiam q.ſeq.limit.1.n.14.verſ.confirmatur.*

Extende VIII. vt neque poſſit appellari ab Auditorio florentiſſimorum Procerum, qui cognoſcebant cauſſas appellationum à viginti libris ſupra,de quibus *in l.35. in offerendis,C.de appell.& conſult.& dixi ſupra qu.8 num.8. & 9.* nam reminiſci oportet, quod, vt dicebam *ſupra qu. 14. in princ.* Imperator non cognoſcit ipſemet, ſed alijs eius nomine; quare cum Auditorium florentiſſimorum Procerum ſit Conſiſtorium ipſius Principis, *vt ſcribunt Bar. & Salyc.in ſummario dicta l.in offerendis,* merito ab eis non poteſt appellari,quia iudicant nomine Principis.

118 Extende IX. vt ſicut Princeps poteſt dare iudicem ſine appellatione, ſic à fortiori poteſt dare ſine recuſatione, dummodo in reſcripto remoueat omnem exceptionem recuſationis, quia minus grauatur pars, cum tunc ſibi non deſit remedium appellandi,licet cauſſa committatur, recuſatione remota, cum per remotionem vnius iuris non ſit ſublatum alterum ius, *Franch.in c.36. poſtremo,n.5.verſ.tertio & vlt.de appell.* & quod Princeps poſſit de plenitudine poteſtatis dare iudicem cum clauſula (*ſuſpicione remota*) refert & ſequitur Franch. *in d.c.36.poſtremo,ſub n.5.verſ.tertio et vlt.*& eſſe comm.* opin.quod Papa poſſit de plenitudine poteſtatis committere cauſſam ſine facultate recuſandi iudicem, refert, & ſequitur Lancell. *tract.de attent.p.2.c.6.de attent.poſt recuſat. ſub n.32.to.5.fol.340.*& quod Princeps poſſit prohibere omnem exceptionem recuſationis; & tunc iudex recuſari non poſſit,etiam ſi recuſatio non eſſet friuola, refert & ſequitur Franch.*in rubr.ſub n.27.verſ.ſecundo aduerte ibi. ſi tamen ipſe princeps,de appell.*

Contra iſtam extenſionem: quod enim Papa non poſſit tollere exceptionem ſuſpicionis,quia continet defenſionem,ſcribit Mart.de Caraz. *tract.de princ.q.385 princeps,tom.16.fol.210.* & qui alij ſecuti ſint hanc opin.contra extenſionem, & quibus rationibus moti ſint, ſcribit Franch. *in d.c.36.poſtremo,n.3.de appell.*

119 Retent. extenſione,quæ eſt vera,& communis.

Declara primo,eam eſſe veram,quando Princeps tollit exceptionem recuſationis, vt in extenſione, ſecus ſi non tolleret,ſed ſolum daret iudicem notoriè ſuſpectum quia iſto caſu,quamuis illum daret ex certa ſcientia, tamen poſſet recuſari,*Franch.in rubr.n.27. verſ.ſecundo aduerte,& in c.6.ad hac,col.vlt.ſub n.9. verſ.dubium tamen, et in d.c.36.poſtremo,not.2.n.1.& latius n.4.de appell.*

120 Declara ſecundo,vt dato iudice cum clauſula (*recuſatione remota*) intelligatur remota,recuſatio friuola, non autē recuſatio iuſta,Spec.quem refert &ſequitur Franch.

in d.rubr.ſub n.27. & d.cap.36.poſtremo, ſub n.5.verſ.tertio & vltimo,de appell. & quod dicta clauſula intelligatur de friuola tantum ſuſpicione, & non de quacunque ſuſpicione, refert & ſequitur Lancell.*tract.de attent.p.2. c.6.de attent.poſt recuſ.n.33 fol.340.* Secus eſt quando iudex daretur cum clauſula ampliori (*remota quacunque ſuſpicione*) vt dixi *ſupra in extenſione n.118.*

121 Declara tertio, extenſionem eſſe veram, quando Princeps ex iuſta cauſſa remouet omnem exceptionem ſuſpicionis, quia tunc tollit etiam non friuolam exceptionem,& poteſt tunc tollere exceptionem ſuſpicionis, quamuis talis exceptio concernatur defenſionem,& fundetur in æquitate & ratione naturali; ſecus ſi Princeps eam tolleret ſine cauſſa,vide Franch.*in d.rubr.ſub n.27.de appell.*

Sed quis dicet Principi,quod facit ſine cauſſa?

122 Subextende eandem extenſionem, vt etiam inferior Principe poſſit dare iudicem notorie ſuſpectum, cum ſaluum ſemper ſit ius recuſationis, *Franch.in cap.6.ad hæc, col.vlt.n.8. & ſub num.9.verſ. dubium tamen,& in d.c.36. poſtremo not.2.n.1. & n.4.de appell.* quare ſi non recuſatur,proceſſus per eum factus tenet, Franch. *d.cap.ad hæc, ſub n.9.de appell.*

123 Reſtringe primo hanc ſubextenſionem, vt non procedat quando iudex eſſet notorie ſuſpectus, eo quia ab eo ſit appellatum, & eidem ſit commiſſa cauſſa appellationis, quia tunc, ſi cauſſa ſit ei commiſſa per inferiorem Principem,commiſſio,ſeu delegatio cauſſæ eſt ipſo iure nulla,nec eſt opus, quod allegetur ſuſpicio ſecus ſi eſſet commiſſa per Principem, vt retuli & ſequutus ſum *ſupra q.8.n.75.verſ.declara ſecundo.*

124 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando iudex procederet contra contumacem, quia tunc proceſſus factus à iudice notorie ſuſpecto,& dato per inferiorẽ Principe eſſet ipſo iure nullus, quia contumax non cenſetur in eum conſentire,*Franch.in d.cap.ad hæc verſus finem ſub n.9. verſ. dubium tamen*, & quod contumax nunquam intelligatur prorogare iuriſdictionem in iudicem, nec in ipſum iudicem conſentire; & ideo ſemper poſſit dici de nullitate,procedente ex defectu iuriſdictionis,refert & ſequitur,loquendo de iudice incompetente, idem Franch. *c.7.ſi duobus,col.6.in princ.n.19.de appell.*

125 Reſtringe tertio, vt non poſſit committere cauſſam cum clauſula (*remota ſuſpicione*) quia nullus inferior poteſt tollere recuſationem iudicis,*Franch.in c.36.poſtremo, ſub n.5. verſ.tertio & vlt.de app.* aliud enim eſt dare iudicem, ſuſpectum & hoc poteſt, quia parti remanet ius recuſandi *vt dixi in ſubextenſione*, & aliud dare iudicem cum clauſula (*remota ſuſpicione*) quia iſta clauſula importat,vt non poſſit recuſari.

De appellatione à iudice ſuſpecto vide ſupra *q.5. num. 116.verſ amplia ſecundo.*

126 Sublimita I.nunc eandem primam limitationem, poſitam *ſupra num.1.*loquente de Imperatore,ſeu alio Principe non recognoſcente ſuperiorem, vt non habeat locum, ſi ſententia contineret manifeſtam iniquitatem, quia tunc ab iſtorum ſententia poſſet appellari ad Papam, quia Papa ratione peccati eſt iudex competens cõtra omnes,non recognoſcentes ſuperiorem, *Dec.in rubr. ſub n.40.de appellat. Franch.in c.7.ſi duobus, §.denique,limit.3.num.14.eod.tit.Corſet.tract.de poteſt.reg.par.3.q.22. n.21.tom.16.fol.134.Alb.Brun.in feud.conſ.154.attenta.in princ.l.2.* & quod à ſuperiore non recognoſcẽte ſuperiorem poſſit appellari ad Papam,refert, & ſequitur Guid. Pap. *tract.de appell.concl.7.ſub n.5.fol.57. & q.119.num. 81.tom.5.fol.61.*loquens de ſuperiore laico; & in temporalibus aperte Abb. *in d.rubr.ſub nu.9.verſ. ad quintum,in fine, & ibidem Franch.num.14. verſ.ſed limita. de appell.* dicens quod, ſi ſententia Imperatoris, Regis,ſeu aliorum non recognoſcentium ſuperiorem contineat iniuſtitiam manifeſtam, tunc poteſt appellari ad Papam, quia eſt iudex competens contra omnes non recognoſcentes ſuperiorẽ ratione iuſtitiæ,& peccati,& *Maran. in ſuo ſpec.p.6. act.2.pincip.in verbo. & quandoque appellatur, num.276. verſ. vnum adde.fol.500.*& quod poſſit appellari à ſententia Principis,ſi contineat manifeſtam iniquitatem,refert, & ſequitur Ruginel.*tract.de appel.§.2.cap 2. n.6. verſ.tertius,& n.70.verſ.appellabitur*, dicens,quod poteſt appellari à quocunque iudice doloſo & iniuſtitiam notorie committente, etiam ſi talis iudex ſit Rex, & Princeps; & adde quod ſcripſi de appellatione, ſeu recurſu à ſententia Conſilij Neap. ad Papam *infra limit.15. nu.3. verſ. reſtringe.*

127 Ratio huius ſublimitationis eſt,quia Eccleſia Romana eſt refugium Chriſtianorum oppreſſorum, nam ſicut Rex Dauid tuba Spiritus ſancti erat recurſus oppreſſorum;vt patet in *1.lib.Reg.c.22.* & omnis,qui opprimebatur à Saule recurrebat ad Dauid, ita Summus Pontifex non debet auertere faciem ſuam ab oppreſſis, *Afflict.in prælud.ad conſtitut.quæſt.21.n.9.& Contar.in l.vnica,limit. tertia ſub n.17.C.ſi de mom.poſſ.*

Aduerte circa hanc ſublimitationem, quod Papa non debet eſſe oneroſus,nec delicatus in admittenda, vel non admittenda appellatione, nec enim debet quærere colorem abſorbendi iuriſdictionem Regum, nec de facili debet credere appellanti, ſed debet adhibere maximam cauſſæ cognitionem,conſiderando cuius naturæ ſit Rex; an ſit iuſtus, & ſolitus facere iuſtitiam, vel potius ſit ſolitus opprimere ſubditos, & iniuſtitiam facere an cauſſa ſit magna,vel parua, an contra iudicem laboret aliqua ſuſpitio ſordis, an præce, vel amore, aut odio ſit motus, *vt ex Afflict.d.quæſt.21.n.11.refert, & ſequitur Contar.d. limitat.3.n.16.et 17.*

128 Amplia notabiliter hanc ſublimitationem, vt in tantum poſſit ab Imperatore appellari ad Papam, ne remaneat notoria iniuſtitia, vt ſi ſubditus recipiat iniuſtitiam à Domino feudatario, qui recognoſcat Imperatorem in ſuperiorem, quia ab eo feudum habeat, & iſte ſubditus, & Dominus feudi, qui grauat, ſint valde remoti à Curia Imperatoris, & cauſſa non ſit magna; & ſubditus grauatus non ſit ita diues, vt poſſit recurrere ad Imperatorem propter nimiam diſtantiam, poſſit iſto caſu recurrere ad Papam, *vt ex Maran.Socc.refert,et ſequitur Alber. Brun. in feud. conſ.154. attento quod verſ. ſed ſtat difficultas; lib. 2.* Vel ſaltem, ne iſte ſubditus propter impotentiam recurrẽdi ad Imperatorem remaneat grauatus, debet poſſet recurrere ad Epiſcopum, aut ad alium ſuperiorem proximum, cum quo dominus feudatarius habeat adhærentiam, *Alber, Brun. vbi ſupra.*

Confirmatur hæc ampliatio, quia ſi iudex mediatus deneget iuſtitiam,ſeu ſit negligens, poteſt recurri ad ſuperiorem, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra quæſt.7.num.43.* ſimiliter poteſt appellari ad ſuperiorem, ſi medius ſit abſens, *vt dixi eadem quæſt.7.num.111.* & vacante Imperio, appellatur ad Papam, *vt retuli,et ſequutus ſum d.q.7.n.112* quia Papa eſt dignior, maior, & ſuperior Imperatore, *vt ſcripſi ſupra lib.1.c. 11. n.6.* & iuriſdictio eccleſiaſtica eſt longè dignior, quam ſęcularis, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra q.8.ſub n 100.verſ.prima ratio.et n.101.*

Sed in caſu huius ampliationis grauatus non poteſt propter inopiam,& longam diſtantiam recurrere ad Imperatorem, & longè maior eſſet ſumptus pro recurſu ad Imperatorem, quam valor totius cauſſæ, & ideò medius iudex non quidem verbaliter, & formaliter, ſed in effectu,& realiter dicitur denegare iuſtitiam,& eſſe negligens, abſens, & vacare imperium quoad ipſum grauatum;& ne eſſet negligens, deberet pauperibus litigantib. conſtituere ordinarium iudicem appellationum in Pro-

uincia,

Digitized by Google

uincia, ad quem poſſent recurrere, prout conſtitutum eſſe in Regno Neap. ſcripſi *ſupra q.8.ſub nu.110. verſus fin.* Ergo, cum adiri non poſſit medius iudex, debet poſſe adiri ſuperior, qui eſt Papa, ſeu alius iudex eccleſiaſticus, qualis eſt Auditor Cameræ, ne quis ex defectu iudicis medij remaneat indebitè grauatus, & grauans in peccato, ad quod remouendum Eccleſia ſemper habet poteſtatem.

Hæc ampliatio & ſi veriſſima ſit, & Deo, ac Chriſtianæ religioni admodum grata, eius tamen vſum an vnquam inueneris neſcio: etenim, cum ageretur de negligentia Imperatoris, & de denegata iuſtitia, & propterea de immittendo falcem in eius meſſem, materia redditur ſcabroſa, quia in primis deberet apparere de negligentia, de longa diſtantia, & de impotentia partis grauatæ, in quib. fundata eſt ampliatio, quorum omnium probatio reſpicit etiam intereſſe Imperatoris, & cum pauper non valet contra partem recurrere ad Imperatorem, multò difficilius valebit contra Imperatorem, quia pauperibus &c. *vt dixi q præcedenti ſub n.52.verſ ſed hæc.*

129 Infero confirmando eandem ſublimitationem, quod Princeps ſecularis non recognoſcens ſuperiorem non poteſt ſtatuere in ſuo regno, aut permittere, quod Iudæi habeant, vel habere poſſint mancipium chriſtianum, neque poteſt permittere, quod iudei non deferant ſignum, & habitum diſtinctum, per quem publicè à Chriſtianis dignoſcantur, quia Principes ſæculares, quantumcunque non recognoſcant ſuperiorem, ſubſunt Papæ in concernentibus periculum animę, aut decorem, & honeſtatem Chriſtianæ religionis, *Franch in c.29. conſuluit, il tertio not.2.n.2. de appell. quem ibid. refert & ſeq. Dec. not.3.n.15.* et 16. & ideò, ſi Princeps aliter in his faceret, poſſet appellari ad Papam.

Subdit tamen Dec. *vbi ſupra*, quod vbi in loco eſſet aliqua conſuetudo, quod Iudæi non deferrent aliquod ſignum, ſeruaretur conſuetudo, & quod Papa poteſt aliquo in loco id concedere per priuilegium.

Subinfero à cõtrario ſenſu ex iſta illatione, quod Chriſtianis permittitur habere Chriſtianũ mancipium, quod eſt notãdum contra opinionem vulgarium, qui credunt, ſeruum effici liberum ſtatim, quod eſt baptizatus; nã hoc eſt falſum, quia Chriſtianus non prohibetur habere ſeruum Chriſtianum, *Dec. in cap. conſuluit. il tertio, n.5. & 6.*

130 Sublimita II vt non procedat in ſententia, quam Papa, ſeu Imperator profert ex relatione alterius, quia datur appellatio, *Rom. conſ.521. circa propoſitam, n.1. & 2. Socc. conſ.195. circa primum conſultationis articulum, verſ. poſtr. poſito, n.4. in fin. & n.5. lib.2. Nicel. tract. de concor. gl. concor.6. fal.19. n.60. to.18. f.193. Dec. in c.68. intimaſti, ſub n.18. ibi: vnde a ſententia princ. de appell. Gram. dec.35. cum fuiſſet, n.2. Rugin. tract. de appell. §.2. c.2. n.2. verſ. ſed etiam. & n.11. verſ. appell.* vbi loquitur de ſententia Papæ *Caſar. Barz. in Bonon. deciſ.150. in ardua. n.7.* & quod ſit magis

* communis, teſtatur Gabr. *in concluſ. lib.2. de appell. concl.1. n.1. & 3. in fin. Contar. in l. vnic. limit.2. in princ. verſus finem, ſub nu.48. C. ſi de mom. poſſ. & Franch. in qq. crimin. q.101. n.75.*

Ratio huius ſublimitationis eſt, quia videtur potius prouocari aduerſus poſſibilem calumniam, ſeu errorem relatoris, quam aduerſus ſententiam Principis, ſeu Pontificis, *Rom. d. conſ.521. & Gramm. d. deciſ.53. ſub n.2 & 3.*

131 Extende primo hanc ſublimitationem, vt procedat etiam ſi Princeps ſententiam proferret, ad relationem Cardinalis, Rom. & Gramm. *in locis ſupra proximè citatis.*

132 Extende ſecundo eandem ſublimitationem, vt procedat etiam ſi pars, contra quam fuit lata ſententia, habuiſſet copiam relationis, quia adhuc poterit appellari, *Gabr. d. concl.1. n.3.*

133 Declara eandem ſublimitationem, vt iſto caſu appellandum ſit ad Concilium generale, *Nicel. tract. de concord. gloſ. conc.6. fallen.19. ſub n.60. to.18. f.193.*

134 Contra hanc declarationem facit, quia licet poſſit appellari propter relationem, tamen, ſi ſententia eſt lata à Papa, non poteſt appellari ad Concilium generale, quia eſſet conſtituere duo capita, & eſſet hæreſis, per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.8. n.63. verſ. infero ſecundo.* Quare caue ab iſta declaratione, & à dicto Nicelli, quia ipſe eſt lapſus.

Dic ergo, appellandum eſſe ad eundem Papam, ſeu Imperatorem melius informandos, iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra d.q.8. n.65. verſic. declara has.*

Reſtringe primo declarando eandem ſecundam ſublimitationem, vt licet poſſit appellari, tamen Princeps non tenetur appellationi deferre, *Gabr. d. concluſ.1. n.4. & Ruginell. tract. de appell. §.2. c.2. n.4.*

135 Reſtringe ſecundo, vt talis appellatio non impediat executionem, *Gabr. d. concluſ.1. limit.2. nu.5. Farin. in qq. crimin. d.q.101. n.76.* & quod eiuſmodi appellatio non ſuſpendat pronuntiatum, ſcribit etiam Card. Iacobat. *tract. de conc. lib.10. n.60. tom.13. p.1. f.353.*

136 Reſtringe tertio, vt non procedat, quando pars conſenſiſſet relationi, factæ Principi, quia tunc, cum approbauerit illam relationem, non poteſt appellare à ſententia Principis, ſecundum ea, quæ ex Bar. & Dec. loquentibus de ſententia iudicis, lata ſecundum reſcriptum Principis ſuper relatione, & conſultatione ipſius iudicis retuli *infra ſub n.138. verſ. contra.*

Contra hanc reſtrictionem facit opinio contraria eorum, qui tenent adhuc poſſe appellari à ſententia, quam iudex profert ſecũdum conſilium, ſeu reſpõſionem Principis, quamuis partes conſenſerint relationi iudicis, quorum opinionem retuli *infra num.138. verſ. ſublimita tertio.*

Non recedo reſtrictione.

137 Reſtringe quarto in Rep. Lucẽſi, quia ſi Excellentiſs. Conſilium generale Lucenſe approbat relationem D. Prætoris, ſeu alterius delegati, nulla prorſus datur appellatio, neque vidi vnquam toto tempore mearum relationum, dum eſſem Prætor Ciuitatis Lucenſis, fuiſſe practicatum, quod ſupplicari poſſet ad idem Conſilium tanquam male informatum.

138 Sublimita III. vt non habeat locum in ſententia, quã iudex profert ſecundum reſcriptum Principis, ſeu ſecundum conſilium Principis, ſeu reſponſionem Principis, factam relationi, ſeu conſultationi iudicantis, quia à tali ſententia poteſt appellari, vt loquendo de ſententia lata ſecundum reſcriptum, ſcribit Bar. *in l.1. §. quæſitum eſt, in princ.* & rurſus de ſententia lata ſecundum reſcriptum, & conſilium ibidem *num.6. ibi tertio, ff. de appell.* & loquendo de ſententia lata ſecundum conſilium, ſcribit idem Bart. *in l.2. numer.1. C. de appell.* & loquendo de ſententia lata ſecundum reſponſionem, ſeu conſultationem, ſcribunt Salyc. *in d.l.2. num.3. Abb. in cap.68. intimaſti, ſub nu.5. verſ. quartus actus, de appell. & Rugin. tract. de appel. §.2. c.2. n.3.* & quod detur appellatio etiam ſi iudex pronuntiaret ſecundum conſilium Principis, & etiam quod iudex diceret in ſententia criminali, facto verbo cum Sanctiſs. ſcribit Farin. quem retuli, & ſequutus ſum *infr. n.145. verſ. ſublimita quinto,* & quod à reſcripto Principis non appelletur ſed appelletur ſententia inde ſequuta, ſcribit Bal. *in l.3. iubemus, in princ. C. de appel.*

Contra hanc ſublimitationem motiuant Bar. *in d. §. quæſitum eſt, n.3. verſ. opp. & fortius ſub n.6. ibi. ſed contra hoc,* dicens, quod ſi non poteſt appellari à reſcripto Principis: ergo, inquit, neque à ſentẽtia ſecundum reſcriptum Principis lata: non enim poteſt pars conqueri de facto, quia conſultationem approbauit, nec de iure, quod Princeps ſic conſuluit quod eſt ius, & Dec. *in d. cap. intimaſti,*

maſti,ſub nu.18.ibi.ſed aduertendum eſt,de appell. dicens, quod ſicut non poteſt appellari à reſponſione Principis, neque a ſententia ipſius Principis,ita neque poſſe appellari á ſententia lata ex eius reſponſione.

139 Retenta ſublimitatione ſi placet.

Declara eam, diſtinguendo quatuor actus, vt diſtinguunt Abb.& Salyc.*infra citati*.

Primus actus eſt interlocutoria iudicis de conſultatione facienda,& ab iſta interlocutoria non appellatur,*Bar. in l.1.§.quæſitum eſt,n.5.ibi primo,Bal.in l.vlt.ſi quando,ſub n.5.ibi,primus eſt actus,C.de relat.Salyc.in l.2.nu.6.ibi primus eſt interlocutionis, C.de appell. Abb.in c.68.intimaſti, ſub num.5.ibi primus Franch. ſub n.5.verſ.primus, & Dec. ſub nu.18. verſ.gloſſ.circa finem,de appell.* & communiter * omnes,& ratio eſt,quia per eam nemo grauatur,*Bar.Bal. & Dec.vbi ſupra* poſſet tamen appellari,ſi iudex malitioſe referret, vt euitaret onus iudicandi, *Franch.vbi ſupra*, vt puta quia caſus eſſet clarus,quia tunc poſſe appellari, ſcribit Dec. *vbi ſupra*, & dicitur relatio malitioſa, quando res eſt clara, *Dec.c.intimaſti,ſub num.6.ibi,& quod dictum eſt*.Quare ſicut non valet ſtatutum,diſponens,quod iudex teneatur committere cauſſam conſilio ſapientis, etiamſi calumnioſe petatur,*Dec.eod.cap.intimaſti,num.8.* ita etiam non poteſt iudex malitioſe, ſeu calumnioſe cauſſam referre,& referendo, poterit appellari.

140 Nota primo pro intelligentia huius primi actus,quod multis ex cauſſis iudex refert cauſſam ſuperiori. Quandoque ex natura ipſius cauſſæ, vt puta, quia eſt reſeruata ſuperiori, & in hac relatione ceſſat materia iſtius ſublimitationis: quia cauſſa remanet in auditorio Principis. Quandoque fit relatio virtute delegationis iam factæ, vt quia Princeps delegauit cauſſam cognoſcendam, & inſtruendam,& inſtructam remittendam ad eum, vel ſimpliciter commiſit, vt intra certum tempus remitteretur inſtructa, vel non inſtructa, & pariter in hac relatione ceſſat materia huius ſublimitationis,quia totus proceſſus remittitur ſuperiori,& ſtatur proceſſui,& non verbis iudicis, Quandoque fit relatio ſuperiori, cauſſa conſulendi eum de aliquo dubio in iure, & hic eſt caſus huius ſublimitationis;nam hoc caſu non remittitur totus proceſſus ad Principem, ne fatigetur, ſed ſolum elicitur ex actis punctus dubius, *Abb.in d.c.intimaſti,n.2.de appell.*

141 Nota ſecundo,quo ad hoc,vt relatio iudicis probet, & non poſſit impugnari debet fieri partib.conſentientibus,vel non contradicentibus, *vt ex Abb. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra n.143.* quod ſi partes diſcordent in formatione puncti tranſmittendi,iudex poteſt eas ad cõcordiam reducere,& ſi noluerint concordare, poterit interloqui, factum ſic ſe habere,prout ipſe format, & niſi appelletur,ſtabitur interlocutoriæ ſuæ,*Abb.d.c.intimaſti, ſub num.2.& 3.* & quod vbi cauſſa ſit committenda conſilio ſapientis,& partes diſcordent in formatione dubij, ſeu puncti,debeat iudex ipſe tunc punctum formare, notat ibidem Dec.*not.3.num.11.* & debet punctus, ſeu articulus dari partibus, vt videant, an ſit plene formatus, *Franch.in d.c.68.intimaſti,ſub num.2.& num.5.verſ.et aduerte.& Dec.num.10,not.3.* quæ copia,& exemplum dicti articuli, ſeu relationis debet dari partibus publica manu tabellionis, vel munita ſigillo authentico, ne poſſit aliquid diminui,vel exprimi in præiudicium partis, *Franch. ſub d.nu.2.* & poteſt dari clauſa,vel aperta, quia vtroque modo fieri poteſt, *Franch.ſub num.8.verſic.quarto principaliter quæritur*.

142 Infero ex hoc notabili, quod conſulte agit Rotæ Auditor,cui cauſſa eſt commiſſa,dum ſtudet, vt partes concordent de dubio;nam,ſi nollent concordare, teneretur ad inſtantiam properantis ad expeditionem interloqui, dubium eſſe ſic formandum, & à tali interlocutoria daretur appellatio.

143 Secundus actus eſt ipſa relatio, ſeu literæ, quæ mittuntur Principi pro conſilio,& ab iſtis poteſt appellare, qui ſe grauatum in eis ſentit,ſi iudex in eis mendacia inſeruerit,vel veritatem tacuerit, *Bar.in d.§.quæſitum eſt, ſub n.5.ibi ſecundo.Bal.in d.l.ſi quando,ſub n.5.ibi.ſecundus eſt actus,C.de relat.Salyc.in d.l.2.ſub n.6.ibi.ſecundus eſt,C. de appell.& Abb. d.c.58.intimaſti,ſub num.5.ibi, ſecundus actus,de appel.*loquuntur tamen diuerſis verbis;nam Bar. loquitur iiſdem verbis,quibus vſus ſum, Bal.inquit,quod ſi fuerint aſſerta aliqua falſa, vel ſimulata, vel tacita veritas,eo abſente,vel contradicente,poteſt appellare, quia ab interlocutoria, quæ ingerit difficultatem circa cauſſæ deciſionem,poteſt appellari;Salyc.ait,quod ſi relatio,quę mittitur ad Principem,eſt ſecundum veritatem,& diſplicet,non appellatur,ſed cauſſa altera reclamatur, & refutatur, Abb. inquit quod à principio poteſt appellari, ſi iudex verum non exprimit, ſed ſi partes conſenſerunt, non poſſunt contradicere ante ſententiam:Sed tu ex his, quæ quaſi confuſe, & titubando videtur locutus Franch. *in d.c.intimaſti,ſub num.5. & ſub num.8.* collige duos caſus. Primus caſus eſt: quando parte, ſeu pars expreſſe conſentit relationi,ſeu puncto formato; & iſto caſu non poſſunt appellare ſeu non poteſt appellare is, qui conſenſit expreſſe,& ita intelligas Abb.*vbi ſupra*, & ita ſcribunt Franch.*d.num.8.verſ.aliquando & primo,& Dec.ſub num.18. verſ.gloſſ circa fin.ibi ſecundus actus eſt*, & dicitur conſentire non ſolum, quando expreſſis verbis conſentit,ſed etiam quando eſt præſens, & tacens, & facit aliquem actum poſitiuum,tendentem ad conſenſum,*Franc. ſub d.num.5.verſ.& aduerte.* Secundus caſus eſt: quando relatio fit,partibus præſentibus, ſcientibus, tacentibus, & non contradicentibus, & in iſto caſu Franch. videtur titubare, nam ſub *d.nu.5.* inquit; quod pars videtur confiteri, punctum fuiſſe bene formatum,& ideo,inquit,non poſſet poſtea appellare à formatione puncti; ſed poſtea ſubdit, quod licet præſens, & tacens in iudicijs habeatur pro conſentiente,tamen,limitando,inquit,hoc non procedit,in ſententijs diffinitiuis,vel interlocutorijs, quia ſibi non præiudicat in appellando, niſi taceat per decem dies; quod apertius repetit ſub *d.num 8.verſ.tu aduerte*, dicens, quod prædicta debent intelligi niſi, pars quæ fuit præſens, & tacuit, & appellet poſtea infra decem dies, quia,inquit cum relatio ſit,quædam interlocutoria,taciturnitas non nocet, & poſt quandocunque appellari intra decem dies.

Contra hanc reſolutionem,quam tenet Franch.firmat Dec. *in eod.cap. intimaſti,num.16.& ſeqq.ibi.ſed tamen*,dicens,quod ex quo partes requiruntur ad hoc,vt conſentiant,niſi contradicant habentur pro conſentientibus:tu ſuper hoc cogita.

Debet autem appellans ab iſta relatione in appellatione exprimere rationem grauaminis,ſcilicet, quod falſum ſit inſertum,verum omiſſum,&c. *Bar.in d.§.quæſitum eſt,ſub n.5.*

144 Oppono contra hunc caſum, quia grauamen, quod infertur per mendacem relationem, poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, vt ſcribit Bar. *in d.§.quæſitum eſt,ſub n.6.* à qua diffinitiua poſſe appellari, retuli, & ſequutus ſum *infra num.147. verſic.quartus*.

Reſpondet huic oppoſitioni idem Bart. *vbi ſupra*, dicens,quando illud grauamen non poteſt reparari per appellationem á diffinitiua ſine magno præiudicio partis, quia poſt conſilium Principis datum durior eſt cauſſa noſtra,quia iudices ſauent conſilio Principis,tacite etiam reſpondet Bal.quem retuli, & ſequutus ſum *num.praeced.* dicens quod poteſt appellari ab interlocutoria, quæ ingerit difficultatem circa cauſſæ deciſionem,& facit,quod ſcripſi *q.ſeq.limit.6. memb.8.num.3. verſic.extende ſecundo*, vbi videas.

Digitized by Google

145 Tertius actus eſt reſponſum, ſeu reſcriptum à Principe emanatum, & ab hoc non appellari ſcribunt Salyc. *in l.ſecunda, ſub n.6. ibi, tertius eſt, C. de appell. Abb. et Franch. in cap.68. intimaſti, ſub n.5. verſ. tertius actus, et Dec. ſub nu. 18. de appell.* & quod a reſcripto Principis non appelletur, ſcribunt Bal. & Salyc. *in l.34. iubemus, C. de appellat.*

146 Declara, reſolutionem huius tertij actus eſſe veram, ſi pars habuit, & approbauit copiam conſultationis miſſæ ad Principem; ſecus ſi non habuit, vel, ſi habuit, reprobauit, Salyc. *vbi ſupra*, ſeu & clarius vt dicunt Franch. & Dec. *vbi ſupra*, non poteſt appellari, niſi Princeps ſit circumuentus narratione facti.

147 Quartus, & vltimus actus eſt ſententia diffinitiua, lata ſecundum reſcriptum Principis, à qua ſententia poſſe appellari ſcribunt Bart. Salyc. Abb & Ruginel. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra n.138. in ſublimitatione*, & Franch. *eod. c.68. intimaſti, n.6. verſ. quartus, de appell.*

148 Retenta ergo ſublimitatione poſita *ſupra n. 138.* in illo vltimo actu.

Extende primo eam, vt procedat etiamſi pars habuerit copiam relationis, quia adhuc poterit appellare, vt in caſu, quo Princeps ipſe profert ſententiam ex relatione alterius, ſcribit Gabr. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra *nu.133. verſ. extende*, non etiam video conſiderabilem diuerſitatem inter hunc, & illum caſum.

149 Extende ſecundo, vt procedat etiamſi pars conſenſerit relationi, quia adhuc poterit appellare à ſententia, *ſecundum Gloſ.1. ſed confuſe in l.2. Codic. de appell. et Bartol. in l.1. §. quaſitum eſt, ſub num.6. ff. de appell. et relat.* vbi ait, quod etaim ſi pars non decepta conſenſerit relationi poteſt appellare, vt cauſſa reparetur ex nouis probationibus, & allegationibus, & Abb. *in c.68. intimaſti, ſub n.5. ibi, ſecundus actus*, dicens, quod ſi partes conſenſerint relationi non poſſum contradicere ante ſententiam, & aperte ibi. *quartus actus, de appell.*

Ratio huius extenſionis eſt, quia in cauſſa appellationis poterit probari, quod punctus non fuit bene formatus, & quod per errorem conſenſerit: item poterit cauſſam inſtruere nouis actis: nam habet locum, non probatum probabo, *Abb. vbi ſup.* & quod poſſit cauſſa reparari ex nouis probationibus, & allegationibus, ſcribit Bart. *ſupra citatus*.

Contra hanc extẽſionem tenent Cyn. & Iac. But. quos citat, & titubando ſequitur Salyc. *in l.2. ſub n.5 & ſub n.6. in fin. C. de appellat.* dicens quod ſi pars habuit copiam, & approbauit non poteſt appellari.

Comprobatur hæc opinio, quia ſi ratio, quam aſſignant Bartol. & Abb. ſupra citati, eſſet vera, ſequeretur etiam, quod à ſententia, lata à Principe indiſtinctè poſſet appellari, quia ſemper poſſet in cauſa appellationis probari, non probatum: ſed hoc conſequens eſt falſum, quia a ſententia lata à Principe non appellatur, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu.* 1. Ergo falſa eſt ratio huius extenſionis; Ergo, ſi non ſubſiſtit ratio extenſionis, non ſubſiſtet extenſio.

Non recedas ab extenſione, quia à ſententia Principis non appellatur, eo quod ipſe non habet ſuperiorem, ad quem poſſit appellari, & ſic appellatio eſt prohibita ratione iudicis: ſecus eſt, quando iudicat alius iudex inferior, quia tunc ratione illius iudicis cõceditur appellatio.

150 Retenta eadem ſublimitatione, poſita ſupra *n.* 138. infero alias duas clariores extenſione.

Extende tertio, quando iudex pronunciaret, non expectata reſponſione Principis, quia poſſet appellari, vel dici de nullitate, *Salyc. in d.l.2. ſub n.6. Cod. de appellat. & in l.3 ſi quando, n.1. C. de relat.* dicens, quod ſententiam non valet, *& Franch. in c.68. intimaſti, ſub n.10. verſic. aliquando et ſecundo, ibi, tu aduerte, de appell.*

151 Subextende primo hanc extenſionem, vt in caſu, quo relatio fuerit præſentata à Principi, procedat etiamſi iudex de conſenſu vtriuſque partis recederet à relatione, & eam reuocaret, quia nihilominus poſtquam relatio fuit præſentata non poteſt eam reuocare, ſed ſolum antequã ſit præſentata poteſt, accedente conſenſu vtriuſque partis, reuocare, & vnius ſolius conſenſus non ſufficeret, *Franch. d.c.68. intimaſti, n.9. verſ. quinto et vltimo quaritur, et ſub n.10. ibi, et intellige omnia prædicta procedere antequam relatio, de appell.*

Declara iſtam ſubextenſionem, vt habeat locum in iudice ordinario, ſecus in delegato, quia poſtquam ſemel retulit cauſſam ad ſuperiorem, indiſtinctè abdicata eſt iuriſdictio ab eo, quam etiam de conſenſu partium reaſſumere non poteſt, *Franch. ſub d. n.10. ibi, ſi vero iudex erat delegatus*.

Extende quarto, quando iudex non pronunciauit ſecundum reſcriptum, quia tunc eo magis poteſt appellari, *Salyc. vbi ſupra*, quinimo ſecundum Bal. *d.l. ſi quando, ſub n.4. verſic. quæro an grauatus, verſus finem, C. de relat.* non appellatur, quia ſententia non valet.

152 Reſtringe nunc eandem ſublimitationem, vt procedat in terminis, in quibus loquitur, quando ſcilicet Princeps reſpondet ſuper informatione, ſeu puncto ſibi tranſmiſſo, quia tunc poteſt appellari à ſententia iudicis, *vt dixi in d. ſublimit. n.* 138.

Secus autem ſi Princeps ex ſe ipſo mandauerit, quia tunc à ſententia iudicis, quia iudicauit ſecundum, quod Princeps mandauit iudicari, non datur appellatio, *Rugnell. tract. de appell. § 3. cap. 2. nu. 24. & ſeq. verſic. hinc notandum, & ſub n.26. verſic. quod intelligas*.

† Et ratio illa aſſignari poteſt, quia tunc delegatus repreſentat delegantem, *l.1. ff. de offic. eius.* & factum delegati cenſetur factum delegatis, quia vnum videtur Tribunal vtriuſque, *arg. cap. 2. de conſuet. in 6. Ita Dec. conſ.143. n.* 3. Hæc autem intelligendo erunt de factis iuſtè, & legitimè, alias non præſumuntur facta à delegante ſi ſunt iniuſta, *Dec. d. conſ.143. n.3.*

153 Sublimita IV. vt non procedat ſi appelletur à Principe male informato, quia appellatio permitteretur ad eundem Principem, *vt dixi ſupra q.8. art.3. n.65. verſi. declara has*.

154 Sublimita V. vt non procedat in ſententia, lata à delegato Principis, quia ab ea datur appellatio, *vt dixi ſupra quæſt. 8. ſub num.10. & n.14. &* 15. & hoc nos quotidiè practicamus in Curia, vbi paſſim appellationes interponuntur a ſententijs, quas proferuntur delegati, etiamſi ſint Rotæ Auditores; & quod detur appellatio etiam ſi iudex pronuntiaret ſecundum conſilium eiuſdem Principis, refert, & ſequitur Proſp. Farin. *qq. crim. part.2. tom. 1. qu.101. n.78.* & adde quæ ſcripſi *ſupra n.* 130. admoneteque inſuper Farin. vbi ſupra procuratores criminales in Romana Curia, non ideo eſſe prohibitam appellationẽ, quia iudices criminales apponant illa verba; *facto verbo cum Sanctiſſimo*, licet, vt inquit, propter illa verba non poſſit recurri, niſi ad Signaturam gratiæ ex quo Papa manum appoſuit.

Hæc ratio, quia Papa manum appoſuit, non eſt perpetuo vera; niſi quando ageretur de re noua, prout in caſu iſto, ſi daretur commiſſio appellationis; ſecus ſi ageretur de re iam ſemel conceſſa à Papa, vtputa, quia Papa; id eſt, eius Signatura gratiæ delegaſſet cauſſam, etiam cum clauſula (*appellatione remota*) & poſtea is iudex remitteret cauſſam ad Cancellariam; quia iſto caſu non eſſet neceſſarium denuo adire Signaturam gratiæ, quæ aliũ ſubrogaret iudicem, ſed eſſet adeundus Regens Cancellariæ, ſeu Signatura iuſtitiæ, quia Papa iam conceſſit, & ita ſeruatur.

155 Reſtringe hanc ſublimitationem, vt non procedat in eo delegato, cui Princeps cauſſam delegaret cum clau-

ſulis,

Digitized by Google

ſulis, tollentibus appellationem, iuxta ea, quæ latè proſecutus ſum *ſupra num. 20. & ſeqq.*

LIMITATIO II.

SVMMARIVM.

A Concilij generalis ſententia non appellatur.

1 Limita II. vt non procedat in Concilio generali, quia ab eo non datur appellatio *per ea, quæ ſcripſi ſupra qu. 8. ſub n. 100. verſ. limita primo.*

Declara iſtam limitationem, vt procedat in Concilio, cui præfuerit Papa, vt ibidem dixi, & in Concilio generali legitimè congregato ſuper contentione papatus, *vt dixi ſub eod. num. 100. verſ. limita ſecundo.* Secus eſt in alijs Concilijs, quia ab illis appellatur ad Papam, *vt dixi ead. q. 8. n. 100.* vbi ſatis locutus ſum de materia huius limitationis.

LIMITATIO III.

SVMMARIVM.

A Cardinalium ſententia non appellatur, num. 1. — Secus eſt à ſententia vnius Cardinalis, num. 2.

1 Limita III. vt non procedat in ſententia lata à cœtu Cardinalium, *Martin. Landen. tract. de card. q. 66. tom. 13. p. 2. fol. 62. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 2. nu. 27. verſic. à ſententia cœtus Cardinalium.*

† Idem dicendum eſt de ſententia Patriarchę, *vt ex Nouell. de ſanctiſs. Epiſc. c. 22.*

Ratio eſt, quia cœtus Cardinalium eſt Senatus Eccleſiæ, *c. 7. Eccleſia, 16. qu. 1.* Sed à Senatu non appellatur: Ergo, &c.

2 Ab vnius tamen Cardinalis ſententia poſſe appellari ſcribunt Card. Alex. *in rubr. num. 40 de appell. & Martin. Landen. tract. de Card. qu. 67. dubitatum eſt, tom. 13. p. 2. fol. 62.* & hoc eſt verum etiamſi eſſet Legatus Papæ, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra qu 8 ſub num. 99. verſic. à legato,* imò ab eo poſſe appellare ad Audit. Cameræ dixi *ſupra in ampl. num. 22. ampl. 18.*

LIMITATIO IV.

SVMMARIVM.

A Regis ſententia non appellatur, n. 1. — Declaratur limitatio multipliciter, num. 2. & ſeqq.

1 Limita IV. vt non procedat in ſententia Senatus, *l. 1. ff. à quib. appell. non lic. Sciendum eſt appellari non poſſe à Senatu ad Principem, & c. 7. eccleſia. 16. q. 1. Azo. in ſum. C. de appell. verſi. porro quidam ſunt, nu. 15. Spec. tit. de appell. §. videndum reſtat, in princ. lib. 2. fol. 187. Cyn. in d. l. fin. ſub n. 1. C. de petit. hæred. Archid. in c. 28. anteriorum, ſub n. 2. 2. q. 7. Mart. Laud. tract. de Card. q. 66. tom. 13. p. 2. fol. 62. Franch. in rubr. ſub n. 2. verſ. reperitur tamen, de appell. in 6. Iaſ. in l. 5. ſi quis aduerſus, ſub n. 1. C. de prec. imper. offer. Claud. Cantium. tract. de offic. iud. lib. 2. c. 4. ſub n. 4. & 5. tom. 3. p. 1. fol. 81. Card. Iacobat. tract. de concil. lib. 10. art. 2. n. 3. tom. 13. p. 1. fol. 354. Nicell. tract. de concord. gl. contor. 6. fall. 91. num. 133. to. 18. fol. 197. Rol. à Val. conſ. 94. præſuppoſita, n. 1. lib. 1. Farin. in qq. crim. p. 2. to. 1. q. 101. lim. 14. n. 72. Rugin. tract. de appel. §. 2. c. 2. n. 20. verſ. à ſententia principis.*

Vnde Mandoſ. *tract. de commiſſ. in commiſſ. appellatio. 17. in prima inſtantia, in verbo, alicui alteri, fol. 102.* adducit per modum dubitationis, quod à ſententia Senatoris Vrbis non eſſet appellandum, pro qua dubitatione facit Cyn. *in d. l. fin. ſub n. 1.* dicens, videri, quod non poſſit appellari à ſententia vnius Senatoris, qui eſt in Vrbe, quia ius collegij remanet etiam in vno, & ex Cyn. referunt, & ſequuntur Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de appell. §. videndum reſtat, in 1. addit. in verbo ſeparatim, lib. 2. fol. 187. et Franch. in rubr. ſub n. 12. verſic. & aduerte quia a ſententia ſenatus, de app. et in rub. n. 3. verſic. quid autem, eod. in 6.* ſed (quicquid iſti dicant) contrarium de facto ſeruari credunt Ang. Aret. *in l. 1. ſub num. 1. verſi. ſed vtrum de facto, ff. a quibus appell. lic. vel non, & Alber. Brun. in feud. conſil. 200. circa primum, verſus finem additionis, ibi, ad prædicta, lib. 2.* & errasse Cynum ſcribit Gregor. Toloſ. *tract. de appell. lib. 3. c. 11. ſub nu. 4. verſus finem, verſic. & proinde folio 338.* dicens, quod Senator Vrbis re vera eſt potius Prætor vrbanus, & ideo, inquit, depræhenditur error Cyni, qui dicebat, Senatorem Vrbis habere eandem auctoritatem, quam habuit olim totus Senatus, Veſtr. quoque *in prax. lib. 2. c. 15. nu. 1.* ſcribit, quod Pontifex ciuibus Romanis dedit Prætorem Vrbanum, quem Senatorem vocamus, & hodie de hoc non diſputamus, quia ab eius ſententia appellari ex forma ſtatutorum clarè ſcripſi *ſupra q. 2. ſub n. 22.*

Ratio huius limitationis eſt, quia Princeps erat de numero Senatorum, *l. 8. ius ſenatorum, & ibi Bart. in ſummario, C. de dignit. lib. 12. & Alb. Brun. in feud. d. conſ. 200. circa primum, verſic. ſed in contrarium, lib. 2.* & ideò Senatores, qui repræſentant Principem faciunt expeditiones nomine Principis, vnde & Conſiliarij Conſilij Neap ſententiam ferunt ſub nomine Regis, *vt ſcripſi infra lim. 15. n. 2. verſ. ratio,* ergo ſi appellaretur ab eorum ſententia ad Principem, appellaretur ab eodem ad eundem.

2 Declara I. hanc limitationem habere locum in Senatoribus Imperatoris, ac ſupremi Principis, *vt explicat Alber. Brun. in feud. conſ. 200. circa primum, verſic. ſed in contrarium, lib. 2.*

3 Declara II. extendendo, vt habeat locum generaliter in omnibus Senatoribus, & Conſiliarijs, quorum Dominus, ſeu caput eſt tantæ præeminentiæ, vt ab eius ſententia non poſſit appellari, quia tunc eſt, quod neque poteſt appellari à ſententia ſuorum Senatorum, qui ſunt pars ipſius Principis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub nu. 1. verſic. ratio.*

Secus eſt in Senatoribus, & Conſiliarijs alicuius Duci, Marchionis, & ſimilis, à cuius ſententia poſſit appellari, quia tunc tanto magis poteſt appellari à ſententia eorum Senatorum, vt benè deducit Alber. Brun. *d. conſ. 200. in fine, ibi poſt ſcripta, lib. 2. iunctis dictis antea,* & hoc caret omni difficultate.

4 Declara III. vt habeat locum in Senatoribus, & Conſiliarijs, qui faciunt expeditiones ſub nomine Principis, *vt dixi infra limit. 15. num. 2.* ſecus ſi faciant, & indicent ſub nomine Conſilij, & Senatus, quia tunc daretur appellatio, *vt conſiderat Alber. Brun. d. conſ. 200. verſ. ſed in contrarium.*

5 Declara IV. vt ſententia Senatus, à qua non licet appellare, debeat eſſe prolata ab omnibus Senatoribus, qui erant numero centum, ſecus ſi eſſet prolata ab vno corũ, *Spec. tit. de appell. §. videndum reſtat, in princ. lib. 2. fol. 187.*

Reſtringe hanc declarationem, vt hodie non procedat quia non extat numerus illorum Senatorum, ſed minor, & non requiritur quod ſit prolata ab omnibus, ſed ſufficit quod ſit prolata à maiori parte ſecundum diuerſas ordinationes locales, de quibus dixi aliqua *num. ſeq.*

6 Declara V. Senatorum Collegium, quod olim erat in Vrbe, hodie amplius non extare, & illius ſpeciem conſeruatam eſſe in vno tantum Senatore, de quo loquutus ſum *ſupra numero 1.* & multi Principes, & Duces in eorum dominijs conſtituunt Senatum, à cuius ſententia

Digitized by Google

non licet appellare, & hoc quando à ſententijs ipſorum Principum non poſſet appellari, *vt dixi ſupra n.3.*

Primo enim extat Senatus Mediolanenſis, à quo non dari appellationem iuxta conſtitutionem, ſeu decretum Mediolani, ſcribunt *Iaſ. in l.5. ſi quis aduerſus, ſub n.3. ibi, & ita alias, C. de precib. imper. offer. & Rugin. tract. de appell. §.2 c.2. ſub n.20. verſic. à ſententia principis.*

Secundo extat Senatus Pedemontanus, qui eſt conſtitutus numero viginti Senatorum, quos ponit Theſſ. Foſſan. *initio ſuarum deciſionum.* & à ſententia lata à maiori parte eorum non dari appellationem ſcribit idem Theſ. *deciſ. 1. & 2.* dicens eorum ſententiam æquiparari ſententiæ Præfecti prætorio.

Tertio extat Senatus Taurinenſis; Delphinatus & Montisferrati, *Rugin. vbi ſupra.*

Sed a Senatoribus Marchionalis Excellentiæ Montisferrati, de qua loquitur Albet. Brun. *in feud. conſ. 157. illi hominii, lib. 2.* poſſe appellari latè conſuluit idem Alber. Brun. *conſ. 200. circa primum; verſ. ſed in contrarium, et conſ. 201. eod. lib. 2.*

Sed quicquid conſuluerit Alberic. Brun. iſti Duces, qui habent amplum dominium, & ſunt valde potentes, conſtituunt Senatum, à cuius ſententia non appellatur.

Quarto extat Conſilium Neap. à cuius ſententia non dari appellationem, quia illius Conſiliarij æquiparantur Senatoribus, ſcripſi infra *limit. 15.*

Quinto extat Senatus, ſeu Conſilium generale Reip. Lucenſis, in quo magis, quam in prædictis conſetuatur ſpecies Senatus: ſunt enim numero centum, & ipſi ſimul congregati in illo Senatu, hoc eſt, tota illa congregatio in actu conſulendi eſt ipſe Princeps, qui tamen quicquam non poteſt decernere, neque ſententiam proferre, niſi ex quatuor partibus tres conueniant; & cum ex quatuor partibus tres conueniunt, nulla prorſus datur appellatio, & habent facultatem legis condendæ vti Princeps.

Sunt multa alia loca, quæ habent Conſilia, Parlamenta, & Arreſta à quorum ſententijs non datur appellatio, ſe ad intelligentiam declarationis ſufficit retuliſſe adducta.

LIMITATIO V.

SVMMARIVM.

A Regis ſententia non appellatur, n.1. — Extenditur multipliciter, n.2. & ſeqq. — Sublimitatur, n.9. & 10.

1 Limita V. in ſententia Regis, quia ab ea non appellatur, *Ant. Corſet. tract. de poteſt. reg. part. 3. quæſt. 22. numer. 18. tom. 16. fol. 134. Nicell. tractat. de concord. gloſſ. concord. 6. fallen. 19. num. 60. tom. 18. fol. 193. Mart. de Car. Lauden. tract. de princip. quæſt. 402. à ſententia regis, tom. 16. fol. 210. Anguiſſ. conſil. 76. de tribus, nu. 13. lib. 1. & Farin. in qq. crimin. lib. 3. quæſt. 101. limit. 14. num. 72.* & quod a Rege Francorum non appelletur, ſcribunt Spec. *tit. de appell. §. videndum reſtat num. 3. verſ. item à ſententia lata, lib. 2. fol. 187. Franch. in rub. ſub num. 9. de appellat. & in rubr. nu. 2. in fine, eod. in 6. Rebuff. trac. de appell. art. 3. gl. vna, n. 11. tom. 3. fol. 489. & Par de Put. tract. de re milit. cap. penult. à ſententia, n. 3. tom. 16. fol. 428.*

2 Extende I. hanc limitationem, vt procedat etiamſi Rex ſit ſubditus Romano Imperio, quia adhuc non appellatur ab eius ſententia, *Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 2. n. 16. verſ. à ſententia regis.*

3 Extende II & fraternizat cum præcedenti, vt ſit vera etiamſi Rex recognoſceret ſuperiorem, quia adhuc ab eius ſententia non poſſet appellari, *Dec. in cap. 63. paſtoralis, n. 17. ibi, & ideo à ſententia regis, de appellat. Roland. à Vallen. conſil. 86. illuſtrio, nu. 17. & 18. lib. 1. & Pariſ. conſ. 118. domina Luchina, n. 1. lib. 1.* & quod Rex habeat ſupremam poteſtatem, & æquiparetur Imperatori, & ab eius ſententia non appelletur etiam in Regno, quod habet in feudum, ſcribit Alber. Brun. *tract. de ſtatut. art. 13. n. 15. & ſeqq. to. 2. fol. 238. & 239. et dixi ſup. q. 8. ſub n. 10.*

4 Ratio huius quintæ limitationis ſic extenſæ eſt; quia illa ratio, quare non appelletur a ſententia Præfecti prætorio, neque à ſententia Senatus, quam retuli, & ſequutus ſum infra *limit. 9.* militat multo magis in ſententia Regis.

Falſa igitur eſt illa ratio, quam aſſignant aliqui, videlicet, quia Rex Franciæ de facto non recognoſcit ſuperiorem; licet enim Doctores aſſerere videantur, quod de facto Rex Franciæ, Rex Hiſpaniarum, & Rex Angliæ non recognoſcant Imperatorem in ſuperiorem, *Gabr. in concluſ. 5. tit. de acquir. rer. domin. concluſ. 3. n. 3. et ſeqq.* & quod Rex Francorum ſaltem de facto non recognoſcat Imperatorem, *Neuiz. conſil. penult. n. 3. et dixi ſupra lib. 1. c. 16. n. 3.* & quod Rex Francorum, & Rex Hiſpaniæ non recognoſcant Imperatorum in ſuperiorem, vide Corſet. *tract. de poteſtat. reg. p. 5. et vltim. n. 66. tomo 16. fol. 144.* & de Rege Franciæ, quod nec de facto, nec de iure cognoſcat ſuperiorem, vide Oldr. *conſil. 169. conſueuerit dubitari, in fine, ſub n. 12.* & quod non habeat in temporalibus ſuperiorem, ſcribit Rebuff. *tract. de appellat. art. 3. gloſſ. vna, in fine, nu. 11. tomo 3. fol. 489.* & quod Reges Franciæ in eorum conſecrationibus conſueuerit vngi ampulla, quam apportauit de cœlo, columba cum chriſmate roſtro ſuo; vide Addition. ad Spec. *titul. de appellat. §. nunc tractemus, in princip. in fine additionis.*

5 Tamen, quod Imperator ſit dominus mundi, omnes prouinciæ ſint ſub eo, & omnes rationes ei ſubſint, omnes Princeps, & omnia ſint in eius poteſtate, & ita tenendum ſit de iure communi, ſcribit Franch. *in rubr. ſub n. 9. verſus finem, de appell.* & quod ſit huius mundi machinæ dominus, retuli, & ſequutus ſum ex * commu. opin. citatis Franc. Zoan. & Raſtaur. Caſtal. *lib. preced. c. 9. n. 1609. & 1610.* vbi videas & quod etiam Sclaui, & Francigenæ ſint ſub Imperio Romano, refert, & ſequitur Franch. *d. rubr. de appell. ſub n. 9.*

Ergo, loquendo de iure, illa ratio eſt falſa.

6 Extende III. eandē limitationem, vt procedat etiam in ſententia, lata a iudice in cauſſa, in qua ex forma ſtatuti, vel ex tenore delegationis, & reſcripti potuit procedi manu regia, quia non poterit appellari ſecundum ea, quæ ſcribit Anguiſſ. *conſil. 76. de tribus n. 12. & 13. lib. 1.* dum ait, ideo non poſſe appellari, quando poteſt procedi de facto, quia procedere de facto intelligitur, id eſt, manu regia, ſed vt dixi à ſententia regis non poteſt appellari; ergo neque à ſententia iudicis, qui poteſt procedere manu regia, & quod procedere de facto ſit idem quod procedere manu regia, vide ſupra, *lib. 1. cap. 53. n. 41. in fine,* & quod appellatio non ſolum non haberet locum, ſed eſſet incognita, quando procedebatur manu regia, illo primæuo ſæculo, refert, & ſequitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 1. rubr. diuerſa, de appell. cap. 27. num. 1. & 2. fol. 288. in 2. impreſſ.*

7 Declara iſtam extenſionem, vt procedat cum conſideratione, quam feci ſupra *limit. 1. n. 75.* vbi vide.

8 Subextende iſtam extenſionem, vt procedat in iudice, qui ex forma ſtatuti, ſeu reſcripti proceſſit de facto, quia ab eius ſententia non dari appellationem ſcribunt Bald. Anguiſ. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra limit. 1. n. 64.*

9 Sublimita I. eandem limitationem, vt non procedat ſi Rex tulerit ſententiam, tanquam Comes, quia tunc appellabitur ab eo ad Ducem, ſeu, inquam, ſuperiorem comitatus, Bartol. *in l. 1. §. ſi quis in appellatione, in fine, n. 15. ff. de appell. et in l. 36. ſi quando duciano, nu. 1. C. de appell. et*

conſul.

*conſul.Franch.in rub.nu.38.verſ.ſecundo infertur,de appell. Barbat.tract.de præſtant.card. q.1.num.32.in fine,tomo 13. p.2.fol.66.Henric.Boer.ſing.9.tit.de appell. fol.203. colu.4. to.1. Guid.Pap.tract.de appell.q.36.num.33. tom.5.fol.58. Crauet.tract.de antiq.temp.rubr antiquum in præſcriptione ſub n.34.tom.17.fol.163.Breder.tract.de appel.p.1.tit.10.in verbo,regibus,col.167.& Contar in l.vnica,lim.3.verſ.quinimo,nu.11.in fi. C.ſi de mom.poſſ.fol.*170. & quod ratione feudi à Principe,& Rege,qui feudum habet,poſſit appellari ad dominum feudi,refert, & ſequitur Rugin. *tract.de appell.§.2.c.2.n.19. verſ.ratione.*

Confirmatur hęc ſublimitatio ex his,quæ ſcripſi ſupra *q.8.ſub n.92. verſic.reſtringe primo,* vbi videas.

Contra iſtam ſublimitationem videtur facere limitatio,quam ponit Theſ.Foſſan. *deciſ.14. reductio à laudo, in fine,num.*10. dicens, quod ſi cauſſa ſit compromiſſa perſonæ illuſtri,puta,præſidi,Senatori,aut magno Cancellario ſeu Conſiliario ducali,appellatur ab eo ad Principem vel ad Senatum.

Contra eandem ſublimitationem, ſi eam poneremus etiam in principe,prout loquitur Ruginell.ſupra citatus, faciunt illa inconuenientia,quæ adduxi *lib.præced.c.9.nu.* 1602.*&* 1603.

Non diſcedo à ſublimitatione.

10 Sublimita II. vt non procedat in ſententia Regis dormitantis, vel minus ſobrij,quia ab eo poteſt appellari ad eundem experrectum,vel ſobrium,Ruginell. *tract.de app. §.2.c.2.ſub n.16. verſic.à ſententia regis, in fine.*

LIMITATIO VI.

SVMMARIVM.

A fortunæ,ſeu fortis iudicio non appellatur,n.1.— Extenditur, & ſubextenditur, n.2.— Sublimitatur,n.3.

1 Limita VI. vt non habeat locum in Fortuna,ſeu ſorte, qui à ſententia,lata iudicio ſortis, ſeu fortunæ, non appellatur: Cum enim partes in re controuerſa ſupponunt ſe iudicio fortunæ, aſſumunt ipſam fortunam pro voluntate diuini numinis, & conſequenter fortuna ipſa non poteſt habere ſuperiorem, *Bald.in l.fin.C.commun.de leg. Franch.in rubr.nu.10.ibi,& adde prædictis, & Card.Alex. num.46.verſic.& per prædicta,Dec. numer.39.de appellat. rurſus Franch.in rubr ſub nu.3.verſic.quid autem, eod.in 6. Par.de Put.tract.de re milit.in fine,n.2.tom.16.fol.428.Rebuff.tract.de appel.art.3.gl.vna,num.5.tom.3.fol.489. Nicell.tract.de concord.gl.concord.6.fall.45.n.86.tom.18.fol. 195.Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo,et quandoque appellatur,n 257.limit.6.fol.497.& Rugin.tract.de appell.§.2.c.3.n.887.& n.453.*

Comprobatur hæc limitatio, quia ſors non eſt aliquid mali, ſed eſt res in dubitatione humana diuinam iudicans voluntatem, *cap.1.26.qu.2.* & hæc limitatio,eiuſque comprobatio procedunt in ſorte licita,quæ fit neceſſitatis cauſſa ad dirimendam controuerſiam;alias ſors illicita eſt prohibita.

2 Extende hanc limitationem,vt à bonorum diuiſione, quæ ſorte quandoque fit inter fratres, non detur recurſus, *Franch.in d.rubr.n.16.de appell.* & quod bonorum diuiſiones,quæ ſorte interdum fiunt, non ſoleant reſcindi, ſcribit Rebuff. *tract.de appell.art.3.gl.vna,nu.6 tom.3. fol.* 489. & quod à iudicio ſortis non poſſit peti reſtitutio in integrum,ſcribit Maran. *in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo,& quandoq; appellatur,lim.6.n.258.fol.497.*

Subextende hanc extenſionem, vt reſtitutio in integrum aduerſus iudicium ſortis denegetur etiam minori, *Franch.in d.rubr.ſub num.11.verſic.ſed dubitatur an ratione minoris ætatis,Gig.in addit.ad Dec.ibidem,ſub nu.39. in verbo,dirimuntur ſorte,de appell.Rebuff.d.art.3.gl.vna, nu. 6.tom.3.fol.489.* & in hac videtur reſidere Breder. *tract.de appell.p.1.col.519.in fine,& col.520.*

Ratio eſt,quia quod fato contingit,poſſet cuius patrifamilias quantumuis diligentiſſimo contingere, *Rebuff. vbi ſup.* & ideo non poteſt attribui imbecillitati eius ætati, *Gig. vbi ſup.*

3 Sublimita ſeu declara eandem limitationem, vt non procedat, ſi adeſſet enormis læſio, quia tunc vel poteſt implorari officium iudicis,& peti, quod ſententia in melius reformetur,vt loquuntur Franch. *in d.rubr.n.10.in fine de appell.& in rubr.ſub n.3.verſic.quid autem, eod.in 6. Rebuff.d.art.3.gl.vna,nu.7.tom.3.fol.489.& Breder.d.p.1. col 519. ſub litera,C,* Vel poteſt appellari, *vt loquuntur ijdem Breder.d.col.519.literæ D,& Rugin.d §.2.c.2.nu.453.*

Sed ego arbitror, magis proprie peti reſtitutionem, quam appellari, & in hac petitione reſtitutionis in integrum non debet minor allegare ſe læſum iudicio ſortis, ſed potius malitia & dolo aduerſarij, qui dolus, ſeu malitia ad hunc effectum probatur re ipſa ex eo ſolo, quod extat magna læſio, *Rebuff.d.art.3.gl.vna,n.7.to.3.fol.489.*

Contra hanc ſublimitationem oppono dupliciter.

Primo,quia quando ex aliquo actu quis poteſt conſequi damnum, ſicut lucrum, tunc non conſideratur læſio etiam in minore, *Rot.diuerſ.deciſ.590.fuit reſolutum,nu.3. par.1.* & de læſione non conſideranda in venditione ſpei, alijſque actibus, qui habent dubium euentum, vide, quæ ſcripſi *lib.præced.c.2.n.476.*

Sed minor in iudicio ſortis ſentiſſet lucrum ſi habuiſſet alteram partem: nam eſt conſequentia ineuitabilis, quod ſi in vna fuit læſus, in altera habuiſſet lucrum, & alter,qui ſecum contraxit,diceretur læſus; Ergo deneganda eſt reſtitutio.

Secundo,quia ſi iudicium ſortis,ſeu fortunæ aſſumitur pro voluntate diuini numinis, *vt dixi ſupra n.1.* ergo non poteſt allegari læſio,ſeu iniuſtitia,quia Deus non lædit,& eſt ſumma iuſtitia,& ſcit,quod agit.

His non obſtantibus, non recedo à ſublimitatione, quia ſub ſpecie iudicij ſortis & fortunæ poteſt aliquis, qui ſit valde malitioſus, & callidus, diuidentem, ſeu contrahentem ſecum decipere, vnde, cum apparet de enormiſſima læſione, præſumitur deceptus & non læſus iudicio ſortis, quia ſors non lædit, cum ſe æqualiter habeat ad vtrumque extremum,& ita tolluntur adducta in contrarium.

LIMITATIO VII.

SVMMARIVM.

A Dictatoris ſententia non appellatur.

1 Limita VII. in ſententia lata à Dictatore, quia ab eo non dabatur appellatio, *Valent.Forſter. de hiſtor.iur.ciu. Rom.mutat.2.dictator creatus,& c.verſ.initio dicam,tomo 1.fol.29. col.3. Liu.lib.2.cuius verba formalia ponit Rugin. tract.de appel.in præfat.n.15.& 17.* & aperte probatur ex *l.2.§.poſt deinde, ff.de orig.iur. Interdum, re exigente, placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui, itaque Dictatores proditi ſunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduerſio data eſt,&c.* & à quo crearetur iſte Dictator, & quod maiori quam Coſſ. poteſtate imperaret,& quod ob ſummam poteſtatem, quam habebat non erat fas eam vltra ſextum menſem retinere, recenſet Forſter. *vbi ſupra,* & multa etiam enarrat Schedul. *magiſtrat.ciuil.tom.16.fol.184.col.3.& fol.185.* vbi de Dictatore, & Comiteſtabili Franciæ.

LIMITATIO VII.

SVMMARIVM.

A Decemuiri ſententia non appellatur.

1 Limita VIII. in ſententia lata à Decemuiro, quia ab eo non appellabatur, *l.2.§.exactis deinde regibus,ff.de orig. iur. Placuit publica auctoritate decem conſtitui viros, &c. datumq; eſt eis ius &c. neq; prouocatio ab eis, ſicut à reliquis magiſtratibus fieret*, & quod Decemuiri creare ſine prouocatione ſcribunt etiam Forſter. *de hiſt. iur. ciu. Rom. mut. 4. decem viri creati, verſic. fines decemuiratus, tom. 1. fol. 32. col. 1. Aym. Riual. de hiſt. iur. ciuil. lib. 2. n. 121. tom. 1. fol. 15. & Ruginell. d. tract. de appell. in præfat. n. 16.*

Et quod peius erat, ſi quis collegam appellaſſet, ab eo, ad quem venerat, ita diſcedebat, vt pœniteret prioris decreto non ſtetiſſe, *vt ex Liu. lib. 3. recenſet Ruginell. vbi ſupra.*

De iſtorum Decemuirorum origine, magiſtratu, & demum de eorum inſolentia ac tyrannide, vide quę ſcribunt Forſt. *vbi ſupra, & Corad. Brunt. tract. de ſedit. lib. 2. c. 6. tom. 11 p. 1. fol. 112.*

LIMITATIO IX.

SVMMARIVM.

A Præfecti prætorio ſententia, non appellatur, n. 1. Declaratur, num. 2. & 3.

1 Limita IX. in ſententia lata à Præfecto prætorio, *l. 19. à proconſulibus, & ibi Bart. num. 1. C. de appell. Gloſ. in l. 9. epiſcopale, in verbo veſtris, C. de epiſcop. audien. Az. in ſum. C. de appell. verſ. porro quidam ſunt, num. 15. Spec. tit. de appell. §. videndum reſtat, in princ. lib. 2. fol. 187. Archid. in c. 28. anteriorum, num. 1. 2. q. 6. Salyc. in l. 1. num. 2. C. ne lic. in vna eademque cauſ. &c. Nicell. tract. de concor. gl. concord. 6. fall. 20. nu. 61. tom. 18. fol. 193. Guid. Pap. tract. de appell. q. 44. nu. 36. tom. 5. fol. 59. Rol. à Vall. conſ. 94. præſuppoſita, n. 1. lib. 1. Alber. Brun. in feud. conſ. 154. attento in princ. lib. 2. Farin. in qq. crim. q. 101. lim. 14. nu. 72. Io. Ferrar. tract. de appell. lib. 2. c. 3. à cuius iudicis ſententia, num. 130. tom. 5. fol. 68. Gregor. Toloſ. eod. tract. lib. 3. c. 12. num. 1. fol. 340. Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 2. num. 35. verſ. à ſententia præfecti prætorio, & Caſtillinc. tract. de offic. iudic. lib. 2. c. 4. ſub num. 5. tomo 3. part. 1. fol 81*, hanc reddens rationem in ſententia Senatus, & Præfecti prætorio, quod Princeps, eos, qui ad magnitudinem huius officij promouentur, credit non aliter iudicaturos, quam ipſe iudicaret.

2 Declara, quod ſententia Præfecti prætorio habet executionem media cautione, *Theſ. Foſſan. deciſ. 2. ſententia ſenatus, ſub nu. 2.*

3 Hodie Imperator non habet in Curia Pręfectum Prętorio, *Salyc. quem citaui ſupra q. 8. num. 11.* quia tamen iudices hodie habeantur pro Præfectis prætorio enarrant *Io. Ferrar. tract. de appell. d. lib. 2. num. 30. tom. 5. fol. 68.* dicens eſſe Principes ſacri Imperij electores, & Cardinale apud Papam, *Guid. Pap. tract. de appell. q. 44. num. 36. eod. tom. 5. fol. 59.* dicens, ideo non appellari à ſententia curiæ Parlamenti, quia illa curia habetur loco Præfecti prætorio, & *Foſſanen. d. dec. 2.*

LIMITATIO X.

SVMMARIVM.

A Legati de latere ſententia an appelletur.

1 Limita X. in ſententia, lata à Legato de latere; & moueor, quia eo ſolo, quod eſt Cardinalis æquiparatur Regi, & Præfecto prætorio, *vt refert Card. Alexand. in rubr. num. 39. verſ. ſed quid de cardinalibus, de appellat.* Sed à ſententia Regis, & à ſententia Præfecti prætorio non appellatur, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra lim. 5. & lim præcedent.* Ergo neque appellatur à ſententia Cardinalis: Moueor vrgentius, quia loquimur non ſolum in Cardinali, ſed in Legato qui habet regiam poteſtatem in prouincia ſibi commiſſa, *Andr. Gambar. tractat. de leg. de lat. lib. 2 in princ. num. 13. & ſeqq. tom. 13. p. 2. fol. 154.* Sed à ſententia Regis non appellatur, teſtibus ijs, quos citaui *ſupra lim. 5. num 1.* Ergo neque à ſententia Legati.

Item habet maiorem poteſtatem, quam Pręfectus prętorio, ſed à Præfecti prætorij ſententia non appellatur, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *limit. præced.* & quod habet maiorem poteſtatem colligitur ex his, quæ ſcribit Andr. Gamb. *d. n. 13. & ſeqq. & n. 30.* vbi quod Legatus de latere dicitur ſuper illuſtris, &c.

Hæc limitatio non eſt vera, *per ea, quæ dixi ſupra in ampliat. ſub num. 21. ampliat. 18. & ſupra limitat. 3. verſic. ab vnius.*

LIMITATIO XI.

SVMMARIVM.

A Mediolani Ducis ſententia non appellatur.

1 Limita XI. in Duce Mediolani, quia etſi habeat inueſtituram ab Imperatore, & eum ideo recognoſcat tamen eſt in quaſi poſſeſſione agendi, & faciendi, vt Princeps non recognoſcens ſuperiorem, *Mobed. deciſ. 6. alias 45. Anno 1545. de ſent. & re iudic. & Ruginell. tract. de appel. §. 2. c. 2. n. 18. verſic. nec à duce.*

LIMITATIO XII.

SVMMARIVM.

A Venetiarum Ducis ſententia non appellatur.

1 Limita XII. in Duce Venetiarum, à quo non datur appellatio Franch. *in rubr. ſub nu. 9. de appell. & in rubr. nu. 3. verſicul. quid autem, eod. in 6. Marau. in ſuo ſpecul. part. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, lim 4. num. 254. fol. 496. et Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 2. n. 17. verſic. idem etiam.*

Et ratio eſt, quia Dux Venetiarum alium ſuperiorem non habet. *Scribunt Franch.*

LIMITATIO XIII.

SVMMARIVM.

A parlamenti ſententia non appellatur.

1 Limita XIII. in Curia Parlamenti, quia, cum habeatur loco Præfecti prætorio, poteſt ſolum ſupplicari, *Guid. Pap. deciſ. 436. q. 45. num. 53.* & quod à Parlamentis non appelletur, ſcribit Rebuff. *tract. de appellat. art. 7. gloſſ. 2. num. 27.*

num.27. verſic.13. tom.3.fol. 504 & quod à Curia parlamentorum in Gallia non appelletur, refert etiam Ruginell. *tractat. de appellat.§.2. capit.2.numer.23. verſic.idem dicimus.*

LIMITATIO XIV.

SVMMARIVM.

A Curia ſupremæ ſententia in Francia non appellatur.

1 Limita XIV. in Curijs ſupremis Franciæ, vt à Curijs Generalium iuſtitiæ, magni Conſilij, & ſimilibus, à quibus non poſſe appellari teſtatur Rebuff.*d.art.7.gl.2.num.27.fol.504.*

LIMITATIO XV.

SVMMARIVM.

A Conſilij Neap.ſententia non appellatur,n.1.& 2.— Reſtringitur,n.3.

1 Limita XV.in ſacro regio Conſilio Neapol.quia ab illius ſententia non datur appellatio, *Maran. in ſuo ſpec. par.6.act.2.princip.in verbo,& quandoque appellatur,num.* 251.& 252. *in 3.lim.fol.496. Lancell.tract. de attent.part.2.c.12. de attent.& innouat.appell pend.limit.28. princip. fol.373.Contar.in l.vnica, limit 3. num.14. verſ.ſed hodie, C.ſi de mom.poſ.*referens ex Afflict.quod hodie Conſilium cognoſcit etiam de primis cauſſis,& poſt eius ſententiam ſupplicatur,quia repræſentat perſonam Regis, *& Rugin. tract.de appel.§.2.c.3.n.21. verſ.idem etiam.*

2 Ratio huius limitationis, eſt quia illa ſententia fertur nomine regiæ Maieſtatis, *vt ſcribunt Afflict.deciſ.190. pulchrum,in fine, & deciſ.383 licet hodie, ſub nu.8.& Maran.vbi ſupra:*ſed à ſententia Regis non appellatur, teſtibus ijs,quos citaui,& ſequutus ſum *ſupra lim.5.* Ergo neque à ſententia Conſilij: & iure quidem proferunt ſententias nomine Regis,quia Domini de conſ.Neap.æquiparantur Senatoribus, *Maran.in d.verbo, & quandoque appellatur,n.*253.& Senatores ſunt pars Principis, quia Princeps eſt de eorum numero,*vt ſcripſi ſupra limit.4.ſub n.2. verſ.ratio.*

3 Reſtringe iſtam limitationem,vt non procedat,quando ſententia ſacri Conſilij contineret notoriam iniuſtitiam,& cauſſa eſſet magna,puta,de vna baronia vel de vno magno Caſtro,vel de maiori parte bonorum, vel de crimine,capitali,quia tunc poſſet de iure haberi recurſus ad Papam, *vt ex Afflict.in tit.quæ ſint regal.in rubr.nu.60. refert,& ſequitur Contar.in l.vnica,limit.3.n.14.in fine, & n.15.C.ſi de mom.poſſ.*

LIMITATIO XVI.

SVMMARIVM.

A Ducis Sabaudiæ ſententia non appellatur.

1 Limita XVI.in ſententia, lata à Sereniſſimo Duce Sabaudiæ,quia ab ea non appellari conſuluit Pariſ.*conſ.118. domina Luchina, n.1.lib.1.*

LIMITATIO XVII.

SVMMARIVM.

Ab arbitri,& arbitratoris laudo an appelletur.

1 Limita XVII. in laudo arbitri, & arbitramento arbitratoris,*vt ſcripſi q.ſeq lim.13.& 14.n.1.& ſeqq.*

LIMITATIO XVIII.

SVMMARIVM.

Ab Epiſcopi laudo an appelletur.

1 Limita XVIII. in Epiſcopo, in quē eſt factū compromiſſū,quia ab eo non appellatur de iure ciuili,ſecus de iure canonico *ſecundum Speculatorem tit. de appell.§. in quibus,verſ.vigeſimo ſecundo,ſub numero* 19. imo hæc limitatio procedit non ſolum in Epiſcopo, ſed in iudice indiſtincte *ſecundum Ant.de Butr. in cap.23. quint.uallis, col. 7.verſus finem,verſic.ad primum,ſub numero 36.ibi,idem ſi compromiſſum eſt in iudicem,de iure.*vbi ſic citat Specul. ſupra adductum quem impugnat, dicens, poſſe appellari de iure canonico,quia de iure canonico poteſt compromitti in iudicem:ſed de iure ciuili,inquit,non poteſt appellari, quia de iure ciuili non valet compromiſſum in iudicem, poſtea rurſus variando ſcribit, ſpeciale eſſe in Epiſcopo,cuius iuriſdictio eſt prorogata à laico,vt non poſſit appellari, & hos refert, & ſequitur Nicell. *tract.de concor.gl.concord.6. fall.21.n.62. fol.*193. & quod ab Epiſcopo, cuius iuriſdictio de conſenſu partium ſit prorogata per laicum, non appelletur refert, & ſequitur Rugin. *tract.de appel.§ 2.c.2.n.31. verſ.non appellatur*, & hæc limitatio videtur colligi ex *l.18. ſi qui ex conſenſu, C. de epiſc.aud* in illis verbis,*arbitri more*, nam ſi eſt veluti arbiter, & ab arbitro non appellatur: Ergo neque ab epiſcopo.

Quicquid ſcribant iſti, de conſuetudine hæc limitatio non ſeruatur,quia poteſt,& non poteſt appellari à laudo epiſcopi arbitri, ſicut à laudo alterius arbitri.

LIMITATIO XIX.

SVMMARIVM.

A Patriarcha ſententia an appelletur,

1 Limita XIX.in ſententia Patriarchæ, quia ab ea non datur appellatio, argumento textus *in §.ſi quis vero, Auth.de ſanctis epiſc.collat.9.et notant.Lal.Iord.tract.de Rom. ſed orig.c.13.& vult.n.8.tomo 1.& Rugin.tract.de appell.§. 2.c.2.n.28.verſi.a patriarcha,*& pro intelligentia huius limitationis vide omnino, quæ ſcripſi *ſupra q.8. ſub nu.98. declar.3.*

Hæc limitatio non eſt vera, quia à ſententia Patriarchę datur appellatio,vt oſtendi *d.quæſt.8.ſub n.98.declar.*3.& ad quem appelletur dixi *ibidem n.99.*

LIMITATIO XX.

SVMMARIVM.

Ab Auditorio florentiſſimorum Procerum non appellatur.

Limita XX.in Sacro Auditorio florentiſſimorum procerum, quia ab eis non appellatur, cum iudicent nomine Principis,& faciant Conſiſtorium Principis, vt ſcripſi *ſupra lim.1.ſub n.117.extenſ.8. vbi videas.*

Aduerte ſolum hic, quod & ſi Ruginell. *in tract.de appell.§.2.cap.2.n.37.* ponat vnam limitationem, quod ab Auditorio ſacro non datur appellatio,*et n.41.*ponat alteram, quod à Proceribus florentiſſimis non datur appellatio,& pro vtraque alleget tex. *in l.fin.C.de appell.* tamen (ſit eius pace dictum)videtur, quod Sacrum Auditorū, & floren-

florentiſſimi Proceres ſint vnum, & idem, & quod ideo non duæ, ſed vnica conſtituenda ſit limitatio, eaque non ex *l.fin.*ſed ex *l.35.in offerendis*, comprobetur, prout dixi ſupra *d.limit.1.ſub n.117.extenſ.8.*

LIMITATIO XXI.

SVMMARIVM.

A Conſiliarijs Principis non appellatur.

1 Limita XXI. in Principum conſiliarijs, qui cauſſam examinant, quia ab eis non appellatur *l.34.iubemus, C.de appellat.& conſult.Rugniell.d.cap.2. num.38. verſic. a conſiliarijs.*

LIMITATIO XXII.

SVMMARIVM.

Ab Vniuerſitatis ſtudij Pariſij ſententia, lata inter Scholares an appelletur.

1 Limita XXII. vt non procedat in ſententia, lata inter Scholares ab Vniuerſitate ſtudij Pariſienſis, quia ab ea non appellari ſcribit Rebuff.*tract.de priuil. ſcholar. priuil. 158.num. 2.tom.18.fol.60.*quem refert,& ſequitur Rugin.*tractat.de appell.§.2. c.2. num.39. verſic. ab vniuerſitate.* Rebuff. tamen ſubdit, hodie appellari, ſed non ſine reatu periurij, ad Senatum.

LIMITATIO XXIII.

SVMMARIVM.

A iudicibus, qui iudicabant in Palatio Imperatoris, non appellabatur.

1 Limita XXIII. in omnibus iudicibus Sacri Palatij Imperatoris, qui habebant iuriſdictionem, habita ratione æſtimationis litis; alij enim iudicabant in cauſſis a certa ſumma infra, & alij a certa alia infra, & ab illis non dabatur appellatio, quia erant iudices Sacri Palatij, prout habetur *in l.35.in offerendis, C.de appell.*& latius, ac clarius, in *c.28. anteriorum, 2.q.6.*

LIMITATIO XXIV.

SVMMARIA.

Ab executore non appellatur. — Quid in iudice habente liberum arbitrium — Quid in iudice, qui iudicat ſecundum ſuam conſcientiam, n.1.

Extenduntur limitationes, vt ſint veræ tam in effectu ſuſpenſiuo, quam in deuolutiuo, n.2.

Sublimitantur I. quando ſententia eſſet lata ſimul a duobus coniudicibus, & ab vno eorum poſſet appellari, n.3.

Sublimitantur II. quando ſententia contineret notoriam iniuſtitiam, n.4.

1 Limita XXIV. in executore, a quo appellari non poſſe ſcribunt Spec. Abb. Alex. Maran. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *q.ſeq.limit.11.*

A iudice, habente liberum arbitrium, an poſſit appellari, vide *infra q.ſeq.limit.15.n.1.& ſeqq.*

A iudice, qui debet iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, an poſſit appellari, vide *d.quæſt.ſeq.lim.15.n.3. verſ. extende ſecundo.*

2 Extende I. nunc omnes adductas limitationes, vt quoties appellatio eſt prohibita ob excellentiam iudicis, qui iudicat, tunc appellatio cenſeatur prohibita non ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed etiam quoad effectum deuolutiuum, quia in vtroque effectu militat prohibitionis ratio, quæ eſt, quia præſumitur, quod iuſte, & recte iudicauerit, vt, loquendo in Principe, ſcripſi *ſupra limitat.1. ſub num.117. extenſ.7* & loquendo in ſententia Senatus, & Præfecti prætorio, ſcripſi *ſupra limitat.9.n.1.in fine.*

3 Sublimita I. eaſdem ſingulas limitationes, vt non procedat, quando cum iudice, a quo non poteſt appellari, iudicaret ſimul iudex, a quo poſſet appellari, quia tunc quoad potentiam appellandi attenderetur perſona iudicis, a quo poſſet appellari, ſecundum ea, quæ ſcribit Rebuff.*tract.de priuil.ſcholar.priuil.106.verſic.16. n.16.f.53.* licet is loquatur ſolum de ſententia arbitri iuris, & alterius iudicis, a quo non poſſit appellari.

4 Sublimita II. vt non procedant, quando ſententia contineret notoriam iniuſtitiam, quia tunc poteſt ſemper appellari ad Papam, vide ſupra *limit.1.n.126.verſ.ſublimita primo.*

Vidimus in hac quæſtione, a quibus iudicibus poſſit, & a quibus non poſſit appellari, ſequitur, vt videamus, a quibus ſententijs poſſit, & a quibus non poſſit appellari.

QVÆSTIO XVII.

ARGVMENTVM.

A quibus ſententijs poſſit, & a quibus non poſſit appellari.

SVMMARIA.

APPELLATIO regulariter permittitur à qualibet ſententia, num.1.& ſeqq.

Ampliatur I. hæc regula in cauſis maioribus, num.5. — Ampliatur II. in cauſis minoribus, num.6. — Ampliatur III. in cauſis ſummarijs, num.7.& ſeqq. — Ampliatio IV. in cauſis pijs, num.10. Infertur, & reſtringitur, num.11.& 12. — Ampliatur V. in cauſis minimis, num.13 Reſtringitur, num.16.& ſequentibus. — Ampliatur VI. in ſententijs, quæ habent vim diffinitiua num.19. — Ampliatur VII. in pluribus ſententijs interlocutorijs, numer.20. — Ampliatur VIII. vt poſſit appellari à delegatione, quando &c. num.21. — Ampliatur IX. etiam in arbitrarijs, num.22. — Ampliatur X. in criminalibus, num.23. Subampliatur multipliciter, num.24.& ſeqq. Reſtringitur, num.27. — Ampliatur XI. in manifeſtis, num.28. — Ampliatur XII. in ſententia lata in vim inſtrumenti publici, numero 29. Extenditur, & reſtringitur multipliciter, num.30.& ſeqq. — Ampliatur XIII. in quolibet grauamine, num.35. Subampliatur, reſtringitur, & declaratur, num.36.& ſeqq. — Ampliatur XIV. de iure canonico in grauamine inferendo &c. num.42. — Ampliatur XV. vt appellatio extraiudicialis poſſit interponi etiam à grauamine illato à parte, num.43.& 44. — Ampliatur XVI. vt poſſit appellari à tarditate, & negligentia iudicis, numero 46.& ſeqq. Exemplificatur, num.49. Declaratur, & ſubdeclaratur multipliciter, numero 50.& ſeqq. — Ampliatur XVII. vt in dubio ſit deferendum appellationi, & ſit admittenda, num.60.& ſeqq. Extenditur dupliciter, numer.64.& ſeqq.

1 APpellatio eſt permiſſa regulariter ab omni ſententia, *l.1.ff.de appell.& ſcribunt Spec.tit. de appellat. §. in quibus in princ.lib.2.fol.184. Papienſ.in pract.in form. app. à ſent.diffin.in gl.coram vobis, num.9. verſ. quæritur vltra, fol.405.Alex.conſ.113.viſo themate, n 3. verſ. hoc præmiſſo.lib.5.Soc.conſ.195.circa primum, n.1.lr.2.& conſ.39.capio primũ, n.1.lib.4.Mar.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo,&*

quan-

quandoque appellatur,nu.278 fol.501.Oſaſc.deciſ.61 actor. iuramentum,num.6. verſ.in contrarium.Tiraq.trac.de mort. ſaiſit l.niſ.declar.6.numero 9.verſ.nec illud fol.120.& Veſtr.in prax.lib.7.c.3.n.1. & dixi ſupra *lib.1.c.97.ſub nu.52.* & ita pro regula poſt relatas quaſdam intricationes ſcribit Nicell.*tract.de concord.gl.concord.6.n.15. verſ.vt ergo, tomo 18.fol.191.Surd.tract.de alim.tit.8.priuil.6.numer.1.* Et quod regula ſit, vt grauatus per diffinitiuam ſententiam poſſit appellare in omni cauſa,ſcribit Par. de Put. *tract.de ſynd.in verbo, appellatio num.15. verſ.an à ſententia, lata, tomo 7.folio 242.* & quod appellatio cenſeatur permiſſa omni caſu, niſi reperiatur expreſſe prohibita, ſcribunt Franch. *in rubr. numero 18. verſ. tertio præmitte quod regulariter, de appell.& rurſus in rubrica numer.2. verſ.tertio præmitte,eod.in 6.Surd.conſ.163. arbitror,ſub n.3.verſ.2.fundatur,& n.4.lib.4.Lancell.tract de attent.p.2.c.12.ampl 5.n.8.fol.352.& p.3.c.30.n.18.fol.455.* quem refert,& ſequitur Bredérod. *tract.de appell.par.1.titul.11.col.21. ſub lit. D.* & quod a quacumque ſententia: & in omnibus caſibus, ſi a iure non inueniatur prohibita, receptatur appellatio, ſcribit Rebuff.*tract.de appell.in præfatione,n.72.tom.3.fol.480.*

Contra hanc regulam adduco vnum nouum argumentum.

2 Quod poteſt æqualiter ſe habere ad bonum, & ad malum; debet prohiberi, & non permitti, vt, loquendo de negotiatione, ſcribit Bartol.&, loquendo indiſtincte, notat Abb. quos retuli, & ſecus ſum *ſupra libr.1. capitul.12.num.49.*

Sed appellatione poteſt obuiari iniuſtitiæ,& iuſtitiæ, quia licet ſit inſtituta ad bonum finem: videlicet, ad corrigendas malas ſententias, & iniquitates iudicum, tamen vſu compertum eſt, quod litigantes, ea ſæpe vtuntur ad protelandas lites,& ad defatigandum, *vt ſcripſi ſup.q.3.n.2.* Ergo.

3 Reſpondeo huic argumento,quod ea,quæ de ſui natura bona ſunt, vt dare eleemoſynam, ieiunare,& ſimilia, licet poſſint fieri mala ex circumſtantijs, tamen non prohibentur;ſed ſunt laudabilia,& de præcepto, *Abb.in c.8. cum ab omni,ſub numer.2.de vit.& honeſt.cleric.* Sed appellatio de ſui natura eſt bona, quia eſt ſpecies defenſionis. Ergo licet poſſit fieri iniuſte;tamen non eſt prohibenda.

4 Retenta igitur regula.

Infero ex hac regula,quod is,qui dicit aliquo caſu non poſſe appellari, tenetur id oſtendere, quia regula eſt in contrarium, *Franch.d.rubr.ſub numer.19.de appell.& in d. rubr.ſub numer.2.eod.in 6.& Socc.d.conſ.39.ſub numero 1. libr.4.*

5 Amplia I. eandem regulam, vt procedat in cauſis maioribus. *Nicel.tract.de concord.gl.concord.6. num.15. ver. vt ergo,to.18.fol.191.& Menoch. tract. de recuper. poſſ.remed.5.verſus finem.q.22.n.8.* & hæc ampliatio non habet difficultatem.

6 Amplia II. vt habeat locum in cauſis minoribus, *Nicel. & Menoch. vbi ſupra*, & hæc ampliatio probatur ex ſeq. *5.ampliat.* vbi, quod etiam in minimis poteſt appellari.

7 Amplia III. vt habeat locum in cauſis ſummarijs, *Contar.in l.vnica,in 1.oppoſit.n.1.& 2.C.ſi de mom.poſſ.& Luc. Pat.in pract.Cap.lib.4.c.2.n.16.* & cõprobatur ex ſeqq. & quod in ſummarijs cauſis detur appellatio, etiam ſi præiudicium ſit reparabile in alio iudicio, ſcribit. Rugin. *tract.de appell.§.2.c.3.n.897.*

Hoc tamen non procedit in pronuntia facta, vtrum ſummariè,vel ordinariè procedendum ſit,a qua pronuntia non appellatur,ex ſtatuto Mediolani,*Rugin.§.2.cap.3. num.898.*

8 Infero, quod in cauſis, quæ ſunt ſummariæ ex forma ſtatutorum Vrbis *lib.1.c.88.* poteſt appellari: quare ſtatuta in eis non prohibent appellationem, & quando non prohibent cenſentur permittere, *vt retuli,& ſequutus ſum ſupra n.1.*

9 Reſtringe hanc ampliationem, & illationem, vt ſunt multæ cauſæ, quæ ſunt ſummariæ, & non admittunt appellationem, non eo quia ſunt ſummariæ, ſed eo, quod vel exquirunt celeritatem, vel agitur de præiudicio reparabili in alio iudicio,huiuſmodi ſunt cauſæ alimentorum, & cauſæ poſſeſſoriæ, quæ, & ſi ſummariæ ſint ex diſpoſitione iuris communis, & ſtatutorum, *vt in d.l.1. capitul. 88.* tamen in eis non admitti appellationem ſcripſi *infra lim.7.& 6.*

10 Amplia IV. vt habeat locum etiam in cauſis pijs,quia à ſententia in eis lata regulariter non cenſetur prohibita appellatio,*Franch.in rub.n.21.de appel.*

11 Infero quod poteſt appellari a ſententia lata pro libertate,*Franch.d.rubr.de appel.n.20.ibi hunc eſt.*

12 Reſtringe hanc ampliationem,vt non habeat locum in cauſis pijs, quæ celeritatem deſiderant, quia in eis denegari appellationem ſcripſi *infra limit.8.n.11.* iunctis alijs dictis *in antecedentibus*.

13 Amplia V. vt habeat locum in cauſis minimis, *Spec.tit. de apell.§.in quibus,ſub n.20. verſ.vigeſimoquinto, in fine lib.2.fol.186.Alex.conſ.113.viſo themate,n.3. verſ.hoc præmiſſo,lib.5.Tiraq.tract.de iud.in reb.exig.verſ.9.facit,tomo 3.fol.98.& Contar.in l.vnica, in ratione dubitandi, n.2.C.ſi mom.poſſ.*

14 Contra hanc ampliationem vide eundem Spec.*d.n.20 Nicel.tract.de concor.gl.concor.6.fall.57. num.95.fol.195. Maran.in ſuo ſpec.parte 6. actu.2. princ.in verbo, & quandoque appellatur,n.326.lim.21.fol.507.* qui allegant, quod in cauſis minimis & breuioribus non appellatur.

15 Concorda iſtam contrarietatem, vt ampliatio ſit vera de iure canonico, & hæc opinio contraria ſit vera de iure ciuili,teſtibus eiſdem Specul. Nicell.& Maran. ſupra citatis.

Et quod hæc ampliatio ſit vera de iure canonico, retuli, & ſequutus ſum *infra lim. 40. num.17. verſ.ſublimita ſecundo*.

16 Reſtringe primo hanc ampliationem, vt in Curia non detur appellatio in cauſis non excedentibus ſummam duc.16.Cameræ,iuxta ea quæ ſcripſi *infra lim.43.n.1.* vbi videas.

17 Reſtringe ſecundo eandem ampliationem, vt in foro Capitolino non habet locum in cauſis à ſcutis decem infra iuxta ea,quæ ſcripſi *infra limit.42.nu.1.& ſeqq.* vbi videas.

18 Reſtringe tertio in regno Neapolitano,vt non habeat locum in cauſis duarum vnicarum ciuiliter petitarum, iuxta ea,quæ *infra lim.44.n.1.*

19 Amplia VI. vt habeat locum in ſententijs,quæ habent vim diffinitiuæ, quia ab eis poſſe appellari, retuli, & declaraui infra *limit.47.membr.1.num.171. verſic.ſublimita quarto*.

20 Amplia VII. vt habeat locum in multis ſententijs interlocutorijs: de hac ampliatione vide quæ ſcripſi *infra lim. 47.memb.1.n.73.& ſeqq. verſ.ſublimita primo*.

Limita multipliciter iſtam ampliationem prout limitaui *infra eadem limit.47.mem.1.* vbi habes materiam.

21 Amplia VIII. vt poſſit appellari à delegatione, ne delegatus procedat &c. *Franch. Cardin. Alex. & clare Abb.in c.30.ad hæc de appel.* cum enim quis mittit nuncium ad Curiam antequam ſit citatus, vel antequam habeat notitiam literarum, non poteſt pro illa cauſa pro qua miſit,conueniri in patria,vide *ſupra q.6.in fine ſub n. 44.verſ.adnerte ſecundo*,ergo ſi delegatus velit procedere poteſt appellare.

22 Amplia IX. vt poſſit appellari etiam in arbitrarijs, vt retuli *infra limit.15.ſub n.2. verſ.contra.* vbi videas.

Digitized by Google

23 Amplia X. vt de iure communi poſſit appellari etiam in criminalibus, *Franc.b.in c.5.cum ſit Romana,§.præterea, in princip.de appell.* & quod poſſit appellari tam in ciuilibus, quam in criminalibus, ſcribunt Papienſ. *in pract.in form.appell.à ſentent.diffin.in gl.coram vobis, num.9. verſ. quæritur vltra,fol.405.* Nicell.*tract.de concord.gl.concord.6 n.15.verſ.vt ergo,fol.191.& Rebuff.tract. de appell. in præfat.n.72.tom.3.fol.480.* & quod poſſit appellari in criminalibus probatur ex *l.6.non tantum ff. de appell.* & ex alijs iuribus,citatis à Gail.*tract.de pac.publ.lib.1.c.vlt.num.36.* vbi teſtatur de comm.* opin.& late Farin.*in qq.crim. qu. 101.n.1.*

24 Subamplia primo hanc ampliationem, vt in cauſis capitalibus, & vbi ageretur de pœna mortis in tantum ſit permiſſa appellatio,vt non ſolum ipſe condemnatus, ſed etiam quilibet alius abſque vllo mandato,immo etiam inuito,& contradicente ipſo condemnato,poſſit appellare, *vt retuli,& ſequutus ſum ſupra q.5.n.44.verſ.extende decimo quinto,& n.51.& 52.*vbi videas.

25 Subamplia ſecundo,vt,pendente appellatione, ſententia non poſſit mandari executioni,*Lancel.tract.de attent. p.2.c.12.de attent.& innon.appell.pend.ampl.4.princ.n.1.et ſeqq.tom.5.fol.352.*

26 Subamplia tertio,vt non admittens appellationem, & eius miniſtri,& executores poſſint puniri, *vt ſcripſi ſupra q.13.n.100.& 108.*

27 Reſtringe, & declara hanc ampliationem, prout reſtrinxi,& declaraui *infra limit.4.illat.3.n.76.& ſeqq.& limit.48.n.1.& ſeqq.*

A decreto torturæ an,& quando poſſit appellari, vide *infra limitat.47.membr.1.num.148.verſ. exemplifica decimotertio.*

28 Amplia XI.vt poſſit appellari etiam in manifeſtis, *vt retuli, & ſequutus ſum infra limitat.4.num.99. verſ.ſublimita octauo.*

29 Amplia XII.vt habeat locum etiam in ſententia,lata in vim inſtrumenti publici, quia, cum inſtrumentum publicum de iure communi non habeat executionem paratam ſecundum communem * opin. de qua teſtantur plures, quos retuli,& ſequutus ſum *ſupra lib.1.c 62. ſub num.1.* & ideo agi debeat via ordinaria,producendo libellum,conteſtando litem,& deueniendo ad ſententiam diffinitiuam vt ſcribit Franch.Becc.*conſil.17.in caſu præſenti,n.1.& 2. & ſub n.7.verſ.non obſtat,lib.1.*ſequitur quod à ſententia lata pro inſtrumento publico poſſit appellari.

Confirmatur hac ampliatio,quia licet inſtrumentũ publicum faciat notorium iuris;tamen etiam in notorio iuris dari appellationem,retuli & ſequutus ſum *infra limit.4 n.72.& 75.*

30 Extende primo hanc ſubampliationem, vt procedat etiamſi inſtrumentum eſſet iuratum, quia cum nihilominus non habeat executionem paratam ſecundum communem * opin.quam retuli,& ſequutus ſum *d.c.62.ſub n. 10.dabitur appellatio.*

31 Extende ſecundo,vt habeat locum etiam ſi ſententia ſit lata pro depoſito, de quo appareat inſtrumentum publicum,quia nihilominus, cum de iure communi non habeat executionem paratam ſecundum comm.* opin.quã retuli,& ſequutus ſum *dict.c.62.ſub n.11.verſ.contrariam,* datur appellatio.

32 Subextende hanc extenſionem, vt multo magis procedat, quando depoſitum probaretur non per inſtrumentum,ſed per teſtes,quia tunc multo minus haberet executionem paratam,teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *dict.c.62. ſub n.11.verſ.ſecundo,*& ideo daretur appellatio, per ea, quæ loquendo de obligatione in forma Cameræ retuli,& ſequutus ſum *infra limit.9.num.32.verſ ſub limita ſeptimo.*

33 Reſtringe primo eandem duodecimam ampliationẽ, eiuſque primam, & ſecundam extenſionem, vt non habeant locum in inſtrumento teſtamenti non raſi,& non cancellati, quia non dari appellationem retuli; & ſequutus ſum *infra limit.6.memb.4.n.6.& ſeqq.*

34 Reſtringe ſecundo, vt non procedant, ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta publica habeant executionem paratam,*iuxta ea,quæ ſcripſi infra limit.9. n.23. & ſeqq.*

35 Amplia XIII.vt habeat locum in quolibet grauamine, *Spec.tit.de appell.§.in quibus,in princ.lib 2.fol.184.* & præſertim de iure canonico,*Franc.b.in rubr.ſub num.17.ibi,ſed de iure canonico,de appellat.* & loquendo in actu iudiciali, poteſt appellari non ſolum,ſi ſit interlocutoria,ſed etiam à quolibet grauamine illato, vel cominato, *vt ex Ioann. Andr.refert,& ſequitur Franc.b.in c.1.not.2. num.2. de appellat.in 6.*

36 Subamplia declarando,vt habeat locum tam in grauamine iudiciali,quam in extraiudiciali,Mar.*in ſuo ſpec.par. 6.act.2.princip.in verbo,& quandoque appellatur,num.278 fol.501.*

37 Reſtringe hanc ſubampliationem,vt quoad grauamen extraiudiciale ſit vera de iure canonico, ſecundum quod poteſt appellari à grauamine extraiudiciali, vt ſentiunt *Franc.b.in rubr.ſub n.17.ibi,ſed de iure canonico, de appel.et Feder.Schen tract.de appell.ſub n.1.tom.5.fol 55.*

38 Contra eandem reſtrictionem, quod enim à grauamine extraiudiciali poſſit appellari etiam de iure ciuili, firmant Franch.*in cap.1.bonæ memoriæ, ſub n.23.& præſertim in fin.verſ.nono an de iure ciuili,de appell. & Contar.in l.vnica,limit.25.n.7 verſ.contraria tamen,ſub n.7. & ſeqq. C.ſi de mom.poſſ.*

Retenta hac opinione contra reſtrictionem.

39 Declara primo eandem, vt in omnibus caſibus in quibus poſſet adiri iudex, & implorari eius officium in eiſdẽ poſſit à grauamine appellari, & attentata venient reuocanda,dummodo in appellatione ſit inſerta iuſta cauſa, *Franch.in c.51.bonæ memoriæ,ſub n.23.verſ. nono an de iure ciuili de appell.* vel declara, quod ita demum de iure ciuili in extraiudicialibus poſſit appellari, ſi illa extraiudicialia fiant per modum iuriſdictionis, vt in officijs publicis auctoritate,& vtilitate,vel auctoritate tantum,vel in his,quæ fiunt à pluribus,vt vniuerſis;alia autem,quæ neq; auctoritate,neque vtilitate publica ſunt,ſi tendunt ad impediendas lites,admittitur appellatio extraiudicialis: vbi autem non eſt iuriſdictio, nec ſententia diffinitiua litis, ſi vnus actus perficitur,& conſumatur, non poteſt appellari,vide Contar.*d.limit.25.n.20.& 21.* & quando ab actu extraiudiciali poſſit appellari declarat etiam Greg. Toloſ.*tract.de appell.lib.1.c.12.n.1.& ſeqq. fol.92.* quem poteris videre,ſi placet,& aliquos caſus, in quibus habet locum appellatio extraiudicialis,ponunt Franch.*vbi ſupra,* & Contar.*d.limit.25.n.8.& ſeqq.* & vigintiquinq; cumulauit Rugineſl.*tract.de appell.§.2.c.3.n.18.& ſeqq. vſque ad n.43.excluſiue,*& vnum in notabili effectu vide *ſupra q. 3.eff.4.num.71.*

40 Declara ſecundo, vt einſmodi appellatio, proprie loquendo,dicatur prouocatio, & non appellatio, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra q.1.n.5.& q.2.ſub n.33.*

41 Declara tertio, vt pro grauamine extra iudiciali competat duplex remedium. Primum eſt appellatio interponenda intra decem dies,*vt dixi ſupra quæſt.12.ampliat.12. num.106.* Secundum eſt querela, quæ poteſt interponi etiam poſt decem dies quia licet lapſus decem dierum præcludat viam omnibus appellationibus etiam extraiudicialibus, tamen appellationes extraiudiciales poſſunt quandocunq; retractari etiam poſt lapſos decem dies per viam quærelæ,ſed non per viam appellationis, quia actus extraiudiciales nunquam tranſeunt in rem iudicatam, Franch.*in cap.1.ſub num.10.verſ.ſed dic notabiliter,& in c. 51.bonæ memoriæ,ſub num.19.verſ.octauo debet appellare,*

de ap-

de appell. & Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. lim. 3. princ. n. 1. tomo 5. fol. 362.

42 Amplia XIV. vt de iure canonico poſſit appellari non ſolum à grauamine illato in iudicio, vel extra; ſed etiam à grauamine inferendo, vel comminato, Franch. in rubr. ſub n. 17. de appellat. adde, quæ ſcripſi ſupra quæſt. 2. ſub n. 2. in quarta, & quinta diffinitione.

Contra hanc ampliationem vide ſupra q. 5 n. 102. verſ. ſubamplia eam.

43 Amplia XV. vt appellatio extraiudicialis poſſit interponi non ſolum à grauamine illato à iudice procedente extraiudicialiter, ſed etiam a grauamine illato a parte, vt ex Franch. Maran. & alijs retuli, & ſequutus ſum ſupra qu. 2. n. 38. art. 3. differ. 4.

44 Declara hanc ampliationem, vt hęc appellatio, quæ interponitur a grauamine illato à parte quandoque habeat vim citationis, vt in beneficialibus, Franch in cap. 51. bonæ memoriæ, ſub num. 16. verſic ſed conclude ſic, de appell. Maran. in ſuo ſpec. parte 6. actu 2, princip. in verbo, & quandoque appellatur, num. 279. folio 501. & Gregor. Tholoſan. tract. de appellat. lib. 1. cap. 11. ſub numero tertio, verſic. primo differentia, folio 86. Et quod appellatio extraiudicialis in præſentia appellati interpoſita in beneficialibus deuoluat cauſam ad Curiam, & habeat vim citationis, dixerunt Domini de Rot. Caputaq. deciſ. 35. appellauerat, numero 1. parte 1. & quod appellatio extraiudicialis habeat vim citationis, ſcribit Achil. de Graſſ. deciſ. 14. petebat, numero 3. de appellat. folio 109. & quod deuoluat, & habeat vim citationis, & quando hoc non ſit verum, ſcribit idem Achil. de Graſſ. deciſ. 5. alias 231. appellatio extraiudicialis, n. 1. & 2. de appell. fol. 106. & quod appellatio hæc habeat vim conuentionis coram ordinario in prima inſtantia, ſcribit Gail. quem retuli & ſequutus ſum ſupra q. 7. num. 52. & 53. verſ. extende hanc, & dixi ſupra quæſt. 2. ſub n. 46.

45 Subdeclara, vt appellatus teneatur comparere coram iudice ad quem ſine alia citatione, alias procedi poteſt in eius contumaciam in illa cauſa, vt notabiliter ſcribit Maran. d. n. 279.

Imo non ſolum habet vim citationis contra appellatum, ſed habet vim citationis contra appellãtem, quia appellans extraiudicialiter per ipſam appellationem ſe ipſum citat, Put. deciſ. 517. in vna Salamantin. numero 7. lib. 2. & licet ſit informiter interpoſita, tamen deuoluit cauſam, appellato volente, alias non, Put. ead. deciſ. 517. num. 2. & ſeqq.

De materia huius appellationis ſcripſimus ſupra in pluribus locis, fere in ſingulis quęſtionibus, prout inuenies in huius operis indice.

46 Amplia XVI. vt poſſit appellari non ſolum a ſententia quæ grauamen inferat, ſed etiam a non ſententia, quando eo, quod ſententia non profertur, infertur grauamen; quare poteſt appellari à tarditate iudicis non procedentis, quia iudex, ter humiliter congruis loco, & tempore requiſitus facere, ſi non facit, dicitur denegare iuſtitiam licet non reſpondeat, & ideo poteſt appellari a denegata iuſtitia, Ioan. Andr. in capitul. 63. dilecto, ſub numero tertio, ibi, ſed quid ſi iudex ſemper eſt in deliberando, de appell. Abb. in c. 67. ex parte, il 2. numero 3. ibi, quid autem ſi iudex, & Dec. ſub numero vndecima, ibi, & idem ſi iudex tertio, eod. titul. Felyn. in cap. 11. paſtoralis, ſub numero ſexta, verſ. conſidero tertio, ibi, & vbi epiſcopus ter requiſitus, de offic. iud. ordin. & alij plures, quos refert & ſequitur Neuiz. conſ. 97. quia intelligo ſub numero 25. & 16. verſ. ſeptimo facit, ibi, quod puto procedere. Oſaſch. deciſ. 12. appellans, verſ. in contrarium, num. 6. Rot. diuerſ. 514. dubitaui de validitate, numero 4. parte 1. quæ eſt ſuperfluè duplicata in deciſ. 259. parte 2. Greg. Tholoſ. tract. de appellat. lib. 2. capit. 28. num. 1. & 2. fol. 265. & Rugnell. tract. de appel. §. 2. cap. 3. num. 73. verſ. à quacunque, & ita intelligas Franch. in cap. 8. ex ratione, numer. 60 ibi, non tamen propter hoc, de appell. vbi, & ſi prima facie videatur loqui ſine determinatione, tamen in effectu tenet, poſſe appellari à grauamine illato in non faciendo, ſubdens, & teneas, vt dixi, ſic etiam intelligas Card. Alexan. in eod. c. 8. ex ratione, num. 23. verſ. ſed opere pretium, dum adductis contrarijs, ſubdit, pro iſta ampliatione maiores eſſe auctoritates, & maiori etiam niti ratione, præſertim de iure canonico, inquit enim Bald. in cap. vnico, num. primo, verſ. nota quod de milit. vaſal. qui contum. eſt. qui non loquitur, & obmuteſcit, iuſtitiam denegare videtur, & ex Bald. refert, & ſequitur Franch. in d. cap. ex ratione, num. 49. dicens, quod ſi iudex eſt requiſitus de iuſtitia, aut de expeditione, & ipſe nihil reſpondet, aut obmuteſcit, aut nihil facit ad propoſitum, dicitur tunc iuſtitiam denegare.

47 Comprobatur hæc ampliatio, quia iudices, recuſantes miniſtrare iuſtitiam clericis poſt trinam requiſitionem, iuriſdictione priuantur, auth. ſtatuimus, C. de epiſcop. & Cleric. Felyn. in capitul. 11. ex literis, ſub numero 8. fallen. 2. de conſtit.

48 Comprobatur ſecundo, quia ſi arbitri nolunt pronunciare ſuper ſuſpicionem iudicis, appellatur ad Papam, Gl. fin. in fine, in c. 2. legitima, de appel. in 6.

Non obſtat, quod Bal. & Felyn. quos citaui infra verſ. declara ſecundo, num. 56. & alij quos citat Neuiz. d. conſ. 97 num. 15. dicant a tarditate iudicis non poſſe appellari, ſed debere adiri ſuperiorem per ſimplicem querelam, eo quod differre non eſt proprie grauare. Quia reſpondeo, hanc opin. poſſe procedere, quando iudex non fuerit ter humiliter, requiſitus congruo loco, & tempore, vt ex Felyn. & Neuiz. retuli, & ſequutus ſum, infra nu. 58. verſ. ſubdeclara 2.

49 Exemplifica notabiliter iſtam ampliationem, quando reus opponit exceptionem, non eſſe procedendum ad vlteriora, & iudex poſt oppoſitam exceptionem non procedit, ſed tamen reus vlterius inſtat, & ter requirit, ſeu monet iudicem, vt pronunciet, non eſſe procedendum ad vlteriora, quia ſi iudex non pronunciet, licet ſuperſedeat, & non procedat, poteſt reus appellare, vt conſuluit Corn. conſ. 80. in deciſiuis ſub num. 3. ibi, accedat ad prædicta quod not. lib. 1. ſunt enim aliqui mali iudices, qui ſuperſedent in cauſa, vt excipientem vexent, & ideo poteſt tunc, præmiſſa trina monitione, appellari, imo, pręmiſſa vnica tantum, Franch. in c. 67. ex parte M. num. 6. verſ. quid autem ſi iudex, de appell.

50 Declara primo extendendo eandem ampliarionem, vt poſſit ſufficere triplex requiſitio voico contextu facta, quia reputantur tres requiſitiones, vt in requiſitione pro Apoſtolis determinat clem. 2. quamuis de appell. & in ſpecie tenent Rom. quem titubando refert, & ſequitur Felyn. d. cap. ex literis, ſub num. 8. fallen. 1. verſ. ſed hanc fallẽtiam, de conſtit. & quod Felyn. ſequatur hanc declarationem ſcribit Dec. in dict. c. 67. ex parte, il 2. ſub n. 11. ibi, & mod. ſequuntur, de appell. & ab hac declaratione non videtur diſcedere Greg. Tholoſ. d. c. 28. num. 4. verſ. ſecundo requiritur, dicens tutius eſſe, quod ſæpius fiat requiſitio, & hanc eſſe veritatem, vt ſufficiat vna interpellatio, niſi in caſibus generaliter expreſſis, ſcribit, citatis præfatis Rom. Fel & Dec. Additionator ad Alex. conſ. 81. ſtantibus, ſub n. 1. in verbo, trina, lib. 4.

51 Comprobatur primo hæc declaratio, quia, ſtante ſtatuto, quod inſtantia pereat quinque menſibus, niſi per actorem non ſteterit, ſi actor ſemel interpellet iudicem, quod proferat ſententiam, ſatis eſt, vt perpetuo videatur ſtare per iudicem, Bart. in l. 89. Titia Seio, §. vſures, in fine, n. 4. ff de leg. 2. cum alijs, quos refert, & ſequi videtur Alex. d. conſ. 81. ſtantibus, n. 1. in fine, & n. 2.

Et licet Bal. in auth. item appellat. in fine, C. de tempor. appell.

Digitized by Google

appell.ſentiat contradictum Bartoli ſupra citati in inſtantia cauſæ appellationis, quia tunc appellans debet ſumma ope niti, tamen extra caſum inſtantiæ appellationis non videtur diſſentire a Bar. teſte Alex. vbi ſupra.

52 Comprobatur ſecundo, quia vbi requirantur tres citationes, poteſt vna peremptoria ſufficere pro omnibus ſecundum communem, & magis communem * opin. de qua teſtatur, & ſequitur Afflict. deciſ. 289. sereniſſimus, ſub n. 6. & 7. & ex eo retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 91. n. 35. in fine, verſic. cæterum.

53 Contra hanc declarationem firmat multa deducendo M. Ant. Bauer. tractat. de mora, par. 1. ſub num. 6. ibi, contrarium tenuit, vſque ad num. 9. incluſinè, tom. 6. par. 2. fol. 406. hancq; teſtatur eſſe * comm. opinionem, & ſequi videtur Dec. d. cap. ex parte, il 2. ſub num 11. ibi. ſed ſaluando communem opin.

54 Confirmatur primo hæc opinio ex text. in c. 1. de ſuppl. negl. prælat. vbi negligentia prælatorum conuincitur trina humili requiſitione, & ita ſentit etiam Gl. in Clem. 2. dudum, verſ. ſi verò iidem, in verbo, recuſarint, de ſepultur. quæ ſimiliter ad conuincendam prælati negligentiam requirit trinam monitionem, ſeu requiſitionem.

55 Confirmatur ſecundo ex his, quæ ſcripſi ſupra q. 15. ſub n. 181. verſ. immo quod ſi ſtat. art. 9.

Confirmatur tertio hæc communis opinio ex ſtylo Signaturæ iuſtitiæ, quæ non ſolum non committit cauſam, niſi iudex fuerit pluries requiſitus, Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 1. de commiſſ. appell. extra Rom. cur. c. 6. ſub num. 81. fol. 78. in 2. impreſſ. ſed vlterius priuſquam committat, ſolet præfigere quatuor, aut ſex menſes ordinario ad expedientiam cauſam, Marcheſ. eod. c. 6. n. 82. & in Regno Neapol. quando per negligentiam iudicis, vel per dilationes partis cauſa protrahitur in longum, poteſt fieri commiſſio per magnam Curiam Vicariæ, vt infra duos menſes cauſam expediat, alias, quod ipſa magna Curia cauſam ad ſe auocabit, Ioan. Ant. de Nigr. in c. regn. c. 83. ſub n. 8. & ſimiles ſtylus ſeruatur in Regno Franciæ, vt ſcripſi infra n. 57. & huic confirmationi adde quæ ſcripſi ſupra q. 15. nu. 289. art. 11.

56 Declara ſecundo, vt, dato, quod non poſſet appellari, poterit recurri per viam querelæ ad ſuperiorem, quia hoc nemo negat, teſte Neuiz. conſ. 97. quia intelligo, numer. 19. verſ. tamen, nam quod à tarditate iudicis poſſit recurri ad ſuperiorem per viam querelæ, licet propter tarditatem non poſſit appellari, ſcribit Bal. in l. fin. §. illud, num. 4. verſ. nota literam, C. de tempor. appellat. quem refert, & ſequitur Felyn. in c. 11. paſtoralis, ſub numer. 6. verſ. conſidero tertio, ibi, quod autem à tarditate, de offic. iud. ord. & ex Bald. refert etiam Franch. in c. 6. ex ratione, numer. 60. de appell.

57 Subdeclara primo hanc declarationem, vt quamuis ſuperior non poſſit auocare cauſam per viam appellationis, tamen poteſt adiri per viam querelæ, vt iudici præfingat certum tempus, in quo cauſam determinet, & ita in Regno Franciæ impetrari literas à Cancellaria, quibus præcipitur magiſtratui, vt cauſam determinet, & decidat infra tale tempus, ſcribit Rebuff. tract. de euocat. in præfat. q. 5. n. 55. & 56. tom. 1. fol. 442. Quare ſi Archiepiſcopus ſit aditus per viã querelæ, remittet cauſam Epiſcopo, aſtringendo eum, vt faciat iuſtitiam, ſicut declarat Felyn. in d. c. 11. paſtoralis, ſub n. 6. verſus finem, de offic. ordin. niſi ageretur de peccato, vel eſſet periculum in mora, vt per eundem Fely. vbi ſupra.

58 Subdeclara ſecundo, vt per viam querelæ, & non per viam appellationis poſſit adiri ſuperior, quando inferior non fuit prius ter requiſitus; ſecus ſi fuerit prius ter requiſitus, quia tunc poteſt appellari, vt declarat Felyn. d. cap. paſtoralis, num. 6. verſus finem, de off. iud. ordin. & Neuiz. conſ. 97. quia intelligo, ſub num. 15. & 16. quia, cum eſt ter requiſitus, & non facit, dicitur denegare iuſtitiam, Neuiz. vbi ſupra.

59 Declara tertio, vt in iure, & municipalibus diſpoſitionibus ſint determinata certa tempora, intra quæ ſi iudex cauſam non expediat, dicitur negligens, de quibus temporibus, non eſt hic locus, videto interim aliqua quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 66. num. 12. & ſupra q. 15. num. 277. & ſeqq.

Declara quarto, reſtringendo eandem ampliationem, dum dixi, requiri trinam requiſitionem, vt non ſit vera, quando iudex in prima requiſitione expreſsè recuſauerit, quia tunc non requiritur alia requiſitio, Alex. conſ. 81. ſtantibus, n. 3. lib. 4. & Greg. Toloſ. tract. de appell. lib. 2. c. 28. ſub num. 4.

60 Amplia XVII. vt in dubio ſit deferendum appellationi, Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus, num. 2. in fine, & ſub num. 6. & n. 8. verſ. item appellatione, lib. 2. fol. 194. Franch. in c. 31. de priore, num. 1. ibi, aut ſumus in dubio, c. 45. conſtitutus, n. 18. & in c. 59. vt debitus, ſub num. 43. verſ. in eadem ibi in tali dubio, de appell. Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub num. 16. verſ. tertio, ſi allegat, eod tit. Rebuff. tract. de ſent. exeent art. 7. gloſ. 1. n. 3. tom. 1. fol. 359. Tiraq. tract. le mort ſaiſit le uiſ, par. 6. declar. 6. num. 10. fol. 120. Auguiſ. conſ. 76. de tribus, ſub num. 1. & 2. lib. 1. Sud. tract. de alimen. tit. 18. priuil. 60. ſub n. 1. & 2. & conſ. 163. arbitror, n. 5. verſ. tertio vbi, lib. 2. Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. commiſſ. appell. c. 1. n. 7. fol. 5. & quod in dubio debeat fieri interpretatio, quod appellatio procedat potius, quam non procedat, ſcribit Alex. conſ. 113. viſo thomate, n. 2. lib. 5. & quod vbi de iure vel de facto eſt dubium, nunquid appellatio teneat, tunc iudex à quo debeat ſuperſedere in executione, ſcribunt Spec. d. §. nunc dicamus, n. 3. Io. Andr. in cap. 28. paſtoralis, n. 10. in fine, de offic. & poteſt. iud. deleg. & quod tunc nihil debeat innouare, ſcribunt idem Spec. vbi ſupra, & Franch. in d. c. 45. conſtitutus ſub n. 18. & quod in dubio ſit deferendum potius appellationi, quam ſententiæ, ſcribit Spec. d. §. nunc dicamus, ſub numer. 6. verſ. dicunt autem quidem, verſus finem, lib. 2. fol. 194. & quod præſumatur quod appellatio præceſſerit ſententiam excommunicationis in foro iudiciali, & ſic præſumatur pro validitate appellationis contra validitatem ſententiæ excommunicationis, retuli & ſequutus ſum infra limit. 22. n. 57. verſic. declara obiter, & adde infra limit. 9. ſub num. 77. verſ. quarto quia.

61 Confirmatur primo hac ampliatio ex eo, quod ſi iudex à quo non deferat iſtæ appellationi punitur, vt ex Spec. Franch. & Contar. retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 13. ſub n. 100. & tamen non punitur, ſi deferat appellationi iniuſtæ, ſeu cui non erat deferendum, Franch. in cap. 59. vt debitus, ſub num. 43. verſic. in eadem, & in cap. 31. de priore, in princ. de appell. & Contar. in l. vnica, limit. 27. num. 8. C. ſi de momen. poſſ. Ergo in dubio expedit admittere appellationem.

62 Aduerte, quod non punitur, ſi deferat appellationi, cui non erat deferendum, quando caſus erat dubius; ſed ſi caſus non eſſet dubius & deferret appellationi friuolæ, ſeu iniuſtæ, cui non eſt deferendum, puniretur, Franch. d. cap. vt debitus, ſub numero 43. verſ. in eadem, rurſus, ſed ineptè idem Franch. in c. 31. de priore, in princ. & Card. Alex. in d. cap. 59. vt debitus, numero 23. verſ. in gl. in ver. ex rationabili, de appell. & retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 11. ſub n. 4. ſubillat. 1.

63 Confirmatur ſecundo, quia poteſt appellari non ſolum ex cauſa probabili, ſed etiam ex cauſa dubia, Contard. d. l. vnica, q. 1. ſub n. 42. verſ. & idem.

64 Extende primo hanc ampliationem, vt procedat etiam in caſu, in quo appellatio ſit regulariter prohibita, puta in cauſa poſſeſſoria, quia nihilominus, ſi adſit dubitatio circa admiſſionem, vel non admiſſionem, debet

admitti,

Digitized by Google

admitti, *Surd.d.conſ.163. arbitror,nu.6.lib.2. & Contar.d. lim.27.n.1.& ſeqq.& quæſt.1.n.43.in fine, & n.44. C.ſi de mom.poſſ*

Quicquid contra hanc extenſionem conſuluerit, Dec. *conſ.28.in fine,n.8.*

Non obſtat, quod in dubio ſit adhærendum regulæ, quæ appellationem prohibet in cauſis poſſeſſorijs, vt argumentatur Dec. *vbi ſupra*: Quia reſpondeo,retorquẽdo obiectionem, quod regula de non appellando in cauſa poſſeſſoria eſt limitatio ad regulam, quod in qualibet cauſa poſſit appellari, & ideò nos ex cauſa poſſeſſoria deduximis ad hanc regulam limitationem, quam poſuimus ſexto loco:ergo,inhærendo regulæ,appellatio debet eſſe permiſſa.

Minus obſtat, quod concurrentibus duabus cauſis, permiſſiua ſcilicet, & prohibitiua, debeat attendi potius prohibitiua,vt dixi *lib.præced.capitul.7.numero* 89. Quia reſp. hoc eſſe verum, quando de prohibitiua conſtat apertè, ſecus quando eſt dubia, quia tunc debemus adhærere regulæ.

65 Minus etiam obſtabit,ſi diceres, quod in dubio præſumitur pro iuſtitia ſententiæ,quia præſumitur pro validitate actus, *vt dixi ſupra q.2.num.29.verſ.ſecunda ratio, & ſupra lib.2.cap.97.num.78. in fine principij*. Quia reſp.hoc non eſſe verum, quando eſt appellatum à ſententia, quia tunc in principio eſt fauendum appellationi,& præſumẽdum,quod appellatio ſit iuſta,& ſententia iniuſta: at in medio eſt æqualiter vtrique fauendum; in fine autem eſt fauendum ſententiæ, & in dubio iudicandum pro ſententia, vt benè declarat Franch. *in dict. capitul. 31. de priore,ſub numero 2.ibi,aduerte tamen, de appell.* & de appellatione in principio intelliges Ferrar.& Lancel.qui eum refert,& ſequitur *in tract.de attent.par.2.c.12.de attent.& innou.appell.pend.num.118.tomo 5.fol.349.*dum ſcribunt, appellationem eſſe magis fauorabilem, quam ſententiam: quia pro appellatione magis præſumitur, & quando non præſumatur pro ſententia dixi etiam *infra lim.22.ſub n 58.verſ.neque obſtat*.

66 Extende ſecundo,vt iudex, dubitando an teneatur deferre appellationi,debeat conferre cum peritis, & à parte poteſt peti conſilium ſapientis,&c.ſecundum vnam opinionem, quam retuli, ſed non ſum ſequutus *ſupra q.11. n.7.in fine*.

Declara eandem ampliationem, vt procedat in caſu, quo adſint rationes pro vtraque parte, & non faciles ad reſoluendum, *Rugmell.tract.de appell.§.2.cap.3. ſub num. 289.fol.93.*

Reliquas ampliationes colliges ex ſparſim dictis in limitationibus,& præſertim *in lim.47.*

LIMITATIO I.

SVMMARIA.

Appellatio à tertia ſententia conformi non datur,n.1.

¶ *Extenditur I. vt nec Princeps poſſit ex ordinaria poteſtate eam concedere,n.2.Secus per viam priuilegij, &c.n.3.*

Extenditur II.ſiue ſententia ſit diffinitiua, ſiue interlocutoria,n.4.Subextenditur,n.5.

Extenditur III.in ſententijs,quæ non tranſeunt in rem iudicatam,n.6.& 7.Declaratur,infertur, & ſubdeclaratur,n. 8.9.& 10.

Extenditur IV. vt ad effectum ſuſpenſiuum non poſſit appellari etiam in caſu,quo daretur tertia appellatio,n.11.

Extenditur V. vt appellatio, pendens ab aliqua interlocutoria, non retardet effectum trium conformium diffinitiuarum,n.12.

Extenditur VI.vt ſit prohibita ad vtrumq;effectum,numer. 13.& 14.

Extenditur VII.vt neque ſit permiſſa ſupplicatio,n.15. Reſtringitur,n.16.

Extenditur VIII.vt neque tertius poſſit appellare, n.17. Subextenditur,& reſtringitur,ibidem.

¶ *Declaratur I.vt in dubio ſit pronuntiandum,ſententias non eſſe conformes,n.18.Extenditur,n.19.*

Declaratur II. vt etiam ſententia tertia dicatur conformis cum prima,quia,&c.n.20.

Declaratur III.quæ ſententiæ dicantur conformes, num.21. Exemplificatur multipliciter hæc declaratio,n.22.et ſeqq. in quibus ponuntur varij caſus ſententiarum vſque ad n. 30.incluſiuè.

Declaratur IV. vt ſententiæ, conformes in aliqua parte, appellationem in ea parte non recipiant,n.31. Exemplificatur multipliciter n.32.& ſeqq.vſque ad n.36.

Declaratur V. quando ſententiæ dicantur non conformes, n. 37.Extenditur hæc declaratio, n.38.& 39.

Declaratur VI. vt à ſententijs diuerſis non conformibus detur tertia, quarta, & vlterior appellatio iuxta numerum ſententiarum,n.40.& 41.

Declaratur VII. vt vna pars non poſſit ter appellare, vtraque tamen pars poteſt bis appellare,numero 42.Infertur, numero 43.

Declara VIII.vt in eo,in quo ſententiæ non ſunt conformes, poſſit appellari,n.44.Exemplificatur multipliciter,nu.45. & ſeqq.

Declaratur IX. vt poſſit appellari à ſententia, qua declaratur,ſententias latas eſſe conformes,n.49.

Declaratur X.vt licet quis non poſſit appellare,tamen poteſt adhærere appellationi aduerſarij,n.50.Extenditur,& reſtringitur,n.51.& ſeqq.

Declaratur XI.vt licet quis non poſſit appellare à tertia ſententia conformi,tamen poteſt dicere de nullitate,& deinde à ſententia ſuper nullitate appellare. & ſic litem protrahere in infinitum,n.55.Subdeclaratur,n.56.& 57.Reſtringitur, num.58. & ſeqq. in quibus habes neceſſaria ex clem.vt calumnijs.

Declaratur XII.vt licet quis non poſſit appellare,tamen poteſt dicere de notoria iniuſtitia,n.62.

Declaratur XIII. vt tertius poſſit appellare etiam à tertia ſententia conformi,n.63.

Declaratur XIV.vt qui non poteſt appellare, poſſit tamen experiri alia remedia,n 64.

¶ *Ampliantur I.omnia prædicta,vt procedant in ſecunda ſententia conformi,quando ſtatutum diſponit, à ſecunda conformi non poſſe appellari,n.65. Exemplificatur,n.66. Declaratur,n.67.& 68.vbi quomodo ſoleat reſcribere Signatura,et n.69.*

Ampliantur II.etiam in caſibus, in quibus ſemel tantum licet appellare,n.70.

Ampliantur III. etiam in vnica ſententia, quæ tranſierit in iudicatum,n.71.Declaratur,n.72.& 73.

POſt ampliationes agendum eſt de limitationibus, quæ ſunt numeroſæ, & ideo non omnes comprehenduntur illis verſibus;quos ponunt Tanc.& alij, vt refert Io. And. *in addit.ad Spec.tit.de appell.§. in quib.verſ.27. in verbo ceſſante,lib.2.f.186.*& Breder.*tract.de appell.par.1. tit.19. col.213.litera C.in fine*,vbi eoſdem explicat.

> *Appellare vetant ſcelus,excellentia, pacta,*
> *Contemptus,minima res,interdictio facta,*
> *Arbitrium,res quæ perit,& ſic longius acta.*

1 Limita I.eandem regulam,vt non procedat in tertia ſententia, quæ habeat duas alias præcedens conformes, quia ab ea non appellatur, *l.vnica, & ibi Gl.Cyn.Bar.Bal. Salyc.& Paul.de Caſtr. C.ne lic.in vna ead.cauſ. Spec.tit.de appell.§.quoties in princ.lib.2.fol.193.Maran.in ſuo ſpec.p. 6.act.2.princ.in verbo,& quãdoq;appellatur,n.280.limi.1.f. 501.Nicel.trac.de cõcord.gl.cõcor.6.fall.26.n.67.&18.f.194.*

Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. verſ. generaliter, n. 19. & Crauet. conſ. 183. regula, n. 1. & de iſta limitatione ſunt alia iura concordia, citata à Gloſ. & Spec. vbi ſupra, & non habet contradictionem, & hoc eſt, quod citati Doct. & Rebuff. tract. de appell. art. 7. gl. 2. n. 29. verſ. decimo quinto, to. 5. fol. 504. alijq; communiter, imò ipſa rub. C. ſupra citata aiunt, non licere tertio appellare, ſeu prouocare.

2 Extende I. hanc limitationem, vt neque Papa, ſeu Princeps per viam reſcripti ex ordinaria poteſtate poſſit concedere tertiam appellationem, Franch. in cap. 39. directa, num. 9. concl. 7. & cap. 65. ſua nobis, num. 13. verſ. ſecundo quæritur, de appellat. Addition. ad Salyc. in l. 1. in 1. addit. C. ne lic. in vna eademque cauſ. &c. quem refert, & ſequitur Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. ſuper nullit. c. 2. ſub num. 1. fol. 140. & facit quod ſcripſi infra quæſt. 19. remed. 3. numer. 29. concluſ. 4. & adde quæ ſcribit Theſ. Foſſan. deciſ. 122. tertio prouocare, numer. 3. verſ. hoc autem decretum.

3 Declara hanc extenſionem, vt licet Princeps non poſſit per viam reſcripti indulgere tertiam appellationem, tamen per viam priuilegij ex certa ſcientia poteſt concedere tertiam appellationem, quia tunc videtur vti Plenitudine poteſtatis, Franch. vbi ſupra, vnde qui vult obtinere a Principe tertiam appellationem debet adire Signaturam gratiæ, quia Signatura iuſtitiæ non poteſt eam concedere.

4 Extende II. vt ſit vera tam in ſententia diffinitiua, quā in interlocutoria, Spec. tit. de appell. §. quoties, initio, & n. 1. lib. 2. fol. 193. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, lim. 1. n. 280. fol. 501. Et quod tit. ne liceat vna eademq; cauſa tertio prouocare, habeat locum etiam quando appellatur ab interlocutoria, ſcribunt Bal. in l. vnica, ſub num. 5. not. 3. C. ne lic. vna eademq; cauſ. &c. Abb. in c. 39. directa, n. 8. de appell. & ſentit Ant. de Butr. quem retuli, & ſequutus ſum infra qu. 19. rem. 1. concl. 6. n. 63. verſ. ratio.

Quare bis tantum & non vltra poteſt interlocutoria reuocari, Abb. Card. Alex. Dec. Fely. Alex. Rip. et Bar. quos retuli, & ſequutus ſum infra q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 61. verſ. limita quarto.

5 Subextende hanc extenſionem, vt in tantum tertia appellatio ſit prohibita ab interlocutoria, quod neque poſtea in appellatione diffinitiua poſſit ſuper ea audiri, Franch. in c. 39. directa, ſub n. 6. concl. 4. & Dec. in c. 65. ſua nobis, num. 14. ibi, & procedit iſta concluſio, de appell. quod etiam ſcribit apertè Bal. ſupra citatus.

Contra hanc ſubextenſionem facit, quod ſcripſi ſupra q. 11. n. 55. & ſub n. 45. extenſion. 1. vide ſupra qu. 12. ſub n. 93. verſ. contra.

6 Extende III. vt procedat etiam in ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, quia etiam in eis habet locū tit. ne liceat in vna eademq; cauſa tertio prouocare: quare is, qui fuit per tres ſententias conformes condemnatus, non poteſt vlterius per viam appellationis audiri, Abb. in cap. 65. ſua nobis, n. 7. verſ. vel dic. de appell. & in c. 6. fraternitatis, n. 21. verſ. vltimo ponderabis, de frigid. & malef. Franch. in eod. cap. ſua nobis, ſub n. 10. verſ. in gl. 2. verſus finem, & c. 39. directa, n. 8. concl. 6. de appell. Ruin. conſ. 79. quæritur primo, n. 1. lib. 5. Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de execut. rei iudic. concl. 1. ampl. 6. n. 13. & loquendo in cauſa matrimoniali, Sud. conſ. 223. publicatis, n. 31. lib. 2.

7 Confirmatur hæc extenſio, quia deſertio appellationis extraiudicialis tollit viam appellandi, quia appellatio efficitur deſerta etiam in grauaminibus, & negotijs, quæ nō tranſeunt in rem iudicatam, vt ex Abb. refert Franc. in c. 5. cum ſit Romana, col. 3. num. 15. ibi, tamen dicit hic, de appel. dicens, quod deſerta appellatione extraiudiciali appellans non auditur per viam appellationis, & in c. 39. directa, ſub n. 8. concl. 6. verſus finem, eod. tit. de appell. dicens, quod licet huiuſmodi ſententiæ non tranſeant in rem iudicatam, ſi tamen ſit appellatum, ita deſeruiat appellatio, ſicut in alijs.

8 Declara hanc extenſionem, vt licet non poſſit audiri per viam appellationis, tamen poterit per viam querelæ proponere iniuſtitiam ſententiæ, & ita poterit agere, Abb. d. cap. fraternitatis, ſub num 21. verſic. vltimo ponderabis, & ita poterit cauſam de nouo inchoare, Abb. d. cap. 65. ſua nobis, ſub num. 7. & Franch. ſub num. 10. de appell. & quod ſententia, quæ non tranſit in rem iudicatam, poſſit retractari coram iudice competente via nullitatis, vel querelę, vel reſtitutionis in integrum, ſcribit Ant. de Butr. in cap. 7. lator, verſus finem, de ſent. & re iud. & quod cauſa poſſit de nouo agitari, ſcribit Ruin. d. conſ. 79. quæritur primo, n. 1. lib. 4.

Contra hanc declarationem, loquendo in caſu præcedentis confirmationis, tenet Franch. d. c. cum ſit Romana, num. 15. vbi contra Abb. qui tenet ibidem num. 22. quod deſerta appellatione extraiudiciali, appellans iterum audiatur ſuper iure ſuo per viam querelæ, ſcribit, hoc dictū Abbatis non tranſire ſine dubio, quia generalis regula eſt, quod non proſequens ſuum grauamen in termino iuris vel hominis, quantum ad ſe non auditur amplius ſuper illo, ex quo ius dat ei electionem, an velit proſequi per viam appellationis, vel querelæ: vnde, inquit, ſi elegit viam appellationis, & ſuccubuit, quia ſit deſerta eius appellatio per lapſum termini iuris, vel hominis, non videtur quod amplius poſſit deducere illud grauamen poſtea per viam querelæ, quia viam, quam elegit, hæc ſibi pateat.

Retentis ſi placet declaratione.

9 Infero ex hac extenſione, ſic declarata, quod iudex appellationis non eſt iudex competens, quia non poteſt adiri per viam querelæ, niſi ſit talis, qui non habeat iuriſdictionem limitatam, per ea, quæ ſcripſi infra qu. 19. remed. 1. concl. 6. n. 85. & 86.

10 Subdeclara eandem declarationem, vt iſta facultas inchoandi cauſam de nouo duret vſque ad trigiuta annos; quia tot annis præſcribitur omnis actio, & præſcribitur etiam iuris dicendi ſe nullitate, vt ex Bal. Salyc. Vant. & Maran. retuli, & ſequutus ſum infra q. 19. rem. 1. concl. 7. n. 1. niſi ſit cauſa, in qua verſetur animæ periculum, vbi ibidem dixi n. 2.

11 Extende IV. vt tertia appellatio non admittatur quoad effectum ſuſpenſiuum, etiam ſi eſſemus in aliquo caſu, in quo licet appellare à tribus ſententijs conformibus, quia nihilominus appellatio nō impediret executionem, ideoque iudex à quo poſſet exequi, non obſtante appellatione, nec competeret appellanti remedium attentatorum, Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de atten. par. & in non. appell. pend. limit. 45. princip. n. 1. fol. 376. ideoque iudex, cui cauſa appellationis committeretur poſt latas tres ſententias conformes, non ſtatim inhiberet, Lancell. d. lim. 45. n. 2.

Ratio eſt euidens, quia euitanda eſt legum correctio; vnde tolerabilior erit correctio, in vno effectu, quam in duobus.

In quibuſdam regionibus Regni Franciæ tertio appellatur; ſcilicet vbi ſunt domini habentes iuriſdictionem primæuam, cui præeſt Præpoſitus, à quo appellatur ad Baillıuum eiuſdem domini, poſtea ad alium Bailliuum, ſeu Seneſchallum Regium, demum ad Parlamentum, ſed hoc tatum eſt, Rebuff. tract. de appel. art 7. gloſ. 2. num. 30. tom. 3. fol. 504. Dubitari poteſt, an hæc extenſio habeat ibi locum: hoc dubium illis relinquo, qui debent in hoc habere determinatum ſtylum.

12 Extende V. vt ſicut appellatio à negotio principali poſt latas tres ſententias conformes non impedit executionē, ita etiam non impediat appellatio pendens ab interlocuto-

cuto-

Digitized by Google

cutoria, id eſt, quamuis pendeat cauſa appellationis ab interlocutoria, tamen tertia ſententia lata in negotio principali mandabitur executioni, *vt retuli, & ſequutus ſum infra q.19.rem.1.concl.5.n.53.*

13 Extende VI. vt, dempto caſu præcedentis quartæ extenſionis, appellatio ſit prohibita non ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed etiam quoad effectum deuolutiuũ, quia exceptio rei iudicatæ eſt exceptio litis finitæ: Ergo, ſi lis eſt finita, ceſſat appellatio, & proditum eſt ſolum remedium nullitatis, reſtitutionis integrum, & ſimilium, de quibus dixi *infra q.19.rem.1.& ſeqq.*

14 Confirmatur primo notabiliter hæc extenſio, quia, quod appellatio intelligatur prohibita ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum non poteſt conſiderari, niſi quando appellatio prohibetur eo, quod ſententia, ſeu res, de qua agitur, celeritatem deſideret, & paratam habeat executionẽ, vt in cauſa alimẽtorum, mercedis, & ſimilium, & in inſtrumentis publicis habentibus executionem paratam, de quibus ſcripſi *infra lim.7.n.27.lim.8.n.9.& 18.* in quibus cauſis dicemus potius, dari executionem paratam, ſeu poſſe procedi, etiam appellatione pendente, quam prohiberi appellationem: quæ ideo procedit ſine retardatione executionis.

Secus eſt in ſententijs, à quibus appellatio prohibetur eo, quia non habent ſuperiorem, qui eas poſſit reuidere, vt in ſententia lata à Principe, vel eo, quia præſumuntur iuſtè latæ, vt ſunt tres ſententiæ conformes, vel ſententia Senatus, aut Præfecti prætorio, quia ab iſtis appellatio intelligetur prohibita ad vtrumque effectum, videlicet tam ſuſpenſiuum, quam deuolutiuum; nam in vtroque effectu militat excellentia iudicis, qui ſententiam protulit, & præſumptio, quod ſententia ſit iuſtè lata, & conſequenter in vtroque effectum militabit prohibitio appellationis.

Confirmatur ſecundo, quia quando conceditur tertia appellatio intelligitur ſolum ad effectum deuolutiuum, *vt dixi ſupra n.11.* ergo quando non conceditur, ceſſat etiam quoad iſtum effectum.

15 Extende VII. vt ſicut à tribus ſententijs, ſeu re iudicata non poteſt appellari, *per ea, quæ dixi ſupra num.1.* ita etiã non poſſit ſupplicari, quia reputatur impoſſibile, imò ſupplicans punitur, *vt ſcribunt Bal. Iaſ. & Boſſ. quos retuli & ſequutus ſum ſupra lib.1.cap.97.ſub n.131. verſ.ſententia quæ tranſiuit, & dixi infra q.19.rem.3.n.19.verſ.extende tertio.*

16 Reſtringe hanc extenſionem, vt non ſit vera in eo genere ſententiam, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, qualis eſt ſententia lata in cauſa matrimoniali, quia poteſt ſupplicari, *vt retuli, & ſequutus ſum infra d.q.19.rem.3.n.21.verſ.reſtringe primo.*

17 Extende VIII. vt neque tertius, puta venditor poſſit appellare à tertia ſententia, lata contra emptorem, quia ſicut ab ea non poſſet appellare emptor, ita etiam non poteſt appellare venditor, *Couar. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q.5.n.36. verſ.declara ſecundo.*

Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi tertius fuiſſet admiſſus, ad cauſſam in tertia inſtantia, quia adhuc non poterit appellare, vide *infra lim.6.memb.4.n.99.*

Reſtringe declarando eandem extenſionem, vt procedat, quando tertius ſciuit ante ſententiam, quod cauſa agitabatur, quia tunc tertius non poteſt tertio appellare; imputet enim ſibi, quare, ſibi prius non prouidit, *Bar. Abb. Dec. Put. Couar. & alij, quos retuli, et ſequutus ſum infra lim.6.princ.memb.4.n.100.* Secus ſi ignorauit, quia tũc poteſt appellare, ex quo ſine culpa ſua non debet damnificari, *Abb. in c.17. cum ſuper, num.26. ibi, ſed dubium eſt de ſent. & re iud. Dec. in c.65. ſua nobis, nu.25. verſic. quarto fallit, de appel. Put. deciſ.71. Iacobus Cordellas, in fin. lib.3. Couar. pract. qq. c.25. ſub n. octauo, verſ. hactenus ergo, & Contar. in l. vnica, limit.23. ſub n.5. & 7. in fin. ibi, intellige etiam, C. ſi de mom. poſſ.* & quod tertius poſſit appellare à die ſcientiæ, licet ſententia tranſiuerit in rem iudicatam contra victum, eo quod non appellauerit, infra legitima tempora, ſcibunt Ceph. & Lancell. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt.5. ſub num.36. verſic. contrarium, & num.59.* & quod tertius non teneatur appellare, niſi à die notitiæ, & non à die latæ ſententiæ, dixi *ſupra q.12. numero 154. & 155.*

Declara I. principaliter eandem limitationem, vt in dubio ſit pronuntiandum, ſententias non eſſe conformes prout in dubio pronuntiandum eſt, appellationem non eſſe deſertam, *Ruginel. tractat. de appel. §.12. gloſ.1. numero 26. verſ. ſi dubium, fol.298.* & quod in dubio ſit pronuntiandum pro non deſertione, refert, & ſequitur Tiraquell. *tract. de mort ſaiſit, leuiſ. par.6. in fine, ſub numero 10. fol.120.*

Ratio eſt, quia, quod prædicatur de genere, prædicatur de ſingulis ſpeciebus illius, *vt ſcripſi ſupra lib.1. capitul. 49. numero 1.* ſed de regula generali prædicatur, quod in dubio ſit appellationi deferendum, *vt late ſcripſi ſupra in ampliat. numero 60. ampl.17.* ergo, in quauis ſpecie loquamur, eligenda erit via, per quam appellationi faueamus.

19 Extende hanc declarationem, vt præcipuè procedat, quando ſtatutum mandat, duas ſententias conformes haberi loco trium, & facere rem iudicatam, quia hoc ſtatutum corrigit ius commune, & ideo ſi interpretatio pro conformitate tanquam odioſa reijcitur in diſpoſitione iuris communis, à fortiori debet reijci in diſpoſitione ſtatuti, quod corrigit ius commune, *Dec. conſ.385. iuridicam, ſub n.2. ibi, & etiam ſi res eſſet dubia* quicquid in fine dicti conſilij dicat, quod tale ſtatutum poteſt dici fauorabile, vt litibus finis imponatur.

20 Declara II. principaliter, vt ſententia dicatur conformis cum prima, etiamſi non ſit ſententia ſecunda, ſed ſit tertia, quia licet non ſit continuata de prima in ſecundã ſed ſit interpolata, tamen remanet conformis, *Dec. d. conſ. 385. ſub num. ſecundo, ibi, & vlterius. Couar. pract. qq. c.25. ſub n.3. verſ. quarto, fol.529. Gabr. in concluſ. lib.2. de execut. rei iud. concl.5. ampl.5. n.12. & Theſſ. Foſſan. deciſ.122. tertio prouocare, n.16.*

21 Declara III. principaliter, vt illæ ſententiæ dicantur conformes, quæ conueniunt in qualitate, & ſubſtantia, *vt refert, & ſequitur Rugin. tract. de appell. §.12. gloſ.1. nu.10. verſ. omneſque,* & quod conformitas in ſubſtantia, & in effectu ſit attendenda, ſcribit Theſſ. *Foſſan. deciſ.218. tres ſententiæ, ſub numero 2.* & quod res iudicata dicatur quando concurrit identitas rei, cauſæ, & perſonarum, ſcribit Rot. *diuerſ. deciſ.100. ex nouem, numero 3. in fine, & num. 4. par.1. fol.35.* & quod conformitas adſit, quando adeſt identitas rei, cauſæ, & perſonæ, vel verè, vel interpretatiuè, refert, & ſequitur Ruginel. *d. gloſ.1. n.9. verſ. hinc Socſen.* & quod conformitas ſententiarum conſideretur magis ex effectu, quam ex verbis, ſcribunt Dec. *d. conſilio 85. ſub numero 2. ibi, his tamen non obſtantibus,* & alij, quos refert, & ſequitur Ruginell. *dict. gloſ.1. numero 8. verſicul. quicquid ſit, fol.297.* & facit quod ſcripſi *lib. præced. capit. 7. numero 457.* & quod ideò non attendatur ex qua via, ſeu modo ſint latæ ſententiæ, dummodo conueniant in ſubſtantia, & in eo, quod principaliter agitur, ſcribit Teſſ. Foſſan. *dict. deciſ.228 ſub numero 1. verſic. item quia, & numero 2.*

22 Exemplica primo hanc declarationem; quando prima & ſecunda ſententia ſunt latæ ſuper negotio principali, & tertia eſt lata ſupra deſertione appellationis interpoſitæ à ſecunda; quia adhuc dicentur tres ſententiæ conformes, vt ex pluribus, reiecta aliorum opinione, referunt, &

ſequuntur Theſſ.Foſſan.*deciſ.*122 *tertio prouocare, num.*12. *verſ.quinto dicentur*, & Rugin.*tract.de appell.*§.12. *gloſ.*1. *n.*13.*verſ.tertio conformes fol.*197.

Contra hanc exemplificationem tenent Rot. *deciſ.*3. *alias* 21.*nota quod vbi,de ſent.et re iud.in antiq.*Corn.*conſ.* 38.*ſub n,*3.*lib.*4.Cranet.*conſ.*183 *regula quod appellatio*, & Couar.*in pract.qq.c.*25.*n.*5.dicens,iſto caſu poſſe opponi exceptionem nullitatis, vt impediatur executio,quia non ſunt tres conformes,

Retenta exemplificatione,ſi placet.

23 Extende eam, vt habeat locum etiam quando prima eſt lata ſuper negotio principali,& ſecunda ſuper deſertione appellationis interpoſitæ à prima, attento ſtatuto quod duæ conformes faciant rem iudicatam, vt contra deciſionem Auenionenſem refert, & tranſire videtur Foſſan.*d.deciſ.*122.*n.*12.*in fine.*

Exemplifica ſecundo, quando ſunt latæ duæ ſententiæ conformes ſuper negotio principali, & poſtea fertur tertia,quæ pronuntiat,illas duas fuiſſe nullas,& poſtea fertur quarta, quæ reuocat tertiam, & confirmat duas primas, quia ſic remanent tres ſententiæ conformes, & conſequenter erit locus clementinæ 1.*vt calumnijs,de ſentent.et re iud.Couar.pract.qq.c.*26.*ſub numero quinto, verſic.nono, ibi, contrarium,* & quod dicantur conformes etiam ſi ſententia fuerit nulla, ſed fuerit confirmata validè, refert, & ſequitur Gabr.*in concluſ.lib.*2.*tit de execut re iud.concluſ.* 1.*ampl.*7.*num.*14.& quod non poſſit dici de nullitate primæ ſententiæ,quando de eius nullitate fuit dictum coram iudice appellationis, qui nihilominus tulit ſententiam confirmatoriam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, conſulit Pariſ.*conſ.*509.*animaduerſa, in principio, & numero* 1.*&* 2. *libr.*4.

Contra hanc exemplificationem dubitat, & non reſoluit Rot.*deciſ.* 14. *alias* 424. *de ſent.& re iud.in antiq.* ſed reſoluit,& tenent Rot. *diuerſ.deciſ.*863. *in eadem Calafora par.*3.*lib.*3.*fol.*221.vbi cum A. obtinuiſſet duas ſententias canonizatorias ſine titulo; & B. aduerſarius poſtea produxiſſet ſuum titulum anteriorem fuerunt reuocatæ dictæ duæ ſententiæ, & A. produxerit deinde titulum ſuum anteriorem, & ideo fuerit pro eo lata tertia ſententia, Rota tenuit, quod illa ſententia non erat tertia, ſed prima, ex quo illæ duæ nullæ non poterant confirmari, quia conſtabat,quod erant latæ ſine titulo, *Theſ. Foſſan.d.deciſ.*228. *n.*2.*in vltimis verbis,& n.*3.*Ruginel.tract.de appel.*§.12.*gl.* 1.*numer.*22.*verſ.*2.*prima,fol.*298. *& Grannt.theor.*17.*ſub num.*20.

In hac contrarietate ego pro omnium concordia diſtinguerem tres caſus.

Primus caſus eſt,quando in tertia inſtantia fuit proceſſum per viam appellationis;& iſto caſu erit vera exemplificatio,vt dicantur conformes;quamuis in eis ſit pronunciatum de nullitate,& validitate,*Couar. vbi ſupra.*

Secundus caſus eſt, quando non fuit proceſſum per viam appellationis, ſed fuit ſolum dictum de nullitate; & iſto caſu non dicentur conformes, ex quo duæ vltimæ non ſunt latæ ſuper negotio principali, *Couar. vbi ſupra.*

Tertius caſus eſt;quando per nouas productiones notorie conſtat de iniuſtitia primæ ſententiæ; & iſto caſu quia extat notoria iniuſtitia,quæ nunquam confirmari,aut ſanari poteſt,ideo ſententia, quę illam confirmaret, non poſſet habere niſi rationem primę ſententiæ,& in his terminis procedit Rot.diuerſ.ſupra citata.

25 Exemplifica tertio, quando duæ ſententiæ ſunt latæ abſolutoriæ ſuper negotio principali, & vna eſt lata abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quia adhuc dicentur tres ſententiæ conformes, à quib. propterea non licebit appellare,*Theſ. Foſſan.d.dec.*122.*tertio prouocare n.*9.*verſ.* 2.*locū,et Rugin.tract.de appel.*§.12.*gl.*1.*n.*14.*verſ.*4.*f.*297.

26 Exemplica quarto, vt dicantur conformes etiam ſi vna earum dicat, ſtantibus actis prout ſtant, ſeu alio non apparente,*Theſ.Foſſan.d.deciſ.*122. *n.*13.*verſ.*6.*& Rugin.d.gl.* 5.*n.*15. *verſ.*5.

Contra hanc exemplificationem facit, qood ſcribit idē Ruginell.*eod.tract* §.1.*c.ſecundo, n.*44.*verſ.quid vero, fol.* 25.dicens eiuſmodi ſententiam non eſſe diffinitiuam, neque interlocutoriam meram, ſed eſſe interlocutoriam mixtam,habentem vim diffinitiuæ.

Infero, quod non eſt conformis, quia alia, ſeu aliæ ſententiæ ſunt diffinitiuæ.

Non recedo ab exēplificatione, quia ego ſentio adhuc eſſe diffinitiuam,*vt ſcripſi infra limit.*47.*memb.*1.*num.*189. *exempl.*9.*verſ.contra.*

27 Exemplifica quinto, vt dicatur conformes etiamſi vna earum ſit lata in contumaciam, *Theſ.Foſſan.d.deciſ.*122. *tertio prouocare, n.*13. *verſ.octauo, & Rugin. d.gl.* 1. *num.*6. *verſ.ſexto.*

28 Exemplifica ſexto, vt dicantur tres conformes etiamſi ſecundus iudex dicat,male iudicatum à primo iudice, ſed tamen ex nouiter productis confirmet eius ſententiam,& tertius iudex confirmet hanc ſecundam,quia nihilominus dicuntur tres ſententiæ conformes,*Theſ.Foſſan. deciſ.*228. *tres ſententiæ, vſq; ad n.*3.

29 Extende hanc exemplificationem,vt præcipuè ſit vera, quando in cauſa poteſt procedi ſola facti veritate inſpecta,*Foſſan. d.deciſ.*228.*ſub n.*1. *verſ.in contrarium facit.*

30 Reſtringe tandem exemplificationem, vt non procedat; quando ſententia confirmata eſſet declarata nulla, ſeu eſſet notoriè nulla, quia tunc non facit numerum, & conſequenter ceſſat conformitas reſpectu ipſius, *Rot. diuerſ.Theſſ.Foſſan.Grannt.& Rugin.quos citaui ſupra ſub numero* 24.*verſ.contra hanc.*vbi uide de veritate huius reſtrictionis.

Exemplifica ſeptimo quando vlterius iudex pronuntiat, ſententia eſſe exequendam, quia hæc ſententia dicitur conformis, quicquid in contrarium ſcripſerint Corn. *conſil.*28.*num.*3.*verſ.his tamen, lib.*4.dicens, quod hæc vltima ſententia non dicitur lata ſuper negotio principali, ſed ſuper proceſſu primi iudicis,*& conſ.*144.*viſo dicto themate in fine, n.*3.*lib.primo, & Cranet.conſ.*184.*regula quod appellatio,numero primo,in fine,verſ.ſimiliter,*friuolæ enim ſunt rationes Cornei,quia inferent,quod lex non rebus, ſed verbis eſſet interpoſita.

31 Declara IV.principaliter, vt ſententiæ, quandoque reſpectu certæ rei,ſeu articuli, vel quantitatis ſint conformes,& ideo reſpectu illius,in quo ſunt conformes,non licet tertio prouocare,*Alex.conſ.*77.*in cauſa & lite, num.* 1.*lib.*2.ſed mitti debent executioni,quæ, licet opponatur de earum nullitate, non retardatur, *Gabr. in concluſ.lib.*2. *tit.de execut.rei iudic.concluſ.*1.*ampl.*2.*nu.*5. ideoque quoad id,in quo ſunt conformes, habebit locum lex,ſeu ſtatutū, loquēs de conformibus:& per oppoſitum, ſi reſpectu certæ rei,certi articuli,ſeu quantitatis ſint difformes,ceſſabit in eo lex,ſeu ſtatutum, loquens de conformibus, ſicque ſententia in vna parte ſui erit inappellabilis, & in alia erit appellabilis,& non conſiderabitur, vt indiuidua, ſed vt diuidua in iſto propoſito, vt patet in exemplis infraſcriptis.

32 Exemplifica primo hanc declarationem, quando prima ſententia condemnat in plus, quam ſecunda,& ſecunda in plus,quam tertia,quia omnes dicentur conformes in ea quantitate,ad quam condemnat tertia,& ſic in minori ſumma,vt ex *Affl.Couar. & Foſſaneu.retuli, & ſequutus ſum lib.præced.c.*2.*n.*576.*verſ.confirmatur,*& conſequenter à tertia ſententia ſeu à ſummaria, ad quam condemnat tertia ſententia,non datur appellatio, ſed à ſumma maiori, ad quam condemnat prima, & ſecunda, datur appellatio,quia in ea maiori non ſunt conformes.

33 Exem-

Digitized by Google

33 Exemplifica ſecundo, quando ſtatutum mandat, rem iudicatam fieri duabus conformibus, & prima ſententia dicit, tenutam eſſe nullam, & reos eſſe abſoluendos cum reſeruatione iterum agendi, & probandi, & tertia ſententia dicit, tenutam debere remanere pro valida, & eſſe ſuſpendendam & reos conuentos non debere moleſtari, nō factis alijs probationibus, quia ſunt conformes in hoc, quod rei non ſint moleſtandi, donec actores melius non probauerint, licet ſint diſformes, quoad validitatem, & inualiditatem tenutæ, *Dec. conſ. 385. iuridicam, ſub n. 2. verſic. his tamen non obſtantibus*.

34 Exemplifica tertio, quando omnes tres ſententiæ conformiter condemnant ad certam ſummam, ſeu in negotio principali, ſed vna earum condemnat etiam ad expenſas; quia tunc reſpectu illius certæ quantitatis, ſeu negotij principali non admittitur appellatio, *vt patet, in præcedentibus 1. & 2. exemplificatione*, ſed quoad condemnationem expenſarum poteſt appellari, quia eſt nouum grauamen, & erit prima appellatio, *vt ex Alex. Dec. Contar. Conar. & Theſ. Foſſan. retuli, & ſequutus ſum infra n. 45. decl. 8. verſic. exemplifica primo*.

35 Exemplifica quarto, quando omnes tres ſententiæ cōformiter condemnant ad intereſſe, ſed tertia vlterius liquidat illud intereſſe, quia tunc licet à condemnatione intereſſe non detur appellatio per prædicta; tamen dabitur à liquidatione tertiæ ſententiæ, *vt retuli, & ſequutus ſum infra limit. 10. n. 54. verſ. exemplifica quinto, & n. ſeqq.* vbi videas materiam huius exemplificationis.

36 Extende eandem declarationem, eiuſque exempla, vt in Vrbe procedant etiam ex diſpoſitione ſtatutorum *cap. 178. & 180. lib. 1.* & ſimiliter in ciuitate Lucenſi ex ſuorum ſtatutorum ordinatione, *c. 4. lib. 5. & c. 29. & 31. in capitulis Rotæ*.

37 Declara V. principaliter per oppoſitum, vt ſententiæ non dicantur conformes, quando vna abſoluit à toto eo, ad quod alia condemnat, quia tunc pugnant de diametro: & hoc non habet difficultatem.

38 Extende primo hanc declarationem, vt dicantur non conformes, etiamſi vtraque condemnet, ſed tamen vna condemnet ad vnam rem, & alia ad aliam rem, *Rugin. tract. de appell. §. 12. gloſ. 1. n. 24. verſ. quarto*, licet enim ſint conformes in condemnando; tamen, quia hæc condemnatio ſimplex in abſtracto ſine ſubſtantia rei nullam poteſt recipere executionem, neque liquidationem, talis conformitas non attenditur: & prout non remanet in abſtracto, ſed habet ſubſtantiam rei, habet diſformitatem, merito datur omnino appellatio tanquam ab omnino diſformibus.

39 Extende ſecundo vt dicantur non conformes etiam ſi vtraque condemnet ad eandem rem, ſed tamen vna condemnet ſimpliciter, & altera infra certum tempus, vt puta, vnus condemnat in ſcutis 300. & alius in eiſdem ſcutis 300. ſoluendis infra tres menſes, *Alex. conſ. 77. in cauſa & lite, numero 2. & 3. lib. 2.* quem refert, & ſequitur Ruginell. *tract. de appellat. §. 12. gloſ. 1. num. 23. verſ. tertio ſententia, fol. 298*.

Contra iſtam extenſionem non timeo firmare, quamuis magna ſit Alexandri auctoritas, & vrgens adducat pro ſe fundamentum: cenſeo ergo, has ſententias eſſe conformes: nam ſententia, quæ condemnat ſimpliciter ad ſcuta 300. condemnat tam infra tres menſes, quam poſtea, & ſemper donec ſoluat, & ſic ſi continet omne tempus, continet etiam tempus trimeſtre, ergo remanebit conformis in tempore trimeſtri, ſicut dicimus de ſententia, quę continet maiorem ſummam, quia remanebit conformis in minori ſumma.

40 Declara VI. principaliter eandem limitationem, vt licet ab vna eademque ſententia, ſeu articulo non poſſit tertio appellari, tamen à diuerſis poteſt millies appellari, ſi millies grauaretur etiam in vna eademque cauſa, *Spec. tit. de appell. §. quoties, num. 1. verſus finem, ibi, item non licet tertio, lib. 2. fol. 193. Abb. in c. 65. ſua nobis, num. 7. verſ. vel dic. Franch. in c. 39. directæ, ſub n. 5. eod. tit. de appell. & Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, n. 280. limit. 1. fol. 501.* & quod licet ſemel, bis, & tertio quis ſuccubuerit ſuper eodem negotio, tamen poſſit appellare, quando alia feratur de nouo ſententia, quæ inferat nouum grauamen, quia non erit tertia appellatio, ſed prima, refert, & ſequitur Cæſar Bar. *in Bononien. deciſ. 55. dominus, n. 8*.

41 Dicitur vna eademq; ſententia, quando ſine diuerſitate perſonarum litigantium, & ſine varietate rei controuerſæ ſententia lata à primo iudice eſt confirmata à ſecūdo, & tertio, quia licet, conſideratis iudicibus, actis, terminis ſubſtantialibus, & inſtantijs, ſint tres ſententiæ, tamen, conſiderata determinatione rei controuerſæ, eſt vnica: & per oppoſitum diuerſæ dicuntur illæ, quæ habent diuerſam determinationem rei controuerſæ, *vt latius patebit ex ſequentibus declarationibus*.

Nec obſtat, quod rubr. C. ſupra citata dicat, in vna cauſa non poſſe tertio prouocari. Quia reſpondeo, ſumi cauſam pro ſententia.

42 Declara VII. principaliter, vt vna eademque pars non poſſit tertio appellare, vtraque tamen poteſt bis appellare, *Abb. d. cap. 65. ſua nobis, ſub num. 7. Franch. ſub num. 10. verſic. in gloſ. 2. & Dec. num. 17. ibi, prædicta concluſio. idem Franch. in cap. 39. directæ, ſub num. 5. verſ. ſecunda concluſio, de appell. & Socc. conſ. 39. capio primum, ſub n. 16. & 17. lib. 4. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, ſub n. 280. in fine, fol. 501. & Surd. conſ. 163. arbitror, n. 1. in fine, & n. 2. lib. 2.* Pone caſum clarum. A. in prima inſtantia obtinet ſententiam fauorabilem contra B. a qua B. appellat, & iudex appellationis confirmat ſententiam latam pro A. ruſus B. appellat, & ſic bis appellauit, & A. duas obtinuit ſententias conformes, iſte iudex ſecūdæ appellationis, interpoſitę à B. reuocat duas ſententias, lata ad fauorem A. & fert ſententiam pro B. à qua ſententia reuocatoria A. appellat, & iudex tertiæ appellationis confirmat eandem ſententiam, latam ad fauorem B. ruſus A. appellat. & ſic etiam ipſe bis appellauit, & vterque duas habet ſententias fauorabiles conformes, neceſſe eſt modo, vt iſte vltimus iudex quartæ appellationis confirmet vnam ex iſtis ſententia, & quamlibet confirmet, erunt tres conformes, à quibus non licet amplius appellare, vnde excluditur quinta appellatio.

43 Infero ex hac declaratione, quod ſtatutum mandans, non poſſe in aliqua cauſa niſi ſemel appellari, debet intelligi, vt ab eadem parte non poſſit bis appellari, ſed ſolum ſemel. ſecus eſt quoad vtramque partem, quia poterit bis appellari, cum vtraque poſſit ſemel appellare, *Socc. d. conſil. 39. numero 16. verſic. ſecundo poteſt, lib. 4.* quod idem per diuerſum modum loquendi ſcribit ſupra *num. 14.* dicens, quod præfatum ſtatutum debet intelligi, quando ſententia, lata in cauſa appellationis, fuerit confirmatoria primæ, non autem, quando fuit diuerſa, aut contraria, *Surd. d. conſ. 163. arbitror, num. 2. in fine, & ſub n. 3. lib. 2*.

44 Declara VIII. principaliter, vt non liceat tertio appellare in eo, in quo ſententiæ ſunt conformes, per ea quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra num. 31. verſ. declara quarto*. ſecus in eo, in quo non ſunt conformes, quia in eo toties poteſt appellari, quoties fertur ſententia; quare ſi tertia ſententia legatur aliquod capitulum, quod in primis duabus non inuenitur, admittitur appellatio circa illud capitulum, *Alex. conſil. 77. in cauſa & lite, ſub numer. 1. lib. 2. Cran. conſ. 183. regula, num. 1.* & ideò, ſi in tertia ſententia, ſeu in iudicio executionis primæ ſententiæ inferatur nouum grauamen, poterit appellari infra decem dies ab executione dictæ ſententiæ, *Rum. conſ. 78. in quæſtione*,

ſub n.1.ibi,& iſtud clarius, lib.5. quod ſatis patet ex dictis *ſupra n.40.*& in ſeqq.exemplis.

45 Exemplifica primo hanc declarationem, quando tertius iudex, ferendo ſententiam conformem primæ, & ſecundæ, adiicit condemnationem expenſarum, de quibus non fuit habita conſideratio per primos iudices aliarum ſententiarum, quia tunc poterit à condemnatione expenſarum appellare, quia licet appellet tertio, tamen quoad expenſas eſt prima appellatio, *ſecundum Franch.in cap.39.directæ, ſub num.5.verſ.tertia concluſio, Dec.in cap.65.ſua nobis, n.20.verſ.concluſio, de appellat.& ex Ang.& Franch.referunt,et ſequuntur Maran.vbi ſupra, n.281.fol.501.Contar.in l.vnica,lim.19.n.16.in fine,n.7.& ſeqq.C.ſi de mom.poſſ.*& ex Ang.refert,& ſequitur,Couar. *pract.qq.c.25.ſub num.6. verſ.decimo, fol.530. vol.2.* & cum hac declaratione tranſiſſe Senatum Pedemontanū teſtatur Theſſ. *Foſſan.deciſ.122.tertio prouocare, ſub num.6.verſ.in oppoſitum,& num.7.in fine.* & quod à condemnatione expenſarum ratione victoriæ poſſit appellari, ſcribit, loquendo ſimpliciter de appellatione à condemnatione expenſarum, Salyc.*in l.11.properandum, num.45. verſ.quæro an à condemnatione expenſarum, C.de iudic.*& quod de hoc non ſit dubium, ſcribit Iaſ.*in l.13.ſancimus, num.17.q.5.C.eod.tit.de iud.*& quod licet quis non appellauerit à ſententia diffinitiua, vel interlocutoria, tamen poſſit appellare à condemnatione expenſarum, quando habuit iuſtam cauſam litigandi, ſcribit Franch.*in c.44.ſæpe q.9.n.55.in fine, de appell.*

46 Exemplifica ſecundo, quando is, qui non poteſt tertio procuratore, dicit de nullitate tertiæ ſententiæ iuxta practicam, quam latè retuli *infra num.55.* quia, ſi in dictione nullitatis ſuccumbat, poterit appellare eo, quod eſt nouum, & diuerſum grauamen, ſed in ipſa appellatione cauſa poterit cognoſci ſolum ſuper nullitate, & non de iniuſtitia ſententiæ, Franch.quem refert, & ſequitur Cæſ. Barz.*in Bononien.deciſ.55.dominus, n.9.* & dixi *infra n.56.* & ſi iudex appellationis pronuntiauerit contra eum, qui dixit de nullitate, poterit is denuo appellare, & demum, cum non amplius admitteretur ad appellandum, poterit iterum dicere de nullitate illius, ſententiæ, à qua non poteſt appellare, & ſic deinceps, vt latius, ponendo exemplum, ſcripſi *infra d.n.55.*

47 Exemplifica demum in omnibus iiſdem caſibus, in quibus exemplificaui præcedentem ſeptimam declarationē.

48 Subdeclara eandem octauam declarationem, vt non ſatis ſit aliquid de nouo fieri, niſi de nouo pars grauetur, quare ſi illud, quod de nouo fit, non infert nouum grauamen, ſed eſt pars executionis, non poterit appellari, & ideo declaratoria cenſurarum ob non paritionem rei iudicatæ non datur appellatio, quia cenſetur pars executionis rei iudicatæ, *teſtibus Contar. & Lancel.quos retuli, & ſequutus ſum infra limit.22. numero 44. verſ. reſtringe primo,* adde quæ ſcripſi *ſupra q.12.nu.142. & infra limit. 10.n.6.*

49 Declara IX.principaliter, vt licet non poſſit appellari à tribus, ſeu duabus conformibus, tamen poterit appellari à ſententia declarante, ſententias eſſe conformes, *Rayn tract.de appel.§.2.c.3.n.218.*

Contrarium eſt verum, per ea, quæ loquendo de pronunciatione ſuper executione inſtrumenti dixi *infra lim. 10.num.*

50 Declara X.principaliter, vt licet quis non poſſit tertio appellare in eadem cauſa; tamen poteſt inhærere appellationi aduerſarii, eaque vti, ac ſi ipſemet potuiſſet appellare, *l.37.ampliorem, C.de appell.Franch.in c.39.directæ, n.7.concl.5.de appell.Dec.in c.65.ſua nobis, n.17.& 18.ibi,& tali caſu pars quæ, eod.tit.de appell.& ex Maran retuli, & ſequutus ſum lib.praeced.c.3.ſub n.216. verſ.adde,*

51 Extende primò iſtam declarationem, vt habeat locum etiamſi ſtatutum prohiberet, vt in eadem cauſa non liceret appellare niſi ſemel, quia intelligitur ab eadem parte, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra num.43.* quare poterit inhærere appellationi alterius partis, quamuis ipſa ſemel appellauerit, *Dec.conſ.49.praſtantiſſime, ſub num.1.& in d. cap.ſua nobis, d.n.18.& 19.* dicens, quod non potuit obtinere iſtam extenſionem Senis, quia ibi inoleuerat practica erronea.

52 Extende ſecundo, vt habeat locum etiam in eo, cui prohibita eſt appellatio eo, quia non detulit appellationi ſui aduerſarii, hoc eſt, innouauit, & ſpoliauit, pendente appellatione aduerſarii, quia nihilominus poterit aduerſarii appellationem proſequi: quare pone, quod in cauſa beneficiali ſit appellatum, & intimata appellatio ſecundum formam clem.3. *cauſam, de elect.* & ego non detuli tuæ appellationis, imò feci per meos executores fieri proceſſum contra te appellantem, & tandem, quia non proficiebant, volo proſequi tuam appellationem, certè potero, vt firmat, & benè Franch. *in capitul.42.an ſit deferendum, ſub num. 1. verſ.ſecundo lim. de appellat.*

53 Reſtringe primo eandem declarationem, & extenſionem, vt non habeant locum in regno Franciæ, vbi de ſtylo curiarum eſt opus vtramq; partem appellare, alioqui appellatio nihil proderit ei, qui non appellauit, nec ſententia quoad eum reformabitur, *Rebuff.tract.de appell.in præfatione, num.26.tomo 3.fol.477.& Boer.deciſ.73.* quem retuli formaliter *infra limit.21. numero 18.verſ.ſublimita ſecundo.*

54 Reſtringe ſecundo, ſubdeclarando eandem declarationem, & eius extenſionem, vt non ſint veræ in appellatione, quæ eſt interpoſita in parte, & partibus nociuis ipſi appellanti; quia tunc appellatus non poteſt illi adhærere in partibus facientibus ad fauorem appellantis, & contra ipſum appellatum, quia ab illis non eſt appellatum, *Veſtr. in pract.lib.7.c.3.ſub n.29.verſ.amplius,& n.30.fol.303.& Luc.Pat.in pract.Capit.lib.5 cap.1.ſub n.19. & ſeqq.* hicq; modus appellandi eſt vtilis ad excludendum appellatum, ne poſſit adhærere huic appellationi, vt dicunt præfati, & *vt dicit Veſtr.* inoleuit iſte modus in Curia, quia iudices pronunciant vt plurimum, prout in cædula, & vt plurimum inſtat decima dies antequam ſubſcribatur, & aperiat cædula, cumque ſit ne futura fauorabilis, vel contra ignoretur, litigantes appellant conditionaliter, quatenus contra.

Hæc reſtrictio indiget alia declaratione, de qua vide omnino quæ ſcripſi *infra limit.21. numero 15. & ſeqq. & numero 29.*

55 Declara XI. principaliter, vt licet non poſſit appellari tertio, quia, vt dixi, tres ſententię de iure communi, & duę ſecundum ſtatuta Vrbis faciunt rem iudicatam: tamen poteſt per indirectum appellari: nam is, qui bis appellauit, & ſuccubuit, poterit dicere de nullitate, & a ſententia, quæ feretur ſuper cauſa nullitatis, poterit appellare, & ſic litem in infinitum protrahere ſecundum antiquam praxim, quam ex Huber.de Bob.& Io.de Deo referunt Spec.Vant.& Contar.quos citaui *infra,*& quod poſſit dici de nullitate, licet non poſſit tertio appellari, refert & ſequitur ex pluribus Dec.*d.cap.ſua nobis, verſus finem, nu.30.verſ.poſtremo, de appell.*& quod hæc declaratio ſit vera de iure ciuili, probat Bal.*in l.1, num.2. verſ.ex hoc pono, C.ne lic.tert.prouoc.*

Ratio huius declarationis eſt, quia oppoſitio nullitatis conquaſſat numerum trium conformium, quia ſententia nulla non eſt ſententia; ergo, ſi ceſſant tres conformes ſeu res iudicata, lis non dicitur finita, iuxta ea quæ ſcribit Vant.*tract.null.rubr.quoties & intra quod tempus &c.n.3. & 4.fol.483.*

Pone exemplum protrahendi litem in infinitum per hanc

Digitized by Google

hanc viam dicendi de nullitate: tu fuiſti condemnatus per tres ſententias conformes, ideoque non vales vlterius appellare; tu dicis, vltimam ſententiam, vel primam, vel ſecundam eſſe nullam, iudex aditus ſuper nullitate pronunciat, eſſe validam, tu appellas, & ſecundus iudex ſimiliter pronuntiat, eſſe validam, tu appellas, & tertius iudex pronuntiat ſimiliter eſſe validam, & ſic tu non potes vlterius appellare ab illis tribus: tu rurſus dicis, vnam ex his tribus eſſe nullam; & ſic deinceps, quoties in iudicio nullitatis ſunt prolatæ tres ſententiæ conformes, quæ declarant, ſententiam eſſe validam, tu, cum vlterius non potes appellare, dicis, nullam eſſe vnam ex vltimis ſententijs; vide Spec. *tit. de except. & replicat, §. viſo, ſub nu. 50. verſ. item nota, ibi, is enim qui appellat, fol. 70. in princ. & tit. de appellat. §. quoties num. 1. in fine, lib. 2. fol. 193. Vant. tract. nullit. rubr. quoties & infra quod tempus, num. 4. fol. 383. & Contar, in l. vnica, limit. 7, num. 39. C. ſi de momen. poſſeſſ.*

Hanc praxim, & cautelam infinitandi litem vituperat Spec. *d. §. viſo ſub num. 50. & ſeqq.* & eius auctores dicit fuiſſe Huber. de Bobio & Io. de Deo: At Io. And. *in addit. ad eum* ſcribit, ſe non inueniſſe, quod Huber. de Bob. ſcripſerit hanc fraudem, & ſubdit, quod forſan alter ſcripſit, & illi attribuit, & allegat Hier. ad Furiam B dicentem, quod aliqui, quod ab eis egreditur, ab alijs audiuiſſe ſe ſimulant; allegat etiam Diogenem, qui dicenti ſibi, quod eius amicus de ipſo certa mala protulerat, reſpondit: *an ille hoc dixerit, mihi dubium, te autem hæc dixiſſe, mihi certum eſt.*

Sed quiſquis fuerit ille, qui hanc praxim inuenit, malam docuit doctrinam, & peiorem docuit Io. de Deo, qui ſi Speculatori *d. num. 50. in fine*, credimus, docuit litigatorem, vt ſemper inſidietur iudici, & inuenta occaſione appellet, & non timeat expenſas, ſi diues eſt, quia, vt inquit, *grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora.* ſed tu caue ab his Doctoribus, quia doctrina mala, vt ait Spec. *d. §. viſo, nu. 51.* teſtis eſt malitiæ doctoris; nam, vt dicit textus *in c. 4. conuenientibus, 1. qu. 7.* malorum doctorum mala eſt doctrina.

Imo malè egerunt primi, qui recenſerunt hanc malam doctrinam, quia vt habetur in tertia *in c. 65. pro dilectione, de conſecr. diſt. 2.* doctor non erudiendorum, ſed perdendorum diſcipulorum fit is, qui, quod malè didicit, cæteris inſinuat, & contra hos vrget quandoque illa ſuſpicio, quam conſiderat Io. And. ſupra relatus.

Hæc praxis, & cautela non eſt tuta, niſi quando in rei veritate ſententia eſſet nulla, alias non ſuffragaretur, quia tandem, dicens de nullitate, ſuccumberet, & condemnaretur in expenſis, *ſecundum Imol. in cap 65. ſua nobis, num. 9. de appell. & Franch. in cap. 39. directa, concl. 9. num. 11. in fine, eodem tit. de appell.* quos refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, limit. 7. num. 40. verſ. tamen, C. ſi de mom. poſſ.*

56 Subdeclara primo eandem declarationem, vt licet detur appellatio an ſententia proferenda ſuper nullitate ſententiæ, tamen in iſta appellatione non poterit cognoſci de iniuſtitia ſententię, ſed ſolum ſuper nullitate, *Franc. d. c. directè, num 11.*

Ratio huius ſubdeclarationis eſt, quia, cum iſte iudex poſſit adiri ſolum ſuper nullitate ſententiæ, non poteſt, niſi de ea cognoſcere, vide *ſupra q. 11. n. 127.*

57 Subdeclara ſecundo, vt iudex huic cautelæ, & malitiæ protrahendi litem in infinitum poſſit obuiare, quando videt nullitatem opponi calumnioſè ad differendam litem, quia tunc poteſt ea ſpreta, procedere ad executionem, vt retuli, & ſequutus ſum *infra quæſt. 19. remed. 1. concl.... num....*

Coram quo iudice ſit agendum de nullitate ſcripſi *q. d. q. 19. rem. 1. concl. 7. n. 1. & ſeqq.*

Infra quantum tempus agi poſſit de nullitate, vide. *d. q. 19. rem. 1. concl. 7. nu. 1.*

58 Reſtringe iſtam declarationem, vt non ſit vera de iure canonico nouiſſimo propter clem. *vt calumnijs, de ſent. & re iud.* qua prouiſum eſt, vt condemnatus tribus ſententijs conformibus non admittatur ad agendum de nullitate ipſarum, vel alicuius ex eis, niſi prius ſententię fuerint plenariè mandatæ executioni, & notant Bal. *vbi ſupra*, Franch. *in c. 63. dilecto, num 27. verſ. adde & limita de appell. fol. 42.* dicens, non retardari executionem etiamſi incontinenti offeratur probatio nullitatis, *Vant. tractat. nullit. rubr. qualiter ſententia & proceſſus qui dicuntur nulli nu. 14. fol. 421.* & fuſius *in rubr. quoties & intra quod tempus, num. 3. & 5. & ſeqq. fol. 383.* dicens, illi antiquæ praxi opponendi de nullitate contra tres conformes per quam oppoſitionem lis fiebat immortalis, & ſententiæ tot expenſis & laboribus obtentæ reddebantur illuſoriæ, fuiſse prouiſum per allegatam clem. *vt calumnijs, Veſtr. in prax. lib. 8. c. 1. num. 7. ibi quod ſi appellatio. & ibi, & inter iſtos caſus hac dumtaxat, & Couar. pract. qq. c. 25. num. 1. verſ. hinc vero, fol. 528. fol. 2.*

59 Nota igitur ex hac reſtrictione, quod pendentia executionis retardat proceſsum in cauſa nullitatis; non enim actio nullitatis cognoſcitur, niſi poſtquam tres ſententiæ conformes fuerint plenariè executioni demandatæ, vt apparet ex citata clem. & ſentiunt omnes* Doctores, & apertis verbis Vant. *vbi ſupra*; demandatis autem ſententijs plenariè executioni, poteſt liberè agi de nullitate ſententiæ: vnde inquit Bal. *in l. vnica, num. 15. verſ. item nota quod licet exceptio. C. ne lit. vna eademque cauſ. ter. pronoc.* quod licet exceptio nullitatis dubia non impediat executionem; tamen non repellitur interim exceptio, ſed repellitur modus excipiendi; quare iudex interloquetur, interim exceptionem non obſtare, & faciet executionem.

60 Subreſtringe eandem reſtrictionem, & dictam clem. vt non procedat in nullitatibus notorijs, quia nullitas notoria poteſt opponi, & oppoſita impedit executionē ſententiæ, etiamſi ſint tres ſententiæ conformes, & ſic limitatur d. clem. *vt calumnijs*, prout latè hanc ſubreſtrictionem explicaui, ampliando, reſtringendo, & declarando *infra q. 19. memb. 1. rem. 1. concl. 4. n. 25. & ſeqq. & concl. 5. num. 23. & ſeqq.*

61 Infero ex eodem notabili, & reſtrictione, quod clem. *vt calumnijs*, non tollit prorſus illam cautelam, & praxim protrahendi lites in infinitum, ſed prouidet ſolum, vt tres ſententiæ conformes mandentur executioni priuſquam poſſit agi de nullitate earum, ſeu alicuius ex eis, quando nullitas non eſt notoria: at poſtquam fuerint mandatæ executioni, remanet in ſuo robore illa mala praxis protrahendi litem in infinitum; de qua mala praxi poſt factam, & conſummatam executionem non habetur ratio, quia tunc cauilloſus litigator exanimatur.

62 Declara XII. principaliter, vt licet non poſſit tertio appellari, tamē poteſt dici de notoria iniuſtitia, quia nullitas, & notoria iniuſtitia æquiparantur, ideoque ſententia, quæ eſt notoriè iniuſta, poteſt dici nulla, vt retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. c. 3. num. 292.* & conſequenter de vna ad aliam tenet illatio, dummodo iniuſtitia ſit notoria; ſecus ſi non ſit notoria, quia res iudicata tollit diſceptationem ſuper iniuſtitia, *vt ex Gabr. refert, & ſequitur Cæſ. Barz. in Bononien. deciſ 55. dominus, n. 5.*

63 Declara XIII. principaliter, vt non procedat quoad tertium, quia is poteſt quandoque appellare licet non poſſint partes, ſeu pars: vide de materia huius declarationis *ſupra ſub n. 17. & infra limit. 6. memb. 4. nu. 41. & ſeqq. n. 96. n. 100 & ſeqq.* in quibus plenè declaraui.

64 Declara XIV. & vltimo, vt licet à tribus ſententijs conformibus non poſſit appellari, tamen poteſt aduerſus

ſus eas intentari remedium reſtitutionis in integrum tam coram iudice ordinario, quam in Signatura gratiæ, & Signatura iuſtitiæ, vt ordinatè, ſed breuiter enarraui *infra q.19.rem.2.n.1.& ſeqq.*

De ſupplicatione, de querela de reuiſione cauſſæ, & de recurſu, quæ ſunt remedia ſubſidiaria aduerſus ſententias inappellabiles ſcripſi *dicta quaeſt.19. remed.3.* vbi videas.

65 Amplia I. nunc præfata omnia, quæ dixi de prohibita facultate appellandi à tertia ſententia, quæ confirmet alias duas præcedentes, de conceſſa facultate dicendi de nullitate, petendi reſtitutionem in integrum, ac alijs vtendi remedijs contra tres ſententias conformes; vt eadem omnia procedant regulariter etiam in ſecunda ſententia, quæ confirmet primam ſi extet ſtatutum, quod non liceat bis appellare, ſed ſemel tantum, quia, ſtante hoc ſtatuto, duæ conformes faciunt rem iudicatam, ſicut tres conformes, vt retuli & ſequutus ſum *infra n.67. ver. declara primo.*

66 Exemplifica primo igitur hanc ampliationem in Vrbe, & toto eius diſtrictu ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis *lib.1.cap.178.* quod ſeruandum eſſe etiam inter diſtrictuales propter verba ipſius ſtatuti, dixit Rot. *diuerſ. deciſ.452. domini concluſerunt. in fine p.1. & eodem c.178. &* 180. cauetur, vt ab ea tantum parte ſententiæ liceat appellare, quæ non eſſet conformis primæ.

Exemplifica ſecundo in ciuitate Lucenſi vigore ſtatutorum *lib.5.cap.4.* & capitulorum Rotæ *cap.29. & 31.* In ciuitate Mediolani vigore conſtitutionum, quas citat Ruginel. *tract. de appell. §.2.c.3.n.217. fol.87.* Et in pluribus Italiæ, & extra Italiam locis, quæ longum, & inutile eſſet recenſere.

67 Declara primo, quod etſi duæ conformes ex diſpoſitione præfatorum ſtatutorum faciant rem iudicatam, ſicut tres faciunt rem iudicatam de iure communi, & ideo ſtatuta prædicta ſunt comprehenſa in clem. 1. *vt calumnijs, de ſent. & re iud.* vt ex Pariſ. *conſ.109 omiſſo pro nunc. n.15. ibi. & cum vigore ſtatutorum verbis. lib.4.* refert & loquitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. p.2. de commiſſ. reſt. in integr. c.1. n.66. fol.197.*

68 Tamen Signatura non ſolet reſcribere ſimpliciter de executione, ſed conditionaliter, quatenus ſtatuto locus ſit, quia videndum eſt, an is, contra quem latæ ſunt duæ ſententiæ conformes, ſit diſtrictualis & ſubiectus ſtatuto, *vt ſcribit Marcheſ. d. cap.1. n.65. fol.197.*

69 Declara ſecundo, vt licet ſtatutum diſponat, non poſſe appellari a duabus conformibus, tamen ſtatutum præfatum non ſe extendit, vbi adſit notoria iniquitas *ſecundum Riminal. quem refert & ſequitur Contar. in l. vnica, limit.9. n.4. verſ. monetur. in fine, C. ſi de momen. poſſ.*

70 Amplia II. vt habeant locum etiam de iure communi in caſibus, in quibus ſemel tantum licet appellare, & caſus ſunt iſti.

Primus caſus eſt, quando ſententia lata ab Epiſcopo fuit confirmata à iudice appellationis, quia tunc non licet alterius appellare, *Spec. tit. de appell. §. quoties in fine. n.6. verſ. item licet regulariter. lib.2. f.193.* dicens quod ſemel tantum licet appellare, & non bis.

Secundus caſus eſt in duabus ſententijs conformibus liquidatorijs, quia faciunt rem iudicatam, ſicut tres, *vt ſcripſi infra limit.9. n.65. verſ. verum aduerte. et limit. 10. num.69.*

Et quod in aliquibus caſibus ſit ſpeciale, vt liceat ſemel tantum appellare, ſcribit Surd. *conſ.163. arbitror ſub n.1. lib.2.*

71 Amplia III. vt habeant locum in vnica ſententia, à qua non ſit appellatum infra legitima tempora, ſeu aliter tranſitum fecerit in rem iudicatam, *iuxta ea, quæ late ſcripſi ſupra quaeſt.12. præſertim n.143.* Quare ſicut, latis tribus ſententijs conformibus, poteſt dici de nullitate, ita etiam dici poteſt, deſerta appellatione, *vt ſcripſi limit. ſeq. n.125. & 129.*

72 Declara tamen hanc ampliationem, dum dicimus, poſſe opponi de nullitate aduerſus rem iudicatam, quia facilius opponitur de nullitate aduerſus rem iudicatam, quia facilius opponitur de nullitate aduerſus rem iudicatam vnius ſententiæ, quam trium ſententiarum conformium, *prout explicaui infra q.19. rem.1. concluſ.4. num.71. & 72. verſ. declara ſecundo.*

73 Pro intelligentia huius tertiæ ampliationis ſcire debes, quod ſententia, à qua non appellatur infra legitima tempora tranſit in rem iudicatam, etiamſi haberet alias duas præcedentes contrarias, quia, tranſeundo in rem iudicatam, eas inficit: quare interponenda eſt appellatio ſemper donec ferantur tres ſententiæ conformes, alias ea ſententia, a qua non fuerit appellatum, tranſibit in iudicatum.

Difficultas poteſt inſurgere in Curia Lucenſi, quando iudex primarum inſtantiarum abſoluit reum, & actor appellat ad Rotam (*quæ conſtituitur tribus iudicibus*) & duo ex eis infirmant eodem tempore ſententiam, condẽnando reum, & alius confirmat iuxta caſum, de quo loquuntur capitalia Rotæ Lucenſis *cap.29.* nam, cum quilibet litigantium habeat eodem tempore duas conformes ſententias, & duæ conformes faciant rem iudicatam in illa Curia, *vt dixi ſupra num. 66. verſ. exemplifica ſecundo.* dubitatur, quis eorum ſit potior, ſtante re iudicata vtriuſque, vel quis eorum debeat appellare.

Reſp. quod idem reus abſolutus debet appellare, quia inquit citatum Rotæ cap.29 *Si verò fuerint infirmata, ſeu reformatæ in totum, vel pro parte à duobus ex eis tantum, tunc infra tempora à ſtatutis permiſſa poſſit appellari dicta à ſententia infirmata, &c.* Sed ſententia, infirmata in caſu propoſitæ difficultatis, eſt ſententia abſolutoria, lata pro reo; Ergo reus debet appellare: & ita in illa Curia ſine controuerſia paſſim ſeruatur.

Ratio eſt triplex. *Prima*, quia abſolutio, confirmans primam ſententiam latam, retinet naturam primæ ſententiæ, à qua iam fuit appellatum. *Secunda*, quia condemnatio contra reum eſt omnino ſecunda ſententia per appellationem interpoſitam. *Tertia*, quia condemnatio eſt lata a duobus iudicibus ſecundarum inſtantiarum, & abſolutio ab vno tantum ex iudicibus ſecundarum inſtantiarum.

Nec obſtat, quod aliter videatur ſentire Spec. *tit. de appell. §. quoties, nu.2 verſ. ſed ſecundum præmiſſa, lib.2. fol.* 193. vbi poſito caſu, quod vnus habuerit pro ſe duas ſententias confirmatorias, & alter pro ſe alias duas, & dubitetur quis ſit prior, cum nulli eorum liceat vlterius appellare, concludit, eum eſſe potiorem, qui prius ſententiam obtinuit, ſiue ſit reus, ſiue ſit actor, quia præſumitur pro ſententia, quam difficultatem ex Spec. refert etiam Abb. *in c.65. ſua nobis n.8. de appell.* dicens, quod Spec. reliquit diſputationi.

Quia reſpondeo, quod in caſu Speculatoris fuerant iam ſuper eodem negotio interpoſitæ quatuor appellationes, & quinto non licebat appellare, & ſic prima ſententia fuerat bis confirmata, *vt loquitur Abb.* & conſequenter nulla ſupereſt difficultas, quod is, qui habuit rem iudicatam trium conformium, eſt potior *per ea quæ ſcripſi ſupra n.1.* nam, ſi ſupponimus quatuor appellationes, neceſſario pro altera parte ſunt tres ſentẽtiæ. Quod ſi Spec. ſupponat exſtare duas ſententias pro vtraque parte, & ab vltima non eſſe appellatũ, tũc ſimiliter res eſt clara, quod illa vltima, à qua non fuit appellatum, facit tranſitum in rem iudicatam, & ſic omni ex parte difficultas caret difficultate in caſu Speculatoris.

LIMI-

LIMITATIO II.

SVMMARIA.

RENVNTIANS *appellationi non poteſt appellare, & hæc eſt ſecunda limitatio, num. 1.*

¶ *Extenditur I. hæc limitatio etiam ſi renuntiauerit ſine ſcriptura, num. 2.*

Extenditur II. vt poſſit renuntiari appellationi etiam in beneficialibus, num. 3.

Extenditur III. vt ſimplex renuntiatio extendatur etiam ad appellationem ab interlocutoria, num. 4.

Extenditur IV. vt procedat in renuntiatione expreſſa, nu. 5. — Exemplificatur hæc extenſio, ampliatur, declaratur & ſubdeclaratur multipliciter, n. 6. & ſeqq.

Extenditur V. vt procedat in renuntiatione tacita, num. 12. — Subextenditur, num. 13. — Exemplificatur primo hæc extenſio quando appellans reddit ad iudicem à quo, n. 14. — Ampliatur multipliciter hæc exemplificatio, num. 15. & ſeqq. — Reſtringitur primo, ſecundo, & tertio eadem exemplificatio, num. 20. & ſeqq. — Infertur Auditoris Cameræ ſtylus concedendi terminum ad ſoluendum, num. 29. & ſeqq. — Reſtringitur quarto, num. 43. & ſeqq. — Reſtringitur adhuc multipliciter, num. 51. & ſeqq. vſque ad nu. 67. incluſiuè. — Exemplificatur ſecundo, & vlterius eadem extenſio, num. 68. & ſeqq. vſque ad num. 83. incluſiuè.

Extenditur VI. vt renuntians appellationi non poſſit adhærere nullitati incluſæ in appellatione, num. 84.

¶ *Sublimitatur I. eadem limitatio, vt non procedat quando renuntiat procurator, n. 85. — Extenditur hæc ſublimitatio multipliciter, num 86. et ſeqq. — Reſtringitur in quibuſdam caſibus, num. 90.*

Sublimitatur II. in cauſis criminalibus, n. 91. — Extenditur, et reſtringitur, num. 92. et 93.

Sublimitatur III. in cauſſis matrimonialibus, & ſtatus, num. 94.

Sublimitatur IV. vt non procedat in præiudicium tertij, ſed ſolum in præiudicium renuntiantis, num. 95. & ſeqq. in quibus latè explicatur, et agitur de expenſarum condemnatione vſque ad n. 124. incluſiuè.

Sublimitatur V. vt renuntiatio appellationis non ſe extendat ad nullitatem, num. 125. — Extenditur, infertur, et declaratur, n. 126. et ſeqq.

1 LImita II. quando appellationi eſt renuntiatum, quia non poteſt is, qui renuntiauit, appellare; *l. 1. in fine principij, ff. à quib. appellat. non lic. Si quis ante ſententiam profeſſus fuerit, ſe à iudice non prouocaturum indubitatè prouocandi auxilium perdidit. Spec. tit. de appellat. §. in quibus, num. 13. verſ. nono, lib. 2 fol. 185. Azo. in ſumma C. tit. quor. appel. non recipian. ſub num. 7. Bal. in l. 42. tale pactum, §. qui prouocauit ſub nu. 10. verſ. quæritur gloſſ. ff. de pact. fol. 140. col. 4.* & ibidem *Iaſ. nu. 7. fol. 179* dicens, non eſſe dubium, quod per pactum expreſſum poteſt renuntiari appellationi futuræ, *Vital. tract. de clauſul. in rubr. an reductionis de arbitrium boni viri, num. 18. tom. 18. fol. 449. Guid. Pap. tract. de appell. quæſt. 118 nu. 85. tom. 5. fol. 61. Feder. Schen. eod. tract. num. 38. verſic. tertio, fol. 56. latè Nicell. tract. de concord. gloſſ. concord 6. numer. 22. verſ. quarto fallit. & fall. 102. n. 142. to. 18. fol. 191. & 197. et latius Rebuff. eod. tract. de appel. art. 15. gloſſ. 1. num. 1. & ſeqq. to 3. fol. 516.* & quod poſſit per pactum renuntiari appellationi, ſcribunt Lanfran. *tract. de arbitr. diuiſ. 7. num. 38. tom. 3. part 1. fol. 218. Alber. tract. de ſtatut. lib. 2. q. 54. n 2. tom. 2. fol. 63. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur. limit. 29. num. 341. fol. 508. & Rebuff. d. art. 15. gloſſ. 1. num. 6. verſ. certum enim, fol. 516.* & quod appellatio effectum aliquem non operetur, ſi appellationi fuerit expreſsè renuntiatum, refert, & ſequitur Ruginel. *tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 79. fol. 75.* & quod non poſſit appellare in ciuilibus, is qui renuntiauit beneficio appellandi, ſcribit Papien. *in pract. in form. appell. a ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis, ſub n. 9. verſ. quæritur vltra, fol. 405.*

2 Extende I. vt procedat etiam ſi renuntiatio ſit facta ſine ſcriptura, quia in pacto, quo renuntiatur appellationi, non eſt neceſſaria ſcriptura ſecundum communem opin. quam refert, & ſequitur Franch. *in c. 70. interpoſita, §. ille denique, n. 21. verſ. ſed dubitatur. de appell.*

3 Extende II. vt partes poſſint renuntiare appellationi etiam in beneficialibus, *Franch. in c. 5. cum ſit Romana, col. vlt ſub num. 16. verſ. ſed aduerte. de appell* & facit quod ſcripſi *ſupra q. 15. n. 9.*

4 Extende III. vt renuntiatio ſimplex appellationis extendatur tam ad appellationem à diffinitiua, quam ad appellationem ab interlocutoria, quare ſi quis ſimpliciter renuntiat appellationi, intelligitur renuntiaſſe tam appellationi à diffinitiua quam appellationi ab interlocutoria, *Franch. in c. 70. interpoſita, §. ille denique, q. 5. n. 6. de appell.*

5 Extende IV. declarando limitationem, vt procedat in renuntiatione expreſſa, vt indicat text. *in d. l. 1. ff. à quibus appell. non lic.* & prout loquuntur multi ex Doctoribus in ea adductis, & quod appellationi interponendæ ab interlocutoria, vel a diffinitiua poſſit renuntiari per pactum expreſſum, ſcribit Rot. *deciſ. 2. alias 287. licet appellationi, n. 1. de renuntiat. in nou.* vbi in fine *d. n. 1.* ſcribit, quod hoc procedit in renuntiatione expreſſa per pactum.

6 Exemplifica primo hanc extenſionem, quando quis per pactum, vel alias expreſſim renuntiat appellationi, *Rebuff. tract. de appellat. art. 15 gloſſ. 1. num. 3. verſ. expreſſa, tom. 3. fol. 516.* & quod dicatur renuntiatum expreſsè, quando adeſt pactum de non appellando, ipſique appellationi interponendæ renuntiatum eſt, & præcipue ſi tale pactum iuratum ſit, refert, & ſequitur Ruginel. *tract. de appellat. §. 9. gloſſ. 1. cap. 1 num. 4. & ſeqq. verſ. expreſſe*, & hæc exemplificatio nullam poteſt recipere dubitationem.

† Sicut etiam renuntiatur per iuramentum reductioni ad arbitrium boni viri, *vt per Rot. deciſ. 2. de arb. in antiquis. Seraſ. de priuil. iuram. priuil. 136.* Idem ſeruatur ſi quis promiſerit ſtare vnicæ ſententiæ, *l. tale pactum, §. 3. qui prouocauit, ff. de pact. Felyn. in c. ex parte, num. 6. de reſcript. Pariſ. conſ. 34. n. 25. lib. 5.*

7 Amplia hanc exemplificationem, vt procedat non ſolum quando pactum eſt reciprocum, ſed etiam quando pactum eſt appoſitum ex parte vnius tantum, quia adhuc valebit, *Franch. in c. 70. interpoſita, §. ille denique, num. 22. verſ. ſecundo dubitatur. de appell.*

Intellige hanc ampliationem iuxta ea, quæ dixi *infra n. 9. verſ. declara. & ſubdecl. 2.*

8 Exemplifica ſecundo in omnibus caſibus, in quibus apertis verbis per pactum renuntiatur appellationi, interpoſitæ, vel interponendæ.

Alios nonnullos caſus renuntiationis expreſſæ ponit Rugin. *tract. de appell. §. 9. gloſſ. 1. c. 1. à n. 4. vſque ad nu. 15.* quos ego omitto, quia videntur conuenire potius renuntiationi tacitæ, vt patebit ex ſeq. exemplis.

Aduerte circa hanc quartam extenſionem, quod renuntiatio appellationis non probatur ex eo, quod is, qui appellauit, dixerit poſtea, quod vult renuntiare appellationi, aliud enim eſt velle renuntiare, & aliud renuntiare, *Rebuff. tract. de appell. art. 15. gloſſ. 3. n. 3. tom. 3. fol. 521.*

9 Declara eandem extenſionem loquentem de renuntiatione expreſſa, vt ſi fiat per pactum habeat locum tam in appellatione interpoſita, quam in appellatione interponenda, quia etiam interponendæ poteſt renuntiari per pactum

pactū, Rot.d.deciſ.2. alias 287. licet appellationi de renunt. in nou. & tam poſt illatum grauamen, ſeu latam ſententiam, quam antea, & tam cum ſcriptura, quam ſine, & tam in iudicio, quam extra, dummodo fiat per pactum, & cōſenſum vtriuſque partis, Franch.in cap.70.interpoſita.§.ille denique n.2.verſ.quæritur prima.de appell.

Secus ſi non fiat per pactum, quia renuntiatio expreſſa ſine pacto tenet quoad appellationem interpoſitam, ſed non quoad appellationem interponendam, quia iuri de futuro non poteſt quis renuntiare ſimpliciter, ſed ſolum per pactum, Rot.d.deciſ.2.alias 287.ſub n.1. & quod
* hæc ſit communis * concluſio Doctorum, quod ante ſententiam, vel grauamen non valeat renuntiatio appellationis vnius partis tantum facta extra iudicium teſtatur Franc. in d.cap.70.interpoſita.§.ille denique.ſub n.2.verſus finem, de appellat. & quod renuntiatio ſimplex ſine pacto non extendatur ad futura, patet ex l.1.C.de pact. & ex Neapol. & Tiraq. in alio caſu retuli, & ſequutus ſum lib. praeceden.cap.5.num.163.in fine. & in his terminis intelligi debet Rebuff.in tract.de appell.art.15.gl.1.num.4. & ſeqq. tom.3.fol.517. cum citet eandem Rotam d. deciſ.2. alias non benè loqueretur.

10 Subdeclara primo extendendo hanc declarationem loquentem de pacto, vt procedat indiſtinctè, ſiue pactum fiat ante litem conteſtatam, ſiue poſt; ſiue ante ſententiam, ſiue poſt, quia per pactum ſemper poteſt renuntiari etiam appellationi interponendæ, Rot.d.deciſ.2.ſub n.1. & Franch.vbi ſupra.

11 Subdeclara ſecundo, diſtinguendo inter pactum factū in iudicio, & pactum extra iudicium de non appellando, vt in primo caſu valeat factum per vnam partium tantum, etiam in abſentia alterius: in ſecundo verò caſu, quando fit extra iudicium, non valet, niſi ambæ paciſcantur, vel ſit ſaltem præſens etiam altera pars, Rot. d.deciſ. 2.n.1.in fine, de renunt.in nou. & Franch.d.§.ille denique, n.2.in fine.

12 Extende V. eandem limitationem, vt habeat locum in renuntiatione tacita, quia renuntiatio appellationis poteſt fieri expreſsè, & tacitè, vt ſcribunt Maran.in ſuo ſpec. par.6.act.2.princ.in verbo, & quandoque appellatur.n.341. limit.29.fol.508.Rebuff.tract.de appell.artic.15. gloſſ.1.ſub n.2.tom.2.fol.516.& Lancellot.tract.de attent. par.2 c.12. de attent.& innou. appell.pend.in præfatione, nu.15.& 19. verſ.primo renuntiatione.tom.5.fol.347. & ampl 2.princ.n. 14.& 15.fol.351. hæcque extenſio ſatis comprobatur ex ſequentibus exemplificationibus, & ex his quæ ſcripſi infra n 69. & ſeqq.

13 Subextende hanc extenſionem, vt in aliquibus caſibus, de quibus ſcripſi infra n.71. & ſub n.90. poſſit renuntiari tacitè, & non expreſsè.

14 Exemplifica primo eandem quintam extenſionem, quando appellator redit, comparendo coram iudice, à quo appellauit, quia tunc, comparendo in eadem cauſſa, tacitè renuntiat appellationi, Franch.in c.17. cum teneamur, ſub n.4.verſ.vltimo tenementi.& in cap.54.ſolicitudinem.q.6.n.10. de appel. Rebuff.tract.de appell.art.15.gl.1. n.7.verſ.tacitè.tom.3.fol.517. Maran.in ſuo ſpec.p.6 act.2. princ.in verbo.& quādoque appellatur.lim.20.n.342.verſ. ſecundo modo,fol.508.& n.424.caſ.10.fol.517.Gabr.in concluſ.lib.2. de appell.concl.2.n.1.Caputaq.deciſ.29. appellationi.n.1.p.1. Lancell.tract.de attent.p.2.c.12. de attent.& innou.appell.pend.in præfatione, nu.15.& ſeqq. verſ.primo renuntiatione. tom.5.fol.347. & ampl.2.princ.n.4.& 5.fol. 351. Ruginel.tract.de appell.§.9.gloſ.1.cap.1.n.41. verſ.in ſuper.Ceſ.Bary.in Bononien.deciſ.154.alia n.2. & quod appellatio non valeat, quando appellans conſentit poſt appellationem coram illo iudice, à quo appellauit, litigare, ſcribit Neap.à Montal.tract.de except.artic.24.contra appellationes,n.10.tom.3.p.2.fol.120.

Comprobatur hæc exemplificatio, quia ſi reus opponat contra iudicem exceptionem incompetentiæ, & poſt oppoſitam exceptionem incompetentiæ compareat, & litiget coram eo, cenſetur renuntiaſſe illi exceptioni, vt ſcribit Lancell.tractat.de attent.part.2.cap.6. de attent.poſt recuſat.num.28. verſ.ſecundo quando. fol.340. & ex Abb. Alex.Maran.Curt.& Ioſ.Cum.retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.cap.10.ſub n.19. verſ.hac concluſio. vbi de com-
* muni * opin.

15 Amplia primo iſtam exemplificationem, vt procedat etiamſi iudex nihil fecerit, quia ſufficit, quod pars coram eo comparuerit, vt ex Felyn.in cap.5.cum ſit Romana.ſub n.10.verſ. tertio conſidera.de appel. refert, & ſequitur Gabr.in concl.d.concl.2.ampl.2.n.3. fol.264.

16 Amplia ſecundo, vt procedat etiamſi compareat non coram iudice à quo, ſed coram alio illius ſuperiore, ad quem tamen non ſit appellatum. Abb. in c.54. ſolicitudinem.not.vlt.ſeu penul.n.4. de appell. quem referunt, & ſequuntur Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo.& quādoque appellatur.lim.29.verſ.ſecundo modo.n.342. in fine. fol.508.& Gabr.in concl.lib.2.tit.de appell.concl.2.ampl.1. n.2.& quod ſi appellans adit inferiorem à iudice, ad quē appellauit, ſuperiorem tamen iudice à quo, videatur renuntiare appellationi, ſcribit Aufr.ad Capel. Tholoſ.dec. 194.an pars grauata n.3. verſus finem, vt puta cum quis à ſententia Epiſcopi appellat, omiſſo medio Archiepiſcopi, ad Papam, &, pendente appellatione, comparet pro eadem cauſa coram Archiepiſcopo.

Contra hanc ampliationem in iſto exemplo motiuat Dec.in d.cap.54.ſolicitudinem. n.13.not.6. & tenet poſtea in fine, n.24.verſ.poſtremo. dicens, quod cenſetur renuntiatum appellationi quoad Papam, ſed non quoad partem, quæ appellauit.

18 Non diſcedo ab ampliatione, quia hæc appellationis variatio non permittitur, vide ſupra q.10.n.3.

Subamplia, vt à fortiori procedat, ſi appellans comparuiſſet coram iudice æquali illi, à quo appellauit, qui æqualis ideo etiam potuiſſet cognoſcere de cauſſa principali, quia cenſetur renuntiare appellationi, ac ſi compareret coram eodem iudice à quo, Dec. d.cap.ſolicitudinem.in fine, de appell.

18 Amplia tertio, vt procedat nedum in principali, ſed etiam in eius procuratore, qui compareret coram iudice à quo, Bellamer.deciſ.137.procurator. dicens, quod ſi procurator poſt præſentatam appellationis commiſſionem, & ſeruatum per eundem terminum compareat citatus coram iudice à quo, dicitur renuntiaſſe appellationi, & potuiſſe renuntiare, & ex Bellam.refert, & ſequitur Gabr.in concl.lib.2.de appellat.concluſ.2.amp.3.n.4.

19 Confirmatur primo hæc ampliatio, quia ſicut principalis, ideſt condemnatus, petendo terminum ad ſoluendum, cenſetur acquieuiſſe ſententiæ, & renuntiaſſe appellationi, vt refert, & ſequitur Gabr.in conc.lib.2.de appell. concl.3.n.1. & dixi infra reſtrict.3.ampl.1.n.28. ita etiam dicimus, ſi procurator terminum petierit ad ſoluendum, quia cenſebitur renuntiaſſe appellationi in præiudicium domini, Felyn.in cap.15.quoad conſultationem.ſub n.7.verſus finem, verſ.limita etiam text.ibi.adde etiam.de ſentent. & re iud.& Gabr.d.concl.3.n.2.

Confirmatur ſecundo, quia hæc eſt tacita renuntiatio, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra in hac quinta extenſione, eiuſque prima exemplificatione n.12.et 14. ſed procurator poteſt tacitè renuntiare, vt retuli, & ſequutus ſum infra n. 71.et ſub n.90.verſ.tertius.

Contra hanc ampliationem tenent in terminis Rota, de qua Caputaq. deciſ.29. appellationi licet.n.1.et 2.part. 1.& Vrſil.ad Affl. deciſ.78. in cauſſa firmani.n.9. & vide quæ ſcripſi.lib.praeced.cap.7.n.487.in fine, et infra ſub lim. 1.n.85.

20 Reſtringe primo nunc quintæ extenſionis eandem primam exemplificationem, poſitam *ſupra nu.* 14. vt non procedat, ſi iudex, poſtquam grauauit, & pars appellauit, citet appellantem ad videndum ſe aggrauari, & reaggrauari, & appellans compareat, & petat prorogari terminum, quia tunc non cenſeri renuntiatum appellationi tenuit Rot. vt ſcribit Achil. de Graſſ. *deciſ.21.alias 247. appellationi, n.1.de appell.fol.*113. quem refert, & ſequitur Lancell. *tract.de attent. p.2.c.12.de attent. & innon.pend. ampl.2.princ.n.11.tom.5.fol.*351.

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia iſte actus tendit ad remouendum grauamen, & eſt factus metu cenſurarum, & ideò non cenſetur renuntiaſſe appellationi, *Achil. de Graſſ.d.deciſ.21.n.2.& ſeqq.*

21 Reſtringe ſecundo generaliter, extendendo præcedentem reſtrictionem, vt non cenſeatur renuntiare, quoties appellans comparet coram eo pro reuocatione grauaminis, & ad docendum de grauamine, quia, cum iſto caſu tendat ad iudicis iuriſdictionem declinandam, non poteſt præſumi quod velit renuntiare appellationi, quia comparitio iſto caſu tendit ad eundem finem, ad quem intendit appellatio, & propterea non poteſt dici, quod iſte faciat actum contrarium appellationi, *Gloſſ.in c.10.ſi à iudice, in verbo.teneris, de appellat.in 6. Rot deciſ.2. alias 287.licet appellationi, in fine, ibi crederem quod ſi actus. de renunt.in nou. Franch.in c.54.ſolicitudinem, ſub n.13. limit. 4.de appell. Felyn.in c.20.gratum, ſub num.8. verſ.ſecundo limita. de offic. & poteſt.iud. deleg. Aufr. ad Capel.Tholoſ. deciſ.194.an pars grauata.ſub numer.4.fall.6.& 7. Gabr.in concluſ. lib.2. de appell.concl.2. limit.3.num.*14. qui alios
* allegat, & hanc eſſe communem* opin. teſtantur & ſequuntur Soce. *conſ.21.abundè & diffusè, ſub num.3.verſ. confirmo hoc, lib.4.* & Dec. *in c.54 ſolicitudinem, in 6.not. ſub num.13.de appell.* quicquid aliter de ipſo Dec. ſentiat Gabr. *vbi ſupra* imo iſte actus comparationis pro reuocatione grauaminis tendit ad augmentandum deſiderium appellantis, *Felyn. vbi ſupra.*

22 Subreſtringe primo, declarando iſtam reſtrictionem, vt procedat, & ſit vera, quando appellans comparet coram iudice à quo ad effectum, vt is deſiſtat à proceſſu, & alio futuro grauamine, quod appellans timet, vt puta, ſi ille, qui à ſententia diffinitiua, contra eum per Auditorem Cameræ lata, ad ſedem Apoſtolicam appellauit, & poſt appellationem comparet coram Auditore, & producit ſua iura, vt ei oſtendat, ſuam ſententiam fuiſſe iniuſtam ad iſtum finem, vt idem Auditor à dictæ ſententiæ executione recedat; nam iſto caſu ſuæ appellationi renunciare non videtur, *Rot.deciſ.63.alias 476.ſi ille, de appell.innou.* quam referunt & ſequuntur Franch. *in cap.17. cum teneamur. ſub num.4. verſ.vltimo tene menti, ibi, ſecus ſi litigas vel petat.de appellat. Felyn. in d.c.gratum ſub num.8.limit.2.de offic. & poteſt.iud.deleg. & Maran. in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo, & quandoque appellatur. in fine, num.425. fol.517.* & inepte eandem referunt & ſequuntur Gabr. *d.concl.2.nu.27.& Aufr.ad Capel. Tholoſ. d. deciſ. 194. vtrque fall.12.* ſed forſan eſt corrupta impreſſio, ſeu quando appellans comparet coram eo per modum ſimplicis informationis, vt loquuntur Gemin. *in d.c.ſi à iudice, num.4 de appell.in 6.* Felyn. *d.limit.2. Dec. in eod.cap.gratum, ſub num.21. limit.2.* & Gabr. *d.concl.2. lim. 3.n.15.verſ.ſed dum, & n.31 limit.*15. quia iſto caſu dicitur aditus extraiudicialiter, & ideo non poteſt dici, quod ſit renuntiatum appellationi, iuxta ea quæ ſcripſi *infra n.24.& n.73.verſ.contra.*

Secus eſt, ſi appellans comparet coram eodem iudice, vt procedat ad aliquem actum, qui non poſſet expediri, niſi virtute iuriſdictionis, & eiuſmodi iuriſdictio ſit ſuſpenſa, quia tunc, faciendo actum contrarium appellationi, videtur velle renuntiare appellationi, alias videretur velle eſſe ſibi contrarius, quod in dubio non creditur, & in expreſſo non permittitur: & ideo in caſu præcedenti, poſito initio huius ſubreſtrictionis, ſi appellans peteret ab Auditore Cameræ, à quo appellauerat, vt pronuntiaret ſuper executione non facienda, vel citaret partem ad dicendum contra, diceretur renuntiare ſuæ appellationi, quia tales actus ſunt contrarij ſuſpenſioni iuriſdictionis, *Rot.d.deciſ.63.ſi ille.in fine, de appell.innou.* & quod comparendo iudicialiter coram eodem iudice ad finem reuocandi grauamen, dicatur renuntiaſſe appellationi, quamuis illa comparitio tenderet ad eundem finem, ad quem tendit appellatio, tenet Dec. *in d.c.20. gratum ſub num.21 limit.2. de offic. & poteſt.iudic.deleg.* & quod appellans, comparendo poſt appellationem coram iudice à quo, & petendo reuocari grauamen per interlocutoriam, & acceptando dilationes cum monitionibus, dicatur renuntiare appellationi, quia ſunt actus, qui non poſſunt fieri ſine iuriſdictione, tenuit Rot. vt teſtatur Achil. de Graſſ. *deciſ.19.alias 245. appellationi, num.1.& 2. de appell.fol.*112. & ſic apparet, quod, ſi appellans procedat iudicialiter coram eodem iudice ad aliquem actum, qui non poteſt exerceri ſine iuriſdictione, cenſetur indiſtincte renunciare appellationi, quia per appellationem ſuſpenditur iuriſdictio, & procedendo iudicialiter ad aliquem actum in eadem cauſſa iuriſdictio non poteſt ſtare in ſuſpenſo.

23 Ratio rationis, quia ſicut proteſtatio, contraria facto, non tenet per ea, quæ dixi *infra reſtr.4 n.43.* quia plus eſt factum, quam verba, & voluntas magis facto quam verbis
* exprimitur, *c.52.dilecti filij, & ibi communiter *Canoniſtæ, de appell. & Rot.diuerſ.deciſ.811.dubitani n.20. verſ.plus, & num.21.p.1.* res enim magis quam ſermo loquitur, *Tiraq. tract.de retract.conuen.ad finem, ſub 6.76.verſ.ſed vt demus,* ita etiam appellatio, quæ conſiſtit in verbis tollitur per actum contrarium.

24 Confirmatur prima pars huius ſubreſtrictionis, quia ſi iudex, à quo appellatum fuit, adiretur non tanquam iudex, ſed tanquam bonus vir, vt reducat partes ad aliquam compoſitionem, ſeu concordiam, non dicetur renuntiatum appellationi, *Felyn in d.c.20.gratum limit.9. n.11 de offic. & poteſt.iud.deleg. Aufr.ad Capell.Toloſ.deciſ.194. an pars grauata, fall.4.ſub n.4. & Gabr.in concl.lib.2.de appel. concl.2.limit.6.num.*20.

Contra ſecundam partem huius ſubreſtrictionis: quod enim appellans poſſit ſuper grauamine illato, & ſuper innouatis pendente appellatione comparere coram eodem iudice à quo, & non ſolum coram eo docere iudicialiter de grauamine, ſed petere expreſſe reuocari grauamen, & ſuper reuocatione pronuntiari, citata parte, tenuit contra Rot. ſupra citatam Franch. *in d.c.17. cum teneamur, n.5. verſ.ſed dubitatur, & latius in c.54. ſolicitudinem, ſub num.13. limit.4.eod.tit.de appell.*

Non recedas à reſtrictione, quæ tenetur communi-
* ter,*

25. ſubreſtringe ſecundo, vt procedat in caſu, de quo ſcripſi *infra n.69.* vbi etiam illum declaraui.

26 Reſtringe tertio, vt non habet locum in appellatione interponenda, quia licet, quis, comparendo coram iudice à quo, cenſeatur regulariter renuntiare appellationi interpoſitæ, tamen non cenſetur renuntiare appellationi interponendæ; quare ſi quis, lata ſententia, & pendente termino ad appellandum, compareat coram iudice, qui ſententiam tulit, non dicitur renuntiaſſe appellationi interponendæ, id eſt, iuri appellandi, *Felyn.in d.c.20.gratum, ſub n.7. verſ.not.et ibi, de off.et poteſt. iud.deleg. et alij, quos refert et ſequitur Gabr.in concl.lib.2.de appel.concl.2.*
* *limit.4.n.5.et 6.* vbi teſtatur, & ſequitur eſſe communem *
* opinionem, & quod videatur communis * teſtatur, licet non ſequatur Dec. *in d. cap.gratum, ſub num.19.verſ.ſed*

ad-

Digitized by Google

aduertendum eſt, iuncto num.praced. & quod ſi quis ante interpoſitam appellationem, ſed pendente tempore ad appellandum, compareat, & litiget coram iudice, qui tulit ſententiam, non dicatur renuntiare, ſeu deſerere appellationem, tenet etiam Maran.*in ſuo ſpec.part.6. act.2. princip.in verbo, et quandoque appellatur.num.424.caſ.10. fol.517.*

Contra hanc reſtrictionem; permiſſa diſputatione, & relata quadam diſtinctione, concludit Rot.*deciſ.2.alias. 287. licet appellationi,in fine, ibi, crederem quod ſi actus.de renunt.innou.*dicens, quod ſi feratur contra me interlocutoria, & ego infra dicendum mihi datum ad appellandũ compareo coram prædicto iudice, qui interlocutoriam protulit, & coram eo produco teſtes, vel facio aliquem actum, cenſeor renuntiaſſe iuri appellandi à dicta interlocutoria, quia ſi iſta renuntiatio cenſetur facta, etiam ſi appellatio eſſet interpoſita, a fortiori cenſebitur facta appellationi interponendæ; quia facilius renuntiatur iuri quærendo, quam quæſito; dummodo actus, quem facio non ſit actus declinatorius iuriſdictionis, ſed potius approbatorius, hancque eadem opin. contra reſtrictionem tenet etiam Dec.*d cap.gratum.ſub nu.19.verſ.ſed aduertendum. & n.29.de offi. & poteſt.iud.deleg.* & quod facilius renuntietur iuri quærendo, quam quæſito, late comprobat Tiraq. *tract.de retract.lign.§.1.gloſſ.9.n.125. verſ.imo videmus.fol.74.* & latius patet ex his, quæ ſcripſi *lib.praced.c.2.ſub num.290.& ſeqq.verſ.reſtringe eandem.*

Comprobatur primo hæc opinio contra reſtrictionẽ, quia paria ſunt, pendere appellationem, & terminum ad appellandum, vt ex Ang.de Aret. refert, ſed non omnino ſequitur Felyn.*in cap.15.quoad conſultatione, ſub n.5.verſ. propter difficultatem.in fine, de ſent.et re iud.* & quod paria ſint, & ideo iudex ſicut non poteſt procedere, pendente appellatione, ita non poſſit procedere, pendente termino ad appellandum, ſcribunt Gloſſ. Bal. Corſet. & alij, quos retuli & ſequutus ſum *lib.1.cap.97. numer.47. verſ. paria.*

27 Comprobatur ſecundò, quia præſumptio renuntiationis ex actu geſto coram iudice oritur ex contrarietate, quæ reſultaret inter appellationem, & actum geſtum; quia per appellationem declinatur iuriſdictio iudicis, & per actum coram ego geſtum inducitur conſenſus in iuriſdictionem, quæ cum ſint incompatibilia, vnum excluditur alterum, ſed quia actus factus poſt appellationẽ eſt quid facti, & poſterior, merito excludit appellationẽ, tum quia voluntas magis facto quam verbis oſtenditur, tum quia poſteriora derogant prioribus: Sed hæc contrarietas & incompatibilitas conſideratur etiam in appellatione, quæ poſſet interponi, quia grauatus, dum redit ad iudicem grauantem a quo poſſet ſe eximere, & declinare eius iuriſdictionem, conſentit in eundem iudicem grauantem: Ergo non poteſt ei remanere ius appellandi, quod eſſet contrarium huic conſenſui; & hac confirmatione vtitur Dec.*vbi ſupra.*

28 Réſenta, ſi placet, hac opinione contra reſtrictionem.

Amplia primo hanc opin. vt maxime procedat, quando actus, quem facit appellans, concernit ipſam ſententiam, & tendit ad executionem ipſius, quia tunc certius videtur renuntiare iuri appellandi ſecundum, diſtinctionem, quam ex Io: de Lign.refert Rot. *d. deciſ.2. licet appellationi verſus finem, ibi, dominus et pater, de renunt.innou..Abb.in cap.54.ſolicitudinem. in fine.ſub num.10. verſ. vlterius aduerte.ibi.conclude ſic, et Franch. ſub num.14.limit.5.verſ.non obſt.tex.de appel.Felyn.in d.cap gratum.ſub num.7.verſ.intellige primo, et Dec.ſub numer.20.ibi. et hoc fatetur ipſe.de offic. et pot.iud.deleg..Aufr.ad Capel.Tholoſ. deciſ.194.an pars grauata. ſub num.2.*& alij, quos refert & ſequitur Gabr. *in concluſ.lib.2. de appell.concl.2.numer.7. verſ. primo ſublimita.*

Pone primo caſum huius ampliationis in ſentẽtia diffinitiua iuxta *l.5.ad ſolutionem.C.de re iud.*vbi dicitur, quod ſi condemnatus petat tempus ad ſoluendum id, in quo condemnatus eſt, videtur acquieuiſſe ſententiæ, nec poteſt appellare, prout hoc exemplum adducunt & tenent Rot.*d.deciſ.2.ſub numer.2..Abb.in c.15. quoad conſultationem.num.15.verſ. et tam circa primam, Felyn.num.6.et 7. limit.1.et 2.de ſent.et re iud. Abb. in d.cap.54.ſolicitudinem.in fine, ſub numer.10.de appell.Rebuff. tract. de appell. art.35.gloſſ.1.num.16.tom.3.fol.517.Gabr. in concl.d.concluſ.2 num.8. verſ.prout in recipiente.* & quod ſoluens vel aliud faciens ſponte iuxta ſententiam latam dicatur renuntiare appellationi, ſcribit Petr.de Bellap. *in l.11.cum ex cauſſa, ſub n.2 ff. de appel et relat.* & ita ſentit etiam Card.Alex.*in cap.61.cum ſpeciale §.porro.ſub num.10.poſt medium.ibi, niſi talis confeſſus.de appell.*dicens, quod ſi debitor meus veniat ad iudicium, & ad mei inſtantiam confitetur debitum, & ſponte ſuſcipit præceptum de ſoluendo penes acta, non poteſt poſtea infra decem dies appellare.

Pone ſecundo caſum in interlocutoria, qua iudex admittit articulos; ſeu mandat examinari teſtes, & pars, contra quam mandat examinari petit terminum ad dandum interlocutoria, vide *infra ſub n.35. verſ.pono.*

29 Infero, ex hac ampliatione ortum eſſe ſtylum Auditoris Cameræ concedendi ſponte petentibus terminum triginta dierum an ſoluendum, quia, petendo terminum, renuntiant iuri appellandi, ſicq; licet creditor videatur grauari in conceſſione termini, tamen recompenſatur in hoc, quod debitor, ſuſcipiendo terminum, confitetur debitum, & renuntiat iuri appellandi; non enim conceditur terminus, niſi prius eodem contextu fateatur debitum.

30 Dilata primo hunc ſtylum, vt procedat etiam ſi lapſi ſint illi decem dies, quos notarius præfixit debitori in præcepto guarintigiæ, quia de ſtylo adhuc poſſet iudex concedere alium terminum, *vt ſcripſi ſupra lib.1.c.62.ſub n.18.verſus finem.*

31 Dilata ſecundo vt procedat etiam ſi debitor expreſſe in inſtrumento renuntiauerit ſuſceptioni termini, quia nihilominus Auditor Cameræ, ſiue eius Locumtenens in ciuilibus poteſt arbitrio ſuo præfatum terminum triginta dierum concedere.

32 Dilata tertio, vt Auditor Cameræ poſſit concedere præfatum terminum debitoribus, etiam in alijs tribunalibus conuentis, & condemnatis, & vigore dicti termini ſuſcepti inhibere, & ſuſpendere executiones durante dicto termino.

33 Dilata quarto vt præfatum terminum poſſit Auditor Cameræ concedere etiam poſt factam executionem, ſed ſub hac conditione, quia debitor ſubhaſtationi, & deliberationi pignoris conſenſerit, qui conſenſus idem importat, quod renuntiare etiam termino, qui ſolet aſſignari ad reluendum.

34 Tempera eundem ſtylum, vt non procedat, quando debitor ſuſcepiſſet alium terminum, ſiue coram alio iudice, ſiue coram Auditor Cameræ; qui ideo terminum ſolet concedere, quatenus alius terminus non ſit ſuſceptus; quia, ſi eſſet ſuſceptus, poſſet creditor debitorem citare ad videndum mandari exequi, attento, quod ipſe debitor alias terminum ſuſcepit, quia citatione reproducta, obtinet mandari exequi, niſi ad p.d.cum intimatione; & ſimiliter ſi eſſet facta executio, & terminus eſſet ſuſpectus ſine prædicto conſenſu de ſubhaſtatione, & deliberatione pignoris, procederetur ad executionem vt ſupra.

35 Subamplia primo eandem primam ampliationem, vt procedat etiamſi appellans non ſuo ſpontaneo motu terminum petierit, ſed acceptauerit terminum, ſeu præceptum,

Digitized by Google

ptum, ſibi à iudice factum de aliquid faciendo infra talem terminum; quia per hanc acceptationem dicetur ſimiliter renuntiare iuri appellandi, Franch. *in cap. 54. ſolicitudinem. ſub n. 14. verſ. aliquando, & quarto. de app.* & Card. Alex. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 28. verſ. pone primo. in fine*, loquentem in eo, qui ſponte ſuſcipit præceptum, ſibi factum a iudice, & clarius Felyn. *in cap. 15. quoad conſultationem. nu. 7. limit. 2. ibi. ſed certe negari non poteſt de ſent. & re iudic.* & Dec. *in c. 20. gratum, ſub n. 20. ibi. & hoc fatetur ipſe de off. deleg.* dicens quod idem videtur eſſe ſpõte terminum petere, vel acceptare terminum, ſibi datum à iudice, quia non neceſſitabatur illum acceptare ex quo poterat, appellando, decedere a iudice, & ſic actus, inquit, ſemper videtur eſſe voluntarius.

Pono hunc caſum in iſta ſubampliatione: Iudex nudius tertius mandauit me contradicente, concedi liberas remiſſoriales ad examinandos teſtes; hodie præfigit mihi terminum duorum dierum ad dandum interrogatoria: & ego do interrogatoria: certe, dando interrogatoria, renuntiatio facultati appellandi à conceſſione literarum ſubſidialium ſecundum hanc ſubampliationem: & bene probatur iſte caſus ex his quæ ſcribunt Hoſt. & Ioann. Andr. quos retuli, & ſequutus ſum *infra n. 43. verſ. reſtringe quarto*.

Contra hanc ſubampliationem tenet Io. de Imol. *in c. 15. quoad conſultationem. u. ... de ſent. & re iud.* quem referunt & ſequuntur Franch. Aret. *in c. 36. ſignificauerunt. col. 3. ſub u. 14. de teſtib.* Felyn. *in d. cap. gratum n. 8. verſ. ſecundo intellige.* & Gabr. *in concluſ. lib. 2. de appell. concl. 3. n. 4. & latius concluſ. 2 ſub n. 9. verſ. contrarium.*

36 Confirmatur hæc opinio contra ſubampliationẽ, quia facient actum ex neceſſitate ſuccurritur: & ideo coacte ſoluens poteſt ſolutum condictione indebiti repetere, *vt ex Bart. Aſin. Franch. Aret. Felyn. & alijs retuli, & ſequutus ſum quæſt. præced. limit. 1. n. 49. verſ. defenditur primo*, & obligato ad ſatiſdandum ex neceſſitate magis ſubuenitur, quam obligato ex voluntate, *ſecundum ea, quę retuli ſupra quæſt. 15. num. 139. in fine, & n. 140.* & iudicans inter duos ſuper re, pertinente ad ipſum ferendo ſententiam pro vno, non præiudicat ſibi, quia hoc facit ex neceſſitate officij, *ad notata per Canoniſtas in c. 21. ſuborta. de ſentent. & re iud. Franch. Aret. in c. ſignificauerunt. n. 14. & Felyn. d. c. quoad conſultationem. limit. 2. ſub nu. 7.* & quod vbi gubernator ciuitatis interponit decretum in tranſactione ipſius ciuitatis non præiudicet iuri ſuo, quòd habet in bonis, contentis in tranſactione, quia tale decretum interponitur ex neceſſitate officij, ſcribit Paul. de Caſtr. *in conſ. 423. quin ſcio. ſub u. 2. verſic. ſecundo vidẽdum. & verſ. nec obſtat. lib. 1. & clarius Crauet. tract. de indemnit: mulier ſub n. 2. tom. 6. p. 2. fol.* 281. licet ipſe *n. 38. fol.* 283. contrarium dicat in aduocato, dicens, quod ſi filius exhęredatus aduocauerit, ſeu patrocinium aduocati prętiterit pro legatario, cenſetur approbare teſtamẽtum, nec poteſt illud querelare, quia licet officium aduocati ſit publicũ, & cogatur pro alio patrocinari, tamen non cogitur poſtulare pro alio contra ſe ipsũ de qua re potes videre, quæ latius ſcribit Tiraq. *tract. de retract. lignag. §. 1 gl. 9. n. 267. et 268. fol. 99.*

Confirmatur ſecundo, quia actus, qui conſiſtunt in patiendo, nõ arguunt conſenſum, & conſequenter nõ inducunt renuntiationem appellationis, *Ant. de Butr. Felyn. et alijs, quos retuli, & ſequutus ſum infra n. 56. reſtrict. 8.*

Quidam diſtinguuntur inter ſuſceptionem termini ſine acceptatione, vt iſto caſu non dicatur renunciare appellationi, ex quo iſte actus ſonat in pati; & inter acceptationem termini, vt iſto caſu dicatur renunciare appellationi, prout hoc duos caſus tanquam diuerſos conſiderat Franch. *in c. 54. ſolicitudinem, ſub n. decimoquarto limitat. 4. verſicul. aliquando, & tertio, & verſicul. aliquando, & quarto de appellat.*

Alij ſimiliter, neutram opinionem ſimpliciter ſequentes, vtramque fędere diſtinctionis conciliare videntur: Aut enim, ſuſcipiendo terminum, facit actum, tendentem ad executionem grauaminis: & dicitur renuntiare facultati appellandi, *Anc. de Butr. in c. 15. quoad conſultationem. ſub nu. 13. verſ. oppono quod per ſuſceptionem termini. ibi. ſi ſuſcipit ad executionem ſententię. de ſentent. & re iudic.* & videntur cum eo ſentire Abb. *ibidem, ſub n. 13. verſic. an autem per hoc, & in cap. 54. ſolicitudinem. in fine, ſub nu. 10. ibi. aut ſponte non egit, de appell. & Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 195. an pars grauata, ſub n. 2.* dum Abb. vtroque loco, & Aufr. aperte innuunt, quod, ne renuntiet facultati appellandi, quando ſuſcipit terminum ſibi præfixum, non debet facere actum executiuum grauaminis præteriti. Aut, ſuſcipiendo terminum, non facit actum, tendentem ad executionem grauaminis, & tunc non dicitur renuntiare facultati appellandi, *Ant. de Butr. Abb. & Aufr. in locis ſupra proximè citatis*: quare acceptando terminum ad deliberandum abſque dubio non cenſetur renuntiare appellationi interponendæ, nec conſentire in iudicem, *Franch. in d. c. 54. ſolicitudinem. ſub n. 14. limit. 4. verſ. primo quod de appell.*

Contra hanc conciliationem; quod enim indiſtinctè non dicatur renuntiare facultati appellandi is, qui coacte ſuſcipit terminum ſiue tendat ad executionem præcedẽtis grauaminis, ſiue non; tenent Imol. & Aret. *in locis ſupra proximè citatis, Felyn. in d. cap. gratum. n. 8. & Soc. in conſ. 104. viſis compromiſſo. in fine, n. 24. verſ. confirmatur. libr. 4.* qui loquuntur de termino ad ſoluendum, qui eſt actus tendens ad executionem ſententiæ, & tamen dicunt, quod ſi ſit præfixus à iudice, & acceptatus à condẽnato, non per hoc renuntiat appellationi interponẽdæ.

37 Quid dicendum? Ego teneo indiſtinctè ſubampliationem, ſiue actus tendat ad executionem grauaminis ſiue non, dummodo ſit in eadem cauſſa, & actus ſit iudicialis, & moueor, quia paria ſunt petere terminum ſeu actũ ſponte facere, vel ſuſcipere terminum præfixum, *vt retuli in ipſa ampliatione*: ſed quando terminus petitur, ſeu ſit alius actus ſponte, indiſtinctè renuntiatur facultati appellandi, *per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra contra tertiam reſtrictionem in ſecunda comprobatione. nu. 27. & clarius infra n. 42. ampl. 2.* ergo.

Nec multum curandum eſt de quibuſdam auctoritatibus in contrarium adductis: nam Felyn. qui *in d. cap. gratum. nu. 8.* tenet contra hanc ſubampliationem; poſtea, re maturius diſcuſſa, tenet ſubampliationem *in c. 15. quoad conſultationem.* prout eum citaui in ipſa ſubampliatione, & Gabr. quem etiam citaui contra ſubampliationem, male allegat ipſum Felynum *in d. c. quoad conſultationem.* & Soc. quem citat, & nos citauimus hic ſupra contra conciliationẽ male videtur citare Antonium de Butr. & Abb. quare, cum Doctores in hac difficultate confuſe loqui videantur, & non fideliter allegentur, inhęrendum eſt rationibus & grauioribus auctoritatibus.

38 Subamplia ſecundo eandem ampliationem, vt cenſeatur renuntiare iuri appellandi non ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed etiam quoad effectum deuolutiuum, pręſertim in caſibus, in quibus à iure, vel ſtatuto prohibetur appellatio ſuſpenſiua.

39 Subamplia tertio, vt per ſuſceptionem termini cenſeatur renuntiare non ſolum iuri appellandi, *vt dixi*, ſed etiã iuri agendi, & repetendi ſolutũ condictione indebiti.

40 Intellige primo reſtringendo has ampliationes, & ſubampliationes, vt procedant, quando appellans facit illum actum executiuum ſententiæ ex certa ſcientia, vt puta, quia ex certa ſẽtentia petit terminum ad ſoluendũ; ſecus autem ſi eum petat per errorem, quia, petendo per errorem, non renuntiat appellationi, aut iuri appellandi,

landi, *Felyn in c.15.quoad conſultationem, n.7.verſus finem verſ.limit.etiam, de ſent & re iud. et Gabr. in concl.lib.2.tit. de appell.concl.3.lim.4.n.13.*

Ratio eſt, quia ad inducendam renuntiationem, requiritur conſenſus; ſed nihil magis contrarium conſenſui, quam error.

41 Intellige ſecundo reſtringendo, vt procedant, quando condemnatus ſuſcipit ſponte terminum ad ſoluendum, ad quem ſuſcipiendum nullo iure cogitur, & ita procedunt, quæ ſcripſi, ſeu ſponte offert ſe ſoluturum, *Gabr. d. concl.3.ampl.3.num.5.*

Secus autem eſt, quando condemnatus ſine alia termini ſusceptione ſoluit, & ſumus in caſu, quo ex forma ſtatuti debet ſoluere, & poſtea, ſi vult, repetere; quia iſto caſu, ſoluendo etiam ſine vlla proteſtatione, non cenſetur renuntiare appellationi, quia facit actum ex neceſſitate, *Gabr. eadem concl.3.nu.10.& 11. & Vrſil. in annot. ad Affl. dec.78. in cauſſa firmani. ſub nu.7. ibi aduerte rogo*, & quod ſoluens coactè non dicatur renuntiare appellationi, ſcribit Petr. de Bellap. *in l.11. cum ex cauſſa, ſub nu.2. ff. de appell. & relat.* & facit ad hoc confirmatio contra primam ſubampliationem, quam poſui *ſupra num.36.*

Ratio diuerſitatis eſt manifeſta, quia is, qui ſoluit coactè, non conſentit ſolutioni, & renuntiatio præſumitur ex conſenſu; Ceſſante ergo conſenſu non poteſt præſumi renuntiatio: At is, qui ſuſcepit ſponte terminum, conſenſit ſuſceptioni.

Infero ex hac ſecunda intelligentia, quod condemnatus, ſi ſolueret in caſu, quo poſſet non ſoluere, diceretur, ex illa ſpontanea ſolutione acquieuiſſe ſententiæ, & renuntiaſſe appellationi etiam futuræ, *Gramm. decis.103. illuſtr. marchioniſſa, num.40. in fine, & n.41. & Gabr. d. concl.3. ampl.4. num.7.* & quod ſolutio, ideſt; diuiſio bonorum, facta poſt ſententiam, inducat receſſum à reclamatione, ſcribit Affl. *deciſ.78. in cauſſa Firmani, ſub num.3. verſ. item quia.*

42 Amplia ſecundo eandem opin. retentam *ſupra ſub nu.26.* vt procedat etiam in condemnato, qui ſponte petit terminum à iudice ſuper alio articulo, quia hoc ipſo cenſetur renuntiare facultati appellandi, *vt ex Rot. & Abb. refert, & ſequitur Gabr. in concluſ. lib.2. de appell. conclu.2. ſublimit.2. num.10.* & hanc eſſe communem * opin. teſtatur, & ſequitur Franch. *in c.54. ſolicitudinem, ſub num.14. verſ. aliquando & ſexto, de appell.*

43 Reſtringe quarto eandem primam exemplificationem, poſitam *ſupra n.14.* vt non procedat quando comparens coram iudice à quo proteſtatur, quod propterea non intendit renuntiare appellationi, quia hæc proteſtatio operatur, ne cẽſeatur renuntiatum appellationi *Hoſt. et Io. Andr. in c.36. ſignificauerunt, ſub nu.3. in verbo, infra 10. dies, de teſtib.* dum ſcribunt, quod ſi iudex me grauauit per aliquam interlocutoriam, & poſtea aſſignauit mihi aliam diem ad aliquem articulum expediendum, & ego accepto dilationem, caute faciam, ſi dicam: Domine, grauaſtis me per talem interlocutoriam; quare diem iſtum recipio, ſaluo mihi iure appellandi infra decem dies, *Cyn. in l.5. ad ſolutionem, C. de re iud. fol.463*, dicens quod, ſi quis petat dilationem ſub proteſtatione, non conſentit condemnationi, quia proteſtatio declarat contrarium conſenſum, & ex Cyn. refert. & ſequitur Gab. *in concluſ. lib. 2. tit. de appell. concluſ.3. limit.5. n.13.* & in proprijs terminis ſcribunt Guid. Pap. *tract. de appel. q.58. n.44. tom.5. fol.59. et latius deciſ.364 ſi quis coram iudice, Gabr. d. lib.2. de appell. concl.2. limit.10. n.24. et Aufr. ad Capell. Toloſ. deciſ.194. an pars grauata n.3.*

44 Comprobatur hæc reſtrictio, quia licet comparens, & litigans coram iudice, coram quo prius oppoſuerat exceptionem incompetentiæ, cenſeatur renuntiaſſe illi exceptioni, vt dixi *ſupra num.14. verſ. comprobatur.* tamen, ſi compareat cum proteſtatione, quod per illum actum, quem facit, non intendit aliquo modo conſentire in eius iuriſdictionem, niſi ſi & quatenus arctetur à iure, non cẽſetur renuntiaſſe illi executioni, *Lancell. tract. de attent. p.2. c.6. de attent. poſt recuſat. nu.29. tom.5. fol.340.* & ex Iaſ. Decc. & Maſuer. retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1. c.101. ſub n.19. verſ. an autem.*

Contra iſtam reſtrictionem ſentit, re non bene diſcuſſa, Ruginell. *tract. de appell. §.9. gloſſ.1. c.1. num.41. verſ. inſuper.*

45 Confirmatur hæc opinio contraria reſtrictioni, quia proteſtatio tollitur per factum contrarium proteſtationi, vt ex regula firmat Felyn. *in c.9. cum N. Ferrarienſis, p.5. num.77. de conſtitut.* & quod proteſtatio tollatur per factum contrarium, quando factum explicatur, id eſt, perficitur, declarant Abb. *in c.54. ſolicitudinem, ſub nu.8. ibi, ſed tu dic vt dixi ſupra, et Dec. n.21. et 22. verſic. in gloſſ. et verſic. an autem proteſtatio, ibi, ſecus ſi factum contrarium, et ibi, et ſecundus caſus, de appell. et Put. deciſ.380. in vna Placentin. ſub nu.1. et 4. ibi ſed ſecus eſt lib.2.* vbi de magis * communi * opin.

46 Retenta reſtrictione.

Amplia eam, vt nullo caſu quis per actum contrarium appellationis cenſeatur renuntiare appellationi interpoſitæ, vel interponendæ, quando ita proteſtatur, *Franch. in c.54. ſolicitudinem, nu.17. verſ. tertio, et vltimo adde appell.* licet enim proteſtatio ſit contraria facto, tamen iuuat proteſtantem quouſque reijciatur per iudicem, & non audiatur, & in his quæ dependent à ſolo animo proteſtantis, ſed poteſt ſibi in futurum denegari audientia, tanquam ſibimet contrario: ſatis tamen eſt, quod, ſi audiatur valet proteſtatio in iudicialibus, *Franch. in d.c. ſolicitudinem, ſub n.18.* quare licet alias excommunicatus, petendo abſolutionem coram iudice à quo, cenſeatur renuntiare appellationi interpoſitæ, tamen ſi proteſtatur, quod non intendit renuntiare appellationi, poterit petere, & obtinere abſolutionem à iudice à quo abſque renuntiatione appellationis, & hoc vigore dictæ proteſtationis, *Franch. in d.c. ſolicitudinem, n.16. verſ.2. adde.*

Contra iſtam ampliationem poſſent multa adduci ex dicendis in ſequentibus ſubreſtrictionibus, ideo de ea magis dubito, quam confido.

47 Retenta igitur rurſus reſtrictione ſine iſta ampliatione.

Subreſtringe primo, declarando eandem reſtrictionem, vt procedat quando comparens non explicat, ſeu, inquam, non perficit actum, pro quo comparet, ſicq; remanet ſola comparitio cum proteſtatione; quia tunc proteſtatio, contraria facto, valet, *vt ſcribunt Abb. Dec. et Put. in locis ſupra proxime citatis*; vtputa quia factum contrarium principio non admittitur, ſeu à principio opponitur illi de contrarietate, & ideo impeditur, *vt loquuntur idem Abb. et Dec.* & quod non dicatur renunciatum appellationi, quando, præmiſſa proteſtatione, aliquid geritur coram iudicem à quo, & aduerſarius opponit, quod actus non procedit ratione contrarietatis, ſcribit Aufr. ad Capel. Toloſ. *dec.194. an pars grauata fall.1. n.4.*

Secus eſt, ſi actus, contrarius proteſtationi perficitur, nemine opponente, quia tunc proteſtatio dicitur facto contrario ſublata, *vt ex Abb. Dec. et Put. retuli et ſequutus ſum præced. confirmat n.45.* Quare ſi reus prius recuſauerit iudicem, & deinde comparuerit coram iudice recuſato citra conſenſum in iuriſdictionem, & obtinuerit, iurare teſtes, alioſq; fecerit actus ſemper cum proteſtatione, diceretur renunciaſſe recuſationi, & proteſtatio vitiatur ex quo iudex eum non repulit, & conſequenter proceſſus & actus, facti poſt recuſationem, ſunt validi, prout deciſum fuiſſe in Rota teſtatur, & ſequitur Put. *d. dec.380. ſub n.1. et ſeq. lib.1.* ſic dicimus etiam, quod ſi comparuerit, &

actum

actum perfecerit iudicialiter per interpoſitam appellationem, dicitur renunciaſſe appellationi, non obſtante proteſtatione.

48 Amplia primam partem huius ſubreſtrictionis, vt procedat, etiam circumſcripta proteſtatione, quia eo ipſo, quod actus, quem appellans volebat facere, fuit a parte, vel à iudice impeditus, ſeu impugnatus, non dicitur renũciatum appellationi, quia non poteſt pars aduerſa ſe fundare in eo, quod impugnauit, teſtibus Ant. de Butr. Abb. Felyn. et alus, quos in hoc puncto retuli, et ſequutus ſum reſtrict. ſeqq. n. 51.

49 Amplia etiam ſecundam partem huius ſubreſtrictionis vt maxime procedat, ſi is, qui appellauit, comparear poſtea ſponte, & ipſemet inſtet pro proceſſu ad vlteriora, quia tunc dicetur, non obſtante proteſtatione, renuntiaſſe appellationi, & moueor ex eo, quia ſi is, qui recuſauit iudicem, poſtea cum proteſtatione comparet, inſtando, dicitur renuntiaſſe recuſationi, Put. d. deciſ. 380. in fine, lib. 1.

Confirmatur hæc ampliatio, quia actus, qui conſiſtunt in agendo, arguunt conſenſum, vt ex Felyn. Dec. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra n. 56. reſtr. 8.

50 Subreſtringe ſecundo, declarando, vt procedat, quando in quolibet actu, qui fieret poſt appellationem, repeteretur proteſtatio, quia tunc proteſtatio conſeruaret appellationem, & ita procedit reſtrictio.

Secus, ſi fierent plures actus, & proteſtatio non repeteretur in quolibet actu, quia tunc appellatio euaneſceret, ſicut in proteſtatione citra conſenſum, quam eſſe repetendam in quolibet actu, alias, proteſtationem euaneſcere, & cenſeri exceptioni incompetentiæ, ſeu recuſationi, prius oppoſitæ, renuntiatum, ſcribunt Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 6. de attent. poſt recuſat. iudic. ſub n. 30. fol. 340. & Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. de commiſſ. appell. ſupra diuerſ. c. 28. n. 38. fol. 302. in 2. impreſſ.

51 Reſtringe quinto, vt non procedat quando iudex à quo reijcit comparitionem, quam facit is, qui appellauit ab eo, quia tunc remanet appellatio in ſuo robore, Ant. de Butr. in cap. 20. gratum. not. 4. ſub n. 4. Abb. ſub n. 7, verſ. adde aliam ſolemnem. & n. octauo, Felyn. ſub n. 8. limit. 3. & Dec. limit. 3. n. 22. de offic. deleg. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 194 an pars grauata, fallet. 16. num. 4. in fine. & Gabr. in concl. libr. 2. de appell. concluſ. 2. limit. 5. n. 19. & ita tenent * communiter * omnes.

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia aduerſarius non poteſt ſe fundare in eo, quod impugnauit, Felyn. & Dec. vbi ſupra, & quod nemo poſſit ſe fundare in actu, quem impugnauit, late deduxi lib. præced. c. 11. n. 470. & ſeqq.

52 Amplia hanc reſtrictionem, vt procedat, ſiue comparitio fuerit impugnata à iudice, vt loquitur Ant. de Butr. ſiue fuerit impugnata à parte, vt loquuntur Franch. in cap. 54. ſolicitudinem. q. 6. nu. 11 limit. 2. de appell. & Aufr. vbi ſupra; ſiue fuerit impugnata ab vtroq; quia tanto magis; nam ſufficit, quod fuerit impugnata, prout ſentiunt Abb. Felyn. Dec. & Gabr. in locis citatis. dum non exprimunt, à quo debeat eſſe impugnata.

53 Reſtringe ſexto, vt non procedat, quando is, qui appellauit, comparet coram iudice à quo pro reuocatione attentatorum, quia non per hoc cenſetur renunciare appellationi, Abb. in c. 17. cum teneamur. not. 2. n. 2. & Franch. n. 3. ſub n. 4. verſ. vltimo tenementi. & n. 19. & 20. verſ. ſecundus intellectus. de appell. & Gabr. in concluſ. libr. 2. de appell. concl. 2. limit. 13. n. 29. & 30. vbi ex Pariſ. quod appellans nõ renuntiat appellationi, ſi poſt appellationem petat à iudice à quo, vt prouideat, ne ipſe appellans turbetur in ſua poſſeſſione: Eandem reſtrictionem ex Caſſan. conſ. 68. viſis proceſſibus n. 75. refert, non determinando, Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. ampliat. 2. princ. ſub n. 5. tom. 5. fol. 351.

Contra hanc reſtrictionem motiuauit Dec. in eod. cap. cum teneamur. not. 3. ſub nu. 6. dicens, quod hæc reſtrictio procedit ſolum ſi comparet per viam ſimpliciter informationis, ſecus eſt ſi compareat iudicialiter; ſed poſtea ait, hoc motiuum procedere, quando ageretur de articulo appellationis, ſecus quando agitur de attentatorum reuocatione, quæ eſt articulus ſeparatus.

54 Reſtringe ſeptimo, vt non procedat, quando iudex à quo detulit appellationi, quia tunc licet appellans redeat ad eundem, tamen remanet appellatio in ſuo robore, Rot. deciſ. 49. alias 363. ex hoc inſurrexit. n. 3. in fine. & n. 4. de appell. innou. quem referunt & ſequuntur Socc. conſ. 21. abunde ſub n. 1. lib. 4. Franch. in cap. 54. ſolicitudinem. qu. 6. n. 12. limit. 3. de appellat. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 194. an pars grauata. n. 4. fallen. 10. & Gabr. in concluſ. lib. 2. d. appell. concl. 2. limit. 4. num. 17.

Contra hanc reſtrictionẽ, & Rotæ deciſionem arguit, & nihil determinat Felyn. in cap. 20. grauatum. ſub n. 9. limit. 5. de offic. & poteſt. iud. deleg. & contra eandem tenet Dec. in eod. c. gratum. limit. 5. n. 31. & ſeqq. motus iſdem argumentis adductis à Felyn. & motiuat, dubitando, Franch. vbi ſupra.

55 Retenta reſtrictione, ſi placet.

Subreſtringe eam, vt non procedat in ordinario, Rot. d. deciſ. 49. in fine, Aufr. ad Capell. Tholoſ. d. deciſ. 194. fall. 10. & Gabr. d. concl. 2. n. 18.

56 Reſtringe octauo, declarando, vt procedat quando actus, factus coram iudice à quo ſonat in agere, quia tunc cenſetur per illum actum renuntiatum appellationi; ſecus eſt, quando ſonat in pati, quia tunc non cenſetur renunciatum appellationi, vt puta, cum excommunicatus à iudice appellat, ſed tamen abſtinet a prohibitis excommunicato, ſicq; videtur tolerare, & acquieſcere præcepto excommunicationis; non enim per hoc dicitur renuntiaſſe appellationi, quia actus conſiſtentes in patiendo non arguunt conſenſum, ſicut actus conſiſtentes in agẽdo, Ant. de Butr. in c. 20. gratum not. 4. n. 4. Fel. n. 8. verſ. finem, verſ. vltra Abb. & Dec. limit. 4. ſub n. 26. & ſeq. de offic. & poteſt. iud. deleg. Franch. in c. 54. ſolicitudinem q. 6. ſub n. 10. limit. 1. de appell. Aufr. ad Capel. Toloſ. deciſ. 194. an pars grauata. ſub n. 4. fallent. 11. & Gabr. in concl. lib. 2. de appell. concl. 2. lim. 9. n. 23. & concl. 3. lim. 1. n. 8. Quare licet epiſcopus excommunicet ſubditum ſi acceſſerit ad certum locum, vel ſi turbauerit alium in certa poſſeſſione, & ſubditus pareat ſententiæ, quia non accedit, nec turbat, tamẽ ex quo talis actus ſonat in pati, non intelligitur propter hoc renuntiaſſe appellationi, quamuis ſeruauerit excõmunicationis præceptum, & ſententiam iudicis, Franc. vbi ſupra.

57 Reſtringe nono, vt non procedat, quando iudex a quo doloſe induxiſſet appellantem ad comparendum; & faciendum actum, quia ex illo actu non ſequeretur renunriatio appellationis Fely. in c. 20. gratum limit. 6. n. 10. de offic. & poteſt. iud. deleg. quia præſuppoſito dolo, ceſſat conſenſus, & remoto conſenſu, deeſt fundamentum renuntiationis.

58 Reſtringe decimo, vt non procedat, quando actus fieret ab aliquo appellantis amico ſeu filio, ipſo appellante non mandante, neque ratum habente, quia ex tali actu non ſequitur renuntiatio appellationis, Felyn. d. cap. gratum, ſub n. 10. limit. 7. & iſta reſtrictio nullam prorſus habet difficultatem.

59 Reſtringe vndecimo, vt non procedat, quando redit ad iudicem à quo pro apoſtolis, ſeu pro alio actu, qui eſſet neceſſarius ad inchoandam, & perficiendam appellationem, Felyn. eod. cap. gratum. ſub n. 11. limit. 10. de offic. & poteſt. iud. deleg.

60 Infero ex hac reſtrictione, quod ſi excommunicatus comparet coram iudice, qui excommunicauit, & petit ab eo abſolutionem, ſeu, vt reuocet grauamen excom-

Digitized by Google

municationis, vt poſſit pendente appellatione, comparere, & interim non maneat in excommunicatione, non dicitur renuntiatum appellationi interpoſitæ ab ipſa excommunicatione, *Abb. in c. 21. quæſt. n. 5. in fine, & n. 6. de appell. quem referunt, & ſequuntur Franch. in c. 25. qua fronte, n. 26. verſ. vel poteſt dici ſeptimo, eod. tit. Gabr. in concluſ. lib. 2. de appel. concl. 2. nu. 27.* & ita intelligas Aufr. ad Capell. Toloſ. *deciſ. 194. an pars grauata, fall. 2. ſub n. 4.*

Hocque multo magis procedit, ſi proteſtatur, quod non intendit renuntiare appellationi, *Franch. in d. c. qua fronte ſub nu. 26.*

Secus eſt, ſi petat abſolutionem, tanquam ipſe iudex ſit cogniturus de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſſæ, quia diceretur renuntiatum appellationi, *Abb. d. c. quæſt. ſub nu. 5. Gabr. vbi ſupra,* & ita intelligas Innoc. *in d. c. quæſtioni. & in c. qua ratione. de appell.*

Ratio eſt, quia iudex a quo non poteſt cognoſcere de hac iuſtitia, ſeu iniuſtitia, *Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. limit. 4. princ. in fine, n. 29. fol. 363.* & ideo neceſſe eſt, vt appellans renuntiet appellationi.

Item ſecus eſt, ſi abſolutionem petat ſimpliciter, quia cenſetur renuntiare appellationi, *Franch. vbi ſupra.*

61 Reſtringe duodecimo, vt non procedat, quando appellans turbatur non ab appellato, ſed ab aliquo tertio in ſua poſſeſſione, & ipſum tertium turbantem conuenit coram iudice, a quo appellauit, quia ex hoc non dicitur renuntiare ſuæ appellationi; imo iſte tertius non poteſt conueniri per viam attentati, & conſequenter non poteſt conueniri coram iudice appellationis, quia iudex appellationis, non habet iuriſdictionem, niſi inter ipſum appellantem, & appellatum, non autem contra tertium innouantem, ideoque debet ſuper innouatione, facta a tertio, adiri alius ordinarius, *Franch. in c. 17. cum teneamur, n. 15. 16. & 17. de appell.* & quod tertius non dicatur attentare, neq; compræhendatur ſub prohibitione iuris de non innouando appellatione pendente, ſcribit Lanc. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. et innou. appell. pend. lim. 10. princ. ſub nu. 1. tom. 5. fol. 415.* & quod contra tertium non poſſit procedi via attentatorum, ſed ſit procedendum via ordinaria coram iudice ordinario late proſequitur Lancell. *eod. tract. de atteut. p. 1. c. 3. de attent. a tert. ſub n. 2. & ſeqq. fol. 293.*

62 Declara qui dicatur tertius in materia huius reſtrictionis, prout declarat Lancell. *d. c. 3. n. 1. & 2.*

63 Amplia eandem reſtrictionem, prout ampliat Lancel. *eod. c. 3. num. 9. & ſeqq.*

64 Limita eandem in multis caſibus, in quibus tertius dicitur attentare, *vt oſtendit Lancell. eod. tract. de attent. p. 1. cap. 3. num. 16. & ſeqq. tomo 5. fol. 293.* De materia huius duodecimæ reſtrictionis vide ſupra *quæſt. 3. nu. 62. & ſeqq.*

65 Reſtringe decimotertio, vt non procedat, quando fuit actum petitorio, & a ſententia in eo lata fuit appellatum, & appellans fuit, pendente appellatione, ſpoliatus, ſeu turbatus in poſſeſſione ab appellato, quia iſto caſu poterit appellans agere contra appellatum via ordinaria coram iudice a quo pro recuperatione, ſeu manutenſione poſſeſſionis, quia licet pendeat cauſſa ſuper petitorio, tamen agendo de poſſeſſione eſt diuerſa cauſſa, & litis pendentia in petitorio non obſtat agenti in poſſeſſorio, & e conuerſo, & ideo agendo non dicitur renuntiare ſuæ appellationi, *Franch. in c. 17. cum teneamur, n. 19. verſ. ſecundus intellectus, & num. 20. in fine, de appell.*

66 Reſtringe decimoquarto, vt non procedat, quando iudex a quo gerit etiam vicem iudicis ad quem, qualis eſt Legatus in partibus, qui ex priuilegio habet facultatem cognoſcendi etiam cauſſas appellationum, interpoſitarum ad Papam; quia ſi appellans a Legato redeat ad eundem Legatum non dicetur renuntiaſſe appellationi; quia tunc videtur aditus tanquam iudex ad quem, & non tanquam iudex a quo, *Felyn. in c. 20. gratum, ſub n. 10. limit. 8. de offic. & poteſt. iud. deleg. Aufr. ad Capel. Toloſ. deciſ. 194. an pars grauata, ſub n. 4. fall. 8. & Gabr. in concluſ. lib. 2. tit. de appell. concl. 2. limit. 8. num. 22.*

Ratio rationis eſt, quia renuntiatio eſt ſtrictiſſimæ naturæ, *vt retuli, & ſequutus ſum, lib. præced. c. 5. ſub nu. 163. verſ. comprobatur,* & ideo quælibet leuiſſima cauſa ſufficiet vt quid non dicatur renuntiatum, vt dixi *ſub eod. nu. 163. verſ. comprobatur tertio.*

Confirmatur hæc reſtrictio, quia quando vna perſona gerit vicem duarum, poteſt ab eadem ad eandem appellari, *vt retuli & ſequutus ſum q. 8. ſub n. 60.*

67 Reſtringe decimoquinto & vltimo generaliter, vt non procedat in illis caſibus, in quibus iudex a quo poteſt procedere, & expedire, non obſtante appellatione, quia ſi appellans redeat in illis caſibus ad iudicem a quo non cenſetur renuntiare appellationi, de quibus caſibus, ſeu multis eorum ſcripſi *ſup. q. 3. n. 20. & ſeqq. verſ. lim. primo.*

Et hæc ſufficiant circa primam exemplificationem, poſitam *ſupra n. 14.*

68 Exemplifica ſecundo eandem quintam extenſionem, poſitam *ſupra n. 12.* quando appellans poſt interpoſitam appellationem, accipit terminum ad ſoluendum id, quod erat in ſententia pronunciatum, vt ſolueret, quia hoc ipſo cenſetur appellationem deſerere, & ſententiæ aquieſcere, *Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, nu. 423. caſ. 9. fol. 517.* & differt iſte caſus ab eo, de quo egi *ſup. reſtr. 3. ſub num. 28. verſ. pone primo,* quia in eo renuntiatur appellationi futuræ.

69 Exemplifica tertio, quando condemnatus non appellat infra legitima tempora, quia tunc dicitur tacite renunciaſſe facultati appellandi, *Lancell. tract. de attent. p. 4. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. ampl. 2. princ. n. 16. to. 5. fol. 352* & dicitur confirmata ſententia, *Papien in pract. in form. appellat. ſent. diffin. in gl. coram vobis, ſub nu. 3. verſ. quæritur quomodo, folio 404.* & ideo ſententia tranſit in rem iudicatam, *c. 15. quoad conſultationem,* & ibi communiter * Canoniſtæ, *de ſent. & re iud. & Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo & quandoque appellatur, n. 214. in fi. fol. 488.* & communiter omnes in diuerſis locis ſine difficultate, adde quæ ſcripſi ſupra *q. 12. n. 81. 93. & 103.*

70 Exemplifica quarto, quando appellans non petit apoſtolos, ſeu non redit pro eis, ſeu omittit expedire commiſſionem appellationis, ſeu eam proſequi, & finire, quia quoties permittit, labi tempus, ſeu tempora appellationum, & cauſſa efficitur deſerta, dicitur tacite renunciaſſe appellationi, *vt patet ex his, quæ ſcribunt Rebuff. tract. de appell. art. 15. gl. 1. n. 11. & ſeq. verſ. idem ſi appellans, vnct. a n. 7. tom. 3. fol. 517. Mandoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ. 18. prorog. fatal. in verbo labi contingat, fol. 105. et Rigin. tract. de appel. §. 9. gl. 1. c. 1. n. 15. & ſeqq. verſ. tacite appellatio, fol. 242.* & de quibus ſingulis ſpeciebus tacitæ renunciationis, & deſertionis ſcripſi *ſupra q. 13. 14. & 15.*

71 Extende hanc exemplificationem, vt habeat locum etiam in procuratore, quia licet procurator non poſſit expreſſe renuntiare appellationi, *teſtibus Bald. Franch. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum infra num. 85. verſ. ſublim. 1.* tamen poteſt tacite renunciare, non proſequendo appellationem, *Franch. in c. 8. ex ratione, num. 40. verſ. circa quartum impedimentum, & punctualiter ſub numer. 42. & Card. Alex. n. 18. verſ. & ex prædictis. de appell. idem Franch. in c. 64. Nicolao, q. 7. n. 13. eod. tit. de appel* & quod poſſit tacite renuntiare appellationi, permittendo, labi tempus, ſcribit Vrſill. *in annot. ad Affl. dec. deciſ. 78. in cauſſa firmani, nu. 9. in fine,* & quod poſſit tacite renunciare appellationi, puta non appellando infra decem dies, vel patiendo cauſſam deſertari, ſcribit idem Franch. *in cap. 70. interpoſita, §. ille denique. q. 6. n. 9. de appell.* & faciunt, quæ

ſcripſi

ſcripſi ſupra quaeſt.12. numero 11.

72 Exemplifica quinto, quando quis expreſſe approbat ſententiam; tunc enim confirmat ſententiam, Papienſ.in pract.in form.appell.à ſent.diffin.in gloſſ. coram vobis.nu.3. verſ. quaeritur quot modis. fol. 404. ſi confirmat ergo renunciat appellationi.

73 Exemplifica ſexto, quando quis promittit parere ſententiæ, ſeu mandatis iudicis, quia tunc dicitur tacite renunciare appellationi, vt ex Lancell.& Ruginell.retuli infra limit.12.princ.reſtr.1.n.11.(& quod hæc obligatio,ſeu promiſſio ſit de iure valida, refert, & ſequitur Lancell. tract.de attent.p.2.c.12.de attent. & innou. appell. pend.in præfat.21.tom.5.fol.347.

Contra hanc exemplificationem; quod enim iſto caſu non cenſeatur renunciatum appellationi, probat text. in l.penult.eum apud.ff.iud.ſolut. vbi reſponſum eſt,quod licet defenſor rei ſtipulatione cauerit de ſoluendo iudicatum,tamen,inquit,Iureconſultus,ſtipulatio non eſt commiſſa eo, quia à ſententia appellatum ſit: & ita contra iſtam exemplificationẽ ſentiunt Bald.in l.41.tale pactum. §.qui procurauit.ſub n.10.verſ.quaeris gloſſ.ff.de pact.fol.140. dicens, quod licet quis promiſerit de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo, tamen hæc promiſſio intelligitur,ſi bona fide fuerit pronuntiatum, ſecus ſi dolo malo,vel lata culpa ideoque non obſtante promiſſione,poterit appellare, Iaſ.in eod.§.qui pronocauit.ſub n.7. dicens,quod iſta promiſſio habet tacitam conditionem,quod ſoluet iudicatum,niſi appellauerit,Franch.in c.20.ad hæc n.4. & ſeqq.verſ.quarto tenementi.de appell.dicens,quod licet partes promiſerint cum iuramento ſtare;& parere ſententiæ iudicis tamen poſſunt, non obſtante tali promiſſione, & obligatione, appellare,& idem,ſi promiſerint ſoluere iudicatum ſcribit n.6.rurſus in cap.70.interpoſita §.ille denique.num.3.q.2. de appel.dicens,quod licet pars,vel partes cum iuramento promiſerint ſtare ſententiæ ferendæ, & mandato ipuſis iudicis,tamen non cenſetur renuntiatum iuri appellandi. Nicell.tract.de concord.gloſſ.concord.6.fallen.102 ſub n.142.tom.18.fol.197.ibi, modera non procedere.dicens, quod promittens ſimpliciter ſoluere iudicatum,ſeu ſub poena habere ratum, & ſoluere,vel ſtare,ſententiæ ferendæ ſecundum conſilium ſapientis, non dicitur renuntiare appellationi, Socc.conſ.24. viſis ac diligenter,ſub nu.2.& 3. lib.1. dum in caſu ſuo conſiderat,quod partes intendebant ſeruare conſilium ferendum, & illud adimplere, dummodo eſſet iuſtum conſilium, ſubdens hanc clauſulam ſub intelligi, Vrſil.ad Affl. deciſ. 78.in cauſſa firmani.in vltimis verbis n.11.& quod poſſit appellari,ſcribit Ruginell. tract.de appell.§.2.cap.1. num.98.& ſeqq.& §.9.gloſſ.1.c.1.ſub n.44.verſ.tacite.fol 294. & confirmatur hæc opinio ex ſeq.ampliat.n.75. Et ita video paſſim ſeruari, etiam ſi promiſſio eſſet vallata obligatione camerali; licet enim pars,fideiubendo in iudicio,de ſtando iuri, & iudicatum ſoluẽdo,ſeu de ſoluendo ſimpliciter ad omne mandatum domini, obligauerit ſe in ampliori forma Cameræ, tamen poterit appellare a ſententia, quã iudex proferet;nam neque pœna,neq;obligatio in forma Camere mutant naturam promiſſionis, ſed ſolum eam arctiorem reddont; Quare cum quis promiſerit ſoluere iudicatum,& iudicatum euaneſcat per appellationem ſecundum Bal.vbi ſupra, dicitur euaneſcere etiam promiſſio,&,cum euaneſcat promiſſio,euaneſcent etiam pœna, & obligatio in forma Cameræ, quæ ſunt acceſſoriæ; & quod appellans non incidat in pœnam quamuis promiſerit ſoluere iudicatum ſub certa pęna, ſcribit Franch, dict.cap.ad hæc.ſub n.6.de appellat.

74 Confirmatur hæc opinio contra exemplificationem, quia ſi compromittens promiſit, & iurauit ſtare mandato arbitratoris, tamen arbitramentum adhuc poteſt reduci ad arbitrium boni viri, quaſi in promiſſione inſit hæc conditio, ſi æquẽ fuerit arbitratus, Spec.tit.de arb.& arbitr.§.1.arbiter eſt.ſub nu.4.verſ.ſed pone, lib.1. & quod promiſſio etiam iurata de ſtando arbitrio alicuius intelligatur,ſi iuſte arbitratus fuerit retuli, & ſequutus ſum ex M.Ant.Bauer.lib.præced.c.2.num.368.verſ.confirmatur.& faciunt quæ dixi d.c.2.ſub n.362.364.& ſeqq.

75 Retenta hac opinione contra exemplificationem.

Amplia eandem opinionem,vt procedat etiam ſi quis promiſiſſet ſtare ſententiæ iudicis, qualiſcunque erit ſententia, quia adhuc poterit appellare, ſecundum ea, quæ refert, & ſequitur Socc.conſ.24.viſis ac diligenter,ſub nu.3. ibi.aut partes non dant coram formam.lib.1.& in hanc ampliationem videtur iuiſſe Pac. Scal. tract. de conſ.ſapien. lib.4.c.19. ibi.ſed ego vt acquieſcam. tom.3.p.1.fol.350. & clare in hanc iuit, quando quis conuenit, vt iudex ſequi debeat conſilium qualecunque ſit.

Contra hanc ampliationem, loquendo in conſilio ſapientis,tenent Bal. Franch.Alex.Felyn.Catald. & Nicel. quos retuli infra limit.12.n.11.

76 Reſtringe eandem opinionem,vt non procedat,quando pars, ſeu partes promitterent ſtare ſententiæ iam latæ,quia tunc viderentur eam emologare, Franch.in c.70. interpoſita.§.ille deniq; q.2.n.3.in fine,de appell.

77 Nota obiter circa iſtam exemplificationem,in qua locutus ſum de promiſſione ſtandi, & parẽdi ſententiæ iudicis, quod fideiuſſor, qui acceſſit huic promiſſioni, ſtatim,lata ſententia, & interpoſita appellatione,eſt liberatus à fideiuſſione,& amplius non tenetur,quia per appellationem ſublata eſt vis ſententiæ, cui fideiuſſor ſtare promiſerat,in c.20.ad hæc num.2. de appel.& de communi * opinione teſtantur Pariſ.conſ.penult.171.banna.num. 30.lib.4.Boer.deciſ.315. & quoad ſecundam,ſub nu.1.Clar. lib.5.recept.ſentent.§.fin.qu.46. verſ.ſis tamen cautus, & Gabr.in concl.lib.3. tit.de fideiuſſ.concl.4.ampl.1.ſub n.2.& quod appellatio mutet omnes cautiones, & nouas cautiones iudiciales requirat, quia cautio de iudicio ſiſti finitur in prima inſtantia,ſcribunt Card.Alex. in rub.num. 81.effec.11.de appell. & Rebuff. tract.de appell.art.vltim. gloſſ.vna n.45.& 46.tomo 3.fol.538.& quod cautio de iudicatum ſoluendo, mutato iudice, quo gubernante, fuit præſtita,perimatur,vide Paul.de Caſtr.in l.2. num.10.C.de iureiur.prop. calum. & quod mutatio iudicis faciat hanc cautionem exſpirare,ſcribit Vrſil.in annot.ad Afflict.dec. 182.quia regia n.4 & 5.& ideo caute Gubernatores ſolẽt initio officij citare omnes fideiuſſores, qui fideiuſſerunt de non offendendo,& qui aliter fideiuſſerunt pro inquiſitis;& magis caute faciunt, qui in ſtipulatione fideiuſſionis apponi faciunt clauſulam, quod fideiuſſor promittit ſtare,& ſoluere quamcumque condemnationem,quæ fieret contra eius principalem etiam in cauſſa appellationis,vt aduertunt Boer.et Clar.in locis ſupra proxime citatis, & latius Ang.tract.de maleſ.in verbo,pro quibus & quolibet eorum &c.n.2.& ſub n.4.ibi idem ſi eſſet fideiuſſor.

Contra hoc notabile,communemq;opin.quod enim cautio de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo duret poſt latam primam ſententiam in alijs inſtantijs, tenuerunt alij, quibus magis adhæret Rota, vt teſtatur Ceſ.de Graſſ. deciſ.142.alioqui 2. placuit dominis ſub n.7. verſ.tamen, & n. 8. de loc.& conduc.fol.207.

Retento notabili.

Extende,vt non ſolum fideiuſſores de iudicio ſiſti liberentur poſt latam ſententiam ſed etiam poſt peremptam inſtantiam,vide ſupra q.15.n.358.

78 Declara primo idem notabile eſſe verum quando appellat ſtipullator, quia tunc cenſentur liberati fideiuſſores,ne teneantur in cauſſa appellationis,Gul.de Cun.que n refert, & ſequitur Bal.in l.11.Iulianus.col.3.num.2.verſ.2. quaeritur.ff.qui ſat.cog.

Secus ſi appellat promiſſor, quia tunc eius fideiuſſor

tenetur etiam in cauſſa appellationis; eſſet enim abſurdum, quod is per friuolam appellationem poſſet liberare fideiuſſores, *Bald. vbi ſupra*, dicens hanc opinionem eſſe multum æquam, & ex eo refert, & ſequitur Boer. *d. deciſ. 315. ſub num. 1.* dicens, quod ſi reus condemnatus appellat, & iudex ad quem confirmat, iſta ſecunda ſententia videtur eadem cum prima, & ideo tenetur fideiuſſor illi parere, ne alias ſit in poteſtate rei liberare, ſe & ſuos fideiuſſores per ſimplicicem interpoſitionem appellationis: & ita refert fuiſſe iudicatum.

79 Subdeclara ſecundum membrum huius declarationis, vt procedat quando iudex appellationis ſimpliciter confirmat primam ſententiam, quia tunc fideiuſſor tenetur, ex quo eſt eadem cum prima, ſecus ſi iudex appellationis diminuat, vel addat, quia tunc non eſſet eadem cum prima, *Bal. vbi ſupra, & Auguſt. ad Ang. tractat. de maleſ. in verbo, pro quibus & quolibet eorum, & e. n. 3.*

Ego cenſeo iſtam ſubdeclarationem eſſe veram quoad illud, quod iudex appellationis adderet quia fideiuſſor ad illud non tenetur, ſecus quoad illud in quo remaneret conformis cum prima ſententia: tu tamen cogita.

80 Declara ſecundo, vt procedat, quando fuit expreſſum nomen proprium iudicis, cuius ſententiæ promiſerunt ſtare; ſecus ſi non ſit expreſſum nomen iudicis, quia tunc fideiuſſor tenetur etiam in cauſſa appellationis, *vt ex Mart. Sill. refert, & ſequitur Boer. d. deciſ. 315. ſub num. 1. & Gabr. d. concluſ. 4. ſub n. 2. verſ. contrarium.*

Contra hanc declarationem; quod enim fideiuſſor ſit liberatus etiam ſi oon fuerit expreſſum nomen iudicis; adducit, & videtur firmare Auguſt. ad Ang. *in d. verbo, pro quibus & quolibet eorum, & ſub n. 2.*

Non recedo à declaratione.

81 Declara tertio confirmando etiam præcedentem declarationem, vt non procedat, quando fideiuſſor promittit parere mandatis eccleſiæ, quia tunc tenetur etiam in cauſſa appellationis ad differentiam eius, qui fideiubet parere mandatis iudicis abſoluentis, *Franch. in cap. 20. ad hæc, n. 2. de appell.* quare ſi fideiuſſor promittat parere Curiæ, & non certo iudici tenebitur etiam in cauſſa appellationis.

Contra hanc declarationem tenet Ang. *in d. verbo, pro quibus & quolibet eorum, ſub n. 4.* dicens, quod ſi fideiuſſor promiſit ſtare, parere, & obedire mandatis Curiæ, & dicti iudicis, liberatur per ſententiam.

Non recedo à declaratione.

82 Declara quarto, vt non procedat, quando fideiuſſor promiſit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, vt communiter recipi ſolent fideiuſſiones: & moueor, quia iudicatum proprie dicitur, quando à ſententia appellari non poteſt, quia tranſiuit in rem iudicatam, *Gemin. in cap. 7. non ſolum, num. 11. & Franch. num. 9. verſic. in ead. gloſſ. de appellat. in 6.* & conſequenter iſto caſu fideiuſſor tenetur in quacunque inſtantia extiterit res iudicata, quia promiſit ſoluere iudicatum, & res iudicata, ſeu iudicatum non dicitur, niſi ſententia fuerit per alias conformes in numero ſufficienti, vel per deſertionem confirmata, & ſic ex propria ſignificatione vocabuli, ſub quo concepta eſt fideiuſſio, tenetur fideiuſſor in quauis inſtantia rei iudicatæ.

Reliqua pertinentia ad iſtud notabile, videbis apud Ang. *in d. verbo. pro quibus, & Gabr. d. concl. 4.*

83 Exemplifica ſeptimo, quando appellans pendente ſua appellatione, innouat in præiudicium ſui aduerſarij, quia tunc cenſetur ſuæ appellationi renuntiaſſe, *Franch. in cap. 42. anſit, n. 2. verſ. ſecunda regula, de appellat.* Quare ſi appellans, pendente appellatione, ſpoliat appellatum, cenſetur renuntiaſſe appellationi, ex quo ſuæmet appellationi non detulit, *Maran. in ſuo ſpecul. part. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, num. 422. caſ. 8. ſol. 517. & Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 2. obſeru. 50. quando,* adde, quæ ſcripſi *ſupra q. 5. n. 75. limit. 1.*

Reaſſumendo extenſiones, omiſſas ſupra, *n. 12.*

84 Extende VI. eandem ſecundam limitationem, vt renuntians appellationi non ſolum cenſeatur renuntiare appellationi, & ideo amplius non poſſit appellare, ſeu proſequi, ſed neque poſſit adhærere nullitati, incluſæ in appellatione, quia renuntians appellationi cenſetur renuntiaſſe etiam nullitati, quæ ſtat acceſſoriè ad appellationem, non tamen nullitati, quæ non ſtat acceſſorie, vide *infra num. 125. ſublimit. 5.* vbi ſufficienter proſequutus ſum materiam huius extenſionis.

85 Sublimita I. hanc eandem ſecundam limitationem, vt non procedat, quando renuntiauit procurator, quia tunc principalis poterit appellare, non obſtante, quod procurator renuntiauerit appellationi; quod enim procurator non poſſit expreſsè renũtiare appellationi, ſcribunt Bal. *in l. fin. §. vltimo, n. 7. verſ. ſed nunquid procurator. C. de tempor. appellat. Franch. in c. 8. ex ratione, n. 42. ibi, licet enim procurator, & Cardin. Alex. n. 18. verſic. & ex prædictis, de appellat. idem Franch. in cap 64. Nicolao, q. 7. ſub n. 13. et c. 70. interpoſita, §. ille denique, quæſt. 6. n. 9. eod. titul. de appellat. Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 78. in cauſſa firmani. ſub n. 9.* & quod procurator non poſſit præiudicare domino, renuntiando appellationi, ſcribit Caſſad. *deciſ. 3. ſæpe contingit, ſub num. 2. de reſcript.* referens ex Felyn. quod Rota concorditer tenuit, quod conſenſus procuratoris non ſufficit, quando Papa committit cauſſam, appellatione remota, dummodo accedat conſenſus partium, *Mohed. deciſ. 3. alias 89. contra capitalum, ſub nu. 1. & 2. de appellat. Caputaq. deciſ. 29. appellationi licet, n. 2. p. 1. Brederod. tractat. de appellat. p. 1. titul. 11. colum. 30. in verbo procurator, ſub litera B. & Rugin. tract. de appell. §. 9 gl. 1. c. 1. n. 13. verſ. ſyndicus, ſol. 242.*

86 Extende primo hanc ſublimitationem, vt procedat etiam quoad appellationem interpoſitam per ipſummet procuratorem, quia nec illi poteſt expreſſe renuntiare, *Franch. in loco ſupra proxime citato* & quod non poſſit renuntiare ſine ſpeciali mandato, ſcribit idem Mohed. *d. deciſ. 3. alias 89. contra capitulum, verſus finem de appell.*

87 Extẽde ſecundo, vt procedat, etiamſi procurator eſſet effectus dominus litis, quia adhuc non poſſet expreſſe renuntiare, *Franch. in capitul. 70. interpoſita, §. ille denique quæſt. ſexta, ſub n. 9. de appell.*

88 Extende tertio, vt habeat locum etiam in ſyndico, quia is non poteſt renuntiare expreſſe appellationi, quia eſt donare, *Rugin. d. cap. 1. n. 13. verſic. ſyndicus.*

† Et hæc extenſio habet locum tam in appellatione interpoſita quam in interponenda. *Rot. deciſ. 2. alias 287. de renunt. in noa.*

89 Extendè quarto, vt habeat locum etiam in prælatis eccleſiarum, qui tenent medium inter ſimplicem procuratorem, & dominum, *Bal. in l. fin. §. vlt. ſub n. 7. verſ. ſed nũquid procurator. C. de tempor. appell.* quem refert, & ſequitur Franch. *in d. c. 8. ex ratione, ſub n. 42. & in cap. 70. interpoſita, §. ille denique, q. 6. n. 9. de appell.*

90 Reſtringe hanc ſublimitationem, vt non ſit vera ſequentibus quatuor caſibus.

Primus caſus eſt, quando procurator habet mandatũ ſpeciale ad renuntiandum, vt ſentit Card. Alex. *vbi ſupra*, dum ait, quod procurator non poteſt expreſſe renuntiare appellationi, quia procurator non habet poteſtatem donandi, niſi ſit expreſſe mandata: & iſte caſus non habet difficultatem.

Secundus caſus eſt, quando procurator, habens mandatum cum libera, conſentit, vt ſignatura iuſtitiæ committat cauſſam cum clauſula (*appellatione remota*) prout ſæpe ſolent conſentire procuratores in Rom. Curia; & maxime procedit iſte caſus, quando res eſt dubia, an

præ-

præfata clauſula ſit futura fauorabilis, vel nociua, & procedi etiam quando principalis, cauſſa commiſſa, comparuerit, vel ſcienter eam agi paſſus fuerit, per ea, quæ refert, & ſequitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. part. 1. de commiſſ. cum clauſul. appell. rem. cap. 10. num. 8. et 9. in fine, fol. 99. in ſecunda impreſſion.* vbi teſtatur, quod videtur verior opinio, *& in prima impreſſione p. 2. de commiſſ. appell. c. 5. ſub n. 41. fol 95.*

Tertius caſus eſt, quando tacite renuntiat appellationi omittendo appellare, quia iſto caſu præiudicat domino, & poteſt ſic tacite renuntiare, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 69. 70. & 71.*

Quartus caſus eſt, quando procurator vult renuntiare appellationi ex noua, & magna cauſa, quæ cauſa ſit talis, quod veriſimiliter dominus renunciaret, quia iſto caſu procurator poteſt renuntiare appellationi, *Card. Alex. in c. 8. ex ratione, ſub nu. 18. verſ. & ex prædictis, de appell.* & quod renunciatio appellationis facta per procuratorem ex iuſta cauſa, valeat, refert, & ſequitur Franch. *in c. 70. interpoſita, §. ille denique q. 6. n. 9. in fine, de appell.*

91 Sublimita II. vt non procedat in cauſſis criminalibus, quia in eis non poteſt renuntiare appellationi, *Bald. in l. fin. §. vltimo nu. 5. verſ. opponitur quod non poſſit renuntiari, C. de tempor. appellat. Franch. in c. 61. cum ſpeciali, § porro, ſub num. 6. verſic. ex prædictis, de appell. Guid. Pap. tract. de appell. q. 120. ſub n. 85. tom 5. fol. 61. Rebuff. tract. de appell.* * *art. 15. gloſſ. 2. n. 25. tom. 3. fol* 518. & de communi* opin. teſtatur Proſp. Franch. *in qq. crim. p. 2. tom. 1. qu. 101. ampl. 9. num. 20.* & quod non poſſit expreſſe renuntiari, ſcribunt Afflict. *decſ. 78. in cauſſa firmaui, num. 3,* & Ruginel. *tract. de appell. §. 9. gloſſ. 1. c. 1. num. 14. verſicul. in criminalibus,* & quod neque expreſſe, neque poſſit renuntiari, refert, & ſequitur Lancel. *tract. de attent. par. 2. c. 12. ampl. 2. princ. n. 8. fol. 351.*

† In criminalibus expreſſe appellationi renuntiari, non poteſt. *Afflict. decſ. 78. num. 3.*

Quare licet condemnatus ad mortem feſtinaret mori, & ideo nollet appellationem interponi; tamen poteſt interponi, & ſuperſedebitur in executione, *Guid. Pap. tract. de appell. q. 119. n. 82. in fine.*

92 Extende hanc ſublimitationem, vt procedat, ſiue agatur de morte naturali, ſiue de morte ciuili, ſiue de membri abſciſſione, *Guid. Pap. d. num. 85.* & quod non poſſit renuntiari appellationi in cauſſa ſtatus, ſcribit Bal. *in d. §. vltimo, ſub n. 5.*

93 Reſtringe primo eandem ſublimitationem, vt non procedat, quando delinquens eſſet notorius, vel eſſet confeſſus, & conuictus, vel taliter conuictus, quod delictum non poſſet negare, quia poſſet his caſibus renuntiare appellationi, *Farin. d. q. 101. n. 21.*

Reſtringe ſecundo, vt non procedat in renuntiatione tacita, quæ inducitur ex deſertione appellationis, non appellando, ſeu non proſequendo infra legitima tempora, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra nu. 69. & 70.* quia cum etiam in cauſſis criminalibus debeat appellari infra legitima tempora, vt innuit text. *in l. 7. addictos, in fine, & ibi Gloſſ. C. de epiſc. aud.* quod ſcripſi etiam ſupra *q. 12. num. 142. in fine,* & in eis locum habent fatalia, *vt ſcripſi ſupra qu. 15. n. 5.* certum & quod poteſt tacite renuntiari appellationi in cauſſis criminalibus, quod clare ſcripſit Franch. *in loco infra proxime citato.*

Quicquid in contrarium ſcripſerit inaduertenter Lancell. a nobis relatus *ſupra ſub n. 91.*

Confirmatur hæc reſtrictio, quia procurator appellationi non poteſt renuntiare expreſse, & tamen poteſt renuntiare tacite, *vt dixi ſupra n. 85. & 71.*

94 Sublimita III. vt non procedat in cauſſis matrimonialibus, vel in cauſſa ſtatus, quia in iſtis non valet pactum, ſiue renuntiatio: intellige expreſſe, quia tacite poteſt renuntiari, *Franch. in c. 70. interpoſita, §. ille denique in fine, n. 23. de appell.*

95 Sublimita IV. vt non procedat quoad præiudicium tertij, quia licet appellans poſſit libere, & quandocunque renuntiare appellationi, etiam inuito appellato, & quocunq; alio; tamen illa renuntiatio tenet, & operatur quoad commodum, quoad appellans potuiſſet conſequi ex illa appellatione, ſed non quoad commodum, & vtile, quod ex illa poteſt conſequi eius aduerſarius, quia non poteſt appellans, renuntiando appellationi, præiudicare iuri, quod eius aduerſarius acquiſiuit, mediante illa appellatione, *Bar. in l. 28. ſi quis libellos, num. 1. C. de appell. & conſult. quem referunt, & ſequuntur Franch. in c. 70. interpoſita, §. ille deniq; q. 8. ſub n. 12. & Card. Alex. ſub n. 7. fall. 7. de appell.* & quod appellans non poſſit renunciare appellationi in præiudicium aduerſarij, ſcribit Papien. *in pract. in form. appell. a ſent. diffin. in gl. occaſione cuiuſdam, in fine, ſub n. 4. fol* 408. & quod in hoc differat cauſſa principalis a cauſſa appellationis, quod in cauſſa principali, oblato libello, poteſt actor renuntiare liti, inuito reo, ſed, interpoſita appellatione, non licet, parte inuita, appellationi renuntiare, ſcribit idem Papien. *vbi ſupra, in gl. coram vobis, ſub nu. 8. fol. 404.* & quod Legiſtæ teneant, quod appellans poſſit renuntiare ad ſui commodum, ſed non ad incommodum appellati, ſcribit Ant. de Butr. *in d. §. ille denique, ſub nu. 2.* & hæc ſublimitatio tenetur communiter * ab omnibus, *vt teſtatur Felyn. in c. 12. ex parte, el ſecundo n. 5. de reſcript.* nemo enim poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam, *l. 75. nemo poteſt, ff. de reg. iur. & c. 53. mutare conſilium, eodem in 6.*

Ratio eſt aperta, quia appellatio efficitur communis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 14. num. 47. verſ. extende,* ideoque appellatus poteſt exercere illam appellationem ſicut appellans, & petere ſententiam in melius reformari in ſui fauorem, *l. 37. ampliorem, & ibi Bar. Bal. & Salyc. C. de appel. & conſult.* & quod iudex appellationis poſſit reformare ſententiam etiam in fauorem eius, qui non appellauit, ſcribit Rol. a Vall. *conſ. 41. primo quidem, ſub n. 42. lib. 1.* Sed in re communi non poteſt vnus ſolus diſponere, niſi reſpectu ſuæ partis, ergo appellans non poteſt renuntiare, niſi quoad ſuum commodum.

96 Et quod appellans non poſſit renuntiare appellationi in præiudicium eius, qui ei adhæſit pro ſuo intereſſe, & ſic in præiudicium tertij pro ſuo intereſse proſequentis, & aliorum adhærentium, ſcribit Franch. *in c. 71. vna ſententia, n. 4. de appell.*

Et quod non poſſit renuntiare ſuæ appellationi, vel quid ſimile facere in præiudicium litis conſortis, qui non appellauit, ſcribit Aretin. *in l. 4. ab executore, §. alio condemnato, not. vlt. n. 6. ff. de appell. & relat.*

Et quod, ſi vnus ex pluribus condemnatis appellauit, & alijs ſcientibus, & tacentibus, elapſis decem diebus, componit ſe cum eius aduerſario, talis compoſitio tanquam perſonalis non noceat alijs poſt ius quæſitum per illam appellationem, & ideo poſſint proſequi appellationem, ſcribunt Spec. *tit. de appell. §. 1. quis poſſit, n. 12. verſic. ſed quid ſi ille, lib. 2. fol. 284.* & ibi Adition. *in littera D. in verbo, ſi iudex Franch. in d. c. 72. vna ſententia, nu. 3. verſic. ſed quæritur primo, de appell.* & quod etiam tertius poſſit pro intereſse ſuo proſequi appellationem interpoſitam per reum principalem, aliter pro ſe non appellando, imò etiam ſi reus principalis tranſigeret cum actore, poteſt nihilominus ille tertius proſequi quoad ius ſuum, ſcribit Abb. *in c. 17. cum ſuper. n. 27. verſic. quæro nunquid tertius, de ſent. & re iud.* & quod tertius poſſit proſequi appellationem, licet condemnatus ſe concordauerit cum actore, ſcribit Achil. Perſon. *tract. de adipiſc. poſſ. n. 339. verſic. quæ concluſio, tom. 3. p. 2. fol. 269.*

97 Aduerte, quod Abb. Franch. & alij *in d. §. ille denique,*

vt

vt declararent hanc ſublimitationem excogitarunt varias diſtinctiones, & intelligentias inter appellationem a diffinitiua, & appellationem ab interlocutoria: & inter renuntiationem, quæ fit, re integra, & renuntiationem, quæ fit, re nõ integra; quas diſtinctiones, quia poſt adhibitam circa illas maturam examinationem reperij, quod habent in ſe aliquam terminorum æquiuocationem, & longam difficultatem, omittam, & alio, vt ſpero, clariori ordine explicabo, proſequendo tamen omnia membra earum diſtinctionum, & ſingulas fallentias, & caſus.

Declara primo igitur, qui ſint hi caſus, in quibus venit intereſſe appellati, ſeu alterius, & ideo non poteſt appellans renuntiare appellationi in præiudicium iuris, quod appellatus, vel alius acquiſiuit ex appellatione ipſius appellantis.

98 Primus caſus eſt, quando victus appellat à ſententia, contra ſe lata in negotio principali, & deinde, lapſis decẽ diebus, ſedato animo, & melius cogitans, deliberat renuntiare appellationi eo, quia in ſententia fuit omiſſa condemnatio expenſarum, à qua omiſſa condemnatione expenſarum potuiſſet victor appellare, niſi iam appellaſſet victus; & in hoc caſu concludo, quod appellans non poteſt renuntiare appellationi in præiudicium appellati: quare appellatus poterit, non obſtante dicta renunciatione, proſequi appellationem quoad expenſas, ac ſi ipſemet appellaſſet, *vt ex Spec. Abb. Felyn. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra limitat. 21. extenſ. 2. n. 7.* & ratio eſt euidens, quia lex eo ipſo, quod appellauit victus, prohibet victorem, ne poſſit appellare, quia ſufficit appellatio vnius pro vtroque, ne ex ſuperfluis appellationibus fiat iniuria iudici à quo, *vt ex Spec. Rot. & alijs retuli, & ſequutus ſum d. lim. 21. n. 1.* Quare, ſi lapſo decendio poſſet appellans renuntiare appellationi, ita vt appellatus propter illam renunciationem non poſſet proſequi appellationem quoad omiſſam condemnationem expenſarum, appellatus remaneret deceptus, *vt ex Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Felyn. retuli, & ſequutus ſum d. lim. 21. n. 8. verſ. ratio melior.*

De materia huius primi caſus late ſcripſi *d. limit. 21.* videas ibi.

99 Secundus caſus eſt, quando vnus ex litigatoribus appellat ſimpliciter à ſententia, eaque ſententia in aliqua parte eſt contra appellantem, & in aliqua parte eſt contra appellatum: & iſto etiam caſu concludo, quod appellans non poteſt in præiudicium appellati renuntiare appellationi, quam interpoſuit, etiamſi renuntiet re integra, videlicet, antequam ipſe appellans inchoauerit proſequi appellationem; quare appellatus, poterit appellationem proſequi quoquomodo ſententia ipſum læſerit: ſiue quia ſententia non condemnauerit appellantem ad integram quantitatem, ſeu ad totum illud, quod appellatus petierat, ſiue è contra; quia ſententia non abſoluerit appellatum in omnibus, per ea, quæ ſcribit Bart. *in l. 28. ſi quis libellos, ſub num. 2. Codic. de appell. & conſult.* quem referunt, & ſequuntur Card. Alex. *in cap. 7. interpoſita, §. ille denique, ſub n. 7. fall. 7. de appell.* & Felyn. *in c. 12. ex parte, il ſecundo n. 5. de reſcript.* dum ſcribit, quod ille, contra quem eſt interpoſita appellatio, poteſt ea appellatione vti, vt reſcindatur ſententia, ſi in aliquo eum læſit, & Papienſ. *in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gl. coram vobis, ſub n. 8. fol. 404.* dicens, quod is, qui obtinuit poteſt proſequi appellationem, cui renuntiauerit ille, qui eam interpoſuit, dummodo appellatum ſit ſimpliciter, non diſtinctis, neq; determinatis capitulis.

Comprobatur iſte caſus, quia in ſimili dicimus, quod is, cui eſt conceſſa dilatio, non poteſt illi renuntiare in præiudicium alterius partis, quæ propterea poterit vti eadem dilatione, non obſtante, quod pars illi renuntiauerit, *teſtibus Spec. Bald. & Dec. quos retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 3. n. 217.* etiamſi res eſſet integrá ſecundum Bald. quem citaui *eod. c. 3. n. 218.*

Contra iſtum; caſum quod enim appellans à ſententia, quæ nocet appellato aliter, quam propter omiſſam condemnationem expenſarum, poſſit renuntiare appellationi in præiudicium appellati ita, quod non poſſit appellatus proſequi appellationem, quoad illam partem, in qua ſententia eſt ſibi nociua: tenet Io. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de appell. §. in quibus, n. 24. in verbo, in fine, in fine additionis lib. 2. fol. 168.* dicens, quod in caſu, quem ponit Spec. *eod. tit. de appell. §. 1. n. 13. verſ. ſed pone, fol. 184.* præiudicat renuntiatio, quia poterat appellare ab illa parte, in qua ſuccubuerat, vnde, inquit, ſibi imputet, ſi non appellauit, & caſus, quem ponit Spec. eſt iſte, (*ego peto ab aduerſario centum; iudex condemnat eum in quinquaginta, & abſoluit in alijs quinquaginta; ille appellat, & non ego,* quæritur, *quid iuris*) dic, inquit Spec. quod, ſi ex eadem cauſſa petij centum, potero coram iudice appellationis petere integre centum, & ex Ioann. Andr. referunt, & videntur ſequuti Ant. de Butr. *in dict. §. ille denique, ſub num. 4. & Abb. n. 4. in fine, & num. 5. & 6.* & hoc idem ſentit idem Io. Andr. *in addit. ad Spec. d. num. 13. verſ. ſed pone, in verbo ampliorem,* dicens, quod in relato caſu ex Spec. ego poſſum coram iudice appellationis petere integre centum, ſi appellans proſequitur; & ſic, vt vides, Io. Andr. ſentit, quod renuntiatio præiudicet appellato, quia admittit, vt is tunc ſolũ poſſit petere integre centum, quando appellans proſequitur appellationem: ergo, ſi appellans non proſequitur appellatus non poteſt.

Pro reſolutione huius ſecundi caſus ſunt adhibendæ duæ inſpectiones.

Prima ſpectio eſt, quando ſententia continet vnicum negotium, ſeu vnum capitulum, aut plura capitula connexa, & appellans vult renuntiare, & certiorare appellatum de renunciatione ante lapſos decem dies ad appellandũ, ita quod appellatus eſt in tempore ad appellandum, & in hac inſpectione concludo, quod appellans poteſt renuntiare, inuito appellato, & in eius præiudicium, & ratio eſt quia appellatus eſt in tempore ad appellandum, & ſic poteſt reparari præiudicium, & ceſſat deceptio legis, quam conſiderani in præcedenti caſu, vt concordando opiniones, ſcribunt Franch & Card. Alex. *infra citati.*

Secus eſt, ſi velit renuntiare poſt lapſos decem dies, quia tunc non poteſt renuntiare in præiudicium appellati, & ita diſtinguendo conſiderauit Imol. quem, concordando controuerſiam opinionum in iſto ſecundo caſu referunt, & ſequuntur Franch. *in d. §. ille denique, q. 8. ſub n. 12. verſus finem,* & Card. Alex. *ſub n. 7. fallent. 7. in fine,* & in iſta inſpectione quando ſententia continet vnicum capitulum, ſeu plura connexa, & appellans vult renuntiare, poſt lapſos decem dies procedit comprobatio, in qua infra *limit. 21. n. 6.* ex Bald. Franch. Dec. & Ruginel. retuli, & ſequutus ſum, quod appellatus non poteſt, appellare quia hæc ſecunda appellatio eſſet ſuperflua, loquendo in caſu, quem ex Spec. retuli *num. præced.*

Ratio in iſta inſpectione eſt illamet, quam retuli, & ſequutus ſum ſupra in primo caſu, videlicet quia appellatus remaneret deceptus ſub prohibitione legis, nam, quod in connexis appellatio vnius deuoluat totum negotium, retuli, & ſequutus ſum *dict. limit. 21. verſ. contra hanc, n. 25.* & quod ideo efficiatur communis, retuli, & ſequutus ſum ſupra *q. 14. n. 47. verſ. extende, & d. limit. 21. ſub n. 30. verſ. caſus primus,* & facit, quod dixi *ſupra limit. 1. n. 50.* & quod appellans non poſſit limitate appellare, patet ex his, quæ dixi *d. limit. 21. ſub n. 25.*

100 Secunda inſpectio eſt; quando ſententia continet plura capitula ſeparata, & appellans appellauit ſimpliciter, & vult renuntiare appellationi, & conſideramus præiudicium contentorum in dicta ſententia, & in hac inſpe-

ctione

Digitized by Google

ctione latet maior difficultas, quia tot capita, tot ſententiæ, & ideo vtraque pars poteſt appellare à nociuis contentis in dicta ſententia, & conſequenter, qui non appellat ſibi imputet: tamen concludo prorſus idem, quod in præcedenti inſpectione quia illa ſimplex appellatio refertur ad omnia capitula quantumuis ſeparata, ideoque deuoluit totum negotium, *vt retuli, & ſequutus ſum infra limit. 21. numero 12. extenſ. 5.* & conſequenter appellatus ſuperſlue interponeret ſecundam appellationem, quia iam prima appellatio partis aduerſæ deuoluit totum negotium.

Secus eſt ſi appellans appellauerit in parte, & partibus quia tunc poteſt renuntiare, & renunciando, appellatus non poteſt proſequi appellationem, niſi in ea parte, & partibus, ſeu capitulis, à quibus fuit appellatum, & non in alijs à quibus non fuit appellatũ, *Papienſ. in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis, ſub nu. 8. fol. 404. in fine*, & in eis ratione expenſarum, *vt dixi n. 98.* ſed non quoad alia, quia illa appellatio non deuoluit, niſi in fauorem appellantis, & propterea appellans poteſt renuntiare illi appellationi, inuito appellato, *Franch. in d. capit. 70. interpoſita, §. ille denique, q. 8. num. 13. verſ. omnia tamen de appell.*

Ratio eſt euidens, quia iſto caſu poterat etiam appellatus appellare à capitulis nociuis; quare ſi non appellauit, ſententia quoad illa capitula tranſiuit in rem iudicatam *vt retuli, & ſequutus ſum, infra lim. 21. n. 19. verſ. ſublimita tertio*.

101 Tertius caſus eſt, quando res non eſt integra, & ideo appellatio eſt facta communis appellanti, & appellato; quia tunc appellans non poteſt renuntiare appellationi in præiudicium appellati, *Abb. in c. 70. interpoſita, §. ille deniq; not. 1. nu. 2. de appell.* & quod, re non integra, appellans non poſſit renuntiare appellationi ſuæ à diffinitiua, inuito appellato, ſcribit ibidem Franch. *q. 9. n. 14.* & comprobat, quia ſi non poteſt renuntiare, re integra, tanto minus poteſt, re non integra.

Confirmatur iſte, caſus, quia in ſimili dicimus, quod, conceſſa dilatione vni parti, non poteſt illa pars renuntiare dilationi in præiudicium alterius partis, ſi res non eſt integra, *teſtib. Bart. Salyc. & Aret. quos retuli, & ſequutus ſum lib prec. c. 3. n. 219.*

Iſte caſus mi‘ i non placet ex pluribus.

Primo, quia Doctores videntur communiter declarare rem dici non integram, quando appellans inchoauit vti appellatione, & tamen nos vidimus, quod in primo caſu poſito *ſupra numero 98.* appellans non inchoauit vti appellatione, & nihilominus non poteſt renuntiare appellationis, & ſic iſte tertius caſus non eſt caſus, quia etiam re integra non poteſt appellans renuntiare, *teſte eodem Franch. d. §. ille denique q. 9. num. 14.* aut iſte terminus (re non integra) non eſt idoneus terminus in hac materia.

Secundo, quia quando res non eſt integra, adhuc videndum eſt, an appellatus receperit appellationem, quia licet res non ſit integra, tamen ſi appellatus impugnauit appellationem, poteſt appellans renuntiare appellationi, inuito appellato, *vt retuli, et ſequutus ſum, infra numer. 108. verſ. ſecundus caſus*, & ſic iſte terminus ſeu caſus vndique claudicat.

102 Tertio, quia ratio, quare appellans poſſit, vel non poſſit renuntiare appellationi, inuito appellato, eſt illa, quia appellatus non habet, vel habet intereſſe: quia ſi appellatus nõ prætendat intereſſe, appellans ſine dubio poteſt renuntiare appellationi, inuito appellato, ſiue res ſit integra, ſiue non, quia exceptio, tua non intereſt, repellit appellatum, *Franch. in d. §. ille denique qu. 9. ſub num. 15. verſ. aliquando, & tertio, & Card. Alex. verſus finem, ſub num. 7. fall. 10.* dicens, quod vbicunque dictum eſt, appellantem non poſſe renuntiare appellationi, inuito appellato, procedit, ſi appellati intereſt, vt non renuncietur, alias, inquit ſi appellati non intereſt, poterit ſemper renuntiare: vnde ego colligo, quod illa ratio, ſeu potius regula, & conſideratio, an res ſit vel non ſit integra, eſt à poſteriori, collecta ab iſta præcedenti, & ideo eſt fallax & non adæquata.

103 Quartus caſus, ſeu tertius, confutato iam iſto adducto, *numero præced.* eſt, quando iudex à quo detulit appellationi ab interlocutoria; & iſto caſu non poteſt appellans renuntiare appellationi, inuito appellato, in præiudicium iudicis appellationis, ad quem tranſlata eſt tota iuriſdictio quoad illam cauſam: vnde licet appellans renuntiet appellationi, tamen iudex à quo non recuperat iuriſdictionem, *Bart. in l. 25. ſi quis libellos, n. 3. C. de appell. & conſult. Abb. in c. 70. interpoſita, §. ille denique ſub num. 4. verſ. primo caſu, & Card. Alex. verſus finem ſub n. 7. fallen. 10. de appel.* & non diſſentit ibidem Franch. *n. 17. verſ. aliquando & ſexto*.

Confirmatur iſte caſus, quia quando iudex à quo detulit, tũc licet iudex ad quem pronuntiet male appellatum, & bene iudicatum, tamen cauſſa non redit ad iudicem à quo, niſi iudex ad quem remittat cauſſam ad eum, & in poteſtate ipſius eſt remittere, vel nõ remittere, poſtquam iudex à quo per delationem appellationis abdicauit à ſe totam illam cauſſam, *vt ſcripſi infra limit. 47. membr. 3. numero 34.*

Contra hunc caſum: quod enim appellans poſſit renũtiare, & eius conſenſus ſolus ſufficiat, dummodo non interſit appellati, ſcribit Card. Alex. *in c. 60. cum ceſſante, ſub n. 40. fall. 6. de appellat.*

Non recedas à caſu; nam, præſuppoſito etiam, quod appellati non interſit, *vt loquitur Card. Alex.* tamen deeſt iuriſdictio, & adeſt intereſſe iudicis, ad quem deuoluta eſt cauſſa.

Extende eundem caſum, vt procedat etiam ſi accedat conſenſus appellantis, & appellati, quia nihilominus non poteſt rediri ad iudicem à quo.

Contra iſtam extenſionem tenent Doct. & communis opin. quos retuli, & ſequutus ſum *infra limit. 47. membr. 1. ſub n. 43. verſ. contra hanc extenſionem*.

104 Quintus caſus eſt, quando appellatio eſt interpoſita in cauſa beneficiali, vel alia maiori cauſſa; quia licet appellans renuntiet appellationi, tamen renuntiatio facta inuito appellato, non operatur, vt cauſſa tractetur coram iudice à quo, ſeu in partibus, quia ſtatim atque appellatio eſt interpoſita, cauſſa eſt deuoluta ad Papam, & ſic renunciatio appellationis non præiudicat Curiæ Papæ, *Franch. in capit. 70. interpoſita, §. ille denique q. vlt. num. 18. de appell.*

Sed aduerte, quia non ſufficit, appellationem eſſe interpoſitam, ſed requiritur etiam, quod appellatio ſit præſentata Papæ, & tunc partes non poſſunt vlterius recedere, *Gl. in cap. 10. quamuis, in verbo partibus, de elect. in 6.* & ſatis probatur ex ipſo *C. quamuis, in fine princip* ij; rurſus Gl. ibidem *in verbo præſentatæ*, & bene faciunt quæ ſcripſi *infra limit. 47. membr. 3. num 23. & ſeq* Alias, ſi appellatio non ſit præſentata Papæ, poteſt appellans renuntiare appellationi, etiam inuito appellato, dummodo ei ſatisfaciat de ſuo intereſſe, *Gl. in d. verbo partib.* quã refert, & ſequitur Card. Alex. *in d. §. ille deniq; ſub num. 7. fall. 2. in fine*.

105 Sextus caſus eſt, quando appellationis cauſſa eſt iam delegata, quia tunc non poteſt appellans renuntiare appellationis, inuito appellato in præiudicium iudicis appellationis, *Card. Alex. in d. §. ille deniq; ſub n. 7. fall. 3. in fine*, & colligitur à contrario ſenſu ex *d. §. ille denique*.

Pręcipuè procedit iſte caſus, quando emanaſſet citatio coram iudice appellationis, *Card. Alex. ſub d. n. 7. fall. 5.*

Confir-

Confirmatur iſte caſus, quia vbi iudex ad quem receperit appellationem, cui detulerit iudex a quo, non poteſt ad ipſum iudicem à quo amplius rediri etiã de vtriuſque partis conſenſu, *Arch.in c.5. cum appellationibus, ſub n.3.ibi,ſed videtur contra,de appellat. in 6.*

106 Septimus caſus eſt; quando appellatus recepiſſet appellationem,quia tunc non poteſt ab ea recedi, niſi de conſenſu partium, & ſic ſola renuntiatio appellantis non valet,*Card. Alex. in d.cap.70.interpoſita, §.ille denique, ſub num.7.fallent.4.& Franch.qu 7. ſub n. 11. vbi ſic ſaluat dictum Bartoli,& qu.9.ſub n.15.verſ aliquando & quinto, de appellat.*

107 Declara ſecundo qui ſint caſus, in quibus non venit intereſſe appellati, & propterea appellans poteſt renuntiari appellationi,inuito etiam appellato.

Primus caſus eſt, quando appellatio nondum eſt præſentata ſuperiori, vel nondum eſt oblatus libellus, vel licet ſit pręſentata, & admiſſa appellatio per iudicem appellationis,& oblatus libellus, tamen quia poterit appellans retrahere quandocunque ante citationem aduerſarij,cum ante citationem reſcriptum præſentatum non ſit commune,& poteſt retrahi,& lacerari; conſequenter iſto caſu poteſt appellans renuntiari appellationi, *Franch. in c.70.interpoſita,§.ille denique,q.7.n.10. & 11. de appell.* & iſto caſu poteſt procedere;quod ſcribunt Abb. *eod.§ ille denique, ſub num.4. verſ. ſi vero non fuit delatum, & idem Franch.quaſt.9. num.14. in fine.* dum aiunt, quod ſi res eſt integra,appellans poteſt renuntiare, etiam inuito appellato.

108 Secundus caſus eſt, quando appellatus impugnauit appellationem; & iſto caſu appellans poteſt renuntiare appellationi,inuito appellato, tum quia appellatus non poteſt ſe iuuare ex eo,quod impugnauit, *Abb in c.70. interpoſita,§.ille denique ſub n.4. verſ. ſi vero res non eſt integra,Franch.q 9. num.15. ibi,aliquando,& ſecundo,& Card. Alex.verſus finem ſub num.7.fallent.10. de appell.*& quod quis non poſſit ſe tueri ex actu, quem impugnauit, latius ſcripſi *lib.praced.c.11.n.470.& ſeqq.* tum quia appellatus non habet intereſſe in iſta renuntiatione; nam impugnãdo appellationem,vult tollere appellationem, ſed per renuntiationem tollitur: ergo conſequitur, quod vult, & ſic non poteſt contradicere, ſiue res ſit integra, ſiue non integra,*Franch.vbi ſupra.*

109 Tertius caſus eſt in appellatione ab interlocutoria; & in iſto poteſt appellans ſine dubio renuntiare appellationi,inuito etiam appellato,*ſecundum Franch.in d. §. ille denique,ſub n.11.*

Ratio eſt multiplex. Prima,quia ſi appellans renuntiat appellationi ab interlocutoria, appellatus nullum poteſt prætendere intereſſe,cum cauſſa veniat remittenda ad iudicem a quo,quam rationem adducit etiam Abb. *in d.§. ille denique ſub num 4.ibi,ſed in appellatione ab interlocutoria,* nam appellatus ab interlocutoria inſtat pronuntiari bene ſententiatum, & male appellatum, quo caſu remittenda eſt cauſſa ad iudicem a quo, & ſic nullum habet intereſſe ex renuntiatione appellationis. Secunda ratio eſt, quia appellans poteſt non proſequi, ſeu non iuſtificare appellationem, & ſic venit remittẽdus ad iudicem a quo: ergo poteſt expreſſe renuntiare appellationi, etiam inuito appellato, quoad hoc, vt iudex a quo habeat cognoſcere de cauſſa principali. Tertia ratio eſt,quia quod cauſſa principalis veniat tractanda coram iudice ad quem, ſi apparebit fuiſſe bene appellatum, *iuxta ea,quæ ſcripſi infra lim.47.memb.3. n.1.* eſt in fauorem ipſius appellantis, quia dicto caſu iudex a quo foret ſibi ſuſpectus, quam ſuſpicionem non poteſt allegare appellatus:ergo appellans debet poſſe renuntiare huic ſuo fauori,quas omnes rationes adducit etiam Franch.*ſub citato n.11.*

110 Extende hunc caſum, vt procedat etiam ſi res non ſit integra,quia militant rationes adductæ,*Franch.in d. §.ille denique,num.11. in vltimis verbis*, & dummodo reficiantur expenſæ,*vt ſcribit ibidem q.9.ſub n.15. licet corrupte in libro meo.*

111 Extende ſecundo, vt procedat etiamſi appellatus receperit appellationem, & res non ſit integra, quia adhuc appellans poterit renuntiare appellationi,vt,mutata ſententia,firmat Abb.*in d.§.ille denique,ſub n.4.ibi,ſi vero appellatus recepit.*

Contra hanc extenſionem refert, & ſequitur ibidem Franch.*q.9.ſub n.15.ibi,aliquando & quarto, in fine,* quia, vt inquit, ex quo appellatio eſt approbata ab vtraq; parte,cauſſa eſt deuoluta ad iudicem appellationis.

112 Declara tertio, vt in quouis caſu, in quo appellans poſſet renuntiare appellationi,etiam inuito appellato,ſiue res ſit integra,ſiue non, & appellatus proſequendo appellationem, quouis modo eam proſecutus eſſet, coactus fuerit facere aliquas expenſas, debeat tunc appellans, renuntians appellationi, condemnari in dictis expenſis, *c. 70.interpoſita,§.ille denique in fine, & ibi Abb. Franch. & cæteri n.1.de appell.*

Ratio huius declarationis eſt, quia ex pœnitentia præſumitur, quod temere appellauerit, merito condemnatur in expenſis,*vt refert, & ſequitur Dec. in d.§. ille deniq; num.2.*

113 Amplia primo hanc declarationem, vt etiamſi appellatus non receperit appellationem, tamen appellans, renuntians appellationi, re etiam integra, debet condemnari in expenſis, *Addit.ad Felyn.in c.12.ex parte, il 2.n.5. de reſcript.* & quod renuntians appellationi etiam re integra ſit condemnandus ad expenſas, ſcribit Franch. *vbi ſupra.*

114 Amplia ſecundo, vt ſimiliter teneatur ad expenſas ille,qui cedit liti,*Dec.d.c.70.interpoſita,§.ille denique, num. 4.de appellat.* & quod renuntians liti condemnetur in expenſis,refert,& ſequitur Aſin.*in prax.iudic.§.32.c 2.ampl. 2.fol.196.*

115 Amplia tertio, vt etiam renuntians petitorio teneatur ad expenſas; non enim erroris correctio admittitur, niſi refectis expenſis,*Dec.in d.§.ille denique, n.3.* & quod tranſiens de petitorio ad poſſeſſorium,tacite, vel expreſſe renuntians petitorio condemnandus ſit in expenſis, ſcribit & declarat Aſin.*in d.c.2.ampl.60.fol.*205.

116 Amplia quarto demum, vt omnis mutatio actionis, ſeu libelli poſt litem conteſtatam trahat ſecum condemnationem ad expenſas, quia non licet actori poſt litem conteſtatam mutare actionem, ſeu libellum, niſi reficiat omnes expenſas,quibus reum defatigauit *Bar.in l.3.edita, num.30.in fine,& n.31.Bal.in prima repetit.num.55.verſic. de ſecunda, & in ſecunda repetitione in ſtudio Patauino, n. 113. verſic.ſecundo quæro,Salyc.ſub num.13. ibi, reſpondeo quia Alex.n.21.verſ.in gl.& n.22.Iaſ.n.37.verſic.primam habes,& Dec.n.93.verſ.in ea gl.C.de edend.Bal. conſ.3. per ſtatutum,in fine,n.5.lib.2.*dicens,non debere audiri,niſi refectis expenſis liquidis,& ſatiſdato de non liquidis, *Aſin. in prax.§.32.c.2.ampl.14. & 15.* & in foro Capitolino eſt diſpoſitum per ſtatuta Vrbis *lib.1. c.59.*

117 Subamplia primo hanc ampliationem, vt habeat locum etiam in muliere, quia non excuſatur ab iſtis expenſis,*Bar.in d.l.edita,n.33.in fine,ibi,mulierem. Iaſ. num.3.& Dec.n.96.C.de eden.& Aſin.d.§.32.c.2. ampl.16.*

118 Subamplia ſecundo, vt habeat locum etiam in cauſſis ſummarijs, quia non licet actori mutare actionem intentatam,niſi reficiat expenſas,*per ea quæ ex Bart.Bal. Salyc. & Alex.retuli,& ſequutus ſum ſupra q.11. ſub n.33. verſ. ad adducta*, vbi videas, & idem de dicendum eſt in executiuis,quia militant eædem rationes;eſſet enim contra naturalem rationem, vt actor poſſet temerè litigare via ſummaria,hancque ſubampliationem cenſeo habere locũ

etiam

etiam in foro Capitolino; nam & ſi ſtatutum *lib.1.c.59.* loquatur in cauſſis ordinarijs, in quibus fit conteſtatio litis, tamen habebit locum etiam in ſummarijs, primo quia ſi excluderet cauſas ſummarias, iniquè foueret in eis temeritatem litigatoris: ſecundo quia eodem *lib.1.cap.81.* dum diſponit, vt condemnatio expenſarum propter peremptam inſtantiam fiat in cauſſis ordinarijs, ſicut in ſummarijs, & executiuis, conſiderat etiam in eis litis conteſtationem.

119 Reſtringe primo eandem quartam ampliationem, vt non procedat, quando ex parte eius, qui mutauit iudicium, nulla potuit conſiderari temeritas, & habuit cauſſam iuſtiſſimam litigandi, vtputa, quia agebatur de articulo valdè implicito, *Put.deciſ.374.in cauſſa Romana, lib.3.fol.757.*

120 Reſtringe ſecundo, quando pendente iudicio, ſuperuenit ius ex cauſſa de præterito, quia tunc illud ius habet conualidare iudicium ſine alia mutatione, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q.5.ſub n.27.verſ.ſecunda,* & licet de iure teneretur ad expenſas factas vſque ad ſuperuenientiam illius iuris, ſi temerè vſque illuc litigaſſet, tamen de conſuetudine non ſeruaretur.

121 Reſtringe tertio, vt non procedat in ſecunda inſtantia, quia in ea poteſt mutari cauſſa, & probari non probatum, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q.11.ar.4.dub.8.n.84.* & nullis tamen refectis expenſis.

122 Limita primo nunc eandem declarationem poſitam *ſupra numero* 112. vt non procedat, quando appellans habuiſſet iuſtam cauſſam appellandi, quia tunc iuſta cauſſa litigandi excuſaret ab expenſis, *Franch.in c.70.interpoſita, §.ille denique ſub num.1. limit.1. & Dec.limit.1. num.5.de appell.* & quod hæc limitatio magis procedat in reo appellante, quam in actore, qui non ita de facili excuſatur ab expenſis, & quod etiam reus appellans non excuſetur ab expenſis propter iuſtam cauſſam litigandi, vide Dec, *vbi ſupra n.6.*

123 Limita ſecundo, vt non habeat locum in eo, qui renũtiat appellationi conditionaliter, dummodo grauamen reuocetur, vt puta, quia appellans diceret, iudicem eſſe bonum virum, & non grauaſſe ex propoſito, & contentaretur, quod ipſe iudicaret, dummodo grauamen reuocaretur, quia iſto caſu non condemnatur ad expenſis, *teſtibus Io. Andr. & Imol.quos refert, & ſequitur Franch. in c.70.interpoſita, §.ille deniq.lim.2.ſub nu.1, & poſt eum Dec. ſub n.7.de appell.*

124 Limita tertio, vt declaratio habeat locum in expenſis quas appellatus fecit, proſequendo appellationem, vtputa, quia miſerit procuratorem ad Curiam ad proſequendam appellationem, quia ſi appellans renuntiet appellationi, & petat ſe remitti ad iudicem, à quo appellauit, quod ſibi licet, dummodo id petat ante præſentationem appellationis ſuperiori faciendam, ſeu verius ante commiſſionem ſuper appellatione impetratam, debet condemnari ad expenſas: ſecus ſi appellatus nullas expenſas fecerit occaſione appellationis, ſed dumtaxat occaſione deſertionis, quam appellanti licuit deſerere, illique renũtiare tacitè, & expreſsè, re integra appellato etiam inuito, & contradicente, quia appellans non tenetur ad iſtas expenſas, *Rot.deciſ.22.alias 425.ſed pone, ſub nu.1.ibi, ſed ſuppoſito quod valeret, de re iud.in nou. Ant.de But.in c.70. interpoſita, §.ille deniq.n.5, ibi, ſed eſt dubium, Franch.ſub n.1.lim.3.Card. Alex.n.5, verſ.not.ex tex.ibi condemnatus, et Dec.n.8.verſ.tertio concluſio, de appell.*

125 Sublimita V. vt renunciatio appellationis non ſe extendat ad nullitatem, quia appellatio, & nullitas ſunt duo remedia ſeparata, & ideò, vno eorum ſublato, remanet alterum, *Franch.in c.63.dilecto, quaſt.49.n.109. & 110. & cap.70.interpoſita, §.ille denique, quaſt.4.n.5.in fine, de appellat.* & quod ſint duo remedia iuris ad inuicem ſeparata, ideoque prohibitus appellare non cenſeatur prohibitus dicere de nullitate, ſcribunt Grauat. Vant. & Marchel. quos retuli, & ſequutus ſum *infra q.19.rem.1. concl.2.ſub 7.verſic.1.*

126 Extende primo hanc ſublimitationem, vt procedat etiam in renuntiatione tacita per lapſum temporis ad proſequendum appellationem; quare ſi nullitas eſt expreſsè cumulata, & deducta in appellatione: puta; dico, ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, deſerta poſtea appellatione, remanet nullitas, *Bal.in l.41.tale pactum §. qui prouocabit, il 2.queſt.13.ſub numero 12.ibi ſed ſi expreſſe, ff.de pact.folio 141. & Franch.dict.capitul.63.dilecto, quaſt.49.ſub numero 114. & clarius et fuſius queſt.58.num, 171.et ſeqq.de appell.et Luc. Pat.in pract.Cap.lib.6.cap.1. num.41.*

127 Intellige & declara iſtam extenſionem, vt declaraui *ſupra quaſt.15.n.92. art.3.ſubillat.3.et num.262. verſ.declara hanc.*

128 Extende ſecundo, vt procedat quantumuis renuntiatum prius dicatur appellationi, & conſequenter nullitati acceſſoriæ ad ipſam appellationem iuxta ſequentem declarationem, quia nihilominus non cenſetur factum præiudicium, ſi nullitas poſtea principaliter deducatur, cum ſint iura ſeparata, & diuerſa, *Franch.in d.c.63.dilecto, qu.46.ſub n.114.*

119 Infero primo comprobando totam hanc ſublimitationem, & extenſiones, quod quamuis appellans renuntiauerit appellationi, aut appellatio ſit deſerta, & ideo non poſſit agi ad reuocationem attentatorum, tamen attentata adhuc ſunt nulla, & appellans, qui ſuccubuit in appellatione, poterit proſequi nullitatem attentatorum, agendo per uiam nullitatis, vt retuli, & ſequutus ſum, & exemplificaui, quando ſententia excommunicationis eſt lata poſt interpoſitam legitimam appellationem *ſupra q.15.n.72.et.73.art.3.* vbi videas.

130 Infero ſecundo, quod renuntians appellationi non cenſetur renuntiare liti, & iuri ſuo, ſeu cauſſæ, quia renuntiatio eſt ſtrictiſſimæ naturæ, & ideo in ea non veniunt niſi expreſſa, vide, quæ ſcripſi *lib.prac.c.5. num.163.* licet Franch. de hac illatione remiſſiuè ſine determinatione loquatur *in d.§.ille deniq.q.3.n.4.*

131 Declara eandem ſublimitationem, vt habeat locum quando nullitas ſtat principaliter; & in his terminis loquuntur Franch. Vant. & alij, citati *in ſublimitatione.*

Secus eſt in nullitate, quæ ſtat adhærenter, & acceſſoriè incluſa in appellatione, quia renuntians appellationi dicitur renuntiare in conſequentiam nullitati, incluſæ in ipſa appellatione, cum in omni appellatione tacitè ſit incluſa cauſſa nullitatis, ſeu cauſſa nullitatis, ſit articulus acceſſorius ad appellationem, & libellum ipſius, ideò, ſi renuntietur principali, cenſetur renuntiatum nullitati acceſſoriæ ipſius appellationis, *vt referunt, & ſequuntur Franch.in c.70.interpoſita, §.ille denique.q.4.n.5. & in c.63.dilecto, q.49.n.114.de appell. & Rip.in l.4.§.condemnatum, fallen.3.ſub n.18.ff.de re iud.fol.36.*

Et ideo, deſerta cauſa appellationis, dicitur deſerta etiam cauſa nullitatis, quæ tacite inhærebat appellationi, quia ſi deſeritur expreſſum, ergo deſeritur tacitum, *vt ex Gul.de Cun.refert & ſeq.Bal.in l.41.tale pactum, §.qui prouocauit, il 2.q.13.ſub n.12.ff.de pact.fol.*141. Quare non poſſet iudex appellationis, qui fuit aditus via appellationis, cognoſcere de nullitate ſententiæ, cum nullitas ſtet acceſſoriè ad appellationem; ideò remedium eſt, vt appellans redeat ad iudicem ordinarium, à quo appellauit, qui poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ ſecundum opin. quam refert & ſeq. Guid. Pap. *tract. de appellat.quaſt.82.num.54. tom.5. fol.59.* & quod iudex ordinarius poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, ſcripſi

latè

latè infra qu.19.rem.1.concl.6.num.2.& ſeqq.& num.73.& ſeqq.

LIMITATIO III.

SVMMARIA.

CONTVMAX verus non appellat, hæc eſt limitatio, n.1.& 2. — Et qui dicatur verus contumax, n.3.

¶ Extenditur I. hæc limitatio, vt habeat locum in ſingulis actis, in quibus eſt contumax, n.4.

Extenditur II. in eo, qui eſt contumax in citatione ad ſententiam, n.5.

Extenditur III. etiam in ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, n.6.

Extenditur IV. vt neque ſupplicet, n.7.

¶ Sublimitatur I. vt principalis poſſit appellare, quamuis eius procurator ſit contumax verus, n.8.& 9.

Sublimitatur II. quando lex fingit aliquem actum in odium contumacis, n.10.

Sublimitatur III. in minore, muliere, & ruſtico, n.11.

Sublimitatur IV. de ſtylo Rotæ, & totius ſtatus eccleſiaſtici, n.12.— Ampliatur, & declaratur, n.13.& ſeqq.

Sublimitatur V. vt non procedat in contumace, qui comparet, iudice adhuc ſedente pro tribunali, vel &c. n.16.

Sublimitatur VI. vt contumax in non agendo poſſit appellare, num.17.

Sublimitatur VII. vt contumax in non proſequendo appellationem poſſit appellare, n.18.

Sublimitatur VIII. vt verus contumax poſſit appellare in his quæ veniunt ex accidenti extra naturam iudicij, n.19.

1 LImita III. in ſententia lata contra verum contumacẽ, quia is non auditur appellans, Spec. tit. de appell. §. in quibus, num.1. lib.2. Rot. deciſ.16. alias 364. cum iura, num.1. de dol.& contum. in nou. Pap. in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſſ. coram vobis, ſub num.9. verſ. quæritur vltra, fol.405. Maſuer. in addit. ad eum in 1. addit. in verbo, in vero contumace, fol.406. Franch. in cap.64. Nicolao, n.18. verſ. poſtremo quæritur, de appell. Socc. in reg.24. appell. in qualibet cauſſa, fall.6. Nicell. tract. de concord. gl. concor.6. fallen.18. n.51. fol.193 Curt. Sen. tract. de iureiur. propt. calum. §. quod ſi act. ſub num.12.& 13. tom.3. par.2. fol.134. Dec. conſ.34. num.1.& ſeqq. Rebuff. tract. de appellat. art.7. gl.2. n.7.& ſeqq. to.3. fol.502. Capic. dec.139. num.2. Maran. in ſuo ſpec. p.6. memb.2. n.19.& act.2. princ. in verbo, & quandoque appell. num.14.& num.284. fol.462.& 502. & dixi ſupra lib.1. cap.97. ſub num.41. & quod de rigore iuris non appellet, ſcribit Rot. deciſ.22. alias 137. appellatus, de appellat. in nou. & probatur ex textu ad literam in l.11. properandum, §. ſin autem reus, ibi, cum ei, qui contumaciter, &c. Cod. de iudic.& in l.1. C. quorum appell. non recip. & eſt diſpoſitum
* in conſtitut. Marchiæ lib.6. c.2. & hæc eſt communis * limitatio, a qua ſacra Congregatio Epiſcoporum die 13. Octobris 1600. facta prius relatione Papæ Clem. VIII. ac de eius mandato viuæ vocis oraculo deſuper habito, non diſceſſit, ſed ſtatuit per hæc verba formalia, à ſententia etiam diffinitiua contra verum contumacem prolata appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quæuis prouiſio, quamdiu appellans in huiuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur.

2 Ratio huius limitationis eſt, quia contumax, qui non vult parere iudici, eſt rebellis, largè ſumpto vocabulo, vt ſentiunt Bar. in extrauag. qui ſint rebelles, in verbo, rebellando, ſub num.2. dicens, quod is, qui in cauſa criminali, vel ciuili eſt contumax, dicitur largo modo rebellis, & non incidit in illam conſtitutionem, & Dec. in cap.11. ſand. il 2. not.4. num.20.& ſeqq. de offic.& poteſt. iudic. deleg. dicens, quod rebellis dicitur etiam is, qui non vult parere iudici, quia rebelles intelliguntur omnes, qui ſunt in proteruia, & notoria inobedientia, quia verbum rebellis, eſt vocabulum generale pro quolibet ſubdito contradicente dicto, vel facto ſuperioris &c. & multa ad hoc propoſitum ſcripſi ſupra lib.1. c.93. n.1. Cum igitur ſit rebellis, non debet poſſe appellare, quia beneficium appellationis conceditur ei, qui eſt oppreſſus à iudice, per ea, quæ dixi d. lib.1. c.97. ſub n.119. verſus finem, & lib. præced. c.2. n.485.& ſupr. q.3. ſub n.1.& non ei, qui eſt contumax aduerſus iudicem, quia contra contumacem omnia iura clamant, vt retuli d. c.93. in fine principij; & ſic clypeus appellationis debet protegere oppreſſum à iudice, & non eum, qui vult opprimere, & contemnere iuriſdictionem iudicis.

3 Declara hanc limitationem, vt verus contumax dicatur is, qui fuit citatus perſonaliter, vt ſcribunt Alex. in l.11. properandum, § ſin autem reus, n.10. verſ. extra gloſ. C. de iudic.& Maran. in ſuo ſpec. p.6. act.2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, n.285. fol.502. vel fuit citatus domi, & citatio ad eius notitiam legitimè peruenit, Alex. et Maran. vbi ſupra, & vide ſupra lib.1. c.97. ſub n.101.

Requiritur tamen, quod fuerit peremptoriè citatus, alias poterit appellare, quamuis ſit verus contumax, Alexand. in d. §. ſin autem reus, numer.12. verſ. tertia concluſio, quem refert, & ſequitur Maran. in d. verbo, & quandoque appellatur, n.286. verſus finem, fol.502.

Dicitur etiam contumax verus ille, qui curat, ne citatio ad eum poſſit peruenire, vt ſcribit Alex. in d. l. properandum, §. ſin. autem reus, n.14. concl.5. C. de iudic. & loquendo de tempore dato ad appellandum ei, qui eſt citatus perſonaliter, retuli & ſequutus ſum ea Maran.& Tiraq. pro q.19. n.19.

Quæ citationes habeant vim citationum perſonalium, & quæ non, vide eadem q.12. n.15.& ſeqq.

4 Extende I. hanc limitationem, vt habeat locum quoad omnes, & ſingulos actus, in quibus quis eſſet verus contumax, quia ab eo actu, ſeu actibus, in quibus eſt contumax, non poteſt appellare, ſiue ſit contumax in ſententia, ſiue in alio actu proceſſus, quicquid in contrarium ſcripſerint Maran. in ſuo ſpec. par.6. act. ſecundo princip. in verbo, & quandoque appellatur, n.284.& 286. fol.502. Paul. de Caſtr. in auth. principales, §. quod ſi actor, n.6.& Curt. Sen. n.13. inter tract. diuerſ. com.3. p.2. fol.134. C. de iureiur. prop. calum. vbi ait, quod verus contumax non auditur appellans, ſi fuit verus contumax ad ſententiam, ſecus ſi ad alios actus proceſſus.

5 Extende II. vt habeat locum etiam in eo, qui eſt contumax in citatione ad ſententiam, & in hac extenſione conueniunt Paul. de Caſtr. Curt. Sen.& Maran. citati num. præced.& ita contra Fulg.& Raph. Cum. firmat Alex. in l.11. properandum, §. ſin autem reus ſub n.18. concl.8. Cod. de iudic.

Contra hanc extenſionem, ſequendo Raph. Cum.& Fulg. tenuit Dec. in conſ.34. n.2. verſus finem, ibi, non obſtat ſi dicatur, & n.3.

Non diſcedo ab extenſione.

6 Extende III. vt habeat locum etiam in ſententijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, vt refert, & ſequitur Franch. in c.64. Nicolao, n.20. verſ. adde etiam quod verus, de appell.

7 Extende IV. vt ſicut prohibetur appellare, ita quoque prohibeatur ſupplicare, vt referunt, & ſequuntur Alex. in l.11. properandum, §. ſin autem reus, n.23. concl.12. in fine, C. de iud. Dec. conſ.34 ſub n.1.& Maran. in ſuo ſpec. p.6. act.2. princ. ſub n.14. fol 462.& dixi infra q.19. rem.3. n.12. vbi videas totam materiam huius extenſionis.

8 Sublimita I. eandem limitationem, vt non habeat locum, quando procurator eſt verus contumax, quia tunc dominus poterit regulariter appellare, Rebuff. tract. de appellat. art.7. gloſ.2. num.10. tom.3. fol.503.& latius expli-

cant

Digitized by Google

cant Bar.in l.1.§.ſi aduerſus, ſub num.2.verſ.quaro circa, ff. quand.appell.ſit, Franch.in cap.64. Nicolao, numer.18.& ſeqq.verſ.poſtremo quæritur de appell. Felyn.in cap.1. num. 6.verſ.ſi procurator, vt lit.non conteſt. Alex.in d.§.ſin autē reus,n.24.concluſ.13.& Nicell.tract.de concord.gl.concor. 6.fallen.18. n.51. & ſeqq.fol.193. & quod ita teneant Bar. * Ant.de But. Abb.Capol.& communiter* omnes, teſtatur, & ſequitur Addit.ad Felyn. vbi ſup. niſi dominus fuit ſciens, & negligens, vt refert, & ſequitur Guid.Pap.tract.de appel. quæſt.87.n.56.fol.59.

Ratio eſt, quia eſſe verus contumax, ſeu vera cōtumacia eſt delictum; ſed hoc, quod procurator delinquat, nunquam præſumitur fuiſſe mandatum: merito dominus non prohibetur appellare, quia prohibitio appellationis datur pro pęna contumaciæ veræ, vt ſcribunt Bar. Felyn. & Nicell.in locis ſupra proxime citatis, quod etiam retuli, & ſequutus ſum ſupra q.12.n.120. verſ.ſubamplia, in fine, & quod procurator non poſſit facere incidere dominum in pœnam delicti, quia nunquam cenſetur mandatum procuratori, vt delinquat, niſi ad hoc appareat mandatum ſpeciale, retuli, & ſequutus ſum lib.præced.cap.1. ſub num.119.& capit.3. ſub numer.129. & adde infra limit.4. membr.4.n.8.

9 Declara iſtam ſublimitationem infra quantum tempus dominus poſſit appellare ex his, quæ in terminus ſcripſi ſupra q 12.n.118.& ſeqq.ad illum.

10 Sublimita II. vt non procedat, quando propter contumaciam lex, ſeu ſtatutum fingit factum eſſe aliquem actū poſitiuum à contumace in ſui graue damnum, & præiudicium, vt puta, ſi fingat, ipſum contumacem eſſe confeſſum poſitiones, ſeu delictum; nam, cum iſto caſu potuiſſet lex ſeu ſtatutum fingere, quod cenſeretur negaſſe, ſicque potuiſſet aduerſarius deinde procedere ad examen teſtium, ſeu ad productionem ſcripturarum, & nihilominus fingat, ipſum eſſe confeſſum; ſatis eſt punitus, ideò non debet vlterius puniri etiam in hoc, vt non poſſit appellare à declaratoria, quia iudex pronuntiat ipſum haberi pro confeſſo, quia puniretur duplici pęna, vide, quæ ſcripſi lib.præced.cap.7.q.16 n.545. Et quod verus contumax in non iurando de calumnia poſſit appellare; ſcribunt Bal.in l.1.n.1.C.quor.appel.non recip. Paul.de Caſtr.in auth.principales, §.quod ſi actor, ſub num.6. Salyc.ante n.33. verſ.quaro an ab eiuſmodi, C.de iureiur.prop.calum. Alex.in l.11.properandum, §.ſin autem reus, n.21.concl.10 C.de iudic.& Curt. Sen.tract.de iureiur. prop.calum.d.§. quod ſi actor.n.13.to.3.par.2.fol.133.

Contra hanc ſublimitationem ſentiunt Foller.in pract. crim.in verbo, & ſi confitebuntur, 4.par.3. par.verſ.octauo operatur, nu.35.fol.324.& Flam.Cart.qui eum refert, & ſequitur tract.de execut.ſenten.capto banno, c.1.nu.58.60.& ſeqq. dicēs ex diſtinctione Nelli, quod habitus pro cōfeſſo, ſi fuit verè contumax nō appellat, non ex vi confeſſionis inductæ, ſed ex natura veræ cōtumaciæ; hācq; eſſe cō- * munē* cōcluſionē refert & ſequitur ex Burſ per eū citato.

Non recedas à ſublimitatione.

11 Sublimita III. vt non procedat in minore, muliere, neque in ruſtico, qui etſi ſint veri contumaces, tamen non repelluntur ab appellando, Franch.in cap.64. Nicolao, ſub n.20.de appell. Marſ.ſing.377.contumax. Vrſill.ad Afflict. deciſ.344.fuit dubitatum, n.5.& Rugin.tract.de appel.§.2.c. 3.n.226.fol.88.

12 Sublimita IV. vt non procedat de obſeruantia Rotæ, quia ſecundum eam poteſt appellare etiam verus contumax, dummodo appellet infra decem dies à die latæ ſententiæ, vt teſtatur Rot.deciſ.16.alias 364 cū tur.1, in fine, de dol.et contum.in nou. quam refert, & ſequitur Felyn.in c.2. ſub n.7.verſ.vnum etiam. vt lit.non conteſt.& ex Felyn. refert, & ſequitur Nicell. tract.de concord.gl.concor.6.fall.18. ſub n.58.ibi ſubijciens, to.18.fol.193.& de eadem obſeruātia Rotæ teſtatur, citata eadem deciſ. Fel.in cap.15.q.ad conſultationem, n.28. de ſent.et re iudic. & hæc reſtrictio ſeu obſeruantia Rotæ eſt fundata in æquitate canonica, ſecundum quam etiam verus contumax poteſt appellare, Ferret.conſ.216.vertitur, q.n.3. & ita ſeruatur tam in Curia Romana, quam in toto ſtatu eccleſiaſtico, omni protſus difficultate remota.

13 Amplia primo hanc ſublimitationem, vt procedat etiam in locis, in quibus ſeruantur cōſtitutiones Marchiæ, quia licet in eis lib.6.c.2. diſponatur, vt verus contumax non poſſit appellare, & in cap.38. eod.lib.6. diſponatur, vt potius obſeruentur ipſæ conſtitutiones, quam iura canonica; tamen vſus iudiciorum ſeruat firmatam ſublimitationem.

14 Amplia ſecundo, vt procedat ſiue fuerit contumax apparenter tantum, ſiue etiam exiſtenter, quia poteſt appellare, quidquid, diſtinguendo, ſcribat Felyn.in cap.1.15. quoad conſultationem, ſub n.24. verſ.ſecus caſus de ſent et re iud. dicens, contumacem verum exiſtenter non appellare; hancque ampliationem ex obſeruantia Rotæ tenet ibidem Felyn. ſub n.28.concl.8.

15 Declara reſtringendo eandem quartam ſublimitationem, vt non procedat in caſu, quo appellatus extraiudicialiter in cauſſa beneficiali iuxta formam c.1.ſtatuimus, de elect.in 6.& intimatus iuxta formam clemen.3.cauſſam, eod. tit. proſequitur appellationem in contumaciam appellantis, & fauorabilem reportat ſententiam, quia iſto caſu is, qui appellauit, ſi velit appellare non auditur, niſi per viam reſtitutionis in integrum, qua via vt poſſit audiri debet docere de iuſta cauſſa &c. Rot. deciſ. 53. alias 384. fuit dubitatū, de appell.in nou. quæ deciſio licet loquatur in eo, qui prius appellauerat extraiudicialiter, & in cauſſa beneficiali, vt dixi, tamen multæ eius rationes concludunt etiam in appellatione iudiciali, & in prophanis.

Neque obſtat, quod, ſi veniſſet ipſe appellans, & proſecutus fuiſſet in veram contumaciam appellati, & ſententiam obtinuiſſet, nihilominus appellatus potuiſſet appellare, Rot.dec. 22. alias 137. appellatus in cauſſa beneficiali, de appell.in nou.

Quia reſpondeo, maiorem eſſe contumaciam actoris, quam rei, Rot.d.dec.53.

16 Sublimita V. vt non procedat, quando verè contumax comparet iudice adhuc ſedente pro tribunali, ſeu in continenti atque receſſit à tribunali, quia appellans audietur, vt refert, & ſequi videtur Alex.in l.11.properandum, §. ſin autem reus.n.23.concl.12.C.de iud.

17 Sublimita VI. vt verus contumax in non veniendo non poſſit appellare, ſecus ſi ſit verus contumax in non agendo quia is poteſt appellare, vt in iudicio iactationum, & diffamationum referunt, & ſequuntur Franch. in cap.64. Nicolao, in fine, n.23.de appel.et Alex.in l.11.properandum, §.ſin autem reus, ſub n.21.concl.10.C.de iud.

18 Sublimita VII. vt non procedat in eo, qui appellauit, & fuit contumax in non proſequendo appellationem; quæ propterea eſt deſerta, & ideo non auditur amplius; quia, ſi iſte compareat coram eodem iudice à quo, & ſic purget ſuam contumaciam, & deinde grauetur ab eodem iudice, poterit ex nouo grauamine iterum appellare, nec poteſt excludi vigore primæ contumaciæ, & appellationis deſertæ, quaſi de cœtero non debuerit audiri appellans, nam illud procedit, niſi contumax purgauerit illam contumaciam, comparendo coram iudice à quo, Franch. in c.39.directe, ſub num.1.et ſub n.4.de appell. Quare illa comparitio, & purgatio contumaciæ operatur, vt poſſit appellare ab alijs nouis grauaminibus, cum alias, nō purgata illa prima contumacia, non eſſet audiendus appellans etiam ex nouo grauamine, quia diceretur adhuc cōtumax, qui non auditur appellans, Franch.ſub d.num.4.

19 Sublimita VIII. vt non procedat in his, quæ veniunt

ex accidenti extra proprium finem, & intrinſecam naturam iudicij, vt puta in mulcta, quæ non poteſt imponi, niſi ratione veræ contumaciæ, quia in iſtis etiam verus contumax poteſt appellare, *Franch. in cap. 64. Nicolao, num. 21. verſ. adde in materia veri contumacis, de appell.* ybi declarat, condemnationem, & abſolutionem in negotio principali venire ex intrinſeca natura iudicij, & in his verum contumacem non poſſe appellare.

Infero ex hac ſublimitatione, quod condemnatus ad expenſas propter veram contumaciam poteſt appellare, *Alex. in l. 11. properandum, §. ſin autem reus, n. 22. concl. 11. C. de iudic.*

De contumace in non exhibendo, quod poſſit appellare, vide text. & ibi Doct. *in l. vlt. creditor, §. iuſſus à iudice, ff. de appel. & relat.*

Declara reſtringendo has ſublimitationes, & inhærendo limitationi, vt contumax in cauſſis criminalibus, ſiue ſit verus, ſiue ſit fictus non audiatur appellans, niſi ſe conſtituat in carceribus, vide *infra lim. 48. n. 28.*

Reliqua de materia huius limitationis, loquendo de contumace bannito, latè ſcripſi *ſupra q. 5. num. 86. vſq; ad num. 92.*

De contumace non audiendo, niſi refectis expenſis, vide *infra limit. 21. n. 67.*

De contumace reſtituto aduerſus lapſum inſtantiæ non audiendo, niſi refectis expenſis, vide *ſupra q. 15. artic. 10. n. 306.*

De expenſis reficiendis in multis caſibus vide limitat. præced. *n. 113. & ſeqq.*

In materia huius limitationis, vide quæ *ſcribit Gratus, conſ. 10. lib. 1.*

LIMITATIO IV.

SVMMARIA.

NOTORIVM non recipit appellationem, n. 1.

¶ *Infertur primo, confeſſo, et conuicto denegari appellationem, n. 3. & ſeqq.*

Extenditur I. in quinque criminibus exceptis, n. 6.

Extende II. in omnibus delictis, n. 7. Subextenditur multipliciter, n. 10. & ſeqq.

Extenditur III. in cauſſis ciuilibus, n. 9. Subextenditur multipliciter, n. 10. & ſeqq.

Extenditur IV. in delictis attentatis, n. 13.

Extenditur V. in confeſſo poſt litem conteſtatam, n. 14.

Reſtringitur I. quando in appellatione exprimitur rationabilis cauſſa, n. 15. Contrarium, n. 16.

Reſtringitur II. vt non procedat in confeſſio metu tormentorum, num. 17. — Extenditur, & declaratur, num. 18. & ſequentibus.

Reſtringitur III. in probationibus dubijs, n. 23. — Extenditur, n. 24. & 25.

Reſtringitur IV. vt iudex à quo debeat ſuperſedere, ſi iudex ad quem cœperit cognoſcere, & inhibuerit, n. 26.

Reſtringitur V. vt ſi iudex à quo detulerit appellationi, non poſſit exequi, n. 27.

Reſtringitur VI. in Regno Franciæ, n. 28. Declaratur omnia remiſſiuè, n. 29.

¶ *Infertur ſecundo, confeſſo regulariter denegari appellationem, n. 30.*

Extenditur I. de iure canonico, n. 31.

Extenditur II. de iure ciuili, n. 32.

Extenditur III. in criminibus grauiſſimis, n. 33.

Extenditur IV. in qualibet cauſſa criminali, n. 34.

Extenditur V. in cauſſa ciuili, n. 35.

Extenditur VI. ſi confeſſus acquieſcat ſententiæ, num. 36. & ſeqq.

Extenditur VII. in confeſſo poſt litem conteſtatam, n. 39.

Extenditur VIII. in confeſſione defuncti de vſuris, num. 40. — Declaratur, n. 41. & 42.

Extenditur IX. in conſtitutionibus Marchiæ, n. 43.

Extenditur X. in conſtitutionibus apoſtolicis, n. 44.

Reſtringitur I. in confeſſo metu tormentorum, n. 45.

Reſtringitur II. quando in appellatione exprimitur cauſſa probabilis, num. 47. — Declaratur, et extenditur, num. 48. & ſeqq.

Reſtringitur III. vt quamuis confeſſo denegetur appellatio, tamen appellatio tenet, n. 55.

Reſtringitur IV. in confeſſo poſt ſententiam, n. 59.

Reſtringitur V. in fictè confeſſo, n. 60. & ſeqq.

Reſtringitur VI. in confeſſione procuratoris, n. 67. — Extenditur multipliciter, n. 68. & ſeqq.

¶ *Infertur tertio, conuicto teſtibus denegari appellationem, n. 72. Contrarium, n. 73.*

Extenditur I. contraria opinio in notorio per famam, n. 74.

Extende II. etiamſi teſtes ſint publicati, & concluſum in cauſa, n. 75.

Reſtringitur in multis delictis, n. 76. & ſeqq. Subreſtringitur, num. 84.

¶ *Infertur quarto, denegari appellationem in notorio fictionis, num 86.*

¶ *Infertur quinto, condemnato ex præſumptione iuris, & de iure denegari appellationem, n. 87.*

¶ *Infertur ſexto, capto in flagranti crimine denegari appellationem, n. 88.*

¶ *Infertur ſeptimo, admiſſionem, & non admiſſionem appellationis pendere multum ex arbitrio iudicis, n. 89. Declaratur, num. 90.*

Sublimitatur multipliciter hæc quarta limitatio, n. 91. & ſequentibus vſque ad finem limitationis.

1 LIMITA IV. in notorijs, quia in eis non dari appellationem probatur in cap. 5. *cum ſit Romana, in fine c. 13. peruenit, c. 14. conſuluit, c. 61. cum ſpeciali, §. porro, & ibi Hoſt. Io. And. Ant. de Bu. Abb. Franc. Card. Alex. & communiter* 2 * *cæteri Canoniſtæ, de appell. cap. 3. Romana, eod. in 6. & ſcribunt Gl. Archid. Innoc. Bar. Bal. Ant. de Butr. Franch. Rom. Dec. Afflict. Maran. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum lib. 1. c. 97. n. 119.* Et procedit hæc limitatio tum in ciuilibus, quam in criminalibus, vt retuli, & ſequutus ſum ibidem, vbi videas, & ſcripſi *infra n. 9. & 35.*

Contrariam opinionem tenet Franch. *in cap. 24. propoſuit, verſus finem, illat. 5. ſub n. 10. verſ. ex quibus omnibus, de appellat.* concludens, quod in crimine quantumuis notorio poterit habere locum appellatio; hancq; opinionem ſeruari in Regno Franciæ teſtatur Rebuff. *tract. de appell. art. 7. gl. 2. n. 22. tom. 3. fol. 504.*

3 Ratio huius opinionis eſt, quia, quando pœna in notorio crimine eſt arbitraria, poteſt appellari, ex quo poſſet iniquè arbitrari, *Franch. in eodem cap. propoſuit, num. 7.* & in notorio facti tranſeuntis ſunt ſumendæ probationes ſuper ipſo notorio, & dum iudex eas aſſumit, poſſet grauare partem, vt dixit Franch. *eod. cap. propoſuit, ſub n. 8. verſ ex his infert,* ſi poſſet grauare: ergo debet poſſe appellari, & demum debet poſſe appellari in notorio, quia vel pœna imponenda eſt arbitraria, & debet poſſe appellari, quia iudex poſſet excedere, & inique arbitrari, vt dixi ſupra, & quod ab exceſſu pœnæ etiam in notorijs poſſit appellari, ſcribunt Lancell. & Proſp. Farinac. quos retuli, & ſequutus ſum *infra n. 96. ſub n. 5.* vel pœna eſt determinata à iure, & debet ſimiliter poſſe appellari ab exceſſu, vt ex eiſdem Lancell. & Farin. retuli, & ſequutus ſum d. *ſublimit. 5. n. 96.*

Non diſcedo à limitatione, quæ tenetur communiter.

Sed vt faciliori, quo poſſum, ordine eandem explicem, & omnia neceſſaria attingam, deducam ex ea ſex principalis illationes, quibus in ſingulis notorij ſpeciebus

oſten-

oſtendam, quomodo procedat, & quando non procedat hæc limitatio; & prima illatio erit in notorio confeſſionis, & probationis; ſecunda in notorius ſolius confeſſionis; tertia in notorio ſolius probationis; quarta in notorio fictionis ſeu præſumptionis: quinta in notorio præſumptionis iuris, & de iure ſexta in notorio ex flagranti crimine; & demum ponam ſublimitationes ad hanc limitationem.

3 ¶ Infero I. ex hac limitatione, confeſſum, & conuictum non admitti ad appellãdum, *teſtibus Gloſ. Bar. Bald. Salyc. & Paul. de Caſtr. in l. 2. C. quorum appell. non recep. & Guid. Pap. tract. de appellat. quæſt. 120. num. 90. in fine, tom. 5. fol. 61. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum d. c. 97. ſub nu. 126. verſ. ſed vere*, vbi de opin. communi. *

Ratio huius limitationis eſt, quia ſumus in duplici notorietate, videlicet confeſſionis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. cap. 76. ſub num. 2.* & aliarum probationum, de quarum notorietate vide *infra ſub n. 72.*

Immo peccaret iudex, qui appellationem admitteret, *vt ex Angel. Pap. Clar. Roll. à Vallen. Maſuer. & Lanceller. retuli, & ſequutus ſum infra lim. 36. n.*....

Contra illam illationem ſentit Azo. *in ſum Cod. quor. appell. non recip. ſub n. 5. ibi, item non appellans quidam criminoſi*, dum ad excludendum condemnatum de delicto à beneficio appellationis, requirit tria, videlicet, quod ſit confeſſus, quod ſit conuictus, & quod ſit argumentis ſuperatus, prout ſic ipſum intellexerunt Gloſ. *in capit. 5. Romana, §. ſi autem, in verbo, vel de quo.* & Archid. *n. 10. appellat. in 6.*

4 Retenta illatione, quæ communiter tenetur, & eſt vera.

Subinfero, quod iudex à quo poteſt exequi ſententiam non obſtante appellatione, *Spec. tit. de appell. §. nunc dicamus, num. 8. verſ. item appellatione, lib. 2. fol. 194. & Proſp. Farin. in qq. crimin. parte 2. tomo 1. q. 101. num. 114. & dixi ſupra lib. 1. cap. 97. ſub n. 124.* & executio non poteſt reuocari per viam attentati, *Lancell. tract. de attent. parte 2. cap. 12. ampl. 4. principali, num. 12. tomo 5. fol. 352. et limit. 9. princip. num. 2. et ſeqq. fol. 366.* & quod in caſibus, in quibus eſt prohibitum appellare, iudex à quo poſſit exequi ſententiam, non obſtante appellatione, ſcribunt Specul. *vbi ſupra*, & Franch. *in capitul. 45. conſtitutus, nume. 18. de appellat.* & faciunt, quæ ſcripſi *ſupra q. 21. ſub num. 6. verſ. tertius caſus.*

5 Declara eandem illationem, vt ad effectum denegandi appellationem dicatur confeſſus, & conuictus non ſolum is, qui eſt conuictus ex plenis, & concludentibus probationibus, ſed etiam is, qui ſolum conuincitur ex indubitatis indicijs, per ea, quæ ſcribit *Bal. in l. 7. addictos, ſub num. 3. ibi, hoc fallit in notorijs, C. de epiſc. audien.* dicens, quod in notorijs non retardatur executio per appellationem, vt puta, inquit, ſi ſit notorum per vehemens indicium, quod per hoc efficitur notorium ipſum maleficium, vt quia interfector cum ſanguinolento gladio viſus eſt fugere per plateam in conſpectu populi, & ex pluribus refert, & ſequitur Proſp. Farin. *in qq. crimin. q. 101. numero 128. ampl. 5.*

6 Extende I. eandem illationem, vt ſine dubio procedat in quinque criminibus exceptis *in l. 2. C. quor. appellat. non recip.* de quibus loquutus ſum etiam *ſupra lib. 1. cap. 97. ſub n. 126. verſ. ſed vere*, & in hac extenſione conueniunt Doctores, quos mox citabo, & cæteri alij communiter, præter Azonem, ſupra citatum, qui ſecundum Gloſſ. & Archid. quos retuli ſupra *ſub n. 3. verſic. contra*, requirit illa tria etiam in iſtis criminibus exceptis, & maximè procedit etiam hæc extenſio in delictis grauiſſimis, vt in confeſſo dixi *infra ſub n. 33. ex teuſ. 3.*

7 Extende II. vt habeat locum in omnibus delictis cuiuſquis ſpeciei ſint, *Gloſſ. in l. 2. in verbo, propria, C. quorum appellat. non recip.* & ibidem *Bar. ſub numero 3.* dicens, ſe credere hanc partem veram, & Bal. *numer. 2. verſ. quæro numquid*, & quod ita teneat Dyn. refert ibidem Cyn. *verſ. quærit gloſſ. ſub numero 2.* & quod hodie communis * opinio legiſtarum teneat, quod tam in ciuilibus, quam in criminalibus ita demum quis repellatur ab appellando, ſi ſit confeſſus, & conuictus, teſtatur Ant. de Butr. *tract. de notor. articul. 4. ſub numero 56. tomo 4. fol. 56.* & quod de iure ciuili, qui eſt plenè conuictus, & ſpontè confeſſus in iudicio non poſſit appellare, ſiue cauſſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, & hæc ſit communis * ſententia, teſtantur, & ſequuntur Ang. Aret. *in l. vlt. §. iuſſus, numero 16. verſ. ad primum reſpondeo, ff. de appellat. et relat.* & Card. Alex. *in capit. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 10. ibi, ad primum reſpondeo*, & Franch. *ſub n. 5. ibi, ſed in pro declaratione, de appellat.* hancque communem opin. ex Imol. But. Dec. Clar. Maſuer. Ioſ. Cum. Lancell. & Flam. Cartar. retuli, & ſequutus ſum ſupra *lib. 1. c. 97. ſub n. 126. verſ. ſed vere confeſſus*, & refert, & ſequitur, *Farin. in qq. crimin. quæſt. 101. nu. 116. ampl. 1.*

Ratio, eſt quia illa *l. 2. C. quor. appellat. non recip* loquens de illis quinque criminibus, eſt fauorabilis, & æquiſſima in quantum confeſſis, & conuictis denegat facultatem appellandi, vt delicta ſine dilatione puniantur; eſt enim vehementiſſima præſumptio, quod confeſſus, & conuictus appellet fruſtratoriè, & cauſſa differendi, & Reipublicæ valde expedit, delicta puniri, & fruſtratorias appellationes non admitti: vnde, redeundo ad propoſitum, cum *d. l. 2.* ſit fauorabilis, & æquiſſima, eſt extendenda, *Ang. Aret. et Cardin. Alex. in locis ſupra proxime citatis.*

Priuſquam vlterius procedam in explicatione appellationis interpoſitæ à confeſſo, vel à conuicto, & confeſſo, illud hic obiter aduerto, quod ſufficeret, nos allegare Ang. Aret. vel Cardin. Alex. quia Cardin. Alex. *in d. §. porro à numero 10. verſ. et ideo, ibi, materia iſta, vſque ad num. 20.* excluſiuè ad illa verba (& in caſibus, in quibus criminalibus) omnia ſumpſit ex Ang. Aret. *in d. §. iuſſus, a num 16. vſque ad num.* 21. & licet ipſe initio dicat, quod illa diſtinctio eſt de mente Angeli Aretini, tamen ipſe omnia tranſcripſi de verbo ad verbum, & ſunt tres bonæ columnæ, de qua longa formali tranſcriptione, ſub aſſertione mentali, & ſub quadam intextura, quod nemo crederet illa omnia eſſet tranſcripta, ego aliquando miratus ſum in viro tam celebri, quia & ſi nobis liceat ex alienis ſcriptis componere noſtra, immo, vt nobis credatur, ad id teneamur, tamen id facere debemus, adhibito modo, quem tradit Seneca epiſt. 85. lib. 12. dum ait, *Nos quoque apes debemus imitari, et quæcunque ex diuerſa lectione congeſſimus ſeparare; melius enim diſtincta ſeruantur, deinde adhibita ingenij noſtri cura, et facultate, in vnum ſapore varia illa liberamenta confundere, vt etiam ſi apparuerit, vnde ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quam vnde ſumptum eſt, appareat, quod in corpore noſtro videmus ſine vlla opera noſtra facere naturam, alimenta, quæ accipimus, quamdiu in ſua qualitate perdurant, et ſolida innatant ſtomacho, onera ſunt, at cum ex eo, quod erant, mutata ſunt, tunc demum in vires, et in ſanguinem tranſeunt: idem in his, quibus aluntur ingenia, præſtemus, vt quæcumque hauſimus non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint, ſed concoquamus illa, etc.*

8 Et quod leges, & canones concordent in eo, qui eſt plenè conuictus, & confeſſus, ſcribunt Ang. Aret. *in l. vlt. §. iuſſus, nu. 17. verſic. nunc ſecundo, ff. de appellat. et relat. et Cardin. Alex in d. §. porro, num. 12. verſ. nunc ſecundo*, & quod inter crimina excepta & alia crimina non ſit facienda differentia quoad facultatem appellandi, ſentit etiam Azor. *in ſumm. Cod. rubr. quorum appellat. non recip. ſub num. 5.* licet ipſe non videatur benè loquutus in reliquis,

9 Extende III. vt habeat locum etiam in cauſſis ciuilibus, ſeu pecuniarijs, Gloſſ. in d. l. 2. in verbo, propria, Bal. n. 9. verſic. quæro vtrum in pecuniarijs, Cod. quorum appellat. non
* recip. & de communi * opin. teſtantur Ang. Aret. Ant. de Butr. Cardin. Alex. & Dec. citati in præcedenti extenſione, num. 7. & Farin. in qq. crimin. quæſt. 101. num. 118. ampl. 2. & num. 120. verſ. tu tamen, & quod de iure canonico confeſſus, & conuictus non audiatur appellans, ſentit clarè Ant. de Butr. in cap. 61. cum ſpeciali, § porro, num. 6. de appellat.

Contra hanc ſecundam & tertiam extenſionem in nam quod, exceptis illis quinque criminibus, in cæteris, alijſq; cauſſis confeſſus, & conuictus poſſit appellare, tenet Gloſs. in l. vlt. §. annus, ff. de appell. & relat. ſecundum Dyn. tractat. de gloſſ. contrar. num. 3. to. 18. fol. 187. & Nicell. de concord. gloſſ. concord. 6. ſub n 9. fol. 190. ſed aduerte, quod illa gloſ. non eſt in §. annus, vt citat Dyn. neque in §. Iulius, ſit citat Nicell. quia iſti §§. non adſunt, ſed eſt in §. iuſſus, in verbo, appellandi.

* Aduerte etiam, quod illa Gloſſ. malè à præfatis, alijſq; Doctoribus citatur, quia non loquitur de confeſſo, & conuicto, ſed ſolum de confeſſo, & condemnato, quem ait poſſe appellare, niſi in caſibus, de quibus in d. l. 2. C. quor. appell. non recip. ſed quidquid ſit de citatione illius Gloſ. contra Gloſ. & Bar. ſicq; contra extenſionem tenent alij, vt ſcribit Paul. de Caſtr. in d. l. 2. ſub num. 2. C. quor. appellat. non recip. & quod confeſſus, & conuictus appellet in pecuniarijs, tenet Iac. Butr. quem citat, ſed non ſequitur Bal. in d. l. 2. n. 2. verſ. quæro nunquid, & num. 9. verſ. quæro vtrum in pecuniarijs, & ita tanquam æquius tenuit Pet. quem in effectu videtur ſequutus Cyn. in d. l. 2. ſub num. 2. verſ. quærit gloſ. fol. 474. dicens, quod confeſſus, & conuictus regulariter appellat præterquam in caſibus dictæ legis 2. ſic etiam tenet Salyc. in ead. l. 2. n 7. verſ. quæro ſucceſſiuè, dicens, quod confeſſus, & conuictus non auditur appellans in cauſſis criminalibus, ſecus, inquit, in cauſſis ciuilibus, & reddit rationes, quas ex eo refert etiam Franch. in cap. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 6. verſus finem, ibi, ſecundo caſu, de appellat. & hanc ſententiam Petri, & Butrig. vti veriorem ſequitur Nicel. tract. de concord. gloſ. concord. 6. ſub n. 10. ibi, tamen in alijs, tom. 18. fol 191. & poteris videre Farin. qui alios allegat, ſed non ſequitur in qq. crimin. q. 101. n. 117. 119. verſ. & licet.

Retenta vtraque extenſione pro communi.

10 Subextende primo vtramque extenſionem vt maximè procedat, ſi ſit confeſſus & conuictus, & etiam argumentis ſuperatus, quia tanto certius non auditur appellans, Spec. tit. de confeſſion. §. poſtremo, verſ. ſed nunquid confeſſus, n. 8. lib. 2. fol. 101. dicens, quod confeſſus, & conuictus poteſt appellare tam in ciuili, quam in criminali, ſi non admittitur ad probandum errorem, ſecus inquit, ſi ſit confeſſus, conuictus, & argumentis ſuperatus, quia is non poteſt appellare, etiam ſi non admittatur ad probandum errorem, Nicell. tractat. de concord. gloſſ. concord. 6. num. 20. verſ. tertio, tom. 18. fol. 191. Abb. in cap. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub num. 5. ibi, vnde dicerem, de appellat. dicens, quod iſto caſu nec iudex ad quem debet recipere appellationē, quia videtur interpoſita cauſſa ſubterfugij, & maximè procedit hæc ſubextenſio in illis quinque criminibus exceptis, in quibus loquitur d. l. 2. C. quor. appellat. non recip. quam legem, pauciſſimis verbis mutatis, poſuerunt Gratianus in cap. vltimo, §. nullus etiam, 2. quæſt. 6. & Specul. in tit. de appell. §. in quibus, verſ. ſecundo homicida. n. 2. libr. 2. fol. 184.

11 Subextende ſecundo, vt procedat in conuicto, ſponte confeſſo, & condemnato de delicto, quia is non poteſt appellare, Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 7. ibi, vos tamen primo facite, de appell.

12 Subextende tertio, vt ſi quis fuerit confeſſus depoſitū, & deinde condemnatus appellet, exprimendo cauſſam in appellatione, quod ipſe ſoluit depoſitum, ſeu ſibi factum fuit pactum de non petendo, adhuc iudex à quo non tenebitur appellationi deferre, licet iudex ad quem poſſit, & debeat recipere talem appellationem, ſi appellans ante omnia fidem faciat ſemiplenam & ſummariè de ſolutione, ſeu de pacto de non petendo, Ang. Aret. in l. vltima, §. iuſſus, n. 16. in fine, verſ. aduertas tamen, ff. de appell. & rel. & Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, num. 11. verſ. ſed tunc quæritur, de appell.

13 Extende IV. vt confeſſus, & conuictus non appellet etiam ſi agatur de delicto attentato, & non conſumaro, vt ex Bal. Salyc. & Carrer. refert, & ſequitur Proſper. Farin. in qq. crim. q. 101. n. 122. & 123. ampl. 2.

14 Extende V. vt non ſolum non appellet is, qui eſt confeſſus ante litem conteſtatam, ſed neque is, qui eſt confeſſus poſtea, ſit etiam conuictus, vide infra n. 39.

15 Reſtringe I. nunc eandem illationem, omneſque eius extenſiones, & ſubextenſiones, vt non procedant, ſi confeſſus & conuictus exprimat rationabilem cauſſam in appellatione, quia tunc non ſolum tenet appellatio, ſed iudex à quo tenetur deferre, & ſuperſedere in executione; nam confeſſus, & conuictus per modum notorij auditur appellans, quando in appellatione exprimit iuſtam cauſſam, quæ offuſcat notorium, vel confeſſionem, alias, licet poſſit appellari in notorijs, tamen iudex à quo poteſt interim facere executionem, antequam ſuperior de appellatione cognoſcat, & ei inhibeat, Franch. in capit. 61. cum ſpeciali, §. porro, num. 7. verſ ſed aduerte, de appell. & quod confeſſus, & conuictus poſſit appellare, ſi in eius appellatione deducat aliquam cauſſam, propter quam offuſcatur, ſeu excuſatur appellantis confeſſio, & probatio contra ipſum exiſtens, vt puta, ſi diceret, occiſum fuiſſe bannitum, & propterea impune potuiſſe occidi, vel occidiſſe ad ſui defenſionem, refert, & ſequitur Proſp. Farinac. in qq. crim. quæſt. 101 num. 143. limitat. 6. & adde quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. num. 127. & quæ, loquendo generaliter in appellatione à notorijs, ſcripſi infra numero 93. ſublimitat. 3.

Confirmatur hæc reſtrictio, quia, expreſſa rationabili cauſſa in appellatione confeſſi, iudex debet appellationi deferre, & ſuperſedere, vt retuli, & ſequutus ſum infra ſub num. 47. ratio eſt, quia etiam in notorijs iudex tenetur deferre appellationi, in qua eſt expreſſa cauſa rationabilis, vt ſcripſi infra ſub numero 93. ergo, cum confeſſus, & conuictus ſit notorius, debet iudex deferre etiam eius appellationis, ſi ſit in ea expreſſa cauſſa rationabilis.

Contra hanc reſtrictionem, dum Franch. videtur ſentire, quod iudex à quo non poſſit exequi, quando in appellatione eſt expreſſa rationabilis cauſſa, ſcribunt clarè Ang. Aret. in l. vlt. § iuſſus, ſub num. 16. verſus finem, verſ. aduertas tamen, ff. de appell. & relat. & Card. Alex. in d. §. porro, num. 10. in fine, dicens vterque, quod iudex à quo, non obſtante appellatione confeſſi, & conuicti, poteſt exequi ſuam ſententiam, ſi tamen, inquit, videretur ſibi appellationem prædictam habere probabilem, & veriſimilem cauſſam appellandi, honeſtè faceret ei deferre, & ſuperſedere in executione, licet ad hoc non teneatur; & ſentiunt apertè, & in fortioribus terminis ijdem Ang. Aret. in d. § iuſſus, ſub numer. 17. verſ. nunc ſecundo, & Cardin. Alex. in d. §. porro, ſub numero 12. verſ. nunc ſecundo, dum, loquendo de appellatione confeſſi tantum, & non conuicti (cuius appellatio non eſt adeo prohibita, prout eſt appellatio confeſſi, & conuicti,) ſcribunt, quod licet in ea ſit expreſſa rationabilis, & veriſimilis cauſſa, & iudex à quo, non deferendo, faciat malè, & ideo poſſit puniri pœna, qua puniuntur non deferentes appellationi, tamen executio, quam faceret ante inhibitionem iudicijs

ad quem,

ad quèm, teneret, & non retractaretur, niſi poſtquam eſſet obtentum in cauſſa appellationis, quantumuis in appellatione eſſet expreſſa rationabilis cauſſa, at poſtquam obtentum eſſet in cauſſa appellationis tunc declararetur, omnes actus factos per iudicem à quo poſt interpoſitam appellationem fuiſſe nullos ipſo iure.

Comprobatur hæc opinio contraria, quia confeſſus, & conuictus de depoſito, licet appellando dicat ſe ſoluiſſe, tamen iudex à quo poteſt exequi ſententiam, vt retuli, & ſequutus ſupra n. 12.

Non obſtant adducta de appellatione confeſſi, quia reſpondeo, facilius tolerari appellationem confeſſi, quam conuicti, & confeſſi, vnde iudex à quo poteſt deferre, & non deferre appellationi confeſſi, ſed appellationem conuicti, & confeſſi debet conijcere, quia habet maiorem notorietatem, vt hæc omnia retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 97. n. 124.*

Deduco ex hac contraria opinione, quòd ſi confeſſus, & conuictus de homicidio, & condemnatus ad mortem appellauerit, expreſſa rationabili cauſſa, & pendente appellatione fuerit decapitatus, & poſtea contingat obtineri in appellatione, quia probetur, teſtes fuiſſe falſos, & confeſſionem erroneam, declarabitur executionem prius factam fore nullam ipſo iure, & ſic cenſebitur, talem hominem decapitatum fuiſſe integræ famæ, & teſtamentum ſuum validum remanere, & eius bona non remanebunt confiſcata, & iudex à quo, ſi fuiſſet in dolo, deberet puniri, prout hanc deductionem tenens in confeſſo, & in terris eccleſiæ, in quibus de iure canonico confeſſus non appellat, *Aug. Aret. in d. §. iuſſus, num. 18. verſ. & ex prædictis, & Card. Alex. in d. §. porro, num. 15. verſ & ex prædictis,* & ego hanc deductionem poſui in confeſſo, & conuicto; quia ſi hæc deductio in appellatione confeſſi eſt vera in terris eccleſiæ eo, quod eius appellatio eſt prohibita de iure canonico, ergo erit vera vbique in appellatione confeſſi, & conuicti, quia eius appellatio eſt vtroq; iure prohibita.

Declara nunc limitando hanc eandem contrariam opinionem, vt non procedat, quando confeſſus, & conuictus non ſolum appellaret, expreſſa rationabili, & veriſimili cauſſa, quæ iuſtificaret appellationem, ſed offerret etiam illius probationem incontinenti, quia iſto caſu cenſeo, quod iudex à quo teneretur omnino deferre appellationi, & ſuperſedere, & maximè ſi ageretur de executione irretractabili & nulla vrgens immineret neceſſitas celeris executionis; nam oblatio probationis incontinenti tollit præſumptionem malitiæ appellantis, vt loquendo in excipiente, ſcribunt Franch. *in capitul. 70. interpoſita, ſub numero 4. limitat. 15. de appellat.* & Abb. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt. 11. num. 68. in fine*, & confeſſo & conuicto ea ratione denegatur appellatio, quia præſumitur fruſtratoriè appellare, *vt ex Aug. Aret. & Card. Alex. retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub numero ſeptimo, verſ. ratio,* & hæc præſumptio tollitur, vt dixi, ex oblata probatione incontinenti: vnde, ſi confeſſus & conuictus de homicidio, & condemnatus appellaret, & in appellatione exprimeret, quod occiſus erat capitaliter bannitus, & offerret oſtendere bannum infra quatuor horas, dicens; quod in termino defenſionis non deduxit, quia ignorabat, illum eſſe bannitum, neſcio, ſi iudex eſſem, quomodo poſſem non expectare illas quatuor horas, quia ſi bannum non produceret, poſſem liberè exequi, & ſi produceret, deferrem appellationi, & gauderem abſtinuiſſe ab executione, quia licet quis occiderit bannitum, quem ignorabat eſſe bannitum, tamen excuſatur à pœna homicidij, *Clar. lib. 5. recept. ſent. §. homicidium, verſ. fuit etiam.*

Confirmatur hæc declaratio, quia clauſula (*appellatione remota*) non tollit appellationem, quam appellans offert ſe incontinenti iuſtificaturum, vide *in q. præcedenti, lim. 1. n. 88.*

Hanc declarationem dubito, quod adhuc vix tu obtineres in praxi, præſertim quando eſſet cauſſa criminalis, in qua à ſtatuto eſſet prohibita appellatio, quia tunc concurreret duplex prohibitio, quæ operatur excluſionem appellationis etiam in eo caſu in quo non eſſet excluſa, ſi vnica tantum eſſet prohibitio, vt in ſimili argumentatur Ragin. quem citaui *d. q. præced. lim. 1. ſub nu. 85. verſic. contra,* & præſertim quando ex retardata executione timeretur vel tumultus populi, vel impedimentum iuſtitiæ, quæ omnia lex ex neceſſitate debet committere prudentis iudicis arbitrio; ſicut enim pictura, ſingula, quæ extra corpus depictum extenſa, ac cum diſtantia porrecta ſunt, exprimere non poteſt, ſed eius iudicio; qui depictum corpus aſpicit, committuntur, eaque in pictura is non intelliget, niſi prius naturalia, aut artis picturæ præcepta agnouerit, ſic etiam lex non omnia ſtatuere poteſt, quæue ſtatuere non poteſt ignorabit is, qui alias iuriſprudentiam, ac legis dogmata non vidit, non agnouit.

Si tamen hæc declaratio eſſet vera, haberet vtilem effectum, quia, deuoluta cauſſa ad iudicem appellationis, is omnia in primis reuocaret per viam attentati priuſquam inciperet cognoſcere de meritis cauſſæ appellatæ.

17 Reſtringe II. eandem illationem, vt non procedat in eo, qui eſt confeſſus metu tormentorum, quia is quamuis ſit etiam plene cõuictus, poteſt appellare, *Azo. in ſumm. C. quorum appellat. non recip. numero 5. in fine,* Bal. *in l. 2. verſ. quæro vtrum, num. 9. in fine, Cod. eod.* dicens; quod ſi conſtaret de tortura non eſſet prohibitum appellare, *& ibid. Paul. de Caſtr. in fine, Franch. in cap. 61. eum ſpeciali, §. porro, ſub num. 5. ibi hoc intellige, de appellat. Maran. in ſuo ſpec. parte 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, ſub num. 292. folio. 503. Proſp. Farinac. in qq. crimin. quæſt 101. n. 132. limit. 2. & apertè n. 135. verſ. limita rurſus,* & ſentit Gloſſ. *in d. l. 2. in verbo propria*, & Bar. *ibidem*, quem citaui *infra n. 20.*

18 Extende iſtam reſtrictionem, vt procedat etiamſi quis non fuerit tortus, ſed timuerit torqueri, *Paul. de Caſtr. in d. l. 2. nu. 4. not. vlt. C. quor. appellat. non recip. & Farin. d. q. 101. n. 123. lim. 2.* & hoc videtur ſenſiſſe Gloſ. *in c. 3. Romana, §. ſi autem, in verbo, vel de quo, de appellat. in 6.* dum, vt confeſſus non poſſit appellare, requirit, quod non ſit formidine tormentorum territus.

Hæc extenſio de conſuetudine non ſeruatur, quia tu non inuenies iſtos ſimplices, qui fateantur delicta, nullo imminente metu tormentorum, nec inuenies iudicem qui confeſſi, & conuicti appellationem admittat ſub hoc prætextu, quod is timuerit tormentum, quamuis in ſua conſcientia ſciat, quod ille non fuiſſet confeſſus, niſi timuiſſet comminata tormenta.

29 Declara primo eandem reſtrictionem, vt non procedat in leui tortura, quia leuiter tortus non habetur pro torto, *Bal. in l. 2. numero 4. C. quorum appellat. non recip. & alij,* quos citaui, *& ſecutus ſum ſupra lib. 1. cap. 42. ſub num. 5.*

20 Declara ſecundo vt non procedat in eo, qui poſt torturam perſeueratur in confeſſione, quia confeſſio perſeuerata habetur pro ſpontanea, vt ſentit Bar. *in dict. l. 2. numero 3. Cod. quor appellat. non recip.* dicens, quod confeſſio facta metu tormentorum non nocet, niſi in ea perſeueretur, & Paul. de Caſtr. *ibidem ſub num. 4. verſ. item oppono,* dicens, quod confeſſio facta in tortura dicitur ſpontanea, ſi in ea perſeueretur, & aufert beneficium appellandi, & ſentiunt apertè Carrer. Clar. Vulp. & Lancellot. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. capitul. 97. ſub numero 118. verſ. tantum operatur,* & addo hic Flam. Cart. *tract. de execution. ſent. capto bann. cap. 1. num. 13.* & Farin. *in qq. crimin. par. 2. tomo 1. quæſt. 101. num. 133. ſub limit. 3.*

& in tantum dicitur ſpontanea, vt iſta, ſicut ſpontanea, faciat notorium iuris, *vt dixi ſupra lib.1. capitul.76.ſub numero 2.*

21 Subdeclara iſtam declarationem, vt confeſſio dicatur preſeuerata quando confeſſus in tortura, ſeu metu tormẽtorum ratificat confeſſionem die ſequenti ad bancum iuris extra locum tormẽtorum, *vt refert, & ſequitur Clar. lib.receptarum ſentent.§.fin.quæſtio.64.verſic.et circa hanc.* & ſentit Farinac.*dict.quæſtio.*101. *numero* 134. *verſ.limita rurſus*, qui vlterius ait procedere, quando tortura, & ratificatio legitimè proceſſerunt.

22 Extende eandem declarationem ſic ſubdeclaratam, vt maximè ſit vera in eo, qui eſt tortus ex indicijs grauibus, & indubitatis, quia tunc licet ſit confeſſus propter tormenta, tamen ſi intercedat debita ratificatio, non appellat, *Farinac.dict.quæſtio.*101. *n.*136.*ſublimitat.*2. *& n.*137. *verſ.verum.*

23 Reſtringe III. vt non procedat quando probationes non ſunt claræ, ſed ſunt ſemiplenæ, ſeu aliter dubiæ, quia tunc licet ſit etiam ſpontè confeſſus, tamen poteſt appellare, *Bal.in l.2 ſub numero 2.verſ.quæro nunquid.C.quorum appellat.non recip. Ang.Aret.in l.vltima, §.iuſſus, ſub nu.16.verſ.ad primum, ibi.aliquando loquimur, ff.de appellat.& relat.Franch.in capit.61.cum ſpeciali, §.porro, ſub num.5. ibi, item tunc non auditur, & Cardinal.Alexand.ſub num.10.ibi.aliquando loquitur, de appellat. Maran.in ſuo ſpec. parte 6.act.2. princip.in verbo, & quandoque appellatur, ſub numero 292.fol.503.& Farin.dict.quæſtio.101.numero 141.& 142.*

24 Extende primo iſtam reſtrictionem, vt in caſu huius reſtrictionis iudex à quo teneatur deferre appellationi, tamen in cauſſis ciuilibus, quam in criminalibus, *Ang. Aret.in l.vlt.§.iuſſus, ſub num.16.ff.de appell.& relat.& Card. Alex.d.§. porro ſub n.10. ibi.aliquando loquimur in confeſſo tantum.*

25 Extende ſecundo vt maximè teneat appellatio, ſi in ea ſit expreſſa probabilis cauſſa, *Franch.d.§.porro, ſub n.5.ibi item tunc non auditur appellans.*

26 Reſtringe IV. vt licet iudex à quo debeat reijcere appellationem confeſſi, & conuicti, ſi tamen iudex ad quem cœperit cognoſcere, an appellatio ſit admittenda, & inhibuerit, debet iudex à quo ſuperſedere, & parere inhibitioni, vt ex communi * opinione teſtatur, & ſequitur Proſper.Farin.*in qq.crimin.parte 3. tomo 1.quæſt.*101. *nu.*109. *ſublimit.*3. licet enim iudex à quo poſſit exequi ſententiam latam contra notorium, puta contra confeſſum, & iudex ad quem non poſſit ei inhibere, ne exequatur, tamen poſtquam congnoſcere cœperit, an appellatio ſit recipienda, vel non, & vtrum ſit caſus, in quo poſſit appellari, poteſt inhibere. *capit.3.Romana, §.ſi autem de appellat.in 6.Rot.deciſ.69.alias, 181.ſciendum, n.2.de appell.in antiq.*

Confirmatur primo hæc reſtrictio; quia inhibitio ſuperioris ligat manus iudicis à quo etiam in caſibus, in quibus iudex à quo non tenetur deferre appellationi, & in caſibus, in quibus poſſit procedere, & exequi, non obſtante appellatione, vt puta in appellatione ab interlocutoria, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.97.n.53.* Ergo licet iudex à quo non teneatur deferre appellationi confeſſi, & conuicti, & poſſit exequi ſententiam, non obſtante appellatione, tamen, ſi ſit ei inhibitum, & debet ſuperſedere, & parere inhibitioni.

Confirmatur ſecundo, quia inhibitio; ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt timenda, *Rot.deciſ.26.alias 307. nota quod audientia in fine, de appell.in antiq.& Lancell.tract.de attent. par.2.c.12.lim.50.princip.nu.130. folio 380.& c.20. ampl. 11.n.primo, tomo 5.fol.410.*

Contra hanc reſtrictionem; quod enim iudex à quo poſſit exequi ſententiam contra confeſſum, & conuictũ, non obſtante inhibitione iudicis ad quem, tenet Guid. Pap.*deciſ.74.in cauſſis, in fine*, quem referunt, & ſequuntur Mandoſ. *tract.de inhibit.quæſt.97. nu.2.tomo 5 fol.108.* & Lancell.*tract.de atten.par.2.c.12.de attent.& innou.appel. pend.ampl.4. num.14. tomo 5.fol.352.* hocque eſſe verius arbitratur *capit.20. de attent.poſt inhibit.ampl.12. in fine, folio 411.*

Comprobatur hæc contraria opinio, quia iudex ad quem non debet admittere appellationem confeſſi, & conuicti, *Aufr ad Capell.Tholoſ.deciſ.177.ſi aliquis ſit confeſſus, ſub num.2. & Couar.pract.qq.capit.23. num.5.verſ. prima concluſio*, ſi non debet admittere; ergo multo minus debet inhibere, & propterea eius inhibitio vti non canonica poteſt impunè ſperni per ea, quæ dixi infra *verſ.ſubreſtringe.*

Retenta reſtrictionem pro vera.

Extende eam, vt ſi inhibitio emanauerit vigore ſpecialis reſcripti, vel quia Papa viuæ vocis oraculo mandauerit, cauſſam appellationis cognoſci, & interim inhiberi, tunc non eſt dubitandum, quod debet ſuperſederi in executione, *Mandoſ.d.q.97. verſus fin.*

Subextende primo hanc extẽſionem, vt habeat locum etiam ſi iudex ad quem non cœperit cognoſcere de cauſſa, & in his terminis loquitur Mandoſ. *vbi ſupra*, & non habet difficultatem.

Subextende ſecundo, vt inhibitionibus Rotæ procedat ſimiliter etiamſi inhibitio eſſet iniuſta, *vt latè ſcribit Lancell.d.capitul.20.ampl.11.numero 4.5.& ſeqq.fol.410.* quare licet inhibitio emanauerit virtute commiſſionis, in qua non ſint narratæ tres ſententiæ latæ, & appellatio non ſit iuſtificata, tamen facta poſt inhibitionem rotalem ſunt attentata de ſtylo Rotæ, *Achil.de Graſſ.deciſ.29. alias 255.attentata, numero 1.de appellat.* & licet commiſſio ſit ſignata conditionaliter, & iudex delegatus, etiam non verificata conditione, inhibuerit, tamen parendum eſt inhibitioni, *Rot.diuerſ.deciſ.22.quia fuerat, parte, 3.lib.2.*

Ratio huius ſubextenſionis eſt, quia ſi inhibetur in Curia, facilè eſt adire Principem pro reformatione commiſſionis, vt conſiderant Papaz. *in addit.ad Rot.deciſ.2.alias 33.quando, num.30. de reſcript.in nou.& Achil. de Graſſ.et Rot.diuerſ.ſupra citati*, ſi verò inhibitio ſit extra Curiam, non eſt aperienda via inferioribus iudicandi ſuper inhibicionibus ſuperiorum, quia facilè neglıgerentur, *Achil. de Graſſ.d.deciſ.29.n.5.et 6.* & ex eo Lancell. ſupra proximè citatus:

Attenta hac ratione, hæc ſubextenſio videtur habere locum in omnibus inhibitionibus, emanatis à delegatis Papæ.

Subreſtringe eandem reſtrictionem, vt non procedat in inhibitionibus non canonicè ab alijs, quam à prædictis in extenſione, & ſubextenſione emanatis, quia non ſuſpenderent iuriſdictionem iudicis à quo, & poſſent impunè ſperni, *cap.7.non ſolum, de appell.in 6.Rot.deciſ.58. alias 412.ſi appellatur, de appellat.in nou. Vant.tract.null. rubr.de null.ex defect. iuriſd.ordin.ſub numero 141. in fine, tomo 4. fol.391.et Lancell.tract.de attent.parte 2. capit.20. ampl.11.num.2.fol.410.et latius limit.1. num.3.et ſeqq. fol. 413.* & latè ex Spec.Alex. Rol.à Vall. & alijs retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1.capit.97.ſub num.53.ibi ſed aduerte*, & in iſtis terminis poteſt procedere opinio contra reſtrictionem.

Corroboratur hæc ſubextenſio, quia etiam nuntiatio noui operis, ſi ſit notoriè iniuſta, poteſt impunè ſperni, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra lib.1.c.30.n.27.*

27 Reſtringe V. vt licet iudex à quo non teneatur deferre appellationi eius, qui eſt confeſſus, & conuictus, & ideò poſſit exequi ſentẽtiam, non obſtante appellatione, tamẽ, ſi detulerit appellationi, ſuſpẽditur eius iuriſdictio,

Franch.

Digitized by Google

Franch. in c. 3. Romana, §. ſi autem, ſub num. 5. verſ. quid autem, ibi, quando tamen iudex, de appellat. in 6. & retardatur executio, Lancellot. tract. de attentat. parte 2. cap. 12. limit. 1. princip. num. 79. & 80. tomo 5. fol. 359. & loquendo in confeſſo, & in notorijs, ſcribunt idem Franch. & Proſper. Farinac. quos retuli, & ſequutus ſum infra num. 57. & 95.

Confirmatur ex his, quæ ſcripſi infra limitat. 6. memb. 7. num. 87. & ſeqq. reſtrict. 9. & limit. 47. memb. 1. numer. 41. reſtr. 5.

28 Reſtringe VI. vt non procedat in Regno Franciæ, vide infra limit. 48. n. 46. ſublimit. 6.

Reliquas reſtrictiones colliges ex his, quæ ſublimitando generaliter totam hanc quartam limitationem, ſcripſi infra num. 91. & ſeqq.

29 Declara nunc generaliter totam iſtam illationem, vt ea omnia, quæ perficiunt ſeu inficiunt confeſſionem in confeſſo tantum, eadem perficiant, & inficiant confeſſionem in confeſſo, & conuicto.

¶ 30 Infero II. quod confeſſus regulariter non appellat, arg. tex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, de appell. & c. 3. Romana, §. ſi autem. & ibi Gloſſ. in verbo, vel de quo, eodem tit. de appell. in 6. Felyn. in c. 26. quærenti, num. 4. fall. 2. de offic. & poteſt. iudic. deleg. & hanc opin. videtur ſequutus, præmiſſa diſputatione, Franch. in d. §. porro, ſub num. 5. & 8. & tenet ibidem Dec. num. 18. verſ. ſecunda concluſio. Guid. Pap. tract. de appell. quaſt. 120. ſub num. 89. tom. 5. fol. 61. & quod ita debeamus facere nobis regulam, ſcribit Card. Alex. in d. §. porro, num. 9. & quod hæc ſit communis, ſeu magis communis * opinio, retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 97. ſub num. 118. verſ. tantum, & quod hæc opinio obſeruetur teſtantur ij, quos refert, & ſequitur Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. ampl. 4. nu. 13. tom. 5. fol. 352. & ego retuli & ſequutus ſum d. c. 97. ſub num. 118. verſ. tantum, & poſt nos Farin. in qq. crim. q. 101. num. 154. verſ. contrarium.

Deducitur hæc illatio ex hac eadem quartam limitatione, videlicet, quia in notorijs non datur appellatio, teſtibus ijs, quos citaui ſupra num. 1.

Sed confeſſus dicitur notorius, teſtibus ijs, quos citaui d. c. 97. n. 120. Ergo &c.

Contra iſtam illationem ſentit Gloſſ. in d. §. porro, in verbo, confeſſione, dum vltimo loco refert, quod ſola confeſſio non impedit appellationem in criminali, licet, inquit, impediat quando agitur extra ordinem ad correctionem; & quod ita ſentiat Gloſſ. aduertit ibidem Abb. num. 5. contra eandem illationem ſentiunt cum declaratione Archid. in c. 3. Romana, ſub num. 10. & 11. de appell. in 6. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum infra nu. 55. Spec. tit. de confeſſion. §. fin. verſ. ſed nunquid confeſſus, num. 8. lib. 2. fol. 101. dicens, confeſſum poſſe appellare tam in cauſſa criminali, quam in ciuili, ſi non admittitur ad probandum errorem; clare & ſimpliciter Gloſſ. in l. 2. in verbo, propria, Cyn. & Bar. vterque num. 1. & Salyc. num. 3. oppoſ. 2. C. quor. appell. non recip. rurſus Gloſſ. in l. vlt. §. iuſſus, in verbo, appellandi, ff. de appell. & relat. quam adduxi ſupra ſub num. 9. verſ. contra hanc. & ex Franch. retuli infra ſub num. 60. verſ. confirmatur ſecundo, ſic etiam ſentiunt Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 10. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, ſub num. 290. fol. 503. dicens, requiri copulatiuè iſta duo, videlicet, quod ſit confeſſus, & conuictus, & alij, quos citaui d. c. 97. num. 118. & quod hæc ſit communis * opinio legiſtarum, ſcribit Ant. de Butr. tract. de notoriet. 4. ſub num. 56. tom. 4. fol. 56. & hanc opinionem contra illationem videtur amplexus Nicell. tract. de concord. gloſſ. concord. 6. num. 10. in fine vſque ad num. 20. tomo 18. fol. 191. qui & ſi confusè videatur loquutus, tamen perſiſtit in diffinitione, quod in iſto notorio iuris, reſultante ex confeſſione, non ſit prohibita appellatio, multaque promiſcue adducit, & ita apertè, & ſine difficultate refert, & ſequitur Farinac. in qq. crim. p. 2. tomo 1. quæſt. 101. numer. 62. & quod confeſſus non conuictus poſſit appellare refert ex pluribus idem Farin. in d. q. 101. num. 150. limit. 10. & nos quoque multos citauimus d. c. 97. ſub num. 118.

Hæ opiniones ſunt forſan diuerſæ potius, quam contrariæ, & ideò poſſunt diſtinguendo concordari: Aut enim appellatio eſt ſimplex, nulla rationabili cauſſa in ea expreſſa, & tunc appellatio vel non tenet, vel ſaltem iudex à quo non tenetur illi deferre, & ideò poteſt, appellatione non obſtante ante ſuperioris inhibitionem, exequi ſententiam, & in his terminis procedit illatio, quod confeſſus non appellat: Aut appellatio eſt cum expreſſione rationabilis cauſſæ; & tunc non ſolum tenet appellatio, ſed iudex à quo tenetur illi deferre; & in iſtis terminis procedit opinio contraria, quod confeſſus poteſt appellare; hæcque diſtinctio * communiter tenetur, vt patet ex his, quæ ſcripſi num. ſeq. et infra num. 47. & ita etiam tenet Proſp. Farin. poſt hæc ſcripta à me viſus in qq. crim. q. 101. num. 157. et 158. qui aduertit, ſic etiam nos tenuiſſe ſupra lib. 1. c. 97. ſub num. 118. et 125. dicens, tam de iure ciuili quam de iure canonico cauſſam eſſe inſerendam in appellatione, non ad effectum, vt appellatio ſuſtineatur, quia etiam ſine cauſſa ſuſtinetur, ſed ad effectum, vt iudex à quo prohibeatur exequi ſuam ſententiam.

Retenta illatione cum relata communi diſtinctione, & concordia.

Extende I. eandem illationem cum eadem diſtinctione, vt ſit vera de iure canonico, ſecundum quod confeſſus non poteſt appellare, vt patet in iuribus adductis in illatione, & ſcribunt Ant. de Butr. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub num. 6. ibi, de iure canonico, de appell. dicens, quod, ſi appellans vult reuocare confeſſionem, & illam erroneam allegat, poteſt de iure canonico appellare, ſed ſimplex appellatio non neceſſitat ad deferendum, quia à iure remota eſt appellatio, & ibidem Abb. num. 5. verſus finem, & num 6. dicens, quod iudex à quo neutro iure tenetur deferre appellationi, ſi appellans nullam exprimit cauſſam confeſſionis obfuſcatiuam, Ang. Aret. in l. fin. §. iuſſus, ſub num. 17. ff. de appellat. et relat. & Card. Alex. in d. §. porro, ſub num. 12. verſ. nunc ſecundo, dicens vterque per eadem formalia verba, quod appellatio confeſſi tantum in cauſſis criminalibus, vel ciuilibus, in quibus tractatur de correctione criminum, in ſe eſt valida, ſed iudex à quo non tenetur illi deferre, niſi in appellatione, ſit expreſſa rationabilis cauſſa, & Boſſ. tract. crim. titul. de appell. ſub num. 27. & loquendo etiam in cauſſis ciuilibus, communem eſſe opinionem, quod de iure canonico confeſſus non appellet, teſtantur & ſequuntur per eadem formalia verba Ang. Aret. in d. § iuſſus, ſub nu. 19. verſ. quæro quando, ibi, ſecundo caſu, & Card. Alex. in d. §. porro, ſub num. 16. verſ. quæro quando, ibi, ſecundo caſu, & eſſe communem * opinionem teſtantur ij, quos citat, & ſequitur Flam. Cartar. tract. de execut. ſent. capto bann. c. 1. ſub num. 72. & 73. & hanc communem opinionem retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 118. verſ. tantum, & non habet difficultatem, & ſequitur cum diſtinctione Farin. in qq. crim. q. 101. nu. 155. et 158. ſed, vt vides, Doctores loquuti ſunt confuſis, & promiſcuis verbis.

32 Extende II. vt ſit vera etiam de iure ciuili ſecundum Abb. quem retuli, & ſequutus ſum in præced. extenſione, & cum Abb. facta mentione Antonij de Butr. infrà citati, tenet Franch. in ſæpe citato c. 61. cum ſpeciali, §. porro, nu. 5. verſus finem, de appel. et tenet Farin. d. q. n. 101. n. 156. et 158. & quod iſta ſit magis communis * opinio teſtatur Boſſ. quem refert, & ſequitur Flam. Cartar. tract. de execut. ſent. capto bann. c. 1. n. 72. & ego retuli, & ſequutus ſum d. c. 97. ſub num. 118. verſ. tantum.

Con-

Contra hanc extenſionem tenent Ant. de Butr. *in d. §. porro, ſub num. 6. ibi. ſi eſt confeſſus tantum, & ibidem Card. Alex. ſub num. 10. verſ. ad primum, & verſ. aliquando loquitur in confeſſo tantum, & num. 14 in fine*, dicens eſſe contra ius ciuile, quod confeſſus non poſſit appellare, *Ang. Aret. in l. vlt. §. iuſſus, ſub n. 16. verſ. ad primum*, vbi loquitur de iure ciuili, & deinde ſub eodem num. 16. *ibi aliquādo loquimur in confeſſo, & nu. 17. in vltimis verbis, ff. de appell. & relat.* à quo Cardin. Alexan. *in d. §. porro*, hæc & multa alia de verbo ad verbum tranſcripſit, vt aduerti ſupra *ſub num. 7.* & patet ex ipſiſmet verbis, quibus loquuntur; & in iſtam ſententiam poſſumus citare Spec. Gloſſ. Cyn. Bar. & Salyc. quos adduxi ſupra *ſub num. 30. verſ. contra.*

Quid dicendum? Arbitror inter ius ciuile, & ius canonicum nullam eſſe differentiam, niſi in hoc, quod ius canonicum tanquam poſterius videtur declaraſſe, confeſſum non poſſe appellare, quod de iure ciuili non videbatur ita clarè apertum; vnde ijdem Doct. qui conſtituerunt hanc differentiam, deinde per declarationes, quas adhibent, reducunt iſtum articulum ad vnam conſonantiam, & vnum ius, ideoque bene Abb. *in d. §. porro, ſub numer. 5. Boſſ. tract. crimin. tit. de appell. ſub numer. 27. & Maran. in ſuo ſpec. part. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, ſub numer. 292. fol. 503.* rectè procedunt, dum diſputant articulum huius ſecundæ illationis, nulla per eos conſtituta differentia inter ius canonicum, & ius ciuile.

Immo dico hoc amplius, quod neque eſt multa contrarietas inter Doct. niſi in modo conſtituendi concluſionem; nam qui conſtituunt concluſionem negatiuam, quod nimirum confeſſus non appellet, reſtringunt, vt in quibuſdam caſibus appellet, & in illis caſibus loquuntur illi, qui conſtituunt affirmatiuam, vt patebit ex infra dicendis, ſed hoc eſt, non tantum ex eo, quia homines ſunt proni ad diſſentiendum, vt in alio propoſito ſcribit Corn. *conſ. 50. videtur in hac conſultatione, num. 2. lib. 1.* ſed etiam quia vnus non videt, vel non conſiderat, quod ſcribit alius.

33 Retenta vtraque extenſione, quod neque de iure canonico neque de iure ciuili poſſit confeſſus appellare.

Extende III. vt maximè procedat in criminalibus grauiſſimis, quia in eis debet eſſe celer executio, denegato beneficio appellationis, *Azo. in ſum. C. sub. quor. appell. non recip. n. 4.* vbi recenſet iſta crimina grauiſſima, *Salyc. in l. 1. n. 1. C. de rapt. virg. Ang. trac. de malef. in verbo, præſente d. Caio, n. 20. & in l. vlt. §. iuſſus, ſub num. 16. verſ. ad primum, ibi. aliquando loquimur in confeſſo, ff. de appell. & relat. & Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub nu. 10. ibi, aliquando loquimur in confeſſo, de appell. Guid. Pap. trac. de appell. q. 120. ſub n. 86. 87. 88. & 90. fol. 61.*

34 Extende IV. vt procedat generaliter in omnibus delictis, & ſic in qualibet cauſſa criminali, *Abb. in d. §. porro, ſub n. 5. in fine.* dicens, quod rationes, quare confeſſo denegetur appellatio, militant tamen in cauſſa ciuili, quam in criminali, & quod in criminali loquitur ille tex. & ſentit Gloſ. *in capit. 3. Romana. §. ſi autem, in verbo, vel de quo, de appell. in 6. ibi, & hoc tam in ciuili quam in criminali*, & de communi * opin. tam in cauſſis criminalibus, quam in ciuilibus teſtantur Couar. *pract. qq. cap. 23. ſub numer. 5. verſ. ſecunda concluſio, fol. 521. Viu. in comm. opin. in verbo, appellans; opin. 51. inter comm. opin. diuerſ. tom. 2. lib. 7. tit. 24. n. 5.* quem refert & ſequitur Flam. Cartar. *tract. de execut. ſent. capt. ban. cap. 1. ſub n. 99.* & quod iſta extenſio ſit vera de iure canonico in cauſſis criminalibus, & in cauſſis ciuilibus, in quibus tractatur de correctione criminis, ſcribunt Ang. Aret. *in l. vlt. §. iuſſus, num. 17. verſ. nunc ſecundo, ff. de appell. & relat. Cardin. Alex. in d. §. porro, n. 12. verſ. nunc ſecundo*, dicens vterque, quod iudex à quo non tenetur deferre appellationis; & loquendo in cauſſis criminalibus pecuniarijs habemus conſtitutionem, ſeu modum proprium Pij V. in Bullario *part. 2. fol. 1182. in ordine aliarum conſtitutionum 180.* qua cauetur, quod ſi reus carceratus, vel non carceratus (*loquitur enim illa bulla generaliter*) condemnatus ſit ex ſua propria confeſſione, tunc nullatenus executionem condemnationis impediat ex quacunq; appellatione interpoſita: quam bullam in iſtomet propoſito conſiderat etiam Farinac. *in qq. crimin. lib. 1. q. 33. n. 23.*

Contra iſtam extenſionem ſentit Gloſ. *in d. §. porro. in verbo, confeſſione*, dicens, conſuetum eſſe dici, quod ſola confeſſio non impedit in criminali, quin poſſit appellari, hancque Gloſ. aduertunt ibidem Ant. de Butr. *num. 6.* Card. Alex. *n. 7. verſ. aliud habetis.* & Franc. *n. 5. verſ. ſingl.* & ita tenet Felyn. *in c. 14. ſi cautio, n. 23. in fine, in 4. declar. de fid. inſtr.* dum ſcribit, quod confeſſus appellat in cauſſa criminali.

Non recedas ab extenſione.

35 Extende V. vt procedat etiam in cauſſa ciuili, in qua confeſſus non appellat, *Abb. in capitul. 61. cum ſpeciali, §. porro n. 5. in fine, de appell. Gemin. in capit. 3. Romana, §. ſi autem ſub n. 6. ibi. ſed dominus meus, de appell. in 6.* vbi cenſet hanc partem eſſe veram, *Felyn. c. 14. ſi cautio, num. 24. in fine, declar. 4. fallen. vlt. quæ eſt poteſt fall. 15. de fid. inſtrum.* quem refert, & ſequitur Nicell. *tract. de concord. gloſ. concord. 6. num. 21. in fine, tom. 15. fol. 191.* Et quod confeſſus nec in ciuilibus, nec in criminalibus appellet, licet teſtibus, conuictus non ſit, teſtatur eſſe communem * opin. Couar. *pract. qq. c. 23. ſub n. 5. verſ. ſecunda concluſio. fol. 521.* & quod de iure canonico teneatur communiter iſta opinio, teſtatur Card. Alex. *in d. §. porro, ſub num. 16. verſic. ſecundo caſu*, & hanc commun. * opin. refert & ſequitur ex Couar. *vbi ſupra* Rugineli. *tract. de appell. §. 2. c. 3. ſub num. 206. verſ. prout, in fine*, hancq; extenſionem ex Maran. & Rot. diuerſ. tenui *ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num. 52. ibi exemplifica tertio*, & quod non detur appellatio à confeſſione debiti diſponunt ſtatuta Vrbis *lib. 1. c. 177.* nam *vt inquit Card. Alex. ſupra citatus*, ſi denegatur appellatio in cauſa criminali, à fortiori poteſt denegari in cauſſa ciuili.

Contra iſtam extenſionem ſentiunt Gloſſ. *in d. §. porro, in verbo, confeſſione*, & Ant. de Butr. *n. 6.* & apertius *tract. de notor. art. 4. ſub num. 58. fol. 56.* dicens, quod non reperit textum, qui immutet iura antiqua ciuilia, quæ exigunt conuictum, & confeſſum, ſed quia, inquit, in cauſſa ciuili militat eadem ratio, quæ in criminali, in qua confeſſus non appellat, erit, inquit, in poteſtate iudicis à quo non deferre appellationi, & apertius Lancell. *tract. de attent. part. 2. cap. 12. de atteut. & innou. appell. pend. limit. 9. princip. num. 11. verſic. 4. fol. 366.* dicens, quod in notorio confeſſionis licet aliqui dicant appellantem non audiri niſi expreſſa legitima cauſſa; tutius tamen inquit eſt tenere indiſtinctè, appellationem habere omnem effectum etiam ſuſpenſiuum.

Non recedas ab extenſione.

36 Extende VI. vt maxime procedat, ſi confeſſus acquieſceret ſententiæ latæ, *vt ſcribunt Ang. Aret. in leg. vltima §. iuſſus, ſub n. 16. verſ. ad primum, ibi, niſi talis confeſſus acquieuerit ſententiæ, ff. de appell. & relat. Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 10. poſt medium, ibi, niſi talis confeſſus acquieuerit ſententiæ, de appell.* dicens vterque, quod ſi debitor meus veniat ad iudicium, & ad mei inſtantiam confitetur debitum, & ſponte ſuſcipit præceptum penes acta, de ſoluendo, non poterit poſtea etiam infra decem dies appellare, & ſecundam Ang. & Cardinalem ſupra citatos hæc extenſio procedit, etiam retenta concluſione quod confeſſus appellet de iure ciuili, quia in iſtis terminis loquuntur.

37 Sub-

37 Subextende primo, vt procedat etiam ſi appellans exprimeret cauſſam appellationis, quia adhuc non audiretur, & moueor, quia acquieſcens ſententiæ renuntiat iuri appellandi, *vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra limit. 2. ſub nu. 28. verſ. pone primo, et n. 29.*

38 Subextende ſecundo hanc extenſionem vt procedat etiamſi reus non fateatur ab initio, ſed ſolum poſt conteſtatam litem, & deinde ſponte recipiat ſententiam diffinitiuam, quia non poterit amplius appellare, etiamſi tenetemus opinionem, quod confeſſus poteſt appellare de iure ciuili, *Angel. Aret. & Card. Alex. in locis ſupra proxime citatis.*

39 Extende VII. vt procedat etiam in eo, qui ab initio negat, & deinde poſt conteſtatam litem confitetur, quia adhuc dicetur ſponte confeſſus, & non timore probationum, ideoque vti ſponte confeſſus non appellat, & hoc verius arbitratus eſt etiam Farin. qui alios citat *in qq. crimin. q. 101. n. 147. & 148. limit. 8.*

40 Extende VIII. vt confeſſio propria defuncti de commiſſis vſuris & rapinis, operetur etiam contra hæredem, ne poſſit appellare, *Ant. de Butr. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, n. 6 verſus finem, ibi, per qua dicit Abb. nu. 7. verſ. ſed quæro an hæres, Franch. q. 3. n. 10. & Card. Alex. n. 20. verſ. ſed pro complemento, de appell.*

Contra iſtam extenſionem videtur reſidere Dec. *in d. §. porro, num. 25 ibi, videtur tamen,* dicens, quod hæres debet poſſe appellare pro ſuo intereſſe caſu, quo defunctus potuiſſet appellate, ſi viueret; & certe ego neſcio videre quomodo hoc, quod dicit Dec. non ſi verum, quod refert, & ſequitur etiam Rug. *tract. de appell. §. 2. c. 3. nu. 207.* quod hæres poſſit appellare a ſententia lata ſuper confeſſione defuncti; ſcribit ſimpliciter idem Ant. de Butr. *in tract. de notor. art. 4. n. 59. tom. 4. fol. 56.*

Nec obſtant quæ ſcribunt Ant. de Butr. & alij, citati ſupra in extenſione, quia reſpondeo, quod loquuntur in caſu, de quo in ſequenti declaratione.

Retenta extenſione.

41 Declara primo reſtringendo eam, vt procedat in caſu, quo defunctus confeſſus eſſet coram epiſcopo, ſeu vicario, ſe exercuiſſe vſuras, & commiſiſſe rapinas, promiſeritque ſe reſtituturum, quia ſecuta declaratione ad fauorem alicuius, qui petierit reſtitutionem, & docuerit de vſuris, hæres condemnatus non poteſt appellare, *teſtibus Ant. de Butr. Abb. Franch. & Card. Alex. citati ſupra in in extenſione,* niſi oſtendatur apertum grauamen, *vt loquitur Ant. de Butr. ſupra citatus,* vel niſi prætendat iuſtam cauſſam grauaminis *vt loquitur Abb.* vel niſi doceret de errore confeſſionis, *vt loquitur Franch.*

Ratio in caſu huius declarationis eſt, quia cum vltra confeſſionem interuenerit promiſſio de reſtituendis vſuris, videtur acquieuiſſe præcepto epiſcopi emanato in vim dictæ confeſſionis, & ſic procedunt quæ dixi *ſupra num. 36. verſ. extende ſexto.*

42 Declara ſecundo, reſtringendo, vt non procedat in confeſſione ficta, quia iſta non nocet hæredi ſeu alteri ſucceſſori, *Card. Alex. in cap. 61. cum ſpeciali, §. porrò ſub num. 21. verſ. & ideò, & Franch. numero 11. verſ. quia autem in ficta,* & facit quod ſcripſi *ſupra lib. 1 c. 97. ſub num. 126. verſ. tertio ex eo,* vbi dixi quod pater tenetur ſoluere legitimam filij, quando delictum probatur vere: ſecus ſi ficte.

† Etiam ipſe hæres defuncti confeſſi poterit confeſſionem ſui preceſſoris per appellationem reuocare ita Dec. *in cap. cum ſpeciali, §. porrò num. 7. de appellat. Surd. conſil. 188. num. 7.*

Quamuis contra hanc declarationem teneat Dec. *in eod. §. porro, ſub num. 26.*

43 Extende IX. vt habeat locum etiam conſideratis conſtitutionibus Marchiæ, quia confeſſus adhuc non appellat, vide quę ſcripſi *ſupra lib. 1. c. 97. n. 121.* vbi allegaui pro & contra, & firmaui hanc extenſionem.

44 Extende X. vt habeat locum etiam conſideratis motibus proprijs, & conſtitutionibus apoſtolicis, de quibus ſcripſi *d. libro 1. cap. 97. num. 122. & hic ſupra nu. 34. verſus finem, verſ. extende quarto, & infra limit. 48. nu. 13.*

45 Reſtringe I. nunc eandem illationem, poſitam ſupra num. 30. vt non habeat locum in confeſſione facta metu tormentorum, quia illa non impedit appellationem, *Ang. Aret. in l. vlt. §. iuſſus, ſub nu. 19. verſ. quæro quando, ibi, tertio ſi allegat, ff. de appell. & relat. Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 9. fall. 1. de appell.* & hæc reſtrictio procedit etiam in eo, qui eſſet conuictus, *vt ex Azo, Bal. Paul. de Caſt. Maran. Franch. Gloſſ. & Bar. retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 17.*

46 Extende declara, & ſubdeclara iuxta ea, quæ ſcripſi *ſupra n. 18. et ſeqq.*

47 Reſtringe II. vt non procedat, quando in appellatione exprimitur probabilis cauſſa appellandi, quia tunc confeſſio non impedit eiuſmodi appellationem, rationabili cauſſa veſtitam, *Gl in c. 3. Romana, §. ſi autem, in verbo vel de quo, de appell. in 6.* dicens quod confeſſus poſſet appellare, ſi vellet allegare, ſe facti errore eſſe confeſſum, quem errorem velit corrigere, *Bal. conſil. 141. præmiſſis, ſub nu. 1. lib. 1.* dicens, quod ſi appellans talem cauſſam allegat, quæ ſi eſſet vera, appellatio procederet, verbi gratia, ſi dicit ſe confeſſum per metum, vel altera pars dicit contra appellantem eſſe notorium facti, & appellans negat notorium, ideſt, perſe notum, vel actis indubitanter clarum; cum ergo cauſſa delatiua appellationis, & e contrario eam infringens ſunt in dubio ſemper debet præſumi pro appellante quo ad iuriſdictionem deferendam, *Ant. de Butr. tract. de notor. art. 4. numer. 58. fol. 56. & in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub num. 6. verſ. oppon. gloſſ. de appel.* dicens quod de iure canonico poteſt confeſſus appellare, ſi vult confeſſionem reuocare, & illam alleget erroneam, & *ibidem Dec. num. 18. verſ. ſecunda concluſio, & Card. Alex. ſub numer. 8. et 9. fall. 2. et Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 177. ſi aliquis ſit confeſſus, num. 4.* & quod ſit communis *concluſio Doctorum, vt confeſſus poſſit appellare a præcepto ſibi facto poſt confeſſionem, ſi alleget, confeſſionem fuiſſe erroneam, teſtatur Galleſ. *ad form. camer. oblig. par. 3. rubr. de liquidat. num. 19. tomo 6. par. 2. fol. 361.* quem etiam refert, & ſequitur Ruginel. *tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 206.* & quod hæc reſtrictio ſit communis *patet ex his, quæ ſcripſi *ſupra libro 1. c. 97. ſub num. 118. et ſub numero 125.*

† Et idem dicendum eſt de confeſſione facta coram iudice incompetenti cuius iuriſdictio non poterat prorogari, quia tunc pariter appellari poterit, ita *Suarez c. poſt rem. ſub n. 10. et 13. ff. de re iud.*

Et, loquendo de appellatione in notorij, vide *infra nu. 93. ſublimit. 3.*

Et loquendo generaliter in quauis appellatione, quæ ſit contra ius, vel manifeſte friuola, quod non debeat admitti, & tamen debeat recipi, ſi allegetur aliqua cauſſa rationabilis in caſu ſpeciali permiſſa, vide quæ retuli, & ſequutus ſum *infra n. 84. verſ. ſubreſtringe.*

Secus eſt, quando non allegatur rationabilis cauſſa in appellationis libello, quia tunc confeſſio impedit appellationem, & iudex a quo ei deferre non debet, *teſtibus iiſdem Gloſſ. Archid. Ang. Aret. Card. Alex. et Franch. quos retuli, et ſequutus ſum num. ſeq. et infra num. 55. reſtr. 3.* vbi videas & Contar. *in l. vnica, limit. 3. ſub n. 42. verſ. alias, C. ſi de momi. poſſ.* & quod ſicut in cauſſa criminali confeſſus non auditur niſi expreſſa legitima cauſſa, ita neq; audiatur in cauſſa ciuili, niſi expreſſa legitima cauſſa, ſcribit Franch. *in c. 3. Romana, §. ſi autem, ſub nu. 5. verſ. de confeſſo de appell. in 6.*

48 De-

Digitized by Google

48 Declara primo hanc reſtrictionem, vt iuſta cauſſa, vel veriſimilis, propter quam iudex a quo tenetur omnino deferre appellationi interpoſitæ à confeſſo, & condemnato in cauſſa criminali, dicatur multipliciter. *Primo* quando allegaret, ſe confeſſum eſſe, occidiſſe Titium, quia credebat eum mortuum ex vulnere, quod ei intulit, & nunc paratus eſt incontinenti ſummarie fidem facere ſemiplenam iudici a quo, quod dictus Titius viuit. *Secundo* ſi allegaret, ſe poſitum ad torturam, nullis præcedentibus indicijs ſaltem legitimis, & ideo confeſſionem poſtea ſecutam cum tormentis ſibi non præiudicare; tunc enim iudex a quo, ſi, perpenſis indicijs videt ea non fuiſſe legitima, vel ſaltem ſuper hoc eſſe probabile dubium, tenetur in dubio deferre appellationi. *Tertio* ſi allegat, ſe metu tormentorum fuiſſe confeſſum, & ſuam confeſſionem in iudicio ratificaſſe; tunc enim ſi iudex a quo ſcit hoc eſſe, vel probabiliter dubitat, vt quia fuit tortus a ſuo prædeceſſore, & coram eo confeſſus, vel dubitat, ne nimis cito fuerit ductus poſtea ad bancum iuris ad ratificandum, tunc in dubio debet deferre appellationi, *Ang. Aretin. in l. vlt. §. iuſſus, ſub num. 19. verſ. quæro quando, ff. de appell. & relat. & Cardin. Alex. in cap. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub num. 16. verſ. quæro quando, de appell.* Quarto quando allegaret, eum, quem occidit, fuiſſe bannitum, *vt dixi ſupra num. 15.*

Subdeclara, vt ſi iudex a quo ſcit, cauſſam allegatam eſſe falſam, vt quia ſibi bene conſtat, & in actis apparent inditia ſufficientia præceſſiſſe, & ſe moderate malefactorem torſiſſe, & confeſſionem eſſe ſponte factam, & non metu tormentorum, & congrua quiete, & dilatione interueniente, tunc non tenetur deferre appellationi, ipſe enim de facto ſuo, & actis ſuis debet eſſe certus, *Ang. Aret. & Cardinal. Alexand. in locis ſupra proxime citatis.*

Declara ſecundo eandem reſtrictionem ad vſum praxis, vt appellans non dicat, *appello a confeſſione mea*, vel *appello ab errore meo*, ſed dicat *appello a iudicis ſententia*, non obſtante confeſſione mea, quia fui confeſſus per errorem, vel per metum, quem intendo probare coram iudice appellationis, *Bald. in c. 61. dum ſpeciali, n. 19. de appell.* quem refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, limit. 3. nu. 40. C. ſi de momen. poſſ.*

49 Extende primo eandem reſtrictionem, vt, expreſſa cauſſa rationabili, appellatio non ſolum ſit in ſe valida, ſed iudex a quo teneatur illi deferre, *Gl. in c. 3. Romana, §. ſi autem, in verbo mandetur, & Archid. ſub n. 10. & 11. de appell. in 6. Ang. Aret. in l. vlt. §. iuſſus, ſub n. 20. ibi, ſed vbi in appellatione, ff. de appell. & relat. Cardin. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 7. ibi, ſi vero pars appellat, & ſub n. 19. ibi, ſed vbi in appellatione, de appell. et ibid. Franc. ſub n. 5. ibi ſed aduerte quod confeſſus*, vbi poſtquam ſcripſit, quod confeſſus non appellat, deinde ſequendo doctrinã Archidiaconi ſupra citati, inquit, quod ſi in appellatione eſt expreſſa cauſſa erroris confeſſionis, iudex a quo tenetur deferre appellationi, *Aufr. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 177. ſi aliquis ſit confeſſus, n. 4.*

Et, loquendo de appellatione in notorijs, ſcripſi *infra n. 93. ſub limit. 3.*

Et loquendo indiſtinctè, quod ſi pro cauſſa grauaminis allegaretur aliqua ſpecialis cauſſa, quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari, tunc appellationi ſit deferendum, ſcribit idem Franch. *in c. 31. de priore, in principio, ibi, tu intellige. niſi pro cauſſa, de appel.* & quod expreſſio cauſſæ in appellatione, quamuis non ſit de forma appellationis, operetur vt iudex à quo deferat appellationi, cum alias non teneatur admittere appellationem, quando prima facie eſt contra ius ſcribit idem Franch. *in cap. 29. conſuluit, n. 3. not. vlt. & in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, n. 6. verſ. ex prædictis nota. de appellat.*

50 Extendo ſecundo, vt teneatur deferre ante inhibitionem iudicis ad quem, *vt ſcribunt in terminis Ang. Aret. in l. vlt. §. iuſſus, ſub nu. 20. ibi, ſed vbi in appellatione, ff. de appell. & relat. & Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 19. ibi, ſed vbi in appellatione, de appell. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoq; appellatur, ſub n. 292. verſus, finem, fol. 503.*

Extende tertio, vt in tantum teneatur deferre, vt, ſi nõ detulerit, malefaciet, & debet puniri ea pęna, qua puniuntur non deferentes appellationis, *Ang. Aret. in d. §. iuſſus, ſub n. 17. verſ. nunc ſecundo, & Card. Alex. in d. §. porro, ſub n. 12. verſ. nunc ſecundo.*

51 Extende quarto, vt licet non deferat appellationi, tamen eius iuriſdictio eſt ſuſpenſa, & non poteſt exequi ſententiam, quando in appellatione eſt expreſſa cauſſa, quę habet offuſcare notorium, *Conar. pract. qq. c. 23. ſub n. 5. verſ. ſecunda concluſ. & Lancel. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 9. princ. n. 4. tom. 5. fol. 366. & Proſp. Farin. in qq. crim. q. 101. n. 158.* & loquendo generaliter de appellatione in notorijs, retuli, & ſequutus ſum *infra ſub n. 93. in fine ſub lim. 3.*

Contra hanc quartam extenſionem tenent Ang. Aret. & Card. Alex. quos citaui ſupra *n. 16.*

Contra eandem extenſionem ſentiunt Archid. *in c. 3. Romana, ſub n. 11. de appell. in 6.* & Contar. *in l. vnica, limit. 3. n. 45. C. ſi de mom. poſſ.* quos retuli, *infra nu. 95.* dum ſcribunt, quod expreſſio cauſſæ rationabilis operatur leuiorem receptionem appellationis, & inhibitionem faciendam, & ſic videntur ſentire, quod de per ſe non ſuſpendat.

Retenta extenſione, quæ eſt vera.

52 Subextende eandem extenſionem, vt in tantum ſuſpendat, quod iudici, volenti exequi in cauſſa criminali, pęnam irretractabilem, non obſtante appellatione interpoſita cum expreſſionè rationabilis cauſæ, poſſit impune reſiſti de facto: & moueor ad hanc ſubextenſionem, quia quando appellatio interponitur in caſu permiſſo, & nihilominus iudex vult exequi pęnam irretractabilem, poteſt reſiſti de facto, etiamſi appellatio fuiſſet interpoſita à tertio, & poterit reus extrahi ſibi de manibus ſi velit de eo facere executionem, *Bald. in l. 7. addictos n. 2. verſ. item adde. C. de epiſcop. aud. Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 19. de appell.*

53 Limita primo, declarando hanc quartam extenſionem, quod & ſi hæc appellatio cum expreſſione rationabilis cauſſæ impediat executionem ſententiæ latæ, contra ſponte confeſſum, vt dixi in extenſione, & condemnatus admittatur ad appellandum infra decem dies, tamen iudex poteſt eam exequi, non expectatis decem diebus, qui dantur condemnatis ad appellandum: & ratio eſt, quia terminus ad appellandum conceditur quando ex regula datur appellatio, ſed quando ex regula denegatur appellatio, tunc non conceditur terminus, quia ſublato principali; tolluntur tendentia ad illud, quare, cum appellatio confeſſi regulariter ſit prohibita, & per modum fallentiæ ſit permiſſa, quando in ea eſt expreſſa cauſſa rationabilis, iudex ſtabit in regula, & donec ſibi per fallentiam non inferatur impedimentum, poteſt quandocunquę exequi, & hæc eſt veritas, & ita ſeruatur.

54 Limita ſecundo, vt non procedat in appellatione confeſſi, & conuicti, quia quamuis in ea exprimatur cauſſa rationabilis, tamen non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo qui propterea poterit exequi ſententiam, non obſtante eiuſmodi appellatione, & moueor ad iſtam limitationem hac vnica ratione.

Contra id, quod eſt probatum, & confeſſione propria, & teſtium depoſitionibus, nulla poteſt recipi probatio, quantumuis allegaretur error confeſſionis, quia

tunc

Digitized by Google

tunc probationes ſunt luce clariores, & ideo non dicitur erraſſe in confeſſione, quia veritas conſonat cum confeſſione, vnde non poteſt confeſſionem reuocare, *Bald. in l. 2. ſub nu. 2. verſic, quæro nunquid. C. quor. appell. non recip.* quem refert, & ſequitur Rol. à Vall. *conſil. 73. ſi vidiſſem, num. 26. lib. 3.*

Confirmatur primo hæc ratio, quia confeſſio præualet dictis teſtium, quos confeſſus examinaret contra ſuam propriam confeſſionem, *Felyn. in c. 31. præſentium, ſub nu. 6. ibi, & certum eſt, de teſtibus Gram. deciſ. 103. illuſtr. num. 61. Io. Mar. Monticel. in repert. de teſtibus. fol. 298. col. 3. in principio, tom. 4. Caputaque deciſ. 20. ſeu 283. teſtes examinati, num. 6. & 7. p. 3. Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. alioqui, 75. quatuor, num. 2. de teſtib. fol. 110.* etiamſi eſſent mille teſtes, *vt ſcribunt Io. de Anic. conſil. 16. factum, num. 16. conſil. 33. in cauſſa, & lite, num. 3. & conſil. 45. in cauſſa agitata, num. 3. Gabr. in concluſ. lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 4. num. 77.* Imo teſtes contrarij confeſſioni non ſunt reducendi ad concordiam cum confeſſione, licet eſſent reducendi ad concordiam cum alijs teſtibus, *Innoc. in c. 36. cum contingat, nu. 2. verſic. ſed dices, de offic. & poteſt. iud. deleg.* quem referunt, & ſequuntur Abb. *ibidem, ſub n. 7. Bar. in l. 2. §. creditum, n. 6. in fine, ibi, ſol. dicit, & n. 8. Iaſ. num. 11. verſic. nota tamen, et Dec. n. 8. ff. ſi cert. pet. Felyn. in c. 16. cum tu. concl. 5. num. 9. de teſtib.* hoc idem ſcribunt Crauet. *conſ. 171. Magiſter. Io. n. 10. verſ. infero, Pet. tract. de fideic. q. 12. n. 1214. et ſeq. & Caputaq. vbi ſupra.*

Ergo multo magis præualebit confeſſio, quæ habet concomitantiam teſtium concordantium cum ipſa confeſſione.

Et licet aſſumptum huius confirmationis non videatur verum in cauſſa criminali, quia ſi quis fateatur, ſe tali die occidiſſe talem, & teſtes deponant, illum confeſſum ea die neminem occidiſſe, quia illa die fuerunt ſemper cum eo ita, vt nō potuiſſet illum occidere, quin vidiſſent, talis inquiſitus de homicidio debet abſolui, *vt ſcribunt Aret. in c. 35. ex tenore, num. 7. de teſtib. & Boſſ. tract. crim. tit. de confeſſ. num. 70.* tamen erit indubitate verum, quando adſunt confeſſio, & teſtes.

Et maxime, procedit hæc ratio, quando teſtes iam fuerunt publicati, quo caſu alij examinari non poſſunt, *Nicell. tractat. de concord. gloſſ. concord. 6. numero 9. in fine, & num. 10. tom. 18. fol. 191.* qui loquitur in proprijs terminis.

Confirmatur ſecundo ex his, quæ ſcripſi *lib. prac. c. 7. num. 684.* vbi dixi, quod quis non poteſt reuocare poſitionem probatam in actis.

Contra hanc rationem faciunt ea, quæ ſcribit Franch. *in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub num. 6. verſus finem, de appellat.* & quæ ſcripſi *ſupra ſub num. 16 verſic. deduco,* in quibus locis ponitur pro poſſibile, quod in cauſſa appellationis reprobentur dicta teſtium, & probetur error confeſſionis.

Quicquid ſit de veritate rationis, vera eſt limitatio, à qua non diſcedo.

55 Reſtringe III. ſeu declara, vt quamuis iudex à quo non teneatur deferre appellationi confeſſi, & poſſit exequi ſententiam ante inhibitionem, quando in appellatione non eſt expreſſa cauſſa; tamen appellatio in ſe eſt valida, & ideo poterit appellans eam proſequi coram iudice ad quem, ex quo deuoluitur cauſſa ad eum, vt, concordando opiniones, ſcribit Archid, *in c. 3. Romana, ſub num. 10. & 11. ibi, vnde dicas, de appellat. in 6.* dicens, quod appellans non adſtringitur exprimere cauſſam, quin appellatio teneat, tamen, inquit tenetur exprimere, quoad leuiorem receptionem appellationis, & inhibitionem faciendam, & ex eo refert & ſequitur clarius Franch. *in c. 14. conſuluit, in vltimis verbis, & in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub nu. 5. ibi, quærit archid. de appell.* & quod licet notorium tollat neceſſitatem deferendi appellationi, non tamen per omnia tollat eius effectum, quia ſcilic. nihilominus, appellatio in ſe eſt valida, & cauſſæ expreſſio ſit neceſſaria ſolum quoad leuiorem receptionem appellationis, & inhibitionem faciendam, refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, limit. 3. ſub num 44. verſ. interim, & num. 45. C. ſi de mom. poſſ.*

Ratio quare appellatio ſit valida eſt, quia in appellatione à diffinitiua non eſt neceſſaria expreſſio cauſſæ, *teſtibus Archid. Abb. Franch. & ſpec. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 4. nu. 25.* & quare nihilominus ſit exprimenda eſt, quia expedit appellanti, vt eam exprimat, quia ſi non exprimat, iudex a quo non tenetur deferre appellationi, & ideo poteſt exequi ante inhibitionem, & executio tenet, *vt ſcribit Gemin. in c. 3. Romana, §. ſi autem, verſus finem, num. 7. de appellat. in 6.* & quod in omnibus caſibus, in quibus à iure eſt prohibita appellatio à ſententia diffinitiua, debeat exprimi cauſſa in appellatione, non quia ipſa ſit de forma appellationis, ſed ad hoc vt iudex a quo deferat iudici ad quem, ſcribit Franch. *in d. c. conſuluit, verſus finem, ſub num. 6. & in d. §. ſi autem, in fine, nu. 6. verſ. & nota.*

Contra hanc reſtrictionem; quod enim appellatio in ſe valida non ſit, & ideo non deuoluat, & non poſſit appellans eam proſequi coram iudice ad quem tenet Cardin. Alex. *in d. §. porro, num. 18. verſ. vnum tene menti, in vltimis verbis,* dicens, quod contrarium communiter non tenetur.

Retenta reſtrictione, quæ eſt communis.

56 Nota primo illatiue ex his, quę dixi initio huius reſtrictionis, quod iudex ad quem poteſt inhibere iudici à quo in cauſſa appellationis, quando condemnatus eſt ſolum confeſſus, & non conuictus, & iudex à quo tunc non poteſt vlterius procedere, *Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 177. ſi aliquis ſit confeſſus, ſub nu. 6. Clar. lib. 5, recept. ſent. §. fin. qu. 94. circa finem principij,* & ita ſentiunt Ang. Aret. *in l. vlt. §. iuſſus, ſub n. 17, verſic. nunc ſecundo, ff. de appell. et relat. et Card. Alex. in d. §. porro, ſub num. 22, verſic. nunc ſecundo, verſus finem,* dum ſcribunt, quod tenebit executio facta ante legitimam inhibitionem iudicis ad quem, & eſt communis, * quia difficultatem faciunt Doctores ſolum in confeſſo, & conuicto.

57 Nota ſecundo, quod licet iudex à quo non teneatur deferre appellationi in notorijs, & quando quis eſt confeſſus, niſi ſit in appellatione expreſſa cauſſa rationabilis, *vt dixi in reſtrictione,* tamen ſi detulerit negocium deuoluitur ad ſuperiorem, *vt ſcribit Franch. in c. 5. cum appellationibus, §. ſi vero, in vltimis verbis, ſub n. 11. de appell. in 6.* adde quæ ſcripſi *infra limit. 6. memb. 7. nu. 87.*

58 Extende eandem reſtrictionem, dum dicimus, cauſſæ expreſſionem, ſeu inſertionem non eſſe neceſſariam quoad validitatem appellationis, vt procedat etiam in illis caſibus, in quibus ius prohibet appellationem, *Franch. in c. 14. conſuluit, il primo, verſus finem, ſub num. 6. ibi, non tamen intelligas quod expreſſio,* & clarius, ac fuſius *in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, nu. 6. verſic. ex prædictis not. de appell.* & ſatis probatur hæc extenſio ex dictis *ſupra num. 55. in reſtrictione.*

59 Reſtringe IV. vt non procedat in confeſſo poſt ſententiam, quia poterit appellare, *Paul. de Caſtr. in l. 2. nu. 3. verſ. & no. C. quor. appell. non recip. Franch. in c. 3. Romana, §. ſi autem, num. 5. verſ. quid autem, in fine, de appellat. in 6. & Card. Alex. in c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub num. 9. fall. 3. de appellat. Nicell. tractat. de concord. gloſſ. concord. 6 fall. 3. in fine, num. 21. tomo 18. fol. 191. & Farin. in qq crim. qu. 101. num. 138. verſ. limita tertio, & num. 139.* vbi, loquendo in cauſſis ciuilibus, refert aliquid in contrarium, & hanc reſtrictionem eſſe veram in cauſſis criminalibus, in quibus quis non poteſt ſibi præiudicare in facultate ap-

pel-

pellandi, ſcribit Franch. *d.§.porro, ſub num.6.*

Ratio eſt ſecundum Paul.de Caſtr. *vbi ſupra*, quia ſententia non dicitur lata virtute confeſſionis.

60 Reſtringe V. vt non procedat in ficte confeſſo, quia is poteſt appellare, *Franch.in c.61.cum ſpeciali, §.porro, ſub n.8.verſ.ſed quæritur primo.Cardin. Alexandr. fallen.5. ſub n.9.& 10.de appell. Aufr.ad Capell.Tholoſ.deciſ.177.ſi aliquis ſit confeſſus, in fine n.11. & idem tenet ſub verbo, credo, Ant.de But.tract.de notor.artic.4.nu.58.in vltimis verbis, tom.5.fol.56. Farin.in qq.crim.quæſt.101.limit.7.n.146.* & quod ficte confeſſus, & condemnatus, quia fuit contumax in non reſpondendo poſitionibus, poſſit appellare, & excuſare ſuam contumaciam, ſcribit Franch. *in c.vlt.in fine, de confeſſ.in 6.*

Confirmatur primo iſta reſtrictio in fortioribus, quia, ſi eſſet ficte confeſſus, & conuictus, diſponente ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, poſſet adhuc appellare, *Bal.in l.13.ita decimum, n.6.verſ. reſtat vnum, C.de procurator.& in l.1.n.1. C.quor.appellat. non recip Guid.Pap.tract.de appell. quæſt.120.n.91.tom.5. fol.61. Farin.in qq.crim.q.101. n.146.limit.7.& alij, quos citaui ſupra lib.1.c.97.n.126.*

Confirmatur ſecundo, quia vere confeſſus poteſt appellare, *Franch.in d.§.porro, ſub num.8.Gl.Spec.Cyn.Bar.& alij, quos citaui ſupra n.30.verſ.contra.* Ergo a fortiori poteſt appellare ficte confeſſus, & ita argumentantur Franch.& Card.Alex. *ſupra citati.*

Contra iſtam reſtrictionem firmauimus nos ſupra *lib.1.c.97.ſub n.118.verſ.tantum*, quod rurſus amplexi videmur *lib.præced.c.7. ſub nu.545. verſ.nec obſtat, & infra lim.48.n.26.*

Comprobatur hæc contraria opinio, retorquendo ſecundam confirmationem adductam pro reſtrictione; nam dico, quod vere confeſſus non appellat, teſtibus his, quos retuli, & ſequutus ſum *d.c.97.ſub num.118.verſ.tantum*, & dixi *ſupra n.30.& 31.* ergo neque appellabit ficte confeſſus.

Quid dicendum? Reſpondeo, iſtam contrarietatem poſſe concordari duplici diſtinctione. Prima diſtinctio eſt, vt ſi appelletur cum expreſſione rationabilis cauſæ, tunc procedit reſtrictio; ſecus ſi appelletur ſine expreſſione rationabilis cauſæ, hancq; diſtinctionem retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n.30. verſ.hę opiniones*, & in proprijs terminis habes *infra n. 62.* Secunda diſtinctio eſt, vt ſi appelletur a declaratoria confeſſionis, hoc eſt ab illa interlocutoria habente vim diffinitiuæ, qua contumax ob ſui contumaciam declaratur pro confeſſo, ſeu pro cõfeſſo, & conuicto, poſſit appellari, *per ea, quæ dixi lim.præced.n.10.& latius ſupra q.5. ſub n.91.verſ reſtringe, & lib. præced.c.7.num.545.* & ita procedit reſtrictio; ſecus eſt, ſi appelletur poſtea a ſententia diffinitiua lata ſuper negotio principali, quia ab iſta non appellatur, per ea, quæ, ſoluendo eiuſmodi contrarietatem, ſcripſi *d.lib. præced. cap.7.num.545.verſ.nec obſtat*, & in his terminis procedit opinio contraria, & nota hanc diſtinctionem, quia eam alibi non reperies, & eſt multum æqua, quia ſi non appellat a declaratoria, quæ infert hoc præiudicium, non poteſt appellare a diffinitiua, quę in hoc grauamen nullum infert.

61 Retenta opinione contra reſtrictionem cum diſtinctione relata.

Extende eam, vt procedat etiam in ſententia, lata contra eum, qui ob ſuam contumaciam in non recognoſcendo manus ſuæ ſcripturam, qua eſt obligatus, fuit prius pronuntiata pro recognita, & deinde iuxta obligationẽ condemnatus, *per ea, quæ ſcripſi lib.præced.c.11.num.1055.* quia licet potuiſſet appellare a pronuntiatione, quod habetur pro recognita, tamen, ſi deinde appellet a ſententia diffinitiua, non debet audiri ſicuti non audiretur, ſi vere recognouiſſet, cum in ipſa ſcriptura adſit confeſſio, ſed male hæc extenſio ſeruatur hic Romæ, vbi vidi ſępius admitti iſtam appellationem, ſed certe non deberet admitti, niſi ad effectum deuolutiuum.

62 Limita primo eandem opinionem, eiuſque extenſionem, vt non procedant ſi in appellatione allegetur iuſta, ſeu rationabilis cauſſa, quia tunc poterit appellare, ſicut declarant *Aug.Aret.in l.vlt.§.iuſſus, ſub n.9.& ſeqq.ff.de appell.& relat.& Franch in d.cap.61.cum ſpeciali, §.porro, verſ.quæritur primo, ſub n.8.ibi, ſed aduerte quia, de appell.* non habet difficultatem, quia procedit etiam in confeſſione vera *vt ex pluribus retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 47.verſic.reſtringe ſecundo.*

63 Limita ſecundo, vt de ſtylo non ſeruetur hic in Curia quia paſſim appellatio, nulla etiam expreſſa rationabili cauſſa, recipitur.

Hic ſtylus in foro Capitolino ſuſtinetur ex diſpoſitione ſtatutorum, quia, cum ſtatutis prohibita ſit appellatio à declaratoria ſuper ficta confeſſione, & recognitione, vt dixi remiſſiue *infra n. 66.* a qua de iure permitteretur, vt dixi *ſupra n.90.in fine*, debet concedi a diffinitiua, lata ſuper negotio principali, ne ſtatuta nimis odioſa ſint.

64 Limita tertio, vt non procedant in appellatione a declaratione, qua declaratur pro confeſſo antequam feratur ſententia diffinitiua, quia ab iſta poteſt appellari, etiam non expreſſa cauſſa, vt diſtinguendo dixi *ſupra ſub n.60.in fine.*

65 Confirmatur hæc limitatio à ſimili, quia a declaratione notorij datur appellatio, licet non detur a notorio, *Franch.in cap.13.peruenit, n.13.in vltimis verbis, & n.14. de appell. Felyn.in c.10.cum non ab homine, colum. penult. n.12.verſ.& not.de iudic. Nicol.tract.de concor.6.fallen.2. n.18.tom.18.fol.191.& Lancellot.tract.de attent.p.2.c.12. de attent.& innou.appellat.pend.limit.9. princ.in fine, n.13. f.366.* & faciunt, quæ ſcripſi de declaratoria incurſus in excommunicationem *infra limit.22. n.36.verſ. ſublimita ſecundo;*

66 Fallit hęc limitatio in foro Capitolino, quia ab iſta declaratoria non datur appellatio, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra lib.1.c.96.n.21.& retuli lib.præced.c.7.n.546.*

67 Reſtringe VI. vt non procedat in confeſſione procuratoris, quia eius confeſſio non impedit appellationem, *Ant.de But.tract.de notor.art.4.n.58. in fine tom 4. fol.56. & in c.61.cum ſpeciali, §.porro, ſub n.6.verſ.aduerte tamen. Franch.num.14.verſ.vltimo quæritur, & Card. Alex.n.22. verſ.ſed quid de confeſſione, de appell. Bal.in l.2.n.14. verſ. deinde nota. Paul.de Caſtr n.2.verſ.in tex.& Salyc.nu.1.C. quorum appell.non recip. Farin. in qq.crim.p.2.to.1.q.101. n.140.lim.4. Rugin.tract de appell.§.2.cap.3.n.208.* & hoc ſentit tex. *in d.l.2.in illis verbis, voce eſſet propria.*

68 Extende primo iſtam reſtrictionem, vt maxime procedat in procuratore, habente mandatum generale ad negocia, quia is, comparendo in maleficijs, non ſolum non poteſt confitendo præiudicare domino, ſed dicitur falſus procurator quo ad maleficia, *Bal.in d.l.2.n.3.verſ. item nota. C.quor.appell.non recip.*

69 Extende ſecundo, vt procedat etiamſi habuiſſet ſpeciale mandatum ad confitendum, quia adhuc dominus poſſet appellare, *Paul.de Caſtr.d.l.2.n.2.C.quor.appell.non recip.& Farin.d.quæſt.101.n.140.limit.4.*

70 Extende tertio, vt ſicut viuæ vocis confeſſio, facta à procuratore non impedit appellationem *iuxta ea, quę ſcripſi ſupra n.67.* ita multo minus impediat confeſſio ficta, *Cardin. Alex. in c.61. cum ſpeciali, §.porro, nu.22.verſ. ſed quid de confeſſione, in fin. de appell.* & ſentit ibidem Franch. *q.vlt.n.14.* dum ait, quod confeſſio procuratoris etiam vera non præiudicat domino, quod appellare non poſſit.

71 Extende quarto, vt procedat etiamſi vltra confeſſionem

Digitized by Google

nem procuratoris extaret plena probatio per teſtes, quia dominus adhuc poſſet appellare, *Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. ſub n. 208.*

72 ¶ Infero III. quod conuictus tantum teſtibus, contra quos nihil fuit oppoſitum, dicitur notorius, ac ſi eſſet confeſſus, vt ſentit aperte Ioann. Andr. *in c. 61. cum ſpeciali, n. 14. in verbo, alio modo, de appell.* & quod probationes faciant notorium, ſicut ſententia, refert, & ſequitur ibidem Abb. *§. porro, num. 4.* & quod probationes faciant notorium poſt concluſum in cauſſa, quia tunc non poteſt contra eas opponi, ſcribunt Ant. de Butr. *tractat. de notor. art. 2. ſub num. 24. & 25. verſ. venio ad exempla, tom. 4. fol. 52. Abb. in c. 24. cum olim, ſub num. 3. de verb. ſignific. Contar. in l. vnica, limit. 9. n. 21. 23. 24. & 31. verſ. quod pariter, C. ſi de mom. poſſ.* & quod faciant notorium, ſcribit Curt. Sen. *tract. de iuream. prop. calum. nu. 4. tom. 3. p. 2. fol. 130.* & ex alijs retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 76. ſub num. 8. verſ. ſi ſumus in ſecundo*, & conſequenter teſtibus conuictus non poteſt appellare, quando nihil oppoſitum fuit, niſi aliqua iuſta cauſſa allegetur, per quam iuſtificetur appellatio, vt ſcribit, ſed corrupte, in libro meo Dec. *in d. §. porro, num. 13. ibi, niſi dicamus quod quando nihil, &c.* & quod Hoſt. & Io. Andr. *in d. c. cum ſpeciali*, ſenſerint, in notorio probationis non audiri appellantem, ſcribit ſed non ſequitur Ant. de Butr. *tract. de not. art. 4. ſub n. 56. verſ. hæc omnia, tom. 4. fol. 56.*

Ratio huius illationis, & conſequentiæ eſt, quia paria ſunt, eſſe concluſum in cauſſa, vel eſſe latam ſententiam, *vt referunt, & ſequuntur M. Ant. Blanc. tract. de compromiſſ. q. 5. princ. ſub n. 5. tom. 3. p. 1. fol. 177. & Contar. in d. limit. 9. ſub n. 25. ibi, facit quod alias.*

Sed ſententia, contra quam non opponitur, inducit rem iudicatam, & res iudicata notorium, a quo appellari non poteſt, *per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. c. 76. ſub nu. 2. & ſupra q. 12. n. 143. & hac q. 17. lim. 2. nu. 69.* ergo idem dicendum eſt, ſi non opponitur contra probationes.

73 Contrariam opinionem; quod enim detur appellatio, tenet breuiter Ant. de Butr. *d. tract. de notor. art. 4. nu. 56. tom. 4. fol. 56.* dicens, planum eſſe, quod in notorio probationis admittitur appellatio, & quod vbi datur appellatio notorium, reſultans ex probationibus, non tollat beneficium appellationis, quia appellatio ipſa ſuſpendit effectum, concluſionis in cauſſa, & omnium probationum, refert, & ſequitur Rot. *diuerſ. deciſ. 100. ex nouem, ſub num. 9. p. 1.* & quod in notorio probationis planum ſit, quod appellans audiatur, & appellatio operetur effectus ſuos, refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appel. pend. lim. 9. princ. n. 12. verſ. quinto, fol. 366.* & quod conuictus tantum per teſtes, vel alias probationes poſſit ſine dubio appellare, ſcribit Franch. *in d. c. 61. cum ſpeciali, §. porro, ſub n. 5. ibi, aliquando quis eſt tantum conuictus per teſtes, de appellat.* Et certe

* hæc ſententia eſt communis,* & recepta in praxi vbique: & in iſto notorio intelligo Card. Alex. *in c. 13. peruenit, n. 6. in fine, de appell. & Nicell. tract. de concord. gloſſ. concor. 6. fall. 2. ſub num. 16. fol. 191.* dum ait, in notorio iuris admitti appellationem, & ita clare refert, & ſequitur, loquendo aperte de notorio iuris, Farin. *in quæſt. crim. qu. 101. num. 62. & num. 131. limit. 1.* hæcque opinio contra illationem poteſt deduci ex *d. l. 2. C. quor. appell. non recip.* & à Gratiano fuit aperte recepta *in c. vlt. verſ. in occultis autem, 2. q. 6.* & hodie hæc contraria opinio in tantum ſeruatur vbique, vt qui tentaret contrarium, haberetur pro elementario praxis.

74 Extende I. hanc contrariam opinionem, vt poſſit appellari etiam in notorio per famam, *Lancell. qui alios citat, tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appel. pend. limit. 9. princ. ſub n. 12. tom. 5. fol. 366.*

75 Extende II. vt procedat etiamſi teſtes ſint publicati, ſit concluſum in cauſſa, ſint factæ defenſiones, & contra teſtes non ſit oppoſitum, quia adhuc poteſt a ſententia appellari, *per ea, quæ in iſtis terminis retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 73.* quia habet locum illud (*non probatum probabo*) & non ex eo, quod quis in prima inſtantia non impugnauerit teſtes, dicetur acceptaſſe eorum dicta.

76 Reſtringe eandem contrariam opinionem, vt non procedat in aliquibus criminib. grauiſſimis, quia in eis conuictus non appellat, *l. 16. conſtitutiones, et ibi Gloſſ. vlt. ff. de appell. & relat. Salyc. in l. 2. oppoſ. 3. n. 4. & 6. C. quorum appell. non recip.* & quod in iſtis grauiſſimis delictis non detur appellatio, ſcribunt ſimpliciter Az. Salyc. Card. Alex. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub n. 33.*

Primum delictum grauiſſimum, in quo non datur appellatio, eſt hæreſis, *Guid. Pap. tract. de appell. q. 120. ſub n. 87. tom. 5. fol. 61. Rol. a Val. conſ. 73. ſi vidiſſem nu. 10. lib. 3. Proſp. Farin. in qq. crim. q. 101. n. 45. limit. 2. & n. 46. Gl. Archid. Eymer. Pegn. Felyn. Maran. Gundiſſ. Io. Roy. et Simanc.* quos retuli, & ſequutus ſum ſupra *lib. 1. c. 97. n. 98.* vbi citaui etiam iura.

77 Secundum delictum grauiſſimum eſt raptus virginis in quo denegatur appellatio, *Salyc. in l. 1. nu. 1. C. de rapt. virg. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, limit. 6. nu. 295. fol. 503.* & alij, quos refert, & ſequitur Farin. *in qq. crim. p. 2. to. 1. q. 101. lim. 4. n. 48.* vbi ex

* Decian. de comm.* opin.

Declara iſtam communem opinionem, vt procedat in principali raptore, ſecus in ſocijs & auxiliatoribus: Item ſi ſit plene conuictus per claras probationes, ſecus ſi probationes non ſint claræ: Item quando mulier fuit rapta, & etiam cognita, ſecus ſi rapta, & non cognita, vide Farin. *d. q. 101. n. 49. 50. & 51.*

78 Tertium delictum grauiſſimum, in quo non datur appellatio, eſt crimen læſæ Maieſtatis, *Guid. Pap. tract. de appell. q. 120. ſub nu. 86. & ſeqq. fol. 61. Nicell. tract. de concord. gl. concor. 6. fall. 115. n. 149. tom. 18. fol. 197. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur. lim. 8. num. 297. fol. 503. Aufr. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 177. ſi aliquis ſit confeſſus, n. 8. & 10. March. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appel. c. 2. num. 33. fol. 34. & Proſp. Farin. in qq. crim. q. 101. nu. 10.*

Contrariam opinionem; quod enim admittatur appellatio in crimine læſæ Maieſtatis, tenuerunt Gl. Aret. Carrer. Laud. & alij, quos referunt, & ſequuntur Clar. *li. 5. recep. ſent. §. fi. q. 94. verſus finem principij*, & latius Rol. a Vall. *conſ. 73. ſi vidiſſem, nu. 10. in fine, verſ. ſed præmiſſis, & n. 11. & ſeqq. lib. 3. et Farin. d. q. 101. n. 9. et 11.* vbi de opin.

* communi, & quod in Francia recipiatur appellatio condemnati de crimine læſæ Maieſtatis, & condemnati de falſa moneta, dummodo non ſit condemnatus a Rege, vel a ſuprema eius curia, vel Mareſcallo, vel a iudicibus deputatis a Rege, ſcribit Rebuff. *in proœm. conſtit. gl. 5. nu. 116. verſic. non ſeruatur, tom. 1. fol. 42.*

Quid in crimine barattariæ, vide *infra limit. 16. ſub n. 3.*

79 Quartum eſt inſigne latrocinium, quia inſignes latrones ſtatim puniri, non admiſſa appellatione intereſt Reipub. *l. 16. conſtitutiones, ff. de appell. & relat. Innoc. in c. 28. paſtoralis, ſub nu. 3. verſus finem, verſi. ad hoc ita, de offic. & poteſt. iud. deleg. Guid. Pap. tract. de appell. q. 120. ſub nu. 87. tom. 5. fol. 61. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verba, et quandoque appellatur, limi. 7. n. 296. fol. 503. Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appel. c. 2. ſub n. 32. ſeu 33. fol. 34. & Farin. in qq. crim. q. 101. lim. 6. n. 53.* & quod famoſus latro non appellet, etiam attenta benignitate iuris canonici, refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 12. lim. 25. n. 25. fol. 372.* & qui dicantur inſignes latrones, vide Farin. *d. lim. 6. n. 54.*

80 Quintum eſt concitatio ſeditionis, in qua non datur appellatio, *d. l. conſtitutiones, ff. de appel. et relat. Innoc. in d.*

c.paſtoralis,n.3.verſus fin.de offi.& pot.iud.deleg.

81 Sextum eſt ductio factionum, quia duces factionum condemnati non appellant, dicta l. conſtitutiores. Rol.a Vall.cōſ.73.ſi vidiſſem,n.24.lib.3. & Proſp.Far in qq.crim. q.101.limit.2.n.12. & aduerte, quod factio ſumitur pro proditione, quæ fit contra Principem, vel Remp. Guil. Pap.tract.de appell.q.120.n.97.fol.61.Maran.in ſuo ſpec.p. 6.act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur, limit.8. n.297.fol.503. & qui dicantur inſignes latrones, concitatores ſeditionum, & duces factionum, declarat Farin.d.q. 101.n.54.& Rollan.à Vall. vbi ſupra,dicens,quod dux factionis, qui ordinaret, vt Ciuitas rebellaretur,non poteſt appellare.

82 Septimum eſt crimen ſimoniæ Guid. Pap. d.q.120.ſub nu.87.fol.61. Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo & quandoq;appellatur,lim.9.nu.298.fol.504. & Farin. in qq. crim.p.2.tom. 1.q.101. lim. 3.n.47. vbi recenſet Rotæ deciſionem diſtinguentem.

83 Octauum eſt falſæ monetæ, l.1.& ibi.Salyc. C. de falſ. mone.Spec.tit. de appell.§.in quibus,verſ.29.num.11.Ang. tract.de maleſ.in verbo, præſente d.Caio,ſub nu.20.fol.263. Maran.in ſuo ſpec.p.6. act.2.princ.in verbo, & quandoq; appellatur,lim.5.n.294. fol.503. Aufr.ad Capel.Tholoſ.deciſ.177.ſi aliquis ſit confeſſus,n.10.Marcheſ.citatus ſupra ſub n.79.& Farin,d.q.101.lim.5.n.52.

In Francia non ſeruatur, teſte Rebuff.quem citaui ſupra ſub n.78.verſ.contrarium.

Sunt & alia delicta grauia, videlicet, homicidium veneficium, ars malefica, ſeu incantatio adulterium & manifeſta violentia, in quibus denegari appellationem homicidis,veneficis; magis,ſeu maleficis, adulteris,& ijs,qui manifeſtam commiſerunt violentiam, ſcribit Papien. in pract.in form.appel.à ſentent.diffin in gl.coram vobis,n.9.in fine, ibi, de criminalibus, fol.405 & quod in crimine veneficij non detur appellatio,ſcribit Proſp.Farin.in qq.crim. p.2.tom.1.q.101.n.56.lim.8.

Contrarium eſt verum; poſſunt enim iſti omnes appellare,niſi ſint confeſſi delictum, textus eſt clarus l.2.C. quor.appell.non recip. & ita loquutus ſum ſupra ſub n.33.

Et licet Farin. d.q.101.n.58.lim 10. dicat, condemnatum de homicidio non poſſe appellare, attentis conſtitutionibus apoſtolicis,quas citat,& poſtea n.59.declaret, id eſſe verum,ſi ſit condemnatus,& bannitus in contumaciam pro homicidio; tamen hæc declaratio requirit adhuc longiorem declarationem, de qua vide infra limit. 48.n. ...

Similiter in crimine aſſaſſinij non admitti appellationem ſcribit Farin.d.q.101.n.55.lim.7. ſed ego hic ſine determinationem per tranſeo.

84 Subreſtringe eandem reſtrictionem poſitam ſupra n. 76.vt non procedat ſi in appellatione exprimeretur cauſſa rationabilis, quia tunc arbitror appellationem dari etiam ſententia, lata contra victum de illis delictis exceptis; & moueor ex limitatione generali,& ex limitatione particulari;ex generali, quia licet appellatio,quæ ſit contra ius,vel aliter friuola,non debeat admitti,tamen ex generali limitatione admittitur, ſi in ea exprimatur cauſſa rationabilis,vt ſentiunt Innoc.c.28.paſtoralis, ſub n.3.verſ. ad hoc ita,in fine,& n.4.verſ.ſed dices.de offic.& pot.iud.deleg.Abb.in c.14. conſuluit verſus finem,& Franch.nu.6.de appell idē Franch.in c 29.conſuluit,n.3.eod.tit. Roman.cōſ. 323.in propoſita,n.7.Alex.in addit.ad Bar.in l.vlt.ſub n.2. in verbo adiecta cauſſa, ff.de appell.recip.vel non, Dec.in c. 3.ad noſtram, n.30.de appell.Couar.pract.qq.c.23.ſub nu.5. verſ.ſecunda.Tiraq.tract.le mort ſaiſit le vif.p.6.declar.6.n. 4.in fine,verſ.ſed id quod, fol.119.& tract. de pœn.temp.in præfat.n.69.verſ.his quoq; fol.9.Contar.in l.vnica, lim.31. 44.verſ.& quod in notorijs,C.ſi de momen.poſſ.et Rug.tract. de appell.§.2.c.3.n.179.in verbo,cauſſa,qui ſcribunt generaliter, quod ſi in caſibus,in quibus prohibetur appellatio,exprimatur rationabilis cauſſa,quare appelletur,non denegatur appellatio: moueor etiam ex limitatione particulari, quia & ſi conuictus per teſtes dicatur notorius delinquens,& notorio delinquenti in prędictis delictis denegetur appellatio,tamē & in notorijs datur appellatio, ſi exprimatur cauſſa rationabilis, vt loquendo in confeſſo,retuli,& ſequutus ſum ſupra n.47.& loquendo generaliter de notorio,retuli & ſequutus ſum infra n.93.

85 An in illis delictis, in quibus non datur appellatio à ſententia diffinitia, detur ab interlocutoria, vide, quæ ſcripſi ſupra lib.1.c.97.ſub n.98. vbi de interlocutoria in delicto hæreſis, & de decreto torturæ, & infra limit.6. memb.7.n.35.

Debitor fiſci,id eſt,priuati ærarij,Principis,ſi ſit aperte, manifeſteque conuictus, an audiatur appellans, vide infra lim.17.n. ...

86 ¶ Infero IV. quod in notorio præſumptionis, & fictionis, prout ſurgit à facto notorio non admittitur appellatio, Ant.de Butr.tract.de notor.art.4.n.56. fol.56. de hoc notorio præſumptionis & fictionis ponit exempla Ant.de But.eod.tract.art.2.ſub nu.35.& 36.fol.53. & nos poſuimus ſupra lib.1.c.76 n.3.

87 ¶ Infero V. & eſt ſimilis illationis præcedenti, quod condemnatus ex præſumptione iuris, & de iure non appellat, Paul.de Caſtr.in l.2.n.2.in fine,C.quor.appell.non recip.Nicell.tract.de concord.gloſſ.concor.6.fall.3.n.21.f.191. Menoch.tract.de pręſumpt.lib.1.q.76 nu.1.& 2.Rug.tract. de appell.§.2.cap.3.in verbo præſumptio,n.829.& Farin.in qq.crim.p.2.to.1.q.101.n.124. ampl.4. ſecus eſt, ſi ſit condemnatus ex ſola præſumptione iuris, quia poteſt appellare,Farin.vbi ſupra n.125.& Menoch.d.q.76.n.3.

88 ¶ Infero VI.quod captus in fragranti crimine non appellat, & moueor, quia dicitur notorius delinquens, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c.78.n.3.& vti notorius delinquens poteſt ſtatim condemnari, & condemnatio exſequi,iuxta ea quæ ſcripſi eod lib.1.c.46.ſub n.28. et c.71.ſub n.3. verſicu.ſi vero ſumus, & d.c.78.nu.16. vbi dixi, quod iudex in leuibus delictis poteſt delinquentem repertum,& captum in fragranti crimine ponere ad catenam, vel berlinam ſine proceſſu, & in ſpecie, quod captus in fragranti crimine non appellet, ſcribunt Cornaz. Lucen.dec.193. in cauſſa N.ſub nu.4.verſ.3.& Marc.trac. de comiſſ.in comiſſ.appell.p.2.c.2.ſub n.33.fol.34. licet Bal. quem citat,nihil dicat in libro meo.

89 ¶ Infero VII. quod delatio, & non delatio appellationis poteſt multum pendere ex arbitrio iudicis.

Probatur primo hæc illatio, quia quando aliquid dicatur, vel non dicatur notorium, non eſt clare determinatum in iure,& ideo,loquendo,more conſueto,remanet arbitrium, vt dixi lib.1.c.76.ſub n.5.& lib.præced.c.8. nu. 344.ſed, an ſit deferendum vel non deferendum appellationi,pendet ad hoc,an ſit notorium, vel non. Ergo ab arbitrio iudicis pendet,an ſit, vel non ſit deferendum appellationi.

Probatur ſecundo, quia licet appellatio,in qua exprimitur cauſſa rationabilis ſit admittenda, quamuis eſſemus in notorio,per ea, quæ retuli,& ſequutus ſum ſupra n. 47.verſ.reſtringe ſecundo, & infra n.93.verſ.ſublimita tertio,& cognitio ipſa an ſit admittenda ſpectet ad iudicem ad quem,vt ſcripſi ſupra q.11.n.12.& non ad iudicē à quo tamen hoc eſt verum, quando res eſt dubia, ſed quando res eſt clara, vtputa, quia ſimus in caſu, in quo à iure definitum ſit, appellationem non eſſe legitimam, & ideo non admittendam; tunc; ſtante notorio iuris, non eſt recurrendum ad alium iudicem, ſed ipſe iudex à quo cognoſcens cauſſam eſſe falſam, & in ea non dubitans,poteſt exequi ſententiam, vt ſcribunt Card.Alex.in c.61.cum ſpeciali, §.porro,ſub num.16.de appel.Spec.Io.And.Franc.

Ang.

Aug. Aret. Rol. à Val. Rot. diuerſ. & Caputaq. quos retuli, et ſequutus ſum ſupra q. 11. num. 11. declar. 8. & conſequenter cum iudex à quo habeat cognoſcere, an res ſit notoria, & an cauſſa, expreſſa in appellatione, ſit legitima ad effectum, vt valeat deliberare, an debeat exequi, vel ſe abſtinere ab executione, *iuxta ea, quæ latius ſcripſi d. q. 11. n. 1. & ſeqq.* tota hæc controuerſia circa admiſſibilitatem appellationis ad effectum ſuſpenſiuum ſubijcitur arbitrio iudicis à quo ante inhibitionem iudicis ad quem.

Ratio quare ſubijciatur arbitrio iudicis eſt, quia aliter fieri non poteſt; nam, dum lex ad refrenandam appellantium temeritatem negat eis in re notoria appellationem, quibuſdam non bonis iudicibus præbet occaſionem, vt hoc notorietatis velo inſtructi appellationem grauando denegent cumque lex vt iudicibus grauaturis obuiet, decernat appellationem etiam in re notoria eſſe admittendam, ſi in ea exprimatur cauſſa rationabilis, appellantis malitia excitatur ad exprimendam rationabilem cauſſam, quamuis falſam; demum cum lex huic malitiæ velit mederi, iudici committit, vt de cauſſa expreſſa in appellatione cognoſcat, *ſicut dixi, nu. præced.* ſicq; tandem oportet, quod lex ſemper confidat aliquid de iudice, eumque fore bonum præſumat, quia non omnia poteſt lex exprimere, vt in alio propoſito dixi *ſupra n. 16. verſus finem*, vnde iudicem propitium oportet habere, qui vult litem exercere, quia non eſt tanta iuris peritia, quanta eſt hominum malitia.

90 Declara iſtam illationem, vt iudex in dubio debeat flectere arbitrium pro admiſſione appellationis, *vt late retuli, & ſequutus ſum ſupra initio huius quæſtionis in ampl. 17. num. 60.* & ſit cautus, ne decipiatur in cognitione adhibenda circa notorium, quia multa dicuntur notoria, quæ non ſunt, vide *lib. præced. c. 8 n. 340.*

Abſolutis illationibus huius quartæ limitationis, accedamus ad ſublimitationes.

91 Sublimita I. nunc generaliter eandem quartam limitationem, omneſque eius illationes, in quibus diximus, non dari appellationem propter notorietatem, vt non procedant quo ad effectum deuolutiuum, quia ad iſtum effectum poteſt appellari etiam in notorijs: regulariter enim appellatio in notorijs non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum deuolutiuum, *Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 9. princ. n. 3. in fine fol. 366.* & refert & ſequitur Farin. *in qq. crim. p. 2. to. 1. q. 101. n. 63.* & facit quod ſcripſi *ſupra num. 16. verſ. contrarium, & verſ. deduco.*

92 Sublimita II. vt non procedant in appellatione à declaratione notorij, quia licet non detur appellatio in notorio, tamen datur à notorij declaratione, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 65. verſic. confirmatur limit. 3.*

93 Sublimita III. vt non procedat ſi in appellatione exprimatur cauſſa rationabilis, quæ habeat offuſcare notorium, quia tunc etiam notorijs datur appellatio, *ſecundum ea, quæ ſcribunt Abb. in c. 14. conſuluit, in fine, Franch. num 6. Dec. num. 8. de appell. Roman. conſil. 323. in propoſita, num. 4. in fine, Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, nu. 293. limit. 4. fol. 503. Tiraq. tract. de pœn. temper. in præfat. nu. 69. verſ. his quoque, fol. 9. & Contar. in l. vnica, limit. 3. nu. 44. uerſ. & quod in notorijs*, dicens, in appellatione à diffinitiua in notorijs neceſſe eſſe cauſſam inſerere, & faciunt quæ ſcripſi *ſupra num. 12. ſub exten. 3. & num. 47. & 84.* & quæ in materia poſſeſſoria ſcripſi *infra limit. 6. memb. 7. num. 103. uerſ. reſtringe undecimo.*

Extende hanc ſublimitationem, vt iudex à quo teneatur deferre huic appellationi, eiuſque ſententiæ executionem, appellatione pendente, differre *Contar. in l. unica, limit. 3. num. 8. uerſic. ſed magis, C. ſi de mom. poſſ.* & quod hęc appellatio habeat effectum ſuſpenſiuum, quia tunc offuſcatur notorium, refert & ſequitur Farinac. *in qq. crim. p. 2. tomo 1. q. 101. num. 64.* & quod ſi notorius criminoſus appellet, expreſſa legitima cauſſa, valeat appellatio non ſolum, vt deuoluat iuriſdictionem ad iudicem ad quem, vt cognoſcere poſſit, ſed etiam, vt iudex à quo deferre debeat, & poterit iudex ad quem inhibere poſtquam cęperit cognoſcere de appellatione, ſcribit Franc. *in c. 3. Romana §. ſi autem, ſub num. 5. uerſic. quid autem ſi ſit confeſſus, ibi, quando uero notorius, de appell. in 6.*

94 Declara iſtam extenſionem, vt ſi eiuſmodi ſit notorium, vt eius ſententię executio appellatione non ſuſpendatur, quamuis in ea ſit expreſſa cauſſa rationabilis, ſuſpendatur forſan, ſi offeratur probatio incontinenti, *ut dixi ſupra ſub n. 16. uerſ. declara nunc*, vel detur aliquis fumus de ipſa cauſſa per ea, quæ de expreſſione cauſſæ in appellatione ab executione, ſcripſi *infra lim. 10. n. 94.*

95 Sublimita IV. vt licet in aliquibus caſibus appellatio ſit prohibita, tamen iudex à quo poteſt ei deferre, & deferendo, ſunt ſibi ligatæ manus, *Farinac. in d. quæſt. 101. num. 106. & 107.* & dixi *ſupra num. 27. reſtrict. 5. & numer. 57. not. 2.*

96 Sublimita V. vt non procedat quoad exceſſum, pœnæ, quia ab illo exceſſu poteſt appellari etiam in notorijs, *Farin. in qq. crim. part. 2. tomo 1. quæſt. 110. uerſic. ſublimita 4.* & quod in notorio confeſſionis ſi iudex in imponenda pœna, à iure determinata vel etiam arbitraria, exceſſerit modum, teneat appellatio quoad omnem effectum tam deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum &c. refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. parte 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 9. princ. num. 10. fol. 366.* & adde quæ ſcripſi *ſupra num. 2.*

97 Sublimita VI. vt licet in aliquibus caſibus ſit prohibita appellatio, tamen non eſt, prohibita dictio de nullitate, cuius cauſſa pendente, non ſit executio ſententiæ criminalis, continentis pęnam irretractabilem, etiamſi cognitio nullitatis requireret altiorem indaginem, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *infra q. 19. rem. 1. conclus. 4. num. 75.* & quod in notorijs, in quibus eſt prohibita appellatio, non ſit prohibita ſupplicatio, querela, ſeu recurſus ad Principem, ſeu ſuperiorem, ſcribit Proſp. Farin. *d. q. 101. n. 105.*

98 Contra iſtam ſublimitationem pugnant multa: nam, loquendo de recurſu, ſeu ſupplicatione, obſtant ea, quæ ſcripſi *infra qu. 19. rem. 3. num. 5.* vbi disi, ſupplicationem eſſe prohibitam, quando prohibita eſt appellatio, ex natura cauſſæ, & non propter excellentiam iudicis; ſed in notorijs appellatio prohibetur *ex natura cauſſa*, videlicet, propter notorietatem: Ergo &c. &, loquendo de nullitate, obſtat, quia in notorijs non datur nullitas, & ſic neque querela.

99 Sublimita VII. vt in omnibus caſibus, quibus eſt prohibita appellatio, cenſeatur permiſſa, quando ſententia eſſet notorie iniuſta, *Farin. d. qu. 101. num. 112. verſ ſublimita 6.* adde quæ in materia poſſeſſoria ſcripſi *infra lim. 6. memb. 7. n. 79.*

100 Sublimita VIII. vt non procedat in manifeſtis, quia in eis dari, appellationem ſcribunt Franch. *in cap. 5. cum ſit Romana, §. præterea ſub num. 2. verſ. in gloſſ. de appell. & ex Mil. in repert.* refert, & ſequitur Rnginell. *tract. de appell. §. 2. c. 3. in verbo, manifeſtum, nu. 598.* quia aliud eſt notorium, & aliud manifeſtum, & ideo hæc non eſt proprie ſublimitatio.

Sublimita IX. vt non procedat in notorio probationis, quia in eiuſmodi notorio admittitur appellatio, vt firmaui *ſupra ſub numero 73. illat. 3. verſicul. contra iſtam.*

c.paſtoralis,n.3.verſus fin.de offi.& pot.iud.deleg.

81 Sextum eſt ductio factionum, quia duces factionum condemnati non appellant, dicta l. conſtitutiones. Rol.a Vall.cõſ.73.ſi vidiſſem,n.24.lib.3. & Proſp.Far in qq.crim. q.101.limit.2.n.12. & aduerte, quod factio ſumitur pro proditione, quæ fit contra Principem, vel Remp. Guil. Pap.tract.de appell.q.120.n.97.fol.61.Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur, limit.8. n.297.fol.503. & qui dicantur inſignes latrones, concitatores ſeditionum, & duces factionum, declarat Farin.d.q. 101.n.54.& Rollan.à Vall. vbi ſupra,dicens,quod dux factionis, qui ordinaret, vt Ciuitas rebellaretur,non poteſt appellare.

82 Septimum eſt crimen ſimoniæ Guid. Pap. d.q. 120.ſub nu.87.fol.61. Maran.in ſuo ſpec.p.6.act.2.princ.in verbo & quandoq;appellatur,lim.9.nu.298.fol.504. & Farin. in qq. crim.p.2.tom. 1.q.101. lim. 3.n.47. vbi recenſet Rotæ deciſionem diſtinguentem.

83 Octauum eſt falſæ monetæ, l.1.& ibi.Salyc. C. de falſ. mone.Spec.tit. de appell.§.in quibus,verſ.29.num.11.Ang. tract.de maleſ.in verbo, præſente d.Caio,ſub nu.20.fol.263. Maran.in ſuo ſpec.p.6. act.2.princ.in verbo, & quandoq; appellatur,lim.5.n.294. fol.503. Aufr.ad Capel.Tholoſ.deciſ.177.ſi aliquis ſi confeſſus,n.10.Marcheſ.citatus ſupra ſub n.79.& Farin.d.q.101.lim.5.n.52.

In Francia non ſeruatur, teſte Rebuff.quem citaui ſupra ſub n.78.verſ.contrariam.

Sunt & alia delicta grauia, videlicet, homicidium veneficium, ars malefica, ſeu incantatio adulterium & manifeſta violentia, in quibus denegari appellationem homicidis,veneficis; magis,ſeu maleficis, adulteris,& iis,qui manifeſtam commiſerunt violentiam, ſcribit Papien. in pract.in form.appel.a ſentent.diffin in gl.coram vobis,n.9.in fine, ibi, de criminalibus, fol.405 & quod in crimine veneficij non detur appellatio,ſcribit Proſp.Farin.in qq.crim. p.2.tom.1.q.101.n.56.lim.8.

Contrarium eſt verum; poſſunt enim iſti omnes appellare,niſi ſint confeſſi delictum, textus eſt clarus l.2.C. quor.appell.non recip. & ita loquutus ſum ſupra ſub n. 33.

Et licet Farin. d.q.101.n.58.lim 10. dicat, condemnatum de homicidio non poſſe appellare, attentis conſtitutionibus apoſtolicis,quas citat,& poſtea n.59.declaret, id eſſe verum,ſi ſit condemnatus,& bannitus in contumaciam pro homicidio; tamen hæc declaratio requirit adhuc longiorem declarationem, de qua vide infra limit. 48.n. ...

Similiter in crimine aſſaſſinij non admitti appellationem ſcribit Farin.d.q.101.n.55.lim.7. ſed ego hic ſine determinationem pertranſeo.

84 Subreſtringe eandem reſtrictionem poſitam ſupra n. 76.vt non procedat ſi in appellatione exprimeretur cauſſa rationabilis, quia tunc arbitror appellationem dari etiam ſententia, lata contra victum de illis delictis exceptis; & moueor ex limitatione generali,& ex limitatione particulari;ex generali, quia licet appellatio,quæ ſit contra ius,vel aliter friuola,non debeat admitti,tamen ex generali limitatione admittitur, ſi in ea exprimatur cauſſa rationabilis,vt ſentiunt Innoc.c.28.paſtoralis, ſub n.3.verſ. ad hoc ita,in fine,& n.4.verſ.ſed dices,de offic.& pot.iud.de leg. Abb.in c.14. conſuluit verſus finem,& Franch.nu.6,de appell idẽ Franch.in c 29.conſuluit,n.3.eod.tit. Roman.cõſ. 323.in propoſita,n.7. Alex.in addit.ad Bar.in l.vlt.ſub n.2. in verbo adiecta cauſſa, ff.de appell.recip.vel non, Dec.in c. 3.ad noſtram, n.30.de appell.Couar.pract.qq.c.23.ſub nu.5. verſ.ſecunda.Tiraq.tract.de mort ſaiſit leuiſ.p.6.declar.6.n. 4.in fine,verſ.ſed id quod, fol.119.& tract. de pœn.temp.in præfat.n.69.verſ.his quoq; fol.9.Contar.in l.vnica, lim.3 r. 44.verſ.& quod in notorijs,C.ſi de momen.poſſ.et Rug.tract. de appell.§.2.c.3.n.179.in verbo,cauſſa,qui ſcribunt generaliter, quod ſi in caſibus,in quibus prohibetur appellatio,exprimatur rationabilis cauſſa,quare appelletur,non denegatur appellatio: moueor etiam ex limitatione particulari, quia & ſi conuictus per teſtes dicatur notorius delinquens,& notorio delinquenti in prædictis delictis denegetur appellatio,tamẽ & in notorijs datur appellatio, ſi exprimatur cauſſa rationabilis, vt loquendo in confeſſo,retuli,& ſequutus ſum ſupra n.47.& loquendo generaliter de notorio,retuli & ſequutus ſum infra n.93.

85 An in illis delictis, in quibus non datur appellatio a ſententia diffinitiua, detur ab interlocutoria, vide, quæ ſcripſi ſupra lib.1.c.97.ſub n.98.vbi de interlocutoria in delicto hæreſis, & de decreto torturæ, & infra limit.6. memb.7.n.35.

Debitor fiſci,id eſt,priuati ærarij,Principis,ſi ſit aperte, manifeſteque conuictus, an audiatur appellans, vide infra lim.17.n. ...

86 ¶ Infero IV. quod in notorio præſumptionis, & fictionis, prout ſurgit a facto notorio non admittitur appellatio, Ant.de Butr.tract.de notor.art.4.n.56. fol.56. de hoc notorio præſumptionis & fictionis ponit exempla Ant.de But.eod.tract.art.2.ſub nu.35.& 36.fol.53. & nos poſuimus ſupra lib.1.c.76 n.3.

87 ¶ Infero V. & eſt ſimilis illationis præcedenti, quod condemnatus ex præſumptione iuris, & de iure non appellat, Paul.de Caſtr.in l.2.n.2.in fine,C.quor.appell.non recip.Nicell.tract.de concord.gloſſ.concor.6.fall.3.n.21.f.191. Menoch.tract.de præſumpt.lib.1.q.76 nu.1.& Rug.tract. de appell.§.2.cap.3.in verbo præſumptio,n.829.& Farin.in qq.crim.p.2.to.1.q.101.n.124. ampl.4. ſecus eſt, ſi ſit condemnatus ex ſola præſumptione iuris, quia poteſt appellare, Farin.vbi ſupra n.125.& Menoch.d.q.76.n.3.

88 ¶ Infero VI.quod captus in fragranti crimine non appellat, & moueor, quia dicitur notorius delinquens, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c.78.n.3.& vt notorius delinquens poteſt ſtatim condemnari, & condemnatio exſequi,iuxta ea quæ ſcripſi eod.lib.1.c.46. ſub n.28. et c.71.ſub n.3. verſicu.ſi vero ſumus, & d.c.78.nu.16. vbi dixi, quod iudex in leuibus delictis poteſt delinquentem repertum, & captum in fragranti crimine ponere ad catenam, vel berlinam ſine proceſſu, & in ſpecie, quod captus in fragranti crimine non appellet, ſcribunt Cornaz. Lucen.dec.193. in cauſſa N.ſub nu.4.verſ.3.& Marc.trac. de comiſſ.in comiſſ.appell.p.2.c.2.ſub n.33.fol.34. licet Bal. quem citat,nihil dicat in libro meo.

89 ¶ Infero VII. quod delatio, & non delatio appellationis poteſt multum pendere ex arbitrio iudicis.

Probatur primo hæc illatio, quia quando aliquid dicatur, vel non dicatur notorium, non eſt clare determinatum in iure,& ideo,loquendo,more conſueto,remanet arbitrium, vt dixi lib.1.c.76.ſub n.5.& lib.præced.c.8. nu. 344.ſed, an ſit deferendum vel non deferendum appellationi,pendet ad hoc,an ſit notorium, vel non. Ergo ab arbitrio iudicis pendet,an ſit, vel non ſit deferendum appellationi.

Probatur ſecundo, quia licet appellatio,in qua exprimitur cauſſa rationabilis ſit admittenda, quamuis eſſemus in notorio,per ea, quæ retuli,& ſequutus ſum ſupra n. 47.verſ.reſtringe ſecundo, & infra n.93.verſ.ſublimita tertio,& cognitio ipſa an ſit admittenda ſpectet ad iudicem ad quem,vt ſcripſi ſupra q.11.n.12.& non ad iudicẽ a quo tamen hoc eſt verum, quando res eſt dubia, ſed quando res eſt clara, vtputa, quia ſumus in caſu, in quo à iure definitum ſit, appellationem non eſſe legitimam, & ideo non admittendam; tunc; ſtante notorio iuris, non eſt recurrendum ad alium iudicem, ſed ipſe iudex à quo cognoſcens cauſſam eſſe falſam, & in ea non dubitans,poteſt exequi ſententiam, vt ſcribunt Card.Alex.in c.61.cum ſpeciali, §.porro,ſub num.16.de appel.Spec.Io.And.Franc.

Ang.

Digitized by Google

Ang. Aret. Rol. à Val. Rot. diuerſ. & Caputaq. quos retuli, et ſequutus ſum ſupra q. 11. num. 11. declar. 8. & conſequenter cum index à quo habeat cognoſcere, an res ſit notoria, & an cauſſa, expreſſa in appellatione, ſit legitima ad effe-ctum, vt valeat deliberare, an debeat exequi, vel ſe abſtinere ab executione, *iuxta ea, quæ latius ſcripſi d. q. 11. n. 1. & ſeqq.* tota hæc controuerſia circa admiſſibilitatem appellationis ad effectum ſuſpenſiuum ſubijcitur arbitrio iudicis à quo ante inhibitionem iudicis ad quem.

Ratio quare ſubijciatur arbitrio iudicis eſt, quia aliter fieri non poteſt; nam, dum lex ad refrenandam appellantium temeritatem negat eis in re notoria appellationem, quibuſdam non bonis iudicibus præbet occaſionem, vt hoc notorietatis velo inſtructi appellationem grauando denegent cumque lex vt iudicibus grauaturis obuiet, decernat appellationem etiam in re notoria eſſe admittendam, ſi in ea exprimatur cauſſa rationabilis, appellantis malitia excitatur ad exprimendam rationabilem cauſſam, quamuis falſam; demum cum lex huic malitiæ velit mederi, iudici committit, vt de cauſſa expreſſa in appellatione cognoſcat, *ſicut dixi, nu. præced.* ſicq; tandem oportet, quod lex ſemper confidat aliquid de iudice, eumque fore bonum præſumat, quia non omnia poteſt lex exprimere, vt in alio propoſito dixi *ſupra n. 16. verſus finem*, vnde iudicem propitium oportet habere, qui vult litem exercere, quia non eſt tanta iuris peritia, quanta eſt hominum malitia.

90 Declara iſtam illationem, vt iudex in dubio debeat flectere arbitrium pro admiſſione appellationis, *vt late retuli, & ſequutus ſum ſupra initio huius quæſtionis in ampl.* 17. *num.* 60. & ſit cautus, ne decipiatur in cognitione adhibenda circa notorium, quia multa dicuntur notoria, quæ non ſunt, vide *lib. præced. c.* 8 *n.* 340.

Abſolutis illationibus huius quartæ limitationis, accedamus ad ſublimitationes.

91 Sublimita I. nunc generaliter eandem quartam limitationem, omneſque eius illationes, in quibus diximus, non dari appellationem propter notorietatem, vt non procedant quo ad effectum deuolutiuum, quia ad illum effectum poteſt appellari etiam in notorijs: regulariter enim appellatio in notorijs non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum deuolutiuum, *Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 9. princ. n. 3. in fine fol.* 366. & refert & ſequitur Farin. *in qq. crim. p. 2. to. 1. q.* 101. *n.* 63. & facit quod ſcripſi *ſupra num. 16. verſ. contrarium, & verſ. deducv.*

92 Sublimita II. vt non procedant in appellatione à declaratione notorij, quia licet non detur appellatio in notorio, tamen datur à notorij declaratione, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 65. verſic. confirmatur limit. 3.*

93 Sublimita III. vt non procedat ſi in appellatione exprimatur cauſſa rationabilis, quæ habeat offuſcare notorium, quia tunc etiam notorijs datur appellatio, *ſecundum ea, quæ ſcribunt Abb. in c. 14. conſuluit, in fine, Franch. num 6. Dec. num. 8. de appell. Roman. conſil.* 323. *in propoſita, num. 4. in fine, Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, nu. 293. limit. 4. ſol. 503. Tiraq. tract. de pæn. temper. in præfat. nu. 69. verſ. his quoque, fol. 9. & Contar. in l. vnica, limit. 3. nu. 44. verſ. & quod in notorijs,* dicens, in appellatione à diffinitiua in notorijs neceſſe eſſe cauſſam inſerere, & faciunt quæ ſcripſi *ſupra num. 12. ſubexten. 3. & num. 47. &* 84. & quæ in materia poſſeſſoria ſcripſi *infra limit. 6. memb. 7. num. 103. verſ. reſtringe undecimo.*

Extende hanc ſublimitationem, vt iudex à quo teneatur deferre huic appellationi, eiuſque ſententiæ executionem, appellatione pendente, differre *Contar. in l. unica, limit. 3. num. 8. verſic. ſed magis, C. ſi de mom. poſſ.* & quod hæc appellatio habeat effectum ſuſpenſiuum, quia tunc offuſcatur notorium, refert & ſequitur Farinac. *in qq. crim. p. 2. tomo 1. q. 101. num. 64.* & quod ſi notorius criminoſus appellet, expreſſa legitima cauſſa, valeat appellatio non ſolum, vt deuoluat iuriſdictionem ad iudicem ad quem, vt cognoſcere poſſit, ſed etiam, vt iudex à quo deferre debeat, & poterit iudex ad quem inhibere poſtquam cęperit cognoſcere de appellatione, ſcribit Franc. *in c. 3. Romana §. ſi autem, ſub num. 5. verſic. quid autem ſi ſit confeſſus, ibi, quando vero notorius, de appell. in 6.*

94 Declara iſtam extenſionem, vt ſi eiuſmodi ſit notorium, vt eius ſententię executio appellatione non ſuſpendatur, quamuis in ea ſit expreſſa cauſſa rationabilis, ſuſpendatur forſan, ſi offeratur probatio incontinenti, *ut dixi ſupra ſub n. 16. verſ. declara nunc*, vel detur aliquis fumus de ipſa cauſſa per ea, quæ de expreſſione cauſſæ in appellatione ab executione, ſcripſi *infra lim.* 10. *n.* 94.

95 Sublimita IV. vt licet in aliquibus caſibus appellatio ſit prohibita, tamen iudex à quo poteſt ei deferre, & deferendo, ſunt ſibi ligatæ manus, *Farinac. in d. quæſt.* 101. *num.* 106. & 107. & dixi *ſupra num. 27. reſtrict. 5. & numer.* 57. *not.* 2.

96 Sublimita V. vt non procedat quoad exceſſum, pœnæ, quia ab illo exceſſu poteſt appellari etiam in notorijs, *Farin. in qq. crim. part. 2. tomo 1. quæſt. 110. verſic. ſublimita* 4. & quod in notorio confeſſionis ſi iudex in imponenda pœna, à iure determinata vel etiam arbitraria, exceſſerit modum, teneat appellatio quoad omnem effectum tam deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum &c. refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. parte 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 9. princ. num.* 10. *fol.* 366. & adde quæ ſcripſi *ſupra num.* 2.

97 Sublimita VI. vt licet in aliquibus caſibus ſit prohibita appellatio, tamen non eſt, prohibita dictio de nullitate, cuius cauſſa pendente, non fit executio ſententiæ criminalis, continentis pęnam irretractabilem, etiamſi cognitio nullitatis requireret altiorem indaginem, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *infra q. 19. rem. 1. concluſ. 4. num.* 75. & quod in notorijs, in quibus eſt prohibita appellatio, non ſit prohibita ſupplicatio, querela, ſeu recurſus ad Principem, ſeu ſuperiorem, ſcribit Proſp. Farin. *d. q. 101. n.* 105.

98 Contra iſtam ſublimitationem pugnant multa: nam, loquendo de recurſu, ſeu ſupplicatione, obſtant ea, quæ ſcripſi *infra qu. 19. rem. 3. num.* 5. vbi dixi, ſupplicationem eſſe prohibitam, quando prohibita eſt appellatio, ex natura cauſſæ, & non propter excellentiam iudicis; ſed in notorijs appellatio prohibetur *ex natura cauſſæ*, videlicet, propter notorietatem: Ergo &c. &, loquendo de nullitate, obſtat, quia in notorijs non datur nullitas, & ſic neque querela.

99 Sublimita VII. vt in omnibus caſibus, quibus eſt prohibita appellatio, cenſeatur permiſſa, quando ſententia eſſet notorie iniuſta, *Farin. d. qu.* 101. *num.* 112. *verſ. ſublimita 6.* adde quæ in materia poſſeſſoria ſcripſi *infra lim. 6. memb. 7. n. 79.*

100 Sublimita VIII. vt non procedat in manifeſtis, quia in eis dari, appellationem ſcribunt Franch. *in cap. 5. cum ſit Romana, §. præterea ſub num. 2. verſ. in gloſſ. de appell. & ex Mil. in repert.* refert, & ſequitur Ruginell. *tract. de appell. §. 2. c. 3. in verbo, manifeſtum, nu.* 598. quia aliud eſt notorium, & aliud manifeſtum, & ideo hæc non eſt proprie ſublimitatio.

Sublimita IX. vt non procedat in notorio probationis, quia in eiuſmodi notorio admittitur appellatio, vt firmaui *ſupra ſub numero 73. illat. 3. verſicul. contra iſtam.*

Digitized by Google

LIMITATIO V.

SVMMARIVM.

A ſententia, qua mandat, teſtamentum aperiri, non datur appellatio, n. 1. & 2. Extenditur, n. 3.

1 Limita V. in ſententia, ſeu pronunciatione de aperiendo teſtamentum, à qua non dari appellationem probatur ex *l. vltim. ff. de appell. recip. vel non. & ex l. 6. quiſquis, & ibi Bart. Bald. Salyc. & Paul. de Caſtr. Cod. quorum appellat. non recip.* quam *l. quiſquis*, Gratianus poſuit *in c. vltim. verſ. ſi quis etiam auſus fuerit, 2. q. 6. Innoc. in c. 28. paſtoralis, n. 3. verſus finem, verſ. ad hoc ita, de off. & poteſt. iud. deleg. Archid. in d. c. vlt. n. 16. verſ. in gl. quia, 2. q. 6. Spec. tit. de appell. §. in quibus, num. 10. verſ. 8. lib. 2. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, limit. 19. num. 322. fol. 506. Rebuff. tract. de appell. art. 9. gloſſ. vna, num. 10. tomo 3. fol. 507. & Menoch. tract. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. n. 7. fol. 23.*

2 Ratio huius limitationis eſt duplex. Prima quia apertura teſtamenti requirit celeritatem, *d. vlt. ff. de appell. recip. vel non.* Secunda quia nemini præiudicat, *Bal. & Salyc. vbi ſupra.*

Contra iſtam limitationem oppono, quia in iudicio miſſionis hæredis in poſſeſſionem, cum ſit poſſeſſio momentanea, non datur appellatio à diffinitiua, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *limit. ſeq. memb. 3. num. 3.* Sed quando non datur appellatio à diffinitiua, datur ab interlocutoria, *vt ſcripſi ſupra, lib. 1. c. 97. ſub n. 98. & limit. ſeq. memb. 7. nu. 28.* & iſta pronunciatio de aperiendo teſtamentum eſt mera interlocutoria; Ergo debet dari appellatio.

Non recedas à limitatione, quia iura citata ſunt clara.

3 Extende eandem limitationem, vt non ſolum ſit prohibita appellatio, ſed contra appellantem ſit impoſita pœna, *d. l. quiſquis, C. quor. appell. non recip. Rebuff. d. ar. 9. gl. vna, nu. 11.* & non ſolum contra appellantem, ſed etiam contra iudicem, qui appellationem receperit, *vt habetur in ead. l. quiſquis, & ſcribit Rebuff. d. gl. vna, n. 10. & 11.*

Infero ex hac extenſione, quod procurator, qui non habeat ſpeciale mandatum, duplici ratione non admittitur ad appellandum à decreto de aperiendo teſtamento, prima quia nec principalis admittitur *per iura citata ſupra nu. 1.* ſecunda, quia cum principalis appellans incidat pœnam, *vt dixi*, procurator non poteſt appellare ſine ſpeciali mandato *per ea, quæ dixi ſupra q. 5. ſub n. 28. reſtr.*

Sed, quicquid ſit de iure, de conſuetudine hæc pœna non ſeruatur, vide quæ, loquendo de apdellatione in executiuis, *ſcripſi ſupra d. q. 5. ſub n. 28. reſtr. 4.*

LIMITATIO VI.

Sextæ Limit. Membr I.

SVMMARIA.

A Sententijs poſſeſſorijs non datur appellatio n. 1. & quare ſit potius formanda limitatio, quam regula, ſub eod. nu. 1. verſ. licet.

Poſſeſſorium interdictum, ſe iudicium diuiditur in duas ſpecies principales, & quæ ſint, n. 2. & 3.

Ordinarium poſſeſſorium ſubdiuiditur in tres ſpecies, num. 4. & ſeqq.

Qualibet ſpecies poſſeſſorij ordinarij ſubdiuiditur in plures alias n. 7. & ſeqq.

Adipiſcendæ poſſeſſionis ſunt octo ſpecies, ſub num. 10. verſ. prima, vſque ad n. 17.

Retinendæ poſſeſſionis ſunt multæ ſpecies, de quibus n. 18. & ſeqq. vſque ad n. 25.

Recuperandæ poſſeſſionis ſunt viginti quatuor ſpecies, & vltra de quibus n. 26, & ſeqq. vſque ad n. 55.

Summarium poſſeſſorium vocatur diuerſis nominibus, nu. 56.

Ordinarium poſſeſſorium vocatur multis modis, n. 57.

Momentaneum poſſeſſorium vocatur etiam alijs nominibus, num 58.

¶ *Summarium poſſeſſorium quod dicatur, nu. 59.*

Ordinarium, n. 60.

Momentaneum, n. 61.

Perpetuum, n. 62.

Mixtum, n. 63.

Adipiſcendæ poſſeſſionis interdictum eſt prætorium, num. 64.

¶ *Quorum Bonorum interdictum cui detur, n. 65.*

Saluianum, nu. 67.

Officium iudicis, n. 68.

Remedium legis 3. C. de pign. n. 69.

Remedium legis fin. C. de edic. diu. adr. toll. n. 70.

Ne vis fiat ei, n. 71.

Vtrubi, n. 72.

Vti poſſidetis, n. 73.

De ſuperficie, n. 74.

De itinere actuque priuato, n. 75.

De aqua quotidiana, & æſtiua, n. 76.

De riuis, n. 77.

Officium iudicis, n. 78.

Vnde vi, n. 79.

De reliquis interdictis recuperandæ poſſeſſionis qui ſcripſerint, num. 80.

1 Limita VI. in ſententijs latis in cauſſis poſſeſſorijs, à quibus appellationem regulariter de iure ciuili de-
2 negari teſtantur communiter* Doctores, *vt ſcribit Rip. in c. ſæpe, n. 3. verſ. ex præmiſſis, de reſtit. ſpol. & alij, quos citaui infra in 2. & 3. memb. n. 1. & 3.*

Verum quia huius limitationis materia, habet multa æquiuoca, & confuſa; quæ æquiuocatio, & confuſio vt plurimum euenire ſolent, quia plura ſunt negotia, quam vocabula, vel quia minutiſſimas differentias etiam occulati iuriſconſulti quandoque non vident, quo fit, vt veluti inexperti medici, neſcientes diſtinguere inter lepram, & lepram, pernicioſe pro diuerſis morbis vnico vtamur medicamento, vel quia res inordinate agitur, ideo limitationem hanc, ordinate procedendo, diuido in nouem membra.

In primo membro præmittam *aliqua ad maiorem intelligentiam, euitandaſque æquiuocationes valde vtilia.*

In ſecundo ponam *primam extenſionem huius ſextæ limitationis in poſſeſſorio ſummario cum ſuis peculiaribus ſubextenſionibus, & reſtrictionib.*

In tertio ponam *ſecundam extenſionem in poſſeſſorio ordinario momentaneo cum ſuis ſubextenſionibus quarum vltima continebit ſingulas tres ſpecies poſſeſſionis.*

In quarto exemplificabo *eandem ſecundam extenſionem, ſeu verius vltimam eius ſubextenſionem in prima ſpecie, videlicet, in poſſeſſione adipiſcenda cum ſuis extenſionibus, & reſtrictionibus.*

In quinto exemplificabo, *eandem ſecundam extenſionem, ſeu verius vltimam eius ſubextenſionem in ſecunda ſpecie, videlicet, in poſſeſſione retinenda.*

In ſexto exemplificabo *in tertia ſpecie, videlicet, in poſſeſſione recuperanda.*

In ſeptimo *eandem ſecundam extenſionem, poſitam in tertio membro,* reſtringam *generaliter in multis caſibus, applicabilibus cuilibet ſpeciei poſſeſſorij.*

In octauo ſublimitabo *hanc ſextam limitationem, vt non procedat in poſſeſſorio ordinario perpetuo.*

In nono ſublimitabo, *vt nõ procedat in poſſeſſorio mixto.*

Aggre-

Digitized by Google

Aggredior primum membrum, quod continebit *ſolum nonnulla premittenda ad euitandas ęquiuocationes terminorum, & ad clariorem intelligentiam eorum omnium, qua in hac ſexta limitatione ſum dicturus.*

Præmitto I. igitur, quod licet D. Cæſar. Contar. *in ſolemni eius repetitione ad leg. vnicam, in ampliationibus in princ. & ſub n. 2. & ſub n. 4. verſ. & ideo C. ſi de momen. poſſ.* dixerit, tantam eſſe ſterilitatem dictæ. l. prohibentis appellationem in poſſeſſione momentanea, vt vix vnam parturire potuerit extenſionem, quia, inquit generalitas verborum, ſub qua d. l. fuit concepta, omnem ampliationis ſpeciem reſpuere videtur.

Tamen ego ex varijs caſib. deciſis formabo extenſiones, vt ſolent formare noſtri interpretes, quia hodie non ſufficit allegare regulam, cum in tanta librorum multitudine non ſit veriſimile non reperiri deciſionem in terminis, vel ſaltem caſui longe magis propinquam quam regulam, & ideo iudices non libenter acquieſcunt regulæ, cum ſæpe etiam vnus caſus videatur de regula, & non ſit.

Licet etiam ipſe Cont. in poſſeſſorijs formet regulam prohibitiuam appellationis, & ad eam faciat limitationes.

Tamen ego, inhærendo regulæ, quod in qualibet cauſa ſit permiſſa appellatio, feci oppoſitum; vnde formaui limitationem etiam in poſſeſſorijs, *per ea, quę ſcripſi ſupra hac eadem q. in ampl. ſub n. 64. ampl.* 17. quam limitationem extendam, & ſublimitabo, dixi hic ſupra in diuiſione limitationis.

2 Præmitto II. interdictum, ſeu iudicium poſſeſſorium in genere ſumptum poſſe diuidi in multas, & multas ſpecies; ſumendo tamen hic ſpeciem non more dialecticorum, ſed more legiſtarum, qui capiunt ſpeciem pro eo, quod quouis modo eſt diuerſum ab alio, *vt admonet etiā Contar. in d. l. vnica, in rubr. n. 53. verſ. id tamen.* Sed quia omnis bona diuiſio debet eſſe bi membris, vel ſaltem reducibilis ad eam, *vt ſcripſi lib. pręced. c. 9. n.* 1380. ideo poſſeſſorium iudicium diuido in duas ſpecies principales; *prout post alios diuidunt Ioſ. Ludou. peruſ. deciſ. 20. domina. Martiana. n. 1. p. 1. Menoc. tr. de recup. poſſ. in pręludijs num. 24. verſ. poſſeſſo iudicium duob. modis. & Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. n. 110. ſol. 196. qui alios citant.*

3 Prima ſpecies dicitur poſſeſſorium ſummarium quod ſemper eſt momentaneum, habetque locum tam in adipiſcenda poſſeſſione, quam in retinenda, *vt declaraui membr. ſeq. n. 9. &* 10. & hoc poſſeſſorium non ſubdiuiditur; quare Doct. quos citaui, & ſequutus ſum *infra memb. 3. n. 35. verſ. ſiuem, ibi. & quod poſſeſſorium* diuidunt ſolum poſſeſſorium ordinarium non autem poſſeſſorium ſummarium, de quo Ioſ. Cum. ſuper ritib. Sicil. *c. 38. n. 110. & ſeqq ſ.* 196. & alij citati *memb. ſeq. n. 1. & ſeqq. n. 9. & ſeqq.* dum tractant, nullum faciunt verbum de diuiſione.

4 Secunda ſpecies dicitur poſſeſſorium ordinarium & hæc ſubdiuiditur in tres alias ſpecies.

Prima ſpecies dicitur poſſeſſorium ordinarium momentaneum, de qua egi. *infra memb. 3.*

5 Secunda dicitur poſſeſſorium ordinarium perpetuum, de qua egi *infra memb. 8.*

6 Tertia dicitur poſſeſſorium mixtum, de qua egi *infra memb. 9.* nam poſſeſſorium mixtum eſſe ſpeciem diſtinctam ſcribit Contar. *in d. l. vnica, limit. 2. in pr. n. 41 &* 48. *in fine, C. ſi de momen. poſſ.*

7 Rurſus quęlibet ex his tribus ſpeciebus continet ſub ſe alias ſequentes ſpecies.

Prima ſpecies dicitur poſſeſſorium adipiſcendæ de qua, omiſſis lectoribus, & conſulentibus ſcripſerunt inter alios Maran. *in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 7. princ. à n. 2. vſq; ad num. 14. fol.* 130. *& ſeqq. Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. cap. 38. num. 197. verſ. poſſeſſorium ergo, & n. 18. & ſeqq. ſol. 204. & Achil. Perſon. eod. tract. tom. 2. fol.* 246. & nos agimus *infra memb. 4.*

8 Secunda ſpecies dicitur poſſeſſorium retinendæ, de qua inter alios ſcribunt Maran. *d. diſt. 7. à n. 14. vſq. ad nu. 28. excluſiue fol. 123. & ſeqq. Menoch. tract. de retinen. poſſ. Ioſ. Cumia d. c. 38. n. 200. verſ. poſſeſſorium verò retinendæ, et n. 201. & ſeq fol. 205. & 206. & virg. de Boccat. tract. de interd. vti poſſid. tom. 3. part. 2. fol.* 300. & nos agimus *infra memb. 5.*

9 Tertia ſpecies dicitur interdictum recuperandæ, de qua ſcripſerunt Phil. Franch. *tract. de diſput. petit. dub. 1. verſ. pro parte vero negatiua. n. 13. & ſeqq. vſq; ad n. 44. to. 3. p. 2. ſ. 316. Maran. d. diſt. 7. à n. 28. vſq. ad nu. 62. Menoch. tract. de recuper. poſſ. Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. n. 206. in fine. & 207. ſeqq. ſ. 206. Ioan. Bapt. Pont. tract. de ſpol. to. 14. fol.* 270. & nos agimus *infra memb 6.*

10 Hanc adductam tripartiam interdictorum diuiſionem
* faciunt communiter * Doct. *vt refert, & ſequitur Rugniel. tract. de appell. §. 2. c. 3. ſub n. 638. verſ. illudq; ſ.* 116. ad quas tres ſpecies reducuntur cætere omnes; ideoque quælibet iſtarum continet ſub ſe plures alias.

¶ Prima enim ſpecies adipiſcendæ continet ſequentes alias.

Prima ſpecies adipiſcendæ dicitur interdictum quorum bonorum, de quo interdicto vide, quæ ſcripſi *infra n. 65. memb. 4. n. 1.* & alia tibi occurentia apud Doct. ibi à nobis citatos.

11 Secunda ſpecies adipiſcendæ interdictum quorum legatorum, de quo interdicto vide, quæ ſcripſi & quos allegaui *infra n. 66. & memb. 4. n. 2.*

12 Tertia ſpecies dicitur interdictum ſaluianum, de quo vide, quæ ſcripſi, & allegaui. *infra n. 67. & memb. 4. n. 3. & memb. 9. n. 88. & ſeqq.*

13 Quarta ſpecies conſiſtit in imploratione officij iudicis, de quo vide, quæ ſcripſi, & quos allegaui *infra n. 68.*

14 Quinta ſpecies conſiſtit in remedio *legis. 3. C. de pignor.* de quo remedio vide, quæ ſcripſi, & quos citaui *infra numer. 69.*

15 Sexta dicitur remedium *legis fin. C. de edict. diu. adr. toll.* de cuius natura vide, quæ ſcripſi, & quos citaui *infra numer 70.*

16 Septima dicitur ea, quæ datur ex primo decreto, de cuius natura ſcripſi quædam *infra memb. 4. n. 123. & ſeqq.*

17 Octaua dicitur *ex l. in rem. ff. de rei vendic.* de qua ſcripſi *infra memb. 4. n. 132.*

18 ¶ Secunda etiam ſpecies, videlicet, retinendæ plures continent ſpecies.

Prima enim ſpecies retinendę dicitur interdictum, *Ne vis fiat ei*, de quo interdicto vide Menoch. quem citaui *infra n. 71.*

19 Secunda dicitur interdictum. *Vtrubi*, de qua ſcripſerunt Maran. & Menoch. quos citaui *infra n. 72.*

20 Tertia dicitur interdictum, *Vti poſſidetis*, de quo ſcripſerunt ijdem Maran. & Menoch. quos citaui *infra nu. 73. memb. 5. n. 3.*

21 Quarta dicitur interdictum, *De ſuperficie*, de quo Menoch. quem citaui *infra n. 74.*

22 Quinta dicitur interdictum, *De itinere, actuq; priuato*, de quo idem Menoch. quem citaui *infra n. 75.*

23 Sexta dicitur interdictum, *De aqua quotidiana, & æſtiua*, de quo ſcripſi Menoch. quem citaui *infra n. 76.* & adde, quæ ſcripſi *infra memb. 5. n. 6.*

24 Septima dicitur interdictum, *De riuis*, de quo ſcripſit idem Menoch. quem citaui *infra n. 77.*

25 Octaua, & vltima conſiſtit in iudicis officio, vt cum videt plures rixantes, &c. de quo vide, quæ ſcripſi & quos citaui *infra n. 78. & memb. ſeq. n. 1. & ſeqq.*

26 ¶ Tertia quoq; ſpecies, videlicet recuperandæ multas continet ſpecies.

Prima enim ſpecies dicitur interdictum, *Vnde vi* de qua vltra legentes, & conſulentes in diuerſis locis ſcripſerunt Franch. *tract. de diſput. petit. dub. 1. ſub nu. 36. verſ. decimum, to. 3. p. 2. fol. 328. Maran. in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 7. n. 29. verſ. primum igitur fol. 134. Menoch. tract. de recup. poſſ. rem. 1. & Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. ſub num. 207. vſque ad n. 264. fol. 206. & ſeqq.* quos in ſingulis ſeqq. ſpeciebus citabimus, & nos de natura huius interdicti ſcripſimus aliqua *infra num. 79.* & late, loquendo de appellatione, *infra memb. 6. n. 2. & ſeqq.*

27 Secunda ſpecies dicitur *ex l. 7. ſi quis in tantam C. vnde vi*, de cuius materia ſcripſerunt Franch, *d. dub. 1. nu. 41. verſ. decimum octauum fol. 329. Conſt. Roger. tract. de remed. poſſ. n. 2. fol. 245. vterque tom. 3. p. 2. Maran. d. diſt. 7. nu. 51. verſ. tertium decimum fol. 137. Menoch. de recup. poſſ. rem. 9. Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. rem. 15. n. 333. fol. 218.* & nuper Proſper Farinacius in luculentiſſimo ſuo tractatu, *de furtis tit. 17. qu. 175. p. 1.* & nos ſcripſimus aliqua *infra memb. 6. num. 55.*

28 Tertia dicitur condict. *ex l. 6. meminerint, C. eod.* de qua ſcripſerunt Franc. Conſt. Rog. Maran. Menoch. & alij in locis à me citatis *infra memb. 6. n. 14. 64. & ſeq.*

29 Quarta dicitur *Condictio triticaria*, de qua ſcripſerunt Franch. Maran. Menoch. Ioſ. Cum. & Conta. *in locis à me citatis infra memb. 6. n. 20. & ſeq.*

30 Quinta dicitur *Condictio indebiti*, de qua ſcripſerunt Franch. Maran. Menoch. Ioſ. Cum. & Conta. *in locis à me citatis infra memb. 6. nu. 18. & 22.* & nuper Andreas Cludius, inſignis Academiæ Iuliæ Ciſmontanæ Profeſſor, peculiarem & elegantem commentarium edidit Francofurti in Collegio Paltheniano impreſſum.

31 Sexta eſt *ex l. inuaſor. C. vnde vi*, de qua ſcripſerunt Bar. Franch. Conſt. Rog. Maran, Menoch. Ioſ. Cum. & Contar. *in locis à me citatis infra memb. 6. n. 25. & ſeqq.*

32 Septima eſt *ex c. 18. ſæpe de reſt. ſpol.* vbi Abb. Ripi & cæteri Canoniſtæ, & ſcripſerunt de eo Franch. *tractat. de diſp. petit. dub. 1. num. 37. verſ. vndecimum, fol. 329. Conſt. Rog. de remed poſſ. ſub n. 5. ibi cæterum quia fol. 245. vterque tom. 3. p. 2. Maran. d. diſt. 7. nu. 55. verſic. decimum ſeptimum fol. 137. Menoch. tract. de recup. poſſ. rem. 16. Ioſ. Cum. ſuper ritib. Sicil. c. 38. rem. 20. nu. 340. fol. 219.* & ego ſcripſi *infra memb. 6. nu. 31.*

33 Octaua eſt *ex l. 14. ſi coloni. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* de qua ſcripſerunt Franc. Conſt. Rog. Maran. Menoch. Ioſ. Cu. & Contar. *in locis à me citatis infra mem. 6. n. 32.*

34 Nona eſt *ex l. 25. ſi quis conductionis, C. loc.* de qua ſcripſerunt Franch. *vbi ſupra, ſub nu. 39. verſ. decimum quartum fol. 329. Conſt. Rog. tract. de remed. poſſ. ſub n. 5. fol. 245. vterque to. 3. p. 2. Maran. d. diſt. 7. n. 49. verſ. vndecimum remedium fol. 136. Cumia d. c. 38. remed. 12. n. 329. fol. 218.* & ego ſcripſi *infra memb. 6. n. 37.*

35 Decima eſt *ex l. fin. C. de acqu. poſſ.* de qua ſcripſerunt Franch. Conſt. Rog. Maran. Menoch. Ioſ. Cum. & alij in locis à me citatis *infra memb. 6. n. 42.*

36 Vndecima dicitur *condictio incerti*, de qua ſcripſerunt Maran. *in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 7. num. 40. verſ. tertium remedium, fol. 135. & Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. num. 322. verſic. quin in remedium fol. 217.*

37 Duodecima eſt *actio in factum*, de qua ſcripſerunt Fran. *d. tract. de diſp. petit. dub. 1. n. 43. verſ. vigeſimum quartum, fol. 329. Conſt. Roger. de remed. poſſ. ſub n. 7. ibi, cæterum quia fol. 245. vterque to. 3. p. 2. Maran. in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 7. prin. n. 42. verſ. quintum fol. 135. Ioſ. Cu. d. c. 38. rem. 8. n. 325. fol. 218.* & ego ſcripſi *infra memb. 6. n. 52.*

38 Decima tertia eſt officium iudicis, de quo ſcripſerunt Franch. *vbi ſupra, Conſt. Rog. de remed. poſſ. ſub num. 7. ibi, cæterum quia, tom. 3. p. 2. fol. 245. Maran. d. diſt. 7. n. 43. verſ. ſextum, fol. 135. Menoc. d. trac. de recup. poſſ. rem. 17. & Ioſ. Cu. ſuper ritib. Sicil. c. 38. rem. 23. nu. 358. f. 221.* & officium iudicis, & actio in factum ſunt in effectu vnum, & idem.

39 Decimaquarta eſt remedium ex æquitate legis, 32. *ſi me & titium, ff. ſi cert. pet.* de qua ſcripſerunt Bart. Franc. Mar. Menoch. & Ioſ. Cum. *in locis à me citatis infra memb. 6. num. 15.*

40 Decimaquinta eſt condictio *ex l. auctoritate, C. vnde vi* de qua ſcripſit Mar. *d. diſt. 7. numer. 47. verſ. nonum remedium, fol. 136. Ioſ. Cum. ſuper ritib. Sicil. c. 38. rem. 9. num. 327. fol. 218.*

41 Decimaſexta eſt condictio *ex l. 33. conductores, C. loc.* de qua ſcripſit Mar. *d. diſt. 7. n. 52. verſ. quartum remedium, fol. 137. Ioſ. Cumia d. c. 38. rem. 13. n. 331. fol. 218.*

42 Decimaſeptima eſt condictio *ex l. 7. cum à te. ff. de vi et vi arm.* de qua ſcripſit Mar. *ead. diſt. 7. nu. 53. verſ. quintum decimum, fol. 137.*

43 Decimaoctaua eſt condictio *ex l. fin. cum quærebatur, C. vnde vi*, de qua ſcripſerunt Franch. *d. tract. de diſput. petit. dub. 1. ſub num. 40. verſ. decimumſextum, fol. 329. Conſt. Rog. de remed. poſſ. num. 2. in fine, & n. 3. et 4. fol. 245. vterq; tom. 3. p. 2. Maran. d. diſt. 7. n. 54. fol. 137. Menoch. d. tract. recuper. poſſ. rem. 13. & Ioſ. Cu. ſuper ritib. Sicil. c. 38. rem. 14. nu. 332. fol. 218.*

44 Decimanona eſt ex diſpoſitione *c. 1. frequens, de reſt. ſpol. in 6.* de qua ſcripſerunt in eo Canoniſtæ, *Maran. d. diſt. 7. num. 56. fol. 137. & Ioſ. Cumia d. c. 38. rem. 21. n. 341. fol. 219.*

45 Vigeſima eſt condictio *ex c. reintegranda 3. qu. 1.* de qua ſcripſerunt Franch. *d. dub. 1. n. 17. verſic. quartum, fol. 327. Conſt. Rog. de remed. poſſ. nu. 5. verſus finem, ibi, ſed quia per hoc, fol. 245. vterq; tom. 2. p. 2. Maran. d. diſt. 7. n. 58. verſ. decimumnonum, fol. 138. Menoch. d. tract. recuper. poſſ. rem. 15. Ioſ. Cumia d. c. 38. rem. 22. num. 342. fol. 219.* & ſcripſi aliqua de eo *infra memb. 6. num. 71. & ſeqq. & memb. 7. nu. 2. & ſeqq.*

46 Vigeſima prima eſt in Regno Neap. de qua vide Mar. *d. diſt. 7. n. 60. fol. 139.*

47 Vigeſimaſecunda eſt ſimiliter in Regno Neap. de qua vide eundem Maran. *ead. diſt. 7. nu. 62. fol. 139.*

Has viginti duas ſpecies congeſſit Mar. *d. diſt. 7. à num. 28. vſque ad nu. 62.* inter quas ponit duas penultimas quæ non ſunt de iure communi, ſicque enumerat ſpecies viginti.

At Boer. *deciſ. 42. alia inſuper, ſub num. 16.* quem citat Contar. *in l. vnica, limit. 4. ſub n. 18. verſ. Boer. C. ſi de mom. poſſ.* ſcribit ſe reperiſſe prodita eſſe viginti quatuor remedia poſſeſſoria, ex quibus à iure conceditur poſſe recuperari poſſeſſionem deperditam, & totidem ſcribit ſe reperiſſe Philip. Franch. *trac. de diſp. petit. dubio primo, ſub n. 13. verſ. pro parte vero negatiua*, quę ſingula viginti quatuor remedia declarat à dicto *n. 13.* vſque *ad n. 43. incluſiue fol. 327. et ſeq. tom. 3 p. 2.*

Quatuor ergo aliæ ſpecies, quas enumerat Franch. *vbi ſupra*, ſunt iſtæ.

48 Prima eſt condictio ſine cauſa, de qua ſcripſerunt Franch. Alex. & Bar. in locis à me citatis, *infra membr. 6. num. 18.*

49 Secunda eſt *ex c. 51. bona, de app.* de qua Franch. *d. dub. 1. n. 22. & ſeqq. verſ. ſextum, fol. 328.*

50 Tertia eſt, quid metus cauſa, de qua Franch. *vbi ſupra n. 38. verſ duodecimum, fol. 329.* & ego ſcripſi de interdicto vnde vi *infra memb. 6. n. 2. & ſeqq.*

52 Quarta eſt per actionem de dolo, de qua Fran. *d. 1. dub. n. 39. verſ. decimumtertium fol. 329.*

Imò ſunt & aliæ.

52 Quinta ergo eſt *ex l. 10. non abs re. C. vnde vi*, de qua idem Franch. *eod. dub. 1. num. 40. verſ. decimumquintum, fol. 329. Conſt. Rog. tract. de remed. poſſ. ſub num. 5. ibi, & contra eoſdem fol. 245. vterque to. 3. p. 2. Menoch. tract. de recuper. poſſ. remed. 11.*

Digitized by Google

53 Sexta eſt ex l. 13. extat. ff. quod met. cauſ. de qua Franch. d. dub. 1. n. 41. verſ. decimum nonum, fol. 329. Menoch. d. trac. de recuper. poſſ. rem. 5. & Ioſ. Cum. ſuper ritib. Sicil. c. 38. rem. 16. n. 334. fol. 218.

54 Septima eſt ex l. 4. ſi conſtiterit, C. fin. regund. de qua Franch. d. dub. 1. ſub n. 41. verſ. vigeſimum primum, fol. 329.

55 Octauo eſt ex lib. 1. C. ſi per vim vel alio mod. de qua Franch. vbi ſupr. n. 42. verſ. vigeſimumſecundum, Conſt. Rog. de remed. poſſ. n. 7. fol. 245. vterque tom. 3. p. 2. & Ioſ. Cumia d. c. 38. remed. 19. n. 339. fol. 219.

56 Præmitto III. quod poſſeſſorium ſummarium vocatur diuerſis nominibus: Quidam enim vocant ſummarium, Benint. deciſ. 79. mota lite, num. 1. in fine & num. 2. Mandoſ. tract. de inhibit. quæſt. 118. num. 7. & per totum, tom. 5. fol. 112. & 113. Franch. Becc. conſ. 21. dubitatum, num. 9. in fine, & num. 10. & Ioſ. Lud. Menoch. & Ioſ. Cumia, quos, diuidentes iudicium poſſeſſorium, retuli, & ſequutus ſum ſupra, ſub num. 2. Quidam vero vocant illud ſummariiſſimum, Menoch. tract. de recuper. poſſ. in prælud. n. 31. in fine, & tract. de retinen. poſſ. remed. vlt. num. 4. & apertius d. tractat. de recuper. poſſ. rem. 15. quæſt. 32. num. 413. fol. 113. & ſummariiſſimum vocat etiam Virgin. de Boccat. tractat. de interd. vti poſſid. cap. 14. de probationibus, &c. num. 43. verſ. teſtium reprobatio, tom. 3. par. 2. fol. 309. & ita hodie & voce, & ſcriptis, conſulendo, & iudicando appellamus. Alii illud vocant extraordinarium, Benuntend. d. deciſ. 79. n. 1. & 2. Ioſ. Ludou. Peruſ. deciſ. 20. domina martiana, num. 7. verſ. quod autem, & Ruginell. tractat. de appellat. §. 2. cap. 3. ſub num. 641. verſ. hoc ipſum. Quidam vocant momentaneum.

† Et hoc nomine vocatur quia deducitur iudicis officio implorato, & in quo iuris ordine non ſeruato, & ſummariè proceditur. ita Natt. conſ. 121. Gail. pract. obſeru. 5. & 7. lib. 1.

Quidam præparatorium ad aliud iudicium poſſeſſorium plenarium, Menoch. tract. de retinen. poſſ. rem. vlt. numer. 3. & 7. & Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. cap. 38. ſub n. 112. fol. 197. & n. 160. fol. 202. Hiſpani vocant hoc iudicium, INTERIM, Menoch. tract. de recuper. poſſ. in prælud. n. 28. in vltimis verbis, & num. 29. & tractat. de retinen. poſſ. remed. vlt. num. 6. Galli vocant, recredentiam Menoch. in eiſdē præludiis num. 28 & d. rem. vlt. n. 5. Vocant etiam, Caſum nouitatis, Menoch. d. nu. 5. Alii vocant, Nouam prouiſionem, Menoch. in eiſdem præludiis de recuper. poſſ. num. 29. & antiqui, Vindicias, appellarunt, Menoch. in eiſdem præludiis num. 31. & tract. de retin. poſſ. remed. 3. n. 8. qui in ſingulis allegat.

Nos tamen cenſemus, ſummariiſſimum, rectius, quam ſummarium vocandum eſſe, quia iudicium ſummarium ad differentiam iudicii ordinarii poteſt habere ſolum breuiores dilationes, vt dixi ſupra lib. 1. cap. 53. num. 14. & ideò non poteſt ſtare ſine libello cæteriſque ſolemnitatibus per ea, quæ dixi ibidem & infra n. 60. vnde requiruntur etiam in eo probationes plenæ, vt retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 9. n. 489. & 490. Ad hoc iudicium poteſt ſtare ſine præfatis ſolemnitatibus, & ſine ordine iuris, vt retuli, & ſequutus ſum infra n. 59. Ergo non ſummarium, ſed ſummariiſſimum vocandum.

57 Poſſeſſorium ordinarium multis quoque ſynonimis vocatur. Quidam enim vocant, vt dixi, Ordinarium. Quidam Plenarium, Ioſ. Ludou. d. deciſ. 20. num. 11. verſ. plenarium. Quidam Plenum. Quidam Merum, Rugnell. d. cap. 3. ſub n. 642. & dicitur Merum quando in eo non venit alia contentio poſſeſſionis, Rugin. eod. c. 3. n. 643.

58 Momentaneum poſſeſſorium à quibuſdam vocatur merum, & à quibuſdam ſimplex.

59 Præmitto IV. aliqualem cognitionem ſingulorum prædictorum poſſeſſoriorum, & interdictorum.

Summariiſſimum igitur poſſeſſorium dicitur illud, in quo, implorato iudicis officio, proceditur ſummariè, & iuris ordine non ſeruato, Natt. conſil. 121. in cauſa poſſeſſorii, num. 2. & ſeqq. lib. 1. Menoch. tract. de recup. poſſ. in præludiis, num. 24. & ſeqq. fol. 2. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 641. verſ. ſummarium, quare proceditur in eo ſine libello, ſine conteſtatione litis, ſine plenitudine probationum, & ſine ſententia diffinitiua, Beninten. deciſ. 79. mota lite, num. 2. Natt. vbi ſupra, Mandoſ. tract. de inhib. q. 118. ſub num. 5. tom. 5. fol. 113. & quæ alia ſint, quæ ſunt de ordine iudicii, & non requiruntur in iſto ſummariiſſimo, docent Ioſ. Ludou. deciſ. 20. domina Martiana, ſub num. 2. p. 1. late Menoch. tract. de retinen. poſſ. rem. vlt. q. 11. & ſeqq. à n. 39. vſque ad n. 44. Couar. præſertim ad vſum Hiſpanum pract. qq. cap. 17. per totum, fol. 491. vol. 2. & nos ſcripſimus aliqua lib. præced. cap. 7. ſub n. 297. limit. 19. & c. 8. num. 393 in futuru impreſſ. & quod in adipiſcenda poſſeſſione ex remedio officii iudicis non ſit neceſſarius libellus, ſed ſufficiat qualis qualis petitio, ſcribit Menoch. tract. de adip. poſſ. remed. 6. n. 8.

60 Ordinarium dicitur illud, in quo præceditur iuris ordine ſeruato, Rugin. tract. de appell. §. 2. cap. 3. num 642. licet enim ſaluianum interdictum dicatur iudicium ſummarium, Rot. diuerſ. deciſ. 43. in cauſa Rom. fructuum verſus finem, ſub num. 5. p. 1. & ſimiliter omnes cauſſæ poſſeſſoriæ ſint de iure ſummariæ, tamen in eis requiruntur libellis, litis conteſtatio, & ſententia diffinitiua, vt refert, & ſequitur Ioſ. Cumia ſuper ritibus Sicil. cap. 38. num. 164. & ſeqq. vſque ad n. 170. fol. 203. & quod in poſſeſſorio recuperandæ ſit neceſſarius libellus, & litis conteſtatio, ſcribit Franch. quem retuli & ſequutus ſum infra limit. 47. memb. 1. num. 1. verſ. nota, & quod in omnibus cauſſis poſſeſſoriis requiratur regulariter libellus, ſcribit Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. remed. 4. q. 57. & ſeqq. num. 468. & ſeqq. & quod etiam in cauſſis ſummariis requirantur libellus, litis conteſtatio, & alia ſolemnia, ſcripſi ſupra libr. 1. cap. 53. num. 14.

61 Momentaneum dicitur illud, quod ordinatur ad aliud iudicium, ſeu cuius grauamen poteſt de facili reparari in alio iudicio, vt dicam ſuo loco.

62 Perpetuum dicitur per oppoſitum, quando non ordinatur ad aliud iudicium, ideoque eius grauamen non poteſt reparari in alio iudicio.

63 Mixtum dicitur illud, quod deducitur ſimul cum proprietate, Contar. in l. vnica, limit. 2. in princ. num. 11. ibi, quomodocumque, C. ſi de mom. poſſeſſ. & Ruginell. d. cap. 3. num. 644. fol. 117. Poteſt autem eſſe mixtum vel ſui natura, vel ex accidenti; mixtum ſui natura habet ex propria natura annexam cauſſam proprietatis, Contar. d. limit. 2. in principio, num. 42. & Ruginell. d. cap. 3. num. 465. & quæ poſſeſſoria ſint mixta natura ipſa explicat, Contar. d. limitat. 2. §. 7. Mixtum ex accidenti dicitur, quando cauſſa proprietatis interuenit de voluntate partium, agendo, vel excipiendo, Contar. d. limit. 2 in princ. num. 10. & ſub num. 48. & Ruginel. d. cap. 3. n. 646. Item erit mixtum ſiue agatur principaliter de poſſeſſione, & incidenter de hæreditate, ſiue è contra principaliter de hæreditate, & incidenter de poſſeſſione, Rugin. eod. cap. 3. n. 647. & ſiue agatur principaliter de poſſeſſione, & incidenter de validitate, ſeu nullitate contractus, vel è conuerſo, vt patet ex his, quæ ſcripſi infra memb. 9. n. 61. 62. & ſeqq.

64 Aggredior tres ſpecies poſſeſſionum, ſeu interdictorum, quas poſui ſupra n. 7.

Adipiſcendæ poſſeſſionis interdictum eſt prætorium, Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. in præludiis, num. 1. eſtque interdictum reſtitutorium, quo adipiſcimur poſſeſſionem, quam antea non habuimus; nam ſi habuiſſemus antea, hoc interdictum non competeret, Marun. in ſuo ſpec. par. 4. diſtinct. 7. num. 5. Menoch. vbi ſupra in præludiis, num. 9. in fine, & num. 10. & Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. num. 179. verſ.

verſ.poſſeſſorum ergo, fol.104. & datur tam pro poſſeſſionem vacua, quam pro non vacua, & ſub iſto interdictio continentur infraſcriptę ſeptem ſpecies, quas poſui ſupra n.10.& ſeqq.

65 Quorum bonorum datur ei, cui ex prætoris edicto data eſt bonorum poſſeſſio aduerſus poſſidentem pro hærede, vel poſſeſſore, vt ab eo conſequatur poſſeſſionem illorum bonorum, quæ tempore mortis habebat teſtatur cuius bonis ſucceſſit, l.1.ff.quor.bonor.& §.adipiſcendæ. Inſtit.de interd.Menoch.vbi ſupra in præludijs, numero 12.& competit tam ei, cui eſt delata hæreditas ex teſtamento, quam ei, cui delata eſt ab inteſtato, Maran.in ſuo ſpec.parte 4.diſtinct.7.ſub numero 2.Ioſ.Cum.d.cap.38.numero 185. fol.204.et Ruginel.tract.de appellat.§.2.cap.3.numero 653. & quomodo actor debeat concipere libellum, vide Conſtan. Roger. tract.de remed.poſſeſſ.ſub numero 13. tomo 3. parte 2.fol.245.Maran.de diſt.7.numero 4. & de iſto interdicto vide, quæ latè cumulauit Menoch.d.tract.de adipiſc. poſſ. remed.1.per totum. & in quibus differat hoc interdictum à remedio, legis fi.C.de edict.diu. Adr.toll. & à petitione hæreditatis, vide Conſtan. Roger. d.tract.de remed. poſſeſſ.n.12.& 13.

66 Quorum legatorum competit hæredi ad auocandam poſſeſſionem legati à legatario, qui auctoritate propria occupauit rem legatam, iacente hæreditate, de quo interdicto ſcribunt Conſtan.Rog.d.tract.de remed.poſſ.numero 14.Maran.diſt.7.numero 10.verſ.ſecundo, Menoch.de adipiſc.poſſ.in præludijs, numero 13.Ioſ.Cumia ſupra ritib.Sicil. c.38.num.191.fol.205.Contar.in l.vnica, limit.2.§.1.num. 16.& ſeqq.C.ſi de mom.poſſ. & ſcripſimus aliqua lib.præc. cap.9.numero 1272. Competit etiam hæredi aduerſus fideicommiſſarium, qui, hæreditate iacente, occupaſſet hæreditatem; nam is tenetur eam reſtituere hæredi intentãti præfatum interdictum, Contar.d.§.1.num.19. verſ.his conſequens, nam aduerſus legatarium agit, vt detrahat falcidiam, Contar.d.§.1.num.16. & aduerſus fideicommiſſarium, vt detrahat trebellianicam. Et quod interdicta quorum bonorum, & quorum legatorum ſint adipiſcendæ poſſeſſionis, ſcribunt Maran. & Menoch.in locis ſupra citatis, & Cõtar.d.l.vnica, lim.2.§.1.n.38.verſ.hac ex ea C.ſi de mom.poſſ. de hoc interdicto latè ſcribit Menoch.tract. de adipiſc.poſſ.rem.2.

67 Interdictum ſaluianum competit domino fundi ad adipiſcendam poſſeſſionem bonorum, &c. Maran.d.parte 4.diſtinct.7.num.11.verſ.tertio.Menoch.tract.de adipiſ.poſſeſſ.in præludijs, num.14.& rem.3. Ioſ.Cum.ad cap.38. num. 197.& 198.fol.205. & aliqua ſcripſi infra memb.9. num. 88.& ſeqq.

68 Officium iudicis imploratur ab eo, cui facta eſt collatio alicuius beneficij, vt mittatur in poſſeſſionem, Maran. d.diſtinct.7.n.13.Menoch.vbi ſupra in præludijs, n.18.in fin. & de eo plenè ſcribit rem.6.n.34.& ſeqq.vſq; in finem, Ioſ. Cumia d.c.38.n.199.fol.205.

Imploratur etiam ab eo, qui ſuccedit ab inteſtato, cum ei denegeretur remedium legis fin.C.de edict.diu.adr. toll. vt retuli, & ſequutus ſum infra mem.4.n.4.

69 Remedium ex l.3.C.de pignor. datur creditori ex pacto inito inter ipſum, & debitorem, vt poſſit ingredi, & apprehendere poſſeſſionem rei debitoris, de quo remedio ſcripſi Menoch.in præludijs de adipiſc.n.17.& late rem.5. & aliqua ſcripſi lib.1.c.62.n.23.& 24.& memb.ſeq.n 39. & memb.9.n.96.

70 Remedium legis fin.C.de edict.diu. adr.toll. competit hæredi ſcripto in teſtamento, quo producto in publica forma, non abolito, & non cancellato, datur hæredi miſſio in poſſeſſionem hæreditatis, Maran.d.diſtinc.7.nu.12. & Menoch.tract.de adipiſc.poſſ.in prȩludijs num.15.& latè de eo ſcribit rem.4.& aliqua nos ſcripſimus ſupra lib.1.c. 92.n.8.verſ.tertio fallit, & lib.præc.c.9.n.127.E.& infra memb.4.n.6.& ſeqq.& in quibus differat remedium huius l.ab interdicto quorum bonorum, vide Conſtan.Roger.de rem.poſſ.ſub numero 12.& 13.tomo 3.parte 2.fol.245. & quomodo actor debeat concipere libellum in remedio huius legis indifferentiam libelli in interdicto quorum bonorum, vide eundem Conſt.Rog.ſub eod.num.13.verſ. dico quid fol.246.

Quod ſingulæ enarratæ ſpecies ſint adipiſcendæ, ſcribunt Maran.& Menoch.in locis ſupra citatis.

Poſſeſſio ex primo decreto datur actori contra reum contumacem &c.

71 Retinendæ poſſeſſionis interdictum continet illas octo ſpecies, quas habes ſupra n.17.& ſeqq.

Interdictum, ne vis fiat ei, competit eis, qui ſunt miſſi in poſſeſſionem contra eos, quorum dolo malo fit, vt non poſſideant, vt habetur in l.1.ff.ne vis fiat ei, de hoc latè ſcripſi Menoch.tract.de retinen.poſſ.rem.1.numero 1. & ſeqq.

72 Interdictum, Vtrubi, datur pro retinenda poſſeſſione rerum mobilium, quas quis poſſediſſet maiori parte anni de quo interdicto ſcripſerunt Maran.in ſuo ſpec.p.4.diſt.7. n.14.verſ.ſecundum, fol.132.et Menoc.tract.de retinen.poſſ. rem.2.n.1.et ſeqq.

73 Interdictum, Vti poſſidetis, datur pro retinenda poſſeſſione rerum immobilium, vt notando differentiam inter hanc, & præcedentem ſpeciem, ſcribunt Maran.loco ſupra proxime citato, & Menoch.d.rem.2.n.1. & latè de hoc interdicto ſcribit eod.trac.rem.3.

74 Interdictum, De ſuperficie, datur habenti vtili dominiũ & ſic ſuperficiem terræ, ſicut habet emphyteota, vel alius ſimilis conductor, de quo interdicto multa ſcribit Menoch.tractat.de retinen.poſſeſſ.remed.4.numero 1.& ſeqq.

75 Interdictum, De itinere, actuque priuato, datur pro tuitione ruſticarum ſeruitutum, in quo interdicto ſufficit quod actor probet, ſe non vi, aut clam vſum eſſe hoc anno itinere actuque priuato, de quo interdicto latè ſcribit Menoch. eod.tractat.de retinen.poſſeſſ.remed 5.numero 1. & ſeqq.

76 Interdictum, De aqua quotidiana, & æſtiua, datur ei, qui non vi aut clam, aut præcario aquam hoc anno duxit per fundum, ſeu prædium alienum, de quo interdicto multa ſcripſi Menoch.tract.de retin.poſſ.rem.6.numero 1. & ſeqq.

77 Interdictum, De riuis, datur ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione ducendi aquam per riuum, de quo interdicto multa ſcripſit Menoch.d.tractat.de retin.poſſ.rem.7.numero 1. & ſeqq.

78 Officium iudicis interponitur ab ipſo iudice, cum videt duos ſeu plures contendentes & rixantes de aliqua poſſeſſione, & vnuſquiſque prætendit, ſe eſſe in poſſeſſione, & poſſe alium arcere, de quo officio iudicis multa ſcribunt Mar.in ſuo ſpec.parte 4.diſt.7.numer.14.& ſeqq. Menoch.tract.de retin.poſſ.rem.vlt. num.1.& ſeqq. & nos ſcripſimus aliqua lib.præced.c.3.ſub numero 275.& c.8.ſub numero 393.

Et quod ſingulæ enarratæ ſpecies ſint retinendæ poſſeſſionis ſcribunt Maran.& Menoch.in locis ſupra proxime citatis.

79 Recuperandæ poſſeſſionis interdictum continet illas ſpecies, quas habes ſupra n.26.& ſeqq.

Interdictum, Vnde vi, inter alia particularia habet, vt in libello debeat inſeri tempus deiectionis, & deinde formaliter probari, eo quod iudicium de vi eſt famoſum, Contar.in l.vnica, in ampliat.n.15.& ſub n.16. verſi.& licet C.ſi de mom.poſſ.& debet pariter probari vis illata, Contar. ſub d.nu.16.verſic.& licet.Item hoc interdictum non datur pro re mobili, Mar.ſuo ſpec.parte 4.diſt.7. numer.29.et Men.tractat.de recupe.poſſ.rem.1.q.2.num.94. et ſeqq.nam interdicta nõ dantur pro re mobili, ſed datur actio vi bonorum

norum

norum raptorum, & dantur alia remedia poſſeſſoria, quę non ſunt interdicta, *Maran. d. diſt. 7. n. 29.* Neque datur aduerſus ſingularem ſucceſſorem, *Phil. Franch. tract. de diſp. petit. in 1. dubio, ſub n. 36. verſ. decimum tertium, to. 3. par. 2. fol. 329. Menoch. d. rem. 1. q. 12. num. 150. & ſeq. & Contar. in d. l. vnica in ampl. 1a, n. 72. &* 30. & in his differt à remedio canonis reintegranda, quia in remedio dicti canonis non debet narrare ſe ſpoliatum, ſed ſolum ſe poſſediſſe, & quod poſſeſſio indebitè eſt penes talem, & conſequenter non cogitur probare ſpoliationem, vt cogitur probare ille, qui intentat remedium interdicti vnde vi, *Contard. ſub d. num. 16. & licet.* Item remedium dicti canonis datur etiam pro re mobili, *Menoch. d. tract. de recuper. poſseſs. remed. 15. q. 16. n. 193. & ſeqq.* Et datur etiam contra ſingularem ſucceſſorem, *vt notat idem Menoch. eod. rem. 15 q. 13. n. 67. & ſeqq.* & dixi *lib. praeced. c. 7. n. 163.* Item datur non ſolum pro poſſeſſione, ſed etiam pro quaſi poſſeſſione in corporalibus, *Gram. deciſ. 59. catholicus Rex num. 45.* dicẽs, quod in corporalibus datur quaſi poſſeſſio, & ideò dantur remedia quaſi poſſeſſoria iurium incorporalium, vide Ruginel. qui alios citat *tract. de appell. §. 2. c. 3. ſub n. 694. fol. 123.* nam remedium canonis, *reintegranda*, eſt pinguius, *Maran. d. p. 4. diſt. 7. n. 58. Menoch. d. rem. 15. q. 2. n. 5.* & datur etiam pro rebus prophanis, & in foro ciuili, *vt retuli, & ſequutus ſum infra memb. 7. n. 4.*

80 De reliquis interdictis recuperandæ poſſeſſionis vide Phil. Franch. *d. tract. de diſputat. petit. in primo dubio à num. 13. vſque ad num 43. incluſiuè, tom. 3. par. 2. fol. 327. Maran. d. diſt. 7. à num. 28. vſque ad num. 62. Menoch. tract. de recuper. poſſ. per totum*, & multa nos indicauimus *infra in proprijs locis eorum*.

81 Præmitto V. appellationis vſum eſſe duplicem: Aut enim appellamus ad effectum deuolutiuum tantum, & nõ quoad effectum ſuſpenſiuum; Aut ad vtrumque effectum, vt patebit ex dicendis infra in diſcurſu.

82 Præmitto VI. in admittenda, & reijcienda appellatione in iudicijs poſſeſſorijs aliud eſſe diſpoſitum de iure ciuili, & aliud de iure canonico, *vt patebit ex dicendis infra in diſcurſu.*

83 Præmitto VII. quod Doctores indagantes, quæ remedia poſſeſſoria ſint inuenta à iure canonico, non omnino concordant; nam Anch. quem citat Contar. *in l. vnica, limit. 4. n. 27. in fine, & n. 28. C. ſi de mom. poſſ.* aſſignat à iure canonico fuiſſe introducta tria remedia. Primum eſt ex *cap. conquerente, de reſtit. ſpol.* quod remedium datur his, qui ſpoliantur à iudice ordine prætermiſſo. Secundum remedium eſt ex *cap. ſæpe contigit, eod. tit.* Tertium eſt ex *c. reintegranda, 3. q. 1.*

Sed Bal. quem ſimiliter citat Contar. *d. limit. 4. num. 12. verſ. non obſtat.* videtur ſentire, duo tantum remedia fuiſſe inuenta à iure canonico, dum ſcribit, remedium canonis *reintegranda, & cap. ſæpe, de reſtit. ſpol.* nunquam fuiſſe cognita à iure ciuili, & cum eo videtur concordare Bereng. Fernan. *in §. nihil commune, ſub verſ. ac quarta, a num. 114. vſque ad num. 117.* dum ſerioſè ennumerando poſſeſſoria iuris ciuilis, & iuris canonici, inter remedia introducta à iure canonico non ponit, niſi prędicta cap. *ſæpe*, & cap. *reintegranda*, vt refert Contar. *ead. lim. 4. ſub num. 28. verſic. bereng.*

Menoch. *tractat. de recuper. poſſeſſ. in præludijs, num. 60.* quem etiam citat Contar. *ſub d. numero 28. verſ. & an*, quærit, an cap. *accedes, il 1. vt lit. non conteſt.* & cap. *bona, de appellat.* ſint remedia poſſeſſoria inuenta à iure canonico.

Ego tamen vniuerſam hanc indagationem, vti parum neceſſariam noſtro inſtituto, omnino prætereo.

SEXTÆ LIMIT. MEMB. II.

SVMMARIA.

1 IN *Summario poſſeſſorio non datur appellatio, num. 1. & 2 & hac eſt extenſio.*

¶ *Subextenditur I. vt neque detur ad effectum deuolutiuum, num. 3.*

Subextenditur II. vt neque de iure canonico detur ad effectum ſuſpenſiuum, n. 4.

Subextenditur III. vt iudex non poſſit reuocare præceptum, niſi, &c. n. 5. — Ampliatur, n. 6. — Declaratur, n. 7.

Subextenditur IV. vt neque detur reſtitutio in integrum, n. 8.

Declaratur in quibus ſpeciebus poſſeſſionis habeat locum poſſeſſorium ſummarium, num. 9. & ſeqq. — Infertur primo, à ſententia de mittendo hæredem in poſſeſſionem non dari appellationem, n. 13. — Infertur ſecundo, à ſequeſtro non dari appellationem, n. 14. & ſeqq. & quæ ſit praxis procedendi ad ſequeſtrum, n. 18. & ſeqq. Declaratur primo, & ſubdeclaratur hæc ſecunda illatio, num. 28. & ſeqq. — Infertur tertio, à ſententia de fractando non dari appellationem, n. 36. — Infertur quarto, à ſententia lata ſuper præcedentia, &c. non dari appellationem, n. 37. & 38. — Infertur quinto, à decreto, quo creditor mittitur in poſſeſſionem vigore pacti, &c. non dari appellationem, n. 39.

¶ *Reſtringuntur I. eadem extenſio, & illationes, vt non procedant de iure canonico ad effectum deuolutiuum, n. 40.*

Reſtringitur II. in Regno Franciæ, &c. n. 41.

Reliqua reſtrictiones indicantur remiſſiuè, ſub eod. n. 41.

1 EXtende I. nunc hanc ſextam limitationem, in qua initio ipſius diximus, in iudicijs poſſeſſorijs non admitti appellationem, & ſequendo noſtrum ordinem poſitum *memb. praeced. num. 3.* vt maximè habeat locum in prima ſpecie, nempe in poſſeſſorio ſummariſſimo, ſeu, vt vocant alij, ſummario, in quo denegari appellationem vniformiter, & in diuerſis caſibus * omnes; nam, quod, duobus vel pluribus contendentibus de poſſeſſione, ita, vt dubitari debeat, quod veriſimiliter veniant ad rixas, & ad arma, debeat tunc iudex ex officio celeriter obuiare, & prouidere, & ab hac prouiſione non liceat appellare, ſcribit Menoch. *tract. de retinen. poſſeſſ. rem. vlt. q. 17. num. 48. iuncto n. 1.*

Et quod à præcepto, ne quis accedat ad poſſeſſionem, ſeu, ne quis moleſtet aliquem in poſſeſſione, cum agitur poſſeſſorio ſummariſſimo, non detur appellatio, refert & ſequitur Achil. Perſon. *tractat. de adipiſc. poſſ. ſub n. 29. verſ. quam concluſione, & ſub num. 37. to. 3. p. 2. fol. 246.* & quod ſi pars, prohibita ab ingreſſu poſſeſſionis, appellaret, iudex non debeat admittere, ſcribit Par. de Put. *tractat. de ſynd. in verbo, index, vt non arguatur ne negligentia, num. 2. verſ. ſi tamen pars, to. 7. fol. 287.* & quod à præcepto, quod quis manuteneatur, ſeu non moleſtetur in poſſeſſione, nõ detur appellatio, refert & ſequitur Ruginel. *tract. de appellat. §. 2. c. 3. n. 691. & 694. in fine, verſ. ex his, f. 123.* & quod ab inhibitione, ſeu præcepto de non moleſtando non detur appellatio, refert & ſequitur idem Rugin. *eod. c. 3. n. 68 verſ. 22. & n. 689.* & quod appellatio non admittatur, nec deuoluat à ſententia, qua dictum ſit, eſſe inhibendum, & inhiberi ſub pœna, ne turbet, ſeu moleſtet aliquem in poſſeſſione bonorum hæreditariorum, adepta in vim teſtamenti, tenuit Rota Bononien. *vt refert Caſ. Barzius deciſ. 71. appellationem, in princ.*

Comprobatur primo iſta extenſio ex *l. vnica, C. ſi de mom. poſſ.* vbi prohibetur appellatio à momentanea poſſeſſione ſecundum communem intellectum, vt in eius intellectu *n. 1.* teſtatur Contar. Sed nulla eſt magis momẽtanea poſſeſſio, quam ea, quæ determinatur in poſſeſſorio ſum-

ſummarijſſimo,& ideò licet Doct.controuertant, an appellatio ſit prohibita in poſſeſſorio ordinario, eo quod ſecundum aliquos non ſit momentaneum, tamen, quod ſit prohibita in ſummarijſſimo, eo quod ſit momentaneum,non eſt,qui reuocet in dubium iuxta ea,quæ recenſet Contar.*in d.l.vnica.in prima ratione decidendi,ſub num.14.& 16.in fine,& n.17.& in quarta ratione decidendi,n.6. C.ſi de mom.poſſ.*

Comprobatur ſecundo efficaciſſimè ex ſequentibus ſubextenſionibus.

2 Ratio, quare in iſto ſummarijſſimo poſſeſſorio non detur appellatio,eſt duplex.

Prima, quia damnum in eo illatum poteſt dupliciter reſarciri,videlicet, in poſſeſſorio ordinario, & in petitorio,*Contar.in d.l.vnica,lim.16.n.9.in fi.*

Secunda, quia ſententia in eo lata dicitur mera interlocutoria, *Cæſar. Barz.d.deciſ.71. numero 1.* & quod ſententia, lata in poſſeſſorio ſummario, pronunciatur quod talis pars ſit in quaſi poſſeſſione,& non debeat turbari, lite pendente,ſit interlocutoria,& non duret eius effectus niſi quouſque lis durabit ſuper proprietate,vel poſſeſſione,ſcribunt Paul.de Caſtr.*conſil.3.in cauſſa quæ n.1.in fine, lib.2.Ang.Ares.in l.2.ante ſententiam,numero 16.ff.de appellat.recip.vel non*, *Conar.pract.qq.capit.17.numero 1.in fine*, *verſ.primum fol.492.volum.2.& Beninten.deciſ.83. orta ſub num.7.& deciſ.79.mota lite numer.2.& 7.*& com-
* muniter * cæteri DD.& quod ſententia lata ſuper poſſeſſione dicatur interlocutoria,quando iudex abſque libello mandat, quod nulla fiat nouitas poſſeſſorij, ſcribit Franch.*in cap.60. cum ceſſante num.57. verſ.vigeſimo primo de appellat.*

Sed à ſententia interlocutoria non datur appellatio per ea,quæ ſcripſi infra *lim.47* Ergo,&c.

Quando ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſit diffinitiua, vide *infra memb.3. n.5.*

3 Subextende I. hanc extenſionem,vt habeat locum etiā quoad effectum deuolutiuum, & ſic ad vtrumque effectum, *Ioſ.Ludou.in Peruſ.deciſ.20. domina Martiana.num. 9.verſ.propterea parte 1.Caball. ad conſtitut. March.lib.6. c.2.in verbo ciuil.n.11. Menoch.tract. de retinen.poſs.rem. vlt.q.13.num.50.*quem refert, & ſequitur Alex.Sciat. *in pract.iudic.c.12.n.16.*

Hæc ſubextenſio non videtur carere ratione;nam,ſi in poſſeſſorio ordinario denegatur appellatio ſuſpenſiua, quia eius grauamen poteſt reparari in petitorio per ea, quæ dixi *membr. ſeq. numero 6.* in ſummario debet denegari deuolutiua, quia poteſt reparari in ordinario per ea quæ dixi *numero præcedenti*, & conuenit, vt inter poſſeſſorium ordinarium, & poſſeſſorium ſummarium remaneat aliqua differentia quoad facultatem appellandi.

4 Subextende II.vt à decreto, quo iudex prouidet, ne partes veniant ad arma, appellatio ſuſpenſiua prohibeatur etiam de iure canonico,*Beninten.deciſ.79.mota lite,n. 6.& apertius,n.7.Contar.in l.vnica, lim.3.num.48. & ſi de mom.poſs.Ioſ.Ludou.in Peruſ.deciſ.20. domina Martiana n. 21. verſ.de iure vero canonico parte 1.& Menoch. tract.de retinen.poſs.rem.vlt.q.17.n.49.* & quod etiam de iure canonico ſit prohibita appellatio in poſſeſſorio ſummario, & extraordinario, dummodo in eo iudicio fuerit pars citata,& adhibita cauſſæ cognitio refert,& ſequitur Lancell.*tract.de attent.par.2.c.12.de attent.& innou.appellat. penden.lim.25 princ.n.26.fol.372.*& certè,quando imminet ſuſpicio rixæ,ſi diceremus aliter, ius canonicum eſſet iniquum.

5 Subextende III. vt non ſolam pars non poſſit appellare, ſed neque iudex poſſit reuocare præceptum emanatum ſuper hoc ſummarijſſimo poſſeſſorio, niſi cauſſa plenè, & ordinatè cognita, & ſic, porrecto libello ſuper iſta reuocatione, *vt ſcribūt Spec.tit.de libel.cōcept.§.nunc dicendum caſ.12.ſub numero 14.lib.4.fol.24.Natt.conſ.121. in cauſa poſſeſſorij,ſub num.2.Menoch. tract.de adipiſc.poſſ. rem.6.n.20.& Achil.Perſon.tract.de adipiſc.poſſ.n.28.in fi. & num.35.tomo 3.parte 2.fol.246.*& quod eiuſmodi præceptum de non moleſtando non poſſit reuocari,refert & ſequitur Rugin.*tractat.de appel.§.2.c.3. nu.690.* & quod iudex non poſſit reuocare interlocutoriam, qua determinat poſſeſſorium ſummarijſſimum,teſtatur,& ſequitur eſſe veriorem opin. Menoch.*tract.de retin.poſſeſſ.rem.vlt. q.21.ſub num.56.verſ.cæterum,*& quod ſuccumbens in hoc poſſeſſorio ſummarijſſimo poſſit iuuari hoc remedio, vt offerat libellum, & petat reuocari ſequeſtrum ſeu præceptum,ſcribit Contar.*in l. vnica,limit.16.num.13.Cod.ſi de mom.poſs.*

Confirmatur hæc ſubextenſio, quia quando iudex iubet, alterum ex contendentibus eſſe in poſſeſſione, & alteri inhibet,ne ad poſſeſſionem accedat, eſt interlocutoria,quæ ſecum trahit executionem,ideoque iudex eam reuocare non poteſt,*Menoch.de tract.de retinen.poſs.rem. vlt.quæſt.21.ſub n.56.verſ.cæterum ego.* vbi ſupra & quod iudex non poſſit reuocare interlocutoriam, quæ ſecum executionem traxit,ſcribunt Alex.Iaſ. Card. Alex. & Tiraq.quos retuli,& ſequutus ſum, *infra limit.47.membr.1. numero 62.*

6 Amplia iſtam ſubextenſionem, vt ſententia reuocatoria lata ſine libello ſit nulla, *Spec.vbi ſupra, & Menoch.d. rem.6.n.20.*

7 Declara primo, reſtringendo hanc tertiam ſubextenſionem,vt ſit vera, quando iudex fecit præceptum, capta prius ſummaria informatione;ſecus ſi,ea non capta,præcepiſſet poſſeſſori ne accederet ad poſſeſſionē, quia iſto caſu vel poſſet tacitè reuocari iuxta practicam, quam tradit Achil. Perſon. *dict.tract.de adipiſc. poſs.numero 35. & 36.* vel eſt dicendum, quod vti de facto factum, de facto poteſt reuocari, *vt dicit idem, numero 37.* & quod libellus tunc ſit neceſſarius quādo ſequeſtrum fuit factum, ſeruatis ſeruandis, alias poſſit reuocari ſine libello, & ſine citatione,ſi ea in ſequeſtri conceſſione fuerit omiſſa, dummodo non fuerit omiſſa ex cauſſa vrgenti, ſcribit Contar.*in l.vnica, limit.16.numero 13.& ſeqq.C.ſi de momen.poſſ.*

Nec prædictis obſtat,quod *Rot.diuerſ.deciſ.641. quoad primum, num.9.parte 1.* & alijs pluribus deciſionibus quæ manuſcriptæ circumferuntur dixerit,quod iudex mandatum de manutenendo, quod conceſſit, poſſit indiſtinctè reuocare,quandocunque conſtet de poſſeſſione alterius, quia eſt interlocutoria, quæ quoad iudicem non tranſit in rem iudicatam.

Quia reſpondeo,Rotæ deciſionem eſſe intelligendam. præſuppoſitis terminis habilibus, qui ſunt hi, de quibus *ſupra nu.5.*& iſto *num.7.*alias poſſet repræhendi à ſapientibus.

Multo minus conſtat.ſi tu diceres,quod Rota;alijque iudices in Romana Curia reuocant mandata de manutenendo,etiam ſi ea conceſſerint,ſeruatis terminis ſubſtantialibus.

Quia reſpondeo, quod ego, ſaluis ſemper eorum honore & reuerentia, auderem dicere, quod faciunt contra ius, quia tunc non ſumus in poſſeſſorio ſummarijſſimo, ſed in ordinario, & conſequenter licet ſententia lata in poſſeſſoria ſummario,dicatur interlocutoria, *vt ſcripſi ſupra numero 2.*& dato quod iudex poſſit eam reuocare in termins in quibus locutus ſum *ſupra dict. numero 5. & hic num.7.*tamen illa ſententia,quæ fertur,ſeruatis terminis ſubſtantialibus, non eſt interlocutoria, ſed eſt diffinitiua, *per ea, quæ ſcribunt Paul.de Caſtr.conſil.3.in cauſa qua vertitur,ſub num.1.lib.2.& Beninten.deciſ.73.orta,ſub n.7.* & ex Bal. Franch. & Contar. retuli & ſequutus ſum

memb.

memb.ſeq.n.5. & iudex non poteſt reuocare ſententiam diffinitiuam, & in hoc vidi aliquos errare.

Declara ſecundo, ſubextenſionem eſſe veram, cum quis abſolutè petit reuocari, vt ſi dicat ſe abſolutè poſſeſſorē; ſecus ſi allegaret ſe poſſeſſorem, & poterat ſic declarari, & mandari aduerſario, ne eum turbet, donec diſcoſſum fuerit plenarium poſſeſſorium, vel iudicium petitorium, quia hoc caſu libellus non erit neceſſarius, *Zachar. in l. vlt. n.224. C. de adipiſ. poſſ.* quem refert, & ſequitur Menoch. *de adipiſc. poſſ. rem.6. ſub n.* 20. ego tamen non audeo firmare hanc declarationem.

8 Subextende IV. vt neque detur reſtitutio in integrum, *Menoch. & Contar. quos retuli & ſequutus ſum infra qu.19. rem.2.n.24. verſ. reſtringe eam.*

9 Retenta extenſione cum ſubextenſionibus poſitis *ſupra num.1.3. & ſeqq.* in quibus dixi non dari appellationem in poſſeſſorio ſummariſſimo, ſeu, vt vocant alij ſummario.

Declara, hoc poſſeſſorium ſummarium eſſe illud in quo proceditur, non ſeruatis ſubſtantialibus iudicij ordinarij, *vt dixi memb. præced. n.59.* quia celeriter eſt expediendum.

Hoc poſſeſſorium ſummarium habet locum in duplici ſpecie poſſeſſionis.

Prima ſpecies eſt adipiſcendæ, & iſta occurrunt tres caſus.

Primus caſus eſt, quando ſcriptus hæres petit ex remedio legis fin. *C. de edic. diu. adr. toll.* ſe mitti in poſſeſſionem vacantem, quo caſu, nullo ſeruato ordine iudicij ordinarij, debet mitti in poſſeſſionem, quia eſt iudicium executiuum, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c.62. n.8.*

Secundus caſus eſt, quando quis ex pacto, & contractu debet mitti in poſſeſſionem, *vt retuli, & ſequutus ſum infra n.39.*

10 Tertius caſus eſt, quando partes ita de adipiſcenda poſſeſſione contendunt, vt veriſimiliter dubitari poſſit, quod procedent ad arma, iniurias & offenſiones, quo caſu ſummario poſſeſſorio inter eas procedendum eſt, vt, loquendo de adipiſcenda poſſeſſione, ſcribunt Ioſ. Cumia *ſuper ritibus Sicil. c.38. num.* 113. vbi, ſi poſſeſſio eſt vacua, vt quia poſſeſſor ſit mortuus, & vtraque pars prætendat, ſe eſſe hæredem, & vult ingredi poſſeſſionem, & nemo vult offerre libellum, nec eſſe actor, ſed reus, & timor eſt, ne deueniant ad arma, tradit hanc praxim, vt iudex etiam ex mero ſuo officio motu proprio ſe informet, quis ſit ſcriptus hæres in vltimo teſtamento, non cancellato, nec abolito, & illum mittat in poſſeſſionem bonorum, quæ defunctus poſſidebat tempore mortis, etiam ſi diceretur bona non fuiſſe defuncti, hancque miſſionem in poſſeſſionem faciet cum clauſula (*ſaluo iure competitorum in agendo tam in poſſeſſorio plenario quam in petitorio*) & Ioſ. Ludou. *in Peruſ. deciſ. 20. domina Martiana, n.2. p.* 1. dicens ſummarium poſſeſſorium eſſe, cum, mortuo poſſeſſore, duo contendunt de adipiſcenda poſſeſſione, prætendens quilibet eorum ſe eſſe hæredem; quo caſu Paul. de Caſtr. *in l. fin. num.2. C. de edic. diu. ade. toll.* excogitauit, conſilium eſſe, quod quis præueniat occupando bona, ſed ſi ſimul concurrant, debet inquit, inhiberi vtrique, ne accedant ad poſſeſſionem, ad idem conſilium Par. de Put. *tractat. de ſynd. in verbo, iudex, vt non arguatur, ſub num.1. verſ. ſi autem contendunt, tom.7. fol.287.* dicens, quod ſi poſſeſſio eſt vacans, & vnus præuenit alium in poſſeſſione occupanda, ille qui præuenit, habetur loco poſſeſſoris, nec poteſt vim pari, nec per iudicem expelli, niſi conueniatur, *& Achil. Perſon tract. de adipiſc. poſs. num.22. verſ. quæ concluſio, tom.3. par.2. fol.246.* dicens, quod iudex debet obuiare ſcandalis, *Par. de Put. in dicto verbo iudex, vt non arguatur, n.1. tom.7. fol.287.* vbi, loquendo generaliter, ſcribit, quod ne iudex arguatur de negligentia in ſyndicatu, ſi eſt contentio inter plures armata manu de adipiſcenda poſſeſſione, cuilibet prohibere debet acceſſum ante cognitam rationem.

11 Secunda ſpecies eſt retinendæ poſſeſſionis, cum partes contendunt de ea retinenda, & in hac loquuntur Paul. de Caſtr. *conſil.3. in cauſſa quæ vertitur, ſub num.1. lib.2. Conſt. Rog. de remed. poſſeſſ num.15 tom.3. part.2. fol.246. Natt. conſil.121. in cauſſa poſſeſſorij, ſub num.2. lib.1. Capic. deciſ. 55. in cauſſa honorabilis, & plenius deciſ.13. in cauſſa illuſtriſ. & Ioſ. Cum. d. c.38. ſub n.111. fol.196.* dicens, quod ſi poſſeſſio non eſt vacua, iudex ex officio poteſt, & debet ſummariè ſine libello, & capitulis motu eius proprio ſe informare, quis de præſenti poſſideat, ad hoc, vt cognoſcatur quis reus, & quis actor eſſe debeat in cauſſa poſſeſſorij plenarij, & poſſidentem de præſenti tuebitur, & reum conſtituet in cauſſa poſſeſſorij ordinarij, & alteri mandabit, ne inferat violentiam, ſed dirigat ſe viâ ſua, videlicet, interdicto vti poſſidetis, & nouiſſe Cæſ. Barz. *in bonon. deciſ.47. in cauſſa vertente, n.1. & 2.* ſed latè, & ordinatè totã eius naturam explicauit Menoch. *tract. de retin. poſs. rem. vlt. n.1. & ſeqq. & n.7. verſ. habet ſe dicens,* quod hoc iudicium ad iudicium principale poſſeſſorium retinendæ ſe habet, vt illud iudicium principaliter retinendæ ad iudicium de proprietate, quod petitorium appellatur; & multa alia ſcitu neceſſaria ſcribit, quæ poteris videre. Quare, accedendo ad praxim, videmus paſſim, quod cum vnus ex contendentibus extraiudicialiter de poſſeſſione defert querelam contra alium de turbata poſſeſſione, iudex videns, extare periculum rixæ, quia neuter vult dare libellũ poſſeſſorium, prætendens quilibet eorum eſſe in poſſeſſione, ſtatim ſe ſummatim informat, & vbi ex informatione poteſt conſtare quis ſit poſſeſſor, conſtituit illum poſſeſſorem, præcipiendo aduerſario, ne illum turbet, ſed quod agat iudicialiter, dando libellum retinendæ, vel recuperandæ, prout ipſe aduerſarius voluerit. Quod ſi non conſtet qui ſit in poſſeſſione, procedit ad ſequeſtrum, vt declaraui *infra n.18. verſ. praxis.*

12 Similiter ſummarium poſſeſſorium in hac ſpecie retinendæ locum habet, quando aduerſarius turbat poſſeſſorem, lite pendente, quo caſu iudex debet illi aduerſario inhibere, ne moleſtet, *Couarr. pract. qq. cap.17. in princip.* debet inhibere, etiamſi nulla extet ſuſpicio rixæ, ſufficit enim turbatio aduerſarij, & poſſeſſio petentis inhibitionem.

13 Infero I. ex hac declaratione, exemplificando extenſionem poſitam *ſupra num.1.* quod a pronunciatione lata ad fauorem hæredis ſcripti ſuper adipiſcenda poſſeſſione vacante ex remedio, *legis fin. C. de edic. diu. adr. toll.* non datur appellatio, quia agitur poſſeſſorio ſummario ſine ordine iudicij; immo non datur appellatio etiam ſi ageretur ſeruato ordine iudicij, quia eſt poſſeſſio momentanea, *vt retuli, & ſecutus ſum infra memb.4. n.6.*

14 Infero II. exemplificando, quod à ſequeſtro poſſeſſionis, facto à iudice, ne partes veniant ad arma, non poteſt appellari. Primo, quia ſequeſtrum eſt poſſeſſorium ſummariſſimum, & modici præiudicij, *Contar. in l. vnica, ſimitat.16. num.3. in fine, & n.5. C. ſi de mom. poſſ.* & in poſſeſſorio ſummariſſimo non datur appellatio, teſtibus ijs, quos citaui, & ſecutus ſum *ſupra n.1.* Secundo, quia quando decernitur poſſeſſio per modum prouiſionis, ne partes veniant ad arma, non datur appellatio, *Bal. in l. vnica, ſub num.3. in fine, ibi, tu dic quod ratio, & Salyc. ſub n.3. verſus finem, ibi, dicit ergo, C. ſi de mom. poſs. Alex. Stiat. in practic. iudic. c.12. ſub num.3 Caroc. tract. de ſequeſt. par.4. q.8. verſ. contrarium,* ad quem ſe remittit Rugin. *tract. de appell. §.2 cap.3. in verbo, ſequeſtrum, n.877.* Tertio, quia non datur appellatio, quando grauamen, quod infertur in poſſeſſorio poteſt reparari in poſſeſſorio ordinario, ſeu petitorio, *iuxta ea quæ ſcripſi... his*, & alijs cumulatis rationibus

ſic fir-

Digitized by Google

ſic firmauit Contar. *in l. vnica, limit. 16. n. 2. & ſeqq. C. ſi de mom. poſſ.*

15 Contra hanc illationem tenet Ang. *conſ. 107 dicta conſtitutuo n. 3. Duar. reg. 43. limit. 2. Maran. in ſuo Spec. parte 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur n. 207. lim. 2. fol. 506. Menoch tract. de adipiſc. poſſeſſ. remed 6. nu. 20. in fin.* & videtur ſentire etiam Bal. quem citaui. *infra lim. 47. memb. 1. n. 216. verſ. ſublimita ſexto.*

Confirmatur primo hæc opinio, quia, ſi à ſententia ſequeſtri non daretur appellatio, ſequeſtrum poſſe citra vitium attentatorum decerni, etiam pendēte appellatione, quia actus, à quo nō datur appellatio, poteſt fieri etiā appellatione pendente, vnde abſolutio à ſententia excommunicationis poteſt dari etiam pendente appellatione à ſententia excommunicationis, eo quid ab abſolutione non datur appellatio, vide *infra lim. 22. nu. 23. verſ. ſubextende primo.*

16 Sed hoc; quod ſequeſtrum poſſit citra attentatorum vitium decerni, etiam appellatione pendente, eſt falſum; quia ſequeſtrum in cauſſa prophana, decretum à iudice a quo, pendente appellatione, reuocatur per viam attentati, etiamſi fuerit decretum per modum prouiſionis in poſſeſſorio ſummariſſimo ad euitandum ſcandalum, & timorem armorum, *Lancell. tract. de atten. parte 2. cap. 12. de atten. & innou. appell. pend. ampl. 7. n. 1. & 2. tom. 5. fol. 353.*

Ergo falſum eſt etiam, quod à ſequeſtro non detur appellatio.

17 Corroboratur hæc prima confirmatio ex caſu magis dubitabili, quia licet condemnatus in iudicio poſſeſſorio ad reſtituendam poſſeſſionem naturalem non poſſit appellare, quia eſt iudicium poſſeſſorium, ſi tamen appellauerit, dixitque de nullitate ſententiæ, & iudex appellationis, pendente lite, & appellatione, propter timorem armorum ſequeſtrauerit poſſeſſionem, & iſte condemnatus petat in primis reuocari ſequeſtrum vti attētatum & iudex non reuocet, ſed det ei terminum ad docendum nullitate ſententiæ, iſte poteſt appellare à non reuocatione ſequeſtri ſecundum motiua, adducta per Afflict. *deciſ. 98. pulchrum, numero 1. & 2.* & ſic ſaltem poteſt appellare à non reuocatione ſequeſtri facti lite pendente, quia peruertitur ordo per ea, quæ ſcribit Affl. *d. deciſ. 98. numero 3.* & quod peruertitur ordo, poteſt appellari etiam in poſſeſſorijs, in quibus eſt prohibita appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum infra memb. 7. numer. 213. verſ. reſtringe duodecimo.* Item iudex, non reuocando ante omnia attentata, facit iniuſtitiam, *Afflict. ibid. num. 5.* ego addo, quod facit iniuſtitiam notoriam, & à notoria iniuſtitia poteſt appellari etiam in poſſeſſorijs, *vt retuli, & ſequutus ſum infra d. memb. 7. numer. 79. verſ. reſtringe ſexto.*

Verum tamen eſt, quod in caſu huius corroborationis, in quo loquitur Afflict. non fuit reuocatum ſequeſtrum, neque fuit proceſſum in cauſſa appellationis, ſed fuit prouiſum, quod ille, qui petebat diſſequeſtrari allegaret intra ſex dies cauſſas, quare ſententia lata contra eum non deberet mandari executioni, & allegare nullitates, & hoc maxime, quia remedium attentatorum ad inſtantiam partis non habet locum, quando notoriè conſtat de non iure petentis reuocationem attentatorum, *Afflict. d. deciſ. 98. in fin. n. 6.*

Confirmatur ſecundo, quia præceptum iudicis, quo mandat, rem aliquam ſequeſtrari, eſt interlocutoria mera *per ea, quæ retuli, ſupra nu. 2.* Sed ab interlocutoria in iudicis poſſeſſorijs datur appellatio, *vt retuli infra memb 7. n. 28. verſ. reſtringe tertio.*

18 Retenta illatione, quæ eſt vera, nota praxim procedendi ad ſequeſtrandum.

Praxis eſt, vt cum duo, vel plures contendant de poſſeſſione, & non conſtat quis eorum ſit in poſſeſſione, & eſt timor, ne veniant ad arma, tunc iudex procedat ad ſequeſtrum. *Guid. Pap. deciſ. 578. ſi agatur,* dicens, prædictis tribus concurrentibus, poſſe decerni ſequeſtrum, *Benint. deciſ. 73. orta n. 1. & ſeqq.* Seu praxis eſt, vt iudex aſſumat ſummarias informationes, & ſi ex ijs aſſumptis, & adhibita omni diligentia, non poſſet ſibi conſtare, quis ſit potior in poſſeſſione, tunc iudex, facto ſequeſtro, poſſeſſionem ad ſe auocabit; quod idem faciet, cum ambo æque de poſſeſſione probarent, donec fuerit ordinariè cognitum de poſſeſſione, vel ſuper proprietate, *Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 6 ſub n. 32. ibi, ſi vero omni.* & quod, cum iudex non poteſt cognoſcere, quis duorum litigantium ſit in poſſeſſione, & periculum imminet, ne veniant ad arma, auocet ad ſe poſſeſſionem vna cum fructibus, & vtriq; parti præcipiat ſub certa pœna, ne accedant ad poſſeſſionem, donec ordinariè ſuper poſſeſſorio, vel petitorio de iuribus cognitum ſit ſcribunt Achil. Perſon. *tract. de adipiſc. poſſ. n. 56. verſ. ſi vero, f. 247.* & Mand. *tract. de inhib. q. 118. ſub n. 4. fol. 113.* & quod, hæredibus contendentibus de adipiſcenda poſſeſſione, & imminente ſcandali & rixæ timore, ac ſuſpicione, iudex debeat etiam non requiſitus ſe intromittere, & illis contendentibus iubere, vt arma deponant, & ad poſſeſſionem adipiſcendam non accedant, & interim poſſit apud ſe fructus ex prædijs percipiendos ſequeſtrare, ſcribit Menoch. *dict. remed. 6. numero 12. in fine, & numero 13.* & quod ſi his nondum eſt cœpta inter contendentes de poſſeſſione, & iudex videt, ſeu quomodolibet veriſimiliter intelligit aliquid, propter quod dubitat, ne partes veniant ad arma, tunc debeat ſtatim ad ſe auocari poſſeſſionem, de qua contendunt, & partibus inhibere, ne ad illam accedant, donec aliud per ipſum fuerit ordinatum, & ſemper in his decretis, præceptis, & inhibitionibus debeat adijcere, & per notarium ſcribi facere in actis, ſe talia facere citra præiudicium iurium partium, quia ſic animus iudicis declaratur, quod non vult priuare aliquem ſua poſſeſſione, nec alicui præiudicare, & ſemper debeat mandare, vt infra certum breue tempus eis aſſignandum debeant hinc inde dare ipſi iudici ſummarias informationes ſuper poſſeſſione facti, ſcribit Alex. Stiat. *in pract. iudic. capitul. 12. numero 1. in fine, numero 2. & ſeqq.* & quod in decreto ſuper ſequeſtro ponatur clauſula (*citra præiudicium poſſeſſionis, & proprietatis*) refert & ſequitur Contar. *in l. vnica, lim. 16. nu. 4. C. ſi de mom. poſſ.* eadem praxis, ſequeſtrandi, & prohibendi vtriq; parti, ne accedant ad poſſeſſionem, donec probetur de proprietate ſeruabitur, cum vtraq; pars pariter probat, *Par. de Put. tract. de ſynd. in verbo, iudex, vt non arguatur, ſub n. 1. verſ. ſi autem contendunt, tomo 7. fol. 287.*

19 Nota primo, declarando totam praxim, quod ad hoc, vt iudex poſſit procedere ad ſequeſtrum, debet ſibi prius conſtare de ſuſpicione rixæ inter partes, *vt referunt & ſequuntur Beninten. deciſ. 73. orta num. 3. & 4. Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 6. nu. 14. Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. n. 23. verſ. & iudex, to. 3. par. 2. fol. 246. & Alex. Stiat. d. c. ſub n. 9. alias,* ceſſante ſuſpicione rixæ, debet etiam ceſſare officium iudicis, qui non debet de facto ſe intromittere, *Beninten. d. dec. 73. n. 9.*

Ratio eſt, ne quis fingeret rixam mouere, vt eius aduerſarius priuaretur commoditate poſſeſſionis, & fructuum, *Benint. d. deciſ. 73. n. 4.*

Et in tantum debet conſtare de rixa, vt iudici aſſerenti adeſſe periculum rixæ, ſeu armorum nō credatur, *Benint. d deciſ. 73. n. 3. in fi. Menoch. d. rem. 6. n. 15. & ſeqq.* in quibus ſoluit motiua. *Achil. Perſon. vbi ſupra, & Alex. Stiat. eod. c. 12. numer. 3.* & quod iſte timor armorum non habeatur indiſtinctè in qualibet perſona, ſed qualitas perſonæ ſit per iudicem attendenda, refert & ſequitur Par. de Put.

tract.

Digitized by Google

tract.de ſynd.in verbo,iudex,vt non arguatur,n.1.tom.7.ſol. 287.& debet etiam conſtare, quod inter partes ſit contentio ſuper poſſeſſione, *Alex.Stiat.eod.c.12.n.11.*

20 Nota ſecundo, quod requiritur etiam, vt iudici non conſtet,quis contendentium poſſideat, alias, ſi conſtaret quis eorum eſſet in poſſeſſione, deberet illum manutenere, *Paul.de Caſtr.conſil.3. in cauſſa quæ vertitur,ſub num.1. lib.2.Natt.conſ.121. in cauſſa poſſeſſorij, n.1.in fin.& n.2. lib.1.Alex.Stiat.in pract.iudic.c.12.n.1.* & dixi *lib. præced. cap.3.ſub n.275.verſ.declara,& c.7.ſub n.130.verſ.at quis,* & ideo non poſſet deuenire ad ſequeſtrum, *Benint.d.deciſ. 73.orta,n.6.Achil.Perſon.tract.de adipiſc.poſſ.n.29. verſ.et non,to.3.par.2.ſol.247.Mandoſ.tract.de inhib.q.118.n.1.& ſeqq.ſ.112.*Quare iudex ſtante timore rixæ debet incontinenti capere informationem,quis ſit in poſſeſſione, & illum debet manutenere, inhibendo ei, qui non eſt in poſſeſſione ne poſſeſſori moleſtiam inferat,pendente lite, *vt ex Paul.de Caſtr.refert & ſequitur Benint.d.deciſ.73.ſub n. 7.&* 8. ſeu debet in libere alteri, ne accedat ante cognitã quæſtionem; *Par.de Put.tract.de ſynd.in verbo, iudex, vt non arguatur,ſub n.1.verſ.ſi autem contendunt, tom.7.ſol.* 287.& debet illũ manutenere,quamuis poſſeſſio eſſet aſinaria, *Achil.Perſon.de adipiſc.poſſ. n.38. ſol.247.* & deueniendo ad ſequeſtrum, perucrteret ordinem, à qua peruerſione datur appellatio, *vt retuli,& ſequutus ſum infra, n.34.verſ.exemplifica iſtam.*

21 Extende primo hoc notabile, vt procedat etiam ſi immineret ſuſpicio,ne partes venirent ad arma, quia nec ad tollenda ſcandala poteſt,lite pendente,fieri ſequeſtrum, *Benint.d.deciſ.73.orta,ſub n.4.in fin.& n.5.& Lancell.trac. de attent.par.1.c.4.de attent.lit.pend.ampl.2.princ.ſub n.1. & ſeqq. ſol.319.* & quod ob periculum armorum à iuris tramitibus recedendum non ſit;& ideò iudex debeat manutenere poſſeſſorem in poſſeſſione, ſcribit Achil.Perſ. *vbi ſupra.*

Contra hanc extenſionam tenet Beto.*conſ.116.pendente appellatione,lib.3* ſibi parum conſtans,vt *notat.Lancell. d.tract.de attent.p.2.c.12.de attent.& innou. appell. pend. lim.12.princ.n.22.verſ.quartus caſus,ſol.368.*

Pro concordia diſtingue, vt extẽſio procedat ſi agatur de ſequeſtratione facienda ad inſtantiam partis, quia ad eius inſtantiam non poteſt opinio contra extenſionem procedat, ſi ex officio iudicis decernatur ſequeſtrum, *Lancell.d.lim.12.princ.n.22.in fin.& n.23.*

22 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi ſequeſtrum fieret contra poſſeſſorem condemnatum in iudicio poſſeſſorio ad reſtituendam poſſeſſionem naturalem,quia licet is condemnatus non poſſit appellare, nihilominus ſi appellauerit,dixeritque de nullitate, & iudex appellationis, pendente appellatione, ſequeſtrauerit poſſeſſionem propter timorem armorum, tale ſequeſtrum debet in primis reuocari,vt latius hunc caſum retuli *ſupra n.17.*vbi videas, quia fuit prouiſum contrarium.

23 Declara hoc ſecundum notabile,vt cum conſtat,vnum poſſidere ciuiliter,& alterum naturaliter, mandatum de manutenendo in hoc poſſeſſorio ſummariſſimo concedi debeat poſſidenti naturaliter, & non poſſidenti ciuiliter, *Couar.pract.qq.c.17.ſub n.5.verſ.ego vero,Menoch.tract.de retin.poſſ.rem.vlt.n.17.& Caſ.Barz. bononien. deciſ.47. in cauſſa vertente, n.3.* Secus ſi agatur poſſeſſorio ordinario retinendæ interdicto vti poſſidetis, quia retinens ciuilem poſſeſſionem poſſet obtinere, *vt retuli & ſequutus ſum lib.præced.c.7.n.115.& 116.*

24 Nota tertio, quod cum iudex reperit poſſeſſorem in iſto poſſeſſorio ſummario,& eum vult manutenere, debet interloquendo dicere *(ſaluò tamen iure alteri parti in plenario & antiquiori poſſeſſorio, & petitorio) Ioſ.Cumia ſuper ritibus Sicil.quem citaui,& ſequutus ſum ſupra ſub n.9. Ioſ.Lud.Peruſ.deciſ.in.domina Martiana,num.4. par.1.& Ruginell.tract.de appell.§.2. c.3. num.648.*

25 Nota quartu,quod is,qui manutenerit in poſſeſſione poteſt petere ab aduerſario fideiuſſionem de non moleſtando alterius,& iudex debet cogere ad præſtandam petitam fideiuſſionem,*iuxta ea,quæ adducit Contar. in l.1. in notabilibus, n.15.C.ſi de mom. poſſ.*

26 Sub nota ex præcedenti ſecundo notabili cautelam pro eo,qui timet,præueniri in apprehendenda poſſeſſione,vt ſuſcipiat arma ad adipiſcendam poſſeſſionem, eaq; ita ſuſcipiat,vt veriſimiliter dubitari poſſit de futura rixa, & certo modo procuret,id ad iudicis notitiam deueoire, quia tunc iudex ſtatim, conſtito ſibi de ſcandali, ſeu rixæ ſuſpicione per informationes, quas ex ſuo officio nobili tenetur aſſumere parte citata,vel non, habito reſpectu ad timorem imminentis ſcandali, *vt dixi infra n.28. & 29.* debet præcipere partibus, ne accedant ad poſſeſſionem accipiendam ſub certa pœna, & poſſeſſionem ad ſe auocabit,fructuſque ſequeſtrabit & ſic ſubuenietur ei, vt remaneat in pari gradu cum ſuo aduerſario, *Beninten.d.deciſ.37.orta,num.15.Menoch.tract.de adipiſc. poſſ. remed.6. ſub n.19.ibi,hinc cautelam,& Achil.Perſon.tract.de adipiſ. poſſeſſ.num.27. & verſ.& ille,tom.3.p.2.ſol.246.* ſecus eſt, quando nulla extat futuri ſcandali ſuſpicio, quia tunc iudex non requiſitus non debet ſe intromittere, ſi quidem eorum vnus poſſet alterum præuenire, atque ita poſſeſſionem adipiſci & ideò in poſſeſſionem manutenendi foret, *Menoch.tract.de adipiſc.poſſ. remed.6. num.12. & ſub num.14.*

27 Nota quinto èx hac praxi, quod licet iudex regulariter non poſſit procedere ex officio in cauſſis ciuilibus,teſtibus ijs,quos citaui,& ſecutus ſum *ſupra lib.1. cap. 68. n. 2.* tamen ſecus eſt quando partes contendunt de poſſeſſione, & ſubeſt timor ſcandali, quia tunc iudex poteſt, & debet procedere ex officio,quamuis agatur de intereſſe ciuili inter partes, quia eius officium eſt occurrere, & prouidere,inhibendo,&c. *vt ſcribit Paul.de Caſtr.conſ.3.in cauſſa quæ vertitur,ſub num.1.lib.2.*& quod eiuſmodi cauſſa ſit expedienda iudicis officio,patet ex congeſtis à Menoch.*tract.de retinen.poſſ.rem.vlt.in princ.& n.4.& ſeqq. & tract.de recup.poſſeſs.in præludijs, num.24.& 25. verſ. poſſeſſorium,& præſertim num.31.in fin.& rem.15.& num. 413.& Ioſ.Cum.ſuper rit.Cicil.c.38.ſub n.111. & 113.* quę retuli & ſequutus ſum *ſupra num. 9.* & quod debeat motu proprio, & ex ſuo officio, ab aliqua partium non implorato,procedere,ſcribit idem Cumia, *eod.c.38.num.137. verſ.hæc quidem,* & quod poſſit etiam ad partis petitionem ex ſuo officio, à parte implorato procedere, ſcribit *eod.c.38.n.152.verſ.poteſt etiam,*& quod eius officium ſit occurrere,ne rixæ exoriantur,ex quibus aliquando cædes oriri conſueuerunt,ſcribunt Achil.Perſon. *tract.de adipiſ. poſſ.n.22.verſ.quæ concluſio,tom.3.p.2.ſol.246.Alex Stiat. d.cap.12.num.2.*& faciunt, quæ ſcripſi *ſupra lib.1. cap.58. ſub num.2.*& dixi etiam *eod.libr.1.c.68.ſub num. 6. verſ.5.* & quod, hæredibus contendentibus de adipiſcenda poſſeſſione,& immittente timore ſcandali,& rixæ,debeat iudex etiam non requiſitus ſe intromittere,iiſque iubere,vt arma deponant,& adipiſcendam poſſeſſionem non accedant,ſcribit Menoch.*tract.de adipiſc.poſſ.rem.6.ſub n.12.in fine,* imò quod, etiam vtraque parte contradicente, debeat ex officio ſequeſtrare, & deinde ſecundum probationis exitum procedere, ſcribit Benint. *d.deciſ.73.orta, ſub num.2.*

28 Declara primo eandem ſecundam illationem poſitam *ſupra n.14.*vt licet non detur appellatio, tamen poteſt dici de nullitate ſequeſtri, *Aug.conſ.107.dicta conſtitutio,n.1.* quia & ſi hoc ſequeſtrum non habeat ſolum poſſeſſorium ſummariſſimum, tamen non debet fieri ſine cauſæ cognitione,& ſine citatione partis, ad videndum aſſumi informationes, iurareque teſtes ſuper veriſimili timore

ſcandali, *Ang.d.conſil.107.num.1.& 3.in fin. Alex conſ.6. ponderatu,n.9.lib.4. Alex.Stiat.d.c.12.num.5. Achil.Perſon.tract.de adipiſc.poſſ.nu.23.verſ.& iudex.to.3.par.2.fol.*246. debet enim, parte citata, diſcuti, ao adſit metus armorum, *Ang.d.conſil.107.in fine, Benint.d.deciſ.73. orta, nu.3.& Contar.in l.vnica,lim.16.num.10.C.ſi de mom.poſſ.* & quod ſine controuerſia poſſit dici de nullitate, refert & ſequitur Menoch. *tract.de adipiſc.poſſ.rem.6. numer.20.in vltimis verbis,* & quod ſequeſtrum conceſſum ex abrupto non ſeruatis his, de quibus *ſupra n.19.& ſeqq.* debeat de facto reuocari, refert & ſequitur Benint. *d.deciſ.73.n.4.* & quod in iudicio etiam ſummariſſimo, vti poſſidentis, requiratur citatio ad videndum examinari teſtes, ſi hoc iudicium inchoatum ſit cum citatione, ſcribit Virgin.de Boccar. *tract.de interd.vti poſſ.cap.14.probation.n.44.verſ. & Menoch.tom.3.par.2.fol.309.*

Confirmatur hæc declaratio, quia in iudicijs poſſeſſorijs in quibus negatur appellatio datur facultas dicendi de nullitate iuxta ea, quæ declaraui *infra q.19.rem.1, concl.2.num.3.*

29 Cõtra hanc declarationem in eo, quod dicimus requiri citationem, ſentiunt plerique, quos citat Achil.Perſon, *tract.de apidiſc.poſſeſſ. num.24. verſ.imò, tom.3.part.2.fol.*246.Rol.à Val.Maſcard.& Neuiz. quos citaui *lib. præced. cap.8.num.393.* dum ſcribunt, in poſſeſſorio ſummariſſimo poſſe examinari teſtes, parte noo citata.

Retenta declaratione.

30 Subdeclara primo eam, vt procedat in ſequeſtro, decreto ſine imminenti periculo, quia tunc debet decerni præmiſſa citatione, vt dixi in declaratione, ſecus eſt, quãdo periculum eſſet in mora, quia tunc citatio non eſt neceſſaria, *Benint.deciſ.73.orta,n.14 ibi, nam ibi eſt dubitatio. Ioſ.Ludou. Peruſ.deciſ.20.domina Martiana,ſub nu.2. Menoch.tract.de adipiſc.poſſ.rem.6.num.19. Achil.Perſon.tractat.de adipiſc.poſſ.ſub num.24. verſ.quod ego,tomo 3. parte 3.fol.246.& num.38.verſ.& ſi duo,fol.247.* vbi, diſtinguẽdo an ceſſet periculum rixæ, vel oon ceſſet, concordat opiniones, Alex.Stiat. *d.c.12.ſub n.5.* & quod non ſit neceſſaria citatio, quando imminet ſuſpicio fugæ, refert & ſequitur Alex. *d.conſ.6.n.10.lib.4.* nam vbi periculum eſt io mora, poteſt & debet iudex monere, præcipere, & inhibere ſine cauſſæ cognitione, quia tunc non obligamur regulis iuris, per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1.cap.58.ſub numero 2 & ſupra quæſt.13.numero* 110. & conſequenter non poteſt impugnari ex defectu citationis, aut alterius ordinis, ſed ſolum poſſet impugnari, quod fuerit decretum, nulla præcedente veriſimili ſuſpicione rixæ, quo caſu ſequeſtrum eſſet nullum, *per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum, n.19.*

31 Exemplifica hanc ſubdeclarationem, vt periculum dicatur non adeſſe, quando fœmina, puer vel alius non armigerus præparat adipiſci poſſeſſionem, qnia tunc non facile oriri poſſet ſcandalum, & ceſſat timor armorum, & propterea iſto caſu iudex non debet procedere ad capiẽdas informationes, ſeu ſequeſtrandum, niſi partibus prius citatis, *per ca, quæ ſcribit Pariſ.conſ.41.optimum,ſub nu.31. & ſeqq.lib.1. quem ſequitur Achil. Perſon.tract.de adipiſc. poſſ.num.16.verſ.& periculum fol.246.* & attendendam eſſe qualitatem perſonæ in iſto propoſito retuli & ſequutus ſum ex Par.de Put. *ſupra not.1.ſub n.19.*

Subdeclara ſecundo, vt poſſit dici de nullitate principaliter tantum, & non adhærenter appellationi, *teſtibus Paul.de Eleaz.Bal.Salyc.& Addition.ad eum, Contar.* & alijs, quos, loquendo in poſſeſſorio, retuli, & ſequutus ſum *infra q.19 rem.1.concluſ....n...*

32 Subdeclara tertio, vt quamuis eſſemus in caſu, in quo poſſet dici de nullitate ſequeſtri, tamen nullitatis dictio noo ſuſpendit executionem ſequeſtri, niſi ſit notoria, & euidens, *iuxta ea, quæ ſcripſi infra quæſt.19. remed.1.concluſ.4.n.1.& 25.concl.5.n.1.& 23.*

An hæc nullitas ſit propouenda coram eodem iudice, vel coram ſuperiore, vide quæ ſcripſi *d.quæſt.19.rem.1. concluſ.6.n....*

Nunquid à ſententia ſequeſtri, quæ ſit nulla poſſit ex hac cauſa, quia eſt nulla, & ideò vti à notoriè iniuſta appellari, vide quæ loquendo generaliter in ſententia poſſeſſorij, ſcripſi *infra lim.19.n..,*

33 Declara ſecundo, reſtringendo eandem ſecundam illationem vt poſſit appellari, quando ſubuerteretur ordo petitorij, & poſſeſſorij, *Contar.in l.vnica,limit.16.n.11.& 12.& lim.18.ſub n.21.& 22.C.ſi de mom.poſſ.* & qui à peruerſione ordinis poſſit appellari, ſcripſi *infra memb.7.nu.113.& ſeqq.*

34 Exemplifica iſtam declarationem quando Titius probat, ſe poſſidere, & eius aduerſarius nihil vel minus ſufficienter probat, & iudex nihilominus, neglecta probatione Titij, procedit ad ſequeſtrandam poſſeſſionem; etenim cum iudex deberet ipſum probantem tueri in poſſeſſione, & remittere aduerſarium ad petitorium, & ipſe faciat oppoſitum, peruertit ordinem cauſæ ad cauſam, & peruertendo grauat, à quo grauamine datur appellatio, *Contar.d.lim. 16.ſub num.11.& 12.* quia eſt grauamen notorium, & à notorio grauamine, ſeu notoria iniuſtitia datur appellatio etiam in poſſeſſorio, *vt ſcripſi infra mem. 7. numero* 15. & quod iudex tuue poſſit deuenire ad ſequeſtrum, & nou alias quando ei non conſtat quis ſit in poſſeſſiooe, dixi *ſupra numero* 20. *verſic. nota ſecundo,*

35 Declara tertio, vt condemnatus, omiſſa via dicendi de nullitate, & appellandi, volens reuocari ſequeſtrum debeat offerre libellum coram eodem iudice, & petere reuocari ſequeſtrum ſeu præceptum, per quod ei interdicitur, ne accedat ad poſſeſſionem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n.5.& ſeqq.vbi videas.*

36 Infero III. exemplificando, quod à ſententia defractando lata contra ſcholarem, qui turbat ſocium, puta latè legendo, ne poſſit ſtudere, ſeu contra fabrum malleantem prope Doctores, qni ideò non poſſunt legere, ſeu propè Sacerdotes, qui non poſſunt propterea orare, ad neutrũ effectum poteſt appellari, *Contar.in l.vnica,q.20.numer.2, verſ.contrarium & n.3.C.ſi de mom.poſſ.* & quod in prædicto caſu ſcholaris turbantis ſocium, ne poſſit ſtudere, non detur appellatio, quia ſtudium dilationem non patitur, ſcribit Bal. *in cad.l.vnica,n.11.verſ.quid ſi vnus.* vide omnino quæ ſcripſi *lib.præc.c.5.n.53.& ſeqq.*

Extende hanc illationem, vt Bibliopola, aut alius condẽnatus ad relaxandum poſſeſſionem librorum alicui aduocato, aut procuratori, ſeu lectori non poſſit appellare, imò etiam ſi eſſet condemnatus ad tradendos libros non poterit appellare ſuſpenſiuè, ſed deuolutiuè tantum, quia ſtudium non patitur dilationem; nam ſicut in alimentis, quibus aluntur corpora, denegatur appellatio ſuſpenſiua *vt dixi limit.ſeq.* ita etiam in alimentis, quibus aluntur ingenia.

37 Infero IV. ad quæſtionem, quæ ſæpè occurrit in facto inter vxores duorum nobilium, quarum vna taoquam nobilior vult prima ſedere in eccleſia, & offerre, & alia ſe præferri contendit, & nobilior implorat officium iudicis, vt minus nobili inhibeat, ne prima ſedeat, vel ne prima offerat, *prout ſcribit Io. Fab.in §.aliam vero.Inſt.de bonor.poſſ.*

† Et quod poſſeſſorium detur pro ſede, aut ſcamno in eccleſia conſtructo. not. *Franc.marc.dec.275.*

Et iudex præuia aliquali informatione inhibet; quo caſu ea, cui inhibitum eſt, non eſt appellare, *Ruginel. tract. de appell.§.2.cap.3.num.698.verſ.vigeſimus ſeptimus, & num.699.*

38 Exteode hanc illationem, vt maximè procedat quando

do Epiſcopus determinat præcedentiæ controuerſias, quæ præſepe cum ſcandalo oriuntur inter religioſos tam ſeculares, quam regulares; cum in proceſſionibus publicis, tum in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in ſimilibus, quia ab Epiſcopi determinatione non datur appellatio, vide in Concil. Trident. *c. 13. controuerſias, fol. 25.*

39 Infero V. quod ſi creditor mittitur in poſſeſſionem pignoris vigore pacti de ingrediendo eam propria auctoritate, debitor non poteſt appellare, teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum *infra memb. 9. num. 80. verſ. declara ſecundo.*

40 Reſtringe I. nunc eaſdem ſubextenſiones, & illationes, vt non procedant de iure canonico quoad effectum deuolutiuum, quia de iure canonico ad effectum deuolutiuum poteſt appellari etiam in poſſeſſorio ſecundum eos, quos citaui *infra memb. 4. n. 35. verſic. contrarium.*

Non tamen deſunt, qui tenuerit contrarium, videlicet, neque ad effectum deuolutiuum poſſe appellari, vide quæ ſcripſi *d. memb. 4. n. 32.*

Reſtringe II. non procedant in regno Franciæ, quia ibi poteſt appellari etiam à recedentiæ ſententia, lata ſuper poſſeſſorio, ſed non obſtante appellatione, ſententia mandabitur executioni, *Rebuff. tract. de appell. art. 7. gloſ. 2. num. 17. tom. 3. fol. 503.* & recredentia in Francia eſt poſſeſſorium ſummariſſimum, *vt dixi memb. præcedenti ſub num. 56.*

Reliquas reſtrictiones, diuerſis contingentibus caſibus opportunas, colliges ex dictis *infra memb. 7.* vbi per reſtrictiones cumulaui caſus, in quibus datur appellatio à ſententia, lata ſuper poſſeſſione momentanea.

Vnum poſtremo admoneo, quod ſi euenerit caſus, in quo dubitetur, nunquid ſit intentatum poſſeſſorium ordinarium retinendæ, vel ſummarium, & extraordinarium, poteris tu in illo dubio videre ea, quę ſcripſit Paſet. *conſil. 142. in cauſa illorum.*

SEXTÆ LIMIT. MEMB. III.

SVMMARIA.

A SENTENTIA lata in poſſeſſorio ordinario non datur appellatio, & hæc eſt extenſio, n. 1. 3. & ſeqq. in quibus agitur de nomine momentaneæ poſſeſſionis, & de ratione huius extenſionis.

Subextenditur I. hæc extenſio, vt in Prouincia Marchiæ procedit ex conſtitutione, quam vocant ægidianum, n. 8.

Subextenditur II. vt procedat in toto ſtatu eccleſiaſtico, n. 9. — Secus extra ſtatum eccleſiaſticum, n. 10.

Ampliatur primo hæc ſubextenſio vt Curia Romana procedat etiam ſi litigantes in ea non eſſet immediatè ſubiecti Eccleſiæ Romanæ, n. 11. — Ampliatur ſecundo, vt procedat in quolibet poſſeſſorio, num. 12. — Reſtringuntur primo eædem prima, & ſecunda ſubextenſiones, vt non habeant locum in cauſis beneficialibus, & eccleſiaſticis, n. 14. — Reſtringuntur ſecundo, vt non haboant locum inter perſonas eccleſiaſticas, n. 15. — Impugnantur iſtæ reſtrictiones n. 16. & ſeqq. — Reſtringuntur tertio, vt non habeant locum, vbi adſunt ſtatuta particularia, n. 19.

Subextenditur III. vt ſit vera quoad effectum ſuſpenſiuum, num. 20. — Ampliatur, & declaratur hæc ſubextenſio, n. 21. Infertur, quod executio facta appellatione pendente, non dicitur attentata, n. 22. — Extenditur primo hæc illatio, vt multo magis procedat in executione facta pendente termino ad appellandum, n. 23. — Extenditur ſecundo, vt procedat etiam ſi executio fiat poſtquam inhibuit iudex, cui cauſa fuerit commiſſa cum clauſula (ſine præiudicio legitimæ executionis, quatenus ægidianæ locus ſit) n. 24. — Reſtringitur hæc ſecunda extenſio, vt non habeat locum ſi inhibuerit iudex ordinarius appellationis, n. 25. — Limitatur hæc tertia ſubextenſio, vt non procedat in caſibus, in quibus ius ciuile admittit appellationem, quia in illis retardatur executio, n. 26 — Ampliatur hæc limitatio, vt idem ſit, attenta conſtitutione ægidiana, n. 27.

Sextenditur IV. vt procedat tam in poſſeſſione rerum corporalium, quam in quaſi poſſeſſione incorporalium, n. 28. — Exemplificatur hæc ſubextenſio, n. 29. & 30.

Subextenditur V. vt procedat in feudis n. 31.

Subextenditur VI. in ſententia lata contra fiſcum n. 32.

Subextenditur VII. in ſententeia lata contra minorem, n. 33.

Subextenditur VIII. in ſententia lata contra aliam perſonam priuilegiatam, n. 34.

Subextenditur IX. vt habeat locum in qualibet ſpecie poſſeſſorij ordinarij momentanei, n. 35.

1 EXtende II. principaliter eandem ſextam limitationem vt habeat locum in prima ſpecie poſſeſſorij ordinarij.

2 Pro explicatione huius extenſionis præmitto, quod poſſeſſio momentanea dicitur illa, quæ aptitudine eſt duratura momento, ſeu quia agitur de poſſeſſorio momento, vt explicat *Gloſ. in l. vnica in verbo momento Cod. ſi de moment. poſſ.* vel eſt duratura momento apud poſſeſſorē, hoc eſt, quando quæritur de poſſeſſione loci cauſa ordinandi litem circa iudicium petitorium, & hoc eſt iudiciū
* retinendæ poſſeſſionis ſecundum omnes, * vt explicat Bartol. *in leg. 2. ante ſententiam, num. 3. verſus finem, ibi & ideo text. & num. 4. ibi, & hoc eſt iudicium ff. de appell. recipien. vel non & Oſaſch. decíſ. 25. mortuo inteſto, ſub n. 7.* & ſpinas euellit Bal. *ex d. l. vnica, num. 1. verſ. oppono quod poſſeſſio.* dicens, quod licet poſſeſſio duret longo tempore, donec retinetur animo, & corpore, in tantum quod præſcriptio ſumat ab ea initium, tamen dicitur momentanea per accidens, quia de facili poteſt euelli in petitorio, &
* hanc eſſe magis communem * rationem aſſignatam à Doct. teſtatur Contar. *in repetit. d. l. vnica in rubr. ſub n. 8. & 9. & num. 25. in fine, & n. 26.* Quod ſi plura vis ſcire de ſignificatu, & etymologia huius verbi, *momenti, & momentariæ poſſeſſionis,* vide Contar. *in dict. leg. vnica, in rubr. n. 3. & ſeqq.*

Nota tria occaſione huius etymologiæ.

Primum quod licet hæc poſſeſſio dicatur momentaria, *vt in rubr. Cod. ſi de momen. poſſeſſ.* vbi illud verbum, *momentaria,* & non refertur ad modum agēdi: licet etiam dicatur iudicium poſſeſſorium momentarium; tamen non dicitur iudicium momentarium, *Contar. de rubr. ſub num. 29.* & quod illud verbum, *momenti,* non referatur ad litem, ſeu cauſam, ſed ad poſſeſſionem, vt ſit ſenſus momentaneæ poſſeſſionis, notat idem Contar. *in ead. l. vnica, in 5. oppoſitione ſub numero 5. & in primo notabili num. 1. & 2.*

Secundum, quod licet iudicium momentarium, ſi ita vocaretur aliquod iudicium, ſit ſummarium, *vt ex Corn. & Salyc. refert, & ſequitur Contar. an de reb. n. 29. in fine, & n. 30,* tamen iudicium poſſeſſorium momentarium, non dicetur ſummarium, ſed ordinarium, ſicque momentarium prout reſpicit poſſeſſionem, ſeu poſſeſſorium iudicium non importat, id quod importat, quando reſpicit ſolum iudicium.

Tertium, quod omnis poſſeſſio, cuius grauamen poſſit reparari, ſiue in petitorio, ſiue aliter dicitur momentaria, & è contra illa ſola poſſeſſio, cuius grauamen non poteſt reparari in petitorio, neque aliter, dicitur poſſeſſio ſimpliciter, ſeu non momentaria *ſecundum ea, quæ refert, & ſequitur Contar. de rubr. n. 42. 44. & ſeqq.* & apertius in ratione decidendi *n. 14.*

Hoc præmiſſo extenſionem ſic deduco.

3 In poſſeſſorijs momētaneis non datur appellatio *l. vnica,&*

Digitized by Google

ca, & ibi communiter * Doct,& præſertim Contar. *in rubrica numero 74.Cod. ſi de mom.poſſ.*& in hac poſſeſſione intelligas Spec,*tit.de appellat,§. in quibus numero octauo, verſicul.ſexto,lib.2.Bartol.in leg.2.ante ſententiam,numer. 2.in fine verſicul.quæ ratio, & numero tertio, & nono, ff.de appellat.* Nicell.*tract.de concord.gloſſ.concord.6. fall.6. numero 26.toll.18. ſol.191. Marcheſ.tractat.de commiſſ.parte ſecunda in commiſſ. appellat.capitul.2. numero 36. Oſaſch. deciſio.25.mortuo inteſtato ſub n.quarto,verſic.contrarium.* qui multos cumulat,& Rot.diuerſ.*deciſ.120.fuit reſolutum numero 2. parte 1.* dum ſcribunt eſſe prohibitam appellationem,& regulariter à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio prohibitam eſſe appellationem, ſcribit Lancell.*tract, de attent.parte ſecunda, cap.12. de attent.& innou.appell. pend.limita 25.princ.num.1.& ſequent.ſol.372.* & ita, notando differentiam inter leges,& canones, ſcribit Gloſ.*in cap.15.cum ad ſedem in verbo interdictum verſus finem, de reſtit. ſpol.* & ita loquendo de iure ciuili, dicunt omnes, *vt ſcribit Bal.in l.2. verſicul. vltimo quæritur num.22. C.de epiſc. audien.* & quod hæc ſit concluſio, ſcribit Veſtr. *in pract.lib.7.cap.3.numero 2.*hancque eſſe opin.communem de iure ciuili refert,& ſequitur Vant.*tractat.nullitat.rubr. quis poſſ.dic.de nullit.num.34. verſ.& propterea ſol.376.* & quod regula legis vnicæ,*Codic.ſi de mom.poſſ.* prohibentis appellationem non reſtringatur ad iudicium ſolum poſſeſſorium ſummariſſimum neque ad iudicium retinendæ poſſeſſionis tantum vt aliqui ex antiquis Doct. reſtringebant, ſed procedat in quocunque iudicio poſſeſſorio, teſtatur, & ſequitur communi omnium * opinione Contar,*in dict.leg.vnica,in prima rat.decidendi,numero 16.in fine,& numero 17.*certe,loquendo de iure ciuili,nemo eſt, qui contradicat huic extenſioni cui poteris addere quæ ſcripſi *infra membr.7. numero 19. verſiculo contrariam.*

Sed omnis poſſeſſio,cuius grauamen poteſt reparari in petitorio, dicitur poſſeſſio momentanea, etiamſi non ſit ſummariſſima, vt aduerſus Cagnol. & Ploc. ſcribit Contar.*in l.vnica,in prima ratione decidendi,n.14 16.in fine,& n.17.C.ſi de mom.poſſ.*& dixi ſupra *n.præced.in fine*,& grauamen poſſeſſori ordinarij momentanei poteſt reparari in petitorio.

Ergo in eo non datur appellatio.

4 Rationes huius ſecundæ extenſionis varij varias reddunt, quas omnes ſtudioſè congeſſit, & plenis commentarijs proſequutus eſt Contar. *in repetit.l. vnicæ C. ſi de mom poſſ.* ego earum vnam, aut alteram proſequar.

Prima ratio eſt, quia ſententia, lata ſuper momentanea poſſeſſione, eſt interlocutoria, vt crediderunt antiqui ſecundum Odofr. *in l.vnica, C.ſi de mom.poſſ.* relatum ibidem à Contar. in ſecunda ratione decidendi initio.

Confirmatur primo hæc ratio auctoritate Gratiani *in c.vlt.verſ.de poſſeſſione etiam 2.q.6.*vbi hanc ſententiam latam ſuper poſſeſſione momentanea dicit eſſe interlocutoriam.

Confirmatur ſecundo ex ratione, quia ſententia lata ſuper poſſeſſione momentanea conuenit in multis cum ſententia interlocutoria. Primo enim conuenit in hoc, quod ſicut interlocutoria non definit negotium principale, ita etiam hæc ſententia non ex toto definit negotium,cum pendeat à petitorio, vt conſiderat Contar. *in d.l.vnica, in ſecunda ration.decidendi num.2. C. ſi de mom. poſſ.*Secundo conuenit in hoc, quod in appellatione ab hac ſententia eſt exprimenda cauſa, ſicut in appellatione ab interlocutoria, *vt retuli, & ſequutus ſum infra membr. 7.num....*

5 Hanc primam rationem reprobant Bar. *in l.2.ante ſententia numero 2. in fine verſiculo quæro quæ eſt ratio & n.3. ff.de appel.recip.*dicens rationē quare non poſſit appellari non eſſe eam, quia ſit interlocutoria, & apertius Bal.*in l. vnica,numero 3.in 3.oppoſ.C.ſi de mom.poſſ.* dicens,hoc eſſe falſum, quia eſt ſententia diffinitiua, cum feratur lite conteſtata, nam vt ſcribunt idem Bal.*in l.9.poſt ſententiam col.2 numer.9. verſ.quæro an ſententia C.de ſent.& interlocutoria omn.iud. & Franch.in capitul.60. cum ceſſante numero 57.verſ.vigeſimoprimo an ſententia de appellatione* quando ſententia ſuper poſſeſſione eſt lata, oblato libello, & ideò requiritur litis conteſtatio, & incipit propterea tunc inſtantia iudicij poſſeſſorij,dicitur ſententia diffinitiua,& Contar.*in l.vnica, quæſt.1.num.* 2.dicens quod etiam Canoniſtæ tenent, quod ſententia ſuper poſſeſſione ſit diffinitiua,& rurſus *in ead.l.vnica,in ſecunda ratione dicendi,n.9.& ſub numero 18.verſ.prædictis, & num.19.& ſequentibus*, dicens eſſe diffinitiuam, cum iudicium poſſeſſionis fuerit principaliter,& non propter aliud,& via actionis & non exceptionis intentatum, & quod hæc ratio communiter * reprobetur, teſtatur & ſequitur *ibidem numero 4.*

Verum reprobatio huius rationis, fundata in eo quod hæc ſententia ſit diffinitiua,ex quo proceditur,oblato libello,conteſtante lite,& ſeruato ordine iuris,non videtur tuta,quia omnis ſententia,in qua proceditur,iuris ordine ſeruato, eſt diffinitiua, neque omnis ſententia, in qua proceditur,iuris ordine non ſeruato,eſt interlocutoria, *Contar. in d.l.vnica in ſecunda ratione decidendi numero 5. & 6.C.ſi de mom.poſſ.*

Ego non diſcedo à communi opinione,quæ reprobant hanc primam rationem.

Neque obſtat prima confirmatio, fundata in auctoritate Gratiani, quia reſpondeo, quod Gratianus non habuit poteſtatem legis condendæ, vide *infra membr.7. ſub numero 2. verſ.non recedas*, neque eſt tantæ auctoritatis, vt ei omnino in omnibus credere debeamus, ſi vera ſunt quæ contra eum ſcribit Couar. *var. reſolut. libr. 4. capitul.13.*

6 Quando tamen ſententia,lata ſuper momentanea poſſeſſione, ſit interlocutoria, & ſic ſaluetur opinio Gratiani, vide Ang. Aret.*in l.2.ante ſententiam numero 21.verſ. quærò an ſententia ff. de appellat. recip. vel non & membr. præc.numero 2. verſ.ratio & mem.ſeq.numero 20. & ſeqq. & infra mem.7.ſub num. 36. verſic.in hac*, & in quo conueniat cum interlocutoria dixi *ſupra ſub num.4.in ſecunda confirmatione.*

Secunda ratio eſt, quia ſententia, lata in poſſeſſione momentanea parit modicum præiudicium, *Bar. in d. l. 2. numero 2.in fine,& 3.*& hanc ſequuntur communiter * omnes,*vt teſtatur Oſaſch.deciſ.25.mortuo inteſtato,ſub numero 5. ibi altera ratio.* à qua ſecunda ratione non videtur diſcrepare alia ratio, quam Contar. amplectitur *in vltima ratione decidendi*, videlicet, quod prohibetur appellatio fauore litium abbreuiandarum, ex eo quod plenius poterunt ſingula tractari in quæſtione proprietatis.

Et licet contra hanc ſecundam rationem ſcribant Rip. *in c.ſæpe, col.1.n.3.verſ.ex præmiſſis, de reſtitut.ſpoliat.* & Oſaſch. *vbi ſupra*, ego tamen non recedo ab ea.

7 Tempera hanc rationem, vt ſit vera dummodo damnum, quod infertur, poſſit reparari in petitorio; alias enim diceretur magni præiudicij, & conſequenter poſſet ab ea appellari per ea,quæ *ſcripſi infra memb.8.numero 1. & ſeqq.*& ideo ſecundum ea, quæ refert,& ſequitur Contar.*in l.vnica,in vltima ratione decidendi, nu.6.ibi, quibus auctoritatibus C. de mom. poſſ.* ad hoc, vt denegetur appellatio in poſſeſſorijs, decet apparere, ſeu probari aliqua ſpes ſeu præparatio,quod damnum,illatum in poſſeſſorio,ſit reparabile in petitorio; imò, quod ſit de facile reparabile,vide *infra n.3.& ſeqq.*

8 Subextende I. hanc eandem ſecundam extenſionem, vt hæc,

Digitized by Google

vt hæc diſpoſitio iuris ciuilis, prohibentis appellationem in poſſeſſione momentanea, habeat locum in Prouincia Marchiæ ex conſtitutione, quam vocant Ægidianam, *lib. 6. c. 2. conſtitut. March.* quæ reducit nos ad terminos iuris ciuilis, *vt ſcribunt Caputaq. deciſ. 223. conſtitutio Ægidiana, ſub num. 2. & deciſ. 226. conſtitutio Ægidiana, num. 3. p. 1.* & alij quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 54.*

9 Subextende II. vt habeat locum in toto ſtatu, & terris eccleſiæ, quia licet præfata conſtitutio Ægidiana fuerit condita pro Prouincia Marchiæ Anconitanæ, tamen fuit deinde confirmata à Papa, vt aduertit Mohed. *deciſ. alias, 47. quamuis de conſtit.* & quod fuerit confirmata, & extenſa a Sixto IV. ad omnes terras eccleſiæ, ſcribit Caputaq; *deciſ. 226. conſtitutio Ægidiana, num. 4. par...* & latius Ioan. Bapt. Pontan. *tractat. de ſpoliat. lib 4. c. 3. ſub num. 42. verſ. quas quidem, tom. 14. fol. 305.* & tam Sixti IV. quam Pauli III. motum proprium confirmatorium dictæ conſtitutionis habes impreſſum initio conſtitutionum Marchiæ, & ſeruatur dicta conſtitutio tam Curia, & Vrbe, vt teſtantur Rot. *diuerſ. deciſ. 120. reſolutum, numero 2. p. 1.* & Pontan. *d. cap. 3. ſub num. 42. verſ. quas quidem, fol. 303.* ſeu, & diſtinctius, in reliquis prouincijs Rom. Eccleſiæ immediate ſubiectis, ideoque ſeruatur etiam in ciuitate Auenionienſi, *vt ſcribunt Caputaq. & Pontan. in locis ſupra proximè citatis.*

10 Secus quoad loca, quæ ſunt extra terras eccleſiæ, *Mohed. d. deciſ. 5. alias 47. in fine de conſtit.* quem refert, & ſequitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. appellat. cap. 2. in fine,* ſecus etiam eſt quoad loca, quæ ſunt mediate ſubiecta Eccleſiæ Romanæ, quia in illis non ſeruatur conſtitutio Ægidiana, ſed ſeruantur ſtatuta, & ius canonicum *Contar. in l. vnica, limita. 3. num. 11. & quæſt. 8. Ægidiana, num. 1. & ſub num. 7. C. ſi de momen. poſſeſſ.* quare non habet locum in Ciuitate Parmæ & Placentiæ, *Rot. diuerſ. deciſ. 181 in cauſa parmen. ſub n. 4. & 5. part. 3. lib. 2.* & quod non habeat locum in ciuitate Parmæ, ſcribit, referendo allegatam deciſionem Contar. *d. q. 6. Ægidiana, ſub n. 7. verſ. & ad,* neque in ciuitate Vrbini, & multo minus in terris Imperij.

Neque concilium Lateranenſe, dum approbat dictam conſtitutionem Ægidianam, extendit eam vltra loca, in eadem expreſſa, *Pontan. d. c. 3. n. 48. in fine, fol. 305.*

11 Amplia primo hanc ſubextenſionem, dum loquitur de obſeruantia dictæ Ægidianæ in Curia, vt habeat locum etiam ſi ij, qui litigarent in Curia, non eſſent immediatè ſubiecti Eccleſiæ Romanæ, quia nihilominus, litigando in Curia, litigatur dicta conſtitutione Ægidiana: in iudicis enim quaſi contrahitur, & ratione quaſi contractus non ſubditus efficitur ſubditus; & hæc ampliatio eſt vera reſpectu appellationis, quæ interponeretur à ſententia, quæ ferretur in Curia, ſecus reſpectu appellationis, quæ interponeretur à ſententia lata in partibus, quia attenditur locus, vbi lata eſt ſententia, vide *q. ſeq. n...*

12 Amplia ſecundo, vt præfata conſtitutio Ægidiana habeat locum in quolibet poſſeſſorio, cum ſit fauorabilis reductiua ad terminos iuris communis, *Ioan. Bapt. Pontanus tractat. de ſpol. lib. quarto, cap. 3. num. 43. in fine, fol. 306.* & quod conſtitutio Ægidiana, quamuis loqui videatur de momentanea tantum poſſeſſione, tamen comprehendat etiam quæcunque plenaria poſſeſſoria, ſcribit Ioſ. Ludouic. *peruſ. deciſ. 20. domina Martiana, numero 21. par. 1.*

13 Praxis in Romana Curia, vt excludat appellationem à ſententia lata in cauſa poſſeſſoria, obſeruat, vt is qui ſententiam fauorabilem obtinuit, repetat in actis notarij conſtitutionem Ægidianam, tanquam notoriam abſque aliqua alia illius reali productione; cuius praxis obſeruantia, & vtilitas poteſt etiam colligi ex Rot. *diuerſ. deciſ. 656. domini concluſerunt, numero 3. part. 1.* dum ait, fuiſſe dictum, quod à ſententia lata in mero poſſeſſorio non dabatur appellatio ſtante repetita conſtitutione Ægidiana.

Hæc praxis ſeu repetitio Ægidianæ nunquam eſt neceſſaria.

14 Reſtringe primo eaſdem primam, & ſecundam ſubextenſiones, vt habeant locum in cauſis beneficialibus, vel alijs eccleſiaſticis, quia Aegidius Cardinalis, qui condidit dictam conſtitutionem, non habuit facultatem in iſtis, & Pontifices illam ſimpliciter confirmarunt, nulla facta mentione de cauſis eccleſiaſticis, vt ſpecie requirebatur *Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. in commiſſ. appellat. capitulo ſecundo numero 55. 63. & 67.* vbi plures adducit Rotæ deciſiones, quæ ſunt vulgatæ idque ſentiunt etiam Veſtr. *in prax. libro ſeptimo, capitulo tertio numer. 5. verſ. amplius,* dum ait, à Sanctis Pontificibus receptam fuiſſe præfatam conſtitutionem in poſſeſſorio rei prophanæ, & Ioſ. Ludouic. *in peruſ. deciſ. 20. domina martiana, ſub numero 21. part. 1.* dicens quod dicta conſtitutio obſeruatur quoad prophana; & dixi *ſupra lib. 1 cap. 97. ſub num. 54. in futura impreſſione.*

15 Reſtringe ſecundo, vt non habeat locum inter perſonas eccleſiaſticas; nam ſi non habet locum in rebus, multo minus habet locum in perſonis, quia perſonæ ſunt digniores rebus...

Contra hanc ſecundam, & tertiam reſtrictionem oppono dupliciter.

16 Primo oppono, quia licet hi qui condiderunt ſtatuta Romana, ſeu nouas reformationes, non haberent facultatem diſponendi ſuper perſonis eccleſiaſticis, tamen illa ſtatuta, quia ſunt confirmata à Papa, ligant etiam perſonas eccleſiaſticas, nempè clericos, *Rot. diuerſ. in cauſa Romana bonorum de rufinis numero 3. & deciſ. 452. domini concluſerunt numero 1. part. 1.* quas deciſiones retuli, & ſequutus ſum etiam *lib. præced. cap. 2. num. 206.* vbi alios citaui.

17 Sed conſtitutio Aegidiana eſt confirmata à Papa, vt dixi, immo eſt confirmata à poſtremo Concil. Lateranen. vt enarrat Paul. III. in renocatione literarum Sixti IV. confirmatoriam dictæ conſtitutionis Aegidianæ, & recenſet Pontan. *tractat. de ſpol. lib. 4. cap. 3. num. 41. in fine fol. 305.*

Ergo hęc conſtitutio debet ligare etiam perſonas eccleſiaſticas, & ligando perſonas, multo magis ligabit res.

18 Secundo oppono, quia ſententia lata ſuper poſſeſſione momentanea eſt ſaltem quandoque mera interlocutoria, *iuxta ea, quæ ſcripſi memb. præced. ſub n. 2. & mem. ſeq. n. 20.*

Sed ſacrum Concilium Tridentinum *cap. 20. ſeſſ. 24. de reformat.* quod eſt ſeruandum tam in rebus prophanis, quam in eccleſiaſticis, & tam in laicis, quam in clericis, prohibet appellationem ab interlocutoria non habente vim diffinitiuæ, & cuius grauamen poteſt reparari per appellationem à diffinitiua.

Ergo appellatio erit prohibita ſaltem quandoq; etiam in rebus eccleſiaſticis.

19 Reſtringe tertio, vt non habeat locum, vbi adſunt ſtatuta particularia, quia attendi debent ſtatuta, *vt retuli, & ſequutus ſum, q. ſeq. n...*

20 Subextende III. eandem ſecundam extenſionem, vt ſit vera quoad effectum ſuſpenſiuum, quia appellatio non impedit executionem, ideoque ſententia ſortitur effectum ſuum, vt dicit textus *in l. vnica, C. ſi de momen. poſſ. Bar. in l. 2. col. 2. ſub numero 6. ibi poſſumus etiam dicere. ff. de appell. recip. Rebuff. tractat. de ſent. execut. art. 9. gloſſ. 5. num. 7. verſ. & ſic poſſeſſorie, tom. 1. fol. 481.* ſicque non admittitur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum, *Couarr. pract. qq. cap. 25. num. 8. verſ. primum equidem, fol. 522. volum. 2. Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innou.*

Digitized by Google

appell, pend. limit, 25. princ. num. 3, fol. 372. Marcheſ. tract. de commiſſ. part. 2. in commiſſ. appell. c. 2. ſub num. 39. folio 37. Maran. Gail. Oſaſch. Granat. Caball. & alij, quos retuli, et ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 97. ſub num. 54. & quod omnes fateantur hanc regulam, quod appellari nequeat quoad effectum ſuſpenſiuum ſcribit Bero. *quæſt. 91. in quæſtione, ſub num. 1.*

21 Amplia hanc ſubextenſionem, vt ſicut condemnatus non poteſt appellare ſuſpenſiue, *per ea, quæ dixi hic in ſubextenſione,* ſed ſolum deuolutiue, *per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum infra memb. 7. num. 16.* ita quoque nec victor, qui in appellatione deuolutiua condemnetur, poterit appellare aliter quam effectum deuolutiuum, quia mutatio inſtantiæ non mutat naturam cauſæ, ideoque victor, qui in prima inſtantia fuit miſſus in poſſeſſionem, cogetur, ſi fuerit condemnatus in ſecunda, eam dimittere, tum quia in iudicijs ſeruanda eſt æqualitas, tum quia ſumus in ſententia poſſeſſoria, à qua, cum celeritatem deſideret, non datur appellatio ſuſpenſiua, & ita practicatur.

Pro integra intelligentia huius ampliationis conſiderandi ſunt tres caſus.

Primus caſus eſt, quando appellans habet ſe pro ſpoliato, eo quia iudex à quo, ſeu verius appellatus, nulliter procedendo, ſpoliauit ipſum appellantem, & iudex appellationis pronuntiat, appellantem eſſe reintegrandum ad poſſeſſionem, & iudicem à quo nulliter proceſſiſſe, ſeu proceſſum eſſe nullum; & iſto caſu propter mixturam nullitatis oritur difficultas, an appellatio ſit admittenda, in qua difficultate vide quæ ſcripſi *infra memb. 6. num. 64. & ſeq.* Et quid ſi omiſerit pronuntiare ſuper nullitate, vide *infra memb. 9. ſub n. 12. verſ. tertium.*

Secundus caſus eſt, quando appellans non habet ſe pro ſpoliato, eo quia licet iudex à quo miſerit appellatum in poſſeſſionem, tamen ipſe appellans non dimiſit poſſeſſionem ciuilem, immo illam animo retinuit, & prætendit, ſe potius turbatum, eo quia iudex, ſeu verius appellatus, nulliter procedendo, proceſſerit de facto; & iſto caſu licet practica Curiæ Romanæ ſeruet, vt iudex appellationis poſſit appellanti dare mandatum de manutenēdo, hoc eſt, retinendæ poſſeſſionis, nullamque admittat appellationem, tamen iſte caſus laborat eadem difficultate, qua laborat præcedens, ex quo iudex appellationis virtualiter, & tacite pronuntiat, iudicem à quo nulliter proceſſiſſe, quia alias non poſſet dare mandatum de manutenendo, & conſequenter videnda ſunt ea, quæ ſcripſi *infra memb. 9. n. 63.*

Tertius caſus eſt, quando iudex à quo valide proceſſit licet in cauſa fecerit iniuſtitiam; & iſto caſu non poteſt appellanti competere remedium reintegrandæ, vide *infra membro 6. numero 69.* neque remedium retinendæ, quia ſi, iuris ordine ſeruato, fuit eiectus è poſſeſſione, non poteſt dici, quod turbatus retinuerit ciuilem; ſed poterit ei competere ſolum remedium adipiſcendæ, & in iſto remedio ceſſant difficultates conſideratæ in alijs duobus remedijs; de quibus in præcedentibus primo, & ſecundo caſu.

22 Infero corroborando eandem ſubextenſionem eiuſq; ampliationem, quod executio, facta appellatione pendente, a ſententia lata ſuper poſſeſſorio, non dicitur attentata, quia iudex à quo poteſt, non obſtante appellatione, procedere ad executionem citra vitium attentatorum, *Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. limit. 25. num. 1. & ſeqq. fol. 372. vide etiam ſupra q. 3. n. 69.*

23 Extende primo hanc illationem, vt executio multo minus dicatur attentata, ſi fuerit facta, pendente termino ad appellandum *Lancel. d. limit. 25. n. 12.*

24 Extende ſecundo, vt nec executio, quæ fieret poſt inhibitionem, dicatur attentata, ſi iudici, qui inhibuit, fuerit commiſſa cauſa appellationis cum clauſula, *ſine præiudicio legitimæ executionis, ſine, Lancel, d, limit. 25, num. 31, fol. 373.*

Ratio huius extenſionis eſt, quia inhibitio eſt in præiudicium legitimæ executionis, cui commiſſio cauſæ appellationis noluit præiudicare.

Confirmatur hæc extenſio, quia quando cum prædicta clauſula eſt commiſſa cauſa nullitatis rei iudicatæ, iudex à quo poteſt exequi, non obſtante inhibitionis iudicis ad quem, *vt retuli, & ſequutus ſum infra q. 19. rem. 1. concl. 4. num. 15.*

25 Declata, reſtringendo hanc extenſionem, vt procedat in iudice delegato, cui cauſa eſt commiſſa cum prædicta clauſula; ſecus in iudice ordinario appellationum, quia eius inhibitio impedit, ne poſſit procedi ad vlteriora, *Lancell. d. limit. 25. nu. 16. 17. verſ. tertio fol. 372.* Ratio eſt, quia iuriſdictio ordinarij non eſt reſtricta iudicis delegati ex forma reſcripti, vt procedat ſine præiudicio legitimæ executionis.

Comprobatur hæc declaratio, quia quando cauſa nullitatis rei iudicatæ, committitur ſine prædicta clauſula, iudex à quo non poteſt exequi, ſtante inhibitione ſuperioris, vide *infra q. 19. remed. 1. concl. 4. ſub num. 12. verſ. contrariam.*

26 Limita nunc eandem tertiam ſubextenſionem, poſitam *ſupra n. 20.* vt non procedat in caſibus, in quibus ius ciuile admittit appellationem a ſententia lata in poſſeſſorio, quia appellatio in illis caſibus ſuſpendit executionem, vt pluribus argumentis oſtendit *Iaſ. conſ. 187. col. 5. & ſeq. lib. 2.* quæ argumenta ordinate recenſet, ſed non ſequitur Oſaſc. *deciſ. 25. mortuo inteſtato nu. 15. verſ. ſecundum,* hancq; limitationem tenet Caball. *ad conſtit. marcb. lib. 6. c. 2. in verbo ciuili, in fine, n. 12. fol. 371.*

Confirmatur, ſeu, proprius loquendo, oſtenditur ad oculum veritas huius limitationis hac vnica, & inconuincibili inſtantia, quia nos videmus, quod quando ius ciuile admittit appellationem à poſſeſſorij ſententia, cuius grauamen non poſſit reparari in petitorio, *vt late proſequutus ſum infra membr. 8.* & ſimiliter à ſententia continente mixturam, *vt late proſequutus ſum infra membr. 9.* tunc illa appellatio ſuſpendit, & retardat, *vt dixi in dictis mem. 8. & 9.* & è conuerſo videmus, quod quando ius ciuile non admittit appellationem, vt in poſſeſſorio momentaneo, *iuxta ea quæ ſcripſi ſupra hoc eod. memb. 9. n. 3.* tunc appellatio non ſuſpendit, ſed tamen deuoluit ſecundam vnam communem opinionem, quam retuli, & ſequutus ſum *infra mem. 2. n. 16.* & ſic ceſſat comprobatio, quam adduxi infra pro contraria opinione, & ceſſant conſiderationes, & rationes, quibus mouetur Oſaſc. pro contraria opin. infra citatus.

Contrariam opinionem; quod enim executio non impediatur per appellationem; tenet Nicell. *tractat. de concord. gloſſ. concor. 6. fall. 6. num. 34. verſ nota tamen tom. 17. fol. 192.* & firmat Oſaſc. *d. deciſ. 25. num. 19. verſ. contrariam.*

Comprobatur hæc contraria opinio, quia de iure ciuili a ſententia lata in poſſeſſorio eſt prohibita appellatio ad vtrumque effectum, vt ex communi opinione retuli *infra memb. 7. n. 19. verſ. contrariam.*

Ergo retenta hac communi opinione, quando ius ciuile permittit appellationem in aliquibus caſibus, intelligitur permittere ſolum ad effectum deuolutiuum, quia debemus interpretari, vt ſequatur minor correctio.

Retenta limitatione.

27 Amplia eandem limitationem, vt habeat locum, etiam attenta conſtitutione Ægidiana, quia dicta conſtitutio Ægidiana, reducit nos ad ius ciuile, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra *n. 8. verſic. ſubextende primo.*

28 Subextende IV. eandem ſecundam extenſionem, vt pro-

procedat non ſolum in poſſeſſione momentanea rerum corporalium, ſed etiam in quaſi poſſeſſione rerum incorporalium, *vt loquuntur Cantar. & Ruginel. infra citati*.

29 Exemplifica primo hanc ſubextenſionem in alimentis, *Contar. in l. vnica, in ampliat. num. 140. & ſequentib. C. ſi de mom poſſ. & Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. ſub nu 684. verſ. decimonono, & n. 675. f. 123.* Rationem tamen, quam ſub diſtinctione refert, & ſequitur Contar. *n. 141.* ego reieci *limita. ſeq. ſub n. 18.*

† In his quę dilationem non patiuntur non eſt locus appellationi *l. ſi rei dilationem, ff. de appell. recip.* Et propterea in alimentis præſentibus, & futuris, à quibus dependet vita hominis l. de alimentis, *C. de tranſact. ab eis non detur appellatio. vt teſtatur Rot. Rom. deciſ. diuerſ. 764. p. 1.*

30 Exemplifica ſecundo in quaſi poſſeſſione exigendi datium quia ſi iudex mandat, pendente lite continuari, non datur appellatio, *Beninten. deciſ. 79. mota lite initio, & n. 1.* quicquid in contrarium conſuluerit Macabr. *citatus à Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 692. & 693.*

Quod etiam in præſtationibus annuis mere perſonalibus detur remedium poſſeſſorium, ſecus vero in alijs, quę proueniunt ex aliquo iure reali fundato ſuper certa re, vel perſona, vide Ruginell. *d. §. 2. cap. 3. n. 694.*

31 Subextende V. vt habeat locum etiam in feudis, *Caputaq. d. deciſ. 223. conſtitutio Aegidiana num. 6. part. 1.* & licet loquatur in terminis conſtitutionis Aegidianę, tamen idem ſentit aperte in terminis iuris communis, *vt dixi num. ſeq.*

32 Subextende VI. vt habeat locum etiam in ſententia lata contra fiſcum, quia licet fiſcus ſit priuilegiatus in multis; tamen in poſſeſſorio non licet ei appellare, quia in hoc non reperitur priuilegiatus, & non habet plura priuilegia, nec alia, niſi ea quæ reperiuntur expreſſa in iure, *Caputaq. deciſ. 223. conſtitutio Ægidiana. nu. 3. & 4. part. 1.* licet enim loquatur in terminis conſtitutionis Ægidianæ, tamen idem ſentit aperte in terminis iuris communis, dum in ead. deciſ. *ſub nu. 2.* ait quod dicta conſtitutio nil aliud facit, niſi reducere nos ad terminos iuris ciuilis, & aperte Contar. *in l. vnic. 7. 12. fiſcus num. 2. verſ. his tamen & n. ſeqq. C. ſi de momen. poſſ.* dicens ita fuiſſe reſolutum in Rota.

33 Subextende VII. vt habeat locum etiam in ſententia lata contra minorem, quia etiam minor ligatur diſpoſitione dictæ l. vnicæ, *Salic. in ea ſub n. 4. q. 3. Contar. limit. 8. ſub n. 12. C. ſi de momen. poſſ.*

34 Subextende VIII. confirmando præcedentem, vt habeat locum etiam in ſententia lata contra perſonam priuilegiatam, puta contra viduam, quiſquando eſt priuilegiata cauſa, tunc nec vna, nec altera pars quamuis priuilegiata ſit poteſt appellare *Ioſ. Cumia ſuper rit. ſicil. cap. 44. in fine. num. 18. verſ. ſecundo quæro fol. 286.* loquens de cauſis ſummarijs ex diſpoſitione ritus illius regni.

35 Subextende IX. vt habeat locum in qualibet ſpecie poſſeſſorij ordinarij momentanei; quare appellatio denegatur tam à ſententia lata ſuper poſſeſſione adipiſcenda, quam retinenda, & recuperanda, *Bart. in l. 2. col 2. nu. 4. ibi. & hoc eſt iudicium, ff. de appell. recip. & apertis Gl. in l. vnica, in verbo momento & ibidem Bart. q. 1. nu. 3. Salyc. oppoſ. 2. numero 3. C. ſi de momen. poſſeſſ. Maran. in ſuo ſpec. part. 6. actu. 2. princip. in verbo & quandoque appellatur limit. 6. numero 305. fol. 504. M. Anton. Cuceh. tract. de mentien. circa poſſ. numero 420. verſ. quid vero. tom. 3. par. 2. fol. 300. Lancell. tract. de attent. part. 2. capit. 12. de attent. & innou. appell. quod limita 25. princip. numero 10. fol. 372. & ita ſentit. Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. cap. 2 ſub numero 37. & 38. fol. 37.* & de communi opin.
* teſtantur, & ſequuntur Rol. à Vall. *conſ. 77. viſo & bene numero 9. lib. 2. & Contar. in l. vnica, in intellectu, ſub num.*
* *1. verſ. vnde is, C. ſi de mom. poſſ.* & de magis communi * opin. teſtatur, & ſequitur Ioſ. Cumia *ſuper ritib. ſicil. cap. 80. nu. 66. fol. 253.* & eſſe approbatam à Rota refert idem Contar. *in d. l. vnica, in ampl. n. 3. in fine.* & loquendo in interdicto quorum bonorum referunt, & ſequuntur hanc ſubextenſionem Achil. Perſon. *tract. quorum bonorum, nu. 792. in fine, & n. 493.* vbi ſæpius, & præſertim ibi, *tamen*
* *ego bene dico & in fine*, vbi de crebiori * opinione, *tom. 3. par. 2. fol. 279.* & aliquos citat Menoch. *tract. de adipiſ. poſſ. rem. 1 in fine, numero 115.* quibus addo Rugin. *tract. de appell. §. 2. cap. 3. num. 653. in fine fol. 119* & quod à ſententia lata ſuper poſſeſſorio non appelletur, ſcribit ſimpliciter Rebuff *tract. de appell. art. 7. gl. 2 num. 16. verſ ſexto tom. 3. fol. 503.* & quod in Iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ, vel recuperandæ non ſit admittenda appellatio, refert, & ſequitur Couar. *pract. qq capit. 23. numero octauo, verſiculo primum.* & quod poſſeſſorium ordinarium ſeu plenarium ſit tantum triplex, & non contineat plures ſpecies, ſcribit Ioſ. Cumia *ſuper ritib. ſicil. cap. 38. numero 163. verſ. aliud eſt fol. 202.* & aperte ſentiunt Bart. Rolan. à Vall. & cæteri hic citati.

Verum tamen quia hæc vltima ſubextenſio in ſingulis his tribus ſpeciebus comprehendit multos caſus, & in aliquibus recipit reſtrictiones, ideo *in ſequentibus 4. 5. & 6. mem.* ponam in vnaquaque ſpecie aliqua propria exempla, & peculiares cuiuſque reſtrictiones, inchoando ab adipiſcenda poſſeſſione quia *vt refert & ſequitur Vant. tract. null. rubr. quoties & intra quod tempus de nullitate &c. num. 69. fol. 385.* veriores redduntur ſermones noſtri, cum vniuerſalibus cognitis, ad particularia deſcendimus; nam opinamur tunc vnumquodque cognoſcere, cum cauſas cognoſcimus primas, & prima principia vſque ad elementa, & vt inquit Senec. *epiſt. 6. de malo ſpei & timoris lib. 1.* quem poſt Papienſ. citaui etiam *ſupra lib. 1. cap. 68. num. 9.* longum iter eſt per præcepta, breue, & efficax per exempla.

SXETÆ LIMIT. MEMB. IV.

SVMMARIA.

A SENTENTIA lata in interdicto, quorum bonorum non datur appellatio. membro primo. — Etiamſi lata ſit in vtili interdicto quorum bonorum, eod. n. 1.

In Interdicto quorum legatorum non datur appellatio, n. 2.

In Saluiano interdicto non datur appellatio, n. 2.

In Officio Iudicis ad adipiſcendam poſſeſſionem non datur appellatio, n. 4.

In Remedio legis 3. de pignor. non datur appellatio n. 5.

In Remedio legis fin. Codic. de edic. diu. adr. toll. non datur appellatio, & hoc eſt ſextum exemplum adipiſcendæ poſſeſſionis, n. 6.

¶ *Extenditur primo hoc ſextum exemplum vt non ſolum non detur appellatio, ſed puniatur appellans, & iudex num. 7. — Extenditur ſecundo declarando, vt remedium dictæ l. competat etiam ſi teſtamentum ſit nuncupatiuum non publicatum tempore ipſius teſtamenti, num. nono — Extenditur tertio vt competat etiam venientibus ab inteſtato, numero, decimo, Contrarium, ibid. — Sed tamen datur eis officium iudicis, numer. 11. & 12. — Extenditur quarto, vt remedium dictæ l. detur filiæ inſtitutæ hæredi, volenti adipiſci poſſeſſionem bonorum feudalium, num. 13. 14. 15. & 16. in quibus ſubextenditur, limitatur, & declaratur. — Extenditur quinto, vt competat filiæ inſtitutæ hæredi, volenti adipiſci poſſeſſionem bonorum emphyteoticariorum, nu. 17. — Extenditur ſexto vt non detur appellatio etiam ſi contradictor opponat, teſtamentum eſſe raſum, vel quod defunctus non poſſidebat tempore mortis, nu. 18. — Extenditur ſeptimo etiam ſi hæres inſtitutus eſſet extraneus num. 19. — Extenditur octauo, vt maxime eſſet appel-*

Digitized by Google

appellotio, quando hæredi inſtituto datur poſſeſſio ſine cõtrodictore, num. 20. & ſeqq.— Extenditur nono, vt non detur appellatio etiam ſi exi et ſtatutum, quod permittat, poſſe ſemel appellari, num. 23. & ſeqq. & n. 30. vbi ſubextenditur, & reſtringitur.— Extenditur 10. vt neque de iure canonico appelletur ad effectum ſuſpenſiuum nu. 31. — Et quid in effectum deuolutiuo, n. 32. & ſeqq.

¶ *Reſtringitur primo, vt procedot quondo poſſeſſio eſt vacons &c. ſecus ſi ſit plena, & opponotur legitima exceptio. &c. num. 35.*

Reſtringuur ſecundo, vt non procedat quoad effectum deuolutiuum, quia adhuc effectum datur appellatio, n. 36. Contrarium, n. 37.

Reſtringitur tertio, quondo index pronuntiat negatiue contra hæredem num. 38.— Extenditur hæc reſtrictio, num. 39. & 40.

Reſtringitur quarto, vt non procedat reſpectu tertij non citoti, quia is poteſt appellare, num. 41. & ſeqq.— Extenditur primo hæc reſtrictio etiamſi condemnatus nollet, hunc tertium admitti ad appellandum, numer. 44.— Extenditur ſecundo, vt poſſic proſequi appellationem pro ſuo intereſſe, quamuis principales ſe concordauerint, num. 45.— Extenditur tertio, vt appellatio tertij impediat executionem, num. 46.— Subextenditur primo hæc extenſio, vt tertius poſſit appellare, & oppellando impediat executionem, etiamſi ſententia habeat vim rei iudicatæ contra condemnatum nu. 47.— Subextenditur ſecundo, vt iudex ad quem ob tertij appellationem poſſit reuocare interlocutoriam, &c. nu. 48.— Subextenditur tertio, vt poſſit appellore ad excludendum vtrumque litigãtem num. 49.— Subextenditur quarto, vt abſque appellatione poſſit impedire executionem cum diſtinctione quatuor caſuum, n. 51. Primus caſus eſt quãdo tertius, allegat ſe eſſe in poſſeſſione, n. 52. & ſeqq. in quibus ampliatur vſque ad numer. 69. & reſtringitur n. 70. & ſeqq. Secundus caſus eſt, quando opponit de inhabilitate litigantium, nu. 73. Tertius eſt quando poſſeſſio eſt vacans, nu. 74. & ſeqq. in quibus ampliatur, & reſtringitur. Quartus eſt quando agitur actione reali, n. 78. & ſeqq. in extenditur, declaratur, & reſtringitur vſque ad n. 86.

¶ *Limitatur primo hæc eadem quarta reſtrictio, vt non procedat quando appellatio, ſeu oppoſitio tertij præſumeretur calumnioſa, quia tunc non retardaret executionem, num. 87. & 88. vbi declaratur.— Limitatur ſecundo, quando tertius eſt intruſus, lite pendente, n. 91. & ſeqq. in quibus ampliatur, & ſublimitatur.— Limitatur tertio declarando, vt tertius, volens adhærere appellationi, debeat adhærere, ſeu appellare infra decem dies, num. 96. & ſeqq. in quibus declaratur, & ſubdeclaratur, vſque ad num. 98. — Limitatur quarto, quando tertius venit ad cauſam in tertia inſtantia, &c. nu. 99. & ſeqq. in quibus extenditur, & declaretur vſque ad n. 104.— Limitatur quinto, quando tertius appellat conditionaliter, num. 105.— Limitatur ſexto, quando tertius non exprimit cauſam ſui intereſſe propter quod oppellat, n. 106. & ſeqq. in quibus ampliatur vſque ad numer. 109.— Limitatur ſeptimo, quando in cauſa beneficiali eſt decretum ſequeſtrum in ſententia lata contra poſſeſſorem quia ſequeſtrum non impeditur, numer. 110.— Limitatur octauo, vt terminus ad appellandum non iuuet tertium ideo, &c. n. 111.— Limitatur nono, quando ſententia ita vim habet contra tertium, ſicut contra principalem, n. 112. & 113. vbi ſimiliter.— Notãtur tria practicabilia circa appellationem tertij, nu. 114.*

Reſtringitur quinto, quando ſententia eſt euidenter iniuſta, num. 115.

Reſtringe ſexto, quando ſententia fuit lata ſine cauſſa cognitione, n. 116.

Reſtringitur ſeptimo, cum alius oſtendit parem titulum, &c. num. 117.

Reſtringitur octauo, quando ſententia declarat, quem eſſe hæredem, n. 118. & 119.

Reſtringitur nono, quando damnum eſſet irreparabile, numero 120.

Reſtringitur decimo, quando iudex defert appellationi, numero 121.

Reſtringitur vndecimo, quando ſententia continet mixturam, n. 122.

A Primo decreto, quo actor mittitur in poſſeſſionem, non datur appellatio n. 123. & 124.— Limitatur in quinque caſibus, n. 125. & ſeqq. vſque ad n. 129.— Et quod detur appellatio a ſecundo decreto, n. 130.

Mendax in poſſeſſione non appellat, n. 132.

Appellatio denegatur in ſingulis ſpeciebus poſſeſſionis adipiſcendæ, num. 135.

1 EXemplifica I. igitur eandem ſecundam extenſionem, de qua membr. præced. in prima ſpecie poſſeſſorij ordinarij momentanei, videlicet, adipiſcendæ, de qua in vltima ſubextenſione memb. præced. lib. nu. 35. in interdicto, quorum bonorum, in quo non dari appellationem, quia eſt quodammodo quæſtio momentaneæ poſſeſſionis, refert, & ſequitur Roll. a Vallen. *conſil. 77. viſo, & bene numero* 10. *lib.* 2. & quod non detur appellatio, ſcribunt Maran. *in ſuo ſpec. p. 6. act. in princip. in verbo. & quandoque oppellatur num. 223. fol.* 508. & Ioſ. Cumia *ſuper ritib. ſicil. cap. 38. n. 187. fol.* 204. dicens, non appellari ad effectum retardandæ executionis; & latius, loquendo de iſto interdicto, Achil. Perſ. *tract. de adipiſ. poſſ. ſub num. 493. verſ. ſed quicquin. iunctis n. 485. 487. & 409.* in quibus apparet, quod loquitur in iſto interdicto; & motiuando ſcribit & firmat Contar. *in l. vnica, limit. 2. §. 1. nu. 1. 2. 9. 14. & 18. C. ſi de moment. poſſ.* & non appellari refert, & ſequitur ex eo Ruginel. *tract. de appell. §. 2. cap. 2. n. 653. verſ hæc remedia fol.* 119.

Extende hanc exemplificationem, vt habeat locum etiam in vtili interdicto, quorum bonorum, quia in eo non dari appellationem, retuli, & ſequutus ſum *infra memb. 9. n. 79.*

2 Exemplifica II. in interdicto, quorum legatorum, in quo non dari appellationem, ſcribunt Contar. *in d. l. vnica, in ſecunda ratione decidendi n. 32. & in amplias. n. 34. & 35. & in 2. limita. §. primo nu. 16. & 17. in fine verſiculo tamen receptiſſimum, & Ruginel. tract. de appell. §. 2. cap. 3. n. 454. in quarto caſu fol.* 110.

3 Exemplifica III. in ſaluiano interdicto, in quo non dari appellationem ſcrip. *infra memb. 9. n. 88. verſ. ſecus.*

Huius ſaluiani interdicti remedium hodie in Palatijs magis frequentatur, quam actio hypothecaria, *teſte Neguſ. tract. de pignor. par. 8. princip. membr. 3. n. 26. fol.* 258. & præſertim practicatur in Curia Romana vbi agendo hoc interdicto, inchoamus, vt in cæteris alijs iudicijs non executiuis, à monitorio ſub ſimili formula. *De mandato illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Auditoris Cameræ, ſiue R. P. D. in ciuilibus Locumtenentis, & ad iuſtitiam Domini M. principalis moneatur. N. ex aduerſo principalis detentor, & poſſeſſor vineæ, ſitæ, &c. iuxta &c. & alios ſuos notorios confines, in actis & proceſſu cauſæ ſuo loco, & tempore latius ſpecificandos; quatenus infra triduum proximum ſub mille ducatorum auri Cameræ, pijs locis arbitrio domini applicandorum, ac mandati exequutiui, & in ſubſidium excommunicationis, alijsq; pœnis etc. debeot poſſeſſionem realem, actualem, et corporalem vineæ prædictæ, illiusq; iurium, et pertinentiarum eidem D. inſtanti dimiſiſſe, et relaxaſſe, donec ei fuerit de ſcutis 450. per Dominum O. vigore inſtrumenti obligationis in forma cameræ ſub die etc. recepti debitis ſatisfactum, et pro quibus dictus O. dictam vineam, et alia ſua bona inſtanti prędicto obligauit, et hypothecauit: quoniam fuit pro parte dicti D. Inſtãtias comparitum, et allegatum, ſe velle virtute*

dictæ

Digitized by Google

dictæ hypotheca, et in vim vtilis ſaluiani interdicti, ac alterius cuiuſcunque remedij poſſeſſorij imponi, et immitti in poſſeſſionem dictæ vineæ, vt ſupra retinendæ donec etc. et ideo ſi ſenſerit etc. compareat etc. alioqui.

Et quia ſaluianum interdictum eſt iudicium ſummarium, & poſſeſſorium, vt dixit Rot. diuerſ. deciſ. 43. in cauſa Romana fructuum 50000. inter ſub nu. 5. verſ. ad illud, p. 1. ideo in ea ſeruantur ſolum illi quatuor termini ſubſtantiales, qui ſeruatur in cauſis ſummarijs, vt dixi lib. præced. c. 3. num. 229. et 241.

4 Exemplifica IV. in officio iudicis, in quo non dari appellationem ſuadetur primo ex regula, quia eſt ſpecies adipiſcendæ, in adipiſcenda, ſingulisque eius ſpeciebus denegari appellationem retuli, & ſequutus ſum infra nu. 135. in fine huius membri, verſ. demum. Suadetur ſecundo, quia ſi quis, omiſſa facultate, quam habet capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, eam ceperit cum aſſociatione, quam obtinet, implorato iudicis officio parte etiam non citata, non dabitur appellatio, Rugin. tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 702. verſ. 28. fol. 124.

5 Exemplifica V. in remedio l. 3. C. de pignor. in quo non dari appellationem ſcripſi infra memb. 9. ſub num. 96. verſ. contra.

6 Exemplifica VI. in remedio legis fin. C. de edict. diu. adr. toll. quando iudex pronuntiet, hæredem ſcriptum in teſtamento eſſe mittendum in poſſeſſionem, quia ab iſta ſententia non datur appellatio, l. vlt. ff. de appell. recip. & l. 6. quiſquis, C. quorum appel. non recip. & ibi Bar. Bal. Paul. de Caſtr. & Salyc. citati in præced. limit. hancque l. quiſquis, regiſtrat Gratianus in c. vlt. verſic. ſi quis etiam auſus fuerit, 2. q. 6. & ibi Archid. num. 16. verſic. in gloſ. quia Gloſſ. in d. l. fin. in verbo, miſſus eſt, & ibidem Bart. ſub num. 21. ibi, quando tempore primi, C. de edict. diu. adr. toll. Innoc. in c. 28. paſtoralis num. 3. verſ. finem, verſ. adhoc ita de off. & poteſt. iudic. deleg. Spec. tit. de appell. §. in quibus num. 10. verſ. octauo, l. 2. Paul. de Caſt. conſ. 39. quod à ſententia l. 1. Nicell. de concor. gl. concor. 6. fall. 5. nu. 25. fol. 191. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. act. 2. num. 322. fol. 506. & alij plures, quos referunt, & ſequuntur Tiraq. tract. le mort. ſaiſit. le vif. p. 6. decl. 6. verſ. eſt autem, num. 2. fol. 119. & Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 100. nu. 826. fol. 52. Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. c. 2. n. 56. fol. 40. & quæ à ſententia lata in remedio legis fin. C. de edict. diu. adr. toll. non detur appellatio, ſcribit Rol. à Vall. conſ. 77. viſo & bene, nu. 12. verſic. ſimiliter lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 659. domini concluſerunt, nu. 3. p. 1. late Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. nu. 130. verſ. deinde quæro, & n. 13 et ſeqq. tom. 3. p. 2. fol. 268. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. nu. 649. verſ. ſecundus ſummarij fol. 118. & de communi * omnium opin. teſtatur Menoch. vbi ſupra, & quod conſtitutio Ægidiana habeat locum in iſta exemplificationis legis fin. ſcribit Caputaq. deciſ. 213. conſtituto Ægidiani, n. 1. p. 1.

Ratio huius exemplificationis eſt, quia cauſa miſſionis hæredis in poſſeſſionem dilationem non recipit d. l. vlt. ff. de appell. recip. vel non, Contar. in l. vnica, in 4. ratione decidendi, n. 1. et melius ſub nu. 4. ibi quæ ratio, & limita 17. ſub n. 18. & ſeqq. C. ſi de mom. poſſ.

Ratio etiam eſt illa, quia in hoc poſſeſſorio, prout eſt ſummarium, agitur de momentanea poſſeſſione, quæ non eſt præiudicialis, niſi donec durat lis ſuper poſſeſſorio plenario, vt ſcribit Ioſ. Ludou. deciſ. peruſ. 20. domina martiana n. 3. et 5. p. 1. qua ratione iudex ſolet his verbis concipere interlocutoriam, ſaluo iure alteri parti in plenario, & antiquiori poſſeſſorio, & petitorio, vt refert & ſequitur Ioſ. Lud. deciſ. 20. nu. 4. de qua clauſula ſcripſi etiam ſupra memb. 2. ſub n. 10.

Intellige hanc ſextam exemplificationem vt ſine dubio procedat quod appellatione ſuſpenſiuam per ea, quæ ſcripſi membr. præced. n. 20. et infra n. 31.

7 Extende primo hanc ſextam exemplificationem, vt non ſolum ſit prohibita appellatio, ſed ſit etiam appellanti impoſita pœna d. l. 6. quiſquis, C. quor. appell. non recip. Rebuff. tract. de appell. artic. 9. gloſſ. vna, num. 10. et 11. tomo 3. fol. 507. Rol. à Vall. conſ. 26. circa principalem, nu. 24. lib. 2.

Subextende hanc extenſionem, vt eadem pœna ſit impoſita iudici, qui appellationem reciperet, & procederet in cauſa appellationis, d. l. quiſquis Rebuff. vbi ſupra, & Conta. in l. vnica, in vlt. ratione decidendi, n. 24. C. ſi de mom. poſſ. licet nunquam repertum fuerit, quod iudex talem pęnam ſoluerit, Marcheſ. d. cap. ſub num. 56. de iſto non vſu pœnarum contra friuole appellantes vide infra limit. 36. num...

8 Infero ex hac extenſione, & ſubextenſione, quod procurator, non habens ſpeciale mandatum prohibetur appellare non ſolum eo, quia in hac cauſſa non admittitur appellatio, ſed etiam, quia, cum hoc caſu appellans incidat in pęnam, requiritur in procuratore mandatum indiuiduum ad appellandum, Contar. in l. vnica, in ampliat. num. 115. C. ſi de mom. poſſeſſ. adde quæ ſcripſi ſupra q. 5. ſub num. 18. reſtr. 4.

Aduerte quod hodie iſta pęna non eſt in vſu, & ideo etiam procuratoris appellatio ex iſto capite de quo dixi in illatione, non reijceretur, vide in d. q. 5. ſub num. 28. verſicul. contraria opinio. & verſ. amplia.

9 Extende ſecundo, declarando eandem ſextam exemplificationem, vt remedium dictæ l. fin. competat non ſolum quando agitur de immiſſione ex teſtamento in ſcriptis condito, aut ex teſtamento nuncupatiuo à notario in ſcriptis condito, aut ex teſtamento nuncupatiuo à notario in ſcriptis redacto, lecto, & publicato tempore ipſius teſtamenti coram teſtatore, & teſtibus, vt moris &; in hoc non eſt controuerſia, Menoch. tractat. de adipiſc. poſſ. rem. 4. qu. 13. num. 91. ſed procedat etiam quando agitur de immiſſione ex teſtamento nuncupatiuo facto coram teſtibus, non tamen in ſcriptis tunc redacto; quia iſto caſu, examinatis teſtibus ad perpetuam rei memoriam, præmiſſa citatione contra eos, quorum intereſt, & facta teſtium publicatione, notarius de commiſſione, & auctoritate iudicis poteſt illud teſtamentum redigere in ſcriptis, & exinde vti in ſummario poſſeſſorio paratam habebit executionem, eiuſque hęres mittetur in poſſeſſionem ex remedio dictæ fin. C. de edic. diu. adr. toll. Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. ſub numer. 169. verſ. & hac ratione & verſ. & ſicuti teſtamentum, tom. 3. p. 2. fol. 253. vbi de opin. * communi, de qua magis recepta opin. teſtatur, & ſequitur etiam Menoch. tract. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. qu. 24. num. 96. & ſeqq. vbi reſpondet contrarijs. Sed in remedio dictæ l. fin. & in poſſeſſorio ſummario, quod habet executionem paratam, non datur appellatio per ea, quæ ſcripſi ſupra initio huius ſextæ limitationis, & memb. 3. n. 3. ergo clarum eſt, quod in caſu huius extenſionis non datur appellatio.

Contra hanc extenſionem faciunt, quæ ſcripſi infra limit. 9. n. 32. et ſeqq.

Non recedas ab extenſione.

10 Extende tertio declarando; vt remedium adipiſcendæ poſſeſſionis habeat locum etiam quando agitur de ſucceſſione ab inteſtato, cum plures adſunt prætendentes, ſe eſſe hæredes, & iudex ſummariè, & abſque libello poſt ſumptas informationes eum qui primum obtinet locum, puta filium, filiam, fratrem, vel ſororem mittit in poſſeſſionem bonorum, quæ defunctus poſſidebat tempore mortis, ſaluo iure aliorum competitorum, Ioſ. Cum. ritibus Sicil. c. 38. nu. 114. verſic. ſi vero ab inteſtato, et Rugniel. tract. de appell. §. 2. c. 3. nu. 649. in fine, verſ. tertius caſus, et n. 650. et ſub n. 651. verſ. et in hac, dicens, hoc eſſe poſſeſſorium ſummarium, & non dari appellationem.

Contra

Digitized by Google

Contra hanc extenſionem: quod enim hæredi venienti ab inteſtato, non competat remedium dictæ in l. fin. C. de edit. diu. adr. toll. tenent Bald. in c. de content. inter maſc. & fœm. n. 1. verſ. quæro ſi poſſeſſio. quem referunt, & ſequũtur Præpoſ. ibidem in princip. & Pariſ. conſ. a 2. illuſtriſſimũ, n. 67. lib. 1. & conſideramus n. 1. lib. 3. & ita communiter Doct. quos referunt & ſequuntur Tiraq. tract. le mort ſaiſit le viſ. par. 2. declar. 7. ſub n. 13. verſicul. ſed & huius ſol. 82. Menoch. de adipiſc. rem. 4. quæſt. 9. numero 64. & Achil. Perſon. eod. tractat. numer. 4. & ſeqq. tom. 3. part. 2. folio 246.

Ad adductam tertiam extenſionem reſpondeo, quod aliud eſt dare poſſeſſionem officio iudicis, & æquitate iuxta ea, quæ ſcripſi num. ſeq. verſ. declarat. & in his terminis procedit extenſio, & quod ſcribunt Ioſ. Cum. & Rugin. in ea citati, vel poſſet etiam procedere in illa poſſeſſione, quæ datur in ſummariſſimo, dum duo, vel plures contendunt de adipiſcenda poſſeſſione iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra membr. 2. numero nono, & aliud eſt dare poſſeſſionem ex remedio dictæ leg. fin. & in his terminis redditur falſa extenſio, & procedit opinio, contra extenſionem.

Amplia hanc opinionem contra extenſionem, vt procedat etiam ſi ſucceſſurus ab inteſtato examinauerit teſtes, probaueritque ex illis, ſibi, petenti miſſionem in poſſeſſionem hæreditatis, deberi ſucceſſionem ab inteſtato, quia adhuc ei non competat remedium dictæ l. fin. C. de edic. diu. adr. toll. Menoch. d. rem. 4. q. 11. n. 85. et 86.

11 Declara eandem opinionem, & ampliationem vt quãuis hæredi ab inteſtato non competat remedium dictæ l. C. de de edic. diu. adr. toll. vt dixi ſupra, tamen datur ei officium iudicis adipiſcendam poſſeſſionem, vt ſcribunt Bal. Præpoſ. & Pariſ. citati num. præcedenti, verſ. contra, Roll. à Vall. conſ. 1. num. 50. in vltimis verbis, & num. 54. & ſeqq. lib. 1. & Achil. Perſon. tractat. de adipiſcend. poſſeſſ. num. 7. tomo tertio, part. ſecunda, fol. 246. maxime datur hoc officium iudicis filio venienti ab inteſtato, prout in his terminis loquuntur Bald. Præpoſ. & Achil. Perſon. vt ſupra.

12 Ratio huius declarationis eſt, quia quoties viget ratio, vt ei, pro quo non reperitur proditum, remedium à lege, ſubueniendum ſit ad inſtar eius. Pro quo reperitur proditum, tũc ſupplex ex æquitate officium iudicis, quod datur, quando deficit actio, vt in his terminis ſcribit Roll. à Val. dict. conſ. 1. n. 54. & 55. quem refert, & ſequitur Achil. Perſon. vbi ſupra; vnde nos videmus, quod ei, cui eſt collatum beneficium, & non poteſt ad illius poſſeſſionem adipiſcendam competere remedium dictæ leg. fin. C. de edic. diu. adr. toll. datur ad inſtar illius officium iudicis, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra membr. 1. num. 13. & 68. & pluribus de facto, & cum imminentia rixæ contendentibus de retinenda poſſeſſione iudex ex officio celeriter aſſumit informationem, quis eorum ſit in poſſeſſione, vt illum in ea manuteneat, vt dixi eod. memb. 1. numer. 25. & memb. 2. num. 10. & ſimiliter ei, cui deficiunt interdicta poſſeſſoria ad recuperandam poſſeſſionem, datur officium iudicis, vt ſcripſi d. memb. 1. num. 39. & datur demum remedium ex æquitate legis ſi me & titium vt retuli, & ſequutus ſum d. memb. 1. n. 39. & ſic in ſingulis ſpeciebus interdicti, poſſeſſorij datur in ſubſidium officium iudicis.

13 Extende quarto declarando, vt remedium dictæ leg. fin. detur etiam filię inſtitutæ hæredi pro adipiſcenda poſſeſſione bonorum feudalium, Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de teſtam. §. ſequitur. n. 39. in fine in verbo. perſonam. lib. 4. fol. 137. Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. quæſt. 47. n. 375. & ſeqq. & Achil. Perſon. eod. tract. num. 184. verſ. quæ concluſio tom. 3. part. 2. fol 249.

Suextende primo hanc extenſionem, vt habeat locum etiam in fœmina tranſuerſalis lineę, vt in ſorore; nam etiam ſoror, ſi inſtituta ſit hæres, mitti debet in poſſeſſionem feudalium ex remedio dictæ leg. fin. Menoch. d. q. 47. n. 378.

Subextende ſecundo, vt procedat etiam ſi notorie conſtaret, bona eſſe feudalia, & filia nullam produceret inueſtituram, neque conſuetudinem probaret, quia adhuc filia deberet mitti in poſſeſſionẽ & ratio eſt duplex, prima quia alias deſtruerentur extẽſio, & eius ſubextenſio, quæ, cum loquantur de feudalibus, præſupponunt hos terminos, quod ſint feudalia, & ſic quod certum ſit, eſſe feudalia: ſecunda ratio eſt, quia, cum ſint aliqua feuda, quorum etiam fœmina eſt capax, vt bene diſcurrendo ſcribit, Dec. conſ. 424. proponitur ſub numer. 10. 11. & ſeqq. non poſſumus dicere, quod iura adeo reſiſtant huic poſſeſſioni, quod fœmina teneatur docere de inueſtitura, de titulo, aut de retinenda poſſeſſione, ſcripſi libro præcedenti cap. 7. ſub num. 131. & per recuperanda, num. 294. & 295.

Quicquid contra hanc extenſionem teneant Ioſ. Cum. d. c. 38. num. 116. & ſeq. & Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. ſub n. 650. verſ. niſi agnatus.

14 Subextende tertio, vt procedat etiam ſi alius, ſeu alij agnati opponerent, filiam, ſeu ſororem eſſe incapacem bonorum feudalium, quia nihilominus mitteretur poſſeſſionem. Oſaſch. deciſ. 26. diſcuſſis n. 14. Achil. perſon. dict. tracat. de adipiſc. poſſ. n. 105. Ioſ. Cum. in ritib. ſicil. c. 38. num. 115. et Rugin. tract. de appell. §. 2. cap. 3. ſub numer. 650. & præſertim ſi filia allegaret pro ſe inueſtituram, aut conſuetudinem, quia tunc magis mitteretur in poſſeſſionem, cum clauſula tamen (ſaluo iure agendi agnato ordinarie in poſſeſſorio vel petitorio ſi aliquod ſibi ius in d. feudo competat) Achil. Perſon. d. tract. de adipiſc. poſſ. n. 115. et Ioſ. Cum. vbi ſupra.

15 Limita hanc ſubextenſionem, vt non procedat, quando agnatus eſſet incontinenti paratus docere de iure ſuo, quia tunc fœmina non mitteretur in poſſeſſionem, Put. deciſ. 229. aloyſia. n. 5. et 6. lib. 1. Menoch. d. rem. 4. quæſt. 47. n. 381. et latius Achil. Perſon. eod. tract. de adipiſc. poſſ. 109. 112. et ſeqq. fol. 349. vbi ſublimitat.

16 Declaca hanc quartam extenſionem, vt quamuis Dec. conſ. 424. proponitur ſub numer. 10. et 11. Tiraq. in tract. le mort. ſaiſit. le viſ part. 4. decl. 5. ſub num. 20. et 21. fol. 108. Oſaſch. deciſ. 23. ſecundus num. 36. Ioſ. Cum. in rit. ſicil. c. 38. num. 115. & alij, quos omitto, dicant ſimpliciter, quod filia, ſeu ſoror vel alia fœmina hæres debeat mitti in poſſeſſionem bonorum feudalium & non diſtinguant, an ſit hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato, neque an debeat mitti ex remedio legis fin. C. de edic. diu. adr. tol. aut officio iudicis.

Tamen eorum dictum recipit hanc diſtinctionem, vt ſi ſit hæres ex teſtamento, competat ei remedium dictæ l. fin. vt ſcribunt Ioan. Andr. Menoch. & Achil. Perſon. ſupra n. 13. in extenſione, ſecus ſi ſit hęres ab inteſtato, & veniat vti comprehenſa in inueſtitura, quia tunc mittitur in poſſeſſionem officio iudicis, vt ſcribunt Bal. in capit. 1. numero 1. verſ. quæro ſi poſſeſſio, & præſup. initio de controuer. inter maſc. et fœm. Roll. à Vall. in conſil. 1. num. 49. in fine, num. 50. 54. et 55. lib. 1. Achil. Perſon. tractat. de adipiſcend. poſſeſſ. num. 106. tom. 3. part. 2. fol. 246. et Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. n. 651. verſ. duplex. Et quod in Regno Sicilię fœmina deſcendens, puta filia, vel neptis, ſi eſt in proximiori gradu, mittatur in poſſeſſionem feudalium bonorum ab inteſtato, ſcribit Ioſ. Cum. d. cap. 38. num. 120.

Redeundo, vnde deceſſi, ad tertiam extenſionem, concludo, quod ſiue loquamur de miſſione ex remedio legis fin. ſiue de miſſione ex officio iudicis, ſiue in rebus allodialibus, ſiue in feudalibus, non datur appellatio, Ruginell. ſub num. 651. verſic. et in hac. ſumus enim in poſ-

ſeſſione

Digitized by Google

ſeſſione momentanea, in qua non datur appellatio, ex quo eius præiudicium poteſt reparari in poſſeſſorio ordinario, ſeu in petitorio, *vt ſæpius dixi.*

17 Extende quinto, vt filiæ fœminæ, inſtitutæ hæredi detur hoc remedium legis *fin. C. de edic. diu. adr. toll.* etiam quoad bona emphyteotica, *Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 48. n. 385. & 386.*

Extende ſexto, vt procedat etiamſi contradictor opponeret teſtamentum eſſe raſum, vel quod defunctus tẽpore mortis non poſſideat alia bona, quia adhuc iudex poterit pronunciare, hæredem ſcriptum in teſtamento eſſe mittendum in poſſeſſionem, ſaluo iure aliorum ius prætendentium in poſſeſſorio plenario, & petitorio; & ab iſta pronunciatione non datur appellatio, *Contar. in l. vnica, in ampliat. ſub nu. 109. & 110. C. de mom. poſſ. & Rugiuel. d. §. 2. c. 2. ſub num. 649.*

18 Sed de hac exceptione, quod teſtamentum eſt raſum, abolitum, cancellatum, & de ſimilibus, an, & quando impediant, ne hæres mittatur in poſſeſſionem, vide Achil. Perſon. *tract. de adipiſc. poſſ. nu. 121. & ſeqq. num. 3. part. 2. fol. 249.*

19 Extende ſeptimo etiam ſi iſte hæres deſcriptus in teſtamento eſſet extraneus, quia nihilominus eſſet mittendus in poſſeſſionem, ſpreta appellatione, *Rugmell. d. c. 3. num. 649.* quamuis enim excipiens negaret, inſtitutum hæredem eſſe filium teſtatoris, & quamuis filius à parte in teſtamento præteritus ſit, & alius inſtitutus, & filius excipiat; teſtamentum eſſe nullum, tamen, ſi inſtitutus petat, ſe mitti in poſſeſſionem bonorum eſt mittendus, niſi in teſtamento filius præteritus pro filio nominatus, quia tunc vitium viſibile legitur, & ideo hæc exceptio impediret miſſionem in poſſeſſionem, *Achil. Perſon. de adipiſc. poſſ. ſub num. 121. verſ. & hac ratione, tomo 3. p. 2. fol. 249.*

20 Extende octauo vt maxime ceſſet appellatio quando ſententia de mittendo, hæredem in poſſeſſionem fertur ſine reo, ſeu contradictore, quia iſto caſu denegatur appellatio non ſolum eo, quod ſumus in adipiſcenda poſſeſſione, in qua non datur appellatio, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *memb. præced. num. 35. & hoc membr. nu. 1. & ſeqq.* ſed etiam ex eo, quia hæc pronunciatio eſt mera interlocutoria ad differentiam eius, quæ fertur cum contradictore, quæ dicitur diffinitiua, prout hanc differentiam notant Menoch. *tract. de adipiſc. poſſ. remed. 4. quæſt. 98. per totam, num. 802. & ſequent. Achil. Perſon. eod. tract. n. 353. verſ. & quando tom. 3. p. 2 fol. 270.* & quod ſit interlocutoria ſcribunt etiam Contar. *in l. vnica, in 2. ratione decidendi numer. 45. C. ſi de mom. poſſ. & Caſ. Barz.* quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra memb. 2. num. 2. verſ. ratio,* & quod, ſi non appareat contradictor, & iudex pronunciet, hæredem eſſe mittendum in poſſeſſionem bonorum, & deinde iubeat nuncio Curiæ, vt illum mittat in poſſeſſionem & is miſſus ſit & mox compareat contradictor & velit appellare ab iſta interlocutoria, non poſſit appellare ſcribit aperte Achil. Perſon. *tractat. de adipiſc. poſſ. num. 355. verſ. ſi vero contradictor, fol. 169.* item denegatur appellatio, quia non extat quis appellet, & ſic fruſtra quæritur de appellatione, cum pronuncietur ad fauorem hæredis actoris ſine contradictore, *iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum infra memb. 9. ſub num. 51. verſ. quid dicendum.*

21 Nota, primo ex hac extenſione diſtinctionem quod ſi interlocutoria feratur antequam appareat contradictor, dicetur mera interlocutoria; ſecus ſi apparuerit antea contradictor, quia eſſet interlocutoria habens vim diffinitiuæ, *vt refert & ſequitur Contar. in l. vnica, in 2. ratione dicendi, num. 45. verſ. aut agitur C. ſi de mom. poſſ.*

Contra primum membrum huius notabilis, ſicque contra ſecundam rationem præcedentis extenſionis, dum dicimus, eſſe meram interlocutoriam, ſi fuerit lata ſine contradictore, tenent Menoch. *d. rem. 4. q. 99. n. 820. verſ. extenditur,* & Rugin. *tract. de appel. §. 2. c. 3. ſub n. 649. verſ. non etiam fol. 118.* aſſerentes, eſſe interlocutoriam, quæ ſapit & habet naturam, & effectum diffinitiuæ.

22 Nota ſecundo obiter aliam doctrinam generalem ad cognoſcendum quando ſententia lata ſuper poſſeſſorio, dicatur interlocutoria vltra cognitionem datam in hac extenſione, & *ſupra memb. 2. n. 1.* quod in omni caſu poſſeſſorij intentatur incidenter eſt interlocutoria, *Franch. in c. 60. cum ceſſante ſub nu. 37. verſic. 21. de appell.* & quod ſententia, lata ſuper poſſeſſione tunc ſit interlocutoria, quando incidenter, & excipiendo fuit tractatum de poſſeſſione refert, & ſequitur eſſe communem* opin. Contar. *in l. vnica, in ratione dicendi, num. 10. verſ. tunc vero, C. ſi de mom. poſſ.*

23 Extende nono eandem exemplificationem, vt procedat etiamſi ſtatutum ſimpliciter permittat, poſſe ſemel appellari in cauſis poſſeſſorijs, prout permittit ſtatutum Bononienſe quia adhuc non licebit appellare à ſententia de immittendo hæredem ſcriptum in poſſeſſionem, Bero. *quæſt. 44. ſi ſtatuto per totam quem referunt, & ſequuntur Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſeſſ. numer. 333. verſ. quæ regula tomo 3. part. 2. fol. 268. Rugmell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. ſub nu. 649. verſicul. ſecundus in fine,* vbi, citando eundem Bero. ait, prohibitam eſſe appellationem ad vtrumque effectum, licet ipſe non loquatur in terminis ſtatuti.

Ratio huius extenſionis poteſt reddi multiplex.

24 Prima enim ratio erit, quia iſto caſu habemus leges ſpeciales, quæ fauore teſtamentorum prohibent appellationem, vt patet *in d. l. quiſquis, C. quor. appell. non recip. & in l. vltim. ff. de appell. recip. vel non* & tantum prohibent, quod iudicem, admittentem appellationem puniunt pœna pecuniaria, vt dixi *limit. præced. num. 3.* quod non eſt, ſi admittat appellationes ab alijs poſſeſſorijs: Sed ſtatutum, permittens poſſe ſemel appellari in cauſis poſſeſſorijs, eſt generale; ergo prædictæ leges ſpeciales derogant huic ſtatuto generali, quia regula eſt, quod ſpecies derogat generi, *c. 34. generi de reg. iur. in 6. & l. 81. in toto iure, ff. eod.* & dixi ſupra *libro primo, capitul. 66. numero nono,*
25 † Quæ regula procedit, ſiue ſpecies ſequatur ſiue præcedat, *Iacob. de Aren. de leg. in toto, & ibidem Dec. ſub nu. 7. verſ. & iſta concluſio, & ſub num. 13. verſic. & ampliatur,* quia mandatum ſpeciale derogat generali, etiamſi generale ſit vltimo loco conceſſum, *Gloſ. in c. 1. in verbo, man-*
26 *datum, de reſcript.* † Et procedit hæc regula tam in legibus, quam in ſtatutis, *Dec. d. l. in toto, ſub nu. 7. verſ. & iſta*
27 *concluſio.* † Procedit ſimiliter in reſcriptis ſeu mandatis, *Dec. d. l. in toto n. 15. verſic. eodem modo.* Imo procedit ſingulariter in reſcriptis ſecundum oppoſitionem, & ſolutionem quam tradit Io. de Anan. *in c. 1. n. 2. de re præſcrip.*
28 † Procedit etiam iſta regula ſiue derogatio fit in eadem diſpoſitione, ſiue in diuerſa, dummodo ſpecies, & genus inter ſe contradicant, *Dec. in d. l. in toto, n. 10. verſ. procedit iſta regula.*

29 Secunda ratio poteſt eſſe, quia, quæ notatu digna ſunt, requirunt ſpecialem mentionem, *leg. 15. item apud labeonem, §. hoc edictum ff. de iniur.* & hoc eſt generale vt lex, aliquid nouiter ſtatuens, non procedat in caſibus ſpecialibus, & priuilegiatis, niſi de eis fiat expreſſa mentio, *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. nu. 93. fol. 159.* & quod lex noua corrigens veterem, non intelligatur eam corrigere in caſu, quo ſpecialiter prouidit, ſcripſi *lib. præced. c. 9. nu. 17. 34. 1736. & ſeq.* ergo ſtatutum loci in quantum ſimpliciter, & generaliter permittit poſſe in cauſa poſſeſſorij ſemel appellari, locum non habebit in hoc ſpeciali, in quo maior ſimplicitatis ratio adeſt quam in alijs poſſeſſorijs, *Bero. d. q. 44. n. 1. vbi ex quibus infero.*

Ter-

Digitized by Google

Tertia ratio poteſt eſſe, quia etiam ipſum ius canonicum quod liberalius eſt admittendis appellationibus à ſententijs poſſeſſorijs, prohibet appellationem in iſto poſſeſſorio, *Bero.d.quæſt.44.num.3.allegans*, textum *in c. vlt.§.ſi quis etiam 2. quæſt.6.* ſed in hoc decipitur Bero. quia diſpoſitio illa *in d.§.ſi quis etiam* non eſt textus iuris canonici, ſed ſunt verba Gratiani, qui non habuit facultatem condendi legem canonicam iuxta ea, quæ ſcripſi *infra memb.7.ſub n.1.verſ.non recedas*.

Quarta ratio eſt quia ſtatutum, loquens ſimpliciter, & generaliter, non comprehẽdit caſum pœnalem, ſed alios, in quibus pęna adicta non eſt per ea de ſtatuto, mandante compromitti cauſas, ſcribunt Bart. *in l.37.non diſtinguemus.§.iulianus & in §.de liberali.ff.de recep.arbit. Rom. conſ.262.idem mihi, num.2.& conſ.299.ſeu 285. hęc iuliana,n.6.& ſeqq.* de qua re late nos *lib.præced.c.2.nu.66.& ſeqq. & n.73.& ſeqq.* ergo ſtatutum non comprætendit hunc caſum pęnalem, *Bero d.q.44.n.4.*

30 Subextende hanc extenſionem, vt nec ſuſpenſiue, nec deuolutiue poſſit appellari, *Bero ead.q.44.ſi ſtatuto, in fine principij*, dicens, quod appellatio non deuoluit, & in fine, *ſub n.5.* dicens, quod nunquam nec vllo caſu poteſt appellari.

Ratio eſt, quia hoc ſtatutum non corrigit ius commune, per ea, quæ dixi *ſupra n.24. & ſeqq.* ſed ius commune prohibet appellationem etiam quoad effectum deuolutiuum, quando agitur de adipiſcenda poſſeſſione per viã poſſeſſorij ſummarij, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra memb.2.n.3.& infra ſub num.37.verſ.contrarium, & verſ. contrarietas*.

Reſtringe hanc nonam extenſionem, eiuſque ſubextenſionem, vt procedant in adipiſcenda poſſeſſione prout loquuntur ex remedio legis fin. *Codic.de edic. diu.adr. toll.* Secus in alijs poſſeſſorijs, quia in alijs ſtatutum intelligitur permittere appellationem tam deuolutiue, quam ſuſpenſiue; & in iſtis alijs poſſeſſorijs intelligo eundem Bero. *qu.19. in queſtione fruſtrum ſub n.1. & 2.* & Rot. *diuerſ.deciſio.330.reſoluerunt.n.4.par.2.* dum ſcribunt, quod ſtatutum Bononienſe, permittens, poſſe ſemel appellari in cauſis poſſeſſorijs, intelligitur tam deuolutiue, quam ſuſpenſiue.

Quamuis Menoch. *tract.de adipiſc.poſſ.rem.4. q.100.n.86.* ſentiat poſſe appellari ſolum ad effectum deuolutiuũ, à cuius ſententia diſcendendum eſt, quia vel loquitur in adipiſcenda poſſeſſione ex remedio dictę *legis fin.* & tunc male ſentit, quia nec ad effectum deuolutiuum poteſt appellari, *per ea; quæ dixi in ſubextenſione*, vel loquitur in alijs poſſeſſorijs, & tunc male ſentit, quia poteſt appellari etiam ad effectum ſuſpenſiuum, *vt ſcribunt Bero.et Rot. ſupra citati*.

31 Extende decimo, loquendo de effectu ſuſpenſiuo vt procedat etiam de iure canonico, quia neque de iure canonico poteſt appellari quoad effectum ſuſpenſiuum, niſi ex iuſta, & euidenti cauſa, quæ appareat ex actis *ſecundum. Bal.conſ.141.præmiſſis.num.1. verſ.ad euidentiam lib.1.& conſ.203. pronuntiatum fuit. in fine lib.4.* dum inquit, concludendum eſt igitur de iuris rigore, appellari non poſſe; propter communem enim appellantium malitiam legum duritia hoc introductum eſt, ſed æquitate canonica ex euidenti, & iuſta cauſa, quæ ex actis appareat, appellari poteſt, *Couar.pract.qq cap.23.ſub num.8. verſ.tria concluſio.f.523.* dicens quod non tantum iure ciuili, ſed & pontificio appellatio admittenda non eſt ad ſuſpenſionis effectum ab ea ſententia, quæ fertur in iudicio poſſeſſorio ex conſtitut. vltimæ, *C.de edic.diu.adr.toll, & Menoch.de adipiſcend.poſſeſſ.remed.4.quæſtio.100.num.480.* qui duo ſic ſenſiſſe Baldum colligunt ex eo, quod inquit de iure canonico poſſe appellari ſi adſit iuſta cauſa apparens ex actis: ergo ſecundum Bald. ſi non adeſt iuſta cauſa apparens ex actis, non poteſt appellari, & certe intelligendus eſt Bald. vt loquatur de appellatione ſuſpenſiua, prout eum aperte intelligunt ijdem Couar. & Menoch. ſupra citati, & ita etiam intelligere debemus Bero. de *quæſt.44.ſi ſtatuto n.3. & Lancellot.tract.de attent.par.2.cap.12.limit.25.verſ.tertio fol.372.* dum ſcribunt, quod neque de iure canonico admittitur appellatio in iſto poſſeſſorio ſummariſſimo legis fin. *Cod.de edic.diu. adr. toll.* nam quoad effectum deuolutiuum poterit appellari non ſolum de iure canonico, *vt dixi infra n.33.* ſed ſecundum vnam indiſtinctam opin. poteſt appellari etiam de iure ciuili, *vt retuli infra membr.7.n.16.*

Contra hanc extenſionem videtur facere hoc ſolum argumentum, quod in corpore iuris canonici non reperitur textus, qui prohibeat appellationem, niſi *in d.§.ſi quis etenim.* qui, vt dixi, non eſt textus iuris canonici, ſed ſunt verba ius canonicum, & Doctor. qui tenet iſtam opinionem contra extenſionem, allegant Canoniſtas, nempe Innoc. & non allegant iura, neque allegant Inn. qui dicat, hoc eſſe de iure canonico, ſed ſupponunt, quod loquatur de iure canonico.

Contra eandem extenſionem facit, quia de iure canonico datur appellatio etiam quoad effectum ſuſpenſiuum, *vt retuli, & ſequutus ſum infra memb.7.n.10.* ſed aduerte, quia non eſt verum in poſſeſſione ex remedio *dictæ.l.fin.vt dixi eod.memb.7.n.12.*

32 Subextende hanc decimam extenſionem, loquentem etiam de iure canonico, vt neque poſſit appellari quoad effectum deuolutiuum *Ruginell. tract.de appellat.§.2.cap.3.num.706. verſ.quod ergo fol.125.* vbi reijcit ſequentem contrariam opinionem: & in iſta ſubextenſione videtur reſidere Lancell. *tract.de attent.part.2. capitul.12. de attent.& innou.appellat.pend.limitat.25.princip.n.20.iuncto num.27.fol.372.* dum loquendo de appellatione prohibita ſecundum ius canonicum in poſſeſſorio adipiſcendæ ſecundum terminos legis *fin. Cod.de edic.diu.adr.toll.* ait, regulare eſſe, quod vbi appellatio prohibetur, cenſeatur prohibita quoad vtrumque effectum, tam deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum, & videtur probari hæc ſubextenſio eſt relatione legis, quam facit Gratianus ad ſuæ aſſertionis confirmationem *in cap.vltim. verſ. de poſſeſſione 2.q.6.*

Ratio huius ſubextenſionis eſt, quia in poſſeſſorio ſummario agitur de modico præiudicio, & reparari, & de poſſeſſorio intentato per modum prouiſionis in ordine ad alterum iudicium, & vt aliqua remaneat differentia inter iſtud poſſeſſorium ſummariarum, & poſſeſſoriũ plenarium, ſeu ordinarium conuenit, vt ſi in plenario admittitur appellatio ſolum ad effectum deuolutiuum, in iſto ſummario denegetur, *Rugin.ſub n.706.& prius n.648. in fine*.

33 Contrariam opinionem: quod enim de iure canonico poſſit appellari ad effectum deuolutiuum tenet aperte Ioſ.Ludou. Peruſ. *deciſ.20,domina Martiana.num.11.verſic.de iure vero canonico,part.1.* dicens, in ſummariſſimo poſſeſſorio, & ſic ab interlocutoria, & à quocunque grauamine etiam minimo poſſe appellari quoad effectum deuolutiuum, & Menoch. *tract.de adipiſcend.poſſeſſ.remed.4 quæſt.100.numer.840.* & ita tacite tenet etiam Benint. *deciſ.79.mota lite.ſub numer.7.* dum, loquendo de poſſeſſorio extraordinario, ſcribit, de iure canonico non poſſe appellari quoad effectum ſuſpenſiuum, quaſi dicat à contrario ſenſu, poſſe appellari quoad effectum deuolutiuum, quia incluſio vnius eſt excluſio alterius; & ita ipſum intellexit Couar. *in l.vnica,limit.3.numero 48.& 49. C.ſi de moment. poſſeſſ.* & licet idem Benintent. *ead. deciſ.79.numero 6.* dicat, non poſſe de iure canonico appellari, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum, non tamen per hoc ſequitur, quod ipſe pro certo teneat, non

poſſe

poſſe appellari, quoad effectum deuolutiuum, & in iſto effectu ſuſpenſiuo locutus ſum *ſupra membr. ſecundo, num.* 4. Immo, loquendo in poſſeſſorio ordinario, Iuſ. Ludou. & alij, quos citaui, & ſequutus ſum *infra membr. 7. num.* 10. tenent de iure canonico poſſe appellare ad vtrumque effectum.

34 Confirmatur hæc contraria opinio, quia licet ius ciuile, & ius canonicum diuerſimode diſponant in aliquo caſu tamen habent eaſdem regulas; ſed regula iuris ciuilis eſt, vt eo caſu, quo probet appellationem, intelligatur prohibere quo ad effectum ſuſpenſiuum, ſecundum ea, quæ retuli *infra num. ... verſic. ...* niſi eſſemus in caſu, in quo prohibuiſſet ſub genere, & poſtea prohiberet etiam in ſpecie, quia tunc, vt prohibitio in ſpecie operetur, intelligitur prohibere etiam quoad effectum deuolutiuum, vt *ſcripſi infra n.* 37.

Ergo quando ius canonicum prohibet appellari in caſu *legis fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* intelligitur prohibere quo ad effectum ſuſpenſiuum tantum.

Nota ex iſta contraria opin. quod cum Benint. videatur tenere hanc contrariam opin. vt deduxi, & eam aperte teneat Ioſ. Ludou. à me citati, & Bero. *in q. 44. ſi ſtatuto,* non loquatur apertè, errauit Menoch. dum eos *d. qu.* 100. *n.* 841. citat pro altera opin. quod non poſſit appellari de iure canonico quoad effectum deuolutiuum, & proinde errat ipſe, dum dicit, eos erraſſe: *verum*.

Opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

vt inquit Horat. eſt propterea excuſatione dignus, prout ſic eundem in alio articulo excuſauit Contar. *in l. vnica, in fin. C. ſi de momen. poſſ.*

35 Reſtringe primo, declarando eandem ſextam exemplificationem, vt procedat quando hæres ſcriptus in teſtamento, quamuis ſit hæres extraneus, agit ad adipiſcendam poſſeſſionem vacantem, & oſtendit teſtamentum non cancellatum, neque abolitum, & eſt in eo deſcriptus hæres, & in his terminis procedunt deducta in exemplificatione, *n.* 6.

Secus ſi agat ad poſſeſſionem plenam, & opponantur legitimæ exceptiones, eiuſque non attentis, iudex eum mittat in poſſeſſionem, quia tunc datur appellatio, vt patet ex his, quæ dixi *infra num.* 55. & ſimiliter ſi producerentur plura teſtamenta, vel aliter diſputaretur de petitorio, quia ſemper daretur appellatio, vt declaraui in ſuis proprijs locis.

Reſtringe ſecundo declarando eandem ſextam; exemplificationem, vt procedat ſolum quo ad effectum ſuſpenſiuum, ſed non quo ad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectum deuolutiuum datur appellatio ſecundum magis * receptam ſententiam, de qua, loquendo in adipiſcenda poſſeſſione ex remedio huius *l. fin. Cod. de edict. diu. Adrian. tollen.* teſtatur Menoch. & loquendo generaliter in poſſeſſorio, teſtantur alij, quos omnes citaui, & ſequutus ſum *infra membr. 7. numero* 16. & illa tenere pleroſque in hoc ipſo interdicto adipiſcendæ ex remedio *dictæ leg. fin.* teſtatur, ſed non ſequitur Achil. Perſon. *tract. de adipiſc. poſſ. n. 131. verſic. dico igitur, tom. 3. part. 2. fol.* 268.

37 Contrariam opin. quod enim appellatio prohibeatur etiam quoad effectum deuolutiuum, tenuerunt quamplures, quos etiam citat, & ſequitur Achil. Perſon. *d. tract. de adipiſc. poſſ. num. 132. verſ. alij.* dicens, quod alij indiſtinctè cenſuerunt, ab immiſſionis ſententia regulariter poſſeſſori non dari appellationem, & hoc fauore teſtamenti, vltimæque voluntatis; & hanc contrariam ſententiam, quod appellatio intelligatur prohibita quo ad vtrũque effectum in caſu adipiſcendæ poſſeſſionis ex *l. fin. Cod. de edict. diu. Adrian. tollen.* refert & ſequitur Ruginel. *tract. de appellat. §. 2. capitulo tertio, num. 649. verſicul. ſecundus.* † Hoc tamen non procederet quando iudex reijceret exceptiones concernentes petitorium, puta ſi contradictor opponat, & probet incontinenti de æquali, vel potiore iure tunc enim appellationi erit locutus. *Achil. Perſonal. de adipiſc. poſſeſſ. numero* 121. hancque eſſe communem * opin. teſtatur Contar. *in l. vnica, in vltima ratione decidendi, ſub numero 26. verſiculo non diſpliceret, Cod. ſi de mom. poſſeſſ.* & Ioſ. Ludou. Peruſ. *deciſ. 20. domina Martiana, numero 9. verſiculo præterea, & numero 10. parte* 1. hancque tam in ſpolio, quam in omni alio poſſeſſorio eſſe communiorem * ſententiam teſtatur Ioan. Bapt. Poot. *tractat. de ſpol. libro quarto, capitulo tertio, ſub numero 39 fol.* 305. &, loquendo generaliter in poſſeſſorio, ſcribunt & teſtantur eſſe communem, & magis communem opin. plures, quos citaui *infra membr. 7. numero 29. verſic. contrariam.*

Confirmatur hæc contraria opinio hoc nouo argumento, quia alias ſequeretur, quod lex puniens appellantem, de qua ſcripſi *ſupra numero* 7. redderetur eluſoria, tum quia appellans ſemper diceret, quod appellauit ad effectum deuolutiuum, tum quia ſufficiebant leges, quæ generaliter prohibeant oppellationem in cauſſis poſſeſſorijs, qualis eſt *l. vnica, C. ſi de manu. poſſ.*

Contrarietas iſta poſſet conciliari, vt reſtrictio procedat in ſententia lata in poſſeſſorio ordinario in quo poteſt appellari quoad effectum deuolutiuum, *Ioſ. Ludou. d. deciſ. 20. numero 14. verſicul. quod ad rem noſtram, & num. 15. 16. & 18* vbi de magis communi * opinione & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *infra membr. 7. numero* 16. vbi videas; opinio vero contra reſtrictionem procedat in ſententia lata ſuper poſſeſſorio ſummario, ſeu, vt alij vocant, ſummariſſimo, in quo nullatenus, & ad nullum effectum datur appellatio, *teſtibus eod. Ioſ. Ludou. & alijs, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra memb. 2. numero tertio, & Ruginel. quem retuli ſupra ſub numero 32. verſic. ratio huius.*

Contra iſtam conciliationem facit, quod referunt, & ſequuntur Breder. *tract. de appel. parte 1. tit. 11. colum. 21. ſub litera* D. dicens, quod, prohibita appellatione, cenſetur prohibita ad vtrumque effectum, & Cæſar. Barz. *in bonon. deciſ. 71. appellationem, numero* 3. dicens, quod vbicunque appellatio permittitur, vel prohibetur, intelligitur quoad vtrumque effectum.

Non recedas ab iſta conciliatione.

Reſtringe tertio, vt non procedat quando iudex pronunciat contra actorem, videlicet, non eſſe mittendum in poſſeſſionem, quia à pronunciatione negatiua datur appellatio, *Aug. in l. 6. quiſquis, numero 3. C. quor. appellat. non recip.* dicens, ſe multoties ita practicaſſe, *Iacobin. à S. Georg. in l. fin. numero 30. & Zucchard. numero 443. C. de edic. diu. Adr. toll. Tiraquell. tractat. le mort ſaiſit le vif, parte 6. declar. 6. numero tertio verſ. id autem. Duen. regul. 44. fall. 1. Menoch. tractat. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. quaſt. 100. num. 876. verſic. ſecundus fol. 54. Surd. tractat. de alim. titul. 8. priuileg. 60. numero vigeſimoſexto, in fine, & numero 27. Lancell. tractat. de attent. parte 3. c. 28. num. 89. fol. 448. Achil. Perſonal. tractat. de adipiſc. poſſeſſ. numero 344. verſic. vel & quoque fol. 269. & Ruginel. tract. de appell. §. 2. cap. 3. ſub num. 649. verſus finem verſ. appellabitur.* & adde, quæ ſcripſi *limit. ſeq. numero decimo nono, verſic. declara tertio, & n. 20. & ſeqq.*

Contrariam opinionem: quod enim appellatio æqualiter prohibita ſit reo, contra quem proferatur ſententia de immittendo actorem in poſſeſſionem & actori, cui ſententia deneget miſſionem in poſſeſſionem, ſeruata æqualiter diſtinctione, an damnum illatum ſit reparabile in petitorio, vt tunc vtrique æqualiter denegetur appellatio, vel non ſit reparabile, vt tunc vtrique concedatur, late defendit Contar. *in l. vnica, limit. 17. numero 4. & ſeqq. C. ſi de moment. poſſeſſ.* hancque contrariam

opinionem videtur ſequutus Put. *deciſ.316. in vna aſinaten.libro ſecundo*, quem referunt, & ſequuntur Contar. *d.limit.17.n.17.in fine, & March.tract.de commiſſ. part.1. de commiſſ.in poſſeſſ.ſalu.&c.cap.23.n.28.fol.235. in 2.impreſſ.*dum ſcribit, quod Ægidiana ſicut habet locum quando ſententia eſt lata in ſpolio contra ſpoliatorem, ita etiam habet locum, quando eſt lata contra ſpoliatum actorem; huiuſque contrariæ opinionis fundamentum, ſeu rationem latè proſequutus ſum *limit. ſequenti n.23. & ſequentib.* vbi videas.

Quid dicendum? Diſtinguo duos caſus.

Primus caſus eſt, quando appellatio denegatur ei, quia ſententia celeritatem deſiderat, *vt in l.6.quiſquis, C, quor. appell.non recip.& in l.fin.C.de edict.diu.tollen.* de qua eſt nunc ſermo noſter; & iſto caſu vera eſt reſtrictio, quia ratio quare denegatur appellatio in caſu *d.l.quiſquis, & l.fin.Cod.de edict.diu.Adrian.tollen.* non eſt illa, quod eius damnum poſſit reparari in petitorio, ſed eſt, quia executio teſtamentorum requirit celeritatem, *vt ſcripſi ſupra ſub num.6. verſ.ratio.* quæ ratio celeritatis ceſſat quando pronunciatur contra heredem, cum vulneretur teſtamentum, quo vulnerato, non poteſt conſiderari executio ipſius, quia nullius entis nullæ ſunt qualitates; vnde, attenta diuerſitate rationis, poteſt appellatio vni denegari, & alteri permitti.

Secundus caſus eſt, quando appellatio in poſſeſſorio judicio denegatur non eo, quia res celeritatem deſideret, ſed eo, quia eius grauamen poſſit reparari in alio iudicio, & iſto caſu vera eſt contraria opinio, præſuppoſito, quæ ratio militet tam in actore, quam in reo.

Vel breuius, & magis ſapienter dicimus, reſtrictionem eſſe vanam, qua appellatio, quæ conceditur actori, non poteſt habere, niſi effectum deuolutiuum, ad quem effectum appellatio cõceditur etiam reo in poſſeſſorio ordinario, *vt retuli & ſequutus ſum infra memb.7.num.16.& 35.* ergo in actore nihil eſt ſpeciale, ex quo ſumi poſſit reſtrictio, & verbum Angeli, qui in ea fuit anteſignanus, male Iacob.à S.Georg. quem ſequuti ſunt Tiraq. & Lancel. in ea citati; vocat verbum ſtupendum, cum ſit potius verbum vanum.

Retenta reſtrictione in ſuo caſu.

39 Extende primo eam, vt procedat etiam in caſu, quo actor produxiſſet vnum teſtamentum, petendo, ſe mitti in poſſeſſionem, & aliud produxerit reus, & iudex pronunciaret, non eſſe locum ſummario poſſeſſorio, ſed eſſe agẽdo poſſeſſorio ordinario, ideoque abſolueret reu ab obſeruatione iudicij, quia ab iſta pronunciatione contra actorem daretur appellatio, *Contar.in l.vnica, in ampliat. n.113. verſ.non eſſe.C. ſi de momen.poſſeſſ.& Rugin.tract.de appellat.§.2.c.3.ſub n.649.verſ.ſecus vero fol.118.*

40 Extende ſecundo etiam ſi appareat contradictor, qui petat, immiſſionem reuocari, & diſputetur de validitate teſtamenti tam ex capite præteritionis filij, quam quod teſtator eſſet manifeſte vſurarius, & feratur ſententia reuocatoria poſſeſſionis, & ſuper nullitate teſtamenti contra hæredem, cui fuerat decreta miſſio in poſſeſſionem, quia dabitur appellatio ab iſta reuocatoria, *Rugin.§.2.c. 3.ſub n.649.verſ.appellabitur.*

41 Reſtringe quarto eandem textam exemplificationem, vt non procedat reſpectu tertij non citati, quia is poteſt appellare à ſententia, ſeu decreto de immittendo hæredem in poſſeſſionem bonorum, *vt ex Zucchar.in l.fin nu. 446.C.de edict. eden.diu. Adrian.tollen.* refert & ſequitur Menoch.*tract.de adipiſcen.poſſeſſ.remed.4.quæſt.100 num. 845.verſ.declaratur primo, fol.53.& poſt eum Lancel.tract. de attent.par.2.c.12.ampliat.14.ſub n.3.& 4.fol.354. Contar.in l.vnica.limit.23.n.1.C. ſi de momen.poſſeſſ. & Achil. Perſon. tract.de adipiſcen. poſſeſſ.n.339.verſ.vel & quoque tom.3.part.2.fol.269.*

42 Confirmatur primo iſta reſtrictio, quia, appellatione prohibita in aliqua cauſſa, prohibitio non ſe extendit ad tertium, ſed ſolum ad perſonas principales; quare ſi Princeps delegat cauſſam, appellatione remota, tertius poterit appellare, *Bart.in l.1.§.interdum, numero quarto. verſiculo quæro Imperator, ff.à quib.appell.non lic. Franc. Arec. in cap.38.veniens.numero decimo quinto, & Felyn. colum. 3.ſub num.5 ibi, prima concluſio de teſtib.idem Felyn.in cap. 17.qualiter & quando.ſub n.13.verſ. limita tamen. de accuſationib.Franch.in cap.35.paſtoralis.n.25. verſ.ſeptimo.quæritur, & ſub n.26.de appellationib.Maran. in ſuo ſpec.part. 6.act.2.princip.in verbo.& quandoque appellatur.limit.28. numer.339. fol.508. Couar.pract.qq.cap.15.num.quarto.in fine verſ. quarto ſi ad amuſſim. & numero quinto, fol.482. Menoch.tractat.de adipiſcen.poſſeſſ remed.4.quæſt.100. nu. 847.Lancell.tract.de attent.part.2.c.12. ampliat.14. princ. num.6. & 7.fol.354. & limit.8.princip. in fin.numer.46.& 47.fol.366.& Bred tract.de appellat.part.1.tit.11 in verbo, princeps.col.27.ſub litera B.* & de hoc eſt text. ſatis clarus *in cap.15.ſuper eo.in fine, de offic.& poteſt. iud.deleg.* & ratio eſt, quia virtus clauſulæ (*appellatione remota*) non ſe extendit, niſi ad perſonas in ſcripto nominatas, *Bar.Franch.& Couar.vbi ſupra.*

Idem eſt, quando ſtatutum prohiberet appellationem à ſententia conſultoris, quia nihilominus tertius poterit appellare, *vt ſcribit Anton.de Butr. quem referunt & ſequuntur Felyn.in d.c.ſuper eo, ſub n.1.& alij, quos refert & ſequitur Contar.d.limit.23.n.3.ibi, facit quod.*

Et quod tertius poſſit appellare ab executione inſtrumenti, ſeu ſententiæ, in quo, ſeu in qua non eſt nominatus, licet alijs nominatis ſit à ſtatuto, ſeu conſuetudine prohibitum appellare, ſcribunt Franch. *d.cap.33.paſtoralis, n.26.de appellat Rebuff.tract.de lit.oblig.artic.1.gloſ.10. n.1.& 11.tom.1.fol.77.& 78.& Contar.in l.vnica, limit.23. n.4.C.ſi de momen.poſſ.*& quod appellatio, quæ à mandato de exequendo non admittitur inter eaſdem perſonas, inter quas fuit lata ſententia, & datum mandatum, admittatur quoad tertium, qui comparet, & opponit de iure ſuo, tenuit Rot. vt refert, & ſequitur Caputaq.*deciſ.40. appellatio non admittitur.part.1.*

Et è conuerſo, ſi ſententia feratur pro tertio, poterunt partes principales, ſeu altera earum appellare propter eandem rationem, vt, loquendo de clauſula (*appellatione remota*) tenuit Rot.coram Put. *deciſ.147. fuit reſolutum, libro ſecundo*, quare tertius nec actiuè, nec paſſiuè comprehenditur in reſcripto, ſeu alia diſpoſitione emanata inter alias perſonas; & demum, quod tertius poſſit appellare, licet non poſſint principales, ſcribit Tiraquel.*tit.res inter alios acta, & c.limitat.prima, in fine declarat.tertia, fol. 107.*

43 Confirmatur ſecundo, quia vbicunque conceditur priuilegium inſtrumento contra ius commune, illud intelligitur conceſſum quando ex contrahentibus comprehenſis in inſtrumento vnus vtitur inſtrumento contra alterum, ſeu contra eius heredes: ſecus autem ſi contrahens vtatur illo contra tertium; vnde ſtatutum, quod contra inſtrumentum guarentigiæ non poſſint opponi, niſi certæ exceptiones, habet locum quando agitur contra illum cum quo eſt factum inſtrumentum, non autem contra tertium, cum quo non eſt factum illud, inſtrumentum, *Alexan. d. conſil. 83. viſo themate colum. vltim.numer.11.ibi. ideo dico, & conſil.84. in cauſſa qua vertitur numer.8.lib.3.* & quod, ſi à ſtatuto tributa ſit parata executio inſtrumento guarintigiato, non intelligitur habere eam vim contra tertium, refert & ſequitur Menoch.*tractat.de adipiſcend. poſſeſſ.remed. 4. quæſt. 100. num 848.* & quod is, qui habet debitorem obligatum ex inſtrumento guarintigiato, hypothecata bona illius, quæ nunc poſſideantur, per tertium, non poſſit contra

tertium

tertium agere executiuè, quamuis extaret ſtatutum, quod in cauſſis vertentibus ſuper inſtrumento guarintigiato procedatur executiuè, quia præceptum, vel perſonalis perſecutio non ſequitur fundum, ſcribit Bened. de Barz. *tractat. de guarintig. quæſt. nona, verſicul. aliquando vero, tom. 6. part. 2. fol. 344.* quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. cap. 62. num. 25. in fine*, & quod hoc inſtrumentum non habeat locum contra tertium poſſeſſorem, etiamſi ageretur hypothecaria, quia confeſſio priuilegiata poſita, in dicto inſtrumento non ſequitur fundum, ſeu fundi poſſeſſorem, ſcribit Alexand. *in l. §. ſi hæres, ſub numero 1. ff. ad Senatuſconſ. Trebell. Galleſ. ad formam. Cam. obligat. in qq. ad primam part. quæſt. 2. numero 3. fol. 352.* & quod inſtrumentum, habens executionem paratam, non habeat eam contra tertium poſſeſſorem, refert & ſequitur Caroc. *in tractat. de loc. et conduc. in qq. de vſufruct. quæſtion. 16. ſub num. 11. verſic. vnde inſtrumentum, fol. 88.* & adde quæ copioſius ſcripſi *dict. c. 62. ſub n. 24. verſ. ſed difficultas*.

44 Extende primo hanc quartam reſtrictionem, vt procedat, etiam ſi principalis condemnatus recuſaret, nolletque permittere, quod hic tertius poſſet appellare, quia adhuc poterit appellare, *Achil. Perſon. tractat. de adipiſc. poſſ. ſub n. 339. verſ. quæ concluſio, tom. 3. p. 2. fol. 269.*

45 Extende ſecundo, vt tertius poſſit proſequi appellationem pro ſuo intereſſe, licet condemnatus ſe concordauerit, & tranſegerit cum actore, *vt ex Spec. Franch. Abb. & Achil. Perſon. retuli, & ſequutus ſum ſupra lim. 2. num. 96. ſublimit. 4.*

Immo tertius poteſt appellare, etiamſi principales non appellent á ſentẽtia inter eos lata, vel appellationi, quam interpoſuiſſent renunciaſſent, *Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. ampl. 14. n. 8. & 9. fol. 354.* & hoc non habet difficultatem per ea, quæ dixi in *n. ſeqq.*

46 Extende tertio, vt tertij appellatio impediat executionem ſententię latę contra condemnatum, *Anton. de Butr. in cap. 38. veniens num. 10. verſ. oppono quod non impediat, & Franch. de Aret. colum. 3. n. 15. de teſtibus Abb. in c. 17. cum ſuper num. 5. in fin. & 16. in fin. ibi, ſi vero ſciuit de ſent. & re iud. Rebuff. tract. de lit. oblig. art. 1. gloſ. 16. num. 11. tom. 1. fol. 78 Couar. pract. qq. cap. 16. in fine principij, & ſub num. 1. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. quæſt. 100. num. 849. fol. 53. Contar. in l. vnica, limit 23. num. 17. C. ſi de moment. poſſ.* & hanc pro regula ponit Lancell. *tract. de attent. part. 2. c. 12. ampl. 14. n. 2.* & impedit executionem, quia operatur effectum ſuſpenſiuum, *Lancell. d. ampl. 14. ſub n. 4. & 5. fol. 354.* & videtur probari ex *cap. 15. ſuper eod. in fin. de off. & pot. iud. del.* & quod fiſcus poſſit vti tertius impedire executionem ſententiæ latæ contra feudatarium ſuper caſtro eo quia habet intereſſe, tum quia tenetur de euictione, tum quia feudatarius ſoluere pro feudo, tenuit Rota coram Capiſucco, *vt refert Caputaq. deciſ. 331. ſeu 6. executionem p. 1.*

Verum, quia materia huius extenſionis eſt difficilis, & in iudicijs admodum frequens, & tamen á Doctoribus non eſt, prout deberet, benè digeſta; nam eſt de materia *cap. 17. cum ſuper de ſent. & re iudic.* vbi Abb. *ſub num. 1.* ſcribit, illam decretalem ſemper ſibi viſam fuiſſe difficilem, tum propter ipſius difficilem materiam, tum propter intricatum modum tradendi ipſam per Commentatores, ideo operæ pretium me facturum exiſtimaui, ſi pro mea tenui facultate, nitar aliquid ſcribere ad tollendam obſcuritatem, & intricationem, qua noſtrates hac in re loquuti videntur, & quo facilius id conſequar procedam per ſubextenſiones declarationes, & reſtrictiones.

47 Subextende primo igitur hanc tertiam extenſionem, vt procedat non ſolum in caſu, quo tertius appellat priuſquam ſententia habeat vim rei iudicatæ, & cuius executionem poſſet propterea etiam condemnatus appellando impedire; quo caſu nullum dubium eſt, quod ſi tertius admittitur ad appellandum pro ſuo intereſſe, ſuſpendit vim ſententiæ; ſed procedat etiam in caſu, quo appellat poſtquam ſententia lata contra condemnatum habeat vim rei iudicatæ, vel quia condemnatus ab ea non appellauerit, & lapſum ſit tempus, ad appellandum, vel quia ſit tertia, & vltima ſententia conformis, quia nihilominus tertius poterit appellare, & appellando impedit executionem, vt in caſu trium conformium loquitur Rufinell. *tract. de appell. §. 2. cap. 1. num. 49.* & iſto caſu ſunt intelligendi Doctores, quos citaui *num. præced.* in extenſione.

Comprobatur primo ex eo, quia dum Doctores, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra num. 41. reſtrict. 4.* ſcribunt, quod tertius poteſt appellare á ſententia lata in iudicio poſſeſſorio, á qua non poteſt appellare principalis victus, neceſſario intelligunt de appellatione ſuſpenſiua, quia, attenta deuolutiua ſola, non retardata executione, poteſt appellare etiam victus, vt loquendo generaliter in materia poſſeſſoria, adduxi *infra memb. 7. num. 16. verſ. ſecundo.* Et ſimiliter Doctores, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra ſub num. 42. & 43.* dum ſcribunt, tertium poſſe appellare ab executione inſtrumenti, á qua non poteſt appellare nominatus in inſtrumento, intelligunt etiam de appellatione ſuſpenſiua, quia deuolutiuam, non retardata executione, ſcribunt concedi etiam nominatis in eo, vt loquendo de obligato in forma cameræ, ſcripſi *infra limit. 9. num. 18. ſublimit. 3.* & de alijs inſtrumentis executiuis *limit. 10. n. 22. ſublimit. 4.* Vnde ſi poteſt appellare tertius, & non victus, debemus neceſſario intelligere de appellatione ſuſpenſiua.

Comprobatur ſecundo, quia ſi oppoſitio tertij impedit executionem rei iudicatæ, *vt ex Rot. diuerſ. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra n. 51.* ergo tanto magis oppoſitio per viam appellationis.

Comprobatur tertio ex doctrina, quam tradit Abb. *in c. 17. cum ſuper ſub num. 16. in fine, de ſent. & re iud.* dicens, quod ſi tertius ſciuit cauſſam agitari, & á ſententia appellauit, cauſſa eſt integra; & ideo per eius appellationem legitime interpoſitam ſuſpenditur ſententia.

Hæc ſubextenſio recipit multas limitationes, de quibus *infra n. 87. & ſeqq.*

48 Subextende ſecundo, vt tertij appellatio non ſolum poſſit impedire executionem, vt in præcedentibus num. ſed operetur, vt quamuis iudex non poſſit reuocare ſententiam interlocutoriam, á qua fuerit bis appellatum, & bis fuerit confirmata, *per ea, quæ ex Abb. Card. Alex. Dec. Felyn. Alex. & Rip. retuli, & ſequutus ſum infra q. 19. tom. 1. concl. 6. n. 61.* neque iudex appellationis á diffinitiua poſſit de illa interlocutoria amplius cognoſcere, teſtibus his, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra lim. 1. n. 4. & 5.* tamẽ poterit reuocare interlocutoriam, ſi comparuerit tertius, qui ignorauit cauſſam agi, & appellauerit, & docuerit de ſuo intereſſe, *Felyn. in c. 17. qualiter & quando ſub n. 13. fallen. 3. lim. 2. de accuſ.*

49 Subextende tertio, vt procedat non ſolum in tertio, qui appellet ad defendendum condemnatam, ſed etiam in tertio, qui appellet ad excludendum vtrumque litigantem a iuribus, de quibus agitur, quia vt tertius admittatur ad appellandum ſatis eſt, quod ſua interſit, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra q. 5. n. 68. 69. & 71.*

Pro intelligentia huius ſubextenſionis reminiſci oportet, quod tertius poteſt duplici via ſe opponere liti. Prima via eſt, quando aſſiſtit liti ad defenſionem vnius ex partibus litigantibus, puta, cum venditor, ſuſcipit defenſionem litis motæ contra emptorem, ex quo ei ſuccumbenti tenentur de euictione, vel cum legatarius aſſiſtit liti motæ contra hæredem ſuper inualiditate & reſciſſione

teſtamenti,vt explicat eruditus Couar. *pract.qq.c.13.initio,& ſub nu 1.& 3.* Secunda via eſt,quando tertius accedit ad litem, vt excludat vtrumque litigantem a iuribus, de quibus agunt,Couar. *d.cap.13.initio,et c.14.num.verſ. quandoque tertius.*

50 Et licet,vt dixi,non ſit differentia inter primam, & ſecundam viam quoad amiſſionem eius appellationis, tamen quoad admiſſionem ad litem, & cauſſam differunt; nam in prima via, quando aſſiſtit, vt defendat vnum ex litigantibus, admittitur in ſtatu, & terminis, in quibus cauſſa repetitur,vt explicat Couar. *d.cap.13.numero 1.*& quotidie ita ſeruat praxis, & conſequenter iſte tertius poteſt allegare,& probare omnia,quæ principalis omiſit
* allegare,& probare,vt ex communi* opin.refert & ſequitur Couar.*d.c.13.ſub num.1. verſ.primum,& n.2.* vbi hoc declarat.

Secus eſt in eo,qui accedit ad litem, vt excludat vtrumque,quia cum eo lis initianda eſt a capite, & omnia ſunt ex integro repetenda, vt explicat Couar. *eod.c.13.initio,* & ex opin.communi refert & ſequitur *c.14.n 3. verſus finem, verſ.haſtenus,* non tamen interim retardatur lis inter actorem & reum, *Couar.eod.c.14.ſub n.4.verſ.quandoque tertius ibi,nos vero contrariam.*

51 Subextende quarto, vt quamuis tertius nolit,vel non poſſit appellare,eo quia non ſit in tempore;tamen poterit ſine appellatione ſe opponere, & impedire executionem ſecundum ea, quæ ſcribunt Roman. *conſil.69.viſo quæſtionis themate.in fine, Alexan.conſil.15.viſo & conſiderato,num.5.lib.6.* & quod tertius opponens, ſi incontinenti, & in promptu doceat de iure ſuo,impediat executionem ſcribit ex regula Boet.*deciſ.79.breuiter, num.1.*& quod audiatur ad impediendam executionem trium ſententiarum conformium, & quod ei non obſtet Clem. *vt calumnijs,*quia procedit inter ipſos litigantes, ſcribunt Rot. Vaut. & alij, quos remiſſiue ſequutus ſum *infra nu. 66.ampl.9.*

Verum quia hæc ſubextenſio, ita generaliter poſita, habet multas difficultates,& fallentias,quæ ipſam ſubuertunt, ideo neceſſe eſt, vt veniamus ad quatuor caſus particulares,quibus ipſam declaremus.

Primus caſus eſt,quando,lata ſententia in appellabilis, ſeu latis tribus ſententijs conformibus, aut lata decreto in materia executiua, victor vult procedere ad executionem,& tertius ſe opponit,allegando,quod ipſe eſt in poſſeſſione rei ſuper qua actor vult exequi; & isto caſu tertius poſſeſſor impedit executionem, An.Aret. *in l.5. à ſententia,num.7.verſ.aduertas tamen,ff.de appell.& relat.* & ita indubitate reſpondet Couar. *pract.qq.c.16.ſub n.3. verſ.tertia ſolet.*

Ratio eſt,quia iſte tertius poſſeſſor rei petitæ nondum fuit victus ab eo, qui petit executionem, alioqui non fieret executio contra victum, ſed contra ipſum tertium, qui nunquam litigauit.*Couar.vbi ſupra,* quam rationem adduxit Bar.*in l.15. à diuo pio.§.ſi ſuper rebus. num.3.verſ. oppono extra.in fine, ff.de re iud.* licet is loquatur,quando fuit actum actione perſonali, & ideo fit executio ſuper re non petita.

Verum iſte caſus videtur indigere vlteriori explicatione;nam Ant.de Butr.*in capit.38. veniens, num.10.in fine, de teſtib.* ſcribit, quod ſi res eſt poſſeſſa ab iſto, qui comparet pro ſuo intereſſe,fiet executio ad præiudicium tantum eius,contra quem agitur, & exceptum cenſetur præiudicium tertij.

Et Franch.Aret.*ibid n.20.verſ.quinto adde,* nô contentus diſtinguit duos caſus. Primus eſt,inquit,quem ponit Anton.de Butr. cum ſcilicet tertius prætendit, ſe eſſe in poſſeſſione, & hanc rurſus diſtinguit: aut tertius ſciuit, cauſſam agi per eum, contra quem petitur executio, & tunc videtur quod fiat executio in poſſeſſione etiam quoad præiudicium ipſius quoad poſſeſſionem, licet non quoad proprietatem, & poſtea hoc non determinat: aut ille tertius ignorauit, cauſſam agi cum illo, contra quem petitur executio,& tunc,inquit, admittitur ad impediendam executionem,quæ ideo non fiet ſine præiudicio poſſeſſionis,*vt dicebat Aut.de Butr.*Secundus caſus eſt,quando tertius poſſidet, & tunc, inquit,non datur tenuta de re per eum poſſeſſa, tanquam de re per alium poſſeſſa, vnde, vt vides, Aret. diſtinguit inter eum, qui prætendit ſe poſſidere, & eum qui poſſidet, quæ ſanè diſtinctio in caſu, de quo agimus,eſt inſipida,quia nihil refert,an prætendat ſe poſſidere, vel poſſideat quoad effectum impediendi executionem rurſus idem Aret.adducit Antonium de Butr. loquentem in primo caſu diſtinctionis,videlicet in eo, qui prætendit ſe poſſidere, & tamen Ant. de Butr. loquitur in poſſeſſore.

Retenta concluſione,quod impediatur executio.

53 Amplia primo eam, vt procedat non ſolum quando fuit actum actione perſonali, & executio fieret contra tertium poſſeſſorem, quo caſu tertius poſſeſſor impedit executionem,vt conſuluit Rolan.à Val.*conſil.5. videtur, n.8.& ſeqq.lib.2.& ſentit. Ang.,Aret.in l.5.à ſententia,ſub n.7.verſ.aduertas tamen, ff.de appell.& relat.* dicens quod tertius admittitur indiſtinctè ad impediendam executionem, quando fieret in alia re, quam ſuper ea, in qua eſt ſententiatum, & in his terminis benè procedunt primus caſus, & ratio adducta *n. præc.* non enim poteſt dici, quod fuerit vnquam cognitum de iure huius rei,quæ nunquam fuit petita, & ideò facilè impeditur illius executio, vt conſiderat Bart.in *d.§.ſi ſuper rebus,n.3.in fine,*ſed procedit etiam ſi actum eſſet actione reali, ideoque ageretur de executione facienda ſuper ipſa re petita; militat enim adhuc illa ratio adducta ſupra,quod executio fieret non contra victum ſed contra tertium,qui nunquam litigauit, & licet dicatur, quod fuerit cognitum de iure illius rei petitæ,quia fuit petita, & ſuper ea actum, tamen non fuit cognitum vnquam de iure poſſeſſionis poſſeſſoris, & is nunquam fuit victus aut condemnatus.

54 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi ſimpliciter alleget,ſeu probet,ſe eſſe in poſſeſſione, licet non alleget,neque probet de iuſtitia poſſeſſionis,& ratio eſt,quia in dubio præſumitur iuſta, cum delicta dolus,& fraus non præſumantur.

55 Amplia tertio, vt in tantum impediat executionem, quod ſi iudex, non obſtante hac tertij oppoſitione, pronunciet,executionem eſſe faciendam, tertius poterit appellare per ea,quæ diſputando ſcribit Contar. *in l.vnica, quæſt.24.tertius an appell.ſub n.1.& ſub numero 5.verſ.quibus tamen,& num.6.C.ſi de mom.poſſ.* & reſolutiuè Achil. Perſon. *tract.de adipiſc.poſſeſſ. ſub num.340. verſ.bene autem,& verſic.vel & quoque,& verſic.ſed ego quidem,tom. 3.par.2.ſol.269.*

Hæcque appellatio debet recipi tanquam ab exceſſu executionis, quia in executione committitur exceſſus, ſi reijciantur exceptiones, quæ de iure reijci non poſſunt, *iuxta ea quæ ſcripſi infra lim.10.n.34.*

56 Amplia quarto, vt maximè procedat, quando tertius poſſeſſor ignoranit cauſam agi,quia tunc licet poſſeſſor habeat notitiam poſt lapſum tempus ad appellandum, tamen nullum ei fuit factum præiudicium, & ideo poteſt ante executionem occurrere, vt teſtando de opinione
* communi*ſcribit Abb.*in c.17.cum ſuper,n.16.de ſent.& re iud.*& ibidem Felyn.*ſub n.12.verſ. ſtat difficultas ibi, quod autem domino ignoranti.* nam ſi ei nullum ſit præiudicium etiam quoad poſſeſſionem, vt dicunt, neceſſe eſt,vt poſſit impedire executionem,alias fuiſſet ei factum præiudicium.

57 Amplia quinto,vt procedat etiam ſi ſciuiſſet, cauſſam agitari, & non contradixerit, neque appellauerit, quia

nihilomi-

nihilominus nullum ei dicetur factum prǽiudicium etiam quoad poſſeſſionem, hancque ampliat. poſt Cardin. *Zabar.* reiecta communi opin. firmat Abb. *in d. capit. cum ſuper ſub n.17. verſus finem, & num.18. de ſent. & re iud.* & ita videtur reſidere Felyn. *ibid. num. 12. & in verſ. ſtat. difficultas.* vbi ait, quod Alex. qui arguit contra *Zabarell.* & Abb. non reſpondet rationibus Abbatis; eandem ampl. contra communem vti de iure veriorem, æquiorem, & magis practicabilem ſequitur Couarr. *pract. qq. cap. 13. ſub n.9. verſ. cæterum quod.* vnde ſi ei præiudicium non ſit etiam quoad poſſeſſionem, vt dicunt præfati, neceſſe eſt, quod poſſit impedire executionem, alias reciperet præiudicium in poſſeſſione.

Quamuis opinio communis, de qua teſtantur Abb. & Felyn. *in locis ſupra proximè citatis.* ſit vt ſententia lata tertio ſciente, præiudicet ei quoad poſſeſſionem, licet nõ quoad proprietatem, quam communem refert, & ſequitur Contar. *in l. vnicu, limitat. 23. n.9. C. ſi de momen. poſſ.* ſed ego non diſcedo ab ampliatione, & quamuis Ang. Aretin. *in l.5. à ſententia, ſub n.7. verſ. ſin autem, ff. de appellat. & relat.* dicat quod ſi tertius ſciuit, cauſſam agi, tunc non videtur quod poſſit impedire executionem, niſi appellet.

58 Amplia ſexto, vt multo magis procedat quando tertius poſſeſſor allegaret etiam, ſe eſſe dominum, quia tunc impedit executionem per ea, quæ ſcripſi ſupra *in præcedentibus ampliationibus*, & ex communi * opin. in terminis huius ampliationis refert & ſequitur Couarr. *pract. qq. cap. 16. ſub nu.4. verſ. ſed huic diſtinctioni*, & vltra quod impedit executionem, transfert etiam in eum, qui vult exequi, onus probandi, condemnatum habere dominium illius rei, quia ex quo tertius reperitur in poſſeſſione, ipſe præſumi etiam dominus, *Couarr. d. cap. 16. numer. 4. verſ. quartus caſus. verſ. primum, vbi verſ. ſecundum, & verſ. tertium.* & quod ſi poſſideat tertius, tunc incumbat onus probandi ei, qui vult mitti in poſſeſſionem, ſcribit Bar. *in l.15. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, n.4. in fin. ff. de re iud.*

59 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat etiam ſi victor, qui vult exequi, vellet ſummariè in iſto iudicio executionis probare, quod condemnatus eſt dominus rei, quam poſſidet tertius poſſeſſor ordinario iudicio conuincatur, *Couar. ſub d. n.4. verſ. ſed huic diſtinctioni.*

60 Declara hanc ſuambliationem, vt in caſu quo victor, agens ad executionem, probet ſummariè contra tertium poſſeſſorem, quod victus, & condemnatus eſt dominus rei, de cuius executione agitur, fiat tunc executio hunc in modum, vt victor mittatur in poſſeſſionem, ſeu quaſi poſſeſſionem ipſius domini), & actionis in rem, quæ, poteſt, & poterat victo competere, vt ea actione poſſit agere contra ipſum tertium poſſeſſorem, ſicut potuiſſet agere ipſe victus, & condemnatus, ſicque fiet iſta executio, & miſſio in poſſeſſione ſine præiudicio ipſius tertij poſſeſſoris contradictoris, *vt refert & ſequitur Couarru. pract. qq. cap. 16. ſub numero 4. verſic. quartum.*

61 Extende hanc declarationem, vt procedat etiam ſi tertius poſſeſſor fateretur, condemnatum eſſe dominum rei, de cuius executione agitur, ſed tamen ipſe probaret, ſe poſſidere, & iuſtam cauſſam poſſeſſionis allegaret, quia erit iſto etiam caſu facienda executio abſque præiudicio poſſeſſoris, licet non probet iuſtam cauſtam poſſidendi, quia præſumitur, ſi allegetur, *Couarr. d. c. 16. ſub n.4. verſic. quintum.*

62 Reſtringe hanc extenſionem, vt non procedat, quando iſte tertius poſſeſſor fatetur condemnatum eſſe dominum, & probat ſe poſſidere, ſed tamen nullam allegat iuſtam cauſſam ſuæ poſſeſſionis, quia tunc præſumitur * poſſeſſio iniqua, & ideò executio debet fieri etiam quoad poſſeſſionem, non obſtante ipſius tertij contradictione, *Couar. d. c. 16. ſub n.4 verſ. ſextum.*

63 Amplia ſeptimo, vt procedat etiam ſi iſte tertius poſſeſſor poſſideret iniuſtè quoad alios, ſed tamen iuſtè quoad condemnatum, quia impediret executionem, eſſetque propterea manutenendus quoad victorem, qui venit ex perſona condemnati, cuius reſpectu poſſeſſio non eſt iniuſta, *per ea, quæ ſcribunt Natt. conſ. 535. quoniam, n.1. & Contar. in l. vnicu, quæſt. 24. tertius an appellet, n.15. C. ſi de momen. poſſeſſ.* adde quæ ſcripſi *lib. præceden. cap. 7. n.405. & ſeqq.*

64 Amplia octauo, vt tertius poſſeſſor, qui, opponendo ſe executioni, allegat ſe retinere rem ratione melioramentorum, impediat executionem ſententiæ, quia iuſtè poſſidet, ſi rem retinet ratione melioramentorum, *Contar. d. quæſt. 24. num. 15. in fin. verſ. idem, & num. 16. & ſeqq.*

65 Comprobatur hæc ampliatio, quia exceptio, melioramentorum impedit executionem obligationis in forma cameræ *Galleſ. ad formul. camer. oblig. ad 4. pratic. quæſt. 2. num. 12. & 13. fol. 355.* dicens, hoc fuiſſe obſeruatum etiam ſi aduerſarius, qui petit executionem, offerret cautionem de ſoluendo illa, cum fuerint liquidata, dummodo tamen conſtet adeſſe melioramenta; vide Vrſill. ád Afflict. *deciſ. 205. quidam clerici, n.6.*

Contra tamen hanc approbationem; quod enim non retardetur executio, dummodo offeratur præfata cautio, tenuit Rot. *diuerſ. deciſ. 659. domini concluſerunt, in princ. & n.1. part. 1.* & quod hæc opinio, quando melioramenta non ſunt liquida, ſit vera, patet ex his, quæ ſcribit Contar. *d. quæſt. 24. ſub n.17. & ſeqq.*

An & quando quis poſſit retinere rem, in qua ſunt facta melioramenta, ſeu expenſæ, vide Surd. *tract. de alim. tit. 8. priuil. 62. & Caroc. tract. loc. & conduc. fol. 243. col. 3. in fin. & 4.*

66 Amplia nono, vt procedat, etiam ſi latæ eſſent contra condemnatum tres ſententiæ conformes, quia nihilominus tertius poſſeſſor poſſet impedire executionem ratione ſui intereſſe, *per ea, quæ ſcripſi ſupra in 4. & 5. ampl.* licet condemnatus per tres ſententias conformes non poſſit, opponendo nullitatem, impedire executionem; tamẽ tertius poterit, *vt ex Rot. Alex. Felyn. Vant. Couar. et Hier. Gabr. retuli, et ſequutus ſum infra quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 4. n.99. verſ. reſtringe duodecimo.*

67 Amplia decimo, vt procedat etiamſi ſtatutum mandaret, quod ſententia Poteſtatis mitteretur executioni, omni exceptione remota, quia nihilominus non poteſt mitti executioni contra tertium poſſeſſorem, *Fel. in c. 17. qualiter, et quando n. 13. in fin. de accuſat.*

Amplia vndecimo, vt executio impediatur, etiamſi is, qui petit executionem, vellet cauere de reſtituenda poſſeſſione ipſi tertio poſſeſſori iuxta formam *l. 58. is à quo. ff. de rei vend.* quia illa lex de præſtanda cautione procedit quando poſſidet condemnatus, & non quando poſſidet tertius, qui non fuerit citatus, *Caputaq. deciſ. 327. ſeu 2. executio ſub n.2. et 3. part. 1.* præterquam in caſu, de quo ſupra *ſub n.65. verſ. contra.*

68 Reſtringe primo num. declarando eundem primum caſum, poſitum *ſupra n.52.* omneſque eius ampliationes, in quibus dixi, quod tertius ratione ſuæ poſſeſſionis poteſt impedire executionem, vt hoc ſit verum, dummodo incontinenti doceat de ſua poſſeſſione, quia tertius debet incontinenti docere de ſuo intereſſe, ſi vult admitti ad impediendam executionem, per ea, quæ, loquendo de tertij appellatione, retuli, & ſequutus ſum *infra num. 106. et 108.* alias, ſi non doceret de ſuo intereſſe, non impediret, quia is, cuius non intereſt, non audiatur.

69 Reſtringe ſecundo, declarando vt tertius poſſeſſor poſſit ſe opponere executioni duplici modo: Primus mo

dus eſt per viam appellationis; & tunc debet appellare infra legitima tempora, *vt retuli, & ſequutus ſum infra, num.96. limit.3.* & debet legitimè appellare, alias non audiretur per viam appellationis, & ſic non impediret executionem, quia, quod de iure non tenet, nullum ſortitur iuris effectum: Secundus modus eſt per viam alterius oppoſitionis, & contradictionis iudicialis; & iſto modo poteſt impedire, & in iſto modo procedunt omnia, quæ ſcripſi in 1. caſu, & ampliationibus, *n.52. & ſeqq. vſque huc.*

70 Reſtringe tertio eundem primum caſum, poſitum *ſupra nu.52.* in quo diximus, quod tertius poſseſsor impedit executionem, vt non procedat ſi ſit poſseſsor clandeſtinus, violentus, aut intruſus lite pendente, aut aliter vitioſus, quia non impediret executionem per ea, quæ de eiuſmodi intruſi appellatione retuli, & ſequutus ſum *infra num.91.* vbi videas.

71 Reſtringe quarto, vt non procedat, quando eſsent ſententiæ ex illis, quæ poſsent præiudicare etiam tertio poſseſsori non vocato, ac ſi eſset vocatus; multæ enim ſunt ſententiæ, quæ contra regulas iuris præiudicant etiã non vocatis, & eorum citatio ideò neceſsaria non eſt, de quibus ſententijs ſcripſerunt Tiraq. *in tract. ſeu rubr. res inter alios &c. limit.18.20.23.25. et Couarr. pract. qq. c.13. num.5. & ſeqq. verſ. ſecundo prænotandum*, & de ſententia, lata contra hæredem, an, & quando noceat ſubſtituto, & fideicommiſsario, Hier. Gabr. *conſil.42. laudum, libro 2.* Quare ſi aliqua reperiatur ſententia eiuſmodi naturæ, tunc tertius poſseſsor non poſset impedire executionem quam impedire non poteſt condemnatus, *Couarr. pract. qq. cap.16. initio.* Inter has autem ſententias, quæ nocent etiam tertio non vocato, & ideo contra eum, reiecta omni eius oppoſitione, mandatur executioni, ex illa, quæ fertur contra venditorem, qui vendidit rem litigoſam, ſeu contra eum, à quo tertius poſseſſionem vitioſum habuit, *vt ſcripſi infra, numero nonageſimo ſecundo, ampl.1.* vbi vide.

Adde pro iſta reſtrictione ea, quæ ſcripſi *infra, nu.112.*

72 Aduerte primò obiter circa eundem primum caſum, quod hæc praxis agendi contra principalem debitorem, omiſso poſseſsore, habet circuitum, quia, cum in executione citabitur tertius poſseſsor ad opponendum, quare ſententia non debeat mandari executioni, & is ſe opponat, & impediat executionem, lis erit cum eo initianda, *per ea quæ ex Couar. retuli, & ſequutus ſum ſupra num.50. ſubextenſione 3. in fine*, & ideò hæc praxis non eſt bona, ſi poſset agi aliquo iudicio poſseſsorio contra tertium poſseſsorem, puta ſaluiniano interdicto, quod ideò frequentatur in curijs, & palatijs, *vt dixi ſupra, n.3.*

Aduerte ſecundo, quod hæc praxis citandi poſseſsorem ante adeptionem poſseſſionis eſt neceſsaria ad euitandam pœnam, *l.6. meminerint, C. vnde vi*, vt explicaui ſupra *lib.1. c.34. n.33.*

Et licet ad euadendam pœnam ſufficiat citatio, tamen ad appræhendendam poſseſſionem ſine vitio ſpolij requiritur ordo iudiciarius, alias tertius poſseſsor poterit agere de ſpolio, *vt retuli, & ſequutus ſum infra membr.6. num.14. et 68.*

Reſtringe quinto declarando, vt quamuis tertius poſseſsor poſſit impedire executionem ſententiæ latæ contra condemnatum; tamen, ſi ſit actum cum ipſo, & ſit cõdemnatus, ſitq; ſucceſsor vniuerſalis, id eſt hæres eius, qui condemnatus non potuiſset appellare; non poterit impedire executionem contra ſe faciendam, quia, quando poterat executiuè conueniri debitor, poteſt etiam executiuè conueniri hæres, vt, loquendo in pacto, ſeu licentia data à debitore creditori de ingrediendo poſseſsionem propria auctoritate, ſcribunt Bar. *in l.3. creditores, n.21. verſ. quid in ſucceſſore vniuerſali, C. de pign. et Afflict. deciſ.96. dico partes, n.2. Affl. in conſtit. regn. pacis cultum, n.23. verſ. an autem iſta licentia, rub.8. lib.1. & Addit. ad eum*, &, loquendo de executione parata, conceſsa per ſtatutum inſtrumento guarentigiato contra debitorem, ſcribunt Bart. *in l.44. poſtulante, n.1. ff. ad ſenatuſcon. trebell. Bened. de Barz. tract. de guarentig.9. verſ. redeundo, ibi, ſed in contrariam partem, tom.6. p.2. fol.344. et Ant. de Canar. tract. de executio. inſtr. q.30. tom.5. fol.43.* & ſcripſi *ſupra, lib.1. c.62. n.24. q.11.* Ergo ſicut non poſset appellare ipſe debitor, ita neque poterit appellare hæres debitoris.

Declara primo ſubreſtringendo hanc reſtrictionem, vt ſit vera, quando pactum, ſeu ſtatutum conſiderat debitum, & non perſonam, ſecus ſi conſiderat perſonam, vt puta, quia dicatur, quod inſtrumentum habeat executionem paratam contra eum, qui promiſit, quia iſto caſu hæres forſan non conueniretur executiuè, *Ant. de Canar. & fuſius Bened. de Barz. in locis ſupra proxime citatis.*

Declara ſecundo obiter, vt quamuis hæres poſſit conueniri executiuè, tamen debeat ſemper citari, etiam ſi debitor, cuius eſt hæres, potuiſſet non citatus conueniri, & adſtringi, *Bened. de Barz. in loco ſupra citato, & dixi d. c.62. num.24.*

Extende hanc reſtrictionem, vt procedat etiam in ſucceſſore ſingulari, id eſt in tertio poſſeſſore, qui rem habeat à debitore, qui ſe conſtituerit eam poſſidere nomine creditoris, & conueniatur ex remedio, *legis fin. C. de acquir. poſſ.* quod eſt remedium executiuum, & poſſeſſorium recuperandæ, *vt retuli, & ſequutus ſum infra membr. 6. n.48.* vbi omnino videas, quia iſto caſu tertius poſſeſſor condemnatus non poteſt appellare ſuſpenſiuè; ſeu aliter impedire executionem.

Intellige primo iſtam extenſionem, vt procedat ſolum quando agitur ex remedio *dictæ l. fin.* ſecus ſi non agatur ex remedio illius legis; quia tunc ſiue habuerit cauſſam ab alio, ſiue ab ipſo debitore non poterit executiuè conueniri, *per ea, quæ ſcripſi ſupra, ſub n.43.*

Intellige ſecundo, vt procedat, quando tertius rem habuit à debitore, ſed ſi habuerit ab alio, & ſic per alias manus ſine fraude, tunc, quamuis ageretur ex remedio *dictæ l. fin.* an poſſit agere executiuè actione ſpolij, eſt articulus, in quo nihil firmaui, *infra memb.6. ſub nu.48. verſ. ſubextende ſecundo.*

73 Secundus caſus quartæ ſubextenſionis, poſitæ *ſupra nu.51.* eſt, cum tertius non opponit de ſua poſſeſſione, ſed opponit de inhabilitate perſonarum litigantium, quod non poſſunt ſtare in iudicio, ipſo tertio inuito, puta, ſi duo filij in patris poteſtate conſtituti, vel duo monachi ſine licentia Abbatis litigaſſent; & iſto caſu, opponente parte, ſeu Abbate, concludo, quod ipſi litigantes impedirentur appellare, *Ruginel. tract. de appell. §.2. c.1. num.50.* & ſic patris ſeu Abbatis oppoſitio, qui ſunt tertij, impediunt iudicium ipſum, & conſequenter multo magis executionem.

74 Tertius caſus eſt, quando nec tertius, nec alius poſſidet, ſed poſſeſſio eſt vacans, & iſto caſu concludo, quod tertius, opponendo, & docendo de ſuo intereſſe, impedit executionem, *Innoc. in c.38. veniens, ſub numer.1. Ant. de Butr. ſub nu.10. verſ. oppono quod non impediat. ibi, ſi autem petitur executio, de teſtibus, Ang. Aret. in l.5. à ſententia, nu.7. verſ. aduertas tamen, ff. de appell. & relat. Couarr. pract. qq. c.16. ſub num.3. verſic. ſecundus caſus, Lancell. tract. de attent. p.2. c.12. ampl.14. num.14.15. et 56. tom.5. fol.354. Contar. in l. vnica, limit.2. num.93. verſ. his proximum, C. ſi de mom. poſſeſſ. ita etiam ſentit Abb. in cap.17. cum ſuper, num.16. de ſent. & re iud.* & Innocentium ſupra citatum vti ponentem pulcherrimam diſtinctionem ſequitur Bar. *in l.15. à diuo pio, §. ſi ſuper rebus, num.3. verſ. oppono extra, ff. de re iudic.* & quod omnes ſequantur Innocentium *in loco citato*, teſtatur ibidem Felyn. *col.3. numero 5.*

ibi

Digitized by Google

ibi tract.at.hic ſolemniter , *& ſub numero 9. ibi declara ſecundo* , & quod tertius non eſtatus appellare, quando bona hæreditaria ſunt vacantia,& à neminc poſſeſſa, quia, tunc ipſius tertij intereſt, ne poſſeſſio apprehendatur ab hærede cum eam facilius poſſit conſequi non occupatam quam occupatam;ideòque, comparendo poſt iuſſum, , ſed ante immiſſionem , debeat audiri ad impediendam executionem ſententiæ , dummodo d' [illegible] at incontinenti de ſuo intereſſe ſaltem apparente , & , ſi non audiatur , poſſit appellare , ſcribit Achil. Perſon.*tractat.de adipiſc. poſſeſſ.ſub numero 340. verſ.vel & quoque tomo 3. parte 2. fol. 269.*

Ratio huius caſus eſt manifeſta,quia,quando poſſeſſio vacans transfertur in aliquem, cauſſa tertij redditur difficilior , quia facilius quis poteſt conſequi poſſeſſionem vacantem,quam non vacantem, *Innoc. Ant.de Butr. Bar.*
* *Felyn. Achil. Perſon.ſupra citati & alij communiter.**

55 Amplia reſolutionem huius caſus , vt præcipue procedat,quando tertius ignorauit , cauſſam agitari, quia tunc licet tempore, quo tertius habet notitiam, ſit lapſum tẽpus ad appellandum , tamen ei nullum ſit præiudicium ; vnde poteſt ante executionem occurrere , & docere de
* iure ſuo , hancq;eſſe communem*opin.teſtatur , & ſequitur Abb. *in d.c.17. cum ſuper n.16. verſ.aduerte quia* , *de ſent. & re iud.*

76 Reſtringe primo eandem reſolutionem,vt non procedat,quando tertius ſciuiſſet,cauſſam agi,& potuiſſet aſſumere defenſionem,quia tunc non impedit executionem, *Card.quem refert, & ſequi videtur Abb.in d.cap.cum ſuper ſub numero 17.verſus finem , de ſent.& re iud.Felyn.in cap. 38.veniens ſub numero 10. poſt 3.concluſ.fall.2. de teſtib.*& in his terminis poſſumus intelligere , vt loquantur Boer. *deciſ 79.breuiter, numer.3.fall.2. & Lãcell.tract.de attent. par.2.cap.12.ampl.14.num.13.verſ.tertio quando, fol 354.* dum ſcribunt ſimpliciter, quod ſit tertius ſciuit , cauſſam agi & non comparuit, ſed ſolum appellauit à ſententia , præſertim contra præſentem lata , non impedit executionem.

77 Reſtringe ſecundo, vt non procedat , quando tertius haberet præſumptionem calumniæ contra ſe , quia tunc non impediret executionem ſententiæ,ſed ſolum præſtaretur ſibi cautio de reſtituenda re, *Felyn.d.c.38.veniens , colum.5.n.5. de teſtib.* & adde quæ ſcripſi generaliter *infra ſub n.87.lim.1.verſ.ratio.*

78 Quartus caſus eſt , quando agitur actione reali contra eum, qui poſſidet, & fertur ſententia pro actore ; & iſto caſu concludo,quod tertius non impedit executionem , ſed ſolum tenetur victor, qui facit exequi ſententiam, cauere pro indemnitate poſſeſſoris, & tertij de reſtituendo eidem poſſeſſori condemnato rem ſuper qua facit executionem,*Innoc.in capitul.38.veniens, ſub numero 1. Ant.de Butr.ſub numero 10.verſic.oppono quod non impediat , verſus finem , ibi , ſi res eſt ab illo poſſeſſa contra quem agitur . Franc. Aret.num.19.verſ.quarto adde,& Felyn.ſub numero 7.verſic.tertia concloſio . & apertius num.9.declar.2. de teſtib.Bart.in l.15.à diuo pio, §.ſi ſuper rebus , num.3.verſ.oppono extra,ff.de re iud.Bald. in marg.ad Innoc.in verbo,ſententia debet mãdari executioni, Ang. Aret.in l.5.à ſentẽtia, ſub num.7.verſ.aduertas tamen,ff.de appell.& relat.Oſaſch. deciſ.28.obtenta,ſub num.3. verſ.contraria. Couar.pract.qq. c.16.num.2.in fine , verſic.bis tandem. Lancell.tractat.de attent.parte 2.capitul.12.limit.14.numero 9.in fine, verſic. limita , fol.354. & Marcheſ.tractat.de commiſſ.parte 2.in commiſſ.de appellat.capitul.6. numero 32. & ſeqq.fol.119.* & quod ſi hæreditas poſſideatur , & iſte poſſeſſor fuerit ab hærede citatus,& non tertius, tunc tertius, volens impedire executionem,non audiatur,quia ſua non intereſt, ex quo eodem modo , quo poſſeſſionem potuiſſet auocare à primo poſſeſſore, poterit etiam auocare ab hærede , ſcribit Achil.Perſon.*tract.de adipiſc.poſſeſſ.num.341. verſic.ſi hæreditas, tomo 3.parte 2.fol.269.* & quod creditor,qui prætendit ſe eſſe anteriorem & potiorem,& facit committi cauſſam ſuæ anterioritatis , non impediat executionem, quam facit alius creditor contra bona debitoris , data tamen per iſtum alium creditorem procedentẽ ad executionem cautione in forma depoſiti in euentum ſuccumbentiæ, refert, & ſequitur Creſc.*deciſ.11.alias 14. beatris de reſcript.*

Ratio huius caſus eſt,quia tunc pręiudicium tertij non eſt conſiderabile , quia poterit conſequi ab vno , ſicut ab alio,*Bar.vbi ſupra, Abb.in conſ.3.nitar.n.2.in fine,lib.3.Felyn.in d.c.veniens ſub n.9.& Achil.Perſon.ſupra relatus,*&
* ita communiter* omnes .

Quod ſi tertius allegaret ſuum præiudicium eſſe quia, poſſeſſio transfertur in duriorem aduerſarium, tunc vide *infra n.83.verſ.ſubdeclara.*

79 Extende primo hunc caſum,vt procedat etiam ſi iſte tertius ante latam ſentẽtiam inter actorem, & reum mouiſſet litem contra eundem reum poſſeſſorem , quia, adhuc non retardaretur executio,ſed ſolum victum caueret de reſtituenda re,*vt dixi ſupra in hoc caſu , et declaraui infra n.82.*

80 Extende ſecundo , vt procedat etiam ſi tertius allegaret, quod reus victus tenet illam rem in depoſitum , ſeu locationem ab ipſo tertio , quia etſi ex hac allegatione concludat,& dicat,ſe eſſe poſſeſſorem,tamen tenetur hoc probare incontinenti,ex quo res reperitur in poteſtate victi,*Couar.pract.qq.c.16.ſub n.4.verſ.octauo,*alias ſi incõtinenti non oſtendat,fiet executio ſine præiudicio iudicij poſſeſſorij.

81 Extende tertio,vt procedat etiam ſi tertius appellaret, quia nihilominus præſtita cautione, de qua ſupra & infra pluribus in locis loquutus ſum , poſſet procedi ad executionem,quæ non reuocaretur per viam attentati,*Lancell. tract.de attent.par.2.c.12.ampl.14.nu.10.lim.1.tomo 5.fol. 354.*licet nemo ex his, quos citat , loquatur in terminis appellationis,& attentatorum.

82 Declara primo reſtringendo hunc caſum , dum dixi , præſtandam eſſe cautionem,vt hoc ſit verum quando tertius,qui ſe opponit executioni, prius egiſſet ita,quod penderet iudicium inter ipſum, & reum;ſecus ſi non egiſſet , quia victori daretur poſſeſſio abſq;prædicta cautione , *Abb.in capitul.17.cum ſuper,ſub numero 15.verſ.tunc quęro,de ſent.et re iud.Creſcen.deciſ.20.alias 236.cautio, ſub n. 1.de ſent.et re iud.et clarius Franch. Aret.Felyn.et Couarr. infra citati* ; & ratio differentiæ eſt duplex: prima quia ſi tertius prius egit , & transferatur poſſeſſio in alium ſine cautione,oportebit, quod inchoet nouam inſtantiam, & nouum iudicium contra victorem , in quem trasfertur poſseſſio;quę ratio ceſsat,ſi nondum egerit contra reum; omnino enim contra poſseſsorem haberet inſtituere nouum iudicium: ſecunda ratio eſt, quia ſi reus poſſeſsor non faceret ſibi præſtari hanc cautionẽ,poſset conueniri à ſecundo agente , quaſi dolo deſiijſset poſſidere , *vt ex Bar. refert et ſequitur Franch. Aret.in dict. capitul.38. veniens ſub numero 18.verſ.quarto adde,et ex vtroque Felyn.*
* *num.8.verſ.declara primo de teſtib.* & de communi* opin. teſtatur idem Aret.*ubi ſupra*, quem ex eo refert, & ſequitur Couar.*pract.qq.cap.16.num.3.ſub verſ.bis tandem.*& in terminis huius declarationis intelligas Boer.*deciſ.79.breuiter n.2.*

83 Subdeclara hanc declarationem , vt quamuis tertius non prius egerit contra reum poſseſsorem , & ideò ei præſtanda non ſit cautio , quia non ſentit præiudicium conſiderabile,*per ea, quæ dixi ſupra ſub num.78.verſ.ratio, et hic num. praced.* nihilominus ſi allegaret poſſeſſionem transferri in duriorem aduerſarium ; & ita iudici videretur , poſset cogere victorem ad præſtandam prædictam

cautio-

Digitized by Google

cautionem, *Felyn.in c.38.veniens ſub n.9.caſ.11.& Couar. d.c.16. ſub n.3.*

84 Declara ſecundo, quod in omnem caſum quo executio non poſſit impediri, & ſiue executio fiat, data prædicta cautione, ſiue abſq; dicta cautione, ſemper erit facienda ſine præiudicio iurium tertij, qui ſe oppoſuit ante executionem, *per ea, quæ ſcribunt Boer.deciſ.79.breuiter nu.1.in fine, & Ant.de Butr.* quem in alio caſu citaui, *ſupra ſub nu. 52.verſ.verum.*

85 Reſtringe eundem quartum caſum, vt non procedat, quando executio eſt facienda ſuper alia re, quam ſuper re petita, & controuerſa, quia tunc tertius debet audiri etiam ſi condemnatus poſſideat illam rem, vnde ſi eſt lata ſententia de quantitate pecuniæ, vt puta, quia actum ſit actione perſonali & tertius ſe opponat, & doceat, quod habet ius in ea re, in qua actor vult exequi, certè impedit executionem, *Innoc.in capitul.38.veniens, il ſecundo, numero 2.verſic.ſed contra de teſtib. Bar.in l.15. à diuo pio §.ſi ſuper reb.ſub numero 3. verſic.oppono extra ibi, ſi vero ſit miſſio, ff.de re iud. Felyn.in d.capit.38. veniens, colum.5.*
* *ſub num.9.ibi, ſecundus caſus*, & hanc eſſe communem* opinionem ſcribit, & tenet Alex. *conſil.15. viſo & conſiderato, col.2.num.5.lib.6.* vnde ſi Seius primus creditor Titij habeat obligata omnia bona, iura, & actiones Titij, & Sēpronius ſecundus creditor, & ceſſionarius eiuſdem Titij agat contra Meuium debitorem eiuſdem Titij, & habita ſentētia fauorabili, velit illam exequi contra dictum Meuium, poterit Seius primus creditor Titij ſe opponere ſententiæ, & executioni relaxatæ contra Meuium, quia, cum ipſe Seius primus creditor Titij ex obligatione illa generali acquiſiuerit vtilem actionem contra Meuium debitorem dicti Titij, & penes ipſum Titium remanſerit actio directa, non potuit Titius debitor transferre vtilem illam in Sempronium, ſed ſolum potuit, cedendo illi ſuum creditum contra Meuium transferre exercitium directæ actionis in eum, tanquam in ſimplicem procuratorem in rem proprij, quare, cum poſtea concurrunt habens vtilem actionem, & habens directam ad eundem effectum, præfertur habens vtilem, etiamſi habens directam ſeu eius exercitium obtinuiſſet pro ſe ſententiam, dummodo non ſit facta exetutio, ſeu exactio, & habens vtilem conteſtatus ſit litem contra dictum Meuium debitorem ſui debitoris, vel aliquam partem debiti ab eo receperit, vel ſaltem ei denunciauerit, ne ſoluat habenti directam actionem, eo quia ipſe denuntians habet vtilem actionem quæſitam ex tali cauſa, faciendo ei notitiam de iure ſuo, & ſufficit, quod talis denuntiatio fiat ei quandocunque etiam poſt ſententiam, quæ tranſierit in rem iudicatam, dummodo fiat ante factam executionem, *vt conſuluit idem Alex.d.conſil. 15. & conſ.17. requiſi.lib.1.quem refert & ſequitur. Felyn. in cap.17.cum ſuper col.penul.num.17.ibi, unde tertius, de ſent.& re iud.* & quod ſi ſententia, lata ſuper actione perſonali, mittatur executioni in rebus, quę victor aſſerat eſſe ipſius victi, & condemnati, & tertius allegat, & ſtatim probare ſe velit, ſe eſſe dominum illarum rerum, tunc facilius impediatur executio, & ipſi victori, petenti executionem, incumbat onus probandi, victum eſſe dominum, ſi tertius ſit in poſſeſſione, alias incumbat tertio, ſcribit Couar. *pract.qq.cap.16.num.3. in fine, verſ. quartus caſus, & num.4.*

86 Declara hanc reſtrictionem, vt procedat in terminis, in quibus loquitur, quando tertius allegat, ſe habere ius in re; ſecus ſi allegaret ſolum, ſe habere ius ad euincendam poſſeſſionem, & in ipſa poſſeſſione, nec allegat, ſe poſſidere, quia iſto caſu ſi condemnatus poſſideat, tertius non impediret executionem, *Ioan. Faber in l.1.ad finem, C.de priu. fiſc.quem refert & ſequitur Couar. pract.qq.c.16. n.4.in fine.verſ.decimo.*

Nec obſtat, quod Gl.1.*in d.§. ſi ſuper reb.in verbo controuerſia fiat.* quā ibidem refert, & ſequitur Bar.*n.4.et n.5. verſ.quæro ſecundo.* dicat, quod ita impeditur executio, ſi moueatur controuerſia de proprietate, ſicut ſi moueatur de poſſeſſione.

Quia reſpondeo, quod hoc eſt verum, quando tertius dicit, ſe poſſidere, & ita loquitur Gloſ.

87 Abſolutis iam quatuor caſibus quartæ ſubextenſionis, poſitæ *ſupra n.51.* explicitiſq; extenſionibus quartæ reſtrictionis poſitæ, *ſupra n.41.* & ſubextenſionibus tertię extēſionis, poſitæ, *ſupra n.46.* reliquum eſt, vt accedamus ad limitationes eiuſdem quartæ reſtrictionis, eiuſdemq; tertiæ extenſionis, & ſubextenſionum, in quibus egimus de appellatione tertij admittenda ad impediendam executionem.

Limita primo igitur, vt non procedat, quando appellatio, ſeu oppoſitio tertij præſumeretur calumnioſa, quia tunc eius appellatio, & oppoſitio non retardat executionem, *Couar.in l.vnica, lim.7.ſub num.41.verſ.facitque, & lim.23.num.18.C.ſi de mom.poſſ.* & eſſe opin. communem
* teſtatur, & ſequitur Couarr.*pract.qq.capitul.16.numero 2. verſic. verum quoties*, & quod frequenter tertij opponant, & plerumque dolo, & fraude, teſtatur idem Couar. *capitul.14.in fine*, adde quod ſcripſi *ſupra caſ.3.reſtrict.2. num.77.*

Ratio huius limitationis eſt, quia concedēda, non ſunt concedenda, ſi calumnioſè petantur, iuxta ea, quæ cumulant Dec.*cap.9.licet cauſſam, not.6.n.42.& ſeqq.de probat. & Marſ.in pract.crim.§.opportunè, num.75.& ſeqq.vſque ad num.90.* & adde, quæ de remiſſoria non concedenda, quando calumnioſè petitur, ſcripſi *lib.prat.cap.8.nu.823.* nam quando calumnia eſt euidens habetur loco libelli inepti, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q.11. ſub nu. 129.* & libellus ineptus reijcitur, *vt ſcripſi ſupra lib.1.cap.51.num. 5.8.& 9.* & adde multa, quæ de calumnia dixi, *dict.quæſt. 11.n.127.*

88 Declara hanc limitationem, vt præſumptio calumniæ ceſſet, quando appellans, ſeu opponens offert, ſe probaturum incontinenti de ſuo intereſſe, quia tunc tollitur præſumptio calumniæ, & conſequenter retardanda eſt executio, *vt ex Abb.refert, & ſequitur Couar.in loco ſupra proximè citato.*

89 Subdeclara primo hanc declarationem, vt ſine controuerſia procedat quando offertur plena probatio intereſſe, *vt ſcribunt Felyn.in c.38.veniens, ſub n.10.fall.1.de teſtibus, & Couar.pract. qq.c.16.ſub n.2.*

Secus quando non offertur plena probatio, ſed ſolum ſemiplena, quia non ſufficeret, & ratio eſt, quia ſemiplena eſt neceſſaria etiam quod non extet præſumptio calumniæ, nam eo ipſo, quod tertius vult appellare ſeu opponere, debet ſemiplenè, & ſummariè docere de ſuo intereſſe, *vt ſcripſi infra numero 106.limit.6.* ergo, quando extat aliqua præſumptio calumniæ, requiritur maior probatio.

90 Subdeclara ſecundo, vt non ſit neceſſaria oblatio realis cum ſcripturis in ſacco parato, & teſtibus ad latus, ſed ſufficiat oblatio verbalis, vt, loquendo de probanda incontinenti exceptione ad iuſtificandam appellationem, retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt.11. num.79.* Quare in vniuerſa hac ſpecie probationis tam circa qualitatem ipſius probationis, quam circa tempus ipſum, intra quod debeat fieri, multum erit tribuendum arbitrio boni, ac diſcreti iudicis, vt admonet Couar.*d.c.16.ſub numero 2.verſ. verum quoties, in fine*, & quando aliquid dicatur probari incontinenti, vide *infra limit.9.n... & quæſt.19. remed.1. concluſ.4.n.65.& 66.* & quæ ſcripſi *lib.præced.capit.7.ſub num.974.*

91 Limita ſecundo, vt non procedant, quando tertius eſt lite pendente intruſus in poſſeſſionem, quia tunc eius appellatio,

pellatio, ſeu oppoſitio non impedit executionem, *Rot. diuerſ. deciſ. 100. ex nouem, n. 22. in fi. & n. 23. iunčto num. 6. p. 1. Creſcen. deciſ. 19. alias 216. intruſus, de ſent. & re iud. fol. 138. & Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. ampl. 14. n. 17 to. 5 fol. 357.*

Confirmatur hæc limitatio ex ſequentibus ampliationibus.

Ratio huius limitationis eſt, quia, cum executio, ſeu executoriales comprehendant etiam lite pendente intruſos, idem eſt, ac ſi ſententia, & executoriales eſſent latæ contra intruſum, quo caſu certum eſt, quod poſſeſſor intruſus non poſſet impedire executionem, & quod ceſſat prædicta cautio, *Creſc. d. deciſ. 19. & d. deciſ. 20. vtrobique in fine, de ſent. & re iud. & Lancell. d. ampl. 14. n. 18.*

Immo intruſus, lite pendente, non habetur pro poſſeſſore, *Creſc. d. deciſ. 19. num. 3.* merito vndique deficit in eo poſſibilitas impediendi executionem.

92 Amplia primo eandem limitationem, vt procedat in tertio, qui clam, vel violenter poſſeſſionem obtineret, vel aliter ad eum per fraudem poſſeſſio deueniſſet, quia his caſibus non audiretur, *per ea, quæ ſcribit Contar. in l. vnica, q. 24 n. 12. & 13. C. ſi de mom. poſſ.* & ideò in ea re fieret executio contra eum, in quem res illa foret alienata, lite pendente, *Contar. d. qu. 24. n. 14.* & quod ſententia veniat exequenda contra eum, qui rem emit litigioſam, eoque vitio affectam, etiam ſi ignorauerit vitium, ſcribit Couar. *pract. qq. c. 15. n. 7. verſ. his vtcumq;*

93 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi iſte tertius intruſus appellaret infra legitima tempora, quia adhuc is non impediret executionem, *Creſc. deciſ. 19. alias 216. intruſus initio, de ſentent. & re iud.* eſto enim quod tertius poſſeſſor, in quem ſit translata res litigioſa, poſſit appellare à ſententia, modo appellet infra decem dies antequã ſententia tranſeat in rem iudicatam, *vt ſcribit Couar. prac. qq. c. 15. n. 7. verſus finem, verſ. illud vero,* contra quem obſcurè ſentit Lancell. *tract. de attent. par. 2. c. 12. ampl. 14. n. 20. tom. 5. fol. 355.* tamen hæc appellatio non retardabit executionem.

94 Amplia tertio, vt eiuſmodi appellatio, ſeu oppoſitio non ſolum non retardet executionem, ſed neque operetur, vt præſtetur cautio, quare fiet executio, nulla etiam ipſi poſſeſſori præſtita cautione de reſtituenda re in caſu ſuccumbentiæ, *Creſc. deciſ. 20. alias 236. cautio de ſent. & re iud.* quem non bene citat Lancell. *d. ampl. 14. n. 11. et ſub num. 20.* loquens de non recipienda cautione, quam vellet præſtare ipſe poſſeſſor intruſus.

Amplia quarto declarando, vt ſi eiuſmodi poſſeſſor appellans non doceat de alio intereſſe, quam de eiuſmodi poſſeſſione, tunc excludatur non ſolum ab appellatione ſuſpenſiua, ſed etiam ab appellatione deuolutiua; quia ex eiuſmodi poſſeſſione vitioſa nullum prorſus debet ſentire commodum: ſecus ſi doceret de alio ſuo intereſſe, quia tunc admitteretur appellatio deuolutiua.

95 Sublimita declarando eandem limitationem, vt procedat ſolum quando fuit actum actione reali, ſicq; quando fuit alienata res ipſa petita in iudicio, ſecus ſi fuerit actum actione perſonali, quia iſto caſu licet reus conuentus alienauerit, pendente lite, aliqua bona, ſeu aliquam rem in fraudem actoris, & dolo deſierit poſſidere, quia poſt motam ſibi litem alienauit, tamen limitatio non habet locum, & non poteſt fieri executio contra tertium poſſeſſorem, *Rol. à Vall. conſ. 5. videtur, num. 8. et ſeqq. verſ. quibus non obſtantibus lib. 2.* Quare contra hunc tertium erit agendum actione reuocatoria, probando fraudem debitoris, qui alienauit, *vt refert et ſequitur Rol. à Vall. d. conſ. 5. ſub n. 10.*

96 Limita tertio declarando, vt tertius, volens adhærere appellationi, debeat adhærere infra decem dies, *vt ex Rot. Mil. et alijs retuli, et ſequutus ſum ſupra q. 12. num. 96. ampl. 4.* & volens ipſe appellare debeat ſimiliter appellare infra decem dies, *vt ex Gail. retuli, et ſequutus ſum d. q. 12. ſub num. 75.*

Declara vlterius hanc limitationem, vt appellatio tertij admittatur, & impediat executionem, quando appellat infra legitima tempora, id eſt, infra decem dies, computandos à die ſcientiæ, quia ante ſcientiam, & donec ignorat, ſententiam eſſe latam, non currit ſibi tempus ad appellandum, *per ea, quæ ſcripſi ſupra q. 5. ſub num. 36. verſ. contrariam, et quæſt. 12. num. 75. in fine num. 154. et 155.* & ratio eſt vrgens, quia ſi ei, qui eſt in lite, & fuit citatus domi, & ideò eſt fictus contumax, non currit tempus ante ſcientiam, & propterea poteſt appellare quandoque infra decem dies à die ſcientiæ, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra d. q. 12. num. 13. et 14.* multo minus debet currere tertio, qui non fuit in lite, non fuit aliquo modo citatus, & conſequenter nullatenus eſt contumax, & ideo is multo magis debet poſſe appellare quandoque infra decem dies à die ſcientiæ.

Similiter etiam tertius, donec ignorat, cauſſam agitari, non excluditur ab appellatione, quamuis in cauſa inter actorem, & reum ſint latæ tres ſententiæ conformes, *teſtibus Abb. Dec. Put. Couar. et Contar.* quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra hac ead. q. lim. 1. ſub n. 17.* & conſequenter admitti debet eius appellatio.

Secus erit, quando appellaret poſt lapſa legitima tempora ad appellandum, nempe poſt decem dies à die ſciẽtiæ, quia appellatio non poſſet admitti, tenetur enim appellare infra decem dies à die ſcientiæ, *vt late probat Couar. pract. qq. cap. 15. num. 2. verſ. notet equidem, et ſub num. 4. verſic. tertio deducitur,* & dum Lancell. & idem Couarr. quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra q. 12. num. 154. & 155.* & Cæph. & idem Lancell. quos citaui *ſupra qu. 5. ſub num. 36. verſ. contrariam.* ſcribunt, quod tertius, qualis eſt venditor, ſeu legatarius, poteſt appellare infra decem dies à die ſcientiæ, neceſſario ſentiunt, quod poſt illos decem dies non poteſt appellare, quia ſicut quod ad tempus prohibetur, poſt tempus cenſetur permiſſum, *l. 8. imperator, ff. de poſtul. & l. 18. Imperator, ff. de ſtat. hom.* & ſcribit Rebuff. *de ſentent. ex ſtat. art. 10. gl. 1. num. 10. to. 1. fol. 504.* & Io. le Cier. *tract. de primog. lib. 1. q. 21. num. 5. tom. 10. par. 1. fol. 34.* ita in caſu contrario quod ad tempus conceditur, poſt tempus cenſetur denegatum, hocque in facultate appellandi clare patet ex his, quæ ſcripſi *ſupra q. 12. n. 2. ſub nu. 81. 93. & 100.*

Secus etiam eſt, ſi tertius habuerit notitiam, quod cauſſa agebatur, & ſibi non prouidit antequam ferretur tertia ſententia conformis, quia, ea lata non poteſt amplius appellare, *teſtibus Innoc. Abb. Dec. Couar. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum infra n. 100. verſ. extende.*

97 Subdeclara primo hanc declarationem, dum dixi, quod tertius poteſt appellare à die habitæ notitiæ, vt in dubio præſumatur ignorantia, & conſequenter ipſum appellaſſe infra legitima tempora, & ei, qui alter diceret, incumberet onus probandi per ea, quæ loquendo de appellatione ipſius condemnati, retuli, & ſequutus ſum *ſupra qu. 12. num. 24.* & ideo cautela illa iurandi, quam ex Ang. Aret. Felyn. & alijs retuli *infra num. 104. verſ. infero* non eſt neceſſaria.

98 Sub declara ſecundo, vt cum difficile ſit probare hanc notitiam, ex quo non ſufficit notitia, quod ſententia fuerit, lata ſed requiritur notitia qualitatis ſententiæ, *vt ſcribunt Card. Alex. Nat. & Franch. quos citaui, & ſequutus ſum ſupra q. 12. ſub n. 7. verſ. imo,* ideo ſolet indiſtinctè tertius admitti ad appellandum quandocunque, ſaltem cum iuramento, de quo ſcripſi *infra d. n. 104. verſ. infero.*

Reliqua, quæ deſideras in hac limitatione, habes *infra in extenſione ſeq. limitationis, n. 100.*

99 Limita quarto, vt non procedat quando tertius venit

quoad

Digitized by Google

ad cauſſam in tertia inſtantia, & fuit in ea admiſſus in ſtatu, & terminis in quibus cauſſa erat, quia licet ſententiam ferenda ſit prima quo ad ipſum tamen, quia ipſe fuit admiſſus in ſtatu, & terminis in quibus reperitur, ſortitur naturam tertię tam quo ad principalem, quam quo ad tertium, qui propterea non poterit appellare ſi fuerit conformis alijs duabus, Lancellot. tract. de attent. parte 2. cap. 12. amplia. 14. verſ. ſexto numero 22. fol. 355. Contar. in l. vnica, limit. 23. numero 6. verſus finem, ibi, intellige, & nu. 7. C. ſi de mom. poſſeſſ. Ruginel. tract. de appellat. § 2. cap. 1. n. 36. & pulchrè Put. deciſ. 71. Iacobus Cordellas, ſub num. 1. lib. 3. fol. 577. repręhenſo Felyn. vti ſibimet repugnante in capit. cum ſuper de ſent. & re iud. & quod author non poſſit appellare à tertia ſententia contra emptorem, cum ipſe venerit ante concluſionem, ſcribit Rot. diuerſ. deciſ. 1495. Puteus p. 3. lib. 3. fol. 381.

100 Extende hanc limitationem, vt procedat etiam ſi non venerit ad cauſam, ſed tamen ſciuerit, quod cauſſa agitabatur, quia, ſi velit appellare poſt latam tertiam ſententiam conformem, non auditur; imputet enim ſibi, qui ſciebat, ſuam cauſſam agi, & non prouidet, Bart. in l. 5. à ſententia num. 8. verſ. quęro quid ſi primus ff. de appellat. & relat. Innoc. in cap. 17. cum ſuper num. 1. verſ. ſed quid ſi abbas. Abb. num. 26. verſ. ſed dubium eſt de ſent. & re iud. Dec. in cap. 65. ſua nobis ſub n. 15. verſ. 3. locum habet de appell. Put. d. deciſ. 71. in fin. lib. 3. Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſeſſ. ſub num. 339. verſ. & quod de tertio tom. p. 2. fol. 269. Couarru. pract. qq. cap. 15. num. 4. ſub verſ. tertio deducitur, & clarius, num. 8. verſ. hactenus Contar. in l. vnica, limit. 23. num. 5. ibi, his finitiuum, & num. 7. in fine, ibi, intellige etiam Cod. ſi de mom. poſſeſſ. & Rugin. tract. de appell. §. 2. cap. 1. nu. 37. verſic. non admittitur, vide etiam ſupra lim. 1. prin. ſub n. 17. verſ. reſtring.

Secus eſt ſi ignorauerit, cauſſam agitari, quia iſto caſu poterit appellare etiam poſt latas tres ſententias conformes, Abb. Put. Couar. & Contar. quos retuli, & ſequutus ſum, dicta lim. 1. ſub n. 17. verſic. reſtringe.

101 Declara primo hanc extenſionem, dum dicimus, quod tertius excluditur ab appellatione eo, quod habuerit notitiam, quod cauſſa agitabatur, vt hoc procedat ſiue notitiam, habuerit in prima, ſiue in ſecunda inſtantia, Ang. Aret. in l. 5. à ſententia ſub num. 16. verſ. quęro quando ff. de appellat. & relat. Felyn. in d. cap. 17. cum ſuper num. 11. verſ. quoties tertius. ſiue etiam in tertia inſtantia, dummodo ſciuerit ante concluſionem cauſſę in tertia ſeu vltima inſtantia, ſecus ſi non ſciuerit ante concluſionem cauſſę in tertia inſtantia; Quare, ſi ignorauerit vſque ad concluſionem in vltima inſtantia, poterit appellare, quia eo tempore non poterat ius ſuum ad defenſionem deducere, Ang. Aret. vbi ſupra & Couar. pract. qq. capitul. 25. ſub numero 8. verſic. hactenus. & idem forſan, ſi ſciuerit ante concluſum in cauſſa, dummodo ſciuerit ſolum ante vltimam ſententiam, Innoc. in dict. capitul. cum ſuper ſub nu. 1.

102 Declara ſecundo, vt modus probandi notitiam & ſciẽtiam ipſius tertij non ſit in iure determinatus, neque Doctores, quos viderim, de eo quicquam ſcripſerunt, & ideo ego cenſeo, quod poſſit probari per ſcripturas, & per teſtes, ſicut alia probabilia.

103 Declara tertio, vt volenti excludere tertium à facultate appellandi, incumbat onus probandi, quod ſciuerit cauſſam agitari, quia ſcientia non præſumitur per ea, quę loquendo ſimiliter, de præſumenda ignorantia ſententię latę, retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 12. numero 24.

104 Infero ex hac declaratione, non eſſe neceſſarium, quod tertius appellando dicat, iuro ad ſancta Dei euangelia, me nuper infra decem dies ſciuiſſe, & ad mei notitiam deueniſſe talem ſententiam pro tali contra talem in hac, vel ſimili formali latam, quæ mihi prejudicium facit, ſaltem quale quale, & me grauat, vnde appello, licet Ang. Aret. in d. l. à ſententia num. 17. ff. de appell. & relat. Felyn. in cap. 17. cum ſuper num. 11. de ſent. & re iud. Dec. in cap. 65. ſua nobis nu. 25. & 26. de appellat. Achil. Perſon. trac. de adipiſc. poſſ. ſub n. 339. verſic. et quod de tertia tomo 3. parte 2. folio 269. et Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 1. num. 38. verſic. ad euitandam tradant pro cautelo, vt tertius appellando iuret ſub prædicta forma.

† Et ſufficit vt ſuſpiciari poſſit de aliquo futuro intereſſe vt per Surd. conſ. 271. n. 19.

Verum quamuis tertius poſſit appellare, eo quod ignorauerit cauſſam agi, tamen eius appellatio non impedit executionem, ſi condemnatus ſit in poſſeſſione, & in hoc ſunt dicenda, & repetenda illa eadem, quæ dixi ſupra n. 78 et ſeqq. in 4. caſ. imo hęc tertij appellatio nullatenus impedit executionem rei iudicatæ quoad principalem condemnatum, quia principalis nullatenus tertij appellatione releuatur, Innoc. in cap. 17. cum ſuper nu. 1. in fine de ſent. & re iud.

105 Limita quinto, vt non procedat, quando tertius appellat conditionaliter, vt puta, quatenus contra, quia appellatio conditionalis non tenet, & ideo non facit attentata, Lancel. tract. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 14. nu. 23. verſ. ſeptimo fol. 355. & latius limit. 50. princ. n. 192. verſ. quinta cauſſa tom. 5. fol. 381. quem refert, & ſequitur Rugin. tract. de appellat. §. 2. cap. 1. nu. 43. verſ. non poterit tertius. & cap. 4. n. 53. verſ. tertius autem.

† Sciat tamen tertius ſe teneri exprimere cauſſam in ipſa appellatione per tex. in c. cum ſuper. de re iud. Bart. in l. à ſententia ff. de appell.

Et de appellatione conditionali vide etiam ſupra q. 5. n. 115.

Nec obſtat, ſi dicas, etiam appellationem conditionalem quatenus contra eſſe validam præſertim de ſtylo Rom. Curiæ, vt ſcripſi ſæpius ſupra d. q. 5. n. 111. q. 12. nu. 8. & infra limit. 21. n. 22. & 24.

Quia reſpondeo, hoc poſſe tolerari in curia, quia, cum ſtylus diſpenſet iudici, vt poſſit habere terminum pro ſcruato, & ſic pars non poſſit ſcire, quam ſuſcribet iudex ſententiam, & tamen tenetur appellare infra decem dies, debet ei, neceſſario permitti, quod poſſit appellare conditionaliter, at ſecus eſt, ſublato ſtylo, quia tunc pars ſcit, vel poteſt ſcire qualitatem, & tenorem ſententiæ, merito debet appellare pure, & ſimpliciter, & in his terminis, circunducto ſtylo, procedit limitatio, ſicque concordabis contrarietatem, & de iſto ſtylo Romanæ curiæ, illuſque ratione vide ſupra, q. 14. n. 8.

106 Limita ſexto, vt non procedat, quando tertius appellans non exprimit aliquam cauſſam, propter quam dicat, ſua intereſſe quia tunc eius appellatio non admittitur, l. 5. à ſententia. & ibi Bar. in fine princip. ſub num. 9. ff. de appell. & relat. & quod tertius, quamuis appellet à diffinitiua, debeat in appellatione exprimere cauſſam ad iuſtificandam appellationem, ſcribit Abb. in cap. 17. cum ſuper. num. 5. de ſentent. & re iud. & quod tertius, appellans pro ſuo intereſſe a diffinitiua, debeat exprimere cauſſã, & docere ſummariè, & aliqualiter de ſuo intereſſe, ſcribit Card. Alexand. in cap. 61. cum ſpeciali. §. porro. num. 8. in fine, de appell. & quod debeat non ſolum exprimere cauſam legitimam, ſed debeat etiam ſaltẽ in ſemiplenè verificare priuſquam procedatur in cauſſa appellationis, ſcribunt Ang. Aret. in d. l. à ſententia ſub n. 1. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. n. 10. & Contat. in l. vnica, limit. 23. n. 12. ibi declara tamen, & n. 13. C. ſi de moment. poſſeſſ. & ita communi- * ter ſcribunt omnes.

Ratio huius limitationis eſt, quia quod appelletur à ſententia, inter alios lata, regulariter non permittitur; vnde appellando debet exprimi cauſa, Abb. Card. Alex. et

Aug.

Ang. Aret. vbi ſupra & Couarru. pract. qq. cap. 15. initio.

Sed ego faciliorem rationem dicerem eſſe, quia à ſententia non appellat, niſi is, cuius intereſt, *vt ſcripſi ſupra q. 5. num. 68. & 95.* & ideo tertius poteſt appellare propter intereſſe, *vt dixi ead. q. 5. numero 71. & qu. 12. ſub num. 72. verſ. ratio.* ergo ſi appellationis permiſſio fundatur in intereſſe, neceſſe eſt, vt in primis conſtet de intereſſe per ea quæ, loquendo in ſimili de enormi læſione probanda antequam, concedatur reductio ad arbitrium boni viri, quia ſemper debeat in primis probari, id quod eſt fundamentum, ſcripſi *lib. praced. capitul. 2. numero 466. & 478.* & , loquendo de probanda læſione antequam concedatur reſtitutio in integrum, ſcripſi *eod. capit. 2. numero 467.* Quare is, qui fuit condemnatus in ſententia, cum conſtet ex condemnatione de intereſſe appellare; ſecus in tertio, quia non fuit condemnatus in ſententia, quia debet aliqualiter docere de intereſſe.

107 Amplia primo hanc limitationem, vt in tantum teneatur tertius docere de ſuo intereſſe, quod, ſi de eo non docuerit, & nihilominus iudex admitteret eius appellationem, poſſit principalis, qui eſt in cauſa, appellare à tali remiſſione, *Contar. in l. vnica, quæſt. 24. numero 36. verſic. ſed quid ſi iudex Cod. ſi de moment. poſſeſſ. & Aebil. Perſon. quem citaui, & ſequutus ſum ſupra ſub numero 74. in 3. caſ.*

Ratio huius ampliationis eſt, quia iſte articulus an tertius habeat intereſſe, eſt articulus præiudicialis, & ideo prius examinandus, *Ang. Aret. in l. 5. à ſententia, ſub num. 1. ff. de appell. & relat. Rot. à Val. conſ. 5. videtur ſub numero 3. lib. 2. & Contar. in l. vnica, quæſt. 24. numero 36. Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* Sed quando peruertitur ordo, poteſt appellari, *Contar. vbi ſupra*, & quod etiam in iudicio poſſeſſorio, in quo eſt prohibita appellatio, poſſit appellari à peruerſione ordinis ſcripſi, *infra memb. 7. numero 113.*

108 Amplia ſecundo, vt tertius appellans teneatur non ſolum docere de iuſta, ſeu legitima cauſſa appellandi, puta propter ſuum intereſſe, ſed debeat etiam de ea docere ſtatim, & incontinenti, *vt ſcribunt Ang. Aret. in dict. l. à ſententia ſub num. 1. ff. de appell. & relat. & Couar. pract. qq. cap. 16. ſub numero 1.* & quod tertius, opponens de ſua poſſeſſione, debeat offerre, ſe velle illam incontinenti probare ſcribit Contar. *in l. vnica, quæſt. 24. num. 11. verſ. intellige, C. ſi de mom. poſſ.* & quod ad iuſtificandam appellationem à non admiſſa exceptione debeat prius obtuliſſe incontinenti probationem exceptionis, vide quæ ſcripſi *ſupra quæſt. 11. n. 68. & 79.* & quod ſi offeratur probatio parata incontinenti ad iuſtificandam appellationem, tunc clauſula (*appellatione remota,*) non operatur, ſcripſi *q. præc. lim. 1. n. 88.*

Declara hanc ampliationem, vt in appellatione ſuſpēſiua hæc probatio intereſſe faciēda incontinenti requiratur, ad impediendum executionem, *Couar. prac. qq. c. 16. n. 1. in fine*, & in his terminis loquuntur Gloſ. *in cap. 38. veniens, in verbo, incontinenti, & Innoc. numero primo, de teſtib. Boer. deciſ. 79. breuiter, numero 1. & Aebil. Perſon. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub numer. 74. in 3. caſ.* & in appellatione deuolutiua requiratur ad hoc, vt admittatur, & deuoluat, quia antequam conſtet aliqualiter ſummariè de intereſſe nō debet admitti vllatenus appellatio, quicquid dicat Couar. *d. cap. 16. n. 1. in fine*, ſcribens, quod ſufficit quod probetur, & iuſtificetur in ipſa cauſſa appellationis.

109 Amplia tertio, vt, ſi tertius non docuerit de ſuo intereſſe, executio fiat ſine præiudicio iurium tertij, *Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. ampl. 14. n. 25.*

110 Limita ſeptimo, vt non procedat, quando virtute ſententiæ latæ in cauſa beneficiali contra poſſeſſorem in prima inſtantia, deuenitur ad ſequeſtrum poſſeſſionis decretum in dicta ſententia, quia appellatio, ſeu oppoſitio tertij non impedit hoc ſequeſtrum; imo neque appellatio principalis, *Lancellott. tractat. de attent. parte 2. capit. 12. ampl. 14. num. 12. fol. 354. & limit. 12. num. 8. verſ. 4. tomo 5. fol. 354.*

111 Limita octauo, declarando, vt quamuis appellatio, & terminus ad appellandum à pari procedant quoad reuocationem attentatorum, *vt ſcripſi ſupra quæſt. 4. numer. 50. & 51.* tamen hoc eſt verum in principali condemnato, ſecus eſt in tertio, quia licet principalis poſſit reuocare geſta, pendente termino decem dierum ad appellandum, tamen ſi principalis condemnatus non petat reuocari, tertius non poteſt petere, quia illa pendentia termini conſideratur ſolum reſpectu condemnati in ſententia, & non reſpectu tertij, *Rot. quam citat, & ſequitur Lancell. tractat. de attent. parte 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. ampl. 14. num. vigeſimoſeptimo, verſ. tertio quod licet, tomo quinto, fol. 355.*

Declara iſtam limitationem, dum dicimus, quod principalis, qui fuit in cauſa, poteſt petere reuocari geſta, pendente termino ad appellandum, vt procedat in termino dato à die ſententiæ, non à die ſcientiæ, vide ſupra *q. 12. ſub n. 38. verſ. nota.*

112 Limita nono quando ſententia ita vim habet ad lædendum tertium, ſicut habet ad lædendum principalem, qui fuit in lite, quia tunc, ſi talis ſententia poteſt mitti executioni contra principalem, poteſt mitti etiam contra tertium; caſus eſt in fideiuſſore iudicij, cui ſententia, lata contra principalem debitorem, ita præiudicat, vt poſſit contra ipſum exequi ſine alio proceſſu, vt late diſputando in fideiuſſore de iudicatum ſoluendo, concludit Bartol. *in l. 1. numero 1. & 2. ff. iud. ſol.* quem referunt, & ſequuntur Ang. Aret. *in l. 5. à ſententia, numero 2. verſ. ex quo infertur ff. de appellat. & relat. Papien. in prac. in form. exec. ſent. diffin. in gloſ. ſapiens, n. 27. fol. 435 Aſin. in prax. iudic. §. 31. c. 2. ampl. 22 n. 1. fol. 174. col. 1. n. 9. verſ. illud col. 4. Moder. tract. de proceſ. execut. par. 2. c. 2. n. 6. Boſſ. tract. crim. tit. de carcer. fideiuſſ. commit. n. 60. Clar. recept. ſentent. §. fin. lib. 5 q. 95. in princ. ibi, ſi vero præſtitit.* & idem tenet Tiraquel. *in tract. ſen rubr. res inter alios acta, etc. limit. 1. verſ et id* * *quidem, fol. 107.* & de communi * opin. teſtantur Ang. Aret. & Clar. *vbi ſupra*, & Cornaz. *in Lucen. deciſ. 128. in præſen-* * *ti cauſa n. 5* & de magis communi * opin. Myſing. quem refert, & ſequitur Lancel. *tract. de atteut. p. 2. c. 20. limit. 6. princ n. 13. & 14. to. 5 fol. 414.*

Vnde, ſi poteſt exequi contra principalem, quia tranſierit in iudicatum, ſeu quia ſit materia executiua, fideiuſſor non poteſt appellare, *Boſſ. d. tit. de carcer. fideiuſſ. comm. num. 60. in fine, et ſcripſi ſupra q. 5. ſub num. 32. verſ. hac declaratio.*

Quare poterit exequi contra fideiuſſorem etiam non citatum, *Aſin. d. §. 31. capit. 2. ampl. 22. numero 10. fol. 174. col. 4.* licet enim Clar. *d. q. 95. in princ.* dicat, quod vocatur fideiuſſor, vt ſoluat, & contra eum, ſi non ſoluit, conceditur executio, tamen dico, quod poteſt ex vrbanitate vocari extraiudicialiter, & ita ex vrbanitate, & ſecundum bonos mores debèt ſeruari, & poſſet etiam ad cautelam citari iudicialiter, ſed neutrum de rigore iuris eſt neceſſarium.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod licet contra fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo non requiratur nouus proceſſus, tamen requiritur ſummaria cognitio, eo quia fideiuſſor poſſet habere aliquas exceptiones, quas non habet principalis, *Bar. in d. l. 1. ſub n. 2. ff. iud. ſolu.* & ideo requiritur citatio.

Quia reſpondeo, quod illę exceptiones, quas fideiuſſor haberet, poſſunt examinari in illa ſummaria cognitione quæ fit tempore executionis, *Bar. ſub d. numer. 2. verſus finem.*

Adde

Adde pro hac limitatione ea, quæ ſcripſi ſupra n. 71.

113 Sublimita hanc limitationem, vt non procedat in fideiuſſore contractus, quia ſententia, lata contra principalem debitorem, non poteſt exequi contra hunc fideiuſſorem, ſed requiritur nouus proceſſus, Bar. in d. l. 1. ſub n. 1. ff. iud. ſol. Ang. Aret. & Papien. ſupra citati, Natt. conſ. 345. Conſtantinus, num. 1. Aſin. d. §. 21. cap. 2. ampl. 22. num. 2. fol. 174. qui alios citat, & de communi * opin. teſtantur Bar. Ang. Aret. & Moder. in locis ſupra proxime citatis, & ideo iſte fideiuſſor poteſt appellare, quamuis non poſſet appellare debitor principalis dummodo appellet infra legitima tempora appellandi, de quibus temporibus ſcripſi ſupra n. 96. lim. 3. vbi vide.

De fideiuſſore de iudicio ſiſti an ſit dicendum idem, quod de fideiuſſore, de iudicato ſoluendo, de quo ſcripſi ſupra n. præcedenti, hoc eſt, an ſententia, lata contra principalem, poſſit exequi contra hunc fideiuſſorem etiam non citatum, vide Bar. in l. 1. n. 3. verſ. quæro an in fideiuſſorem, ff. iud. ſol.

Caueant tamen officiales, quando volunt condemnare eum, qui debet ſiſtere in iudicio, id eſt, debet repræſentari, vt prius citent fideiuſſorem ad repræſentandum, & vbi non præſentet, condemnent prius fideiuſſorem, & poſtea procedant contra reum repræſentandum, quia alias, ſi prius condemnarent reum, quem fideiuſſor tenetur repræſentare, fideiuſſor eſſet liberatus, ex quo facto iudicis diceretur factus irrepræſentabilis. Moron. tract. de trez. fid. & pac. quæſt. 28. num. 11. & ſeqq. verſ. at practici, tom. 11. p. 2. fol. 442.

114 Explicatis his, quæ pertinent ad admittendam, vel non admittendam appellationem tertij, & ad retardandam, vel non retardandam executionem; reliquum eſt, vt non omittamus quædam notabilia neceſſaria ad vſum praxis circa eiuſdem tertij appellationem.

Nota primo igitur, quod ſicut ſententia poteſt dupliciter præiudicare tertio, videlicet, parum, & plenè, ſeu omnino; ita etiam duplici modo tertius debet formare libellum in cauſa appellationis; nam ſi ſentẽtia ei inferat quale quale præiudicium, vt puta, quia cum fuerit lata, ipſo tertio ignorante, non poteſt ei, niſi aliqualiter, pręiudicare, tunc tertius debet in appellationis libello petere, & concludere, quod iudex appellationis pronuntiet, & declaret, illam ſententiam ſibi præiudicium non inferre etiã quale quale, non autem debet concludere ad reſciſſionem ſententiæ; ſed ſi ſententia inferat plenum præiudicium, vt puta, quia fuerit lata, ipſo tertio ſeruatis ſeruandis citato, vel quia ſit alias ſententia de ſui natura, quæ plenè præiudicet tertio etiam non citato; & tunc debet in appellationis libello concludere, ſententiam fuiſſe, & eſſe iniquam, & petere eam reſcindi, & ſe condemnatum abſolui, vt ſcribit Ang. in l. 29. ſi ſuſpecta, in fine principij, num. 4. verſ. ſed tunc reſtat, ff. de inoff. teſt. quem refert, & ſequitur Contar. in l. vnica, limit. 23. num. 61. C. ſi de moment. poſſ. admonẽs, hoc eſſe perpetuo notandum, & ex eo refert, & ſequitur Rugin. tract. de appell. §. 2. cap. 1. num. 42. & hoc notabile colligitur ex traditis per Innoc. in c. 17. cum ſuper, de ſent. & re iud. dum ſcribit, quomodo iudex appellationis debeat pronunciare in cauſſa appellationis, interpoſitæ à tertio; de qua re habes in not. ſequ. nam ex forma pronunciandi colligitur, qualis eſſe debeat forma petendi, vt in iſtomet propoſito ſcribit Abb. in dict. cap. cum ſuper n. 10 in fine, qui propterea tradit ſolum formam pronunciandi, & ex forma pronunciandi, quam tradit colligitur apertè hæc eadem forma tradita in illo notabili; & vnam formam per extenſum, quando tertius eſt in poſſeſſione, ponit Innoc. in dict. c. cum ſuper ſub n. 6.

Nota ſecundo, quod ſi defenſio cauſæ principaliter ſpectabat ad tertium, & ſic ſententia ei plenum parat pręiudicium, tunc iudex debet abſoluere tertium, & ſententiam ipſam reuocare; ſecus eſt quando ſententia ei nõ præiudicat, niſi quoad præſumptionem, & ſic infert quale quale præiudicium, vt dixi in præcedenti notabili, & tunc debet ſolum pronunciare, illam ſententiam ei non præiudicare etiam quoad quale præiudicium, Innoc. in d. cap. 17. cum ſuper in principio, & ſub num. 2. verſ. ſed dices, & latius Abb. ſub n. 8 præſertim, ibi, conclude ergo, de ſent. & re iud.

Nota tertio, quod ſententia lata in fauorem tertij aliquando prodeſt, & aliquando non prodeſt victo, prout latè declarant Bartol. in l. 5. à ſententia, ff. de appell. & relat. Abb. in c. 17. cum ſuper num. 9. verſic. an autem ſententia, de ſent. & re iud. Ang. tract. de maleſ. in verbo, præſente dicto Caio, n. 33. & ibi Auguſt. in addit. ad eam, Gaid. Pap. tract. de appell. q. 120. n. 96. tom. 5. fol. 61. & Rum. conſ. 84. quæritur vtrum, ſub n. 1. & conſ. 121. in dubium, in fine, n. 9. lib. 5. & aliquid tetigi ſupra q. 12. n. 77. & hic non inſiſto, quia ſatis dixi cap. præced. de ſententijs, vbi videbis, ſi Deo placuerit, quod prodeat in lucem.

Nota quarto, & vltimo, quod tertius, ſi vult pro ſuo intereſſe inchoare nouum, iudicium, tenetur libellum offerre, litem conteſtari, & alia neceſſaria facere, vt ſentit Innoc. in cap. 17. cum ſuper, ſub num. 6. verſ. & nota quod cum tertia, verſus finem, ibi ſed ſi epiſcopus Oueten. de ſent. & re iud. dicens, quod, ſi omiſſa cauſa appellationis vellt cauſam incipere à capite in caſu, in quo poteſt, puta ſi ignorauit primam cauſam agi, vel eam non defendit, vel alijs conſimilibus, tunc, ſi translata eſt poſſeſſio in actorem, ordinabit, inquit, cauſam, ſicut ſi nunquam actum fuiſſet, & apertè ſcribit ibidẽ Abb. n. 31. verſ. vlt. hic quæro, & hoc habebit locum etiam in quouis caſu, in quo tam principali, quam tertio denegetur appellatio, quia tenebitur libellum offerre, & alia, inchoando ab initio, facere, vt loquendo in tertio, qui vult agere, poſtquam hæres eſt miſſus in poſſeſſionem ſcribit Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. n. 342. verſ. & ſi tertius, t. 3. p. 2. fol. 269. Idem eſt etiam in cauſa appellationis, quando tertius admittitur ad appellandum, & vult proſequi appellationem, quam ipſe tertius interpoſuit, quia debet dare libellum appellationis, & facere alia incumbentia, Innoc. in d. cap. cum ſuper, ſub n. 6. ibi ſi autem appellationem à ſe emiſſam, ſed in hoc vide ibidem Abbatem ſub. n. 31. & 32. qui ſequitur diſtinctionem Antonij de Butrio.

Secus eſt ſi proſequatur litem cœptam per alium, quia tunc non eſt neceſſe offerre nouum libellum nec facere alia, quæ ſunt facta ab illo, qui litem principaliter ſuſtinet, & idem ſi velit proſequi appellationem per alium interpoſitam, Innoc. in d. c. cum ſuper n. 6. & Abb. n. 31.

An iſte tertius, qui proſequitur litem cæptam, ſeu appellationem interpoſitam ab alio, poſſit teſtes examinare poſt publicatas atteſtationes, vide Innoc. in d. c. cum ſuper ſub n. 6. & Abb. n. 30.

115 Reſtringe quinto eandem ſextam exemplificationem poſitam ſupra n. 6. vt non procedat, quando ſententia, qua declaratur, hæredem eſſe mittendum in poſſeſſionem, eſt euidenter iniqua, ſeu iniuſta, quia tunc poteſt appellari, vt ex Zucchar. Menoch. & Achil. Perſ. retuli, & ſequutus ſum infra membr. 7. n. 79. vbi hanc reſtrictionem poſui generaliter in tota materia poſſeſſoria, vide ibi.

116 Reſtringe ſexto, quando hęc ſententia fuiſſet lata ſine cauſæ cognitione, quia poteſt ab ea appellari, Menoch. tract. de adip. poſſ. rem. 4. q. 100. decl. 3. n. 855.

117 Reſtringe ſeptimo, vt non procedat, cum is poſſeſſor conuentus aſſerit ſe pariter hæredem ſcriptum in teſtamento ſolenni, atque ita parem titulum oſtendit, quia is poteſt appellare à ſententia contra ſe lata, Nicell. tract. de concor. gloſ. concor. 6. fall. 9. ſub n. 27. verſ. decimoquinto, fol. 192. Menoch. d. q. 100. declar. 4. num. 856. & quod docens de æquali, vel potiori titulo poſſit appellare, ſcribit etiam

Rugin.

Ruginel.tractat.de appell.§.2.c.3.ſub n.649. verſ.ſecus vero,& confirmatur hæc reſtrictio,quia hæres poteſt appellare à ſententia contra ſe lata,vt dixi ſupra n.38.& 39.reſtr.3.ſed hic aſſerit ſe hæredem. Ergo.

† Idem obſeruatur ſi iudex reiceret concernente petitorium quia tũc datur appellatio Menoch.de adipiſc. rem.4.

118 Reſtringe octauo,vt non procedat in ſententia,qua quis declaratur hæres, quia ab iſta declaratoria detur appellatio,per ea quæ in caſu ſtatuti,diſponentis,poſſeſſionem defuncti continuari in hæredem,ſcripſi infra membr. 9.exempl.16.n.114.vbi videas.

Intellige iſtam reſtrictionem,vt procedat quando agitur principaliter vt declaretur hæres:ſecus ſi hæc declaratio veniat facienda vti medium,& neceſſarium antecedẽs ad id, de quo principaliter agitur, in eaque non requiratur plena probatio, ſed ſufficiat ſummaria, & ſemiplena quia iſto caſu, cum eiuſmodi probatio non præiudicet petitorio, non datur appellatio; remanet enim iudicium merum poſſeſſorium, & non efficitur mixtum, per ea quæ loquendo de interdicto vnde vi, quorum bonorum,& quorum legatorum, deducit Contar.in l.vnica, limit.2.§.1.numero 3.verſic.finge,numero 8.& 9.verſ.rurſus, & numero 11.12.16.& 18.C.ſi de mom.poſſ.nam vt inquit, & ſi agens iſtis interdictis debeat ſummatim probare,ſe eſſe hæredem,& ſic dominum, tamen non dicitur poſſeſſorium mixtum,ſed merum,quia,quod agitur principaliter debet attendi,non quod venit conſecutiuè,per ea,quæ dixi infra mem.9.n.67. adde pro confirmatione huius intelligentię,quod in remedio ex Linnaſor.retuli infra mem. 6.ſub n.26.

120 Reſtringe nono,vt non procedat, quando ex ſententia lata in iſto poſſeſſorio afferretur damnum, quod non poſſit reparari per ſententiam, in petitorio, quia tunc poteſt appellari,Menoch.d.q.100.declar.5.n.863.vide quę ſcripſi infra mem.8.n.primo,& ſeqq.

121 Reſtringe decimo, vt non procedat, quando iudex defert appellationi, quia tunc appellatio tenet, & operatur effectum ſuum,vt,loquẽdo generaliter in materia poſſeſſoria,retuli,& ſequutus ſum infra mem.7.nu.87. reſtr.9. & n.88.& ſeqq.vbi vide,& loquendo in confeſſo, & conuicto,& in notorio,retuli, & ſequutus ſum ſupra lim.4. n. 27.vbi habes alias remiſſiones.

Contra iſtam reſtrictionem motiuat Menoch. tract.de adipiſc.poſſ.rem.4.q.100.ſub n.868.declar.6.ſed tamen non ſe firmat,quia eſſet opinio noua.

122 Reſtringe vndecimo, vt non procedat, quando ſententia contineret etiam condemnationem fructuum,quia tunc ratione fructuum, & intereſſe poteſt appellari, Menoch.d.q.100.declar.7.n.869.folio 54. vide ea, quæ ſcripſi infra mem.9.n.24.verſ.exemplifica quarto.

Reliquas reſtrictiones colliges ex reſtrictionibus generalibus,quas in materia poſſeſſoria habes infra mem.7. per totum,& hæc ſufficiant de hac ſexta ſpecie,& exemplificatione adipiſcendæ; poſita ſupra n.1.& 6. tranſeamus ad alias.

123 Exemplifica VII.in primo decreto de mittendo actorem in poſſeſſionem contra contumacem, quia ab iſto primo decreto, non dari appellationem ſcribit Dyn.in l.15.ſi finita,§.plures,quæſt.8.ff.de damn.infect.quem refert & ſequitur Bar.in l.2.ſub numero 18. verſic.ſexto quæro, ff.de appellat.recip. & ex eis, & alijs refert, & ſequitur Contar.in l.vnica,limit.16.numero 8.& 9.& quæſt.17.numero 2.& ſeq.C.ſi de mom.poſſeſſ.Ruginell.tract.de appellat. §.2.cap.3.n.680.verſ.ab hoc,fol.122.& ſentit etiam Mar. Ant.Cucch.tract.de mentien.circa poſſ.ſub nu.420.& ſeqq. verſ.quid vero,tomo 3.parte 2.folio 300. dum prius numero 408. & ſeqq. agit de huius primi decreti poſſeſſione, & poſtea, loquendo ſpecialiter de poſſeſſione ex l. vlt. in rem.ff.de rei vend.concludit generaliter, in quolibet poſſeſſorio eſſe prohibitam appellationem.

Ratio huius exemplificationis poteſt reddi multiplex.

Prima ratio eſt, quia in momentanea poſſeſſione non datur appellatio, per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra memb.3.n.3. ſed poſſeſſio, in quam mittitur actor ex primo decreto,licet ſit poſſeſſio, vt ex communi * opin. refert,& ſequitur M.Ant. Cucch. dict.tract.de mentien.circa poſſ.n.413.& ex Alex.Soce.& Moder. retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c.96.n.7.tamen eſt poſſeſſio momentanea: Ergo non datur appellatio.

Imo poſſeſſio, in quam mittitur actor ex actione perſonali,non eſt poſſeſſio,ſed eſt quædam nuda detentio, vt conſiderat etiam M.Ant.Cucch.dict.tract.de mentien.circ. poſſ.n.409.fol.300. & ex pluribus retuli, & ſequutus ſum d.lib.1.c.96 ſub n.7.in 3.differentia,& in actione perſonali debet intelligi Contar. d.q.17. n.5. Quæ nuda detentio cauſa rei ſeruandæ eſt minor,quam poſſeſſio,& ideo tanto minus datur appellatio.

Secunda ratio eſt quia paſſus primum decretum, aut eſt contumax verus,& tunc loquendo de iure non appellat,quia eſt verus contumax,per ea,quæ dixi ſupra lim. 3.n. 1.aut non eſt verus cõtumax,nec latitat,& ſimiliter adhuc non appellat, quia licet primum decretum habeat materiam excluſiuam à proceſſu, niſi ſatiſdetur, reus tamen poteſt purgare contumaciam, recuperare bona; quod ſi non fecerit, ſibi imputet, vt refert, & ſequitur idem Contar.d.quæſt.17.ſub num.6.verſus finem: & quando ſupereſt remedium ordinarium coram eodem iudice, non debet concedi appellatio, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra quæſt. 5.ſub n.88.

124 Tertia ratio eſt,quia miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto eſt interlocutoria, nec abſorbet ius alterius, quia veniens poſtmodum recuperat poſſeſſionem,Dyn.quem refert Bar.in d.l.2.numer.18.verſ.ſexto quæro,ff. de appell. recip.& ex Bar.in l.15.ſi finita, §.ſed ſi forte, ff.de damn.infect.refert Contar.d.q.17.num.7.verſ.huius,& in eadem l. 2.ratione decidendi,n.41.& quod ſit interlocutoria,ſcribit etiam Fel.in rubrica ſub num.15.verſ.& ſi pronunciatur,de ſent. & re iud.

Confirmatur hæc ſeptima exemplificatio ex his,quæ in cauſa damni infecti ſcripſi infra lim.30.n.1.et 4.

Quæ contra iſtam exemplificationem poſſent adduci, diluit Contar.d.quæſt.17.ſub numero 8.verſ.prout,& n.9. 10.& 11.

125 Limita primo eandem exemplificationem, vt non procedat de iure canonico, quia de iure canonico datur appellatio,Bart.in l.2.n.18. verſ.6.quæro, ff.de appel.recip. Contar.d.q.17.n.12.verſ.limita modo.

126 Limita ſecundo, vt non procedat, quando miſſo in poſſeſſionem ex primo, decreto acquiritur ius quærendi fructus,Bart.in d.l.2.ſub numero 18. verſ.6.quæro, ibi, hoc tamẽ,ff.de appel.recip.Cõtar.d.q.17.n.13.verſ.limita rurſus, et Rugin.trac.de appel.§.2.c.3.ſub n.680.verſ.appellabitur.

Caſus, in quibus actor,miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto,facit fructus ſuos,ſunt plures.

Primus caſus eſt;quando eſt miſſus in poſſeſſionem ex actione reali,vt retuli,& ſequutus ſum ſupra lib.1.c.96.ſub n.7.Secus eſt ſi ſit miſſus in poſſeſſionem ex actione perſonali, quia tunc non lucratur fructus ſed eos compenſat cum debito,Gloſ.in l.15.ſi finita,§.ſi plures, in verob, prius, verſus finem,ff.de damn.infect. ad quam ſe remittit Bar. in ead.l.ſi finita,§.Iulianus, nu.50.verſ.quæro vtrum miſſus ex primo decreto, Papien.in pract.in form.reſponſ.rei conuenti, in gloſ.in termino,verſus finem,n.18. verſ.vltimo quantum, * fol.175.& hæc eſt communis ſententia.

Secundus caſus eſt; quando ſtatutum vel conſuetudo diſponeret, quod miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto etiam ex actione perſonali lucraretur fructus, Addit.ad Bar.in d.§.Iulianus, ſub n.50 in verbo non eſt bona,

Digitized by Google

na, Felyn. in c. 10. *conſultationibus, num. 9. fallen. 2. de off. & pot. iud. deleg.* & quod ſtatuto permittente, poſſit lucrari fructus, ſcribit M. Anton. Cucch. *in l. vlt. in rem. ſeu tract. de mentien. circa poſſ num. 412. tom. 3. p. 2. fol. 300.* & quod licet de iure actor, miſſus in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa, deberet reddere fructus medij temporis, tamen ſecundum conſuetudines terrarum eos lucretur, teſtatur Gloſſ. *in §. ſi vel ſemel in verbo ſeruandi, Auth. de exhib. reis* quam refert, & ſequitur Bald. *in l. 11. ſi is qui bona, §. ſi antiphona, verſ. in gl. not. ff. de pign. & hypoth.* & ex Bal. refert & ſequitur Maſuer. *ad pract. Papien, in form. libel. act. real. in gloſſ. in termino in vltima addit. fol. 179.* & quod valeat ſtatutum, vt miſſus in poſſeſſionem lucretur fructus ad rationem decem pro centenario, ſcribit Felyn. *in d cap. conſultationibus, n. 10. verſic. valet ſtatutum*, vbi ponit etiam limitationes ad hoc ſtatutum.

Tertius caſus eſt; quando iudex mandat in ſententia, vt actor lucretur fructus, *Pap. in pract. in form. libell. act. real. in gl. termino, in fine, n. 18. fol. 175. & Felyn. in d. c. 10. conſultationibus, ſub n. 9. verſic. ob nimiam, de off. & pot. iud. deleg.* vbi, adductis contrarijs, teſtatur, & ſequitur hanc eſſe
* communem * opin. quæ probari poteſt ex *l. 7. Fulcinius, §. vlt. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

127 Limita tertio, vt non procedat, quando reus condemnatus veniret, & vellet audiri ſine refectione expenſarum, & allegaret cauſam, propter quam non deberent refici expenſæ, & iudex pronunciaret, ipſum non eſſe audiendū, niſi refectis expenſis, quia poterit appellare, *Bar. in l. 2. ſub num. 19. ff. de appell. recip. vel non, Contar. in l. vnica, qu. 17. ſub n. 13. verſ. limita rurſus, verſus finem, C. ſi de momen. poſſ. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. ſub n. 680. verſ. appellabitur.* nam reminiſci oportet, quod is, contra quem facta eſt miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto, poteſt comparere, & reficere expenſas, *vt declaraui ſupra lib. 1. c. 96. num. 8.*

128 Limita quarto, vt non procedat, quando iudex mulctaret reum, vel condemnaret eum ad intereſſe, eo quod non permiſiſſet, actorem mitti in poſſeſſionem ex primo decreto lato a iudice, quia tunc reus condemnatus poſſet appellare, *Bart. in d. l. 2. n. 20. Contar. d. q. 17. n. 14. & Rugin. ſub d. n. 680. verſ. aut ſi part.*

129 Limita quinto, vt non procedat quando comparet tertius, & petit tenutam datam ex primo decreto reuocari, ex quo fuit data in ſui poſſidentis præiudicium, & iudex pronunciat, non eſſe reuocandam, quia tunc poteſt tertius appellare ſecundum opin. quam ex Iac. Butrig. refert Bald. *in l 7. ante ſententiā, num. 7. verſic. quæro de tali quæſtione, C. quor. appell. non recip.* & ex eo Contar. *in l. vnica, q. 18. ſub n. 1. C. ſi de mom. poſſ.* & ratio eſt ſecundum Butrig. quia licet inter actorem, & reum expectetur alia diffinitiua ſententia, tamen inter iſtum tertium non expectatur.

Verum hac in re, ſicut in cæteris alijs, varie loquuti ſunt Doctores: nam Iac. Butr. *in d. l. 7. ante ſententiā*, prout eum refert, & ſequitur Ang. *in l. 2. ante ſententiam, num. 3. in fin. ff. de appell. recip. vel non*, tenet poſſe appellari ob prædictam rationem ſiue pronuncietur, tenutam non eſſe reuocandam, ſiue eſſe reuocandam. At Bald. *vbi ſupra* diſtinguit, vt hæc opinio ſit vera, ſi contradictor intentat proprietatem, aut proprietatem, & poſſeſſionem ſimul: ſecus ſi intentat ſolam poſſeſſionem, vide Contar. *vbi ſupra*, cui placet iſta diſtinctio, quam ex eo vltimo loco refert Ruginel. *tract. de appell. § 2. cap. 3. ſub d. num. 680. verſ. quid ſi tenuta,*

Ego tamen; diſcedendo ab iſtorum ſententia, dico reſolutionem huius articuli ſumendam eſſe ex his, quæ latè de tertij appellatione ſcripſi *ſupra n. & ſeqq.*

Diximus de primo decreto.

Quæro, *an liceat appellare à ſecundo decreto?*

130 Reſp. quod ſic Bart. *in l. 15. ſi finita, §. ſi forte, in fine, n. 7 ff. de damn. infec. & in l. 2. ſub n. 18. verſ. ſexto quæro, ff. de appell. recip.* & alij, quos referunt, & ſequuntur Menoch. *tract. de recuper. poſſ. rem. 8. q. 6. n. 86. Contar. in l. vnica, q. 17 n. 15. verſ. a ſecundo, C. ſi de momen. poſſ.* & Rugin. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 681. verſ. a ſecundo decreto*, & eſt opinio
* communis. *

Ratio huius communis opinionis eſt, quia licet ſecundum decretum ſit ſententia interlocutoria, ex quo fertur contra abſentem, & lite non conteſtata, cum diffinitiua non poſſit ferri, non conteſtata prius lite, *teſtibus ijſdem Doct. ſupra citatis, & Iaſ. quem retuli, & ſequutus ſum infra q. 19. rem. 1. concl. 6. ſub num. 24.* tamen, quia hæc interlocutoria abſorbet ius partis, permittitur appellatio; non enim ſperatur alia diffinitiua, in qua poſſit reparari, *Bart. Menoch. Contar. & Ruginel. ſupra citati*, & dicitur habere vim diffinitiuæ, *vt ſcribunt Bal. in l. 2. quæſt. 10. ſub num. 12. ff. ſi ex noxal. cauſ agat. Alex. in l. 14. quod iuſſit, n. 18. verſ. ex hoc infertur, & Iaſ. ſub n. 34. ibi, ſed aduerte, ff. de re iud. Felyn. in rubr. n. 9. verſ. limita dupliciter, verſus finem, & ſub num. 15. verſ. & ſi pronunciatur, de ſent. & re iud. Maran. in ſuo ſpec. 3. p. 6. par. princip. in verbo, et demum fertur ſententia, n. 42. in fine fol. 438. & Contar. in d. l. vnica, in 2. ratione decidendi, n. 42.* & ita intelligas Franch. *in c. 60. cum ceſſante, n. 50. verſ. quartodecimo, de appell.* Quod tamen retineat naturam interlocutoriæ, quia iudex, qui eam protulit poteſt eam reuocare; retuli, & ſequutus ſum *infra q. 19. rem. 1. concl 6. n. 49.*

131 Nota ex iſta ſeptima exemplificatione poſita ſupra *n.* 123. inter poſſeſſoria adipiſcendæ numerari etiam iſtud, quod iudicis officio datur contra contumacem non ſe defendentem, qui idcirco patitur primum, vel ſecundum decretum, *vt aduertit M. Anton. Cucch. tractat. de mentien. circa poſſ. num. 408. & ſeqq. verſic. accedere poteſt, tomo 3. p. 2. fol. 300.*

132 Exemplifica VIII. *l. vlt. in rem, ff. de rei vend.* nempe quando reus negat, ſe poſſidere, vt euitet actionem realē contra ſe, & poſtea conuincitur de mendacio, probante actore, quod poſſidet; quo caſu actor mittitur in poſſeſſionem, vt explicant Rugin. *infra citatus*, & copioſè M. Ant. Cucch. *in repet. dict. l. vlt. n. 31. inter tractat. diuerſ. de mentiente circa poſſeſſionem, tom. 3. p. 2. fol. 293.* & ab hac immiſſione non datur appellatio, *M. Ant. Cucch. d. tract. ſub n. 419. verſ. quid vero, & n. 420 fol. 300.* maximè ſi priuſquam reus negauerit, fuerit ei, dum interrogabatur, cōminatum, quod priuabitur poſſeſſione, ſi non dixerit veritatem, *Rugin. tract. de appell. §. 2. cap. 3. num. 687. verſ. vigeſimus primus.*

133 Declara reſtringendo hanc exemplificationem, vt licet reo non detur appellatio, *iuxta ea, quæ dixi in exemplificatione*, tamen dabitur actori, ſi iudex pronunciet, eum non eſſe mittendum in poſſeſſionem, *M. Ant. Cucch. tractat. de ment. circa poſſ. ſub n. 417. verſic. ſupereſt, & n. 418. fol. 300. & n. 321. fol. 298.* vbi mouetur hac vnica ratione, quod ab alijs poſſeſſorijs præſertim recuperatorijs ad iſtud valeat argumentum; ſed in poſſeſſorio recuperatorio quando iudex denegat reſtitutionem poſſeſſionis datur appellatio, vt ſcribit idem M. Ant. Cucch. quem citaui *infr. memb. 6. n. 76.* Ergo datur etiam in iſto.

Hæc declaratio laborat illa ſuperfluitate, quam, loquēdo de adipiſcenda poſſeſſione ex remedio legis *fin. C. de edic. diu. Adr. toll.* notaui *ſupra ſub n. 38. verſ. uel.*

134 Nota ex iſta exemplificatione, remedium huius l. *in rem.* eſſe poſſeſſorium adipiſcendæ, quod Maran. & alij, qui in enumerandis adipiſcendæ poſſeſſionis remedijs ſtudium adhibuerunt, prætererunt, *ut aduertit M. Anton. Cucch tract. de mentien. cir. poſſ. n. 403. & ſeqq. uerſ. poſtremo, fol. 300.* & conſequenter non accurratè videtur Ioſ. Cumia *ſuper ritib. Sicil. c. 38. remed. 18. n. 337. fol. 219.* poſitum

tum inter remedia recuperandæ poſſeſſionis.

135 Demum (vt finem imponam exemplis) quod in ſingulis ſpeciebus poſseſſionis adipiſcendæ ſit prohibita appellatio, ſcribit Io. Bapt. Pontan. *tract. de ſpol. l. 4. c. 3. ſub n. 40. tom. 14. fol. 305.*

Tranſeamus ad ſpecies poſſeſſionis retinendæ.

SXETÆ LIMIT. MEMB. V.

SVMMARIA.

A Sententia, lata in interdicto ne vis fiat ei, non datur appellatio, n. 1.

In Interdicto vtrubi, non datur appellatio, n. 2.

In Interdicto vti poſſidetis, non datur appellatio, numero tertio.

In Interdicto de ſuperficie; non datur appellatio, n. 4.

In Interdicto de itinere, actuque priuato, an detur appellatio, numero 5.

In Interdicto de aqua quotidiana, & æſtiua, an detur appellatio, n 6.

In Interdicto de riuis, non datur appellatio, n. 7.

In his interdictis denegatur præſertim appellatio, ſi agatur poſſeſſorio ſummario, n. 8.

1 EXemplifica I. in interdicto, *Ne vis fiat ei*, in quo non dari appellationem ſuadetur tum ex regula, quia eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis, *vt ſcripſi ſupra memb. 1. n. 71.* & in retinenda poſſeſſione non dari appellationem, ſcribunt Gloſ. Bar. Salyc. Maran. & alij, quos retuli, & ſecutus ſum *ſupra mem. 3. n. 35.* tum ex fallentia, quia in eo non attingitur ius proprietatis, non tractatur de damno irreparabili, neq; de perpetua poſſeſſione; ſuadetur etiam ex eo, quia ſi appellatio nõ poteſt impedire; ne quis mittatur in poſſeſſionem, *per ea, quæ dixi memb. præced.* multo minus debet poſſe impedire, ne manuteneatur, quia turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes, & minus malũ eſt tueri vitioſum poſſeſſorem, quam admittere, vt in alio propoſito ſcripſi *lib. præced. c. 7. n...*

Declara, vt ſi reus fuerit condemnatus ad intereſſe, tunc detur appellatio, *vt ex Bar. et Contar. retuli, & ſequutus ſum memb. præced. n. 128.* & latius generaliter proſequutus ſum *infra memb. 9. n. 25. & ſeqq.* nam reminiſci hic oportet, quod hoc interdictum datur etiam pro intereſſe prohibitionis, id eſt, ad tantum, quanti intereſt actoris, non potuiſſe poſſidere, *Menoch. de retinen. poſſ. rem. 1. q. 15 n. 81. & 82.*

2 Exemplifica II. in interdicto vtrubi, in quo non dari appellationem ſuadetur tum ex allegatis in præcedenti exemplificatione, tum propinquius ex eo; quod hoc interdictum non differt ab interdicto, vti poſſidetis, niſi in eo, quod hoc datur pro rebus mobilibus, *vt dixi ſupra memb. 1. n. 72.* & illud pro rebus immobilibus, vt notando hanc eandem differentiam, ſcripſi *d. memb. 1. n. 73.* ſed in interdicto, vti poſſidetis, non datur appellatio, teſtibus his, quos citaui, & ſequutus ſum *n. ſeq.* Ergo neque dabitur in iſto.

3 Exemplifica III. in interdicto, *Vti poſſidetis*, in quo non dari appellationem, niſi deuolutiuam, quæ non ſuſpendat executionem, refert & ſequitur Menoch. *tractat. de retin. poſſ. rem. 3. q. 104. n. 843. fol. 110.* & quod in iſto interdicto non detur appellatio, ſentit apertè, argumentando ab iſto interdicto ad interdictum vnde vi, Contar. *in l. vnica, in ampl. ſub n. 10. C. ſi de mom. poſſ.*

4 Exemplifica IV. in interdicto de ſuperficie, quia eſt interdictum retinendæ, *vt ſcripſi ſupra memb. 1. n. 74.* & in retinenda poſſeſſione denegari appellationem ſcripſi *ſupra memb. 3. n. 35.*

5 Exemplifica V. in interdicto de itinere actuque priuato, quia eſt interdictum retinendæ, *vt ſcripſi ſupra membr. 1. n. 75.* & ideò denegatur appellatio, *per ea quæ dixi ſupra memb. 3. n. 35.*

Contraria ſententia; quod enim detur appellatio, probatur, quia in eo debet doceri de iure, *vt refert, et ſequitur Menoch. tract. de retinen. poſſeſſ. rem. 6. q. 1. in 1. requiſito, n. 10.* Ergo, cum habeat admixtam cauſam proprietatis admittitur appellatio, *per ea quæ dixi infra num ſeq. verſ. contrariam.*

Huic contrariæ ſententiæ vrgenter obſtat eadem oppoſitio, quam habes *d. n. ſeq. verſ. hæc opinio.*

6 Exemplifica VI. in interdicto de aqua quotidiana, & æſtiua, quia eſt ſpecies poſſeſſionis retinendæ, *vt ſcripſi ſupra memb. 1. n. 76.*

Contrariam opinionem; quod enim in iſto interdicto detur appellatio, refert, & ſequitur Menoch. *tract. de retinend. poſs. rem. 6. q. 38. n. 164. & 165.* & ratio eſt, quia licet in eo agatur de poſſeſſione retinenda, tamen in primis requiritur, quod actor habeat ius ducendi aquam, & ſic habet annexam proprietatem, quia debet conſtare de titulo, *Menoch. d. remed. 6. n. 11.*

Hæc opinio Menochij non eſt tuta, quia etiam in interdicto, *vnde vi*, in interdicto *quorum bonorum*, & *quorum legatorum*, debet agens docere ſe eſſe hæredem, & ſic dominium, & tamen non datur appellatio, quia debet per modum antecedentis, & neceſſarij medij docere ſummatim ſe eſſe hæredem, vide memb præced. *n. 119.*

7 Exemplifica VII. in interdicto, de riuis; nam eſt retinẽdæ poſſeſſionis, & in eo agitur ſolum de quaſi poſſeſſione ducendi aquam, & non requiritur, vt doceatur de iure, *Menoch. tract. de retinen. poſſ. rem. 7. n. 1. & ſeqq. & n. 10.* & ideò non datur appellatio.

8 Extende hæc omnia exempla, in quibus dixi non dari appellationem, vt maximè ſint vera, quando procederetur per viam poſſeſſorij ſummarij, eo quod partes, armis ſuſceptis, vel aliter rixaturi, contentionem de retinenda poſſeſſione præpararent, quia iſto caſu omnis prorſus appellatio prohibetur, *vt ex Menoch. Achil. Perſon. Par. de Put. & alijs retuli, et ſequutus ſum infra memb. 2. n. 1.* vbi latè egi de hac extenſione.

SEXTÆ LIMIT. MEMB. VI.

SVMMARIA.

A SENTENTIA lata in interdicto recuperande poſſeſſionis non datur appellatio, n. 1. vbi quod hæc eſt concluſio.

¶ *Exemplificatur I. hæc concluſio in ſententia lata in interdicto, vnde vi, n. 2. — Extenditur hæc exemplificatio multipliciter, n. 4. & ſeqq. vſque ad n. 13.*

Exemplificatur II. in ſententia lata ſuper remedio l. meminerint, C. vnde vi, n. 14.

Exemplificatur III. in ſententia lata ſuper remedio, l. ſi me, et Titium, ff. ſi cert. pet. n. 15. — Extenditur, n. 16. — Declaratur extenſio, n. 17.

Exemplificatur IV. in ſententia ſuper interdicto, ſine cauſa, n. 18. — Et in quibus differat condictio, ſine cauſa, condictio triticaria, & condictio indebiti, n. 19.

Exemplificatur V. in ſententia ſuper remedio l. 2. ff. de condic. trit. n. 20.

Exemplificatur VI. in ſententia lata in condictione indebiti, n. 22. — Extenditur, n. 23. & 24.

Exemplificatur VII. in ſententia lata in remedio, l. inuaſor, C. vnde vi, n. 25. & 26. — Temperatur, num. 30. — Et in quo differat l. inuaſor, à l. fin. C. eod. n. 27. & ſeqq.

Exemplificatur VIII. in ſententia lata ſuper remedio c. ſæpe, de reſtit. ſpol. n. 31.

Exemplificatur IX. in ſententia ſuper remedio, l. ſi coloni, C. de agr. & cenſ. lib. 11. n. 32. — Extenditur, n. 33. & 35.

Exemplificatur X. in ſententia lata ſuper remedio, l. ſi quis conductionis, C. loco n. 37 — Extenditur, & ponuntur illationes, n. 38. & ſeqq. — Limitatur, n. 41.

Exemplificatur XI. in ſententia lata ſuper remedio l. fin. C. de acquir. poſſ. n. 42. & ſeqq. in quibus extenditur vſque ad n. 48.

Exemplificatur XII. in ſententia, quæ, finito vſufructu, ſeu præcario, fertur contra olim vſufructuarium, & eum, qui poſſidebat nomine præcario, turbantes dominum, ne poſſideat, n. 49.

Exemplificatur XIII. in ſententia lata ad fauoram coloni, depoſitarij, ſimiliſque detentoris ſpoliati, nu. 50. — Declaratur, & extenditur, n. 51. & 52.

Exemplificatur XIV. in ſententia lata ſuper actione in factum, n. 53.

¶ *Reſtringitur I. eadem concluſio poſita, n. 1. vt non procedat, quando eſſet actũ ad declarandum, ſpoliatorem incidiſſe in pœnas, &c. nu. 54. — Infertur difficultas, & reſolutio, an à ſententia, lata ſuper remedio l. ſi quis in tantam, detur appellatio, n. 55. & ſeqq. vſque ad num. 62. in quibus ponuntur plures modi intentandi hoc remedium, dantur etiam declarationes, & ampliationes.*

Reſtringitur II. quando ſententia contineret de petitorio, numero 63.

Reſtringitur III. in ſententia, qua declaratur prima nulla, n. 64. — Ampliatur, & declaratur remiſſiuè, ibidem, & nu. 65. & ſeqq. vſque ad n. 70.

Reſtringitur IV. vt non procedat in ſententia lata ſuper remedio, cap. reintegranda, 3. q. 1. n. 71. — Extenditur etiam ſi ageretur in terris Imperij, n. 72. — Contrarium, ibidem, verſ. contrarium, & n. 73.

Reſtringitur V. in ſententia ſuper ſpolio attentato, quia datur appellatio, n. 75.

Reſtringitur VI. in ſententia lata contra actorem ſpoliatum, quia is poteſt appellare, n. 76. — Et quid, attenta conſtitutione Ægidiana, n. 77.

1 A Sententia, lata in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, non dari appellationem ſcribunt Gloſ. Bar. Salyc. Maran. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra mem. 3. n. 35.* & hæc eſt concluſio communis, & denegari appellationem regulariter in ſingulis ſpeciebus recuperandæ poſſeſſionis, ſeu in ſingulis eius remedijs ſcribit Contar. *in l. vnica, in ampl. ſub n. 34. C. ſi de mom. poſſ.*

2 Exemplifica I. hanc communem concluſionem in ſententia, lata in interdicto, vnde vi, aduerſus eum, qui vim intulit, quia ipſe condemnatus ad reſtituendam poſſeſſionem non poteſt appellare, *Gloſ. 1. & Salyc. qui eam ſequitur in l. 8. momentaria, n. 4. verſ. tertia vtilitas eſt, C. vnde vi,* dum, notando differentiam inter *l. 7. ſi quis in tantam, C. eod.* & interdictum vnde, vi, ſcribunt, à ſententia lata ſuper conſtitutione dictæ *l. ſi quis in tantam.* poſſe appellari, ſecus autem à ſententia lata ſuper interdicto, vnde vi, quia ab ea non poteſt appellari, hancque opinionem, videtur in effectu ſecutus Dec. *conſ. 28. ſub num. 4. col. 4. ibi, ſecundo non obſtat.* dum eo loci reſpondet Federico de Senis infra citato, dicẽs, eum loqui de iure canonico, & contra communem, dum ſcribit, poſſe appellari in poſſeſſorio recuperandę, hancq; eandem opio. tenet Contar. *in l. vnica, in ampl. n. 8. verſ. continetur, n. ſeqq. & n. 32. & lim. 2. §. 1. nu. 3. & ſeqq. & n. 8. C. ſi de mom. poſſ.* & videtur tenere Rugin. *tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 673.*

3 Contrariam opinionem; quod enim condemnatus ad reſtituendam poſſeſſionem in interdicto, vnde vi, poſſit appellare tenet Fed. de Sen. *conſ. 76. domino auditori.* Nicel. *tract. de concord. gl. concor. 6. fall. 6. ſub num. 33. verſ. 91. fol. 192.* & ratio ſecundum eos eſt, quia ex ſententia, lata in eiuſmodi poſſeſſorio, infertur ei præiudicium ſuper proprietate: nam in petitorio poterit ei obijci, quod cecidit à iure ſuo propter violentiam, quæ probatur ex ſententia lata ſuper poſſeſſorio.

Retenta exemplificatione.

4 Extende primo declarando eam, vt interdictum, *vnde vi,* competat non ſolum contra ipſum vt ſpoliantem, ſed etiam contra mandantem, & ratum habentem, *Abb. in c. 18. ſæpe, n. 8. de reſtit. ſpol. Phil. Franch. tract. de diſput. petit. in primo dubio ſub n. 36. verſ. decimumtertium, fol. 329. Conſtan. Rog. de rem. poſſ. n. 2. fol. 345. vterq; tomo 3. parte 2. Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. ſub nu. 208. ibi, & hoc interdictum, fol. 206. & Contar. in l. vnica in ampl. num. 26. verſ. ex parte vero, C. ſi de mom. poſſ.* ergo neque hi, aduerſus quos competit, poterunt appellare.

Hæc extenſio licet in puncto iuris poſſit ſuſtineri, ſi ſẽtentia ſimpliciter dicat, ſpoliatum eſſe reintegrandum ad ſuam poſſeſſionem, tamen ad vſum praxis non ſubſiſtit, cum is in executione ſententiæ veniat condemnandus ad æſtimationem, *vt dixi n. ſequen.* & ab æſtimatione detur appellatio, *vt dixi eod. n. ſeq. verſ. contra.*

5 Extende ſecundo, vt hoc interdictum vnde vi, in tantum competat contra ſpoliatorem, vt competat etiamſi non poſſideat, neque dolo deſierit poſſidere, quia à principio fuit in culpa, ſpoliando, & ideo ſpoliatus poterit ab eo conſequi ſaltem æſtimationem, *Abb. d. c. 18. ſæpe, n. 10. ibi, nec obſt. & latius ſub n. 21. de reſtit. ſpol.*

Ratio quare non poſſit appellare, eſt, quia æſtimatio ſuccedit loco rei: Ergo, ſicut reſtituendo rem non appellat, ita neque appellabit ſoluendo æſtimationem: quia quod ſpoliator non ſit in poſſeſſione rei non proceſſit e facto ſpoliati.

6 Contra hanc extenſionem, eiuſque rationem facit, quia æſtimatio, quæ ſuccedit loco rei, habet in effectu naturam intereſſe, quod etiam ſuccedit loco poſſeſſionis, ſeu rei pro illo tempore, quo actor non poſſedit, & tamen à ſententia, lata ſuper intereſſe, datur appellatio, etiam ſuſpenſiua, *vt retuli, & ſequutus ſum infra mem. 9. n. 24.* quia in æſtimatione, ſicut in intereſſe, requiritur ſemper quędam liquidatio, à qua ſemel ſemper licet appellare, *vt,* loquendo de condemnato vigore obligationis in forma Cameræ retuli, & ſequutus ſum *infra lim. 9.*

Retenta hac contraria opinione.

7 Amplia enim in caſu, de quo loquutus ſum *infr. ſub n. 62. extenſ. 2.* vbi habes, quod quamuis ſpoliatus recuperauerit poſſeſſionem à ſingulari ſucceſſore, tamen poteſt adhuc agere contra ſpoliatorem.

8 Extende tertio eandem primam exemplificationem, vt procedat etiam in interdicto, vnde vi, quod eſt vtile, & competit ſpoliato à filiofam. vel mercenario contra patrem vel dominum, etiam ignorantes, *Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. ſub n. 208. ibi, vtile vero, fol. 206.* Ergo nec pater, nec dominus poterunt appellare.

9 Vtile interdictum, vnde vi, competit etiam ei, qui non violenter eſt expulſus, ſed fuit ſuſpicatus, poſſe expelli, quo caſu perdit poſſeſſionem ciuilem, *vt refert & ſequitur Ioſ. Cumia d. cap. 38. ſub num. 208. ibi, vtile, etiam, fol. 207. initio.*

10 Extende quarto eam, vt procedat etiam in interdicto, quod vi aut clam, quod competit aduerſus eum, qui vi, aut clam opus aliquod fecit, ſeu deſtruxit, vt opus factum, ſeu deſtructum reſtituat; nam eſt remedium mere poſſeſſoriũ competens ratione ſolius poſſeſſionis, *vt declarat Bero. q. 3. cum princeps, & q. 4.* agitata, quem refert, & ſequitur Rug. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 696.* vbi in fine ſcribit, non dari appellationem.

11 Aduerte, quod & ſi hoc interdictum habeat effectum recuperandi priſtinam poſſeſſionem, ſecundum ea, quæ ſcribit Bero. *d. q. 4. ſub num. 2.* tamen differt ab interdicto recuperandæ, quia in interdicto, quod vi aut clam, ſufficit actori probare poſſeſſionem, quamuis reus

doceret

Digitized by Google

doceret de ſuo bono iure;ſecus eſt in ſpolio,&c.*ſecundum ea,quæ ſcribit Bero.d.q.3.n.4.& 5.*

12 Extende quinto,vt hoc interdictum competat etiam ei, qui nunciauit nouum opus, quia & ſi iſte videatur facto proprio cecidiſſe à poſſeſſione,cum poſſeſſio amittatur etiam per nuntiationem noui operis, & ei, qui facto proprio amiſit poſſeſſionem,non datur remedium ad recuperandam poſſeſſionem:nihilominus,hoc non obſtante,datur ei interdictum vnde vi ad recuperandam poſſeſſionem, quia is, qui facit nouum opus, dat cauſam, vt ei nuntietur nouum opus,& ſic ipſe impellit ad nunciandũ, & conſequenter poſſeſſio, quæ in ipſum transfertur per nuntiationem,eſt violenta,& ideò nuntianti competit interdictum vnde vi ad recuperandam poſſeſſionem, *vt refert,& ſequitur Conſtan.Roger.tract.de remed. poſſeſſ. ſub n. 9.tom.3.p.2.fol.245.*

Cautela tamen pro eo, cui denuntiatur nouum opus eſt, vt det ſatiſdationem de demoliendo opere, quia per hanc ſatiſdationem non eſt amplius violentus poſſeſſor, *Conſt.Rog.vbi ſupra.*

Hoc interdictum vnde vi in quibus differat à remedio can.*reintegranda*,vide ſupra *memb.1.n.79.*

13 Vt hoc interdictum competat, quot, & quæ requirantur,vide poſt alios Iol.Cumia *ſuper ritib.Sicil. c.38. ſub n. 208.& n.215.verſic.ſecundo requiritur,vſque ad n.264.fol. 207.& ſeqq.*

14 Exemplifica II.in remedio l.6. *meminerint,C. vnde vi*, quod datur aduerſus eum,qui auctoritate nulli,& inualidi decreti,reſcripti, vel ſententiæ inuaſus eſt poſſeſſionem alienam,poſſeſſore non citato,nam cadit à iure ſuo,& tenetur reſtituere poſſeſſionem, *Franch.tract.de diſput. petit.dubio primo,ſub num.42.verſic. vigeſimum tertium, fol. 329.Conſtan.Roger.de remed.poſſeſſ.ſub numero ſecundo, ibi, ſed quia, folio 245.vterq;tomo 3.parte 2.Maran.in ſuo ſpec. parte 4.diſt.7.numero 48. verſic. decimum remedium, folio 136.Menoch.tract.de recuper. poſſeſſ.remed.8. numero primo,& ſequentib. & Ruginel. infra citatus*, & quod tertius poſſeſſor,qui fuerit è poſſeſſione eiectus,iuris ordine non ſeruato,& ipſo non citato,poſſit agere de ſpolio,refert,& ſequitur Contar.*in l.vnica,quæſtione 24.numer.32.C. ſi de momen. poſſeſſ.* & quod remedium recuperandæ poſſeſſionis competat etiam ei,qui fuit ſpoliatus à iudice, nulliter procedente,ſcribunt Addition.ad Afflict.*deciſ.302. aliud dubium,ſub numero primo*,& Iol.Cumia *ſuper ritib. Sicil. c. 38.num.280.verſic.tertium remedium,& ſequentib. & numero 290.fol.*214.& quod remedium iuris canonici *in capit.conquerente,de reſtitut.ſpol.* detur his, qui ſunt ſpoliati à iudice,ordine prætermiſſo,refert & ſequitur Contar. *in l.vnica,limit.4.ſub numero 28.C.ſi de mom.poſſeſſ.*& dixi *infra num.68.verſic.limita primo.* Ideoque,ſi ſpoliatus agat ad poſſeſſionem meram, non dabitur appellatio, ſecus ſi agat etiam ad priuationem, quia dabitur appellatio ratione mixturæ,*Ruginell.d.§.2.cap.3.num.713.verſic idem iuris,fol.* 126. & de materia huius legis mentionem etiam feci ſupra *libro 1.cap.35.ſub num.17.& ſub num.23.* & ad eius materiam vide, quæ ſcripſi *infra numero 65.& ſub num.69.*

15 Exemplifica III.in remedio *l.32.ſi me & Titium, ff. ſi cert.pet.*cuius l.condictione is,qui erat bonæ fidei poſſeſſor,& à poſſeſſione cecidit ſine iuſta cauſa, poteſt agere contra poſſidentem titulo lucratiuo,*Bar.in l.14. ſi coloni, ſub numero primo,C.de agric.& cenſit.lib. 11.Maran.in ſuo Spec.p.4.diſt.7.num.44.verſic.ſeptimum remedium,fol.136.* ſed fuſius de natura huius condictionis vide Bar. *in d. l. ſi me & Titium,ff.ſi cert.pet.per totam.Franch. tract. de diſp. petit.dub.1.n.6.& ſub numero decimotertio,verſic. pro parte,tomo 3.p.2.folio 327.Menoch.tract.de recup.poſſeſſ.rem. 4.& Ioſ.Cumia,ſuper ritib.Sicil.cap.38.num.326.remed.9. fol.218.*

Extende exemplificationem huius *l.ſi me & Titium*,vt habeat locum etiam aduerſus eum, qui poſſideret vigore ſententię notoriè iniuſtæ; quare ſi tu obtinuiſti ſententiam notoriè iniuſtam contra me, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & eius executione conſequutus es aliquod meum prædium: ego poſſum contra te agere ex remedio dictæ *l. ſi me & Titium*, ad recuperandam poſſeſſionem,*Contar.in l.vnica,limit.9.num.62.& 63.in fine,C.ſi de momen.poſſeſſ.* quia quamuis fauore dirimendarum litium ceſſet hoc remedium quando quis poſſidet auctoritate ſententiæ,*Alex.in d.l.ſi me & Titium ſub n.3. verſ.in gl. in ver. peruenit.* tamen hoc non eſt verum quando ſententia eſt notoriè iniuſta,quia tunc ſententia non tranſit in rem iudicatam,*Contar.d.n.63.*

18 Declara iſtam extenſionem, vt ſicut iudex poteſt multis modis ſpoliare;ita etiam multa prodita ſint remedia ad recuperandam poſſeſſionem. Aut enim iudex proceſſit,reo non citato,& tunc datur remedium ex *l. 6. meminerint,C.vnde vi*,vt dixi *ſupra n.14.* Aut proceſſit, reo citato,ſed tamen inordinate, & tunc datur remedium ex c. *conquerente,vt dixi ſupra ſub n.14.* Aut fuit ſpoliatus iuris ordine ſeruato, ſed tamen per ſententiam notoriè iniuſtam;& tunc datur remedium dictæ *l.me & Titium.*

Exemplifica IV.in condictione ſine cauſa, quam eſſe remedium poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis ſcribunt Philip.Franch.*tract.de diſput.petitorij,dubio primo, n. 35.verſ.octauum remedium,tomo 3.part.2. fol 328. Alex. conſ.1.Chriſti nomine,num.24.verſ.circa tertium,lib.4.*quare,ſi res mea ad te peruenit,nec eſt cauſa, quare apud te debeat remanere, eam certi condictione, vel ſine cauſa condicam,*Bar.in l.32.ſi me & Titium,num.1.ff. ſi cert.pet.* hancq; condictione agi ad recuperandam poſſeſſionem, indebitè in aliquem tranſlatam,ſcribit Alex.*vbi ſupra*,loquens de re alienata ex contractu nullo, ſeu inutili; quo caſu conſuluit, poſſe agi triplici actione, videlicet condictione ſine cauſa, vel triticaria, vel condictione indebiti ad poſſeſſionem recuperandam.

19 Differunt hæ condictiones, videlicet condictio ſine cauſa,de qua in iſta exemplificatione;cõdictio triticaria; & condictio indebiti,de quibus in ſeqq. exemplis; differunt,inquam,ab alijs remedijs poſſeſſorijs in multis.

Prima differentia eſt, quod hæ condictiones dantur etiam ei, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, dantur enim ei, qui contractu nullo,ſeu inutili alienauerit, *Alex. vbi ſupra*,&, loquendo de condictione indebiti,idem Alexand.*vbi ſupra*,& Contar.*in l.vnica,in ampl.n.37.38.& 41 C.ſi de momen.poſſ.*& Rugin.*tract.de appell.§.2.c.3.n.672. in 11.caſu*,& de triticaria idem Alex.*vbi ſupra.*Et tamen alia remedia ad recuperandam poſſeſſionem non dantur ei,qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, *Socc. Alex.Caputaq.& alij,quos retuli,& ſequutus ſum lib.præced. cap.9. num.*1280.

Secunda differentia eſt,quod,cum actor, agens ad recuperandam poſſeſſionem ex contractu nullo,non ſe fundet ſuper dominio, vel poſſeſſione, obtinebit abſque alia probatione dominij,vel poſſeſſionis,*Contar. d.l. vnica, in ampl.num.39.* Et tamen in alijs regulariter debet probari poſſeſſio.

Tertia differentia eſt, quod reus non poteſt referre quæſtionem dominij, non ſolum ea communi ratione, quod exceptio dominij reijcitur in cauſis poſſeſſorijs, *vt retuli & ſequutus ſum lib.præced. c.7 n...* ſed etiam ea peculiari ratione,quod in caſu huius exemplificationis reus habet cauſam ab actore,*Contar.vbi ſupra.*

Ex hac tertia differentia infertur neceſſario ſequens quarta.

Quarta differentia eſt,quod condictio indebiti, actionis triticariæ, incerti,& etiam,*l.ſi me & Titium, ff.ſi cert. pet.* nunquam habent locum, niſi quando aliquod ne-

 gotium

gotium eſſet geſtum inter actorem, & reum, Philip. Franch. tract. de diſput. petit. dub. 1. ſub nu. 35. verſ. nonum remedium, tom. 3. par. 2. fol. 328. & Contar. in l. vnica, in ampliat. n. 40. C. ſi de momen. poſſ. idemque in actione ſine cauſa, ſcribit idem Franch. vbi ſupra.

Exemplifica V. quando agitur ex l. 2. ff. de condict. tritic. cuius remedium eſt ad recuperandam poſſeſſionem, quod datur ei, qui vi deiectus eſt a poſſeſſione, ſeu ei, cui res aliena, quam bona fide poſſidebat, eſt furto ſubtracta: ſed tamen non eſt dominus illius rei, neque in ea vllum ius habet, ſed ſolum eſt, vt dixi, bonę fidei poſſeſſor; ideoque quia non eſt dominus, non habet condictionem furtiuam ad eam rem, ſed aget conditione triticaria, vt poſſeſſio illius rei ſibi reſtituatur, vt latius explicant Franch. tract. de diſput. petit. dub. 1. num. 7. & 15. verſ. ſecundum remedium, fol. 327. Maran. in ſuo ſpec. part. 4. diſt. 7. numer. 39. verſ. ſecundum principale, fol. 135. Menoch. tract. de recuper. poſſ. rem. 3. num. 1. & ſeq. Ioſ. Cumia. ſuper ritib. Sicil. cap. 38. num. 335. & 336. rem. 17. fol. 218. & Contar. in l. vnica, in ampliat. num. 66. verſic. ex eadem, C. ſi de momen. poſſeſſ. & dicitur iudicium momentaneæ poſſeſſionis, Contar. vbi ſupra, & dicitur poſſeſſorium recuperandæ, quo datur etiam ei, cuius poſſeſſionem interuertit is, qui eius nomine poſſidebat, alienando rem in alium, & ideò ſi in iſto remedio ſimplicem poſſeſſionem deducam, non datur appellatio; ſecus ſi prætendam me quoque dominum illius rei, & iudex pronunciet etiam ſuper dominio, quia daretur appellatio, Contar. in d. l. vnica, in ampliat. ſub nu. 68. verſ. erit igitur, & Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 659. n. 7. caſu.

21 Nota obiter, quod condictio triticaria eſt generalis, competens ad omnia, præterquam ad pecuniam, & inter cetera competit ad poſſeſſionem, Corn. conſ. 56. licet in hac, ſub n. 3. & clarius n. 17. verſ. & per hæc, lib. 2. & Menoch. d. rem. 3. n. 2.

22 Exemplifica VI. in conditione indebiti, puta, quando ego ſoluiſſem tibi indebitè alienos nummos quia poſſum illos à te condicere condictione indebiti ex l. 15. in debiti, §. ſed etſi nummi, ff. de condic. indeb. & explicant Franch. tract. de diſput. petit. dub. 1. ſub num. 35. verſicul. nonum, tom. 3. part. 2. fol. 328. Maran. in ſuo ſpec. parte 4. diſt. 5. num. 41. verſ. quartum remedium, fol. 135. Menoch. tract. de recuper. poſſ. rem. 3. n. 1. & ſeqq. Ioſ. Cum. in ritib. Sicil. c. 38. nu. 324. rem. 7. fol. 218. Contar. in l. vnica, in ampliat. n. 37. verſ. intelliges tamen. C. ſi de momen. poſſ. & Ruginel. tract. de appell. §. 2. cap. 3. n. 672. in 11. caſu. dicitur enim poſſeſſorium momentaneum, ſecundum ea, quæ ſcribit Contar. in ampl. vbi ſupra n. 34. nam ideò condicere poteſt poſſeſſionem, & non proprietatem, quia proprietatem, quam non habebat, non potuit transferre, Maran. vbi ſupra, & in caſu huius exemplificationis non dari appellationem ſcribit Rugin. d. c. 3. n. 672. in fine.

Verum ſi indebitè ſoluiſſem nummos meos eoſq; vellem repetere per conditionem indebiti, iudicium eſſet petitorium, Contar. eod. n. 37.

23 Extende hanc exemplificationem, ſeu hoc remedium, vt habeat locum, quoties poſſeſſio tranſlata eſt ex contractu nullo, ſeu inutili, vt puta ſi minor, vel eccleſia alienaret ſine ſolemnitatibus, quia poſſent poſſeſſionem recuperare condictione indebiti, Alex. conſ. 1. Chriſti nomine, n. 24. verſ. circa tertium, lib. 4. Maran. ſub d. n. 41. Ioſ. Cumia ſuper rit. Sicil. cap. 38. n. 324. rem. 7. Contar. d. l. vnica, in ampl. ſub n. 37. & 38. & Ruginell. tract. de appellat. §. 2. c. 3. n. 672. in 11. caſ. fol. 121.

24 Et cautela eſt, vt petatur declarari contractum nullum, & contrahentem, qui alienauit, non teneri ad illius obſeruantiam, & poſſeſſionem reſtitui, vt ex Plot. referunt, & ſequuntur Contar. d. n. 38. & Ruginel. d. n. 672.

Neque in caſu huius exemplificationis, eiuſque extenſionis poteſt competere remedium can. redintegranda, neq; interdictum vnde vi, quia iſta non competunt ei, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, Socc. Alex. Caputaq. Menoch. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 9. n. 1280. & ſeqq. & in ſpecie vide Contar. d. l. vnica, in ampliа. ſub n. 40. verſ. ſed interim, & n. 41.

25 Exemplifica VII. in remedio l. 5. inuaſor, Cod. vnde vi, quod datur domino rei aduerſus eum, qui ignoranter, & iuſto errore lapſus; ſeu iuſta cauſa ductus credens, rem eſſe ſuam, & ideo ſine dolo poſſeſſionem vacantem illius rei occupauit, vt in eadem l. notant Bar. & cæteri, Franch. trac. de diſput petit. dub. 1. n. 41. verſ. vigeſimum remedium, fol. 329. Conſt. Roger. de remed. poſs. num. 3. in fine, & num. 4. fol. 245. vterq; tomo 3. par. 2. Marun. in ſuo ſpec. parte 4. diſt. 7. num. 50. verſ. duodecimum remedium fol. 136. Menoch. trac. de recuper. poſs. rem. 7. n. 1. & ſeqq. & n. 15. Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil c. 38. n. 328. rem. 11. fol. 218. Contar. in l. vnica, in ampl. n. 125. & 126. C. ſi de mom. poſs. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 674. in 13. caſu, & eſt inter iudicia momentaneæ poſſeſſionis, & reſtituendæ poſſeſſionis, vt refert et ſequitur Contar. d. num. 125. ſeu recuperandæ poſſeſſionis, Marun. d. n. 50. et Menoch. d. rem. 7. qui ponunt inter remedia recuperandæ poſſeſſionis.

Verum Pontan. tract. de ſpol. lib. 1. c. 12. num. 107. et 108. tom. 14. fol. 276. ſentit, remedium huius legis eſſe anomalum, eo quod non ſit propriè adipiſcendæ, neque retinendæ, neque recuperandæ, ſed ſit quædam quarta ſpecies quaſi recuperandæ, licet enim ipſe loquatur in remedio legis fin. C. eod. tamen inter hanc legem, & l. inuaſor, non conſtituit aliam differentiam, quam eam, quam ſcripſi infra n. 27. quę huic ſententiæ nullatenus obſtat.

26 Circa iſtam exemplificationem dubitatur de pluribus.

Primo (& hoc attinet ad noſtrum inſtitutum) an à ſententia lata ſuper remedio dicta l. inuaſor. detur appellatio.

Videtur reſpondendum negatiuè, quod non detur, & hanc opin. tenet Contar. in d. l. vnica, in ampl. ſub n. 128. & 129. in fine, & Rugin. d. c. 3. n. 674. in 13. caſu, & mouetur Contar. ea ratione, quod poſſeſſorium non efficitur mixtum ex eo, quod ex parte actoris ſit probandum dominium, quia, inquit, ſufficit, quod probetur præſumptiuè ex poſſeſſione, Ideoq; inquit, cum deducatur incidenter, non efficitur poſſeſſorium mixtum.

Confirmatur hæc opinio, quia licet interueniat ſummaria cognitio proprietatis; tamen interuenit per modũ antecedentis, & medij neceſſarij, ſeu conſecutiuè, & ideò ſufficit ſummaria probatio, quæ non præiudicat proprietati, & attenditur id, quod principaliter agitur, non quod venit conſequutiuè, per ea, quę ſcripſi infra mem. 9. n. 67.

Contraria opinio, quod detur appellatio, ſuadetur hac vnica ratione, quia, quando agitur de dominio, & de proprietate, iudicium poſſeſſorium efficitur mixtum, & in mixto poſſeſſorio datur appellatio, vt retuli, & ſequutus ſum infra mem. 9. n. 1.

Sed dominus rei occupatæ agens ex d. l. inuaſor, ſeu ex l. fin. C. vnde vi, de qua videtur ſpecialiter loquutus Rugin. vbi ſupra, non poteſt obtinere in iſto iudicio poſſeſſorio, niſi ratione dominij, quod debet probare, vt ſcribit Bart. in dicta l. inuaſor. ibi, dices tu ad quid, dum, motiuando contra dictam l. ait; dictam legem ad nihil eſſe bonam, quia dominus debet probare, ſe eſſe dominum, & poſſeſſionem vacantem, quibus probatis, inquit Bar. poſſet dominus obtinere etiam in iudicio rei vendicationis, & poſtea, ſoluendo motiuum, reſpondet, in hoc poſſeſſorio procedi magis ſummariè, & non requiri probationes ita liquidas, ſicut requirerentur in rei vendicatione.

Ergo in iſto poſſeſſorio datur appellatio.

Non diſcedo à prima opinione negatiua, quia dominium, vel in medium neceſſarium, & acceſſoriũ probatur

ſummariè

ſummariè tantum, vt dicit Bart. pro contraria opinione citatus; quæ ſummaria probatio non cauſat iniuriam.

Secundo dubitatur; in quo differat dicta *l. inuaſor*, a l. *fin. C. vnde vi*, & in quo differant iſtæ duæ leges ab interdicto, vnde vi.

Reſpondeo: differunt in hoc, quod dicta *l. inuaſor*, habet locum contra eum, qui occupat ignoranter, & ſine dolo poſſeſſionem rei alienæ vacantem, *vt dixi* & *l. fin.* habet locum contra eum, qui doloſe occupat poſſeſſionem vacantem rei alienæ, & eo ipſo quod ſcit, non eſſe ſuam, dicitur eſſe in dolo præſumpto, quia debet credere, eſſe alienam, Bar. infra citatus, & Pontan. citatus *ſupra nu. 25. in fine*: differt etiam vtraque iſtarum legum ab interdicto vnde vi, quia interdictum vnde vi habet locum contra occupatorem cum violentia, commiſſa contra perſonam, *Bartol. in dict. l. final. numero 4. verſ. quæro & num*, ille vero leges habent locum contra occupantem ſine violentia.

Tertio dubitatur: *ad quid ſeruiat iſta differentia*.

28 Reſpondeo: ſeruit in hoc, quod in caſu *l. inuaſor*, poteſt forſan procedere vſucapio, & præſcriptio propter bonam fidem, & titulum putatiuum, *per ea quæ ſcribit Balb. in l. 27. Celſus, ff. de vſuc. inter tract. de præſcrip. num... tom. 17. fol. 111.* At in l. fin. non poteſt procedere, quia adeſt mala fides, & dolus. Item *in d. l. fin.* poſſeſſor non poteſt facere fructus ſuos; ſecus eſt *in l. inuaſor &c.*

29 Quarto dubitatur: quomodo poſſit remedium iſtarum legum collocari inter remedia recuperandę poſſeſſionis, ſi actor non erat poſſeſſor tempore inuaſionis, ſeu occupationis.

Reſpondeo, quod in hoc conſiſtit ſpecialitas iſtarum legum, *vt aduertit Maran. in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 7. n. 50.* vel, *vt ex Pont. retuli & ſequutus ſum ſupra ſub n. 25.* ideo non dicitur propriè recuperandæ poſſeſſionis.

30 Tempera nunc eandem exemplificationem, vt non procedat reſpectu fructuum, & intereſſe, ad quos occupator in caſu dictæ l. inuaſor. tenetur, *vt ſcribit Contar. in l. vnica, in amplia. ſub num. 126. C. ſi de mom. poſſ.* quia à condemnatione fructuum, & intereſſe debet dari appellatio, *per ea, quæ ſcripſi infra memb. 9. num. 24. verſ. exemplifica quarto*, licet non per hoc deſinat remedium dictæ l. eſſe poſſeſſorium, *Contar. vbi ſupra n. 127.*

31 Exemplifica VIII. in remedio *cap. 18. ſæpe, de reſtitut. ſpolia.* quod datur contra quemlibet tertium poſſeſſorem, qui non ſpoliauit, ſed tamen ſcienter habuit à ſpoliante, ſciens eſſe rem vitioſam, à quo non appellari ſcribit Rugin. *tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 675. in decimoquarto caſu, in fine.*

32 Exemplifica IX. *in l. 14. ſi coloni, C. de agric. & cenſ. lib. 11.* qua prouidetur, vt ſi ſeruus adſcriptitius aufugiat à Domino, ſeu à bonæ fidei poſſeſſore, & alius dicti ſerui aufugientis poſſeſſionem occupauerit, poſſit tunc dominus, ſeu bonæ fidei poſſeſſor implorare iudicis officium, petendo, vt faciat ſibi illius poſſeſſionem reſtitui, quia eſt paratus fidem facere, quod illum poſſidebat, & quod aufugit; quo caſu iudex ſine mora, ſumpta celeri informatione, debet cogere illum vt reſtituat, & ſic eſt remedium recuperandæ poſſeſſionis, *Franc. tract. de diſput. petit. dub. 1. num. 11. & 29. verſ. ſeptimum remedium, folio 328. Conſt. Rog. de remed. poſſeſſ. num. 5. in fine, & num. 6. fol. 245. vterque, tom. 3. p. 2. Maran. in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 7. num. 45. & 46. verſ. octauum remedium, fol. 316. Menoch. tract. de recup. poſſ. rem. 10. num. 1. & ſeqq. Io. Cum. ſuper ritib. Sicil. c. 38. num. 323. remed. 6. Contar. in l. vnica, in ampliat. num. 116. & 121. verſ. & eſt remedium reſtitutorium, C. ſi de mom. poſſ. & Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 676. in 15. caſu*, & à ſententia lata ſuper condictione huius legis non dari appellationem ſcribit Ruginel. *vbi ſupra*, & nos confirmamus ea ratione, quia in meris poſſeſſorij prohibetur appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra memb. 3. n. 3. verſ. in poſſeſſorijs*, ſed hoc iudicis officium, quod imploratur in caſu dictæ *l. ſi coloni*, eſt poſſeſſorium momentaneum, *vt notat Contar. d. n. 116. verſic. item iudicis*, ergo eſt prohibita appellatio.

33 Extende primo hanc exemplificationem, vt remedium dictæ *l. ſi coloni*, extendatur, & habeat locum etiam ad recuperandam poſſeſſionem animalium irrationalium, & ideò competit etiam quando aufugiunt canes, equi, vel falcones, & ſimiles, *vt refert, & ſequitur Contar. in d. l. vnica, in ampliat. num. 117. et 118. et ex eo Ruginell. ſub d. n. 676. in 15. caſu.*

34 Contra iſtam extenſionem ſentiunt Abb. *in cap. 18. ſæpe, ſub num. 10. de reſtit. ſpol. & Corn. conſ. 56. licet in hac, nu. 18. verſic. nec competit, lib. 2.* dum ſcribunt, quod in caſu dictæ *l. ſi coloni*, colonus cenſitus, ſeu aſcriptitius vitio fugæ tranſierat ad alium, & negabat ſe adſcriptitium illius, à quo propria auctoritate receſſerat; vnde ſpoliauerat priorem dominum poſſeſſione ſua, ſicque ibi fit potius reſtitutio contra colonum fugientem, quam contra ſecundum poſſeſſorem: ſecus, inquiunt, in re inanimata, quæ ſine ſui dolo peruenit ad manus alterius: Immo ſecundum Corn. ſeruus fugitiuus committit furtum ſui ipſius, & d. *l. ſi coloni*, loquitur in illis colonis, in quibus alia in illo titulo ſpecialia inducuntur ob fauorem publicum ſaltem ſecundarium, ideo remedium illius legis non debet extendi ad alios caſus.

Retenta extenſione, quæ eſt vera, & ſeruatur.

35 Extende ſecundo, vt competat etiam pro rebus inanimatis, & pro mobilibus, & immobilibus, ſecundum com-
* mun. *opin. de qua teſtantur & ſequuntur Rip. *d. cap. ſæpe, num. 31. verſ. ſecundo quæro*, & Maran. *d. diſt. 7. ſub num. 46. fol. 136.*

Nota primo obiter vnam differentiam inter remedium dictæ *l. ſi coloni*, & interdictum vnde vi, quod remedium dictæ l. non datur niſi bonæ fidei poſſeſſori, ſed interdictum vnde vi, datur etiam prædoni deiecto, ſicut refert, & ſequitur Maran. *d. rem. 8. n. 46. in fine*, & quod remedium dictæ l. non competat malæ fidei poſſeſſori, notat etiam Contar. *in d. l. vnica, in ampliat. nu. 119. et 120. in fine*, eandem differentiam habet cum remedio canonis, *reintegranda*, quod dari etiam malæ fidei poſſeſſori notat Contar. *vbi ſupra in ampl. numero 121. verſ. et eſt remedium.*

Item datur remedium dictæ lege cuilibet, quia poſſeſſione cecidit, licet non probetur ſpoliatio, *Contar. d. num. 119.*

36 Nota ſecundo, quod pro remedio dictæ l. non competit actio, ſed datur iudicis officium, *ſecundum ea, quę ſcripſi ſupra num. 32. in fine.*

Si vis autem cognoſcere quando ex condictione legis, ſeu canonis naſcatur actio, & quando officium iudicis, vide Abb. *in cap. 18. ſæpe, numero vndecimo, verſicul. ſed quia, de reſtitut. ſpol.* vbi refert, & ſequitur doctrinam Bartoli.

37 Exemplifica X. quando agitur actione locati, vel condictione legis 25. *ſi quis conductionis, C. loc.* ad relaxandam poſſeſſionem rei locatæ ob finitam locationem defectu lineæ, vel tempore, quia ſi reus opponat, rem eſſe ſuam, & iudex pronuntiet, vt reus reſtituat, & dimittat, non poterit reus appellare, *Gramm. deciſ. 58. magnifica, num. 14. in fin. & num. 15. Contar. in l. vnica, in ampliat. nu. 71. verſ. item, & ſub num. 80. verſicul. ex quibus, C. ſi de momen. poſſeſſ. March. tract. de commiſſ. par. 1. de comm. appell. à mand. de euacuan. c. 20. num. 1. fol. 217. et c. 21. numer. 12. folio 218. in vltima columna in 2. impreſſ. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. numer. 656. in quinto caſu, fol. 119. & §. 9. gloſſ. 2. numer. 34. et ſeqq. et Caſ. Barz. Bononien. deciſ. 115. in cauſa recurſus, numero 10.* & qui ſcripſerint de

hac

Digitized by Google

hac conditione dixi *ſupra memb.1. num.34.*
Ratio eſt, quia eſt poſſeſſorium momentaneum, *vt lo-
quitur Contar. vbi ſupra, et in pluribus alijs num. ſeqq. et Ru-
gin. d. cap.3. num.657. verſ. poſſeſſorium*, ſeu quia materia
locationis dicitur ſummaria, & celeris expeditionis, *ut
loquitur Magon. Lucen. deciſ.15. in iure, numero 29.* ſeu,
quia remedium dictæ *l. ſi quis conductionis*, eſt reſtituendę
poſſeſſionis, in quo remedio non poteſt refricari quæſtio
dominij, cum ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, & is,
qui negat reſtituere rem locatori, dicitur ſpoliare loca-
torem, *Contar. d. num.71.72. & 74. & Ruginel. d. numero
656. et 657.* & quod non poſſit obijcere de dominio e-
tiam proprio, ſecus tamen ſi conueniretur in actione
ſpolij, ſed actione locati, ſcribit Conſtan. Rog. *tract. de
remed. poſſeſſ. ſub num.5. ibi, ſed quia per præmiſſa, tomo 3.
p.2. fol.245.*
Et maximè procedit hęc exemplificatio, quando con-
ductor eſt obligatus in forma camerę, quia licet condu-
ctor contra locatorem allegaret, & prætenderet multa,
quæ reſpiciunt petitorium, tamen non eſſet audiendus,
finito tempore locationis, &c. *Contar. ubi ſupra num.73.
& Ruginel. d. num.657.*
Maximè etiam procedit in ciuitate Lucenſi ex diſpo-
ſitione ſtatutorum, *lib.1. cap.167.* quo expreſsè, & ſtrictè
denegatur appellatio.
38 Extende hanc exemplificationem, vt procedat in cæ-
teris contractibus, & negotijs, quorum occaſione vnus
detinet rem alterius, habens ab illo altero cauſam, eiuſq;
nomine poſſidens; & ſic commodatarius, depoſitarius,
geſtor negotiorum, tutor, curator, & ſimiles poſſunt
conueniri vtili actione dictæ *l. ſi quis conductionis*, ad re-
ſtituendam poſſeſſionem, quam eo ipſo, quod ſine iuſta
cauſa negant reſtituere, dicuntur ſpoliare, *Salyc. in d. l.
ſi quis conductionis, in fine, & alij, quos referunt, & ſequun-
tur Contar. d. l. vnica in ampliat. num.75. & 76. verſ. amplia.
& Ruginell. tract. de appell. §.2. c.3. ſub numero 657. verſ.
poſſeſſorium.*
39 Infero primo ex hanc exemplificatione, eiuſque ex-
tenſione, quod remedium dictæ *l. ſi quis conductionis*, non
habet locum aduerſus emphyteotã, quia licet emphyteo-
ſis ſit ſimili locationi, tamen differt in eo, quod emphy-
teota poſſidet ſibi, & non domino directo, & ideo, cum
deficiat poſſeſſio, ceſſat remedium dictæ *l. ſi quis condu-
ctionis, Rim. Sen. conſil.94. num.20. lib.1. Contar. d. l. vnica,
in ampliat. num.76. & Ruginel. d. c.3. ſub num.657. verſ. li-
mitat vero.*
Hæc illatio videtur ſe conquaſſare cum extenſione po-
ſita *infra n.46. & 47.* ideò eam non firmo.
40 Infero ſecundo, quod hoc remedium non competit lo-
catori, ſi conductor conduxerit ab eo rem propriam,
quamue ipſe conductormet poſſidebat, quia, ſi locator
non erat in poſſeſſione, non poteſt dici ſpoliatus, & con-
ſequenter ceſſat remedium dictæ l. ſi quis conductionis,
& quia iſto caſu conductor poteſt opponere exceptio-
nem dominij, *Contar. d. l. vnica, in ampl. n.77. et 78. & Ru-
gin. vbi ſupra*, ideò, ſi eam oppoſuerit, dabitur propter
mixturam appellatio, *Rugin. vbi ſupra.*
Caſus huius illationis poteſt conſiderari, & euenire,
præſertim in eo, qui ignoranter conducit rem propriam,
quia, conducendo ignoranter, non perdit dominium, ne-
que poſſeſſionem, *Caroc. tract. de loc. & conduc. p.3. rub. de
re propria, fol.140. col.3. numer.1. & 3.* ſecus tamen eſt, ſi
ſcienter eam conduceret, quia licet non amitteret domi-
nium, tamen amitteret poſſeſſionem, *Caroc. vbi ſupra nu.
4.6. & 7.*
41 Limita eandem exemplificationem, vt non procedat
in caſu, quo conductor conuentus poſſet refricare quæ-
ſtionem dominij, vt puta ſi exciperet de notorio eius do-
minio, de quo poteſt obijci, quia tunc ratione mixturæ
non prohibetur appellatio, *Contar. dict. leg. vnica, in am-
pliat. n.81. C. ſi de mom. poſſ. & Ruginel. d. §.2. c.3. ſub n.657.
verſ. limitat.*
Extende forſan iſtam limitationem, vt procederet
etiam in caſu ſtatuti Lucenſis ſupra citati, quia recipit in-
terpretationem a iure communi, maximè quia illud ſta-
tutum videtur voluiſſe declarare ius commune: ergo in
eo, in quo non declarauit, vt ſequamur eius mentem, de-
bemus nos ſequi ius commune, nec ſtatutum dicitur ſu-
perfluum, tum quia operatur circa dilationem aſſignan-
dam, tum quia tollit difficultatem.
42 Exemplifica XL quando agitur ex *leg. fin. C. de acquir.
poſſ.* qua prouiſum eſt, vt ſi ſeruus, vel colonus, per quem
dominus poſſidebat, derelinqueret illam poſſeſſionem,
& alius eam occupauerit, nihilominus poterit dominus
aduerſus illum occupatorem agere ad recuperandum
poſſeſſionem, vt explicant Franch. *tract. de diſput. petit.
dub.1. ſub num.40. verſ. decim. ſeptimum, tom.3. p.2. fol.329.
& Conſt. Rog. de remed. poſſ. n.9. verſus finem, fol.245. vterq;
tomo 3. p.2. Maran. in ſuo ſpec. p.4. diſt.7. num.59. verſi. vi-
geſimum remedium, fol.318. Menoch. tract. de recuper. poſſ.
rem.14. n.1. et ſeqq. et Ioſ. Cum. ſuper ritib. Sicil. c.38. n.266.
fol.212.* quia remedium *d. l.* eſt recuperandæ poſſeſſionis
* ſecundum communem * opin. quam referunt, & ſequun-
tur Menoch. *d. rem.14. n.3. & ſub nu.8. verſ. veruntamen,
& num.9.* & Ioſ. Cum. *dict. c.38. num.265.* & quod ſit re-
medium momentaneæ poſſeſſionis, & reſtitutorium, re-
fert & ſequitur Contar. *in l. vnica, in ampliat. num.82. &
83. C. ſi de mom. poſſeſſ. Ruginell. tract. de appellat. §.2. c.3.
num.660.*
Fuit inuentum remedium dictæ l. quia in caſu dictæ
exemplificationis nulla vis committebatur, & ideo domi-
nis nõn competebat interdictum, vnde vi, nam ſeruus, ſeu
colonus quorum corpore mediante dominus poſſidebat,
conſentiunt poſſeſſionis translationi, *Contar. d. l. vnica, in
ampliat. n.84.*
43 Verum adhoc vt dicatur intentatum remedium dictæ
l. debet factum ita eſſe narratum, vt compræhendi poſſit,
fuiſſe intentatum prædictum remedium, *Contar. d. l. vnica,
in ampliat. ſub n.85. verſic. oportet.*
44 Extende primo iſtam exemplificationem, vt procedat
non ſolum in caſu, quo poſſidens nomine alieno derelin-
quit poſſeſſionem, vt in caſu exemplificationis, ſed etiam
in caſu, vbi realiter eam alicui tradidit ſecundum magis
* communem, *& præualentem opin. quam refert, & ſequi-
tur Contar. *d. l. vnica, in ampliat. num.92. verſ. quorum C. ſi
de mom. poſſ. & poſt eum Rugin. d. c.3. ſub num.668. verſic.
& generaliter.*
45 Infero ex hac extenſione, quod ſi famulus ſcholaris pi-
gnoraret Codicem, ſeu alium librum ſcholaris alicui fœ-
neratori, ignorante ſcholari; item ſi ſeruitor alicuius Car-
dinalis, pignoraret Hebræo vaſa argentea ipſius Cardi-
nalis, ignorante Cardinali, competeret ipſis dominis re-
medium recuperandæ poſſeſſionis ex *d. l. fin. Contar. d. leg.
vnica, in ampliat. num.86. & 87. C. ſi de mom. poſſ. & Rugin.
tract. de appell. §.2. c.3. n.661. et ſeqq. fol.120.* &, loquendo
de famulo ſcholaris, refert, & ſequitur Ioſ. Cum. *ſuper rit.
Sicil. c.38. n.277.*
46 Extende ſecundo, vt habeat locum etiam in caſu,
quo emphyteota alienaret rem emphyteoticam in ter-
tium, quia domino directo competeret remedium præ-
fatum, *Contar. dict. l. vnica, in ampliat. num.90. verſ. com-
petit, fol.90. et Ruginell. tract. de appell. §.2. c.3. num.664.
fol.120.*
47 Item competit domino feudi, quando baro, ſeu va-
ſallus interuertit poſſeſſionem ciuilem, *Ioſ. Cum. ſuper ri-
tib. Sicil. cap.38. num.278. & 279. et Ruginell. dict. cap.3.
num.665.*
48 Extende tertio, vt remedium *d. l. fin.* competat cuilibet
cre-

creditori, cui debitor obligauit cum clauſula conſtitui omnia ſua bona, & poſtea alienat in alium, tradendo ei poſſeſſionem, quia creditor poteſt agere ad recuperandam poſſeſſionem, etiam contra tertium poſſeſſorem, & non excuſſo principali debitore, *Papien. in pract. in form. reſponſ. in act. hypot. in gloſ. exceptionem excuſſionis, num. nono. fol. 782. Iaſ. in §. item ſi quis, num. 77. limit. 3. Inſtit. de act. folio 33. Conſtan. Rog. tract. de rem. poſſ. num. 10. tom. 3. part. 2. folio 245.* admonens, vt nunquam excat è memoria, quod ſemper in hypotheca generali facias apponi conſtitutum, *Neguſ. tract. de pign. part. 8. memb. 1. fallen. 4. ſub n. 17. tomo 6. parte 1. folio 252.* dicens, requiri hæc duo: primum, quod bona poſſiderentur a debitore tempore obligationis cum conſtituto ſeu præcario: ſecundum, quod creditor intentet remedium *legis fin. C. de acquir. poſſeſſ.* & non hypothecariam, *Maran. in ſuo ſpec. part. 2. diſt. 7. n. 59. rem. 20. folio 138. Rol. a Val. conſ. 9. in præſenti, n. 19. verſ. ſecundo reſpondetur, lib. 1. Ioſ. Cum. in ritib. Sicil. c. 38. num. 266. fol. 212. Teſſ. Foſſan. dec. 215. extenſio, num. 2. verſus finem, Contar. in l. vnica, in ampliat. ſub num. 90. verſ. quinimò, et num. 91. C. ſi de momen. poſſ. & Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 667. verſ. datur etiam,* & ita reprobato intellectu Barbatiæ reſtringentis dictam *l. fin.* retuli, & ſequutus ſum ſupra *lib. 1. cap. 62. ſub n. 24. verſ. & quidem, et verſ. contrarium,* & in his terminis intelligas tu Bar. *in l. 3. creditores, ſub n. 25. C. de pign.* & Menoch. *tract. de recuper. poſ. rem. 14. q. 7. n. 28.*

Secus eſt, ſi intentetur actio hypothecaria, quia eſt deterioris conditionis in quatuor.

Primo, quia in ea regulariter requiritur prius excuſſio principalis debitoris, *Neguſ. d. part. 8. memb. 1. n. 11. & nu. 17. in fine fol. 252. & 253. Teſſ. Foſſ. deciſ. 53. poſito nu. 4.* & * eſt omnium communis * regula.

Secundo, quia in actione hypothecaria non poteſt agi executiue, teſtibus his, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra memb. 4. ſub n. 43.* At in remedio huius legis non requiritur excuſſio, & agitur executiue, & poſſeſſorio iudicio ad recuperandam poſſeſſionem vt retuli, & ſequutus ſum ſupra.

Tertio, quia in actione hypothecaria datur appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum infra memb. 9. nu. 80. & ſeqq.* ſecus eſt remedio huius legis, vide infra *d. memb. 9. nu. 92. verſ. ſecus.*

Quarto, quia actioni hypothecaria præſcribitur ſpatio decem, vel viginti annorum, ſed remedio huius *l. fin.* non præſcribitur, niſi ſpacio triginta annorum *Ioſ. Cum. d. cap. 38. n. 267. & 268.* vide omnino Menoch. *de recuper. poſſ. rem. 14. in fine, quæſt. 19. n. 68. & ſeqq.*

Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat etiã ſi debitor alienauerit animo non fraudandi creditorem, quia nihilominus creditor, tanquam ſpoliatus ſua poſſeſſione, poterit agere ad recuperandam poſſeſſionem, *Iaſ. in d. §. item ſi quis, n. 77. in fine, Inſtit. de action.*

Subextende ſecundo, vt procedat etiam ſi iſte tertius poſſeſſor non habeat cauſam ſuæ poſſeſſionis à debitore, ſed ab eo, qui eam habuit à debitore, vel alio iuniori, etiam ſi res tranſierit per tres, ſeu quatuor manus, quia nihilominus creditor poterit ex remedio huius l. agere contra poſſeſſorem ad recuperandam, poſſeſſionem; ratio eſt, quia actio ſpolij competit etiam contra poſſidentem iuſto titulo, & bona fide, quia in actione ſpolij non poteſt reus probare titulum, inuito actore, & poſſeſſio iunior, reſpectu poſſeſſionis antiquioris præſumitur clandeſtina, & vitioſa, vt latius deduxi, & firmaui *lib. præc. c. 7. n. 162. & 163.* ſed remedium huius *l. fin. C. de acquir. poſſ.* eſt remedium, quod datur ſpoliato ad recuperandam poſſeſſionem. Ergo &c.

Contra hanc ſubextenſionem vrgent multa, quæ, ne nimis diuertar, remitto, & nihil firmo.

Reſtringe declarando eandem extenſionem, vt ad hoc vt remedium huius *l. fin.* competat requiratur, quod conſtitutum, ſeu præcarium fiat præſenti ad hoc, vt transferat poſſeſſionem in ipſum conſtitutarium, *Tiraquel. tract. de iur. conſtit. poſſeſſ. limit. 30. numero primo, fol. 189.* ſecus eſt ſi conſtitutum, ſeu præcarium fiat abſenti, quia tunc non operatur in eum tranſlationem poſſeſſionis, Tiraquell. vbi ſupra, & conſequenter ſi interim antequam cõſtitutarius ratum habeat expellatur conſtituens, ipſi conſtitutario non competit remedium recuperandæ poſſeſſionis; etiamſi poſtea ratificet, *Tiraquell. d. limit. 30. nu. 2. & 3 fol. 190.*

Et hæc ſufficiant circa hanc vndecimam exemplificationem, reliqua de eius materia videbis apud Menoch. *tract. de recuper. poſſ. rem. 14.*

49 Exemplifica XII. quando, finito vſufructuum ſeu finito præcario, ago contra detinentem rem, qui non patitur, me, qui habeo ciuilem poſſeſſionem, poſſidere, quia ſi nõ patitur, dicitur me turbare, ſeu moleſtare, imò dicitur me ſpoliare, *Contar. in l. vnica quæſt. 15. n. 16. verſ. facitque, & n. 17. C. ſi de momen. poſſ.* quem refert & ſequitur Ruginell. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 658.* ponens hunc caſum pro ſexto caſu poſſeſſorij ſummarij.

50 Exemplifica XIII. in ſpolio commiſſo contra colonum, depoſitarium, ſimileſque detentores, quia iſti, ſi ſpolientur, poſſunt agere poſſeſſorio recuperandæ, præcipue contra vitioſos, poſſeſſores, & à ſententia non dabitur appellatio, *Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. numero 607. verſ. vigeſimus ſextus. folio 124.* licet enim detentoribus non detur remedium poſſeſſorium, quia vere non poſſident, *iuxta ea, quæ ſcribit Contar. in l. vnica, limit. 21. num. 8. Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* tamen eis ſuccurritur remedio can. *reintegranda*, quia eius remedium datur non tantum ſpoliatis: ſed etiam vi deiectis, *Contar. d. l. limit. 21. num. 11.* * hancque eſſe communem * opin. quod detur remedium canonis reintegranda, pluribus citatis, refert, & ſequitur Caroc. *tract. de depoſ. part. 1. titul. de caſu, numero 28. & 29. fol. 43.*

Contra iſtam exemplificationem, facit, quia ei, qui ſe conſtituit, poſſidere nomine alterius præcario nomine, non datur mandatum de manutenendo contra eum, cuius nomine ſe conſtituit poſſidere, *per ea, quæ ſcripſi libr. præced. cap. 9. n. 1285.* Si enim non datur mandatum de manutenendo: ergo nec dabitur reſtitutio ad recuperandam poſſeſſionem.

Contra eandem facit fortius, quia iſtis, ſi ſpolientur, non ſuccurritur per aliquod remedium poſſeſſorium, quia non poſſident, & ideo, ſi ſpolientur à domino, competit eis actio ex locato ad intereſſe; ſi autem ſpolientur à tertio, habent actionem contra dominum, vt eis cedat interdictum, *Rip. in cap. ſæpe, q. 6. num. 17. & 18. de reſtit. ſpol. & Contar. in l. vnica, limit. 21. num. 9. & 10. C. ſi de momen. poſſ.*

Retenta exemplificatione, quę eſt, vera, & communis:

51 Declara primo eam, vt licet iſtis non competat interdictum vnde vi ad recuperandam poſſeſſionem, tamen poſſunt implorare officium iudicis, vt eis res reſtituatur pro ſuo intereſſe. *vt refert, & ſequitur Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. cap. 40. ampl. 7. n. 111. fol. 257.* & quod ex æquitate detur eis officium iudicis quamuis non competat remedium poſſeſſorium, declarant Rip. *d. cap. ſæpe, q. 16. num. 18.* & Maran. *in ſuo ſpec. p. 4. diſt. 8. princ. n. 43. verſ. ſextmo, fol. 135.* & quod eis competat remedium canonis reintegranda, retuli ſupra, & ſequor ex communi opinione.

Declara ſecundo, ſi placet, prout declarat Caroc. *d. par. 1. tit. de caſu, n. 31. fol. 44.*

52 Extende hanc exemplificationem ſic declaratam, vt conductoribus, & inquilinis concedatur etiam mandatum

tum

tum de manutentione in detentione, imploratio iudicis officio, *Alex.Stjat.in pract.iud. c.13.n.18.*

53 Exemplifica XIV. in actiune in factum, quam eſſe ad recuperandam poſſeſſionem ſcribunt Philip. Franch. *in tract.de diſput.petit. primo dubio, numero 43. verſ.vigeſimumquartum, tomo 3.p.2.folio 329.Maran.in ſuo ſpecul.4. diſt.7.num.42. in 5.remed.fol.135* Quinimò, *vt refert, & ſequitur Contar.in l.unica, in ampl.num.59.C.ſi de mom.poſſ.* hodie ſtatutum eſt, loco interdictorum poſſe agi actione in factum in omnibus caſibus, in quibus olim agebatur ex interdictis.

54 Reſtringe I. nunc eandem concluſionem, poſitam *ſupra nu.1.in hoc 6.membro*, vt non procedat, quando eſſet actum non ſolum ad recuperandam poſſeſſionem, ſed etiam ad declarandum, ſpoliatorem incidiſſe in pęnam facientis vim, *Contar.in l.unica, in ampl.num.10.in fine C.ſi de mom.poſſ.* & ita ſentit Rugin. *tract.de appell.§.2.cap.3. nu.673. in fine.*

55 Infero primo, quod à ſententia, lata ſuper remedio *l.7.ſi quis in tantam, C.unde ui*, poteſt appellari, *Gloſſ.in leg. unica, in uerbo momento, & ibidem Bald.colum.penul. num.36.uerſ.quæro quid in conditione, C.ſi de mom.poſſ.* referens vltimo loco opinionem eorum, qui ſcribunt, poſſe appellari tam à pęna, quam à poſſeſſione, ne continentia iudicij diuidatur, & quia iudicium eſt mixtum, Salyc. *in l.8. momentaneæ, ſub num.5.uerſ.quid igitur dicemus, C.unde ui,* dicens, quod ſi ex conſtitutione *l.ſi quis in tantam*, fuerit actum ad reſtitutionem & ad pęnam, poterit appellari à tota ſententia, adducendo quatuor rationes; ita etiam ſentit, * & communem vocat Ioann.Bapt. Pont. *tract.de ſpol.lib.4.c.3 num.47. uerſ.indeque inferatur, tomo 14. fol. 306.* quod ſentit etiam Contard. *in d.l.unic.limit.2.princ. num.8.C.ſi de mom.poſſ.* & ſcribunt indiſtinctè Bar. *ibidem n.2.in fine, oppoſ.3. Rebuff.tract.de ſent.execut. art.9.gl.5. uerſ.item quando, n.10.tomo 1.fol.401. & Oſaſch. deciſ.25. mortuo inteſtato, num.10* volentes, poſſe appellari à ſententia lata ſuper remedio *l.ſi quis in tantam, Rugin. tract. de appell.§.2.c.3.n.711.uerſ.quorum.*

† Quando quis petit ſe reſtitui ad poſſeſſionem, & inſtat aduerſarium condemnari in pęnam ibi comminatam dicitur remedium mixtum ita, *Pont.de ſpol. c.8.lib.1. Dec. conſ.45.et 46.n.17.*

* Et hanc eſſe communem * opinionem teſtatur & non audet ab ea recedere in iudicando Rip. *in c.ſæpe, col.ultima ſub num.102. de reſtit.ſpol.* hancque communem opinionem refert, & ſequitur Lancell. *tract.de attent.p.3.cap. 28. num.101. in fine, fol.448.* eandemque opinionem latè amplectitur Contar. *in d.l.vnica, limit.2. §.3.nu.1.& ſeqq.* & præſertim *ſub nu.6.verſ.rurſus, C.ſi de mom.poſſ.* & confirmat ex argumentis Saliceti, quæ ab eo, inquit, mutuo accepit Rip. *ubi ſupra.*

Contra iſtam illationem facit diſtinctio, quam tradit *Bald.num.16.* dicens, quod, ſi agens ex condictione *leg. ſi quis in tantam*, agit tanquam dominus ad recuperandam poſſeſſionem, poterit reus condemnatus ad reſtituendã poſſeſſionem appellare, quia iam dominium eſt in lite; ſed ſi non agit tanquam dominus, tunc non poteſt appellare à condemnatione de reſtituenda poſſeſſione, ſed poterit appellare a pęna, ad quam condemnaretur; & denuim conſulit, vt dentur duo libelli ſeparati, quorum vno petatur reſtitutio poſſeſſionis, & altero pęna, hocq; Bal. conſilium, vt dentur duo libelli ſeparati, refert & accommodat caſui ſuo Dec. *conſil.28.col.3.ſub nu.2.* & ſequitur Contar. *in ſæpe citata l.vnica, limit.2.§.3. nu.15.verſ.hinc Bal.C.ſi de mom.poſſ.* & Rugin. *tract.de appell.§.2.c.3.num. 715. verſ.præterea.*

Quid dicendum? Diſtinguo tres modos agendi, & ceſſabit contrarietas.

Primus modus eſt; quando quis agit ſimpliciter ex *d. leg. ſi quis in tantam*, & tunc concludo, dari appellationem, & ita procedet exemplificatio, & ita intelligas Gl. Bal. Salyc. Bar. & alios in ea adductos, & ita clare loquitur Dec. *d.conſil.28. ſub numero* 2. dicens, quod ſi agatur ſimpliciter condictione dictæ l. & feratur ſententia, poteſt appellari, quia mixta eſt cauſſa poſſeſſionis cum proprietate.

Ratio eſt, quia illa l. loquitur etiam de proprietate.

56 Secundus modus eſt, quando expreſſe agitur ad recuperandam poſſeſſionem, & ad pœnam: & tunc à fortiori concludo dari appellationem, *Contar. in leg.vnica, limit. 2. in princ. ſub num.7. verſ.quæ concluſio, & num.8.C.ſi de mom.poſſ.*

57 Tertius modus eſt: quando agitur limitate ad recuperandam poſſeſſionem; & tunc concludo, non dari appellationem, *Spec. titul.de appell. §.in quibus verſ.6. non appellatur, ſub num 8.lib.2. Dec. dict.conſil.28 ſub numero 2. verſ.ſi vero limitate, Contar.d.limit.2.§.3.num.10. uerſ.reſtringenda, & qu.15. ſub num.2.uerſ.aliud iuris eſt. Io.Bapt. Pont.tract.de ſpol.lib.4.c.3.ſub n.47. uerſ.indeque, fol.306.* & ita ſentit Bal. ſupra citatus, dum dat conſilium, vt dentur duo libelli, alios citat Contard. *vbi ſupra*, quos tu poteris videre.

58 Extende concluſionem huius tertij modi, vt procedat in omni alio iudicio mixto, in quo limitate ageretur reſpectu poſſeſſionis tantum quia non poſſet tunc appellari, teſtibus ijs, quos refert, & ſequitur Contar. *in d.l.vnic. limit.2.§.4.n.13.verſ.idque non tantum*, & Ruginel. *tract. de appell.§.2.c.3.n.714.*

† *Bald.in l.1.C.ſi de momen. num.9.* dat in hoc caſu notabilem cautelam, vt appellans det duos libellos ſeparatos, alterum vt poſſeſſio reſtituatur, alterum vero vt pęna præſtetur.

59 Declara hanc extenſionem, ac vniuerſam præcedentem diſtinctionem, vt ad cognoſcendum mixturam iudicij ſint attendenda quatuor; videlicet, libellus, concluſio libelli, proſecutio, & ſententia quorum vnum eſt potentius altero: nam concluſio præualet libello; quare licet in libello eſſet narratum illud, quod reſpicit proprietatem, tamen, ſi concluderetur in ſola poſſeſſione, attenderetur concluſio, eaque non alteraretur ex narratione facta de proprietate, *Dec.conſil.28.col.3.ſub num.2.ibi, quod autem & num.3. & Contar. in l.vnica, quæſt.15.num.2. & ſeqq. C.ſi de mom.poſſeſſ.* vbi conciliat Iaſ. cum Decio, & conatur explicare iſtam declarationem: Proſequutio præualet concluſioni: nam licet eſſet intentatum poſſeſſorium, & petitorium ſimul, ſi tamen fuerit facta proſequutio ſolius poſſeſſorij, hoc ſolum erit attendendum, & ideo denegabitur appellatio, vt refert, & ſequitur Contar. *in d.l. vnica, limit.2.§.3.num.16. & 17. C.ſi de mom. poſſ.* quem refert, & ſequitur *Rugnell. tract.de appell.§.2.cap.3.num.* 720. Sententia præualet omnibus; nam ab ea pendet facultas appellandi, *vt retuli, & ſequutus ſum infra memb.9. n.6.* vbi vide.

60 Subdeclara hanc declarationem, vt in caſu, quo ſententia eſſet ambigua, & reciperet varias interpretationes, debeat interpretationem recipere à proſecutione potius, quam à libello, aut concluſione libelli, & in caſu, quo eam commodè recipere non poſſet à proſecutione, debeat eam recipere à concluſione libelli.

Nunquid ſententia, lata non conformis libello, & proſequutis, ſit valida, vide infra *membro 9. ſub numero 19. ſubdeclar.8.*

61 Amplia primo nunc eandem illationem poſitam *ſupra, numero 55.* & dicta in ea, vt habeant locum etiam in caſu, quo ſtatutum vltra amiſſionem poſſeſſionis imponeret aliquam pęnam, aut requireret ſatiſdationem de non turbando in futurum, Gloſ. communiter * approbata *in l.8.ſi momentariæ, ad finem, C.vnde vi*, quam refert, & ſequi-

ſequitur Rug. *tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 712.*

62 Amplia ſecundo, declarando, vt quamuis ſpoliatus recuperauerit à ſucceſſore ſingulari rem ſibi vi ablatam, tamen poſſit adhuc agere contra ſpoliatorem condictione dictæ *l. ſi quis in tantam.* vt ſcilicet priuetur dominio illius rei, ſi erat dominus, *Abb. in c. 18. ſæpe verſus finem ſub nu. 21. de reſt. ſpol.* quod ſi ſpoliator non erat dominus, poterit nihilominus loco amiſſionis condemnari ad æſtimationem, *Abb. vbi ſupra,* & vtroq; caſu dabitur appellatio, *per ea quæ dixi ſup. n. 6.*

63 Reſtringe II. quando ſententia iudicis continet de petitorio, ſeu de dominio; quia tunc ratione mixturæ datur appellatio, quamuis ex natura actionis intentatæ non daretur, *iuxta ea, quæ ſcripſi infra mem. 9. n. 6.*

64 Reſtringe III. vt non procedat ſententia, qua pronunciatur, iudicem nulliter proceſſiſſe, ideoque ſpoliaſſe, & ſpoliatum eſſe reintegrandum quia ab hac ſententia datur appellatio, *Put. deciſ. 108. quando pronunciatur libr. 3. Contar. in l. vnica, limit. 24. n. 39. C. ſi de momen. poſſ. & Marcheſ. tract. de commiſſ. part. 1. in commiſſ. appell. ſuper diuerſ. c. 28. ſub n. 46. fol. 302. in 2. impreſſ.*

Amplia hanc reſtrictionem, vt procedat etiam ſi iudex omiſerit pronunciare ſuper nullitate, quia nihilominus datur appellatio, vt retuli, & ſequutus ſum *infra memb. 9. num. 69.*

Declara hanc reſtrictionem, eiuſque ampliationem diſtinguendo duos caſus, quos, agendo de mixtura poſſeſſorij, & petitorij, explicaui in caſu huius reſtrictionis, & ampliationis *infra d. memb. 9. n. 65. & ſeqq. & n. 74.* qui caſus neceſſario ſunt videndi, quia in vno reſtriſtio, & ampliatio ſunt verè, & in alio ſunt falſæ.

65 Pro fundamento, & abſoluta intelligentia huius reſtrictionis ſunt præmittendæ tres concluſiones, quarum vna dependet ab altera.

Prima concluſio eſt, quod iudex nulliter procedendo, ſpoliat, *vt refert. & ſequitur Caſſ. de Graſſ. decıſ. 1. num. 4. de conſtit. fol. 2.* & teſtatur citati in ſequenti concluſione.

Secunda concluſio eſt, quod, procedendo nulliter, ſpoliat, & ſpoliatus eſt reſtituendus, *Abb. in c. 7. conquerente n. 1. de reſtit. ſpol. Fely. in cap. 27. dilectus, ſub n. 1. fallen. 2. de reſcrip. Cranet. conſ. 18. Andreas. ſub n. 8. Boer. deciſ. 238. & videtur. num. 4. verſ. quinimo ſpoliatus.* & de communi opinione teſtatur Menoch. *tract. de recuper. poſſ. rem. 8. declar. 3. n. 19. in fine,* hancque communem, refert & ſequitur Caputaq; *deciſ. 112. ſeu prima iudex nulliter. par. 2.* & adde, quæ ſcripſi, & quos citaui *ſupra n. 14.*

Tertia concluſio eſt, quod, vt reſtituatur, competit ei remedium recuperandæ poſſeſſionis, *vt ex pluribus. & in ſpecie ex Addit. ad Affl. Ioſ. Cum. & Contar. retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 14.*

66 Amplia primo hanc ſecundam, & tertiam concluſionem, vt procedant etiam ſi reus conuentus de ſpolio prætenderet rem iudicatam, quia adhuc ſpoliatus poſſet agere de ſpolio, vt fuiſſe deciſum in Rota in cauſſa Vrbeuetana caſtri refert Ioan. Bapt. Pont. *tract. de ſpol. lib. 2. c. 16. ſub n. 182. tom. 14. fol. 291.* & quod remedium, *l. 32. ſi me et Titium. ff. ſi cert. pet.* quod eſt introductum ad recuperandam poſſeſſionem, *vt ſcripſi ſupra memb. 1. n. 39.* detur, nõ obſtante prætenſione rei iudicatæ, ſi ſententia ſit notoriè iniuſta, ſcripſi *ſupra n. 16.*

67 Amplia ſecundo, vt hoc remedium recuperandæ poſſeſſionis competat etiam ſi fuerit ſpoliatus à Principe, *Vrſil. ad Affl. deciſ. 361. monaſterium. nu. 1. & 49.* & quod ſpoliatus vigore reſcripti, vel literarum Regis debeat reſtitui, & cauere debeant iudices ſimplices, qui recipiunt literas Regis ſigillatas, quibus, dicitur, quod talis narrauit Regi, qualiter alius tenet & poſſidet rem ipſius ſupplicantis, ideo fecit mandari tali officiali, quod compellat poſſeſſorem ad reſtituendam ei poſſeſſionem; quoniam, intelligitur; etiamſi non dicatur, quod citet partem, & mandet reſtitui poſſeſſionem cum clauſula iuſtificatoria, & procedat, iuris ordine ſeruato, *Ioſ. Cum. in ritib. Sicil. c. 38. n. 295. & ſeqq.*

Amplia tertio, vt in tantum competat actio de ſpolio, & remedium recuperandæ poſſeſſionis, quãdo iudex, nulliter procedendo, ſpoliauit, vt ſpolium ſit purgandum, *vt retuli, & ſequutus ſum memb. ſeq. n. 122.*

68 Limita primo declarando eandem concluſionem, vt hoc remedium recuperandæ poſſeſſionis competat aduerſus partem, quæ fuit miſſa in poſſeſſionem quia factũ iudicis, qui proceſſit nulliter, reputatur factum partis, *l. 13. § ob cauſſam. de euict. Socc. conſil. 15. inſignis doctor. num. 6. lib. 4 Beninten. deciſ. 93. in quadam cauſſa. numer. ſeptimo Tiraq. tractat. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14 num. 13. verſ. & has.* & conſequenter ſpoliatus a iudice parte inſtante, dicitur ſpoliatus à parte, *Dec. conſ. 125. in cauſſa ſpoliationis. num. 1.* quem refert, & ſequitur Benint. *d. deciſ. 93. nu. 8.* Ergo hoc remedium competit contra partem, & non contra iudicem, *teſte Staph. quem retuli, et ſequutus ſum infra n. 78.* vbi videas.

69 Limita ſecundo, vt non procedat, quando quis fuit iuris, ordine ſeruato, ſpoliatus a iudice ſuo, quia tunc non reſtituetur ante cauſæ cognitionem, quia prima facie ſtatur ſententiæ iudicis, *vt ex Hoſt. refert. & ſequitur Felyn. in cap. 27. dilectus. ſub num. 1. fall. 1. de reſcript.* licet enim quis ſit per ſententiam iniuſtam eiectus, è poſſeſſione, tamen non poteſt dici ſpoliatus, & conſequenter non competit ei remedium recuperandæ poſſeſſionis, ſed competit ſolum remedium appellationis, *vt refert, & ſequitur Ioſ. Cum. in ritib. Sicil. cap. 38. num. 287. & ſeqq.* & hæc limitatio ſicut tenetur communiter * ab omnibus; ita etiam eſt recepta, vbique in praxi, & ideo nullam habet difficultatem.

70 Difficultas conſiſtit; quando iudex proceſſit non ſeruato iuris ordine, an tunc dicatur ſpoliaſſe, & competat remedium recuperandæ poſſeſſionis ita, vt ante omnia ſit reſtituendus ad poſſeſſionem: In qua difficultate ſunt diſtinguendi duo caſus principales.

Primus caſus eſt, quando iudex proceſſit extraiudicialiter, & iſto caſu dicitur ſpoliatus, & venit ante omnia reſtituendus *Felyn. in dict. cap. 27. dilectus. ſub num. 1. fall. 1. Neguſ. tractat. de pignor. memb. 2. 2 partis. n. 22. tom. 6. part. 1. fol. 227.* quia cum proceſſerit, vt priuatus, concludunt omnes, * quod eſt in primis reſtituendus, *vt citatis Cyn. Alber. Abb. & alijs pluribus, teſtatur Menoch. tractat. de recup. poſſeſſ. remed. 8. n. 8.*

Secundus caſus eſt, (& iſto venit declarandus præcedens) quando iudex nulliter proceſſit, & iſto caſu Abb. Felyn. Cranet. Boer. & Caputaq. quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra n. 65.* tenent idem, quod in præcedenti, & eſſe opin. communem * teſtantur ijdem Caputaq. & Menoch. ibidem citati: ſi enim nulliter procedit, dicitur extraiudicialiter procedere, & adde quæ ſcripſi, & quos citaui *ſupra n. 14.* & facit, quod ſcripſi *ſupra n. 16.*

Alij, ſentientes in hoc caſu difficultatem, diſtinguunt.

Prima diſtinctio eſt, vt ſi iudex, qui nulliter ſeu minus ritè proceſſit, dederit poſtea licentiam parti, vt vigore ſui proceſſus, & decreti ingrediatur poſſeſſionem, tunc ſpoliatio dicatur facta non iudicialiter, ſed priuatè, & habet locum iſte ſecundus caſus, vt dicatur violentus poſſeſſor, & incidat in pœnam, *l. meminerint. C. vnde vi;* Secus ſi vigore ſententiæ non ritè latæ mittatur in poſſeſſionem per executorem, quia tunc non dicitur violentus poſſeſſor, *Neguſ. dict. memb. 2. 2. partis, ſub n. 22.*

Secunda diſtinctio eſt, vt ſi nullitas conſiſtit in defectu citationis, vt puta quia iudex, poſſeſſore non citato, tulit ſententiam, & eum de poſſeſſione eiecit; & tunc procedit ſecundus caſus, quia dicitur proceſſiſſe, vt priuatus, *vt refert,*

Digitized by Google

fert, & ſequitur Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 8. quæſt. 1. ſub num. 23. & 24. Secus ſi nullitas conſiſtit in omiſſione litis conteſtationis, vel quid ſimilis, *Menoch. eadem q. 1. num. 27.*

Ego, omiſſis iſtis diſtinctionibus, cenſeo cum communi opin. quod, vbi iudex nulliter proceſſerit, competat remedium recuperandæ poſſeſſionis.

Declara tamen eam, vt procedat, quando nullitas eſt notoria apparens ex actis, prout in his terminis loquitur Felyn. *in c. 27. dilectus, ſub num. 1. fall. 2. de reſcript.* alias ſecus; quare ſi iudex protulit ſententiam nullam, quam verisimiliter putabat valere, ductus probabili errore facti, & quis fuerit vigore huius ſententiæ ſpoliatus, agendum eſt de nullitate ſententiæ, & non de reſtitutione, *Dec. d. conſ. 125. col. penult. n. 8.*

71 Reſtringe IV. vt non procedat in remedio recuperandæ poſſeſſioni ex cap. 3. *reintegranda 3. quæſt. 1.* quia in eo daretur appellatio, ex quo eſt inuentum à iure canonico, & de iure canonico datur appellatio, *vt dixi memb. ſeq. num. 1.*

72 Extende hanc reſtrictionem, vt procedat non ſolum in terris Eccleſiæ, ſed etiam in terris imperij, & in foro ſæculari, quia, cum dictum remedium ſit de iure canonico, is, qui illo vtitur, debet eo vti cum ſuis qualitatibus, *Bal. in c. 24. querelam, num. 16. de elect. Papien. in pract. in form. libell. in cauſſa ſpol. poſſ. in gloſſ. per veſtram, ſub num. 3. & 4. fol. 807.* teſtans, reprobata contraria opinione, hanc eſſe veriorem, quam ſequuntur Ioſ. Cum. *ſuper ritib. Sicil. c. 38. ſub nu. 188. & 189. fol. 205.* & alij plures, quos citat, & ſequitur Menoch. *tract. de recuper. poſſ. rem. 15. q. 42. nu. 642. & 683.* eamque frequentiori calculo videri comprobatam ſcribit Contar. *in l. vnica, limit. 4. ſub num. 1. verſ. quæ opinio. C. ſi de mom. poſſ.* & vti tutiſſimam ſequitur Achill. Perſon. *tract. de adip. poſſ. ſub n. 346. & 347. verſ. & ſi. tom. 3. p. 2. fol. 209.*

Contra iſtam extenſionem; quod enim in terris imperij non daretur appellatio; multa adducit argumenta Contar. *d. limit. 4. ſub num. 1. verſ. quæ opinio, & num. ſeqq.* & reſpondet contrarijs *ſub num. 12. verſ. ſupereſt, & n. 25. verſ. vltimo,* & firmat *ſub num. 26. verſ. ex quibus, ibi, & credo me dixiſſe*, hancque contrariam opin. eſſe communem* refert, & ſequitur Io. Bapt. Pont. *tract. de ſpol. lib. 4. c. 3. num. 43. fol. 305.* allegans Alex. *in conſil. 2. conſideratis bis, n. 15. verſ. quantum autem, lib. 3.* & Baldum non expreſſo conſilio, ſed Addit. ad Papien. *in form. libell. in cauſ. ſpol. poſſ. in verbo, per veſtram, ſub num. 4. litera B. fol. 809.* dicit eſſe *conſ. 321. incip. ad euidentiam, lib. 3.* verum licet Alex. bene allegetur: nam is *in eo conſ. num. 10. in fine verſ. et dato,* vult ſupponere eſſe intentatum remedium *cap. reintegranda,* & poſtea *d. nu. 15.* ait, a ſententia lata ſuper dicto poſſeſſorio non poſſe appellari in terris imperij, ſecundum communem* opinionem, tamen Bal. in eo conſ. nihil de hoc, neq; eius conſilij initium eſt, *ad euidentiam,* & ideo meo iudicio allegatur forſan, *in conſ. 141. præmiſſis, num. 1. verſ. & ad euidentiam, lib. 1.* ſed tamen adhuc nihil de hoc, cum dicat ſolum, quod de iure canonico poteſt appellari à quolicet poſſeſſorio.

Confirmatur, quia idem eſſet dicendum in oppoſito; videlicet, quod appellatio non detur, quando quis in foro Eccleſiaſtico intentaret remedium inuentum de iure ciuili, quia deberet eo vti cum ſuis qualitatibus; ſed tamen non eſt ita, quia quando appellatio reſpicit modum procedendi, ſeruatur, & attentatur ius fori, in quo proceditur, *vt refert, & ſequitur Contar. in d. limit. 4. num. 1. in fine, & ſeqq.* & ex eo, & alijs retuli, & ſequutus ſum *qu. ſeq. num. 3. & 4.*

In hac contrarietate circumferuntur aliquæ diſtinctiones.

Prima diſtinctio eſt: Aut in eo caſu, in quo eſt intentatum remedium canonis *reintegranda*, ſeu aliud remedium iuris canonici, eſt etiam proditum aliud remedium à iure ciuili; & iſto caſu non datur appellatio à ſententia lata ſuper remedio iuris canonici etiam in foro ſæculari, quaſi remedium iuris canonici ſuſcipiat naturam remedij iuris ciuilis: Aut in eo caſu eſt inuentum remedium à iure canonico ſolo, & non à iure ciuili: & iſto caſu à ſententia, lata ſuper illo remedio iuris canonici, datur appellatio; vnde à ſententia lata ſuper condictione *cap. reintegranda,* quando ſuccedit loco interdicti, deneganda eſt appellatio ſecus eſt, quando ſuccedit loco actionis quod metus cauſſa, vel de dolo, quia tunc datur appellatio, vt ex eod. Bald. *in d. cap. querelam, numer. 16. verſ. ſed nunquid,* deduci & ſequi videtur Contar. *d. limit. 4. nu. 28. verſ. inſuper.*

Secunda diſtinctio eſt: Aut ſumus in ſententia interlocutoria, & tunc non datur appellatio, quia appellatio, prout eſt ab interlocutoria, reſpicit ordinatoria iudicij, & in ordinatorijs attenditur ius fori, in quo lata eſt ſententia: Aut ſumus in ſententia diffinitiua, & tunc, ſi teneamus opinionem, quod appellatio etiam à diffinitiua reſpiciat ordinatoria iudicij, dico idem, quod dixi in ſententia interlocutoria; ſecus ſi teneamus, quod reſpicit deciſoria; quia tunc dicendum eſt, admitti appellationem, ex quo non attenditur ius fori, *Contar. d. limit. 4. n. 7. verſ. huius, & verſ. quod ſi.* Sed an, & quando appellatio reſpiciat deciſoria, vel ordinatoria, vide q. ſeq.

73 Ego, reiectis iſtis diſtinctionibus, cenſeo indiſtinctè eſſe tenendam hanc opinionem negatiuam, quod non detur appellatio, eamque video ſeruari in praxi.

Nec obſtat, quod vtens aliquo remedio, debeat illo vti cum omnibus ſuis qualitatibus; Quia reſpondeo, quod forum ſæculare, ſeu ius ciuile admittit diſpoſitionem iuris canonici quoad remedium recuperandæ poſſeſſionis, illudque admittit cum omnibus ſuis qualitatibus, in quibus loquitur ipſum cap. reintegranda, quia pinguius prouidet; ſed non admittit aliam partem iuris canonici ſeparatam de admittenda appellatione à qualibet ſententia, quia in hoc ius canonicum minus prouidet, quam ius ciuile, *Contar. d. limit. 4. n. 25. verſ. vltimo non obſtat,* imò ius canonicum met conſentit, vt in ordinatorijs ſeruetur ius ciuile, ſi agatur in foro ſæculari, quamuis alias eſſet ſeruandum ius canonicum, *Contar. d. limit. 4 ſub nu. 12. verſ. ſupereſt, & ſub num. 13.*

74 Ad tollendas difficultates, quæ poſſunt oriri circa intellectum dicti c. reintegranda, ſuper admittenda, vel non admittenda appellatione, in curia fiunt commiſſiones, per quas deducuntur omnia remedia oratori competentia, *Contar. d. limit. 4. n. 31.*

Nota obiter ex iſta reſtrictione, ſeu potius opinione contra reſtrictionem, poſitam *ſupra ſub num. 72.* quod remedium canonis *reintegranda*, poteſt intentari etiam in foro ſæculari, & pro rebus prophanis, quamuis ſit remedium iuris canonici, *vt refert, & ſequitur Contar. in dict. l. vnica, limit. 4. num. 12. in fine, & num. 13. C. ſi de momen. poſſeſſ.*

Sed nunquid hoc remedium poſſit intentari inter Romanos, ſtante ſtatuto *lib. 1. c. 42.* quod inter eos iudicetur ſecundum ius ciuile, vide Put. *deciſ. 180. Antonius, in princ. lib. 2.* qui motiuat negatiuè.

75 Reſtringe V. vt non procedat in ſpolio attentato, quia
* in eo dabitur appellatio ſecundum communem * opin. quæ videtur recepta in praxi, eamque retuli & ſequutus ſum infra *limitat. 47. membr. 1. num. 172. verſ. exemplifica primo.*

Contrariam opinionem, quod à ſententia lata ſuper attentatis non detur appellatio, vti veriorem in puncto iuris, ponit, & comprobat ſexdecim argumentis Lancell. *tract. de attent. part. 3. cap. 28. num. 49. & ſeqq. fol. 447. & num. 86.*

Digitized by Google

*num.86.et demum ſub n.95.ibi, quod ſi quis.fol.*448. eamq; defendit reſpondendo argumentis adductis pro iſta reſtrictione *ſub eod.nu.95.verſ.ad primum. vſque ad n.98.incluſiue*, hancque contrariam opinionem comprobat, & ſequitur Contar.in *l.vnica, in ampliat.num.37. C.ſi de momen.poſſeſſ.* quem ſicco pede refert, & ſequitur Ruginell. *tract de appell.§.2.cap.3.n.684.fol.*123. qui tamen Ruginel.in hoc ſibi parum conſtans *eod.cap.3. nu.86.fol.*75.ex eod.Lancell.refert, & ſequitur contrariam opin.ſicut notaui *infra limit.47.membr.1.n.172.verſ.exemplifica primo.*

Pro concordia adducuntur duæ diſtinctiones. Prima eſt, vt reſtrictio ſit vera quoad effectum deuolutiuum, & opinio contraria ſit vera quoad effectum ſuſpenſiuum, *Lancell.d.cap.28.n.91. & ſeqq. verſ.quarta opinio.fol.*448. Secunda diſtinctio eſt illa, quam retuli *limit.ſeq. ſub n.22. verſ.hinc oritur*.

Quid dicendum? Omiſſo multiloquio, dico, me vidiſſe reſtrictionem vſu & praxi receptam hic in Vrbe. Limitationes tamen ad eam ponit Lancell. *d.c.28.n.99. & ſeqq. fol.*448. de quarum veritate non aliter hic nobis quærendum eſt.

76 Reſtringe VI. vt non habeat locum in ſententia, lata contra actorem ſpoliatum, quia is poteſt appellare, *vt ſcribit.M.Ant.Cucch.tract. de mentiente circa poſſeſſionem, ſub n.418.tom.3.part* 2.*fol.*300. & licet Ang.Felyn.& Crauet. quos citat, loquantur in diuerſis terminis, nempe quando iudex admittit exceptionem rei, ſicut ex eod. Crauet. & alijs retuli, & ſequutus ſum *lib.præced.cap.7.num.*145. tamen ego non dubito de veritate huius reſtrictionis, ſed cenſeo eſſe vanam, & ſuperfluam per ea, quæ dixi *ſupra memb.4.ſub n.38.verſ.vel breuius.*

Retenta tamen hac reſtrictione in ſuis terminis.

77 Subreſtringe eandem, vt non procedat, attenta conſtitutione Ægidiana, qua vtrique prohibetur appellare, *vt dixi ſupra memb.4.ſub n.38.verſic.contrariam*.

78 Aduerte obiter, quod actio ſpolij, ſeu interdictum recuperandæ poſſeſſionis non datur contra iudicem, quare Signatura non dat commiſſiones contra iudices, vel executores iudicialiter procedẽtes, licet pars dicat, ſe læſam, vel alias indebitè ſpoliatam, *Staph tract. de liter. iuſtit.ſignatura non dat. num.1. fol.*305. *in impreſſis Romæ de anno* 1587. & quod Signatura in Curia non det commiſſiones contra iudices, vel executores, auctoritate iudiciaria procedentes, licet pars dicat, ſe enormiter læſam, vel alias indebitè ſpoliatam, refert, & ſequitur ex Staph. ſupra citato Contar. in *l.vnica, qu.19 nu.10.in fine, & n.11.C.ſi de momen.poſſ.* quem retuli etiam, & ſequutus ſum *ſupra q.13.ſub n.113. declar.7.*

Quamuis in puncto iuris dicendum forſan eſſet, quod poſſet agi de ſpolio contra iudicem, *vt ſcribit Io. Bapt. Pont.tract.de ſpol.lib.2.cap.16.n.183. tom.14.folio 291.*

Ratio eſt duplex.

Prima, quia, ſi paſſim darentur eiuſmodi commiſſiones, non inuenirentur iudices, vel executores, quia timerent, ſe in poſterum poſſe moleſtari; ſicq; ſemper ſe exonerarent ab iſto onere: nam iudicare eſt onus, *Staph.d.n.1.& 2.* ideoque iudices non ſindicarentur niſi de dolo, & barrataria, quia nulli vellent iudicis officium ſubire, retuli, & ſequutus ſum *infra q.19.remed.4 n.9.*

Secunda ratio eſt, quia factum iudicis cenſetur factum partis, *l.13.ſi ob cauſſam.C.de euict.* & ſcribunt Soccin. Beninten. & Dec. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra num.68. verſ.limita primo*, & conſequenter ſpoliatus à iudice, parte inſtante, dicitur ſpoliatus à parte, *vt ex eiſdem Dec. & Beninte. retuli & ſequutus ſum vbi ſupra*.

79 Extende iſtam aduertentiam, vt procedat non ſolum dum eſt iudex, ſed etiam poſt finitum officium, & tempore ſyndicatus, quia nunquam poterit aduerſus eum agi actione ſpolij.

80 Tempera eandem aduertentiam, vt non procedat quando iudex, non obſtante appellatione, & inhibitione, proceſſiſſet in cauſſa, nimis fauendo parti, quia tunc, attenta maxima proteruitate, & inobedientia iudicis daretur commiſſio contra partem, & iudicem, *Staph.d.n.2. ibi, credo tamen.* qui ibidem atteſtatur, ſic ſe obtinuiſſe contra quendam Leonardum de Datis Florentinum, & ex Staph. refert, & ſequitur Contar. *in l.vnica, q.19.in fine, n.11.C.ſi de mom.poſſ.*

Nota obiter, imponendo finem huic ſexto membro, in quo egi de remedijs recuperandæ poſſeſſionis in ordine ad materiam appellationis, quod poſſeſſio amittitur multipliciter: quandoque enim amittitur per egreſſum poſſeſſionis: quandoque per negligentiam: quandoque mortui illatione: quandoq; obliuione: quandoque per inundationem aquarum: quandoque propter vanum timorem, & quandoq; per noui operis nuntiationem, *vt ſcribit, citando iura, Conſtan.Rog.tract.de remed.poſſeſſ.n.1. tom.3.p.2.fol.*245. ſed non pro quacunque poſſeſſione amiſſa competit interdictum recuperandæ.

Expeditus iam ſubextenſionibus ad ſecundam extenſionem poſitam *ſupra memb.3.nu.1.* accedamus ad eiuſdem reſtrictiones.

SXETÆ LIMIT. MEMB. VII.

SVMMARIA.

Concluſio communis, quod appellatio denegetur in cauſſa poſſeſſoria habet multas reſtrictiones, hoc dicitur initio huius membri.

Reſtringitur I. hæc concluſio, vt non procedat de iure canonico, n.1.— Extenditur quinque modis, n.3.& ſeqq. vſque ad num.13.— Subreſtringitur, n.14.& 15.

Reſtringitur II. vt non procedat quoad effectum deuolutiuum, nu.16.& ſeqq.— Extenditur, & ſubreſtringitur, nu.25.& ſeqq.

Reſtringitur III. vt non procedat in ſententia interlocutoria quia ab ea poteſt appellari in momentanea poſſeſſione, nu.28.& ſeqq. Contrarium vti verius defenditur, num.32.& ſeqq. vſque ad n.36.— Subreſtringitur primo, & ſecundo, n.37.& 38.— Declaratur ſecunda ſubreſtrictio primo, & ſecundo, num. 39.& 40.— Exemplificatur ſecunda declaratio multipliciter, num. 41.& ſeqq. vſque ad n.74.

Reſtringitur IV. in ſententia lata ſuper inepto libello, nu.75.

Reſtringitur V. in ſententia lata per iniuriam, ſeu dolum, nu.76.& ſeqq. in quibus extenditur.

Reſtringitur VI. in ſententia euidenter iniuſta, n.79.& ſeqq. 18. quibus extenditur.

Reſtringitur VII. quando ſtatutum, vel conſuetudo aliter diſponit, n.82.

Reſtringitur VIII. quando appellatus conſentit appellationi, n.83.& ſeqq. in quibus declaratur.

Reſtringitur IX. quando iudex a quo refert appellationi, nu.87.& ſeqq. in quibus extenditur multipliciter vſq; ad nu.99.— Subreſtringitur, n.100.& ſeqq.

Reſtringitur X. quando iudex ad quem inhibuiſſet &c. numero 102.

Reſtringitur XI. quando in appellatione exprimitur iuſta cauſſa, n.103.& ſeqq. in quibus extenditur, et declaratur multipliciter vſque ad n.112.

Reſtringitur XII. quando iudex procedit inordinate, n.113. ſeqq. in quibus declaratur quando proceſſus inordinatus reddat, & quando non reddat ſententiam nullam, exemplificatur cum multis extenſionibus, et ampliatur multipliciter vſque ad n.130. incluſiue.

Reſtringe XIII. quando appellans offert, ſe incontinenti iuſtificaturum appellationem, n.133.

Reſtringitur XIV. vt non procedat reſpectu tertij, n.134.

Reſtringitur XV. quando dubitatur de admiſſione, vel non admiſſione appellationis, n.135.
Reſtringitur XVI. in ſententia negatiua, lata contra actorem, num.136.
Reſtringitur XVII. quando grauamẽ ſententia non poſſet reparari in petitorio, nu.137.
Reſtringitur XVIII. quando poſſeſſorium eſt mixtum, numero 138.
Reſtringitur XIX. in appellatione extraiudiciali, n.139.
Dubitatur, an iſta reſtrictiones procedant, quando ſtatutum prohibet appellationẽ in cauſſis poſſeſſorijs, n.140. & 141.
Dantur cautela, vt adhibeatur diligentia in expedienda cõmiſſione, n.142. & 143.

ABſoluta iam concluſione cum eius extenſionibus, & exemplificationibus, quod in cauſa poſſeſſoria non detur appellatio, reliquum eſt, aggrediendo ſeptimum membrum, vt per viam reſtrictionum ponamus caſus, in quibus appellatio conceditur.

1 Reſtringe I. igitur eandem ſecundam extenſionem, poſitam *ſupra memb.3.num.1. & 3.* omneſque eius ſubextenſiones, & exemplificationes, poſitas memb. præcedenti, vt non procedant de iure canonico, quia ſecundum ius canonicum poteſt appellari etiam in momentanea poſſeſſione, *Gloſſ. penul. in cap.15. cum ad ſedem. in verbo. interdictum. verſus finem, de reſt. ſpolia. Spec. tit. de appell. §. in quibus, nu.8. verſic. ſexto. lib.2. Bar. in l.2. ante ſententiam. col. 3. numer.19. ibi, de iure canonico. & Addition. ad eum. ff. de appellat. recip. Abb. conſ.55. in cauſſa qua. circa principium lib.2. Papien. in pract. in form. appell. ab interloc. in gloſſ. vltima, quæ incipit, ia his ſcriptis, numer.9. fol.384. Guid. Pap. tract. de appell. qu.83. num.55. tom.5. fol.59. Maran. in ſuo ſpec. part.6.2. act. princip. in verbo. & quando appellatur. n. 306. fol.501. Veſtr. in prax. lib.7. cap.3. num.2. Capell. Thol. deciſ. vlt. num.2. Cabal. ad conſt. March. lib.6. cap.2. in verb. ciuili. nu.1. fol.370. Lancel. tract. de attent. part.2. cap.12. limit.25. num.18. verſ.4. fol.373. Achil. Perſon. tract. de adipiſ. poſſ. nu.344. verſ. vel & quamuis tom.3. par.2. fol.269.* & de opinione communi teſtantur Abb. *in d. cap. cum ad ſedem. ſub numer.3. Papien. vbi ſupra, Alex. conſil.99. viſis proceſſibus. col.2. nu.2. verſ. & præſuppoſito libr.5. Neguſ. tr. de pignor. par.8. memb.1. ſub n.3. fol.252.* loquens is in mero poſſeſſorio, *Nicel. tract. de concord. gloſ. concor.6. fall.6. ſub num.26. fol.191. Benint. deciſ.79 mota lite. ſub nu.1. late Contard. in l. vnica, limit.3. numer.1. & 2. C. ſi de mom. poſſ.* & quod in foro eccleſiaſtico poſſit appellari, refert ex voto totius conſilij Afflict. *deciſ.269. iudices, ſub num.2* & quod à diſſinitiua ſententia in poſſeſſione momentanea detur appellatio de iure canonico ſcribit Bald. in *l.2. nu. 22. verſ. vltimo quæritur, C. de epiſc. audien.* & quod detur etiam ab interlocutoria ſcribit idem Bald. *in dict. l. vnica, nu.4. verſ. or. modo in fine, C. ſi de mom. poſſ.* & quod Canoniſtæ communiter dicant, de iure canonico poſſe bis appellari in mero poſſeſſorio, teſtatur Bero. *q.44. ſi ſtatuto. ſub num.3.*

Contra iſtam reſtrictionem ſentit Archid. *in c. vltima, ſub nu.17. ibi, ſed contra poteſt dici. 2. q.7.* dicens illam l. vnicam, *C. ſi de momen. poſſeſſ.* eſſe canonizatam per dictum cap. *vltimum;* vnde ſecundum eum tam de iure ciuili, quã de iure canonico reijcitur appellatio à ſententia momẽtaneæ poſſeſſionis, & reſpondet ad dictum cap. *cum ad ſedem,* ex quo videtur probari reſtrictio.

2 Non recedas à reſtrictione, quia illa pars *c. vlt. 2. qu.6. verſ. de poſſeſſione etiam,* non eſt text. iuris canonici, ſed ſunt verba Gratiani, qui compilauit decretum, & verba Gratiani non habent vim canonis, ideoque non canonizant, *Ioann. Andr. in additionibus ad Spec. tit. de appell. §. in quibus, verſ.6. ſub nu. octauo, in verbo, conquæſtione. Feder. de Sen. conſ.76. domino auditori, ſub nu. primo, Menoch. tract. de adipiſcend. poſſ. remed.4. qu.100. num.842. & 843. fol.53. & Contar. in l. vnica, in ſecunda ratione decidendi, num.31. C. ſi de momen. poſſ.*

3 Extende primo iſtam reſtrictionem, vt procedat etiã in interdicto recuperandæ poſſeſſionis, quia de iure canonico permittitur appellatio etiam in cauſſa reintegrãdæ, & à qualibet ſententia, *Menoch. tract. de recuper. poſſ. rem.15. q.42. n.640. & 641.* & quod in ſpolio detur appellatio de iure canonico, eo quod experientia compertum ſit, magnam eſſe vtilitatem poſſeſſionis &c. ſcribit Ioan. Bapt. Pont. *tract. de ſpol. lib.4. cap.3. n.41. verſ. verum, tom. 14. fol.305.* & dari appellationẽ ſcribit etiam Achil. *Perſ. tract. de adipiſc. poſſ. n.346. verſ. & quamuis, fol.269.* & plures alij, quos citat & ſequitur Contar. *in l. vnica, limit.3. n. 5 & limit.4. num.1. C. ſi de mom. poſſ.* & ita, limitando, ſed non firmando pro vero, ſcribit Caball. *ad conſtit. March. lib.6. cap.2. in verbo, ciuili, limit. & nu.10. ſolio 371.* quem refert, & ſequitur Marcheſ *tract. de commiſ. p.2. in commiſ. appell. cap.2. num.53. fol.39. ſecundum primam impreſſ. & part.1. de commiſſ. in poſſ. ſalui. mand. de manu. &c. cap.21. limit.26. nu.86. fol.242. in 2. impreſſ* & quod de iure canonico in quolibet genere ſpolij admittatur appellatio, refert & ſequitur Ioan. Bapt. *Pont. vbi ſupra,* dicens ita fuiſſe ſeruatum in Rota vſque ad illa tempora, ſicut patet ex aliquibus deciſionibus, quas citat nulla habita conſideratione conſtitutionis Aegidianæ.

4 Subextende hanc extenſionem, vt ſi quis intentaret in foro ſeculari, & in terris imperij remedium canonis *reintegranda, 3. qu.1.* dari debeat appellatio, *vt retuli membr. preced. num.73.*

Contrariam opinionem firmaui *ſupra eod. memb. præced. num.73.*

5 Limita eandem primam extenſionem, vt non procedat in ſententia lata contra notorium ſpoliatorem, quia nec de iure canonico liceret ab ea appellare, *c.5. cum ſit Romana, §. præterea, de appell. Rip. in cap. ſæpe, ſub nu.3. ibi, verumtamen, de reſt. ſpol. Contar. in l. vnica, limit.3. num.35. C. ſi de mom. poſſ.* & quod notorius, & manifeſtus raptor, aut famoſus latro, nec attenta benignitate iuris canonici, poſſit appellare, refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. par.2. cap.12. de atten. & innou. appell. pend. limit.25. num 25. fol.372.*

6 Ratio huius limitationis eſt in promptu, quia in notorijs nõ datur appellatio, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra limit.4.* vel, vt dicit Contar. *d. limit.3. nu.36.* quia in notorijs iudicijs pronuntiatio non eſt proprie ſententia, ſed quædam iuris executio, à qua non licet appellare.

7 Sublimita primo declarando hanc limitationem eſſe veram, dummodo talis ſit notorietas, vt nulla ſubſit excuſatio, puta quia ſit notorium euidentia rei, vel confeſſione iudiciali, vel probationibus, contra quas nihil opponitur, *Contar. d. limit.3. nu.38.* & vide quæ ſcripſi *ſupra limit.4. nu.72.*

8 Sublimita ſecundo declarando eandem limitationem, vt non ſit vera ſi appellans exprimat cauſſam in eius appellatione, quæ cauſſa debeat legitima reputari, & per quam notorietas obſcuretur, vt puta, ſi alleget ſuam confeſſionem eſſe erroneam, vel ſi eam declaret, *vt refert, & ſequitur Contar. eadem limit.3. n.39.* vide etiam quę ſcripſi ſupra *limit.4. princip. n 48. verſ. declara ad vſum.*

9 Extende ſecundo eandem primam reſtrictionem, poſitam *ſupra n.1.* vt procedat in quocunque remedio poſſeſſorio, *Contar. in l. vnica, limit.3. n.5. verſ. amplia, C. ſi de mom. poſſ.*

10 Extende tertio, vt ſine controuerſia procedat quoad effectum deuolutiuum; nam pleriſque conſtituentibus differentiam inter ius pontificium, & Cæſareum placuit, vt de iure pontificio appellatio in iudicio poſſeſſorio admittatur omnino quoad vtrumque effectum ſuſpẽſionis,

&

& deuolutionis, *vt refert, & ſequitur Contar. in loco citato, num. ſeq.*

11 Extende quarto eandem reſtrictionem vt procedat etiam quoad effectum ſuſpenſiuum, *Alex. conſ. 99. viſis proceſſibus, num. 1. & 2. lib. 5. Couar. pract. qq. c. 23. ſub num. 8. verſ. primum, verſus finem, ibi, nec tamen, & verſ. prima concluſio. Oſaſch. deciſ. 25. mortuo inteſtato, num. 18. in fine, verſ. plura. Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 25. n. 18. verſ. quarto, fol. 372. Contar. in l. vnica, limit. 3. nu. 2. C. ſi de momen. poſſeſſ. Ioſ. Ludou. in Peruſ. deciſ. 20. domina Martiana, num. 19. & 20. Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. in commiſſ. appell. cap. 2. num. 43. fol. 38. & num. 54. fol. 40.* dicens, quod de iure pontificio poteſt appellari ad vtrumque effectum; ideoque Couar. & Marcheſ. benè reprobant Gozad. qui tenebat contra iſtam extenſionem, & poſſumus dicere, quod Menoch. *in tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 100. n. 840. fol. 53.* non debet interpretari Baldũ *in l. vnica, verſ. or. modo, n. 4. in fide, C. ſi de mom. poſſeſſ.* quod ſentiat, vt de iure canonico poſſit appellari ſolum quoad effectum deuolutiuum in poſſeſſione momentanea à ſententia diffinitiua, quia ex iſta interpretatione Bal. eſſet reprehendendus, ſicut etiam contra Menoch. notauit Contar. *d. limit. 3. n. 2. in fine.*

12 Limita iſtam extenſionem, vt non procedat in poſſeſſione, quæ petitur *ex l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll.* quia ad effectum ſuſpenſiuum non datur appellatio, *teſtibus Bal. Couar. & alijs, quos retuli & ſequutus ſum ſupra memb. 4. n. 31. in princ. & fine.*

Quicquid ſcribat Contar. *d. limit. 3. n. 6. & 7.* ſentiens non eſſe conſtituendam differentiam inter remedium huius l. & alia remedia poſſeſſoria.

13 Extende quinto, vt de iure canonico in tantum poſſit appellari etiam quoad effectum ſuſpenſiuum, *vt retuli, et ſequutus ſum extenſ. præcedenti*, vt pendente ipſo tempore ad appellandum, ſit ſuſpenſa iuriſdictio, quia paria ſunt appellare, vel pendere terminum ad appellandum, *Alex. dict. conſ. 99. viſis proceſſibus, n. 1. lib. 5. & Lancell. d. limit. 25. n. 23. fol. 372. et n. 24.* vbi ampliat, etiamſi iudex à quo reiecisſet appellationem, & de iſta paritate ſcripſi etiam *ſupra lib. 1. cap. 97. num. 47.* & de materia huius extenſionis poteris videre, quæ ſcripſi *ſupra quæſt. 3. number. 50. et 52. et infra limit. 47. princ. memb. 1. num. 174. et ſeqq. et numer. 213.*

14 Subreſtringe primo, declarando eandem primam reſtrictionem, poſitam ſupra nu. 1. vt procedat, ſi in appellatione exprimatur cauſſa, quia alias etiam de iure canonico non admitteretur appellatio, vide *infra n. 105.*

De materia huius ſubreſtrictionis, quando expreſſa cauſſa admittatur appellatio, quę alias non admitteretur, vide, quæ late ſcripſi *infra n. 103. et ſeqq. reſtr. 11.*

15 Subreſtringe ſecundo, declarando eandem reſtrictionem, eiuſque extenſiones, vt habeant locum in terris, quæ ſunt mediatè ſubiectæ Sanctæ Rom. Eccleſiæ, vt in ciuitate Parmę, quia in eis non ſeruatur ius ciuile, neque conſtitutio Ægidiana, teſtibus his, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra memb. 3. num. 10.* & ideo ſeruatur in eis diſpoſitio iuris Canonici, *Contar. in l. vnica, limit. 3. n. 11. C. ſi de mom. poſſeſſ.*

Item habent locum indiſtinctè, quando agitur de re eccleſiaſtica, vel inter perſonas eccleſiaſticas, ſecundum eos, quos citaui *d. memb. 3. n. 14. et 15.*

Secus eſt in terris Imperij, quia, cum non agatur de cultatione peccati; ſed de admittenda appellatione, ſeruantur leges, & non ius canonicum, *Paul. de Caſtr. cõſ. 39. quod d ſententia, verſus finem, verſ. ex quibus etiam, in fine, lib. 1.*

Secus etiam eſt in terris, immediatè ſubiectis Eccleſiæ Romanæ, quia in eis ſeruatur conſtitutio Ægidiana, quæ tollẽdo appellationem, reducit nos ad diſpoſitionẽ iuris ciuilis, *vt retuli, et ſequutus ſupra d. memb. 3. num. 8. et 9.*

Niſi ageretur de re eccleſiaſtica, aut inter perſonas eccleſiaſticas, quia in eis non habet locum conſtitutio Ægidiana, ſed ſeruatur ius canonicum, vt *dixi vbi ſupra.*

16 Reſtringe II. vt non procedat quo ad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectum datur appellatio etiam de iure ciuili, vt ſentit Bart. *in l. 2. ante ſentẽtiã. ſub n. 6. ibi, poſſumus etiam dicere. ff. de appell. recip.* quem refert, & ſequitur Abb. *in cap. 15. cum ad ſedem. ſub n. 30. ibi, et inter cætera dicit. de reſtit. ſpol.* & quod à ſententia, lata ſuper poſſeſſorio ordinario, ſeu plenario, detur appellatio deuolutiua ſcribunt apertè Ioſ. Lodou. in *Peruſ. deciſ. 20. domina Martiana n. 14. 15. et 18.* & Ruginel. *tract. de appell. §. 2. cap. 3. ſub num. 706.* & hanc eſſe magis communem * teſtatur, & ſequitur Maran. *in ſuo ſpec. part. 6. act. 3. prin. in verbo. et quandoque appellatur. nu. 305. in fine, et 306. limit. 16. f. 504.* hancque vti communem, & magis communem * opinionem retuli, & ſequutus ſum *ſup. lib. 1. cap. 97. ſub num. 54.* & quod hæc ſententia Bartoli ſit frequentiori * conſenſu recepta. ſcribunt Couar. *pract. qq. cap. 23. ſub nu. 8. verſ. ſecunda concluſio. folio. 523.* loquens indiſtinctè in quolibet poſſeſſorio, & Ioſ. Ludou. *d. deciſ. 29. num. 17. in fine, et num. 18.* & hanc Bartoli ſententiam vti veriorem firmat Menoch. *tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. quæſt. 100. nu. 828. et tract. de recuper. poſſeſſ. rem. 9. quæſt. 49. n. 322. in fine.* & quod hæc opinio Bartoli fuerit ſeruata in conſ. Neap. refert & ſequitur Afflict. *deciſ. 269. iudices. in fine,* quos omnes refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 25. num. 3. et ſeqq. fol. 372.* adde, ſi placet, quos citat Contar. *in repet. l. vnica, in intellectu n. 2. et 3. C. ſi de momen. poſſeſſ.* & quod vſus ita obſeruet in quolibet poſſeſſorio, teſtatur M. Ant. Cucch. *tract. de metien. cir. poſſ. num. 422. tom. 3. p. 2. fol. 300.* & quod detur appellatio ad effectum deuolutiuum ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 2. in commiſſ. appell. cap. 2. num. 39. fol. 37.* & quod reſpectu poſſeſſorij appellans non audiatur, niſi quoad dimiſſionem poſſeſſionis parito ſententiæ ſcribit relatis verbis idem March. *in eod. tract. in ſecunda impreſſ. part. 1. de commiſ. in poſſ ſalu. etc. cap. 21. num. 33. fol. 236.* & quod opinio Bart. ſit approbata in regno Franciæ, quamuis ſit reprobata per Doctores, ſcribit Rebuff. *tract. de ſent. execut. art. 5. gloſſ. 3. ſub n. 1. et 2. tom. 1. fol. 348.* & hæc reſtrictio ſeruatur paſſim in curia Maceratanenſi, & in toto ſtatu eccleſiaſtico, etiam attenta conſtitutione Ægidiana, *vt dixi d. c. 97. ſub n. 54.*

17 Confirmatur primo hæc reſtrictio ex illis verbis, *tamen lata ſententia ſortiatur effectum ſuum*, quæ ſunt *in d. l. vnica, C. ſi de momen. poſſeſſ.* quia illa verba non excludunt appellationem, ſed ſolum diſponunt, quod per appellationem non impediatur executio vt aduertunt Abb. *conſ. 55. in cauſſa quæ, circa principium lib. 2.* & alij, quos adducit, ſed non ſequitur Io. Bapt. Pont. *tract. de ſpol. lib. 4. c. 3. ſub n. 39. tom. 14. folio 305.*

18 Confirmatur ſecundo ex eadem l. dum dicit, *Ita tamen poſſeſſionis reformationem fieri oportet, vt integra omnis proprietatis cauſſa ſeruetur,* ex quibus verbis Rebuff. *d. art. 5. gloſſ. 3. ſub n. 2.* colligit, quod poſt executionem ſententiæ debet in cauſſa appellationis ita reformari ſententia poſſeſſionis, vt remaneat integra cauſſa proprietatis, ſicque poſt executionem adhuc cognoſcetur de poſſeſſione, & ex iſto intellectu retorqueretur intellectis Papienſis *in pract. in form. appellat. ab interloc. in gloſſ. vlt. ſub n. 9. fol. 384.* & aliorum, qui ſcribunt, quod relata verba clarè demonſtrant, ſolum reſeruatum eſſe ius agendi ſuper proprietate, cum illa l. non dicat, reſeruatum eſſe ius ſuper poſſeſſione.

19 Contrariam opinionem; quod enim de iure ciuili ſit prohibita prorſus appellatio, etiam quoad effectum deuolutiuum; tenent Bal. *in d. l. vnica, num. 3. in 3. oppoſit. ibi,*

alij dicunt.& Salyc *ſub nu.3.ibi,quinto dicit.C.ſi de momen. poſſ.Rol.à Vall.conſ.77.viſo & bene, ſub num.15. verſus finem,ibi.ſ. d quia,& num.16.& 17.lib.2.Papien.in d gl.vlt, ſub num.9.ſol.384.& Dec. conſ.28. pro tenui facultate mea ac temporis,col.3.in fine,ſub nu.4.* qui duo poſtremi teſtan- * tur etiam de opinione communi, * & quod eorum opi- * nio magis communiter reprobetur, dum in ea ſunt mẽte,quod de iure ciuili à ſententia, in poſſeſſorio lata, appellari poſſit, licet eorum opinio non reprobetur in eo, quo dicunt per appellationem ſententiæ latæ executionem minimè impediri,ſcribit Oſaſch.*deciſ.25.mortuo inteſtato,ſub num.19.verſ.contrariam.*& quod ſit magis cõ- * munis, teſtantur Ioan,Bapt.Pont.*tract.de ſpol.lib.4.c.3, ſub num.39.ibi,ſed communiter,ſol.305.& alij*,quos refert & ſequitur Contar.*in dict.l.vnica,in intellectu.ſub numero 4.per totum,& ſeqq.*concludens *num.5.* non eſſe recedendum in iudicando ab iſta opinione,& in iſta reſidet in fine *num.8.* quam ſequitur etiam *limitat.17. numero 25,& 26 C.ſi de moment. poſſeſſ.* hancque negatiuam tenuerunt etiam Achil. Perſon.*tract.de adipiſcen.poſſeſſ.nu.332. verſ. alij autem, ſol.268.*referens, Bart.tenentem contrarium, * eſſe communiter * reprobatum.*M.Ant. de Amat.deciſ. 15.ſub num.15.verſ.nec dicatur.*licet is poſtea *deciſ.88.*teſtetur de contrario ſtylo illius tribunalis,*Ruginel.tract.de appel.§.2.cap.3.n.705,verſ.tunc enim,*& quod hæc opinio contra reſtrictionem ſeruetur in foro capitolino,teſtatur Luc.Pæt. *in pract.Capitol.lib.4.cap.3.num.5.* quem in hoc refert & ſequitur Contar, in intellectu *dictæ leg.vnicæ,ſub numer,4.*teſtans ſeruatam fuiſſe etiam in Rota. Et quod hæc opinio fortius iure regio Hiſpaniarum ſit ſeruanda refert,& ſequitur Ruginell.*dict.num.705.in fine.* & quod * ante Bar.hæc fuerit communis * opinio,vt appellatio denegaretur ad vtrumque effectum,recenſet Ioſ.Lud.Peruſ. *deciſ.20.domina Martiana,num.16.in fine,& nu.17.* hanc- * que eſſe opinionem veram, & receptiſſimam, * & obſeruatam,vbi ſeruatur ius ciuile, teſtatur Hier. Gabr.*conſil. 35.Terentius, in fine principij,& num.1.lib.1.* quem refert & ſequitur M.Ant.de Amat. *dict.deciſ.15.ſub num.16.*& quod pleriſque placuerit conſtituere hanc differentiam inter ius Cæſareum,& Pontificium,vt ſecundum Cæſareũ appellatio minimè admittatur nec ad effectum ſuſpenſionis, nec ad effectum deuolutionis,refert Couar.pract.*qq. cap.23.ſub num.8.verſ.primum,ſol.523.* & quod hæc opinio, quæ fuit veterum quorundam, fuerit olim commu- * nis, & hodie quibuſdam adhuc videatur refert *eod.cap. 23.ſub num.8.verſ.ſecunda.* licet ipſe procedat,diſtinguẽdo per tres concluſiones,hancque opin. eſſe frequentio- * ri calculo Doctorum tam in legendo, quam in conſulẽdo approbatam,teſtatur,& defendit Contar. *vbi ſupra,*& ad. de,quæ loquendo in adipiſcenda poſſeſſione,retuli *ſupra memb.4.n.37.verſ.contrariam,*

20 Comprobatur primo hæc opinio ex d.l.vnica, *C.ſi de momen.poſſ.*in illis verbis: *ſententia ſortiatur effectum,*ſortiri enim effectum dicitur ſententia, quando tranſit in rẽ iudicatam,*vt ſcribunt Bal.& alij citati ſupra.* Sed quando ſententia tranſit in rem iudicatam, denegatur appellatio etiam ad effectum deuolutiuum, Ergo &c.

21 Comprobatur ſecundo,quia, prohibita appellatione, cenſetur regulariter prohibita ad vtrumque effectum, *vt ex Breder,& Caſ.Barz.retuli ſupra memb.4.ſub nu.37.verſ. contra.*

22 In praxi apud nos; quicquid ſit in puncto iuris; ſeruatur reſtrictio, quam ſecutus ſum etiam *ſupra lib.1.cap.97. ſub num.54.* vt admittatur appellatio deuolutiua,non retardata executione,hancque praxim accipimus quotidie à Signaturæ iuſtitiæ tribunali, omnium ſupremo, dum cauſſas appellationum, interpoſitarum à ſententijs latis in cauſſis poſſeſſorijs, delegat quoad effectum deuolutiuum, reſcribendo cum clauſula; *ſine præiudicio legitimæ executionis,*quam clauſulam dicit eſſe ſolitam Lancell. *tr. de attent.part.2 cap.12.de attent. & innou. appell.pend.limit.25.princip.n.31.ſol.373.* de hac etiam praxi in tribunali Rotę Maceratẽſis teſtatur M.Ant.de Amat.*deciſ.88.* & quod ita obſeruetur conſtitutio Aegidiana,retuli *infr. nu.25 verſ.extende eam.*

Neque apud me difficultatem facit, quod hodie in commiſſione reformatoria plerumque apponi ſoleant in fine eiuſmodi verba; *Vel, ſi magis placet, committatur eidem,quod exequatur,quatenus ſit locus conſtitutioni Aegidianæ,ſin minus cauſſam appellationis cognoſcat*, & Signatura reſcribat, *placet de ſecunda parte*, quaſi Signatura committat cauſſam appellationis, quatenus Aegidianæ locus non ſit,alias eam nullatenus committat, ſed committat ſolum executionem.

Quia reſpondeo,quod huic difficultati occurrit altera ſpecies reſcripti ſupra relata,& praxis, quæ aliter ſeruat, *vt dixi.*

Hancque eandem praxim delegandi quoad effectum deuolutiuum ſeruat Signatura in appellationibus à mandatis decretis, & relaxatis vigore obligationis in forma cameræ,& à cæteris alijs ſententijs, latis ſuper re,quæ celeritatem deſiderat, quia eas ſemper delegat cum clauſula,*ſine præiudicio legitimæ executionis,*vt ſcripſi *infra limit. 9.ſub num.18.*

Reliqua,pertinentia ad ſtylum reſcribendi ſuper eiuſmodi ſententijs latis in cauſſa poſſeſſoria, vide *infra num. 142.& 143.*

24 Vſus huius praxis admittendi appellationem quoad effectum deuolutiuum habet magnam vtilitatẽ, & æquitatem; nam quis facilius forſan poterit obtinere in poſſeſſorio,quã in petitorio, ſicut conſiderat M.Ant.Cych. *tract.de mentien.circa poſſ.num.424. tom.3. par.2.ſol.300.* Etenim,ſi in poſſeſſorio, in quo forſan poſſet in cauſſa appellationis, melius probando, ſeu melius deducendo iura ſua,obtinere, non admitteretur hæc appellatio deuolutiua,& in petitorio deficerent ei probationes,remaneret omnino excluſus.

25 Retenta reſtrictione,praxique admittendi appellationem quoad effectum deuolutiuum.

Extende eam,vt procedat etiam vbi extat ſtatutũ, ſeu conſtitutio prohibens appellationem in poſſeſſorijs momentaneis,prout in prouincia Marchię extat conſtitutio *lib.6.cap.2.*quæ ab Aegidio Cardinali eius auctore vocatur conſtitutio Aegidiana, vt latius enarrant literæ confirmatoriæ dictę conſtitutionis,& Io.Bapt.Pontan.*tract. de ſpoliat.lib.4.cap.3.num.42.tom.14.ſol.305.* nam obſeruantia dictæ conſtitutionis eſt,vt admittatur appellatio deuolutiua,ſicut admitteretur de iure ciuili, *vt retuli,& ſecutus ſum ſupra libr.1.cap.97.ſub num.54.*

Contrariam opinionem; quod enim,attenta dicta cõſtitutione Aegidiana; ſit ſublata prorſus omnis appellatio,etiam deuolutiua,tenent Grat.quem citaui *d.cap.97. ſub num.54.Ioſ.Lud.deciſ. Peruſ.20. domina Martiana, nu. 22.& 23.* & ſentit Io.Bapt.Pont.*tract.de ſpol.lib.4.cap.3. ſub numer.42.ſol.305.*dum ait,quod dicta conſtitutione dum renouauit iuris ciuilis ſanctionem, ſed eam vberiorem reddidit.

26 Comprobatur primo hæc opinio, quia alias dict.conſtitutio,ſi diſponeret prorſus idem, quod diſponit ius ciuile,videatur ſuperflua, *per ea quæ retuli d.c.97.ſub nu.54.* ſed huic comprobationi patet ſolutio ibidem.

Comprobatur ſecundo, quia conſtitutio Aegidiana non prohibet ſimpliciter appellationem, vt perhibet ius ciuile, ſed vlterius prohibet iudici ad quem, ne eam aliqualiter recipiat,& iudici à quo, ne illi in aliquo deferat. Ergo prohibet etiam appellationem deuolutiuam, quia recipere appellationem deuolutiuam eſſet aliqualiter eam recipere.

Com-

Comprobatur tertio, quia, ſi conſtitutio Ægidiana diſponeret idem prorſus, quod diſponit ius ciuile ſuperflue, immo non vere Rot.Rom.alijque Doct. quos citaui *ſupra memb.3. n.10.* declaraſſent, quod conſtitutio Ægidiana non extenditur ad loca, quæ ſunt extra terras eccleſiæ; nam dico, ſi conſtitutio Ægidiana diſponit idem, quod ius ciuile, & ius ciuile ſeruatur extra terras eccleſię, ergo ſuperfluè, & non verè dicimus, quod conſtitutio Ægidiana non ſeruatur extra terras eccleſiæ.

Quid dicendum?

Reſpondeo, quod licet hæc opinio contra extenſionem non poſſit ſubuerti, præſertim in Ægidiana; tamen in praxi ſeruatur extenſio.

27 Subreſtringe eandem ſecundam reſtrictionem poſitem *ſupra n. 16.* vt non procedat in illis poſſeſſorijs, in quibus appellatio non ſolum eſt prohibita, ſed eſt etiam appellanti impoſita pœna, quia in illis, loquendo de iure ciuili, nec ad effectum deuolutiuum poteſt appellari, vide quæ ſcripſi *ſupra memb.4. num.34. & ſub nu.37.verſ.confirmatur.*

Nota ex hac ſubreſtrictione, quod tanta opinionum contrarietas poteſt conciliari, vt opinio affirmatiua procedat in poſſeſſorijs, in quibus appellatio eſt prohibita ſine pœna; & opinio negatiua procedat in poſſeſſorijs, in quibus appellatio eſt prohibita cum pœna.

28 Reſtringe III. vt non procedat in interlocutoria, quia ab ea poteſt appellari in iudicijs poſſeſſorijs, *Dec.in c.53. paſtoralis.n.28.ibi, vnde licet.de appell.M.Ant.Blanc.tract. de compromiſſ.quæſt.4.in verbo; cauſſa emergens. ſub numer. 21.verſ.quarto adducitur.in fine, tom.3.par.1.fol.167.Natt. conſ.121.in cauſſa poſſeſſorij, ſub num.4. Lancell.tract.de atten.par.2.cap.12.de attent. & innou.appellat.pend. limitat. 20.princip.n.5.fol.370. Contar.in l.vnica, limit.5.num.1.& ſeqq. & quæſt.26.num.1. C.ſi de momen.poſſ.Maran.Veſtr. Granat. & Ioſ.Cumia, quos citaui lib.1.cap.97.ſub n.98.*& eſſe veriſſimam reſtrictionem teſtatur Contar. *d.limit.5. ſub n.1.verſ.eſt tamen veriſſima.*

Ratio huius reſtrictionis eſt duplex.

Prima ratio eſt, quia in materia odioſa non eſt idem iudicium de cauſa principali, & de articulis adhærentibus, quia debet fieri ſtricta interpretatio, *vt refert, & ſequitur Contar.in dicta limit.5.n.2.verſ.huius autem.* ſed diſpoſitio, quæ prohibet appellationem, eſt odioſa. Ergo debet ſtrictè interpretari.

29 Secunda ratio eſt, quia quando grauamen, quod infertur per interlocutoriam non poteſt reparari per appellationem à ſententia diffinitiua, tunc poteſt appellari ab illa interlocutoria, *Cyn.in l.7.ante ſententiam ibi, tu ergo dicas, fol.475.Bar.n.2.& Paul.de Caſtr.num.2. C.quor. appell.non recip.Bar.in l.2.in princ. & n.2. & 26. & Paul.de Caſt.ſub n.1.ff.de appellat.recip.vel non, Bal.in l.2.n.4.verſ. modo quæro. C.de epiſcop. audien.& in l.9. poſt ſententiam. verſ.pone ergo.numer.7.& 8.C.de ſent.& interloc.omn.iud. Franch.in cap.12.ſuper eod.il ſecondo, not.2.num.2.& ſub num.4.verſic.concludit ergo, de appellat.Maran.in ſuo ſpec. par.6.act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur, num. 308.limit.3.& num.366.verſic.vltimo pro complemento, f. 511.Becc.conſ.31.quod appellari, num.2.* Et quod ideo appellatio ab interlocutoria, quæ continet grauamen irreparabilem, & executionem irreparabilem, liget ſtatim manus iudicis à quo abſque alia inhibitione, refert, & ſequitur Lancell.*tract.de attent.part.2.cap.12. de attent.& innou.appell.pend.limit.1.num 92.& ſeqq. ſol.360.* & latè dixi etiam *ſupra lib.1.cap.97.num.81.*& quod hoc procedat in interlocutoria ſuper poſſeſſorio, ſi non poſſet reparari grauamen in diffinitiua, ſcribit Oſaſch. *deciſ. 25. vnortuo inteſtato, ſub n.14. verſic.contrarium.* & ita tranſit Coutar. *in dict.l.vnica, limit.5.n.3.verſic. ſed an ratio. C.ſi de momen.poſſeſſ.*

Sed grauamen, quod infertur per interlocutoriam in cauſſis poſſeſſorijs, non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, quia à ſententia diffinitiua in cauſſa poſſeſſoria eſt prohibita appellatio. *Maran. in ſuo ſpec.p. 6.act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur, n.308.limit.3.fol.505.*

Ergo ab interlocutoria lata in cauſſa poſſeſſoria poteſt appellari.

30 Confirmatur primo hæc reſtrictio, quia licet ſtatutum prohibeat appellationem à ſententia poteſtatis, tamen debet intelligi de appellatione à ſententia, quæ eſt ſtrictè diffinitiua, *vt ex Bal.in l.1. in princ.ff.de offic.præfect. prætor.& in addit.ad Spec.tit.de ſenten.referunt, & ſequuntur Socc.conſ.39. capio primum, n.12 verſic.præterea vt inquit, lib.4.& late Alex.conſ.50.viſis actis, ſub num.2.lib 2.* Vnde à ſententia, quæ habet vim diffinitiuæ, poterit appellari, quia non dicitur ſtrictè diffinitiua, & diſpoſitio, quæ loquitur de ſententia in materia tam odioſa, debet intelligi ſimpliciter, & in ſuo priori ſignificatu, *Socc.d. conſ.39.n.12.in fine.*

31 Confirmatur ſecundo, quia reſcriptum, quo committitur cauſſa appellatione remota, intelligitur remota ſolum à diffinitiua in negotio principali, & non in incidentibus, & acceſſorijs, *Felyn.in cap.18.cauſſam quæ verſus finem, ſub num.27.verſ. & dum.de reſcrip. Rot. diuerſ. deciſ. 100.ex nouem, num.10.in fine, & numer.11.par.1.& Breder.tract.de appell.par.1.tit.11.col.23.in fine, & col.24.in princ.*

Contra tamen iſtam confirmationem de directo, quod nimirum cenſeatur prohibita ab interlocutoria, & non à diffinitiua, vide Lancell.*tract.de attent.par.2.c.12. limit.8. verſ.ſexto, num.20.& 21.fol.365.*

Confirmatur demum ex concluſione generali, quod, prohibita appellatione à ſententia diffinitiua, non cenſetur prohibita ab interlocutoria, *teſtibus Bar. in l. 2. in princip.ff.de appell. recip. Bal. Ang. Felyn.M. Ant.Blanc. Neuiz. Maran. Grau. & Ioſ.Cum. quos citaui d.cap.97.ſub n. 98.* vbi etiam de communi opin. & dixi etiam *infra limit.16.num.5 verſ.5.*

Ratio generalis iſtarum omnium confirmationū eſt, quia appellatione ſententiæ in dubio intelligitur de diffinitiua, & non de interlocutoria, & ſic in priori ſignificatu, *Cyn.in l.7.ante ſententia, C.quor.appellat.non recip.*& quod intelligatur de diffinitiua, & non de interlocutoria, & ſic in potiori ſignificatu, & ideo ſi ſtatutum requireret, vel permitteret conſilium ſapientis in ſententia, in dubio intelligatur in definitiua, & non in interlocutoria, refert & ſequitur Franch. *in cap.5.cum appellationibus, §. ſi vero, n.3. verſic. vltimo nota, de appell.in 6.*

32 Contrariam opinionem; quod enim minus poſſit appellari ab interlocutoria, firmat Bal. *in l.vnica, n.4.verſ. or.modo.C.ſi de mom.poſſ* & pluribus comprobat, & ſequitur Menoch. *tract.de adipiſc.poſſ.rem.4.quæſt.99.n.813.& ſeqq.ibi, cæterum in multis.& n.816.& Rot.diuerſ.241.domini tenuerunt, n.5.par.1.* qui ſcribunt, quod prohibita appellatione à ſententia intelligitur prohibita ab omni eo, per quod peruenitur ad ſententiam, dummodo tangat negotium principale.

33 Comprobatur primo iſta contraria opinio, quia ſi in interlocutoria militat eadem ratio prohibitionis, quæ militat in definitiua, tunc æque ab vna, ſicut ab altera cenſetur prohibita appellatio, *Bened.à Plumbino in l.etiam, §. abſens, ff.de manumiſſ.vind.* quem refert, & ſequitur Menoc. *vbi ſupra,*& ante eum Alex.*conſ.50.viſis actis, nu.12. lib.2.& latius Felyn.in cap.18. cauſſam quæ, ſub n.27.verſ. & dum dicit, de reſcript.Achill.Perſon.tract.de adipiſc.poſſeſſ.n.336.verſ.ego bene fateor, to.3. par.2. fol.269.*& quod ſtatutum, loquens de appellatione à diffinitiua, militet in interlocutoria, quando in caſu eſt eadem ratio, ſcribit

Paul.de Caſtr.cum quo tranſit Franch. *in cap.53.paſtoralis,quæſt.6.in fine,num 24.de appell.* & quod data identitate negotij principalis, & incidentium, clauſula *(appellatione remota)* operetur in omnibus,ſcribit Rot. *diuerſ. d, deciſ.100.num.20. verſ.ſexto,p.1.* & quod ſi præiudicium, quod infertur per interlocutoriam, poſſit reparari in iudicio petitorio, tunc qua ratione non poteſt appellari à diffinitiua lata ſuper poſſeſſorio, eadem ratione, & fortiori non poſſit appellari ab interlocutoria, cum ſit minoris præiudicij, quam diffinitiua lata ſuper poſſeſſorio, ſcribit Contar.*in l.vnica,limit.5.n.4 verſ.limita modo,C.ſi de mom. poſſ.*

Sed militat eadem & maior ratio,quia ſicut grauamen ſententiæ diffinitiuæ poteſt reparari in petitorio,& ideo prohibetur appellatio, ita etiam in eodem petitorio poteſt reparari grauamen interlocutoriæ, *vt dixi infra num.36.*

34 Ex hac comprobatione domini de Rota deciderunt, quod ſtatutum Vrbis,quo cauetur,poſt annum non poſſe dici de nullitate ſententiæ, intelligitur etiam de nullitate interlocutoriæ, ex quo videtur inconueniens, quod citius terminetur diffinitiua,quam interlocutoria, *Put, deciſ.274.die 5.May,n.3.lib.3.quem refert et ſequitur Contar.d.limit.5.num.6. in fine.*

35 Comprobatur ſecundo, quia licet, prohibita appellatione a ſententia in tali cauſſa,cenſeatur prohibita ſolum à diffinitiua, & non ab interlocutoria, tum quia appellatione ſententiæ intelligitur diffinitiua, *vt dixi ſupra ſub n.31.verſ.ratio*, tum quia debet ſtrictè intelligi prohibitio,quominus lædatur ius commune.

Tamen ſecus eſt, quando appellatio non prohibetur à ſententia in tali cauſſa, ſed prohibetur ſimpliciter In tali cauſſa, quia tunc ita intelligitur prohibita appellatio a diffinitiua,ſicut ab interlocutoria, *Franch.in c.70. interpoſita,§.ille denique, verſ.ſed ſi quæratur,num.7.de appell. Felyn.in cap.18 cauſſam quæ, verſus finem,ſub num.27. de reſcrip. & Dec.c.53.paſtoralis,ſub num.30.ibi,ſed conſiderandum eſt de appell.* & quod, ſi ſtatutum prohibeat appellationem à ſententia alicuius officialis, intelligatur prohibere ſolum à diffinitiua;ſecus ſi diſponat, ne poſſit appellari à poteſtate,quia intelligitur prohibere etiam ab interlocutoria,ſcribunt Abb. *in d.c.53.paſtoralis,num.6. verſ.item adde aliam*,& Franch.*ſub num.22.qu.6.rurſus idem Franch.in citato,§.ille denique,num.7. verſ.ſed ſi quæratur,in fine.*

In ſimili,ſi ſtatutum dicit, quod in cauſſis damnorum datorum ſufficiat probatio per ſacramentum,tunc quicquid quocunque modo incidenter tangit cauſſam damni dati,poteſt probari per ſacramentum, ſecus eſt, ſi ſtatutum diceret, quod in cauſſis damnorum datorum poſſit probari damnum datum per ſacramentum, quia iſto caſu poteſt ſolum damnum datum probari per ſacramentum, & non alius articulus emergens in cauſſa damni dati,*Bar.in l.3.ſolent,n.16.ibi,ex hoc aduerte,ff.de alim.& cibar.leg.quem referunt & ſequuntur Franch. d.§.ille deniq; ſub num.7. Felyn. d.c.cauſſam quæ,ad finem, Dec.d.c.paſtoralis,n.31.& 32.Socc.Iun.in conſ.300. in cauſſa interpellationis,nu.6.in 3.q.ibi,pro hoc adduco,lib.2.* & communiter
* omnes in diuerſis locis.

Sed iura citata ſupra *in 5.limit.principali, num.1.* & in hac *limit.6. memb.3.nu.3.* prohibent ſimpliciter appellationem in cauſſa miſſionis in poſſeſſionem bonorum, nulla facta mentione de ſententia, ſicut aduertit Menoc. *d.q.99. ſub n.414.*

Ergo appellatio ita cenſetur prohibita ab interlocutoria,ſicut à diffinitiua.

In hac opinionum contrarietate Achil. Perſon. *tract. de adipiſc.poſſ. ſub num.334.verſ.ego autem,tomo 3.part.2. fol.628. in fine*, loquens in ſententia de immittendo aliquem in poſſeſſionem, cenſet poſſe diſtingui; vt ſi interlocutoria de immittendo aliquem in poſſeſſionem ſit lata,non citata parte, & non ſeruato ordine, tunc ſit vera reſtrictio,quod poſſit appellari ab interlocutoria; ſecus ſi interlocutoria de immittendo in poſſeſſionem ſit lata, citata parte,& ſeruato ordine,quia tunc procedit opinio contraria, huicque Achillis diſtinctioni aſſentitur Ruginell.*tract.de appell.§.2.c.3.ſub n.649. verſ.ab interlocutoria, in fine fol.*118.

Sed parcat mihi Achil. Perſon. quia ipſe videtur errare in duobus; Primo quia,dum ipſe conſiderat,an ſit ſeruatus, vel non ſeruatus ordo, nihil ſpeciale conſtituit in interlocutoria, cum etiam à diffinitiua poſſit appellari, quando non ſeruatur ordo,vt latè proſequutus ſum *infra n.113.& ſeqq.* Secundo videtur errare, quia ipſe diſcedit à terminis,nam Doctores loquuntur de interlocutorijs, quibus admittuntur,vel non admittuntur in iudicio contentioſo teſtes,iura, & ſimilia, ipſe vero loquitur de miſſione hæredis in poſſeſſionem, contradictore non exiſtẽte,cui miſſioni non adaptatur interlocutoria, de qua loquuntur Doctores,tum quia & ſi non adſit contradictor, tamen non habet naturam,& effectum diffinitiuę,& ideò non poteſt ab ea appellari, *Menoch.tract.de adipiſc.poſſ. rem.4.n.820.& Ruginell.tract.de appell. §.2.c.3.ſub num. 649.verſ.non etiam*,tum quia miſſio hæredis in poſſeſſionem ex remedio legis fin. *C.de edic.diu. Adr.toll.* habet executionem paratam,à qua non datur appellatio, *Menoch.d.n.820.& 821.& dixi ſupra n.12.*

36 Ego adhæreo ſimpliciter opinioni negatiuæ contra reſtrictionem,quod non poſſit appellari, & moueor tum ex allegatis num.precedenti in ſecunda comprobatione, tum ex ſequenti reſponſione.

Non obſtant adducta pro reſtrictione, & præſertim ſecunda ratio adducta *ſupra n.29.*

Quia, retorquendo illam rationem, reſpondeo, quod grauamen interlocutoriæ poteſt reparari tum per appellationem deuolutiuam à ſententia diffinitiua, quia ad effectum deuolutiuum poſſe appellari, retuli & ſequutus ſum *ſupra num.16.& ſeqq. & num.25*,tum quia,data pro vera opinione quod eſſet prohibita appellatio etiam quoad effectum deuolutiuum, ſupereſt iudicium petitorium,in quo ſicut poteſt reparari præiudicium ſententiæ diffinitiuæ latę in poſſeſſorio,ita etiam debet poſſe reparari prę iudicium,& grauamen interlocutoriæ, & conſequenter non debet poſſe appellari, *Paul.de Caſtr. in conſ. 39.quod à ſententia lata,lib.1.Dec.in l.fi.n.50.in fine,ibi,nã non poteſt appellari.C.de edict.diu Adr.toll.et Menoch.tractat.de adipiſc.poſſ.rem.4.q.99.ſub n.817.& 818.* & quod à ſententia latæ ſuper poſſeſſorio non poſſit appellari eo quia eius grauamen poteſt reparari in petitorio refert & ſequitur Maran. *in ſuo Spec.part.6.act.2. princip.in verbo, & quandoque appellatur, ſub.n.305.limit.16.fol.504.*

Hæc opinio negatiua contra reſtrictionem non ſolum eſt vera ex prædictis rationibus, ſed ſeruatur etiam in praxi.

37 Retenta tamen reſtrictione, non quia ſit vera,ſed quia per ſubreſtrictiones, & declarationes poteſt reduci ad concordiam pro his,quibus placet formare reſtrictionẽ.

Subreſtringe primo eandem reſtrictionem vt non procedat, quando appellatio prohibetur eo quod res, ſeu ſententia celeritatem deſideret, vt in caſibus legum, de quibus ſcripſi *ſupra memb.4.ſub n.38.verſic.primus.* quia, cum celeritas ita impediatur per appellationem à diffinitiua, ſicut per appellationem ab interlocutoria, appellatio ita intelligetur prohibita à diffinitiua, ſicut ab interlocutoria, *vt etiam aduertit. Menoch.tract.de adipiſc. poſſ.remed.4.q.99.n.813.*& ita eſt ſeruandum,ne leges calliditate hominum reddantur vanæ.

38 Subreſtringe ſecundo, vt non procedat, quando grauamen

tamen interlocutoriæ eſt reparabile, quia tunc non conceditur appellatio; ſicut enim non conceditur à diffinitiua quando eius præiudicium poteſt reparari in iudicio petitorio, ita & multo minus conceditur ab interlocutoria, cum ſit minoris præiudicij, *vt conſiderat Contar. in d. l. vnica, lim. 5. n. 4. verſ. limita modo, C. ſi de mom. poſſ.*

39 Declara primo hanc ſubreſtrictionem, vt grauamen interlocutoriæ, latæ in iudicio poſſeſſorio, poſſit reparari quinque vijs. Prima via eſt, vt reparetur in poſſeſſorio plenario, & hæc via procedit ſolum in interlocutoria poſſeſſorij ſummarij. Secunda via eſt, vt reparetur in ipſa ſententia diffinitiua, quia & ſi iudex grauet aliquem in interlocutoria, tamen poteſt deinde ſententiam diffinitiuam proferre totaliter ad illius fauorem, & ſic euaneſcit præiudicium illius interlocutoriæ, & iſta via procedit tam in interlocutoria poſſeſſorij ordinarij, quam in interlocutoria ſummarij. Tertia via eſt, vt id, quod iudex interlocutus eſt non eſſe ſufficiens, ſeu non eſſe legitimum, mutetur, & denuo fiat ita, vt non poſſit impugnari de inſufficientia, ſeu non legitimatẽ, vt pota, ſi iudex pronuntiauerit, non eſſe legitimum procuratorem, ſeu libellum eſſe ineptum, quia poterit conſtitui nouus procurator, & formari nouus libellus; & licet, dum tollitur impedimentum, quod præſtabat interlocutoria, ne poſſet procedi ad vlteriora, inſurgat grauamen, vt debeat nouus conſtitui procurator, & nouus formari libellus, tamen hoc non attenditur, quia eſt adeo modici præiudicij, vt ius ciuile non concedat poſſe appellari. Quarta via eſt, vt reparetur in iudicio petitorio, & iſta ſimiliter procedit tam in interlocutoria poſſeſſorij ſummarij, quam in interlocutoria poſſeſſorij ordinarij. Quinta via eſt, vt reparetur per viã appellationis deuolutiuæ à ſententia diffinitiua, & iſta procedit ſolum in interlocutoria lata in poſſeſſorio ordinario; quia in ſummario denegatur appellatio etiam ad effectum deuolutiuum, *vt dixi ſupra memb. 2. num. 3.* & quacunque iſtarum via poſſit reparari dicendum eſt, non poſſe appellari ab interlocutoria, quia eſſet appellatio ſuperflua, cum poſſit reparari, vt declarat, non tamen ita explicite, *Contar. in l. vnica, limit. 5. ſub num. 12. verſ. limita etiam, C. ſi de momen. poſſ.*

Secus eſt in iudicio petitorio, quia in eo poteſt appellari ab interlocutoria quoties eius grauamen non poſſit reparari per appellationem à diffinitiua.

Infero ex hac declaratione; quod ſi reus abſoluatur in iudicio poſſeſſorio ab obſeruatione iudicij, actor non poteſt appellare, quia eius grauamen poteſt reparari in iudicio petitorio, & poteſt etiam reparari, inchoando denuo iudicium.

Quicquid in contrarium ſcripſerit Contar. *in l. vnica, lim. 26. n. 1. & 2. C. ſi de momen. poſſeſſ.* quia eius ratio, dum dicit, poſſe appellari eo, quia eſt interlocutoria, confutatur ex prædictis, quia licet ſit interlocutoria, tamen ab ea non poteſt appellari, ſi poſſit reparari in petitorio, vt teſtatur ipſemet Contar. à me citatus *ſupra in hac prima declaratione;* vnde ex eiuſdemmet armis vulneratur hæc ſua opinio; ſed aliud eſt in petitorio, *vt dixi infra limitat. 47. memb... num...*

Extende hanc illationem vt ſit vera etiam in Ciuitate Lucenſi, quia & ſi illius Ciuitatis ſtatuta *lib. 5. c. 5. verſ. ab interlocutorijs vero*, diſponant, vt poſſit appellari ab interlocutoria, quæ non expectat poſt ſe ſententiam diffinitiuam, tamen procedit hoc in iudicio petitorio, non autem in poſſeſſorio, in quo remanet iudicium petitorium, quo poteſt reparari grauamen illius interlocutorię abſoluentis ab obſeruatione iudicij poſſeſſorij.

Limita eandem primam declarationem, vt non ſit vera in interlocutoria poſſeſſorij iudicij, quæ feratur cum plena cauſæ cognitione ſuper aliqua exceptione, quæ concernat proprietatem, & ideo pariat præiudicium etiã in petitorio iudicio, niſi ab ea fuerit appellatum, quia tunc poteſt ab ea appellari, per ea quæ ſcribit Contar. *in l. vnica, q. 15. caducitas, ſub num. 26. verſ. ſed vt tandem, & in alijs terminis limit. 24. n. 48. & 49. C. ſi de mom. poſſ.* quia vbicunque grauamen illatum in poſſeſſorio non poteſt reparari in petitorio, tunc poteſt appellari, vt ex communi * omnium opinione ſcribit Contar. *in d. l. vnica, lim. 1. num. 1.*

Nec obſtat, quod poſſit reparari per appellationem deuolutiuam à ſentẽtia diffinitiua, ferenda in poſſeſſorio.

Quia reſpondeo, quod vbicunque ita agitur de proprietate, vt ei fiat præiudicium, tunc non remanet merum poſſeſſorium, ſed aſſumit naturam petitorij, in quo non attenditur reparabilitas per viam appellationis deuolutiuæ à diffinitiua, ſed datur ſimpliciter appellatio ſuſpenſiua.

Subdeclara obiter hic eandem primam declarationem, vt in iudicio petitorio tripliciter eueniat, quod grauamẽ interlocutoriæ non poſſit reparari per appellationem à diffinitiua. Primo poteſt euenire ex eo, quod appellatio à diffinitiua ſit prohibita, *vt dixi ſupra in declaratione, verſ. ſecus,* & nunquid dicatur non poſſe reparari, quando eſt prohibita ſolum ſuſpenſiua, ſed eſt conceſſa deuolutiua, hic non determino. Secundo poteſt euenire ex eo, quod interlocutoria ſit lata ſuper exceptione, quæ non reddat iudicium retro nullum ipſo iure, quo caſu neceſſaria eſt appellatio, alias illa interlocutoria tranſit in rem iudicatam, & poſtquam tranſiuit in rem iudicatam, reuocari à modo non poteſt, & de hac irreparabilitate vide, quæ ſcripſi *ſupra q. 11. n. 55. & ſub num. 45. extenſ. 1.* Tertio poteſt euenire eo, quia interlocutoria non expectet poſt ſe aliam diffinitiuam, à qua poſſit appellari, qualis eſt interlocutoria abſolutionis ab obſeruatione iudicij, de qua videnda ſunt, quæ ſcripſi *infra limitat. 47. memb. 1. num. 27. exemp. 3.*

40 Declara ſecundo eandem ſecundam ſubreſtrictionem illatiue ex ipſa, vt, ſi grauamen interlocutoriæ ſit vndique irreparabile tam per viam appellationis, quam per viam iudicij petitorij, tunc appellatio ab iſta interlocutoria omnino concedatur, & in hoc omnes * conueniunt, quia ratio eſt euidens, & ita procedat reſtrictio poſita *ſupra num. 28.*

41 Exemplifica primo hãc declarationem in interlocutoria, quia iudex admittit teſtes poſt lapſum terminum vel teſtes inhabiles, quia grauamen huius interlocutoriæ non poteſt reparari, & ideo poteſt ab ea appellari, vt, loquendo in materia indifferenti, ſcribunt Bar. *in l. 2. verſus finem, num. 25. verſ. tertio quæro pone, ff. de appell. recip. Bal. in l. 2. n. 19. q. 13. C. de epiſc. aud. Bellam. in c. 12. ſuper eo. n. 23. q. 21. de appell. Corn. conſ. 35. circa primum, in princ. lib. 1. Fuluu. Pacc. tract. de probat. lib. 1. c. 58. n. 42. in fine, & ſub n. 47. & Granat. in annot. ad prax. Veſtr. lib. 3. c. 10. n. 6.* & loquendo in cauſſa poſſeſſorii, ſcribunt Bal. *in l. 9. poſt ſentẽtia, n. 7. & 8. verſ. pone ergo, C. de ſentent. & interloc. omn. iud. Aufr. ad Capel. Tholoſ. deciſ. vltima, n. 3. Oſaſcb. deciſ. 25. mortuo inteſtato, ſub n. 14. verſic. contrarium. Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. ſub n. 8. verſic. & quamuis, et Contar. in l. vnica, limit. 5. ſub n. 13. C. ſi de momen. poſſ.*

Et quod hæc interlocutoria contineat grauamen irreparabile, ſcribunt Rebuff. *tract. de ſenten. execut. art. 10. gl. 1. n. 7. tom. 1. fol. 403.* & Ful. Pacc. *d. c. 58. n. 47.*

Ratio quare grauamen huius interlocutoriæ ſit irreparabile eſt ea, quia non poteſt reparari per appellationẽ à diffinitiua, Bal. *in d. l. 9. poſt ſententiam, n. 8.* & alij communiter * in diuerſis locis, ſed hæc ratio non eſt bona.

Ratio ergo eſt quia licet poſſit appellari à diffinitiua ad effectum deuolutiuum; licet etiam poſſit, omiſſa appellatione, recurri ad iudicium petitorium, tamen damnũ eſt irreparabile; quia licet teſtes inhabiles, qui nõ debuiſſent

Digitized by Google

ſent admitti, non probent, quia iudicis ignorantia, vel dolus non debet poſſe lædere iura partium, tamen adhuc facient aliquale inditium, in tantum quod ſi, datis hinc inde paribus probationibus, ſuperexiſtant pro vna parte iſti inhabiles, vtiq; ſufficient ad victoriam tam in prima, quam in vlteriori inſtantia, vt bene conſiderat Bar. in d.l. ſub numero 25. quæſt. 3. ff. de appellat. recip. ſicq; illud grauamen non ſolum non reuocatur in cauſa appellationis, ſed operatur, vt grauatus denuo ſuccumbat, & confirmetur ſententia; ſimiliter poteſt de facili euenire caſus, vt condemnatus in poſſeſſorio non poſſit habere probationes ſufficientes in petitorio, & ſic vndiq; remanebit excluſus propter admiſſionem illorum teſtium, Abb. in conſil. 55. in cauſſa quæ, circa principium, lib. 2. & Rip. in capitul. 18. ſæpe, col. 1. in fine, verſ. ex præmiſſis, numero 3. de reſtit. ſpol. ſol. 31. & quod hac ratione is, qui amittit poſſeſſionem, patiatur magnum damnum, quia, ſi obſcura fuerint vtrinſque iura in quæſtione proprietatis, pronuntiabitur pro poſſeſſore, ſcribit in quæſtione, an minori detur reſtitutio. Gloſſ. vltim. in l. vnica, in verbo, reformationem, C. ſi de mom. poſſ.

Contra hanc exemplificationem; quod enim non poſſit appellari, eo quia grauamen poteſt reparari in petitorio, tenet Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. remed. 4. q. 99. ſub n. 816. & 817.

Retenta exemplificatione.

Amplia primo eam, vt procedat etiamſi interlocutoria eſſet negatiua, videlicet, teſtem ſeu teſtes non eſſe admittendos, quia poterit ſimiliter appellari, vt in materia indifferenti ſcribit Spec. tit. de teſte, §. 1. numero 42. verſic. recepta autem, lib. 1. folio 112. quem refert, & ſequitur Fulu. Pacc. tractat. de probat. lib. 1. cap. 58. ſub numero 42. & idem ſcribit Grauat. in annot. ad prax. Veſtr. lib. 3. capitul. 10. ſub numero 6. Et, loquendo in cauſſa poſſeſſoria, ſcribunt Bal. in l. 9. poſt ſententiam, ſub numero 8 C. de ſent. & interl. omn. iud. Nicel. tractat. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 6. moder. 4. ſub numero 26. tomo 18. fol. 191. Aufr. ad Capel. Tholoſ. deciſ. vlt. numero 3. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. ſub numero 8. verſ. & quamuis, & Oſaſch. deciſ. 25. mortuo inteſtato, ſub n. 14. verſ. contrarium.

Et quod ab interlocutoria, qua iudex excludit à probando, poſſit appellari, ſcribit, loquendo in materia indefinita, Bal. in l. 9. arbitrio, ſub n. 4. verſ. tu ergo ſcias, ff. qui ſatiſd. cog. &, loquendo in cauſſa poſſeſſoria, ſcribunt idem Bal. in margar. ad Innoc. in verbo, appellatur ab interlocutoria, & Oſaſch vbi ſupra.

Contra hanc ampliationem tenet Menoch. trac. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 99. ſub numero 816. & 817. dicens, non poſſe appellari, quia eius grauamen poteſt reparari, in iudicio petitorio.

44 Ego cenſeo, hanc opinionem contra ampliationem eſſe veram, ſed non cenſeo veram rationem, quam adducit Menoch. quia poteſt euenire caſus, quod ſibi deficiant teſtes circa proprietatem, & illos, quos haberet circa poſſeſſionem, non poſſet amplius examinare quoad iudiciũ poſſeſſionis, quia iam eſt terminatum, & ſic præiudicium remaneret irreparabile; vnde dico, rationem eſſe, quia grauamen poteſt reparari per appellationem deuolutiuam à ſententia diffinitiua, ferenda ſuper poſſeſſorio; cum in cauſſa appellationis poſſit iudex ad quem illos teſtes admittere: & poſſe appellari quoad effectum deuolutiuum à ſententia, lata in poſſeſſorio iudicio, retuli & ſequutus ſum ſupra numero 16. & ſeqq. & numero 25. & interlocutoriam, latam ſuper exceptione peremptoria, poſſe reuocari, & reparari per appellationem à diffinitiua, quamuis non appelletur ab interlocutoria, & tranſeat in rem iudicatam, ſcripſi ſupra q. 11. ſub numero 45. extenſ. 1. & ſeqq. & hæc interlocutoria eſt lata ſuper exceptione peremptoria, non admiſſio probationum potius petimit quam differat; & nota hęc quia ea alibi non inuenies, cum ſit conſideratio noſtra, & valde legalis.

45 Amplia ſecundo, vt ſicut poteſt appellari ab interlocutoria admiſſionis teſtium, vt dixi, ita etiam poſſit appellari ab admiſſione articulorum teſtibus iis, quos citaui, & ſequutus ſum infra lim. 47. princ. memb. 1. n. 137. & ſimiliter ab interlocutoria non admiſſionis articulorum, ſeu capitulorum, Natt. conſil. 172. in cauſſa et quęſt. ſub numer. 2. lib. 1. & Rugmel. tract. de appellat. §. 2. capitul. 3. numero 86. & 166.

Hęc ampliatio, quoad interlocutoriam non ammiſſionis articulorum, non eſt tuta, quia eius grauamen poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, vt dixi in præcedenti.

46 Limita eandem exemplificationem, vt non procedat, quando probationes non admittendæ eſſent omnino impertinentes, quia tunc licet admittantur, tamen pars non grauatur, Bar. in l. 2. numero 25. verſic. tertio quæro, ff. de appel. recip. & Bal. in l. 2. numero 19. qu. 13. C. de adipiſc. aud. ſi non eſt grauata: Ergo non appellat, Bal. vbi ſupra, & quod non grauatus non appellet, latè proſequutus ſum ſupra q. 5. n. 94. & ſeqq. Et quod pars iſto caſu non ſit grauata, patet, quia probationes, omnino impertinentes, nullum faciunt indicium.

47 Exemplifica ſecundo eandem ſecũdam declarationem poſitam ſupra n. 40. in interlocutoria, qua iudex pronuntiat ſuper competentia, ſeu incompetentia; quia ab ea poteſt apellari, vt loquendo in materia indefinita, ſcribunt Bar. in l. 2. ex quacunque nu. 10. verſ. quęro vtrum a ſententia ff. ſi quis in ius voc. non ierit, & in eiuſdẽ repetitione n. 14. verſ. iuxta hoc quæro, & in l. 2. verſ. ſecundo quęro num. 13. ff. de appellat. recip. vel non, Bal. in l. 2. num. 13. verſ. ſeptimo quæro, C. de epiſc. aud. Bellam. in c. 12. ſuper eo qu. 14. ſub n. 16. de appell. Guid. Pap. deciſ. 10. ſi iudex pronunciet num. 1. & deciſ. 75. ſed circa hoc ſub num. 2. & tract. de appell. quæſt. 60. numero 45. tomo 5. fol. 59. Rebuff. tractat. de ſent. execut. art. 10. gloſſ. 1. numero 9. verſic. octauo, tomo 1. fol. 404. Mynſing. in ſingul. obſeru. cent. 3. obſer. 35. appellatio, numero 1. & Fulu. Paccian. tract. de probat. lib. 1. cap. 58. numero 47. & de communi* teſtantur Becc. conſil. 21. dubitatum fuit, in fine, numero 42. conſil. 31. quod appellari, num. 2. & 3. lib. 1. Roll. à Vall. & Maſuer. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. capit. 101. numero 18. & tenui eod. lib. 1. cap. 97. ſub numero 58. &, loquendo in cauſſa poſſeſſoria, ſcribit Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 99. numero 822. & 823. verſic. declaratur primo.

Ratio huius exemplificationis eſt, quia, ſi iudex pronuntiat, ſe non eſſe iudicem, per eiuſmodi interlocutoriã non ſperatur alia, & ſi pronuntiat, ſe eſſe iudicem, non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, quia ſtatim ſequitur coactio, & executio: talis enim coactio litigandi coram non ſuo iudice non benè poteſt poſtea reparari, Bart. & Bellam. in locis ſupra proxime citatis, & quod, lata pronuntiatione ſuper competentia, vel incompetentia, non expectetur alia ſententia, ſcribit Rebuff. in loco ſupra proxime citato, & quod aſſerat grauamen, quod non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, & ideò concedatur appellatio, deducunt Rol. à Vall. conſ. 33. articulus, num. 1. in fine, numero 2. & 7. lib. 4. Becc. d. conſil. 31. numero 2. & 3. & quod debeat poſſe appellari, ne iudices incompetentes trahant ad ſe omnes cauſſas, refert & ſequitur Ruginell. tract. de appel. §. 2. c. 3. in verbo, competentia, ſub n. 186. fol. 84.

48 Hæc exemplificatio (loquendo in iudicio petitorio) & ſi in vtroq; caſu communiter teneatur, & vera ſit ratio in caſu, quo iudex pronuntiat negatiuè, ſe non eſſe competentem, quia tunc, cum non expectetur alia ſententia, poteſt appellari, vt retuli, & ſequutus ſum etiam infra lim. 47. memb.... num.... tamen ratio, quam Bart. Bellam. Rol. à

Vall.

Vall.& Franc. Becc. ſupra citati aſſignant in altero caſu, quando pronunciat affirmatiuè, ſe eſſe competentē, mihi nunquam ſatisfecit, quia licet coactio rei conuenti ad litigandum non poſſit formaliter reparari per appellationem à diffinitiua, quia ſicut tortus, quamuis deinde appellet à ſententia diffinitiua, non poteſt reparare, quin fuerit tortus: ſic etiam is, qui fuit coactus litigare, quamuis appellet à diffinitiua, non poſt reparare, quin fuerit coactus, quia non poteſt fieri, vt quod factum eſt, non fuerit factum; tamen (quicquid ſit in tortura, cuius damnum non habeat idoneam reparationem) ſatis eſt, quod illa coactio ad litigandum poteſt reparari per idoneum æquipollens, videlicet, ſi aduerſarius condemnetur ad expenſas, damna, & intereſſe; quod ſi aliter diceremus, reus poſſet à qualibet citatione appellare, quia, dum citatur ad conteſtandum litem, ad videndum ſibi præfigi dilationes, ad iurandum, ad declarandum, & ad ſimilia, ſemper cogitur litigare; immo etiam in quolibet iudicio poſſeſſorio concedenda eſſet reo appellatio, ex quo illa coactio ad litigandum de poſſeſſione non poteſt per appellationem deuolutiuam, aut in iudicio petitorio formaliter reparari, & proinde, ſi vera eſſet hæc ratio, deſtrueretur theorica, & praxis, qua reo, citato, & condemnato in mero poſſeſſorio denegatur appellatio.

49 At in iudicio poſſeſſorio videtur indiſtinctè dicendum hanc exemplificationem non eſſe veram, quia ſi non datur appellatio ab ipſa ſententia diffinitiua, eo quia eius præiudicium poteſt reparari in iudicio petitorio; multo minus dari debet ab interlocutoria, quæcunque illa ſit, dummodo non tangat de dominio, quia ſi poteſt reparari præiudicium diffinitiuæ; neceſſe eſt vt poſſit reparari interlocutoriæ, quæ eſt in ordine ad diffinitiuam; & ita ſeruandum eſt in praxi, quicquid ſcripſerit Menoch. citatus *ſupra ſub n.47.*

50 Retenta tamen exemplificatione in petitorio iudicio, & in his caſibus, in quibus procedere poteſt.

Extende primo eam, vt ſit vera etiam de iure ciuili, quia etiam de iure ciuili poteſt ab eiuſmodi interlocutoria appellari, *Bar. in d.l.2. numero 13. ff. de appell. recip. Bellam. d. cap. ſuper eo, ſub numero 16. quæſt.14. de de appellat. Franch. in cap.7. ſi duobus, ſub numero 22. ibi, ſecundo quæritur quid ſi iudex eod. tit. & Guid. Pap. d. deciſ.10. numero 1. & deciſ.75. ſub numero 2.*

51 Extende ſecundo, vt procedat non ſolum quando iudex pronuntiat expreſsè ſe competentem, ſed etiam quãdo pronuntiat tacitè per proceſſum ad vlteriora, quia pars poteſt appellare, *vt ex Franch. Becc. teſtante de communi opin. in locis citatis ſupra, ſub n.47. retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1. c.101. n.18.*

Extende tertio, vt in tantum poſſit appellare, vt teneatur appellare, alias, non appellando ab interlocutoria lata ſuper competentia, talis interlocutoria tranſit in rem iudicatam, *Franch. in cap.7. ſi duobus ſub num.22. verſ. ſecundo quæritur quid ſi iudex, de appell. Rolan. à Vall. conſil. 33. articulus iſte, num.5. lib.4. & Franc. Becc. conſil.31. quod appellari, n.3. in fine, & n.6. lib.1.*

Amplia hanc extenſionem vt procedat etiamſi Iudex per proceſſum ad vlteriora tacitè pronuntiauerit ſe eſſe iudicem competentem, quia, non appellando, talis ſententia tranſit in rem iudicatam, & tenet iudicium, *Dec. in conſil.107. in cauſſa quæ nomine, in principio, & Becc. d. conſ.31 ſub n.6. lib.1.*

52 Declara eandem tertiam extenſionem, & ampliationem, diſtinguendo tres caſus principales.

Primus caſus eſt; quando is, qui pronũtiat, ſe eſſe competentem iudicem, nullius generis iuriſdictionem habet: & iſto caſu concludo extenſionem, eiuſque ampliationem non eſſe veras, quia ſiue pars appellet, ſiue non ſiue oppoſuerit de incompetentia, ſiue non, ſiue iudex pronuntiauerit tacitè, ſiue expreſsè, totum id, quod facit, eſt ipſo iure nullum, *Innoc. in capit.20. ſuper literis, numero 5. verſic. forſan in fine, de reſcript.* dicens, quod ſi nullam haberet iuriſdictionem, non teneret ſententia, qua pronuntiaret ſuam iuriſdictionem, *& ſub numero 7. verſic. & ſi quæratur*, dicens, melius dici, quod non teneat ſententia, & ex Innoc. refert, & ſequitur Afflict. *deciſ. 354. in cauſſa reuocationis, numero 14. verſic. nec obſtat*, dicens, quod ſententia, lata à iudice omnino incompetenti, qui pronuntiauerit ſe competentem, non poteſt facere eum iudicem, qui non eſt, etiam quod pars non appellauerit, *& ſub numero 15. verſic. interdum apparet*, dicens, quod ſententia & proceſſus eſt nullus, ſi apparet, iudicem eſſe omnino incompetentem in illa cauſſa, & pronuntiauit ſe competentem.

53 Comprobatur concluſio huius primi caſus, quia ſi literæ impetrationis iudicis non ſint literæ Principis, ſed ſint falſæ, & iudex delegatus earum vigore proceſſerit, proceſſus eſt nullus, & ſemper poteſt obijci, quia ſemper obijcitur exceptio falſi, *Bart. in repetitione l.2. ex quacunque, ſub numero 16. verſic. breuiter vos domini, ff. ſi quis in ius voc. non ier.* & in iſto exemplo loquitur Innoc. ſupra citatus.

54 Secundus caſus eſt; quando habet aliquam iuriſdictionem, & ideo iudex eſt, ſed tamen eſt omnino, & ipſo iure incompetens: & in iſto caſu Franch. *in cap.7. ſi duobus, ſub numero 30. verſic. ex quibus omnibus, de appellat.* facit vnam longam diſtinctionem, quam omitto, quia iudicio meo melius tractatus conſtituendo vnam certam concluſionem, & eiuſdem ampliationes, & declarationes: Concludo ergo in iſto caſu, quod ſi iudex pronuntiat expreſsè, ſe eſſe competentem, pronuntiatio tenebit, & tranſibit in rem iudicatam, ſi non fuerit appellatum, & proceſſus, & ſententia erunt validi, & ita procedat tertia extenſio, *Innoc. in d. cap. ſuper literis, ſub numero 5. verſic. forſan*, dicẽs, quod, ſi opponitur contra literas de falſa ſuggeſtione, vel veritatis ſuppreſſione, non per hoc negatur iuriſdictio, quia etiam per tales literas datur iuriſdictio, & ideò ſententia, quam hic iudex tulerit, faciet ius inter partes, niſi appelletur, *et ſub numero 7. ibi, ſed debes reſpondere*, dicens quod, cum hic verè ſit iudex, bene tenet ſententia, *et in capit.2. præterea, numero 1. in fine, verſic. ſed ſi poſtquam, de dilat.* dicens, quod pronuntiatio, quod ſit ſua iuriſdictio, procedet in principali, nec poſtea poterit obijci, quod ſententia ſit lata à non ſuo iudice, cum ſit ſuper hoc iudex, ſcilicet, quod cognoſcat, ſi ſua eſt iuriſdictio, & cognouit, & ſententiauit, & non eſt appellatum, *Bart. in d.l.2 ſub numero 7. in fine*, dicens, quod ſi iudex pronuntiauit ſe competentem, talis ſententia faceret ius, nec poſtea poſſet diſputari de errore, vel dubietate partium, *Franch. in d.c.7. ſi duobus ſub numero 22. ibi, ſecundo quæritur, de appellat.* dicens, quod valeret proceſſus in cauſſa principali, poſito quod iudex aliter non fuiſſet iudex competens, & poſito, quod contumax non cenſeatur prorogare iuriſdictionem, nec in iudicem conſentire, quia fallit, inquit, quando iudex pronuntiat expreſſe ſe competentem, & ideò refert, & ſequitur, valde de vtile eſſe, quod ſemper iudex pronuntiet expreſſe ſe iudicem competentem, *ſub numero 30 verſic. ex quibus omnibus*, dicens, quod ſi iudex eſt omnino, & ipſo iure incompetens, & proceſſus ſit contra præſentem, vel contumacem, in quo proceſſu iudex expreſsè pronuntiauerit ſe iudicem competentem, & à tali interlocutoria non fuerit appellatum, non poterit, inquit de cætero amplius dici de incompetentia, *et Iaſ. in d.l.2. num.39. verſic. in quarta parte, ff. ſi quis in ius voc. non ier.* dicens, quod ſi partes citentur coram iudice non ſuo, & nihil opponant, valebit proceſſus, eo quia per tacitum conſenſum intelligitur prorogata iuriſdictio adeo,

quod

Digitized by Google

quod non poteſt amplius de incompetentia opponi.

55 Comprobatur concluſio huius ſecundi caſus, quia licet contra literas impetrationis iudicij obijciatur exceptio falſi, non quod ipſæ literæ ſint falſæ, ſed quod in eis narratum ſit mendacium à parte, quæ eas impetrauit, tamen iudex per tales literas habet ipſo iure iuriſdictionẽ, *Bart. in repet. d. l. 2. n. 16. in fine, ff. ſi quis in ius voc. non ier. & Innoc. in d. cap. ſuper literis, num. 5. verſic. forſan, de reſcrip.* dicens vlterius, quod ſententia, quam tulerit, ius faciet inter partes, niſi fuerit appellatum.

56 Amplia primo concluſionem huius ſecundi caſus, vt procedat etiam ſi proceſſus fieret contra contumacem, quia illa pronuntiatio facit ius inter partes, & cætera illius iudicij procedunt, *Bart. in d. l. 2. ex quacunque, n. 8. verſic. ſed quæro quid ſi proceſſum, ff. ſi quis in ius voc. non ier. & Franch. in d. c. ſi duobus, ſub n. 22. quem citaui, & ſequutus ſum ſupra n. 54. verſic. ſecundus.*

57 Amplia ſecundo concluſionem huius ſecundi caſus, vt ſit vera, etiamſi iudex pronuntiauerit tacitè per proceſſum ad vlteriora, & ita procedit ſecunda extenſio, poſita *ſupra n. 51.*

58 Declara primo, hanc ampliationem eſſe veram, ſi partes comparuerunt, & ſciuerunt, illum non eſſe iudicem, quia tunc videntur prorogare illius iuriſdictionem, *Bart. in l. 2. ex quacunque, ſub n. 7. verſic. procedo, in gloſſ. & in repetitione ſub num. 5. verſic. ſed iuxta, hoc quæro, & Iaſ. ſub num. 39. limit. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Franch. in c. 7. ſi duobus, col. penult. ſub num. 30. ibi, aliquando, & quarto, de appellat.*

Secus ſi partes ignorauerint, ſeu dubitauerint, quia tunc non videtur prorogata iuriſdictio, *Bar. & Iaſ. vbi ſupra.*

59 Declara ſecundo, veram eſſe, quando proceſſus ſit contra præſentem, qui opponit de incompetentia, quia iſto caſu iudex, procedendo ad vlteriora, cenſetur tacitè pronuntiaſſe, ſe eſſe competentem, *Franch. in d. cap. ſi duobus, ſub n. 30. verſic. ex quibus, ibi, aliquando & tertio proceſſus, de appell. Dec. in conſil. 107. in cauſſa quæ nomine, in principio, Gabr. in concl. lib. 2. tit. de except. concl. 1. n. 2. ampl. 1. & n. 6. & Becc. conſ. 31. quod appellari, ſub n. 6.*

Secus ſi procedat contra contumacem, *vt in ſeq. 3. declarat.*

Contra hanc declarationem (quod enim requiratur declaratio expreſſa, & proceſſus ad vlteriora non ſufficiat) tenent Anton. de Butr. *in cap. 20. ſuper literis, col. 21. de reſcript. & Paul. de Caſtr. in d. l. 2. ex quacunq;* quos ibidem in effectu refert, & ſequitur Iaſ. *ſub n. 45. verſ. iuxta prædicta, & n. 46. ff. ſi quis in ius voc. non ier.*

Nec obſtat, quod iudex, procedendo ad vlteriora, cenſetur reieciſſe exceptiones dilatorias oppoſitas, & iſta ſit dilatoria, quia reſpondet Iaſ. *vbi ſupra*, quod hoc procedit in alijs exceptionibus dilatorijs, quia in illis conſtat iam, iudicem eſſe iudicem, ſed in exceptione incompetentiæ dubitatur, an ſit iudex, ideò ratione incertitudinis proceſſus redderetur nullus, niſi prius pronuntiaret ſe competentem, dato etiam, quod eſſet competens.

60 Retenta declaratione, quæ videtur communis, quando proceditur contra præſentem, qui opponit de incompetentia.

Subdeclara eandem ſecundam declarationem, vt ſit vera quando iudex de oppoſita incompetentiæ exceptione cognouit: alias ſi non cognouiſſet, non cenſeretur pronuntiaſſe ſuper ea, & ideò proceſſus foret nullus, *Iaſ. in d. l. 2. ſub n. 46. verſus finem, & Franch. in c. 67. ex parte M. ſub n. 9. ibi, ideo ſi quæſtio emergens ſit ſuper iuriſdictione, & in d. c. ſi duobus, col. penult. ſub n. 30. ibi, intellige quando iudex de exceptione cognouit, de appell.* vbi ſic declarat Innocentium *in c. 2. præterea, de dilat.*

Confirmatur hæc ſubdeclaratio, quia ſi iudex, exceptione oppoſita, procedat incontinenti ad vlteriora ita, quod de illa exceptione in tanta temporis breuitate veriſimiliter cognoſcere non potuerit, dicetur ſuper ea non pronuntiaſſe, & conſequenter proceſſus, ſeu actus geſtus per iudicem dicetur nullus, vti factus ſine cauſſæ cognitione, quæ eſt de ſubſtantialibus iudicij, Franch. qui generaliter loquitur in qualibet exceptione, *in d. c. 67. ex parte, ſub num. 10. ibi, ſuper hac difficultate poteſt ſic concludi*, & vide *infra limit. 47. princip. mem. 1. num. 96. & ſeqq. & in ſpecie, n. 99.*

61 Declara tertio limitando, non eſſe veram, quãdo proceſſus ſit contra contumacem, & iudex non pronuntiat expreſsè ſe iudicẽ competentem; quia tũc per proceſſum ad vlteriora non cẽſetur pronuntiaſſe ſuper competẽtia, & ideò proceſſus eſſet nullus, ex quo iudex erat ipſo iure incompetens; nam iſto caſu contumax non cenſetur conſentire in iudicem, ſeu prorogare illius iuriſdictionem, *Bar. in dicta, l. ſecunda, ex quacunque, ſub nu. 8. ibi, ſed ſi hoc non pronuntiaret, & Iaſ. num. 39. limit. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Franch. in d. c. 7. ſi duobus, ſub num. 30. ibi, aliquando & ſecundo proceſſus, & ſub num. 22. verſus finem, de appellat. & Gabr. in concluſ. 2. tit. de except. concl. 1. n. 7. verſ. ſecus vero.*

62 Amplia hanc declarationem, vt procedat etiam quando proceſſus ſit contra præſentem, nihil excipientem de incompetentia, quia tunc proceſſus non valet, ex quo non cenſentur tacitè pronuntiatum ſuper competentia per proceſſum ad vlteriora, cum de ea non fuerit oppoſitum, *Franch. d. cap. ſi duobus, ſub num. 30. ibi, aliquando & quarto proceſſus.*

† Hoc tamen intelligitur procedere in ordinario, ſecus in delegato, *l. priuat. ff. de Iuriſd. om. Iud.*

Limita eandem ampliationem, vt non procedat quando iuriſdictio eſſet prorogabilis, & fuiſſet ſcienter litigatum, *Franch. vbi ſupra.*

64 Declara quarto, vt non procedat, quando iuriſdictio eſſet omnino improrogabilis, vt puta, quia ſit iudex ſecularis, & agatur de cauſſa clerici, quia tam pronuntiatio ſuper competentia, quam proceſſus, qui fieret, eſſent nulli, quia clericus nec expreſsè, nec tacitè poteſt conſentire, ſeu prorogare iuriſdictionem iudicis laici, *c. 4. at ſi clerici, de iudic.* & de materia huius declarationis latè egi *ſupra lib. 1. c. 11. n. 36. 38. & ſeqq.*

65 Tertius caſus eſt; quando iudex eſt ipſo iure competens, ſed eius iuriſdictio poteſt per exceptionem elidi: & iſto caſu, quem ponit Franch. pro ſecundo caſu *in d. cap. ſi duobus, ſub num. 30. verſic. ex quibus omnibus, de appellat.* concludo, pronuntiationem expreſſam ſuper competentia nullo caſu eſſe neceſſariam, & tacitam per proceſſum ad vlteriora ſemper ſufficere, & eſſe appellandum, *Franc. ſub d. n. 30. verſus finem, ibi, ſecundo caſu principali.*

66 Limita eandem ſecundam exemplificationem poſitam *ſupra n. 47.* vt non procedat, quando, orta diſcordia inter duos iudices ordinarios, vel delegatos, ſuperior, vel arbitri electi ſuper iſta diſcordia pronuntiant, quis eorum ſit competens, quia ab hac pronuntiatione partes non poſſunt appellare, *Angel. in l. 2. num. 8. verſic. & an ab hac, ff. ſi quis in ius voc. Paul. Ant. del Bene. ſing. 13. a ſententia, & alij, quos refert, & ſequitur Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 188.*

67 Exemplifica tertio eandem declarationem, ſeu verius irreparabilitatem grauaminis, de qua *ſup. num. 39. in fine, verſic. tertio poteſt*, vt non procedat in interlocutoria, qua iudex pronuntiat, procuratorem non eſſe, vel eſſe legitimum, quia ab iſta interlocutoria datur appellatio, *Bart. in dicta l. 2. num. 15. verſ. tertio quia, ff. de appellat. recip. vel non, Bal. in d. l. 2. n. 14. verſ. octauo quæritur, C. de epiſc. aud. Bellam. in cap. 12. ſuper eo, q. 15. ſub num. 16. de appell. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 99. num. 824. verſ. declaratur,*

ſecun-

ſecundo, Fulu. Pacc. tract. de probat. lib. 1. c. 58. num. 47. Contar. in l. vnica, lim. 5. ſub numer. 13. verſ. reliquum eſt, C. ſi de mom. poſſ. & quod detur appellatio, quando iudex non admittit procuratorem, ſcribit Rug. *tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 63. fol. 74.* & quod licite appelletur, ſi non admittitur exceptio, quod procurator non habet legitimum mandatum, probat tex. *in cap. 48. ſignificauit, de appellat. & ibi Doct. in ſummario.*

Procedit hæc reſtrictio etiam de iure ciuili, *Bar. in l. 2. q. 3. num. 15. de appellat. recip. vel, non quem referunt, & ſequuntur Bellam. c. 12. ſuper eo, quæſt. 15. ſub n. 16. & Franch. in cap. 67. ex parte, not. 5. num. 4. in fine, & num. 5. de appellat.*

Ratio eſt, quia ſi pronuntiat, non eſſe procuratorem, non ſperatur alia diffinitiua, ſi vero pronunciat, eſse procuratorem, & non ſit, ex hac pronunciatione, & non efficitur, & conſequenter acta cum eo non præiudicant domino, vnde aduerſarius remanet grauatus in hoc, quod ex actis nullis non poteſt vincere, & hoc grauamen non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, *Bart. & Bellam. ſupra citati.*

68 Exemplifica quarto, vt non habeat locum in interlocutoria, qua iudex pronuntiat, tutorem eſse, vel non eſse legitimum, quia datur appellatio, *Bart. in d. l. 2. ſub num. 15. verſ tertio quia, ff. de appellat. recip. vel non. Bal. d. l. 2. num. 14. verſ. octauo quæritur, C. de epiſc. aud. Bellam. d. cap. ſuper eo, quæſt. 15. ſub num. 16. de appell. Signorol. conſil. 14. num. 5. Menoch. tract. de adipiſc. poſſeſſ. rem. 4. q. 99. nu. 824. & 825. & Fulu. Pacc. tractat. de probat. lib. 1. cap. 58. ſub num. 47.* & quod detur appellatio, ſi iudex non admittit tutorem, refert, & ſequitur Rugin. *tract. de appell. §. 2. cap. 3. num. 63 fol. 74.*

69 Declara hanc exemplificationem, vt non procedat quando iudex, pronuntiando eſse tutorem, adijceret, decernens ratum eſse, quod eo auctore factum erit, quia iſto caſu non poteſt appellari, ex quo non grauatur, quoniam valent geſta per eum, *Bar. & Bellam. ſupra citati, et Benint. deeiſ. 79. mota lite, verſus finem, ſub n. 10.*

Infero ex hac declaratione, quod ſi tu agis contra me, & ego nomino Titium in patronum principalem, & tu opponis, dictum Titium non eſse admittendum, & iudex pronuntiat, eſse admittendum, tu non potes appellare, quia acta, quæ tu facies contra Titium, ſine dubio valebunt contra me, & ſic ceſsat grauamen, *Benint. d. deciſ. 79. mota lite, verſus finem.*

70 Exemplifica quinto in interlocutoria, qua pronuntiatur ſuper idoneitate fideiuſſionis, quia datur appellatio, *Bart. in d. l. 2. ſub num. 15. ff. de appell. recip. Contar. in l. vnica, lim. 5. ſub n. 13 C. ſi de mom. poſſ. Fulu. Pacc tract. de probat. lib. 1. c. 58. ſub n. 47.* & quod ſi iudex pronuntiet fideiuſsores idoneos, & nõ ſint, poſſit appellari, ſcribit Guid. Pap. *deciſ. 75. ſed circa, ſub n. 2.* & quod, ſi pronuntiet, eſse idoneos, grauamen dicatur irreparabile, & poſſit appellari, ſcribit Rebuff. *tract. de ſent. execut. art. 10. gl. 1. num. 5. verſ. quarto, tom. 1. fol. 403.*

71 Exemplifica ſexto in interlocutoria, quia iudex pronuntiat, pecuniam eſse ſoluendam minori ſine tutore, *Guid. Pap. d. deciſ. 75. ſed circa, ſub n. 2.* ſeu ſine curatoribus, *vt loquitur Rebuff. tract. de ſent. exec. art. 10. gloſſ. 1. n. 5. verſic. quarto, in fine, tom. 1. fol. 403.*

72 Exemplifica ſeptimo in interlocutoria, qua iudex pronuntiat, principalem comparentem non habere, vel habere legitimam perſonam ſtandi iudicio, quia datur appellatio ſecundum Bal. *in d. l. 2. numero 14. quæſt. 8. de epiſc. audien. Grauat. in annot. ad prax. Veſtr. lib. 3. cap. 10. ſub num. 6. fol. 68.* & Menoch. qui loquitur generaliter *d. quæſt. 99. in fine, num. 825.* & quod ab interlocutoria, lata ſuper legitimatione perſonæ actoris, poſſit appellari, refert, & ſequitur Fulu. Paccian. *tra at. de probat, libr primo cap. 58. ſub numero 47.*

Ratio eſt, quia interlocutoria ſuper legitimatione perſonæ, dicitur continere damnum irreparabile, *Rebuff. tractat. de ſent. execut. art. 10. gl. 1. n. 5. verſic quarto, tom. 1. fol. 403. & Contar. in l. vnica, limit. 5. numer. 13. verſ. reliquum eſt, C. ſi de mom. poſſ.* nam ſi iudex pronuntiat, habere legitimam perſonam, & non habet, aduerſarius, quamuis vincat, non vincit, quia acta ſunt nulla, *vt dixi ſupra num. 67. in fine.*

Declara iſtam exemplificationem, vt non procedat, quando quis eſt minor, ſed tamen iudex ex falſis probationibus per minorem factis pronuntiat, eum eſſe maiorem, & debitor, credendo, & acquieſcendo huic pronuntiationi, ſoluit illi minori, quia licet minor conſumet pecunias ſolutas, tamen debitor non poteſt amplius conueniri; & ſimiliter, ſi curator ignoranter credidit pronuntiationi, ideoq; rationem reddidit, amplius eo nomine conueniri non poteſt, *l. 33. minor 25. annis, ff. de minor. 25. ann.* Vnde, cum iſti non remaneant grauati hoc decreto, quia debitor rectè ſoluit, & curator poteſt ſine ſuo damno ceſſare ab adminiſtratione, non poſſunt appellare, *Bar. in d. l. 2. n. 15. verſ. tertio, in fine, ff. de appell. recip.*

Subdeclara hanc declarationem ex his, quæ dixi *num. ſequenti.*

73 Extende eandem exemplificationem, vt habeat locum non ſolum, quando ſuper legitimatione perſonarum pronuntiatur in litis ingreſſu, ſed etiam quando pronuntiatur in executione, quia adhuc poterit appellari, per ea quæ ſcribit Bal. *in l. fin. num. 5. verſic. quæro quomodo, C. de fideicomm. libert.* dicens, quod licet confeſſus non poſſit obijcere de non ordine iudicij; tamen poteſt obijcere, quod perſona non eſt legitima in iudicio, & nota, inquit, quod lex in appellatione non conſiderat intereſſe, ſed quod quædam iniuria fit ei, cui non ſeruantur præcepta legum, vnde quod dicitur (non ſolent audiri appellantes, niſi quorum intereſt) debet intelligi, niſi contra eos ſit proceſſum præter legis diſpoſitionem, & hanc doctrinam ſumpſit Bal. ex textu ſatis notabili *in l. 7. ait prætor, verſic. permittitur etiam, ff. de minor. 25. annis,* vbi habetur, quod ſi prætor decernat, ſoluendam pecuniam minori ſine curatoribus, quamuis debitor allegauerit, creditorem eſſe minorem, debitor erit ſecurus, ſed, ſi nollet ſoluere, poſſet quaſi aduerſus iniuriam appellare, hancque doctrinam cenſeo propterea habere locum, etiamſi debitor eſſet obligatus in forma cameræ, & quamuis debitor ſit plenè conuictus, & confeſſus, & cẽſeo, quod appellatio eſſet admittenda, etiam ad effectum ſuſpẽſiuum, & ſic nota, quod quis iſto caſu poteſt appellare, quamuis ſua non interſit, & iudex appellationis, vt inquit Bal. reuocabit præceptum tanquam non rite interpoſitum.

Subreſtringe tertio eandem reſtrictionem poſitam *ſupra n. 28.* vt non procedat in poſſeſſorio ſummariſſimo, quia à ſententia in eo lata non datur appellatio, per ea quæ ſcripſi *ſupra memb. 2. n. 1.* & tamen illa non eſt ſententia diffinitiua, Ioſ. Cum. *ſuper ritib. Sicil. c. 38. n. 112* immo eſt mera interlocutoria, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra memb. 4 n. 20. extenſ. 8.*

Subreſtringe quarto, vt non procedat, quando inter-
74 locutoria tangit negotium principale, quia ab ea non poteſt appellari, *Contar. in l. vnica, limit. 5. numero 7. verſicul. limita ſecundo, C. ſi de mom. poſſ.* & in his terminis loquuntur Bal. Menoch. & Rot. *diuerſ. quos citaui ſupra numer. 32.*

Contra iſtam ſubreſtrictionem de diametro videntur tenere Rebuff. *tractat. de ſent. execut. artic. 10. gl. 1. num. 4. verſic. tertio, tom. 1. fol. 403.* & Grauat *in annot. ad prax. Veſtr. lib. 3. cap. 10. ſub num. 6.* dum ſcribunt, quod ſi iudex pronuntiat, aliquem eſſe minorem, vel maiorem, prodigum, vel alias inhabilem, poteſt appellari, quia ex

toto

toto annullatur actus,& tangit factum principale.

Non diſcedo à ſubreſtrictione,quia,quod ſcribunt Rebuff.& Grauat.poteſt procedere in interlocutoria,lata in cauſſa petitorij.

Amplia has omnes ſubreſtrictiones, vt in earum caſibus appellatio intelligatur prohibita tam ad effectum ſuſpenſiuum, quam ad effectum deuolutiuum, quia ſatis eſt,quod appellatio ad effectum deuolutiuum concedatur à ſententia diffinitiua, & quod in illius appellatione poſſit reparari damnum interlocutoriæ, ſicut ſi appellaretur ab ipſa interlocutoria.

De interlocutoria, quia iudex pronuntiat, eſſe procedendum ad vlteriora,vide *infra lim.47.memb.1.n.94.verſ. exemplifica ſecundo*.

Et quid in caſu contrario, quando pronuntiat, non eſſe procedendum, vide *in eadem limitat.47. membr.1. numero 190.*

An cauſſa grauaminis ſit exprimenda in appellatione ab interlocutoria, & an appellatio debeat iuſtificari ex cauſſa expreſſa,vide *infra n.106. & 112.*

75 Reſtringe IV. quando fertur ſententia ſuper inepto libello in fauorem libellantis, quia tunc poteſt appellari, *Nicell.tract.de concord.gl.concord.6.fall.6.verſ.octauo,ſub n.26.tomo 18.fol.191.*

76 Reſtringe V.quando ſententia fuiſſet lata per iniuriam ſeu dolum,quia tunc poteſt appellari, *Bal.conſil.217.verba libelli,in fine,ſub numero 9.verſic.concludendo,lib.2.Nicell.de concor.gl.concor.6.fall.6.verſic.nono,ſub numero 26. fol.191. Rebuff.tract.de ſent.exec.art.9. gloſſ.5. numero 9. verſ.fallit quando, tomo 1.fol.401. Maran.in ſuo ſpec.parte 6.act.2.princip.in verbo,& quandoq;appellatur,lim.10. nu. 315.folio 506. late Contar.in l.vnica,lim.10. numero 1.C.ſi de mom.poſſ.*& quod à lege,ſeu ſtatuto,ſublata appellatione,non cenſeatur prohibita facultas appellandi, vbi aut dolo iudicis,aut etiam partis ſententia lata extitit,refert, & ſequitur Breder. *tract.de appel.parte 1.tit. 11. in verbo lex,col.23.& ante eum Contar.d.lim.10.n.3.*

Comprobatur hæc reſtrictio,quia licet à ſententia iudicis, cui de communi partium conſenſu ſit commiſſa cauſſa cum clauſula(*appellatione remota*)non poſſit appellari, quaſi propter excellentiam ipſius iudicis, iuxta ea, quæ ſcripſi *quæſt.præced.lim.1.numero 20. verſic.extende ſexto*, tamen, ſi iſte iudex pronuntiet dolo malo, poterit appellari,*vt ex.Bal.refert & ſequitur Contar.in d.l.vnica, lim.10.ſub n.1.& 2.C.ſi mom.poſſ.*

77 Extende primo hanc reſtrictionem,vt habeat locum etiamſi ſententia ſit lata per latam culpuam, quia æquiparatur dolo,*Contar.d.lim.10.numero 1.et ſub numero 2.ibi tantundem erit.*

78 Extende ſecundo, vt poſſit appellari etiam poſt lapſos decem dies, quia talis ſententia, lata per dolum iudicis, nunquam tranſit in rem iudicatam,*Contar.d.lim.10.nu.7. verſ.quinimo etiam.*

Dolus iudicis quomodo probetur dixi *lib.præc.c.2.ſub numero 438.verſ.ſed dolus.*

79 Reſtringe VI. vt non procedat, quando ſententia eſt euidenter iniuſta, quia tunc poteſt appellari etiam à ſententia meri poſſeſſorij, *Bal.in l.vnica, colum.2.numero 5. verſ.denuo quæro, C.ſi de mom.poſſ.Abb.conſ.55. in cauſſa quæ, paulo poſt principium, lib.2.Maran.in ſuo ſpec.parte 6. act.2.princ.in verbo, & quandoque appellatur lim.6.numero 311.ſol.505.Veſtr.in prax.lib.7.cap.3.verſ.at vbi,ſub numero 6.ibi,idem ſi conſtaret, ſol.195. Lancell. tractat.de attent.parte 2.cap.12.limit.25.princ.numero 15.verſ.ſecundo, fol.372. Achil. Perſon.tractat.de adipiſc. poſſ.ſub numero 347.verſic.præterea dato, tomo 3.parte 2.fol.269. Io.Bapt. Pontan.tract.de ſpol.lib.4.c.3.numero 50.verſ.quocunque, fol.306.* dicens, quod reſpectu notoriæ iniquitatis non intelligitur vnquam prohibita appellatio,*late Contar.in l. vnica,lim.9.numero 2.C.ſi de mom.poſſ.Et eſt de mente Bartoli,in l.2.numero 5.in vltim. verbis,ibi,præterea video,ff.de appell.recip.*dicens,quod poſſum appellare,ſi contra iuſtitiam auferatur mihi ius poſſeſſionis, &, loquendo de ſententia,qua pronuntiatur, hæredem ſcriptum eſſe mittendum in poſſeſſionem,ſcribunt Zucch. *in l.fin.numero 447. C.de edic.diu.Adr.toll. Menoch.tractat.de adipiſc. poſſ.rem. 4.quæſt.100.declar.2 num. 850.& Achil.perſon.d.tractat. de adipiſc.poſſ.ſub n.334.verſ.ego autem, fol.268.in fine,& 269.*dicens, quod ſi poſt latam ſententiam de immittendo hæredem in poſſeſſionem,non citato contradictore, comparet contradictor ante executionem ſententiæ, id eſt,ante miſſionem in poſſeſſionem,& incontinenti,probaret de iure ſuo,tunc iudex tenetur illum admittere, & ſi non admittit poteſt ille appellare à non admiſſione, cum dicta pronunciatio ſit euidenter nulla, & iniqua, & ſcripſi *ſupra mem.4.num.106.* &, loquendo de notorio, à quo eſt prohibita appellatio, ſcripſi *ſupra lim.4. num.99.*

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia diſpoſitio generalis non trahitur ad ea,in quibus eſt euidẽs,iniquitas,*Crauet. conſ.3.iudex habens,numero 18.verſ.vndecimo facit*,quare, reiecta appellatione,non cenſetur reiecta,quando euidẽter, conſtat de iniquitate ſententiæ, Contar. qui plures citat *in l.vnica, limitat.9. numero 4.verſic.monetur, Cod.ſi de mom.poſſ.* nam illa præſumptio, quod quis appellet,vt impediat, & differat executionem, ceſſat quoties grauamen eſt notorium,*Contar.d.limit.9.numero 14.verſ.horum autem*,& facit,quod ſcripſi *infra q.19.rem.1.concl.4.n.26. verſ.comprobatur primo.*

80 Extende primo iſtam reſtrictionem,vt procedat etiã ſi ſtatutum tolleret appellationem,& nullitatem,*Achil.perſon.tractat.de adipiſc. poſſ.ſub numero 347. verſic.pręterea, verſus finem, ſol.270.* & quod procedat etiam ſi ſtatutum prohiberet appellationem, refert, & ſequitur Contar. *in l.vnica,lim.9.numero 6.verſ.idque procedit, C.ſi de mom. poſſeſſ.*

81 Extende ſecundo, vt poſſit etiam implorari officium iudicis, & impediri executio ſententię, quando ſententia eſt euidenter iniuſta, *vt refert, & ſequitur,& remiſſiuè declarat Contar.d.lim.9.numero 11.& 13.verſ.& quia* poteſt enim, & debet ſuperior per officium ſuum emẽdare omnem ſententiam,quæ continet manifeſtam inquitatem, etiamſi ſit ab arbitris lata, cui alias ſit ſtandum, *Contar.d. lim.9.n.18.*

Sententia quando dicitur notoriè,& euidenter iniuſta vide Franch.*in capit.63.dilecto, q.55.numero 153.& ſeqq. de appellat.& Contar.in l.vnica, limit.9.numero 34.C.ſi de mom.poſſ.* Et quando dicatur iniuſta, ſed non euidenter & notoriè iniuſta,vide eundem Contar.*ead.lim.9. nu.50.& ſeqq.*

82 Reſtringe VII. vt non procedat, quadno ſtatutum ſeu conſuetudo aliter diſponeret, *Nicell.tractat. de concord.gloſſ.concord.6.fallen.6.verſ.undecimo,ſub numero 26. ſol.192.* adde quæ ſcripſi *ſupra membr.4. ſub numero 30. verſ.reſtringe.*

83 Reſtringe VIII.vt non procedat, quando appellatus conſentit appellationi, quia tenet appellatio,*ut ſcribit, et comprobat Nicell.d.fall.6. num.27. uerſic.duodecimo, ſolio 192. et Contar.in d.l.unica, q.22.ſub numero 2.et ſeqq.C.ſi de mom.poſſ.*

84 Declara primo iſtam reſtrictionem, vt ſi pars appellet à ſententia quatenus contra, & poſtea pars appellata, cõtra quam ſubſcribitur ſentẽtia, appellet,nõ dicetur appellare de conſenſu alterius, partis, quæ appellauit quatenus contra,ideoque non tenebit appellatio in poſſeſſorio;& ratio eſt,quia illa appellatio, quatenus contra, poteſt intelligi, quatenus non fieret condemnatio ad expẽſas, vel ad fructus, ſicque non infertur conſenſus per-

mittendę,

mittendæ appellationis ad totam cauſſam, *Aebill. de Graſ. deciſ. 8. alias 234. appellauerat de appel. fol. 207. quem referunt, & ſequuntur Contar. d. q. 22. ſub n. 5. verſ. quibus, & n. 6. & 7. & Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. c. 2. n. 40. fol. 37.*

85 Declara ſecundo, vt conſenſus dicatur adeſſe, quando appellatus non contradicit, vide Caball. *ad conſtit. March. lib. 6. capit. 2. in verbo, ciuili, numero & limit. 6. fallen. 371. Marcheſ. d. c. 2 num. 48. limit. 6. fol. 39. & Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. numero 337. verſ. praterea, fol. 269.* qui ſcribit, in cauſa mera poſſeſſoria, quæ ſit momentanea, non permitti appellationem, parte opponente, & contradicente, ſecus ſi pars non contradiceret, quia permitteretur appellatio.

86 Declara tertio, vt conſenſus præſtitus in prima appellatione non porrigatur ad ſecundam; & ideo licet cauſſa fuerit facta appellabilis, tamen non durat appellabilis ſecundum plures deciſiones, loquentes de conſtitutione Ægidiana, quas refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica q. 13. petitorium quid ſit, ſub n. 106. & latius in qq. Ægidiana, q. 4. ſub n. 4. verſ. contrariam, C. ſi de mom. poſſ.*

Confirmatur hæc declaratio, quia licet ſemel paſſus ſim, per reſcriptum apoſtolicum me trahi vltra duas dietas, tamen iterato tractus ibidem potero excipere, & ſi neceſſe fuerit, appellare, *Spec. tit. de appella. §. reſtat, ſub nu. 6. ibi item ex præmiſſis, lib. 2. fol. 190. et Ant. de But. in c. 29. dilectus filius, il ſecundo, n. 10. verſ. ſecundo circa, de reſcript.*

Contra iſtam declarationem facit, quia cauſſa ſemel effecta appellabilis remanet appellabilis, vt in terminis alimentorum ſcribit Pontan. *tract. de alim. c. 19. nu. 6. & 7. tomo 8. parte 1. fol. 455. Lancell. tract. de atten. parte 2. c. 12. limit. 25. numero 18. fol. 271. in vltima impreſſione, et Rugin. tract. de appel. §. 2. c. 3 n. 279 fol. 42.* ſicut res ſemel effecta alienabilis, perpetuo remanet alienabilis, *vt ſcripſi lib. prac. c. 2. n. 644.*

In hac contrarietate vide, quæ ſcripſi *infra lim. 47. memb. 1. n. 113.*

87 Reſtringe IX. vt non procedat quãdo iudex à quo detulit appellationi, quia tunc poteſt appellans in eo obtinere, *Bal. in l. 9. poſt ſententiam, colum. 2. verſic. pone ergo, ſub numero 8. C. de ſent. & interloc. omu. iudic. quem referũt, & ſequuntur Alex. conſ. 2. conſideratis, his, verſus finem, ſub n. 15. lib. 3. Iaſ. in l. 8. patre furioſo, col. 3. n. 12. verſ. 1. facit, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & in l. 1. n. 5. verſ. tu tamen, C. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tab.* hancq; eandem reſtrictionem ponunt Nicel. *de concord. gl. concor. 6. fall. 6. ſub n. 26. verſ. decimo, fol. 191. Rol. à Vall. conſ. 77. viſo, & bene, num. 1. in fine, & n. 2. lib. 2. Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. n. 337. verſ. permittitur, tomo 3. parte 2. fol. 269. Cabal. ad conſtit. March. lib. 6. c. 2. n. & lim. 8. fol. 371. Marcheſ. tractat. de commiſſ. parte 2. in commiſſ. appel. c. 2. n. 50. lim. 8. fol. 39. & late Contar. in l. vnica, lim. 13. num. 1. & ſeqq. C. ſi de mem. poſſ.* & quod hæc reſtrictio habeat locum etiam in appellatione à notorio vide *ſupra lim. 4. n. 27. & 57.*

88 Extende primo hanc reſtrictionem, vt habeat locum etiamſi appellatio eſſet friuola, quia appellatio, cui eſſet delatum, ligaret, *vt dixi infra lim. 36. princ. n. 2. verſ. declara*, & ideo, licet à ſententia, lata contra confeſſum, & conuictum, non detur appellatio ſi tamen iudex à quo detulerit appellationi, ſuſpenditur eius iuriſdictio, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra lim. 4. princ. n. 27.*

89 Extende ſecundo, vt in tantum procedat, vt ſi iudex ad quem receperit appellationem, tunc etiam de vtriuſque partis conſenſu non poſſit rediri ad iudicem à quo, vide ſupra *lim. 2. ſub n. 103.*

90 Extende tertio eandem reſtrictionem, vt propterea acta, facta poſt appellationem, & delationem, ſint ipſo iure nulla, etiamſi appellatio fuerit friuola, & acta fuerint facta ante inhibitionem, *Rol. à Val. d. conſ. 77. ſub num. 2. lib. 2.* & quod ſint nulla, & veniant reuocanda, ſcribit Pariſ. *conſil. 160. Bonifacius, n. 6. lib. 4.* quos refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. parte 2. c. 12. de attent. & innou. appel. pend. lim. 1. n. 50. & 66. & ſeqq. fol. 359.* & adde quæ ſcripſi *infra lim. 47. princ. mem. 1. n. 41. verſ. reſtringe quinto.*

91 Extende quarto, declarando, vt procedat non ſolum quando iudex detulit expreſſe, ſed etiam quando detulit tacitè, quia delatio etiam tacita, impedit iudicem, ne poſſit vlterius procedere, cuius tacitæ, delationis pono hic tres caſus.

Primus caſus eſt: quando iudex appellanti præfixit terminum ad proſequendam appellationem, vel ad audiendum reſponſum; quia tunc pendente appellatione etiam à mera interlocutoria iudex à quo non poteſt vlterius procedere, quia huiuſmodi præfixio termini habet vim dilationis, *Lancell. d. c. 12. lim. 1. n. 58. & 59. fol 359.* & vnde quæ ſcripſi *ſupra q. 14. n. 16. verſ. ſubdeclara.*

92 Secundus caſus eſt; quando iudex dat acta pro apoſtolis, *Rot. deciſ. 8. alias 70. ſi iudex det acta pro apoſtolis de appell. innou. Lancell. d. lim. 1. numero 75. & Franch. & Luc. Pæt. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 13. numero 13.* vel quando nihil reſpondet, *Lancel. d. lim. 1. n. 77. fol. 359.*

Tertius caſus eſt; quando iudex, requiſitus de apoſtolis expreſſe negat illos tradere, vel ſaltem non tradit in tempore, quia vtroque caſu eſt, ac ſi detuliſſet appellationi quoad ſuſpendendum exercitium iuriſdictionis, *vt retuli, & ſequutus ſum infra lim. 47. princ. mem. 1. ſub n. 42. verſic. ſubextende ſecundo.*

93 Extende quinto, etiamſi pars ipſa appellata detulerit, quia eſt, ac ſi iudex à quo detuliſſet, *per ea quæ refert, & ſequitur Lancell. tract. de attent. d. c. 12. lim. 6. principali, nu. 36. 37. & 38. fol. 365.* dicitur autem pars appellata deferre appellationi, quando comparet coram iudice ad quem, & non reclamando patitur procedi in cauſſa *Lancell. vbi ſupra, & ſcripſi ſupra q. 13. ſub n. 4. verſ. declara primo.*

94 Extende ſexto, vt procedat non ſolum ſi ipſe iudex detulerit, ſed etiam ſi detulerit ſubdelegatus ab eo cum clauſula (donec vices ſuas duxerit reuocandas) ſi ante reuocationem detulit, *Lancell. ead. lim. 1. numero 79. & lim. 6. nu. 22. fol. 364.*

95 Extende ſeptimo, vt procedat etiamſi appellatio eſſet ſine cauſſa, *Lancell. d. lim. 1. numero 69. fol. 359.* vide infra *lim. 36. n. 3.*

96 Extende octauo, etiamſi eſſet interpoſita ſine ſcriptis, *Lancell. ead. lim. 1. n. 70.* vide infra *lim. 36. n. 3.*

97 Declara hanc extenſionem, vt procedat in appellatione ab interlocutoria, cui ſi iudex detulerit, facit deuolui totum negotium ad ſuperiorem, vt retuli, & ſequutus ſum *infra limit. 47. membr. 1. numero 42.* ſecus eſt in appellatione a diffinitiua, in qua non delatio, ſed appellatio deuoluit, niſi eſſet appellatum incontinenti, *Achil. de Graſſ. deciſ. 2. alias 228. appellatio ſine ſcriptis, de appellat. folio 104.*

98 Extende nono, etiamſi non eſſent, petiti apoſtoli, *Lancell. ead. lim. 1. n. 71. vide infra limit. 36. n. 4.*

99 Extende decimo, vt delatio operetur etiam quo ad articulos ſeparatos, quia iuriſdictio iudicis à quo remanet ſuſpenſa in tota cauſſa, licet ſit appellatum ab vno articulo ſeparato, *Alex. conſil. 89. diligenter conſideratis, ſub numero 9. verſic. quantum vero ad capitula ſeparata, lib. 1. & Franch. in c. 10. ſuper eo, col. 2. numero 4. verſ. primus ſi iudex de appellat.* dicens, hunc caſum eſſe clarum, & Lancell. *tract. de attent. parte 2. c. 12. de atten. & innou. appell. pend. lim. 2. princ. numero 37. fol. 361.*

Contra hanc extenſionem optimè argumentatur Lancell. *d. lim. 2. n. 38.* dicens, quod delatio debet reſtringi ad id, à quo eſt appellatum, quia in eo, in quo non eſt appellatum, non poteſt dici, quod ſit delatum appellationi.

Retenta extenſione.

Digitized by Google

Subextende eam, vt procedat etiam ſi delatum fuerit friuolæ appellationi ab interlocutoria, & quamuis fuerit delatum ob reuerentiam, quia nihilominus iuriſdictio defertur ad ſuperiorem, quoad totam cauſſam, *Franch.in cap.5.cum appellationibus,§.ſi vero,num.2.not.3.de appellat.in 6.*

100 Subreſtringe primo, declarando eandem reſtrictionem, vt non procedat quando iudex admiſit appellationem, cum clauſula (*ſi & in quantum de iure teneor, & aliter non*) ſeu (*ſi & in quantum de iure debeo*) quia hæc clauſula eſt vtilis, & operatur, vt ſi iudex non debeat deferre appellationi, iudex à quo perſeuerat in iuriſdictione, *Bal. in l.edita,n.98.verſ.item,dubitatur ſi iudex,C.de eden.in repet.Patauina,* quare ſi appellatio non eſt admittenda, nô intelligitur admiſſa, *Franch.in c.44.ſepe,ſub n.5,verſ.ſi autem,& Card.Alex.n.14.ibi, quid autem ſi iudex, de appell. idem Franch.in c.5.cum appellationib §.ſi vero,n.11.verſ. ſed limita,ibi ſecundo limita,eod.tit.in 6.Dec.in c.57.oblatæ, not.2.num.4.de appell.Rol.à Vall.d.conſ.77.n.17.in fine,& n.18.lib.2.Lancell.tractat,de attent.p.2.c.12.de attent.& innou,appell.pend.limit.t.n.82.in fine,& 83.to.5.fol.359. Marcheſ.tract,de commiſſ p.2.in commiſſ. appell.cap.2.ſub n.50.& 51.limit.8.fol.39.& Caball.in d.verbo,ciuili,ſub n. 8.fol.371.* & quod ſi appellatio interponitur ex cauſſa rationabili, iudex dicatur ei detuliſſe, ſecus ſi ſit irrationabilis, referunt, & ſequuntur Felyn. *in cap.36. cum contingat, n.12.in fine,verſ.vlterius,& num.13 de off.poteſt.iudic.deleg.*& Contar.*in l.vnica,quæſt.19.n.6.& latè limit.13.num. 17.& ſeqq.C.ſi de mom.poſſ.*& quod, ſi appellatio a diffinitiua interponatur ex cauſſa probabili, iudex dicatur ei detuliſſe; ſecus autem ſi ſit irrationabilis, vt puta quia appellata ſententia quam tranſiſſet in rem iudicatam conſtet ex inſpectione ipſius ſententiæ, quia tunc iudex a quo dicatur perſeuerare in iuriſdictione, ſcribit Beniut. *deciſ. 1.ſub num.1,*

Nec illa clauſula (*ſi & in quantum,*) inducit ſuſpenſionem, quia habet in ſe latentem veritatem, vt ſi appellatio ſit rationabilis, dicatur admiſſa, alias non, *Felyn.Beniut.et Contar.in locis ſupra proximè citatis.*

Subreſtringe ſecundo, vt multo minus procedat, quando iudex non admitteret, niſi cum hac clauſula negatiua, *Non admitto niſi,ſi,& in quantum de iure teneor,* quia tunc nunquam videretur deferre, *teſte Cardinal Zabar. in clem. 2.quamuis,in fine,verſ.tertio quæro de appell.* quem refert, & ſequitur Franch.*in c.5.cum appellationibus,§. ſi vero, n. 11.verſ.ſed limit.de appell.in 6.*

Aduerte, quod hæc ſecunda ſubreſtrictio non debet eſſe diuerſa a prima præcedenti, & ideo de dicto Cardinalis dubitauit Fel.*in d.cap.cum contingat, n.13. in fine,* nam licet illa prima verba negatiua *non admitto*, non deferant, & negent, tamen illa ſequentia, *niſi ſi & in quantum*, ponunt aliquid affirmatiue, *vt tenuit Senatus Pedemon.relatus ab Oſaſch.deciſ.131.decreto,n.2.*& ex eo refert, & ſequitur Contar.*d.limit.13.n.23.& 24.C.ſi de mom.poſſ.* & tenet Luc.Pæt.*in pract.Capit.lib.5.c.2.ſub n.10.verſ.vidi aliquos,in fine,* dicens idem eſt, ac ſi reſponderet cum verbis affirmatiuis.

Declara eaſdem ſubreſtrictiones, vt quamuis iudex admittat appellationem cum clauſula (*ſi & in quantum*) tamen non poteſt, ſpreta appellatione, procedere ad vlteriora, quia attentaret, ac ſi appellationem ſimpliciter admiſiſſet, *vt ex Rot.refert et ſequitur Lancell.tract.de attent. p.2.c.12.ampl.5.princip.n.7.fol 352.* nam dato etiam, quod virtus dictæ clauſulæ operetur non admiſſionem appellationis tunc attentata, appellatione pendente; eſſent reuocanda, quia, appellatione interpoſita, ſiue recepta ſit, ſiue non, nihil medio tempore innouari oportet, *l.1.ff. nihil,non.appell.interp.& l.6.ſciendum, ff. de appell. recip, & dixi ſupra q.3.n.19.*

Subdeclara hanc declarationem, vt nihilominus admiſſio; ſeu non admiſſio appellationis cum præfata clauſula (*ſi & in quantum*) ſit vtilis, quia operatur tam effectus appellationis admiſſæ, quam appellationis non admiſſæ: effectus appellationis admiſſæ ſunt duo. Primo, vt iudex retineat iuriſdictionem, de qua ſcripſi *ſupra qu.15. ſub n.15.et ſeqq.vſque ad n.23.* & in ſpecie quod retineat iuriſdictionem quo ad dandum apoſtolos, & quo ad aſſignationem termini ad proſequendam appellationem, ſcribit Contar.*in leg.vnica,limit.13.n.20.C.ſi de mom.poſſ.* nam licet iudex ſimpliciter admittat appellationem, tamen remanet ei iuriſdictio ad præfigendum appellanti terminos ad proſequendam appellationem, & tamen, ſi non admittat, ei non remanet, ſecundum communem opin, quam citaui *ſupra q. 14. n.15.* Secundus effectus eſt quod iudex euitat pœnas impoſitas contra iudicem non admittentem appellationem, quia habetur pro admiſſa, *Contar.in d.l.vnica q.19.n.6.* Tertius effectus eſt quia ſicut appellans poteſt, inuito appellato renuntiare appellationi interpoſitæ ab interlocutoria, & renunciando, iudex à quo recuperat iuriſdictionem, & vbi non renuntiet, & iudex appellationis pronũtiauerit, malè appellatum, & bene iudicatum, cauſſa redit ad iudicem a quo abſque alia remiſſione cauſſæ; & tamen, ſi iudex a quo detuliſſet appellationi, caret hac recidiua iuriſdictione, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra hac ead.q.limit.1 princ.n.103.* ita etiam erit quando iudex admittit appellationem cum præfata clauſula, quia non dicetur appellationi detuliſſe, *Beniut. dec.1.n.1.in fine,& n.2.*

101 Subreſtringe tertio, declarando eandem nonam reſtrictionem, vt procedat, appellato non opponente ſecus ſi opponat, & reclamet, quia tunc delatio non eſt valida, & poteſt propterea iudex a quo procedere, & ſufficit oppoſitio per modum recurſus ad ſuperiorem, vt, loquendo de appellatione in cauſſa mercedis, a quo non poterat appellari, tenuit Rot.*diuerſ.deciſ.774.domini ſtante,par.1.* delatio enim iudicis a quo non præiudicat parti reclamanti, ſi delatio ſit irrationabilis, *Caſar Barzius in Bonon. deciſ.41.egerat,n.4.& 12.*

102 Reſtringe X.vt non procedat, quando iudex ad quem inhibuiſſet iudici a quo, quia tunc appellatio ſuſpendit, & iudex a quo non poteſt ad vlteriora procedere, *Aufr. ad Capel.Thol.deciſ.vltim.ſub n.5.ibi,et hoc niſi per iudicem ad quem,*& ex eo refert, & ſequitur Lancel.*tract.de attent. p.2.c.12.limit.25.princ.n.16.& 17.fol.372.*& de communi obſeruantia Aufr. *vbi ſupra.*

Et declaranda adde, quę ſcripſi *ſup.mem.3.n.24.& 25.*

103 Reſtringe XI.vt non procedat, quando in appellatione exprimitur iuſta cauſſa appellãdi, patens ex actis; quia tunc appellatio debet admitti non ſolum ad effectum deuolutiuum, ſed etiam ad effectum ſuſpenſiuum, *Bar.in l. vltima,num.2.verſ.ſequitur hic tex. ne teſtamentum, ff.de appellat,recipien.Bal.in l.6.quiſquis,numero 1.in fine C.quorum appell.non recip.& alij in locis citatis à Tiraq. tractat. le mort ſaiſit le viſ.p.6.declar.6.num.4.verſ.ſed id quod,fol. 119.* & quod etiam in poſſeſſorio admittatur appellatio, ſi ratio appellandi ſit in promptu, ſcribunt Gul. de Cum. Bald.Nicel.Aufr.Oſaſc.& Contar.quos retuli, & ſequutus ſum *infra num.133.reſtr.13.*& quod in terminis, *l.vnicæ, C.ſi de momen.poſſeſſ.* quæ loquitur, & de poſſeſſione momentanea, ſit recipienda appellatio, ſi ſit in ea expreſſa rationabilis cauſſa grauaminis, refert, & ſequitur Contar. *in l.vnica,quæſt.1. numero 8. verſ. & in terminis, & num.10.*iunctis his, quæ tradit *n.5.* & loquendo de appellatione in notorijs, retuli, & ſequutus ſum *ſupra limitat. 4. num. 93.* & licet præcitati loquantur ſimpliciter appellationem eſſe admittendam; ſeu poſſet appellari, tamẽ ſunt intelligendi, vt loquantur de appellatione ſuſpenſiua, quia deuolutiua admittitur, etiam cauſſa non expreſſa

per

per ea, quæ dixi ſupra n.16. verſ. reſtringe ſecundo, & n.22. nam quod appellatio in ſe valida ſit, & deuoluat, etiam cauſſa non expreſſa, & in caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita, retuli, & ſequutus ſum ſupra limit.4. n.55. ſic in caſu huius reſtrictionis intelligo etiam Innoc. in cap. 28. paſtoralis, num.3. in fin. verſ. ad hoc ita, de offic. & poteſt. iudic. deleg. dum ait, quod ſi ſine vlla cauſſa appellaret, ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem mittatur, &c. prout eum intellexit Bal. conſ.203. pronunciatum fuit, in fine lib.4. quē retuli etiam, & ſequutus ſum, ſupra memb.4. num.31. & ita expreſſe tenet Contar. in d.l. vnica, q.1. an cauſſa in appellatione, ſub num.4. & 5. ſic ipſe quoque intelligens Innocentium.

Secus ſi cauſſa, quæ exprimitur, eſſet friuola, quia tunc executio ſententiæ non retardaretur, Contar. d.q.1. numer. 11. verſ. intellige, quia paria ſunt nullam cauſſam exprimere, vel exprimere friuolam, idem Contar. ead. q.1. n.12. & dicitur appellatio friuola; ſi in ea non ſit inſerta cauſſa rationabilis, Contar. eadem q.1. num.37. verſ. facitque, vel cauſſa legitima, vel ſi legitima, tamen manifeſtè falſa, vel calumnioſa, Contar. ead. q.1. num.39. & 40. vbi ait, non poſſe definiri quæ appellationes dicantur friuolæ, & ideo relinqui iudicis arbitrio, ſed tu vide ſupra quæſt.2. num.48. & 50.

Infero hinc, optimam eſſe practicam Dominorum de Rota, qui ſententiam latam ſuper poſſeſſorio, ſeu ab Auditore Cameræ, a qua non liceat appellare ſuſpenſiuè, non exequuntur, niſi prius eis conſtet de meritis iudicij poſſeſſorij, & de bono iure, quando appellans expreſſit iuſtam cauſſam in appellatione, Contar. in d. quæſt.1. nu.47. verſ. hic tamen, imò, vt teſtatur ſimpliciter, non ſolent Domini de Rota exequi ſententias latas extra Rotam, niſi appareat de bono iure.

104 Extende primo iſtam reſtrictionem, vt ſit vera de iure ciuili, in quo loquutos intelligo Doctores in ea citatos; quidquid in contrarium ſcripſerit Zucc. in l. fin. n.441. C. de edic. diu. Adr. toll. concludens, quod de iure ciuili non licebit appellare etiam cum inſertione cauſſæ, cuius dictū refert, ſed non ſequitur Contar. in l. vnica, limit.3. num.31. verſ. at hic exoritur, C. ſi de mom. poſſ. & benè declarat q.1. num.55. dicens, quaſi conciliando, quod ſi exprimatur cauſſa, quæ non conſtituat limitationem regulæ de non appellando in cauſſa poſſeſſoria, tunc nihil operatur expreſſio cauſſæ; ſecus ſi exprimatur cauſſa, quæ, ſi vera eſſet, conſtitueret limitationem, vt puta, quia exprimatur, damnum illatum per ſententiam non poſſe reparari in petitorio.

105 Extende ſecundo eandem reſtrictionem, vt præcipuè procedat de iure canonico, Bal. conſ.141. præmiſſis verbis, num.1. verſ. ad euidentiam, lib.1. & conſ.203. pronuntiatum fuit, in fine lib.4. quem referunt, & ſequuntur Couarr. practic. qq. cap.23. ſub num. 8. verſ. tertia concluſio, in fine, & Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem.4. q.100. ſub num. 840. & apertius num. 844. fol.53. & hos adhunc effectum citaui etiam ſupra memb.4. num.31. verſ. extende decimo, & quod de iure canonico cauſſa ſit exprimenda in appellatione à ſententia, lata ſuper momentanea poſſeſſione, refert, & ſequitur Contar. dicta q.1. in principio, & quod ſecundum canones non liceat appellare, ſicut non licet de iure ciuili, niſi in appellatione ſit expreſſa rationabilis cauſſa appellandi, refert & ſequitur Contar. ead. l. vnica, limit.3. n. 28. in fine, & num.29. & quod neque de iure canonico admittatur appellatio niſi ſit expreſſa cauſa, ſcribit Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. n.345. verſ. quam concluſionem, to.3. p.2. fol.269.

106 Intellige primo hanc extenſionem, vt, inſpecto iure canonico, ſufficiat expreſſio cuiuslibet grauaminis, etiam ſi non ſit tale grauamen, quod conſtituat fallentiam, & faciat cauſſam appellabilem Contar. d. limit.3. n.32. in fin. ibi, de iure vero canonico, & n.33. debet tamen eſſe in ſpecie expreſſum.

Secus tamen eſt, in pacto iure ciuili, quia requiritur expreſſio alicuius cauſſæ, quæ per modum limitationis faciat, ſententiam eſſe appellabilem, vt admonet Contar. ead. limit.3. n.32. & q.1. n.55. & ſentit Rot. diuerſ. dec.120. fuit reſolutum, ſub n.2. p.1. & dixi ſupra n. 104.

107 Intellige ſecundo, vt inſpecto iure canonico, appellatio cum expreſſione cauſſæ, ſeu grauaminis procedat etiam ſi notoriè non conſtet de grauamine, Contar. d. lim. 3. n.32. in fin. & n.33.

108 Secus eſt inſpecto iure ciuili, quia, ſi grauamen expreſſum in appellatione non conſtituat limitationem iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra ſub nu. 106. debet eſſe notorium ex actis; quia, ſi erit notorium ex actis dicetur notoriè conſtare de iniuſtitia; quo caſu admittenda eſt appellatio, Contar. ſub d.n.32. nam iniuſtitia notoria conſtituit de per ſe limitationem, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 79. reſtr.6.

109 Contra hanc intelligentiam; quod de iure etiam canonico debeat grauamen eſſe manifeſtum, & per ſe notū, tenet Bal. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 105. & ex eo refert, & ſequitur Menoch. de adipiſc. poſſ. rem.4. q.100. ſub n.840. & tenet Contar. ſibi parum conſtans d. limit. 3. ſub num.33. dicens, quod ius canonicum non attendit, an grauamen illatum in ſententia poſſeſſorij poſſit reſarciri, vel non in alio iudicio, ſed, an aliquo modo de grauamine conſtet in actis.

Ego non diſcedo ab intelligentia.

110 Exemplifica hanc opinionem, quæ eſt contra intelligentiam, quando iudex miſiſſet hæredem in poſſeſſionem ex teſtamento, quod iuris rationibus non ſubſiſtit, & hoc ante miſſionem in poſſeſſionem liquidè eſſet probatum, & ex actis appareret, quia iſto caſu datur appellatio, Bal. conſ.141. præmiſſis verbis, ſub n.1. lib.1. & Menoch. d.q.100. ſub n.840. circa medium, vel quando conſtaret per acta, quod teſtamentum eſt ruptum, irritum, & vituperatum, vel non ſolemne, Bal. conſ.203. pronuntiatum fuit, lib.4. quem vtroque loco citaui ſupra n.105.

111 Declara primo nunc hanc vndecimam reſtrictionem, vt expreſſio cauſæ in appellatione a diffinitiua non requiratur tanquam de ſubſtantia appellationis, ſed requiratur ad effectum, vt iudex a quo teneatur illi deferre, & ſuperſedere in executione, Contar. in d.l. vnica, q.1. n.3. C. ſi de momen. poſſ. quod idem, loquendo de appellatione ab exceſſu executionis, ſcribit lim. 19. ſub n.27. dicens, eſſe exprimendam ad hoc, vt iudex ſciat, an debeat deferre appellationi, & quod expreſſio cauſæ in appellatione a diffinitiua non ſit de ſubſtantia, retuli, & ſequutus ſum ſupra q.4. num.25. & hac ead. q.17. limit.4. num.55. verſ. reſtringe tertio.

Secus eſt in appellatione ab interlocutoria, quia requiritur non ſolum expreſſio cauſæ, ſed requiritur nominatim expreſſio, vt, loquendo in materia indifferenti, retuli, & ſequutus ſum ſupra d.q.4. num.30. verſ. venio ad ſecundam.

An iudex poſſit exequi, non obſtante appellatione cum expreſſione cauſæ, quæ non appareat ex actis notoriè, vide ſupra d. lim.4. ſub n.50. verſ. contra.

Amplia primo hanc declarationem in ſecunda parte, loquendo de interlocutoria, vt procedat non ſolum inſpecto iure ciuili, ſed etiam inſpecto iure canonico, per ea, quæ dixi infra limit.47. memb.1. ſub n.79.

Amplia ſecundo, tempera, inſeras, & accommoda ea omnia, quæ ſcripſi ſupra q.4. n.30. & ſeqq.

112 Declara ſecundo eandem reſtrictionem, vt appellatio ab interlocutoria non poſſit iuſtificari ex alia cauſſa, quam ex nominatim expreſſa in ea, Bar. Franch. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q.11. n.87.

Amplia & limita multipliciter hanc declarationem, prout ampliaui, & limitaui *d.q.11, n.88, & ſeqq.*

113 Reſtringe XII. vt non procedat, quando iudex, procederet inordinatè, quia in poſſeſſorio iudicio datur appellatio ab inordinato proceſſu, *Bald. in cap. 10. ex cognitione, nu. 1. de reſtit. ſpol. & latè in l. 1. C. de appellat. & conſult. Iaſ. in l. 1. numero 5. limit. 2. & Dec. num. 6. ibi, quinto ab inordinato proceſſu, Cod. de bonor. poſſ. ſecun. tab. rurſus idem Dec. in capit. 53. paſtoralis, num. 29. ibi, & notat etiam, de appellat. Conarru. pract. qq. c. 23. ſub numero 8, verſus finem, verſ. cæterum licet, folio 524. Natt. conſ. 121. in cauſa poſſeſſorij, verſ. quarto præſuppono, num. 4. lib. 1. Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 99. num. 898. Achil. Perſon. trac. de adipiſc. poſſ. ſub n. 336. verſ. ego autem beneſateor. & ſub nom. 3. 17. verſ. vel & quoque, ſol. 269. Caball. ad conſt. March. lib. 6. ſ. 2. in verbo, ciuili, limit. et num. 4. fol. 270. Contar. in l. vnica, lim. 7. ſub n. 9. ibi, & licet aliquando, & latius limit. 18 n. 1. ſeqq. & ſub numero 21. & 22. C. ſi de mom. poſſ. & Marcl. eſ. tract. de commiſſ p. 2. in commiſſ. appell. c. 2. n. 46. lim. 4. fol. 38.* & quod ex peruerſione ordinis cauſſæ ad eandem cauſſam proceſſus reddatur nullus, & ex eadem peruerſione grauetur pars, & ideo detur appellatio, ſcribit *C ;ramm. dec. 65. excellens comitiſſa, ſub numero 82.* & quod ex peruerſione ordinis ad eandem cauſſam proceſſus reddatur nullus, vel ſaltem detur appellatio, ſcribit Abb. *conſ. 1, 4. indiuiduæ trinitatis n. 2. verſus finem. lib. 1.*

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia grauamen inordinati proceſſus non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua ſuper poſſeſſorio, quia à poſſeſſorij ſententia non datur appellatio, & quando grauamen non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, datur tunc appellatio ab illo grauamine, *Contar. dict. limit. 18. ſub numero 22.*

Hæc ratio confutatur, quia licet non poſſit reparari per appellationem à diffinitiua, tamen ſufficit, quod poſſit reparari in petitorio, *vt ſcripſi ſupra mem 3. ſub numero 6. verſ. ſecunda.*

Ratio melior erit, quia etiam in poſſeſſorijs ſeruandus eſt ordo iuris, *Vant. tract. null. rub. de null. ex defec. proceſs. numero 5. tomo 4. fol. 413. quem refert & ſequitur Contar. ad. lim. 18. numero 24.* ſi igitur iudex eum non ſeruat, facit iniuſtitiam, & quia iniuſtitia ordinis non ſeruati eſt euidens ex actis, & à ſententia euidenter iniuſta poteſt appellari etiam in poſſeſſorijs, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra numero 79.* ſequitur, vt ab inordinato proceſſu poſſit appellari.

114 Declara iſtam reſtrictionem, vt ordo, à cuius peruerſione poteſt appellari, ſir duplex.

Primus eſt ordo, qui traditur ab homine.

Secundus eſt ordo, qui traditur à iure, & iſte eſt triplex.

Primus ordo, qui traditur à iure, eſt vnius cauſſæ in ſe ipſa, & eſt ordo ſubſtantialis.

Secundus ordo, qui traditur à iure, eſt etiam vnius cauſſæ, ſed non eſt ſubſtantialis.

Tertius ordo, qui traditur à iure, eſt vnius cauſſæ ad aliam cauſſam; in quibus ſingulis neceſſe eſt, vt veritatem huius reſtrictionis breuiter oſtendam, quia in eius materia Doctores confuse, & intricatè loquuntur.

115 Capio primum ordinem, qui traditur ab homine; & concludo, quod ſi iſte ordo peruertatur, id quod fiet, ipſo iure non tenebit, *Bal. in l. 1. ſub n. 1 not. 3. C. de appel. & conſult.* & conſequenter ab iſta peruerſione ordinis poteſt appellari, quia etiam ab actu nullo, ſeu ſententia nulla poteſt appellari, *vt retuli & ſequutus ſum infra lim. 19. n....*

Quare ſi Princeps dat ordinē, ille ordo ſemper eſt ſubſtantialis, & ideo non diſtinguimus, vtrum ſit ordo vnius cauſſæ ad ſeipſam, vel ad aliam, & conſequenter id, quod fit contra ordinem datum, eſt ipſo iure nullum, *Bal. in l. 4. prolatam, numero 12. verſ. & nota quod princeps, C. de interl. omn. iud.* vnde ſi iudici delegetur, vt prius cognoſcat de poſſeſſione, quam de proprietate, & is delegatus contra formam reſcripti cognoſcat cumulatiuè de vtroque, proceſſus & ſentētia erunt nulli quamuis pars in proceſſu non oppoſuerit, *Alex. in l. 12. naturaliter, §. nihil commune, num. 94. verſ. adde caſum, quem ibidem refert & ſequitur Iaſ. num. 164. verſ. tertio vltra, ff. de acquir. poſs. & ex his Capuaq. deciſ. 143. ſeu 30. ſententia lata ſuper petitorio, nu. 2. in fine, & n. 3. et ſeqq. parte* 3. quia forma mandati eſt diligenter attendenda per delegatum, *Iaſ. vbi ſupra.*

Hunc ordinem idem Bald. *in dict. l. prolatam, n. 2. in fine,* diuidit, vt alius dicatur datus pro ſimplici inſtructione, & alius pro forma.

Contra concluſionem hujus primi ordinis vide *infra limitat. 10. ſub n. 24. in fine,* quia nihil in iure eſt ita determinatum, vt controuerſiam non habeat.

116 Capio alium primum ordinē, qui traditur à iure, & eſt vnius cauſſæ, & eſt ſubſtantialis: & concludo, vt in præcedenti, quod iſta peruerſio cauſſat nullitatem, *l. 4. prolatam, & ibi Bal. & Salyc. & Paul. de Caſtr. C. de ſent. & interl. omn. iud.* & à ſententia nulla poteſt appellari, *vt retuli, & ſequutus ſum infra d. lim. 19. n....*

Ratio differentiæ inter hunc ordinem, & ordinem vnius cauſſæ ad alteram cauſam, de quo habes *infra n. 118.* eſt, quia ordo vnius cauſæ in ſe ipſa eſt veluti ordo membrorum in vno corpore indiuiduo, à quo ſi remoueatur ſeu ſubuertatur, aliquod membrum principale, totum corpus perit; ſed ordo vnius cauſæ ad aliam cauſam eſt ordo vnius corporis ſeparati ad aliud corpus ſeparatum, *Bal. in l. 4. prolatam, nu. 9. verſ. ſed opponitur, C. de ſent. & interl. omn. iud.*

Exemplifica primo hunc ordinem, quando iudex profert prius ſententiam, & poſtea illam ſcribit, nam peruertit ordinem, quia ordo eſt, vt prius ſcribatur, & poſtea legatur, *Bal. in d. l. prolatam, ſub n. 4. verſ. demum, & ſub n. 7. in 4. exemplo, & Salyc. ſub n. 2. ibi, ſed videamus.*

Exemplifica ſecundo, quando iudex prius fert ſententiam, & deinde recipit probationes, quas antea noluit recipere, quia eſt ordo ſubſtantialis, vt prius cognoſcatur, & deinde definiatur, *Bal. in dict. l. prolatam numero 5. in 3. exemplo.*

Exemplifica tertio in caſu executionis factæ non ſeruato ordine, ſi teneamus opinionem, quod ille ordo ſit ſubſtantialis, vide *infra lim. 10. n. 24. & ſeqq.*

Amplia hunc ordinem, vt multo magis ſententia dicatur nulla quando ordo ſubſtantialis omnino omittitur in proceſſu, vtputa quia, nullo dato libello, ſeu non conteſtata lite, iudex procedit ad ſentētiam diffinitiuam, *Paul. de Caſtr. in d. l. prolatam ſub n. 3.*

117 Capio ſecundum ordinem, qui traditur à iure in cauſſa ad ſe ipſam, ſed non datur pro fama, ſeu ſubſtantia iudicij: & concludo, quod ſententia tenet, ſed poteſt appellari, & ita poteſt ſaluari communis opinio, quę tenet executionem factam peruerſo ordine eſſe validam, ſi teneamus illum ordinem non eſſe ſubſtantialem, vide *infra limit. 10. ſub n. 24. verſ. contraria.*

118 Capio tertium ordinem, qui traditur à iure inter diuerſas lites, vt loquitur *Bal. in d. l. 4. prolatam, ſub numer. 1. verſ. item præmitto, C. de ſent. & interl. omn. iudic.* ſeu traditur vnius cauſſæ ad alteram ſeparatam, *vt loquuntur Bal. ibidem, num. 9. verſ. ſed opponitur, Salyc. num. 4. in fine, verſ. oppono nunc, & Bart. & Paul. de Caſtr. in l. 1. n. 1. C. de appel.* ſeu vt loquitur idem Paul. de Caſtr. *in d. l. prolatam, nu. 2.* traditur vnius iudicij ad aliud. Et iſto ordine concludo, quod licet peruertatur, tamen ſententia tenet, *ſcribunt Bal. Salyc. et Paul. de Caſtr. in locis ſupra proxime citatis,* ſed tamen iudex malè facit, & ideo poteſt appellari *vt notant Bar. Bal. Salyc. et Paul. de Caſtr. in d. l. 1. C. de appel. et cōſult.*

per d.

Digitized by Google

per illum textum, & nos late explicamus *n.ſeqq.*

119 Exemplifica primo hunc ordinem: actor agit contra reum interdicto vnde vi ad recuperandam poſſeſſionem fundi, quo reus ſpoliauit actorem; reus opponit, quod fundus erat ſuus, & offert probationes; actor replicat, quod reus non eſt audiendus, quia ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, iudex non obſtante actoris replicatione, recipit probationes rei conuenti ſuper proprietate fundi, & adhita cognitione, abſoluit reum; certè actor poterit appellare non ſolum ex regula, quod actor poteſt appellare à ſententia negatiua, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra membr. 4. n.38.* ſed etiam ea peculiari, & propria ratione, quod iudex peruertit ordinem, *l.1. Cod. de appell. & conſul. Prius de poſſeſſione pronunciare, & ita crimen violentiæ excutere præſes prouinciæ debuit quod cum non fecerit, iuſtè ab eo prouocatum eſt, & ibidem Paul. de Caſt. ſub n.1.* quem refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica lim. 18. n. 2. C. ſi de mom. poſſ.* debet enim prius terminari præambulum, quam id, cuius eſt præambulum, *Bal. in d. l. 1. in princ.*

120 Extende primo hanc exemplificationem vt procedat etiam ſi reus conuentus de ſpolio obtuliſſet probationes incontinenti de dominio, quia adhuc actore contradicente, non poſſet audiri, *teſtibus Gloſ. Ant. de Butr. Abb. Dec. & alijs, quos retulis, & ſequutus ſum lib. præced. c.7. n. 134. & ſeqq.* Ergo, ſi iudex audiendo peruertat hunc ordinem, dabitur appellatio.

121 Extende ſecundo, vt procedat etiamſi eſſet terminatum iudicum ſpolij, quia nihilominus, niſi fuerit etiam facta plenaria reſtitutio, & purgatum ſpolium tam quoad poſſeſſionem, quam quoad fructus, & expenſas, reus ſpoliator non poteſt audiri in negotio principali, *Caputaq. deciſ. 171. ſpoliatus, per totam, deciſ. 176. ſpolium, & deciſ. 185. ſpolium licet, n.1. p.3.* & priuſquam poſſit audiri tenetur reſtituere vſq; ad obolum, *Theſſ. Foſſan. deciſ. 15. poſſeſſorij, n.2.* ſeu vſque ad vltimum quadrantem, *Mohed. deciſ. 1. alias 117. epiſcopus, n.1. de ſolut. Vrſil. in annot. ad Afflict. deciſ. 98. pulchrum, n.1. & multa cumulat Pariſ. conſ. 1. viſa facti narratione. n. 144. & ſeqq. lib. 1.* hæcq. extenſio eſt cõmuni, & ſine contradictione; quare ſi iudex ad inſtantiam rei, inuito actore, procederet ſuper proprietate, non purgato ſpolio, poſſet actor appellare.

122 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiamſi ſpolium eſſet commiſſum à iudice nulliter procedente, & hoc eſſet declaratum, quia eſſet purgandum ſpolium, *Caputaq. deciſ 186. ſpolium dicitur, p.3.* Ergo, ſi iudex procedat, eo non purgato, erit locus appellationi.

123 Extende tertio, vt ab iſta ordinis peruerſione poſſit appellari etiamſi Signatura *iuſtitiæ* dediſſet, vt procederetur ſimul ſuper ſpolio, & proprietate, quia adhuc poterit appellari, cum Signatura iuſtitiæ non poſſit dare, vt cognoſcatur ſimul de ſpolio, & proprietate, ex quo obſtat diſpoſitio iuris communis, *Staph. tract. de ſignat. liter. iuſt. rubr. de ſanat. contract. inual. ſub num. 4. verſ. ſimiliter in iſta, f. 286. in paruis, & Sarnen. in reg. de non tollen. iur. quæſ. q.6. n.9. verſ. hinc eſt.*

124 Comprobatur hæc extenſio, quia loquendo in ſpolio attentatiuo, commiſſio impetrata, quod procedatur ad vlteriorem executionem, prout iuſtum fuerit, non tollit neque impedit iudicium attentatorum, eo quia cauſſa attentatorum eſt priuilegiata, & in primis ſuper attentatis eſt pronuntiandum in odium attentãtis: nec obſtat commiſſio prædicta, quia Papa in ea nihil diſponit circa attẽtata, nec derogat regulæ de iure quæſito non tollendo cũ propter attentata, & per ſententiam latam ſuper eis fuerit ius quæſitum parti, & ideo cum iuri quęſito non fuerit derogatum per Papam, Rota intelligit hanc commiſſionem de iure ſine præiudicio attentatorum, maximè quia reſcripta ad lites ſunt ſtricti iuris, & ſtrictiſſimè interpretanda, *Caputaq. deciſio. 154. commiſſio impetrata, p.1.*

125 Contra iſtam extenſionem videtur firmaſſe Teſ. Foſſan. *deciſ. 15. poſſeſſorij, n.4. & 5.* dum plurium auctoritate oſtendit; quod Princeps poteſt etiam de poteſtate ordinaria concedere, vt, non purgato ſpolio, procedatur ſuper petitorio.

Confirmatur hęc contraria opinio, quia quod ſpolium purgetur antea, vel poſt, reſpicit ordinem, ſuper quo ordine reſcribit etiam Signatura iuſtitiæ, dum delegat cauſas, ſola facti veritate inſpecta, prout ex Oſaſch. refert. & ſequitur Foſſanen. *d. dec. 15 ſub n.4.* & tanto magis quod reſpicit ordinem non ſubſtantialem, ſed congruitatis, vt retuli, & ſequutus ſum *infra n. 127.*

126 Extende quarto (& eſt extenſio notabilis) vt in tantum detur appellatio, vt iudex appellationis poſſit reuocare ſententiam abſque quod eam examinet quia eo ipſo, quod fuit peruerſus ordo debet reuocari, *Paul. de Caſt. in l. 1. ſub num. 1. C. de appellat. & conſult.* quem refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, limit. 18. n.2. & 3. C. ſi de mom. poſſeſſ.*

127 Intellige iſtam exemplificationem poſitam, *ſup. num. 119.* eiuſq; extenſiones, vt quamuis iudex non debeat peruertere ordinem cauſſæ ad cauſſam, nihilominus ſi reus conuentus de ſpolio excipiat, de dominio, & actor replicet, reum non eſſe audiendum ſuper dominio, & proprietate, niſi prius fuerit cognitum ſuper ſpolio, illudq; purgauerit, & iudex ſpreta oppoſitione actoris, proceſſerit, & pronunciauerit ſuper dominio, proceſſus, & ſententia ſunt validi, quia iſte ordo non eſt ordo ſubſtantialis iudicij, ſed eſt ordo congruitatis, *vt ſcribunt Ioan. Monach. Io. Andr. & Gemin. omnes, in c. 1. in fine, de accuſ. in 6. & aperte Paul. de Caſtr. in l. 1. ſub num. 1. C. de appellat. & conſult. Aret. in l. 12. naturaliter. §. nihil commune, ſub n. 9. verſ. quod ſi opponitur, in fine, ff. de acquir. poſſ* vbi citat etiam Graſ. de Hiſpania in quadam apoſtilla *in cap. 1. de reſtit. ſpol. Felyn. in cap. 20. inter monaſterium, ſub n. 23. verſ. tempera tamen, ibi, forte tamen eſt neceſſaria, de ſent. & re iud. Crauet. conſ. 248. iniuſtitia, n. 4. verſ. amplius, conſ. 299. Antonius, ſub n. 8. & conſ. 362. in hac cauſa, ſub num. 6. verſ. ſed dicet aliquis, Contar. in l. vnica, limit. 2. in princ. n. 16. ibi, quod ſi iudex, & limit. 13. n. 39. ibi, quod vbi opponitur, C. ſi de momen. poſſ. & ſcripſi lib. præced. c. 7. n. 145.* Vnde debet actor appellare, alias proceſſus & ſententia tenent. *Paul. de Caſt. Aret. Felyn. Crauet. & Contar. ſupra citati.* Et quod oppoſitio non proſit, & ideo pars debeat appellare, ſcribit Iacob. Cancer. *variar. reſol. p. 1. c. 18. de except. in fine, n. 37.* dicens, ſic ſe in facti contingentia vſum eſſe.

Confirmatur hæc intelligentia, quia quando peruertitur ordo vnius cauſę ad alteram cauſſam, ſententia non eſt ipſo iure nulla; imo eſt valida, & tenet, Bar. *in d. l. 1. & ibidem Bal. not. 2. & ſub n. 1. verſ. oppono quod ipſo iure. Salyc. ſub n. 4. in 2. oppoſit. Paul. de Caſtr. n. 1. C. de appellat. & conſult. Ant. de Butr. in c. 6. cum dilectus, ſub n. 11. de cauſ. poſſ. & propr. Bellam. in c. 1. ſub num. 2. de ſentent. & re iud.* & communiter omnes in diuerſis locis. Et ratio eſt, quia iſte ordo eſt ordo extrinſecus, & ad corpus ſeparatum, *Bal. in l. 4. prolatam, n. 9. verſ. ſed opponitur, C. de ſent. & interl. omn. iud.* ſeu eſt ordo, qui non concernit ſolemnitatẽ iudicij, ſed concernit cauſſam, & iuſtitiam partis, *Paul. de Caſtr. & Salyc. quos citaui, & ſequutus ſum ſupra numero 118. verſ. capio tertium, &* non eſt ordo ſubſtantialis, *Bellam. vbi ſupra, Io. Monac. Io. Andr. & Gemin. citati ſupra verſ. intellige.*

Sed cauſſa poſſeſſionis eſt diuerſa a cauſſa proprietatis, *vt ſentiunt præcitati Doctores:* Ergo præpoſterario ordinis in eis non cauſſat nullitatem, *late Contar. in l. vnica, limit. 18. n. 1. in fin. & n. 2. 7. in fine, n. 8. & 9. C. ſi de momen. poſſ.* vbi quod talis ordo non eſt eſſentialis, & ideo, ſi poſtponitur, quod debet præmitti, non reddit ſententiam nullam, ſed iniquam.

Contrariam opinionem; quod enim iſta ſententia ſit nulla, quamuis non fuerit appellatum; quia ſufficit diſſenſus; tenuit Hier. Gabr. *conſ. 54. receptum eſt, num. 6. lib. 1.* dicens, hanc eſſe communem, & veram opinionem, & notata per Aret. citatum pro contraria parte, poſſe procedere in habente iuriſdictionem & facultatem reijciendi exceptionem oppoſitam; ſecus in non habente iuriſdictionem, vt in caſu, quo eſt ſuſpenſum petitorium, cum tunc, inquit, ceſſet iuriſdictio.

Comprobatur hæc opinio contraria, quia vbi ratione ordinis, vel prælationis iudicia non concurrunt, qualia ſunt petitorium, & poſſeſſorium, debet opponi exceptio, quia alias iudicia non ſunt nulla, *Bar. in l. 12. naturaliter, §. nihil commune, quæſtio 2. numero 30. ff. de acq. poſſ.* quem formaliter refert & ſequitur Ant. de Butr. *in capit. 6. cum dilectus, ſub num. 10. verſus finem, verſ. quæro an in caſibus, de cauſ. poſſ. & propr.* quaſi apertè dicat Bar. quod, oppoſita exceptione, iudicium eſt nullum, & ex Bar. referunt, & ſequuntur ibidem Alex. *numero 91. verſ. quæris ſecundo & Iaſ. numero 156. verſ. 2. principaliter*, & ex his, & alijs, loquendo apertius, refert, & ſequitur Caputaq. *dec. 143. ſeu 30. ſententia, lata, parte 3.* dicens, quod ſententia, lata ſuper petitorio, & poſſeſſorio, petitorio tamen ſuſpenſo per partem, eſt nulla in totum, quia cumulatio petitorij, & poſſeſſorij, parte opponente, non admittitur, & ſi iudex proceſſerit ſuper vtroque, proceſſus eſt nullus, & in hoc dicit, Bartolum ſupra citatum, eſſe approbatum communiter, & Bellam. *in cap. 1. ſub n. 2. de ſent. & re iud.* dicens, quod ordo vnius cauſſæ ad aliam cauſſam non eſt eſſentialis, & ideo ſententia valet, & eſt appellandum, quod, inquit, eſt verum, niſi ſuſpenſo petitorio in eo procederetur, quia tunc proceſſus in petitorio factus eſſet nullus, & ex eo refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, lim. 18. n. 11. C. ſi de mom. poſſ.*

Ratio huius comprobationis eſt, quia ſententia, lata non conformis libello, & ſic extra rem petitam, eſt nulla, quia in ea deficit litiſconteſtatio, & defenſio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 11. ſub numero 33. verſ. contraria, & latius cap. præc. quæſt... num...* ſed, ſi petitorium eſt ſuſpenſum, & iudex fert ſententiam ſuper eo, ſententia dicetur non conformis libello, & lata extra rem petitam, ſicque ſine libello, & ſine conteſtatione litis, & conſequenter erit nulla.

His vtcunque vrgentibus, adhuc non diſcedo ab intelligentia, firmata *ſupra n. 127.*

Ad Hier. Gabr. citatum pro iſta opinione contra intelligentiam reſpondeo, quod ipſe loquitur de proceſſu iudicis poſt deſertam cauſam, quo caſu dicit, proceſſum eſſe nullum ex defectu iuriſdictionis, quia iudex ad quem eſt iudex appellationis, & ideo ceſſante, ſeu deſerta appellatione, ceſſat eius iuriſdictio, quam partes nõ poſſunt ei dare, vnde proceſſus eſt nullus, etiam ſi partes conſentirent, quod procederet, & multo magis eſt nullus, ſi pars diſſentiat, & proteſtetur, licet non appellet, *Felyn. in capitul. 11. quoniam contra, numero 30. de probat.* & loquendo iſto caſu, bene teſtatur de communi, * & vera opinione, ſed ſi hoc idem ſentiret in caſu intelligentiæ, poſitæ ſupra *numero* 127. non bene opinaretur, & eius auctoritas, alioqui non aſpernenda, ceſſat, vbi contra ſe habet tot partes.

Secundo reſpondeo, conuincendo eum ineuitabili ratione, nam licet in caſu ſuo, quando iudex procedit infirmando ſententiam poſt deſertam appellationem, dicatur proceſſus nullus ex defectu iuriſdictionis, tamen non eſt ita quando iudex procedit, non purgato ſpolio, quia tunc habet iuriſdictionem, & ideo pars debet appellare, & volumus videre, quod habeat iuriſdictionem, attendamus hoc, quod certum eſt, quod partes non poſſunt dare iuriſdictionem, & tamen, ſi iudex procedat, non purgato ſpolio, & partibus non contradicentibus, procedit cum iuriſdictione: Ergo habet iuriſdictionem, quia ſi eam non haberet, ex non contradictione partium eam non acquireret, quia partes eam neq. expreſſè, neq. tacitè dare poſſunt, ſicque Hier. Gabr. mouetur inepto fundamento.

Ad comprobationem, cuius aculeus non pendet, niſi ex ratione, quam nos pro ea adduximus, reſpondeo dupliciter.

Primo reſpondeo, quod Bellam. Caputaque & Contar. pro ea citati, non remouent opinionem illam, quod ſententia lata, peruerſo ordine cauſſæ ad cauſſam, eſt valida, quamuis fuerit oppoſitum contra peruerſionem, imo non ſolum non remouent, ſed de ea in hoc puncto non videntur habuiſſe cognitionem, cum de ea nullam fecerint mentionem, & tamen debuiſſent, quia vrgenter obſtat, cum ſit communis, & valida ratione fulcita: & non tuta eſt nauis, quam gubernator per incognitos ſibi ſcopulos, & ſirtes incautè ducit. Vltra quod Bart. Alex. & Iaſ. quos citat Caputaque non poſſunt allegari, niſi per ſubauditos intellectus, qui ſubaudiri non debent, quando habent repugnantiam opinionis communis.

Secundo reſpondeo, diſtinguendo, & declarando tres caſus, quos diligenter nota, quia alibi non inuenies.

Primus caſus eſt; quando actor agit poſſeſſorio iudicio reus excipit de proprietate, & dat de ea articulos; actor replicat, non eſſe admittendos, nihilominus iudex eos admittit, teſtes recipit, examinat, cognoſcit de illis, & tandem reum abſoluit a petitione actoris, non tamen pronuntiat ſuper proprietate: & iſto caſu ſententia eſt valida, quia licet iudex peruertat ordinem cauſſæ ad cauſſam, audiendo reum ſuper petitorio, quod per replicationem, & oppoſitionem actoris intelligitur ſuſpenſum, tamen cum ſententia ſit lata ſolum ſuper poſſeſſione, dicitur conformis libello, & non dicitur lata ſuper petitorio ſuſpenſo; & ideo actor debet appellare ab illa peruerſione ordinis, quando reum audit ſuper proprietate, vel debet appellare a diffinitiua, quia fuit peruerſus ordo: & iſto caſu procedit intelligentia, poſita *ſupra numero* 127. quod ſententia lata peruerſo ordine eſt valida.

Secundus caſus eſt; quando actor dat libellũ de poſſeſſione, & reus conuentus dat alium libellum ſuper proprietate, & iudex procedit ſuper vtroq; libello, & actor, qui dedit libellum de poſſeſſione, opponit, non eſſe procedendum ſuper proprietate, niſi prius fuerit terminata cauſſa poſſeſſionis, quæ eſt præiudicialis, & de qua ideo prius cognoſci debet *l. 13. ordinarij, C. de rei vend.* & nihilominus iudex, ſpreta oppoſitione actoris, procedit ſuper proprietate, & fert ſentẽtiam ſuper vtroq; & iſto caſu dico idem, quod in præcedenti, quia, cum ſententia ſit conformis libello, & ſit lata, ſeruatis ſolemnitatibus, & ſubſtantialibus iudicij, eſt valida, & pars debet appellare a peruerſione ordinis, & his duobus caſibus procedit intelligentia, ſeu opinio, poſita *ſupra n. 127.*

Tertius caſus eſt: quando reus conuentus in iudicio poſſeſſorio auditur ſuper exceptionibus proprietatis, inuito & contradicente actore, & deinde non ſolum abſoluitur, ſed declaratur dominus; & iſto caſu ſententia, lata ſuper petitorio ſuſpenſo per illam contradictionem actoris, eſt nulla, eo quia non ſolum non eſt conformis libello, ſed dicitur lata ſine libello, & ſine conteſtatione litis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 11. ſub num. 33. verſ. contraria*, & conſequenter eſt nulla, non eo quia ſit peruerſus ordo cauſſæ ad cauſſam, ſed eo quia eſt lata ſine ſolemnitatibus, & ſubſtantialibus iudicij; & iſto caſu procedit comprobatio, ſeu opinio, de qua *ſupra ſub num.* 127. quod

ſenten-

ſententia lata ſuper petitorio ſuſpenſo, eſt nulla.

Secus forſan eſt, ſi actor non contradiceret, quia tunc videretur de conſenſu actoris inſtitui quaſi nouum iudicium, & fieri mutationem prioris libelli de conſenſu vtriuſque, & conſequenter valida eſſet ſententia, quæ ferretur ſuper proprietate.

128 Exemplifica ſecundo concluſionem tertij ordinis vnius cauſſæ ad alteram cauſſam, poſiti *ſupra nu.* 118. reus conuentus de ſpolio excipit de præſcriptione, allegando quod remedium *cap. reintegranda*, intentatum non competit actori, quia ſit tempore ſublatum, & hanc exceptionem liquidat ex ſolo temporis lapſu, vel poteſt ſtatim liquidare, & iudex, ſpreta hac exceptione, procedit ad ſẽtentiam: certe reus iſto caſu poteſt appellare, ex quo iudex ſubuertit ordinem cauſſarum diuerſarum inter ſe, quia ordo iuris eſt, vt reus non cogatur ad conteſtãdum litem, ſi opponat exceptionem liquidam, ſeu ſtatim liquidabilem, quæ impediat litis ingreſſum, ſed potius imponatur actori ſuper eius petitione perpetuum ſilentium, & ideò iudex debet prius cognoſcere illam exceptionem, & non cognoſcendo peruertit ordinem, *Contard. in l. vnica, limit. 2. §. 4. nu. 18. ibi, tunc autem, & num. 19. & ſeqq. C. ſi de momen. poſſeſſ.*

Reſtringe primo iſtam exemplificationem, vt nõ procedat, ſi teneremus illam opinionem, quod remedium dicti *cap. reintegranda*, ſit impræſcriptibile, quia tunc rectè reijcitur hæc exceptio, & proceditur ad vlteriora, vide Contar. *d. §. 4. n. 23.*

Reſtringe ſecundo generaliter, vt non procedat quotieſcunque hæc exceptio præſcriptionis non ſit admittenda in iudicio ſpolij, quia tunc iudex rectè procedit ad ſententiam.

Explica iſtam reſtrictionem, vt exceptio præſcriptionis non ſit admittenda quando opponitur tanquam ad merita cauſſæ ad finem, vt excipiẽs declaretur dominus, quia ſi ita opponatur non eſt admittenda, *Contar. d. §. 4. ſub num. 13. & 14.* & ita debet intelligi Bal. *conſ. 331. ſuper prædicta verſus finem, lib. 1.* dicens nullo iure caueri, quod à poſſeſſorio, cui obijcitur exceptio præſcriptionis, poſſit appellari, quia inquit, metimur ius ex perſona actoris, nec poteſt reus excipiendo mutare naturam iudicij, vide Contar. *d. num. 13. verſ. verum, & num. ſeqq.* & conſequenter, ſi iudex iſto caſu reijciat exceptionem præſcriptionis, non debet reus poſſe appellare, quia non peruertitur ordo, & iudex non poſſet declarare, reum eſſe dominum iure præſcriptionis, quia metiretur in ſententiãdo ius ex perſona rei, & ferret ſententiam non conformem libello, & propterea eſſet nulla.

Secus eſt ſi opponatur ad proceſſum, ad finem, vt impediatur proceſſus, & reus ſimpliciter abſoluatur, quia iſto caſu exceptio debet admitti, & à non admiſſione daretur appellatio, vt dixi ſupra in exemplificatione.

129 Exemplifica tertio, quando legitime cumulantur petitorium; & poſſeſſorium ita, vt & vtrumque debeat vnica ſententia terminari, quia licet iudex non terminet vnica ſententia, tamen ſententia eſt valida; *Crauett. conſil. 248. inſtituta, ſub numer. 4. in fine, verſ. amplius dica,* & eſſe magis communem opinionem poſt allegatam remiſſiue concludit Alex. *in l. 12. naturaliter, §. nihil commune, verſus finem, num. 98. verſ. tangit hic, ff. de acquir. poſſeſ.* quem referunt, & ſequuntur Rot. *diuerſ. deciſion. 34. concluſum fuit, ſub numero decimo, verſic. & ſententiam, part. 2. & Contar. in l. vnica, limitat. 18. num. 13. Cod. ſi de mom. poſſ.* & eſt de apertamente Neguſantij *tract. de pign. par. 8. membr. 3. ſub num. 26. quem retuli, & ſequutus ſum infra membr. nono, nu. 106.* & ratio eſt, quia eſt ordo vnius cauſſæ ad aliam, & ideo ſententia non eſt nulla, ſed oportet appellare, *Cont. vbi ſupra.*

Exemplifica demum in quouis poſſeſſorio, & petitorio, quia quoties omittitur ordo petitorij & poſſeſſorij poteſt appellari, *Bart. in l. 2. num. 5. in fine ibi, præterea video, ff. de appell. recipien.*

Alia exempla particularia habes apud Contar. *d. limit. 18. num. 14. 15. 16. & ſeqq.* ego in eis non immoror, quia late omnia proſequutus ſum *cap. præced. de ſententijs*, ſi placuerit Deo, vt procedat in lucem.

130 Amplia primo nunc eandem reſtrictionem poſitam *ſupra num. 113.* ſic declaratam, & exemplificatam, vt habeat locum etiam in ſententia interlocutoria, inordinate lata, quia etiam ab ea in cauſſa poſſeſſoria poſſe appellari, ſcribit Achil. Perſon. *tract. de adipiſc. poſſ. nu. 334. verſ. cæteri autem, toma 3. par. 2. fol. 268.* quia quælibet peruerſio, ſeu præpoſteratio ordinis in proceſſu dicitur interlocutoria; nam eo ipſo, quod iudex procedit interloquitur tacite, vel expreſſe, vnde eo ipſo, quod appellatur ab inordinato proceſſu, appellatur ab interlocutoria inordinata, ſicque hæc ampliatio videtur ſuperflua, quia conuertitur cum reſtrictione.

131 Amplia ſecundo, vt procedat non ſolum in proceſſu inordinato ſuper poſſeſſorio ordinario, ſeu plenario, ſed etiam in proceſſu inordinato ſuper poſſeſſorio ſummario, ſeu vt vocant, ſummariſſimo, quia & ſi in eo non requiri ordinem iudicij ſcripſerim *ſupra membr. 1. num. 59.* tamen requiritur quędam ordinata cognitio, de qua late ſcripſi *ſupra memb. 2. num. 19. & ſeqq.* qua omiſſa daretur etiam in eo appellatio, *vt ſcripſi eod. membr. 2. numer. 33. 34. & 17.* & loquendo in adipiſcenda poſſeſſione ex remedio legis fin. *Cod. de edict. diu. Adrian. toll.* & prout eſt poſſeſſorium ſummarium, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra membr. 2. num. 10. & membr. 4. ſub numer. 6. verſ. ratio etiam, & ſub num. 30. verſ. ratio,* requiritur citatio, alias ſi omittatur, poteſt appellari, *vt dixi ſupra ſub num. 35. verſ. in hac, & verſic. ſed parcat.*

132 Amplia tertio, vt non ſolum detur appellatio deuolutiua, ſed etiã ſuſpenſiua ita, vt interim impediatur executio, & proceſſus ad vlteriora, *vt ex Cagn. & Hier. Grat. refert & ſequitur Contar. in l. vnica, limitat. 18. num. 23. ibi, & conſequenter, C. ſi de momen. poſſ.*

133 Reſtringe XIII. vt non procedat, quando appellans offert ſe incontinenti iuſtificaturum appellationem, quia tunc ex quo ratio appellandi eſt in promptu, iudex debet deferre appellationi, *vt ex Gul. de Cun. in l. ſi ex cauſſa, §. nunc videndum, ff. de min. refert & ſequitur Bald. in l. 8. conſentaneum, num. 23. verſ. quæro nunquid à tali miſſione, Cod. quomod. & quando iud. & ex Bald. referunt & ſequuntur Nicell. tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 6. ſub num. 26. in 1. moderat. fol. 191. Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. vlt. ſub num. 2. ibi, idem quando ratio. Oſaſch. deciſ. 25. mortua inteſtato, num. 13. & Contar. in l. vnica, limitat. 12. numer. 1. C. ſi de momen. poſſ. qui citat alias.*

Confirmatur primo hæc reſtrictio; quia clauſula (*appellatione remota*) non tollit appellationem, quam appellans offert ſe incontinenti iuſtificaturum, *Rip. in capit. 1. ſub numero 2. de reſcrip. & Contar. quem retuli, & ſequutus ſum quæſt. præced. limitat. 1. numer. 88. & ſentit Gloſſ. in capit. 6. ſuſcitata, verbo, ſententiæ, de integr. reſtitut.* dicens, quod ſententia debet mandari executioni, non obſtante aliqua exceptione, niſi incontinenti probetur exceptio.

Confirmatur ſecundo, quia oblatio probationis incontinenti tollit præſumptionem calumniæ, ob quam ſolet denegari appellatio, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra limit. 4. princip. ſub num. 16. verſ. declara nunc.*

Declara iſtam reſtrictionem, vt ratio appellandi in promptu, ſeu probatio incontinenti ad iuſtificandam appellationem dicatur, cum appellans oſtendit ſcripturam, vel aliud documentum, nondum de actis, quod & ſi requirat aliquam diſcuſſionem, ſeu cauſſæ cognitionem;

tamen

tamen facit magnam præſumptionem pro appellatione; vnde non requiritur, quod ex actis præteritis doceatur de iniquitate ſententiæ; quia ſi requireretur, hæc reſtrictio eſſet ſuperflua, quia eſſet eadem cum poſita *ſupra n.79.*

Quicquid in contrarium ſcripſerint Oſaſch. *d.deciſion.* 25.*n.*13. & Contar. *d.limit.*12 *ſub n.*14. cum aiunt, quod ratio appellandi in promptu dicitur eſſe, ſi ex actis reſultet euidens iniquitas ſententiæ

134 Reſtringe XIV. vt non procedat reſpectu tertij, licet enim principalis non poſſit appellare, tamen non prohibetur tertius, per ea, quę loquendo in remedio adipiſcendæ *ex l.fi.C.de edict.diu Adr.toll.* retuli, & ſequutus ſum *ſupra membr.4.n.41.& ſeqq.verſ.reſtringe quarto.*

135 Reſtringe XV. vt non habeat locum, quando dubitatio eſſet de admittenda, vel non admittenda appellatione à ſententia lata ſuper poſſeſſorio quia tunc ratione dubij eſſet admittenda, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra hac ead. quæſt.17. in ampliat.numer.68. ampl.17. verſ.extende primo.*

136 Reſtringe XVI. vt non procedat in ſententia negatiua, lata in poſſeſſorio adipiſcendę, quia ab ea, lata contra actorem, datur appellatio, *vt ex Ang.Iacobin.Zuccar.Tiraq.Duen. & alijs retuli ſupra membr.4.n.38.verſ. reſtringe tertio*, & ſimiliter ſententia negatiua, lata in poſſeſſorio recuperandæ, datur actori ſpoliato appellatio de iure communi, *vt retuli membr.præced.n.76.* licet ſecus attenta conſtitutione Ægidiana, *vt retuli d.memb.4.ſub eod.n.38. verſ.contrariam.*

Hæc reſtrictio eſt ſuperflua, vide *ſupra d.membr.4.ſub n.38.verſ.vel breuius.*

137 Reſtringe XVII. vt non procedat quando grauamen ſententiæ latæ in poſſeſſorio ? non poſſet reparari in petitorio, quia tunc datur appellatio, prout latè ſcripſi *membr.ſeq.n.1.& ſequentibus.*

138 Reſtringe XVIII. vt non procedat, quando poſſeſſorium eſt mixtum, & mixtura conſideratur in ſententia, vt late ſcripſi, & declaraui *infra membr.9. numero 1. & ſeqq.*

139 Reſtringe XIX. vt non procedat in appellatione extraiudiciali, quia poſſe appellari extraiudicialiter in poſſeſſione momentanea arbitratur, & tuetur Contar. *in l. vnica, limit.25.n.1.& ſeqq.C.ſi de mom.poſſ.*

140 Subreſtringe eaſdem omnes præcedentes reſtrictiones, vt non procedant in loco, vbi extat ſtatutum prohibitorium appellationis in cauſſis poſſeſſorijs, quia hoc ſtatutum, ne reddatur eluſorium, debet intelligi, vt prohibeat appellationem in caſibus, in quibus eſt permiſſa à iure communi, *Neguſ.tract.de pignor.par.8.membr.1.n.3. fol* 252.vbi refert ad conſtitutionem ægidianam Marchię Anconitanæ; qua conſtitutione prohibetur appellatio in cauſſa poſſeſſorij, & ex eo refert, & ſequitur Put. *dec. 293. in cauſſa Placentin.ſub n.2.lib.2. Contar.in l.vnica, in ampl.n.131 C.ſi de mom.poſſ.*

141 Confirmatur hæc ſubreſtrictio, quia ſi clauſula (*appellatione, remota*) apponatur, in reſcripto iudicij poſſeſſorij, operatur, quod nullatenus appelletur, etiam vbi alias appellaretur in aliquo caſu ſpeciali, ampliat enim naturam poſſeſſorij, & remouet obſtaculum, vt ſic aliquid operetur, Franch. *in c.53.paſtoralis,n.12.in fine,quæſt.17. de appell.& Contar.in d l.vnica, in ampl.n.134.C.ſi de momen.poſſ.*

Contrariam opinionem cenſeo veriorem, & moueor, quia vel illud ſtatutum ſit in Terris Eccleſiæ, & tunc ſatis eſt, quod per eiuſmodi ſtatutum reducantur ad diſpoſitionem iuris ciuilis, per ea quæ, loquendo de eadem conſtitutione ægidiana, ſcripſi *ſupra.lib.1. cap.97. ſub nu.*54. vel ſumus in Terris Imperij; & tunc dico, quod inter Doctores eſt controuerſia, de qua ſcripſi *ſupra n.16.& ſeqq.* an de iure appellatio ſit prohibita etiam ad effectum deuolutiuum; vnde hoc ſtatutum, tollendo hanc controuerſiam, vel potius corrigendo ius commune prohibet eam etiam ad effectum deuolutiuum; ſicque non eſt fruſtratorium, *per ea, quæ dixi d.cap.97.ſub num.*54. & corrigendo ius commune in hoc, quod tollit appellationem deuolutiuam, non debemus illud extendere, vt tollat etiam appellationem in caſibus, in quibus de iure ciuili eſt permiſſa, quia ſtatutum, quod poteſt ſtare correctorie in vno, vel in duobus, debet intelligi, vt corrigat in vno tantum, vt retuli, & ſequutus ſum *lib.præced.cap.8.n.*411.adde, quę ſcripſi *ſupra n.24.& 25.*

142 Nota praxim, & cautelam, qua ſagax reus condemnatus in cauſſa poſſeſſorij, vtitur ad defatigandum aduerſarium, eumque intricandum, ne poſſit exequi ſententiam; is enim videns, quod in cauſſa poſſeſſorij non poteſt per appellationem impedire executionem, *iuxta ea quæ ſcripſi initio huius ſextæ limitationis, & membr.2.num.1.& membr.3.num.3.& alijs pluribus in locis*, dat commiſſionem ordinariam appellationis, & appellationum, tacendo ſententiam eſſe latam ſuper mero poſſeſſorio; Signatura cauſſam delegat ſimpliciter: & iudex delegatus ad inſtantiam appellantis ſtatim inhibet; vnde appellatus, vt remoueat obſtaculum inhibitionis, & commiſſionis, cogitur, parte citata, adire, & informare totam Signaturam, eiq; dare commiſſionem, vt vocant, reformatoriam, præinſerta commiſſione aduerſarij reformanda: Signatura deinde informata, ſi guſtat, per appellationem non eſſe retardandam executionem, reſcribit eidem iudici à quo, cum clauſula (*vt exequatur quatenus ſit locus conſtitutioni ægidianæ:*) ſi vero adeſt aliqua difficultas, ſeu aliqua cauſa benè viſa Signaturæ, reſcribit eidem iudici ad quem, cui reus appellans fecit committi cauſam appellationis, eiq. reſcribit cum clauſula (*vt quatenus ægidianæ locus ſit, in primis, & ante omnia exequatur, ſin minus cauſſam appellationis cognoſcat*) vt refert Marcheſ. *tract. de commiſſ. part.2.in commiſſ.appell.c.2.ſub n.58.fol.40.*

Quare ſi victor non ſit diligens, ſed præueniatur à condemnato in dando commiſſionem, victo ſentit duplex damnum: Primum, quia cogitur, parte citata, dare commiſſionem reformatoriam, quo caſu res plerumque controuerſiam recipit, *vt dicit Veſtr. in prax.lib.7.cap.3.ſub n 5.verſ.amplius*, Secundum, quia, ſi Signatura reſcribat iudici ad quem victor tenetur in primis facere regiſtrum actorum, eaq; tranſportare, & tanta eſt regeſti impenſa, vt ſi ſit pauper, cogatur deſerere cauſam; vnde Signaturę facilitas ad reſcribendum iudici ad quem, quando cauſa eſt inter pauperes, eſt paupertati onerosa.

143 Quod ſi procurator, qui ſententiam condemnatoriam obtinuit contra reum, ſit diligens in impetrando commiſſionem contra reum pro executione ſententiæ, Signatura reſcribit, vt iudex, qui ſententiam protulit, eam quatenus ægidianæ conſtitutioni locus ſit exequatur, *Veſtr. vbi ſupra, & lib.8.cap.vlt.ſub n.6. ibi conſueuit, ſignatura*, vel alijs caſibus (quatenus executioni locus fiat,) *Veſtr.ſub d.n.6.*

Quibus remedijs poſſit ſubueniri ei, qui in poſſeſſorio iuditio eſt appellationis auxilio deſtitutus, ſcripſi quæſt. ſeq.ibi poteris videre.

SEXTÆ LIMIT. MEMB. VIII.

SVMMARIA.

Limitatio, quod non appellatur à ſententia lata in cauſſa poſſeſſoria ſublimitatur, vt non procedat, quando grauamen ſententia non poteſt reparari in petitorio, n.1.

Extenditur primo hæc ſublimitatio, etiam ſi poſſit reparari, ſed non in toto, n.2.

Exten-

Extenditur ſecundo etiam ſi poſſit reparari, ſed cum magna difficultate, nu. 3. Subextenditur tripliciter hæc extenſio, n. 4. & ſeqq.

Extenditur tertio, vt appellatio admittatur etiam ad effectum ſuſpenſiuum, nu. 8.

Exemplificatur I. eadem ſublimitatio in ſententia lata con-ʒ a eum, qui detinet rem ratione expenſarum &c. num. 9. Declaratur, n. 10.

Exemplificatur II. in ſententia lata vigore contractus ad tradendum poſſeſſionem, n. 11.

Exemplificatur III. remiſſiue, n. 12.

Exemplificatur IV. in ſententia lata contra eum, qui prius ſuccubuit in petitorio &c. n. 13. & ſeqq.

Exemplificatur V. in ſententia lata ſuper actione hypotheca. ria, nu. 17.

Exemplificatur VI. in ſententia lata contra eum, qui non habet aliud remedium, quam remedium retentionis, nu. 18. — Inſertur dari appellationem à ſententia lata ſuper actione ad exhibendum, num. 19. — Declaratur illatio, nu. 20. & ſequentibus.

Exemplificatur VII. in ſententia lata contra poſſeſſorem facti, ſeu detentorem, num. 23. & 24.

1 SVblimita I. eandem ſextam limitationem poſitam *ſupra initio, & memb. 3. num. 3.* vt non procedat quando grauamen ſententiæ latæ in iudicio poſſeſſorio non poteſt reparari in iudicio petitorio, quia tunc poteſt appellari à ſententia lata in poſſeſſorio, *Bald. in l. 2. ſub nu. 22. verſ. vltimo quæritur, C. de epiſc. aud. Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. c. 2. nu. 45. fol. 38. Rot. diuerſ. dec. 356. domini erant. num. 6. in fine, & num. 7. p. 1.* hanc eſſe
* communem opinionem etiam de iure ciuili teſtatur, & ſequitur Couar. *pract. qq. cap. 23. ſub num. 8. verſic. ſic deniqne,* quem refert & ſequitur Contar. *in l. vnica, lim. 1. nu. 1. in fine, C. ſi de moment. poſſ.* & eſt ſublimitatio angularis, & nota.

Comprobatur hæc ſublimitatio, quia in cauſa poſſeſſoria poteſt idcirco appellari ab interlocutoria, quia, cũ appellatio ſit prohibita à diffinitiua, non poteſt reparari per appellationem à diffinitina, ſecundum eos, quos citaui *memb. præceden. num. 29.* & hoc procedit generaliter in qualibet interlocutoria cuius grauamen non poſſit reparari per appellationem à diffinitiua, vide *infra limit. 47. memb. 1. num. 84. & ſeqq.*

2 Extende I. hanc ſublimitationem, vt procedat etiam quando poteſt reparari, ſed non in toto, ſeu plene, *Contar. in d. limit. 1. num. 6. per ea, quæ in alijs terminis ſcribunt Bal. in l. 1. C. ne in integr. reſtit. poſt. & Felyn. in cap. 17. cum ſuper, ſub numer. 17. verſic. ſcias etiam, ibi, vnde tertius, de ſent. & re iudic.* & facit, quod ſcripſi *ſupra mem. 4. ſub nu. 74. & 83.*

Confirmatur hæc extenſio, quia licet ab interlocutoria nõ poſſit appellari, tamen ſi inferat grauamen, quod non poſſit perfecte reparari in diffinitina, poterit appellari, *Rebuff. tract. de ſent ent. execut. art. 10. gl. 1. numer. 11. verſ. nono intellige, tom. 1. fol. 404.* & quod poſſit appellari, quando eius grauamen non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua ſine magno præiudicio, retuli, & ſequutus ſum *præced. lim. 1. num. 144. verſ. oppono.*

3 Extende II. vt procedat etiam ſi poſſit reparari, ſed cũ magna difficultate, quia tunc permittitur appellatio, *Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 100. ſub num. 866. Marcheſ. tract. de commiſ. part. 2. in commiſ. appell. cap. 3. num. 52. limit. 9. fol. 39. & latius Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princip. in verbo. & quandoque appellatur num. 312. lim. 7. fol. 505. Gaſp. Caball. ad conſtit. March. lib. 6. cap. 2. in verbo, ciuili, nu. 10. & Contar. in l. vnica, limitat. 1. num. 7. & 15. C. ſi de mom. poſſ.*

Confirmatur hæc extenſio, quia licet appellatio ab interlocutoria ſit prohibita, tamen, ſi eius grauamen non poſſit reparari, niſi cum magna difficultate, appellatio permittitur, *Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 10 gl. 1. nu. 12. tom. 1. fol. 404. & Lancellot. tract. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 1. num. 97. fol. 360.* & quod poſſit appellari ab interlocutoria quando ingerit difficultatem circa deciſionem cauſſæ, ſcribit Bal. quem citaui, & ſequutus ſum *q. præced. limit. 1. n. 143. & 144.*

4 Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat, quando difficultas procedit tam ex natura rei, quam ex diſpoſitione iuris, vtputa ſi ſententia feratur inter duas vniuerſitates litigantes ſuper poſſeſſione herbarum, nemorum, aquarum, confinium, & ſimilium, quia, cum vt plurimum propter temporis antiquitatem non ſoleant habere inſtrumenta diuiſoria territorij, & ſi habent, ſint quandoque mutata vocabula, & loca confinium ſint obſcura, & ideo ſententia, quæ inter eas fertur ſuper poſſeſſione, infert damnum irreparabile in petitorio, ex quo non poſſunt habere probationes de dominio, *Maran. Gaſp. Caball. & Contar. in locis citatis numer. præcedenti, & Mynſing. in ſing. obſeru. centur. ſexta, obſeru. 13. quod pro regula, num. 5. & 7.*

Declara hanc ſubextenſionem, vt relinquatur arbitrio iudicis, quando probatio circa petitorium dicatur facilis, aut difficilis, *Contar. in l. vnica, limitat. 1. numer. 13. & 14. Cod. ſi de mom. poſſ.* vbi etiam declarat quando dicatur facilis.

5 Subextende ſecundo, vt hæc appellatio admittatur etiam ad effectum ſuſpenſiuum *Maran. vbi ſupra, Oſaſch. deciſ. 25. mortuo inteſtato, num. 8. & Menoch. de adipiſ. poſſ. rem. 4. n. 867.*

Pro & contra hanc ſubextenſionem vide *infra n 8.*

6 Subextende tertio, vt procedat etiam quando difficultas reparabilitatis procedit ex parte aduerſarij, qui mitteretur in poſſeſſionem, vt puta ſi ageretur de miſſione in poſſeſſionem alicuius Caſtri, ſeu Fortilitij ita muniti, vt de facili recuperari non poſſet, quia tunc admitteretur appellatio, vt ex communi opinione refert, & ſequi-
* tur Contar. *in l. vnica, limit. 1. ſub nu. 79. verſ. item non eſt, & n. 80. C. ſi de mom. poſſ.*

7 Secus eſt, ſi de facili poſſet recuperari, quia tunc non daretur appellatio, quare ſi partes litigantes eſſent ſub eodem principe adeo potenti, quod de facili poſſet mittere executioni ſententiam ferendam in petitorio, ſine dubio non haberet locum hæc extenſio, & denegaretur appellatio, *Contar. ead. limit. 1. ſub nu. 81. verſ. verum quia,* & pro hoc facit, quod refert, & ſequitur Barthol. Soccin. *in l. 2. fideiuſſor, ſub numer. 9. verſ. in gl. ibi, ff. qui ſatiſd. cog.* dicens, quod idoneus fideiuſſor dicitur etiam ille, qui eſt in tutiſſimo loco, puta in turri; vel caſtello; poſitis ſub cuſtodia ipſius fideiuſſoris, dummodo adſit ſuperior cuius mandaro poſſit facile fieri executio etiam in illo tutiſſimo loco.

Secus etiam eſt, quando is, qui mitteretur in poſſeſſionem, daret idoneam fideiuſſionem de reſtituendo fortilitium in euentum, quod condemnaretur ad reſtituendũ, *Contar. in ead. limit. 1. num. 84. verſ. ceſſaret.*

Declara hanc ſubextenſionem, vt relinquatur arbitrio iudicis quando adſit, vel non adſit difficultas reparabilitatis ob potentiam eius, qui mittitur in poſſeſſionem, *Contar. in l. vnica, limit. 1. num. 100. verſ. crederem.*

8 Extende III. vt admittatur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, vt, loquendo in caſu, quo damnum non poteſt reparari, niſi cum magna difficultate, ſcribunt Maran. Oſaſch. & Menoch. quos citaui *ſupra num. 5.*

Confirmatur hęc extenſio, quia ſi admitteretur appellatio ſolum ad effectum deuolutiuum, nulla conſtitueretur differentia inter ſententiam, quæ poſſet reparari, & ſententiam quæ non poſſet reparari; ſiquidem appella-

tio

Digitized by Google

tio deuolutiua admittitur a qualibet ſententia diffinitiua lata in poſſeſſorio ordinario, *vt in pluribus retuli membr. præcedenti n.16.* & conſequenter tam hæc prima ſublimitatio, quam eius extenſiones eſſent ſuperfluæ.

Contra hanc extenſionem, & in ſpecie contra Marantam tenet Couar. *pract.qq.cap.23.ſub num.8. verſ.ſecunda concluſio,* dicens, quod hoc grauamen poteſt breui manu reparari per appellationem deuolutiuam coram iudice, ad quem, cum appellatio deuolutiua permittatur, *vt dixi ſupra,* & conſequenter non debet retardari executio. Sed contra Couar. defendendo Marantam ſcribit Oſaſch. *quem citaui ſupra n.5.*

Corroboratur hæc contraria opinio, quia, tenendo illam alteram communem opinionem, quam latè retuli *d. membr.praced.nu.19.* quod appellatio ſit prohibita etiam ad effectum deuolutiuum à ſententia lata in cauſſa poſſeſſoria, ceſſat confirmatio adducta pro extenſione, & ſatis eſſet, quod grauamen, quod non poteſt reparari in petitorio, poſſet reparari per appellationem deuolutiuam, quæ non admitteretur, niſi deficeret reparabilitas in petitorio.

Non diſcedo ab extenſione. Primo, quia cum in praxi recepta ſit opinio, quod appellatio deuolutiua concedatur etiam à ſententijs, quarum grauamen poteſt reparari in petitorio, *vt retuli memb.praced.num.16.& num.22.* debemus, vt aliquam conſtituamus differentiam, tenere quod, vbi grauamen non poteſt reparari in petitorio, concedatur appellatio etiam ſuſpenſiua, alias non ſolum hæc extenſio redderetur falſa, ſed tota hæc prima ſublimitatio redderetur ſuperflua. Secundo, quia cum condemnato in poſſeſſorio deficiat via reparandi ſe in petitorio, & poſſeſſorio meliores forſan non habeat probationes in ſecunda inſtantia, quam habuerit in prima, æquum eſt, vt hæc via, quæ ſibi supereſt appellandi, liberalior concedatur ad vtrumque effectum.

9 Exemplifica I. eandem ſublimitationem in ſententia lata in iudicio poſſeſſorio ad fauorem domini fundi contra eum, qui in eo ædificauit, ſeu fecit impenſas, quia, cum ei pro dictis impenſis competat ſolum ius retentionis, *leg.33.ſi in area in vltimis verbis, ff. de condic.indeb.* ideoque competat ei ſolum ius ad condicendam poſſeſſionem, ſeu detentationem, caſu quo fundum, non recuperatis expenſis, tradidiſſet domino, *l.40.qui exceptionem, §.ſi pars ff.eod.* & nullum ius habeat circa proprietatem dicti fundi, ſequitur, quod dari debeat ei appellatio à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio, *Bart.in l.2.ſub n.3. verſ. quaro quæ eſt ratio, ibi, exemplum.ff.de appel.recip.Capic. decif.34.in cauſſa magnifici Andreæ, n.5.& alii, quos citat, & ſequitur Contar. in l.vnica, limit.1.n.17. verſ. quæ concluſio, et ſub n.19. C.ſi de mom.poſſ.* adde quæ ſcripſi *n.18. exempl.6.*

10 Declara iſtud exemplum vt habeat locum in eo, qui in re aliena expendit bona fide tanquam in re propria, quia iſte, cum non impenderit animo obligandi dominum illius rei, * habet ſolum ius retentionis, vt dixi, ſecus, ſi impenderit ſcienter animo repetendi, quia iſto caſu, ſi rem reſtituat, poterit adhuc petere expenſas condictione indebiti, quaſi plus ſoluerit, & ideo non datur ei appellatio in poſſeſſorio, *Contar.d.limit.19.in fine verſ.intellige, et n.20.* is, quoque, qui impenſas feciſſet auctoritate iudicis, poterit eas condicere, *Tiraq.de retract.conuent.§.7.gl.1.n.8. declar.4.*

11 Exemplifica II. in ſententia lata contra eum, qui ex contractu ſe obligauit tradere poſſeſſionem, quia is à ſententia, qua condemnatur ad eam tradendam, poteſt appellare, *vt retuli, et ſequutus ſum membr. ſequenti nu.78.et ſequentibus verſicul.exemplifica vndecimo.*

12 Exemplifica III. in caſu, quem poſui *membr.ſeq.n.124. verſ.contra.*

13 Exemplifica IV. quando quis prius egit iudicio petitorio, & in eo ſuccubuit, & ſententia tranſiuit in iudicatum, & poſtea agit poſſeſſorio, quia ſi contra eundem feratur ſententia in poſſeſſorio, poterit ab ea appellare, ex quo non habet remedium in petitorio, cum ſententia in eo lata tranſiuerit in iudicatum, ſicque poſſeſſio non eſt momentanea, *Bal.in l.vnica, ſub num.1.Cod.ſi de momen. poſſeſſ. Dec.conſil.28.col.2. ſub n.2.ibi, ſi autem actum, Oſaſch.deciſ.25. mortuo inteſtato, ſub n.11.ibi, hoc etiam in caſu, Contar.in l.vnica, limit.1.n.75. verſ.rurſus, Cod.ſi de momen poſſeſſ.et Ruginell. tract.de appell.§.2.c.3.n.772. verſ. ſecundum exemplum.*

14 Extende hanc exemplificationem, vt procedat, etiam ſi ſententia lata in petitorio non tranſierit in rem iudicatam, quia Ang.Aret. *in l.2.ſub num.12.ibi, egi petitorio, ff.de appell. recip. Veſtr.in prax.lib.7. cap.3. n.8. verſ.addo alios caſus. Caball.ad Conſtitut.March.lib.6 c.2.in verbo, ciuili, ſub n.2. in fine, et n.3.limit.3.et Marcheſ. tract. de commiſſ.part.2. in commiſſ.appell.c.2.n.45.fol.38.* dum ſcribūt eum, qui ſuccubuit prius in petitorio, poſſe appellare à ſententia, quæ contra eum fertur in poſſeſſorio, non exprimunt, quod ſententia qua fuit condemnatus in petitorio, tranſierit in rem iudicatam.

15 Declara eandem exemplificationem, eiuſque extenſionem, vt procedant in caſibus, in quibus ſententia lata petitorio non præiudicat poſſeſſorio, iuxta ea, quæ, latè diſcurrendo per oppoſitiones, & diſtinctiones, colligit Alexand. *in l.12.§.nihil commune, ſub n.8.verſ.gloſ.plurib. mod. et verſic.ex hac prima, et ſub n.9.verſ. ſed contra, ibi, Bar.dicit, et ſub n.10.et ſeqq.ff.de aeq.poſſ.*

Secus eſt in caſu, in quo ſentētia lata in petitorio præiudicat poſſeſsorio, hoc eſt, quando petitorium præualet, & abſorbet poſſeſsorium, quia tunc exemplificatio, & extenſio reddunt vanæ, & ventoſæ, vt loquendo in alijs terminis, dicit Put. *deciſ.82.in vna Sabinen.n.1.lib.1.* & conſequenter fruſtra quæritur de appellatione à ſententia, ad quam deueniri non poteſt.

16 Qui ſint caſus, in quibus petitorium abſorbet poſseſſorium; ſeu ſentētia, lata in petitorio, obſtat volenti agere poſſeſſorio, eſt articulus perplexus, in quo Alex. *in d. §.nihil commune, n.10.in fine,* poſt relatam quandam longam Bartoli diſtinctionem, inquit paſſum eſſe difficilem: Ergo ſummatim loca & diſtinctionum capita indicabo, quia non eſt præſentis indaginis, vt ad ea accedamus. Aliqui diſtinguendo aiunt, quod ſententia, lata ſuper petitorio pro reo, eo quod actor non probauerit intentionem ſuam, non præiudicat eidem actori volenti agere poſſeſſorio quia talis ſententia non tribuit ius; ſecus eſt, ſi fuerit lata, eo quia reus probauerit ſe dominum, quia tunc præiudicat, vide Contar. *in l.vnica, q.duodecima, n.1. et ſeqq.C.ſi de momen.poſſ.* & latius Menoch. *tract.de retinen. poſſ.rem.3. quaſt.105.num.845.et ſequentibus.* Sed contra hanc diſtinctionem vide, quæ refert Alexandr. *in d.§.nihil commune, ſub n.9.verſ.ſed Bart.iterum opponit, et nu.10.* vbi recenſet ſubdiſtinctionem inter poſſeſſorium, quod ſapit cauſam proprietatis, & poſſeſſorium, quod non habet admixtam cauſſam proprietatis, rurſus ſubdiſtinguit, & demum *n.11.verſ.ſequitur, et n.12.et ſeqq.* diffuſè proſequitur: vide etiam Put. *deciſ.82.in vna Sabinen.lib.1.* vbi ait, fuiſſe reſolutum, quod petitorium abſorberet poſſeſſorium, & quod executio ſententiæ latæ ſuper poſſeſſorio, quamuis tranſijſſet in rem iudicatam, non erat facienda, vide etiam Contar. *dict.quaſtio.12.n.7.et 8.*

17 Exemplifica V. quando creditor agit, hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, quo caſu, quia poſſeſſio videtur perpetuo duratura apud creditorem, datur appellatio, *vt retuli, et ſequutus ſum memb.ſeq.n.86.& ſeqq.verſ. exemplifica 13.& n.96.ver.extende ſecundo.*

18 Exemplifica VI. in iudicio poſſeſſorio, in quo reus con-

condemnatus habeat ſolum remedium retentionis, quia tunc poteſt appellare, *Bartol. in l.ſecunda column.2.nu.5. ibi, ſed ſi actor ſuccubuerit, Angel. Aret. ſub numer.12.ff.de appell recip. vel non, Bal. in l.2.col.vlt.& num.22.verſ.vlt. quæritur, C.de epiſc. audien.& in l.vnica, col.penult.ſub nu. 14.verſ.quæro quid ſi non agitur, C.ſi de momen.poſſ. Nicell. tract.de concor.gloſſ.concord.6.fall.6. ſub num.30.in fi.verſ. decimoſeptimo, & nu.31.fol.192.Dec.conſ.28.col.2. num.2. ibi, nam tunc demum. Oſaſch.deciſ.25.mortuo inteſtato, ſub num.11.ibi, ſimiliter dicimus, Rebuff.tract.de ſent. exec.art. 9.gloſ.5.nu.11.tom.1.fol.41.Menoch.tract.de adipiſc.poſſeſ. rem.4.quæſt.100.num.865. & 866.fol.54.* & de opinione * communi, à qua non ſit recedendum in iudicando, teſtatur Nicell. *ſub d.nu.31.*

Ratio, qua mouentur iſti Doctores, eſt, quia iſte, qui detinet rem, puta vti colonus, vel aliter loco poſſeſſoris, vt in caſu legis 27. *Aquilius, ff.de donat.* non poteſt reparare damnum in petitorio, quia petitorium non ſperatur; quod non eſt in iudicio poſſeſſorio; quia reus poteſt reparare damnum in petitorio; vnde euenit, quod quãuis in iudicio detentorio agatur de minori præiudicio, quam in poſſeſſorio, tamen in detentorio detur appellatio, *vt dixi*, & non in poſſeſſorio, *Bar. vbi ſupra, & Bald. in d.l.vnica, ſub num.14.verſ. quæro quid ſi non agitur, C.ſi de mom.poſſ.* & latè *Contar. in ead.l.vnica, limit.21.num.1. & ſub num.tertio, & ſequentibus* dicens, quod in iudicio detentatorio datur appellatio ea ratione, quod ibi nullum petitorium ſperatur, & ſic detentoribus, ſi denegaretur appellatio, nullum ſupereſſet remedium, quo damnum illatum reſpectu detentionis poſſet in alio iudicio reparari.

19 Infero extendendo, quod ob eandem rationem poteſt appellari à ſententia lata in actione ad exhibendum, *Bar. vbi ſupra*, dicens poſſe appellari, quando deuenitur ad æſtimationem, *Bald. in l.vnica, ſub nu.15.verſ.quæro quid ſi agatur, in fine, C.ſi de mom.poſſ.* dicens, quod actio ad exhibendum ſapit naturam realis iudicij, cum in ea iuretur in litem, & ideò, inquit, poteſt appellari. *Nicell. tract.de concord.gloſſ.concord.6.ſall.6, moder.13.ſub numero 27.fol. 192.Oſaſch.deciſion.25.mortuo inteſtato, numer. vndecimo, & Contar. in dicta l.vnica, limitat.4.numero 20.verſ.ſupradicta.* Imò ſecundum Bald. *conſil.300.ſtatuto cauetur, ſub numero quarto, verſicul.tertio quæritur lib.1.in impreſſis de anno 1543.* datur appellatio etiam in actione ad exhibẽdum, quæ eſt præparatoria ad iudicium poſſeſſorium.

Declara hanc illationem, vt ſit vera in duobus caſibus.

Primus caſus eſt, quando reus condemnatur ad intereſſe, eo quia non exhibuit rem, ad quam exhibendam fuerat condemnatus, vt puta, ſi dolo deſierit poſſidere, quo caſu propter intereſſe ſubiacet periculo iuramenti in lite, quod periculum eſt graue periculum petitorij, & ideo datur appellatio, *Spec.tit.de appell.§.in quibus, n.12. verſ.ſed nunquid, ibi, ſi vero Contar. in l.vnica, oppoſ.4. numero 2.4.& 5.& latius limitat.14. numero 22. & 24.C.ſi de mom.poſſ.Io.de Amic.conſil.147.ſuper dubio num.3. ibi, item in actione, & Rugmel.tract. de appell.§.2.c.3.nu.695. verſ.24.in fine.*

† Et ſemper appellationi locus eſt quoties exhibitio eſt magni præiudicij, *l.fin.§.iuſſus, ff.de appell.*

Secundus caſus eſt, quando exhibitio trahit ſecum, rẽ ipſam eſſe reſtituendam petenti exhibitionem, *Spec.d.§. in quibus, ſub nu.12.verſus finem, ibi, item appellare, Contar. d.oppoſ.4.ſub num.5. & d.limit.14. num.23. & Ruginell.d. §.2.cap.3.ſub num.695.*

Verum licet doctrina iſtorum duorum caſuum ſit vera, tamen videtur inepta, quia aliud eſt appellare à ſentẽtia lata ſuper actione ad exhibendum; aliud appellare à ſententia lata ſuper intereſſe, prout tacitè aduertunt Cõtar. *dict.limit.14. numero 24 & Io.de Amic. vbi ſupra*, & à ſententia lata ſuper exhibitione, quæ ſecum trahit reſtitutionem.

21 Demptis ergo his duobus caſibus, firmo concluſionẽ in contrarium, quod a ſententia lata in actione ad exhibendum, non poteſt appellari, quando ſcilicet condemnatus habet facultatem exhibendi, & agitur de ſola exhibitione, quia tunc non appellatur, cum tale iudicium nõ debeat dilationum mora differri, *Spec.d.§.in quibus, num. 12.verſ.ſed nunquid*, quem refert, & ſequitur Maran. *in ſuo ſpec.par.6.act.2.princip.in verbo, & quandoque appellatur, limit.25.numero 331. Io.de Amic.d.conſ.147. numero tertio, Contar.d.limit.14.num.21.verſ.intellige, & ſub numer. 24.& 25.& d.oppoſ.4.num.3.* vbi inquit, ſi non appellatur in poſſeſſorio, quod eſt maioris præiudicij, multo minus admittenda eſt appellatio à præcepto, ſeu ſententia de exhibendo.

22 Oſtendo iſtam concluſionem in tribus caſibus, in quibus cum actio ad exhibendum ſit præparatoria ad aliud iudicium, ideoque in eo agatur de modico præiudicio, non appellatur.

Caſus primus eſt, quando petitur exhiberi rem, vt cognoſcatur à teſtibus, vt ponit Contar. *d.limit.14. numero 27.* quem refert, & ſequitur Ruginell. *d.§.2. cap.3. ſub numero 695.*

Caſus ſecundus eſt, quando hæres non cauet de reſtituendo legatum, ſeu fideicommiſſum, quod eſt relictum in diem, vel ſub conditione; quo caſu legatarius, ſeu ſubſtitutus poteſt agere ad exhibendum, vt ad ſe transferatur poſſeſſio: nam iſto caſu dicitur iudicium poſſeſſorium momentaneum, *Contar.d.limitat.14.ſub num.31. & 32 et Rugmell. vbi ſupra.*

Caſus tertius eſt, quando agitur ad exhibendum, vt in hæredem transferatur poſſeſſio, vt is detrahere poſſit falcidiam per interdictum quorum legatorũ; quo caſu quia agitur de modico præiudicio, & quia non grauatur, non datur appellatio, *Contar.d.limit.14.num.34.& Rugmell.d. §.2.cap.3.ſub n.695.*

23 Exemplifica VII. eandem ſublimitationem, poſitam *ſupra num.1.* in poſſeſſore mere naturali, ſeu poſſeſſore facti, & detentore, quia is poteſt appellare à ſententia contra ſe lata, vt benè refert, & ſequitur Contar. *in leg. vnica, limit.21.numero 1.3.6.& ſeqq.Cod.ſi de momen.poſſeſ.* & ex eo & alijs retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub num.18. verſ.ratio.*

24 Extende hanc exemplificationem, vt procedat etiam in conductore ad longum tempus; & moueor, quia licet in eum transferatur vtile dominium, & naturalis poſſeſſio, & cenſeatur propriè, & verè poſſidere, *vt latè refert, & ſequitur Tiraq. in tract.de retract. ligoag.§.1.gloſſ.14.nu. 79.verſ.quæſtionis, fol.156.* & ex eo refert, & ſequitur Contar. *in d.limit.21.num.27.& 28.verſ.limita modo*, tamen is non poteſt reparare damnum poſſeſſionis in petitorio, quia ei non competit iudicium proprietatis, & licet ei competat iudicium vtilis dominij (quicquid ſit hoc vtile dominium) tamen eſt conſecutiuum ad poſſeſſionem, quia eſt longa poſſeſſio: & ita teneo, quicquid ſenſerit Contar. *vbi ſupra*, dum limitando, ſcribit, quod iſto caſu non procedit opinio Baldi.

SEXTÆ LIMIT. MEMB. IX.

SVMMARIA.

LIMITATIO, quod non appellatur in poſſeſſorio, ſublimitatur, vt non procedat, quando poſſeſſorium habet mixturam, num.1.& ſeqq.

¶ *Extẽditur primo eadem ſublimitatio, vt procedat in mixtura contenta in ſententia, nu.6. Declaratur hac extenſio mul-*

multipliciter,n.8.vſque ad num.19.incluſiuè.

Exemplificatur I.hæc extenſio in ſententia lata ſuper manutentione poſſeſſionis,& ſuper dominio,n.20.

Exemplificatur II. quando quis condemnatur ad liberè dimittendam poſſeſſionem,num.21.

Exemplificatur III, in ſententia quæ habet annexam condemnationem fructuum,ſeu intereſſe,n.22.& ſeqq.in quibus explicatur vſque ad num. 33. — Ampliatur primo in fructibus futuris, num.34.— Ampliatur ſecundo etiam ſi condemnatio fructuum non ſit per caput ſeparatum. n.35. & ſeqq.— Ampliatur tertio, vt poſſit appellari a ſententia, eo quia non continet mixturam &c.n.38. Reſtringitur eadem quarta exemplificatio, n.39.

Extenditur ſecundo in mixtura, quæ procedit in proceſſu ex mutuo conſenſu vtriuſque partis,n.42.

Exemplificatur I. quando reus conuentus ſuper poſſeſſione excipit de proprietate,& iudex,veluti exceptione non obſtante,condemnat reum,n.42. Declaratur,& ſubdeclaratur,n.43.& ſeqq.

Exemplificatur II.in caſu oppoſito, quando iudex,veluti exceptioni obſtante,abſoluit reum,n.46.

Extenditur tertio in mixtura, quæ procedit ex natura rei, iuncta diſpoſitione legis n.48.

Exemplificatur I. in ſententia lata ſuper remedio legis, ſi quis in tantam n.49.

Exemplificatur II. in ſententia lata ſuper remedio legis, ſi meminerint,n.50.

Exemplificatur III. in bonorum poſſeſſione contra tabulas, cæteriſque alijs poſſeſſionibus ordinarijs,& quid in bonorũ poſſeſſionibus extraordinarijs, & quid in poſſeſſione tradita a colono,ſtante ſtatuto, &c. vſque ad num.56. incluſiuè.

Exemplificatur IV. in poſſeſſorijs iuris. n.57. & ſeqq.in quibus explicatur, quæ ſint poſſeſſoria iuris, & quæ poſſeſſoria facti,vſque ad n.59.

Exemplificatur V.in ſententia lata ſuper interdicto vnde vi, numero 60.

Exemplificatur VI. in ſententia lata ad reſtituendam poſſeſſionem ed effectum proſequendi ſocietatem, n 61.

Exemplificatur VII.in miſſione in poſſeſſionem bonorum iure hæreditario ex teſtamento, tertio poſſeſſore petente, reuocari miſſionem in poſſeſſionem,&c.n.62.

Exemplificatur VIII. in ſententia lata ſuper poſſeſſione, & nullitate ſententiæ,ſeu contractus,num.73.et ſeqq.in quibus explicantur,& ampliantur duo caſus principales, vſque ad n.75.incluſiue.

Exemplificatur IX. in ſententia lata ſuper petitione hæreditatis,n.76.

Exemplificatur X. in ſententia, qua poſſeſſor ob mendacium priuatur poſſeſſione, num.77.Contrarium eſt verum,ibidem.

Exemplificatur XI. in ſententia, quæ vigore contractus, ſeu pacti condemnat ad tradendam poſſeſſionem, num.78.& ſeqq.in quibus ponuntur reſtrictiones.

Exemplificatur XII. in ſententia lata contra hæredem ſuper falſitate teſtamenti,n.84.& 85.

Exemplificatur XIII. in ſententia lata ſuper actione hypothecaria, n.87.& ſeqq. & n.91.Aliud eſt in Saluiano interdicto, num.88.& ſeqq.— Ampliatur hæc exemplificatio loquens de appellatione à ſententia lata in actione hypothecaria, num.95.& 97.— Reſtringitur,n.98.& ſeqq. in quibus ponuntur illatio, & ſubreſtrictiones, vſq;ad nu. 107.incluſiuè.

Exemplificatur XIV. in ſententia lata ſuper poſſeſſione, cui repugnat ius commune, niſi oſtendatur titulus,&c.n.108. Contraria opinio eſt verior,n.109.& 110.Ampliatur hæc opinio contraria,n.111.& 112.

Exemplificatur XV. in ſententia lata ſuper agnitione poſſeſſionis bonorum,n.113.

Exemplificatur XVI. in ſententia lata ſuper poſſeſſione, prouenienti ex beneficio ſtatuti &c.n.114.& ſeqq.vſq;ad finem membri,in quibus ponuntur illatio, & duplicata limitationes,& ampliationes.

1 SVblimita II. eandem ſextam limitationem, poſitam
ſupra initio ipſius limitationis, & *membr.3.num.3.* vt
non procedat in poſſeſſorio, quod habet mixturam peti-
torij, quia tunc datur appellatio, *Bal.in l.vnica, num 8.*
verſ.quæro quid ſi poſſeſſorium,& ſub n.16.verſ.quæro quid
in condictione,in fine,ibi,item quia,C.ſi de mom.poſſ.Nicell.
tract.de concord.gloſſ.concord.6.fall.6.ſub n.27.verſ.decimo
quarto, tom.18.fol.192. & poſſunt addi, quæ latè ſcribit
Contar.*in d.l.vnica, limit.2.& limit.24. & Rot diuerſ.dec.*
356.domini erant,ſub n.6.part.1. & quod ita teneant om-
* nes * Doct. teſtatur Bal.*conſ.331.ſtatuto cauetur,ſub nu.4.*
lib. 1. in impreſſione de anno 1543. Et quod in poſſeſſorijs
mixtis detur appellatio ad vtrumque effectum, deuolutiuum ſcilicet, & ſuſpenſiuum, refert, & ſequitur Ruginel.
tract.de appell.§.2.cap.3.n.708.verſ.prout etiam.

2 Ratio huius ſublimitationis eſt,quia cauſſa proprieta-
tis vti maior trahi ad ſe cauſſam poſſeſſionis. vti mino-
rem, *Bal.in d.l.vnica,num.8.* vel vt ex Guid.de Suz.& alijs
refert, & ſequitur Contar. *in d.l.vnica,limit.2. in princip.*
num.19.& 20. quia vbi agitur petitorio,& poſſeſſorio ſi-
mul, cauſſa poſſeſſionis venit acceſſoriè ad cauſſam pro-
prietatis, & ideò ſequitur naturam petitorij, quod eſt
principale.

Confirmatur hæc ſublimitatio, quia ſtatutum, prohibens appellationem ab interlocutoria, non intelligitur de interlocutoria mixta,& quæ habet vim diffinitiuæ, vide *infra lib.47.membr. ... n. ...*

3 Pro declaratione huius ſublimitationis,in qua Docto-
res, vt explicarent, quæ mixtura ſit appellabilis, com-
plicarunt diſtinctiones, modo ſuperfluas, & modo con-
trarias adeo, vt difficiliorem reddiderint mixturæ ex-
plicationem,præmittendum eſt, quod & ſi poſſeſſorium
4 concurrat cum petitorio examine iudiciali quatuor mo-
dis: *Primo* per modum cumulationis: *Secundo* per mo-
dum mixti iudicij: *Tertio* per modum exceptionis: *Quar-*
to per modum mutuæ petitionis, & reconuentionis, vt
conſiderat Bald.*in l.3.incerti, num.17.verſ. item quædam*
ſunt, in fine, C.de interd. quem refert, & ſequitur Contar.
5 *d.limit.2. §.4. numer. 12.* † tamen mixtura, prout reddit
cauſſam appellabilem,conſideratur ſolum in ſententia, vt
explicaui *infra num. 6. & ſeqq.* & hæc mixtura ſententiæ
eſt triplex.

Prima mixtura eſt illa,quæ ſtat principaliter,& expreſsè in ſententia ſine vllo partium, aut iuris adminiculo.

Secunda mixtura eſt illa, quæ ſtat conſecutiuè, ad ſententiam, & oritur in proceſſu cauſæ ex mutuo partium conſenſu,tacito,vel expreſſo.

Tertia mixtura eſt illa, quæ expreſsè, vel virtualiter ſtat in ſententia vigore legis, aut ſtatuti, aut contractus harum trium mixturarum ſecundam, & tertiam conſiderat etiam Contar. *in l.vnica, limit.2.§.7. in princ. C.ſi de mom.poſſ.* dicens, quod prius explicauit iudicia, quæ habent annexam cauſſam proprietatis facto, & voluntate litigantium,& deinde in eo §.explicat ea,quæ lege,vel ſtatuto mixta ſunt, & omittendam cenſeo diſtinctionem, quam facit *in d.l.vnica,lim.24 n.12.* dicens, quod illa limitatio 24.differt à limitatione 2.principali,quia in ea agitur particulariter de mixtura iudicij poſſeſſorij, in limit. vero 24. agitur tam de mixtura petitorij, quam de mixtura alterius actionis,puta,perſonalis.

6 Extende I. nunc eandem ſublimitationem, vt habeat
locum in prima mixtura, nempe, quando ſententia iudi-
cis continet principaliter, & expreſsè mixturam poſſeſ-
ſorij, & petitorij, quia tunc datur appellatio à ſententia;

imò

imò tota facultas & impotentia appellandi procedunt non a mixtura contenta in libello, ſeu articulis, & probationibus, ſed à mixtura, contenta in ſententia, *Corn. conſ. 10. præſuppoſito ſtatuto, nu. 3. verſus finem, & num. 4. libr. 4.* quem referunt, & ſequuntur Rot. *diuerſ. deciſ. 34. concluſu, num. 5. 8.* & apertius *num. 9. par. 2.* dicens, à ſententia, manifeſtè lata in poſſeſſorio, nõ poſſe appellari, licet vtrumque, petitorium ſcilicet, & poſſeſſorium fuerit intentatum in petitione, & articulis, ſubdens rationem, quia non appellatur ab articulis, ſeu petitione, ſed à ſententia, & cum non pronũtiauerit ſuper deductis in articulis, & petitione, debeat appellari ab omiſſione, & latius Contar. *in l. vnica, lim. 2. §. 5. ſub num. 11. verſ. aliquando, & nu. 12. & ſeqq. Cod. ſi de momen. poſſeſſ.* dicens, quod reſpectu cõcedendæ, vel denegandæ appellationis à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio non conſiderantur libellus, aut probationes factæ ſuper dominio, quia non à libello, aut probationibus datur appellatio, ſed à ſententia; Vnde, inquit, licet in libello, vel articulis accumuletur petitorium cum poſſeſſorio; tamen, ſi iudex pronuntiet ſuper poſſeſſorio tantum, non erit admittenda appellatio: & quod ſit attendenda ſola ſententia demonſtrat vlterius nu. 15. & 17. dicens, quod in caſu contrario ſi eſſet intentatum ſolum poſſeſſorium recuperandæ, & ſententia per iudicem extraheretur ad conſtitutionem legis, *ſi quis in tantam*, poſſet appellari.

7 Oppono contra iſtam extenſionem, quia ad agnoſcendam iuriſdictionem iudicis circa quantitatem controuerſam non eſt inſpiciendus exitus controuerſiæ per ſententiam, ſed eſt inſpiciendus libellus, & petitio, quia non quid debeatur, ſed quid ſit petitum inſpicitur, DD. com-
* muniter *in l. penult. cum quædam, §. vltimo, ff. de iuriſdict. omn. iudic. Vant. tract. nullit. rub. qual. ſenten. & proceſſ. numero 70. verſic. & notabis vnum, fol. 424. & Gail. in pract. obſeruat. libr. primo, obſeru. 10. numero 7. in fine, & obſeru. 31. num. 2.*

Confirmatur hæc oppoſitio, quia ius metimur ex parte actoris, *vt ex Bal. retuli, & ſequutus ſum ſupra memb. 7. ſub n. 128. verſ. explica.*

Confirmatur ſecundo ex his, quæ ſcripſi *infra num. 17. verſ. declara ſexto*, vbi dixi, non dari appellationem à ſẽtentia continente ſummam appellabilem, quando in petitione fuerunt ſeparatim poſitæ ſummæ inapellabiles; quia attenditur petitio, & *nu. 81. verſ. reſtringe tertiò*, vbi dixi, eſſe inſpiciendum modum agendi.

Retenta extenſione, quæ eſt vera, & ſeruatur.

8 Declara primo, reſtringendo eandem extenſionem, vt non procedat in ſequentibus caſibus, quia in eis magis attenduntur ea, quæ ſunt extra ſententiam, quam ea, quæ ſunt expreſſa in ſententia.

Primus caſus eſt, quando ſententia eſt lata ſimpliciter ſuper aliquo remedio poſſeſſorio, quod habet indiuiſibiliter admixtam cauſſam proprietatis, iuxta ea, quæ ſcribit Contar. *in l. vnica, lim. 2. §. 9. ſub num. 2. ibi, aliud iuris, C. ſi de mom. poſſ.*

Secundus caſus eſt, quando ſententia eſt generalis, quia tunc reſtringitur ad proſecuta, *l. ſi diuer. C. de iud. Franch. in cap. 64. dilecto, ſub nu. 107. quæſt. 48. de appell. & Contar. d. l. vnica, limit. 24. num. 42.* adde quæ ſcripſi *ſupra memb. 6. ſub n. 59. & 60.* Tertius caſus eſt, quando ſententia poteſt recipere diuiſionem iuxta formam petitionis, quia tunc ſententia regulatur à petitione, & ideo quot ſunt capita in petitione, tot cenſentur ſententiæ, vt patet ex his, quæ ſcripſi *infra nu. 17.* Quartus caſus eſt in appellatione actoris, prout declaraui *infra n. 14.* vbi videas.

9 Declara ſecundo, vt ſententia ſit inſpicienda in verbis diſpoſitiuis, & non in verbis enuntiatiuis, *Rot. coram Capuaq. in vna Anagnin. ſpolij*, quam referunt, & ſequuntur *Rot. diuerſ. deciſ. 34. concluſum, numer. 12. verſic. ſententia, par. 2.* & Contar. *in dicta l. vnica, limit. 2. §. 5. num. 19. C. ſi de momen. poſſ.* Quare ſi verba ſententiæ, in quibus exprimitur creditum, & hypotheca, non ſtent diſpoſitiuè, ſed enuntiatiuè, non faciunt ſententiam appellabilem, *Rot. diuerſ. d. deciſ. 34. num. 11. in fine, verſic. quia omiſſis*, quia non omne verbum iudicis in ſententia prolatũ vim ſententiæ obtinet, *Contar. d. limit. 2. §. 5. nu. 19. & Rot. d. deciſ. 34. ſub nu. 12. verſic. & non omne verbum.*

Verba ſententiæ, quando dicantur ſtare diſpoſitiuè, declarat Rot. *ead. deciſ. 34. ſub num. 12. verſ. tunc autem.*

10 Reſtringe hanc declarationem vt non procedat, quãdo verba enuntiatiua ſunt prolata per modum cauſſæ de præſenti, & enũtiatum fuit plenè cognitum, vt puta ſi iudex pronuntiet, ſpoliatum eſſe reſtituendum, quia ſentẽtia, virtute cuius agens de ſpolio fuit ſpoliatus, eſt nulla: nam, ſi de nullitate ſit plenè cognitum, ſententia dicetur lata etiam ſuper nullitate, & ſic poterit appellari, *Contar. in l. vnica, lim. 24. n. 45. 46. & 47. C. ſi de mom. poſſ.* & quod verba enuntiatiuè emiſſa per modum cauſſæ de præſenti inducant diſpoſitionem in ſententia, ideoque ſi iudex pronuntiet malè appellatum, eo quia ſententia ſit nulla, ſententia diſponat ſuper nullitate, ſcribit Bal. *in l. 65. emptor, §. ancilla, in princip. ff. de rei vendicat. in 2. lectura, & Contar. vbi ſupra.*

11 Declara tertio, vt ad cognoſcendum, an ſententia ſit appellabilis, debeamus conſiderare ea, quæ ſunt expreſſa in ſententia, & non ea, quę colliguntur ex ſententia, quia, cum ſententia tranſeat in rem iudicatam quoad ea, quæ ſunt expreſſa, in ſententia, & non quoad ea, quæ non ſũt expreſſa, habemus ex hoc certum argumentum, quod cenſetur lata quoad expreſſa, & non quoad non expreſſa, vnde ſi iudex ad quem confirmet expreſsè ſententiam iudicis à quo, & ab hac ſententia confirmatoria non appelletur, & ideò faciat tranſitum in rem iudicatam, non poteſt amplius, is, contra quem eſt confirmata, dicere de nullitate ſententiæ confirmatæ, ex quo confirmatoria eſt expreſſa, & trãſijt in rem iudicatam; quamuis etiam iudex ad quem ſummariè tantum, & incidenter cognouerit de nullitate, *Franch. in capit. 63. dilecto, quæſt. 48. ſub numero. 107. & 108. de appellat.* adde quæ ſcripſi *ſupra quæſt. 11. numer. 115. & 116.* Secus eſt ſi tacitè confirmauerit, puta, quia pronunciauerit ſolum, eſſe male appellatum, ſed non pronunciauerit, eſſe bene iudicatum, quo caſu tacitè ſolum confirmat ſententiam latam, & ideo poterit appellans dicere de nullitate ſententiæ, tacitè cõfirmatæ; quamuis ſententia, quæ tacitè eam confirmauit pronunciando, fuiſſe male appellatum, tranſierit in iudicatum, eo quia ab ea non fuerit appellatum, *Franch. eod. cap. dilecto, ſub nume. 108.*

Confirmatur primo hæc declaratio, quia interlocutoria expreſſa magis excludit à facultate appellandi, quam interlocutoria tacita, *vt ex Paul. de Caſt. & Lancellot. retuli & ſequutus ſum ſupra q. 12. nu. 86. & 87. vbi videas.*

Confirmatur ſecundo; quia ſententia eſt ſtricti iuris, & non intelligitur, niſi quatenus verba ex propria ſignificatione important, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. alias 23. fuit reſolutum, nu. 9. de reſtit. in integr.*

Subdeclara hanc declarationem, vt ſit vera, quando id, quod colligitur tacite ex ſententia, non infertur neceſſario ex ſententia; ſecus ſi inferretur neceſſario, & quia fuerit de eo plenè cognitum, quia tunc appellabilitas penderet etiam ex eo, quod de neceſſitate colligeretur ex ſententia, quod probo multipliciter.

12 Primo, quia verba ſententiæ non tantum operantur quatenus inſerunt, ſed etiam quatenus ex ipſis neceſſario infertur, *Contar. in l. vnica, limit. 24. n. 35. C. ſi de mom. poſſ. & ſentiunt Dec. conſil. 348. de duobus, verſus finem, num. 6.* dicens, quod verba ſententiæ debent ſtrictè interpretari, & ex verbis ſententiæ plus inferri non debet, quam ex eis

Digitized by Google

neceſſario inferatur, & Crauet. *conſil.174. nobilis Guido, num.2.* dicens, quod etiam in materia ſtricti iuris, puta in ſententia, qui vult conſequens, cenſetur velle omne neceſſarium antecedens.

Secundo, quia ſi iudex condemnat reum, conuentum de ſpolio, ad reſtituendam poſſeſſionem, veluti exceptione dominij non obſtāte, reus poteſt appellare, *Bal. et alij, quos citaui infra nu.42.* & tamen ſententia ſuper dominio non eſt expreſſè lata, ſed ſolum tacitè,

Tertio, & confirmo primum, quia quando, vno expreſſo, ſequitur neceſſario tacitum, illud tacitum habetur pro expreſſo etiam in ſententia, *vt retuli, et ſequutus ſum infr. nu.70. verſ. confirmatur*, vbi omnino videas,

Quarto, quia ſicut poteſt appellari ab interlocutoria expreſſa ſuper competentia; ita etiam poteſt appellari ab interlocutoria tacita ſuper competentia, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra memb.7. num.47. et 51.*

Nec obſtat, quod iudex appellationis, pronunciando malè, ſeu benè appellatum, in neceſſariam cōſequentiam intelligatur abſoluere, vel condemnare, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra qu.11. ſub n.112.* & conſequenter cenſeatur tacitè confirmare, vel infirmare ſententiam, & tamen hęc tacita confirmatio, ſeu infirmatio non habet vim ſententiæ, *per ea, quæ ſcripſi nu. præced.*

Quia reſpondeo, quod hæc tacita confirmatio, ſeu infirmatio non infertur neceſſario, cum poſſit iudex pronunciare malè appellatum, eo quia non fuerit appellatū in tempore, vel omiſſa ſint alia requiſita ad appellationem, & ideo non cenſetur in neceſſariam conſequētiam confirmare ſententiam.

13 Declara quarto, vt mixtura petitorij contenta in ſententia non cōſideretur duobus caſibus. Primus caſus eſt, quando petitorium ſtat acceſſoriè, *iuxta ea quæ retuli, & ſequutus ſum infra nu.83. verſic. ſecus, & ſub n.109. & 110. verſic. contrariam*. Secundus caſus eſt quando de cauſa proprietatis, ſeu petitorij non fuit plenè cognitum, ſed ſolum ſummatim, *iuxta ea, quæ ſcripſi d. num.* 110. & quæ, loquendo de cognitione nullitatis, retuli & ſequutus ſum *infra num.69. & ſeqq.*

14 Declara quinto, præſuppoſito ſtatuto, quod mandet, à certa ſumma infra non poſſe appellari, & loquendo de appellatione actoris, vt ad cognoſcendum, nū actor poſſit appellare, non ſit conſideranda quantitas, ad quam condemnat ſententia, ſed ſit conſideranda quantitas, ad quam iudex omiſit condemnare ex quantitate petita; Quare ſi reſiduum ſummæ petitæ, ad quam iudex omiſit condemnare, conſtituat ſummam appellabilem; vt puta, ſtatutum mandat, à ſcutis decem infra non poſſe appellari, & actor petijt ſcutos viginti duos, & iudex condemnauit reum ad ſcutos nouem, vel actor petijt ſcutos duodecim, & iudex cōdemnauit ad ſcutum vnum, actor vtroque caſu poterit appellare. Et ratio eſt, quia ſententia nō grauat actorem in ea ſumma, ad quam condemnauit reū, ſed grauat in ea ſumma, ad quam non condemnauit, quæ eſt ſumma appellabilis, quia excedit ſummam ſcutorum decem: vnde poteſt appellare ab omiſſa condemnatione.

15 Secus eſt, ſi reſiduum ſummæ petitę non conſtituat ſummam appellabilem, vt puta ſi actor petierit ſcutos quindecim, & iudex condemnauerit ad ſcutos nouem, ſeu petierit ſcutos centum, & iudex cōdemnauerit ad ſcuta nonaginta quatuor, quia cum ſcuti ſex, ad quos omiſit condemnare, non conſtituant ſummam appellabilem, actor non poteſt appellare, cum non ſit grauatus in ſumma appellabili.

Ratio totius ſubdeclarationis eſt, quia appellatio non datur, niſi propter grauamen, *per ea, quæ ſcripſi ſupra q.5. ſub num.94. verſic. ratio*, ſed grauamen quoad actorem nō conſiſtit in ſententia, prout cōdemnat, ſed conſiſtit prout omittit condemnare. Ergo appellabilitas quoad actorem debet conſiderari in ſumma, ad quam iudex omittit condemnare, & non in ſumma, ad quam condemnauit, & ſic iſto caſu non eſt vera doctrina, quam ex Rot. retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub nu.6.*

16 At, loquendo de appellatione condemnati, conſtituo contrariam concluſionem, videlicet, attendendam eſſe quantitatem, ad quam ſententia condemnat, & non quātitatem omiſſam ex quantitate petita; Quare ſi actor petijt ſcutos centum, & iudex condemnat reum ad ſcutos nouem, vtique reus non poteſt appellare, quia ſumma, in qua poteſt reus prætendere ſe grauatum, non eſt appellabilis, & ita procedat declaratio, quam poſui *ſupra nu.6.* dum dixi, attendendam eſſe ſententiam; Habet enim locum reſpectu appellationis interponendæ, à condemnato, & ita ſæpiſſime obſeruari, & ſcio fuiſſe obſeruatum ab alijs Prætoribus Ciuitatis Lucenſis, qui ad excludendos reos ab appellatione condemnant ad ſummam inappellabilem, quando ex iuſta cauſa poſſunt arbitrando diminuere pœnam.

Quæ poſſent diſputando deduci contra iſtam declarationem omitto, quia, cum hæc declaratio habeat vndique magnam æquitatem, ab ea nullatenus poteſt in praxi recedi.

Subdeclara poſtremam concluſionem huius declarationis, dum dixi appellationem condemnati non eſſe admittendam, ſi ſumma, ad quam eſt condemnatus, non eſt appellabilis, vt hoc procedat, quando eſt vnica ſententia: ſed, quando ſunt plures ſententiæ conformes, quæ conſtituunt rem iudicatam, & vna ex ipſis ſententijs excedit ſummam aliarum, ſed id, in quo excedit, de per ſe conſideratum non eſt ſumma appellabilis, nam quid poterit adhuc ab illa ſumma excedente appellare, ex quo eſt cōiuncta, & terminata cum alia ſumma, & ſententia, quæ fuit appellabilis, vide *infra lim.43. num.*

17 Declara ſexto, vt ſi ego locauerim tibi domum pro tribus annis, & annua penſione ſcutorū nouem pro quolibet anno; & in fine triennij petiero à te integram penſionem triennij, videlicet ſcutos viginti ſeptem, diſtinguendo in petitione ſcutos nouem pro primo anno, & alios nouem pro ſecundo, & reliquos nouem pro tertio anno, & iudex vnica ſententa condemnauerit te ad integram ſummam ſcutorum 27. & ſtatutum diſponat, prout diſponit in foro Capitolino, quod in cauſis non excedentibus valorem ſcutorum decem, non detur appellatio, tunc cenſentur tot ſententiæ, quot ſunt anni, & penſiones diſtinctę in petitione, & ideo à dicta ſententia non dabitur appellatio, ſed mandabitur executioni pro integra ſumma ſcutorum 27. vt ex Rebuff. *tractat. de ſentent. execut. art.16. gloſſ.5. n.2. tom.1. fol.417.* loquente de locatione ſeruitij famuli, refert & ſequitur Cauaut. *ſuper ritu. 257. nu.10. q.3.*

Confirmatur hæc declaratio, quia, quot ſunt termini, & ſolutiones, tot ſunt actiones, & ideò tot ſunt neceſſariæ præſcriptiones actionū pro annuis penſionibus, ſeu præſtationibus, quot ſunt penſiones, *vt referunt, & ſequuntur Roller. tractat. de cenſibus, verbo, cenſus, num.105. & ſeqq. tom.6. part.2. fol.416. & Kurgin. de Roſ. tract. de interd. vti poſſid. cap.18. nu.67. tom.3. par.2. fol.321.*

18 Declara ſeptimo, vt qualitas ſententiæ non attēdatur, quando cauſa iam eſt effecta appellabilis, quia tunc non amplius conſideratur qualitas ſententiæ, ſed attenditur ſolum qualitas cauſæ iam factæ appellabilis, *per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum infra limitat.47. princip. memb.1. ſub num.111. & ſeqq. verſ. tamen, & nu.116.*

19 Declara octauo vt ſi ſententia contineret mixturam, ideoque non eſſet conformis libello, qui eſſet ſuper ſimplici poſſeſſione, poſſit reo eſſe conſultum non ſolum via appellationis propter mixturam appellabilem, ſed etiam

poſſit

Digitized by Google

poſſit ei eſſe conſultum via nullitatis, quia ſententia non conformis libello eſt ipſo iure nulla, vt in his terminis refert Contar. *in l. vnica, limit. 2. §. 5. n. 21. C. ſi de momen. poſſ.* Et quod ſententia ferri non poſſit ſuper eo, quod non eſt petitum, ſcripſi *ſupra quæſt. 11. ſub n. 33. verſicu. contraria.* Et quod ſententia debeat eſſe conformis libello, & petitioni, quia iudicis officium non ſe extendit vltra petita, ſcribit. Pæt. *in pract. Capit. lib. 2. cap. 15. numer. 9.* & quod debeat eſſe conformis libello in tribus, in re in cauſſa, & in actione, ſcribit Bal. *in l. 1. num. 11. verſic. extra. oppono. C. ſi plur. vna ſent.* & quod debeat eſſe conformis concluſioni ipſius libelli, retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 51. ſub num. 25.*

Pro vlteriori explicatione huius declarationis, dum dixi, poſſe dici de nullitate ſententiæ, vide quæ ſcripſi *ſupra q. 11. num. 33. & hac ead. lim. membr. 7. n. 129. & infra lim. 21. num. ...*

His abſolutis, pro firmiori doctrina, vſu, & praxi accedo ad exempla.

20 Exemplifica primo eandem primam extenſionem poſitam *ſupra n. 6.* in ſententia, qua iudex pronuntiat. Titiũ eſſe poſſeſſorem & dominus talis prædij, & vti poſſeſſorem eſſe reintegrandum, ſeu manutenendum, quia ab hac ſententia, cum contineat mixturam appellabilem, poteſt aduerſarius appellare; quamuis in libello, petitione, & articulis actum eſſet mero poſſeſſorio retinendæ, ſeu recuperandæ poſſeſſionis, *per ea, quæ ſcribunt Bal. in conſil. 367. ad euidentiam, in fine, verſicu. præterea ſi in ſententia, lib. 1. & Contar. in l. vnica, limit. 2. §. 5. n. 17. verſicu. prout e contra, & n. 18. & 20. C. ſi de mom. poſſ.* dum ſcribunt, quod ſi in ſententia exprimitur petitorium, poteſt ex hac adiectione appellari.

21 Exemplifica ſecundo in ſententia, qua quis condemnatur ad liberè dimittẽdam poſſeſſionem, quia tunc ſententia dicitur continere mixturam cum petitorio, & ratio eſt, quia non poteſt dici liberè dimiſſa, quæ per petitorium poteſt auocari, Rot. *diuerſ. deciſ. 356. domini erant varij, n. 3. part. 1.* & adde quæ ſcripſi *infra n. 78.* Qua ratione datur appellatio etiam in actione hypothecaria, quia poſſeſſionem, quæ traditur creditori, non poteſt debitor recuperare in petitorio, *iuxta ea, quæ ſcripſimus infra nu. 86. & ſeqq. verſic. exemplifica decimo tertio.*

22 Exemplifica tertio, quando ſententia habet annexam condemnationem fructuum, ſeu intereſſe, quia tunc datur appellatio, *Bart. in l. fin. §. iuſſas, in fin. n. 4. ff. de appellat. & relat.* Bal. loquens de condemnato ad intereſſe *in l. vnica, column. 2. num. 9. verſic. ſed pone,* & Salyc. *in fine,* loquendo de fructibus, & intereſſe, *C. ſi de mom. poſſ.* dicens, quod ſi quis in poſſeſſorio eſt condemnatus ad intereſſe, vel ad fructus, ſed iniuſtè, poteſt ab iſta condemnatione intereſſe appellare, quia illud damnum non eſt reparabile in cauſſa proprietatis, & ſic non eſt momentaneum, *Nicell. tractat. de concord. gloſſ. contard. 6. fallen. 6. moder. 2. ſub n. 26. f. 191. Auſr. ad Capell. Tholoſ. det. vlt. ſub n. 2.* & eſt exemplificatio communis, & canonizata à conſtit. Ægidiana inter conſtitutiones Marchiæ *lib. 6. cap. 2.* in quibus caſibus appellatio non valet, *in fine.*

23 Explica iſtã exemplificationem, vt condemnatus quoad poſſeſſionem, & quoad fructus, ſeu intereſſe poſſit appellare, & ſuſpendere executionem quoad condemnationem fructuum, ſeu intereſſe; ſecus quoad poſſeſſionem, & hæc ſit prima opinio, quam tenent Rip. *in cap. ſæpe, col. vltima verſ. tertia fuit, ibi, & propter hoc, ſub n. 102. de reſtit. ſpol. ſol. 36. Afflict. deciſ. 77. fuit ſatis, ſub num. 8. & 9. Maran. in ſuo ſpec. par. 7. act. 2. princ. in verbo, & quandoq; appellatur, nu. 309. verſicu. quarto notabiliter, fol. 505. Rol. à Vall. conſ. 77. viſo & benè, n. 13. lib. 2. Couar. pract. qq. c. 23. num. 8. in fine, verſ. idem erit, fol 524. vol. 2. Vrſil. in annot. ad Afflict. deciſ. 269. iudices, ſub n. 1. Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 100. declarat. 7. n. 869. & 870. Contar. in l. vnica, limit. 1. n. 28. verſic. quibus tamen, & ſub num. 36. verſic. cum igitur. C. ſi de mom. poſſ.* *Creſcen. deciſ. 5. alias 120. doctrina, de appellat. ſ. 142.* & Veſtr. *in prax. lib. 7. c. 3. ſub n. 8. verſic. addo alios caſus, f. 195.* dicens, quod non audiretur in appellatione quoad fructus, niſi prius paritum fuerit ſententiæ quoad poſſeſſionem; quod etiam refert, & ſequitur Marchei. *tract. de commiſſ. part. 2. in commiſſ. appell. c. 2. ſub n. 60. f. 41.* illud addens, ne per appellationem ſe conſoneret in ſpolio, ſeu poſſeſſione, & Ruginel. *tract. de appel. § 2. cap. 3. num. 723. verſ. hinc domini,* & in hanc ſententiam poteſt etiam allegari Cæſar. Barz. *in Bonon. deciſ. 45. petitæ, numero 1. & 2.* dum in ſuo caſu ſcribit, quod licet ſententiæ continerent etiam condemnationem fructuum, nihilominus reſpectu poſſeſſionis non dabatur vlterior appellatio, cum omni caſu ſeparationem reciperent, & *Rot. diuerſ. deciſ. 43. in cauſſa Romana fractum 50000. inter, in princ. part. 1.* dum refert ille auditor, quod, lata ſententia in Saluiano interdicto ad fauorem dominæ Magdalenæ, in qua domina Portia erat condemnata ad damna, & intereſſe, & fuerat pro parte dictæ dominæ Portiæ appellatum, cauſſa appellationis fuit ſibi commiſſa ſuper articulo condemnationis damnorum, & intereſſe.

Comprobatur hæc explicatio ex *l. 11. ſi idem, ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi ſi iudici ſit data iuriſdictio infra certam ſummam, & actor petat plures ſummas, conſideratur quælibet ſumma de per ſe.

24 Secunda opinio contraria; quod enim detur appellatio à tota ſententia; videtur de mente omnium, quos citaui *ſupra n. 22.* in exemplificatione. Nam ipſi non diſtinguunt, & ſentiunt, quod appellatio, quæ alias non daretur, admittatur propter condemnationem fructuum, & ita apertè tenet Salyc. quem ibidem citaui, & licet Creſcen. & Contar. citati *ſupra in eandem explicatione* dicant, doctrinam Salyceti fuiſſe damnatam in Rota, quia Bal. quem citat, non dicit, poſſe appellari à tota ſententia, licet etiam Rip. citatus *ſupra in explicatione* audacter aſſirmet, quod Bald. hoc non dicit, tamen videtur eſſe de mẽte Baldi, hancq; opin quod detur appellatio à tota ſententia, approbabit *d. conſtit. Ægidiana, in conſtit March. lib. 6. c. 2. in fine,* quod ibi notat Gaſp. Caball. *in verbo fructuum, n. 2. fol. 369.*

25 Confirmatur primo hæc opinio contra explicationẽ, quia quando vnica actione petuntur plures ſummæ ſeparatim, quarum nulla de per ſe conſtituit ſummam appellabilem, & coacervatæ conſtituunt, capiuntur coacervatæ, quare cum ad Principem non appelletur, niſi cauſſa excedat 20. libras auri, & vna actione petitæ ſint plures ſummæ, quarum nulla per ſe excedit, ſed omnes coacervatæ excedunt, capiuntur coacervatæ, vt poſſit appellari ad Principem, *l. 10. ſi quis ſeparatim, §. ſi quis tum vna, & ibi Gl. in verbo & poterit, & Petr. de Bellap. n. 1. ff. de appel. & relat.* & in caſu ſtatuti, quod à decem ſcutis infra non poſſit appellari, ſi actor vnica actione ex cauſſa venditionis vini petat octo, & ex cauſſa venditionis frumenti petat ſex, dabitur appellatio, quia omnes ſummæ vnica actione exempto ſunt petitę, *Lut. Pat. in pract. Capitol. lib. 4. c. 6. n. 4.*

26 Immo hoc videtur indiſtinctè verum, quia appellatio dicitur materia fauorabilis, vt in ſuo caſu cõſiderat Alex. *conſ. 113. viſo themate, num. 6. in fine, lib. 5.* Nam appellatio eſt ſpecies defenſionis, *vt retuli, & ſequutus ſum quæſt. preced. num. 4.* ſed in materia fauorabili fit coacervatio ſummarum, vt habeantur pro vna ſumma appellabili, ſecus in materia odioſa, latè Alex. *d. conſ. 113. ſub num. 3.* dicens, quod ſi extaret ſtatutum, quod bannitus in centum poſſit impunè offendi, & vnus ex vna cauſſa ſit bannitus in quinquaginta, & ex alia in alijs quinquaginta, non pote-

rit offendi, & de communi opin. teſtatur Clar. *lib. 5. recep. ſenten. §. homicidium, verſ. ſed quæritur.* vbi eam declarat.

27 Confirmatur ſecundo, quia ſi in iudicio poſſeſſorio contineantur duæ cauſſæ inter ſe complicatæ, quarũ vna reſpuat appellationem, & alia admittat, & ſententia feratur ſuper vtraque cauſſa, conceditur appellatio à tota ſententia, & ſic ab vtraque cauſſa, *Contar. in l. vnica, limit. 2. in princip. n. 45. C. ſi de mom. poſſ.* Imò conceditur appellatio, etiamſi non ſint adeo complicatæ, quin vna ab alia poſſit ſeparari, vt ex *Rota refert, & ſequitur Contar. in d. l. vnica, limit. 24. n. 20. & 21.*

Tertia opinio; quod imò prorſus ſit prohibita appellatio etiam à condemnatione fructuum, & intereſſe, ſuadetur tribus argumentis.

28 Primo, quia ſi non poteſt appellari à ſententia lata ſuper principali, eo quod tranſierit in rem iudicatam, minus poterit appellari à ſentẽtia lata ſuper acceſſorio, puta ſuper condemnatione expẽſarum, *Ant. de Butr. in cap. 23. Quintaualliſ, ſub num. 58. verſ. ſed eſt dubium de iureiur.* dicens, quod is, qui ſuccubuit in reductione ad arbitrium boni viri, & ideo incurrit pęnam, non euadit illam pęnã, quamuis velit docere de iniquitate ſententiæ, niſi, docendo de iniquitate ſẽtiæ, intendat ſolum docere, quod habuit iuſtam cauſſam petendi reductionem: nam non ad alium finem admittitur ad docendum de iniquitate ſententiæ, ex quo ſentẽtia de principali obſtat in acceſſorio, etiamſi velit oſtendere nouam cauſſam iniquitatis, quia nouiter reperti, &c. & ſubdit, quia non appellatur à ſententia expenſarum, *Alexand. in l. 20. patris, ſub num. 4. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. Boſſ. tractat. crimin tit. de appellat. num. 10. & Contar. in l. vnica, limit. 1. num. 24. C. ſi de mom. poſſ.* & multa cumulat diſputando Ruginel. *tract. de appel. §. 12. gloſſ. 2. c. 5.*

29 Secundo, quia articulus incidens, & acceſſorius regulatur ſecundum ſuum principale; quare ſi cauſſa principalis eſt ſummaria, omnes eius articuli ſunt ſummarij, *Marſ. ſing. 17. acceſſorium, n. 2. Natt. conſ. 121. in cauſſa poſſeſſorij, num. 12. lib. 1. Carpan. ad ſtat. Mediol. c. 25. nu. 18 ſol. 35. & Contar. in d. limit. 1. n. 25.* quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *c. 42. acceſſorium, de reg. iur. in 6.*

30 Tertio, quia fructus ſequuntur naturam iudicij poſſeſſorij, quando veniunt acceſſorie ad illud, *Contar. in d. lim. 1. ſub num. 25. verſ. in hanc quoque.*

31 His vtcumque vrgentibus, communiter tenetur prima opinio, ideſt explicatio, quod poſſit appellari ſolũ quoad fructus, intereſſe, & expenſas, à qua communi non eſt recedendum in iudicando, quia habet æquitatem, & eſt fauorabilis ad decurrendas lites.

32 Ad adducta pro ſecunda opinione reſpondeo, coacernationem ſummarum poſſe fieri, quando proficiſcuntur ex vnica cauſſa, ſeu actione, *vt loquuntur Doctores pro ea citati ſupra num. 25.* ſecus eſt ſi proficiſcantur ex diuerſis cauſſis; Quare licet quis vnica ſententia cõdemnetur pro vna cauſſa ad aliquam ſummam inappellabilem, & pro alia cauſſa ad aliam ſummam, quæ ſimul coaceruatæ faciant cauſſam appellabilem, tamen non poterit appellare, *Rebuff. tract. de ſenten. execut. art. 13. verſ. quaero quid ſi quis, tom. 1. fol. 409.* quem refert, & ſequitur Carauit. *ſuper tit. 257. n. 11. & 12. qu. 4.* quia, vt aiunt, tot ſunt ſententiæ, quot ſunt capita: Vnde in Regno Frãciæ non fit coacernatio ſummæ principalis & expenſarum ad impediendã executionem; ſed vtraq; ſumma conſideratur ſeparatim, *Rebuff. d. tract. de ſentent. execut. art. 16. gl. 7. n. 3. tom. 1. fol. 419.* & ſimiliter in Regno Neap. licet feratur ſententia, quæ contineat ſex, vel octo ducatos, vel aliam ſummam non excedentem duas vncias, infra quas non licet appellare, & contineat etiam condemnationem expenſarum, quibus computatis ſumma excedat duas vncias, tamen non poterit appellare, quia attenditur ſumma negotij principalis, & pro ea datur executio, *Carauit. ſuper d. rit. 257. n. 4. in fine, verſ. ſecundo, & num. 5.* & adde quæ ſcripſi *ſupra n. 17.*

Ad reliqua poterit quiſque ex ſuo ingenio facile reſpondere.

33 Praxis Dominorum de Rota in appellatione à ſententia lata in cauſſa poſſeſſionis momẽtaneæ, & condemnationis fructuum & expenſarũ eſt, vt appellanti dent apoſtolos refutatorios quoad poſſeſſionem; quo verò ad fructus, & expenſas deferunt appellationi, *Contar. in l. vnica, limit. 1. nu. 29. in fine, & nu. 30. C. ſi de momen. poſſ.* ſeu deferunt appellationi quoad fructuum, & expenſarum condemnationem, quo vero ad poſſeſſionem exequuntur, *Marcheſ. tractat. de commiſſ. part. 1. de commiſſ. in poſſ. ſalu. &c. cap. 21. num. 32. & 33. fo. 236. in 2. impreſſ.*

34 Amplia primo eãdem tertiam exemplificationem ſic explicatam, vt procedat etiam reſpectu fructuum futurorum, quia ſi quis ita mittatur in poſſeſſionem, vt interim lucretur fructus, poteſt aduerſarius appellare, *Ang. conſil. 253. viſis ſtatutis, ſub num. 2. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, limit. 8. nu. 113. fol. 505. Myſing. in ſing. obſeru. cent. 6. obſeru. 13. quod pro regula, nu. 8. Achil. Perſ. tract. de adipiſ. poſſ. n. 343. verſ redeundo, fol. 269. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. ſub n. 649. verſic. appellabitur quoque in fine.*

Cõfirmatur hæc ampliatio, quia ſi per primum decretum acquireretur miſſo in poſſeſſionem ius quærẽdi fructus, daretur appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra memb. 4. num. 126. verſ limit. 2.*

35 Amplia ſecundo, vt procedat non ſolum quando ſententia continet condemnationem fructuum ſeu intereſſe per capitulum ſeparatũ, quo caſu facilius admittitur appellatio quoad fructus tantum, quia non obſtat connexitas, & inſeparabilitas ſententiæ, ſed procedit etiam quando ſententia vnico capitulo condemnat in poſſeſſione, & fructibus, quia adhuc poterit appellari ſolum quoad fructus, & non quoad poſſeſſionẽ; nam Rip. Afflict. Maran. Rol. à Vall. Creſcen. & alij citati *ſupra nu. 23.* dum tenent, poſſe appellari quoad fructus, nullam faciunt vim, an cõdemnatio ſit per capitulum ſeparatum, ſed ſolum in eo, quod damnum non eſt reparabile per ſententiam in petitorio.

Contra iſtam ampliationem; quod enim appellatio detur limitate quoad fructus, ſeu expenſas, & non quoad poſſeſſionem, quando ſententia eſt lata per capitula ſeparata; videtur ſentire Veſtr. *libr. 7. cap. 3. ſub nu. 8. verſic. addo.* quem refert, & ſequitur Ruginell. *tract. de appell. §. 2. cap. 3. ſub num. 723. verſ. ratione,* dum ait, quod admittitur appellatio, ſi ſententia condemnet non ſolum ad poſſeſſionem, ſed etiam ad fructus per capitula diſtincta; faciant enim vim, quod condemnatio ſit facta per capitula diſtincta, & aperte Contar. *in l. vnica, lim. 1. ſub numero 30. verſ. primus, & num. 31. & 32. verſ. ex quibus, & n. 33. & ſeqq. C. ſi de mom. poſſ.* & apertius Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 2. in commiſſ. appell. num. 59. et 60. ſol. 41.* ſecus autem quando ſententia ſuper poſſeſſione, & fructibus eſt vnico capituli, & orationis contextu lata, quia tunc propter connexitatem, & vnitatem datur appellatio à tota ſententia, ſicque etiam quoad poſſeſſionem, *Contar. d. limit. 1. num. 33. et Marcheſ. vbi ſupra,* dicens, quod iſto caſu debet admitti appellatio à tota ſententia quoad vtrũque effectum.

Non videtur diſcedendum ab hac opinione, quia cum hac diſtinctione reducuntur ad concordiam conſtitutio Aegidiana citata *ſupra ſub numero 24.* quæ diſponit, vt poſſit appellari à tota ſententia, & illa communis opinio recepta à praxi, quod poſſit appellari ſolum quoad fructus.

In hac controuerſia multa prolixe ſcribit Contar. *d. li-*

mit. 1.

mit.1.à num.23. vſque ad num.73.C.ſi de momen.poſſ. & in effectus *num.34.& ſeqq.* concludit, dari appellationem quoad fructus, ſed non quoad poſſeſſionem, quia fructus ſunt ſeparati à poſſeſſione, poſtea *n.46.& ſeqq.* limitat iſtam concluſionem, vt non procedat, ſit vna cum iudicio poſſeſſorio concurrat petitio fructuum æque principaliter debitorum, vt puta, cum quis promiſit fructus naſcituros ex aliqua re; nam iſto caſu fructus veniunt principaliter ex quo ſunt promiſſi per ſtipulationem, nec iſto caſu inquit, poſſunt peti acceſſorie, cum non veniant ex natura actionis propoſitæ pro re principali, & ſic firmat, quod, ſi cauſſa fructuum ſit æque principaliter cum cauſſa poſſeſſionis non denegatur appellatio etiam à capitulo poſſeſſionis.

36 Concludo, recedendum non eſſe ab ampliatione, quia connexitas, ſeu ſeparatio non conſideratur in verbis, aut in ſtructura orationis, quicquid ſenſerint Veſtr. Rugin. Cont. & Marcheſ. *citati ſub n. præcedenti, verſ. contra*, ſed conſideratur in rebus, ſeu ex parte rerum; quare licet ſententia propter vnitatem chartæ, & temporis ſit vna; tamen, ſi ſit lata ſuper diuerſis articulis; ſeu cauſis, & actionibus ſunt plures ſententiæ, *Abb. in cap.6. cum dilectus, num.3. verſ. nota quod ſententia, de cauſ. poſſ. & propr.* & è contra licet ſententia contineat plura, & diuerſa capitula, tamen, ſi ſint connexa, reputantur vnum capitulum, & vnica ſententia, vt, loquendo in alijs terminis, ſcribunt Franch. Card. Alex. & Dec. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.10. n.6.* & facit quod ſcripſi ſupra *ſub nu.8.* & quod in re facti non debeat valere ars verborum, ſed debeat attendi connexitas rerum, ſcripſi *lib. præcedenti c.11. n.375.*

At fructus, & expenſæ ſunt res ſeparatæ à poſſeſſione, quia eſſentiali differentia, & ratione ab ea ſeparantur; nam præiudicium, quod per ſententiam infertur poſſeſſioni, poteſt reparari in iudicio petitorio, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra membr.3. ſub n.6. verſ. ſecunda, & n.7.* ſed præiudicium, quod infertur expenſis & fructibus, non poteſt reparari in petitorio, teſtibus his, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra n.22.* Ergo ſubſtantiali differentia ſeparantur in materia appellandi.

37 Probatur etiam ſeparatio fructuum, & expenſarum ex eo, quod ſententia abſolutoria lata ſuper re principali non præiudicat quo ad fructus, cum ſint diuerſi à re principali, & poteſt ſtare, quod debeat reſtitui res, & non debeant reſtitui fructus, & aliud eſt vendere rem, aliud vendere fructus, & aliud perceptionem fructuum, *Contar. in l. vnica, limit.1. n.34.35. & 36. C. ſi de momen. poſſeſſ.* & quod fructus, & expenſæ ſint ſeparati a ſorte principali, patet ex eo, quod ſi ſumma principalis contenta in ſententia, non ſit de per ſe appellabilis, ſeu commiſſibilis in Rota, non efficitur appellabilis aut commiſſibilis per cumulationem fructuum, & expenſarum; quia non cumulantur, *Marcheſ. tract. de commiſſ. part.1. in commiſſ. appellat. ſup. diuerſ. c.28. n.30. fol.300. in 2. impreſſ.*

38 Amplia tertio notabiliter vt à ſententia poſſit appellari non ſolum, eo quia contineat mixturam, vt hucuſque dixi, ſed etiam eo quia non contineat mixturam, ſi eam continere debuiſſet, & ſit omiſſa; quare ſit iudex omiſerit condemnare victum ad fructus, expenſas, & intereſſe petita in libello, poterit victor appellare ab hac non condemnatione, per ea quæ ſcripſi *ſupra n.14. & infra limit. 21. n.33. & ſub n.34. verſ. primus.*

Confirmatur hæc ampliatio, quia ſi vnus det libellum ſuper poſſeſſione, & alius det libellum ſuper proprietate, & iudex debeat vtrumque terminare vnica ſententia, & tamen terminet vnum ſolum ſententia quidem eſt valida, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra membr.7. n.129.* ſed poterit appellari, vt declarat Contar. *in l. vnica, limit.2. §.5. n.29. & 30. C. ſi de mom. poſſ. & dixi vbi ſupra.*

Contra hanc confirmationem vide, quæ ſcribit & tenet Papien. *in pract. in form. appellat. ab interloc. in gl. vlt. in fine, ſub n.12. verſic. amplius quæritur, f.384.* & cogita.

39 Reſtringe eandem tertiam exemplificationem poſitam *ſupra nu.22.* vt non procedat in poſſeſſorio recuperandæ quoad fructus pendentes, quia, non obſtante appellatione, fiet executio etiam in fructibus, quia ſunt pars ſoli, *Afflict. deciſ.77. fuit ſatis, in fine, & Contar. in l. vnica, limit.1. n.68 & 69. C. ſi de momen. poſſ.* etiam ſi fructus eſſent maturi, *Contar. ſub dict. n.69.*

40 Aduerte primo, quod quamuis condemnatus de ſpolio ad reſtituendos fructus perceptos poſſit appellare, *vt dixi*, tamen non poteſt audiri in petitorio, niſi prius reſtituerit fructus perceptos vna cum expenſis teſtibus ijs, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra *memb.7. n.121.*

41 Aduerte ſecundo, quod, & ſi condemnatus poſſit appellare à condemnatione fructuum, tamen iſta appellatio non impedit iudicem à quo, vt non poſſit taxare fructus, quia taxatio non eſt noua condemnatio, ſed eſt duntaxat prioris declaratio, quæ declaratio poteſt fieri, non obſtante appellatione, *vt refert & ſequitur Guid. Pap. tract. de appell. quæſt.116. n.78. fol.60.*

Pro & contra iſtam aduertentiam vide quæ, loquendo de taxatione expenſarum, ſcripſi & firmaui *ſupra q.3. nu. 54. & 55.* & ad illa me hic remitto.

42 Extende II. eandem ſublimitationem, poſitam *ſupra n. 1.* vt habeat locum in ſecunda mixtura, nempe quando ex tacito, vel expreſſo conſenſu vtriuſque partis iudex cognoſcit etiam ſuper proprietate, quia dabitur appellatio.

Exemplifica primo hanc extenſionem, quando reus, conuentus poſſeſſorio iudicio, excipit de dominio, & iudex, veluti exceptione non obſtante pronunciat contra reum ad reſtituendam poſſeſſionem, quia cauſa ſapit petitorium propter exceptionem, & ideo datur appellatio, *Bal. in l. vnica, column. penult. n.14. verſic. quæro quid in poſſeſſorio. C. ſi de momen. poſſeſſ.* quem referunt, & ſequuntur Contar. *ibidem limit.2. §.4. n.4. & 5. Veſtr. in prax. lib.7. c.3. ſub n.6. ibi, idem ſi petitorium, & Aufr. ad Capell. Tholoſ. deciſ. vltim. ſub n.2. ibi, idem niſi.*

Oppono contra iſtam exemplificationem, quia ſic eſſet in poteſtate rei facere cauſam appellabilem: poſſet enim ſemper opponere exceptionem dominij, quod eſt abſurdum, cum debeamus metiri ius ex perſona actoris, & non ex perſona rei, *Bald. quem retuli, et ſequutus ſum ſupra membr.7. ſub n.128. verſic. explica,* eſſet etiam in poteſtate iudicis, qui, pronunciando ſuper exceptione, faceret cauſam appellabilem.

Reſpondeo huic oppoſitioni, non eſſe in poteſtate rei, niſi quatenus a iure ei conceditur: quare vel reus offert incontinenti docere de dominio, & tenetur iudex admittere exceptionem; vel non offert incontinenti docere, & tunc iudex non tenetur eam admittere, *iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum in alio propoſito ſupra quæſt.11. n.68. et ſeqq.* Et licet metiamur ius ex perſona actoris quoad intentionem fundandam reſpectu libelli, ac etiam reſpectu iuris ex perſona agentis: tamen quantum ad condemnationem moderandam inſpicitur factum ex perſona rei, prout etiam ex parte rei metiri debemus ius defendendi, & excipiendi: Quare ſi via exceptionis admiſſibilis iudicium alias poſſeſſorium merum de ſui natura reddatur mixtum, vtique victo hoc caſu non erit deneganda appellatio, *Contar. in l. vnica, limit.2. §.4. n.8.9. & 10. C. ſi de mom. poſſ.* Nec eſt nouum, quod iudex poteſt ita ſententiam, proferre, vt faciat cauſa appellabilem, quę de ſui natura, & attenta petitione, non erat appellabilis, *iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra n.6.*

43 Declara iſtam exemplificationem, vt reſpectu rei cauſa efficiatur appellabilis ſi, iudex debeat admittere exce-

ptionem, & nihilominus, veluti illa exceptione non obſtante, pronunciauit contra reum, quia tunc reus condẽnatus poterit appellare, & ita loquitur Bald, ſi eius verba non vulgari trutina ponderentur, *in d.l, vnica, n.14.C.ſi de mom, poſſeſſ.* prout nos admonet ibidem Contard. *limit.2. §.4.num.4.& 5.& ſub num.7. verſic. altera.* & ita eundem Baldum intellexit Dec. *conſ.28. num.6. verſ. tertio non obſtat,* & ratio illa etiam reddi poteſt, quia iudex, nõ admittendo, peruertit ordinem, à qua peruerſione ordinis datur appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra membr.7.n.128.* & loquendo generaliter *num 113.*

44 Subdeclara primo illatiuè hanc declarationem vt non procedat in ſequentibus caſibus, quia in eis non datur appellatio.

Primus caſus eſt, quando exceptio non erat admittenda, quia tunc licet iudex pronunciet, veluti illa exceptione non obſtante, tamen cauſſa non efficitur appellabilis, *Contar. d.lim.2.§.4.num.6. verſic. hæc contrarietas,* & ſentit apertè Dec. *vbi ſupra, & dixi dict. memb. ſeptimo, ſub num. 128. reſtr.2.*

Secundus caſus eſt, quando iudex non pronuntiat cõtra exceptionem dominij oppoſitam à reo ſed illam ſolũ dilatat, & differt, quia tunc ex mente Baldi ſic profundius conſiderata per Contar. *dict. limit.2.§.5, num.18. verſ. ſi, nem,* non dabitur appellatio,

45 Tertius caſus eſt, quando iudex non reprobat expreſsè exceptionem dominij oppoſitam à reo, quia tunc non datur appellatio. Et ratio eſt, quia poſſunt hęc duo ſimul ſtare, quod actor iuſtam cauſſam foueat in poſſeſſorio, & tamen reus ſit dominus: Vnde, niſi iudex expreſſe reprobet exceptionem dominij, remanet ius rei inuulneratum, & conſequenter, cum non expreſſa reprobatio ei non noceat in petitorio, non debet poſſe appellare, *Contard. ead. limit.2.§.6.num.1. in vltimis verbis, & nu.2.* Nam quæ non ſunt expreſſa in ſententia, ſed colliguntur tacitè, non habent vim ſententię, & ideò non conceditur appellatio, *per ea, quæ dixi ſupra n.11.*

Subdeclara ſecundo, vt non procedat, quando iudex non exprimit, neque ex actis colligitur, quod reprobet ſeu reijciat exceptionem, eo quia non ſit vera, quia, ſi hoc non exprimit, neque colligitur ex actis, præſumitur in dubio quod reijciat, eo quia non ſit probata, & iſto caſu non datur appellatio, *Contar. in dict. l. vnica, limit.2.§.6. numero 4. & 9.* ſecus eſt ſi reijciat expreſſe ſeu ex actis colligatur, quod reijcit, eo quia non ſit vera, quia tunc tangeret negotium principale, & præiudicaret, & ideo daretur appellatio, *Contar. eod.§.6. numero 4. & ſequentibus.*

Quicquid ſit de veritate iſtarum ſubdeclarationum in appellabilitate proficiſcente ex mixtura cõtenta expreſſe vel tacitè in ſententia) aduerte, quod, ſi ex expreſſa vel tacita reiectione exceptionum admittendarum reſultet inordinatus proceſſus, dabitur ex hoc capite appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra memb.7. num.128.* &, loquendo generaliter, *num.113.* & idem ſi ex tacita reiectione neceſſario colligeretur præiudicium in petitorio, quia tunc habetur pro expreſſa, *iuxta ea, quæ in alijs terminis ſcripſi ſupra ſub num.12. & infra num.70.* Et idem ſi à tacito grauamine poſſet appellari, ſicut ab expreſſo ita, quod tacita pronuntiatio tranſiret in iudicatum, ſicut expreſſa, quia ex hoc etiam capite poſſet appellari, *vt in alijs terminis ſcripſi ſupra memb.7. nu.51.* Vnde prima ſubdeclaratio in ſecundo, & tertio caſu, & ſecunda ſubdeclaratio licet poſſint eſſe tutæ in appellabilitate proficiſcẽte ex mixtura, tamen non ſunt tutæ in appellabilitate proficiſcente ex his alijs capitibus.

46 Exemplifica à ſecundo eandem extenſionem in caſu oppoſito, quando ſcilicet iudex reum abſoluit, veluti exceptione ab ipſo oppoſita obſtante, quia tunc poterit actor appellare etiamſi exceptio fuerit ipſo actore conſentiente admiſſa, *vt refert & ſequitur Contar, dict, limit. 2.§.6.nu.31.C.ſi de moment. poſſeſſ.*

Ratio huius exemplificationis eſt duplex.

Prima ratio eſt, quia, ſi actor non poſſet appellare ab hac ſententia poſſeſſorij, remaneret excluſus etiam à petitorio, quia obſtaret ei ſententia, *ſecundum Bal. quem refert & ſequitur Contar. vbi ſupra.*

47 Secunda ratio eſt, quia actor appellat ad effectum deuolutiuum, *vt dixi ſupra memb.4. ſub nu.38. verſ. vel breuius,* ſed ad effectum deuolutiuum datur appellatio etiam in poſſeſſorio momentaneo, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra memb.7.num.16.* & quod appellatio detur actori, quia appellat à pronuntiatione negatiua, vide quæ ſcripſi *ſupra d, memb.4.num.38. verſ. reſtringe tertio.*

48 Extende III. eandem ſecundam ſublimitationem poſitam *ſupra num.1.* vt habeat locum in mixtura, quæ procedit ex natura rei, mediante diſpoſitione legis, aut ſtatuti, aut contractus.

49 Exemplifica primo hãc extenſionem in ſententia lata ſuper remedio *legis 7. ſi quis in tantam. C. vnde vi,* à qua ſententia dari appellationem late ſcripſi, & declaraui *ſupra memb.6 nu.55.* quia eſt poſſeſſorium mixtum, *vt ſcribunt Contar. & Rugin. quos citaui ibidem.*

50 Exemplifica ſecundo in ſententia lata ſuper remedio *l.6. meminerit. C. vnde vi,* quando agitur etiam ad priuationem, quia tunc datur appellatio, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra memb.6.num.14.*

51 Exemplifica tertio, quando petitur decerni bonorum poſſeſſionem contra tabulas, cauſſa cognita, quia tunc datur appellatio à ſententia, *Bald. in l. vnica, col. penul. nu.18. verſic. ſed quid ſi petitur, C. ſi de mom. poſſ.* quem ibidem *refert & ſequitur Contar. limit.15. ſub nu.7.* & quod ſi quis petat ſibi decerni bonorum poſſeſſionem decretalem, & apparet contradictor, & iudex ſuper ea pronunciet, poſſit à pronuntiatione appellari, ſcribit Salyc. *in d.l. vnica, verſus finem, q.7. ſub num.6.* quem refert & ſequitur ibidẽ Contar. *in 2. oppoſitio. ſub nu.2. & 6.* & quod in bonorum poſſeſſione contra tabulas ſit neceſſarius libellus, ſcribit Spec. *tit. de libell. concept. §. non dicendum, verſ.30. num.22. in fine, lib.4. fol.24.*

Ratio huius exemplificationis eſt, quia bonorum poſſeſſio contra tabulas eſt poſſeſſio ordinaria, quæ confert ius in proprietate, & in poſſeſſione, *Petr. de Bellap. in l.1. num.16. verſ. habetis, C. qui admit. fol.115.* & ideo ſententia lata contra petentem hanc bonorum poſſeſſionem præiudicat ei in petitorio, *vt dixi infra num.54.*

Hæcque bonorum poſſeſſio contra tabulas dicitur poſſeſſio ex teſtamento, *vt dixi infra, ſub nu.53.* non quia nitatur teſtamento, immo contra teſtamentum, ſed tamẽ dicitur ex teſtamento: quia non habet locum, niſi facto teſtamento, *Gloſ. vlt. in l.5. certum eſt, in verbo. non vrgentur, C. vnde legit.* & vnde cognati.

52 In quibus caſibus detur hæc bonorum poſſeſſio cõtra tabulas, vide Gloſ. hic proxime ſupra citatam, quæ ponit tres caſus,

Infero primo ex hac ratione poſſe appellari etiam in bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, quia eſt poſſeſſio iuris, & facti, *Cyn. in l.1. in 4. oppoſ. Cod. de bonor. poſſeſſ. ſecun. tabul. & Contar. in d. oppoſ.2. num.1. & 6. & d. limit. 15. ſub num.9.* iunctis his, quæ ſcribit *num.1. & ſequentib.* Nam quod hæc poſſeſſio ſecundum tabulas ſit etiam ipſa poſſeſſio ordinaria, quæ conferat ius in proprietate & poſſeſſione, ſcribit Pet. de Bellaper. citatus, *ſub num. præcedenti, verſ. ratio.*

53 Infero ſecundo, poſſe appellari in cæteris poſſeſſionibus ordinarijs, *Contar. in l. vnica, limitat.15. num.9. ubi, vlt. limita. iunctis, num. præcedentibus, C. ſi de mom. poſſeſ.* Et ratio eſt, quia tribuunt ius in proprietate, & in poſſeſſione,

vt

vt retuli, & ſequutus ſum infr. hoc eod. num.

Hęc poſſeſſionis ordinariæ in vniuerſo ſunt ſex, duæ enim ſunt ex teſtamento, altera ſecundum tabulas, & altera contra tabulas, & reliquæ quatuor ſunt ab inteſtato: Vnde liberi: Vnde cognati: Vnde legitimi: Vnde vir & vxor, *Gl. vt in l. 5. certum eſt, in verbo, non vrgentur, C. vnde legit. & vnde cog. Pet. de Bellap. in l. 1. ſub n. 16. C. qui admit. fol. 115. & Contar. vbi ſupra.* Nam iſtæ etiam quatuor, quæ ſunt ab inteſtato, tribuunt ius in proprietate, & in poſſeſſione, *Petr. de Bellap & Contar. ſupra proximè citati.*

Et dicuntur poſſeſſiones iuris, quia in eis habetur reſpectus ad ipſam vniuerſitatem, non autem ad ipſas res particulares; quare bonorum poſſeſſor dicitur etiam ſi nihil ſit corporale in bonis defuncti ad inſtar hæreditatis, quæ conſiſtit in iuris intellectu, non autem in corporibus hæreditarijs, vnde petitio bonorum poſſeſſionis ęquiparatur petitioni hæreditatis, vt hæc omnia ſcribit Contar. *in leg. vnica, limitat. 15. num. 4. 5. et 6. Cod. ſi de moment. poſſ.*

54 Ratio generalis, quare à ſententia lata in his poſſeſſionibus ordinarijs detur appellatio, eſt, quia ſi is, qui petit bonorum poſſeſſionem, ſi repulſus per ſententiam iudicis ad inſtantiam legitimi contradictoris, talis ſententia pręiudicat ei in petitorio, & in bonorum poſſeſſionis hæreditatis petitione, ad quam non admittitur propter denegatam bonorum poſſeſſionem, *Salyc. in l. 9. poſt ſententiam, n. 3. C. de ſentent. & interl. omn. iud.*

Infero tertio ex eadem ratione poſita ſupra, *ſub num. 51.* contrariam concluſionem in poſſeſſionibus extraordinarijs, nempe in eis non dari appellationem, *Contar. in l. vnica, limit. 15. n. 10. & ſeqq. C. ſi de moment. poſſ.* Et ratio eſt, quia iſtæ poſſeſſiones extraordinariæ non conferunt ius in poſſeſſione, & proprietate, *Petr. de Bellaper. in l. 1. ſub num. 16. verſ. habetis, Cod. qui admit. & Contar. dict. lim. 15. ſub n. 10.*

Reſtringe declarando iſtam illationem, vt poſſeſſiones extraordinariæ ſecundum Petr. de Bellap. *in l. 1. ſub num. 16. qui admitt.* ſint quatuor: Prima eſt poſſeſſio carboniana: Secunda eſt poſſeſſio, quæ datur ventris nomine: Tertia, quæ datur gratia agnoſcendæ litis, *Gloſſ. vlt. in l. 5. certum, in verbo, non vrgentur, C. vnd. legit. & vnd. cogn. & Petr. de Bellapert. vbi ſupra*, & quia iſtæ non tribuunt ius in proprietate, ſed in poſſeſſione tantum, *Gloſſ. Petr. de Bellapert. & Contar. ſupra citati*, ideò in eis vera eſt illatio, quod non appellatur; & quod in Carboniana non detur appellatio, latè contra Baldum inſiſtit Contar. *dict. limit. 15. num. 13. & ſequentibus.* Quarta poſſeſſio extraordinaria dicitur illa, quæ datur, quoties ex nouis legibus datur hæreditas ex teſtamento, vel ab inteſtato, ideoque dicitur extraordinaria, quia non habet certam ſedem ex teſtamento, vel ab inteſtato, *Gloſſ. & Petr. de Bellap. ſupra citati*, & quia iſta confert ius in proprietate, & poſſeſſione, *vt ſcribit Petr. de Bellapert. & eſt de mente Gloſſæ ſupra citatæ*, ideò in ea datur appellatio, ſicut in cæteris ordinarijs, & ideo Gloſſ. ſupra citata hanc ſpeciem poſſeſſionis adijcit ſex ſpeciebus poſſeſſionis ordinariæ; Quare in hac quarta poſſeſſione non eſt vera illatio.

Ratio quare in iſtis tribus ſpeciebus poſſeſſionis extraordinarię non detur appellatio ea etiam reddi poteſt, quia ſunt poſſeſſionis facti, & non poſſeſſiones iuris. *Contar. d. limit. 15. n. 25. verſ. adde quod*, & in poſſeſſionibus facti non dari appellationem ſcribit etiam Cyn. *in l. 1. ſub n. 1. in 4. oppoſ. C. de bon. poſſ. ſecund. tab. fol. 353.*

55 Infero quarto, attenta hac ratione, quod ſi conductor alienauerit prædium conductum, & locator agat ad poſſeſſionem, & non ad proprietatem, & feratur ſententia pro locatore agente, non poterit reus appellare, ſtante ſtatuto, quod conductor alienando, vel tradendo, non priuet dominum poſſeſſione, quia licet videatur poſſeſſio iuris municipalis, tamen eſt poſſeſſio facti, *Bal. conſ. 330. ſtatuto cauetur, in prin. & ſub n. 1. & n. 7. in fine, & num. 8. lib. 1.* quem referunt, & ſequuntur Contar. *in l. vnica, limit. 15. num. 8.* & in alio propoſito *lim. 2. § 2. num. C. ſi de mom. poſſ.* dicens, quod Bal. in d. conſ. multa ſub obſcurè allegauit, & Rugin. *tract. de appell. §. 2. cap. 3. ſub n. 682. verſ. 17. et num. 683.*

Quamuis Bal. multum ſe fundet in eo, quod ſtatutum ſuum loquebatur cum clauſulis, (abſque lite) & (ſtatim) quibus clauſulis excludi appellationem ſcripſimus, *q. præced. lim. 1. n. 34. 42. & 57.*

56 Ratio huius illationis eſt, quia titulus locationis non probat dominium inter contrahentes, ſed ſolam poſſeſſionem, & inter alios neutrum probat: Præterea titulus locationis non ordinatur ad aliud, quam ad aliqualem poſſeſſionem, ſeu detentionem cum facultate percipiendi fructus quamdiu ſoluatur penſio, *Bal. d. conſ. 330. ſub n. 1. & 2. & n. 7. in fine.*

57 Exemplifica quarto generaliter in omnibus poſſeſſorijs iuris, quia in eis datur appellatio, *Cyn. in l. 1. ſub n. 1. in 4. oppoſ. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tab. & ex Bald. Salyc. et alijs retuli, & ſequutus ſum infra, n. 85. & 112.*

58 Nota obiter vnum ſingulariſſimum modum explicandi poſſeſſoria iuris, & poſſeſſoria facti, quod poſſeſſorium iuris vocatur bonorum poſſeſſio, & poſſeſſorium facti poſſeſſio bonorum, *vt ſcribunt Azor. in ſum. C. tit. de bonor. poſſ. etc. n. 2. fol. 106 Cyn. in l. 5. certum, n. 4. C. vnde legit. fol. 356. & Contar. in l. vnica, limit. 15. n. 1. in fine, & n. 2. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Quare bonorum poſſeſſio ſignificat merum ius hæreditatis, & poſſeſſio bonorum ſignificat merum factum poſſidenti, & tamen quilibet diceret, hæc inter ſe non differre, niſi in peruerſione modi loquendi; quia dicere ſolemus, quod tantum diſtat iſte locus ab illo, quantum ille ab illo.

59 Confirmatur hoc notabile ex eo, quia aliud eſt iuſta agere, & aliud iuſtè agere, *vt benè ſcribit Ariſt. in Ethic. lib. 2 c. 4. & ibi interpretes*, & tamen quilibet diceret, quod ſunt idem.

60 Exemplifica quinto in ſententia lata ſuper caducitate ex interdicto vnde vi; ſed de hac exemplificatione pro & contra vide quæ ſcripſi *ſupra memb. 6. n. 2. & 3.*

61 Exemplifica ſexto, quando iudex ſententiat, aliquem eſſe reſtituendum ad poſſeſſionem ad effectum proſequendi ſocietatem initam, quia dabitur appellatio propter mixturam; nam complicatur aliquid vltra poſſeſſionem; & ideo iudicium non remanet merum poſſeſſorium, ſed efficitur mixtum, *Contar. d. l. vnica, limit. 24. n. 12. in fine, ac n. 13. & 15. & n. 17.* vbi quod duæ cauſſæ ſimul complicatæ habentur pro vna, maximè quando reſpiciunt vnicum effectum, *& n. 18.* vbi quod quando vnum propter alterum vtrobiq; tantum vnum.

62 Exemplifica ſeptimo, quando quis eſt miſſus in poſſeſſionem bonorum defuncti, tanquam hæres ex teſtamento, & tertius poſſeſſor petijt, prædictam immiſſionem reuocari, & in hoc iudicio reuocationis diſputatur etiam de meritis teſtamenti, videlicet de eius nullitate, tam ex capite prętetitionis filij, quam ex eo, quod teſtator fuiſſet manifeſtus vſurarius, & fertur ſententia tam ſuper reuocatione poſſeſſionis, quam ſuper nullitate dicti teſtamenti, quia ab illa ſententia datur appellatio, *ſecundum Bal. quem refert & ſequitur Contar. in l. vnica, lim. 24. n. 1. & 2. C. ſi de mom. poſſ.*

Ratio ſecundum eoſdem eſt, quia licet à ſententia reſpectu poſſeſſionis non daretur appellatio, tamen reſpectu nullitatis teſtamenti datur, & ideò dabitur à tota ſententia, quia, vt ſcribit Contar. *ead. limitat. 24. num. 19. in fine, et 20.* debet reputari tota cauſa appellabilis, quia ſic fauorabilius eſt, & ideo in dubio appellationi deferendum.

Verum

Verum iſta ſexta, & ſeptima exemplificationis continent potius mixturam primæ & ſecundæ extenſionis poſitarum *ſupra num.6. & 42.*

63 Exemplifica octauo, quando quis petit ſe mitti in poſſeſſionem rei, alicui traditæ, attenta nullitate contractus, & contra tertios poſſidentes vigore ſententiæ nullæ, ſeu contractus nulli; nam poteſt quis ita petere, & iudex ex officio tenetur, nullitate inſpecta, reformare ſententiam, & reſtituere poſſeſſionem etiam contra tertios extraneos poſſeſſores occupantes pretextu ſententiæ nullæ, *vt ſcribit Franch. in capitul.63. dilecto, numero 35. & ſeqq. verſic. adde etiam, de appellat.* & vbi iudex pronuntiauerit ſuper nullitate contractus, ſeu ſententiæ, & ſimul ſuper articulo poſſeſſionis, condemnatus poterit appellare propter nullitatis mixturam, quæ habet materiam appellabilem, *vt ſcribit Contar. in l. vnica, limit. 24. numero 11. C. ſi de momen. poſſeſſ.* Vnde ſi iudex pronuntiat, ſu-

64 per ſpolio & ſuper nullitate laudi, poteſt condemnatus appellare, ſecus ſi ſuper ſpolio tantum, *Put. Contar. & Marcheſ. quos allegaui ſupra memb.6.n.64.* & adde ampliatiuè, quæ ſcripſi *ſupra n.10.*

65 Declara vlterius hanc exemplificationem, diſtinguendo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando quis in petitorio iudicio ſuper negotio principali obtinet tres ſententias conformes fauorabiles, vel vnam, à quo non fuerit appellatum, ſicque habet rem iudicatam, cuius vigore fuit miſſus in poſſeſſionem, & aduerſarius, excluſus propterea à facultate appellandi, *per ea, quæ dixi ſupra lim.1. numero 1. & ſeqq. & numero 71.* adit ſuperiorem per viam nullitatis, iuxta praxim, quam recenſui, *ead. lim.1. numero 46. & 55.* eiuſq; medio intentat actionem ſpolij, & petit, ſe reintegrari ad poſſeſſionem, *per ea, quæ ſcripſi ſupra memb.6. numero 65.* vbi videas, & iudex, aditus ſuper nullitate, ſententiat, iudicem nulliter, & de facto procedendo, ſpoliaſſe, & ideò ſpoliatum eſſe reintegrandum ad poſſeſſionem: & iſto caſu concludo, quod aduerſarius poteſt tam deuolutiuè, quam ſuſpenſiuè appellare, & in his terminis quãdo ſententia, de cuius nullitate agitur, eſt lata ſuper petitorio, procedit exemplificatio, quia, reſciſſa ſententia lata ſuper petitorio, vulneratur petitorium, à cuius vulneratione poſſe appellari nemo eſt, qui neget.

66 Confirmatur reſolutio huius primi caſuis, quia poſſeſſio iſto caſu fuit tradita via appellabili. Ergo via appellabili, debet adimi, quia nihil tam naturale eſt, quam diſſolui eodem genere, quo colligatur, *l.36. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* & præſertim quando poſſeſſio eſt data à vigore rei iudicatæ trium conformium; quo caſu iudex aditus ſuper nullitate ſententiæ poſſet, ſpreta appellatione, adimere poſſeſſionem, datam ex iudicio trium iudicum, ſequerentur tria abſurda: Primum, quod vnius teſtis præferretur tribus, cum ſententia vnius præualeret ſententiæ trium, & conſequenter illis iudicibus, & parti fieret iniuria, & ex iniurijs turbatur quies, ſine qua, Reſp. non benè valet: Secundum, quod imbellis vinceret fortem, quia imbellis eſt vnus contra tres: Tertium, quod illa praxis dicẽdi de nullitate poſt rem iudicatam, cui eſſet obuiandum, quia, cum ſit ſuſpecta de calumnia, eſt mala praxis, *vt ſcribunt Doctores, quos citaui ſupra limit. 1. ſub numero 55. verſ. hanc praxim.* augeretur ac facilius in dies ſumeret vires.

67 Contra ſolutionem huius primi caſus oppono, quia attendi debet, quod principaliter agitur, & non quod ſtat acceſſoriè, ſeu conſecutiuè, & in conſequentiam, *l.4. ſi quis in cauſſam, & ibi exornat Iaſ. numero 3. & ſeqq. ff. ſi cert. pet. per Tiraq. in rubrica ſeu tract. res inter alios, & o. verſic. ſed hæc multis, & verſic. ſic & ſemper, & ſeqq. colum. 1. & 4. fol.104. & ſcripſi lib. prac. c.2. n.173. & ſub n.296.* 69 *verſic, ratio.* & ſolemus dicere, quod clauſulæ acceſſoriæ non mutant, non alterant, neq; ampliant diſpoſitionem principalem, *Natt. conſil.372. in quæſtione, n. 14. & 16. lib. 2. & latiſſimè in conſ.582. verba inueſtituræ, numero 1. & ſeqq. vſq; ad numero 9. lib.3. Becc. conſ.24. cum magnificus, n.21. & conſ.111. & ſi perlectis, n.25. et conſil.88. cum feudum, n.50. vbi declarat, et Contar. in l. vnica, lim.2. §.1. n.2. C. ſi de mom. poſſ.* & adde quæ ſcripſi *lib. prac. cap.2. numero 623.* Et quod in caſu, quo nullitas continetur acceſſoriè in ſententia, victus non poſſit appellare, quia tunc ceſſat ratio mixturæ ſeu complicationis cauſarum, ſcribit Contar. *in d. lim.24. ſub numero 38.* Et quod appellabilitas ſẽtentiæ pendeat ab eo, quod principaliter agitur, & non ab eo, quod venit incidenter, ſcribit Paul de Caſtr. *conſil. 39. quod à ſententia, verſ. ex quibus tollitur, lib.1.* vide etiam ſupra *mem.4. n. 119. verſ. intellige.*

Sed principaliter agitur de poſſeſſione, quia non agitur de poſſeſſione, vt cognoſcatur, ſeu declaretur ſuper nullitate, ſed agitur de nullitate, vt cognoſcatur ſuper poſſeſſione.

Ergo à ſententia, qua iudex pronuntiat, dicentem de nullitate eſſe reintegrandum, quia fuit ſpoliatus à iudice nulliter procedente, non poteſt appellari.

Hæc oppoſitio retorquetur, tum quia ex nullitate ſeu non nullitate ſententiæ pendet ſpolium, & non è contra, & ſic nullitas eſt principale; tum quia nullitas in caſu, de quo agimus, debet probari plenè, & euidenter, & ſic eius cognitio præiudicat, & non poteſt reparari in alio iudicio, ſecus eſſet quando ſufficeret ſummaria, & ſemiplena probatio, vt *dixi ſupra memb.4. n.119. & clarius infra, n. 109. in fine, & n.110. & ſeqq.*

Retenta reſolutione huius caſus.

69 Amplia eam vt procedat etiamſi iudex aditus ſuper nullitate, ſeu ſuper ſpolio pronuntiarit ſolum ſuper ſpolio, & reintegratione poſſeſſionis, quia adhuc diceretur pronuntiaſſe ſuper nullitate, vt in ſimili ſcribit Bal. *in l.2. ſi cum pater, numero 3. verſic. nota ergo. C. ſi aduerſ. rem. iud.* dicens, quod ſi ego in libello dicerem (*ego de facto te mancipaui*, dico emancipationem nullam eſſe, qui iudex fuit incompetens, quare peto declarari, te remanſiſſe in mea poteſtate, & emancipationem nullam eſſe) ſatis erit, quod iudex alterum pronuntiet, vel te in poteſtate eſſe, vel emancipationem nullam, quia vtrumque includitur de neceſſitate, hancque ampliationem diuerſis motiuis tenuit Rot. quam citat Contar. *in l. vnica, lim. 24. ſub n.22 C. ſi de mom. poſſ.*

70 Confirmatur primo hæc ampliatio generali ratione, quia quando vno expreſſo ſequitur neceſſario tacitum, illud tacitum habetur pro expreſſo, quare licet ſententia non ſit lata ſuper toto eo, quod fuit petitum, ſed ſolum ſuper vna parte, & licet ſententia debeat proferri expreſſe & de ſcripti recitatione, & ideo impoſſibile ſit, quod tacita valeat, tamen iſto caſu ſententia eſt valida, quia ſi condemnauit reum in parte, in alijs dicitur tacitè abſoluiſſe, & quia hæc tacita abſolutio ſequitur neceſſariò ex eo, quod eſt expreſſum, habetur pro expreſſa, *Bal. in l.1. n.3. verſ. oppono dicitur hic, C. ſi aduerſ. rem. iud.* Et quod ideò declaratio expreſſa ſuper contumacia non ſit neceſſaria, quia iudex, interponendo primum decretum, videtur tacitè pronuntiare ſuper contumacia, ſcribit Franc. Aret. *in l.35. exitus, in fine, ff. de acqu. poſſ.*

71 Huiuſque confirmationis veritas latè fulciri poteſt ex his, quæ ſcribunt Alex. *in rub. ſub numero 2. verſus finem, et numer.3. verſ. ad idem, C. qui admit. ab honor. poſſeſ. Felyn in c.6. inter delictos, n.1. de fid. inſtrum. et Contar. in l. vnica, lim. 24. numero 28. et ſeqq. et quæſt.15. verſ. et quod ſi C. ſi de momen. poſſeſſ.* dum ſcribunt, quod ſi quis petat condemnari reum ad reſtitutionem alicuius rei, & iſta condemnatio ad reſtituendum non poſſit fieri, niſi reſciſſo prius contractu, conſebitur per eandem petita prius contractus reſciſſio:

reſciſſio: & petens vti læſus reſtitui ſibi rem, quam vendidit, cenſebitur prius petijſſe reſtitutionem in integrum ad reſcindendam venditionem: & agens rei vendicatione ad recuperandum aliquid cenſetur petere à iudice, vt eum declaret eſſe dominum, quia petito conſequenti, cenſetur petitum antecedens, & ideò ſuſtinetur libellus.

Confirmatur ſecundo, quia alia lex videretur magis impoſita verbis, quam rebus.

72 Contrariam opinionem, quod enim non cenſeatur pronuntiaſſe ſuper nullitate, ſed ſolum ſuper ſpolio, & ideò non detur appellatio, tenuit Rota *in alia deciſione*, quam citat, & ſequitur idem Contar. *ead.limit.24.n.39.* & motiuis contrariæ deciſionis citatæ pro ampliatione reſpondet, *ead.limit.24.num.22.in fine, num.23. & ſeqq. vſq; ad n.38.incluſiuè.*

73 Comprobatur hæc contraria opinio, quia quod ſententia ſit appellabilis, vel non appellabilis pendet ab expreſſis in ſententia, & non ab ijs, quæ tacitè colliguntur ex ſententia, *per ea, quæ ſcripſi ſupra n.11.* vbi videas.

Hanc opinionum, & deciſionum contrarietatem nititur ſub varijs diſtinctionibus reducere ad concordiam, Contar. *ead.lim.24. n.40. & ſeqq.*

Verum ego, omiſſis hic illis diſtinctionibus, motiuis, & ſolutionibus adductis à Contar. quia ſi veritatem dicere debeo, plus implicant, quam explicent, vt tu, ſi videris, fateberis, non diſcedo ab ampliatione, & illis diſtinctionibus ſupra, & infra aptioribus locis vſus ſum, prout materia requiſiuit.

74 Secundus caſus eſt, quando quis agit iudicio poſſeſſorio, ſiue ſit adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ, & obtinet ſententiam fauorabilem & aduerſarius appellat deuolutiuè tantum, & in cauſa appellationis obtinet, declarari ſententiam iudicis à quo nullam, & ipſum appellantem vti ſpoliatum eſſe reintegrandum ad poſſeſſionem: & iſto caſu concludo contra exemplificationem, quod condemnatus non poteſt appellare niſi deuolutiuè, prout potuit appellare aduerſarius condemnatus in prima inſtantia, ſicut *dixi memb.præced. num.21.* tum quia ſi ſententia, ſuper cuius nullitate pronuntiatur, verſata eſt ſolum ſuper mera poſſeſſione, neceſſe eſt, vt etiam nullitas ipſius ad aliud ſe non extendat, & conſequenter ſententia lata ſuper nullitate nihil habebit commune cum proprietate, tum quia, vt ſeruetur æqualitas ſi non licuit condemnato in prima appellare ſuſpenſiuè, non debet licere condemnato in ſecunda.

75 Amplia reſolutionem huius caſus, vt procedat etiamſi nullitas ſententiæ ſit deducta, & intentata principaliter, quia militant eadem rationes.

76 Exemplifica nono in petitione hæreditatis, quia à ſententia lata ſuper ea datur appellatio, ex quo continet petitorium, *Rip.in l.fin.n.10.ff.quor.bon. Marau.in ſuo Spec.p.4.diſt.7.ſub n.9.ibi, quod ſecus, fol.131. Ioſ. Cumia ſuper rit.Sicil.c.38.n.190.folio 205. & Contar.l.vnica, limit.2. §.1.n.10. & §.2.n.1. & ſeqq. C.ſi de mom. poſſ.* & benè probatur ex his, quæ ſcripſi *infra n.114.*

77 Exemplifica decimo in ſententia, qua, reo negante ſe poſſidere, & conuicto de mendatio, transfertur poſſeſſio in actorem, qui eum fecerat interrogari in iudicio, an poſſideret, *iuxta l.vlt.ff. de rei vendic.* quia ab illa ſententia datur appellatio, *ſecundum Barbat. quem citat, ſed non ſequitur Contar.in l.vnica, q.14.n.3.C.ſi de mom.poſſ.* Et faciunt pro hac exemplificatione duo: primum quia tranſlatio poſſeſſionis in caſu huius exemplificationis infert maius damnum, quam alia quamuis tranſlatio poſſeſſionis *vt oſtendit M.Ant.Cucch tract.de mentien.circa poſſ. n.224.226.335. & 236.* ſecundo, quia hęc tranſlatio poſſeſſionis fit in pœnam.

Contraria ſententia eſt vera, quam latè aſtruit Contar. *d.quæſt.14. num.4. & ſeqq.* & ego iam abſolui ſupra *membr.4. num.133. & ſeq.* vbi videas.

78 Exemplifica vndecimo, quando agitur ad poſſeſſionē ex contractu præambulo, quia tunc poteſt appellari, *vt ſcribit Bal.conſ.210.punctus infraſcripti, in fine, num.5.lib.5. & in l.vnica, colum.10.verſ. & nota ibi, & ſi quis promiſit, C.ſi de moment.poſſeſſ.* dicens, quod ſi quis promiſit mihi tradere nudam poſſeſſionem, & iudex ſententiet, eam mihi tradi, poteſt condemnatus appellare; quia nullum ſupereſt ei petitorium contra pactum. Idem inquit, eſt ſi poſſeſſorium in ſtipulatione deductum ſit, & idem ſi quis petat ſe inueſtiri ſe feudo, quia agit ex contractu, Nuell. *tract de concord.gloſſ.concord.6.fall.6.moder.6.ſub n.26.fol.191. Maran in ſuo ſpec.par.6. & act.2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, limitat.11.num.316. fol.506. Oſaſch. deciſ.25.mortuo inteſtato, ſub num.11.ibi, appellari idem poteſt. Marcheſ tract.de commiſſ.par.2. in commiſſ. appell. cap.2.num.49.fol.39. Gaſp.Cabal.ad conſtitut.March.lib.6. cap.2.in verbo, ciuili, num. & limitat.7. fol.371. Contard.in leg. vnica, limit.1.num.76.verſic.aliud exemplum, & latè limit.14.num.1. & ſeq.Cod.ſi de moment.poſſeſſ. & Rot.diuerſ.deciſ.356.domi erant varij num.8. par.1.* De condemnato ad libere dimittendum poſſeſſionem, quod poſſit appellare etiam ex eo, quod continet mixturam, vide ſupra, *numero 21.*

79 Reſtringe primo hanc exemplificationem in eo, quod dixi, dari appellationem à ſententia, qua pronunciatur, aliquem debere inueſtiri de feudo, vt non ſit vera, quando hæc ſententia inueſtituræ fertur ad fauorem filij, qui peteret inueſtituram per vtile interdictum quorum bonorum, *Bald.vbi ſupra, quem refert, & ſequitur Contar in l. vnica, limit.14. num.2. verſ.vltimo infert notans num.4. in fine*, ex iſta reſtrictione, totam vim conſiſtere in modo practicandi.

80 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando creditor mittitur in poſſeſſionem rei, quam debitor, conſtituit ſe poſſidere nomine creditoris, quia tunc debitor non poteſt appellare, *Paul.de Caſtr.in conſ.43.videtur lib.1.* vbi prius adducit obſtantia, & poſtea *n.4.verſic.breuiter*, firmat illam reſtrictionem.

Ab hac reſtrictione videtur diſcrepare Bald.*in conſ.210 punctus, in fine, n.5.lib.5.* dicens, quod ſi emptor fuerit miſſus in poſſeſſionem rei emptæ vigore contractus, in quo venditor dederit licentiam emptori vt poſſet propria auctoritate capere poſſeſſionem, venditor poteſt appellare, & huic Baldi opinioni videtur adhærere Contar. *in l.vnica, limit.14.n.7. ibi ſed an deneganda ſit, & n.8.ibi, quæ ſanè opinio. C.ſi de mom.poſſ.*

In hac diſcrepantia ego diſtinguerem: aut creditor agit vigore conſtituti ex remedio *legis fin. Cod. de acquir. poſſ.* & dico, quod debitor non poteſt appellare, *per ea, quę ſcripſi ſupra memb.6.n.48. iuncto num.42. & ſeqq.* & ita procedit reſtrictio, & conſilium Pauli de Caſtro: Nam debitor, nolens tradere poſſeſſionem, videretur ſpoliare creditorem, *per ea, quæ ſcripſi d.memb.6.n.37.38. & 49.* & creditor non agit de ſpolio, ſeu alio interdicto poſſeſſorio, ſed agit actione hypothecaria: & tunc datur appellatio, *per ea, quæ ſcripſi infra n.86.87. & 91.* Et idem ſi ageret ex contractu, & in vim contractus: & ita procedit conſilium Baldi, & hæc diſtinctio confirmatur ex ſeq. reſtrictione.

81 Reſtringe tertio, & generaliter cum declaratione, vt exemplificatio procedat, & ſit vera duobus caſibus.

Primo, quando agitur immediate ex ipſo contractu, non intentando aliquod remedium poſſeſſorium ordinarium, *Contar.d.limit.14.ſub num.2.ibi primum, & num.6* quia tunc poſſeſſorium ſubſtantiatur ex contractu, & ſic eſt inſpiciendus modus agendi *Contar.ſub d.num.6. ibi, limitatio autem.* Et licet in eo agatur etiam de poſſeſſione, tamen, quia principaliter agitur ex contractu, dicitur

poſſeſ-

poſſeſſorium ſaltem mixtum cum proprietate, à quo mixto poſſeſſorio dari appellationem ſcripſi, & declaraui ſupra *initio huius membri n.1, & ſeqq.*

82 Secundo, quando de validitate, & inualiditate contractus plenè cognoſcitur, & ſic dicitur negotium principale quia tunc etiamſi non ſint immediatè actum ex ipſo contractu, ſed ſit actum immediatè ex interdicto poſſeſſorio, tamen dabitur appellatio, quia eſt poſſeſſorium mixtum.

83 Secus ſi agatur immediatè aliquo interdicto poſſeſſorio, quia tunc licet acceſſoriè, ſeu in conſequentiam deducatur contractus, tamen non datur appellatio, *Contar. d.limit.14.numero 3.* ſicut dicimus in ſimili de poſſeſſorio adipiſcendæ, ſeu alio ſimili, in quo acceſſoriè ad poſſeſſionem deducatur titulus ſeu proprietas, quia tunc nihilominus remanet merum poſſeſſorium, *vt retuli, & ſecutus ſum lib.præced.capitul.7.numero 112.verſic.declara, & verſic.exemplifica*, & ideo in eo non datur appellatio, *Contar.in d.l.vnica, limit.2.§.1. numero 8. 9. & ſub numero 27.verſic.tamen, & num.18.C.ſi de mom poſſ.* Dummodo tamen de ipſo contractu non ſumatur inter partes maior cognitio ea, quæ requiritur ad conſequendam poſſeſſionem: Alias enim, ſi de eo plenè diſcuteretur, efficeretur poſſeſſorium mixtum, à quo daretur appellatio, *vt dixi hic ſupra.*

84 Exemplifica duodecimo, quando cauſſa poſſeſſoria habet complicatam cauſſam falſitatis, quia tunc appellatio admittitur, & ſuſpendit non ſolum ſententiam latam ſuper falſitate, ſed impedit, ne interim peti poſſit bonorum poſſeſſio ſecundum tabaulas, *l.1. & ibi Bal. & Salyc. Cod. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* vbi ſcriptus hæres in teſtamento petijt ſe mitti in poſſeſſionem bonorum ſecundum tabulas, & proximior ſe oppoſuit, accuſando teſtamentum de falſo, &, lata ſententia contra hæredem, quod teſtamentum erat falſum, hæres ſcriptus appellauit, & proximior volebat poſſeſſionem bonorum ab inteſtato, quæ ei denegatur propter appellationem interpoſitam in cauſſa falſi, *Bald.in l.9. poſt ſententiam.col.2. numero 6. verſic.opponitur quia, C.de ſent. & interloc.omn.iudic. Nicel. tract.de concord.gloſ.concord.6.fall.6.ſub numero 26.moder. 3.fol.191. & Rot. diuerſ.deciſ.323. domini dixerunt numero 2.parte 1.* dicens, quod in cauſſa ſpolij admittitur appellatio, ſi habeat complicatam cauſam falſitatis inſtrumenti, conſtituens regulam, quod vbicunque ſunt duæ cauſæ complicatæ, quarum altera admittit appellationem, & altera non admittit, tunc ſemper admittitur in vtraq; Et quod in cauſſis complicatis appellatio admittatur à tota ſententia ſcribunt Ruginel.*tract.de appell.§.2.c.3.nu.204.* & Couarru quem citaui *ſupra n.27.*

85 Ratio huius exemplificationis eſt, quia in poſſeſſorio iuris, cum includat cauſſam proprietatis admittitur appellatio, & ſuſpenditur executio, *Cyn.in d.l.1.ſub numero 1. in 4.oppoſ.Bal.col.2.numero 4.verſ.opponitur.Salyc.numero 3.ibi, oppono ab extra, & Iaſ.not.3.numer.4.Cod.de bon.poſſ. ſecund.tab.idem Bald.in l.vnico, colum.penul.n.17.verſ.quæro an à ſententia, & numero 18.in fine, C.ſi de mom.poſſ. Nicell.tract.de concord.gl.concord.6.ſub num.34.verſic.vigeſimo fol.192. Contar.in l.vnica, lim.15.numero 1. & latius in oppoſ 2.numero 1. & 3. C.ſi de mom.poſſ. & Veſtr.in pract. lib.7.c.3.ſub num.6.in fine, ibi, idem denique, & n.7.* exemplificans poſſeſſionē iuris in poſſeſſione decimandi, colectandi, & ſi quæ ſimilia ſunt, in quibus non ſatis eſt probare actus poſſeſſorios, ſed amplius deſideratur iuris adminiculum vt, loquendo de poſſeſſorio iuriſdictionis, retuli etiam, *infra n.109.exempl.14.* & vide quæ ſcripſi *ſupra n.58. & ſeqq.*

Sed poſſeſſorium in caſu huius exemplificationis eſt poſſeſſorium iuris, *Cyn. Bald. & Salyc. ſupra citati*; Ergo,

86 Exemplifica decimotertio in ſententia lata ad fauorē creditoris, agentis actione hypothecaria ad auocandum pignus, quia poterit aduerſarius appellare, *Bart.in l.1.in fine principij numero 4.ff.de ſolu.interd. Bald.in l.vnica, colum.penul.numero 15. verſic. quæro quid ſi agatur hypothecaria, & Salyc.q. & nu.6. verſ.quæro an à ſententia C. ſi de mom.poſſ.clarè Corn.conſ.190.ad euidentiam, colum.2.num. 1.in fine ibi, his præſuppoſitis lib.1. Aret.in §.item Seruiana, colum.6.ſub n.18. & Iaſ.colum.16.nu.94. & 95.verſ. & ex iſta differentia inſtit.de action.fol.mihi 40. Nicell. tract.de concord.gl.concor.6.fall.6.num.27. moder.13.fol.192. Neguſ.tract.de pign.parte 8.memb.1.n.1. & 2.tomo 7.parte 1. fol.252.Rol.à Vall.conſ.14. quoniam n.5.lib.1. Oſaſch.deciſ. 25.mortuo inteſtato n.11.Contar.in l.vnica lim.14.n.8 C ſi de mom. poſſ. Rot.diuerſ. deciſ.43. in cauſſa Romana fructuum 50000.inter ſub n.3.parte 1.*

87 Ratio huius exemplificationis eſt, quia iudicium hypothecariæ, ſeu ſeruianæ eſt petitorium, *Bar.in l.1.ſub nu. 1.verſ.quæro quid differt, C.de præced. & ſalu.interd. Iaſ. & Neguſ.vbi ſupra, & Rot.diuerſ.d.deciſ.43.numero 3.parte 1.*

* *et communiter* omnes*, & dicitur petitoriū, quia in hypothecaria auocatur poſſeſſio ratione iuris hypothecæ, *Bar. Iaſ. & Neguſ. in locis ſupra proxime citatis*, ſicq; poſſeſſio datur loco pignoris, vt ſit perpetuo remanſura penes creditorem, donec ſibi ſatisfactum fuerit de credito, *Rota diuerſ.deciſ.356. domini erant varij n.2. & ſeqq.parte 1.* Vnde, cum in actione hypothecaria bona dentur loco pignoris, ideoq; creditor poſſit obtinere, vt pignus diſtrahatur, in neceſſarium antecedēs diſcutiendum prius eſt de crediti validitate, in qua diſcuſſione debitor auditur, opponendo, quod non conſtat de credito, & ſic de neceſſitate deuenitur ad petitorium, *Rot.d.deciſ.43.n.4.verſ.nequam obſt.ibi, quia in actione par.1.* Et quod in actione hypothecaria principaliter deducatur dominium, ſcribit Socc.*conſ.112.viſo proceſſu n.22.lib.4.* & adde quę explicaui, *infra n.91.*

88 Secus eſt ſaluiano interdicto, quia, cum in eo agatur de mero poſſeſſorio, reus condemnatus non poteſt appellare, *Bar.Corn.Aretin.Iaſ.et Neguſ.in locis ſupra proxime citatis, Rol.à Vall.d.conſ.14.num.4.lib.1.et conſ.77.viſo et bene num.11.lib.2.Menoch.tract.de adipiſc.poſſ.rem.3. quæſt. 33.n.186.Ioan.Bapt.Pont, tract.de ſpol.lib.4.c.3.numer.40. verſ.eadem inquam ratione f.305. Contar.d.lim.14.n.10. et 17.Lancell.tract.de attent.parte 2.capit.12.de attent.et innou.appell.lim.25.princ.numero 11.fol.372.Marcheſ.tract. de commiſ.parte 2.in commiſ.oppell.cap.2.ad finem, fol.44. Rot.diuerſ.dict.deciſ 43.in cauſſa Romana fructuum 50000. inter ſub numero 3. parte 1. & deciſ. 34. concluſum ſub num.2. & num.3. parte 2.et Caputoq.deciſ.141.ſeu 28.ſententia lata n.1.p.3.* & de communi* teſtatur Gomeſ. quem

* refert & ſequitur Menoch.*vbi ſupra*, & ex Menoch. refert & ſequitur Rugin.*tract.de appel.§.2.c.3.ſub numero 671.in 10.caſu.*

† Quod tamen non haberet locum ſi ſaluianum cumularetur cum hypothecaria niſi fuiſſet pariter executa ipſa ſententia Grat.deciſ. Marcheſ. 52. & 204. Veral. deciſ. 106.par.3.

89 Ratio huius differentiæ eſt, quia ſiue creditor agat directo interdicto ſaluiano, quod datur locatori contra conductorem prædij ruſtici pro adipiſcenda poſſeſſione rerum mobilium tacitè obligatarum pro penſione, ſeu aſſictu, & inductarum in prædium de ſcientia domini earum, iuxta textum, *in l.1.ff.de ſalu.interd.et C. de præcar.et ſal.interd.* & prout declarant Iaſ.infra proximè citatus, & clarius Neguſ.*trac.de pign.parte 8.memb.8.membr.1.num. 4 tomo 6.par.1.fol.252.* ſiue agat interdicto vtili, quod ſcilicet non ex verbis legis, ſed ex mente legis datur locatori prædij vrbani contra inquilinum, & etiam cuilibet creditori contra debitorem pro adipiſcenda poſſeſſione bo-

Digitized by Google

ne bonorum debitoris, creditori obligatorum : item ſiue dicta bona obligata exiſtant apud ipſum debitorem, eaque velit extrahere, ſiue exiſtant apud tertium, *vt ſcribit idem Neguſ.d.memb.1.num.5. verſ. & quando, & membro 3.num.19.in 7.concluſ.fol.257. & Ruginel. tract. de appell. §.2.cap.3.num.671.in 10.caſu fol.121.* ſemper ſatis eſt creditori docere de poſſeſſione debitoris, *vt ſcribunt Bar. in l.1.num 3.ff.de ſalu interd. & in l.1.verſus finem, C.de præced. & ſalu.interd. Paul.de Caſtr.in l.41.rem alienam, ſub n. 10.ff.de pign act.Soce.conſ.112.viſo proceſſu, num.6. libr.4. Rol.à Vall.conſil.14.quoniam, ſub num.6.ibi, ſecundo quia, lib.1.* & eſt omnium communis * opinio, quare aut agit contra ipſum debitorem, & ſufficit probare, quod ipſe poſſidet : aut agit contra tertium poſſeſſorem, & ſufficit probare quod debitor poſſidebat tempore obligationis, vel poſtea, *per ea, quæ ſcribit Neguſ.d.par.8. memb.3. num. 19.* & quod Doctores * omnes tranſeant in hoc, quod ſufficiat probari poſſeſſionem, teſtatur, & (loquendo de ſaluiano interdicto directo, quod datur contra conductorem, & eius hæredem, quia ſufficit probari poſſeſſionem conductoris, cum ipſe conuentus non poſſit referre quæſtionem dominij) ſequitur Iaſ.*in §.item ſeruiana, num.91. verſ.in ſecundo, fol.59.* Et licet loquendo de vtili ſaluiano interdicto, quod datur contra tertium extraneum poſſeſſorem aliter ſentiat idem *Iaſ.d.n.91.in fin.et n.92.* dicens, quod ipſe credit non ſufficere, quod creditor probet de poſſeſſione principalis conductoris, quando tertius poſſeſſor non habet cauſſam à principali conductore, vel habet cauſſam oneroſam, tamen teſtatur, quod omnes Doctores ſequuntur contrariam opinionem, quod ſufficiat probare ſolam poſſeſſionem.

90 Ratio rationis, quare ſufficiat probare poſſeſſionem colom, ſeu inquilini, vel debitoris, eſt, quia in ſaluiano interdicto agitur ſolum de quaſi pignore, vel quaſi hypotheca in ſola poſſeſſione debitoris pignorantis, & non de pignore, vel hypotheca ſuper ipſa re, quia hoc ſaluianum interdictum non fundatur in proprietate, vel dominio rei, ſed fundatur, vt dixi, in poſſeſſione pignorantis, vt declarant Corn.*conſil 190. ad euidentiam, paulo poſt principium, lib.1. Neguſ.d.memb.1.n.6.in 3.differentia, et Contar. d.limit.14.n.14.* Et quod in ſaluiano interdicto bona non dentur retinenda loco pignoris, & ideo non poſſit miſſus in poſſeſſionem bonorum deuenire ad rerum diſtractionem, quia in eo non diſcutitur de validitate crediti, ſcribit Rot.*diuerſ.deciſ.43.in cauſſa Romana fructuum.50000. inter ſub n.4.p.1.*

91 At in actione hypothecaria non ſolum eſt probanda poſſeſſio, ſed in ea venit etiam agendum de dominio rerum obligatarum, nam vel agitur contra ipſum debitorem, & tunc in primis eſt probandum, quod ipſe poſſidebat illam rem ſpecialiter obligatam tempore obligationis, ſed ſi ſit obligatio generalis ſufficit probare, quod eamrem poſſederit poſt contractam obligationem, vt declarat Neguſ.*tract.de pignor.part.8.memb.3. ſub n.6.fol. 326.* & vltra poſſeſſionem debet etiam actor allegare in libello, & poſitionibus dominium debitoris, quæ allegatio ſufficit, quia ex poſſeſſione reſultat præſumptiua probatio dominij adeo, quod non tenetur actor aliter probare de dominio, ſed ſi actor non allegaret dominium, ſuccumberet, vt benè declarat Neguſ.*d.n.6.* Et hæc quando agitur contra ipſum debitorem: vel agitur contra tertium, & tunc ſimiliter debet probari poſſeſſio, *vt eſt dictum ſupra,* & debet etiam probari dominium, ſeu quaſi dominium ipſius debitoris, *vt ſcribunt Aret.in §.item Seruiana, ſub num.18.Inſtit.de actionib. Alexand.conſil.98. viſo et conſiderato, num.6.ibi, præterea, lib.2.* & de opinione communi teſtatur Socc.*d.conſil.112.ſub num.7.ibi, nam inter alia lib.4.* & quod ſit * magis vera opinio teſtatur Neguſ.*d.par.8.memb.3.num.8.et 9.fol.256.* quem refert & ſequitur Contar.*in l.vnica, limit.14.num.12. C.ſi de momen.poſſ.* & cum hac diſtinctione intelligas Rolan. à Val. *d.conſil.14.quoniam, n.6.lib.1.* & Caputaq.*deciſ.141.ſeu 28 ſententia lata num.3.et 4.p.3.* dum paucis verbis aſſignant differentiam.

92 Secus etiam eſt, quando intentatur remedium *leg. fin. Cod.de acquir.poſſeſſ.* contra tertium poſſeſſorem, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra membr.ſexto, n.48.* quia eſt remedium poſſeſſorium, in quo non agitur de dominio, ſed ſolum de poſſeſſione momentanea.

93 Contra hanc decimamtertiam, exemplificationem in eo, quod dixi non dari appellationem in ſaluiano interdicto, tenet Sarmien.*tract.de reddit.eccleſ.p.3.cap.2.n.23. verſ.tamen, vt ego exiſtimo,* dum firmat, non poſſe agi ſaluiano, niſi prius cauſa debiti principalis non ſummariè, ſed pleniſſimè, non vnica, ſed tribus ſententijs terminata fuerit, quod repetit *num.25.verſ.nunc autem,* concludens, non poſſe deueniri ad executionem in Saluiano, niſi prius de debito ſufficienter couſtet, & non dici ſufficienter conſtare, niſi per rem iudicatam; Vnde *n.26.prope finem, verſic.negari tamen non poteſt, et n.27.* tenet in Saluiano interdicto non poſſe appellari, non ratione Saluiani, quod eſt poſſeſſorium, ſed ratione quæſtionis incidentis de debito, cui ſit præiudicium in proprietate.

Confirmatur hæc opinio, quia in actione hypothecaria datur appellatio ex eo, quod non agitur de poſſeſſionem momentanea, ſed de poſſeſſione perpetuo duratura, donec ipſi creditori ſit ſatisfactum de eius credito, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra n.87. iuncto n.86.*

94 Sed in vtili interdicto ſaluiano creditor petit ſe mitti in poſſeſſionem perpetuo duraturam, donec ſit ei ſatisfactum de credito, vt patet ex libelli, ſeu monitorij formula, quam iuxta Curiæ ſtylum retuli *ſupra memb.4.ſub n.3. verſ.huius,* & iudex etiam ſic eundem mittit in poſſeſſionem, vt paſſim videbis in ſententijs apud notarios Curię, de hac ſententiæ formula loquitur Rot. *diuerſ.deciſ.43. in cauſſa Romana, ſub num.3.verſ. nec vrget et verſ. neque obſtat par.1.et deciſ.34. concluſum fuit, n.2. in fin. et num.11. verſus finem, verſ. quia omiſſis par.2.* Ergo appellatio eſt concedenda etiam in Saluiano, cum in eo non agatur de poſſeſſione momentanea, ſed de poſſeſſione duratura, donec, &c.

Nec obſtant differentiæ, quas Doctores communiter aſſignant inter actionem hypothecariam, & Saluianum interdictum.

Quia eas reprobat Iaſ.*in §.item Seruiana, n.96.Inſtit.de action.*

Non diſcedo ab exemplificatione, quod à ſententia lata ſupra Saluiano interdicto, non detur appellatio: & moueor tum quia Sarmienti fundamentis reſpondet Rot. *diuerſ.d.deciſ.34.ſub num.13. verſ.vltimo non obſtat, et n. 15.et ſeqq.p.2.* & confirmationi ſatisfacit eadem Rot. *diuerſ.d.deciſ.34.ſub n.3.verſ.nec vrget et verſ. neque obſtat, p.1.* Et differentiam inter actionem hypothecariam, & Saluianum interdictum patet ex his, quæ retuli *ſupra n.87 et ſeqq.* tum quia (quicquid poſſit dici diſputando) hæc opinio eſt communis, & eam paſſim, ſublata omni diſputatione, ſeruant iudices Rom. Curiæ.

Nec dicas, quod attenta hac opinione & praxi, vt creditor, agendo ſaluiano interdicto, conſequatur creditum ſuum, ſicut ſi ageret actione hypothecaria, & debitori detur appellatio in hypothecaria, & non in Saluiano, actio hypothecaria redditur inutilis, & vana, tanto magis, quod in hypothecaria debet probare dominium, & in Saluiano, ſufficit probare poſſeſſionem.

Quia reſpondeo, dari caſum, in quo, creditori non competit Saluianum interdictum, ſed competit actio hypothecaria: & ſic non redditur vana, & caſus eſt ille quãdo debitor hypothecauit rem, quæ erat in ſuis bonis

ſed

ſed eam non poſſidebat, & ſic obligauit, ius proprietatis, & non ius poſſeſſionis, quo caſu creditor non poteſt agere Saluiano interdicto, quia ſaluianum non datur, niſi pro poſſeſſione obligata, *Paul. de Caſtren. in l. 41. rem. alienam, n. 6. verſ. finem, ibi, & ſi dicatur fatuus eſt ff. de pign. act. & latius Neg. tract. de pign. p. 8. memb. 3. n. 19. verſ. & ſi quiſpiam tomo 6. p. 1. fol. 257.* vbi explicat.

Vlterius in actione hypothecaria poteſt deueniri ad venditionem pignoris, ſecus in ſaluiano interdicto, vide *ſupra ſub n. 87.*

95 Amplia primo nunc eandem decimamtertiam exemplificationem, vt ſicut tertius poſſeſſor poteſt appellare à ſententia lata ad fauorem actoris in actione hypothecaria *per ea, quę dixi ſupra*; ita quoque poſſit appellare actor à ſententia lata ad fauorem tertij poſſeſſoris, quia militat eadem ratio petitorij; & dominij; imo tanto magis in appellatione actori; *per ea, quæ ſcripſi ſupra memb. 4. n. 38. reſtr. 3.* ex quo appellatio actoris habet ſolum effectum deuolutiuum ad quem effectum conceditur appellatio etiã in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra memb. 7. n. 16.*

96 Amplia ſecundo, vt procedat, etiam quando creditor agit hypothecaria contra principalem debitorem ad adipiſcendam poſſeſſionem pignoris, quia debitor condemnatus poteſt appellare. Et ratio eſt, quia hypothecaria eſt iudicium petitorium, & in ea non agitur de poſſeſſione momentanea, ſed de poſſeſſione duratura, donec ei ſit ſatisfactum de credito *vt dixi ſupra, n. 87.* & retinet hanc naturam, quamuis agitur contra principalem debitorem, vt motiuat Contar. *in l. vnica, limit. 14. num. 19. verſ. poſſet tamen, C. ſi de mom. poſſ.* licet ipſe, relictis illis rationibus, *ſub eod. n. 19. ibi, non eſt tamen.* videatur adhærere ſequenti opinione contrariæ.

Contrariam opinionem; quod enim debitori, principali denegetur appellatio, quando conuenitur à creditore ad reſtituendum pignus, & ipſe debitor contradicit, eo quia intendit ſtatim ſoluere debitum, & tamen iudex pronuncias pignus eſſe reſtituendum quia debitor tunc non poterit appellare, & ratio eſt, quia ſoluendo, poteſt ſtatim poſſeſſionem recuperare, *Archid. in c. ei qui §. de poſſeſſione 2. quæſt. 6. Abb. in c. 15. cum ad ſedem colum. pen. ſub num. 30. de reſtit. ſpol.* dicens, quod ſi iudex præcipiat debitori, vt reſtituat pignus creditori agenti per hypothecariam, & debitor appellet, non auditur eius appellatio, quia agitur de modico præiudicio, & de poſſeſſione momentanea, quia creditor, ſoluto ſibi credito, ſtatim debet relaxare debitori pignus *Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. principali, in verbo, & quandoque appellatur numero 318. verſ. decimooctauo fol. 506. Oſaſch. deciſ. 25. mortuo inteſtato ſub numero 7. & numero 11. & Contar. d. limit. 14. numero 18. verſ. limita quod, & ſub d. numero 19. ibi, non eſt tamen.* Ne tu labores in inueniendo citatam Archidiaconi auctoritatem, vide eum *in capitul. vlt. ſub numero 16. verſic. in gl. 1. 2. quæſt. 6.* quem Archid. malè refert Contar. *in dict. l. vnica, in rationibus decidendi in 2. ratione numero 34. verſ. idem iuris* & Gouarru. malo refert & ſequitur Ruginell. *tract. de appel. §. 2. c. 3. num. 655. verſ. qui Contar. fol. 119.*

97 Non recedo ab ampliatione, quia illa ſolutio debiti, facienda à debitore, importat proprietatem, & etiam tertius poſſeſſor poſſet, offerendo ſolutionem, retinere pignus.

98 Reſtringe primo nunc differentiam illam, in qua ſupra *numero 88. & ſeq.* dixi à ſententia lata in ſaluiano interdicto non dari appellationem, vt hoc procedat, quando de locatione, vel aliter de credito liquide, & clarè conſtat per inſtrumentum, vel alia notoria via ita, vt niſi reus doceat de ſolutione, nulla remaneat dubitatio ſuper credito, *Menoch. tractat. de adipiſcend. poſſeſſ. rem. 3. quæſt. 33. numero 188. in fine, & num. 180. & 190.*

99 Secus eſt, cum is, qui experitur ſaluiano interdicto, non habet apparentem probationem, ſed ei opus eſt ſolemniter probare ſuam intentionem, quia iſto caſu dabitur appellatio, & in his terminis, poteſt procedere opinio Sarmienti contra exemplificationem, poſita *ſupra numer. 39.* prout explicat Menoch. *dict. quæſt. 33. ſub numero 190. & 191.*

100 Confirmatur hæc reſtrictio, quia licet in remedio legis *fin. Cod. de edic. diu. Adrian. tollen.* nõ detur appellatio, quando producitur teſtamentum, non cancellatum, & non abolitum, & is qui agit, eſt in eo deſcriptus hæres: tamen ſecus eſt, cũ venit diſputandum de viribus teſtamẽti, *vt ſcripſi ſupra memb. 4. numero 35.* & ſimiliter licet in remedio legis *fin. Cod. de acquir. poſſeſſ.* non detur appellatio per ea, quæ ſcripſi *ſupra numero 92.* tamen dabitur, ſi ſit diſputandum de validitate contractus & conſtituti, quia tunc poſſeſſorium efficitur mixtum, *Contar. in l. vnica, in ampliat. numero 95. verſ. vltimo intellige, C. ſi de mom. poſſ. & Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. numer. 669. verſ. ad hoc remedio.*

101 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando iudex pronunciat in fauorem creditoris tanquam ius præcedentis etiam ſuper petitorio, puta, quod reus condemnatus ad reſtitutionem poſſeſſionis retinendæ in cauſſam pignoris & hypothecę, donec, & quouſque fuerit creditori integre ſolutum, quia tunc licet fuerit intentatum ſaluianum interdictum, tamen reus poteſt appellare, *Corn. conſil. 190. ad euidentiam num. 2. lib. 1. & Contar. in l. vnica, limit. 14. num. 17. verſ. intellige modo, C. ſi de mom. poſſeſſ.* Et ratio eſt euidens, quia hæc ſententia habet formam ſententiæ, quæ fertur ſuper actione hypothecaria, vt *aduertit Contar. vbi ſupra.* Et patet ex his, quæ ſcripſi *ſupra numero 78.* & à ſententia ſuper hypothecaria poſſe appellari ſcripſi *ſupra n. 86.*

102 Reſtringe tertio, vt non procedat, quando is, qui rem hypothecauit, erat verus dominus, & poſſeſſor illius rei; quia iſto agens ſaluiano interdicto habet retinere poſſeſſionem in cauſſam pignoris, & hypothecæ donec ſibi ſatisfactum fuerit de credito; & conſequenter licet ſententia feratur ſuper poſſeſſorio adipiſcendæ, tamen cenſetur lata tanquam res fuerit hypothecata à vero domino, & poſſeſſore, & ſic ſententia generat condemnato præiudicium non ſolum in poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio, in quo etiam verba ſententiæ verificantur, & licet præiudicium non ſit præciſum; ſed quale quale; tamen cauſſat appellabilitatem etiam de iure ciuili, *Corn. conſil. 190. ad euidentiam, ſub numero 2. ibi, non enim eſt dubium lib. 1. Contar. in l. vnica, limitat. 14. ſub numero 17. ibi, intellige item, C. ſi de momen. poſſeſſ. & Ruginel. tractat. de appellat. §. 2. capitul. 3. ſub numero 671. verſic. & quando.*

103 Declara hãc reſtrictionem, vt procedat, quando agens ſaluiano interdicto dixit in libello, quod illa res erat in bonis debitoris, & poſſidebatur per eum tanquam ſua; quia; iſto caſu actor diceretur intentaſſe, actionem hypothecariã, & interdictum ſaluianum, *vt explicant Paul. de Caſtr. in l. 41. rem. alienam verſus finem, ſub num. 10 ff. de pign. act. & Neguſ. tractat. de pignor. parte 8. membr. 3. ſub*
104 *n. 26. verſ. aduerte to. 6. pat. 1. fol. 259.* Et † conſequenter licet iſto caſu iudex proferat ſimpliciter ſententiam ſuper poſſeſſione retinenda, donec creditori fuerit integre ſolutum creditum, & non dicat, poſſeſſionem eſſe retinendam in cauſa pignoris & hypothecæ, tamen dicetur lata ſuper actione hypothecaria, quia ſententia generalis recipit interpretationem à libello, & proſequutis, *vt dixi ſupra memb. 6. num. 60. & hoc eod. memb. ſub n. 8. verſ. ſecundus*, & ita procedat, quod ſcribunt Doctores citati in reſtrictione.

105 Secus

105 Secus eſt, quando agens dixiſſet in libello, quod res poſſidebatur tempore obligationis, & non dixerit, quod erat in bonis, quia iſto caſu diceretur intentaſſe ſolum Saluianum, *vt explicat Paul. de Caſtr. & Neguſ. ſupra proximè citati*, & conſequenter iſto caſu à ſententia lata ſuper poſſeſſione retinenda, donec creditori fuerit ſolutum creditum, non poſſet appellari, quia, ſumpta interpretatione à libello, diceretur lata ſuper interdicto Saluiano, in quo non dari appellationem ſcripſi *ſupra n. 87*.

106 Infero obiter ex prima parte huius declarationis, quod actio hypothecaria, & Saluianum interdictum poſſunt in eodem libello ſimul cumulari, quia petitorium poteſt intentari ſimul cum poſſeſſorio adipiſcendę, *Paul. de Caſtr. in dict. l. 81. remed. alienam, verſus finem, ſub n. 10. ff de pign. act. & Neguſ. d. par. 8. memb. 3. ſub n. 26. & ſcripſi ſupra, quæſt. 11. ſub n 30. verſ. nec obſtat*. Et procedit libellus, quia non ſunt remedia contraria; quare licet actor, qui cumulauit vtrumque, non probet, rem fuiſſe in bonis, & ſic non probet in hypothecaria, ſic tamen probet, ipſum poſſediſſe tempore obligationis, obtinebit in Saluiano interdicto, *Paul. de Caſtr. & Neguſ. ſupra proximè citati, & Rot. diuerſ. deciſ. 34. concluſum fuit, num. 8. & verſ. & in terminis, p. 2.*

107 Subreſtringe eandem tertiam reſtrictionem, ſic declaratam, vt non procedat in caſu, quo actor, qui ſimul intentaſſet hypothecariam, & Saluianum interdictum, ſuſpendiſſet poſtea petitorium, quia iſto caſu ſententia lata ſimpliciter ſuper poſſeſſione retinenda donec fuerit ſolutum debitum, diceretur lata in ſolo Saluiano, & ſic eſſet inappellabilis, *Rot. diuerſ. d. deciſ. 34. ſub n. 3. & 4.* & ratio eſt, quia iſto caſu, ſtante ſuſpenſione petitorij, non poteſt ſumi interpretatio à libello.

Hæcq; ſuſpenſio petitorij poteſt fieri, etiam ſtante cõmiſſione, vt procedatur ſimul ſuper petitorio & poſſeſſorio, *Rot. d. deciſ 34. n. 7. verſ. imò prædicta*.

108 Et praxis ſuſpendendi petitorium, vt aliquando vidi in facto, eſt, vt principalis comparear citra, &c. vel procurator, & dicat: *Ego declaro, quod intendo in iudicio agere ſolo iudicio poſſeſſorio, & ſi quid in eo factũ fuerit, quod concernat petitorium, declaro, id ſolum fuiſſe ad effectum coadiuuandi, & colorandi ipſum iudicium poſſeſſorium, quare petitorium ex nunc ſuſpendo, & pro ſuſpenſo habai, & habeo, & per quemcumque actum faciendum in hac cauſſa non intendo ab hac ſuſpenſione recedere, niſi de hoc fecero expreſſam mentionem, & ita expreſsè proteſtor.*

Exemplifica decimoquarto in ſentẽtia lata ſuper poſſeſſione, cui repugnat ius commune, niſi oſtendatur aliquis titulus, puta ſi agatur de poſſeſſione iuriſdictionis, quia tunc dicitur habere mixtam proprietatem, & ideo datur appellatio, *Oſaſch. deciſ. 25. mortuo inteſtato, num. 10. in fine. Gaſp. Caball. ad conſlit. March. lib. 6. cap. 2. in verbo, ciuili, limit. 2. num 2. fol. 370. & Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. in commiſſ. appell. cap. 2. n. 44. limit. 2. fol. 38.* Et quod in poſſeſſorio iuriſdictionis deſiderentur iuris adminicula, & ideo ſit mixtum poſſeſſorium, ſcribit Bal. *in l. vnica, num. 7. verſus finem, colum. 2. C. ſi de mom. poſſ.* & pro iſta exemplificatione faciunt, quæ ſcripſi *lib. præced. c. 7. num. 31. verſ. reſtringe quarto*, vbi dixi, non dari mandatum de retinenda poſſeſſione in corporalibus, niſi oſtendatur titulus, & ſatis probatur ex his, quæ ſcripſi *ſupra n. 85. verſ. confirmatur*.

109 Contrariam opinionem; quod appellari non poſſit; tenent Rota, *vt per Achil. de Graſſ. deciſ. 20. alias 246. appellationi in poſſeſſorio, de appell fol. 112.* dicens, non appellari dummodo titulus allegetur ſolum pro colore, &c. *& Contar. in l. vnica, limit. 2. §. 8. n. 21. in fin. verſ. quibus, & n. 22. 27. 28. & 29. C. ſi de mom poſſ.*

110 Confirmatur primo hæc contraria opinio, quia licet dominium incidenter, & limitate deducatur reſpectu poſſeſſionis, tamen adhuc erit locus Ægidianæ, vt fuiſſe reſolutum in Rota ſcribit. Put. *deciſ. 292. in cauſſa Placentin. in fin num. 6. lib. 2.* Et quod oſtendens titulum ad conſequendam poſſeſſionem principaliter petitam, non dicatur agere de poſſeſſorio mixto, ſeu poſſeſſorio ſimplici & mero, ideoque in eo non detur appellatio, latè deducit *Contar. d. limit. 2. §. 1. numero 2. & ſeqq. & num. 32.* oſtendens, quod poſſeſſorium cauſſæ beneficialis, & matrimonialis, quamuis contineat cauſſam proprietatis, tamen non deſinit eſſe merum poſſeſſorium, & latius in *d. § 8. num. 14.* dicens, quod poſſeſſorium in cauſa beneficiali non eſt ſui natura mixtum, ſed tamen dicitur mixtum, quia in eo commiſcetur quædam iuſtificatio, ſeu color ipſius poſſeſſionis, quod non facit iudicium poſſeſſorium deſinere eſſe merum poſſeſſorium; Aliud enim eſt intentare petitorium, & aliud poſſeſſorium iuſtificare ex titulo, vbi natura requirit, vt in cauſſa beneficiali.

Confirmatur ſecundo, quia interdicta quorum bonorum, & quorum legatorum ſunt ſimpliciter poſſeſſoria, & non mixta, quamuis in eis probari debeat titulus hæredis, *Rot. diuerſ. deciſ. 34. concluſum fuit num. 16. in fine, & n. 17. par. 2.*

Confirmatur tertio, quia in omni poſſeſſorio, quantumuis ſummario, prius legitimari debet perſona, & ideo licet in cauſſa poſſeſſoria incidenter deduceretur cauſſa illegitimatis, per hoc tamen non efficitur locus appellationi, *Put. deciſ. 278. in vna Anagaina, num. 3. & 5. lib. 2.*

Ratio omnium eſt, quia ſententia, lata ſuper poſſeſſorio, in quo ex neceſſitate actor fuit coactus docere ſummatim de titulo ad colorandum poſſeſſionem, non parit exceptionem rei iudicatæ in proprietate, ideſt in iudicio petitorio. *Bellam. in c. 5. paſtoralis, ſub n. 13. de cauſſ. poſſ. et propr.* Ergo iudicium in effectu non eſt mixtum: Ergo damnum poteſt reparari in petitorio: Ergo, ſi poteſt reparari, non datur appellatio.

Recepta hac opinione.

111 Amplia primo eam, vt habeat locum etiam ſi ageretur poſſeſſorio alicuius caſtri, ſeu territorij, qua appellatione caſtri venit iuriſdictio, ideoque, vendito caſtro, venit iuriſdictio cohærens caſtro, *Contar. d. §. 8. numer. 30. et ſeqq.*

112 Amplia ſecundo, vt habeat locum etiam in feudo, in quo non datur appellatio à ſententia lata ſuper poſſeſſorio, Contar. *d. §. 8. n. 34.*

113 Exemplifica decimoquinto, quando ſententia eſt lata ſuper agnitione poſſeſſionis bonorum, an ſit iure agnita, nec ne, quia ab eiuſmodi ſententia poteſt appellari, *Bald. in l. vnica colum. penult. ſub num. 17. verſ. ſed ſi quæſtio ſit. C. ſi de moment. poſſeſſ. Nicel. tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fallent. 6. ſub num. 30. verſ. decimoſexto fol. 192. Oſaſch. deciſ. 25. mortuo inteſtato, ſub num. 11. verſ. ſimiliter ſit lata.* Ratio eſt, quia in eo agitur de poſſeſſione iuris, in qua datur appellatio, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra n. 85. verſ. ratio.*

114 Exemplifica decimoſexto in poſſeſſione prouenienre ex beneficio ſtatuti, diſponentis, poſſeſſionem defuncti ipſo iure tranſire, & continuari in hæredem; quo caſu licet ſententia feratur ad fauorem hæredis, tamen dabitur appellatio, quia, cum iſtud ſtatutum ſit correctorium iuris communis, debet intelligi propriè, & ſtrictè de eo, qui probat ſe hæredem, & ſic poſſeſſorium eſt mixtum iure dominij, *Bald. conſil. 330. ſtatuto cauetur, num. 4. ibi, tertio quæritur, lib. 1. in impreſſis de anno 1543. et Rot. diuerſ. deciſ. 34. concluſum, num. 20. in fine, verſ. quo vero, et numer. 21. et 22. part. 2. Menoch. tractat. de apiſcen. poſſ. remed. 4. num. 859. et 860. et Rugínel. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. ſub num. 683. verſ vel ſi ſtatuto, et clarius numer. 744. verſ. quando agitur*, & latè examinat, probat, & ſequitur Contar. *in l. vnica, limitat. 2. §. 2. num. 1. et ſeqq. C. ſi de moment.*

poſſeſſ. & quod hæres debeat probare ſe verè hæredem, ſcribit *Bal.conſ.141. præmiſſis, verſ.tertio eſt præmittendũ n.3.lib.1.* loquens de ſtatuto Mediolani, & tu habes ſtat. Vrbis *lib.1.c.147.* & probando ſe hæredem, probat ſe dominum, quia hæres dicitur ab herus, qui eſt dominus, *Paul.de Caſtr.in l.29 gallus §. etiam n.4. ff.de lib.& poſth. & Contar.in d.lim.2.§.1.ſub n.3.verſ.finge.*

Ratio ergo huius exemplificationis erit triplex.

Prima, quia in eiuſmodi poſſeſſorio concurrit neceſſario mixtura dominij, *vt dixi.*

Secunda eſt ratio, quia dum agit, vt declaretur hæres, agit inſtar eius, qui agit petitione hæreditatis, vt deducit Contar.*in d.lim.2.§.2.ſub num.3.ibi, quia agens & n.4.* ſed in petitione hæreditatis datur appellatio, *vt ſcripſi ſupra n.76.* Ergo datur etiam in caſu huius ſtatuti.

315 Tertia, qui hæc poſſeſſio, quæ ex diſpoſitione ſtatuti continuatur in hæredem, eſt ficta, impropria, & ciuiliſſima, vt aduertit Contar. *in d.l.vnica, limit.2. §.ſub num.14. 16.& 17.in fine.* Ergo, cum ſit ficta, & impropria, non debet comprehendi in lege, quæ prohibet appellationem in cauſſis poſſeſſorijs, *Contar.d.§.2.num.13.in fin.14.15.& 21.in fine.*

Contra hanc exemplificationem obſcuris allegationibus loquitur Tiraq. *tract.de mort.ſaiſit.leuiſ.par.6. declar. 6.n.1.fol.118.*

Retenta exemplificatione.

316 Nota obiter pro maiori intelligentia huius exemplificationis, quod de iure communi poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem, *Tiraq.tract le morte ſaiſit leuiſ.in præfat.declar.3.n.2.& 3.fol.65.Gabr.& Io.Bapt.Pont.quos retuli, et ſequutus ſum lib.præced.c.9.n.1239.* etiã ſi is, qui eſt hæres, eſſet filius, *Aret.in §.ſui autem. Inſtit.de hæred.qual. et differ.et latè Tiraq.d.declar.3.n.5. et ſeqq.et n.10.et dixi d.n.1239.* quia exiſtentia ſui hæredis facit quem ſuum hæredem, ſed non poſſeſſorem, *Bald.in l.ſub n.2.verſ.item ex hoc C.de edict.diu.Adr.toll.*

317 Amplia primo hoc notabile, vt procedat etiam ſi hæres adeat hæreditatem, quia per hæreditatis aditionem non dicitur adipiſci poſſeſſionem, rerum hæreditariarum; Natt. quem citaui, & ſequutus ſum *lib.præced.capitul.9.ſub num.1240.*

318 Amplia ſecundo, etiamſi hæres ipſo iure acquireret dominium, quia adhuc poſſeſſio ipſo iure non tranſiret in hæredem, *Maran.in ſuo ſpec.parte 4.diſtinct.7. nu.3.verſ.et præſuppono.*

319 Amplia tertio, vt neque tranſeat poſſeſſio ciuilis, quamuis adita hæreditate, tranſeant in hæredem iura hæreditaria, & poſſeſſio ciuilis conſideretur, vt ius, *Natt. quem citaui, et ſequutus ſum, vbi ſupra.*

320 Infero ex vltima ratione aſſignat pro exemplificatione, quod hæredi antequam apprehendat actualem, & corporalem poſſeſſionem rerum hæreditariarum, non competit remedium recuperandæ poſſeſſionis aduerſus eum, qui poſſeſſionem apprehendit, hæreditate iacente, quia poſſeſſio illa impropria, & ficta continuata in hærede virtute ſtatuti, non comprehenditur in lege, quæ loquitur de propria, & vera poſſeſſione, *Ioſ.Cum.in ritib.Sicil.cap. 40.ampl.4.ſub num.91. fol.256.* & eſſe magis communiter * receptam, & ſecundum eam deciſum eſſe in Rota, & durum eſſe in practica obtinere contraria eam, oſtendit, refert & ſequitur Contar. *in l.vnica, limitat.2.§.2.numero 17. verſic. vnde nimirum, et verſ.et ſecundum.* Quare debet illo caſu hæres agere remedio adipiſcendæ, *Contar.d. num.17.*

Contrariam opinionem tenent multi, quos refert ſequitur Menoch.*tract.de recuper. poſſeſſ.remed.1.qu.et 37. num.397.et ſeqq.verſ.contrariam, et tract.de retinen.poſſeſſ. remed.3.n.59.in fine,* hancque opinionem vltimo loco refert Ioſ. Cum.*ſuper ritib. Sicil.capitul.38. ſub numero 373. fol.222.* qui ex hoc poſſet videri parum conſtans, cum apertè loco ſupra proximè citato teneat contrarium.

321 Declara primo eandem illationem, vt non procedat in ſtatuto, & ſtylo, de quibus ſcripſi *infra n.127.*

322 Declara ſecundo, vt non procedat in ſpolio commiſſo contra defunctum, dum viueret, quia hæres poteſt non ſolum in vim prædicti ſtatuti continuantis poſſeſſionem, ſed etiam de iure communi, circumſcripto ſtatuto, agere poſſeſſorio recuperatorio, & interdicto vnde vi ex perſona defuncti ſpoliati contra ſpoliatorem, quia hæc vti remedia in rem ſcripta tranſeunt in hæredem, *Franch. Becc.conſil.75.remedium canonis num.9.et 13.in fin.verſ.ex quibus, et num.14. lib.1.* Sed debet hæres duo probare; primum, ſe eſſe hæredem ſpoliati, *Contar.in l vnica, limit. 2.§.1.numero 3.verſic.finge C.ſi de mom.poſſeſſ.* ſecundum, quod defunctus fuerit ſpoliatus dum viueret, *Becc.d.conſ. 75.ſub num.14.et 17.et Contar.d.§.1.numero 6.et 7.* alias ſi ſpolium fuiſſet commiſſum poſt mortem, & ante adeptam poſſeſſionem competere ſolum interdictum adipiſcendæ, *Contar.in d.§ 1, num.7.* Et quæ dico de interdicto vnde vi, habent locum etiam in remedio *can. reintegranda 3. quæſt.1.* competit enim hæredi pro ſpolio commiſſo contra defunctum, *Contar.d.§.1.num. 23.et Becc.d.conſil. 75.numero 17.*

323 Reſtringe hanc declarationem, vt non procedat in turbatione commiſſa contra defunctum, dum viueret, quia hæres non poteſt agere interdicto vti poſſideris pro illa turbatione commiſſa contra defunctum, *Ioan. Fab.in §.retinendæ ſub numero 9. verſ.ſed quæritur, verſus finem, Inſtit.de interd.* dicens, quod aliquis non poteſt agere interdicto retinendæ, niſi poſſeſſionem realem habuerit, quamuis prædeceſſor, vel author ſuus habuiſſet, quod poſtea limitat, vt non procedat de ſtylo Curiæ Franciæ in ſuccedentibus vniuerſaliter ratione ſanguininis, *Alex.in l.23.cum heredes, ſub num.9.verſ.gloſſ. ſuper verbo non pertinet, ibi, excepto illo effectu ff.de acquir.poſſ.* dicens, quod heres dicitur poſſidere quantum ad hunc effectum, vt poſſit agere contra turbantem, *et Menoch. tract.de retin. poſſ.rem.5.q.6.n.56.*

Oppono contra hanc reſtrictionem, quia interdicta ſunt origine perſonalia, in rem tamen ſcripta, *l.1.in fine, ff. de interd.* & dicuntur perſonalia, ſed in rem ſcripta inſtar actionum perſonalium in rem ſcriptarum, quæ ab origine ſunt perſonales, eo quia naſcuntur ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, ſicut cæteræ perſonales, tamen quia ſemper comitantur poſſeſſorem rei, ſicut actiones reales, iſta ratione dicuntur in rem ſcriptæ, *Iaſ.in §. omnium autem numero 6. & 7. verſ.perſonales, Inſtit de action.* Ergo ſicut interdictum vnde vi, aut aliud recuperatorium tranſit in hæredem, eo quia eſt in rem ſcriptum, vt retuli, & ſequutus ſum num.præcedenti, ita etiam interdictum vti poſſidetis, cum ſit etiam ipſum in rem ſcriptum.

Reſp. differentiam eſſe inter interdictum recuperatorium, & interdictum manutentorium, quia in recuperatorio, poſſeſſio eſt penes reum, & ideo hæres ſpoliati bene poteſt agere recuperatorio, quamuis non ſit adhuc adeptus poſſeſſionem, ſed in manutentorio poſſeſſio debet eſſe penes actorem, ſed nos loquimur, quando hæres nondum adeptus eſt poſſeſſionem, & tamen vult agere ex perſona defuncti, quaſi poſſeſſio defuncti tranſierit in ipſum hæredem, & certè non poteſt, quia poſſeſſio defuncti, non tranſit in hæredem ſine actuali apprehenſione, teſtibus his, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra n.116.*

Extende primo hanc reſtrictionem, vt, procedat etiam ſi hæres adeptus ſit poſſeſſionem, quia nihilominus, cum alia ſit poſſeſſio defuncti, & alia poſſeſſio hæredis, non competit hæredi interdictum vti poſſidetis pro turbatione poſſeſſionis, commiſſa contra defunctum, *Menoch.*

vbi

Digitized by Google

vbi ſupr. qui videtur clarè loqui in his terminis, dum conſiderat aliam eſſe poſſeſſionem defuncti, & aliam poſſeſſionem hæredis.

Extende ſecundo vt procedat etiam ſtante ſtatuto, quod poſſeſſio defuncti intelligatur continuata in hæredem, & adhæreo fundamento, & rationi illationis poſitæ ſupra *n.* 120.

Quamuis Menoch. *d. tract. de retin poſſ. remed. 3. qu. 6. n. 59. decl.* 1. inhærendo opinioni, quam tenet contra illam illationem, teneat etiam contra extenſionem.

Subreſtringe eandem reſtrictionem, eiuſque extenſiones, vt non procedant de ſtylo Curiæ Franciæ, vide *infra num.* 128.

124 Limita primo eandem exemplificationem poſitam *ſupra n.* 114. vt non procedat in caſu, quos reus conuentus fatetur, quod actor eſt hæres, & perſeuerat in iſta confeſſione, quia talis confeſſio facit notorium, & ideò vndique excludetur ab appellatione, quia prout hoc iudicium reſpicit proprietatem, & ideò potuiſſet appellare, non poteſt propter eius confeſſionem, quæ facit notorium, & prout reſpicit poſſeſſionem, non poteſt, quia in poſſeſſorijs non datur appellatio, *Bal. conſil. 331. ſuper prædicto, lib. 1. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 686. verſ. 20. & n. 746. verſ. vel ſi ageretur.*

Contra hanc limitationem ſcribit, & videtur reſidere Contar. *in l. vnica, lim. 2. §. 2. num. 21. in fine, & nam. 22. C. ſi de mom. poſſ.*

Non diſcedo à limitatione, cum petitorium abſorbebat poſſeſſorium.

125 Limita ſecundo, vt non procedat, quando iudex in ſententia non declarat, eum eſſe hæredem, ſed declarat ſolum, eſſe poſſeſſorem; nam Bal. citatus ſupra in exemplificatione loquitur, quando quis in ſententia fuit declaratus hæres, & poſſeſſor, quo caſu ait poſſe appellari, ſecus ergo ſi non fuerit declaratus hæres, *Rot. diuerſ. dec. 34. conclusum fuit, ſub n. 22. verſ. accedit etiam, p. 2.*

126 Limita tertio, vt non procedat quando ſtatutum diceret, quod poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem ſcriptum, quia tunc illa poſſeſſio nititur quodammodo remedio legis *fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* & conſequenter denegatur appellatio, ſi credimus Ruginello *tract. de app. §. 2. c. 3. n. 245. verſ. niſi ſtatutum, fol.* 128.

127 Limita quarto, quando ſtatutum diceret, quod cenſeatur continuata vera poſſeſſio ita, vt poſſit hæres vti omni remedio poſſeſſorio & ſpoliatorio, prout diſponit cap. *Regis Ferdinandi, n. 43. fol.* 205. & recenſet Ioſ. Cumia *in rit. Regn. Sicil. c. 38. num. 372. et* 37. quia tunc non poteſt appellari, *Rugin. tract. de appell. 2. 2. c. 3. n. 747. verſ. vel tertio,* & in caſu huius ſtatuti competere hæredi remedium ſpolij ſcribit Cumia *vbi ſupra, & c. 40. ampl. 4. num. 90. & ſeqq. fol* 255.

128 Limita quinto, vt non procedat de ſtylo curiæ Franciæ, quia ibi hæredes ſe dicunt ſaiſitos, & turbari in poſſeſſione, & ratio ſtyli eſt, quia fingitur, transferri veram poſſeſſionem, præſertim, decreta bonorum poſſeſſione, vnde poſſunt agere ad recuperandam poſſeſſionem, & hoc ſeruat Curia Franciæ in ſuccedentibus vniuerſaliter ratione ſanguinis, de quo ſtylo Franciæ teſtantur Io. Fab. *in §. ſumma, num. 2. &* in *§. retinendæ, ſub num. 9. verſ. ſed quæritur. Inſtitut. de interd. & latius Guid. Pap. deciſ. 552. in materia poſſeſſorij, num. 1. & ſequentibus, & numero 3. verſ. circa primum,* quem referunt, & ſequuntur Rebuff. *tractat. de materia poſſeſſorij, artic. 2. gloſſ 3. num. 10. & 11. tom. 3. fol. 262. & Menoch. tract. de retinend. poſſ. rem. 3. q. 6. num. 59.*

LIMITATIO VII.

SVMMARIA.

ALIMENTORVM ſententia non admittit appellationem, n. 1

¶ *Extenditur I. etiam ſi ſententia ſit ſuper parte alimentorum, num.* 2.

Extenditur II. in ſingulis caſibus, in quibus alimenta decernuntur ad ſuſtinendam litem, n. 3.

Extenditur III. in ſententia lata ſuper penſione, n. 5.

Extenditur IV. in ſubſidio charitatiuo, n. 6.

Extenditur V. in alimentis præſtandis clerico ſuſpenſo, n. 7.

Extenditur VI. in frumento pro annona ad vſum militum, num. 8.

Extenditur VII. etiam ſi alimenta non expreſsè, ſed virtualiter comprehendantur in cauſſa, n. 9.

Extenditur VIII. in alimentis, quibus aluntur ingenia, n. 10.

Extenditur IX. vt appellatio prohibeatur etiam ab interlocutoria, n. 11.

Ratio cur in alimentis denegetur appellatio, n. 12. & in quib. cauſſis ob eandem rationem denegetur appellatio, n. 13.

¶ *Declaratur I. vt ſententia alimentorum admittat appellationem, quando eſt lata ſuper alimentis præteritis, n. 14. & quæ dicantur alimenta futura, num.* 15.

Declaratur II. vt ſententia alimentorum admittat appellationem, quando alimenta debentur iure actionis, n. 16. & ſeqq. in quibus reijcitur declaratio, & datur diſtinctio.

Declaratur III. vt agens ad conſequenda alimenta poſſit appellare, n. 19. & ſeqq.

Declaratur IV. vt appellatio denegetur ad effectum ſuſpenſiuum, ſecus ad effectum deuolutiuum, n. 27.

1 LImita VII. in ſententia lata fauore alimentorum, in qua non dari appellationem ſcribunt Martin. de Fan. relatus à Specul. *infra citato, Bart. & Ang. Aret. in l. fin n. 1. ff. de appell. recip rurſus Bart. in l. 14. mala ſub num. 5 ff. de alim. & cibar. leg. & tract. de alim. n. 47. ibi, quæro an à ſententia, fol.* 129 vbi prius ait, poſſe appellari, & deinde in contrariam ſententiam allegat Dom. Franc. Tig. de Piſ. Socc. *in reg. 24. appellatio in qualibet cauſſa, fall. 21. Nicell. tract. de concord. gloſ. concord. 6. fall. 6. num. 35. Rebuff. tract. de appell. art. 7. gloſ. 2. num. 19. verſic. octauo, tom. 3. fol. 503. Surd tract. de alim. tit. 8. priuil. 60. n.* 5. & de veriori opinione teſtatur *ſub n.* 8. hæcque limitatio videtur bene probari ex *d. l. fin. ff. de appell. recip.* dum appellationem denegat in his, quæ celeritatem deſiderant, & in Curia Capitolina denegatur ex diſpoſitione ſtatutorum *lib. 1. c. 85. de exec. inſtrumentorum.* Nam illud ſtatutum diſponit de executione alimentorum illud idem, quod diſponit de executionem inſtrumentorum, aliorumque documentorum, ex quibus debeatur aliquid ſub nomine, & occaſione dotis; & loquendo de inſtrumentis, & alijs quibuſcunque documentis dotalibus; diſponit, quod, præmiſſa citatione, ſtatim atque exhibita fuerint mandentur executioni, nullaque contra dicta inſtrumẽta exceptio opponi poſſit præter exceptionem falſitatis, ſolutionis, ſiue ſatisfactionis, quas exceptiones diſponit poſſe admitti, & probari infra decem dies, quibus elapſis, & exceptione non probata, diſponit, inſtrumentum dari executioni realiter & perſonaliter, quæ verba tollunt appellationem, *vt oſtendi limit. ſeq. n.* 4.

Non deſunt, qui tenuerint contrarium, nempè, quod in cauſſa alimentorum poſſit appellari, vt teſtantur Spec. *tit. de appell. §. in quibus, ſub n. 11. verſ ſed nunquid quando iudex lib. 2. fol. 185. & Tiraq. tract. de priuil. piæ cauſſæ priu.* 153. *fol.* 47.

In hoc articulo Doctores varijs vſi ſunt diſtinctionibus, & Vital. *tract. de clauſul. verſ. ſed an iuri alimentorum, ſub num. 10. ibi, ſed quæritur an à ſententia, tom. 18. fol.* 487.

Digitized by Google

colum.3. obſcurè; & intricatè loquitur, allegando, quod Dom. Frenc. Tig. dicit, quod indiſtinctè poteſt appellari; & tamen, Bart. quem citaui pro limitatione, allegat eum, quod non poſſit appellari.

Ego non diſcedo à limitatione, quam tamen infra ſuis locis multipliciter declarabo.

2 Extende primo hanc limitationem, vt ſit vera etiam in ſententia lata ſuper parte alimentorum, puta ſuper veſtibus, vino, vel frumento, quia ab ea non poteſt appellari, *Surd. d. priuil. 60. ſub numero 12. verſic. & procedit, & numero 13.*

Nota pro intelligentia huius extenſionis imo totius huius ſeptimæ limitationis, quod alimentorum appellatione veniunt cibaria, veſtitus, & habitatio, quia ſine his corpus ali non poteſt, *Rebuff. tract. de ſent. prouiſ. art. 1. gl. 2. ſub n. 1. tomo 1. fol. 248. & latè Ioſ. Cum. videndus in ritib. Sicil. c. 38. nu. 71. & ſeqq. fol. 193.* & an & quando medicamenta veniant appellatione alimentorum, vide eundem Rebuff. *d. art. 1. gl. 4. n. 1. fol. 256.*

3 Extende ſecundo eandem limitationem, vt procedat in omnibus caſibus, in quibus alimenta decernuntur ad ſuſtinendam litem, quia ſententia, qua decernuntur, dicitur ſententia prouiſionalis; nam ſicut bonus medicus prouidet infirmo, & pater filio, ita & bonus iudex, qui ſubditorum dicitur pater, debet illis prouidere, *Rebuff. tract. de ſenten. prouiſ. in præfat. ſub num. 12. verſ. ob id, & numer. 20. quæſt. 2. tomo 1. fol. 225. & 226.* Quare ſententias, quæ feruntur ſuper alimentis præſtandis, ſæpe Rebuff. *in d. tract.* prouiſiones vocat, vt videbis *ſub numero ſeq.* Sed a ſententia prouiſionali non datur appellatio ſuſpenſiua. *Rebuff. d. tract. de ſenten. prouiſ. in præfatione numero 16. fol. 225.* dicens, quod ſententia prouiſionalis in hoc ſuperat ſententiam diffinitiuam, vt, non obſtante appellatione, exequi poſſit, *& num. 142. fol. 246.* dicens, quod in caſibus in quibus à iure prohibetur appellatio, iudex debet per modum prouiſionis pronunciare & exequi ſine præiudicio appellationis, *& tract. de ſenten. & execut. art. vlt. gl. 1. n. 12. in fin. caſ. 6. tomo 1. fol. 429.* dicens, quod omnes caſus prouiſionales exequi poſſunt.

Caſus prouiſionales, in quibus alimenta decernuntur ad ſuſtinendam litem, occurrunt plures.

4 Primus caſus eſt, quando ligant liberi, quia interim pater cogi debet ad præſtandum illis alimenta, ne interim lite pendente, fame pereant; quare ſiue agat filius contra patrem, ſiue pater contra filium, cogitur pater eum interim alere, & ſic per prouiſionem fit diminutio ex bonis veſcendi pupilli cauſſa; hæcque prouiſio ſuper alimentis facienda eſt etiam, cum filius agit de ſucceſſione bonorum patris, *vt reſcribit Rebuff. tractat. de ſenten. prouiſ. art. 1. gloſſ. 2. numero 1. & 2. tomo 1. fol. 248.* & quia eſt ſententia prouiſionalis, *vt ſcribit Rebuff. vbi ſupra, & eod. tract. in præfat. n. 92.* vbi ponit etiam hunc caſum, & poſtea *ſub nu. 142.* ait ſe poſuiſſe illos caſus prouiſionales, tanquam frequentiores; & à ſententia prouiſionali non appellari retuli ex eodem, & ſequutus ſum *numero præcedenti.* Ergo, &c.

Secundus caſus prouiſionalis eſt in alimentis præſtandis monacho, accuſante Abbatem ſuum, ſi monachus aliunde non habeat, quia Abbas voluntariè non aleret aduerſarium, *Rebuff. d. tract. de ſenten. prouiſion. in præfat. nu. 103. fol. 239.* hæc enim ſententia eſt prouiſionalis, *Rebuff. vbi ſupra, iuncto, n. 36. fol. 229.* & à ſententia prouiſionali non datur appellatio ſuſpenſiua, ſed fit executio ſine præiudicio appellationis, *Rebuff. quem retuli, & ſequutus ſum n. præcedenti.*

Tertius caſus prouiſionalis eſt in alimentis præſtandis canonico regulari, litiganti contra ſuum ſuperiorem, & cuilibet alteri religioſo, qui pro vtilitate monaſterij accuſaret, vel reformationem monaſterij peteret; ſecus ſi propriam cauſſam proſequeretur, *Rebuff. d. tract. de ſent. prouiſ. in præfat. n. 106. & 170.*

Quartus caſus eſt in alimentis præſtandis vxori litiganti cum marito, & obtinenti ſententiam pro validitate matrimonij, à qua ſententia ſi maritus appellet poteſt vxor, pendente appellatione, petere à viro alimenta, licet ea non petierit in prima inſtantia, vt fuiſſe reſolutum in Conſ. Neap. teſtatur Afflict. *deciſ. 152. fuit dubitatum,* quem refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. lim. 24. princ. num. 1. fol. 371.* Et quod prouiſio alimentorum poſſit peti tam ante litem conteſtatam, quam poſtea, poſſit peti, & decerni etiam in cauſſa appellationis refert, & ſequitur Rebuff. *trac. de ſenten. prouiſ. in præfat. num. 25. & 26. verſ. ſexto dubitari tomo 1. fol. 227.*

Quintus caſus eſt in alimentis præſtandis ei, qui accuſatur de crimine, pro quo confiſcantur bona, quia eſt ſententia prouiſionalis, *Rebuff. tractat. de ſenten. prouiſ. in præfat. num. 113. tomo 1. fol. 241.* & à ſententia prouiſionali non datur appellatio, *Rebuff. quem retuli, & ſequutus ſum. n. præcedenti.*

Sextus caſus eſt in alimentis præſtandis mercatori extero, cuius bona ſint in aliquo loco arreſtata, quia pendente lite, debet ali ex illis bonis, *Rebuff. d. tract. de ſenten. prouiſ. in præfat. n. 116. tomo 1. fol. 242.*

Reliquos caſus, in quibus litiganti ſubminiſtrari debēt alimenta, inuenies apud Rebuff. *d. tract. de ſent. prouiſ. in præfat. lib. 1.*

5 Extende tertio eandem ſeptimam limitationem, vt procedat etiam in penſione, ſi ſit reſeruata pro alimentis, quia tunc non licebit appellare, *Gig. tract. de penſion. q. 95. n. 3. tomo 15. par. 1. fol. 364. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 277.*

Immo ſolutio penſionis, quando eſt ritè impoſita, nunquam retardatur propter litem, ſed condemnatur illius debitor per modum promiſſionis, & ſufficit quoad hoc, ſi appareat, fuiſſe impoſitam à Papa, & videatur prima facie rite impoſita, licet petatur reformari, vel allegetur reſignationem eſſe falſam, aut quid ſimile, de quo non poſſit ex tempore apparere; vnde Papa, quando committit pēſionis cauſſam, ſolet dicere (Cognoſcat N. ſine penſionis retardatione,) *Rebuff. tract. de ſent. prouiſ. in præfat. nu. 125. tom. 1. fol. 243.*

6 Extende quarto, vt procedat in ſubſidio charitatiuo impoſito per Epiſcopum pro ſuis alimentis, *Gig. d. q. 95. n. 4. fol. 364.* niſi tamen Epiſcopus indebitè arbitraretur, *Ruginell. d. c. 3. n. 278.*

† Ideò dilatio data in caſu alimentorum non prodeſt, quia à tale debitū dilationē non patitur. *P. Surd. dec. 323.*

7 Extende quinto, vt procedat in alimentis præſtandis clerico ſuſpenſo à beneficio, quia eſt ſententia prouiſionalis, *Rebuff. d. tract. de ſent. prouiſ. in præfat. n. 110.* & à ſententia prouiſionali non datur appellatio, *Rebuff. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n. 3.*

8 Extende ſexto, vt habeat locum quando agitur de conuertendo frumentum in vſum militum in ſubſidium annonæ, quia iſto caſu appellatio non permittitur, *l. fin. ff. de appell. recip. vel non.*

9 Extende ſeptimo, vt procedat etiam ſi agatur de alia cauſſa, quam de cauſſa alimētorum; & ideò alimenta non petantur, ſed tamen ita virtualiter, & conſecutiuè in ea comprehendantur, vt ipſa cauſſa videatur pro alimentis quia tunc non denegatur appellatio, vt puta, ſi agatur de cauſſa mercedis pauperis, vel de dote per ea, *quæ ſcripſi limit. ſeq. n. 8. & n. 3. & ſeqq.*

10 Extende octauo, vt habeat locum etiam in alimentis, quibus aluntur ingenia, vide *lim. præced. memb. 2. ſub n. 36. verſic. extende.*

11 Extende nono, vt appellatio prohibeatur non ſolum à ſen-

à ſententia diffinitiua in cauſſa alimentorum, ſed etiam ab interlocutoria, *vt ſcripſi infra ſub n.13. illat.3.*

12 Ratio huius limitationis, eiuſq; extenſionum eſt, quia, ſi res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, *l.fin.ff.de appell.recip.Gl.in c.25.qua fronte, in verbo, decedat, & Abb.n.15.verſ.ſecunda ratio, de appell.*

13 Infero primo ex iſta ratione, quod faber, condemnatus ad recedendum à contrada ſcholarium, non poteſt appellare, quia ſtudium dilationem non patitur, *Rebaſſ. tract.de priuil.ſchol.6.tom.18.fol.34.& Rugin. tract.de app. §.2.c.3.n.282.*

Amplia hanc illationem, vt procedat contra quemlibet, qui turbaret ſcholarem, ne poſſet ſtudere, quia, ſi is turbator expellatur non poteſt ab expulſione appellare, quamuis ipſe etiam eſſet ſcholaris, *vt ex Bal. retuli, & ſequutus ſum limit.præcedenti, memb.2. n.36.* quia hoc priuilegium conceditur ſcholari ſtudenti, & non ſcholari impedienti ſtudium, & ideò non poteſt dicere, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum.

Infero ſecundo, idem eſſe in cauſſa, Doctoris legentis, quia non admittitur appellatio, *vt ex Albeaſ.conſil.744. n.13.lib.3.refert & ſequitur Rugin.tract.de appell. §.2.c.3. n.283.in fin.& ex Contar.retuli, & ſequutus ſum limit. præced.memb.2.n.36.*

† Idem ſeruatur in cauſſis criminalibus, quando publicè intereſt pœnas accelerari, & delinquentes ſtatim puniri, *l.conſtitutiones, ff.de appell.Cart.de exequut. ſent.cap.ban.*

Infero tertio, minus poſſe appellari ab interlocutoria; quia quando appellatio prohibetur propter celeritatem, ita intelligitur prohibita ab interlocutoria, ſicut à diffinitiua, vt loquendo de interlocutoria in cauſſa poſſeſſoria, retuli, & ſequutus ſum *limit.præced.memb 7. n.37. ſubreſtr. 1.* quia ratio prohibitionis ita militat in diffinitiua, ſicut in interlocutoria, & ideò æqualiter in vtraque intelligitur prohibita, vt in alijs terminis retuli & ſequutus ſum *d. memb.7.n.33.* & conſequenter, qui res celeritatem deſiderat appellatio intelligitur prohibita potius in cauſſa, quã à ſententia, & quando appellatio eſt prohibita in cauſſa, ità intelligitur prohibita à ſententia diffinitiua, ſicut ab interlocutoria, *vt retuli, & ſequutus ſum d.memb.7. ſub n. 35.verſ.tamen.*

Reliquas illationes omitto, quia longum eſſet recenſere omnes caſus, quia celeritatem deſiderant.

14 Declara primo reſtringendo eandem ſeptimam limitationem, vt procedat ſolum quoad alimenta futura, in quibus prohibetur appellatio ſuſpenſiua, non autem deuolutiua, *Caputaq.deciſ.39. appellatio ſuper alimentis, par. 1.& deciſ.145. ſeu 32. ſententia lata ſuper alimentis, par.3. Lancell.tractat.de attent.par.2. cap.12. de attent.& innou. appell.pend.limit.24.princip.num.7.to.5. fol.372.et Contar. in l.vnica, limitat.3.ſub nu.54.& ſeqq. verſic.ad hæc, C.ſi de mom.poſſ.*

Secus quoad alimenta præterita, quia à ſententia ſuper eis lata poteſt appellari, *Rot.diuerſ.deciſ.764. dominum præſappoſito, ſub num.3. verſ.& licet, & num.4. par.1. Lancell.d.lim.24.ſub num.8.fol.372.Surd.tract.de aliment tit.8 priuil.60.ſub num.14.verſ.intellige, & n.15.& 16.* qui alios citat, & vltra eos adde Guid.de Suz. quem refert Io. Andr. *in addit.ad Spec.tit.de appell.§.in quibus, ſub n.11.verſic.ſed nunquid in verbo, aliorum,* hanc eadem declarationem, teſtando de communi * opinione, recenſet Contar. ſupra citatus.

Confirmatur hæc declaratio tum ex his, quę ſcripſi *lib. præced.c.5.n.49.* vbi ex ſententia Iaſonis, & aliorum ſcripſi, quod in alimentis præteritis ceſſat ratio pietatis, & conſequenter ceſſant priuilegia, quæ conceduntur ſolum pro alimentis præſentibus, & futuris, tum ex his, quæ ſcripſi *infra limit.17. n.2.*

15 Subdeclara iſtam declarationem, vt alimenta futura dicantur non ſolum ea, quæ currunt poſt latam ſententiã; ſed etiam ea, quæ currebant ante ſententiam à die motæ litis, *Rot.diuerſ.d.deciſ.764. num.5. Caputaq. deciſ.24. alimenta, par.1. Lancell.d.limit.24.num.8.fol.372.Surd.d.priuil.60.n.15.in fine, & num.16.& Rugin.tract.de appell. §.2. c.3.n.273.*

16 Declara ſecundo reſtringendo, vt procedat quando alimenta petuntur officio iudicis, quia tunc non datur appellatio; ſecus quando alimenta petuntur iure actionis, quia tunc datur appellatio, *Specul. tit.de appellat.§.in quibus, n.11.verſic.ſed nunquid quando, lib.2. fol.185. Bar. & Ang.Aret.in l.fin.n.1.ibi pro hoc facit, ff.de appell.recip. Vitall.tract.clauſ.in verbo, an iuri alimentorum, ſub n.10.ibi, ſed quæritur, to.18.fol.487 col.3.circa medium, Contar.in l. vnica, in ampl.n.141.C.ſi de mom.poſſ. Lancell. tract. de attent.par.3.c.28.ſub n.65.& ſeqq.fol.447. Oſaſch. deciſ.25. mortuo inteſtato, n.20.Cordub.in l.ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, n.28.ff.de liber.agnoſ.& Surd.tract. de alim. titul.8. priuil.60.ſub n.21.verſ.3.& n.22.& Gul.de Cun.quem citat Bar.Vital.ſupra allegati.* Et cum hac declaratione videtur tranſire Rot.*diuerſ.deciſ 764.domini, n.1. p.1.*

17 Verum ego, reiecta hac declaratione de alimentis petitis officio iudicis, & de petitis iure actionis, diſtinguerẽ duos caſus principales; Primus caſus eſt in alimentis præteritis; & in iſto dico dari appellationem indiſtinctè, *vt ſcripſi ſub num. 14. verſ. ſecus.* Secundus caſus eſt in alimentis futuris; & in iſto ſubdiſtinguo: Aut enim adeſt inopia petentis alimenta; & concludo generaliter non dari appellationem, ſiue alimenta petantur officio iudicis, ſiue iure actionis, quia tunc inopia excludit dilationem: Aut non adeſt inopia; & concludo, dari appellationem, ſiue petantur officio iudicis, ſiue petantur iure actionis: & hanc diſtinctionem videntur ſentire Ioan. Andr. *in addit.ad Spec.tit.de appell.§.in quibus, ſub num.11.in verbo, aliorum, lib.2.f.185.* dum recenſendo plura, refert ex Guid. de Suz. quod poteſt appellari in alimentis præteritis, ſecus in futuris, & deinde ſubdit, quod in iſto ſecundo mẽbro poteſt procedere diſtinctio prędicta, quam ego intelligo eſſe eam, an alimenta petantur officio iudicis, vel iurę actionis; demum ſcribit, poſſe appellari, quando is, pro quo lata eſt ſentẽtia aliunde ſe alere poteſt, alias, inquit, æquum eſt, quod appellans interim illi præbeat alimenta, & ex Io.And.referunt, & ſequuntur Alex. *in addit.ad Bar. vbi ſupra, & Bal.Nouell.tract.de dot.par.9.priuil.7.ſub n.2. tom.2. fol.252.* Quare licet alimenta petantur iure actionis, vt puta, quia ſint legata, tamen, ſi ſint legata alicui inopi, iſque ea petat, non dabitur appellatio, *Bald.Nouel. vbi ſupra;* Et hoc eſt, quod ſub obſcura, & non omnino vera diſtinctione ſentiunt Bar.& Rot. *diuerſ. citati n.præcedenti, & Surd.d.priuil 60.num.22.verſus finem,* dum ſcribunt, in alimentis, quæ petuntur officio iudicis propter inopiam, non dari appellationem, ſecus in alimentis, quæ petuntur iure actionis, quia non petuntur propter inopiam: nam hæc diſtinctio decipitur in eo, quod ſentit, alimenta, quæ petuntur iure actionis, non peti propter inopiam, quod non eſt abſolutè verum, quia, vt *ex Bald. Nouel.dixi ſupra,* etiam alimẽta debita iure actionis poſſunt deberi inopi; Proceſſit autem hæc deceptio ex eo, quod petitio alimentorum ex officio iudicis non habet locum, niſi in alimentis futuris, non autem in alimentis præteritis; vnde ſi filius, qui debebat ali à patre, ſe aliunde aluerit, non poteſt illa alimenta repetere à patre, quia ſibi debebantur officio iudicis, *Bart.in l.18. libertis quos, n. 3.verſic.hæc lex, ff.de alim.& cib.ar.leg.apertius.Alexan.in l.8.de alimentis, C.de tranſact.& Surd.tractat de alim.tit.9. quæſt.4.num.7.* ſecus eſt in alimentis, quæ debentur iure actionis, quia illa quamuis præterita ſint, vt puta, quia is cui alimenta ex teſtamento debebantur, aliunde ſe aluerit, tamen repeti poſſunt, *Alexand.vbi ſupra.* ſicque

Digitized by Google

eum alimenta, quæ petuntur officio iudicis ſint alimenta futura, quæ debentur ei, qui aliunde ſe alere non poteſt; & alimenta præterita ſint ea, quæ poſſunt peti iure actionis, & reſpectu alimentorum præteritorum non conſideretur inopia, Doctores formarunt hoc membrum dictionis, quod alimenta, quæ petuntur iure actionis, non petuntur propter inopiam, quaſi iure actionis non petantur niſi alimenta præterita, quod vt dixi, non eſt verum, quia etiam alimenta futura poſſunt peti iure actionis, & deberi, vt dixi, pauperi inopi; ſicque Bar. & cæteri bene ſentiunt, ſed malè explicant.

Confirmatur hæc diſtinctio ex his, quæ ſcribit Surd. quem retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. cap. 5. nu. 51.* dum firmat, quod ita poteſt procedi tempore feriato in cauſſa alimentorum, quæ debentur officio iudicis, ſicut in cauſſa alimentorum, quæ debentur iure actionis, dummodo debeantur pauperi, quia, vt inquit, priuilegium alimentorum non conſiſtit in modo, quo debentur, ſed in paupertate eius, cui debentur.

18 Et ex his confutatur doctrina Gulielmi de Cum. quam refert & ſequitur Contar. *in l. vnica, in ampliat. num. 141. C. ſi de momen. poſſ.* dicens, quod ſi alimenta petantur officio iudicis, non poteſt appellari, quia, inquit, iudicium eſt poſſeſſorium; nam ex ſola quaſi poſſeſſione filiationis debentur alimenta, & ita non poteſt appellari: ſecus, inquit, ſi petatur iure actionis, quia tunc iudicium eſt petitorium, & ideò poteſt appellari.

19 Declara tertio reſtringendo, vt non procedat quando ſententia eſt lata contra eum, qui petit alimenta, quia is poteſt appellare à ſententia negatiua, *Aug in l. fin. ſub nu. 1. ff. de appellat. recip. quem referunt, & ſequuntur Contar. in l. vnica, limit. 17. n. 19. C. ſi de moment. poſſ. Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 60. num. 24. in fin. verſ. poſtremo, & nu. 25. & ſeq. ſignanter, numer. 32. in fine, & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 68.*

20 Confirmatur primo hæc declaratio, quia poteſt appellari à pronunciatione, qua eſt dictum annonam non eſſe diſtribuendam in vſum militum, *Ang. in d. l. fin. ſub n. 1. quem referunt et ſequuntur Contar. vbi ſupra, & Ruginel. d. c. 3. n. 70.* & tamen non poſſet appellari, ſi pronuntiatio eſſet affirmatiua de diſtribuenda annona militibus, vide ſupra *n. 8. extenſ. 6.*

21 Confirmatur ſecundo, quia & ſi non detur appellatio à ſententia lata ſuper dote ad fauorem mulieris, tamen ſi feratur contra mulierem poteſt mulier appellare, *vt retuli, & ſequutus ſum lim. ſeq. n. 7.*

22 Confirmatio tertio, quia à decreto ad fauorem hæredis de immittendo ipſum in poſſeſſionem non datur appellatio, *per ea, quæ ſcripſi limit. præced. memb. 4. num. 6.* & tamen à decreto lato contra hæredem de non immittendo poteſt hæres appellare, *vt dixi ſupra eod. membr. 4. nu. 38. reſtr. 3.*

23 Contra iſtam declarationem facit vulgata lex naturalis: quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem iure ipſe vti debet, *ff. quod quiſque iur. Contar. in l. vnica, in qq. Ægid. quæſt. 4. n. 3. C. ſi de mom. poſſeſſ.* & actori non debet licere, quod reo denegatur, *c. 32. non licet actori. de reg. iur. in 6. & l. 42. non debet, ff. eodem.* Quare ſi non licet appellare in cauſſa conuentionis, eo quia cauſſa ſit commiſſa, appellatione remora, neque licebit in cauſſa reconuentionis, *c. 2. & ibi Gloſ. & Abb. de mut. petit. Franch. in cap. 53. paſtoralis, ſub num. 7. verſ. decimo operatur de appellatio. Contar. in d. l. vnica, limit. 17 n. 5. & 6.*

24 Confirmatur primo hæc contraria opinio, quia ſi quis impetret reſcriptum, per quod remoueatur appellatio intelligitur remoueri etiam quoad impetrantem, *d. cap. 2. Felyn. in rubr. de reſcript. n. 2. Contar. in dict. l. vnica, limit. 17. n. 9. C. ſi de mom. poſſ.*

25 Confirmatur ſecundo, quia, prohibita appellatione in vno ex correlatiuis, cenſetur prohibita etiam in altero, Magon. *deciſ. Luceuſ. 58. in cauſſa Vincentii, num. 6. & deciſ. 62. ſtat. ſtatatum, nu. 8. & Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 30.*

26 Non diſcedo à declaratione, quia quando appellat actor à ſententia negatiua appellatio habet ſolum effectum deuolutiuum, ad effectum poteſt appellare etiam reus à ſententia affirmatiua.

27 Declara quarto, vt appellatio in cauſſa alimentorum poſſit denegari ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum, & ſic non datur appellatio, quia non retardatur exequutio, ſecus quoad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectũ datur appellatio, *Contar. in l. vnica, limit. 3. n. 54. & 57. C. ſi de mom. poſſ. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 60. ſub nu. 16. verſ. ſecundo, & n. 19. Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de atten. & innou. appell. penden. limit. 24. num. 6. & 7. fol. 372.* & dixi ſupra *lib. 1. cap. 97. ſub nu. 52.* & ita ſeruari in Regno Franciæ ſcribit Rebuff. *tract. de appell. art. 7. gloſ. 2. numer. 19. & 20. tom. 3. fol. 504.* Quare in alimentis futuris, in quibus denegatur appellatio, non denegatur, niſi quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed quoad effectum deuolutiuum conceditur, *vt ex Caputaq. & retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 14. declar. 1.*

Ratio huius declarationis eſt, quia quando appellatio eſt prohibita ad finem, vt celeriter deueniatur ad executionem, extra illum finem ceſſat prohibitio, quaſi mandetur executio, ſed non prohibeatur appellatio, vide ſupra *limit. 1. princ. ſub n. 14. verſic. confirmatur.*

LIMITATIO VIII.

SVMMARIA.

PIÆ cauſſæ ſententia non admittit appellationem, num. 1.

Extenditur quando quis condemnatur ad reddendas rationes loci pii, n. 2.

Infertur primo, non appellari in cauſſa dotis, n. 3. & ſeqq. in quibus extenditur, & reſtringitur.

Infertur ſecundo, non appellari à ſententia lata in cauſſa mercedis, n. 8. & ſeqq.

Infertur tertio, non appellari à ſententia, quia quis datur tutor, ſeu curator, n. 11. Contrarium, n. 12.

1 LImita VIII. in ſententia lata in cauſis pijs, quia ab ea non datur appellatio, *Alex. in addit. ad Bart. in l. 14. mala, in verbo appellatio, ff. de alim. & cib. leg.* dum vltimo loco refert, non appellari, & Nicell. *tract. de concord. gloſſ. concor. fall. 9. n. 39. tom. 18. fol. 192.* dicens, quod cauſſa pia concernit hęc tria; primum, circa alimenta; ſecundum circa animam; teritum circa miſerabiles perſonas; quorum omnium, inquit, ratio finalis non eſt diſſimilis, ideo, arguendo à ſimili, poſſet idem dici.

Ratio huius limitationis poteſt eſſe, quia, quod eſt pium, eſt celeriter executioni mandandum, ſed quod requirit celerem executionem, non recipit appellationem, *l. fin. ff. de appell. recip. vel non.* Ergo.

Contrariam opinionem nempè quod etiam in cauſſis pijs poſſit appellari, tenet Franch. *in rubr. ſub n. 2 verſ. tertio præmitte, de appell. in 6.* & ita videtur reſidere Tiraq. *tract. de priuil. cauſ. piæ, priuil. 153.* licet deſinat ſub verbo, Cogita. vide F. *in ampl. n. 10.*

Retenta limitatione,

2 Extende eam, vt ſicut non appellatur à ſententia lata in cauſſa pia, ita etiam & multo minus appelletur à ſententia, qua quis condemnatur ad reddendas rationes alicuius loci pij, vide *infra limit. 29. n. 1.*

3 Infero primo, confirmando hanc limitationem, quod in cauſſa dotis, quæ dicitur pia, denegatur appellatio, *Bal. Nouell. tract. de dot. par. 9. priuil. 7. num. 1. tom. 9. f. 242.*

Aſſuct.

Afflict. deciſ. 261. eſt ritus, ſub numer. 1. verſ. quæ autem, & Oſaſch. deciſ. 25. mortuo inteſtato, numer. 20. & ſcripſi ſupra lib. 1. c. 97. ſub num. 25. ibi exemplifica ſecundo.

4 Extende primo hanc illationem, vt hic in Vrbe procedat etiam ex diſpoſitione ſtatut. Vrbis lib. 1. cap. 85. dum illud ſtatutum mandat, quod inſtrumẽta dotalia, & quæcunque alia documenta, ex quibus aliquid debeatur ſub nomine, & occaſione dotis, ſtatim, atq; exhibita fuerint, citato debitore mandentur executioni, & nulla poſſit opponi exceptio præter quaſdam, ibi enumeratas, & illis oppoſitis, & non probatis infra decem dies, diſponit, dicta inſtrumenta mandari realiter, & perſonaliter executioni: Vnde in hoc ſtatuto pondero tria; primum, quod loquitur de quibuſcunque documentis, & ſic etiam ſi nõ adſit inſtrumentum; ſecundum, quod pondero, ſunt illa verba, quod ſtatim mandẽtur executioni, nam illa dictio (*ſtatim*) tollit appellationem, vt retuli, & ſequutus ſum *quæſt. præced. lim. 1. numer. 59.* & ſimiliter illa verba, quod mandentur executioni, tollunt appellationem, *vt retuli, & ſequutus ſum ead. q. præcedenti, lim. 1. num. 29.* Tertium, quod pondero, ſunt illa verba, quod nulla poſſit opponi exceptio, quæ verba ſimiliter indicant prohibitionem appellationis, *vt retuli, & ſequutus ſum ead. q. præced. lim. 1. num. 38.*

Immo hoc ſtatutum diſponit non ſolum contra principales debitores, ſed etiam contra tertios poſſeſſores, etiam non habẽtes cauſſam ab eis, dummodo probetur, quod illæ res obligatę poſſiderentur à debitore tempore obligationis.

5 Extende ſecundo, vt habeat locum in fructibus dotis, quos eſſe ſoluendos, non obſtante reclamatione, fuit determinatum in Conſ. Neapol. *vt refert Afflict. deciſ. 93. ſi fuit actum, quem refert, & ſequitur Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 24. princip. in fin. num. decimo, fol. 372.* quia inter dotem, & eius fructus nulla eſt differentia, cum ſicut dos datur, vt ex ea alatur vxor, & ſuſtineãtur onera matrimonij; ita etiam debentur dotis fructus pro alimẽtis, & pro ſuſtinendis oneribus matrimonialibus, & in dote non dari appellationem ſcripſi *num. præced.* & in alimentis ſcripſi limit. præcedenti; qui fructus debẽtur marito à die moræ, & hoc non habet difficultatem per ea, quæ allegat Vrſill. *in annot. ad Afflict. deciſ. 284. an ſoluto, num. 1. & ſeqq.* Et in Vrbe eſt ſtatutum, quod pro quolibet centenario, & anno taxentur ad rationem ſeptem cũ dimidio poſt moram non ſolutæ dotis, marito promiſſæ, *vt in ſtat. c. 137. lib. 1.* & in Ciuitate Neapol. ad rationem duorum tarenorum pro qualibet vncia, *Afflict. deciſ. 93. ſi fuit actum.*

Sed nunquid hæres mariti poſſit petere fructus dotis, quos omiſit petere maritus, ſunt opiniones; nam quod non poſſit, vide Gomeſ. *in §. actiones autem, num. 6 in fin. Inſtit. de action. fol. 44.* Contrarium, quod poſſit, vide Vrſil. ad Afflict. *d. deciſ. 284. num. 5.* Et quando non debeantur marito, eo quia cenſeantur ab eo remiſſi, & donati, vide Iaſ. *in l. 34. quæ dotis, num. 19. & ſeqq. ff. ſolut. matrim.* Ego enim nihil determino.

Subextende hanc extenſionem, vt habeat locum etiam in fructibus, ſoluendis viduę, ſoluto matrimonio, caſu, quo heredes mariti ad eos condemnari poſſent donec dotem non reſtituerent, quia etiam illi fructus haberent naturam alimentorum, in quibus an & quando poſſit admitti appellatio dixi, *ſupra in plurib. numer. & præſertim limit. præced.*

Sed an, & quando de iure communi debeantur viduæ fructus dotis, vide Lup. *tract. de vſur. §. 4. ſub nu 22. & 23. tom. 7. fol. 119. Afflict. deciſ. 284. an ſoluto, num. 1. & ſeqq.* & Vrſil. *in annot. ad eum, nu. 6. & ſeqq.* & Crauet. *conſ. 189. quando fœmina, ſub nu. 7.*

Hæc difficultas ceſſat hic in Vrbe, quia poſt iudicialẽ interpellationem per viduam factam, debentur ex tunc ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario, vt in Vrbis ſtat. *lib. 1. cap. 137.* Ceſſat pariter in Ciuitate Neap. quia ex conſuetudine debentur ad rationem ſeptem pro centenario, *Afflict. d. deciſ. 284. in princip.* Sed quod hoc ſtatutum Vrbis, & conſuetudo Neapol. non valeant, vide Roch. Curt. *in c. fin. 11. poſt præfat. num. 19. de conſuet. inter tract. diuerſ. tom. 2. fol. 349.*

6 Extende tertio, vt appellatio denegetur non ſolum in cauſſa dotis, *vt dixi ſupra num. 3.* ſed etiam in cauſſa, quæ deſcendit à dote præterita, vel futura; concurrente paupertate mulieris; quare ſi dos reparatur à vidua, vt poſſit ſe maritare, vel inde ſe alere, vel petatur à puella, vt inde poſſit nubere & feratur ſententia ad fauorem mulieris, non poterit aduerſarius appellare ſuſpenſiuè, ſed deuolutiuè tantum, *Bal. Nouel. tract. de dot. par. 9. priuil. 7. num. 3. tom. 9. fol. 142.*

7 Reſtringe eandem illationem, vt non procedat in ſententia lata contra mulierem, quia ipſa poteſt appellare, *Surd. tr. de alim. tit. 8. priuil. 60. ſub n. 25. & Bald. Nouel. tr. de dot. part. 9. priuil. 7. verſus finem, ſub nu. 3. tom. 9. fol. 242.* Quod clarè ſentit etiam *num.* 1 dum ait non poſſe appellari à ſententia lata in fauorem mulieris.

8 Infero ſecundo, confirmando eandem limitationem, quod ſententia, lata in fauorem petentis mercedem, eſt inappellabilis, ſi is ſit pauper non in genere, ſed eo reſpectu, vt eo non habeat vnde ſe alat, *Rot. diuerſ. deciſ. 764. domini cum præſuppoſito, in princip. & num. 3. par. 1.* quem refert, & ſequitur Ruginel. *tract. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 280.* Et hæc illatio caret difficultate, quia, præſuppoſita tanta paupertate, merces habet rationem alimentorum futurorum, cum ex illa mercede habeat ſe alere.

Confirmatur hæc illatio ex his, quæ ſcripſi *libr. præcedenti, capit. 5. numer. 71. verſic. ſeptimus*, vbi dixi, quod in cauſſa ſalarij debiti famulo pauperi poteſt procedi tempore feriato in honorem Dei, ex quo illud ſalarium ſuccedit in locum alimentorum, quorum cauſſa dicitur pia.

9 Amplia hanc illationem, vt procedat etiamſi non conſtet de paupertate famuli, ſeu operarij petentis mercedem, quia adhuc denegabitur appellatio. Et ratio eſt duplex. Prima, quia ſcriptum eſt in iure diuino: *non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque ad mane, Rebuff. tr. de ſentent. prouiſ. artic. 3. gloſſ. 7. numer. 1. tom. 1. fol. 289.* & alia loca eiuſdem ſacræ ſcripturæ, vide *lib. præced. cap. 5. num. 63.* & ob mercedem Neptuni, & Apollini retentam in conſtructione murorum Troiæ ſucceſſit illius demolitio, *vt retuli, d. cap. 5. num. 63.* Vnde forſan euenit, quod & ij, qui procuratoribus, & Aduocatis patrocinij mercedẽ, ſeu verius, honorarium non ſoluunt, quandoque ſuccumbant in cauſſa, aut illius finem, conſumpto iam cauſſæ valore, vix tertij hæredes videant. Secunda ratio eſt, quia operarij paupertas, vti qualitas naturalis, præſumitur *Beninc. tractat. de pauper, & eius priuil. quæſt. 6. numero 1. tom. 18 fol. 164.* nam diuitiæ inferunt mutationem, quæ non præſumitur, niſi probetur, *Maſcard. tract. de probat. concluſ. 1154. numer. 1. & ſeqq. libr. 3.* ſed quilibet naſcitur pauper, & nudus, *Infantem nudum cum te natura creauit*, teſte Catone, & maximè præſumitur paupertas in famulis, & operarijs, qui vt plurimum ex ſudore vultus viuũt: Quare ex Regijs conſtitutionibus Franciæ executio ſẽtentiæ, qua quis condemnatur ad ſoluendum ſalarium famulis, ſeu operarijs, fit non obſtante appellatione, nulla habita conſideratione, an mercede indigeant ad ſe alendum, vel non indigeant. *Rebuff. dict. artic. 3. gloſſ. 7. num. 1. & 2.* Et Signatura iuſtitiæ hic in Curia, quando agitur de mercede promiſſa, vel de mercede inter eum, qui eſt ſolitus locare operas ſuas, & eum, qui eſt ſolitus conducere, non ſolet reſcribere in commiſſione appellationis,

niſi

niſi cum clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) aut (*ſine retardatione executionis*) præſertim quando ſententia eſt lata in tribunali Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Vrbis, *Marcheſ.tract.de commiſ.p.1.in commiſſ.appel.in cauſ.merced.capitulo decimo nono,num.22.& 23.fol.316.impreſſ.*

30 Quod † ſi agatur de mercedibus non conuentis, neque inter ſolitos locare, & conducere, Signatura ſolet reſcribere, & committere cauſſam cum clauſula (*ſi quid exequendum*) *Marcheſ.d.c.19.n.24.* Et vbi agatur de mercede non conuenta, ſed inter ſolitos locare, & conducere, & Signatura ſentiat, iudicem à quo exceſſiſſe in taxatione mercedis, ſolet in aliqua parte dare executionẽ, & in alia appellationi ſimpliciter deferre, aut aliter ſuo arbitrio ſub diuerſis temperamentis reſcribere, *Marcheſ.d.cap.19.n.25.* Et cum hac ampliatione, nulla habita ratione, an petens mercedem ſit pauper, videtur tranſire Magon.*in Floren.deciſ.12.dominus,n.11.*

31 Infero tertio, quod à ſententia, qua quis datur tutor, ſeu curator, non appellat, *l.1.§.ſi quis, ff.quan.appell.ſit, Rebuff.tract.de ſenten.prouiſ.artic.3.gloſ.2.n.1.tom.1.f.276. & tract.de appel.artic.7.gloſ.2.n.18.verſ.ſeptimo.tom.3.f.503.& Ruginel.tract.de appell.§.2.c.3.n.246.* nam qui dare tutorem, ſeu curatorem eſt actus pius, ideò poteſt dari etiam tempore feriato in honorem Dei, *vt ſcripſi lib. præcedenti,c.5.n.102.& 163.*

32 Hæc illatio non eſt vera, quia text. *in d.§.ſi quis.* non prohibet appellationem, ſed ait, quod non oportet appellare, eo quia debet is prius intra tempora præſtituta allegare excuſationem, quæ ſi fuerit repulſa, tunc, inquit, appellabit, quia antea fruſtra appellaret, & pendente appellatione, interim pupillo dabitur curator, *Rebuff.d.art.3.gloſ.a.ſub n.1.*

In cauſſis decimarum an, & quando liceat appellare, vide *infra limit.18.*

LIMITATIO IX.

SVMMARIA.

Executiua excludunt appellationem, num.1.& ſeqq. in quibus multipliciter comprobatur hæc limitatio.

¶ *Ampliatur I. hæc limitatio, vt ſi agatur in foro, vbi ſtatutum concedat paratam executionem inſtrumentis, denegetur appellatio, etiam ſi inſtrumentum ſit celebratum in loco, vbi non extet eiuſmodi ſtatutum n.9.*

Ampliatur II. vt procedat in obligationibus, quibus in ducatu Mediolanenſis partes paciſcuntur, vt debitor poſſit conueniri coram executoribus in forma Cameræ, & c.n.10.

Ampliatur III. vt appellatio denegetur non ſolum obligato in inſtrumento, ſed etiam ratificanti, ſed hæc ampliatio explicatur diſtinguendo duos caſus, n.11.& ſeqq.

Ampliatur IV. vt habeat locum etiam ſi inſtrumentum, ſeu obligatio Cameralis non eſſent liquida, quia adhuc daretur executio parata, nu.24.& ſeqq. in quibus declaratur multipliciter.

Ampliatur V. vt non poſſit appellari ab interlocutoria, numer.43.

¶ *Sublimitatur I. eadem limitatio, vt non procedat, quando fuit actum via ordinaria, quia tunc datur appellatio, n.44. — Ampliatur hæc ſublimitatio, vt actor non poſſit relinquere viam ordinariam, & agere via executiua, n.45. — Et quid ſi actor vellet reficere expenſas, n.46. — Et quid ſi reus fuerit contumax. n.47. — Et quid ſi actor proteſtatus eſſet, quod ſibi reſeruabat viam agendi executiuè, nu.48. — Et quid ſi in inſtrumento extaret pactum, quod creditori liceret variare, n.49.*

Sublimitatur II. vt non procedat in creditore agente, quia is teſt appellare à denegata executione, n.50.

Sublimitatur III. vt non procedat quoad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectum datur appellatio, numer.51. — Extenditur primo hæc ſublimitatio etiamſi obligatus renunciaſſet appellationi, n.56. — Extenditur ſecundo in Regno Franciæ, num.57. — Extenditur tertio, vt actor à reuocatione executionis poſſit appellare non ſolum deuolutiuè, ſed etiam ſuſpenſiuè, n.58. — Subextenditur, vt etiam reus poſſit appellare ſuſpenſiuè, ſi in prima inſtantia fuerit abſolutus, & deinde in ſecunda condemnatus, & ampliatur ibid. — Extenditur quarto etiam ſi cauſſa appellationis à ſentẽtia Auditoris Cameræ fuerit commiſſa, quia, non facta mentione de obligatione Camerali, commiſſio operatur ſolum effectum ſuſpenſiuum, n.59.

Sublimitatur IV. vt non habeat locum in mandato de extendendo obligationem Cameralem ſecundum dicta teſtium, num.60.

Sublimitatur V. quando reus opponit exceptionem admiſſibilem, & iudex non admittit, quia à non admiſſione poteſt appellari, n.61.

Sublimitatur VI. quando in appellatione exprimitur iuſta cauſſa appellandi n.62.

Sublimitatur VII. quando inſtrumentum ſeu obligatio Cameralis veniret probanda per teſtes, num.63.& ſeqq. in quibus dantur declarationes, & exempla declarationum, vſque ad finem.

1 LImita IX. vt non procedat in executiuis, quia in eis non appellatur. *Nicell.tract.de concord.gloſ.concor.6.fall.8.n.37.to.18.f.192.* & non eſt opus ad hanc limitationẽ probandam plura allegare, quia ſatis probatur ex allegatis in ſequẽtibus duabus limitationibus, quę ſunt ſynonymæ, ſeu omnino connexæ cum iſta: & ex dictis hac eadem limitatione, *n.ſeq.*

Comprobatur hæc limitatio multipliciter.

Primo, quia in his, quæ celeritatem deſiderant, & ideo expedienda ſunt ſine dilatione, non admittitur appellatio *l.fin. ff. de appell. recip. Maran.in ſuo ſpec. par.6. act.2. princip.in verbo. & quandoque appellatur.limitat.24.num.330.f.507.* & quæ ſint iſta, quæ celeritatem deſiderant, habes *in d.l.fin.* & ponit Spec.*tit.de appell.§.in quibus verſ.octauo.n.10.*

Sed iſta dicuntur executiua. Ergo in executiuis non datur appellatio.

Secundo, quia à ſententia, quæ fecit tranſitum in iudicatum, eo quia non fuerit appellatum vel eo quia ſint tres ſententiæ conformes, non datur appellatio *per ea, quæ ſcripſi ſupra limitat.1.n.1.& 65.& ſeqq.* Sed res iudicata eſt materia executiua. Ergo in executiuis non datur appellatio.

Tertio, quia in cauſſis mercatorum, quando agitur de literis cambij, vel priuatis ſcripturis non admittitur appellatio, ſi credimus Ruginello, *tract.de appellat.§.2.c.3.n.93.cum Soc.Iun.* quem citat *in conſil.138.n.8. lib.3.* non loquatur ſimpliciter, ſed in terminis ſtatuti. Sed eiuſmodi cauſæ ſunt executiuæ. Ergo in executiuis non admittitur appellatio.

Quarto, quia ab obligatione formæ cameræ non datur appellatio, *Veſtr.in prax.lib.7.cap.3.ſub n.17.verſ.amplius.ibi,quam theoricam. Galleſ.ad form. oblig. camer.p.3.rubr.de liquid.in fine.n.20.tom.6.part.2.fol.361.& in rubr.ſeq.reliqua de proceſſu,n 44.fol 363.* & latius & diſtinctius *ſeq.in.qq.proceſſ.inciden.n.7.& ſeqq.fol.364.* dicens, admitti appellationem ſolum ad effectum deuolutiuum, non retardata exequutione. *Lancell.tract.de attent.part.2.c.21.de attent.& innou.appell.pend.limit.53.princip.in fin.num.59.tom.5.fol.384.Teſſ.Foſſan.deciſ.26.inſtrumenta.num.11.fall.5.Marcheſ.tract.de commiſſ.par.2.in commiſſ. appell.c.2.num.27.& 28.fol.33.& cap.5.num.7.& ſeqq.& numer.10.& ſeq.fol.87.& ſeqq.& Ruginel. tract. de appell.§.2.*

cap.3.

*cap.3.num.*127. *&* 130. Sed obligatio Cameralis eſt executiua, quia habet executionem paratam, *vt iaſ. proſequutus ſum ſupra lib.1.cap.62.num.*17.*q.*4. Ergo in executiuis non datur appellatio.

5 Ratio, quare ab obligatione formæ Cameralis non admittatur appellatio, eſt, quia licet obligatio Cameralis non habeat executionem paratam vigore alicuius ſtatuti, vel conſuetudinis, tamen habet eam, & non admittit appellationem, quia componitur ex materia, quæ de iure communi eſt excluſiua appellationis: Primo enim componitur ex confeſſione iudiciali debitoris, & deinde ex præcepto facto contra ipſum debitorem confeſſum, vt, loquendo de guarantigia, & de praxi Curiæ Romanæ, ſcribit Paul.de Caſtr. *in l.56.poſt rem iudicatam num* 3.*ff. de re iud.*&, loquendo de obligatione forma Cameræ ſcribunt Galleſ. *in tract. ad form. Camer. oblig. par.*1.*qu.*2.*num.* 31.*&* *ſeqq.tom.6.par.2.fol.*351 *Veſtr.d.cap.3.ſub num.*17. *&* 18.*&* *Ruginell.d.§.2.cap.3.num.*130.& latius explicaui ſupra *lib.*1.*cap.*62.*nu.*17. & qui condemnatur ex propria confeſſione non appellat, *Abb. Gemin. Felyn. & alij, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra limit.*4.*num.*35. & quia notarius, coram quo debitor in inſtrumento confitetur debitum non habet adminiſtrationem, & ideo poteſt dubitari de viribus confeſſionis, *vt dicit Paul.de Caſtr. vbi ſupra,* & conſequenter magis dubitari poteſt de viribus præcepti, quod faceret, formula Cameralis obligationis obſeruabat, vt hæc omnia fierent coram ipſo Auditore Cameræ, vt patet ex formulis, quas recenſet Galleſ. *dict.p.*1.& ex his, quæ ſcripſi *dict.cap.*62.*ſub num.*17. Secundo componitur ex ſuſceptione præcepti ad ſoluendum, vt patet ex his, quæ ſcripſi *d.cap.*62.*ſub num.*17.& apertius ex ipſa cameralis obligationis formula; quæ olim fuit, & eſt etiã hodie in vſu; vnde licet confeſſus poſſet, allegando confeſſionem eſſe erroneam, appellare a præcepto, ſeu ſententia, *Gloſ. Bal. Ant. de But. Card. Alexand. Dec. & Galleſ.* quos citaui, & ſequutus ſum ſupra *limit.*4.*ſub num.*47 *reſtr.*2. tamen, ſuſcipiendo præceptum, non poteſt appellare, quia per ſuſceptionem, ſeu acceptationem præcepti dicitur renunciare iuri appellandi, vt ex *Franch. Cardin. Alex. Felyn. & Dec. retuli & ſequutus ſum ſupra limit.*2. *numer.*35.*&* 37. quia accipiendo præceptum acquieſcit præcepto, & confeſſus acquieſcens ſententiæ non poteſt amplius appellare, *Ang. Aret. & Card. Alex. quos citaui, & ſequutus ſum dicta limit.*4. *numer.*36.*extenſ.*6. Tertio componitur ex ſuſceptione cenſurarum, & mandati exequutiui, vnde ſic obligatus habetur, ac ſi eſſet iudicialiter confeſſus, vel de debito conſtaret per rem iudicatam, *Hier. Gabr. conſil.*67.*ceſſio. num.*8.*lib.*1. *quem poſt Turrett. refert, et ſequitur Ruginell. tract. de appell.* §.2. *cap.*3.*num.* 98. Quarto componitur ex pacto, & expreſſa renunciatione, qua debitor iureiurando promittit, & renunciat appellationi, & iuri appellandi, quod pactum, & renunciatio tollit appellationem, vt late ſcripſi, & declaraui ſupra *limit.*2.*num.*1.*et ſeqq.*& hoc pactum eſt valde vtile, quia, cum hodie illa praxis conſtituendi procuratores ad confitendum, & accedendi ad Auditorem ad confitendum receſſerit ab aula, & ſolum fictiſſime ſeruetur, quando obligatio Cameralis eſt concepta cum clauſula conſtitutionis procuratorum; quo caſu citatur debitor ad confitendum, confiterique videndum, & actor in termino citationis obtinet, mandari confiteri, & nulla fit cõfeſſio; & quando eſt concepta ſine dicta clauſula, & ideo eſt cõſenſum in mandatum, citatur ad videndum relaxari mandatum; quod ſi non ſit conſenſum in mandatum, citatur ad videndum decerni, & nulla interuenit vera, vel ficta confeſſio, poſſet propterea dubitari non ſolum, an eſſet concedendo executio parata, cum deficiat confeſſio, *vt ex Paul. de Caſtr. retuli ſup.* ſed etiam poſſet dubitari, quod proceſſus eſſet notoriè nullus.

6 Quinto, & vltimo comprobatur, quia à præcepto executiuo, vbi ex vi ſtatuti detur parata executio, denegatur appellatio, *Moder. tract. de proceſſ. execut. p.*4.*c.*2.*ſub num.* 18.*et ſeqq.* ſed iſte caſus executiuus. Ergo, &c.& quod ſtatuta communiter concedant inſtrumenti publicis executionem paratam, ſcribit Paul.de Caſtr. *in l.56.poſt rem iudicatam, ſub numer.*3.*ff.de re iud.*& ergo latius oſtendi *ſupra lib.*1.*cap.*26.*num.*13.*et ſeqq.*

7 Ratio, quare non detur appellatio ab exequutione publicorum inſtrumentorum, poteſt eſſe, quia videtur grauamen modici præiudicij, cum poſſit reparari in iudicio petitorio, vel in cauſa appellationis deuolutiuæ, nam admittitur appellatio deuolutiua vt conſiderat Cæſar. Barzius *in Bonon. deciſ.*41 *egerat, ſub nu...* nec videtur ſolutum, quod creditori auferri poteſt per ea, quæ cumulat Contar. *in l. vnica, in vltima ratione decidendi, num.*7.*et ſeqq. C. ſi de mom. poſſ.*& poteſt de facili auferri, quia debitori reſeruatur in alio iudicio omnes exceptiones, & defenſiones, *vt dixi ſupra ſub num.*52.

8 Ratio melior poteſt eſſe, quia quando lex, ſeu ſtatutum dat inſtrumento, ſeu laudo executionem, tunc appellans videtur in effectu appellare ab executione, & appellatio ab exequutione regulariter non admittitur, præſertim quoad effectum ſuſpenſiuum ideoque poſſe, pẽdente reductione, peti exequutionem laudi, ſi laudum ex forma ſtatuti habeat exequutionem paratam, argumentatur. Lanc. *tract. de attent. par.*2.*c.*16.*de attent. reduct. etc. n.*37. *et* 38 *fol.*393.& quod ab exequutione non detur appellatio latius proſecutus ſum *limit.*1.*ſeq.*

9 Amplia I. hanc limitationem præſertim in hac quinta, & vltima comprobatione, vt ſi agatur in foro, vbi extet ſtatutum, quod concedat paratam executionem inſtrumentis publicis, tunc denegatur appellatio, etiam ſi inſtrumentum publicum ſit celebratum in loco, in quo non extet hoc ſtatutum, de concedenda parata executione inſtrumentis publicis, quia ſtatutum, quod inſtrumenta publica habeant exequutionem paratam, reſpicit ordinatoria, non deciſoria iudicij, *Ben. de Baz. de guarintig. part.*1.*quæſt.*8.*tom.*6.*part.*2.*fol.*343. *et alij quos refert, et ſequitur Cæſar. Barz. in Bonon. deciſ.*41.*egerat, ſub num.*12. *verſic. ad ſecundum, et num.*13.*et* 14. & patet ex eo, quod prohibitio appellationis quoad effectum ſuſpenſiuum reſpicit ordinatoria, *vt retuli, et ſequutus ſum libr. præc. cap.* 2.*num.*461.*in fin. et q. ſeq. numer.*3.*et ſeqq.* & ſtatutum in ordinatorijs ligat etiam exteros, *vt retuli, ſequutus ſum, dict. cap.*2.*ſub n.*651.& quod exteri, & iudex gaudeant beneficio ſtatutorum in ordinatorijs ſcribit Cæſ. Barz. *d. deciſ.*41 *num.*14.*et* 15.& quod liget quamlibet perſonam dixi *d.c.*2.*num.*525.

10 Amplia II. vt procedat in obligationibus, quibus in ducatu Mediolanenſi contrahentes paciſcuntur, vt debitor poſſit conueniri coram Executoribus, in form. Cameræ, & fortius ſi paciſcantur, vt poſſit ita conueniri, ac ſi eſſet debitor ipſius Cameræ, quia eiuſmodi obligatio, & pactio recipit robur ex ordine Senatus Mediolanẽſis, edito anno 1580.& relato per Ruginell. *tractat. de appel.* §.2.*capit.*3.*ſub num.*122.*verſ. verum ſi forte*, & denegatur tunc debitori appellatio, *Ruginell. d.c.*3. *num.*159.*ſimilis, nu.*115.*et ſeqq.*

Ratio huius ampliationis eſt, quia debitor, quia ita paciſcitur, in effectu, & virtualiter renunciat iuri appellandi, quia fiſci debitores, qui exiguntur ab Executoribus Cameræ Mediolani, non poſſunt appellare, *per ea, quæ ſcribit Ruginell. d.* §.2.*cap.*3. *num.*95.*&* *ſeqq.&* *num.*133. *et quæ ſcripſi infra limit.*7. Ergo debitor, paciſcendo, vt poſſit conueniri coram Executoribus in forma Cameræ, renuntiat appellationi, prout in ſimili hic in Vrbe, qui ſe obligat in forma Cameræ, cenſetur renuntiare iuri appellandi, ex quo formula Cameralis obligationis componi-

Digitized by Google

ponitur ex pacto,& renuntiatione appellationis, *vt dixi ſupra n. 5.* Vnde licet in obligatione non ſit extenſum iſtud pactum,ſeu renunciatio, ſed ſimpliciter debitor ſe obligauerit in forma Cameræ cum clauſula (& cætera) tamen hæc clauſula extenditur ad renuntiationem appellationis.

An tamen partes poſſint ſe ſubmittere iuriſdictioni illorum Executorum Cameræ Mediolani, hoc non diſputo:

11 Amplia III. vt appellatio denegetur non ſolum obligatio in inſtrumento, ſed etiam ratificanti inſtrumentum, ſeu obligationem Cameralem,ſed pro exacta declaratione diſtinguendi duo caſus principales.

Primus caſus eſt, quando ratificans fuit prius ab eo, qui actum geſſit,obligatus in inſtrumento,licet ad eum obligandum nullum præceſſerit mandatum: & iſto caſu concludo,quod ratificans poteſt executiuè conueniri, ac ſi ipſemet expreſſis verbis ſe obligaſſet, vt tenuit Rot.de qua Mohed.*deciſ.8.alias* 288.*de procur.*& ideo non poterit appellare ad effectum ſuſpenſiuum.

12 Confirmatur hæc concluſio,quia ratificatio æquiparatur mandato,*cap.*10.*ratihabitionem.de reg.iur.in* 6.*l.fin.C. ad ſenatuſc.maced.* & æquiparatur mandato ſpeciali, *leg.* 27.*quod ſi de ſpeciali ff. de minor.*25. *an Mandoſ. tractat.de inhibit.quaſt.*33.*num.*3.*fol.*92.*& Surd.dec.*231. *capitulum num.*11.

13 Secundus caſus eſt, quando actus non fuit geſtus nomine ratificantis,ſed fuit geſtus nomine eius,qui actum ipſum geſſit: & iſto caſu poſſunt adduci opiniones.

Negatiua enim opinio, quod contra ratificantem non poſſit agi executiuè, deducitur multipliciter.

Primo,quia neq;in inſtrumento,neq;in ratificatione eſt obligatus executiuè. Ergo.

14 Secundo quia ratum quis habere non poteſt,quod ſuo nomine geſtum non eſt, *c.*9.*ratum.de reg.iur.in* 6. Ergo, cum contractus obligationis non ſit geſtus nomine ratificantis,non poteſt ratus haberi.

15 Neque valet reſponſio ad hoc argumentum,quod non poteſt ratificare ad ſui commodum, & alterius præiudicium,ſed quoad ſuum præiudicium poteſt ratificare actũ etiam ſuo nomine non geſtum,vt ex pluribus retuli,*ſupra qu.*12.*n.*80.*verſ.declara iſtam.*

Quia huic reſponſioni replicatur, quod & ſi quis, ratificãdo ſibi præiudicet, tamen non poteſt conueniri ex illo actu ratificata tanquam ſi ipſe, aut alius eius nomine feciſſet illum actum,*Cyn.in l. vnica,nec ſi maior.num.*1.*C.ſi in communi eadem, quæ cauſſa,in integr. reſtitut. poſtul fol.* 95.*& clarius Bart.in leg.*1.*§. ſed etſi cum quis.ſub nu.*2.*ibi tu vero dicas aliter.ff. de vi arm.* dum ſcribunt, quod ſi tu pignoraſti, rem meam nomine tuo, & ego ratifico pignus,tamen non poſſum conueniri actione pignoratitia, *Dec.conſil.*282.*viſo puncto. ſub numer.*3.*Oſaſch. deciſ.*138. *anno ſub numer.*18. *verſ. non obſtat.* & è conuerſo neque poterit actione pignoratitia agere, *Cyn.& Bar.vbi ſupra,* non enim illa ratificatio transfert actum in ipſum ratificantem, quare remanet ſuum præiudicium in eo, quod ſi vellet vendicatione agere repelleretur, eo quod ratificauit.

Tertio, quia via exequutiua datur ſolum pro his, quæ expreſſè leguntur in inſtrumento obligationis Cameralis *Rot.diuerſ.deciſ.*741.*domini dixerunt.n.*11.*par.*1.& non competit pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris, *Galleſ.de oblig.Camer.rubr.de vi inſtr.oblig. Camer.num.*14. *&* 15.*fol.*360. *Rot.diuerſ. deciſ.*132.*licet agentes nu.*8. *verſ. quinto non obſtat.p.*2.*& deciſ.*741. *domini dixerunt.n.*12.*p.* 1. idque tunc procedit,quando id, quod venit ex interpretatione iuris, deducitur per modum agendi,*Rot.dictis deciſ.*741.*ſub n.*12. *verſ.quia id verum eſt. & deciſ.*132.*nu.* 15.*& ſeqq.*

Sed ratificans non eſt obligatus, in inſtrumento obligationis Cameralis,& poteſt ſolum intelligi obligatus ex interpretatione iuris,quia ratificando, videtur approbare, & deducitur per modum agendi. Ergo non poteſt agi via executiua.

16 Confirmatur primo hoc argumentum, quia inſtrumentum mandatur executioni in his,quæ in inſtrumento continentur,non in his,quæ tacitè aguntur,cum hæc non debeantur iure actionis ex eodem inſtrumento, ſed officio iudicis mercenario,*Corn.conſ.*141.*in hac conſultatione ſub n.*6.*lib.*3.

17 Confirmatur ſecundo, quia in tacita reconductione non dicitur reuocata via executiua, quare licet is, qui conduxit vſque ad certum tempus ſub obligatione Camerali,vel alio inſtrumento, habente executionem paratam,ſi finita illa locatione,continuet,cenſeatur reconducere ſub eiſdem pactis, & conuenientibus,tamen non remanet obligatus in forma Cameræ,ſeu alia forma habente executionem paratam, *Galleſ.ad form.Camer.oblig.rub. de vi inſtr.oblig.Camer.n.*18.*ſol.*360.*& Canar.tract.de execut.inſtr.q.*44.*n.*82.*tom.*5.*fol.*44.

18 Quarto, quia prohibitio appellationis, & proceſſus exequutiuus exorbitant à iure communi, ergo in dubio eſt reſpondendum potius pro appellationis amiſſione.

19 Affirmatiua opinio, contraria præcedenti, probatur ex his,quæ ſcribit Gram. *deciſ.*103.*illuſtr.n.*11.*&* 12. dicens, quod etiamſi illa comitiſſa obligaſſet non nomine Don Artalis, ſed nomine proprio, ratificando poſtea Don Artalis, obligatur,& habetur perinde ac ſi ab initio ſe obligaſſet, neque, inquit,obſtat quod id,quod non eſt geſtum nomine meo, ratum habere non poſſim, quia illud procedit quoad commodum ipſius ratificantis, ſed quoad præiudicium ſuum poteſt quis ratificare id, quod non eſt geſtum nomine ſuo.

20 Retenta priori opinione negatiua, quæ eſt vera quicquid ſcripſerit Gram. qui non omnino declarat,& poteſt eius doctrina procedere in caſu ſequentis limitationis.

Limita eandem opinionem negatiuam, vt non procedat, quando quis vltra ratificationem declarat, obligationem,quam ratificat,fuiſſe factam de ſuo ordine,& mãdato, & ideo de ſe eam ratificare quia tũc poſſet exequutiuè conueniri, ac ſi ipſemet ab initio contraxiſſet illam obligationem,& ratio eſt, quia tunc ratificat actum ſuo nomine geſtum etenim fuiſſe eius nomine, ſeu de eius mandato geſtum, probatur eiuſmet confeſſione, quæ eſt maior quocunq; publico inſtrumento *Bal. conſ.*192. *proponitur.ſub n.*8.*verſ.ſed supereſt.libr.*2. *Crauet.conſ.*61. *dominus ſub nu.*3. *& conſ.*217 *num.*9.*in fine,* & ideo ſuccedit quod ſcripſi ſupra in primo caſu.

Confirmatur primo hæc limitatio,quia tantum eſt dicere, ego ratifico iſtam oligationem, quia fuit facta de meo ordine, & mandato,quantum dicere,ego me obligo ad hęc omnia,quæ continentur in iſto inſtrumento,quod propterea ratifico, & ſic adeſt obligatio.

Confirmatur ſecondo, quia ratificando, & confitendo non venit ex interpretatione iuris, ſed ex ſua propria confeſſione,& ſic ceſſat tertium argumentum adductum pro contraria opinione.

21 Extende declarando hanc limitationem, vt procedat etiam quando quis ratificando diceret, quod obligatio, ſeu inſtrumentum,quod ratificat, fuit factum ab illo contrahente, vti ſuo inſtitore,ſeu agente,quia eſt idem,ac ſi diceret,fuiſſe factum de ſuo ordine,& mandato.

22 Subextende iſtam extenſionem, vt maximè procedat, quando vltra verbalem ratificationem accederet etiam ratificatio in facto per aliquem actum poſitum, puta recipiendo ad ſui vtilitatem, & ſoluendo, vel aliter adimplendo obligationem, quia tunc tanto magis poſſet contra ſic ratificantem exequutiuè procedi, prout

iſtum

Digitized by Google

iſtum caſum habui in facto & obtinui coram Reuerendiſſimo A.C.& reo appellante, ac recurrente ad Signaturam iuſtitiæ, fuit commiſſa cauſſa appellationis ſine præiudicio legitimæ exequutionis.

23 Confirmatur primo hæc ſubextenſio, quia eo ipſo, quod inſtitor contrahit, & infert in apothecam domini, ipſo domino præſente, & ſciente, tenetur ac ſi ipſemet contraxiſſet, *Bar.conſ.79.quidam vendidit,ſub num.3.ibi, præterea multum facit, lib.1.*

Confirmatur ſecundo, quia non ſolum interuenit ratificatio ſimplex, quo caſu procederet, quod ſcripſi *ſupra ſub num.15.verſ.quia huic,* ſed interuenit ſolutio, & agnitio debiti, confitendo actum eſſe geſtum ad ſui vtilitatem, quo caſu videtur ad ſe transferre obligationem contractam.

Confirmatur tertio, quia nos videmus, quod inſtitores, & factores poſſunt contrahere, & obligare banchū, apothecas, ſeu menſam talis, & tunc ille talis poteſt conueniri, ac ſi obligaſſet, licet ſit obligatum eius banchum, & non ipſe expreſſe, *per ea, quæ ſcribit Rot.diuerſ.deciſ. 132.licet agentes,num.12.& ſub num.23.par.2.*

24 Amplia IV. vt habeat locum etiamſi inſtrumentum, ſeu obligatio cameralis non eſſent liquida, ſed venirent liquidanda, quia adhuc creditor non cogeretur agere via ordinaria, ſed poſſet agere via executiua, &, facta liquidatione, haberet paratam executionem, *Bart.in l.1. verſus finem num.17.ibi,& per hoc.ff.de leg.2.* dum ſcribit, quod ſi in inſtrumento ſit promiſſum intereſſe, vel quid aliud incertum, poteſt illius inſtrumenti peti executio ex forma ſtatutorum, ſicut contineret certam quantitatem, & poſtea, inquit, in iudicio declarabitur quantitas, *& in l.2.numero quinto, verſic.ſed quæro, & num.6.multis quæ ſcribit numer.2.Cod.de ſent.quæ ſine cert.quantit.* dum ſcribit, quod in his caſibus, in quibus valet ſententia incerta, vt puta, ſuper petitione hereditatis, tutelæ, vel negotiorum geſtorum & ſimilium, pro quibus datur actio generalis: item ſuper petitione intereſſe, pro quo datur actio ſingularis ſententia, ſuper eis lata, licet ſit incerta, habet executionem paratam, facta liquidatione: nam actor petet mandari executioni ſententiam, in qua talis eſt condemnatus ad intereſſe, ſeu ad præſtandam indemnitatem; & incontinenti faciet articulos ad probandā quantitatem intereſſe, nec eſt neceſſaria libelli oblatio, nec litiſconteſtatio, & ſic procedetur ſummariè ſecundum formam, *leg.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus, ff.de re iudic.* ſicut etiam, inquit, in ſententia lata in iudicio vniuerſali, in qua quis eſt condemnatus ad reſtituendam hæreditatem ſimpliciter, quid enim ſit in hæreditate declarabitur in executione, & ſubdit, & iſta eſt practica hodie, quod inſtrumenta, quæ ſunt guarintigionata, vel confeſſata, mādentur executioni, ſicut ſententia diffinitiua, quare, ſi inſtrumentum non eſt liquidum, peto executionem ſummarie, & facio articulos ad probandum, & hoc, quod dicit Bartol. non eſſe neceſſariam conteſtationem litis in liquidatione ſententiæ incertæ, facienda per teſtes retuli, & ſequutus ſum *inf.n.36.verſ.ſemper.Bar.in l.4.cum teſtamento.in fi.C.de teſtam.man.* dicens, quod licet inſtrumēta guarantigiata, quæ habent conditionem re vera purificatam, ſed in iudicio nondum probatam, dicantur inſtrumēta pura, & non conditionalia, tamen non poteſt procedi ad executionem facti, donec liqueat iudici, *Iaſ.in l.1. n.29.verſ.tertia concl.& nu.30.& 31.ff de eden.* dum declarando Bartolū, ſed non in omnibus ſequendo, ſcribit, quod ſecundum Bar. in petitione hæreditatis procedit libellus, quo peto, me declarari hæredē, & aduerſarium cogi ad reſtituendam hereditatem, & poſtea in executione examinabitur de ipſis rebus; Vnde inquit, nota quod poteſt peti executio ſententiæ non liquidæ, & poſtea fiet liquidatio in executione, & ex hoc noter etiam illationem; quam facit Bart. ad ſtatuta, concedentia executionem paratam inſtrumentis publicis, quod ſi in inſtrumento promiſiſſi mihi ſatisfacere de damnis, & intereſſe, poſſum petere executionem talis inſtrumenti, quamuis intereſſe non ſit liquidum, quia ſatis eſt, quod poſteà in proceſſu liquidetur, *Alexand.conſil.188.viſo proceſſu,in. 1.lib.2.* dicens, quod talia inſtrumenta non habent executionem paratam, niſi prius ſint liquidata, *Bened.de Barz. tract.de guarintig.par.1.quæſt.2. in pluribus locis, & particulariter ibi, ſed non debet iudex, fol.340.Galleſ. ad form. camer.obligat,par.3.cap.de liquidatione,num.6.verſ.tertia, q fol.361.& eadem par.3.cap.de vi inſtrumenti obligationis Cameralis,numer.2.& 4.fol.359.* & quod non concedatur captura pignorum, niſi prius ſit facta liquidatio, & ſequitur Moder. *tract.de proceſ.execut. par.3. cap.1.numer.32. verſ.cæterum,* referens, quod doctores, quos citat, tenent executionem non tantum pro ſorte, ſed etiam ſuper intereſſe non ſolum per partem peti, ſed etiam per iudicem expediri, & rectè decerni poſſe, quia ſufficit ſecundum eos, intereſſe poſteà liquidari in proceſſu, & termino executiuo antequam capiantur pignora; & licet poſteà ipſe Moder. *ſub num.32. quem retuli num.26. verſ.contra,* tenendo contra iſtos Doctores, dicat, ſuper intereſſe nō liquidato non poſſe procedi, tamen ex hoc tanto magis confirmat, quod Doctores ſcribunt, & ipſe ſequitur, quod non poſſit deueniri ad actum executionis, & certè

* hæc eſt communis, * opinio, quæ non habet contradictōtem, præter Paulum de Caſtro, quem bene probat Couarru. *verſ.reſtit.lib.2.cap.11.num.1.verſ.cæterum.* quinimo in tantum admittunt omnes, quod non poſſit deueniri ad actum executionis ante factam liquidationem, vt aliqui de quibus dicimus *infra ſeq.declar.* voluerint, quod neque peti poſſit executio, niſi prius fuerit facta liquidatio.

Infero ex dictis in hac ampliatione, verum non eſſe, quod ſcribit Moder. *tract.de proceſſ. execut. par.3.cap.1. ſub num.33 & 34.& cap.5.num.25.* dicens, quod ſi quantitas non eſt liquida, iudicis officium eſt remittere creditorem ſuper eo, quod non eſt liquidum ad ordinarium proceſſum, videlicet oblato libello & lite demum conteſtata, & expectata demum ſententia diffinitiua, & tunc dabitur, inquit, exequutio.

25 Declara primo eandem ampliationem, vt licet iudex non debeat concedere executionem inſtrumenti, niſi prius ſit liquidatum iuxta prædicta, tamen debet admittere actorem ad petendam executionem, & debet condemnare reum ad damna, ſeu intereſſe, vel quid ſimile, *Bart.in locis citatis in præcedenti ampliatione, Benedict.de Barz.d.par.1.q.2.ibi, ſed tamen, fol.341.* quem refert, & ſequitur Galleſ. *d.cap.de liquidatione,nu.6.in fine, fol.361.* &

* quod hæc opinio ſit communis * teſtatur Iaſ. *in d.l.ſub n. 31.ibi, ego etiam, & nu.32.in vltimis verbis, verſ.tenendo communem,ff.de eden.* & de communi etiam teſtatur in ad. Bar. Pariſ. quem citat Moder. *tract.de proceſſ.execut. part.3.cap.1.nu.32.in fine.*

26 Confirmatur hęc declaratio ex ſtylo, quia citamus aliquem, vti heredem, ad ſoluendum, &c. & illo opponente nihil fieri, niſi legitimatis perſonis nos legitimamus perſonas, & deinde procedimus ad vlteriora in petitione executionis, facta ante legitimatione perſonarum, quæ legitimatio eſt liquidatio inſtrumenti, quare Bened. de Barz. *d.q.2.in fine, verſ.venio ad quintum, tom.6.par.2.fol. 341.* & Mod. *tract.de proceſſ.execu.par.4.c.1.ſub nu.118.* ſcribunt, quod reus poteſt opponere exceptionem inſtrumenti non liquidi, ſicque præſupponunt petitionem executionis ante liquidationem, & tamen nullum dicunt verbum, quod debeat poſtea, facta liquidatione, renouari petitio.

Contra iſtam declarationem, quod imò executio peti

non

poſſeſſ. & quod hæres debeat probare ſe veeè hæredem, ſcribit *Bal.conſ.141. præmiſſis, verſ.tertio eſt præmittendũ n.3.lib.1.* loquens de ſtatuto Mediolani, & tu habes ſtat. Vrbis *lib.1.c.147.* & probando ſe hæredem, probat ſe dominum, quia hæres dicitur ab herus, qui eſt dominus, *Paul.de Caſtr.in l.29 gallus §. etiam n.4. ff.de lib.& poſth. & Contar.in d.lim.2.§.1.ſub n.3.verſ.finge.*

Ratio ergo huius exemplificationis erit triplex.

Prima, quia in eiuſmodi poſſeſſorio concurrit neceſſario mixtura dominij, *vt dixi.*

Secunda eſt ratio, quia dum agit, vt declaretur hæres, agit inſtar eius, qui agit petitione hæreditatis, vt deducit Contar. *in d.lim.2.§.2.ſub num.3.ibi, quia agens & n.4.* ſed in petitione hæreditatis datur appellatio, *vt ſcripſi ſupra n.76.* Ergo datur etiam in caſu huius ſtatuti.

115 Tertia, qui hæc poſſeſſio, quæ ex diſpoſitione ſtatuti continuatur in hæredem, eſt ficta, impropria, & ciuiliſſima, vt aduertit Contar. *in d.l.vnica, limit.2.§.ſub num.14. 16.& 17.in fine.* Ergo, cum ſit ficta, & impropria, non debet comprehendi in lege, quæ prohibet appellationem in cauſſis poſſeſſorijs, *Contar.d.§.2.num.13.in fin.14.15.& 21.in fine.*

Contra hanc exemplificationem obſcuris allegationibus loquitur Tiraq. *tract.de mort.ſaiſit.leuiſ.par.6. declar. 6.n.1.fol.118.*

Reiecta exemplificatione.

116 Nota obiter pro maiori intelligentia huius exemplificationis, quod de iure communi poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem, *Tiraq.tract.le morte ſaiſit leuiſ.in præfat.declar.3.n.2.& 3.fol.65.Gabr.& Io.Bapt.Pont.quos retuli, et ſequutus ſum lib.præced.c.9.n.1239.* etiã ſi is, qui eſt hæres, eſſet filius, *Aret.in §.ſui autem. Inſtit.de hæred.qual. et differ.et latè Tiraq.d.declar.3.n.5. et ſeqq.et n.10.et dixi d.n.1239.* quia exiſtentia ſui hæredis facit quem ſuum hæredem, ſed non poſſeſſorem, *Bald.in l.ſub n.2.verſ.item ex hoc C.de edict.diu.Adr.toll.*

117 Amplia primo hoc notabile, vt procedat etiam ſi hæres adeat hæreditatem, quia per hæreditatis aditionem non dicitur adipiſci poſſeſſionem, rerum hæreditariarum; Natt. quem citaui, & ſequutus ſum *lib.præced.capitul.9.ſub num.1240.*

118 Amplia ſecundo, etiamſi hæres ipſo iure acquireret dominium, quia adhuc poſſeſſio ipſo iure non tranſiret in hæredem, *Maran.in ſuo ſpec.parte 4.diſtinct.7. nu.3.verſ.et præſuppono.*

119 Amplia tertio, vt neque tranſeat poſſeſſio ciuilis, quamuis adita hæreditate, tranſeant in hæredem iura hæreditaria, & poſſeſſio ciuilis conſideretur, vt ius, *Natt. quem citaui, et ſequutus ſum, vbi ſupra.*

120 Infero ex vltima ratione aſſignat pro exemplificatione, quod hæredi antequam apprehendat actualem, & corporalem poſſeſſionem rerum hæreditariarum, non competit remedium recuperandæ poſſeſſionis aduerſus eum, qui poſſeſſionem apprehendit, hæreditate iacente, quia poſſeſſio illa impropria, & ficta continuata in hærede virtute ſtatuti, non comprehenditur in lege, quæ loquitur de propria, & vera poſſeſſione, *Ioſ.Cum.in ritib.Sicil.cap. 40.ampl.4.ſub num.92. fol.256.* & eſſe magis communiter receptam, & ſecundum eam deciſum eſſe in Rota, & durum eſſe in practica obtinere contura eam, oſtendit, refert & ſequitur Contar. *in l.vnica, limitat.2.§.2.numero 17. verſic.vnde nimirum, et verſ.et ſecundum.* Quare debet iſto caſu hæres agere remedio adipiſcendæ, *Contar.d. num.17.*

Contrariam opinionem tenent multi, quos refert ſequitur Menoch. *tract.de recuper. poſſeſſ.remed.1. qu.et 37. num.397.et ſeqq.verſ.contrariam, et tract.de retinen.poſſeſſ. remed.3.n.59.in fine,* hancque opinionem vltimo loco refert Ioſ. Cum. *ſuper ritib. Sicil.capitul.38. ſub numero 373. fol.222.* qui ex hoc poſſet videri parum conſtans, cum apertè loco ſupra proximè citato teneat contrarium.

121 Declara primo eandem illationem, vt non procedat in ſtatuto, & ſtylo, de quibus ſcripſi *infra n.127.*

122 Declara ſecundo, vt non procedat in ſpolio commiſſo contra defunctum, dum viueret, quia hæres poteſt non ſolum in vim prædicti ſtatuti continuantis poſſeſſionem, ſed etiam de iure communi, circumſcripto ſtatuto, agere poſſeſſorio recuperatorio, & interdicto vnde vi ex perſona defuncti ſpoliati contra ſpoliatorem, quia hæc vti remedia in rem ſcripta tranſeunt in hæredem, *Franch. Becc.conſil.75.remedium canonis num.9.et 13.in fin.verſ.ex quibus, et num.14. lib.1.* Sed debet hæres duo probare; primum, ſe eſſe hæredem ſpoliati, *Contar.in l.vnica, limit. 2.§.1.numero 3.verſic.finge C.ſi de mom.poſſeſſ.* ſecundum, quod defunctus fuerit ſpoliatus dum viueret, *Becc.d.conſ. 75.ſub num.14.et 17.et Contar.d.§.1.numero 6.et 7.* alias ſi ſpolium fuiſſet commiſſum poſt mortem, & ante adeptam poſſeſſionem competere ſolum interdictum adipiſcendæ, *Contar.in d.§ 1, num.7.* Et quæ dico de interdicto vnde vi, habent locum etiam in remedio *can. reintegranda 3.quæſt.1.* competit enim hæredi pro ſpolio commiſſo contra defunctum, *Contar.d.§.1.num. 23.et Becc.d.conſil. 75.numero 17.*

123 Reſtringe hanc declarationem, vt non procedat in turbatione commiſſa contra defunctum, dum viueret, quia hæres non poteſt agere interdicto vti poſſideris pro illa turbatione commiſſa contra defunctum. *Ioan. Fab.in §.retinendæ ſub numero 9. verſ.ſed quæritur, verſus finem, Inſtit.de interd.* dicens, quod aliquis non poteſt agere interdicto retinendæ, niſi poſſeſſionem realem habuerit, quamuis prædeceſſor, vel author ſuus habuiſſet, quod poſtea limitat, vt non procedat de ſtylo Curiæ Franciæ in ſuccedentibus vniuerſaliter ratione ſanguininis, *Alex.in l.23.cum hæredes, ſub num.9.verſ.gloſſ. ſuper verbo non permitti, ibi, excepto illo effectu ff.de acquir.poſſ.* dicens, quod hæres dicitur poſſidere quantum ad hunc effectum, vt poſſit agere contra turbantem, *et Menoch. tract.de retin. poſſ.rem.5.q.6.n.56.*

Oppono contra hanc reſtrictionem, quia interdicta ſunt origine perſonalia, in rem tamen ſcripta, *l.1.in fine, ff. de interd.* & dicuntur perſonalia, ſed in rem ſcripta inſtar actionum perſonalium in rem ſcriptarum, quæ ab origine ſunt perſonales, eo quia naſcuntur ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi, ſicut cæteræ perſonales, tamen quia ſemper comitantur poſſeſſorem rei, ſicut actiones reales, iſta ratione dicuntur in rem ſcriptæ, *Iaſ.in §. omnium autem numero 6. & 7. verſ.perſonales, Inſtit de action.* Ergo ſicut interdictum vnde vi, aut aliud recuperatorium tranſit in hæredem, eo quia eſt in rem ſcriptum, vt retuli, & ſequutus ſum num.præcedenti, ita etiam interdictum vti poſſidetis, cum ſit etiam ipſum in rem ſcriptum.

Reſp, differentiam eſſe inter interdictum recuperatorium, & interdictum manutentorium, quia in recuperatorio, poſſeſſio eſt penes reum, & ideo hæres ſpoliati bene poteſt agere recuperatorio, quamuis non ſit adhuc adeptus poſſeſſionem, ſed in manutentorio poſſeſſio debet eſſe penes actorem, ſed nos loquimur, quando hæres nondum adeptus eſt poſſeſſionem, & tamen vult agere ex perſona defuncti, quaſi poſſeſſio defuncti tranſierit in ipſum hæredem, & certe non poteſt, quia poſſeſſio defuncti, non tranſit in hæredem ſine actuali appræhenſione, teſtibus his, quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra n.116.*

Extende primo hanc reſtrictionem, vt, procedat etiam ſi hæres adeptus ſit poſſeſſionem, quia nihilominus, cum alia ſit poſſeſſio defuncti, & alia poſſeſſio hæredis, non competit hæredi interdictum vti poſſidetis pro turbatione poſſeſſionis, commiſſa contra defunctum, *Menoch.*

vbi

Digitized by Google

vbi ſupr. qui videtur clarè loqui in his terminis, dum conſiderat aliam eſſe poſſeſſionem defuncti, & aliam poſſeſſionem hæredis.

Extende ſecundo vt procedat etiam ſtante ſtatuto, quod poſſeſſio defuncti intelligatur continuata in hæredem, & adhæreo fundamento, & rationi illationis poſitæ ſupra *n.* 120.

Quamuis Menoch. *d. tract. de retin poſſ. remed. 3. qu. 6. n. 59. decl. 1.* inhærendo opinioni, quam tenet contra illam illationem, teneat etiam contra extenſionem.

Subreſtringe eandem reſtrictionem, eiuſque extenſiones, vt non procedant de ſtylo Curiæ Franciæ, vide *infra num.* 128.

124 Limita primo eandem exemplificationem poſitam *ſupra n.* 114. vt non procedat in caſu, quos reus conuentus fatetur, quod actor eſt hæres, & perſeuerat in iſta confeſſione, quia talis confeſſio facit notorium, & ideò vndique excludetur ab appellatione, quia prout hoc iudicium reſpicit proprietatem, & ideò potuiſſet appellare, non poteſt propter eius confeſſionem, quæ facit notorium, & prout reſpicit poſſeſſionem, non poteſt, quia in poſſeſſorijs non datur appellatio, *Bal. conſil. 331. ſuper prædicto, lib. 1. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 686. verſ. 20. & n. 746. verſ. vel ſi ageretur.*

Contra hanc limitationem ſcribit, & videtur reſidere Contar. *in l. vaica, lim. 2. §. 2. num. 21. in fine, & num. 22. C. ſi de mom. poſſ.*

Non diſcedo a limitatione, cum petitorium abſorbebat poſſeſſorium.

125 Limita ſecondo, vt non procedat, quando iudex in ſcotentia non declarat, eum eſſe hæredem, ſed declarat ſolum, eſſe poſſeſſorem; nam Bal. citatus ſupra in exemplificatione loquitur, quando quis in ſententia fuit declaratus hæres, & poſſeſſor, quo caſu ait poſſe appellari, ſecus ergo ſi non fuerit declaratus hæres, *Rot. diuerſ. dec. 34. concluſum fuit, ſub n. 22. verſ. accedit etiam, p. 2.*

126 Limita tertio, vt non procedat quando ſtatutum diceret, quod poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem ſcriptum, quia tunc illa poſſeſſio nititur quodammodo remedio legis *fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* & conſequenter denegatur appellatio, ſi credimus Ruginello *tract. de app. §. 2. c. 3. n. 245. verſ. niſi ſtatutum, fol.* 128.

127 Limita quarto, quando ſtatutum diceret, quod cenſeatur continuata vera poſſeſſio ita, vt poſſit hæres vti omni remedio poſſeſſorio & ſpoliatorio, prout diſponit cap. *Regis Ferdinandi, n. 43. fol.* 205. & recenſet Ioſ. Cumia *in rit. Regn. Sicil. c. 38. num. 372. et* 37. quia tunc non poteſt appellari, *Rugin. tract. de appell. 2. 2. c. 3. n. 747. verſ. vel tertio,* & in caſu huius ſtatuti competere hæredi remedium ſpolij ſcribit Cumia *vbi ſupra, & c. 40. ampl. 4. num. 90. & ſeqq. fol* 255.

128 Limita quinto, vt non procedat de ſtylo curiæ Franciæ, quia ibi hæredes ſe dicunt ſaiſitos, & turbari in poſſeſſione, & ratio ſtyli eſt, quia fingitur, transferri veram poſſeſſionem, præſertim, decreta bonorum poſſeſſione, vnde poſſunt agere ad recuperandam poſſeſſionem, & hoc ſeruat Curia Franciæ in ſuccedentibus vniuerſaliter ratione ſanguinis, de quo ſtylo Franciæ teſtantur Io. Fab. *in §. ſumma, num. 2. & in §. retinendæ, ſub num. 9. verſ. ſed quæritur. Inſtitut. de interd. & latius Guid. Pap. deciſ. 552. in materia poſſeſſorij, num. 1. & ſequentibus, & numero 3. verſ. circa primum,* quem referunt, & ſequuntur Rebuff. *tractat. de materia poſſeſſorij, artic. 2. gloſſ. 3. num. 10. & 11. tom. 3. fol. 262. & Menoch. tract. de retinend. poſſ. rem. 3. q. 6. num.* 59.

LIMITATIO VII.

SVMMARIA.

ALIMENTORVM ſententia non admittit appellationem, n. 1

¶ *Extenditur I. etiam ſi ſententia ſit ſuper parte alimentorum, num. 2.*

Extenditur II. in ſingulis caſibus, in quibus alimenta decernuntur ad ſuſtinendam litem, n. 3.

Extenditur III. in ſententia lata ſuper penſione, n. 5.

Extenditur IV. in ſubſidio charitatiuo, n. 6.

Extenditur V. in alimentis præſtandis clerico ſuſpenſo, n. 7.

Extenditur VI. in frumento pro annona ad vſum militum, num. 8.

Extenditur VII. etiam ſi alimenta non expreſsè, ſed virtualiter comprehendantur in cauſſa, n. 9.

Extenditur VIII. in alimentis, quibus aluntur ingenia, n. 10.

Extenditur IX. vt appellatio prohibeatur etiam ab interlocutoria, n. 11.

Ratio cur in alimentis denegetur appellatio, n. 12. & in quib. cauſſis ob eandem rationem denegetur appellatio, n. 13.

¶ *Declaratur I. vt ſententia alimentorum admittat appellationem, quando eſt lata ſuper alimentis præteritis, n. 14. & quæ dicantur alimenta futura, num. 15.*

Declaratur II. vt ſententia alimentorum admittat appellationem, quando alimenta debentur iure actionis, n. 16. & ſeqq. in quibus reijcitur declaratio, & datur diſtinctio.

Declaratur III. vt agens ad conſequenda alimenta poſſit appellare, n. 19. & ſeqq.

Declaratur IV. vt appellatio denegetur ad effectum ſuſpenſiuum, ſecus ad effectum deuolutiuum, n. 27.

1 Limita VII. in ſententia lata fauore alimentorum, qua non dari appellationem ſcribunt Martin. de Fan. relatus a Specul. *infra citato, Bart. & Ang. Aret. in l. fin n. 1. ff. de appell. recip rurſus Bart. in l. 14. mala ſub num. 5 ff. de alim. & cibar. leg. & tract. de alim. n. 47. ibi, quæro an d. ſententia, fol.* 129 vbi prius ait, poſſe appellari, & deinde in contrariam ſententiam allegat Dom. Franc. Tig. de Piſ. Socc. *in reg. 24. appellatio in qualibet cauſſa, fall. 21. Nicell. tract. de concord. gloſ. concord. 6. fall. 6. num. 35. Rebuff. tract. de appell. art. 7. gloſ. 2. num. 19. verſic. octauo, tom. 3. fol. 503. Surd tract. de alim. tit. 8. priuil. 60. n. 5.* & de veriori opinione teſtatur *ſub n.* 8. hæcque limitatio videtur bene probari ex *d. l. fin. ff. de appell. recip.* dum appellationem denegat in his, quæ celeritatem deſiderant, & in Curia Capitolina denegatur ex diſpoſitione ſtatutorum *lib. 1. c. 85. de exec. inſtrumentorum.* Nam illud ſtatutum diſponit de executione alimentorum illud idem, quod diſponit de executionem inſtrumentorum, aliorumque documentorum, ex quibus debeatur aliquid ſub nomine, & occaſione dotis; & loquendo de inſtrumentis, & alijs quibuſcunque documentis dotalibus; diſponit, quod, præmiſſa citatione, ſtatim atque exhibita fuerint mandentur executioni, nullaque contra dicta inſtrumẽta exceptio opponi poſſit præter exceptionem falſitatis, ſolutionis, ſiue ſatisfactionis, quas exceptiones diſponit poſſe admitti, & probari infra decem dies, quibus elapſis, & exceptione non probata, diſponit, inſtrumentum dari executioni realiter & perſonaliter, quæ verba tollunt appellationem, *vt oſtendi limit. ſeq. n.* 4.

Non deſunt, qui tenuerint contrarium, nempè, quod in cauſſa alimentorum poſſit appellari, vt teſtantur Spec. *tit. de appell. §. in quibus, ſub n. 11. verſ ſed nunquid quan ta index lib. 2. fol. 185. & Tiraq. tract. de priuil. piæ cauſſa priu. 153. fol.* 47.

In hoc articulo Doctores varijs vſi ſunt diſtinctionibus, & Vital. *tract. de clauſul. verſ. ſed an iuri alimentorum, ſub num. 10. ibi, ſed quæritur an d. ſententia, tom. 18. fol.* 487.

à ſententia diffinitiua in cauſſa alimentorum, ſed etiam ab interlocutoria, *vt ſcripſi infra ſub n.13. illat.3.*

12 Ratio huius limitationis, eiuſq; extenſionum eſt, quia, ſi res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, *l.fin.ff.de appell.recip.Gl.in c.25.qua fronte, in verbo, decedat, & Abb.n.15.verſ.ſecunda ratio, de appell.*

13 Infero primo ex iſta ratione, quod faber, condemnatus ad recedendum à contrada ſcholarium, non poteſt appellare, quia ſtudium dilationem non patitur, *Rebuff. tract.de priuil.ſchol.6.tom.18.fol.34.& Rugin. tract.de app. §.2.c.3.n.282.*

Amplia hanc illationem, vt procedat contra quemlibet, qui turbaret ſcholarem, ne poſſet ſtudere, quia, ſi is turbator expellatur non poteſt ab expulſione appellare, quamuis ipſe etiam eſſet ſcholaris, *vt ex Bal. retuli, & ſequutus ſum limit.præcedenti, memb.2. n.36.* quia hoc priuilegium conceditur ſcholari ſtudenti, & non ſcholari impedienti ſtudium, & ideò non poteſt dicere, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum.

Infero ſecundo, idem eſſe in cauſſa, Doctoris legentis, quia non admittitur appellatio, *vt ex Albeaſ.conſil.744. n.13.lib.3.refert & ſequitur Rugin.tract.de appell.§.2.c.3. n.283.in fin.& ex Contar.retuli, & ſequutus ſum limit. præced.memb.2.n.36.*

† Idem ſeruatur in cauſſis criminalibus, quando publicè intereſt pœnas accelerari, & delinquentes ſtatim puniri, *l.conſtitutiones, ff.de appell.Cart.de exequut. ſent.cap.baa.*

Infero tertio, minus poſſe appellari ab interlocutoria, quia quando appellatio prohibetur propter celeritatem, ita intelligitur prohibita ab interlocutoria, ſicut à diffinitiua, vt loquendo de interlocutoria in cauſſa poſſeſſoria, retuli, & ſequutus ſum *limit.præced.memb 7. n.37. ſubreſtr. 1.* quia ratio prohibitionis ita militat in diffinitiua, ſicut in interlocutoria, & ideò æqualiter in vtraque intelligitur prohibita, vt in alijs terminis retuli & ſequutus ſum *d. memb.7.n.33.* & conſequenter, qui res celeritatem deſiderat appellatio intelligitur prohibita potius in cauſſa, quã à ſententia, & quando appellatio eſt prohibita in cauſſa, ita intelligitur prohibita à ſententia diffinitiua, ſicut ab interlocutoria, *vt retuli, & ſequutus ſum d.memb.7. ſub n. 35.verſ.tamen.*

Reliquas illationes omitto, quia longum eſſet recenſere omnes caſus, quia celeritatem deſiderant.

14 Declara primo reſtringendo eandem ſeptimam limitationem, vt procedat ſolum quoad alimenta futura, in quibus prohibetur appellatio ſuſpenſiua, non autem deuolutiua, *Caputaq.deciſ.39. appellatio ſuper alimentis, par. 1.& deciſ.145. ſeu 32. ſententia lata ſuper alimentis, par.3. Lancell.tractat.de attent.par.2. cap.12. de attent.& innoa. appell.pend.limit.24.princip.num.7.to.5. fol.372.et Contar. in l.vnica, limitat.3.ſub nu.54.& ſeqq. verſic.ad hæc, C.ſi de mom.poſſ.*

Secus quoad alimenta præterita, quia à ſententia ſuper eis lata poteſt appellari, *Rot.diuerſ.deciſ.764. dominium præſuppoſito, ſub num.3.verſ.& licet, & num.4. par.1. Lancell.d.lim.24.ſub num.8.fol.372.Surd.tract.de aliment tit.8 priuil.60.ſub num.14.verſ.intellige, & n.15.& 16.* qui alios citat, & vltra eos adde Guid.de Suz.quem refert Io.Andr. *in addit.ad Spec.tit.de appell.§.in quibus, ſub n.11.verſic.ſed nunquid in verbo, aliorum,* hanc eadem declarationem, teſtando de communi * opinione, recenſet Contar. ſupra citatus.

Confirmatur hæc declaratio tum ex his, quę ſcripſi *lib. præced.c.5.n.49.* vbi ex ſententia Iaſonis, & aliorum ſcripſi, quod in alimentis præteritis ceſſat ratio pietatis, & conſequenter ceſſant priuilegia, quæ conceduntur ſolum pro alimentis præſentibus, & futuris, tum ex his, quæ ſcripſi *infra limit.17.n.2.*

15 Subdeclara iſtam declarationem, vt alimenta futura dicantur non ſolum ea, quæ currunt poſt latam ſententiã ſed etiam ea, quæ currebant ante ſententiam à die motæ litis, *Rot.diuerſ.d.deciſ.764. num.5. Caputaq. deciſ.24. alimenta, par.1. Lancell.d.limit.24.num.8.fol.372.Surd.d.priuil.60.n.15.in fine, & num.16.& Rugin.tract.de appell. §.2. c.3.n.273.*

16 Declara ſecundo reſtringendo, vt procedat quando alimenta petuntur officio iudicis, quia tunc non datur appellatio; ſecus quando alimenta petuntur iure actionis, quia tunc datur appellatio, *Specul. tit.de appellat.§.in quibus, n.11.verſic.ſed nunquid quando, lib.2. fol.185. Bar. & Ang.Aret.in l.fin.n.1.ibi pro hoc facit, ff.de appell.recip. Vitall.tract.clauſ.in verbo, an iuri alimentorum, ſub n.10.ibi, ſed quæritur, to.18.fol.487 col.3.circa medium, Contar.in l. vnica, in ampl.n.141.C.ſi de mom.poſſ. Lancell. tract. de attent.par.3.c.28.ſub n.65.& ſeqq.fol.447. Oſaſch. deciſ.25. mortuo inteſtato, n.20.Cordub.in l.ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, n.28.ff.de liber.agnoſ.& Surd.tract. de alim. titul.8. priuil.60.ſub n.21.verſ.3.& n.22.& Gal.de Can.quem citat Bar.Vital.ſupra allegati.* Et cum hac declaratione videtur tranſire Rot.*diuerſ.deciſ 764.domini, n.1. p.1.*

17 Verum ego, reiecta hac declaratione de alimentis petitis officio iudicis, & de petitis iure actionis, diſtinguerẽ duos caſus principales; Primus caſus eſt in alimentis præteritis; & in iſto dico dari appellationem indiſtinctè, *vt ſcripſi ſub num. 14. verſ. ſecus.* Secundus caſus eſt in alimentis futuris; & in iſto ſubdiſtinguo: Aut enim adeſt inopia petentis alimenta; & concludo generaliter non dari appellationem, ſiue alimenta petantur officio iudicis, ſiue iure actionis, quia tunc inopia excludit dilationem: Aut non adeſt inopia; & concludo, dari appellationem, ſiue petantur officio iudicis, ſiue petantur iure actionis: & hanc diſtinctionem videntur ſentire Ioan. Audr. *in addit.ad Spec.tit.de appell.§.in quibus, ſub num. 11.in verbo, aliorum, lib.2.f.185.* dum recenſendo plura, refert ex Guid. de Suz. quod poteſt appellari in alimentis præteritis, ſecus in futuris, & deinde ſubdit, quod in iſto ſecundo mẽbro poteſt procedere diſtinctio prędicta, quam ego intelligo eſſe eam, an alimenta petantur officio iudicis, vel iurę actionis; demum ſcribit, poſſe appellari, quando is, pro quo lata eſt ſentẽtia aliunde ſe alere poteſt, alias, inquit, æquum eſt, quod appellans interim illi præbeat alimenta, & ex Io.And.retulerunt, & ſequuntur Alex. *in addit.ad Bar. vbi ſupra, & Bal.Nouell.tract.de dot.par.9.priuil.7.ſub n.2. tom.2. fol.252.* Quare licet alimenta petantur iure actionis, vt puta, quia ſunt legata, tamen, ſi ſint legata alicui inopi, iſque ea petat, non dabitur appellatio, *Bald.Nouel. vbi ſupra;* Et hoc eſt, quod ſub obſcura, & non omnino vera diſtinctione ſentiunt Bar.& Rot. *diuerſ. citati n.præcedenti, & Surd.d.priuil 60.num.22.verſus finem,* dum ſcribunt, in alimentis, quæ petuntur officio iudicis propter inopiam, non dari appellationem, ſecus in alimentis, quæ petuntur iure actionis, quia non petuntur propter inopiam: nam hæc diſtinctio decipitur in eo, quod ſentit, alimenta, quæ petuntur iure actionis, non peti propter inopiam, quod non eſt abſolutè verum, quia, *vt ex Bald. Nouel.dixi ſupra,* etiam alimẽta debita iure actionis poſſunt deberi inopi; Proceſſit autem hæc deceptio ex eo, quod petitio alimentorum ex officio iudicis non habet locum, niſi in alimentis futuris, non autem in alimentis præteritis; vnde ſi filius, qui debebat ali à patre, ſe aliunde aluerit, non poteſt illa alimenta repetere à patre, quia ſibi debebantur officio iudicis, *Bart.in l.18. libertis quos, n. 3.verſic.hæc lex, ff.de alim.& cib.ar.leg.apertius. Alexan.in l.8.de alimentis, C.de tranſact.& Surd.tractat de alim.tit.9. quæſt.4.num.7.* ſecus eſt in alimentis, quæ debentur iure actionis, quia illa quamuis præterita ſint, vt puta, quia is cui alimenta ex teſtamento debebantur, aliunde ſe aluerit, tamen repeti poſſunt, *Alexand.vbi ſupra.* ſicque

eum alimenta, quæ petuntur officio iudicis ſint alimenta futura, quæ debentur ei, qui aliunde ſe alere non poteſt; & alimenta præterita ſint ea, quæ poſſunt peti iure actionis, & reſpectu alimentorum præteritorum non conſideretur inopia, Doctores formarunt hoc membrum dictionis, quod alimenta, quæ petuntur iure actionis, non petuntur propter inopiam, quaſi iure actionis non petantur niſi alimenta præterita, quod vt dixi, non eſt verum, quia etiam alimenta futura poſſunt peti iure actionis, & deberi, vt dixi, pauperi inopi; ſicque Bar. & cæteri bene ſentiunt, ſed malè explicant.

Confirmatur hæc diſtinctio ex his, quæ ſcribit Surd. quem retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. cap. 5. nu. 51.* dum firmat, quod ita poteſt procedi tempore feriato in cauſſa alimentorum, quæ debentur officio iudicis, ſicut in cauſſa alimentorum, quæ debentur iure actionis, dummodo debeantur pauperi, quia, vt inquit, priuilegium alimentorum non conſiſtit in modo, quo debentur, ſed in paupertate eius, cui debentur.

18 Et ex his confutatur doctrina Gulielmi de Cum. quam refert & ſequitur Contar. *in l. vnica, in ampliat. num. 141. C. ſi de momen. poſſ.* dicens, quod ſi alimenta petantur officio iudicis, non poteſt appellari, quia, inquit, iudicium eſt poſſeſſorium; nam ex ſola quaſi poſſeſſione filiationis debentur alimenta, & ita non poteſt appellari: ſecus, inquit, ſi petatur iure actionis, quia tunc iudicium eſt petitorium, & ideò poteſt appellari.

19 Declara tertio reſtringendo, vt non procedat quando ſententia eſt lata contra eum, qui petit alimenta, quia is poteſt appellare à ſententia negatiua, *Ang. in l. fin. ſub nu. 1. ff. de appellat. recip. quem referunt, & ſequuntur Contar. in l. vnica, limit. 17. n. 19. C. ſi de moment. poſſ. Surd. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 60. num. 24. in fin. verſ. poſtremo, & nu. 25. & ſeq. ſignanter, numer. 32. in fine, & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 68.*

20 Confirmatur primo hæc declaratio, quia poteſt appellari à pronunciatione, qua eſt dictum annonam non eſſe diſtribuendam in vſum militum, *Ang. in d. l. fin. ſub n. 1. quem referunt et ſequuntur Contar. vbi ſupra, & Luginel. d. c. 3. n. 70.* & tamen non poſſet appellari, ſi pronuntiatio eſſet affirmatiua de diſtribuenda annona militibus, vide ſupra *n. 8. extenſ. 6.*

21 Confirmatur ſecundo, quia & ſi non detur appellatio à ſententia lata ſuper dote ad fauorem mulieris, tamen ſi feratur contra mulierem poteſt mulier appellare, *vt retuli, & ſequutus ſum lim. ſeq. n. 7.*

22 Confirmatio tertio, quia à decreto ad fauorem hæredis de immittendo ipſum in poſſeſſionem non datur appellatio, *per ea, quæ ſcripſi limit. præced. memb. 4. num. 6.* & tamen à decreto lato contra hæredem de non immittendo poteſt hæres appellare, *vt dixi ſupra eod. membr. 4. nu. 38. reſtr. 3.*

23 Contra iſtam declarationem facit vulgata lex naturalis: quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem iure ipſe vti debet, *ff. quod quiſque iur. Contar. in l. vnica, in qq. Ægid. quæſt. 4. n. 3. C. ſi de mom. poſſeſſ.* & actori non debet licere, quod reo denegatur, *c. 32. non licet actori. de reg. iur. in 6. & l. 42. non debet, ff. eodem.* Quare ſi non licet appellare in cauſſa conuentionis, eo quia cauſſa ſit commiſſa, appellatione remota, neque licebit in cauſſa reconuentionis, *c. 2. & ibi Gloſ. & Abb. de mut. petit. Franch. in cap. 53. paſtoralis, ſub num. 7. verſ. decimo operatur de appellatio. Contar. in d. l. vnica, limit. 17 n. 5. & 6.*

24 Confirmatur primo hæc contraria opinio, quia ſi quis impetret reſcriptum, per quod remoueatur appellatio intelligitur remoueri etiam quoad impetrantem, *d. cap. 2. Felyn. in rubr. de reſcript. n. 2. Contar. in dict. l. vnica, limit. 17. n. 9. C. ſi de mom. poſſ.*

25 Confirmatur ſecundo, quia, prohibita appellatione in vno ex correlatiuis, cenſetur prohibita etiam in altero, Magon. *deciſ. Luceuſ. 58. in cauſſa Vincentii, num. 6. & deciſ. 62. ſtat. ſtatutum, nu. 8. & Luginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 30.*

26 Non diſcedo à declaratione, quia quando appellat actor à ſententia negatiua appellatio habet ſolum effectum deuolutiuum, ad effectum poteſt appellare etiam reus à ſententia affirmatiua.

27 Declara quarto, vt appellatio in cauſſa alimentorum poſſit denegari ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum, & ſic non datur appellatio, quia non retardatur exequutio, ſecus quoad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectũ datur appellatio, *Contar. in l. vnica, limit. 3. n. 54. & 57. C. ſi de mom. poſſ. tract. de alimen. tit. 8. priuil. 60. ſub nu. 16. verſ. ſecundo, & n. 19. Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de atten. & innou. appell. penden. limit. 24. num. 6. & 7. fol. 372.* & dixi ſupra *lib. 1. cap. 97. ſub nu. 52.* & ita ſeruari in Regno Franciæ ſcribit Rebuff. *tract. de appell. art. 7. gloſ. 2. numer. 19. & 20. tom. 3. fol. 504.* Quare in alimentis futuris, in quibus denegatur appellatio, non denegatur, niſi quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed quoad effectum deuolutiuum conceditur, *vt ex Caputaq. & retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 14. declar. 1.*

Ratio huius declarationis eſt, quia quando appellatio eſt prohibita ad finem, vt celeriter deueniatur ad executionem, extra illum finem ceſſat prohibitio, quaſi mandetur executio, ſed non prohibeatur appellatio, vide ſupra *limit. 1. princ. ſub n. 14. verſic. confirmatur.*

LIMITATIO VIII.

SVMMARIA.

PIÆ cauſſæ ſententia non admittit appellationem, num. 1.

Extenditur quando quis condemnatur ad reddendas rationes loci pii, n. 2.

Infertur primo, non appellari in cauſſa dotis, n. 3. & ſeqq. in quibus extenditur, & reſtringitur.

Infertur ſecundo, non appellari à ſententia lata in cauſſa mercedis, n. 8. & ſeqq.

Infertur tertio, non appellari à ſententia, quia quis datur tutor, ſeu curator, n. 11. Contrarium, n. 12.

1 LImita VIII. in ſententia lata in cauſſis pijs, quia ab ea non datur appellatio, *Alex. in addit. ad Bart. in l. 14. mela, in verbo appellatio, ff. de alim. & cib. leg.* dum vltimo loco refert, non appellari, & Nicell. *tract. de concord. gloſs. concor. fall. 9. n. 39. tom. 18. fol. 192.* dicens, quod cauſſa pia concernit hæc tria; primum, circa alimenta; ſecundum circa animam; tertium circa miſerabiles perſonas; quorum omnium, inquit, ratio finalis non eſt diſſimilis, ideo, arguendo à ſimili, poſſet idem dici.

Ratio huius limitationis poteſt eſſe, quia, quod eſt pium, eſt celeriter executioni mandandum, ſed quod requirit celerem executionem, non recipit appellationem, *l. fin. ff. de appell. recip. vel non.* Ergo.

Contrariam opinionem nempè quod etiam in cauſſis pijs poſſit appellari, tenet Franch. *in rubr. ſub n. 2. verſ. tertio præmitte, de appell. in 6.* & ita videtur reſidere Tiraq. *tract. de priuil. cauſ. pia, priuil. 153.* licet definat ſub verbo, Cogita. vide F. *in ampl. n. 10.*

Retenta limitatione

2 Extende eam, vt ſicut non appellatur à ſententia lata in cauſſa pia, ita etiam & multo minus appelletur à ſententia, qua quis condemnatur ad reddendas rationes alicuius loci pij, vide *infra limit. 29. n. 1.*

3 Infero primo, confirmando hanc limitationem, quod in cauſſa dotis, quæ dicitur pia, denegatur appellatio, *Bal. Nouell. tract. de dot. par. 9. priuil. 7. num. 1. tom. 9. f. 242.*

Afflict.

Afflict.deciſ.261.eſt ritus,ſub numer.1.verſ.quæ autem, & Oſaſch.deciſ.25.mortuo inteſtato,numer.20. & ſcripſi ſupra lib.1.c.97.ſub num.25.ibi exemplifica ſecundo.

4 Extende primo hanc illationem,vt hic in Vrbe procedat etiam ex diſpoſitione ſtatut.Vrbis lib.1.cap.85.dum illud ſtatutum mandat,quod inſtrumēta dotalia, & quæcunque alia documenta, ex quibus aliquid debeatur ſub nomine,& occaſione dotis,ſtatim, atq; exhibita fuerint, citato debitore mandentur executioni, & nulla poſſit opponi exceptio præter quaſdam,ibi enumeratas, & illis oppoſitis,& non probatis infra decem dies, diſponit,dicta inſtrumenta mandari realiter, & perſonaliter executioni: Vnde in hoc ſtatuto pondero tria; primum,quod loquitur de quibuſcunque documentis, & ſic etiam ſi nō adſit inſtrumentum; ſecundum,quod pondero, ſunt illa verba,quod ſtatim mandētur executioni, nam illa dictio (*ſtatim*) tollit appellationem, vt retuli, & ſequutus ſum *quæſt.præced.lim.1.numer.59.*& ſimiliter illa verba,quod mandentur executioni,tollunt appellationem, *vt retuli, & ſequutus ſum ead.q.præcedenti,lim.1.num.29.*Tertium, quod pondero, ſunt illa verba, quod nulla poſſit opponi exceptio, quæ verba ſimiliter indicant prohibitionem appellationis, *vt retuli,& ſequutus ſum ead.q.præced.lim.1.num.38.*

Immo hoc ſtatutum diſponit non ſolum contra principales debitores, ſed etiam contra tertios poſſeſſores, etiam non habētes cauſſam ab eis, dummodo probetur, quod illæ res obligatę poſſiderentur à debitore tempore obligationis.

5 Extende ſecundo, vt habeat locum in fructibus dotis, quos eſſe ſoluendos, non obſtante reclamatione, fuit determinatum in Conſ.Neapol. *vt refert Afflict.deciſ.93.ſi fuit actum,quem refert,& ſequitur Lancell.tract.de attent. par.2.cap.12.limit.24.princip.in fin.num. decimo,ſol.372.* quia inter dotem,& eius fructus nulla eſt differentia,cum ſicut dos datur, vt ex ea alatur vxor, & ſuſtineātur onera matrimonij; ita etiam debentur dotis fructus pro alimētis, & pro ſuſtinendis oneribus matrimonialibus, & in dote non dari appellationem ſcripſi *num.præced.*& in alimentis ſcripſi limit.præcedenti; qui fructus debētur marito à die moræ, & hoc non habet difficultatem per ea, quæ allegat Vrſill. *in annot. ad Afflict.deciſ.284.an ſoluto, num.1.& ſeqq.*Et in Vrbe eſt ſtatutum, quod pro quolibet centenario, & anno taxentur ad rationem ſeptem cū dimidio poſt moram non ſolutæ dotis,marito promiſſæ, *vt in ſtat.c.137.lib.1.* & in Ciuitate Neapol. ad rationem duorum tarenorum pro qualibet vncia, *Afflict.deciſ.93. ſi fuit actum.*

Sed nunquid hæres mariti poſſit petere fructus dotis, quos omiſit petere maritus, ſunt opiniones; nam quod non poſſit,vide Gomeſ. *in §.actiones autem,num.6 in fin. Inſtit.de action.fol.44.*Contrarium, quod poſſit, vide Vrſil.ad Afflict.*d.deciſ.284. num.5.* Et quando non debeantur marito, eo quia cenſeantur ab eo remiſſi, & donati, vide Iaſ.*in l.34.quæ dotis,num.19.& ſeqq. ff.ſolut.matrim.* Ego enim nihil determino.

Subextende hanc extenſionem, vt habeat locum etiam in fructibus,ſoluendis viduę,ſoluto matrimonio,caſu,quo heredes mariti ad eos condemnari poſſent donec dotem non reſtituerent, quia etiam illi fructus haberent naturam alimentorum,in quibus an & quando poſſit admitti appellatio dixi,*ſupra in plurib. numer. & præſertim limit. præced.*

Sed an, & quando de iure communi debeantur viduæ fructus dotis,vide Lup.*tract.de vſur.§.4.ſub nu 22.& 23. tom.7.fol.119.Afflict.deciſ.284.an ſoluto, num.1. & ſeqq.* & Vrſil.*in annot.ad eum,nu.6.& ſeqq.* & Crauet.*conſ.189. quando fœmina, ſub nu.7.*

Hæc difficultas ceſſat hic in Vrbe, quia poſt iudicialē interpellationem per viduam factam, debentur ex tunc ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario, vt in Vrbis ſtat.*lib.1.cap.137.* Ceſſat pariter in Ciuitate Neap. quia ex conſuetudine debentur ad rationem ſeptem pro centenario, *Afflict.d.deciſ.284.in princip.* Sed quod hoc ſtatutum Vrbis,& conſuetudo Neapol.non valeant, vide Roch.Curt.*in c.fin.11.poſt præfat.num.19.de conſuet. inter tract.diuerſ.tom.2.fol.349.*

6 Extende tertio, vt appellatio denegetur non ſolum in cauſſa dotis, *vt dixi ſupra num.3.*ſed etiam in cauſſa, quæ deſcendit à dote præterita, vel futura; concurrente paupertate mulieris; quare ſi dos reparatur à vidua, vt poſſit ſe maritare, vel inde ſe alere, vel petatur à puella, vt inde poſſit nubere & feratur ſententia ad fauorem mulieris, non poterit aduerſarius appellare ſuſpenſiuè, ſed deuolutiuè tantum,*Bal.Nouel.tract.de dot.par.9.priuil.7. num.3.tom.9.fol.141.*

7 Reſtringe eandem illationem,vt non procedat in ſententia lata contra mulierem,quia ipſa poteſt appellare, *Surd.tr.de alim.tit.8.priuil.60.ſub n.25.& Bald.Nouel.tr. de dot.part.9.priuil.7.verſus finem,ſub nu.3.tom.9.fol.242.* Quod clarè ſentit etiam *num.1.*dum ait non poſſe appellari à ſententia lata in fauorem mulieris.

8 Infero ſecundo,confirmando eandem limitationem, quod ſententia, lata in fauorem petentis mercedem, eſt inappellabilis,ſi is ſit pauper non in genere,ſed eo reſpectu,vt eo non habeat vnde ſe alat,*Rot.diuerſ.deciſ.764.domini cum præſuppoſito,in princip.& num.3.par.1.* quem refert,& ſequitur Ruginel.*tract.de appell.§.2.cap.3.nu.280.* Et hæc illatio caret difficultate,quia, præſuppoſita tanta paupertate, merces habet rationem alimentorum futurorum, cum ex illa mercede habeat ſe alere.

Confirmatur hæc illatio ex his, quæ ſcripſi *libr.præcedenti,capit.5.numer.71. verſic.ſeptimus,* vbi dixi, quod in cauſſa ſalarij debiti famulo pauperi poteſt procedi tempore feriato in honorem Dei, ex quo illud ſalarium ſuccedit in locum alimentorum, quorum cauſſa dicitur pia.

9 Amplia hanc illationem,vt procedat etiamſi non conſtet de paupertate famuli, ſeu operarij petentis mercedem,quia adhuc denegabitur appellatio. Et ratio eſt duplex. Prima, quia ſcriptum eſt in Iure diuino: *non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque ad mane,Rebuff.tr. de ſentent.proviſ.artic.3.gloſſ.7. numer.1.tom.1.fol.289.*& alia loca eiuſdem ſacræ ſcripturæ, vide *lib.præced. cap.5. num.63.* & ob mercedem Neptuni, & Apollini retentam in conſtructione murorum Troiæ ſucceſſit illius demolitio,*vt retuli,d.cap.5.num.63.*Vnde forſan euenit, quod & ij,qui procuratoribus,& Aduocatis patrocinij mercedē, ſeu verius,honorarium non ſoluunt,quandoque ſuccumbant in cauſſa, aut illius finem, conſumpto iam cauſſæ valore,vix tertij hæredes videant. Secunda ratio eſt,quia operarij paupertas, vti qualitas naturalis, præſumitur *Beninc.tractat.de pauper, & eius priuil.quæſt.6.numero 1. tom.18.fol.164.*nam diuitiæ inferunt mutationem, quæ non præſumitur,niſi probetur, *Maſcard. tract.de probat. concluſ.1154.numer.1.& ſeqq.libr.3.* ſed quilibet naſcitur pauper,& nudus, *Infantem nudum cum te natura creauit,* teſte Catone, & maximè præſumitur paupertas in famulis,& operarijs, qui vt plurimum ex ſudore vultus viuūt: Quare ex Regijs conſtitutionibus Franciæ executio ſētentiæ, qua quis condemnatur ad ſoluendum ſalarium famulis,ſeu operarijs,fit non obſtante appellatione,nulla habita conſideratione, an mercede indigeant ad ſe alendum,vel non indigeant. *Rebuff dict.artic.3.gloſſ.7.num.1. & 2.* Et Signatura iuſtitiæ hic in Curia, quando agitur de mercede promiſſa, vel de mercede inter eum, qui eſt ſolitus locare operas ſuas, & eum, qui eſt ſolitus conducere,non ſolet reſcribere in commiſſione appellationis,

niſi

Digitized by Google

niſi cum clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) aut (*ſine retardatione executionis*) præſertim quando ſententia eſt lata in tribunali Reuerendiſſimi Domini Gubernatoris Vrbis, *Marcheſ.tract.de commiſ.p.1.in commiſſ.appel.in cauſ.merced.capitulo decimo nono,num.22.& 23.fol.316.impreſſ.*

30 Quod † ſi agatur de mercedibus non conuentis, neque inter ſolitos locare, & conducere, Signatura ſolet reſcribere, & committere cauſſam cum clauſula (*ſi quid exequendum*) *Marcheſ.d.c.19.n.24.* Et vbi agatur de mercede non conuenta, ſed inter ſolitos locare, & conducere, & Signatura ſentiat, iudicem à quo exceſſiſſe in taxatione mercedis, ſolet in aliqua parte dare executionẽ, & in alia appellationi ſimpliciter deferre, aut aliter ſuo arbitrio ſub diuerſis temperamentis reſcribere, *Marcheſ.d.cap.19.n.25.* Et cum hac ampliatione, nulla habita ratione, an petens mercedem ſit pauper, videtur tranſire Magon.*in Floren.deciſ.12.dominus,n.11.*

31 Infero tertio, quod à ſententia, qua quis datur tutor, ſeu curator, non appellat, *l.1.§.ſi quis, ff.quan. appell.ſit, Rebuff.tract.de ſenten.prouiſ.artic.3.gloſ.2.n.1.tom.1.f.276.& tract.de appel. artic.7.gloſ.2.n.18. verſ.ſeptimo.tom.3.f.503.& Ruginel.tract.de appell.§.2.c.3.n.246.* nam qui dare tutorem, ſeu curatorem eſt actus pius, ideò poteſt dari etiam tempore feriato in honorem Dei, *vt ſcripſi lib. præcedenti,c.5.n.102.& 163.*

32 Hæc illatio non eſt vera, quia text. *in d.§.ſi quis.* non prohibet appellationem, ſed ait, quod non oportet appellare, eo quia debet is prius intra tempora præſtituta allegare excuſationem, quæ ſi fuerit repulſa, tunc, inquit, appellabit, quia antea fruſtra appellaret, & pendente appellatione, interim pupillo dabitur curator, *Rebuff.d.art.3.gloſ.2.ſub n.1.*

In cauſſis decimarum an, & quando liceat appellare, vide *infra limit.18.*

LIMITATIO IX.

SVMMARIA.

Executiua excludunt appellationem, num.1.& ſeqq.in quibus multipliciter comprobatur hæc limitatio.

¶ *Ampliatur I. hæc limitatio, vt ſi agatur in foro, vbi ſtatutum concedat paratam executionem inſtrumentis, denegetur appellatio, etiam ſi inſtrumentum ſit celebratum in loco, vbi non extet eiuſmodi ſtatutum n.9.*

Ampliatur II.vt procedat in obligationibus, quibus in ducatu Mediolanenſi partes paciſcuntur, vt debitor poſſit conueniri coram executoribus in forma Cameræ, &c.n.10.

Ampliatur III. vt appellatio denegetur non ſolum obligato in inſtrumento, ſed etiam ratificanti, ſed hæc ampliatio explicatur diſtinguendo duos caſus, n.11.& ſeqq.

Ampliatur IV. vt habeat locum etiam ſi inſtrumentum, ſeu obligatio Cameralis non eſſent liquida, quia adhuc daretur executio parata, nu.24.& ſeqq.in quibus declaratur multipliciter.

Ampliatur V. vt non poſſit appellari ab interlocutoria, numer.43.

¶ *Sublimitatur I. eadem limitatio, vt non procedat, quando fuit actum via ordinaria, quia tunc datur appellatio, n.44.— Ampliatur hæc ſublimitatio, vt actor non poſſit relinquere viam ordinariam, & agere via executiua, n.45.— Et quid ſi actor vellet reficere expenſas, n.46.— Et quid ſi reus fuerit contumax. n.47.— Et quid ſi actor proteſtatus eſſet, quod ſibi reſeruabat viam agendi executiuè, nu.48.— Et quid ſi in inſtrumento extaret pactum, quod creditori liceret variare, n.49.*

Sublimitatur II.vt non procedat in creditore agente, quia is teſt appellare à denegata executione, n.50.

Sublimitatur III. vt non procedat quoad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectum datur appellatio, numer.51.— Extenditur primo hæc ſublimitatio etiamſi obligatus renunciaſſet appellationi, n.56.— Extenditur ſecundo in Regno Franciæ, num.57.— Extenditur tertio, vt actor à reuocatione executionis poſſit appellare non ſolum deuolutiuè, ſed etiam ſuſpenſiuè, n.58.— Subextenditur, vt etiam reus poſſit appellare ſuſpenſiuè, ſi in prima inſtantia fuerit abſolutus, & deinde in ſecunda condemnatus, & ampliatur ibid.— Extenditur quarto etiam ſi cauſſa appellationis à ſentẽtia Auditoris Cameræ fuerit commiſſa, quia, non facta mentione de obligatione Camerali, commiſſio operatur ſolum effectum ſuſpenſiuum, n.59.

Sublimitatur IV.vt non habeat locum in mandato de extendendo obligationem Cameralem ſecundum dicta teſtium, num.60.

Sublimitatur V.quando reus opponit exceptionem admiſſibilem, & iudex non admittit, quia à non admiſſione poteſt appellari, n.61.

Sublimitatur VI. quando in appellatione exprimitur iuſta cauſſa appellandi n.62.

Sublimitatur VII.quando inſtrumentum ſeu obligatio Cameralis veniret probanda per teſtes, num.63.& ſeqq. in quibus dantur declarationes, & exempla declarationum, vſque ad finem.

1 LImita IX. vt non procedat in executiuis, quia in eis non appellatur. *Nicell.tract.de concord.gloſ.concor.6.fall.8.n.37.to.18.f.192.* & non eſt opus ad hanc limitationẽ probandam plura allegare, quia ſatis probatur ex allegatis in ſequẽtibus duabus limitationibus, quę ſunt ſynonymæ, ſeu omnino connexæ cum iſta: & ex dictis hac eadem limitatione, *n.ſeq.*

Comprobatur hæc limitatio multipliciter.

Primo, quia in his, quæ celeritatem deſiderant, & ideo expedienda ſunt ſine dilatione, non admittitur appellatio *l.fin.ff. de appell. recip. Maran.in ſub ſpec. par.6. act.2. princip.in verbo. & quandoque appellatur.limitat.24.num.330.f.507.* & quæ ſint iſta, quæ celeritatem deſiderant, habes *in d.l.fin.* & ponit Spec.*tit.de appell.§.in quibus verſ.octauo.n.10.*

Sed iſta dicuntur executiua. Ergo in executiuis non datur appellatio.

Secundo, quia à ſententia, quæ fecit tranſitum in iudicatum, eo quia non fuerit appellatum vel eo quia ſint tres ſententiæ conformes, non datur appellatio *per ea, quæ ſcripſi ſupra limitat.1.n.1.& 65.& ſeqq.* Sed res iudicata eſt materia executiua. Ergo in executiuis non datur appellatio.

Tertio, quia in cauſſis mercatorum, quando agitur de literis cambij, vel priuatis ſcripturis non admittitur appellatio, ſi credimus Ruginello, *tract.de appellat.§.2.c.3.n.93.cum Soc.Iun.* quem citat *in conſil.138.n.8.lib.3.* non loquatur ſimpliciter, ſed in terminis ſtatuti. Sed eiuſmodi cauſæ ſunt executiuæ. Ergo in executiuis non admittitur appellatio.

Quarto, quia ab obligatione formæ cameræ non datur appellatio, *Veſtr.in prax.lib.7.cap.3.ſub n.17.verſ.amplius.ibi,quam theoricam. Galleſ.ad form. oblig. camer.p.3. rubr. de liquid.in fine.n.20.tom.6.part.2. fol.361.& in rubr. ſeq. reliqua de proceſſ.n.44.fol.363.* & latius & diſtinctius *ſeq.in.qq.proceſſ.inciden.n.7.& ſeqq.fol.364.* dicens, admitti appellationem ſolum ad effectum deuolutiuum, non retardata exequutione. *Lancell.tract.de attent.part.2.c.21.de attent.& innou.appell.pend.limit.53.princip.in fin.num.59.tom.5.fol.384.Teſſ.Foſſan.deciſ.26.inſtrumenta.num.11.fall.5.Marcheſ.tract.de commiſſ.par.2.in commiſſ. appell.c.2.num.27.& 28.fol.33.& cap.5.num.7.& ſeqq.& numer.10.& ſeq.fol.87.& ſeqq.& Ruginel. tract. de appell.§.2.*

cap.3.

cap.3.num.127. & 130. Sed obligatio Cameralis eſt executiua, quia habet executionem paratam, *vt Iaſ. proſequutus ſum ſupra lib.1.cap.62.num.17.q.4.* Ergo in executiuis non datur appellatio.

5 Ratio, quare ab obligatione formæ Cameralis non admittatur appellatio, eſt, quia licet obligatio Cameralis non habeat executionem paratam vigore alicuius ſtatuti, vel conſuetudinis, tamen habet eam, & non admittit appellationem, quia componitur ex materia, quæ de iure communi eſt excluſiua appellationis: Primo enim componitur ex confeſſione iudiciali debitoris, & deinde ex præcepto facto contra ipſum debitorem confeſſum, vt, loquendo de guarantigia, & de praxi Curiæ Romanæ, ſcribit Paul.de Caſtr. *in l.56.poſt rem iudicatam num 3.ff. de re iud.* &, loquendo de obligatione forma Cameræ ſcribunt Galleſ. *in tract.ad form. Camer.oblig.par.1.qu.2.num.11.& ſeqq.tom.6.par.2.fol.351 Veſtr.d.cap.3.ſub num.17.& 18.& Ruginell.d.§.2.cap.3.num.130.* & latius explicaui ſupra *lib.1.cap.62.nu.17.* & qui condemnatur ex propria confeſſione non appellat, *Abb.Gemin.Felyn. & alij, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra limit.4.num.35.* & quia notarius, coram quo debitor in inſtrumento confitetur debitum non habet adminiſtrationem, & ideo poteſt dubitari de viribus confeſſionis, *vt dicit Paul.de Caſtr.vbi ſupra,* & conſequenter magis dubitari poteſt de viribus præcepti, quod faceret, formula Cameralis obligationis obſeruabat, vt hæc omnia fierent coram ipſo Auditore Cameræ, vt patet ex formulis, quas recenſet Galleſ. *dict.p.1.* & ex his, quæ ſcripſi *dict.cap.62.ſub num.17.* Secundo componitur ex ſuſceptione præcepti ad ſoluendum, vt patet ex his, quæ ſcripſi *d.cap.62.ſub num.17.* & apertius ex ipſa cameralis obligationis formula; quæ olim fuit, & eſt etiã hodie in vſu; vnde licet confeſſus poſſet, allegando confeſſionem eſſe erroneam, appellare a præcepto, ſeu ſententia, *Gloſ.Bal.Ant.de But.Card.Alexand.Dec.& Galleſ.* quos citaui, & ſequutus ſum ſupra *limit.4.ſub num.47 verſtr.2.* tamen, ſuſcipiendo præceptum, non poteſt appellare, quia per ſuſceptionem, ſeu acceptationem præcepti dicitur renunciare iuri appellandi, vt ex *Franch.Cardin. Alex. Felyn. & Dec.retuli & ſequutus ſum ſupra limit.2. numer.35.& 37.* quia accipiendo præceptum acquieſcit præcepto, & confeſſus acquieſcens ſententiæ non poteſt amplius appellare, *Ang.Aret. & Card.Alex. quos citaui, & ſequutus ſum dicta limit.4. numer.36.extenſ.6.* Tertio componitur ex ſuſceptione cenſurarum, & mandati exequutiui, vnde ſic obligatus habetur, ac ſi eſſet iudicialiter confeſſus, vel de debito conſtaret per rem iudicatam, *Hier.Gabr.conſil.67.ceſſio. num.8.lib.1. quem poſt Turrett. refert, et ſequitur Ruginell.tract.de appell. §.2. cap.3.num.98.* Quarto componitur ex pacto, & expreſſa renunciatione, qua debitor iureiurando promittit, & renunciat appellationi, & iuri appellandi, quod pactum, & renunciatio tollit appellationem, vt late ſcripſi, & declaraui ſupra *limit.2.num.1.et ſeqq.* & hoc pactum eſt valdè vtile, quia, cum hodie illa praxis conſtituendi procuratores ad confitendum, & accedendi ad Auditorem ad confitendum receſſerit ab aula, & ſolum fictiſſime ſeruetur, quando obligatio Cameralis eſt concepta cum clauſula conſtitutionis procuratorum; quo caſu citatur debitor ad confitendum, confiterique videndum, & actor in termino citationis obtinet, mandari confiteri, & nulla fit cõfeſſio; & quando eſt concepta ſine dicta clauſula, & ideò eſt cõſenſum in mandatum, citatur ad videndum relaxari mandatum; quod ſi non ſit conſenſum in mandatum, citatur ad videndum decerni, & nulla interuenit vera, vel ficta confeſſio, poſſet propterea dubitari non ſolum, an eſſet concedendo executio parata, cum deficiat confeſſio, *vt ex Paul.de Caſtr.retuli ſup.* ſed etiam poſſet dubitari, quod proceſſus eſſet notoriè nullus.

6 Quinto, & vltimo comprobatur, quia à præcepto executiuo, vbi ex vi ſtatuti detur parata executio, denegatur appellatio, *Moder.tract.de proceſſ.execut.p.4.c.2.ſub num.18.et ſeqq.* ſed iſte caſus executiuus. Ergo, &c. & quod ſtatuta communiter concedant inſtrumenti publicis executionem paratam, ſcribit Paul.de Caſtr. *in l.56.poſt rem iudicatam, ſub numer.3.ff.de re iud.* & ergo latius oſtendi *ſupra lib.1.cap.26.num.13.et ſeqq.*

7 Ratio, quare non detur appellatio ab exequutione publicorum inſtrumentorum, poteſt eſſe, quia videtur grauamen modici præiudicij, cum poſſit reparari in iudicio petitorio, vel in cauſa appellationis deuolutiuæ, nam admittitur appellatio deuolutiua vt conſiderat Cæſar.Barzius *in Bonon.deciſ.41 egerat.ſub nu...* nec videtur ſolutum, quod creditori auferri poteſt per ea, quæ cumulat Conrar. *in l.vnica, in vltima ratione decidendi, num.7.et ſeqq.C.ſi de mom.poſſ.* & poteſt de facili auferri, quia debitori reſeruãtur in alio iudicio omnes exceptiones, & defenſiones, *vt dixi ſupra ſub num.52.*

8 Ratio melior poteſt eſſe, quia quando lex, ſeu ſtatutum dat inſtrumento, ſeu laudo executionem, tunc appellans videtur in effectu appellare ab executione, & appellatio ab exequutione regulariter non admittitur, præſertim quoad effectum ſuſpenſiuum ideoque poſſe, pẽdente reductione, peti exequutionem laudi, ſi laudum ex forma ſtatuti habeat exequutionem paratam, argumentatur. Lanc. *tract.de attent.par.2.c.16.de attent.reduct.etc.n.37.et 38 fol.393.* & quod ab exequutione non detur appellatio latius proſecutus ſum *limit.1.ſeq.*

9 Amplia I. hanc limitationem præſertim in hac quinta, & vltima comprobatione, vt ſi agatur in foro, vbi extet ſtatutum, quod concedat paratam executionem inſtrumentis publicis, tunc denegatur appellatio, etiam ſi inſtrumentum publicum ſit celebratum in loco, in quo non extet hoc ſtatutum, de concedenda parata executione inſtrumentis publicis, quia ſtatutum, quod inſtrumenta publica habeant exequutionem paratam, reſpicit ordinatoria, non deciſoria iudicij, *Ben.de Baz. de guarintig. part.1.quæſt.8.tom.6.part.2.fol.343. et alij quos refert, et ſequitur Cæſar.Barz.in Bonon.deciſ.41.egerat, ſub num.12. verſic.ad ſecundum, et num.13.et 14.* & patet ex eo, quod prohibitio appellationis quoad effectum ſuſpenſiuum reſpicit ordinatoria, *vt retuli, et ſequutus ſum libr.prae.cap.2.num.461.in fin. et q.ſeq.numer.3.et ſeqq.* & ſtatutum in ordinatorijs ligat etiam exteros, *vt retuli, ſequutus ſum, dict.cap.2.ſub n.651.* & quod exteri, & iudex gaudeant beneficio ſtatutorum in ordinatorijs ſcribit Cæſ.Barz. *d.deciſ.41.num.14. et 15.* & quod liget quamlibet perſonam dixi *d.c.2.num.525.*

10 Amplia II. vt procedat in obligationibus, quibus in ducatu Mediolanenſi contrahentes paciſcuntur, vt debitor poſſit conueniri coram Executoribus, in form.Cameræ, & fortius ſi paciſcantur, vt poſſit ita conueniri, ac ſi eſſet debitor ipſius Cameræ, quia eiuſmodi obligatio, & pactum recipit robur ex ordine Senatus Mediolanenſis, edito anno 1580. & relato per Ruginell. *tractat.de appel. §.2.capit.3.ſub num.122.verſ.verum ſi forte,* & denegatur tunc debitori appellatio, *Ruginell.d.c.3. num.159.ſimilis, nu.115.et ſeqq.*

Ratio huius ampliationis eſt, quia debitor, quia ita paciſcitur, in effectu, & virtualiter renunciat iuri appellandi, quia fiſci debitores, qui exiguntur ab Executoribus Cameræ Mediolani, non poſſunt appellare, *per ea, quæ ſcribit Ruginell.d.§.2.cap.3.num.95.& ſeqq.& num.132. et quæ ſcripſi ſupra limit.7.* Ergo debitor, paciſcendo, vt poſſit conueniri coram Executoribus in forma Cameræ, renuntiat appellationi, prout in ſimili hic in Vrbe, qui ſe obligat in forma Cameræ, cenſetur renuntiare iuri appellandi, ex quo formula Cameralis obligationis componi-

ponitur ex pacto,& renuntiatione appellationis, *vt dixi ſupra n. 5.* Vnde licet in obligatione non ſit extenſum iſtud pactum,ſeu renunciatio, ſed ſimpliciter debitor ſe obligauerit in forma Cameræ cum clauſula (& cætera) tamen hæc clauſula extenditur ad renuntiationem appellationis.

An tamen partes poſſint ſe ſubmittere iuriſdictioni illorum Executorum Cameræ Mediolani , hoc non diſputo:

31 Amplia III.vt appellatio denegetur non ſolum obligatio in inſtrumento , ſed etiam ratificanti inſtrumentum, ſeu obligationem Cameralem,ſed pro exacta declaratione diſtinguendi duo caſus principales.

Primus caſus eſt, quando ratificans fuit prius ab eo, qui actum geſſit,obligatus in inſtrumento,licet ad eum obligandum nullum præceſſerit mandatum: & iſto caſu concludo,quod ratificans poteſt executiuè conueniri, ac ſi ipſemet expreſſis verbis ſe obligaſſet,vt tenuit Rot.de qua Mohed.*deciſ.8.alias* 288.*de procur.*& ideo non poterit appellare ad effectum ſuſpeſiuum.

32 Confirmatur hæc concluſio,quia ratificatio æquiparatur mandato,*cap.*10.*ratihabitionem.de reg.iur.in* 6.*l.fin.C. ad ſenatuſc.maced.* & æquiparatur mandato ſpeciali, *leg.* 27.*quod ſi de ſpeciali ff. de minor.*25. *an Mandoſ. tractat.de inhibit.quæſt.*33.*num.*3.*fol.*92.*& Surd.dec.*231. *capitulum num.*11.

33 Secundus caſus eſt, quando actus non fuit geſtus nomine ratificantis,ſed fuit geſtus nomine eius,qui actum ipſum geſſit: & iſto caſu poſſunt adduci opiniones.

Negatiua enim opinio, quod contra ratificantem non poſſit agi executiuè, deducitur multipliciter.

Primo,quia neq;in inſtrumento,neq;in ratificatione eſt obligatus executiuè.Ergo.

34 Secundo quia ratum quis habere non poteſt,quod ſuo nomine geſtum non eſt, *c.*9. *ratum.de reg.iur.in* 6. Ergo, cum contractus obligationis non ſit geſtus nomine ratificantis,non poteſt ratus haberi.

35 Neque valet reſponſio ad hoc argumentum,quod non poteſt ratificare ad ſui commodum, & alterius præiudicium,ſed quoad ſuum præiudicium poteſt ratificare actũ etiam ſuo nomine non geſtum,vt ex pluribus retuli,*ſupra qu.*12.*n.*80.*verſ.declara iſtam.*

Quia huic reſponſioni replicatur, quod & ſi quis, ratificando ſibi præiudicet, tamen non poteſt conueniri ex illo actu ratificata tanquam ſi ipſe, aut alius eius nomine feciſſet illum actum,*Cyn.in l. vnica,nec ſi maior.num.*1.*C.ſi in communi eadem, quæ cauſſa,in integr. reſtitut. poſtul fol.* 95.*& clarius Bart.in leg.*1.*§. ſed etſi cum quis.ſub nu.*2.*ibi to vero dicas aliter.ff. de vi arm.* dum ſcribunt, quod ſi tu pignoraſti, rem meam nomine tuo, & ego ratifico pignus,tamen non poſſum conueniri actione pignoratitia, *Dec.conſil.*282.*viſo puncto. ſub numer.*3.*Oſaſch.deciſ.*138. *anno ſub numer.*18. *verſ. non obſtat.* & è conuerſo neque poterit actione pignoratitia agere, *Cyn.& Bar.vbi ſupra,* non enim illa ratificatio transfert actum in ipſum ratificantem, quare remanet ſuum præiudicium in eo, quod ſi vellet vendicatione agere repelleretur, eo quod ratificauit.

Tertio, quia via exequutiua datur ſolum pro his, quæ expreſſè leguntur in inſtrumento obligationis Cameralis *Rot.diuerſ.deciſ.*741.*domini dixerunt.n.*11.*par.*1.& non competit pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris, *Galleſ.de oblig.Camer.rubr.de vi inſtr.oblig. Camer.num.*14. *&* 15 *fol.*360. *Rot.diuerſ. deciſ.*132.*licet agentes nu.*8. *verſ. quinto non obſtat.p.*2.*& deciſ.*741. *domini dixerunt,n.*12.*p.* 1. idque tunc procedit,quando id, quod venit ex interpretatione iuris, deducitur per modum agendi,*Rot.dictis deciſ.*741.*ſub n.*12. *verſ.quia id verum eſt. & deciſ.*132.*nu.* 15.*& ſeqq.*

Sed ratificans non eſt obligatus, in inſtrumento obligationis Cameralis,& poteſt ſolum intelligi obligatus ex interpretatione iuris,quia ratificando, videtur approbare, & deducitur per modum agendi. Ergo non poteſt agi via executiua.

16 Confirmatur primo hoc argumentum, quia inſtrumentum mandatur executioni in his,quæ in inſtrumento continentur,non in his,quæ tacitè aguntur,cum hæc non debeantur iure actionis ex eodem inſtrumento, ſed officio iudicis mercenario,*Corn.conſ.*141.*in hac conſultatione ſub n.*6.*lib.*3.

17 Confirmatur ſecundo, quia in tacita reconductione non dicitur reuocata via executiua, quare licet is, qui conduxit vſque ad certum tempus ſub obligatione Camerali,vel alio inſtrumento, habente executionem paratam,ſi finita illa locatione,continuet,cenſeatur reconducere ſub eiſdem pactis, & conuenientibus,tamen non remanet obligatus in forma Cameræ,ſeu alia forma habente executionem paratam, *Galleſ.ad form.Camer.oblig.rub. de vi inſtr.oblig.Camer.n.*18.*fol.*360.*& Canar.tract.de execut.inſtr.q.*44.*n.*82.*tom.*5.*fol.*44.

18 Quarto, quia prohibitio appellationis, & proceſſus exequutiuus exorbitant a iure communi, ergo in dubio eſt reſpondendum potius pro appellationis amiſſione.

19 Affirmatiua opinio, contraria præcedenti, probatur ex his,quæ ſcribit Gram. *deciſ.*103.*illuſtr.n.*11.*&* 12. dicens, quod etiamſi illa comitiſſa obligaſſet non nomine Don Artalis, ſed nomine proprio, ratificando poſtea Don Artalis, obligatur,& habetur perinde ac ſi ab initio ſe obligaſſet, neque, inquit,obſtat quod id,quod non eſt geſtum nomine meo, ratum habere non poſſim, quia illud procedit quoad commodum ipſius ratificantis, ſed quoad præiudicium ſuum poteſt quis ratificare id, quod non eſt geſtum nomine ſuo.

20 Retenta priori opinione negatiua, quæ eſt vera quicquid ſcripſerit Gram. qui non omnino declarat,& poteſt eius doctrina procedere in caſu ſequentis limitationis.

Limita eandem opinionem negatiuam, vt non procedat, quando quis vltra ratificationem declarat, obligationem,quam ratificat,fuiſſe factam de ſuo ordine,& mãdato, & ideo de ſe eam ratificare quia tũc poſſet exequutiuè conueniri, ac ſi ipſemet ab initio contraxiſſet illam obligationem,& ratio eſt, quia tunc ratificat actum ſuo nomine geſtum etenim fuiſſe eius nomine, ſeu de eius mandato geſtum, probatur eiuſmet confeſſione, quæ eſt maior quocunq; publico inſtrumento *Bal. conſ.*192. *proponitur.ſub n.*8.*verſ.ſed ſupereſt.libr.*2. *Crauet.conſ.*61. *dominus ſub nu.*3. *& conſ.*217 *num.*9.*in fine,* & ideo ſuccedit quod ſcripſi ſupra in primo caſu.

Confirmatur primo hæc limitatio,quia tantum eſt dicere, ego ratifico iſtam oligationem, quia fuit facta de meo ordine, & mandato,quantum dicere,ego me obligo ad hęc omnia,quæ continentur in iſto inſtrumento,quod propterea ratifico, & ſic adeſt obligatio.

Confirmatur ſecundo, quia ratificando, & confitendo non venit ex interpretatione iuris, ſed ex ſua propria confeſſione,& ſic ceſſat tertium argumentum adductum pro contraria opinione.

21 Extende declarando hanc limitationem, vt procedat etiam quando quis ratificando diceret, quod obligatio, ſeu inſtrumentum,quod ratificat, fuit factum ab illo contrahente, vti ſuo inſtitore,ſeu agente,quia eſt idem,ac ſi diceret,fuiſſe factum de ſuo ordine,& mandato.

22 Subextende iſtam extenſionem, vt maximè procedat, quando vltra verbalem ratificationem accederet etiam ratificatio in facto per aliquem actum poſitum, puta recipiendo ad ſui vtilitatem, & ſoluendo, vel aliter adimplendo obligationem, quia tunc tanto magis poſſet contra ſic ratificantem exequutiuè procedi, prout

iſtum

iſtum caſum habui in facto & obtinui corani Reuerendiſſimo A.C.& reo appellante, ac recurrente ad Signaturam iuſtitiæ, fuit commiſſa cauſſa appellationis ſine præiudicio legitimæ exequutionis.

23 Confirmatur primo hæc ſubextenſio, quia eo ipſo, quod inſtitor contrahit, & infert in apothecam domini, ipſo domino præſente, & ſciente, tenetur ac ſi ipſemet contraxiſſet, *Bar.conſ.79.quidam vendidit,ſub num.3.ibi, præterea multum facit, lib.1.*

Confirmatur ſecundo, quia non ſolum interuenit ratificatio ſimplex, quo caſu procederet, quod ſcripſi *ſupra ſub num.15.verſ.quia huic,* ſed interuenit ſolutio,& agnitio debiti, confitendo actum eſſe geſtum ad ſui vtilitatem, quo caſu videtur ad ſe transferre obligationem contractam.

Confirmatur tertio, quia nos videmus, quod inſtitores, & factores poſſunt contrahere, & obligare banchũ, apothecas, ſeu menſam talis, & tunc ille talis poteſt conueniri, ac ſi obligaſſet, licet ſit obligatum eius banchum, & non ipſe expreſſe, *per ea, quæ ſcribit Rot.diuerſ.deciſ.132.licet agentes,num.12.& ſub num.23.par.2.*

24 Amplia IV. vt habeat locum etiamſi inſtrumentum, ſeu obligatio cameralis non eſſent liquida, ſed venirent liquidanda, quia adhuc creditor non cogeretur agere via ordinaria, ſed poſſet agere via executiua, &, facta liquidatione, haberet paratam executionem, *Bart.in l.1. verſus finem num.17.ibi,& per hoc.ff.de leg.2.* dum ſcribit, quod ſi in inſtrumento ſit promiſſum intereſſe, vel quid aliud incertum, poteſt illius inſtrumenti peti executio ex forma ſtatutorum, ſicut contineret certam quantitatem, & poſtea, inquit, in iudicio declarabitur quantitas, *& in l.2.numero quinto, verſic.ſed quæro, & num.6.iunctis quæ ſcribit numer.2.Cod.de ſent.quæ ſine cert.quantit.* dum ſcribit, quod in his caſibus, in quibus valet ſententia incerta, vt puta, ſuper petitione hereditatis, tutelæ, vel negotiorum geſtorum & ſimilium, pro quibus datur actio generalis: item ſuper petitione intereſſe, pro quo datur actio ſingularis ſententia, ſuper eis lata, licet ſit incerta, habet executionem paratam, facta liquidatione: nam actor petet mandari executioni ſententiam, in qua talis eſt condemnatus ad intereſſe, ſeu ad præſtandam indemnitatem; & incontinenti faciet articulos ad probandá quantitatem intereſſe, nec eſt neceſſaria libelli oblatio, nec litiſconteſtatio, & ſic procedetur ſummarie ſecundum formam, *leg.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus, ff.de re iudic.* ſicut etiam, inquit, in ſententia lata in iudicio vniuerſali, in qua quis eſt condemnatus ad reſtituendam hæreditatem ſimpliciter, quid enim ſit in hæreditate declarabitur in executione, & ſubdit, & iſta eſt practica hodie, quod inſtrumenta, quæ ſunt guarintigionata, vel conſeſſata, mádentur executioni, ſicut ſententia diffinitiua, quare, ſi inſtrumentum non eſt liquidum, peto executionem ſummarie, & facio articulos ad probandum, & hoc, quod dicit Bartol. non eſſe neceſſariam conteſtationem litis in liquidatione ſententiæ incertæ, facienda per teſtes retuli, & ſequutus ſum *inf.n.36.verſ.ſemper.Bar.in l.4.cum teſtamento.in fi.C.de teſtam.man.* dicens, quod licet inſtruméta guarantigiata, quæ habent conditionem re vera purificatam, ſed in iudicio nondum probatam, dicantur inſtruméta pura, & non conditionalia, tamen non poteſt procedi ad executionem facti, donec liqueat iudici, *Iaſ.in l.1. n.29.verſ.tertia concl.& nu.30.& 31.ff de eden* dum declarando Bartolũ, ſed non in omnibus ſequendo, ſcribit, quod ſecundum Bar.in petitione hæreditatis procedit libellus, quo peto, me declarari hæredé, & aduerſarium cogi ad reſtituendam hereditatem, & poſtea in executione examinabitur de ipſis rebus; Vnde inquit, nota quod poteſt peti executio ſententiæ non liquidæ, & poſtea fiet liquidatio in executione, & ex hoc notet etiam illationem, quam facit Bart.ad ſtatuta, concedentia executionem paratam inſtrumentis publicis, quod ſi in inſtrumento promiſiſti mihi ſatisfacere de damnis, & intereſſe, poſſum petere executionem talis inſtrumenti, quamuis intereſſe non ſit liquidum, quia ſatis eſt, quod poſtea in proceſſu liquidetur, *Alexand.conſil.188.viſo proceſſu,nu. 1.lib.2.* dicens, quod talia inſtrumenta non habent executionem paratam, niſi prius ſint liquidata, *Bened.de Barz. tract.de guarintig.par.1.quæſt.2. in pluribus locis, & particulariter ibi, ſed non debet iudex, fol.340.Galleſ.ad form. camer.obligat,par.3.cap.de liquidatione,num.6.verſ.tertia, q.fol.361.& eadem par.3.cap.de vi inſtrumenti obligationis Cameralis,numer.2.& 4.fol.359.*& quod non concedatur captura pignorum, niſi prius ſit facta liquidatio, & ſequitur Moder. *tract.de proceſ.execut. par.3. cap.1.numer.32. verſ.cæterum,* referens, quod doctores, quos citat, tenent executionem non tantum pro ſorte, ſed etiam ſuper intereſſe non ſolum per partem peti, ſed etiam per iudicem expediri, & rectè decerni poſſe, quia ſufficit ſecundum eos, intereſſe poſtea liquidari in proceſſu, & termino executiuo antequam capiantur pignora; & licet poſtea ipſe Moder. *ſub num.32. quem retuli num.26. verſ.contra,* tenendo contra iſtos Doctores, dicat, ſuper intereſſe nõ liquidato non poſſe procedi, tamen ex hoc tanto magis confirmat, quod Doctores ſcribunt, & ipſe ſequitur, quod non poſſit deueniri ad actum executionis, & certè
* hæc eſt communis, * opinio, quæ non habet contradictõtem, præter Paulum de Caſtro, quem bene probat Couarru. *verſ.reſtit.lib.2.cap.11.num.1.verſ.cæterum.* quinimo in tantum admittunt omnes, quod non poſſit deueniri ad actum executionis ante factam liquidationem, vt aliqui de quibus dicimus *infra ſeq.declar.* voluerint, quod neque peti poſſit executio, niſi prius fuerit facta liquidatio.

Infero ex dictis in hac ampliatione, verum non eſſe, quod ſcribit Moder. *tract.de proceſſ. execut. par.3.cap.1. ſub num.33 & 34.& cap.5.num.25.* dicens, quod ſi quantitas non eſt liquida, iudicis officium eſt remittere creditorem ſuper eo, quod non eſt liquidum ad ordinarium proceſſum, videlicet oblato libello & lite demum conteſtata, & expectata demum ſententia diffinitiua, & tunc dabitur, inquit, exequutio.

25 Declara primo eandem ampliationem, vt licet iudex non debeat concedere executionem inſtrumenti, niſi prius ſit liquidatum iuxta prædicta, tamen debet admittere actorem ad petendam executionem, & debet condemnare reum ad damna, ſeu intereſſe, vel quid ſimile, *Bart.in locis citatis in præcedenti ampliatione, Benedict.de Barz.d.par.1.q.2.ibi, ſed tamen,fol.341.* quem refert, & ſequitur Galleſ. *d.cap.de liquidatione,nu.6.in fine, fol.361.*&
* quod hæc opinio ſit communis * teſtatur Iaſ. *in d.l.ſub n. 31.ibi,ego etiam, & nu.32.in vltimis verbis, verſ.tenendo communem,ff.de eden.* & de communi etiam teſtatur in ad. Bar.Pariſ.quem citat Moder. *tract.de proceſſ.execut. part.3.cap.1.nu.32.in fine.*

26 Confirmatur hęc declaratio ex ſtylo, quia citamus aliquem, vti heredem, ad ſoluendum, &c.& illo opponente nihil fieri, niſi legitimatis perſonis nos legitimamus perſonas, & deinde procedimus ad vlteriora in petitione executionis, facta ante legitimatione perſonarum, quæ legitimatio eſt liquidatio inſtrumenti, quare Bened. de Barz. *d.q.2.in fine, verſ.venio ad quintum, tom.6.par.2.fol. 341.* & Mod. *tract.de proceſſ.execu.par.4. c.1.ſub nu.118.* ſcribunt, quod reus poteſt opponere exceptionem inſtrumenti non liquidi, ſicque præſupponunt petitionem executionis ante liquidationem, & tamen nullum dicunt verbum, quod debeat poſtea, facta liquidatione, renouari petitio.

Contra iſtam declarationem, quod imò executio peti

non

Digitized by Google

non poſſit, tenent Bal. *in l.1. in 2. lectura, colum. 4. verſ. non obſtat. in fin. ff. de leg. 2.* dicens, verius eſſe, quod debeat prius peti declaratio, quam petatur executio Iaſ. *in d. l. 1. ſub n. 31. ibi, ego etiam teneo & ſub n. 32. ibi, vnde tutius. ff. de eden.* dicens, tutius eſſe, quod ante omnia fiat liquidatio per iudicem, citata parte, quantum ſit damnum, vel intereſſe, & poſtea, facta liquidatione, procedat ad executionem, & Mode. *d. par. 3. c. 1. ſub n. 33.* dicens, hanc opin. Iaſonis eſſe communem, * quod videlicet ſuper intereſſe nondum liquido non debeat procedi ad decretum paratæ executionis, de qua, inquit cum hodie agatur, hodie conſtare debet, & non aliter.

27 Confirmatur hæc contrario opinio; quia in obligatione Camerali nunquam deuenitur ad executionem, niſi præceſſerit liquidatio: Aut enim obligatio Cameralis eſt ſine cenſuram, & mandati ſulceptione, & tunc in primis requiritur liquidatio, quia cum obligatio Cameralis non habeat vim executiuam, niſi vigore præcedentis confeſſionis, vt *ſcripſi ſupra n. 5.* & confeſſio per procuratorem fieri non poſſit non liquidato prius negotio, ſuper quo eſt facienda confeſſio, remanet indubitabile, quod ante omnia, & ſeparatim per ſe eſt facienda liquidatio, *Galleſ. ad form. Camer. oblig. par. 3. cap. de liquidatione, n. 7. & 8. to. 6. par. 2. fol. 361. & cap. quaſt. poſt proceſſ. inciden. n. 12. 33. & 34. fol. 361. & 364.* immo ante factam liquidationem deficit mandatum procuratori, & iudici iuriſdictio, *Galleſ. d. n. 34.* Aut obligatio Cameralis eſt cum ſuſceptione cenſurarum, & tunc vſus habet, quod, producto, vel repetito inſtrumento, adducitur probatio ſuper liquidatione, & ea perfecta, petitur relaxari cenſuras, & mandatum exequutiuum, *Galeſ. d. cap. de liquidatione, num. 12. fol. 361.* ſicque liquidatio vbique præcedit executionem obligationis Cameralis.

Non diſcedo à declaratione.

28 Neque obſtat opinio contraria, quia reſpondeo, quod poteſt procedere in executione facti, nam cum quis petit executionem generaliter ſuper aliquo iure vniuerſali, vt puta ſuper hæreditate vel ſuper alio debito velato, quam nos vocamus executionem iuris, iudex poteſt eam decernere, quamuis non ſint liquidatæ res hæreditariæ, ſeu quantitas velata, at cum is, qui obtinuit decerni executionem, vult venire ad executionem particularem ſuper tanto ſeu, ſuper certa re, quam vocamus executionem facti, tunc debet liquidari, citata parte, &, non facta liquidatione, non debet deueniri ad actum executionis.

29 Minus obſtat confirmatio ſumpta ex his, quæ ſcribit Galleſ. *de obligatione Camerali*, non enim placet, præſertim in primo membro, dum ait, quod obligatio Cameralis habet vim à confeſſione, quod hodie non eſt verum, cum habeat potius vim ex pacto, & conuentione partiũ, *vt ſcripſi ſupra ſub n. 5.* & dato, quod haberet vim à confeſſione, *vt dicit Galleſ.* tamen poſſet procurator confiteri, extare damna, & intereſſe non determinata quantitate, & conſequenter Auditor poſſet condemnate, & decernere executionem ex illa confeſſione.

30 Declara ſecundo, extendendo eandem ampliationem, vt parata executio detur etiam ſi in promiſſione adſit pactum, quod ſi apparuerit, non deberi tantum, quantum promittitur, debeat ſolum illud, quod apparuerit, eſſe debitum; vt puta, ſi promittis ſcutos mille cum pacto, quod ſi, facto calculo apparebit, deberi minorem quantitatem, illa ſola minor quantitas debeatur; tamen, calculo etiam non facto, dabitur executio parata pro quantitate expreſſa ſcutorum mille, & deinde fiet liquidatio, *Galleſ. ad form. cam. oblig. poſt tert. par. cap. de vi inſtrumenti obliga. camer. verſic. ſecunda conſideratio, n. 3. tom. 6. par. 2. fol. 359.*

31 Infero generaliter ex hac declaratione, quod ſi tu promiſeris mihi aliquid in genere, & ſimpliciter ex cauſa iam ineſſe deducta tempore contractus, vt puta, promiſeris mihi ſatisfacere de omnibus damnis illatis, pro quibus obligaueris omnia tua bona dando mihi facultatem capiendi eorum poſſeſſionem propria auctoritate, etiam liquidatione non facta, ergo potero eam capere, non aliter liquidatis damnis, quia ſic eſt conuentum inter nos ex cauſa, iam in eſſe deducta tempore contractus, *Bar. in l. 3. creditores in 2. lectura, quaſt. 3. n. 16. verſic. reſpondeo, C. de pign. & Galleſ. ad form. camer. obligat. par. 3. cap. de liquidatione, n. 10. tom. 6. par. 2. fol. 361.*

32 Secundo eſt, ſi promittatur ex cauſſa nondum in eſſe deducta, vt puta, ſi tu promiſeris mihi non contrafacere ſub pœna ſcutorum mille, pro quibus obligas omnia tua bona, dando etiam mihi licentiam capiendi eorum poſſeſſionem propria auctoritate, quia licet tu contraueneris, tamen ego non poſſum ingredi poſſeſſionem, niſi prius liquidauero, quod tu contraueneris, Bar. *in d. l. 3. conditores q. 3. n. 14.* concludens, quod ſi non præceſſerit aliqua liquidatio iudicis, vel partis, non poteſt ſuſtineri illa lex, & Galleſ. *d. cap. de liquidat. num. 11. verſic. quod ſi, fol. 361.*

33 Reſtringe hanc illationem in iſta vltima parte, dum dixi, requiri liquidationem iudicis, vt non procedat, quando liquidatio deducitur in notorium per ipſum exercitium ita, quod actoris intentio eſt fundata, niſi per aduerſarium probetur aliud, vt quando capior in ipſo loco, in quo eſt prohibitum morari, quia iſto caſu non requiritur liquidatio iudicis, *Bar. d. l. 3. quaſt. 3. ſub n. 14. ibi, quandoq; debitum.*

34 Declara tertio, vt quamuis inſtrumentis executiuis detur executio parata, etiam non facta liquidatione, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 24. & ſeqq.* tamen liquidatio facienda ante executionem, facta, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra n. 28.* admittit omnes exceptiones, admiſſibiles de iure communi in negotio liquidationis, ſicut ſi ageretur via ordinaria, quia negotium liquidationis eſt diuerſum, & non habet priuilegium executiuum, *Galleſ. ad form. Camer. oblig. par. 3. c. de liquidat. n. 3. tom. 6. p. 2. fol. 361.*

35 Tempera hanc declarationem, vt quamuis aduerſus liquidationem poſſint opponi omnes legitimæ exceptiones iudicij ordinarij, vt dixi, & in earum diſcuſſione requirantur citatio partis, & legitimæ probationes, *vt dixi infra nu. 41. et 42.* tamen non eſt neceſſarius ordo iudicij ordinarij, & ideo requiruntur libellus, conteſtatio litis, & alia ſimilia, ſed proceditur ſummariè, &c. vt loquendo de liquidatione ſententiæ incertæ, & de liquidatione inſtrumenti, ſcribit Bar. *in l. 2. n. 5. verſ. ſed quæro. & n. 6. de ſent. quæ ſine cer. quant. quem referunt. & ſequuntur Felyn. in c. 16 ſicut. ſub n. 4. verſus finem. de ſent. & re ind. et Gall. & d. c. de liquid. n. 5. fol. 361. & ego ſupra ſub n. 24.*

Quamuis idem Bar. in *l. 3. creditores. q. 3. nu. 15. verſ. ſed qualiter. C. de pignor. in 2. lectura*, ſcribat, liquidationem eſſe faciendam, parte citata ſolemniter, libello oblato, & lite conteſtata.

36 Declara quarto illatiuè ex tertia præcedenti declaratione, quod etſi inſtrumentis executiuis detur executio parata, etiam non facta liquidatione, vt dixi tamen ab exceſſu liquidationis dabitur appellatio per ea, quæ, loquendo de appellatione ab exceſſiua taxatione in re iudicata, ſcripſi *tim. ſeq. n. 28. & n. 55. & ſeqq.* & quod à ſententia ſuper liquidatione inſtrumenti poſſit appellari ſcibit Rugin. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 549. in verbo liquidatio.*

† Idem ſeruatur de ſententia liquidationis intereſſe ita *Moſcatell. in prax. lib. 2. p. 1. gloſ. poterit. n. 13.*

37 Extende hanc declarationem, vt ſit vera etiam in obligatione Camerali, quia in eo, quod eſt exceſſus, deficit res iudicata, & deficit inſtrumentum: quia alias non eſſet exceſſus.

38 Nec

Digitized by Google

38 Nec obſtat, quod Galleſ. *ad form. Camer. oblig. part. 3. c. 3. qu. poſt proceſ. inciden. num. 12. tom. 6. p. 2. fol. 364.* quem etiam citaui, *ſupra ſub num. 24.* ſcribat, quod cum de natura obligationis Cameralis ſit, vt non procedatur ad executionem, niſi prius interuenerit liquidatio, & deinde confeſſio, non poteſt conſiderari exceſſus, ex quo iudex dat executionem dumtaxat pro ſumma per partem, ſeu eius procuratorem confeſſata.

Quia reſpondeo dupliciter. Primo, quod ille vſus, ſeu ſtylus confitendi debitum hodie non ſeruatur, & dato, quod ſeruaretur, eſt quædam confeſſio imaginaria, vt ſcripſi *ſub num 5. ibi, quarto componitur.* Secundo reſpondeo, quod etiam confeſſus poteſt appellare, ſi exprimat iuſtam cauſſam, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra, limit. 4. princip. num. 47.*

39 Subdeclara eandem declarationem, vt ſemel tantum, & non bis liceat appellare, *Felyn. in cap. 15. quoad conſultationem, nu. 20. verſ. nihilominus primam opin. verſus fine, ibi, ſcias etiam quod vbi appellatur ab executione exceſſiua, de ſentent. & re iudic. & Veſtr. in prax. libr. 7. cap. 3. ſub nu. 12. verſic. imò, ibi, admonio tamen fol. 197.* vbi alios citat, & ita ſeruatur hic in Curia, quãtumuis liquidatio ſit magna, quia liquidatio venit in executione, & ab exceſſu executionis ſemel tantum poteſt appellari, *vt retuli, & ſequutus ſum limit. ſeq. num.*

40 Liquidatio quibus probationibus fieri poſſit, vide Bened. de Barz. *tract. de guarentig. part. 1. quæſt. 2. verſic. ad ſecundum, fol. 341. & Galleſ. ad form. Camer. oblig. part. 3. cap. de liquidatione ſub numer. 2. & 4. fol. 361. vterque eſt in tom. 6. part. 8.*

41 Quod in liquidatione requiratur citatio partis vide eundem Bened. de Barz. *d. qu. 2. verſ. modo hoc fol. 341.* & Galleſ. *d. c. de liquidat. n. 2. fol. 361.*

42 Nunquid requiratur declaratoria iudicis ſuper liquidatione, vide eoſdem Bened. de Barz. *dict. q. 2. verſ. deſcendo,* & Galleſ. *d. cap. de liquid. ſub nu. 13. & 15. fol. 361.* mihi enim placet opinio contra comunem quam videtur amplexus Galleſ. *vbi ſupra,* videlicet, quod nõ ſit neceſſaria, reiecta diſtinctione Barzij, nam eo ipſo, quod iudex procedit ad vlteriora, videtur interlocutus, cum in iſtis executiuis nõ requiratur ſolemnitas iuris poſitiui, qualis eſt ſolemnitas pronunciationis ſuper liquidatione, *Galleſ. d. cap. de liquidat. n. 9. fol. 361.*

43 Amplia V. vt neque poſſit appellari ab interlocutoria, ſeu alia pronunciatione, tum quia obligatio in forma Cameræ habet paratam executionem, & ideo celeritatem deſiderat, quo caſu appellatio ita cenſetur prohibita à diffinitiua, ſicut ab interlocutoria, cum ita per appellationem ab interlocutoria, ſicut per appellationem a diffinitiua impediretur celeritas, vt in cauſſis poſſeſſorijs ſcripſi *ſupra limit. 6. princip. mem. 7. num. 37.* tum quia appellatio eſt prohibita in inſtrumentis publicis, & obligationibus formę Cameræ, & ſic in tota cauſa, & non reſtrictiuè in decretis diffinitiuis, vide pro hac ampliatione *ſupra limit. 6. memb. 7. n. 35. verſ. comprobatur ſecundo.*

44 Sublimita I. eandem limitationem, vt non procedat, quando iudicium, quod poterat inſtrui via executiua, fuit inſtructum, & terminatum via ordinaria, quia tunc dabitur appellatio per ea, quæ loquendo de obligatione formæ Cameræ, & teſtando, ſe ita obtinuiſſe in Signatura iuſtitiæ, ſcribit Contar. *in l. vnica, limit. 14. nu. 5. C. ſi de mom. poſſ.* & ex eo refert & ſequitur Rugin. *tract. de appel. §. 2. cap. 3. n. 163.* & quod ſi iudex in aliquo caſu potuiſſet ex diſpoſitione ſtatuti procedere ad executionem abſq; condemnatione, & tamen non proceſſerit, ſed pronuntiauerit, & condemnauerit, poſſit tunc reus appellare, eo quia iudex non eſt ſecutus viam ſtatuti, ſcribit Alex. *conſ. 113. viſo themate, ſub nu. 9. verſ. plus dicit. verſus finem, ibi, accedit quia, lib. 5.*

45 Amplia hanc ſublimitationem, vt ſit adeo vera quod actor, qui cœpit agere via ordinaria, non poſſit illam mutare, & agere executiuè, quia ad hanc mutationem non admitteretur, & ideò cauſa remanebit appellabilis.

Ratio huius ampliationis eſt quia actor, qui poterat ad ſui electionem agere via ordinaria, vel via executiua, ſi cęperit agere via ordinaria, nõ poteſt eam deſerere, & agere via executiua, *Galleſ. ad form. Camer. obl. ad 3. partic. qu. 2. ſub num 4. tom. 4. part. 2. fol. 353. Caſ de Graſſ. deciſ. 2. alias 191. plures, nu. 2. de ſent. excomm. fol. 303. Iacob. Cancer. var. reſol. part. 1. capit. 17. de appell. nu. 34. verſ. item, & late Moder. tract. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 5. ſub nu. 30. in fine, verſ. cæterum, & num 31. & ſeq. & ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 62. in fine, & cap. 76 ſub num. 9. quæſ. 2.* quia habenti duas vias, quam elegit illa ſibi patere debet, *Bal. in l. 1. ſub num. 2. C. de execut. rei iudic. & Paul. de Caſtr. conſ. 78. ſuper eod. u. 3. verſ. præterea in fine, libr. 1.* & ita tenent communiter * omnes.

Confirmatur hæc ratio, quia ſi creditor, qui poteſt ex conuentione, vel ex diſpoſitione ſtatuti ingredi poſſeſſionem debitoris propria auctoritate, adierit iudicem, ſibi præiudicat, vt eam amplius propria auctoritate ingredi non poſſit, quia via, quam elegit, ſibi patere debet, *per ea, quæ ſcribit Bald. in dict. leg. 1. ſub numer. 2. C. de execut. re iud. & in l. 2. ſub num. 29. verſic. decimo quæro. C. de ſeruit. & aqu.* & in terminis Oſaſch. *deciſ. 34. ex actis, num. 18. & deciſ. 163. alia ſæpe, numer. 17. Menoch. tract. de adipiſc. poſſeſſ. rem. 5. quæſ. 23. numer. 157. & Iacob. Cancer. variar. reſol. part. 1. cap. 17. de appellat. numer. 35.* Quare dominus, qui poteſt propria auctoritate expellere certo caſu emphyteotam, & ingredi poſſeſſionem, ſi adiuerit iudicem, non poterit deinde, lite pendente, vti illa facultate, *Lancell. tract. de attent. part. 2. cap. 4. de attent. lit. pend. ampl. 1. numer. 2. tom. 5. fol. 318.* & intentata via ciuili, non poteſt, ea pendente, intentari criminalis, *idem Lancell. eod. capit. 4. limit. 23. numer. 24. fol. 335.* & ſecundum vnam opin. facta petitione, vt reuocetur ſententia, tanquam iniuſta, & reuocentur attentata poſt appellationem, & conteſtata lite ſuper hac petitione, ſi poſtea reuocatio attentatorum ex officio, non auditur ex quo fuit electa via ordinaria, *Guid. Pap. tractat. de appellat. quæſt. 13. ſub numer. 18.* licet alleget in contrarium, *ſub num. 19. tom. 5. fol. 58.*

Contrariam opinionem (quod enim poſſit, relicta via ordinaria inchoata, tranſiri ad viam ſummariam) tenent Bal. *in l. 3. ſimiles, ibi, & ideo eſt argumentum, ff. de milit. teſt. & Maran. in ſuo ſpec. par. 4. diſtinct. 9. ſub n. 204. verſ. contrarium tenet, fol. 178.*

Comprobatur hæc contraria opinio ex eo, quia licet creditor habens hypothecam ex inſtrumento publico, proptereaque valens agere vigore ſtatutorum executiuè tam contra bona, quam contra perſonam debitoris, egerit realiter, & fuerit miſſus in tenutam bonorum vigore ſuæ hypothecæ, tamen poteſt adhuc agere perſonaliter, faciendo carcerari debitorem, quia quando quis habet plura remedia, eligendo vnum, non præcludit ſibi viam ad aliud, *Neguſ. tract. de pignorat. part. 8. memb. 3. ſub numer. 27. verſic. poſtremo to. 6. par. 1. fol. 258. & Iacob. Cancer. d. cap. 17. numer. 38. verſic. circa prædicta,* & quod in executiuis poſſit actor relinquere viam inceptam, & ad aliam recurrere, refert & ſequitur Caputaque *deciſ. 50. attentare non dicitur iudex. numer. 5. par. 1.* & quod coram eodem iudice plures viæ executiuę ſimul competentes, poſſint ſimul, vel ſucceſſiuè intentari, etiamſi iam vno modo facta ſit executio, & hoc ſit indubitatum, & idem ſit, ſi contingat, has diuerſas vias intentari coram diuerſis iudicibus ſcribit Galleſ. *form. Camer. oblig. part. 2. qu. ad tert. partic. q. 2. num. 2. tom. 6. part. 2. fol. 353.* & quod in executiuis non poſſit opponi litis pendentia, ſcribunt

Neuiz.*conſil.4.de vultu in fine,ſub numer.12. verſ.et dicit, Franc.Becc.conſ.17.in cauſſa,nu.3.in fine,lib.1. Mandoſ.tr. de inhib.q.121.nu.6.tom.5.fall.113.et Lancell.tr.de attent, par.2.c.4.limit.3.n.50.et 76.verſ.quinto ſimiliter,fol.326. et limit.15.numer.4.fol.330.* & dixi ſupra *lib.1.cap.22.ſub numer.29,et 30.* & quod miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto poſſit antequam ſibi acquiratur poſſeſſio per lapſum anni petere debitum, ſcribit Dec.*conſil.12.præſertim,num.3.*

Retenta ampliatione.

Reſtringe primo eam, vt nõ procedat, quando actor, renuntiando actioni,ſeu iudicio moto, reficeret reo ante omnia expenſas factas in cauſſa, quia tunc poſſet, relicto illo iudicio,agere via executiua, *Rebuff.tract.de liter.oblig. artic.6.gloſ.3.ſub numer.7.verſ.contrarium videtur, tom.1. fol.138. Moder.tract.de proceſſ.execut. part.3.cap.5.nu.36. in fine,& nu.37.& Iacob.Cancer. var.reſol.c.17.de appell. ſub num.37.*

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia actor poteſt refectis expenſis mutare, & emendare libellum, & actionem, ſeu iudicium, *per ea,ex Bar.Bal.& alijs retuli,& ſequutus ſum. ſupra q.11.ſub n.33.verſ.ad adducta, & n.36.*

Contraria ſentẽtia videtur verior ex duplici fundamẽto.

Primo, quia vbi partes expreſsè conſenſerunt, quod iudex ſeruet ordinem iudiciarium, non poſſunt poſtea, inuito iudice, qui ordinate incœpit procedere, pœnitere, vide *ſupra q.12.n.87.* Ergo licet refectio expẽſarum operaretur idem, quod conſenſus rei, tamen adhuc, inuito iudice, non poſſunt recedere ab ordine inchoato.

Secundo, quia ſi actor poteſt, inuito reo, renuntiare inſtantiæ quando proceſſus eſt nullus, & iudex admittit iſtã renunciationem, eo quia videt, quod propter libelli ineptitudinem, aut ſimilem proceſſus nullitatem debet ſequi abſolutoria ab obſeruatione, *vbi ſcribit Alex.conſil. 112.ſuper eo.num.1.lib.5.* Et certum eſt, quod renuntiãdo tenetur reficere expenſas, *per ea,quæ dixi d.q.11.ſub n.33. verſ.ad adducta, et nu.36* Ergo in caſu oppoſito quando proceſſus eſt validus non poteſt renunciare, etiamſi velit reficere expenſas, imò licet quando proceſſus eſt nullus, ſeu per empta eſt inſtantia poſſit refectis expenſis renouare acta ordinatoria, *vt ſcripſi ſupra q.15.num.311.et 348.* tamen debet renouare acta ordinatoria iudicij ordinarij, & non executiui.

Ego vellem, quod in praxi ſeruaretur reſtrictio, tum quia in re ambigua adhærere debemus opinioni,quę decurtat lites, tum quia adductis contra reſtrictionem poteſt reſponderi: nam ad primum reſpondeo,eſſe pluſquã veriſimile, quod is,qui poteſt facili,& breui via conſequi ſuum non procedat difficili, & longa, niſi per inſcitiam, & per errorem, qui error excludit conſenſum, & ſic ceſſat primum fundamentum. Ad ſecundum reſpondeo iudicium iudicis admittentis renouationem iudicij refectionem expenſarum, eo quia videt nullitatem iudicij inſtituti, poſſe decipi, quia nos videmus, poſt latas ſententias multum diſputari ſuper nullitate proceſſus, & ſententiarum, & conſequenter non eſt tutum fundamentum, quod eo caſu ſolo iudex admittat mutationem iudicij.

Declara limitando eandem reſtrictionem,vt non procedat, quando reus in proceſſu ordinario, probaſſet aliquid,quod vulneraſſet vim inſtrumẽti,etiam ſi probaſſet aliquam exceptionem, quæ in via executiua non fuiſſet admittenda, quia tunc actor non poſſet amplius executiuè agere, ſtante vulneratione inſtrumenti.

47 Reſtringe ſecundo,vt non procedat quando reus fuiſſet contumax, quia tunc actor, quamuis expreſsè intentauerit iudicium ordinarium, poterit illud relinquere, & agere iudicio executiuo, & reus non poſſet allegare pendentiam litis ordinariæ, quia ſi reus fuit contumax,deeſt eius expreſſus conſenſus, qui eſt neceſſarius, *Galleſ. ad form.Camer.obl,ad tert.par.q.2.n.7.to.6.par.2.fol.353.*

48 Reſtringe tertio,vt non procedat quando actor agendo, via ordinaria, proteſtaretur quod reſeruat ſibi facultatem agendi via executiua, *Iacob.Cancer.tr. var.reſolut. par.1.c.17.n.36.verſ.prædictam,& dixi ſupra lib.1.cap.76. ſub nu.9.q.3.ibi contraria opinio.* & facit quod ſcribit Dec. *conſ 1... ſub nu.8.& 9.*

49 Reſtringe quarto, vt non procedat quando in inſtrumento adeſſet pactum, quod creditori liceret variare de vna via ad aliam, *Vrſill.in annot. ad Afflict.deciſ.326. ſuit, vocatum ſub n.x.Iacob.Cancer.d.cap.17.n.37.& ſcripſi ſupra lib.1.cap.76.ſub n.8.ibi, contraria opinio,*

50 Sublimita II.vt non procedat reſpectu petentis executionem,quia is à non conceſſa executione poteſt appellare per ea, quæ collectiuè *ſcripſi ſupra limit.7. numer.19. 20.21.& 22.* vbi videas;quia res eſt clara, & non indiget alia auctoritate,& ita ſeruatur ſine controuerſia,& quod creditor ſemper poſſit appellare, ſi ei denegetur petita executio vigore obligationis Cameralis, refert licet non videatur figere pedes, *Rugenell.tract.de appell. §.2.cap.3. num.157.*

Quæ poſſent motiuari contra hanc ſublimitationem habes, *limit.ſeq.un...ſub limit.3.*

51 Sublimita III.declarando, vt quod initio limitationis dixi,non dari appellationem, procedat quoad effectum ſuſpenſiuum, ſi ad effectum deuolutiuum datur appellatio; vt,loquendo in obligatione Cameralis, retuli, & ſequutus ſum ſupra *ſub numer.4.* & patet ex his, quæ ſcripſi, ſupra *limit.primo, nu.14.verſ.confirmatur,* & nos videmus paſſim, quod Signaturæ iuſtitiæ cauſſam appellationis ab obligatione Camerali committit cum clauſula (ſine præiudicio legitimæ executionis) quod etiam notauit Galleſ.*ad form.Camer.oblig.part.3.cap. quaſt. poſt proceſſ.inciden.num.10.fol.364.* & pluribus non inſiſto, quia hoc cuilibet cauſidico, quantumuis tyroni, eſt notum hic in Curia.

52 Ratio huius ſublimitationis eſt, quia obligatus executiuè, vt puta in forma Cameræ, non poteſt opponere niſi tres exceptiones, de quibus dixi, *ſupra lib.1.cap.61. nu.17.verſ. finem,* & eas debet probare incontinenti per publica inſtrumenta, tum quia conuenit, vt ſicut actor volens agere executiuè pro obligatione Camerali, debet eam probare non per teſtes,ſed publico inſtrumento,ita etiam reus,volens impedire illius executionem, debet nõ tantum opponere exceptionem admiſſibilem, ſed debet non etiam eam incontinenti probare publico inſtrumẽto,vt oſtendit Moder.*tr.de proceſſ.execut.par.4.c.2.n.12, et ſeqq.* ſi exceptio nõ ſit admiſſibilis, reijci debet etiamſi incontinenti poſſet probari, *Galleſ.ad form. Camer.oblig. par.1.c.q.ad quart.partis num.15.& ſeqq.fol.355.& part. 3.q.poſt proceſſ.inciden,nu.9.fol.364.* tum etiam, quia quãdo executio inſtrumenti fieri realiter, & perſonaliter ad voluntatem creditoris,non admittitur alia exceptio, quã ea, quæ momento probari poſſit forſan per aliud publicum inſtrumentum. *Anton.de Canar.tract.de execut.inſtr, qu.9.ſub num.19. tom.5.fol.41.* reliquæ ergo exceptiones, quæ non ſunt admiſſibiles, vel ſi ſint admiſſibiles non poſſunt incontinenti probari reſeruantur reo inſtantia poſt executionem, *Moder.de tract.de proceſſ. execut.par.4. cap.2.nu.36.verſ.ideoque*, neque hæc reſeruatio continet iniuſtitiam, *Moder.d.p.4.cap.1.ſub n.31.* Ergo ex neceſſitate debet admitti appellatio deuolutiua, vt reſeruatæ exceptiones audiantur.

53 Non obſtat,ſi diceres, quod cum obligatio Cameralis componatur ex ſuſceptione præcepti ad ſoluendum, cẽſetur obligatus renunciaſſe etiam appellationi deuolutiuæ per ea,quæ ſcripſi *infra num....*

Quia reſpondeo,longè efficaciorem eſſe renunciationem

nem

nem, quæ ſit per ſuſceptionem præcepti poſt diſcuſſam, & terminatam cauſam ea, quæ ſit cauſſa non diſcuſſa, & ideo ficto quodamodo, & erronee, cum vere nullum procedat hodie præceptum iudicis.

54 Minus obſtat, ſi diceres, hanc appellationem deuolutiuam eſſe ſuperfluam, eo quod condemnato conſultum ſit, vt poſſit ſolutum repetere per condictionem indebiti iuxta illud vulgatum (*ſolue et repetere*) ad tradita per Galleſ. *ad form. camer. oblig. par. 3. c. quaſi. poſt. proceſ. inciden. ſub n. 2. f. 363. & Moder. trac. de proceſſ. execut. p. 1. ſub n. 31.* quæ facultas repetendi ſolutum videtur etiam facundior, cum appellatio poſſit interponi ſolum vſque ad decem dies, & facultas repetendi duret vſque ad triginta annos.

Quia reſpondeo, viam appellationis breuiorem eſſe via repetitionis.

55 Aduerte obiter, dum in ratione huius ſublimitationis dixi, quod reus debet incontinenti per publicum inſtrumentum probare exceptionem, quæ ſit de illis tribus, quia ſatis erit, ſi probaret per confeſſionem actoris, cum paria ſint, probare per inſtrumentum, vel per confeſſionem, Moder. *dict. par. 4. cap. 2. n. 12.* Vnde ſi reus daret meras poſitiones ad probandum pactum de non perendo, actor non obtineret mandatum, niſi prius reſponderet poſitionibus.

56 Extende primo eandem ſublimitationem, vt appellatio deuolutiua concedatur etiam ſi inſtrumento renunciatum ſit appellationi, & iuri appellandi, & ita videmus paſſim ſeruari, quia in formula obligationis Cameralis, ſemper extenditur clauſula renuntiationis appellationis, & tamen paſſim datur appellatio deuolutiua, & ratio poteſt eſſe, quia renunciatio eſt ſtrictiſſimæ naturæ *vt ſcripſi lib. præced. c. 5. ſub numer. 163. verſ. comprobatur.* & ideo ſatis eſt, quod renunciatio verificetur in appellatione ſuſpenſiua.

57 Extende ſecundo, vt habeat locum in Regno Franciæ, vbi etſi in materia prouiſionali, & executiua non detur appellatio ſuſpenſiua, tamen admittitur appellatio deuolutiua, quare iudex à quo non obſtante appellatione, & ſine eius præiudicio exequitur ſententiam, & appellans poſt factam executionem proſequitur ſuam appellationem, *Rebuff. tract. de appellat. in præf. num. 73. & 74. tom. 3. fol. 481.*

58 Extende tertio, declarando eandem ſublimitationem poſitam *ſupra ſub n. 51.* vt ſi reus condemnatus in prima inſtantia ſoluerit, & appellauerit, & in cauſſa appellationis deuolutiuæ iudex ad quem reuocando ſententiam iudicis à quo, abſoluerit, & condemnauerit actorem appellatum ad reſtituendum, quod ſibi à reo fuit ſolutum, actor ſit condemnatus poterit appellare non ſolum ad effectum deuolutiuum, prout potuit reus in prima inſtantia ſed etiam ad effectum ſuſpenſiuum: Et ratio differentiæ eſt, quia ſententia, qua fuit condemnatus reus nitebatur obligationi, ſeu inſtrumento habenti executionem paratam; at ſententia, qua condemnatur actor, non ſolum non nititur, ſed vulnerat obligationem, ſeu inſtrumentum.

Confirmatur hæc extenſio, quia quamuis reo condemnato deuegetur appellatio, quando res celeritatem deſiderat, tamen non denegatur actori à ſententia negatiua, vt loquendo in prima inſtantia, & in miſſione in poſſeſſionem, ſcribunt Ang. Iacob. à S. Georg. Zucchar. Tiraq. Duen. & alij quos citaui *ſupra limitat. 6. memb. 4. num. 38. reſtr. 3.* ſed hæc ſecunda ſententia, lata à iudice ad quem, virtualiter eſt negatiua, dum abſoluit reum, & mandat reſtitui ſolutum, quia virtualiter declarat, reum non eſſe obligatum: ergo actor poteſt appellare: vnde nota, quod doctrina Angeli, & aliorum, quam, loquendo de appellatione à ſententia in prima inſtantia, dixi eſſe vanam *dict. membr. 4. ſub n. 38. verſ. vel breuis*, loquendo de appellatione à ſententia in ſecunda inſtantia, dico eſſe ſerioſam, & notabilem.

Contraria ſententia, quod poſſit appellare ſolum ad effectum deuolutiuum, ſuadetur multipliciter.

Primo, quia actori non debet licere, quod reo denegatur, *iuribus citatis ſupra limit. 7. numer. 23.* & in iudicijs ſeruanda eſt æqualitas per ea, quæ ſcripſi *ſupra numer. 52.* Sed reo non licet appellare ſuſpenſiuè. Ergo neq; licebit actori.

Secundo quia cauſſa, aliquo modo effectu appellabilis, debet eodem modo remanere appellabilis, *per ea, quæ ſcripſi infra limit. 47. memb. 1. ſub n. 116.*

Tertio, quia ſententia iudicis ad quem potius eſt ſuperior, quam inferior ſententia iudicis à quo: ergo ſicut ſententia iudicis à quo habet executionem paratam, ita etiam debet eam habere ſententia iudicis ad quem.

Quarto, quia ſententia lata in materia executiua videtur habere naturam ſententiæ latæ in mero poſſeſſorio, *per ea, quæ ſcripſi ſupra num. 7.* Sed à ſententia, lata in mero poſſeſſorio contra actorem in ſecunda inſtantia, quæ ſit reuocatoria primæ actor non poſſet appellare ſuſpenſiuè, *per ea, quæ ſcripſi ſupra limit. 6. membr. 9. nu. 74. verſ. ſecundus caſus*, Ergo &c.

His non obſtantib. non recedo ab extenſione, quæ ſeruatur in praxi, & adducta in contrarium ceſſant, quando militat ratio differentiæ, prout militat in caſu huius extenſionis.

Subextende eandem extenſionem, vt habeat locum etiam in caſu contrario, quando ſcilicet reus in prima inſtantia fuerit abſolutus, ſicque fuerit vulneratum inſtrumentum executiuum, ſeu obligatio Cameralis, & actor appellauerit, & in cauſſa appellationis iudex ad quem reuocando ſententiam abſolutoriam, condemnauerit reum, quia reus poterit appellare ſuſpenſiuè, prout etiam ſentit Rot. *diuerſ. deciſ. 123. licet agentes, numer. 11. in fine. verſ. in primis iuncto pro intelligentia initio eiuſdem deciſionis. part. 2.* dum tacitè admittendo motiuum, quod obligatio Cameralis vulneretur per ſententiam iudicis, reſpondet, quod in caſu ſuo vulneratio erat reſtricta ad mandatum executiuum relaxatum, & propterea non erat extendenda obligationem Cameralem, & ſcribit apertè Marchel. *tract. de commiſſ. part. 1. de commiſſ. appell. à Camer. oblig. cap. 16. num. 19. fol. 169. in 2. impreſſ.* dicens, quod ſi eſt pronunciatum contra obligationem habentem formam Cameræ, & ſuccumbens appellat committitur cauſſa appellationis, quia cauſſa per illam vulnerationem eſt effecta ordinaria, & appellabilis, & debet is intelli vt loquatur de appellabilitate ſuſpenſiua, quia deuolutiua habeat locu etiam in obligatione Camerali non vulnerata.

Amplia hanc ſubextenſionem, vt procedat etiam in ſententia reuocatoria lata ab Auditore Cameræ, vti iudice ordinario appellationum à ſententijs latis in partibus, quia & ſi ipſe in vim ſuarum facultatum ſit iudex priuatiuè cum clauſula annullatiua contra obligatos in forma Cameræ, & ideo poſſit auocare eiuſmodi cauſſas coram alio pendentes, & non teneatur aliquam rationem habere ſententiæ latæ ab alio iudice *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 21. ſub num. 18.* quia iuriſdictio ſic priuatiuè conceſſa non poteſt à partibus prorogari, *Capic. deciſ. 9. in cauſſa vertente. numero 15. & 16.* & conſequenter videatur iudicare, vt in prima, & non vt in ſecunda; tamen dico, quod adhuc ſeruatur in praxi, quod ab eius ſententia reuocatoria poſſit ſuſpenſiuè appellari, quia obligatio Cameralis diceretur vulnerata per ſententiam iudicis de partibus, cum eius facultates annullatiuæ videantur reſtringi in Curia, vt in eiuſdem facultatibus, *numero quinto*.

Intellige eandem ſubextenſionem, vt inſtrumentum

vulneretur quando cauſſa cognita ſuper meritis, puta in prima inſtantia vt in terminis ſubextenſionis, reus abſoluitur, & ita videtur clare ſentire etiam Rot. *dict. deciſ. 132. ſub numer. 12. verſic. deinde*, ſecus eſt quando reuocatur mandatum vti nullum, reſeruato iure melius agendi, quia iſto caſu non dicitur vulneratum inſtrumentum, & ideo à mandato, quod denuo valide decernetur, non dabitur appellatio ſuſpenſiua, *per ea, quæ firmauit Rot. dict. deciſ. 132.*

59 Extende quarto, declarando eandem ſublimitationem vt procedat etiam ſi cauſſa appellationis à ſententia, lata ab Auditore Cameræ, fuerit commiſſa per ſpeciale reſcriptum Signaturæ iuſtitiæ, quia ſi in commiſſione non ſit facta mentio ſpecialis de obligatione Camerali, commiſſio operaretur ſolum effectum deuolutiuum: quare Auditor Cameræ, non obſtante commiſſione, & ſine illius reformatione procederet ad vlteriora. *Mandoſ. tract. de inhibit. qu. 93. ſub nu. 2. tom. 5. fol. 107.* & ita colligitur ex ipſius Auditoris Cameræ facultatibus *num. 5. verſic. ita vt quaſcunquam & num. 27. verſ. non obſtantibus*.

Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi iudex commiſſarius inhiberet, quia nihilominus pars, & Auditor Cameræ poſſent ad vlteriora procedere, cum iudex delegatus non habeat maiorem facultatem ea, quæ ſibi data eſt in commiſſione, ſed commiſſio, vt dixi, non ſe extendit ad effectum ſuſpenſiuum: ergo iudex non habet facultatem inhibendi: & ita ſeruatur.

Confirmatur hęc ſubextenſio ex his, quæ tenuit Rota, de qua Achil. de Graſſ. *deciſ. 33. alias 259. attentata noluerunt, de appell. fol. 118.* dicens, quod ſi in ſignatura dicebatur (quatenus cauſſa non ſit inſtructa, citet, & inhibeat) & ſententia erat lata, potuit ille iudex à quo exequi, non obſtante inhibitione iudicis commiſſarij.

Reſtringe non eandem ſublimitationem, vt nõ habeat locum, quando debitor poſt motam litem & multo magis, quando poſt decretum mandatum executiuum comparet in actis, & confitendo debitum ſuſcipit in ſe mandatum executiuum, quia tunc denegabitur etiam appellatio deuolutiua, & ratio eſt, quia ſuſcipiẽdo mandatum, renuntiat appellationi, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra limit. 2. princ. ſub num. 28. verſ. pone primo, & numer. 35.* ſed cõdemnatus vigore obligationis Cameralis habet ſolum ius appellandi deuolutiuè, *vt dixi ſupra num. 22.* Ergo renunciando iuri appellandi, dicitur renunciari appellationi deuolutiuæ, quia renunciatio trahitur ad ius, cui poſſit adaptari.

Amplia hanc reſtrictionem vt habent locum etiam ſi cauſa appellationis reperiretur commiſſa cum clauſula ſolita (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) quia, ſi deinde reus ſuſcipiat terminum, cenſetur renunciare appellationi deuolutiuæ, quia ſuſceptio termini poſt decretum mãdatum, ſeu poſt motam litem inducit renunciationem appellationis præſertim interpoſitæ, *per ea, quæ retuli, & ſecutus ſum ſupra limit. 2. ſub num. 9. & 26.*

60 Sublimita IV. vt non habet locum in mandato de extendendo obligationem Cameralem ſecundum dicta teſtium, quia ab hoc mandato datur appellatio, *vt ſcribit Galleſ. ad form. Camer. obl. part. 3. capit. de præambulis ipſius proceſſus, numer. 8. in fine, fol. 358.* & datur ad vtrumque effectum, *vt ſcribit Caſtrac. tract. de ſociet. cap. 40. num. 12. quem refert & ſequitur Rugin ell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. num. 141.*

† Quod habet locum, etiam declaratum fuerit ſuper ipſis deductis, nempè eum non teneri. *Marabr. conſil. 60. num. 10.*

61 Sublimita V. & non habeat locum quando reus opponeret aliquam exceptionem admiſſibilem ex his, quæ poſſunt opponi contra obligationem in forma Cameræ, & iudex eam expreſſè, vel tacitè reijceret, quia tunc reus poſſet appellare vti ab exceſſu executionis, *per ea, quæ retuli, & ſequutus ſum limit. ſeqq. numer. 34. & ſeqq. exempl. 3.*

62 Sublimita VI. quando in appellatione exprimitur iuſta cauſſa appellandi, quia tunc poteſt appellari etiam ab executione, *vt retuli & ſequutus ſum limit. ſeq. nu. 19.*

63 Sublimita VII. vt non procedat, quando obligatio Cameralis, ſeu aliud inſtrumentum probaretur per teſtes examinandos, quia huiuſmodi obligatio probata per teſtes non habet executionem paratam, *Iaſ. in l. fin. n. 20. in fine, Co. de edict. diu. Adr. toll. Felyn. in c. 16. ſicut, ſub nu. 4. ibi, & vide, de ſent. et re iud.* loquens de guarintigia, *Foller. in tract. de contract. cenſ. in verbo, eanquam nu. 57. fol. 159.* dicens, quod ſtatuta concedunt executionem paratam inſtrumentis, & non negocijs, ideoque inquit, ſi cenſus probetur per teſtes, non poteſt agi executiuè etiamſi teſtes deponerent, fuiſſe confectum inſtrumentum de illo cenſu, *Moder. tract. de proceſſ. execut. par. 3. c. 1. n. 22. et c. 5. ſub n. 26. & par. 4. c. 2. nu. 12. verſ. porro, & Galleſ. ad form. Camer. oblig. par. 3. c. de præambulis ipſius proceſſus, verſic. quæritur, ſub n. 3. et verſ. pro euidentiori, nu. 4. & 8. fol. 358.* & quod hæc ſublimitatio ſit vera in caſibus, in quibus teſtes nõ poſſunt examinari ante conteſtationem litis, ſcribit Achil. Perſonal. *tract. de adipiſc. poſſ. ſub num. 169. verſ. & hac ratione, tom. 3. par. 2. fol. 253.*

Contrariam opinionem, quod enim, ſi inſtrumenta habeant ex forma ſtatuti executionem paratam, & examinentur teſtes, qui deponant, contrahentes ſe obligaſſe, & promiſiſſe in forma guarintigiæ, ſeu alterius inſtrumẽti habentis executionem paratam, & eorum dicta redigantur in ſcripturam, detur parata executio, licet non fuerit confectum inſtrumentum, tenuit Ang. *in l. fin. ſub n. 4. C. de edict. diu. Adr. toll.*

Comprobatur hæc opinio, quia remedium executiuũ ex *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* datur non ſolum publico inſtrumento teſtamenti, ſed etiam depoſitionibus teſtium, poſt mortem teſtatoris publicatis, vt ex magis * communi opinion. retuli, & ſequutus ſum *ſupra limitat. 6. memb. 4. num. 9.*

Hanc Angeli opinionem reprobant Alex. *in d. l. fin. nu. 21.* & Iaſ. *numer. 20.* quos refert & ſequitur Mod. *d. c. 5. num. 26. in fine.*

64 Infero ex hac ſublimitatione, quod & ſi cenſus & obligatio in forma Cameræ poſſint probari per teſtes, vt ſentiunt Foller. *vbi ſupra*, & clarè Galleſ. *ad form. Camer. obl. par. 3. c. de præambulis ipſius proceſſus verſ. pro euidentiori, n. 1. et ſeqq. et n. 4. tom. 6. par. 2. fol. 358.* quia nec inſtrumẽtum publicum, nec alia ſcriptura eſt neceſſaria in obliga- * tione Camerali ſecundum communem opin. quam refert & ſequitur Galleſ. *d. verſ. pro euidentiori, n. 3. fol. 358.* quem ſe remittit Stracc. *tract. de aſſecur. gl. 37. n. 1. in fine fol. 381.* tamen ita probati non habent viam executiuam, ſed erit agendum via ordinaria.

Ratio eſt, quia vbi examinantur teſtes, requiritur conteſtatio litis, & vbi requiritur cõteſtatio litis, non poteſt procedi executiuè, *Galleſ. d. verſ. pro euidentiori, num. 4. fol. 358. Moder. tract. de proceſſ. execut. par. 3. c. 1. numer. 15. & ſeqq* & dixi ſupra *lib. 1. c. 38. ſub nu. 27.*

65 Declara primo, reſtringendo hanc ſublimitationem, vt non procedat in caſibus, in quibus conteſtatio litis non eſt neceſſaria, quia tunc dicta teſtium deponẽtium, quod partes ſe obligauerunt in forma talis inſtrumenti, habẽtis executionem paratam, habent eandem vim executiuam, quam haberet ipſum inſtrumentum, *Felyn. in c. 16. ſicut, ſub nu. 4. ibi, niſi eſſemus in caſu de ſent. & re iud. Galleſ. ad form. Camer. oblig. part. 3. c. de præambulis ipſius proceſſus, verſ. pro euidentiori nu. 4. in fine, & n. ſeq. fol. 358. et Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. ſub num. 169. verſ. et hac ratione, tom. 3. par. 2. fol. 253.*

66 Exemplifica primo hanc declarationem in negotijs decimalibus, vſuratijs, & matrimonialibus, quia, cum in ijs non requiratur litis conteſtatio, obligatio Cameralis probata per teſtes haberet executionem paratam *Galleſ. vbi ſupra*.

67 Exemplifica ſecundo, quando contingeret examinari teſtes ſenes, valetudinarios, abſuturos, aut tales, qui, etiam lite non conteſtata, poſſent examinari ad futuram rei memoriam. *Galleſ. d. verſ. pro euidentiori num. 7. f. 358.* de quibus teſtibus multa ſcripſimus *lib. praced. c. 8. num. 120. & ſeqq.*

68 Exemplifica tertio in liquidatione ſententiæ incertæ, quia poteſt liquidari per depoſitiones teſtium, lite non conteſtata, & conſequenter fuit conſultum, quod is, qui eam fecit liquidari, poterat iuſtificare capturam facta de debitore per ſcripturam dictarum atteſtationum, dato quod ſtatutum diſponeret, quod captura liquidaretur per inſtrumentum, *Felyn. in d. c. 16. ſicut ſub n. 4. paulo ſupra finem, de ſent. & re iud.*

69 Exemplifica quarto demum in omnibus cauſſis ſummarijs, in quib. non requiritur litis conteſtatio de quib. cauſſis vide ſupra *lib. 1. cap. vlt.*

70 Declara ſecundo reſtringendo, vt non procedat, quando ſuper negocio geſto extaret inſtrumentum obligationis in forma Cameræ, ſeu aliud inſtrumentum, habens executionem paratam, ſed venirent examinandi teſtes pro liquidatione ipſius inſtrumenti ſuper aliquo præambulo, ſeu connexo, emergente ad ipſum inſtrumentum, quia, tunc vt patebit in ſeqq. exemplis, poterit procedi executiuè.

71 Exemplifica primo hanc declarationem quando teſtes venirent examinandi ſuper recognitione ſcripturæ inſtrumenti executiui, vt puta, quando inſtrumentum obligationis Cameralis non eſt factum in tribunali Auditoris Cameræ, vel eſt confecta ſolum apocha, quo caſu licet pro liquidatione inſtrumenti examinarentur teſtes ſuper recognitione iuxta formulam citandi, de qua ſcripſi ſupra, *lib. 1. c. 96. n. 32.* tamen proceditur executiuè.

72 Exemplifica ſecundo, quando teſtes venirent examinandi pro legitimania perſona actoris, vt puta qui ſit ſocius, aut ceſſionarius, creditoris, *iuxta ea qua ſcribit Galleſ. ad formul. Camer. obliga. par. ia qq. primam partem, &c. n. 1. & 2. t. 6. p. 2. f. 352.* vel è conuerſo venirent examinandi pro legitimanda perſona rei, vt puta, quia ſit hæres debitoris, quia in primis debet actor legitimare perſonam, cum inſtrumentum non dicatur liquidum contra perſonam in eo nominatam, donec non ſit prius probatum, diſcuſſum, quod ille eſt hæres, vel ſocius, & ſimilis, & poſtea illud inſtrumentum habebit executionem paratam, iuxta ea, quæ ſcribunt Alex. *conſ. 188. viſo proceſſu. n. 1. lib. 2.* & Boer. *deciſ. 10. ceſſionarius*.

73 Exemplifica tertio, quando producitur aliquod inſtrumentum publicum corroſum, vel corruptum in aliqua parte ſubſtantiali, quæ tamen pars probetur per teſtes, quia nihilominus datur eius inſtrumenti executio parata. *Bal. in l. fin. quaſtionem n. 13. verſ. ſed quid ſi ſcriptura. C. de fideicomm. lib. 6. f. 147.* dicens, quod ſcriptura priuata, ſolemnis tamen, & confirmata per viuam vocem teſtium eſt exequibilis, *Galleſ. ad form. Camer. oblig. p. 3. c. de praambulis ipſius proceſſus, n. 3. tom. 6. p. 2. fol. 356.*

74 Cōtra hanc exemplificationem, obſtant duo. Primum, quia obligatio Cameralis, ſeu aliud inſtrumentum non habet executionem, paratam, quando probatur per teſtes iuxta ea, quæ ſcripſi *ſupra nu. 65.* Secundum, quia pro teſtamento in aliqua ſui parte vitioſo non datur miſſio in poſſeſſionem *ex l. fin. C. de edict. diu. adr. toll.* quamuis illud teſtamentum teſtibus comprobetur, quia vbi iudiciū eſt ita ſummarium, vt oculata fide, ſeu per ſolam apparentem probationem iudicandam ſit probationes teſtibus ſuppleri non poſſunt *Zuccar. quem refert & ſequitur Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. remed. 4. quaeſt. 8.5. ſub nu. 704. 705. & 706. extenſ. 2.* & tamen, ſi inſtrumentum teſtamēti nullatenus ſit factum, ſed ipſum teſtamentum probetur teſtibus datur remedium executiuum *dicta l. fin. C. de edic. diu. adr. toll.* vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra limit. 6. princ. memb. 4. n. 9.*

Ratio diuerſitatis eſt, quia ſcriptura, habens apertum vitium, teſtibus adiuuari non poteſt, quoniam illo infirmatur patenti vitio, quod, ſi occultum foret, non obeſſet, *Menoch. d. remed. 4. qu. 14. ſub n. 97. ibi, verum huic conſiderationi. & n. 98. & 99. f. 27.*

Retenta exemplificatione.

75 Reſtringe primo eam, vt non procedat in ſummarijs, quæ requirunt idoneam figuram inſtrumenti *Butr. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. quem refert et ſequitur Bal. in d. l. fin. quaeſtionem ſub n. 13. verſ. contrarium. C. de fideicommiſſ.*

76 Reſtringe ſecundo; vt non procedat quando inſtrumentum caret ſolemnitate, puta quia careat indictione, quia teſtes non poſſunt ſupplere indictionem ſicque eorum depoſitio non operatur ad ſolemnizandum inſtrumentum, *Bal. in d. l. fi. quaeſtionem. n. 12. verſ. quaero pone. C. de fideicomm.* vel qui careat anno domini, quia talis nullitas inſtrumenti, cum ſit patens, non indiget probatione, idcoque impedit executionem obligationis Cameralis, *Galleſ. ad form. Camer. oblig. par. 1. q. 3. n. 3. tom. 6. p. 2. f. 351.*

77 Exemplifica quarto, quando teſtes venirent examinādi ſuper liquidatione conditionis, ſub qua eſt concepta obligatio, vel tacitè ineſt, vt in dotis promiſſione, in qua ineſt tacita conditio, ſi ſequatur matrimonium *l. 4. item quia. 5. huius ff. de pact. l. 8. dotis. fructus. in fine cum duabus ll. ſeqq. l. 21. plerumque. §. ſi ante. l. 18. in rebus l. 41. pramittendo. & l. 49. tali. ff. de iure dot. Conſtan. Roger. tract. de dot. in 3. viden. ſub n. 5. & 6. fol. 339. Bal. Nouell. eod. tract. p. 6. priuil. 76. n. 1. in fine. fol. 214. Mantic. tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 22. n. 11.* Et quod in contractibus dubiū non ſit, promiſſionem intelligi factam ſub conditione, ſi ſequatur matrimonium, ſcribit idem Nouell. *eod. priuil. 76. ſub n. 2. in 3. caſu, ibi, nam in contractibus.* & quod extraneus dotans repetat dotem per condictionem ob cauſam, ſi nuptiæ non ſequantur, ſcribit *ead. p. 6. priuil. ſub nu. 1. fol. 116.* & quod ſi nuptiæ non ſequantur, dos repetatur, ſcribit Iacob. Butrig. *tract. de dot. num. 24. fol. 448.* & quod legatum, relictum pro dote ſub conditione, ſi contrahatur matrimonium, teſtatur, & ſequitur eſſe magis com-
* munem * opinionem *conſ. 42. conſideratus, ſub num. 2. ibi, aut dicimus. lib. 7.* cum dos regulariter non ſit ſine matrimonio *l. 3. ff. de iur. dot. Mantic. d. lib. 11. tit. 22. numer. 6.* quia hæc conditio poterit probari etiam per teſtes, & probata, dabitur executio, tanquam liquidato inſtrumento.

Ratio in omnib. iſtis exemplis poteſt eſſe, quia teſtes in eis non examinantur ſuper negotio principali, cum de eo conſtet per publicum inſtrumentum ſed examinantur ſuper connexis, & præambulis, & ideo non poteſt dici, quod antequam examinentur debeat fieri conteſtatio litis ſuper negotio principali, & ſic, ceſſante litis conteſtatione, ceſſat difficultas ſeu ratio, de qua dixi ſupra *ſub num 64.*

LIMITATIO X.

SVMMARIA.

Executio ſententia non recipit appellationem, n. 2. & ſeqq.
Declaratur, n. 6. — Extenditur, n. 7.

¶ *Sublimitatur I. hac limitatio, vt non procedat in pronunciatione de exequendo inſtrumentum, quia ab hac pronūcia-*

Digitized by Google

tione datur appellatio num.8. vbi tamen firmatur opinio contraria extenditur, ſubextenditur, & reſtringitur vſque ad n.18.incluſiue.

Sublimitatur II. quando in appellatione exprimitur iuſta cauſa appellandi, num.19.

Sublimitatur III. vt non procedat in pronunciatione negatiua de non exequendo, nu.21.

Sublimitatur IV. vt non procedat in appellatione deuolutiua loquendo de executione inſtrumentorum, nu.22.

Sublimitatur V. vt non procedat quando peruertitur ordo executionis, n.23. & ſeqq. in quibus declaratur.

Sublimitatur VI. in executionis exceſſu, quia ab eo poteſt appellari num.28. & ſeqq. in quibus explicatur, quot modis poſſit interuenire exceſſus, dantur exempla exceſſus, & declarantur, & exponuntur multa de iuriſdictione executorum, & ad quos ſit ab eis appellandum vſque ad finem limitationis.

1 LImita X. vt non procedat in exequutione ſententiæ, quia ab ea non datur appellatio, *l.5. ab exequutione, & ibi Bald. & Salyc. in princ. Cod. quor. appellat. non recip. Rom. conſ.41. in præſenti conſultatione, nu.1. Veſtr. in pract. lib.7. c.3. n.9. verſ. ſed & inter alios. Bened. de Barz. tract. de guarantig. par.2. q.13. fol.346. Gabr. in concl. lib.2. tit. de appell. concl.4. in princ. Rot. diuerſ. deciſ.100. ex nouem, n.12. in fi. verſ. & primo par.1.* Et hoc eſt, quod Spec. *in tit. de exeq. ſent. §. nunc dicendum, nu.7. verſ. quid ſi ab exequutore, et §. breuiter, verſ. fin. principij, ibi hinc eſt. Abb. in c.15. quod ad conſultationem, nu.10. not. vlt. & num.24. de ſent. & re iud. Alex. conſ.95. viſis proceſſibus, ſub nu.4. libr.2. & conſ.113. viſo themate, n.10. lib.5. Maran. in ſua ſpec. p.6. act.2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, nu.259. limit.7. fol.497. Aſin. in prax. iudicior. §.3. cap.18. nu.1. fol.187. Lancell. tr. de attent. par.2. cap.16. de attent. reduct. & c. nu.38. fol.393. & Ruginell. tract. de appell. §.2. cap.2. n.58 verſ. non appellari ab executore, fol.52.* & textus ipſi *in cap.43. nonne ille, de appell. & in l.4. ab exequutore, & ibi Bartol. & alij ff. de appel. & relat.* ſcribunt, ab exequutore non dari appella-
2 tionem: & quod à mandato de exequendo inter eaſdem perſonas, inter quas fuit lata ſententia, & datum mandatũ
* appellatio nõ admittatur, ſcribit ex communi * opinione Caputaq. *deciſ.40. appellatio non admittitur, p.1.* & quod ab exequutore ſententiæ non detur appellatio, ſcribunt Guid. Pap. *tr. de appel. q.92. n.59. fol.60.* & Rebuff. *tr. de appell. art.7. gl.2. n.15. verſ.5. tom.3. fol.503.*

3 Ratio eſt, quia (ſi quod eſt grauamen) iudex illud infert, non is, qui iudicis mandatum exequitur, *Crauet. conſ. 273. nobilis domine, colum.3. nu.1. verſ.2. quia & verſic. nec*
4 *obſtat,* vbi benè explicat, & Rebuff. *vbi ſup.* actus enim tribuitur ordinanti, & non exequenti, *Rot. diuerſ. deciſ.167. n.2. par.1. Surd. tr. de alim. tit.7. q.38. num.52. & deciſ.8. & noua. n.23. & 24 & deciſ.292. Annibal. nu.9.* & exequutor
5 eſt veluti cauſa inſtrumentalis, quæ ſecundum Aret. *in §. cum autem impubes, nu.6. in fine, Inſtit. de adopt.* non diſponit, & fruſtra ſtatuta darẽt executionem paratam inſtrumentis; ſi permitterent, quod appellatio ab eorum executione ſuſpenderet executionem.

6 Declara iſtam limitationem, vt procedat in exequutione rei iudicatæ, vel inſtrumenti, vel quid ſimilis, à quo nõ detur appellatio, quia tunc exequutio nõ in plus grauat, quam grauet res iudicata; vel inſtrumentum, quod mandatur exequutioni; vnde ſicut non appellatur à re iudicata, ſeu ab inſtrumento, ita etiam nõ appellatur ab eorum exequutione per ea, quę in pronunciatione de exequẽdo retuli, & ſequutus ſum *infra ſub num.8. verſ. contrariam,* & tamẽ in pronunciatione de exequendo, vel non exequendo poterat eſſe maior difficultas.

Secus eſt in exequutione ante latam ſententiam interlocutoriam, vel diffinitiuam, vt cum iudex, inchoando ab exequutione, facit, aliquem capi, & detineri, vel ponit aliquem intenutam bonorum, quia tunc non ſolum poteſt appellari, ſed poteſt appellari etiam poſt lapſos decem dies, *Paul. de Caſtr. conſil.334. viſa appellatione, num.4. lib.1. Alexandr. conſil.113. viſo themate ſub num.10. ibi, tamen quando nulla præceſſit ſententia, lib.5.* dicens, poſſe appellari, quando non eſt lata aliqua ſententia ſuper eo, in quo petitur exequutio.

Secus etiam eſt in executione ſententiæ appellabilis, quia tunc ſicut poteſt appellari à ſententia, ita à fortiori poteſt appellari ab illius exequutione, cum exequutio inducat innouationem, & effectuet grauamen ſententiæ.

7 Extende hanc decimam limitationem, vt in tantum ſit prohibita appellatio ab executione ſententiæ, quod appellans punitur pęna quinquaginta librarum auri, *l.5. ab executione, in fine, C. quorum appell. non recip.*

Ratio autem, quare appellans ab executione puniatur in quinquaginta libris auri, & appellans temere in cauſſa appellabili puniatur ſolum in expenſis, & appellans in caſu inappellabili puniatur multa viginti librarum auri, *vt notat Rebuff. tractat. de appellat. artic.9. gloſſ. vna, num.3.10. & 11. tom.3. fol.507.* eſt, quia maior videtur temeritas, pertinacia, & culpa in appellatione ab executione, quam à ſententia, *Rebuff. dict. gl. vna, num.8. et 9. fol.507.*

8 Sublimita I. eandem limitationem, vt non procedat in pronunciatione de exequendo inſtrumentum, quia licet ab exequutione inſtrumenti ſit prohibita appellatio, vt dixi, tamen à pronunciatione de exequendo inſtrumentum, cum iudex pronunciat inſtrumentum eſſe exequendum, dabitur appellatio. *Roman. dict. conſil.41. ſub num.1. Aug. conſ.112. quidam petijt, quem refert, & ſequitur Felyn. in cap.15. quoad conſultationem, nu.13. in fine, & n.14. & 15. verſ. limita 1. de ſent. & re iud.* dicens, quod propterea cauti aduocati nunquam petunt pronunciari ſuper exequutione inſtrumenti, ne appeletur à pronuntiatione, ſed ſolum petunt realiter exequi, *Sal. in l. exequutione, ſub num.3. ibi, or attende. C. quor. appell. non recip. & Alex conſ.113. viſo themate, ſub n.10. lib.5.* dum ex Salyc. refert. & ſequitur, quod ab iſta pronuciatione datur appellatio, quando nulla pręceſſit ſentẽtia, quia tunc ceſſat ratio illa, in contrarium, videlicet, nę res protrahatur in infinitum, quod etiam recenſet Nicell. *tract. de concord. gl. concord.6. fallen.47. nu.88. fol.195.* Alios plures congerit, ſed non ſequitur Gabr. *in concl. lib.2. tit. de appel. concl.6. nu.1.*

Ratio huius ſublimitationis eſt, quia pronunciatio de exequendo eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, cum non expectet poſt ſe aliam ſententiam *tradibus Salyc. Alexand. Felyn. Capic. & alijs, quos retuli & ſequutus ſum infra limit.47. princ. memb.1. num 191. verſic. exemplifica vndecimo,* & ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ datur appellatio, *vt dixi ead. lim.47. memb.1. numer.171. verſic. ſublimita* 4. & quia ceſſat ratio proceſſus in infinitum, *vt dixi.*

Confirmatur hæc ſublimitatio à ſimili, quia licet à ſẽtentia excommunicationis non detur appellatio, tamen datur à declaratoria incurſus in eam, *vt ſcripſi infra limit. 22. princip. n.36. verſ. ſublimita ſecundo.*

Contrariam opinionem, quod non poſſit appellari, tenet Ant. de Canar. *tract. de execut. inſtr. q.46. nu.83. tom. 5. fol.44.* & quod à pronuntiatione de exequendo rem iudicatam, vel aliam materiam executiuam non detur ap-
* pellatio refert & ſequitur ex communi * opinione, & obſeruantia Palatij Rot. *diuerſ. deciſ.100. ex nouem, num.13. p.1.* & plures, qui loquuntur indiſtinctè, & teſtantur de communi opinione, refert & ſequitur Gabr. *in concluſ. lib. 2. tit. de appell. concluſ.4. ſub num.1. verſ. contrariam,* & de
* magis * communi, *num.2.*

Com-

Digitized by Google

Comprobatur hæc contraria opinio, quia inſtrumentum habẽs executionem paratam, & res iudicata æquiparantur in tantum, quod ab eorum executione non datur appellatio, *per ea, quæ dixi ſupra in iſta limitatione*, & hanc æquiparationem facit etiam Bened. de Barz. *tract. de guarentig. parte 2. quæſt. 13. fol. 346.* Imò in inſtrumento eſt aliquid amplius quoad hunc effectum, quam in ſententia, *ſicut aduertit Anton. de Canar. tractat. de exeq. inſtru. quæſt. 41. ſub n. 79. fol. 44.* Ergo ſicut à pronunciatione de exequendo rem iudicatam non datur appellatio per ea, quæ firmaui *n. ſeq.* ita etiam eſt dicendum in pronuntiatione de exequendo inſtrumentum, & ceretè nulla ratio diuerſitatis poteſt aſſignari.

9 Retenta hac opinione contra ſublimitationem.

Extende eandem opinionem, vt procedat in pronuntiatione de exequendo rem iudicatam, quia ab ea non datur appellatio, *Spec. tit. de exeq. ſent. §. penult. verſic. ſed ſecundum eum quæritur, numero 5. in fine, & numer. 6. lib. 2. fol. 181. Odofr. quem referunt & ſequuntur Cyn. in l. 5. ab executione, numero 2. verſ. quæritur circa, C. quor. appellat. non recip. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. titul. de appellat. §. in quibus numero 6. verſ. & ſcias in verbo pronuntiatione, & Bar. in l. 4. ab exequutore, ſub num. 1. ibi quod non placet, ff. de appel. & relat.* hoc etiam tenent Bal. *in l. 14. ſi cum exceptione, §. hæc autem actio, ibi, adde ex ratione, & verſic. item nota ex iſta gl. ff. quod met. cauſ. & apertè in d. l. 5. ab executione, verſ. modo quæro, num. 4. Felyn. qui alios citat, in capit. 15. quoad conſultationem, ſub num. 14. ibi, in contrarium, de ſent. & re iud. Lancell. tract. de attent. parte 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 50. princ. num. 120. fol. 380.* Et quod hæc opinio ſit verior, teſtatur Ant. de Canar. *tract. de exeq. inſtrum. q. 46. numero 83. fol. 44.* & hanc eſſe

* communem* teſtantur, & ſequuntur Corn. *conſil. 71. ſuper primo, num. 5. ibi, & licet ſit dubium, lib. 1. Alex. conſil. 95. viſis proceſſibus, verſic. quod autem à ſententia, numero 4. & ſeqq. lib. 2.* dicens ab iſta communi opinione non eſſe recedendum in iudicando, *Dec. cap. 43. nonit. ſub num. 6. ibi, ſed tamen, de appell. Maran. in ſuo Spec. parte 6. act. 2. princ. in verb. & quandoque appellatur, limit. 7. num. 260. fol. 479. Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7. gloſ. 13. num. 16. fall. vlt. tomo 1. fol. 376. & Capic. deciſ. 1. num 17.* quem retuli & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. cap 97. numero 56. in fine.* Et quod

* hæc ſit magis communis * opinio, refert, & ſequitur Grauat. *in annot. ad pract. Veſtr. lib. 7. cap. 3. ſub numero 43. fol.*

* 207. & hanc communem* opinionem canonizat obſeruãtia Palatij, de qua obſeruantia teſtatur Rot. *diuerſ. deciſ. 100. ex nouem numero 13. parte 1.* & quod à ſententia de exequendo non detur appellatio, eſt opinio communis,

* & magis communis, quam refert, & ſequitur Gabr. *in concl. lib. 2. de appellat. concl. 4. ſub numero 1. & 2. verſ. contrariam, & verſ. & maxime.* Et quod non liceat appellare à pronuntiatione de exequendo, refert, & ſequi videtur communem, veriorem, & ſeruatam eſſe opin. Addition. *ad pract.* Papienſ. *in form. appellat. à ſent. diffin. in gl. coram vobis, in verbo in executione fol. 407.*

Rationes huius extenſionis ſunt plures.

10 Prima, ne res protrahatur in infinitum, *Cyn. in d. l. 5. ab exequutione ſub n. 2. ſeu, vt ſit finis litium, Io. And. Felyn. & Rebuff. vbi ſupra n. præced.*

11 Secunda ratio, eſt, quia quando duæ ſententiæ ita ſe habent, quod ſecunda eſt exequutiua primę, tunc ſi non poteſt appellari à prima, neque poterit appellari à ſecunda, *Bal. in d. §. hæc autem actio, quem refert, & ſequitur Felyn. vbi ſupra, Capic. d. deciſ. 1. numero 17. & Contar. in l. vnica, limit. 19. numero 16. C. ſi de mom. poſſeſſ.* ſeu quia executio eſt pars ſententię, ſeu declaratio, à qua non appellatur, niſi propter exceſſum, *Bal. in d. l. ab exequutione, num. 4.* Vnde, ſi non ſit appellatum à pronunciatione, articulos eſſe admittendos, non poterit poſtea appellari ab ipſa admiſſione, *Caſtr. in l. 4. ab exequutione, nu. 2. ff de appellat. quem refert & ſequitur Ruginel. tract. de appell. §. 2. cap. 3. numero 85. & 167.* quia ſecunda eſt exequutio primæ, & prima eſt, quæ grauat, non autem ſecunda, *idem Ruginell. qui alios citat, d. c. 3. n. 168.*

Tertia, & eſt eadem cum præcedenti, quia qua ratione non appellatur ab exequutione, videlicet, quia non plus grauat, quam ſententia, eadem ratione non appellatur à pronunciatione, *Felyn. & Rebuff. vbi ſupra.*

13 Quarta, quia, prohibito aliquo, cenſetur prohibitum omne id, per quod deuenitur ad illud, *Alex. d. conſ. 95. n. 5. & dixi lib præc. c. 9. n. 885. & 886.*

14 Quinta, & vltima ratio, eſt, quia ſi diceremus, poſſe appellari à pronunciatione, & non ab exequutione facti, ſequeretur quod lex eſſet impoſita verbis, & non rebus contra *l. 2. C. comm. de leg. & c. 35. commiſſa de elect. in 6.* hancque rationem conſiderant Io. And. citatus *ſupra ſub numero 9. Alex. d. conſ. 95. numero 4 in fine,* hacq; ratione *ſupra lib. 1. c. 97. numero 59.* confutaui cautelam eorum, qui arbitrati ſunt, quod à decreto torturæ, ſi interponatur cum reus eſt in pede tonduli, non admittatur appellatio, ex quo appellaretur ab exequutione, ſecus ſi interponatur prius: etenim eſt cautela nugatoria, & fabuloſa, quaſi tortura magis torqueat, magiſq; grauet, ſi decretum interponatur prius, quam ſi interponatur coniunctim, aut poſtea.

Contra iſtam extenſionem tenent Gloſ. 1. *in l. 4. ab exequutione ff. de appell. et relat. et in l. 5. ad exequutione, et ibidem Bart. ſub numero 1. et Salyc. ſub numero 2. et 3. C. quor. appell. non recip. Spec. tit. de appell. § in quibus num. 6. verſ. et ſcias Socc. reg. 26. appellare ab exequutione num. 5. et reg.*

* *25. fall. 2.* & hanc eſſe communem * opinionem teſtatur Soc. *vbi ſupra,* & Alex. ſibi non multum conſtans *in conſil. 113. viſo themate numero 9. in fine, et 10. lib. 5.* & hanc opinionem in effectu videtur ſequutus Rom. *conſ. 41. in præſenti conſultatione numero 1.* dum cenſet, vlterius non eſſe exprimendam cauſſam in appellatione, ex quo talis pronunciatio habet naturam diffinitiuæ, & decipitur (parcat mihi) doctiſſimus Fely. *in cap. 15. quoad conſultationem ſub numero 18. ibi, oportet exprimere de ſent. et re iud.* dum ſcribit, quod Rom. hic citatus tenet per modum fallentiæ, eſſe exprimendam cauſſam in appellatione; Nam Rom. dicit hoc in appellatione ab exequutione, ſed in appellatione à pronunciatione de exequendo non ſe declarat, niſi quod videtur ſentire contrarium, videlicet nõ eſſe exprimendam, & quod teneat. Rom. *in l. 5. in princ. in 4. colum. ff. de verbor. obligat.* & teſtetur ſe bis ita obtinuiſſe in Rota, refert, & ſequitur Addit. ad Abb. *in d. cap. quoad conſultationem ſub numer. 30. in verbo, appellatione, in fine.* Et ratio huius contrariæ opinionis eſt ea, quam adduxi ſupra *ſub n. 8. verſ. ratio.*

In hac contrarietate Io. de Anan. *conſ. 26. in cauſſa, colum. 1. verſus eſt cõciliatione,* quę non placet Rebuffo *trac. de ſent. execut. art. 7. gloſſ. 2. ſub n. 16. verſ. cõciliat. tom. 1. fol. 376.* & multo minus placet mihi, ideo eam non recenſeo, *Guid. Pap. deciſ. 574. an iudex, ſub num. 3. verſic. ſed an poſſit appellari, & num. 5. verſic. ſed à tali.* modo ait, modo ibiq; non conſtans, eam opin. quam num. 3. ponit prima, num. 5. ponit vltimam. *Maran. Ioſ. Cumia, & Ruginell. quos citam infra limit. 47. prin. p. ſub n. 191. verſic. contra vtramque* contra id, quos retuli, & ſequutus ſum, *ſupra num. octauo verſic. contrariam.* dicunt pronunciationem de exequendo inſtrumentum eſſe diffinitiuam, & de exequendo rem iudicatam eſſe interlocutoriam meram.

15 Ergo non diſcedo ab extenſione, quia eſt vera, & ſeruatur in praxi.

Subextende primo eam, vt procedat ſiue exequutio ſententiæ petatur per actionem, in facto, ſiue officio iudicis, quia neutro caſu datur appellatio, *Ant. de Canar. dict.*

quæſt.

Digitized by Google

quaſt. 46. numero 84. *fol.* 44.

16 Subextende ſecundo, vt procedat, ſiue teneamus huiuſmodi pronunciationem eſſe interlocutoriam meram, ſiue interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, quia ſemper habet eandem naturam, vt non grauet, &, cum non grauet, non admittit appellationem; an tamen ſit mera interlocutoria, vel habeat vim diffinitiuæ, vide quæ ſcripſi *infra limit.47.memb.1.n.191.*

17 Subextende tertio, vt citra dubium procedat in executorialibus decretis vigore trium ſententiarum conformium, quia tunc non cadit diſputatio an executoriales ſapiant interlocutoriam, aut diffinitiuam, & an ab illis poſſit appellari, vel ſuſpendant ſeu extinguãt iudicatum: veniunt enim ad executionem illarum trium conformiũ, nec appellatio aliqua, vel exceptio admittenda erit. *Mandoſ.tract.de commiſſ.in commiſſ.23.executoriali,in verbo,citatione præcedente,q.4.verſus finem fol.130.*

18 Reſtringe eandem extenſionem, vt procedat dummodo iſta pronunciatio contineat ſolum illud idem grauamen, quod continebatur in prima, id eſt, continebatuř in ſententia, à quo non poteſt appellari, ſecus quando ex pronunciatione de exequendo inferretur nouum grauamen, quia tunc ab iſta pronunciatione daretur appellatio per ea, quæ loquendo de appellatione à tribus ſententijs diformibus, ſcripſi *ſupra limit.1.num.31.& ſeqq.& n.44.& 45.* quicquid forſan dubitauerit Gabr. *in concluſ. lib.2. tit.de appell.concl.4.in fine*, dum ſcribit, quod à ſententia de exequendo non datur appellatio, maximè quando nihil noui inducit, quaſi ſentiat, quod neque detur ſi aliquid noui induceret, in quo non benè ſentiret.

19 Sublimita II. eandem limitationem vt non procedat quando in appellatione exprimitur iuxta cauſſa appellãdi, quia tunc poteſt appellari etiam ab exequutione. *Rom. conſ.41.in præſenti conſultatione ſub n.1.*

Pro intelligentia huius ſublimitationis vide, quæ ſcripſi *infra ſub n.63.& ſeqq.*

20 Sublimita III. vt non procedat in pronunciatione negatiua de non exequendo, quia ab ea poteſt appellari, per ea, quæ de pronunciatione contra hæredem ſcripſi *ſupra limit.6.princip.memb.4.num.38 verſic. reſtringe tertio*, & de pronunciatione contra eum, qui petit alimenta *ſupra limit.7.princip.num.19. verſ.declara tertio*, & de pronunciatione contra creditorem petentem exequutionem vigore obligationis Cameralis *limit.præced.n.50. ſublim. 2.* & quod à pronunciatione de non exequendo detur appellatio ſcribunt *Gloſſ.1.in d.l 5.ab exequutione,C.quor.appell.non recip.& Bar. & Salyc. citati ſupra ſub n.14. verſ. contra.* quorum doctrinam licet nos reprobemus in decreto affirmatiuo de exequendo, tamen ſequimur in decreto negatiuo de non exequendo.

Contrariam opinionem tenet inaduertenter Bal. *in d. l.ab exequutione,ſub num.4.Cod. quor. appell.non recip.* firmans, à decreto de exequendo, ſeu non exequendo non dari appellationem, & ex Anton.de Butr. refert, & ſequitur Bal.Nouel.*tract.de dot.p.6.priuil.2.in fine,tom.9.f.193.* dicens, quod ſicut non poteſt appellari à decreto de exequendo, ita etiam non poteſt appellari à decreto de non exequendo, & quòd ita pluries vidit ſeruari de facto in Ciuitate Peruſij, ſtante ſtatuto, quod à ſententia lata ſuper executione inſtrumenti guarentigiati contra debitorem non poſſit appellari.

21 Confirmatur hæc contraria opinio, quia ſtatutũ, quod inſtrumentum dotis habeat executionem paratam, procedit non ſolum quando maritus agit contra ſocerum, vel alium, qui dotem in inſtrumento promiſit, ſed etiam quando vxor, ſeu ſocer ex eodem inſtrumento repetit à marito, vel eius hæredibus dotem datam, etiamſi in inſtrumento dotis receptę per maritum non aliter promittatur reſtitutio ipſius dotis in caſu ſoluti matrimonij, *Bal.Nouel.d.par.6.priuil.2.num.11.verſus finem,verſ.in fideiuſſore.* Et ratio eſt, tum quia promiſſio reſtitutionis tacitè ſubintelligitur, & venit ex natura contractus, *Bald. Nouel.vbi ſupr.* tum etiam quia maritus, & vxor ſunt correlatiua, & in correlatiuis ſtatutum in vno extenditur ad alium, *idem Nouel.eod.priuil.2.in fine, ſub n.12.*

Non recedo à ſublimitatione, cuius vtilitas non eſt in prima, ſed eſt in ſecunda inſtantia, *vt dixi limit.præced.ſub n.58.verſ.confirmatur.*

Neque obſtat confirmatio adducta hic ſupra pro contraria opinione, quia habet differentes terminos & diuerſam rationem.

22 Sublimita IV. loquendo de executione parata conceſſa publicis inſtrumentis, ſeu alijs cauſſis, requirentibus celeritatem, vt propterea in iſtis cenſeatur prohibita appellatio ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed non quoad effectum deuolutiuum, quia ad iſtum effectum datur appellatio ab exequutione, ſicut refert, & ſequitur Ant.de Canar.*tract.de exeq.inſtit.q 47.n.86. fol.45.* & ſatis ſcripſi *limit.præced.n.51.& ſeqq.* vbi videas.

23 Sublimita V. vt non procedat in executione peruerſa, id eſt, quando peruertitur ordo, qui debet ſeruari in executione ex diſpoſitione *l.15.à diuo Pio.§.in venditione. ff. de re iud.* quia ab illa peruerſione ordinis poteſt appellari, *vt ex Aſin.retuli,& ſequutus ſum lib.præced.c.1.n.59.* & ſentiunt Doct. infra citati ſine controuerſia.

Ratio quare poſſit appellari eſt duplex. Prima, quia non ſperatur alia diffinitiua, in qua poſſit reparari hoc grauamen. Secunda, quia committitur exceſſus in exequendo, & ab exceſſu exequutionis datur appellatio; quare ſi nuntius habet in mandatis, vt ponat te poſſeſſione vnius rei, & ipſe ponit te in poſſeſſione alterius rei, poteſt appellari, *vt retuli, et ſequutus ſum infra numero trigeſimo ſecundo.*

24 Extende iſtam ſublimitationem, vt hoc grauamen in tantum ſit appellabile, vt, etiam appellatione non interpoſita, exequutio ſit nulla, *Ioan de Imol.in d.§.in venditione, Felyn.in c.15.quoad conſultationem,ſub n.12.verſ.remedia,ibi,dic contra,de ſentent.& re iudic. Afflict.deciſ.358.in cauſſa inter,n.1.& ſeqq.et Maran.in ſuo Spec.p.6.actu 3.et vlt.princip.ſub n.9.fol..*

Contra iſtam extenſionem; quod enim exequutio non ſit nulla, ideoque ſit neceſſaria appellatio, tenuerunt Bar. Abb. & alij, quos refert, ſed non ſequitur Iaſ. *in d.§.in venditione, n.19. ibi, iuxta iſtam gl.* teſtans hanc videri magis
* communem, quam etiam ſequitur Luc.Pæt. *in pract.capit.*
* *lib.8. cap.2. num.11.* & hanc communem ſequuta eſt etiã Rot. vt teſtantur Put.*deciſ.318.in vna Tiburtina,lib.2. fol. 410.& Mohed.deciſ.7. alias 185.caſtri Tiburtini,de ſent.& re iudic.* qui eam tenent in caſu magis dubio, videlicet, etiam ſi executor peruerteret ordinem executionis ſibi commiſſæ in motu proprio Pontificis; hanc eandem opin. ſequitur Aſin. à me relatis *d.c.1.n.59.* & tenet alij, quos citat Contar. *in l.vnica, limit.18. num.26.* & antecum latius Gabr. qui tamen eam non ſequitur, niſi fœdere concordiæ in *ſuis concluſ.tit.de execut.rei iud.concluſ.2. ſub num.1.*

25 Declara primo concordando, vt hæc opinio communis contra extenſionem ſit vera, quando iudex procedit ſine interlocutoria, peruertendo ordinem *dicti in venditione*, ſecus ſi interloqueretur, faciendam eſſe executionem contra ordinem dicti, §. quia iſto caſu executio eſſet nulla, & non indigeret appellatione, & ſic procedit extenſio, *Alex.in d.§.in venditione,verſus finem, num.38.in fine,& Iaſ.ſub d.num.19.& Contar.d limit.18.num.27.* licet Gabr. *in concl.lib.2.tit.de execut.rei iud.concl.2. n.2.* quem ipſe Contar. citat pro iſta concordia, aliter loquatur. Inquit enim, executionem eſſe nullam, quando iudex in ſententia iuſſit, fieri executionem iuxta ordinem dicti §. in-

choando

Digitized by Google

choanrio à mobilibus, & executio ſit poſtea contra dictum ordinem.

26 Declara ſecundo, vt præfata communis, ſeu magis communis opinio, quæ tenet, executionem non eſſe nullam, procedat in iudice, non autem in nuntio, qui exequendo excederet fines mandati, teſtibus Alex. conſ. 5. in cauſa & lite, ſub numero 3. verſ. nec obſtat, ibi, poſito autem quod opinio, lib. 2. & Gabr. d. concl. 2. numero 3. & quod ſi ſententia iudicis mandet nuntio Curiæ, quod faciat executionem pro certo debito, ſeruata forma iuris, & nuntius exequatur contra ordinem iuris, executio ſit nulla, & ſit retractanda, ſcribit Afflict. deciſ. 358 in cauſa inter, ſub numero 1. & 2.

Contra hanc declarationem; quod enim communis opinio procedat indiſtinctè tam in iudice, quam in executore, tenet Rot. vt teſtatur Put. d. deciſ. 318. in fine, & quod in Regno Franciæ in forenſi iudicio ſeruetur, vt ſi iudex committeret nuntio, vt venderet bona, & ipſe gratificaret in illis bonis, quos vellet, tunc, & in ſimilibus caſibus appellatur à commiſſione, & ab alijs, quæ ſequuta fuerunt ſcribit Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7 gloſſ. 12. n. 18. verſic. in forenſi, tomo 1. fol. 376.

27 Declara tertio, vt in cauſis, in quibus proceditur, ſola facti veritate inſpecta vigore iuris municipalis, executio non reuocetur etiam ſi non ſit ſeruatus ordo dicti §. in venditione, Granat. in annot. ad prax. Veſtr. lib. 8. capitul. vlt. ſub numero 27.

Declara quarto, vt ab inuerſione ordinis poſſit appellare is cuius fauore eſt datus ordo, quia is diceretur grauari, ſiue ſit debitor, ſiue ſit creditor, per ea, quæ ſcribunt Doct. in l. 15. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. & Abb. in cap. 15. quoad conſultationem, numero 27. de ſent. & re iud.

Infero primo ſubdeclarando, quod creditor poteſt appellare ab executione, quæ fiat in rebus immobilibus, omiſſis mobilibus, & moueor, quia fauore creditoris inductum eſt, vt executio fiat prius in mobilibus, vt ſentit Felyn. in d. c. quoad conſultationem, ſub numero 12. verſic. remedia, verſus finem. Quod ſi dicamus, inductum eſſe fauore debitoris, dicendum eſſet, quod debitor poſſet appellare.

Subinfero vltra omnes, quod ſi teneamus, inductum eſſe fauore debitoris, & executio fiat ſuper mobilibus iuxta ordinem dicti §. in venditione, & debitor opponeret, vt fieret ſuper ſtabilibus, & iudex nihilominus ad inſtantiam creditoris procederet in executione mobilium, debitor poſſet appellare, quia quilibet poteſt renunciare fauori ſuo, &, quod eſt inductum in fauorem, non debet retorqueri, in odium quod autem ſit inductum in fauorem debitoris patet, quia lex vltimo loco concedit, vt executio poſſit fieri in perſonam.

Infero ſecundo, quo ab executione, quæ fiat in vna ſpecie rerum, & fiat in re debitori magis damnoſa, debitor poteſt appellare, & moueor, quia executio, quę fiat in vna ſpecie rerum, debet, fieri ſemper in re minus debitori dãnoſa, ſiue executio fiat in mobilibus, Gloſſ. in d. §. in venditione, in verbo, animalia, Bart. numero 5. Felyn. d. cap. quoad conſultationem, ſub numero 12. Maran. in ſuo Spec. parte 6. in 3. & vlt. act. numero 11. fol. 521. Luc. Pat. in pract. capitul. lib. 8. c. 2. n. 10. & de opinion. commun. * teſtatur. & ſequitur Iaſ. in d. §. in venditione, n. 10. ſiue fiat in ſtabilibus, Bart. Iaſ. & Maran. vbi ſupra.

Quamuis multa poſſent allegari in contrarium ex his quæ recenſet Alex. in d. §. in venditione, n. 4.

Infero tertio, quod ſi iudex inciperet executionem à nominibus debitorum, creditor poſſet appellare, quia eſſet granatus, vt ex mente Abbatis refert, & ſequitur Felyn. dict. capitul. quoad conſultationem, numero 12. in fine.

28 Sublimita VI. (& eſt ſimilis quintæ præcedenti,) vt non procedat in executione exceſſiua, idest, in exceſſu, quia ab eo datur appellatio, l. 5. ab executione, & ibi Bal. in princip. & Salyc. num. 1. C. quor. appellat. non recip. Spec. tit. de execut. ſent. §. breuiter, verſic. ſed ſecundum eum, ibi, ſed ipſe reſpondet, ſub numero 6. Roman. in conſil. 41. in præſenti conſultatione, num. 1. Abb. cap. 15. quoad conſultatione, ſub num. 10. not. vlt. num. 27. in fine, de ſent. & re iud. Ant. de Canar. trac. de execut. inſtrum. quæſt. 46. ſub num. 85. tom. 5. fol. 44. Nicel. tract. de concord. gl. concord. 6. fall 8. numero 37. fol. 192. Guid. Pap. tract. de appell. quæſt. 92. num. 59. tom. 5. fol. 60. Maran. in ſuo ſpec. parte 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, limit. 7. num. 259. fol. 497. Veſtr. in pract. lib. 7. cap. 3. ſub num. 9. verſ. ſed & inter alios, fol. 196. Rot. diu. deciſ. 100. ex nouem, num. 17. verſ. quarto, parte 1. Contar. in l. vnica, quæſt. 24. tertius an appellet, num. 8. verſ. declara, & num. 36. & latè limit. 19. ratione exceſſus, num. 1. & ſeqq. C. ſi de mom. poſſ. intelligatur. Et quod in nullo caſu ſit prohibita appellatio ab exceſſu, executionis, ſcribit Cæſar Barzius in Bononien. deciſ. 55 dominus, numero 6. & quod nulla ſit cauſſa in mundo, in qua non poſſit appellari ab exceſſu modi, refert, & ſequitur Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7. gloſſ. 12. ſub num. 4. fallen. 1. tomo 1. fol. 373. &
* communiter omnes in diuerſis locis, prout de communi * opin. teſtatur Gallel. ad form. Camer. obligat. quæſt. poſt proceſſ. in idem, ſub num. 11. tomo 6. parte 2. fol. 364. & quod ab executore excedente modum poſſit appellari, vide limit. ſeq. n. 6.

Ratio eſt euidens, quia licet quis conſentiat ſententiæ, tamen non intelligitur conſentire exceſſu modi, vel formæ in exequendo, Rebuff. vbi ſupra. & ſic in exceſſu ceſſant omnis res iudicata, & omnis obligatio executiua.

29 Extende hanc ſublimitationem, vt procedat etiam in eo, qui iuraſſet non appellare, teſtibus Zaſ. conſil. 1. n. 58. & Than. tract. de in l. 2. iur. parte 3. c. 3. ſub n. 5. fol. 392. quos refert, & ſequitur Contar. in l. vnica, lim. 19. ſub n. 2. ſeu 3. C. ſi de mom. poſſ.

30 Explica hanc ſublimitationem, vt exceſſus, poſſit interuenire tot modis, quot modis, poteſt aliquid dici plus, Bal. in l. 14. ſi cum exceptione, §. hæc autem actio, ibi, & tot modis dicitur, ff. quod met. cauſ. & de modis, ſeu ſpeciebus exceſſus, vide Gloſ. in l. 3. ab exequutione, in verbo excedat, & ibi Bar. nu. 4. C. quor. appellat. non recip. Spec. tit. de exec. ſent. §. nunc dicendum, num. 7. verſic. quid ſi ab exequutore, Bal. in marg. in verbo, appellari poteſt à iuramento delegato, & alios infra citatos. Et quod exceſſus poſſit committi tribus modis; primo ratione rei, ſecundo ratione temporis, tertio ratione exceptionum, quæ poſſunt de iure opponi contra exequutionem, & fuerint reiectę, refert & ſequitur Cæſar Barzius d. deciſ. 55. n. 11.

31 Exemplifica primo exceſſum executionis quando ſit miſſio in poſſeſſionem rei magnæ, cum ſufficeret miſſio in poſſeſſionem rei modicæ, Gloſſ. in d. l. ab exequutione, in verbo excedas. & ibidem Salyc. ſub n. 5. ibi, & dicitur excedere modum Contar. in l. vnica, limit. 19. nu. 21. C. ſi de mom. poſſ. & quod, ſi ſeruientes velint capere pignora maioris valoris, quam ſit debitum, poſſit debitor eis reſiſtere, refert Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7. gloſ. 14. ſub num. 4. tomo 1. fol. 379. Quare exceditur ſi fiat exequutio pro maiori quantitate ea, quæ continetur in ſententia, Gloſſ. & Rebuff. vbi ſupra, Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. ſub nu. 9 verſic. ſed & inter alios, fol. 196. & comprobatur ex tex. in §. plus autem, Inſtit. de act. vbi qui pro 10. ſibi debitis petit 20. dicitur plus petere.

32 Extende hanc exemplificationem, vt idē ſit quãdo exequitur in alia re, quam fuerit iudicata, Rebuff. dict. art. 7. gloſ. 14. n. 3. verſ. ſecundo, to. 1. fol. 379. vel quando nuncius habet in mãdatis, vt ponat me in poſſeſſionē vnius rei, & ipſe me ponit in poſſeſſionē alterius rei, Contar. vbi ſupra.

33 Exem-

33 Exemplifica ſecundo quando exequutio fit ante tempus, puta ante quadrimeſtre poſt latam ſententiam, *Gloſ. Salyc. & Veſtr. vbi ſupra, & Rebuff. d. art. 7. gl. 14. num 1. to. 1. fol. 379.* & de hoc quadrimeſtre locutus ſum etiam *ſupra lib. 2. c. 62. n. 18.* & quod petens ante tempus dicatur plus petere, petat ex *d. §. plus autem, Inſtit. de action.* & hic in Curia diceretur exceſſus, quando creditor exequeretur ante lapſum terminum ſuſceptum à reo.

Extende iſtam exemplificationem, vt procedat, quando pendente in integrum reſtitutione poſt ſententiam, vel literis ſuper ſupplicatione impetratis, & durante earum comprobatione, quam interiuationem dicunt, vellet exequi, quia tunc prohibetur, & ideò licita eſſet appellatio, *Rebuff. tract. de ſentent. exec. art. 7. gloſſ. 12. num. 8. fall. 5. tom. 1. fol. 374.*

34 Exemplifica tertio in exequotore, ſeu iudice, qui exequitur, ſpreta exceptione, quæ deberet admitti etiam in exequutione, vt puta, quia exequitur contra perſonam, quæ non tenetur in plus, quam facere poteſt, *iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præcedent. cap. 7. num. 256.* Nam quod poſſit appellari ratione exceſſus, quando iudex non admittit exceptiones, quæ ſunt aptæ ad impediendam exequutioné, ſcribunt Gloſ. & Veſt. citati *ſupra ſub numer. 31.* & Cæſar Barzius citatus *ſupra ſub num. 30. Bart. in d. l. 5. ab exequutione, ſub num. 4. C. quor. appell. non recip. Abb. in c. 15. quoad conſultationem, ſub num. 24. verſus finem, & num. 25. de ſentent. & re iud. Rebuff. tract. de ſentent. execut. art. 7. gl. 12. num. 2. verſ. poteſt tamen, & gl. 14. numer. 9. fol. 373. & 380.* dicens, quod ſi quis ſe opponat contra executionem, & executor non admittat illam oppoſitionem, tunc pars poteſt appellare, quia executor excedit modum, & Contar. *in l. vnica, limit. 19. num. 6. C. ſi de moment. poſſ.* dicens, quod & ſi ſtatutum prohibeat appellari in cauſis inſtrumenti guarintigiati, tamen poteſt appellari, ſi iudex reijciat legitimas exceptiones, *& q. 24. num. 1. & 10.* dicens quod ſi tertius citatus ad opponendum, quare ſententia non debeat exequi, compareat cum ſua exceptione, & iudex eam reijciat, poteſt appellare ab exceſſu, *& Greg. Toloſ. tract. de appell. lib. 2. cap. 11. num. 14. & ſeqq.* in quibus ponit multos caſus exceptionum, quibus non admiſſis, ait poſſe appellari.

35 Declara hanc exemplificationem vt ſit vera quando is, qui excipit, offert, ſe velle incontinenti probare exceptionem, quia ſi non efferret incontinenti ſe probaturũ, non eſſet admittenda appellatio, *Contar. in d. l. vnica, lim. 19. n. 23 ibi, intellige modo, C. ſi de mom. poſſ.* quia cum in huiuſmodi iudicijs ſummariò procedatur, non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, *Contar. d. lim. 19. n. 24.*

36 Subdeclara hanc declarationem, vt prædicta oblatio de probando incontinenti exceptionem debeat fieri iudici, & non mero exequutori; quia ſi fieret exequutori, non iuſtificat appellationem, cum exequutio non teneatur recipere probationem, *Dec. in c. 70. interpoſita, num. 7. ibi, ſecundo idem eſſet, de appell. & Contar. d. limit. 19. n. 24. in fin. & n. 25.*

37 Pro abſoluta intelligentia huius ſubdeclarationis diſtinguo tres ſpecies executorum.

Prima ſpecies ſit executor merus, & loquendo de iſto, concludo, quod iſte non debet admittere aliquam exceptionem, *Abb. in cap. 5. de cætero, num. 1. & firmius ſub numer. 3. ibi, & certè gloſſa iſta, Felyn. numer. 4. verſic. ſecunda concluſio, de ſent. & re iud.* dum ſcribunt, quod executor merus ad lites, datus poſt liquidatam materiam exequutionis, vt nuncius datus ad poſſeſſionem tradendam, nullam exceptionem audit, rurſus Felyn. *in cap. 28. paſtoralis, §. quia vera ſub numero decimo ſeptimo, verſic. exequutor merus, de offic. & poteſt. iud. deleg.* & quod hi, qui ſunt ſtrictè, & meri exequutores, & puri facti, vt nuncij, qui delegantur ad actum exequutionis, nullam admittant exceptionem, quia in hoc proceſſit omnis cognitio, tam reſpectu ſententiæ, quam reſpectu exequutionis, concludit Ant. de Butr. *d. c. de cætero, ſub n. 3. ibi, dic quod quidam,* & de iſto exequutore loquitur etiam Bar. *in l. 15. à diuo Pio, n. 11. ff. de re iud.*

38 Reſtringe concluſionem poſitam in hac prima ſpecie, vt non procedat ſi exceptio nullitatis ſententiæ ſit notoria, quia executor quamuis merus poteſt eam audire, & cognita nullitate ſententiæ, poteſt ſpreta ſententia, denegare executionem, *per ea quæ ſcribit Rom. conſil. 51. attentis his, n. 1. et terminis Felyn. in d. c. 5. de cætero, ſub n. 4. verſ. ſecunda concluſio, de ſent. et re iud. et addit. ad Abb. in eodem cap. ſub n. 2. rurſus idem Felyn. in dict. §. quia vero, ſub n. 17. verſic. fall. 1.*

39 Reliquas reſtrictiones ponit per modum fallentiarum Felyn. *ſub d. numero 17.* tu poteris eas apud eum videre.

40 Secunda ſpecies dicitur merus executor, ſeu miniſter exequutoris, cuius officium eſt viliſſimum, & nõ dignum elegantia iuriſdictionis, & dicitur apparitor, qui nullam habet iuriſdictionem, *Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7. gl. 12. num. 19. verſ. quæro ſi mandetur, to. 1. fol. 376.* & loquendo de iſto, concludo, quod doctrinæ ſupra citatæ non procedunt in eo, quia iſte nullam penitus poteſt audire exceptionem, quia eſt exequutoris miniſter, qui non habet, neque videt ſententiam, ſeu decretum, ſed ſolum habet mandatum ab exequutore ſententiæ; executor autem ſententię remanet is, qui decreuit mandatum, vel is, cui delegatur executio ſententiæ, qui propterea debet habere ſententiam.

41 Infero ex hac concluſione, quod ſi iſti executores, id eſt, birruarij, ſatellites; & barigelli excedant modum, vel inordinate exequãtur, poteſt reus recurrere ad iudicem, qui mandatum relaxauit, vt corrigat exceſſum; quod ſi reus, omiſſo iſto recurſu ad eundem iudicem, velit appellare, dico remittendum eſſe ad iudicem exequentem, qui mandatum relaxauit, quia recurſus dari non debet per ſaltum, & ceſſat remedium extraordinarium, vbi extat ordinarium.

42 Tertia ſpecies dicitur exequutor mixtus, in quo conſidero tres caſus principales.

Primus caſus eſt in executione, quam lex committit iudici in defectum iuriſdictionis, vt puta, quando ſententia eſt lata à delegato, vel ab arbitro, qui ſuas ſententias exequi non poſſunt: & loquendo de iſto caſu, concludo, quod habet omnem cognitionem, quæ requiritur in exequutione, *Bar. in l. 15. à diuo Pio, num. 5. ibi, quandoque eſt prius, ff. de re iud.* & ab hac concluſione non diſcedunt in effectu Anton. de Butr. & Abb. *in cap. 3. de cætero, de ſent. et re iud.* alter *ſub num. 3. ibi, quidam ſunt exequutores mixti recipientes.* & alter *ſub num. 4. verſ. ſecunda membro principali.*

43 Infero ex hac concluſione; quod eiuſmodi exequutores poſſunt non ſolum cognoſcere, & determinare omnes exceptiones, concernentes exequutionem, ſed poſſunt etiam cognoſcere, & pronunciare ſuper nullitate ſententiæ & actus, vt apertè ſcribit Ant. de Butr. & ſub verbo, *credo, Abb. in locis ſupra proximè citatis;* Commiſſarius enim iſto caſu, vt inquit Abb. ſuccedit loco iudicis, & ideo quicquid potuiſſet opponi coram eo, poterit opponi coram iſto executore.

44 Subinfero, quod delegatus executorialis, cui Signatura iuſtitię committit hic in Curia executionem alicuius ſententiæ, poteſt cognoſcere, & pronunciare ſuper nullitate ſententiæ, quia ſignatura regulariter dat commiſſionem executorialem, quaſi iuriſdictio iudicis, qui ſententiam tulit, expirauerit, & ideo eam exequi non poſſit, vt ſcripſi *ſupra q. 11. ſub n. 172. et 173. verſ. ratio,* & hanc ſubillationem ſeruant Prælati Romanæ Curiæ.

45 Reſtringe eandem concluſionem, dum dixi, quod delegatus non poteſt exequi ſuam ſententiam, vt hoc ſit verum in delegato ordinarij, ſecus in delegato Principis, quia delegatus Principis poteſt, ſi vult, exequi ſuam ſententiam, vel committere ordinario, vt exequatur, dummodo infra annum, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 11. ſub numero 163. verſic. ratio*, & ordinarius, cui delegatus Principis committit executionem ſuæ ſententiæ, non poteſt cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ ipſius delegati, *capit. 28. paſtoralis §. qua vero de off. & poteſt. iud. deleg.* neque de nullitate, quia delegatus Principis poſſet, *vt dixi*, eam exequi, & ideo non committit eo, quia deficiat ſua iuriſdictio, & hoc in delegato extra Curiam; at delegatus in Curia non poteſt exequi, neque committere vide *ſupra q. 11. ſub n. 172. & 173.*

46 Secundus caſus eſt, quando is, ad quem recurritur pro executione ſententię, eſt ſuperior, vt puta ſi pro executione ſententiæ latæ ab Archidiacono recurratur ad Epiſcopum, vti ſuperiorem: & loquendo in iſto caſu concludo, quod iſte ſuperior poterit a fortiori cognoſcere, vt poſſe executor, de quo ſcripſi in præcedenti concluſione, *Spec. tit. de exeq. ſent. § nunc dicendum, ſub num. 5. verſ. vt autem, lib. 2. ſol. 179. Ant. de Butr. cap. de cætero ſub numero 3. verſus finem ibi, ſi autem eſt illius ſuperior & Abb. ſub num. 4. verſ. ſecundo membro, ibi, & idem videtur quando inferior de ſent. & re iud.* & licet præfati Doct. videantur loqui nō in Archidiacono, ſed in Archiepiſcopo, prout ad literas extenſas loquitur Anton. de Butr. in libro meo, tamen id eſt errore typographi, quia eſt legendum, *de Archidiacono*.

47 Tertius caſus eſt, quando committitur executio ſentētiæ in auxilium iuriſdictionis poſt latam ſententiam, vt puta, quādo vnius iudex requirit alium iudicem pro exequutione ſententiæ, vel quando à ſtatutis Ciuitatis committitur alicui exequutio ſententiarum, & in iſto caſu diſtinguendo duas ſpecies cognitionum.

Prima cognitio eſt circa res, in quibus debet fieri exequutio; & dico, quod exequutor habet iſtam cognitionē. *Bal. in d. l. 15. à diuo Pio, ſub numero 6. ibi nam quedam ff. de re iud.* quem refert, & ſequitur Abb. *d. capitul. de cætera ſub num. 5. ibi, quandoque committitur*, & conſequenter habent cognitionem de modo exequendi, & poteſt admittere exceptiones, modificantes exequutionem, Ant. de Butr. *eod. cap. de cætero ſub numero 3. ibi, item poſſunt cognoſcere.* & ideò poteſt cognoſcere, quando poſſeſſor dicit, quod illa capta non eſt illius condemnati, *Rebuff. tractat. de ſent. execut. art. 7. gloſ. 12 ſub numero 19. verſ. ſi vero to. 1. fol. 376.*

48 Secunda cognitio eſt ſuper exceptionibus, quæ opponuntur poſt ſententiam; & in iſtis rurſus diſtinguo.

Quædam enim exceptiones reſpiciunt merita cauſſæ principalis, & de iſtis non poteſt cognoſcere, *Bart. in d. l. à diuo Pio nu. 7. & Abb. d. c. de cętero ſub num. 4. ibi, quędam eſt cognitio*, dicens, quod exequutor debet remittere ad priorem iudicem.

49 Quædam exceptiones reſpiciunt ſolam exequutionem & non infringunt ſententiam, vt exceptio, ne quis cogatur vltra quam facere poteſt, & ſimiles; & de iſtis poteſt cognoſcere, *Bart in d. l. à diuo Pio numero 8. & Abb. d. capitul. de cætero ſub numero 4. ibi, quædam ſunt exceptiones quę ſolum.*

50 Quædam exceptiones, directò veniunt contra ſententiam, & eam impugnant, vt exceptio nullitatis, vel prætextu falſorum inſtrumentorum; & de iſtis non poteſt cognoſcer, niſi ad finem, vt ſuperſedeat, & remittat ad ſuperiorem, non autem vt ſuper illius pronunciet, *Bar. in ſępe citata l. à diuo Pio, numero 9. ff. de re iud. Innoc. in dict. cap. 5. de cętero ſub numero 2. ibi veritas eſt quod nunquam de ſentent. & re iud.* & ibidem Anton. de Butr. *ſub numero 3. verſ. vltimo reſidet ibi, quędam eſt exceptio falſitatis*, dicens, quod poteſt probationes recipere, vt ſuperiorem inſtructum reddat, & interim ſuperſedeat, ſi aliquid inueniat, quod eum moueat, ſed nunquam debet iudicare, *& ibidem Abb. ſub numero 4. verſus finem, verſ. quędam ſunt exceptiones, quę de directo.* Et quod iudex, qui ſentētiā exequitur, non poſſit cognoſcere exceptionem, quæ tangat negocium principale, vt pote, an ſententia ſit iniuſta, habendo reſpectum ad ius litigatoris, quia poteſt ſolum cognoſcere quid ſit pronunciatum, non quid eſſet pronunciandum, refert & ſequitur Rebuff. *d. art. 7. gl. 12. ſub n. 19. verſ ſi autem tomo 1. fol. 377.*

Extende hæc omnia, quæ dixi *ſupra in tertio caſu, num. 47. & ſeqq.* vt habeant locum etiam in iudicibus de partibus, quibus pars præſentat mandatum executiuum, relaxatum ab Auditore Cameræ, ſeu ab alio Papæ delegato, quia ſi actor coram eo citet aduerſarium condemnatum ad videndum ſubhaſtari, & deliberari pignora, poterit iſte iudex cognoſcere ea omnia, quæ dixi *ſub d. numer. 47. & ſeqq.*

51 Sed nunquid iſte executor poſſit cognoſcere de nullitate ſentētiæ? Reſpondeo, Bar. *vt audiuiſti hic ſupra*, tenet, quod non. Contrarium tamen, nimirum, quod poſſit, parte vocata, cognoſcere de nullitate ſententiæ, & de alijs exceptionibus à iure permiſſis, & inde iudicare, an ſententia ſit exequenda, vel non, tenet Guid. Pap. *deciſ. 574. an iudex ſub num. 1.* teſtans, ſe ſic vidiſſe ſeruari in Curia illius Parlamenti. Sed Ioan. Fab. *in l. ſatis C. ad leg. Corn. de falſ.* tenet hoc eſſe verū, quādo iſte executor eſſet ſuperior iudicis requirētis pro executione. At Rebuff. *tract. de ſent. execut. art. 7. gloſ. 12. ſub numero 19. verſ. ſi autem tom. 1. fol. 377.* arbitratur, hoc eſſe verum, ſi is per viam appellationis cognoſceret, alioqui, inquit, vix poſſet cognoſcere, & annullare, niſi eſſet Curia ſuprema, quæ ſuper alias iuriſdictionis volat, vel niſi appareat de iniuſtitia ex tenore ſententiæ.

52 Exemplifica quarto eandem explicationem, poſitam *ſupra num. 30.* in eo qui malè interpretatur ſuam ſentētiā, quia ab illa interpretatione datur appellatio, *Gloſ. in l. 5. ab exequutione in verbo excedat, in fine. & ibidem Bart. in fine, num. 6. C. quor. appellat. non recip. Salyc. in l. fin. num. 1. in fine, C. Quand. prouoc. nō eſt neceſſ. Rebuff. tract. de ſenten. execut. art. 7. gloſ. 14. num. 8. fol. 380.* eſt enim executor mixtus, à quo poteſt appellari, *Rebuff. eod. art. 7. gl. 12. n. 11. fall. 8. tomo 1. fol. 374. & Greg. Toloſ. trac. de appell. lib. 2. c. 11. ſub n. 1.*

Caſus huius exemplificationis eſt, cum Tholoſæ quis fuerit condemnatus ad ſoluendum decem aureos, & executor fuerit interpretatus de aureis ſolis, quia eſt mala interpretatio, cum de conſuetudine intelligantur, de aureis paruis æſtimatis 27. ſolidis turonum, cum dimidio, *Rebuff. vbi ſupra.*

53 Sed an, & quando iudex poſſit ſuam ſententiam interpretari, & declarare, vide Bart. qui copiosè diſtinguit *in l. 4. ab exequutore num. 5. verſ. veniamus ff. de appell. & relat. & Gabr. in ſuis concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 3. illat. 6. nu. 14. & ſeqq.*

54 Exemplifica quinto in eo, qui, exequendo ſententiam, & rem iudicatam, liquidat etiam ſententiam, quia cum illa liquidatio non ſit facta in ſententia, executor excedit, addendo ſententiæ liquidationem, à qua liquidatione, vti à re noua, datur appellatio, vt tenebant ſex ex Dominis Rotæ, ſecundum relationem, quam facit D. Robuſtetius vnus ex eis in *Rot. diuerſ. deciſ. 100. ex nonem nu. 1. et 2. par. 1.* & tenet etiam Cæſar Barzius in *Bononienſ. deciſ. 55. dominus n. 7.*

55 Reſtringe declarando iſtam exemplificationem, vt nō procedat quando liquidatio non mutat ſubſtantiam rei iudicatæ, & conſequenter non inducit nouum grauamen,

quia

Digitized by Google

quia tunc non poteſt appellari, Rot.diuerſ.dicta deciſ.100. n.28.p.1.& dicitur non mutare ſubſtantiam,& non continere nouum grauamen, quando continet declarationem interpretatiuam ſententiæ,non augentem, neque minuẽtem, Rot.eadem deciſ.100.n.14. huicq; reſtrictioni ſunt affinia ea,quæ ſcribit Gabr.in concl.lib.6.de reg.iur. concl.2. n.1.3.& ſeqq.& quæ ſcripſi ſupra limit.1.n.48.& infra limit.22.n...

56 Exemplifica ſexto in eo, qui excedit modum taxationis expenſarum, quia etiam à taxatione expenſarum propter exceſſum datur appellatio Bar.in l.4. ab exequutore,n.13.verſ.ſed iuxta prædicta,ff.de appell.& relat.Salyc. in d.l.fin,num.1.in fine,C.quan.prouoc. non eſt neceſſ. Felyn. in c.15.quoad conſultationem,num.16.limit.2.de ſentent.& re iud.Iaſ.in l.11.properandum,§.ſin autem, ſub n.25. verſ. ſed nunquid,Cod.de iud. Maran.in ſuo Spec.p.6. act.3. princ. in verbo,poſt omnia aduertatur,n.22.fol.522.& Guid. Pap. tract.de appell.q.96.n.60.fol.62.

57 In foro Capitolino ex diſpoſitione ſtatutorum lib.1. c. 173.de appellatione ab expenſarum taxatione, appellans a taxatione expenſarum non auditur, niſi ſummam iudicatam, aut pignora plus valentia penes perſonam idoneam infra triduum depoſuerit, etiam quod appellatus non requiſiuerit.

58 Declara primo iſtam exemplificationem, vt condemnatus non poſſit appellare a tota taxatione,quia eſſet reſcindere pronunciatum, & appellare potius ab exequutione ipſa,quam ab exceſſu,ſecundum Bald.in l.3.terminato,colum.4.verſ.pone,quod num.17.C.de fruct.& lit. expenſ. & in margar. in dicto verbo appellari poteſt à iuramento. Lanfr.in cap.quoniam contra,col.penult.quem refert, & ſequitur Nicel.tract.de concord.gloſ. concord.6.fall.32. n.74. fol.194.Et quod non poſſit appellari ab ipſa liquidatione fructuum, ſeu expenſarum, ſed ab exceſſu liquidationis, exprimendo certam exceſſus quantitatem loco cauſſæ, aut quamuis aliam cauſſam veram,& iuſtam, ſcribit Rot. diuerſ.deciſ.100. ex nouem, n.30.verſ. non obſtat quod à liquidatione, p.1. Quare cum præſupponamus,non poſſe amplius appellari à ſententia, in qua adeſt condemnatio ad expenſas, quia vel tranſierit in rem iudicatam, vel adſint tres conformes, non poterit appellari à tota taxatione, quia eſſet appellare a ſententia, & propterea poteſt appellari ſolum ab exceſſu.

Contra iſtam declarationem ſentit Innoc. in dicto cap. ſuper eo n.4. dicens quod is, contra quem fit taxatio prudenter facit,ſi appellet propter grauamen taxationis,ſi in nullo credit ſe teneri.

Diſtingue concordando. Aut de condemnatione expenſarum, ſeu fructuum extat res iudicata, vt puta cum quis fuit condemnatus, per tres ſententias conformes in expenſis,ſeu fructibus, & tunc procedit declaratio, quod non poſſit appellare à tota taxatione,ſeu liquidatione, & ita bene intrant quæ ſcribit Bald. in dicto verbo appellari. Aut non extat res iudicata ſuper expenſis, ſeu fructibus, ſed is, qui vult exequi rem iudicatam, ſeu is, qui protulit tertiam ſententim conformem, vult addere condemnationem, & liquidationem expenſarum, & tunc procedit opinio contraria, quod poſſit appellare à tota condemnatione, & taxatione expenſarum, quia eſt nouum grauamen, & executor excedit, vt dixi ſupra numero 54.

59 Declara ſecundo illatinè ex præcedenti, vt non ſatis ſit appellare ab exceſſu exequutionis, ſed requiratur expreſſio exceſſus,id eſt quantitatis exceſſæ alias appellatio non tenet ſecundum ea,quæ ſcribunt Innoc.in cap.vlt. ſuper eo num.4.in verbo.taxatione,de his quæ vi met.cauſ.fiunt, Bal. in l.3.terminatio,colu.4.verſ.pone quod, num.17.C.de fruct. & lit. expenſ. & in marg. in verbo appellari poteſt à iuramento. Abb.in cap.15.quoad conſultationem,colum.fin.num. 33.verſ.vnde non puto,& Felyn.num.18. ibi, oportet exprimere,& num.19. in fine, de ſentent.& re iud.Franch. in d.c. 44.ſæpe,quæſt.12.n.59.de appellat. Dec.in cap.43. nouit.n. 13.& 14.de appell. Nicell.tract.de concord.6.fall.32.n.74. fol.194.Rot.diuerſ.deciſ.100.ex nouem num.30.par.1.quam retuli,& ſequutus ſum num.præcedenti, Rebuff. tractat.de ſentent.execut.artic.7.gloſſ.12.num.12.verſ. non valeret, t.

60 1.folio 357. & † quod cauſſa ſit exprimenda nominatim, & non per relationem ad acta, ſcribit Rot. d.deciſ.100. num.18.

61 Contra eandem declarationem ſcribit extare * communem opinionem Veſtr.in practic.libr.7. cap.3. num.12. verſ.imo non defuerunt, fol.197.& lib.8.cap.vlt.ſub numer. 17.verſ.& licet,dicens,ſatis eſſe, quod exprimatur exceſſus in genere, & hoc eſſe vtile, quia ſi exprimitur nominatim, appellatio non ſuſpenderet exequutionem, niſi in exceſſu nominatim expreſſo, & ita ait ſeruari in Roman. Curia.

62 Non diſcedo à declaratione, tum quia eam cenſeo eſſe veriorem, vt teſtatur Felyn. d. cap. quoad conſultationem, num.19.in fine, verſ. nihilominus, tum quia tenetur com-
* muniter, prout de opinione communi teſtatur, & ſequitur Hier.Manfred. tractat. de attent. part. 8. num. 32. tom.5. fol.238. dicens, errare Veſtrum, qui aſſerit, contrariam eſſe communem, & ex Hier. Manfred. refert & ſequitur Cæſar Barzius in Bonon. deciſ.55. dominus, numer.10.

63 Declara tertio,vt appellatio ab exceſſiua exequutione habeat vim ſuſpendendi exequutionem, ſtante quod in appellatione eſt expreſſa cauſſa,videlicet, exceſſus,ſed ſuſpenſio aliter fit in immobilibus, & aliter in mobilibus, nam in immobilibus ſuſpenditur ſimpliciter, in mobilibus vero & fructibus rei immobilis fit ſequeſtratio, & ita ſequeſtratæ debent remanere apud ſequeſtrum appellatione pendente,ſed ſi nulla exprimitur cauſſa, aut exprimitur iniuſta tunc,appellatione nón obſtante,fit exequutio. Abb.in c.15.quoad conſultationem,col.fin.n.31.verſ.vlterius de ſent.& re iud.

64 Subdeclara hanc declarationem, vt in appellatione ab exceſſiua executione expreſſio ſola exceſſus non ſuſpendat executionem, ſed requiratur vlterius aliqualis probatio exceſſus, ſeu cauſſæ allegatæ, & hoc propter præſumptionem, quam appellans habet contra ſe; quare Signatura ad obuiandum fraudibus, quæ fierent in expreſſionè cauſſarum, non ſolet ſtare aſſertioni partis de exceſſu executionis, ſed vult aliquid guſtare de grauamine committat cauſſam appellationis ſuſpenſiuæ, Rot.diuerſ.deciſ. 100.ex nouem. n.19.verſ.quinto,p.1.& Rugin. tract. de appell.§.2.c.3.n.181.

† Notandum tamen eſt non eſſe neceſſariam cauſſæ expreſſionem vbi ea,forma,& facie ipſius ſententiæ appareret de grauamine. Lanzell.de attent.appell.pend.lim.15.

Et in quibus caſibus ſit neceſſaria cauſſæ expreſſio,habes apud Bart.in l.ab executore n.2.de appell.Capic.deciſ.t. num.19.

65 Reſtringe hanc ſubdeclarationem,vt Signatura de ſtylo ſatis æquo cauſſam appellationis à liquidatione fructuum, & expenſarum committat, & retardet executionem abſque aliquo fumo de grauamine, vt ſupremus Princeps reficiat grauamen, quod parti fuit illatum in condemnatione incerta, quæ de iure in iudicijs particularibus,& generalibus fieri non poteſt, Rot. d.deciſ.100. ſub n.31.p.1.

66 Declara quarto, vt ſi appellatio ab exceſſu commiſſo in exequẽdo interponatur poſt decem dies datos ad appellandum, non audiatur appellans per viam appellationis, Abb.in d.cap.quoad conſultationem, ſub n.10. not.vltimo,ibi,opp.dicitur hic,& Bal.in margar.ad Innoc. in verbo, appellari poteſt à iuramento, dicens, quod à taxatione ex-

pen-

Digitized by Google

penſarum, lapſis decem diebus, non appellatur.

67 Declara quinto, vt à iudice, excedente modum in exequendo, debeat appellari ſemper ad ſuperiorem, ſed diuerſimode; quare ſunt diſtinguendi duo caſus.

Primus caſus eſt, quando ipſemet iudex exequitur, & tunc clarum eſt, quod appellatur ad ſuperiorem ſuum proximum: idem eſt, ſi exequitur, mediante aliquo nuncio, & nuncius exequitur, prout habet in mandatis, non excedendo fines, quia ſimiliter appellatur ad ſuperiorem ipſius iudicis, qui commiſit exequutionem, & non ad ipſum iudicem committentem, qui eſt ſuperior nuncij, *Abb. in d. cap. quoad conſultationem, num. 28. verſ. ſed quæro ad quem appellabitur, de ſent. & re iud. & Rebuff. tractat. de ſentent. execut. art. 7. gloſſ. 13. ſub numer. 3. verſ. fallit. tom. 1. fol.* 378.

Secus eſt, ſi nuntius, ſeu exequutor grauat, excedendo fines mandati, quia tunc appellabitur ad iudicem, qui mandauit, *Abb. vbi ſupra, & Rebuff. dicto art. 7. gloſſ. 13. num. 1. tom. 1. fol.* 377. quare ſi iudex, datus à Papa ad exequendam rem iudicatam, committat nuncijs, & executoribus executionem meri facti, & iſti excedant, erit recurrendum ad ipſum iudicem datum ad exequendum: Nec dicatur, quod iſto caſu non eſt neceſſaria appellatio, ex quo eo ipſo quod excedit fines mandati, actus eſt nullus quia iſtam obiectionem ſoluit Abb. *eod. cap. quoad conſultationem, numero 24. verſ. venio ad gloſſ. vltim. & numer. ſequentibus*.

68 Secundus caſus principalis eſt, quando iudex qui tulit ſententiam, requirit iudicem alterius territorij, in quo ſita eſt res, ſuper qua debet fieri exequutio; & iſto caſu diſtinguo. Aut grauat iudex, qui eſt requiſitus pro executione; & dico, quod tunc appellatur ad ſuperiorem ipſius iudicis requiſiti, quia ipſe grauat, *Rebuff. d. artic. 7. gloſſ. 13. numer. 4. verſ. idem dico fol.* 378. Et quod ſi iudex territorij exequitur, appelletur ad eius ſuperiorem, & non ad ſuperiorem iudicis, qui implorauit eius officium, quia is, qui exequitur, exequitur iure proprio, & non, vt delegatus, quia exequutio eſt mixti imperij, quod regulariter non poteſt ſubdelegari, ſcribit Abb. *d. capit. quoad conſultationem, num. 28. in fin. & num.* 29. Aut grauat iudex requirens, vt puta, quia requirit eum, vt exequatur ſententiam in immobilibus, cum deberet requirere eum, vt exequeretur in mobilibus; & tunc appellatur ad ſuperiorem iudicis requirentis, quia ipſe grauat, *Rebuff. vbi ſupra*. Nam dicitur imploraſſe non eius officium, ſed auxilium facti, quo caſu appellatur ad ſuperiorem implorantis; vnde, ſi requiſitus præſtat ſolam familiam, & ſic non excedit fines auxilij petiti, appellatur ad ſuperiorem iudicis, qui petit auxilium, quia ipſe grauat; quare ſi Poteſtas præſtat familiam Epiſcopo exequenti, & illa familia excedit modum, appellatur ad Archiepiſcopum, quia Epiſcopus dicitur excedere, & non Poteſtas. Secus eſt ſi imploraret auxilium iuris, vt puta, quod Epiſcopus pro executione ſententiæ latæ à Poteſtate procedat ad excommunicationem, quia tunc appellatur ad ſuperiorem Epiſcopi, *Abb. dict. c. quoad conſultationem, ſub num. 29. & Rebuff. d. art. 7 gloſ. 13. n. 5. verſic. idem dicunt, fol.* 378. Et hoc mihi placet, licet Abb. ibidem cenſeat, poſſe appellari etiam ad ſuperiorem Poteſtatis.

69 Nota duo ſingularia in appellatione ab executione exceſſiua, Primum, quod ſemel tantum licet ab ea appellare, *Felyn. in c. 15. quo ad conſultationem, num 20. verſ. nihilominus primam opin. verſus finem, ibi, ſcias etiam quod vbi appellatur ab executione exceſſiua, de ſentent. & re iud. Dec. in cap. 43. nouit. num. 15. de appell. Nicell. tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 32. num. 74. in fine, fol. 194. & Rebuff. tract. de ſentent. execut. art. 7. gl. in fine, num. 20. tom. 1. fol.* 377. Quod eſt etiam diſpoſitum per Bullam Pij IV. reformationis Signaturæ, editam anno 1562. Kal. Ianuarij, in illis verbis, *quodque ab exceſſiua taxatione expenſarum ſemel tantum appellatio committatur, & duæ ſententiæ habeant vim trium*, & facit ad hoc, quia duæ conformes faciunt rem iudicatam ſuper liquidatione, *vt Veſtr. in pract. lib. 7. c. 3. ſub num. 12. retuli, & ſequutus ſum ſupra*. Nec poteſt in contrarium allegari, quod ſcribit Ruginell. *tractat. de appellat. §. 2. cap 3. num. 81. fol. 75.* dum refert, & ſequitur, quod, ſi iudex approbet taxam expenſarum ab alio factam, poterit ab iſta approbatione appellari; idem eſt, ſi approbet taxationem factam à notario, ſecus ſi approbet tanquam iudex appellationis taxam factam per
70 iudicem à quo. Secundum † notandum eſt, quod ad appellandum ab exceſſiua executione non ſufficit mandatum ſimplex ad appellandum, ſed debet eſſe ſpeciale ad appellandum ab executione exceſſiua, *Dec. d. ca. nouit. ſub n. 15. & 16.*

Reliqua, quæ deſideras in hac limitatione, habes limit. ſeq. quia altera alterius materiam continet.

LIMITATIO XI.

SVMMARIA.

AB executore non datur appellatio, num. 1. Declaratur in executore mero, num. 2. Subdeclaratur quis ſit merus executor, num. 4. 5.

¶ *Sublimitatur I. hæc limitatio, vt non procedat in executore excedente modum, quia ab eo poteſt appellari, n. 6. & ſeqq. in quibus declaratur, & exemplificatur.*

Sublimitatur II. quando diſputaretur de poteſtate exequendi num. 10.

Sublimitatur III. in executore mixto, n. 11. & ſeq. in quibus declaratur, & infertur.

Sublimitatur IV. quando allegatur & probatur tranſactio facta poſt ſententiam, n. 16.

1 LImita XI. non liceat appellare ab executore, *cap. 43. nouit ille & ibi Franch. & Card. Alex. num. 1. et 3. de appell. Spec. Abb. Alex. & alij, quos retuli, et ſequutus ſum limit. præced. in princip.* Et hæc limitatio fraternizat, ſeu infertur ex præcedenti, vt patet ex his, quæ ſcripſi in ea in principio.

2 Declara hanc limitationem eſſe veram in exequutore mero, qui nullam habet cognitionem, ſed tantum exequutionem, *Gloſſ. in d. c. 43. nouit. iſte in verbo ab executoribus, et ibi in ſummario, Io. Andr. Ant. de Butr. et Abb. de appellat. et Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 2. n. 58. et 59. verſ. ſed iſtud.*

† Et ſi executor citaret, & alia faceret, quæ tendunt ad iuſtificandum eius executionem non propterea efficitur mixtus, *Felyn. in c. dudum, n. 22. verſic. ſecunda concluſio, de præſumpt.*

Quare reus, qui torquetur de mandato iudicis, non poteſt appellare à miniſtro, qui torquet, ſed à decreto torturæ, lato à iudice; Item captus à birruario, & ſatellite ex decreto iudicis non poteſt appellare à captura, quam facit birruarius, ſed bene à captura illi demandata.

3 Ratio huius declarationis eſt duplex. Prima eſt illa, quam ſcripſi *limit. præced. num. 3. et 4.* Secunda ratio eſt, quia ſi appellaretur ab exequutore, appellaretur ad eundem iudicem grauantem, quia iudex ſuperior mediatus exequutoris eſt ille, qui commiſit & delegauit executionem, & appellatio debet fieri gradatim, non omiſſo medio *teſtibus ijs quos citaui et ſequutus ſum ſupra q. 7. num. 1.* & ideò à delegato ad delegantem, *vt dixi ſupra q. 8. n. 14. et ſeqq.*

4 Subdeclara primo, vt merus exequutor dicatur is cui poſt latam ſententiam, & poſt habitam cauſæ cognitionē ſuper exceptione iudex commiſit nudam executionem

facti, vt in commiſſione, quæ fit nuntio, ſcribit Bar. in l. 15. à diuo pio num. 10. verſ. quandoque poſt ſententiam ff. de re iudic. quem refert, & ſequitur Abb. in c. 5. verſ. 3. membro principali de ſent. & re iud.

5 Subdeclara ſecundo, vt exequutor merus dicatur etiam is, qui ex abundanti, & non ex aliqua neceſſitate citat, aliaque facit, quæ tendunt ad iuſtificandam exequtionem, Felyn. in c. vlt. dudum n. 23. verſ. ſecundum concluſio de præſumption. quem referunt, & ſequuntur Contar. in l. vnica, lim. 2. §. 1. in fine n. 44. C. ſi de mom. poſſ. & Ruginell. tract. de appel. §. 2. c. 2. ſub n. 59. verſ. ſed iſtud.

6 Sublimita I. hanc limitationem, vt non procedat in exequutore, excedente modum, quia ab eo poteſt appellari, quamuis ſit exequutor merus, c. 43. nouit. de appell. & ibi in ſummario Ioan. Andr. Ant. de Butr. Abb. & Franch. idem Ant. de Butr. in cap. 15. quoad conſultationem, num. 8. verſ. nota quod ab exequutore, & Abb. ſub numero 27. in fine, de ſent. & re iud. Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7. gloſ. 12. n. 4. fallen. 1. tomo 1. fol. 373. & tract. de appell. art. 7. gloſ. 2. num. 15. verſ. quintus, tomo 3. fol. 503. Aſin. in prax. iudic. §. 31. c. 18. lim. 6. & Ruginell. tract. de appel. §. 2. c. 2. num. 64. verſ. declara,

Ratio eſt quia in eo, quo quis excedit, deſinit eſſe executor, Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 2. cap. 1. num. 2. verſ. quod maxime.

Contra hanc ſublimitationem oppono, quid vel executor facit, quod habuit in mandatis, ſine exceſſu, & tunc non poteſt appellari per ea, quæ dixi ſupra in limitatione, vel facit, excedendo fines mandati & tunc, quod agit, non valet, & ſic non eſt neceſſaria appellatio, hancque oppoſitionem reformat Gloſ. in d. capitul. quod conſultationem, & Ant. de Butr. numero 15. & Abb. num. 24. verſ. venio, ad gloſ.

Huic oppoſitioni reſpondent præfati Doct. in locis citatis, quos tu poteris videre.

7 Declara primo hanc ſublimitationem, vt non dicatur propriè appellatio, ſed recurſus ad ſuperiorem, Rebuff. tract. de ſent. execut. ar. 7. gloſſ. 12. ſub nu. 10. verſ. notandum eſt, tomo 1. fol. 374.

Declara ſecundo ad quem appelletur ex his, quæ ſcripſi lim. præcedenti, num. 67. declar. 5.

8 Exemplifica primo hanc ſublimitationem quando executor aliquid doloſè egerit, vel quando pars dolo ſententiam obtinuerit, Rebuff. tract. de ſenten. execut. art. 7. gloſ. 12. numero 5. fall. 2. tomo 1. fol. 373. Aſin. in praxi iudic. §. 31. c. 18. lim. 7. & Rugin. tract. de appellat. §. 2. cap. 2. ſub numero 64. verſ. 5.

9 Exemplifica ſecundo: quando executor aliquid iniurioſè agit, vt puta, ſi lectos captos, & dolia capta exequutionis cauſa, malitioſè fregerit, Rebuff. dicto art. 7. gloſ. 12. n. 7. fall. 4. Aſin. dicto §. 31. c. 18. lim. 13. & Ruginell. d. c. 2. ſub n. 64. verſ. 6.

Exemplifica tertio, quando faceret executionem in rebus prohibitis, vt puta in libris, breuiario, & ſimilibus, Rebuff. dicto art. 7. gloſ. 14. numero 5. fol. 379. vel in bobus aratorijs, aliuſque inſtrumentis neceſſarijs ad agriculturam, Rebuff. tract. de liter. oblig. art. 2. gloſſ. 1. n. 101. & ſeqq. tomo 1. fol. 98. Aſin. in prax. iudic. §. 31. cap. 2. limit. 33. fol. 183. & nos de hoc habemus bullam ſatis notam Pij V. adde quæ ſcripſi ſupra lib. 1. c. 96. n. 43.

Exemplifica quarto, quando quis eſſet cōdemnatus ad dandum decem, vel equum, & executor capit ſimiliter equum, quia aufert debitori electionem, quam habet de iure, & ſic excedit, Rebuff. art. 7. gl. 14. n. 6. fol. 379.

Reliqua exempla habes lim. præcedenti, n. 30. & ſeqq.

10 Sublimita II. quando diſputaretur de poteſtate exequendi, quia tunc poſſet appellari ab exequutore, ſi credimus Ruginello tract. de appell. §. 2. c. 2. ſub n. 64. verſ. quarto, ſi diſputatur.

Hæc ſublimitatio eſt de materia præcedentis, quia, cum dubitatur de iuriſdictione, neceſſario infertur dubitatio de exceſſu, quia eo ipſo quod quis procedit ſine iuriſdictione dicitur excedere, & in his terminis procedit Rot. deciſ. 45. alias 346. ſi appelletur de appell. in nou. ſed tamen appellatio ſuſpenſiua non admittitur, niſi doceatur de exceſſu, Rot. vbi ſupra, & facit quod ſcripſi ſupra lim. præcedenti, numero 64.

11 Sublimita III. vt non procedat in exequutore mixto, quia ab eo poteſt appellari, Ant. de Butr. in capitul. 43. nouit, num. 6. ver. opp. quod ab exequutoribus de appellat. Ruginell tractat. de appellat. §. 2. cap. 2. numero 60. verſ. ſecus vero.

Ratio huius ſublimitationis eſt, quia exequutor mixtus non tantum exequitur, ſed etiam cognoſcit de rebus, & de exceptionibus, prout latè declaraui lim. præced. n. 43. & quando exequutor grauat in non admittendo exceptionem poteſt appellari, vt dixi infra n. 13.

12 Declara hanc ſublimitationem, vt executor mixtus dicatur is, qui citat, aliaque facit ex neceſſitate actus, vel quia eſt datus cum clauſula (vocatis vocandis) & ideo debet adhibere cauſæ cognitionem, Felyn. in c. 5. de cætero, n. 10. ibi quid de clauſula, de ſent. & de re iud.

13 Infero primo ex eadem ſublimitatione, ſeu eius ratione, quod ſi executor mixtus non admittit exceptiones admittendas, vel admittit non admittendas poterit à non admiſſione, ſeu admiſſione appellari Ant. de Butr. in cap. 15. quoad conſultationem, ſub numero 16. verſic. quandoque executor, de ſent. & re iud. & adde quæ ſcripſi lim. præced. numero 34.

14 Infero ſecundo, quod ſi is peruertat ordinem ſtatutum in l. à diuo pio, §. in venditione, ff. de rei iud. poterit appellari per ea, quæ ſcripſi lim. præced. n. 23. verſ. ſublimita quinto, vel ſi malè interpretatur ſententiam, iuxta ea, quæ ſcripſi eadem lim. præced. n. 52.

15 An executor, qui excedit, teneatur parti de dolo vel actione iniuriæ, vide Dyn. quem citat Guid. Pap. tract. de appel. q. 92. n. 59. fol. 60. & quod faciat litem ſuam, ſcribit Dec. in c. 43. nouit. n. 10. ibi, & non ſolum, de appell.

16 Sublimita IV. quando pars allegaret tranſactionem factam poſt ſententiam, & illam ſtatim probaret, quia tunc executor, ſi exequeretur grauaret, & ideò poſſet appellari, Rebuff. tract. de ſent. execut. art. 7. gloſſ. 12. n. 6. fall. 3. tomo 1. fol. 373. dicens idem eſſe, quando pars renuntiaſſet ſententiæ, vel eſſet expreſsè facta nouatio.

Reliqua quæ in iſta limitatione forſan deſideras, habes in limit. præc. quia vna eſt de materia alterius.

LIMITATIO XII.

SVMMARIA.

Sententia lata de conſilio ſapientis eſt inappellabilis, n. 1.— Contraria opinio eſt vera, n. 2.

¶ *Extenditur multipliciter hæc contraria opinio, Primo etiam ſi ſapientis fuerit electus de conſenſu partium.— Secundo etiam ſi partes conſenſerint, formato dubio, n. 2.— Tertio ſi etiam iudex teneatur ſequi conſilium ſapientis, nu. 3.— Quarto etiam quando partes poſt redditum conſilium requirunt iudicem vt ferat ſententiam, n. 4.— Quinto etiam ſi partes conſenſerint de ſtando ſententiæ, n. 5.— Sextu etiā ſi conſilium eſſet apertum, n. 6. & ſeqq. in quibus declaratur.— Septimo etiam ſi partes requirant iudicem vt ferat ſententiam ſecundum formam conſilij, nu. 9. Octauo etiam ſi partes ſcirent tenorem conſilij, n. 10.*

¶ *Reſtringitur multipliciter eadem contraria opinio, num. 11. & ſeqq.*

Limita

1 LImita XII. quando partes conſentiunt, vt feratur ſententia de conſilio ſapientis, quia tunc ab illa ſententia non appellatur ſecundum vnam opin. quam refert Nicell. *tract. de concord. gloſ. concord. 9. fall. 11. num. 45. to. 18. fol. 192.*

2 Contraria opinio eſt vera, quia poteſt appellari, *Bar. in l. 1. §. quæſitum eſt in fine, n. 7. & ibi Alex. in addit. ff. de appell. §. idem Bar. in l. 23. ex conſenſu, in fine princip. ſub n. 3. ff. eod. & in l. 26. ſi conuenerit, verſus finem, n. 5. ibi, ſed an tunc, ff. de re iud. Abb. in c. 14. cauſam quæ, num. 4. verſ. facit enim iſte textu, & Felyn n. 2. verſ. non prohibentur, de ſent. & re iud. Franch. in c. 68. intimaſti, n. 1. in fine, & Dec. in fine, n. 19. de appell. Catald. tract. de ſynd. num. 165. verſ. primus, tom. 7. fol. 359.* hancq; eſſe communem opin. teſtatur, & ſequitur Socc. *conſ. 24. viſis ac diligenter, ſub numer. 1. lib. 1.*

Rationes huius contrariæ opinionis ſunt plures quas ordinatè deducit Catald. *dicto tract. de ſynd. ſub n. 165. to. 7. fol. 359.*

Extende primo eandem contrariam opinionem, vt procedat etiam ſi ſapiens, ſeu conſultor fuerit electus de conſenſu partium, *Nicel. dict. trac. de concord. gloſ. concord. 6. fall. 73. ſub n. 119. verſ. quartus actus eſt, fol. 196.* Et quod
* hæc ſit communis opinio, vt poſſit appellari etiam à ſententia lata de communi partium conſenſu teſtatur, & ſequitur Alex. *in d. l. ſi conuenerit, verſus finem, num. 13 verſ. item in quantum,* quem refert, & ſequitur Mattheſ. *tract. de commiſſ. appell. pend. ſup. diuerſ. c. 28. n. 46. fol. 302. in 2. impreſſ.* & quod poſſit appellari etiam à ſententia arbitri electi de communi partium conſenſu, retuli, & ſequutus ſum *lib præced. c. 2. n. 337. verſ. illa ratio,* & poſſit appellari à ſententia iudicis delegati de partium conſenſu electi, refert, & ſequitur Pac. Scal. *tract. de conſil ſapient. lib. 4. cap. 15. tom. 3. p. 2. fol. 349.*

Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi partes conſenſerint puncto formato, quia adhuc dabitur appellatio, *Franch. in c. 68. intimaſti, n. 7. col. 3. ibi ex his notabiliter infertur, de appell. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 250.* & faciunt quæ de relatione ad Principem ſcripſi *q. præced. limit. 1. n. 149. verſic. extende ſecundo.*

3 Extende tertio etiam ſi iudex ex forma ſtatuti teneatur ſequi conſilium ſapientis, *Franch. in eod. cap. intimaſti, n. 8. & Pac. Scal. ſupra citatus.*

4 Extende quarto, vt procedat etiam quando poſt redditum conſilium partes requirunt iudicem, quod ferat ſententiam, non tamen exprimunt nec dicunt, quod ferat ſententiam ſecundum formam conſilij ſapientis, ſed ſimpliciter requirunt ſuper prolatione ſententiæ, nam iſto caſu poterit condemnatus appellare, *vt ſcribit Catald. dicto tract. de ſynd. n. 166. verſ. ſecundus caſus, fol. 359.*

5 Extende quinto, vt procedat etiam ſi partes conſenſerint expreſſe de ſtando ſententiæ ſecundum conſilium latum, vel ferendum, & ſententia feratur prorſus ſecundum conſilium, quia adhuc datur appellatio, *Bar. in d. l. 26 ſi conuenerit, in fine, ff. de re iudic. Felyn. in cap. 14. cauſam quæ, num. 2. verſ. nam prohibetur, de ſent. & re iud. Socc. dicto conſ. 24. num. 3. verſ. vlterius, lib. 1. Nicell. tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 102. ſub num. 142. fol. 197. & Pac. Scal. tract. de conſil. ſapient. lib. 4. cap. 15. tom. 3. par. 2. fol. 349.* & adde quæ ſcripſi ſupra *limit. 2. ſub num. 73. exempl. 6. verſ. contra.*

Ratio ſecundum eoſdem Bar. & Felyn. ſupra citatos eſt, quia poteſt ſtare, quod pars conſentiat dari talem ſententiam, & benè etiam detur, & tamen non acquieuerit, quia ſperet obtinere in cauſa appellationis ex nouis probationibus, quas in prima inſtantia non potuit facere.

Ratio melior eſt, quia in tali promiſſione de ſtando ſententiæ ſubintelligitur tacita conditio, ſi conſilium iuſtum fuerit, *vt retuli, & ſequutus ſupra dicta limit. 2. ſub n. 73. verſ. contra.*

Extende ſexto, vt procedat, etiamſi conſilium eſſet apertum, & partes conſentirent, vt ſecundum illud feratur ſententia, quia adhuc poſſent appellare, *Bart. Felyn. Scal. vbi ſupra, & Socc. dicto conſ. 24. viſis, ac diligenter, n. 4. quæ concluſio, lib. 1.*

7 Declara primo limitando hanc extenſionem, vt ſit vera in ſententia diffinitiua, ſed non interlocutoria, quia in ea pars non poteſt ſperare victoriam ex nouis probationibus, cum interlocutoria reuideatur ex eiſdem, & ideo conſilium erat apertum, & notum parti non videtur poſſe appellari, *Felyn. dicto c. 14. cauſam quæ, ſub num. 2. de ſentent. & re iud.* & quod interlocutoria reuideatur ex eiſdem actis, vide quæ ſcripſi *ſupra quæſt. 11. num. 89. art. 4. dub. 8.*

Contra iſtam declarationem facit quia ſatis eſt, quod poſſit ſperare meliorem informationem faciendam in iure, multi ſunt caſus, in quibus ſententia interlocutoria poteſt reuideri ex nouis probationibus, de quibus caſibus dixi ſupra *d. q. 11. n. 92. & ſeqq.*

8 Declara ſecundo limitando, vt procedat, quando partibus eſſet non ſolum apertum votum, ſeu ſententia, ſed eſſet eis notus tenor voti, & ſententiæ, & promitterent ſtare illi ſententiæ, ſeu voto, quia tunc pars, quæ ſic promittit, non poſſet appellare, *Scal. dicto tractat. de conſil. ſapient. lib. 4. cap. 19. verſic. cæterum ſi lata ſententia, tom. 3. p. 1. fol. 350.* & ſentit Socc. *d. cit. conſ. 24. ſub num. 4. verſ. quæ concluſio, lib. 1.* dum ſcribit poſſe appellari dummodo partes non habuerint notitiam conſilij; nam iſto caſu poſſet dici, relationem ſeu conſilium ſapientis eſſe factum, partibus conſentientibus, & approbantibus, quo caſu non dari appellationem, ſcribit Nicel. quem retuli, & ſequutus ſum *infra n. 12.*

9 Extende ſeptimo eandem communem opin. vt procedat etiam, quando poſt redditum conſilium clauſum iudici vtraque pars requirit ipſum iudicem vt ferat ſententiam ſecundum formam dicti conſilij, quia cum partes, ſeu pars ignoret quid ſit in illo conſilio, datur appellatio, &, iudex non debet ſequi illud conſilium, ſi ſit iniuſtum, alias tenetur in ſyndicatu, quia intelligitur requiſitus à partibus ſub conditione, ſi illud ſequi debeat; & dato quod fuiſſet requiſitus ſine iſta conditione; tamen ſolum iuſta pendenti concedendus eſt aſſenſus, *Catal. d. tract. de ſynd. n. 167. & 168. verſ. tertius caſus.*

10 Extende octauo, vt procedat etiam ſi partes, quæ requirunt iudicem vt ferat ſententiam ſecundum formam conſilij, ſcirent quid continetur in dicto conſilio, ſed tamen ignorarent, an illud conſilium eſſet iuſtum, vel iniuſtum, vt puta, quia ſunt imperiti literarum, quia iſto caſu eſt opus appellare, & iudex non tenetur ſequi iniuſtum conſilium, *Catald. ſub dicto numer. 168. verſ. alius caſus.*

11 Reſtringe primo nunc eandem commun. opin. poſitam ſupra *num. 2.* vt non procedat, quando partes promiſiſſent ſtare conſilio ſapientis, qualecunque eſſet, *Bal. in l. 41. tale pactum, §. qui prouocauit, colum. 10. verſ. item ex prædictis, ff. de pact. quem referunt, et ſequuntur Franch. in c. 68. intimaſti, in fine, n. 11. in fine, & Dec. in fine, num. 20. de appell. Alex. in l. 26. ſi conuenerit, verſus finem, ſub n. 13. ff. de re iud. et Felyn. in c. cauſam quæ, num. 2. in fine, verſ. limita, communem, de ſentent. et re iud.* quia vt dixi Bald. *vbi ſupra,* qui promittit parere ſententiæ quæcunq; fuerit videtur renunciare appellationi, Nicell. *tractat. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 102. n. 142. to. 18. fol. 197.* & in hanc ſententiam videtur iuiſſe Catal. *tract. de ſynd. n. 169. verſ. 4. caſus, fol. 360* Quæ enim videtur poſtmodum dicere in contrarium, ſunt extra caſum appellationis. Et quod dicatur tacitè renunciare obligationi, quando quis obligat

ſe velle ſtare ſententię alicuius, quia talis obligatio habet vim renũciationis appellationi factæ, ſcribit Lancel. *trac. de attent. & innou. appell. pend. ampl. 2. prin. n. 14. & 15. to. 5. fol. 351. in fine.* Et quod dicatur tacitè renuntiaſſe appellationi, qui ante ſententiã promittit ſimpliciter parere mandatis iudicis, ſeu iurat parere, promittitur ſatisfacere ſententiæ, ſoluere judicatum, vel ratam habere ſententiam, ſcribit Ruginell. *tract. de appell. §. 9. gl. 1. c. 1. n. 25. verſ. tacitè quoque fol. 243.* & de validitate huius promiſſioni, ſeu obligationis, vide *ſupra lim. 2. n. 73.*

Contra hanc reſtrictionem: quod adhuc poſſit appellari, tenent Socc. & Pac. Scal. quos citaui, *ſupra lim. 2. n. 75. verſ. amplia.*

12 Reſtringe ſecundo, vt procedat quando relatio conſultoris, ſeu conſilium ſapientis eſſet facta de voluntate partium, quia tunc non daretur appellatio, *Nicel. de concord. 6. fall. 73. ſub num. 119. verſ. 4. eſt aliud fol.* 196. Quod intelligo, quando fit de partiũ voluntate, eo quia approbant illud conſilium: & faciunt quæ ſcripſi *ſupra numer. 8. declar. 2.*

13 Reſtringe tertio, vt non procedat, quando partes habentes certam notitiam de tenore conſilij, & quod non eſt iuſtum, conſentiunt tamen quod iudex ſententiam ferat ſecundum formam dicti conſilij, quia tunc non poſſunt appellare, quia partium conſenſus purgat illam iniquitatem conſilij, *Catal. tract. de ſyn. ſub nu. 168. ibi certè ſi partes tomo 7. fol. 360.*

14 Reſtringe quarto declarando vt non procedat in pronunciatione qua committitur cauſa conſilio ſapientis, quia à tali pronunciatione affirmatiua non appellatur, ſecus ſicut pronunciaretur negatiuè, cauſam non eſſe committendam, quia poſſit appellari *Scal. tract. de verſic. ſap. lib. 3. c. 1. verſ. preterea quod magis eſt tomo 3. p. 1. f. 342. & Rug. tra. de app. §. 2. c. 3. n. 191. f. 84.*

15 Tempera hanc reſtrictionem, vt licet non poſſit appellari à pronunciatione affirmatiua, tamen a formatione puncti tranſmittendi ad conſultatorem ſapientem cautè appellabit pars, quæ in ea ſe videt lędi, & vbi prius contradixerit, *Pac. Scal. dicto lib. 3. c. 9. ibi, & quando pars ex huiuſcemodi puncti explanatione læditur to. 3. par. 1. fol. 343.*

A ſententia lata ſecundum conſilium, & reſponſionem Principis, an, & quando poſſit appellari, dixi *quæſt. præcedenti lim. n. 130. & ſeqq.*

16 Reſtringe quinto, vt non procedat poſt lapſos decem dies, datos ad appellandum, quia quamuis ſententia feratur de conſilio iuriſperitorum, tamen, niſi appelletur infra legitima tempora, tranſit in rem iudicatam, ſicut trãſeunt aliæ ſententiæ, *Abb. in c. 4. propoſuiſti ſub n. 11. verſ. tertio circa hoc, ibi omnia hęc militant etiã in ſententia lata ad conſilium ſapientis probat. Pac. Scal. tract. de conſ. ſapien. lib. 4. c. 21. verſic. verior namque ſemper tomo 3. p. 1. fol. 350. Io. Bapt. Lup. trac. de vſur. in 2. comment. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. §. 5. ſub num. 41. verſ. ſimiliter, & verſ. ſed aduertendum tomo 7. fol. 134. & Theſſ. Foſſ. deciſ. 25. ſententia lata, ſub nu. 3. verſ. Butr. ibi, imo vt ingenuè fateor. & verſ. qua tamen ibi, quamuis contraria*, & ego ita vidi practicari, & opinio contraria in praxi non admitteretur, *teſte Lup. d. verſ. ſed aduertendum.*

Contrariam opinionem, quod enim ſententia lata ex conſilio ſapientis non tranſeat in rem iudicatam; tenent Ant. de Butr. *dicto ca propoſuiſti. Franch. in c. 68. intimaſti in fine n. 12. de appel. Rom. conſ. 228. pro plena n. 16. Dec. conſil. 278. non leuis, in fine n. 12. Maran. in ſuo ſpec. 3. par. 6. partis princ. in verbo, & demum fertur ſententia n. 130. fol. 448.* & nos ſequuti videmur *ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 131.* & hanc opinion. communem * fatentur ijdem Luc. Scal. & Theſſ. Foſſanen. *in locis ſupra citatis*, licet eam non ſequantur, & eſſe communem*, & ab ea propterea non eſſe in iudicando, aut conſulendo recedendum, teſtatur Dec. *vbi ſupra.*

Confirmatur hæc opinio contraria, quia ſententia lata à iudice, adhibito iudicio artificium, ſeu aliter peritorum in aliquo negotio, non tranſit in rem iudicatam ſecundũ communem * opin. nam, ſi non tranſit lata ex conſilio ſapientis, multo minus tranſit iſta, vide Lup. *dic. §. 5. nu. 41. Maran. in dicto verbo & demum fertur ſententia n. 131. fol. 448.* & quæ ſcripſi *dicto c. 70. ſub n. 131.*

Non recedo à reſtrictione, quæ eſt vera, & ſeruatur in praxi.

Declara eam prout declarant Theſſ. Foſſanen. *dicta deciſ. 25. ſub num. 3. verſ. Butr. verſus finem*, & Scal. *dicto lib. 4. capitul. 21.*

17 Subreſtringe omnes has reſtrictiones, & omnem aliam in qua diceremus ſublatum eſſe appellationem, vt non habeant locum in reductione ad arbitrium boni viri, data enormi læſione, quia nulla eſt inuenta verborum ars, per quam poſſit tolli reductio ad arbitrium boni viri, vide quæ ſcripſi *lib. præcedenti c. 2. n. 443. & 448. et lim. ſeqq. n. 11. & ſupra q. 12. n. 174.*

LIMITATIO XIII.

SVMMARIA.

Arbitri ſententia non eſt appellabilis, n. 1.

¶ *Sublimitatur hæc limitatio multipliciter, Primo in ſententia arbitri electi ex neceſſitate ſtatuti, n. 3.— Secundo in ſentẽtia arbitri electi ex diſpoſitione iuris communis, n. 4.— Tertio de iure canonico, n. 7.— Quarto in ſententia arbitri, qui habuit facultatem procedẽdi ſolum de iure n. 9.— Quinto in ſtatuto, &c. n. 10.— Sexto in reductione, quia licet non poſſit appellari, tamen poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, n. 11.— Septimo in ſententia lata ſuper reductione n. 12.— Octauo quando compromiſſum eſt factum ſine pœna n. 13.—* Nono *de conſuetudine n. 14.*

1 Limita XIII. in ſententia arbitri, quia ab ea non appellatur, *l. & ibi Cyn. Bal. Salyc. Paul. de Caſtr. C. & alij de recep. arbt. Gloſ. Bar. Abb. Alex. M. Ant. Blanc. & alij quos citaui libr. præced. capitul. 2. numero 36. 520. in fine, & 529.*

2 Extende hanc limitationem, vt non poſſit appellari etiam ſi partes pacto expreſſo conuenerint vt poſſit appellari ab iniqua ſententia, *Cyn. in dicta l. Cod. de recep. arbitr. Spec. tit. de appell. §. in quibus n. 16. verſic. quid ſi conuenit lib. 6.*

Contrarium tenuerunt Hug & Dyn. *in l. 26. ſi conuent. in prin ff. de re iudic.* quos reprobat Cyn. *ſupra* citatus.

Conciliatur hæc contrarietas, vt extenſio procedat, loquendo de appellatione propriè ſumpta quia cum per appellationem transferatur iuriſdictio, de iudice à quo in iudicem ad quem appellatio non poteſt hoc facere in arbitro, cum is non habeat iuriſdictionem; vnde in appellatione ab arbitrio non conſiderantur fatalia, deſertio, & tranſitus in rem iudicatam, quia deficit fundamentum iuriſdictionis: opinio vero Hugutij contra extenſionem procedat, loquendo de appellatione impropriè, videlicet, vt poſſint paciſci de appellando ad effectum vt iſtud pactum ſaluet appellantem à pœna compromiſſi, *Bal. in dict. l. 1. ſub numero 4. verſic. item multa ibi, quęrit hic. Ant. de Butr. in c. 23. quintauallis, col. 7. ſub numero 36. verſ. ad primum, ibi, idem ſi voluntate partium, de iureiur. & Lanfr. de Orian. tract. de arbit. diuiſ. 7. q. 38. nu. 68. tomo 3. parte 1. fol. 221.* & ab hac concordia forſan non diſcedit Socc. *in reg. 17. appellare à ſententia arbitri, fall. 5.* dum vltimo loco allegat eos, qui tenent hanc conciliationem.

Vana eſt hęc conciliatio, ſi teneamus, quod appellatio, ea prręſertim ratione locum non habeat in ſententia arbitri,

bitri, quia non ſit ſententia iuriſdictionalis, & non producat actionem, *iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præcedenti, cap. 2. n. 327.* nam, attenta hac ratione, licet pactum ſaluet à pęna, tamen non ſaluat à defectu iuriſdictionis.

3 Sublimita I. eandem limitationem, vt non procedat in arbitrio, electo ex neceſſitate ſtatuti, qui dicitur arbiter neceſſarius, quia ſententia eius dicitur propriè ſententia, & ab ea appellatur, *Bald. in l. 32. diem proferre, §. ſtari autem, ff. de recep. arbit. Socc. reg. 24. appellare in qualibet cauſa, fall. 19. in fine. Anton. de Butr. Alex. M. Ant. Blanc. & alij, quos citaui, & ſequutus ſum lib. præced. c. 2. ſub n. 529. verſ. ad ſecundum.*

Contrariam opinionem tenuerunt aliqui, quos citant Socc. *reg. 17. appellare à ſententia arbitri, fallent. 4. & Iaſ. §. omnium, ſub num. 11. ibi inſertur. Inſtit. de action.* & facit pro hac opinione text. *in cap. 33. à iudicibus, 2. quæſt. 6. à iudicibus, quos communis conſenſus elegerit, non liceat prouocare.*

4 Non diſcedo à ſublimitatione, quia eſt vera, & communis, ad textum in cap. à iudicibus. reſpondeo, quod appellatio poteſt conſiderari propter iniquitatem perſonę, & propter iniquitatem ſententiæ; propter iniquitatem perſonæ non poteſt appellari; ſecus propter iniquitatem ſententiæ, quia licet reprobare dicta, ſed non perſonam, *Gloſ. 1. in dicto cap. à iudicibus*, & quod à ſententia, lata à iudice, quem partes communiter elegerunt, poſſit appellari, ſcribit Guid. Pap. *tract. de appell. q. 70. num. 49. tom 5. fol. 59.*

5 Sublimita II. vt non procedat in arbitrio electo ex diſpoſitione iuris communis, quia ab eius ſententia poteſt appellari, *Bar. in l. 1. §. interdum, in fine, ſub num. 8. ff. à quib. appell. non lic. Ant. de Butr. in cap. 23. quintauallis, ſub num. 38. verſic. ad primum, ibi, dic ſi arbiter eſt iuris, de iureiur. Socc. in reg. 17. appellare à ſententia arbitri, fall. 3. Maran. in ſuo Spec. p. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, n. 272. fol. 500.* & quod ab arbitrio iuris detur appellatio, ſcribit M. Ant. Blanc. *tract. de compromiſſ. qu. 10. verſ. contrarium, tom. 3. p. 1. fol. 204.*

Ratio eſt, quia arbiter iuris dicitur habere iuriſdictionem, ſicut iudex, *vt retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 2. n. 5. & ſeqq.*

6 Declara reſtringendo hanc ſublimitationem, vt non procedat in tertio arbitrio, qui eligitur inter alios duos diſcordantes, quia & ſi eligatur ex neceſſitate, & diſpoſitione iuris communis, *l. 19. ſi vnus, §. vlt. ff. de recep. arbitr.* tamen ab eius ſententia non poteſt appellari, ſi compromiſſum ſit voluntarium, quicquid in contrarium ſentiat Socc. *dict. reg. 17. fall. 6.* dicens, quod à ſententia tertij arbitri electi loco duorum arbitrorum poteſt appellari, quia eligitur ex neceſſitate iuris, & licet alleget Io. Andream, allegantem *in addit. ad Spec. tit. de arbit. §. ſequitur, verſ. ſed nunquid*, tamen ego, adhibita diligenti lectione, hoc in meo libro non potuit inuenire.

7 Sublimita III. vt non procedat de iure canonico, quia de hoc iure poteſt appellari etiam à ſententia arbitri, *Bal. in l. 1. ſub num. 1. in 3. oppoſ. C. de recep. arbit. Alex. conſ. vlt.* * *abunde num. 7. lib. 6.* & hanc eſſe communem opinionem referunt & ſequuntur Socc. *in reg. 17.* appellare à ſententia *arbitri, fall. 12. & M. Ant. Blanc. tract. de compromiſ. qu. 10. n. 9. lim. 6. to. 3. p. 1. fol. 204. & retuli lib. præced. c. 2. num. 337. & ſeqq.*

8 Hæc ſublimitatio non eſt tuta, tum quia Gloſ. 1. *in cap. 33. à iudicibus & in verbo ordinarij in fine, 2. q. 6.* in qua ſe fundant omnes loquendo generaliter, tenet contrarium; tum quia hoc contrarium tenent alij, quos citant Socc. & M. Ant. Blanc. ſupra allegati, & Bal. *in l. 53. ſi ſeruus pluriū §. fin. ibi, & procedit hæc quæſtio, ff. de leg. 1.* loquitur de reductione ad arbitrium boni viri, & non de appellatione, & Paul. de Caſtr. *in d. l. 1. n. 2. C. de recep. arbit.* ait, quod de iure canonico appellatur à ſententia arbitri, ſed non eſt propriè appellatio, vnde inquit, ſ videtur quod fatalia, cōſtituta in vera appellatione, non habeant locum ea, vide lib. *præcedenti c. 2. n. 340. in ſecunda reſponſione.*

9 Sublimita IV. vt non procedat in arbitrio aſſumpto cum clauſula, vt poſſit pronunciare ſolum de iure quia tunc ab eius ſententia poteſt appellari, *Socc. in reg. 17. appellare à ſententia arbit. fal. 2.* nam iſto caſu appellatio nō remouetur propter pœnam appoſitam compromiſſo iuxta ea, quæ ſcripſi *lib. præced. cap. ſub n. 362. & ſeqq. & n. 373.* & conſequenter ceſſante prouiſione hominis, habebit locum prouiſio legis, vt poſſit appellari, *per ea quæ dixi eod. c. 2. n. 431.*

10 Sublimita V. quando extaret ſtatutum, quod ſententia arbitri, ſeu arbitratoris mandentur exequutioni, ſicut ſententiæ iudicum quia tunc poteſt appellari, *Socc. de reg. 17. fall. 7.*

11 Sublimita VI. vt non procedat in reductione ad arbitrium boni viri, quia reductio peti poteſt, *vt explicaui limit. ſeq n. 2.*

12 Sublimita VII. eandem limitationem, vt licet non poſſit appellari à ſententia arbitri, tamen ſi fuerit petita reductio coram iudice, & is iudex protulerit ſententiam, * appellari, vt ex magis communi opinione refert, & ſequitur Menoch. *conſil. 217. exiſtimauerim, numer. 29. & 30. lib. 3.*

Vide in hac ſublimitatione, quæ ſcripſi *limitatione ſequenti, n. 3. verſ. ſublimita in fine.*

13 Sublimita VIII. vt non procedat quando compromiſſum fuit factum ſine pœna, quia tunc ex ſententia arbitri oritur actio, & exceptio, & ideo debet ab ea poſſe appellari, *vt ſcribit Rebuff. tract. de arbitr. & arbitr. art. 1. gloſ. 9. n. 3. verſ. ſecundus caſus to. 3. fol. 208. & latius ſequutus ſum lib. præced. c. 2. n. 379. & 380.*

Pro intelligentia huius ſublimitationis, vide omnino quæ ſcripſi *eod. c. 2. n. 407. & ſeqq. & n. 431. & ſeqq.*

14 Sublimita IX. vt de generali conſuetudine poſſit appellari, ſiue compromiſſum ſit cum pœna, ſiue ſine pœna, & ita vidi ſeruari paſſim, & ſeruatur in Regno Franciæ, *vt teſtatur Rebuff. dicta gloſſ. 9. n. 2. fol. 208* & ſic attenta iſta ſublimitatione, ſubuertitur omnino hæc decimatertia limitatio.

15 Pœna appoſita in compromiſſo, an, & quando ſit ſoluenda ab eo, qui appellat à laudo, ſeu ſententia, vide *limit. ſequenti, n. 7.*

Reliqua, quæ forſan deſideras in hac limitatione, habes in ſequenti.

LIMITATIO XIV.

SVMMARIA.

Arbitratoris ſententia non eſt appellabilis, num. 1. vbi etiam extenditur dupliciter.

¶ *Sublimitatur hæc limitatio tripliciter. Primo in reductione ad arbitrium boni viri, n. 2. — Secundo in ſententia iudicis aditi ſuper reductione, n. 3. & ſeqq. in quibus declaratur, et declaratio reſtringitur vſq; ad n. 14. — Tertio de conſuetudine, n. 15.*

1 Limita XIV. in ſententia, ſeu arbitramento arbitratoris, quia ab eo non datur appellatio *teſtibus Socc. Alex. & Boer. quos citaui, & ſequutus ſum n ſeq.*

Extende hanc limitationem, vt procedat etiam de iure canonico, *Bal. in rubr. n. 5. verſ. ſed nunquid de iure canonico* * *C. de appell.* & de opinione communi teſtatur, & ſequitur Abb. *in conſ. 77. in quæſtione qua, col. vlt. ibi, vltimum dubium eſt, lib. 2.* quem refert, & ſequitur Addit. *ad pract. Papien. in form. libell. quo ag. ad pœn. compr. in gloſ. nec reductio.*

ſub num.9.in verbo contrarium in fine,fol.461.

Contrariam opinionem, videlicet, poſſe de iure canonico,appellari,tenent Bart.in l.vlt.col.2.n.6. ibi eadem ratione dico ff.de appell.& recip. & Rom.conſ.261. ſuper eo n. 5.verſ.ſupereſt.

Hanc contrarietatem in deciſam reliquit Alex. in l.1. colum.penult.ſub n.16.ibi, poteſt etiam aliter reſponderi ff.de leg.2.

Ego non diſcedo ab extenſione,

2 Sublimita I.hanc limitationem, vt non procedat in reductione ad arbitrium boni viri, quia reductio poteſt peti,Socc.reg.24.appellatio in qualibet cauſſa fall.11. Alex. conſ.106.viſo themate numero 5.lib.3.Boer.deciſ.284.& dic. ſecundum ſub num.17.verſ.contrarium tamen.& ita intradentes loquitur etiam Rom. conſ.265.in caſu propoſito, & ſatis hæc ſublimitatio patet ex his,quæ ſcripſi lib.præced.c. 2.num....

Extende primo hanc ſublimitationem, vt quis poſſit petere reductionem ad arbitrium boni viri, non obſtante, quod renunciauerit reductioni, quia talis renunciatio non tollit, quin poſſit eam petere ſuper dolola læſione, Card.Alex.in capitul.63. dilecto ſub numero 85.quæſt.13.fallen.3. de appellat. & quod nulla plenitudo verborum tollat reductionem ad arbitrium boni viri,data læſione enormi, refert, & ſequitur Felyn. in capitul.14. cauſam quæ numero 3. in fine, verſic. de eo qui de ſenten.& re iudic. & quod non valeant cautelæ, datæ à Cæpol. ſcribit Rebuff. vbi ſupra, & quod ſi feratur laudum, ſeu arbitrium ex dolo,poſſit appellari, vel haberi recurſus ad ſuperiorem, non obſtante ſtatuto, vel pacto,ſcribit Contar.in l.vnica limitat.10. numero 4.verſic.idem in laudo, C. ſi de mom.poſſ.adde quæ ſcripſi lib.præcedenti capit.2.num. 443.& 446.

Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi compromittẽs promiſerit, & iurauerit ſtare mandato arbitratoris, quia adhuc arbitramentum poſſet reduci, quia promiſſio intelligitur,ſi iuſtum fuerit arbitrium, vt ex Spec.& March. Ant.Bauer.retuli, & ſequutus ſum ſupra limit.2.numer.74. Et quod quis, allegando dolum arbitri, ſeu arbitrorum, poſſit recurrere ad arbitrium boni viri, non obſtante, quod medio iuramento renunciauerit recurrere, quia nõ tenetur ſeruare iuramentum contra bonos mores, ſcribit Rot.deciſ.2.alias 211.nota quod quis ſub num.1.de arbitr.in antiq. & quod non poſſit renunciari reductioni ad arbitrium boni viri,etiam ſi renuntietur cum iuramento ſcribit Rebuff. tract.de arbit.& arbit.art.1.gloſ.8.num.13.14. & 15.tomo 3.f.205. & quod quis poſſit appellare propter exceſſus,quamuis iurauerit non appellare, dixi ſupra lim. 10.n.29.

De abſolutione à iuramento petenda antequam petatur reductio ad arbitrium boni viri,vide lib.præced.c.2.ſub n.368.verſ.aduerte.

3 Sublimita II. vt quamuis ab arbitramento, ſeu laudo nõ detur appellatio, ſed ſolum reductio ad arbitrium boni viri, vt dixi tamen ſi pro iſta reductione adeatur iudex ordinarius,& is moderetur laudum arbitratoris,ſeu cõfirmet, vel infirmet, datur appellatio, Bald.in l.1.verſ.extra quæritur numero 10.Cod.ne lic.tert.prouoc. Alexan. in l.ſub numero 14.verſ.extra gloſ.ibi deinde bar. & ſub numer.18. verſ.finem,ibi,item quia ille procedit,& nu.19. ſi de legat.2. Felyn.in cap.16. ſuper his numer.13.limitat.7. verſ.contrariam ſed de accuſat. Ant. de Butr. in capit.23. quintanallis, colum.13.ſub numero 37.ibi, nunquid autem de iuretur. ſed poſtea inconſtanter loquitur; hancq; ſublimitationem tenuit Bapt.de S.Blaſ.tract.de arbitr.& arbitrat. quæſt.penultim.quæſt 99.num.82.83.verſus finem,fol.309. licet ipſe videatur tranſire per ſpinas, multum hæſitando, & quod

* hæc ſit communis* verior,& æquior opinio,teſtatur Alex. conſil.106.viſo themate colum.2.numer.6.verſic.ſed contrarium lib.& ex Alex. refert & ſequitur Boer. dicta deciſ.284. ſub numero 18.verſus finem ibi,ideo opus eſt appellatione,&

* quod magis ſit communis * opinio ex Villalob.inter communes opiniones lib.9. verſ. reductio refert Addition. ad pract.Papien.in for.libell.quo agit ad pœn.comprom.in gloſ. nec reductio ſub n.9.in litera A.in verbo contrarium fol.461. & ſequitur Menochius conſ.217.exiſtimauerim n.29 & 30. lib.3.& Lanc.tract.de attent.parte 2.c.16.de attent.reduct. & r.n.29.30.& 31.in fine,fol.393.eandem ſublimitationẽ confuſè, & inconſtanter poſuit Nicellus tract.de concord. gloſ.concord.6.fallen.12.numero 46.folio 192.contentus relatione, & nuda allegatione Doctorum, hancque ſublimitationem ſequor obiter libro præcedem. capitul.2. ſub numero 456. & quod ſeruetur in Regno Franciæ teſtatur Addition.ad Alex.dicto conſ.106. ſub numero 6. litera B.in verbo appellatio. & quod ſententia lata per iudicem reductionis detur appellatio maximè quando ſententia eſt lata ad fauorem eius, qui petijt reductionem, refert,

* & ſequitur ex magis* communi opin. Magon in Lucen. deciſ. 37. libro numero quarto, hancque opinionem veriorem, & ab ea conſulendo, & iudicando recedendum non eſſe exiſtimat Couar.var.reſolut.libr.2.capit. 12.ſub numero 5.verſic.ſecundo veriorem.fol.183.hancque opinionem eſſe veram,& approbatam in Regno Franciæ teſtatur Rebuff.tractat.de arbitr.artic.1.gloſ.9.num.8,tom. 3.fol.209.

Contrariam opinionem, quod non poſſit appellari, tenẽt Ruſticanus in q.petitum ſuit Io.And.in add.ad Spec. tit.de appell.§.in quibus ſub num.16.verſ.quid ſi conuenit in verbo primaturum Bar.in l.1.in fine, num.18. verſ.ſed quæro ff.de leg.2. Bal.in marg. ad Innoc.in verbo appellari non poteſt ab arbitrio Salyc.in l.77. ſi ſocietatem ſub n.27. ff.de pro ſoc.vbi adducit ſeptem argumenta. Abb.in dicto cap.quintanallis num.40.verſ.nec quæro de notabili verſus finem, & in conſ.38.n 2. verſ.item facit quia lib.1. Franch.in cap.63. dilecto q.10.verſus finem lim.4.n.39.in fine de appel.Papien. in pract.form. libell.quo ag.ad pœn. compromiſſ.in gl.nec reductio nu.9.verſ.ſed pone fol.461.Guid.Pap.tract.de appell. quæſt.71.ſub n.49.fol.59. Anguiſſ.conſ.76.de ritibus ſub nu. 23.& 24.lib.1. dicens quod ſicut non poteſt appellari à ſentẽtia arbitratoris, ita neque à ſententia iudicis ſubrogati loco arbitratoris, Lanfr.de Orian.tract.de arbitr.diuiſ. 7.q.22.num.54.in fine,verſ.tcor.& num.55.fol.220.dicens quod hanc ſequentur in iudicando, licet poſtea ſub num. 59.in fine, perplexus dicat, quod quis non peccaret in Spiritu ſancto,ſi teneret opinionem affirmatiuam,vel negatiuam,ponens electionem in iudice, quam opinionem velit ſequi,& ſic confuſus,meo iudicio,cedit difficultati; Couar.etiam dicto cap.12. ſub num.5. verſ. tandem ſcribit in hac controuerſia eo ventum eſſe, vt pares ſint vtriuſq; partis defenſores, & vtraque opinio communis cenſeatur, poſtea tamen ſubdit, quod ſi authorum numerus, & eorum æſtimatio, ac profeſſionis nomen

* conſideranda ſint, hæc opinio contraria eſt magis*communis.

Alij vero,videlicet Bal.in l.vnica col.2.ſub numero 5.ibi, item dicendum eſt C.de his quæ pœn.nom. Rom.conſ.261. ſuper eo quod ſub num.3.in 3.opin.in effectu. Alex.d.conſ.106. num.15.Boer.d.deciſ.284. ſub nu.18.ibi, tamen Bal.& Addition.ad pract. Papien. in d.gloſ.nec reductio ſub num.9. in verbo contrarium,concordant diſtinguendo,quod ſi iudex excedit,lædendo in magna quantitate,tunc procedit opinio affirmatiua,quod poſſit appellari,ſi vero excedit in modico, tunc procedit opinio contraria negatiua, quod ab eo non poſſit appellari; Quare Bald.in d.l.n.5.in fine, ſubdit exprimendam eſſe qualitatem læſionis in appellatione,alias,ea non expreſſa,appellatio tanquam indiſtincta non tenet, & ita cum Bald. videtur reſidere etiam Socc.in regul.24.appellatio in qualibet cauſa,fall.15.in fine, dicens,

dicens, ita ſeruari in practica, & ab iſta diſtinctione non videtur in fine diſcrepaſſe Ant. de Butr. *vbi ſupra*, quod videtur aduertiſſe etiam Abb. *ſupra* citatus dicens quod Anton. de Butr. tranſit in contrariam ſententiam.

Ego non diſcedo à ſublimitatione, quia tenetur communiter, & ſeruatur in praxi, vt dixi.

5 Declara hanc ſublimitationem, vt ſi partes litigantes ſint diuerſi fori, ſeu arbitrorum, vel arbitratorum vnus ſit clericus, & alter laicus, debeat pro reductione adiri iudex ipſius rei, qui petit reductionem, quia arbitramentum eſt quædam tranſactio, & ſic ſi reus conqueritur de iſta tranſactione, videtur quaſi ſuper exceptione ſibi cõpetenti prouocare, & à fortiori ſi conqueritur actor debet ſequi forum rei, *Bar. in l. 77. ſocietatem §. arbitrorum n. 19. ff. pro ſoc.* quem refert, ſed non ſequitur Franch. *in rubr. num 44. verſic. vltimo quæritur, de appellat.* ſicque adeundus ſemper eſt is iudex, qui eſſet adeundus, ſi, nullo facto compromiſſo, lis ordinariè promoueretur; Finge ergo quod ego petij à te ſcutos 1000. & arbitri tulerunt laudum de ſcutis 400. certe ego volens petere reductionem, debeo eam petere coram tuo iudice, quia tu es reus idem dico ſi arbitri tulerunt laudum de ſcutis 1000. petitis. & tu vis petere reductionem, debes eam petere coram tuomet iudice ordinario, quia coram eo egiſſet actor tuus aduerſarius, vide pro hac opin. Theſaur. Foſſan. *deciſ.*
* *14. reductio n. 1. & 5.* vbi plures citat, & teſtatur de * opin. communi.

Contrariam opinionem tenuit Ang. quem ſequitur Franch. *dict. rubr. de app. ſub num.* 45 & adde omnino quæ ſcripſi *ſupra q. 8. ſub n. 102. verſ. infero tertio.*

In hac controuerſia circumferuntur, quinque opiniones, quas collegit Foſſan. *d. deciſ.* 14. ex quibus ego pro nunc aliquam non eligo.

6 Declara ſecundo, vt pendente reductione non poſſit procedi ad exequutionem laudi, ſeu arbitramenti, nam omiſſis multis, quæ recenſet Vital. *tract. de clauſ. nil nouari pendente recurſu num. 1 & ſeqq. tom. 18. fol. 382.* omiſſa etiam varietate opinionum, quas recenſet Lancell. *tract. de attent. part. 2. cap. 16. de attent. reduct. & c. num. 2. & ſequentibus fol. 393.* non poſſe procedi tenuerunt Bald. & Abb. quos referunt, & ſequuntur Franch. *in cap 63. dilecto q. 10. verſus finem, limit. 4. num. 39. de appell. & Maran. in ſuo ſpec. part. 6. in 2. act. princ. ſub nu. 122. fol. 473.* dicens hanc eſſe veriorem opinionem, & ex Maran. referi, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. dicto cap. 16. de attent. reduct. & n. 5. 6. & 10. fol. 393.* dicens eſſe veriorem, æquio-
* rem, & frequentiori * calculo approbatam, & quod hac opinio ſeruetur in praxi, & de ſtylo curiarum, teſtatur Boer. *deciſ. 284. & dic. ſecundum ſub n. 26.* quem ſimiliter refert & ſequitur Lancell. *vbi ſupra.*

7 Extende hanc declarationem, vt maximè procedat quoad pœnam conuentionalem ſoluendam ab eo, qui contrauenerit compromiſſo, quia is non tenetur ad eam, niſi poſtquam arbitrium fuerit cõfirmatum, & moueor, quia ſi arbitramentum contineat enormem leſionem, illa promiſſio non contraueniendi non ligat, & non tenet per ea, quæ dixi ſupra *ſub n. 2. extenſ. 2.* & quod de iure non tenet nequit pęnæ vinculo alligari *Rot. & alij, quos cito ſupra lib. 1. cap. 57. ſub num. 6.* Quare cum ſit permiſſus ad arbitrium boni viri, non debet quis pęnam ſoluere antequam confirmatum ſit arbitrium, *Rebuff. tractat. de arb. & arbitr. art. 1 gloſ. 8. num. 20. tom. 3. fol. 205.* & ita diſpoſitum eſſe per conſtitutiones gallicas oſtendit Rebuff. *d. tract. de arb. & arbitr. art. 1. gloſ. 1. n. 1. fol. 193.* & ita videtur de mente Bartoli *in l. 60. Iulianus numer. 7. ff. de condic. indeb.* & Abbatis *in cap. 22. quintanallis num. 34. de re iureiur.* dum ſcribunt, quod incidit in pęnam ſi ſuccumbat, non probãdo iniquitatẽ laudi: & ita video paſſim ſeruari; imo, etiã confirmato laudo, non video has pęnas exigi.

Quamuis contra hanc extenſionem teneat Lancel. *tract. de attent. part. 2. cap. 16. de attent. reduct. & c numer. 35. verſ. 3. fol. 393.* dicens pęnam conuentionalem appoſitam in compromiſſo poſſe exigi, pendente reductione.

8 Explica hanc extenſionem, vt confirmato laudo non audiatur appellans ab eo, niſi prius ſoluerit pęnam *Reb. d. tract. de arb. & arbit. ar. 1. gloſ. 9. n. 8. fol. 209*

Soluta autem pœna, audietur appellans, & vbi declaratur, benè appellatum, erit reſtituenda omnis pecunia ſoluta pro pęna, *Rebuff. eod. tract. de arbitr. gloſ. 1. numer. 1. fol. 193.*

9 Reſtringe primo eandem declarationem, vt non procedat, pendente reductione à ſententia confirmatoria laudi ſeu arbitramenti, quia ea pendente poſſet procedi ad exequutionem, *Franch. in cap. 63. dilecto quæſt. 10. verſus finem, limit. 4. n. 39. in fine, de appell. & Boer. quos citat. ſed non ſequitur Lancel. d. cap. 16. n. 28. & ſeqq.*

10 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quãdo inter partes actum eſſet, quod etiam pendente, reductione, poſſet ad laudi exequutionem procedi, *Lancel. eod. c. 16. n. 33. & 34. verſ. ſecundo fol. 393.*

11 Reſtringe tertio, quando laudum ex forma ſtatuti haberet exequutionem paratam, vide quæ pro, & contra iſtam limitationem ſcribit Lancell. *d. cap. 16. numer. 37. & ſeqq.*

12 Reſtringe quarto, quando ex forma ſtatuti haberet exequutionem paratam, etiam parte reclamante, *Lancellot. d. c. 16. n. 51.*

13 Reſtringe multis alijs modis, quos ponit Lancell. *d. c. 16. n. 41. & ſeqq.*

14 Subdeclara reſtringendo eandem declarationem, vt procedat, pendente reductione, prout loquitur declaratio; ſecus autem pendente tempore ad petendam reductionem, quia interim poteſt deueniri ad executionem laudi, *vt retuli & ſecutus ſum lib. præcedente, c. 2. n. 470.*

Quamuis contrarium, vt neutro caſu poſſit deueniri ad executionem, teneat Socc. *conſ. 27. viſis ſub n. 34. & 35. lib. 4.* quem refert, ſed non ponit pro conſtanti Lancell. *d. c 16. n. 25.*

Declara tertio, vt iudex aditus ſuper reductione non debeat arbitramentum reuocare, niſi ex conſiderabili damno, ſeu læſione, & non ex parua, quia non debet iudicare, ſicut in cauſis appellationum à ſententijs iudicum, *Couar. reſolut. lib. 2. capit. 12. ſub numer. 5. verſ. tertio illud. fol. 184.*

15 Sublimita III. vt non procedat de conſuetudine, quia hodie cuilibet grauato, ſeu oppreſſo patet via appellandi, ſiue ſit grauatus ſententia, ſiue arbitramento; benè verum eſt, quod iudex ad quem non debet ita eſſe facilis ad reuocandum arbitramentum, ſic ad reuocandum ſententiam, *Couar. ſupra proxime citatus.*

Quia arbiter videtur fraternizare cum iudice habente liberum arbitrium, de quo dixi *in ſequenti limitatione* ideo poteſt hæc limitatio aliqua mutuo accipere à ſequenti, hæc hic omiſſa viderentur.

LIMITATIO XV.

SVMMARIA.

Arbitrio libero iudicis commiſſa cauſa, non datur appellatio num. 1.

Extenditur I. etiam in arbitrio ſimplici, num. 2. Contrarium firmatur ibidem.

Extenditur II. quando cauſa eſt commiſſa conſcientiæ iudicis, num. 3. Reſtringitur multipliciter hæc extenſio, nu. 5. & ſeqq.

1 Limita

1 LImita XV. in ſententia lata à iudice habente liberum arbitrium, quia ab ea non datur appellatio, *Felyn. in cap. 16. ſuper his lib. 1. nu. 8 & ſeqq. de accuſ. Menoch. tract. de arbitr. iud. lib. 1. q. 70. num. 13. verſ. hac regula Simoncel. tractat. de decr. lib. 1. tit. 1. numero 8. tom. 6. part. 2. fol. 291. Magon. in Lucen. deciſ. 42. ſtatuto. ſub nu. 21. verſ. quia quid Farinac. in qq. crimin. lib. 1. quæſt. 17. n. 30. verſ. amplia igitur & Ruginell. quos alios citant, tract. de appell. §. 9. gloſ. 2. q. 54. n. 43. verſ. ſecus tamen & ſeq.* vbi loquuntur de pleno arbitrio, & de mero arbitrio.

2 Extende primo hanc limitationem, vt habeat locum etiam in ſententia lata à iudice, habente ſimplex arbitrium, quia ab ea non dari appellationem ſcribit Spec. quem citat Rot. *deciſ. 47. alias 353. ſi auditor num. 3. de appell. in nou.* & ita videtur ſentire Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 1. de commiſſ. appell. in rom. cur. cap. 6. nu. 53. & 55. fol. 74. in 2. impreſſ.* dum ſcribit, quod clauſula (*tuam conſcientiam oneramus*) operatur vt negocium cenſeatur remiſſum arbitrio boni viri, & tollit appellationem, *& in commiſſ. appell. ab interlocutor. cap. 22. n. 54. f. 251.* dicens quod in arbitrarijs non datur appellatio; & hanc opinionem ſequitur Menoch. *d. q. 70. ſub n. 6. verſ. contrariam. & num. ſeqq.* & præſertim *num. 11.* vbi teſtatur, eſſe crebriorem;
* poteris in materia videre etiam Nicel. *tr. de concord. gloſs. conc. 6. fall. 16. n. 50. fol. 193.* licet is eo loci non multum fideliter citet neque multum bene loquatur.

Contra hanc extenſionem; quod enim in arbitrijs detur appellatio, ſcribunt Franch. *in cap. 5. cum ſit Romana n. 11. verſ. & aduerte in finem, de appell.* dicens, quod ſi male arbitratur, poſſet appellari etiam in commiſſis ſuo arbitrio, *& in cap. 19. cum parati ſub num. 36. verſ. 2. quæritur. verſus finem, de appell. Guid. Pap. tract. de appel. ſub numer. 95 ibi, ſi iudex in ciuili vel in criminali tom. 5. fol. 61. Simonl. tract. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 8. tom. 6. part. 2. fol. 291. Magon. deciſ. 42. ſub n. 21. Rebuff. tract. de conge. port. verſ. vltimo ſi epiſcopus. fol. 103. Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 12. n. 5. verſ. ſecundo aduerſus fol. 183.* hancque eſſe regulam patet ex his quæ ſcribunt Felyn. *d. c. ſuper his num. 7. & Ruginell. tract. de appell. d. §. 9. gloſ. 2. ſub nu. 43. verſ. ſed de re vera.* & hanc eſſe communem teſtantur ij, quos refert Proſp. Farin. *d. q. 17 num. 28. verſ. contrarium* & ſequitur cum diſtinctione *n. 29. in fine*, & ego ſcripſi *ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 62. paulo ſupra finem*; Et quod poſſit recurri ad iudicem, quando executor, datus in teſtamento ad maritandas pauperes virgines, malè arbitratur, ſcribit Bal. *in au. præt. ſuc. n. 4 C. vnde vir & vxor.*

3 Extende ſecundo, vt ſicut non datur appellatio ab eo, cui cauſa eſt commiſſa ſecundum ſuum liberum arbitriũ, ita etiam non detur ab eo, cui eſt commiſſa cum clauſula (tuam conſcientiam oneramus) *Franch. in rubr. n. 11. ibi, pra quo in ſimili de appell. Felyn. in d. cap. ſuper his num. 11. limit. 4. appellatio in qualibet cauſa fallent. 13. Nicel. tract. de concord. gloſ. conc. 6. fal. 22. num. 63. tom. 18. fol. 193. Rebuff. tract. de appell. art. 3. gloſ. vna numer. 2. & 3. tom. 3. fol. 489.* quem retuli & ſequutus ſum *ſupra nu. 86. verſ. inſero Tiraq. de retract. lignag. §. 4. gloſ. 1. num. 11. Greg. Toloſ. tract. de appel. lib. 3. cap. 15. num. 1. & ſeqq. fol. 347. Marchſ. d. commiſſ. appell. in rom. cur. cap. 6. num. 53. & 55. fol. 74. in 2. impreſſ.* dicens, quod grauato poterit ſubueniri per Papam impetrando quod iudicatum corrigatur & quod clauſula (*tuam conſcientiam oneramus*) operatur, vt negotium cenſeatur remiſſum arbitrio boni viri, & quod tollit appellationem & demum vide congeſta per Lancell. *tract. de attent. part. 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 10. princip. n. 1. & ſeqq. & num. 10. fol. 367.* vbi quod
* ſecundum omnes * non poteſt appellari quoad effectum ſuſpenſiuum, & Ruginell. *tract. de appellat. §. 2. capit. 2. numero 67. verſicul. dabitur appellatio.* & quod executor vltimarum voluntatum, cuius conſcientia eſt onerata, poſſit per ordinarium non per viam iuſtitiæ, & appellationis, ſed per viam officij ſuperioris miſericorditer implorati diſcuti, vt reddat rationem diſtributionis, deducit, & tenet Felyn. *in c. 15. ſignificaſti. il primo, ſub num. 4. ibi, nam prima dicit de homicid.*

4 Ratio eſt, quia Deus ſolus eſt ſuperior conſcientiæ; vnde non poteſt ad alios inferiores appellari, *Franch. vbi ſupra & Greg. Tholoſ. d. cap. 15. num. 3. verſ. item ſecunda & ſub n. 5.*

Reliquas extenſiones, ſeu caſus, in quibus non appellatur à ſententia iudicis, cuius arbitrio cauſa eſt commiſſa, colliges ex his, quę latè cumulat Felyn. *in d. c. ſuper illis ſub n. 8. & ſeqq.*

5 Reſtringe primo, declarando eandem extenſionem, quod quamuis denegetur appellationi, & ideo iudex à quo non teneatur deferre appellationi; tamen poteſt recurri ad ſuperiorem per viam ſupplicationis, *Gl. in clem. 1. in verbo oneramus de iure patr. & Iaſ. in §. ſed iſta n. 136. verſ. vltimo non omitto. Inſtit. de act.* & coram eo poterit probari contrarium, *Tiraq. in loco ſupra proxime citato*, & ſuperior, aditus per viam ſupplicationis, emẽdabit, quod iudex à quo malegeſſit *Gloſ. in d. verbo oneramus. et Felyn. in c. 16. ſuper his ſub n. 11. limit. 4. de accuſ.*

6 Reſtringe ſecundo eandem extenſionem, vt non procedat, quando non eſt ſimpliciter onerata conſcientia iudicis, ſed appoſitum eſt aliquod verbum reſpiſciens iuſtitiam, puta, *ad iudicium tua conſcientia*, vel ſimile, quia tunc poſſet appellari, *Lanc. d. limit. 10. princ. num. 11. fol. 367.*

7 Reſtringe tertio, quando cauſa eſſet magni præiudicij &c. vide Lancell. *d. limit. 10. n. 13. verſ. tertio. fol. 387.* & Ruginell. tract. *de appell. §. 2. cap. 2. ſub n. 67. verſ. dabitur appellatio.*

8 Reſtringe quarto demum, vt licet in his, quæ relinquuntur conſcientiæ alicuius, non admittatur appellatio, tamen, ſi daretur enormis læſio in declaratione, facta ſecundum conſcientiam, poterit implorari officium iudicis, vt reducat, & emendet, quod eſſet malè geſtum, *Franch. in rubr. ſub n. 11. de appell.*

9 Aduerte obiter circa eandem extenſionem, quod ille, cuius conſcientiæ aliquid committitur tenetur iurare, quod ita dictat ſua conſcientia; alias non eſt ſibi ſtãdum, ſeu non valet, quod agit, *Iaſ. in eod. §. ſed iſta nu. 121. verſ. nota etiam Inſt. de act. & Rebuff. tract. de appell. art. 3. gloſ. vna n. 4. tom. 3. fol. 489.*

Hanc aduertentiam non video vſu receptam, & ratio quare non ſit vſu recepta poteſt ſumi ex his, quæ ſcribit Greg. Tholoſ. *trac. de appell. lib. cap. 15. ſub n. 5. verſ. ego dubito.*

LIMITATIO XVI.

SVMMARIA.

Sindicatoris ſententia ſi is ſit proprius Rector, non eſt appellabilis, n. 1. & ſeqq. in quibus extenditur.

¶ *Sublimitatur multipliciter hæc limitatio. Primo quando officialis condemnatur ex alia cauſa ſeu negotio, quam ex cauſa pertinente ad officium, quia daretur appellatio, n. 5. & ſeqq. vbi inſeruntur multa. — Secundo de conſuetudine regni Franciæ, n. 8. — Tertio quando ſententia non fertur à proprio Rectore, ſeu iudice, ſed fertur à ſyndicatorib. n. 9. — Quarto in ſententia interlocutoria, n. 10.*

1 LImita XVI. in ſententia lata à Rectore contra ſuum officialem pro delicto commiſſo in officio, quia ab ea non appellatur *l. 3. nulli & ibi Bart. Bal. Paul. de Caſtr. & Salyc. C. quor. appell. non recip. & c. 41. ei qui §. nulli quoque. 2. q. 6. Socc. reg. 24. appellatio in qualibet cauſa fal. 18.*

Iaſ.

Iaſ.in l.10.qui iuriſdictioni ſub nu.9. fall.8.ff.de iuriſd. omn. iud.Maran. in ſuo ſpec.p.6. actu 2.princ. in verbo & quandoque appellatur limit.13.nu.301 fol.504. Nicell.tract.de conc.gl.conc.6.fal.13.n.47.fol.193.Rebuff.tr.de appel.ar.7. gl.2.n.13.verſ.tertius to.3.fol.503.& Greg.Tholoſ.tract.de appell.lib.5.cap.2.num.2.

2 Extende primo hanc limitationem,vt procedat etiam de iure canonico ſecundum ea quæ allegant Fran. in rubr. nu.22.ibi & inter cætera, de appell.

3 Extende ſecundo vt procedat, etiam ſi ſententia ſit lata ſuper delicto graui, quia dummodo delictum ſit commiſſum in officio,& condemnetur à proprio iudice, non poteſt appellare,cũ l.3.nulli & Doctores citati ſupra n.1. dum ſcribunt,eum non poſſe appellare, loquantur generaliter nulla conſtituta differentia, an ſit condemnatus pro delicto leui, vel graui.

Subextende hanc extenſionem, vt maximè procedat quando officialis eſſet legitime conuictus, & condemnatus de baratarìa, commiſſa in illo officio, quia tunc non appellat, Salyc.in dicta leg.nulli Cod. quorum appellat. non recip. quem refert, & non impugnet. Par. de Put.tract.de ſynd,in verbo,appellatio ſub nu.18. tom.7. fol.243. & tenet aperte Nicell.tract.de concor.gl.conc.6. fall.115.num.149. tom.18.fol.197.

4 Extende tertio, vt maximè procedat quando Rector officialem aliquem, puta notarium,nuntium apparitorẽ, vel alium executorem inferiorem, aſſumptum ſine iuriſdictione,qui malè ſe gereret in officio,remoueret,quia is non poſſet à remotione appellare, Par. de Put.in dicto verbo appellatio,ſub nu.17.& latius Proſp.Far.in qq.cri.q. 101.n.85,& ſeqq.

Extende quarto, vt multo minus poſſit appellare is, qui condemnatur ad reddendas rationes ſuę adminiſtrationis, vide infra limit.29.num.1.

5 Sublimita I.nunc vt procedat quando condemnaretur ex alia cauſa, ſeu negotio, quam ex cauſa pertinente ad officium, quia tunc quamuis condemnaretur à proprio Rectore, ſeu Poteſtate, tamen poſſet appellare, & moueor, quia ſicut ſtatutum, habilitans contractus, initos cum filijsfamilias, qui ſunt mercatores, habet locum ſolũ in contractibus,initis ex cauſa mercaturæ,vt retuli & ſequutus ſum lib.præcedenti c.11.n.150.& ſtatutum de adhibenda plena fide Theſaurario, non habet locum quando non agitur de re pertinente ad officium theſaurariæ, teſtibus his,quos citaui,& ſecutus ſum dicto cap.11.num.151. ita etiam lex,tollens appellationem officiali, condemnato à proprio Rectore, habet locum ſolum, quando condemnatur de reſpectante ad officium.

6 Infero in primo ex hac ſublimitatione,quod officialis, condemnatus ciuiliter ſuper proprij patrimonij negotio quod apud proprium iudicem inchoaſſet, poteſt appellare, dicta l.3.nulli C.quor. app.non recip.

7 Infero ſecundo, quod quamuis d.l.3.nulli, loquatur quando negotium eſt, inchoatum apud proprium iudicem, tamen poterit appellare, etiam circumſcripta inchoatione, quia ſatis eſt, quod non agatur de re ſpectãte ad officium,& in his terminis, nullatenus conſiderata inchoatione, ſed ſolum conſiderato hoc, quod non agatur de re ſpectãte ad officium, intelligit illam l.Iacob.de Rauen.quem refert,& ſequi videtur Par.de Put.trac.de ſynd. in verbo.app.ſub n.16.verſ.in qu.tom.7.fol.242.Proſp.Far. in qq.crim.q.101.ſub n.87.

Infero tertio,quod ſi officialis ſit cõdemnatus de adulterio, vel de alio delicto non dependente ab officio, poteſt appellare,ſicut ſi non eſſet officialis,Gloſſ.1.in d.l.nulli C.quor.appell. non recip.

8 Sublimita II. vt non procedat de conſuetudine Regni Franciæ,quia admitteretur appellatio,Rebuff.tr.de appel. art.7.gloſ.2.num.13.tom.3.fol.503.

9 Sublimita III.vt non procedat quando non condemnatur à proprio Rectore,ſeu Poteſtate, cui in officio inſeruiebat, ſed condemnatur à ſyndicatoribus deputatis, vt moris eſt, quia tunc poteſt appellare ſecundum communem, & magis tutam opinionem,de qua teſtatur, & ſequitur Put.trac.de ſynd.verbo.appell.ſub num.18 tom.7. fol.243.& ita videtur de mente Bartoli, & aliorum, dum appellabilitatem dicunt remotam eſſe à ſentẽtia proprij iudicis, prout loquitur in d.l.3.nulli Maior enim militat, ratio pro ſententia lata à proprio iudice, quam pro ſententia lata à ſyndicatoribus.

Contrariam opinionem, quod non poſſit appellare, conſulè poſuit Nicell tract.de concord. gloſs.concor.6.fall. 26.num.68.fol.194. & videtur de mente Cyni in d.l.nulli, dum indiſtinctè ſcribit,denegari appellationẽ, quia præſumitur contra officiales condemnatos. Et hanc opinionem videtur ſine ſcrupulo amplexus Lancell.tr.de attent. par.2.c.12.de attent.& innouat appellat.pendent.limit.20. princip.numer.1.& ſeqq.tom.5.fol.370. hæcque opinio eſt approbata in Regno Neapol.Maran.in ſuo ſpecul.part.6. act.2.princip.in verbo, & quandoque appellat. limit.10 nu. 204.folio 486.& limita.13.numer.302.fol.504. & Par.de Put.tract.de ſynd.in verbo appellat.verſus finem,ſub n.17.f. 243.dicens quod licet capitulum,editum à Rege Roberto, euanuerit eius morte,quia fuerat ad eius beneplacitũ, tamen inquit, obſeruatur in Regno & ideo non appellatur,ſed ſit exequutio, & poſtea ſupplicatur,niſi eſſet exequutio irretractabilis,quia tunc non fieret exequutio,ſed ſupplicaretur tanquam ſi eſſet facta exequutio. Hæc eadẽ opinio eſt approbata in conſtitutionibus Marchiæ lib.6. cap.2.fol.365.& in Ducatu Mediolani, ſi credimus Paridi de Put. vbi ſupra hancque opinionem eſſe in terminis iuris communis magis communiter receptam ſaltẽ quoad effectum ſuſpenſiuum,ſcribit Proſ. Farinac.in qu.crim.qu. 101.lib.19.n.89.

Quicquid ſit in puncto iuris & quicquid ſit municipalibus legibus ſtatutum, officiales condemnati appellant, & recurrunt ad Curias ſupremas, à quibus ſtatim impetrant inhibitiones, & aduerſarij earum moderationem non obtinent, quia officiales vt plurimum allegant odia, & perſecutiones,& dant aliquem fumum iniuſtitiæ; immò ſub hoc perſecutionis, & odij prætextu quandoque non expectat à ſententia,diſcedunt, & præſentant Curiæ ſupremæ,& ibi promittunt ſtare iuri,& iudicatum,ſoluere, & Curiæ ſupremæ id quãdoque ex iuſtis cauſis admitti; vnde ſubditi,qui ſolent quodam animi calore ſyndicatus tempore cõtra officialem præſentem irruere, poſtea, eo abeunte, ſublataque eius præſentia,frigeſcunt,& querelas deſerunt,niſi ageretur de re graui,& querelantes eſſent potentes.

Cæterum vbi ſeruanda, eſſet hæc contraria opinio, præcipue ſeruari debere in crimine barattariæ,quia æquiparatur crimine læſæ maieſtatis,Bald.in auth.nouo iure C. de pœn.iud.qui mal.iud.quem refert,& ſequitur Nicel.tr.de concor.gl.concord.6.fallen.115.nu.149.fol.197.

Sed in crimine læſæ maieſtatis prohibetur appellatio etiam à ſententia non lata in ſyndicatu, ſecundum aliquos, quos citaui ſupra limitat.4.numero 78. Ergo tanto magis intelligitur prohibita in crimine barattariæ à ſententia lata in ſyndicatu,quia ſi non ſufficit vnum, debent ſufficere duo.

10 Sublimita IV. vt non procedat in ſententia interlocutoria ante diffinitiuam,quia ab ea poteſt appellari, ſecundum ea,quæ deducunt,& firmant Parid.de Put.tr.de ſynd. in verbo an ſtante à nu.1.vſque ad nu.6.fol.243.& Lancell. tr.de attent.part.2.cap.12.de attent. & innou. appell.pend. limit.20.princip.nu.in fine, & nu.4.fol.370. & faciunt quæ ſcripſi ſupra lib.1.cap.97. ſub nu.98.

Rationes,& confirmationes huius ſublimitationis habes

bes late à me congeſtas, loquendo de interlocutoria in cauſa poſſeſſoria, *ſupra limita.6.memb.ſeptimo,numer.38.* & *ſeqq.*

Contra hanc ſublimitationem valdè vrgent ea, quæ ſcripſi *d.limit.6.memb.7.nu.32,* & *ſeqq.* vbi plenam habebis ſatisfactionem.

Cæterum ſi non omnino tibi ſatisfactum erit, dico, quod, quiquid poſſit dici diſputando, ſi ſeruaretur hæc ſublimitatio, limitatio eſſet vana, quia ſententia diffinitiua non poteſt ferri, quin prius feratur aliqua interlocutoria, & officiales libentius appellant ab interlocutoria, quam velint expectare ſententiam diffinitiuam.

De quibus ſint officiales ſyndicandi, & aliqua in ea materia, vide *infra quæſt.19.rem.4.*

LIMITATIO XVII.

SVMMARIA.

Fiſcalis cauſa non admittit appellationem, num.1. & *ſeqq. in quibus extenditur.*

¶ *Sublimitatur I. vt non procedat quando agitur de pœnis, num.4.*

Sublimitatur II. quando allegatur exemptio, num.5.

Sublimitatur III. in Regno Franciæ, num.6.

Sublimitatur IV. quando debitor non eſt plene conuictus, num.7.

Sublimitatur V. in Curia, ſtante actuale depoſito, nu.8.

1 Limita XVII. in ſententia, lata ad fauorem Fiſci, ſeu Cęſaris ſuper tributis, ſeu debito fiſcali, quia ab ea non datur appellatio, *l.4. abſtinendum,* & *leg. vltim. Cod. quor. appell. non recip. Gloſ.1. in capit.26. tua nobis in verbo, tributa de decim. Spec. tit. de appel. §. in quibus, verſic.4. non appell. num.4.* & *5. Angel. Aret. in l.6 ſciendum, nu.4. ff. de appel. recip. Soc. reg.24. appel. in qualibet cauſa, fal.3. Nicel. tract. de concor. gl. concord.6. fall.17. num.50. in fine, to.18. fol.193. Maran in ſuo ſpec. p.6. act.2. princ. in verb.* & *quandoque appellatur limit.11. n.300. fol.504. Reb. tr. de app. art. 7. gl.2. nu.14. verſ.4. t.3. fol.503. Proſp. Farinac. in qq. crim. q.101. lim.15. n.70.* & *Rug. tr. de appell. § 2. c.3. ſub n.95.* & *ſeqq.* & *nu.131.*

2 Extende iſtam limitationem, vt procedat etiam in collectis, & publicis fructionibus impoſitis ab vniuerſitate ratione onerum præſentium, quia cum in illis immineat damnum publicum, proceditur executiuè, & datur executio parata, reiecta appellatione; ſecus tamē eſt, ſi agatur de collectis impoſitis ratione onerum præteritorum, quia cum in illis non immineat damnum publicum, non datus executio parata ſecundum ea, quæ adducit Oſaſch. *deciſ.86. quæſitum fuit an collecta numero 3.* & *ſequentibus* & *num.8.* quem refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. par.2. cap.12. de attent.* & *non appel. pen. limit.24. princip. num.8. in fine,* & *num.9. fol.372.*

3 Declara hanc extenſionem, vt procedas quando quis non reperitur deſcriptus in æſtimo, ſeu collecta, quia tunc procederet diſtinctio inter onera præſentia, & onera præterita; ſecus eſt quando reperiretur deſcriptus, quia tunc diſtinctè cogitur ſine appellatione ſoluere, *Oſaſch. dict. deciſ.86. numero quinto,* & *ſub numer.7. ibi aut conſtat.*

4 Sublimita I. explicando eandem limitationem, vt procedat quando ſententia fertur contra debitorem fiſcalē, vel debitorem patrimonij Principis, & ſic ex cauſa publici, vel priuati ærarij, prout loquuntur iura, & Doctores citati *ſupra numero 1. in limitatione*, & agitur de damno euitando; ſecus quando agitur de lucro captando, vt eſt in pęnis, quia tunc condemnatus appellat, vt ex Andr. de Iſern. in conſtitut. intentionis refert, & ſequitur Maran. *in ſuo ſpec. par.6. act.2. princ. in verbo,* & *quandoque appellantur limit.11. nu.300. fol.504.* & adde quæ ſcripſi *ſupra hac ead. quæſt. in ampl.10. num.23.*

5 Sublimita II. vt non procedat quando is à quo exigitur tributum, allegat exemptionem, quia tunc admittitur appellatio, vt loquendo in decimis, dixi *limitat. ſeqq. num.2.*

6 Sublimita III. vt non procedat in Regno Francię, quia ibi recipitur appellatio, ſicut in alijs, *Rebuff. tr. de appellatione art.7. gloſ. ſub n.14. tom.3. fol.503.*

7 Sublimita IV. declarando, vt appellatio denegetur, ſi debitor ſit apertè & manifeſtè conuictus *l.4. abſtinendum Cod. q. quor. appell. non recip.* alias poſſet appellare, *Angel. Aret. in l.6. ſciendum, num.4. ff. de appell. recip.*

8 Sublimita V. ſeu potius declara, vt non procedat quādo appellans hic in Curia faceret actuale depoſitum, quia tunc facto actuali depoſito, & dummodo non adſit confeſſio, & agatur de aliquo debito Cameræ Apoſtolicæ, & ciuiliter ex aliquo contractu, datur appellatio iuxta Bullas, quas conſiderat Farinac. *in qq. crim. q.101. limit. 15. numer.80.* & iuxta ea, quæ nos diximus *infra limit.48. num.41. verſ. ſublimita ſecundo,* & adde quæ ſcripſi *ſupra q.8. num.151.*

LIMITATIO XVIII.

SVMMARIA.

DECIMARVM ſententia eſt inappellabilis, num.1.

¶ *Sublimitatur multipliciter hac limitatio. Primo quando allegatur exemptio, vel legitima compoſitio, nu.2.— Secundo in ſententia lata inter duas Eccleſias, num.3.— Tertio quando collector decimarum excedit modum, nu.4. — Quarto in effectu deuolutiuo, num.5. — Quinto in Regno Franciæ, num.6.*

1 Limita XVIII. in ſententia lata pro ſoluendis decimis, quia ab ea non datur appellatio, *c.26. tua nobis in fine de decim. Spec. tit. de appel. §. in quibus verſ.4. num.5. ibi, ſi ergo non appellatur Socc. regul.24. appellatio in qualibet cauſa, fall.3.* & *32. Maran in ſuo ſpec. part.6. act.2. princip. in verbo,* & *quandoque appellatur, limitat.15. numer.304. Nicell. tract. de concord. gloſſ. concord.6. fall.53. numer.92. fol.195. Rebuff. tract. de appell. artic.7. gloſſ.2. num.14. verſ. quartus, tom.3. fol.503.* & *Gregor. Toloſ. tract. de applic.2. cap.9. num.2.*

Ratio huius limitationis eſt duplex. Prima quia cauſa decimarum eſt cauſa pia, *vt ſentit Franch. in rubr. num.2. verſ. tertio præmittit. de appell. in 6.* & dicit apertè *Tiraq. tract. de priuil. pia cauſa, priuil.153. fol.47.* & in cauſis pijs denegatur appellare, *vt ſcripſi ſupra limit.8. nu.1.* Secunda ratio eſt, quia decimæ ſunt tributa animæ, *cap.66. decimæ 16. q.1. Gloſ. in dict. cap. tua nobis in verbo, tributa de decim. Specul. vbi ſupra* ſed in tributis non appellatur, *per ea quæ dixi limit. præced.* Ergo, &c.

Contrariam opinionem, quod poſſit appellari, tenent Gloſ. Franch. & Tiraq. ſupra proximè citati.

Non recedas à limitatione, quia decimæ ſunt tributa animæ, vt dixi, & Gloſſæ ſupra citatæ, dicenti cōtrarium, bene reſpondet Abb. *in d. cap. tua nobis num.9.* oſtendens, quod procedit per falſa fundamenta.

Sublimita I. declarando iſtam limitationem vt procedat quando is à quo petuntur decimæ allegaret, conſuetudinem, ſeu præſcriptionem vel aliam ſimilem iniuſtam cauſam ex his quas reiecit textus *in d. cap. tua nobis* quia tunc appellatio non admittitur, ſecus autem ſi allegaret exemptionem habitam à Papa, ſeu legitimam cōpoſitionem, quia tunc, ſi non audiretur in iſta allegatione, ſicque grauaretur, poſſet appellare, *Io. And. in d. cap. tua nobis. numer.*

numer.7.& ibid.Ant.de Butr.verſ.ſecundo opp.numer.7.& Abb.nu 9. & ita poteſt procedere, quod ex Anguiſ.*conſ.* 27. refert & ſequitur Ruginel. *tract.de appell. §.2.ſub numer.*256.

Sublimita II. vt non procedat in ſententia lata inter duas eccleſias contendentes de iure decimandi, *vt declarand. Io.Andr.& Ant.de Butr.in d.cap. tua nobis, vterque n.7.in fine.*

Sublimita III quando collector decimarum excederet modum, quia ab exceſſu poteſt appellari, *Dec.in cap.43. nouit.n.*10.*de appellat.& faciunt qua dixi ſupra limit.*10.*n.*28.*& limit.11.n.6.*

Sublimita IV. vt non procedat quoad effectum deuolutiuum; quare debitores decimarum condemnati non admittuntur ad appellandum, donec ſoluerint, *Rebuff. tract.de decim.q.vlt.n.21.verſ.decimonono fol.63.*

Sublimita V. vt non procedat in Regno Franciæ, quia in eo admittitur appellatio ſicut in alijs, *Rebuff.tract. de appell.art.7.gloſ.2.ſub nu.14.tom.3.fol.503. & Greg.Toloſ. tract.de appell.lib.2.c.9.ſub n.2.*

Sed hęc ſublimitatio eſt vera, quando ſentẽtia eſt prolata à iudice eccleſiaſtico, ſecus ſi ſit prolata à iudice ſeculari per modum prouiſionis in caſu priuilegiato, quia reciperetur appellatio, ſed ea non obſtante, fieret executio *Rebuff.tract.de decim.q.vlt.ſub n.21.fol.63.*

LIMITATIO XIX.

SVMMARIA.

Nullitas ſententia non eſt appellabilis, num.1. Contraria firmatur opinio, quod à ſententia nulla poſſit appellari, n.2.
Extenditur I. hęc opinio contraria etiam ſi ſententia ſit nulla ex deffectu iuriſdictionis, ſub n.2.
Extenditur II. etiam ſi ſit euidenter nulla, n.3.
Extenditur III. etiamſi alias à ſententia eſſet prohibita appellatio, n.4.
Extenditur IV. in Regno Franciæ, n.6.
Extenditur V. vt procurator ad appellandum poſſit appellare à ſententia nulla n.7.
Extenditur VI. vt appellatio ſit neceſſaria ad omnes effectus appelationis, præter ad vnum, n.8. & ſeqq. in quibus explicantur ſinguli effectus.

1 Limita XIX. in ſententia nulla, quia ab ea non appellatur, *l.12.ſi conſtat, ff.de appell. & l.vnica, C.qui pro ſua iuriſdict.dar.& c.Socc.reg.24.appel. in qualibet cauſa, n.14. Alex.conſ.59. viſo titulo, col.3.& vlt.n.8.& ſub nu.17. ibi, & per conſequens lib.4. Maran.in ſuo Spec.par.6. act.2. princip. in verbo & quandoque appellatur, limit.33 n.352. f.509. Rebuff.trac.de appel.art.7.gl.2.n.32.verſ.17. tom.3. fol.595. & Greg.Tholoſ.tract.de appel.lib.2.c.16.n.1.*

Confirmatur hæc limitatio, quia lex reijcit appellationes ſuperfluas, *vt ſcripſi infra limit.21.*& non vtitur ſuperuacuis remedijs, *Franch.in cap.63.dilecto ſub numer.15.q.7.de appell. & Greg. Toloſ. d. cap. numero 4.verſ. ratio, fol.* 218.

Sed appellatio à ſententia nulla non eſt neceſſaria, & ideo eſt ſuperflua, vt patet ex iuribus citatis & ſcribunt Iac.de Aren.*in l.6.eos, ſub num.3.C.de appellat.*& Paul.de Caſtr.*in d.l.12.ſi conſtat, n.1.* qui admonent propterea iudicẽ ad quem, vt debeat pronuntiare, ſententiam eſſe nullã, & ideo appellationẽ fuiſſe ſuperfluam, ſeu non neceſſariam, *Spec.tit.de appel.§.in quibus, nu.18.verſ decimo octauo, lib.2.fol.186. Rot.deciſ.29.alias 434.nota vtrum, verſus finem, ſub n.5.de ſent.& re iud.in antiq. Nicell.tract.de concord.gloſſ.concor.6.fall.33.num.64.tom.18.fol.194. & Marcheſ.tract.de commiſſ.part.2 in commiſſ.ſuper nullit.c.1. ſub num.14.*& quod à ſententia nulla ſuperuacuo appelletur, quia appellatio tendat ad reſciſſionem, & quod nullum eſt reſcindi non poteſt, & tẽdat etiam ad ſuſpendendum, & reſpectu ſententiæ nullæ non inueniat quid ſuſpendat, ſcribunt Franch. & Greg. Tholoſ. *ſupra* proximè citati: Ergo à ſententia nulla non poteſt appellari.

2 Contrariam opinionem; quod enim poſſit appellari à ſententia nulla, tenent Innoc.& Io.Andr. quos refert, & ſequitur Franch. *in d.cap.63.dilecto q.7.ſub num.15.de appell.*& eſſe communem * opin. ſcribit Raph. Cuman.*in l.19.ſi expreſſum, ff.de appell.& relat.* quem aufert Alex. *conſ.59.viſo titulo ſub num.16.ibi, ad confirmationenem.lib.*4.& de communi * opinione teſtatur, & ſequitur Brederod. *tract.de appell.part.1.tit.12.col.38.ſub litera D.verſ. contrarium.* & probatur ex *d. l. ſi expreſſim. in illis verbis vnde ſi quis &c.* vbi dicitur, quod appellatio fuit deſerta lapſu fatalium, ergo præſupponit appellationem tenuiſſe, quia priuatio præſupponit habitum, & tamen illa ſententia erat nulla.

Non diſcedo ab hac opinione contraria, quia eſt vera, communis, & ſeruatur.

Non obſtant iura & confirmatio adducta pro limitatione, quia reſpondeo, verum eſſe, quod appellatio non eſt neceſſaria à ſententia nulla, ſi conſideremus ſolum effectum tranſeundi in rem iudicatam; nam ſiue appellatio nullatenus interponatur ſiue interpoſita deſeratur, ſententia tamen non tranſit in iudicatum; & attentato hoc ſolo effectu, appellati ſuperflua non eſſet admittenda; & quamuis hæc nullitatis exceptio ſatis tueatur eum, contra quem eſt lata ſententia nulla; tamen quia in appellatione conſiderantur alij effectus non inutiles, & hos effectus non poteſt conſequi, niſi is, qui appellat à ſententia, quantumuis ſentẽtia ſit nulla, ideo lex conſiderans, quod is ſola nullitatis exceptione eſt tutus, tollit neceſſitatem appellandi, & conſiderans, quod nullitas ſententiæ non habet alios effectus, quos habet appellatio, non tollit facultatem appellandi; quare iura tollunt neceſſitatem, non facultatem appellandi, *Franch.in d.c.63.dilecto, q.7. n.16.in fine*, & quo res clarior fiat, effectus illos poſui *infra n.5.*

Extende primo eandem communem contrariam opin. vt procedat etiam ſi ſententia eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, quia adhuc poſſet ab ea appellari, vt contra Cum. *in d.l.ſi expreſſim. colum.9. in princip. ff. de appell.& relat.* latè firmat Franch.*in d c.63. dilecto. quaeſt. 7.numero 16 verſ.ſecundo aduerte de appell.* & Brederod. *d. tit.12. col.39. in fine, & colum.40.* vbi reſpondet contrarius.

3 Extende ſecundo, vt procedat etiam quando ſententia eſſet euidenter nulla, vt contra eundem Cuman. vbi ſupra tenent *Franch. in d. cap.63.dilecto q.7. ſub n.16.verſ. alia & ſecunda limitatio de appell. & Breder. de tit.12.col. 40.verſ.alia & ſecunda.*

4 Extende tertio, vt in tantum poſſit appellari à ſententia nulla, quod à ſententia, à qua ſit prohibita appellatio, puta à ſententia lata in cauſa poſſeſſoria, poſſit appellari, ſi allegetur ſententiam eſſe nullam, *vt ex Menoch.Bero.& Grac.impugnatiuè refert Contar.in l.vnica, limit.7.n. 9.C.ſi de mom.poſſ.*

Confirmatur primo hæc extenſio, quia licet ab aliqua ſententia ſit prohibita appellatio, tamen ſi illa ſententia ſit euidenter ſeu notoriè iniuſta, non intelligitur prohibita, *teſtibus Bal. Abb. & Maran. & alijs, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra limit.6.memb.7.n.79.*

Sed notoria iniuſtitia, & nullitas æquiparantur, *vt dixi lib.præcedenti cap.3.num.292.* immo nulla eſt maior iniuſta, quam nullitas, *vt ex Innoc.in cap.63.dilecto de appell. referunt & ſequuntur Bellam.deciſ.343. appellans in fine, et Contar.in d.limit.7.numer.13.* Vnde iniuſtitia regulariter non reddit ſententiam ipſo iure nullam, ſicut reddit nullitas,

Digitized by Google

tas, *Contar.ead.limit.7. num.15.verſ.quod etiam.*

Ego ſicut poteſt appellari à ſententia notoria iniuſta, ita etiam poterit appellari à ſententia nulla.

Confirmatur ſecundo, quia à ſententia lata in cauſa poſſeſſoria eſt prohibita appellatio, *vt late proſequutus ſum ſupra limit.6.num.1.& ſeqq.* & tamen ſi ſit lata ſine cauſæ cognitione poteſt ab ea appellari, *vt retuli,& ſequutus ſum d.limit.6.memb.4.nu.116.*

Sed ſententia lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla; ergo à ſententia, à qua ſit prohibita appellatio, poteſt appellari, ſi ſit nulla.

5 Contrariam opinionem, quod à ſententia, à qua prohibita ſit appellatio, ſit prohibita etiam ſi illa ſententia dicatur nulla, tenet Contar. *dict.limit.7.numer.6 & ſeqq.* vbi propterea admonet, cauendum eſſe à citatis hic in extenſione.

Comprobatur hæc contraria opinio, quia, remouendo principale fundamentum, & confirmationem extenſionis, dum dixi, notoriam iniuſtitiam, & nullitatem æquiparari, dico, diſtinguendos eſſe duos caſus æquiparationis.

Primus caſus eſt, quando adæquantur inuicem, & tũc, quod eſt plus in vno, communicatur alteri & è conuerſo, quod eſt plus in altero, communicatur illi vni, vt declarat *Bar.in l.1.nu.1.ff.de leg.1.* & hoc modo non ſunt æquiparatæ nullitas, & notoria iniuſtitia.

Secundus caſus eſt; quando vnum adæquatur alteri, & tunc illud plus, quod eſt in illo altero, communicatur illi vni, ſed non è conuerſo, quia, quo eſt plus in illo vno, non communicari illi alteri; vnde ſi nobiles æquiparentur popularibus, nobiles habent id, quod habent nobiles, & quod habẽt populares, ſed populares non habẽt id, quod habent nobiles, *Bartol.in d.l.1.nu.2.& 3.* & hoc ſecundo modo notoria iniuſtitia æquiparatur nullitati, quia notoria iniuſtitia habet in ſe nullitatem, & ideò dicens iniuſtum, & probans nullum, habent intentum, *Contar.in leg. vnica, limit.7.num.12.& ſeqq.C.ſi de momen.poſſ.* ſed non è contra, quia nullitas non includit iniuſtitiam, *Contar.in d.limit.7.numer.12.& limit.9.numer.41.verſ.ſuccurritur.* Vnde agens de nullitate excommunicationis, & non probans nullitatem, ſed iniquitatem, non debet abſolui propter defectum in modum agendi ſecundum communem opinionem quam refert Contar. *d.limit.9.num.41.* & ſi tu opponas de nullitate, & probas de iniquitate, iudex non poteſt pronuntiare ſententiam iniquam, quia iniquitas non eſt deducta in iudicio *ſecundum Innoc.& Ant.de Butr.* quos refert, & ſequitur And.Barbat. *in addit.ad Bald.in l.1.numer.2.verſic.ex hoc pono, C.ne lic.tert. prouoc.* & tamen, ſi eſt dictum de iniquitate, & probatur nullitas, poteſt iudex pronuntiare ſententiam nullam, *Andr.Barb. vbi ſupra*, & facit quod retuli ex Contaren. *hic ſupra ibi vnde agnis.*

His vtcumque vrgentibus; & quicquid enixe ſcripſerit Contar. ſupra citatus, vt defenderet hanc contrariam opinionem, ego non diſcederem ab extenſione, quia habet æquitatem, & bona fundamenta.

6 Extende quarto, vt in Regno Franciæ non ſolum liceat, ſed debeat appellari à ſententia nulla, quia ſine appellatione non audiretur dicens de nullitate, *Rebuff.trac. de appell.artic.7.gloſ.2.numer.32.verſic.17.tom.3.fol.505. & Gregor.Tholoſ.tract.de appell.lib.2.cap.16.num.5.verſ. quamobrem.*

7 Extende quinto, vt procurator conſtitutus ad appellandum poſſit appellare etiam à ſententia nulla, ſicut intra dentes contra Fulgoſ. ſentit Dec. *in cap.63.dilecto ſub nu.20.& ſeqq.de appell.*

8 Extende ſexto declarando, vt appellatio etiam à ſententia nulla ſit neceſſaria ad quoſdam effectus, & ad vnum effectum ſit ſuperflua, & prius explico effectus, ad quos eſt neceſſaria, & deinde effectum, ad quem eſt ſuperflua.

Primus effectus eſt vt deuoluat cognitionem cauſæ ad iudicem appellationis, *Iacob.de Aren.in d.leg.eos, ſub numer.3.col.3.C.de appellat.fol.48.Paul.de Caſtr.in d.l.ſi conſtat, ſub num.1.ff.eod.Franch.in c.63.dilecto, q.9.ſub nu.19. verſ.præmiſſis, de appell. Alex.d.conſ.59.ſub nu.1.& 9.ibi, nec his obſtat. Dec.in d.c.63.dilecto, n.23.ibi, & certè appel. Nicel.tract.de concord.gloſ.concor.6. fall.23.n.64. fol.194. Greg.Thol.tract.de appell.lib.2.c.16.ſub n.4.verſic.ratio, & nu.6.verſ.notat.& Breder.tract.de appell. par.1.tit.12.col. 41.verſ. his præmiſſis.*

9 Ex iſto effectu oritur alius, nempe, quod licet iudex ordinarius poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, & eam reuocare; tamen quando fuit ab ea appellatum, amplius non poteſt, quia illius cognitio, & reuocatio tunc ſpectat ad iudicem appellationis, *vt retuli, & ſequutus ſum infra qu.19.rem.1.concluſ.6.numer.2.& ſeqq.* vbi videas.

10 Secundus effectus eſt, vt, deuoluta cognitione, poſſit iudex appellationis pronuntiare ſuper nullitate, & non nullitate prout reperiet ſententiam, & reperta ea, valida poterit pronuntiare etiam ſuper eius iuſtitia, vel iniuſtitia, *Alex.d.conſ.59.viſo tit.nu.9.in fin.nu.11.& ſub num.2. lib.4.* imò poterit etiam ſententiam nullam confirmare, ſi apparet iuſta, & etiã reformare ex noua cauſa, *Alex.conſ. 59.ſub nu.1.& 3.* adde quæ ſcripſi *ſupra q.11.num.114.& ſeqq.* vbi latius habes materiam.

Ratio huius effectus eſt, quia in appellatione venit nullitas incidenter, *vt retuli, & ſequutus ſum infra qu.19. rem.1.concl....num....*

Reſtringe hunc effectum, vt non ſit verus, quando in appellatione eſt reſeruata facultas dicendi de nullitate, quia tũc appellatio non operatur, vt iudex appellationis poſſit cognoſcere de nullitate, & ideò ſi de ea cognoſceret, & pronuntiaret, pronuntiatio eſſet nulla, quia non eſſet conformis libello, cum in eo non ſolum non ſit deducta nullitas, ſed ſit remota, *Alex.dict.conſil.59.num.10. verſ.ſed quando nullitas.*

Declara hãc reſtrictionem, vt iudex appellationis iſto caſu videns, ſententiam eſſe nullam, non debeat pronuntiare ſimpliciter male appellatum, quia etſi ſuperfluè, & ideò malè videatur appellaſſe is, contra quem lata eſt ſententia nulla, *vt ſcribunt Iac.de Aren.Paul.de Caſt.& alij, quos citaui ſupra ſub n.1.verſ.ſed appellatio.* tamẽ, ita pronuntiando, videretur confirmare illam ſententiam nullã, *vt ſcribit Bald.in l.19.ſi expreſſim, q 2.ſub nu.2.ff.de appell.* ſicque inferret præiudicium parti appellanti; neq; debet pronuntiare malè appellatum, eo quod ſentẽtia ſit nulla, vt non benè arbitratur Iacob.de Aren. *vbi ſupra*; quia ſententia non eſſet conformis libello, & ideò eſſet nulla, & inſurgeret controuerſia expenſarum, quia appellatus diceret appellãti; *da expenſas, quia malè appellaſti*, & appellans replicaret, *da tu eas, quia ego obtinui*, nam ideò male appellaui, quia ſententia tua eſt nulla, vt cõſiderat Iac.de Aren.ſup.cit. Vnde dicerem, quod iudex debeat pronuntiare bene appellatum, & moueor, quia etiam à ſententia nulla poteſt appellari, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub num.1.verſ.contrariam*, & ſic ceſſat fundamentum, quod dicatur malè appellare is, qui appellat à ſententia nulla.

11 Tertius effectus eſt, vt deuoluat non ſolum cauſam nullitatis, ſed etiam cauſam ipſius negotij principalis in tantum quod, iuſtificata appellatione à ſententia nulla, iudex appellationis cognoſcet de cauſa, & negotio principali; vnde appellatio deuoluit ad iudicem appellationis tam cauſam & articulum appellationis, quam etiã totius negotij principalis, & ſic, ſi ſententia erit nulla vitio actorũ ſubſtantialium, ipſe denuo cognoſcet negotium principale à principio, & omnia ex integro fient: ſi verò ſententia

tia eſt nulla ex vitio ſolius ſententiæ, ipſe reformabit ſententiam ex primis actis, *Franch. in c. 63. dilecto, q. 9. nu. 20. verſ. ſecundo operatur, de appellat. Breder. tr. de appell. p. 1. tit. 12. colum. 41. verſ. ſecundo operatur*, adde omnino quæ ſcripſi *ſupra q. 11. nu. 122. & 133. & ſeqq.*

12 Quartus effectus eſt, vt operetur vitium attentatorum ſi quid fuerit innouatum, appellatione pendente, *Franch. d. c. 63. dilecto, q. 9. verſ. 3. appellatio. n. 21. de appell. & Breder. tr. de appell. par. 1. tit. 12. col. 42. in princ.* nam nullitas deducta per viam appellationis aſſumit ſibi naturam ipſius appellationis, & conſequenter operatur, vt omnia attentata reuocentur, *Franch. vbi ſupra.*

13 Quintus effectus eſt, vt impediat executionem, omnẽque aliam innouationem, *Franch. d. c. dilecto, nu. 22. verſic. quarto operatur, de appellat. & Breder. d. tit. 12. col. 43. litera B. verſ. 4.* & iſte effectus deducitur ex præcedenti.

14 Sextus effectus eſt, vt ſi ſententia eſſet nulla ex defectu mandati, vt puta, quia procurator, contra quem eſt lata ſententia, fuerit falſus procurator, tunc appellatio interpoſita à principali ſanaret nullitatem ex defectu mandati, quia principalis, appellando à ſententia, videtur ratificare geſta per procuratorem, ſicque tollitur falſitas procuratoris, *l. 3. §. falſus, ff. rem rat. hab. & ſcribunt Bart. in l. 19. ſi expreſſim, in princip. ff. de appell. & relat. Card. Alex. in d. c. 63. dilecto, q. 9. n. 62. & Guid. Pap. tract. de appell. q. 5. n. 14. fol. 58.* ſed non ſanaret alias nullitates: quia non intelligitur ratificata pro valida quoad alias inualiditates & nullitates, *Card. Alex. & Guid. Pap. in locis ſupra proximè citatis*; Quare licet appellatio confirmet factum procuratoris, tamen non confirmat factum iudicis, *Franch. in dict. cap. 63. dilecto, q. 8. ſub n. 17. & Breder. tract. de appell. par. 1. tit. 12. col. 40. verſus finem.*

Aduerte primo, quia quod appellatio produceret iſtũ effectum, etiam ſi interponeretur poſt lapſos decem dies, quod tamen pro nunc non firmo.

15 Aduerte ſecundo limitando iſtum effectum in prima parte, dum dixi, ratificari, & ſanari ſententiam, quæ eſt nulla ex defectu mandati, quia hoc non eſt verum, quãdo appellans in ſua appellatione proteſtaretur de nullitate ſententiæ, & cauſam nullitatis cum appellatione vellet proſequi, quia valeret proteſtatio, & non validaretur ſententia, *Guid. Pap. d. q. 5. n. 14. fol. 58.*

16 Septimus & vltimus effectus ſit, vt impediat, ne ſententia tranſeat in rem iudicatam, & conſiderato iſto ſolo effectu, dico, appellationem à ſententia nulla eſſe omnino ſuperfluam, & ideo reijciendam, & conſiderato iſto effectu procedit limitatio, per ea, quæ reſpondendo latius explicaui ſupra *ſub nu. 2.* & hic non repeto.

LIMITATIO XX.

SVMMARIA.

STATVTVM generale non admittit appellationem etiam ſi ſit iniquum, num. 1. Contraria opinio, num. 2. vbi retenta limitatione, declaratur.

¶ *Sublimitatur I. in ſententia lata vigore ſtatuti iniqui, n. 3.*

Sublimitatur II. in ſtatuto condito in præiudicium vnius perſonæ, ſeu aliquarum perſonarum, numer. 4. & ſeqq. in quibus extendendo, ſubextendendo, & inferendo, latè explicatur.

Sublimitatur III. in ſententia, qua pronuntiatur, ſtatutum eſſe in viridi obſeruantia, num. 12.

Sublimitatur IV. in ſententia intemperatiua ſtatuti, n. 13.

Sublimitatur V. declarando, vt quamuis à ſtatuto iniquo non detur appellatio, tamen eius iniquitas non tranſit in rem iudicatam, num. 14.

Declaratur ad quem ſit appellandum, num. 15.

1 LImita XX. in ſtatuto generali, quia non poſſet quis ab eo appellare, etiam ſi diceret, eſſe iniquum, *Bart. in l. vlt. ſub nu. 3. ff. de appell. recip. Bal. in l. 6. quiſquis, nu. 2. verſ. eſt & alius, C. quor. appell. non recip. Socc. in regul. 20. appellare à ſtatuto, & reg. 24. appellatio in qualibet cauſa, fall. 16. Dec. in cap. 29. conſuluit, il 3. n. 20. & ſeqq. verſ. prædicta concluſio, de appell. Nicel. tr. de concord. gloſ. contor. 6. fall. 24. n. 66. fol. 194. Greg. Tholoſ. tr. de appell. lib. 2. c. 22. n. 1. & 3. Breder. tract. de appell. part. 1. col. 522. ſub litera A.* Et quod non poſſit appellari à ſtatuto, ſeu edicto facto per iudicem, ne portentur gladij, vel arma, refert, & ſequitur Guid. Pap. *tr. de appellat. q. 48. nu. 39. fol. 59. Breder. ead. par. 1. colum. 523. littera B. & Ruginel. tr. de appell. §. 2. cap. 3. num. 83.*

Ratio huius limitationis eſt, quia de ſtatuto vniuerſali non poteſt quis conqueri, ſicut nec à diſpoſitione iuris appellatur; Licet ergo ſtatutum durum ſit, tamen ſeruari debet, quia licet ſtatutum non habeat æquitatem in his, quæ ſunt iuris poſitiui, ſufficit quod habeat voluntatem, & auctoritatem ſtatuentium: nam tali caſu in ſtatutis ſtat pro ratione voluntas, *Dec. in d. c. conſuluit, nu. 22. & ſeqq. verſ. nam de ſtatuto vniuerſali, de appell.*

2 Contrariam opinionem, quod enim poſſit appellari à ſtatuto iniquo, ſeu aliter inualido, tenent Couar. *in regul. poſſeſ. par. 2. §. 4. ſub n. 7. tom. 1. fol. 500. Rot. diuerſ. deciſ. 41. in cauſa Bononien. ſub nu. 13. & 14. par. 2. & Ruginell. tr. de appell. §. 2. cap. 3. n. 889. & ſeqq.*

† Datur appellatio etiam à ſtatuto confecto in præiudicium particularium perſonarum. *Rot. deciſ. 50. par. 2. n. 3.*

Retenta limitatione.

Declara eam, vt procedat quando ſtatutum eſt conditum à non recognoſcente ſuperiorem, quia tunc quamuis ſit iniquum, tamen ſi ſit generale non poteſt appellari, *teſtibus Bar. Bal. & alijs, quos citaui nu. præced.* Statutum enim generale quamuis durum ſit, tamen ſeruari debet, Dec. quem citaui, & ſequutus ſum *dicto num præcedenti, in fine*, quod ego intelligo verum eſſe quando duritia ſtatuti non continet in ſe euidens peccatum, quia, ſi contineret euidens peccatum, Papa eſſet ſuperior, qui poſſet adiri, vt in alijs terminis retuli & ſequutus ſum *quæſt. præced. limit. 1. nu. 126. & ſeqq.*

Secus ſi ſit conditum à domino recognoſcente ſuperiorem, præſertim ſi ſit conditum in fauorem ipſius domini, & etiam ſi ſit conditum in fauorum Reipublicæ, ſed contra libertatem, *vt explicat Couar. in locis ſupra proxima citato.*

3 Sublimita I. vt dato, quod à ſtatuto iniquo non poſſet appellari, eo quia ſit ſtatutum generale, & conditum à poteſtate habente, & legi parendum ſit, quantumuis ſit aſpera, tamen poterit appellari à ſententia, lata vigore ipſius ſtatuti iniqui, *Socc. d. reg. 20. appellare à ſtatuto, fall. 1. Brederod. tr. de appell. par. 1. col. 522. ſub litera A. & Ruginel. d. §. 2. cap. 3. nu. 889.*

Et licet Socc. *vbi ſupra*, ponat multos caſus per modũ fallentiarum, in quibus ait poſſe appellari, tamen eos nõ recenſeo, quia omnes ſunt falſi, vel inutiles, quia ſi ſententia eſt lata vigore ſtatuti iniqui, non poteſt dari caſus, in quo ſententia non contineat iniquitatem, & ideò non ſit appellabilis.

4 Sublimita II. vt non habeat locum in conſtitutione, ſeu ſtatuto particulari, conditio in præiudicium particularis perſonæ, quia quantumuis ſit conditum à Principe non recognoſcente ſuperiorem, & ſic deficiat ſuperior, qui eſt de ſubſtantia appellationis, & à ſententia Principis lata inter priuatos, eadẽ ratione nõ liceat appellari per ea, quæ arguendo, & dubitãdo, ſcribit Rot. *diuerſ. dec. 50. dubitaui in cauſa Bonon. n. 2. 3. & 4. par. 2.* Tamen veritas eſt, quod poteſt appellari, *vt latè refert, & ſequitur Rot. d. dec. 50. n. 6. & ſeqq. & nu. 17. Greg. Tholoſ. tract. de appel. lib. 2.*

c.22.ſub n.4.verſus finem, Breder.tract.de appell.par.1.col.520.litera C.& Rugmell.eod.trac.de appel.§.2.c.3.nu.891. & quod à ſtatuto facto contra certam perſonam poſſit appellari,ſcribit *Bar.in l.vlt.ſub n.3.ff.de appell.recip.*

5 Exempla ſeu caſus huius ſublimitationis ponunt *Dec. in c.29. conſuluit,il 3.n.17.& 18. de appellat. & Brederod. vbi ſupra.*

Ratio huius ſublimitationis eſt, quia hoc ſtatutum cõtinet iniquitatem, & non eſt proprè ſtatutum, quia natura legis, ſeu ſtatuti eſt, quod ſit commune, *Dec.in dicto cap.conſuluit,n.25.in fine, & n.26.*& præſumitur Princeps malè informatus, & circumuentus, *Rot.d.deciſ.50.n 9.& 12.* ſicque erit appellatio à Principe male informato ad eundem Principem.

6 Extende primo hanc limitationẽ, vt procedat etiam ſi ſtatutum ſit conditum per verba generalia, quia quantumuis ſtatutum ſit prima facie generale, tamẽ ſi in veritate eſt contra vnã perſonã,vt ſæpè accidit,poteſt per ſuperiorem corrigi, *Bar.in l.fin.ſub n.3.ff.de appell recip.& Greg.Tholoſ.tract.de appellat.lib.2.c.22.in fine, ſub n.4.* genus enim,quod in vna tantum ſpecie poteſt verificari,habetur pro ſpecie,& non pro genere,& ideò poteſt appellari,*Brederod.dicta.p.1.col.520.ſub litera D.*

7 Extende ſecundo eandem ſublimitationem, vt procedat etiam ſi ſtatutum non ſit conditum in præiudicium vnius ſolius perſonæ in indiuiduo,quo caſu diceretur potius præceptum, quam ſtatutum, *Rot.d.deciſ.50.n.17.*ſed etiam ſi eſſet conditum in præiudicium multarum perſonarum, vt puta vnius quarterij ciuitatis,quia adhuc diceretur conditum in præiudicium particularis perſonæ, & ideò poſſet appellari,*Rot.d.deciſ.50.n.15.& ſeqq.*loquens de ſtatuto cogente homines accedere ad molendina ciuitatis in præiudicium dominorum, qui habent molendina extra ciuitatem, *Breder.tract.de appell.par.1.colum.521. lit.A.*

8 Subextende primo hanc extenſionem, vt non ſolum poſſit appellari ab eiuſmodi ſtatuto; ſed etiam a ſententia lata ſecundum tale ſtatutum, *Brederod.tractat. de appell.p.1.col.521.littera D.* & facit prima ſublimitatio poſita *ſupra n.3.*

9 Subextende ſecundo, vt grauatus poſſit non ſolum appellare, ſed etiam opponere exceptionem doli contra agentem,ſi actor participauerit de dolo:alias non,*Brederod.vbi ſupra.*

10 Tempera eandem ſecundam extenſionem, eiuſque ſubextenſiones, vt non procedat, quando ſtatutum eſſet factum ex aliqua iuſta, & rationabili cauſa quia tunc non poſſet ab eo appellari,*Dec.in cap.29.conſuluit, n.27. verſ. ſecundo concluſio prædicta, de appell.& Rot.d.deciſ.50. dubitaui in cauſa Bononien.n.20.in fine, verſ.alterum,& n.21. part.2.*

11 Infero, exemplificando hoc temperamentum, quod per reformationem ciuitatis poteſt prouuntiari,aliquem eſſe rebellem,*Dec.d.cap.conſuluit,il tertio,nu.28.* Et quod ideò in odium Domus de Columna fuerit factum *cap. vnicum, ad ſuccedendos, de ſchiſmat.in 6.* ſcribit Breder.*d. p.1.col.522.in fine,*& quod propterea in feruore tempore rebellium fuerit ordinatum per conſilia communis,quod eorum vxores eſſent, & intelligerentur exbannitæ,& ab hoc ſtatuto non poſſet appellari, & non dicatur nullum, quia expedit publicæ vtilitati,& contra publicam vtilitatem non procedit appellatio, & ſtatutum etiam poſt factum emanans, & contra certam perſonam ex cauſa, ſit validum, ſcribit Bred. *d. part. 1. col. 523. ſub littera C. & D.*

12 Sublimita III. eandem limitationem, vt non procedat in ſententia,qua dictum ſit, ſtatutum eſſe in viridi obſeruantia, quia a tali pronuntia datur appellatio, *vt ex Canagn.ad decret. Montisferrat.decret.15 §.4. caſu 64.refert, & ſequitur Rugmel.tract. de appell.§.2. c.ſub n.891.in fine.*

13 Sublimita IV. vt non procedat in ſententia interpretatiua alicuius ſtatutis,quia à mala interpretatione alicuius ſtatuti permittitur appellatio,*vt ex Rebuff. in l.quod tuſſit. in præfat.n.171.ff.de re iudic.refert, & ſequitur Rugnell.d. §.2.c.3.n.507.*

14 Sublimita V. declarando,quod etſi à ſtatuto non detur appellatio, tamen iniquitas, ſeu iniuſtitia ſtatuti nunquã tranſit in rem iudicatam; vnde quandocunque ex interuallo citra remedium appellationis poteſt peti retractatio iniqui ſtatuti, *Franch.in c.29.conſuluit.il 3.in fine, n.5. de appell.*

15 Declara eaſdem ſublimitationes,in quibus dixi,poſſe appellari à ſtatuto, vt appellandum ſit ad eum qui poteſt corrigere tale ſtatutum, *Dec.in dicto cap.29.conſuluit.nu. 19 ibi, & talis appellatio, de appell.* & reliqua ad hanc declarationem vide *ſupra quæſt.12.n.156.& ſeqq.verſ.limita quarto.*

LIMITATIO XXI.

SVMMARIA.

Expenſarum omiſſa condemnatio non recipit appellationem ſi fructus in lite principali appellauerit,n.1.& ſeqq.

¶ *Extenditur I.hac limitatio in condemnatione omiſſa, ſed tamen manca,& non ſufficienti,n.5.& 6.*

Extenditur II. etiam ſi victus in lite principali renuntiaret appellationi interpoſitæ,n.7.& ſeqq.

Extenditur III, etiam ſi victus omittat proſequi appellationem,&c.n.10.

Extenditur IV. etiam ſi victus non appellat, ſed ſolum dicat de nullitate,n.11.

Extenditur V. etiam ſi diceretur, expenſas eſſe ſeparatas à negotio principali,n.12

Extenditur VI.tanto magis,ſi diceretur expenſas eſſe connexas,n.13.& ſeq.

Sublimitatur I.eadem limitatio,quando index abſoluiſſet expreſsè victum ab expenſis, quia tunc victor poſſet appellare,n.15.

Contraria firmatur opinio,n.17.

Sublimitatur II.in Curijs Franciæ, quia licet victus appellauerit, tamen debet appellare etiam victor ab omiſſa condemnatione expenſarum,n.18.

Sublimitatur III, quando victus appellaſſet in parte,& partibus contra ſe facientibus, n.19 & ſeqq. in quibus multa de ſtylo & praxi Romanæ Curiæ vſq.ad n.24. incluſiuè.

Contra ſublimitationem adducitur conflictus quatuor opinionum,n.25.& ſeqq.

Reſolutio firmatur duabus inſpectionibus,n.29 & ſeqq.

Sublimitatur IV. quando victus non appellat, n.33.& ſeqq. in quibus agitur an,victo non condemnato, neque abſoluto ab expenſis, poſſit victor appellare, & firmatur affirmatiua vſque ad n.35. incluſiuè, & n.36.& ſeqq.in quibus agitur,an expenſæ poſſint iterum peti,ſi non fuerit appellatum, & an & quando iudex poſſit poſt ſententiam condemnare ad expenſas, & ad quas expenſas victus ſit condemnandus vſq;ad n.55.incluſiuè.

Infertur ex hac limitatione,quod à condemnatione expenſarum datur appellatio,n.56.

Ampliatur, declaratur, & extenditur, n.57.& ſeqq.

Limitatur multipliciter,n.65.& ſeqq.

1 Limita XXI. vt non procedat in ſententia, à qua victus appellauit, quia licet iudex omiſerit eum condemnare ad expenſas,tamẽ, cum appellauerit victus,non poteſt victor appellare,*l.fin.et ibi Doct.C.quan.prouoc.non eſt neceſſ.Spec.tit.de appellat.§.in quibus, ſub n.23.verſ.34. quem citant,& ſequuntur Rot.deciſ.47.alias 353.ſi auditur,*

ſub

ſub n.3.de appell.in nou. licet videatur loqui obſcure; quia
lectio eſt aliquantulum corrupta; *& Felyn.in c.11.ſignifi-
cauerunt,nu.1.verſ.eſt enim, & ſub nu.3.limit.3. de except.
Rebuff.tr.de appell.art.7 gl.2.nu.34.verſic.19.to.3.fol.505.
Nicell.tr.de concord.gl.concor.6.fall.29.num.71.fol.194.&
Marcheſ.tr.de commiſſ.par.2.in commiſſ appell.c.3.n.63.&
64.fol.60.*& in terminis huius limitationis debet intelligi
Socc.qui nimis generaliter loquutus *eſt in reg.42.appella-
tio in qualibet cauſa,fallen.23.*

Ratio huius limitationis eſt, quia fruſtra appellat vi-
ctor,cum in cauſa appellationis, quam introducit victus;
poſſit obtinere condemnationem expenſarum, *vt ſcri-*
2 *bunt ydem ſupra citati*, & ſatis colligitur ex *d.l.fin.* † Et
quod lex non deferat ſecundæ appellationi, quia eſt ap-
pellatio ſuperflua, cum appellatio facta ab vno in parte
ſententiæ deuoluat totum, quando ſententia continet v-
num negotium,ſeu vnum capitulum,ſcribũt Franc.Alex.
Card.Dec.quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra q.10.ſub nu.
5.verſ.prima concluſio*, & iudici non debet ex ſuperfluis
appellationibus iniuria inferri, *Franch.in cap.7 ſi duobus,
ſub n.4.verſ.ſecundo hoc fuit ſtatutum de appell.*

Neque obſtat, ſi dicatur,quod capitulum expenſarum
eſt ſeparatum, quia reſpondeo, quod adhuc deuolutum
eſt totum negotium, *vt retuli, & ſequutus ſum infra num.
12.verſ.extende quinto.*

3 Infero primum effectum ex iſta limitatione,quod ſi iu-
dex ad quem ſententiaret, victorem bene appellaſſe,talis
ſententia non valeret,quia caret fundamento, *Bald.in d.l.
fin.nu.1.C.quan.pronoc. non eſt neceſſ.*

4 Infero ſecundum effectum, quod fatalia debent com-
putari ex die, quo appellauit victus, qui fuit primus in
appellando, & non ex die, quo appellauit victor, *Bald.
vbi ſupra.*

5 Extende primo eandem limitationem,vt procedat nõ
ſolum quando iudex nullatenus condemnauit victum in
expenſis,ſed etiam quando condemnatur,ſed inſufficien-
ter,*d.l.fin.Cod.quan.pronoc.non eſt neceſſ.* in illis verbis,vel
minus quam oportuerat,& ita ſentiunt Abb. *in d.cap. ſi-
gnificauerunt,ſub n.7.ibi, aduerte hæc decertatio.* & Felyn.
ibidem ſub num.2.limit.1.& ita intelligi debet,*vbi ſupra*,&
eſt corrigendus in illa dictione,ſed pro eo,debet enim le-
gi, ſeu pro eo, & in hunc ſenſum Rot.& Abb. *vbi ſupra*,
citant eum,& alias loqueretur contra dictam l.fin.quæ in
hoc eſt clara,& ita teneas, quicquid ſcribat Salyc. *in d.l.
fin.ſub num.1.verſ.quæro iudex.* dum conſtituendo diffe-
rentiam inter limitationem, & extenſionem, dicit, quod
in caſu huius extenſionis officium iudicis eſt corrobora-
tum ſententia.

Comprobatur hæc extenſio,quia ſi iudex condemnet
aliquem in quinque,& ab alijs quinque abſoluat, & reus
condemnatus appellet a condemnatoria, & poſtea ap-
pellet etiam actor ab abſolutoria, hæc poſterior appella-
tio eſt ſuperflua,& ideò non admittitur,*Bal.in d.l.fi.nu.5.
verſ.quæro de talis,& Salyc.ſub nu.2.C.quan.pronoc.non eſt
neceſſ.Franch.in c.7.ſi duobus,ſub nu.4. verſ.circa primum,
& Dec.n.53.& 54.de appell.*Et quod ſi vtraque pars velit
appellare ab eodem actu, appellatio non debet admitti,
refert,& ſequitur Ruginell.*tr.de appell.§.2.capit 3.nu.10.*
& quod hæc appellatio ſit ſuperflua, ſentit etiam *Spec.in
tit.de appell.in principio,nu.13.verſ. ſed pone peto.* dicens,
quod ſi peto centum ab aduerſario meo, & iudex con-
demnat eum in quinquaginta,& ille appellat,& non ego,
tamen,inquit,ſi ex eadem cauſa petij centum,potero co-
ram iudice appellationis petere integrè, ſecus, inquit,ſi
ex diuerſis cauſis non connexis.

Et licet Imol,*in d.cap.ſi duobus in principio*,tenuerit cõ-
tra hanc comprobationem, dicendo quod vtraque pars
poteſt appellare, quia potuit eſſe grauata.

Tamen Imol.non benè in hoc loquitur, *teſte Franch.in
eod.cap.ſi duobus,ſub nu.4.verſ.2.hoc fuit ſtatutum.*

Extẽde ſecundo, vt procedat etiam ſi victus renuntia-
ret appellationi,quia nihilominus victor poſſet per viam
appellationis,quam interpoſuit victus, procedere ſuper
omiſſa condemnatione expenſarum, *Cyn.in d.l.fi.in vlti-
mis verbis,n.3 & Bal.nu.4.verſ.modo quæro nunquid.Cod.
quand.pronoc.non eſt neceſſ. Spec.tit.de appell.§.in quibus,
verſ.34.n.24.ibi,quid ſi victus,lib.2.fol.186.Abb.in c.11.
ſignificauerunt,ſub n.7.& Felyn.ſub n.5.verſ.conſidera,etiã
de except.Card.Alex.in c.60.interpoſita.§.ille denique,ſub
n.7.fall.8.de appell.Nicel.tr.de concor.gl.concor.6.fall.29.
ſub nu.71.fall.194.& Marcheſ.tr.de commiſ.appellat.c.3.
n.65.fol.60.*Et quod iſto caſu etiam ſi res iudicatur integra,
non poſſit appellans renuntiare appellationi ad incom-
modum appellati, quia eſt caſus, in quo appellatus fuit
excluſus à facultate appellandi propter appellationem
aduerſarij, qui eum præuenit in appellando, ſcribunt
Ant.de Butr,*in d.§.ille denique,ſub nu.4.* & Abb.*n.4.in fi-
nem,ibi,aut res eſt integra,& nu.5.*

Ratio eſt,quia alia lex deciperet appellatum,imò ſtrã-
gularet eum,cum infra legitima tempora excludit eum à
facultate appellãdi,eo quia appellauerit eius aduerſarius,
& poſt legitima tempora excludit, eo quia appellatio eſ-
ſet deſerta;& multo magis deciperet,ſi concederet,vt ad-
uerſarius poſſet,renuntiando appellationi, ei præiudica-
re,*Io.Andr.in addit.ad Spec.tit.de appell.§.in quibus,n.24.
in verbo,in fine dictæ additionis,lib.2.fol.186. Ant.de Butr.in
d.§.ille denique ſub n.4.& Abb.n.4.in fine, & nu.5.& 6.*&
conſiderauit etiam Felyn.citatus *nu.ſeq.* & ſic in caſu hu-
ius extenſionis appellatio dicitur effecta communis vtri-
que parti etiam re integra, & ſic etiam appellato dicitur
ius acquiſitum, & conſequenter non poteſt vnus renun-
tiare in præiudicium alterius,*Spec. & Abb.vbi ſupra, &
adde quæ ſcripſi lib.præcedenti cap.3.n.216. & 217.*

An & quando appellans in alijs caſibus extra caſum
huius extenſionis poſſit, vel non poſſit in præiudiciũ ap-
pellati re integra,vel non integra,renuntiare appellatio-
ni,vide *ſup.limit.2.n.94.& ſeqq.& n.99.& ſeqq.*

6 Subextende hanc extẽſionem,vt procedat etiam ſi ap-
pellans renuntiaret antequam cœpiſſet vti appellatione
per ea,quæ ſcribit Felyn.*in d.c.11.ſignificauerunt, ſub n.5.
verſ.conſidera etiam de except.*dicens, quod ſi teneremus
aliter in hoc propoſito eſſet aperta via fraudandi victo-
rem,inſtruendo victum vt appellaret,& poſtea, lapſo de-
cendio,renũtiaret appellationi antequam inciperet pro-
ſequi,ſicque,inquit,excluderet victorem à ſpe conſequẽ-
di expenſas;& licet Felyn.teneat hanc ſubextenſionẽ ſub
verbo (forte) tu tamen eam teneas liberè, quia eandem
fraudis rationem,quam conſiderat Felyn benè conſide-
rant Io.Andr.Ant.de Butr.& Abb.quos retuli, & ſequu-
tus ſum *num.præced.*

10 Extende tertio,vt procedat etiã ſi victus omittat pro-
ſequi appellationem,& deſinat illam deſertari,quia nihi-
lominus deſertio illa non nocet victori;dummodo expẽ-
ſas petierit ante deſertionem cauſæ, ſecus ſi eas non pe-
tierit ante deſertionem, quia poſtea, cauſa deſerta in ne-
gotio principali,non audiretur petens illas, *Felyn.d.c.ſi-
gnificauerunt,ſub nu.7.verſ.demum circa,de except.*

11 Extende quarto,vt procedat etiam ſi victus non appel-
let,ſed ſolum dicat de nullitate ſententiæ, quia nihilomi-
nus iudex poteſt in illa inſtantia nullitatis cognoſcere
omiſſam condemnationem expenſarum,& ad eas condẽ-
nare, ſi victus ſuccumbat in nullitate ſententiæ, *Bald.in l.
fin.nu.2.quem ibi refert, & ſequitur Salyc. ſub nu.2.verſic.
quæro pars victa.C.quor.appell.non recip. Felyn.in d.cap.ſi-
gnificauerunt,ſub n 7.verſ.demum circa, & Addit.ad eum,
ſub num.3.limit.3.littera A.de except.*

12 Extende quinto, vt procedat etiam ſi teneamus, capi-
tulum expenſarum eſſe diuerſum à negotio principali,

quia adhuc ſimplex appellatio partis victæ deuoluit totum negotium, & ideò victor appellat ab omiſſa condẽnatione expenſarum ſecundum ea, quæ diſputando & reſpondendo contrarijs, ſcribit, & firmat Franch. *in cap. 7. ſi duobus, n. 6. verſ. circa tertium caſum, & breuius ſub num. 9. verſ. 3 quæritur, & verſ. ſed certè in hoc et illud. Card. Alex. et Dec. de appell. quos & ſequutus ſum ſupra q. 10. n. 8.* quia tunc appellatio deuoluit totum, quod latis etiam ſenſerunt *Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. ſub n. 29 verſ. amplius quia, & n. 30 & Luc. Pat. in pract. capitol. lib. 5. c. 1. num. 19. verſ. quod ſi fortè, & n. 20. &* 21. dum, conſtituendo differentiã inter appellationem ſimplicem, & appellationem cum clauſula (*in parte & partibus*) ſcribunt, quod appellationi ſimplici poteſt adhærere etiam appellatus & eam proſequi in capitulis facientibus contra ipſum appellatum, nõ autẽ appelationi cum clauſula (*in parte & partibus*) ſuntque neceſſario intelligendi, vt hanc differentiam conſtituant, quoad ſententia continet capitula ſeparata, non autem quando capitula ſunt connexa, tunc appellatus poteſt inhærere appellationi etiam ſi ſit appellatum cum clauſula (*in parte & partibus*) vt retuli & ſequutus ſum *infra n. 25. verſ. prima opinio.*

13 Extende ſexto, vt à fortiori procedat ſi capitulũ expẽſarum eſſet connexum negotio principali, quia quando ſententia continet plura, & diuerſa capitula connexa, appellatio ſuper vno deuoluit totum etiam ſuper alijs capitulis connexis, *Franc. Card. Alex. & Dec. quos citaui, & ſequutus ſum ſupra q. 10. n. 6. verſ. 2.*

14 Sebextende hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi appellatio non eſſet ſimplex, ſed eſſet limitata in eo capitulo, quod facit contra appellantem, quia adhuc deuoluere, tunc totum negotium, *vt retuli & ſequutus ſum infra ſub n. 30. verſ. caſus primus.*

15 Sublimita I. nunc eandem limitationem, vt non procedat quando iudex abſoluiſſet expreſſè victum ab expenſis, quia tunc poſſet victor appellare etiam ſi appellaſſet victus, & non appellando, illa abſolutio tranſierit in rem iudicatam, & conſequenter iudex appellationis non poſſet amplius ad eas condemnare, *Ant. de But. in cap. 11. ſignificauerunt. num. 7. verſ. oppono quod, col. 1. Felyn. ſub num. 2. limit. 1. de excep. & Couar. pract. qq. cap. 27. ſub nu. 5 verſ. cæterum.*

16 Confirmatur hæc ſublimitatio, quia poteſt vtraque pars appellare ab eadem ſententia, *dicto c. ſignificauerunt, & ibi Gloſ. in verbo abſoluit, & Abb. ſub numer. 7. c. 6. Raynutius, & c. 18. Raynaldus, de teſtam. idem Abb. in c ſi duobus, numero 1. & 20. verſ. vltimo hic quæro, & ſub n. 54. ibi, eſt ergo, & ſub n 63. ibi. vltimo non ſtante iura, de appell.* & probatur iſta confirmatio ex ſublimitationibus ſequentibus.

Contrariam opinionem, nempe, appellationem victoris non eſſe neceſſariam, tenent Salyc. *in d. l. fin. in ſummario,* & apertius Abb. *in dicto c. ſignificauerunt, ſub nu. 7. verſus finem, ibi, ſed ego non video*, & mouetur ea ratione, quod ſi victus eſt condemnatus ad expenſas in decem, cum deberet condemnari in quindecim, videtur ab illis quinque abſolutus, & tamen victor non poteſt appellare, ſi appellauit victus *per ea, quæ dixi ſupra n 5. verſ. extende primo.* Ergo, inquit Abb. ſicut non poteſt appellare, eo caſu, in quo adeſt abſolutio in quinque quia ſufficit appellatio victi, ita etiam eſt dicendum, quando adeſt abſolutio in omnibus expenſis.

17 Confirmatur hæc opinio contraria, quia ſi petitis centum, iudex condemnet in quinquaginta, & in alijs quinquaginta abſoluat, ſufficit appellatio condemnari, *vt ex Bal. Salyc. Franc. & Dec. retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 6. verſ. comprobatur.*

Omiſſis quæ poſſent hinc inde dici diſputando, ego non recederem ab hac contraria opinione, quia appellatio ſimplex vnius deuoluit totum negotium ſententiæ, etiam ſi ſententia contineat capitula ſeparata, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 12. verſ. extende quinto.*

18 Sublimita II. vt non procedat in Curia Franciæ, quia ibi victor debet appellare etiam ſi victus appellauerit, alioqui iudex non ſupplebit niſi per appellationem partium, *Rebuff. tract. de expenſ. damn. & inter. art. 3. gloſ. vni, nu. 15. in fin. tom. 3. fol. 447.* Et quod de ſtylo Curiarum Franciæ ſit opus vtramque partem appellare, ſiue ſuper vno articulo, ſeu capitulo ſeparato ab alijs, ſiue ſuper vno ſolum, vel coniunctò appellatum fuerit per vnum ex ipſis tantum, alias non reformabitur, niſi in parte, à qua appellatum fuit, ſi reformari debeat, teſtantur Boer. *deciſ. 73. videtur, quod ſub n. 8. verſ. licet,* & Rebuff. *tract. de appell. in præfat. n. 26.* quem formaliter retuli *ſupra limit. 1. princ. n. 53. reſtringe primo.* & de eadem Galliæ conſuetudine teſtatur Gregor. Toloſan. *tract. de appell. lib. 5. in fine, fol. 529.*

19 Sublimita III. vt non procedat quando victus non appellaſſet totaliter; ſed ſolum in parte & partibus contra ſe facientibus; nam iſto caſu poſſet etiam victor appellare ab omiſſa, ſeu manca condemnatione expenſarum, *Abb. in c. 11. ſignificauerunt, n. 7 in fine, & n. 8. & Felyn. limit. 2. n. 3. de except. idem Abb. in c. 10 cum Ioannes, col. vlt. ſub n. 17. ibi, adde etiam ad prædictam, de fid. inſtrum. Nicell. trac. de concord. gloſ. concord. 6. fall. 29 n. 71. ſ. 194. & Marcheſ. tract. de comm. p. 2. in commiſſ. appell. c. 3. n. 66. & 67. ſ.* 60. Nam ſi ſententia contineat plura capitula, quod tunc poſſit appellari, ab vno, refert, & ſequitur Guid. Pap. *trac. de appell. q. 61. n. 46. ſ. 59.* & quod ſi a ſententia, continente diuerſa capitula ſeparata, pars vna appellet limitate, illa appellatio valeat pro illa parte, & capitulo limitato, & pro reliqua parte, & capitulo, in quo non eſt appellatum, ſententia tranſeat in rem iudicatam, quia quot ſunt res ſeparatæ, tot cenſentur eſſe ſententiæ, ſcribit Franch. *in c. 7. duobus. n. 8. verſ. 2. quæritur. de appell.* Et quod idem ſit, ſi appellatum ſit non expreſſè & limitatè ab aliquo certo, & expreſſo capitulo, ſed cum clauſula (*ab ea parte quæ facit contra appellantem,*) ſcribit ibid. *n. 9. verſ. 3. quæritur. & n. 10.* & quod tot ſint ſententiæ, quot ſunt eius capitula, ideoque condemnatus poſſit ab vno capitulo appellare, & in alio conſentire, nec talis appellatio ſit diuiſim interpoſita proſit aduerſario quoad capitula nõ connexa, ſed ſolum quoad connexa, ſcribit Papiẽſ. *in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſ. occaſione cuiuſdam ſub n. 4. ſ. 308.* & hanc eſſe communem * opin. teſtatus, & ſequutus ſum *ſupra q. 10. ſub n. 8.*

20 Ratio huius ſublimitationis eſt, quia appellatio non efficitur communis, niſi prout, & quatenus extat, & ſic non poteſt effici communis, niſi in illis capitulis, in quibus eſt appellatum, & non in alijs, quia quod nullatenus eſt, non particulare, nec commune, quia nullius entis nullæ ſunt qualitates, & conſequenter cauſa appellationis non deuoluitur ad iudicem ad quem, niſi in capitulis, a quibus eſt appellatum. *Abb. in d. cap. cum Ioannes. ſub nu. 17. Imol. col. 8. verſic. ſed forte iſtud dictum de fid. inſtru. & Felyn. vbi ſupra,* adde quæ *ſcripſi ſupra limit. 1. princ. nu. 54. verſ. reſtringe ſecundo.*

Hinc redditur vtilis iſta praxis appellandi in partibus; nam ſic excluditur appellatus, ne poſſit vti appellatione appellantis in capitulis facientibus contra ipſum appellatum, *Abb. Imol. Franc. & Felyn. vbi ſup. Veſtr. in pra. lib. 7. c. 3. ſub n. 29. verſ. amplius quia & n. 30. ſ. 203. Luc. Pat. in pract. c. lib. 5. c. 1. n. 19. verſ. quod ſi forte, & num. 20. & 21. Marcheſ. d. c. 3. ſub n. 76. ſ. 61. & Contar. in l. vnica, q. 22. ſub n. 5. verſ. quibus. & nu. 6. & 7. C. ſi de mom. poſſ.* dicens fuiſſe reſolutum in Rota, quod licet quis in poſſeſſorio appellauerit à ſententia, quatenus contra, tamen quia talis appellatio poterat verificari reſpectu expenſarum tantũ, ideo non poteſt colligi, quod conſẽſerint, vt eius quoque

aduer-

Digitized by Google

aduerſarius poſſet appellare quoad totam cauſam; nam vt inquit, licet alias appellatus poſſit adhærere appellationi, tamen id non procedit quando appellans, appellauit, quatenus contra, etiam ſi deſuper ſit ſequuta commiſſio cauſæ, & ita, inquit, fuit reſolutum in Rota. *Achill. de Graſſis deciſ. 8. appellauerat de appellat. fol. 207. & deciſ. 3. alias, 227. appellationi, eod. fol. 204.*

Quare aduerſarius, qui videt aduerſarium ſic conditionaliter, & diuiſim appellaſſe, caute tunc ipſe quoque ſub eadem formula appellabit, *vt admonent ijdem Abb. & Felyn. ſupra citati.*

Aduerte tamen obiter quod ſimilitudo producendi inſtrumentum in parte & partibus, qua vtitur Felyn. *in d. c. ſignificauerunt, ſub nu. 3. limit. 2. & ſub n. 5. verſ. aduerte etiam de except.* non eſt bona, quia is, qui appellat à ſententia, quæ continet plura capitula ſeparata, eſt in libera poteſtate appellandi à toto, vel à tanto, & ideo poteſt ſic diuiſim appellare: at is, qui producit inſtrumentum, non poteſt illud acceptare in aliqua parte, & in aliqua reſpuere, quia etſi inſtrumentũ contineat capitula ſeparata, tamen eſt vnicum inſtrumẽtum, & habet à iure fidem indiuiſibilem, quam pars non habet poteſtatem diuidẽdi per ea, quæ ſcripſi *lib. præcedenti cap. 11. nu. 53.*

23 Hæc praxis appellandi in parte, & partibus contrarijs, ſeu nociuis, non ſolum eſt vtilis per ea, quæ ſcripſi, ſed hic in Curia fuit etiam ex neceſſitate inducta, quia cum iudices à pluribus annis cœperint pronuntiare, prout in ſchedula, ſeu habere terminum pro ſeruato, & ferre ſemper inſtet decimus dies antequã ſchedulam ſententiæ ſubſcribant, ſeu aperiant terminum, & interim miſeri litigantes non poſſint ſcire, an ſententiam ſubſcribant fauorabiliter, vel contra, non poſſunt aliter ſchedulam appellationis dare, quam cum clauſula conditionali (quatenus contra) vt ſi contigerit, ſententiam ſubſcribi fauorabiliter, appellatio non cenſeatur interpoſita, & conſequenter cõdemnatus, qui non appellaſſet, non poſſit vti tali appellatione, prout hæc omnia refert Veſtr. *in prax. libr. 7. c. 3. ſub nu. 29. verſ. amplius quia & ſub nu. 36.* Et quod appellatio ſic limitata non iuuet non appellantem, & ideo nõ poſſit inſtare pro renocatione attentatorum, refert, & ſequitur *Lancell. tr. de attent. p. 2. c. 12. de attent. & innouat. appell. pend. lim. 44. princ. fol. 376.* Et quod hęc praxis pronuntiãdi prout in ſchedula ſeruetur in Curia, & de iure fieri poſſit, tenet Bal. quem refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, q. 22. n. C. ſi de moment. poſſ. & nos ſupra q. 15. ſub n. 297.* & de hac praxi habendi terminum pro ſeruato, & appellandi conditionaliter ſcripſi etiam *ſupra q. 12. num. 8. & q. 14. nu. 9. & 10.*

Et quia ex hac lites, ſi iudex ordinarius non pronuntiet infra decem dies *iuxta ea, quæ ſcripſi d. q. 12. n. 8. & qu. 14. nu. 12. in fine*, requiritur noua ſchedula appellationis, vel illius repetitio, *vt dixi ead. q. 13. n. 38. verſus finem*, dubitatur, an ſufficiat repetitio ſub ſimili formula (*appello prout in ſchedula alias in actis data, quã repeto, & peto de nouo in actis inſeri*) & quidem Veſtr. *dicto c. 3. ſub n. 28. fol. 202. dicit*, quod Palatium non conſueuit admittere hanc appellationem pro appellatione data in ſcriptis.

Verum ego crederẽ, eiuſmodi repetitionem ſufficere, quia non poteſt negari, quin appellatio ſit in ſcriptis, ſed ſolum eſſet illa appellatio denuo legenda coram iudice, per ea, quæ dixi *ſup. q. 6. n. 1.* tamen ſtylus Romanæ Curiæ fortaſſe, vt notarius ſemper ſcribat (*coram Domino, &c.*) & ita ego iudicarem, quia neſcio videre quid importantiæ habeat denuo tranſcribere illam ſchedulã, vel illam repetere; nam ſicut repetitio iſtrumenti alias producti operatur idem quod ipſa productio, ita etiam dicendum eſt ſchedula appellationis, & remouendæ ſunt iſtæ ſubtilitates, quæ habent naturam cauillationis.

24 Eadem praxis maiori neceſſitate fuit excogitata propter cauſas commiſſarias in Vrbe, vbi de ſtylo iudices delegati, producta citatione ad ſententiam, habent terminũ pro ſeruato, qui terminus durat per annum, imò durat donec is remanet iudex, & quandocunque is ferat ſentẽtiam, ſcribitur ſub illa die, qua fuit citatus ad ſententiam, & habitus terminus pro ſeruato, *vt latius declaraui d. qu. 14. num. 10.* vbi videas.

In foro tamen Capitolino non ſeruatur iſta praxis, quia iudices in eo foro nunquam habent terminum pro ſeruato.

25 Contra hanc tertiam ſublimitationem, adduco conflictum quatuor opinionum, quarum prima, tertia, & quarta diſcordant à ſublimitatione.

Prima opinio eſt illa, quam, ex Franch *in c. 7. ſi duobus col. 4. nu. 7. verſ. ſed quaritur primo de appell.* loquente non in articulo expenſarum, ſed generaliter de ſententia continente vnum capitulum, ſeu plura connexa, deducit Fel. *in c. 11. ſignificauerunt, ſub n. 5. verſ. aduerte etiam de excep.* & Veſtr. *d. lib. 7. c. 3. n. 30.* dicẽs, quod appellatio in aliquo ex connexis deuoluit totum negotium, & poſſet propterea appellatus, vti commiſſione appellantis; ad hoc quod ſcribit Io. Andr. *in add. ad Spec. tit. de app. §. 1. col. vlt. verſ. ſed pone n. 13.* dicens, quod ſi ego petij à te centum, & iudex condemnauit te ſolum ad quinquaginta, & ab alijs quinquaginta abſoluit, & tu appellas, ego inhærendo tuæ appellationi, potero à iudice appellationis obtinere ſententiam contra te etiam pro alijs quinquaginta, & ſic pro omnibus centum, dummodo omnia centum ſint petita ex vna cauſa, ſecus ſi ex diuerſis cauſis non connexis; quare inquiunt Franch. & Felyn. *vbi ſupra*, non poteſt appellans ita limitate appellare, vt non deuoluat negotium in alijs capitulis connexis, & quod in caſu, de quo loquitur Io. And. ſupra citatus, reputetur vnum negotium, & non plura, patet ex eo, quod ſcribit Ant. de Butr. *in d. cap. 7. ſi duob. ſub n. 6. in fine*, quem idem referunt Abb. *in fine, num. 20. & Franch. ſub num. 4. verſ. 2. hoc fuit ſtatutum de appell.* dicens, quod ſi, petito fundo, fuit condemnatus reus in dimidio, & vterque propterea appellat ad diuerſos iudices, appellatio vnius præualebit, quia eſt vnicum negotium, ſicque inter duos iudices appellationis erit index ille, qui eſt ſuperior, quare erit eccleſiaſticus, & non ſecularis; & ratio eſt, quia connexa reputantur vnum capitulũ, & non diuiduntur per ea, quæ in alio caſu ſcripſi *lib. præced. cap. 11. num. 346.* Et quod ideò appellatio ab vno capitulo efficiatur communis quoad alia capitula connexa, ſicut quando eſſet vnicum capitulum, à quo eſſet appellatum, refert & ſequitur Dec. *in d. c. 7. ſub duobus n. 35. de appell.* Hier. Gabr. *conſil. 38. ſententia lata, num. 1. & ſeqq. lib. 1.* & quod propterea, in caſu prædicto quãdo reus fuit condemnatus ad medietatem fundi, & ab alia medietate abſolutus, & actor appellat à ſententia, quatenus contra, huiuſmodi appellatio ſuſpendat totam cauſam, & deuoluat in tantum, quod etiam pro illa parte, in qua non appellauit, ſententia non poteſt exequutioni mandari, ſcribit Bar. *conſ. 150. cum prædicta, n. 1. lib. 1.* quem referunt & ſequuntur Boer. *deciſ. 73. videtur quod n. 6. verſ. ſed quando* & Lancell. *tract. par. 2. cap. 12. de attent. & innouat. appell. pend. limit. 2. ſub nu. 25. et 26. fol. 361.* & ad hoc facit, quod ſcripſi *infra im. 47. mem. 2. n. 1. & ſeqq.* vbi videas.

Sed ſic eſt, quod materia expenſarum dicitur connexa negotio, ſeu articulo principali, maximè quãdo victus eſt abſolutus ab expenſis, vel eſt condẽnatus in minori ſumma expenſarum, quam deberet condemnari: Ergo, ſi victus appellauit victor non poteſt appellare.

26 Secunda opinio colligitur ex his, quæ dicit Fely. *d. c. ſignificauerunt, ſub n. 5. verſ. aduerte, etiam ibi, cogitabam tamen*, vbi, defendendo Abbatem, ſuſtinendoque dictã tertiam eius ſublimitationem, poſitam *ſupra, num. 19.* ſcribit capitulum expenſarum expreſſum per abſolutionem,

vel omiſſum nõ dici connexum negotio principali, quia inquit, illa dicuntur connexa, quæ continent idem factiſi inſeparabiliter, ſed negotium principale, & negotium expenſarum non ſunt eiuſmodi; imo ſe habent, vt principale, & acceſſorium ſeparabile, *vt dixi inf. n.* Ergo &c.

27 Tertia opinio erit, quod relinquitur arbitrio iudicis, an is, qui obtinuit in negotio principali abſoluto victo ab expenſis, poſſit ſuper abſolutione expenſarum inhærere appellationi victi, qui appellauit in parte, & partibus contrarijs. Et ratio huius opinionis eſt, quia variæ ſunt opiniones de connexis, & ſeparatis in tantum vt ſecundum vnam opinionem, quæ videtur ſatis recepta, relinquatur arbitrio iudicis, quæ dicantur connexa, vt patet ex his, quæ ſcripſi *lib. praeced. c. 11. n. 362. & ſeqq. & n. 376.* & in terminis appellationis ſcribit Hier. Gabr. *conſ. 38. ſententia lata n. 5. in fine, lib. 1.*

28 Quarta opinio erit cum diſtinctiones. Aut enim appellatio eſt interpoſita, quatenus contra, & tunc, loquendo ſecundum ſtylum Signaturæ iuſtitiæ, videtur dicendũ contra ſublimitationem, quod omnia cenſeantur connexa iuxta ea, quæ refert *Veſtr. in prax lib. 7. cap. 3. ſub n. 30.* dicens, quod eiuſmodi appellatio non reſtringit appellationem magis ad vnam, quam ad aliam partem, ſed eſt conditionalis, vt ſi ſententia feratur in totum fauorabilis ipſi appellanti, appellatio habeatur pro non appoſita, quaſi dicat Veſtr. quod è conuerſo, ſi non ſit in totum fauorabilis, appellatio cenſeatur ſimpliciter interpoſita, & conſequenter deuoluat totum negotium vna cum abſolutione expenſarum ad iudicem appellationis. Aut victus appellat expreſſè ab aliquo capitulo, & iſtum caſum Veſtr. videtur prætermittere, ſed ex rationibus, quas conſiderat, videtur adhuc concludendum idem, quod in præcedenti; nam ſuppoſito, quod ſententia contineat plura capita ſeparata, & quod vterq; litigator appellauerit, vnus ab vno, & alius ab alio capitulo, & quiſque ad iudicem ſuum, tamen Signatura nunquam, vel raro diuideret iſtas appellationes, quia licet fuerint forſan à principio inuicem ſeparata, tamen poſtea, cum cumulantur vnico iudicio, & vnica ſententia, cenſentur vnicum negotium, vt ſcribit idem Veſtr. *in loco ſupr. proximè citato.* Et quod quamuis vtraque pars appellauerit, & capitula ſint ſeparata; tamen cauſa omnium capitulorum cognoſci debeat coram eodem iudice appellationis, ſcribit Dec. *in c. 7. ſi duobus. num. 59. & ſeqq. ver. ſecundus caſus. de appell.* quem retuli etiam *ſupra q. 10. n. 9. in fine.*

Et licet Abb. *in d. cap. ſi duobus. in fine*, quem pro hac opinione citat Veſtr. vbi ſupra, loquatur in caſu, quo ſit appellatum à ſententia, quatenus contra, & contrarium dicat in caſu ſito, quo vtraque pars appellauit diſtinctè ab articulo ſeparato; licet etiam Dec. loquatur inconſtanter, & titubando, & contra Abbatem teneant apertè Franch. & Card. Alex. quos citaui *d. q. 10. num. 9.* & dato etiam, quod opinio communis, quam ex eodem Dec. retuli *d. n. 9.* ſit in contrarium.

Tamen ego non recederem ab hac quarta opinione, vt cauſa omnium capitulorum etiam ſeparatorum debeat cognoſci coram eodem iudice appellationis, ſi vtraque pars appellauerit.

29 Pro clariori, & breuiori reſolutione omnium iſtarum opinionum, & determinatione huius tertiæ ſub limitationis, in qua videmur abundè loquuti, adhibeo duas inſpectiones.

Prima inſpectio eſt, quando eſt appellatum à ſententia, quatenus contra, & ſententia ſubſcripta eſt in omnibus ad fauorem appellantis, & in hac inſpectione concludo, quod appellatio illa habetur pro non oppoſita, etiam ſi ſuper ea eſſet ſecuta commiſſio cauſæ, ideoque appellatus non poteſt adhærere illi appellationi, *teſtibus Veſtr. vbi ſupra; Achill. de Graff. decis. 1. alias 227. appellationi. de appellat. fol. mihi 104. & Marcheſ. tract. de commiſ. p. 2. in comm. appell. c. 3. ſub n. 67. fol. 61.*

30 Secunda inſpectio eſt, quando ſententia non ſubſcribitur in omnibus: & in hac diſtinguo duos caſus.

31 Caſus primus eſt quando ſententia continet plura capitula connexa, ſeu vnicum capitulum tantum; & iſto caſu concludo, quod appellatio porrigitur ad omnia, & conſequenter efficitur communis, *vt ex Franc. Felyn. Veſtr. & alijs retuli, & ſequutus ſum in prima opinione*, & ita procedat illa prima opinio, de qua *ſup. n. 25.* & adde quod ſcripſi *ſupra lim. 2. n. 99. in fine.*

Connexa dicuntur ea, quæ ſunt inſeparabilia, & diuidi non poſſunt, *Alex. de Neuo in c. 7. ſi duobus n. 13. verſ. quod ſi appellans. de appel.* quem refert & ſequitur Fulu. Pacian. *tract. de probat. lib. 1. c. 26. n. 40. & n. 94. ver. 6. limitatur.* vbi eum declarat; tu vide quæ latè ſcripſi *lib. praeced. c. 11. nu. 362. & ſeqq.*

32 Caſus ſecundus eſt, quando ſententia continet capitula ſeparata: & concludo, quod non efficitur communis in ſeparatis, quia in eis ceſſat appellatio, & appellatio vnius non prodeſt alteri, Franch. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra in iſta ſublimitatione, & ita procedat ſublimitatio de qua ſupra *num. 19.* quod ſi vtraque pars appellet, dico vtriuſque appellationem cognoſcendam eſſe coram eodem iudice appellationis, quamuis capitula ſint omnino ſeparata, *vt dixi ſupr. n. 28.*

Separata in hoc propoſito dicuntur ea, quæ ſunt ſeparabilia, & poſſunt diuidi, licet ſint connexa. *Fulu. Pacian. vbi ſupra*, vide quæ ſcripſi *d. c. 11. n. 370. & ſeqq.*

33 Sublimita IV. eandem ſublimitationem, vt non procedat, quando victus non appellat, quia tunc ceſſat caſus limitationis, & conſequenter victor poteſt, & debet procul dubio appellare ab expenſarum abſolutoria; alias ſententia tranſiret in rem iudicatam, Felyn. *in c. 11. ſignificauerunt. ſub n. 3. limit. 3. de except. & Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. cap. 2. ſub n. 68. f. 61.*

34 Amplia hanc ſublimitationem, vt procedat etiam, quando expenſarum nulla eſt facta abſolutio, ſeu condemnatio, ſed ſunt ſilentio omiſſæ, quia adhuc victor poteſt appellare, *Spec. tit. de appell. §. in quibus. ver. trigeſimo quarto. ſub n. 25. ult. ſed quid ſi; Rot. decis. 47. alias 353. ſi duo. in fine, ſf. de appell. in noie.* dicens quod ita ſeruatur in Curia; *Ant. de Butr. in 2. c. ſignificauerunt. ſub n.* dicens quod licet de hoc fuerint variæ opiniones, veritas tamen eſt, quod poteſt appellare, *& ibidem Abb. n. 9. ver. ſed circa & Felyn. limit. 3. ſub n. 3. verſus finem, de excep. & Guid. Pap. tractat. de appell. q. 55. ſub n. 42. fol. 59.*

Contra iſtam ampliationem oppono, quia expenſæ litis debentur plerumque officio iudicis mercenario, *Iaſ. in l. 11. properandum. §. ſiue autem alterutra. ver. tene contra n. 34. C. de iud. & Aſin. in prax. §. 32. cap. 2. ampl. 39. n. 8. fol. 202.* ſed ab eo quod poteſt fieri officio iudicis, ſi non fiat, nõ appellatur, *Spec. tit. de off. omn. iudic. §. impedit. ver. quid ſi iudex n. 2. in fine, & nu. 2. lib. 1. fol. 57. Abb. in d. cap. ſignificauerunt. num. 19. & Felyn. in c. 12. exceptionem. ver. item dato n. 2. de except.*

Hoc in articulo, ſeu ampliatione diuerſi diuerſa dicunt etiam ex citatis in ea; ideo pro reſolutione conſidero tres caſus principales.

Primus caſus eſt, quando expenſæ ſunt petitæ, & iſto caſu, omiſſa difficultate de qua *infra n. 38.* an ſententia ſit valida, concludo quod poteſt appellari, *Spec. citatus ſupra in ampliatione, & Abb. in d. c. ſignificauerunt. nu. 10. in vltimis verbis, & Rebuff. tract. de expenſ. damn. & intereſſ. art. 3. gloſ. vn. n. 15. tom. 3. fol. 447. Contar. in l. vnica, lim. 1. n. 59. ver. amplia modo. Cod. ſi de mom. poſſeſſ.* Et certè hæc
a eſt opinio communis, * quia multi etiam in caſu ſeq. qui eſt magis dubius, tenent idem.

Contraria opinio, videlicet, quod non poſſit appella-

ri, ſua-

ri, ſuadetur dupliciter. Primo, quia iudex quando non condemnat victum ad expenſas, neque abſoluit cauſa expreſſa, tenetur reſarcire de ſuo, *Rebuff. tractat. de expenſ. damn. & inter. artic. 1. gloſ. vna, numero 6. ver. 1. regula tomo 3. fol.* 438. & ex alijs refert, & ſequitur Aſin. *in prax. §. 32. capit. 2. ampl. 39 numero 5. & 6.* Et hoc eſt remedium ordinarium; ergo ceſſat remedium appellationis. Secundo ſuadetur ex his, quæ ſcripſi *ſupra ſub hoc eod. numer. ver. contra.*

Non diſcedo à prima opinione, quæ eſt communis, & ſeruatur.

Non obſtat, quod dicebam, poſſe agi ex remedio ordinario contra iudicem, qui omiſit condemnare; quia reſpondeo, hoc non eſſe verum, cum pars potuiſſet appellare. *Rebuff. dicto tract. de expen. dam. & inter art 3. gl. vna, n. 16. tomo 3. fol.* 447. & ſic retorquendo dico appellationem eſſe remedium ordinarium.

35 Secundus caſus eſt, quando expenſæ non fuerunt petitæ; & iſto caſu videtur dicendum, quod victor non poſſit appellare per ea, quæ poſt *Bald. in d. l. fin num. 3. ver. quæro an per ſolam,* adducit Abb. *in d. c. ſignificauerunt numero* 10. * referens ex communi* opinione, quod vbicumque iudex poteſt ex officio ſuo aliquid facere, & illud non facit, non poteſt propterea appellari, qui non grauat, ſi non interponit officium ſuum non petitum, ideoque ſi omittit condemnare victum ad expenſas non petitas, non tenetur eas de ſuo reſarcire victori; quare, cum ad officium iudicis ſpectet condemnare ad expenſas non petitas ſequitur, quod ab earum omiſſione non poſſit appellari: & addit Abb. alium rationem, videlicet quia iudex appellationis non iudicat, niſi ſuper petitis, & coram eo non poteſt aliquid de nouo peti; & quod iſto caſu victor non poſſit appellare etiam victo non appellante, ſentit, & defendit Felyn. *in d. c. ſignificauerunt limit. 4. num. 4.* hocq; argumentum confirmatur, quia non grauatus non appellat, *teſtib. Bal. Franch. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 5. numero 94.* ſed iudex non tenetur ſententiare ſuper expenſis non petitis, quia non tenetur impartiri officium ſuum, niſi petentibus, *Rebuff. tract. de expenſ. damn. & inter art. 1. gl. vna num. 12. tomo fol. 447.* Ergo ſi non condemnat, non grauat.

Contrarium opin. quod adhuc poſſit appellare, tenent Rot. & Ant. de Butr. quos citaui *num præcedenti verſ. ampli.* & Ang. & Salyc. quos citat Felyn. *vbi ſupr.* & hanc eſſe veriorem opinionem in puncto iuris, teſtatur Imol. citatus a Felyn. *vbi ſupra.*

Quicquid poſſit dici diſputando, ego in praxi non recederem ab illa opinione contraria, quia iudex poteſt condemnare ad expenſas factas poſt litem conteſtatam quamuis petitæ non ſint, *Ant. de Butr. tract. de not. art. 4. ſub num. 5. in fine, & ſeqq. tomo 4. fol. 35. Rebuff. dicto tract. de expenſ. & c. art. 3. gloſ. vna, ſub numer. 16. tomo 3. fol. 448. & Couar. pract. qq. cap. 27. num. 5. verſ. 7.* Vnde licet actor vel incuria, vel bona fide omiſerit petere in libello condemnationem expenſarum, eo quia ſperabat fore, vt reus, monitus lite conaretur ſatisfacere actori, vel lis cito terminaretur, tamen non debet omittere iudex, qui nouit perfidiam rei, & omittendo non faceret in lite, quod facere deberet, & conſequenter male vteretur arbitrio, faceretq; iniuſtitiam, a qua etiam in arbitratijs licita eſt appellatio, neque eſt neceſſaria petitio partis in eo, quod iudex ex debito iuſtitiæ tenetur facere; vnde ſtat. vrbis *libr. 1. capitul. penult. de expenſis litis,* hac forſan conſiderata ratione mandant, vt victus victori reficiat expenſas, etiam quod in ſententia omiſſa ſit earum condemnatio.

36 Tertius caſus eſt; quando non appellauit infra decem dies, ſuppoſito quod potuiſſet appellare; & iſto caſu dubitatur, nunquid expenſas, quarum condemnatio fuit omiſſa; poſſit iterum petere, in quo dubio licet Spec. Rot. Ant. de Butr. & Abb. ſupra citati nullum faciant verbum; tamen ex infraſcriptis videtur negatiuè reſoluendum, quod eas vlterius petere non poſſit.

Primo, quia ab iſta omiſſione, ſaltem quando expenſæ fuerunt petitæ, datur appellatio, *vt ex Spec. Rot & alijs retuli ſupr. numero* 34. & iam ſupponimus, licuiſſe appellari; ergo præſupponitur ſententia diffinitiua, ſeu habens vim diffinitiuæ, quia alias non potuiſſet appellari; ergo obſtabit res iudicata.

37 Secundo probatur *ex l. 3. terminato Cod. de fruct. & lit. expenſ.* vbi Doct. notant, quod poſt latam diffinitiuam ſententiam in negotio principali non poſſunt poſtea peti expenſæ, ſi in ſententia non ſint reſeruatæ, id eſt, non ſit facta condemnatio, & apertius ex *l. 4. ſi depoſita C. depoſ.* vbi depoſitarius, condemnatus ad ſortem principalem tantum, poteſt exceptione rei iudicatæ ſubmouere actorem petentem vſuras, & in proprijs terminis quod victus, non condemnatus ad expenſas, cenſeatur ab eis abſolutus ſcribit Aſin. *in prax. §. 32 cap. 2. lim. 22 fol.* 214. & ideo iudex amplius eum condemnare non poteſt, niſi condemnet eodem die, *Aſin. dict. capitul. 2. limit. 33. numero 1. folio* 215.

38 Contraria opinio ſuadetur ex eo, quia in illo articulo; an ſententia, quæ non definit totum negocium deductum in libello, ſit valida, diſtinguitur, vt ſi libellus contineat vnicum capitulum, puta, quia petuntur decem, & iudex condemnat ſimpliciter ſine dictione taxatiua ad quinq; ſententia eſt nulla, *per ea, quæ ſcribunt Bart. in l. 1. ſub num. 1. & 2. Bal. num. 3. & ſeqq. ver. oppono dicitur, & Salyc. nu. 4 ver. ſtat. igitur C. ſi aduerſus rem iudic.* & fuſius, & diſtinctius Abb. *in cap. 31. cum inter. col. penult. & vlt. ſub nu. 24. ver. ſi vero libellus continet, & de ſent. & re iud.* & clarè Rebuff. *tract. de ſent. execut. art. 7. gloſ. 10. numer. 5. tomo 1. fol.* 367. & hanc eſſe opin. communem* teſtantur & ſequuntur Salyc. & Abb. *vbi ſupra.* Secus eſt quando libellus continet genus reſolubile in diuerſas, & certas ſpecies, ſeu continet capitula diuerſa, & ſeparata, quia tunc ſententia tenet ſuper expreſſis, & alijs iudex non videtur abſoluere, nec condemnare, *Bart. Salyc. Abb. in locis ſupra proxime citatis, & Marchej. tract. de commiſſ. parte 1. de commiſſ. appell. ſuper. diuerſ. cap. 28. num. 27. fol. 300. in 2. impreſ.* ſic quod legitimè cumulato petitorio, & poſſeſſorio, ita vt vtrumque debeat vnica ſententia terminari, tamen ſententia, quæ vnicum terminet, ſit valida, retuli, & ſequutus ſum *ſupra limit. 6. membr. 7. numero* 139. & quod omiſſa condemnatione ſuper fructibus, ſententia lata ſuper condemnatione negotij principalis non cenſeatur abſoluiſſe nec condemnaſſe quoad fructus, ſcribit Rot. diuerſ. quam citaui, & ſequutus ſum *infra ſub n.* 40.

Sed expenſæ, quamuis petantur in libello dato ſuper negotio principali, ſunt res ſeparata, vt in alio propoſito ſcripſi *ſupr. d. lim. 6. memb. 9. ſub num. 36. ver. At fructus.* & ideo a ſententia lata in poſſeſſione momentanea vna cum condemnatione expenſarum denegatur appellatio quoad poſſeſſionem, & conceditur quoad expenſas, *vt retuli, & ſequutus ſum d. memb. 9. ſub n. 22. ver. explica, & n. 31. & ſeqq.* Ergo licet omittantur in ſententia, tamen ſententia remanet valida, & ſuper expenſis non dicitur lata, & conſequenter poſſunt iterum peti.

29 Et in indiuiduo quod ſentẽtia lata ſuper negotio principali, omiſſis expenſis etiam petitis, ſit valida, quia pronunciatio ſuper expenſis non eſt de ſubſtantia ſententiæ diffinitiuæ, ſcribit Bal. *in l. 1. num. 6. ver. & ſic non obſtat C. ſi aduerſ. rem iudic.* ſeu quia expenſæ ſunt acceſſorium, & ſententia lata ſuper principali, omiſſo acceſſorio, eſt valida, *Felyn. in d. cap. 13. cum inter nu. 35. fallen 9. & 10.* & quod expenſæ ſint acceſſorium, ſcribit Ant. de Butr. quem citaui *d. memb. 9. n.* 28. Et quod licet iudex non condemnauerit

nauerit ſuper fructibus petitis, tamen ſententia ſit valida, ſcribit Bal. *in l. cum propria numer. 4. ver. ſed pone C. ſi quis alteri vel ſibi &c.* Et quod ſi eſt omiſſa condemnatio expenſarum, lapſus decendij non obſtet victori, quia grauamen illud illatum ex omiſſione iudicis non tranſit in rem iudicatam, refert dubitatiuè Felyn. *in c. 11. ſignificauerunt, ſub n. 3. lim. 3. de execut.*

Non obſtat primum argumentum adductum pro contraria parte, de appellatione, quę non poteſt ſtare ſine ſententia, quia reſpondeo, poſſe appellari à quocunque grauamine illato, quod per diffinitiuam reparari non poteſt; ſed non pronuntiare ſuper expenſis petitis eſt grauamen, quod non poteſt reparari per diffinitiuam, ex quo diffinitiua eſt lata; ergo debet poſſe appellari; quare ſi reus opponat aliquam exceptionem releuantem, & petat à iudice pronunciari, & iudex procedat ad vlteriora, non aliter pronuntiando poteſt appellari.

40 In hac controuerſia pro reſolutione diſtingue duas ſpecies expenſarum.

Prima ſpecies ſunt expenſæ, quæ debentur officio iudicis, ideſt, quæ fiunt poſt conteſtatam litem; & in iſtis concludo veram eſſe primam opinionem negatiuam, quod amplius peti non poſſunt, & hoc eſt, indiſtinctè verum ſiue expenſæ non fuerint petit, vt loquendo generaliter de iis, quæ veniunt acceſſoriè, vt fructus, damna, & intereſſe, ſcribit Innoc. *in c. 11. grauis verſic. item ſi agitur petitione hæreditatis de reſtit. ſpol.* & loquendo de damnis, & fructibus in iudicio ſpolij, ſcribit Papien. *in prac. in form. libell. in cauſ. ſpol. poſſ. in gl. ſimul ſub num. 2. & gl. vlt. ſub nu. 1. fol.* 811. ſiue fuerint petitæ, vt, loquendo in terminis relatis ſcribit Innoc. *vbi ſupra*, & loquendo de fructibus petitis in cauſa ſpolij, ſcribunt Bald. *in d. l. 5. cum propria nu. 4. ver. ſed pone C. ſi quis alteri vel ſibi* dicens, quod ſi iudex non condemnauit in fructibus petitis valet ſententia, & iterum peti non poſſunt, quando veniebant officio iudicis mercenario, *Boer. deciſ. 18. circa primum ſub numer. 2. & Rot. diuerſ. deciſ. 807. quoad primam ſub numer. 3. & 4. parte 1.* dicens, quod quamuis iudex, non condemnando ad fructus perceptos, videatur abſoluiſſe, hoc tamen, inquit, non prouenit ex eo, quod iudex pronuntiauerit, ſed ex eo, quod, cum fructus petantur officio iudicis mercenario, non poſſunt peti, terminato negotio principali, quia nulla adeſt actio, cui officium iudicis poſſit inſeruire.

41 Limita hanc concluſionem, dum dixi quod officium iudicis expirat poſt latam ſententiam, & quod ideo non poteſt fieri amplius condemnatio expenſarum; vt non procedat in ſententia lata contra attentãtem ſuper reuocatione, attentatorum, quia licet iudex omiſerit in ſententia condemnationem expenſarum: tamen poterit poſt ſententiam ex interuallo condemnare ad expenſas, *Rot. deciſ. 1. alias 13. ſi iudex reuocet vt lit. pend. innou. & deciſ. 1. alias 474. nota ſi attentata de offic. iud. in antiq. Mil. in repert. in verbo. iudex qui reuocauit 1. fol. 175.* quos etiam refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. c. pen. num. 44. fol. 456. & c. vlt. ſub n. 108. fol. 462.*

42 Amplia primo hanc limitationem, vt poſſit condemnare non ſolum eadem die, ſed etiam poſt lapſos decem dies, & ſic poſtquam ſententia tranſierit in iudicatum; imo, ſi ſententia non tranſierit in iudicatum eo quia ab ea fuerit appellatum, non poteſt iudex condemnare ad expenſas, teſtibus iiſdem Doctoribus, quos citaui, & ſequutus ſum *infra num. quarto*.

43 Amplia ſecundo vt condemnatio expenſarum omiſſa in poſſeſſorio poſſit per viam attentati reparari in petitorio, *Bellam. deciſ. 72. lata ſententia Felyn. in c. 11. ſignificauerunt ſub nu. 7. ibi, ſcias etiam quod ſententia de except. & Lancell. tract. de attent. par. vlt. cap. 30. de priuil. attentat. n. 145. fol. 456.*

44 Reſtringe eandem limitationem, vt non procedat ſi à ſententia, qua reuocantur attentata, fuerit appellatum quia tunc iudex non poteſt condemnare ad expenſas, *Rot. d. deciſ. 1. alias 13. ibi, intelligo prędictam concluſionem vt lit. pend. in nou. Mil. vbi ſupra, & Lancell. d. c. vltim. num. 109. fol. 462.*

45 Secundam ſpecies ſunt expenſæ, quæ debentur iure actionis, id eſt, ſunt debitæ ante conteſtationem litis, vt puta ex Inſtrumento; Et in iſtis concludo, quod poſſunt iterum peti etiam poſt latam ſententiam, *Iaſ. in §. actionum. Inſtitut. de action. numero 52. & 53. fol. 83.* & poſt rem iudicatam illius ſententiæ, *Couar. pract. qq. capit. 27. num. quinto verſus finem, verſ. ſed & vera lib. 2. fol. 536.* Et quod etiam fructus, qui debentur iure actionis, poſſint peti, quamuis iudex eos omiſerit in ſententia, ſcribit Rot. *diuerſ. d. deciſ. 807. num. 6. verſic. vnde quando*. Et quod fructus, qui veniunt principaliter, vt in interdicto vnde vi, poſſint peti etiam poſt ſententiam ſcribunt Abb. *in d. c. 11. grauis num. 20. in fine, & Boer. d. deciſ. 18. ſub num. 2.* & quod damna, & cœtera acceſſoria, contingentia ante libellum, vel litis conteſtationem, poſſint peti in alio nouo iudicio, ſed ante annum, ſcribit Papien. *in d. gl. ſimul. ſub n. 2. fol.* 811.

46 Redeundo vnde diſceſſi ad ampliationem tertiæ ſublimitationis, poſitam *ſupra nu. 34. & ſeq.* in quibus firmaui concluſionem, quod poſſit appellari ab omiſſa condemnatione expenſarum.

Extende nunc eandem concluſionem, vt poſſit appellari etiam à iudice appellationis, ſi non condemnauerit in expenſis, quia grauatur pars, ſi fuerint petitę, & iudex non condemnet, *Rebuff. tract. de appell. art. 9. gl. vna, nu. 27. ver. & niſi tomo 3. fol. 509.*

47 Declara primo ſubextendendo hanc extenſionem, vt iudex appellationis debeat condemnare non ſolum ad expenſas cauſæ appellationis, ſed etiam ad expenſas cauſæ principalis, *Rebuff. d. art 9. gl. vna, n. 28. ver. imò iudex tom. 3. fol. 509.*

48 Amplia primo hanc declarationem, vt in tantum iudex appellationis debeat condemnare etiam ad expẽſas cauſæ principalis, vt ſi, confirmando ſententiam condemnauerit ſimpliciter victum ad expenſas, intelligatur condemnaſſe non ſolum ad expenſas cauſæ appellationis, ſed etiam ad expenſas cauſæ principalis, *Fely. in c. 11. ſignificauerunt, nu. 7. ver. demum circa, de except. Dec. in c. 26. reprehẽſibilis col. 3. ver. in gl. in verbo propriũ n. 22. de appel. Put. deciſ. 246. in vna Cæſarauguſt. lib. 2. et Rebuff. d. gl. vna, n. 29.*

49 Tempera primo hanc ampliationem, vt non habeat locum, quando apparet, victum habuiſſe iuſtam cauſam litigandi coram primo iudice, quia iſto caſu non cenſetur condemnatus ad expenſas coram illo factas; nam quando verba ſententiæ ſunt apta comprehendere, plura vel pauciora, vel habere effectus diuerſos, nunquam trahuntur ad illum ſenſum, per quem iudex videatur facere iniuſtitiam, & ideo verba ſententiæ reſtringuntur, & limitantur ex actis *Felyn. vbi ſupra*, & quod decreta iudicum ſint interpretanda, vt non trahantur ad intellectum iniquum, ſcribit Crauet. *conſ. 5. tria ſunt n. 14.* & quod ſint interpretanda ita, vt non mereantur reprehendi à ſapientibus, ſcribit idem Crauet. *ibidem, & conſ. 3. iudex habens, ſub nu. 12.* quia lex debet interpretari, vel legiſlator non mereatur reprehendi à ſapientibus, *Bal. conſ. 87. per ſtatutum lib. 4.*

Hoc temperamentum non ſeruatur in Rota, quę ſemper condemnat in expenſis, vt teſtatur Put. *dicta. deciſ. 246. in fine, & multo minus ſeruaretur in Curijs, Franciæ* per ea, quę dixi *infra n. 54. in fine.*

Tempera ſecundo, vt non procedat quando iudex qui tulit ſententiam in cauſa principali, abſoluiſſet ab expenſis, *Put. vbi ſupra*.

Tempera

Tempeta & tertio, vt non procedat, quando iudex appellationis pronunciat ſolum ſuper deſertione appellationis, vide *ſupr. q. 11 n. 161. in fine*.

50 Amplia ſecundo, vt iudex appellationis in tertia inſtantia, reuocando alias duas ſententias conformes latas in prima, & ſecunda; teneatur condemnare victum non ſolum ad expenſas coram ſe factas in tertia inſtantia, ſed etiam ad expenſas factas in inſtantijs præcedentibus, quamuis in illis reportauerit ſententias fauorabiles, & ita iudicatum fuiſſe in Senatu Pariſienſi teſtatur Rebuff. *tr. 10. de appell. art. 9. gl. vna, n. 30. tom. 3. fol* 509.

Contrariam tamen videtur dicendum de iure communi *per ea, quæ ſcripſi infra ſub n. 54 ver. ratio, & n. 55.*

51 Declara ſecundo nunc reſtringendo eandem extenſionem, & eius ampliationes poſitas *ſupra n. 46. & ſeqq.* vt ſint veræ, quando expenſæ fuit petitæ; ſecus eſt quoad expenſas non petitas coram iudice à quo, quia iudex appellationis non tenetur pronuntiare ſuper non petitis, & coram eo non poteſt aliquid de nouo peti, *Abb. in cap. 10. ſignificauerunt, n. 10. & 11. de except. quem latius citaui, & ſequutus ſum ſupra ſub n. 35.* vnde non debet admittere impertinentia ad cauſam, neque nouum capitulum, *Guid. Pap. tract. de appell. n. 2. fol. 57.* & debet cognoſcere ſolum de eo, de quo cognouit iudex à quo, *vt latè explicaui ſup. q. 11. n. 57. & ſeqq.*

Imò hæc declaratio videtur adeo vera, vt neque ſufficiat, expenſas fuiſſe petitas, ſed requiratur etiam, quod iudex à quo ſuper eis iudicauerit, alias iudex appellationis non poſſit ſe intromittere in expenſis, in quibus non iudicauit iudex à quo, *Dec. in c. 26. reprehenſibilis, ſub n. 22. et 23. de appell.*

Vlterius non ſatis eſt, fuiſſe iudicatum; ſed requiritur etiam, quod fuerit appellatum, alias iudex ad quem non eſſet iudex, *Rebuff. d. art. 9. gloſſ. vna, num. 32. verſ. intellige, fol. 509.*

52 Contraria opinio, nempè; quod iudex appellationis poſſit condemnare etiam ad expenſas non petitas coram iudice à quo, ſuadetur ex eo, quia ſicut poterat iudex à quo pronuntiare ſuper expenſis ortis poſt litis conteſtationem, quamuis petitæ non eſſent, *vt ex Ant. de Butr. Rebuff. & Couarr. retuli, & ſequutus ſum ſup. ſub numer. 35. ver. quicquid.* de omnibus enim, quæ obueniunt poſt conteſtatam litem, & ſic de damnis, intereſſe, & alijs acceſſorijs poteſt iudex ex officio cognoſcere, & iudicare, quamuis in libello petita non ſint, & ſine partis petitione, *Papien. in pract. in form. libell. in cauſ. ſpol. poſſ. in gloſ. ſimul. n. 2. fol. 810. & 811.* Quare fructus percepti poſt conteſtatam litem veniunt reſtituendi, quamuis petiti non ſint, *Dec. in l. 3. edita num. 44. C. de eden. Pont. tract. de ſpol. libr. 4. c. 2. n. 26. tom. 14. fol. 304.* & maximè quando agitur de recuperanda poſſeſſione, *Alex. conſ. 92. viſo & opportune, n. 27. lib. 5.* ita etiam debet poſſe pronuntiare iudex appellationis *per ea, quæ dixi d. q. 11. n. 17.*

53 Ego non diſcedo ab hac contraria opinione.

54 Declara tertio reſtringendo, vt procedat quando iudex appellationis infirmat primam ſententiam ex eiſdem actis, ſecus ſi ex nouis, quia tunc non debet condemnare ad expenſas ſecundæ inſtantiæ, *Rot. deciſ. 10. alias 251 licet ſententia, de dol. & contum. in nou. & 1. apud aq. deciſ. 340 ſeu 1. expenſæ litis, num. 3. p. 1. & deciſ. 142. ſeu 290. ſententia quando p. 3.*

Ratio eſt, quia appellatus, cum haberet ſententiam pro ſe in prima inſtantia, habuit iuſtam cauſam litigandi, & eum non debet condemnare ad expenſas, *Rebuff. tract. de expenſ. damn. & inter. art. 1. gloſſ. vna n. 39. tom. 3. f. 441.*

Contrarium ſeruatur in Regno Franciæ, quia licet quis obtinuerit ſententiam in prima inſtantia, tamen ſi ſuccumbat in cauſa appellationis, condemnatur in expenſis, vt teſtatur Rebuff. *d. gloſ. vna, n. 40.* vbi non diſtinguit, an ſuccumbat ex nouis, vel ex eiſdem actis.

55 Declara quarto reſtringendo, vt non procedat, quando is, qui condemnatur in tertia inſtantia fuiſſet victor in prima, & ſecunda, quia tunc eſſet excuſandus ab expenſis tertiæ inſtantiæ, in qua ſuccumbit, *Rebuff. tract. de app. art. 9. gl. vna, in fine, ver. maximè, to. 3. fol. 511.*

Subdeclaranda for... erit hæc declaratio, vt procedat, quando ſuccumberet ex nouis actis, ſecus ſi ex eiſdem actis *per ea, quæ dixi num. præcedenti.*

56 Infero obiter ex tota hac vigeſima prima limitatione, quod ſicut datur appellatio ab abſolutoria expenſarum, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 15. ver. ſublimita* primo. Ita debet a fortiori dari à condemnatoria expenſarum, *vt ex Franch. Dec. & alijs retuli, et ſequutus ſum ſupra lim. 1. num. 45.*

Oppono contra hanc illationem, quia iudex à quo poteſt, non obſtante appellatione interpoſita à condemnatione expenſarum, taxare expenſas, *vt retuli ſupra qu. 3. num. 54. lim. 2.* Ergo non datur appellatio, nempe ſuſpenſiua, quia, ſi daretur, iudex à quo non poſſet procedere ad taxationem.

Huic oppoſitioni reſpondeo, quod opinio vera, quam ibidem ſecutus ſum *ſub n. 55.* eſt in contrarium.

57 Amplia hanc illationem, vt poſſit appellari etiam à taxatione expenſarum, *Iaſ. in l. 11. properandum, § ſin autem alterutra ſub num. 25. not. 2. ver. ſed nunquid à taxatione expenſarum, C. de iud. et Io. de Amic. conſ. 147. ſuper dubio, num. 7.*

Contrariam opinionem; nempè à taxatione expenſarum non appellari, tenent Bart *in l. fin. not. 2. n. 2. C. quor. appell. non recip. et Aſin. in prax. iud. § 32. c. 21. n. 1. et ſeqq. et n. 4. fol. 220.*

Pro concordia, vera, & clara reſolutione procedam, declarando ampliationem.

58 Declara primo, eam eſſe veram quando appellatur à taxatione exceſſiua, quia tunc poteſt appellari, *Bart. in l. 4. ab executione, n. 13. ver. ſed iuxta prædicta quæro, ff. de appell. et relat. Bal. in l. 3. terminato, ſub n. 8. verſ. modo ego quæro et num. 17. ver. pono quod C. de fruct. et lit. expenſ. et in margarita ad Innoc. in verbo appellari poteſt à iuramento. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. in 3. et vlt. act. n. in verbo: poſt omnia aduertatur etc. num. 22. fol. 522. Caranit. ſuper rit. 298. num. 22. Aſin. in d. § 32. c. 21. n. 2. et Rugin. tract. de appell. § 2. c. n. 922.* Et ita procedat ampliatio.

Secus ſi non appellatur ab exceſſu, ſed appellatur ſimpliciter à taxatione, quia tunc non poteſt appellari, & ita procedat opinio contra ampliationem.

59 Extende primo hanc declarationem in prima parte, dum dicimus, poſſe appellari à taxatione exceſſiua, vt procedat etiam ſi non ſit appellatum à ſententia lata ſuper negotio principali, neque à ſententia condemnationis expenſarum, quæ propterea fecerint tranſitum in rem iudicatam; quia adhuc poterit appellari à taxatione expenſarum, ſi iudex, taxando, modum exceſſerit, *Franch. in cap. 44 ſæpe num. 56. q. 10. de appell.* quod ſentiunt ibidem Innoc & Abb. à me citati *num. ſeqq.*

60 Extende ſecundo, vt licet quis ſit condemnatus ad expenſas vigore obligationis cameralis, tamen, ſi illæ expenſæ taxentur vſque ad ſummam appellabilem, dabitur appellatio ab exceſſiua taxatione.

61 Extende tertio, vt procedat etiam in exceſſiua taxatione expenſarum, quæ debentur ratione interlocutoriæ, quia licet ab illa interlocutoria non ſit appellatum infra decem dies, & ideo minus poſſit appellari à condemnatione expenſarum, ex quo illa condemnatio expenſarum eſt executio illius pronuntiationis, ſeu interlocutoriæ, *vt retuli, et ſequutus ſum inf. n. 65. ver. limita primo* tamen poterit appellari ab exceſſu taxationis, *Innoc. in d. c. ſæpe, ſub n. 3. ver. item nota, et Abb. ad finem, ſub n. 25. de appell.*

62 Ex-

Digitized by Google

62 Extende quarto, vt procedat etiam ſi victus fuerit verus contumax in ſententia, & etiam in condemnatione expenſarum, quia nihilominus poteſt appellare ab exceſſu taxationis, ſed debet in appellatione exprimere certam quantitatem exceſſus, alias appellatio non teneret, *Franch. in d. c. 44. ſæpe, n. 58. & 59. q. 12. de appell.*

63 Extende quinto, vt procedat etiam in expenſis contumacialibus, quia & ſi contumax non antea poſſit audiri, quam refecerit eas, *vt retuli, & ſequutus ſum infr. n. 67. ver. limita ſecundo,* tamen ab earum taxatione exceſſiua poterit appellare, *Bal. in l. 3. terminato, n. 17. ver. pone quod victus, C. de fruct. & lit. expenſ. & Iaſ. in l. 13. ſancimus, n. 17. q. 5. in fine, C. de iud.*

Comprobantur hæ omnes extenſiones, quia in nullo caſu intelligitur prohibita appellatio ab exceſſu, & nulla cauſa eſt in mundo, in qua non poſſit appellari ab exceſſu, nam poteſt appellari etiam ſi cum iuramento ſit promiſſum non appellare, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupr. lim. 10. ſub n. 28. & 29.*

64 Declara ſecundo, vt maximè ſit vera; quando condemnatio ſeu taxatio expenſarum fuit facta in ipſa ſententia diffinitiua, quia iſto caſu taxatio eſt diffinitiua, cum ſit pars diffinitiuæ, *Franch. in c. 60. cum ceſſante, n. 53. verſ. decimoſeptimo ſententia, de appell.* & ideò poterit appellari ſimpliciter abſque eo, quod appelletur ab exceſſu.

65 Limita primo nunc eandem illationem, poſitam *ſupra n. 56.* vt non procedat, quando iudex protulit interlocutoriam, & in ea non condemnauit ad expẽſas, ſed poſtea, elapſis decem diebus, condemnat addictas expenſas, quia condemnatus non poteſt tunc appellare à condemnatione dictarum expenſarum ratione illius interlocutoriæ, quia talis condemnatio eſt executio illius ſententiæ interlocutoriæ, vnde, non appellando ab illa interlocutoria, videtur acquieuiſſe in totum, *Innoc. in d. c. ſæpe, ſub num. 3. verſ. item not. Abb. ad finem ſub n. 25. & Franch. ſub n. 55. q. 9. de appell. & Aſin. in prax. iud. §. 32. cap. 20. in fine, ſub n. 3. ver. non eſt etiam fol. 220.*

66 Sublimita hanc limitationem, vt non procedat, quando condemnatus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi in illa interlocutoria, quia tunc quandocunq; condemnetur ad expenſas poteſt à tali condemnatione expenſarum appellare, *vt ſcribunt ijdem Innoc. Abb. Franch. & Aſin. citati n. præcedenti.*

67 Limita ſecundo, vt non procedat in expenſis contumacialibus, quia contumax, volens audiri, debet eas reficere, & ideo ab illarum condemnatione non poteſt appellare, *Carau. in rit. 298. not. n. 21. 22. & 23. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 914. verſ. in contrarium, & n. 915. et 919 et ſeqq.* quod etiam hac ratione oſtenditur.

† Et hoc adeo verum eſt, vt ſi contumacij, poſtea vincat, in negotio principali abtineatq; aduerſarium in expenſis condemnari non tenebitur aduerſarius ipſas expenſas contumaciæ reficere *ita Marſil. in C. patre vel marito, num. 201. ff. de q...*

Is, cui denegatur audientia, non appellat, *Spec. Franch. Nicel. Rebuff. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum q. præced. lim. 1. n. 30. ver. tertio illa.*

Sed contumax non auditur, ſicq; ei denegatur audientia, niſi refecerit expenſas, *l. 13. ſancimus, & ibi Iaſ. n. 5. not. 4. C. de iudic.* vbi ponit regulam, *Dec. in conſ. 34. pro tenui facultate, col. pen. n. 6.* adeo quod ſi vnus denarius deficeret non debet audiri, *Iaſ. in d. l. ſancimus, ſub n. 7. extenſ. 8. Dec. vbi ſupra, & Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. n. 73. in fine, tom. 3. p. 2. fol. 248.* nec ſufficeret depoſitum, *Iaſ. in d. l. ſancimus, num. 13. & 14. ver. 3. Dec. vbi ſupra, & Achil. Perſon. d. tract. de adipiſcend. num. 74.* Ergo contumax non appellat.

Imo contumax poteſt condemnari ad expenſas ſine noua citatione, *Gemin. in c. 1. §. quod ſi appellator ſub n. 2. verſ. nota quod contra, & Franch. n. 2. not. 3. de appell. in 6.*

Adde ſi placet doctrinam Salyceti, quam refert, & ſequi videtur Aſin. *in prax. iud. §. 32. cap. 20. ſub num. 3. verſ. verum.*

68 Amplia primo hanc limitationem vt habeat locum etiam in eo, qui tarde producit inſtrumentum ſolutionis, aut alterius tenoris releuantis producẽtem à petitis, quia cum ſit contumax in productione non debet audiri, niſi refuſis expenſis, *Dec. conſ. 241. ſcripſi alias, num. 1. Marſ. in pract. crim. §. opportunè, n. 91. Rebuff. tract. de expenſ. damn. et inter. art. 4. n. 4. verſ. notandum eſt, tom. 3. fol. 449. Io. Redin. tract. de maieſt. princip. in verbo, ſed etiam per legitimos. num. 141. tom. 16. fol. 185. Aſin. in prax. iudic. §. 32. cap. 2. ampl. 46. fol. 209. et dixi ſupra lib. 1 c. 73. ſub num. 2. verſ. minus obſtat quod tarde,* & in pulchro caſu, licet non loquatur de tempore reficiendarum expenſarum, *Caſſad. deciſ. 3. ſæpe, num. 1. et ſeqq. de appell.* dicens, fuiſſe concluſum in Rota, quod condemnatus, & paſſus fieri executionem, quæ non fuiſſet facta, ſi produxiſſet appellationem, quam fecerat, tenetur ad omnes expenſas executionis, quia appellatus, & iudex exequentes in nihilo peccarunt, ignorantes appellationem, ſubdens inter alia, quod quis poteſt habere iuſtam cauſam litigandi vſque ad certam partem iudicij, & vſque ad certam non, quod, inquit, eſt menti tenendum propter expenſarum refectionem, & demum notat, quod omnes expenſæ, quæ fiunt ob contumaciam alterius partis, indiſtinctè præſtantur, qualemcumque cauſam litigandi habuerit is, cui præſtantur.

69 Amplia ſecundo in clerico, qui tarde poſt latam ſententiam allegat priuilegium ſui clericatus, quia, cum fuerit contumax in illa allegatione, non debet audiri, niſi prius refecerit expenſas, *Bellam. deciſ. 226. in cauſa, de for. compet. fol. 59. Caſſad. d. deciſ. 3. n. 5. Dec. d. conſ. 241. Gramm. vot. 18. in cauſa nobilis, ſub n. 14. verſic. reſtat. Luc. Præt. in pract. capit. lib. 2. cap. 1. ſub n. 12. verſ. ſed & eo caſu. Vrſil. in annot. ad Affl. deciſ. 2. n. 4. Aſin. in prax. iud. §. 32. c. 2. ampl. 61. num. 1. fol. 205. & ſcripſi d. lib. 1. c. 73. ſub n. 2. verſ. minus obſtat.*

70 Et in caſu clerici tarde producentis, ſeu allegantis priuilegium clericatus quomodo teneatur ad expenſas &c. vide Aufr. *tractat. de poteſt. ſecul. reg. 2. ſub num. 23. tom. 16. fol. 290.* qui declarat, clericum non teneri ad expenſas, ſi iudici conſtet de clericatu ex ipſamet citatione, vt quia citabatur vti clericus, *et Foller. in pract. crim. in verbo, audiantur excuſatores, n. 38 et fol. 60.* & Vide ſtat Vrbis *lib. 1. cap. 61.*

71 Et quod clericus inquiſitus debeat facere expenſas circa acta, quæ fiunt in remiſſione coram iudice laico, ac etiam pro ſeruientibus, qui habent ducere ipſum clericũ, & pro copia proceſſus tranſmittendi ad iudicem eccleſiaſticum, credit ex veriori opinione, relatis prius tribus opinionibus, Carau. *tit. 235. ſub n. 13. verſus finem,* quem totaliter refert, & ſequitur Aſin. *in prax. iud. §. 32. c. 2. ampl. 61. n. 2. et ſeqq. fol. 205.*

72 Limita tertio, vt non procedat in condemnatione expenſarum facta in vltima ſententia, quæ inducit rem iudicatam, quia ſicut non poteſt appellari ab illa vltima ſententia, quia eſt res iudicata, ita etiam non poteſt appellari à condemnatione expenſarum, contenta in illa ſententia, cum condemnatio expenſarum iſto caſu veniat acceſſoriè, & vti executio rei iudicatæ, & in his terminis videtur poſſe procedere doctrina, quam ex Ant. de Butr. Alex. Boſ. Contar. & Rugin. retuli *ſupra lim. 6. memb. 9. n. 28. et num. 29. et* 30. vbi videas. Et ratio eſt, quia cum quis condemnatur per tres conformes, neceſſario debet condemnari ad expenſas propter notoriam eius temeritatẽ in litigando, & in notorijs non datur appellatio *iuxta ea, quæ retuli, et ſequutus ſum ſupra lim. 4. princip.*

Con-

Confirmatur hæc limitatio, quia à condemnatione expenſarum ratione interlocutoriæ non datur appellatio, quando non datur ab ipſa interlocutoria, quia fecerit tranſitum in rem iudicatam, vide *ſupra n.56*.

73 Imo praxis & vſus Curiæ Romanæ non ſolum admittit hanc limitationem, vt non detur appellatio, ſed admittit, vt iudex executor poſſit ſine alia condemnatione taxare expenſas rei iudicatæ, & pro illis relaxare mandatum executiuum, vt patet ex his, quæ ſcribit Veſtr. *in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 14. verſic. his peractis*, vbi, nullo facto verbo de condemnatione facienda pro expenſis, aut de appellabilitate, ſcribit, vſum Palatij eſſe, vt poſt ſeruatos terminos id commiſſione rei iudicatæ fiat citatio ad videndum taxari, & moderari omnes, & ſingulas expenſas habitas, & factas, & literas executoriales decerni &c. quaſi Veſtr. clarè ſupponat pro iſtis expenſis, quæ veniunt acceſſoriè ad rem iudicatam, minus neceſſariam eſſe condemnationem, ſed ſolum taxationem, quia expenſæ in re iudicata veniunt vti executio, & acceſſorium inſeparabile.

Contrariam opinionem, nempe poſſe appellari quãdo iudex, qui profert tertiam, ſeu vltimam ſententiam cõformem, adijcit condemnationem expenſarum tenent Ang. *in l. 1. n. 1. C. ne lic. in vna & ead. cau. ter. prout*. Franch. Dec. Maran. Couar. Contar. & Theſſ. Foſſan. quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra lim. 1. prin. n. 45*.

Comprobatur hæc opinio, quia licet à ſententia lata ſuper momentanea poſſeſſione non detur appellatio *per ea, quæ late ſcripſi ſupra limit. 6. membr. 1. numero 1. & membr. 3.* tamen datur à condemnatione expenſarum, *vt retuli, & ſequutus ſum eandem limit. 6. membr. 9. numero 32. 31. & 33.*

Ego non diſcedo ab hac contraria opinione.

Tempera hanc contrariam opinionem, vt non procedat de ſtylo Romanæ Curiæ, ſeu verius de iure ſtatutorum Vrbis, *lib. 1. c. penult.* quia, cum illo camandetur refici expenſas, quamuis earum condemnatio ſit omiſſa, non poteſt appellari à ſtatuto *per ea, quę dixi ſupra lim. 20. n. 1.* Vnde requiritur ſola taxatio, & ita procedit praxis & vſus Curiæ, de quo ſupra verſ. *imo*.

LIMITATIO XXII.

SVMMARIA.

Excomunicationis ſententia non admittit appellationem, n. 1. & ſeqq.

¶ *Infertur I. extendendo limitationem, quod appellatio non impedit, quia is, contra quem eſt lata ſententia excommunicationis, poſſit denuntiari excommunicatus, numero 4. & 5.*

Extenditur primo hæc illatio, vt poſſit denuntiar non ſolum ab excommunicatus ordinario, licet is ſententiam excommunicationis non tulerit, ſed etiam à delegato, & c. nu. 6.

Extenditur ſecundo, vt poſſit etiam aggrauari, n. 7.

Extenditur tertio, vt poſſit etiam priuari fructibus ſui beneficij, numero 8. Subextenditur hæc extenſio, numero 9. & ſeqq.

Reſtringitur eadem illatio, n. 12. & ſeqq.

Infertur II. extendendo, quod multo minus poteſt appellari ab abſolutione excommunicationis, n. 20.

Infertur III. extendendo, quod non poteſt appellari à ſententia, quia dicitur, excommunicatum eſſe abſoluendum præſtita cautione, numer. 23. & ſeqq. in quibus extenditur, & reſtringitur.

¶ *Sublimitatur I. eandem limitatio, vt non procedat ad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectum datur appellatio, n. 34. & 35.*

Sublimitatur II. vt non procedat in declaratoria incurſus in excommunicationem, num. 36. & ſeq.

Sublimitatur III. vt non procedat in præcepto facto ſub pœna excommunicationis, n. 47. & ſeqq.

Sublimitatur IV. quando ſententia excommunicationis continet patentem errorem, n. 53.

Sublimitatur V. in ſententia lata poſt appellationem, numero 54. & ſeqq.

Sublimitatur VI. in ſententia interdicti reſpicientis temporalia, num. 60.

1 Limita XXII. in ſententia excommunicationis, ſeu interdicti, quia trahit ſecum executionem, ideoque per appellationem non ſuſpenditur, *capit. 53. paſtoralis, §. verum quia de appell. Spec. tit. de appell. §. in quibus, ſub nu. 16. verſic. 17. lib. 2. fol. 186. Dec. in c. 26. reprehenſibilis n. 20. de appell. Nice. tract. de concord. gl. concord. 6. fall. 31. num. 73. fol. 194. Maran. in ſuo ſpec. parte 6. act. 2. princip. in verbo & quandoque appellatur lt. 32. num. 351. fol. 509. & latius lim. 5. num. 178. & ſeqq. fol. 484. & Farinac. in qq. crimin. q. 101. lim. 13. num. 66. & 68.* & eſt limitatio communis, quæ probatur ex textu *in cap. 40. per tuas de ſent. excom. & ca. 29. ſi cui eod. tit. in 6.* & quod effectus ſuſpenſiuus non habeat locum in ſententijs cenſuræ. ideoque appellatio in eis non ſuſpendat iudicatum, ſicque excommunicatus etiam appellatione pendente remaneat excommunicatus, ſcribit Franch. *in rubr. n. 32. ibi, ſed aduerte, & in c. 37. ad hæc quoniam nu. 1. & ſeqq. & in d. c. 53. paſtoralis §. verum n. 1. not. 1. de appellat.*

Contraria opinio; nempe admittendam eſſe appellationem etiam ſuſpenſiuam; ſuadetur duplici argumento.

2 Primo, quia per appellationem ſuſpenditur effectus ſententiæ, etiam ſi ſententia ſit talis, quæ trahat ſecum executionem, in tantum, quod & ſi ſententia ſit capitalis, & vltimi ſupplicij, in qua condemnatus ad mortem ſit ſeruus pœnæ, tamen per appellationem ſuſpenditur effectus ſententiæ, & ideo interim integer eſt ſtatus appellantis, & ſimiliter licet prælatus ſit depoſitus, tamen per appellationem ſuſpenditur effectus ſententiæ, & ideo poteſt interim exercere ſuam iuriſdictionem, *vt late retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 3. numero 75. & 74. & ſeqq. numero 72. & ſeqq.* Vnde non bene ratiocinantur, qui dicunt, ſententiam excommunicationis non ſuſpendi per appellationem, eo quia ſententia trahit ſecum executionem.

Secundo, quia licet ab interlocutoria non detur appellatio, *per ea, quæ dixi infra lim. 47. n. 1.* tamen datur, ſi contineat grauamen irreparabile, *vt retuli, & ſequutus ſum ead. lim. 47. ſublimit. 2. n.*...

3 Sed ſententia excommunicationis dicitur continere grauamen irreparabile, quia continet executionem, vt pronuntiatum fuiſſe teſtatur Rebuff. *tract. de ſent. execut. art. 10. gl. 1. ſub n. 6. verſus finem tomo 1. fol. 403.* Ergo poteſt ab ea appellari.

Non diſcedo à limitatione.

Ad primum argumentum reſpondeo, ſpeciale eſſe in ſententia cenſuræ, vt trahat ſecum executionem, & ſentẽtiæ effectus per appellationem non ſuſpendatur, & ratio ſpecialitatis eſt, quia ſententiæ cenſurarum ſunt medicinales, & veniunt principaliter ad corrigendum, vnde, ne prætextu friuolæ appellationis impediatur correctio, fuit inducta iſta ſpecialitatis in eis, *Abb. in capitul. 44. ſæpe ſub numero 15. ibi, ſed ſaluando de appellat.* & quod ſint medicinales, & non tranſeant in rem iudicatam, ſcribit ibidem Franch. *numero 33.* & quod à correctione non detur appellatio retuli, & ſequutus ſum *infra limit. 26. illat. 2.* Quod ſi hæc ratio ſpecialitatis non placeret, vide Abb. *in cap. paſtoralis, §. verum quia num. 7. & ſeqq. vſque ad nu. 14. de appellat.* vbi conatur recenſere duodecim, ſeu tredecim rationes.

Ad

Ad ſecundum poteris tu facile ex prædictis reſpondere.

4 Infero primo extendendo eandem limitationem vt liceat is, contra quem eſt lata ſententia excommunicationis appellet, tamen is, non obſtante appellatione, poteſt denuntiari excommunicatus, *cap. 53. paſtoralis §. verum quia de appell. Spec. et Maran. in locis citatis ſupra numero 1. et idem Spec. eod. tit. de appell. in §. nouiſſimè ſub num. 1. eaſ. 5. Franch. in capit. 13. peruenit. not. 4. num. 6. et cap. 56. vt noſtrum, ſub numer. 4. verſ. in gl. in ver. reuocamus, de appell. et latius Lancell. tract. de attent. parte 2. cap. 12. de attent. et innou. appel. pend. lim. 21. princ. n. 1. et firmiter n. 5. in fine, et n. 6. et ſeqq. fol. 370.*

Ratio eſt, quia denuntiatio eſt conſecutiua, & acceſſoria ad excommunicationem, ideo, etiam interpoſita appellatione ab excommunicatione, poteſt fieri, *Lancell. d. c. 12. lim. 40. princip. n. 6. fol. 375.*

5 Subinfero, quod ſicut excommunicatus poteſt poſt appellationem denuntiari excommunicatus, vt ſic euitetur, etiam poterit excommunicatus petere ſe denuntiari, & declarari abſolutum, & non ligatum, vt ſic non euitetur, *Abb. in c. 54 ſollicitudinem, not. 2. ſub n. 1. et Franch. not. 2. n. 2. de appell.*

6 Extende primo nunc eandem primam illationem, vt excommunicatus poſſit, appellatione pendente, denuntiari excommunicatus non ſolum ab ordinario ipſius excommunicati, quamuis ipſe non tulerit ſententiam excommunicationis, *vt ex Innoc. refert, et ſequitur Abb. in c. 53. paſtoralis §. verum, qui num. 22. ver. extra gloſ. quæro, et Franch. num. 28. quæſt. 7. de appell. et Lancel. dicta limit. 21. princip. num. 9. in vltimis verbis, fol. 370.* ſed poſſit denuntiari etiam a delegato, niſi delegatus detulerit appellationi, aut ſuperior appellationem receperit, quia nis caſibus delegatus non poſſet denuntiare, *Abb. et Franch. in locis ſupra proxime citatis, et Lancell. dicta lim. 21. nu. 18. et ſeqq. et n. 28. et fol. 370. et 371.*

7 Extende ſecundo, vt poſſit non ſolum denuntiari excommunicatus, ſed poſſit etiam aggrauari neque aggrauatio reuocabitur, per viam attentati, *Rot. deciſ. 59. alias 424. ex eodem facto, verſus finem, de appellat. in nou. Mil. in repert. in verbo attentata poſt executionem ſententiæ, fol. mihi 29. et Lancell, dicto capitul. 12. limitat. 21. numero 13. fol. 370.*

Intellige hanc extenſionem vt ſit vera, quando aggrauatio non excedit fines excommunicationis, aliàs hæc extenſio non procederet, per ea, quæ dixi *infra num. 12. reſtr. prima.*

8 Extende tertio, vt iudex poſſit etiam pendente appellatione priuare interim excommunicatum fructibus ſui beneficij, & diſtributionib. quotidianis, *Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princ. in verbo, et quandoque appellatur limit. 5. nu. 179. fol. 484. et Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. et innou. appell. pend. lim. 21. princ. num. 1. et fuſius limit. 22. n. 1. et ſeqq. to. 5. fol. 370. et 371.* Nam excommunicato debent ſubtrahi fructus, ſiue redditus ſui beneficij quantumcunq; dicatur excommunicatio iniuſta, & quantumcunque ab excommunicatione pendeat appellatio; nec debet expectari euentus cauſæ, quia, cum ſit interim excommunicatus, & denegetur ſibi communio, ab eccleſia, eſt eidem deneganda omnis vtilitas ab eccleſia proueniens, *Abb. in cap. 53. paſtoralis §. uerum not. ult. n. 6. et Franch. not. ult. n. 4. de appell.* & adde quæ ſcripſi *ſupra q. 3. effectu 4. n. 76.*

9 Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat etiamſi in ſententia excommunicationis nihil dictum ſit de fructibus, *Abb. in d. cap. 53. paſtoralis §. uerum ſub num. 17. ibi not. bene gl. de appell. et Maran. d. limit. 5. numer. 179. fol. 484.*

10 Subextende ſecundo eandem extenſionem, vt procedat etiamſi excommunicatus non haberet aliud, vnde viueret, quia adhuc ei in nullo eſſet prouidendum, ſed, vti male meritus, debet publica egeſtate laborare, ſecundum ea, in quibus reſidet Gloſſ. *in dict. capitul. 53. paſtoralis §. verum, & ibidem Abb. numero 16. de appellat.* eſſet tamen ei prouidendum, ne fame periret, ideoque ei facienda eſt eleemoſyna ſi tanta eſſet neceſſitas, vt fame poſſet perire, ſecus ſi non eſſet tanta neceſſitas, *Abb. d. n. 16. in fine.*

11 Subextende tertio, vt excommunicatio inducat non ſolum priuationem fructuum beneficij, vt dixi ſupra ſed poſſit etiam inducere priuationem ipſius beneficij, ſi excommunicatus, contemnendo excommunicationem, perſeueraret in ea poſt annum, ſed non antea, *Franch. in d. c. paſtoralis §. verum, q. 2. n. 23. de appell.*

Sed tu de eo, qui perſeuerat per annum in excommunicatione, poteris videre ea, quæ ſcripſi *ſupra lib. 1. capit. 98. num. 36.*

12 Reſtringe primo nunc eandem primam illationem, & in ſpecie ſecundam eius extenſionem, vt non ſint veræ, quando excommunicatus per denuntiationem in plus ligaretur, vt puta, quando quis declaratur excommunicatus, vti incendiarius *iuxta cap. 19. tua nos de ſent. excomm.* vbi poſtquam quis eſt declaratus excommunicatus vt incendiarius non poteſt abſolui ab alio, quam à Papa; licet ante declarationem non eſſet neceſſaria abſolutio Papæ, & ſic per denuntiationem, & publicationem in plus ligatur, & conſequenter, appellatione pendente à ſententia excommunicationis, non poteſt deueniri ad denuntiationem, *teſtibus Imol. & Franch. quos refert & ſequitur Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. limit. 21. princ. n. 14. 15. & 16. fol. 370.*

13 Reſtringe ſecundo, vt non procedat in ſententia excommunicationis lata ſub conditione, quia hoc caſu, ſi à tali excommunicatione appelletur ante impletam conditionem, non poſſet deueniri ad denuntiationem ea ratione, quia talis appellatio ſuſpendit excommunicationē, & interim ille non eſt excommunicatus: ergo non poterit denuntiari; quod procedit etiamſi poſtea impleatur conditio, Lancell. *dict. limitatio 21. numero 30. & ſeqq. fol. 371.*

14 Reſtringe tertio in delegato, qui detuliſſet appellationi, vel ſuperior appellationem admiſiſſet, quamuis delegatus ei non detuliſſet, *Lancell. quem retuli ſupra n. 6. verſ. extende primo.*

15 Reſtringe quarto quando quis fuiſset excommunicatus ignoranter; nam ſi talis a die notitiæ appellet appellatione pendente, non poteſt fieri denunciatio, ſeu publicatio, *Franch. in cap. 53. paſtoralis §. verum quia, quæſt. 5. n. 26. de appell. & Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. Limit. 21. princ. n. 19. ver. ſecundo lim. fol. 370.*

16 Reſtringe quinto declarando, vt illatio procedat, quādo conſtat excommunicatione, quia tunc, non obſtante appellatione, poteſt denunciari excommunicatio prius lata ſecus eſt quando eſt dubium de excommunicatione, & ſic quando non conſtat de excommunicatione quia iſto caſu appellatio impedit denunciationem, ſeu publicationem excommunicationis, cum iudex velet eam facere ſuper facto non notorio, *Franch. in c. 13. peruenit. not. 4. numero 6. de appell.*

17 Declara obiter, vt excommunicatus debeat denunciari in publico, vt euitetur, *Abb. in cap. 53. paſtoralis §. verum numero 3. & Franc. not. 2. de appell.* Et quod Chriſti fideles non teneāt vitare excommunicatos, niſi fuerint nominatim denuntiati, retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. cap. 9. numero 235.*

18 Subdeclara, vt excommunicatus ſit euitandus etiam ſi non ſit denunciatus, dummodo non ſit occultè excommunicatus; quare denūtiatio fit ſolū propter ignorantes

excom-

Digitized by Google

excommunicatum, cum alias non ſit neceſſaria, quia excommunicatio trahit ſecum executionem, nec amplius ligat cum denunciatione quam ſine denuntiatione, *Abb. & Franch. citati numer. præcedenti.*

19 Aduerte etiam obiter ex iſta ſubdeclaratione, quod per denunciationem excommunicationis non probatur neceſſario excommunicatio, quia per denunciationem quis non ligatur, & ipſa denunciatio poteſt eſſe iniuiuſta: vnde neceſſario non infertur quod denuntiatus ſit excommunicatus, niſi aliter conſtet de ipſa excommunicatione, *Abb. d. c. paſtoralis, n. 5. & Franch. not. 3. num. 3. idem Franch. in c. 55. dilectis not. vlt. ſub n. 13. de appell.*

20 In foro ſecundo excedendo hanc eandem vigeſimamſecundam limitationem, quod multo minus poteſt appellari ab abſolutione excommunicationis *Guid. Pap. tractat. de appell. q. 110. n. 74. fol. 60. Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. & de attent. & innou. appell. pend. in præfat. nu. 106. lim. 3. tomo 5. fol. 348. & lim. 21. princip. in fine. ſub num. 36. fol. 371. & Ruginell. qui alios citat, tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 6.* & quod abſolutio facta iudice à quo poſt interpoſitam legitimam appellationem, valeat, & appellatio non ſuſpēdat talem abſolutionem, ſcribit Franch. *in c. 25. qua fronte n. 29. & 35. in fine, de appell.* & dixi *ſupra q. 3. n. 35. verſ. infero nono.*

21 Subiuſero, quod præſertim non poteſt appellari a ſententia, qua dictum ſit, excommunicatum, præſtita cautione, eſſe abſoluendum, *Card. Alex. in c. 25. qua fronte nu. 10. ibi, nota vltimo de appel. & Rugin. d. §. 2. c. 3. n. 7.*

22 Pro intelligentia huius ſubillationis debes ſcire, quod abſoluendus ab excommunicatione debet in abſolutione præſtare iuramentum de parendo mandatis eccleſiæ, *cap. 20. ad hæc de appell.* hoc ex conſuetudine potius, quam de iure, *c. 21. quæſtioni, eod. tit.* ſed licet abſolueretur ſine iſto iuramento, tamen abſolutio non eſſet nulla, ſed eſſet iniuſta, *Franch. in d. c. quæſtioni, ſub n. 1.*

23 Extende primo, exemplificando eandem illationem vt ſit vera non ſolum, quando appellatio ſubſequitur abſolutionem, ſed etiam quando præcedit abſolutionem, quia neutro caſu appellatio ſuſpendit abſolutionem, & eius effectum, & ſic appellatio in tantum non admittitur ab abſolutione excommunicationis, vt & ipſa abſolutio poſſit fieri, pendente appellatione à ſententia excommunicationis *vt oſtendit Lancell. citatus n. ſeqq.* & quod abſolutus ab excommunicatione remaneat abſolutus, non obſtante appellatione aduerſarij interpoſita ab abſolutione, refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. parte 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. in præfat. numero 105. lim. 3. tomo 5. fol. 348.* & patet ex caſu relato *infra n. 26. verſ. extende ſecund.*

24 Pro faciliori intelligentia huius extenſionis, ſciendum eſt, abſolutionem poſſe dupliciter contingere, *Primo*, quādo actor obtinuit, excommunicari reum, & inſtat, eundē denunciari, & publicari, & reus inſtat abſolui ab excommunicatione, & iudex abſoluit, & actor appellat ab abſolutione: talis, inquam appellatio non ſuſpendit abſolutionem; *Secundo*, poteſt contingere, quando quis eſt excommunicatus, & inſtat pro abſolutione, & aduerſarius replicat, non eſſe abſoluendum, & quatenus abſoluatur appellat, & ſic iſto caſu appellatio præcedit abſolutionem, & hunc caſum ponit etiam Lancell. *tract. de attent. parte 2. capitul. 12. de attent. & innou. appell. pendent. limit. 23. princip. ſub numera 2. fol. 371.* vel pone in iſto ſecundo caſu alia exempla quis eſt excommunicatus, & petit abſolutionem ab eodem iudice, qui eum excommunicauit, aduerſarius opponit, quod, cum offenſa ſit manifeſta, abſolutio concedi non debet, etiamſi excommunicatus vel præſtare cautionem de parendo iuri, *iuxta capitul. 24. ex parte de verb. ſignif.* iudex reijcit oppoſitionem, & aduerſarius appellat, nihilominus iudex, non obſtante appellatione abſoluit, *Dec. in capit. 25. qua fronte, ſub numero 17. de appellat.* vel quis eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa, & ad hoc vt vere poſſit abſolui, debet impendere aliquam ſatisfactionem; vnde cum excommunicatus petit abſolutionem, & aduerſarius excepit, non eſſe abſoluendum, niſi impenſa ſatisfactione, & iudex reijcit hanc exceptionem, & iſte aduerſarius appellat, nihilominus iudex à quo poteſt, pendente hac appellatione, eum abſoluere, & talis abſolutio valet, quia ſicut excommunicatio etiam iniuſtè lata ligat ita etiam abſolutio, licet ſit iniuſta, ſoluit quia excommunicatio, & abſolutio paribus ambulant paſſibus, imo à fortiori ſolui abſolutio, quia eſt fauorabilior, *Franch. in d. c. 25. qua fronte ſub numero 38. verſ. 4. quæritur de appel. & Lancell. d. lim. 23. n. 4. 5. & 6.* & quod ſit fauorabilior patet ex eo, quod excommunicationis ſentētia non poteſt ferri poſt interpoſitam appellationem, vide *infra num. 54. verſ. ſublimita quinto*, & tamen poteſt ferri ſententia abſolutionis, *vt dixi hic ſupra, & infra*, & quod iudex à quo poſſit abſoluere, pendente appellatione, ſcribunt Abb. Franch. Dec. & Lancell. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 3. n. 39. verſ. infero nono.*

25 Declara iſtam extenſionem, vt quamuis abſolutio, lata poſt appellationē legitimam, non ſit nulla ſed valeat, tamen vti iniuſta, & remedio appellationis poteſt reſcindi, *Franch. d. c. qua fronte q. 4. n. 35. in vltimis verbis.*

26 Extende ſecundo eandem illationem, vt quamuis excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel contumacia nō debeat abſolui, niſi prius ſatisfaciat, ſicut quando quis eſſet excommunicatus propter rem iudicatam, aut in executione inſtrumenti habentis executionem paratam; tamen, ſi fuerit abſolutus, nulla ſatisfactione nullaq; citatione præcedente, abſolutio eſt valida, licet ſi iniuſta, *Franch. in d. cap. 25. qua fronte, quæſt. 4. numero 35. & ſub num. 38. verſ. ſexto. limita de appell.* & quod abſolutio teneat, & non ſuſpendatur per appellationem etiam ſi forma abſolutionis non fuerit obſeruata, & ideò nihil in præiudicium abſolutionis poſſit innouari, refert, & ſequitur Lancell. *d. c. 12. lim. 21. princip. numero 36. & 37. fol. 371. & d. limit. 23. ſub numero 6. verſ. ampliari, & num. 7. fol. 371.* dicens, quod cum reformatores fuiſſent excommunicati, & poſtmodum abſoluti iudicialiter ab Auditore Cameræ, & eorum aduerſarius appellaſſet ab eiuſmodi abſolutione, & pretēderet, non fuiſſe ſeruatam formam abſolutionis ob defectum omiſſæ, cautionis, ideoq; affigendo cedulones contra dictos reformatores procuraſſet illos denuntiari excommunicatos, & reformatores inſtarent pro remotione dd. cedulonum, quia nihil poterat innouari per appellantem in præiudicium abſolutionis, cum abſolutio etiam iniuſta liget, vt dixi.

27 Confirmatur hæc extenſio, quia ſicut tenet excommunicatio, non ſeruata forma data à iure, ita etiam tenet, & valet abſolutio, non ſeruata forma data à iure, *Franch. in dicto cap. qua fronte, num. 38. verſ. ſexto limita. & ſub num. 43. verſ. vltimo dubitatur de appell.* quia excommunicatio, vel abſolutio non ſubijcitur alicui formæ, *Franch. ibid. numero 41.*

28 Declara reſtringendo hanc extenſionem, vt procedat quando non ſeruatur forma tradita à iure, ſecus eſt quando forma eſſet data ab homine in reſcripto, quia ſi Papa, vel Legatus de latere, ſeu alius ordinarius committeret alicui poteſtatem abſoluendi à ſententijs cenſuræ, dato certo ordine, tunc abſolutio, prætermiſſo illo ordine, non ſolum eſſet iniuſta, ſed eſſet etiam ipſo iure nulla, & idem dicendum eſſet in excommunicatione, ſi ferretur ex poteſtate data ab homine, *vt refert, & ſequitur Franch. in d. c. qua fronte numero vigeſimonono, lim. 6.*

29 Reſtringe primo eandem illationem, vt non habeat locum quando excommunicatio, vel abſolutio ferretur

non habente iuriſdictionem, quia eſſet nulla, *Franch.in d.c.qua fronte n.40.de appell.*

30 Reſtringe ſecundo, vt non procedat quando abſolutio fuiſſet obtenta per vim, vel metum, quia eſſet ipſo iure nulla, *Franch.eod.c.qua fronte, verſus finem, n.45.*

31 Reſtringe tertio, vt non procedat in caſu præcedentis declarationis, poſitæ *ſupra n.28.*

32 Reſtringe quarto declarando, vt abſolutio à ſententia excommunicationis dari non debet his duobus caſibus.

Primus eſt, quando quis, præcedente legitima appellatione, fuit excommunicatus, & ſic nulliter, & vellet hanc excommunicationem reuocari, petendo ſe abſolui, & denuntiari non ligatum & cognitio huius abſolutionis fieri non poſſet, niſi cognitio de iniuſtitia cauſæ principalis; tunc enim talis abſolutio dari non debet, *cap.54. ſolicitudinem, & ibi Franch.ſub n.5.verſ.in gloſſ.2. de appell. Lancell.tract.de attent.par.2.cap.12.lim.23.n.7. in fine, & n.8. fol.371.*

33 Secundus eſt, quando fuiſſet appellationi renuntiatum, & peteretur abſolutio remedio attentatorum, quaſi iſta abſolutio ſit reuocatio actus excommunicationis poſt, & contra legitimam appellationem latæ, *Bellam.deciſ.669.ſi contra quem refert. & ſequitur Lancell.dicta lim.23.num.9. fol.371.*

34 Sublimita I. nunc declarando limitationem, vt appellatio admittatur ad effectum deuolutiuum, in tantum quod ſuperior, ad quem eſt appellatum, poteſt excommunicatum abſoluere, nec tenetur illum abſoluendum remittere ad iudicem à quo; poteſt tamen remittere, ſi vult, *Spec. tit. de appell.§.in quib.verſ.ſed dices, n.17.fol.186. lib.2. & Farin.in qq.crim.q.*101.*n.68.* & probatur *in c. 40. per tuas de ſent.excom.*

35 Declata iſtam ſublimitationem, vt procedat quando ſuperior cognoſcit de toto negotio per viam appellationis, quia tunc ipſe ſuperior poteſt eum abſoluere, vel remittere abſoluendum, ſecus ſi ad eum eſſet reclamatum per viam querelæ, quia tunc debet remittere ad diœceſanum, qui excommunicauit vt eum abſoluat, *Spec. citatus num.præced.*

36 Sublimita II. vt procedat quando fertur ſententia excommunicationis, ſecus quando fertur declaratoria, hoc eſt, declaratur incidiſſe in excommunicationem, quia ab iſta declaratoria datur appellatio, quæ ſuſpendit declaratoriam, *Felyn.in cap.10.cum non ab homine, column.penult. verſ.& nota quod ſub n.duodecimo, de iudic. Dec.in cap.26. reprehenſibilis, num.21.de appell. Mar.in ſuo ſpec.p.6.act. 2.princ.in verbo & quandoque appellatur lim.5. num. 180. fol.484. Put.deciſ.271. Papa. num.1.& 4.lib.3.Rot.diuerſ. deciſ.100.ex nouem, num.3.& 31.in fine par.1.* loquens generaliter in qualibet declaratoria, *Lancell.tract.de attent. par.2.cap.12.de attent.& innou.appell.pend. lim.21. princ. num.21. verſ.3.& num.22.fol.371.& Farin. in qq. crim. q. 101. n.67.*

Comprobatur primo hæc ſublimitatio, quia licet à pena iuris non detur appellatio, tamen datur à declaratoria incurſus in eam, *Franch. Felyn. & alijs quos retuli, & ſequutus ſum lim.ſeq. n.3.*

37 Comprobatur ſecundo, quia à ſententia ſuper declaratione iuris poteſt appellari, & ideò in ea currunt fatalia, deſeritur appellatio, & ſententia lata ſuper iure tranſit in rem iudicatam, *Franch.in c.44.ſæpe, n.9.& 10.not.5.de appell.* & tamen à ſententia iuris excludit omnem prorſus appellationem retuli, & ſequutus ſum *lim.ſeq.*

Comprobatur tertio, quia licet is, qui condemnatur diffinitiuè vigore fictæ confeſſionis præcedentis non poſſit appellare, ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, iuxta ea, quæ ſecundum vnam opinionem, de qua remiſſiuè dixi *ſupra q.5.ſub n.86. verſ. ſecundus caſus*, tamen potuit appellare à declaratoria, quia fuit reputatus pro confeſſo, *vt retuli ead.qu.5.ſub n. 91.verſ.reſtringe, & verſ.ſeqq.* vbi videas.

Confirmatur quarto, quia licet à notorio non detur appellatio, tamen datur à declaratione notorij, *vt ſcripſi ſupra lim.4.n.65.*

38 Ratio quare à ſententia excommunicationis non detur appellatio, & detur à declaratoria incurſus, non eſt ea, quam aſſignat Lancell. *d.lim.21.n.22.fol.371.* dicens, à declaratoria excommunicationis incurſæ benè dari appellationem, licet ab excommunicatione non detur, quia (ſit cum ſua pace dictum) hæc ratio videtur omnino eadem cum dicto; ea igitur eſt ratio, quia ſententia excommunicationis non eſt ferenda ab homine, niſi his duobus concurrentibus; primo quod præceſſerit monitio, *cap.26 reprehenſibilis, & c.61.cum ſpeciali, de appell.& cap.48. ſacro.de ſent.excom.Spec.tit.de teſte, rubr. de teſtium compulſione, num.6.Franch.in cap.quinto cum ſit romana, §.præterea, ſub num.ſecundo verſ.in gloſſ.fin. de appellat. et dixi lib. præced. cap. decimo num.114.* ſecundo quod adſit contumacia, quia ab homine pro delicto, etiam ſi notorium ſit, excommunicatio ferri non poteſt, ſed ſolum pro contumacia, *Franch.dicto §.præterea num.tertio.* Vnde cum feratur ſuper re manifeſta, & re de præſenti, habet naturam ſententiæ latæ ſuper notorio, quod idem eſt, quando excommunicationis ſententia fertur ab ipſo iure, ſecus eſt in declaratoria ſuper incurſu, quia fertur ſuper re de præterito, in qua facilius poteſt errari, & hac de cauſa dicimus non appellari à notorio, ſed appellari à declaratoria notorij.

39 Contrariam opinionem, nempe à declaratoria ſuper incurſu excommunicationis non dari appellationem, ſenſit Addit.ad Rot.*deciſ.2.alias 49.ſi feratur, n.5. de dol. & contum.innou.* dicens, quod ſi appelletur à declaratione iudicis, qui pronuntiat, & declarat, aliquem incidiſſe in ſententiam excommunicationis, is debet, etiam pendente appellatione, euitari tam in actibus iudicialibus, quam in extraiudicialibus, & ſic, vt ponderat Lancel.*tr.de attēt. p.2.c.12.de attent.et innou.appell.pend.lim.21. ſub n.23. et* 24. appellatio à declaratoria non ſuſpendit excommunicationem, illiuſque effectum; ſi non ſuſpendit; ergo non datur appellatio ſuſpenſiua, de qua agimus.

Confirmatur hæc opinio contraria, quia ſicut non poteſt appellari ab executione inſtrumenti, & ab executione rei iudicatæ per ea, quæ dixi *ſupra lim.9.*& 10. vtrobique *n.1.et ſeqq* ita etiam non poteſt appellari à declaratione, ſeu pronuntiatione de exequendo per ea, quæ dixi *d. lim. 10.ſub n.8.verſ.contrariam.*

40 Non recedas, ſi placet, à ſublimitatione, quæ communiter tenetur.

41 Nota illatiuè ex hac ſublimitatione, quod pendente appellatione à declaratoria incurſus in ſententiam excommunicationis, non poteſt declaratus denuntiari excommunicatus, & ſic appellatio impedit publicationem *Franch.in c.53.paſtoralis, §.verum quia q.6.n.27.de appell. et Lancell.d.c.12.lim.21.n.21.fol.371.*

42 Extende primo hoc notabile, vt procedat ſiue declaratoria feratur ſuper excommunicatione lata ab homine, ſiue à iure, Franch. *vbi ſupra.*

43 Extende ſecundo, vt ſicut ſententia excommunicationis lata poſt interpoſitam appellationem redderetur nulla, ita etiam denuntiatio eſſet nulla, ſi fieret poſt interpoſitam appellationem, niſi factum eſſet notorium, *Franch.in d.cap.paſtoralis, §.verum quia, q.6.ſub num.27.de appell.*

44 Reſtringe primo eandem ſecundam ſublimitationem, vt non procedat in declaratoria cenſurarum ob non paritionem rei iudicatæ, quia talis declaratoria cenſetur pars exequutionis rei iudicatæ & ideo non datur appellatio,

Digitized by Google

latio, *Contar. in l. vnica, lim. 19. numero 19. in fine, & nu. 20. C ſi de mom. poſſ. & Lancell. tract. de atten. parte 2. cap. 12. de atten. & innou. appell. pend. lim. 21. princip. numero 27. fol. 371.* referẽs ex reſolutione Rotæ per eum citatæ, quod appellatio iſto caſu non ſuſpendit ſententiam, & effectum declaratoriæ.

45 Reſtringe ſecundo, vt non procedat in declaratoria incurſus in excommunicationem, aliaſq; cenſuras contra obligatum in forma cameræ, quia appellatio à declaratoria iſto caſu non ſuſpendit denuntiationem, & publicationem faciendam, *Galleſ. ad formul. camer. obligat. in 2. parte 3 princip. in cap. reliqua ad proceſſ. numero 43. iunctis his, quæ ſcribit numero 38. & ſeqq. fol. 363. quem refert, & ſequitur Lancell. d. lim. 21. numero 26. fol. 371.* Vnde in caſibus harum reſtrictionum poteſt denuntiari, non obſtante appellatione.

46 Ratio huius reſtrictionis, aſſignata à Galleſ. non placet Lancellotto *vbi ſupra:* ego dicerem, rationem eſſe, quia appellaret ab executione, à qua non appellari ſcripſi *ſupr. lim. 10. num. 1. & ſeqq.* Sed declaratio eſt pars executionis obligationis cameralis: ergo à declaratione non poteſt appellari; vnde is, qui non appellauerit infra decem dies à ſententia appellabili, non poteſt appellare deinde a citatione, qua iudex eum monet ad videndum ſe declarari, & denuntiari, quia illa citatio eſt actus executionis, *Lancell. d. c. 12. lim. 50. princ. n. 118. & 119. fol. 380.*

47 Sublimita III. vt non procedat in præcepto facto ſub pœna excommunicationis, quia ab eiuſmodi præcepto poteſt appellari iudicialiter, & extraiudicialiter, & appellatio ſuſpendit in tantum, quod ſi iudex excommunicaret, excommunicatio eſſet nulla, *c. 52. dilecti de appell. & ibi Abb. not. 1. numero 2. idem Abb. in c. 18. conſuluit numero octauo verſ. ex his eod. tit. de appellat. Ang. conſ. 88. & Maran. in ſuo ſpec. parte 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur lim. 5. numero 181. fol. 484.* Et quod poſſit appellari à ſententia ferenda, & ſic à comminata excommunicatione, & appellatio ſuſpẽdat, refert, & ſequitur Farin. *in qq. criminal. quæſt. 101. numero 70.* Et quod à comminatione iudicis, executiua grauaminis iam illati de præterito, puta quando iudex præcedit parti, vt aliquid daret, vel faceret ſub pœna excommunicationis, poſſit appellari, ſcribit Franch. *in cap. 60. cum ceſſante not. vlt. ſub numero 6. de appel.*

48 Contra iſtam ſublimitationem motiuat Spec. *tit. de appell. §. in quibus verſ. ſed dices, ſub n. 17. ibi, dicunt etiam* ſcribens, quod ſi Epiſcopus præcepit aliquid alicui, qui dicat, ſe ad id non teneri, & appellat à præcepto, & Epiſcopus nihilominus excommunicat, talis ſententia tenet, dummodo verum ſit, quod ille tenetur.

Retenta ſublimitatione.

49 Exemplifica eam; iudex facit tibi præceptum, vt ſoluas Titio centum infra menſem ſub pœna excommunicationis latæ ſententię; tu certè potes à talis ſententia appellare, *Card. Alex. in cap. 63. dilecto filio numero nono verſ. & per iſtum textum de appellat.*

Amplia eãdem ſublimitationem, vt habeat locum cum in qualibet ſententia cenſuræ eccleſiaſticæ, lata ſub conditione, quia ſuſpenditur, ſi ante conditionis euentum appelletur, *Franch. in cap. 40. præterea in ſummario, et num. 4. verſ. vltimo tenementi de appell.*

50 Declara primo obiter eandem ſublimitationem, quod licet quis, non appellando, & non parendo præcepto facto ſub pœna excommunicationis, ſit excommunicatus, tamen non erit excommunicatus, ſi per impotentiam nõ paruerit pręcepto, *Franch. in c. 21. quæſtioni. n. 4. verſ. vltimo nota de appell.*

51 Declara ſecundo, vt excommunicatus ſub conditione non dicatur excommunicatus ante euentum conditionis; quare ſi iudex dixerit; excommunico te, niſi ſolueris creditori infra menſem, tu interim ante lapſum menſis non eris excommunicatus. *Franch. in c. 40. præterea not. 3. nu. 3. verſ. conclude de appell.*

52 Declara tertio, vt ſi iudex excommunicauerit debitorem, niſi ſatisfecerit creditori infra menſem, & creditor proroget terminum debitori, is non incidit in excommunicationem, quia videtur ſatisfeciſſe, licet non ſoluerit, & ſententia iudicis, lata in fauorem creditoris, intelligitur cum conditione, niſi creditor velit maius tempus dare, & parte remittente, Deus etiam remittit, *Franch. in d. cap. 40. præterea ſub n. 5. verſ. in gloſſ. 1. de appell.* cum quo ego pertranſeo, licet Innoc. Hoſt. & Ioann. Andr. ibid. *ſub n. 8.* teneant contrarium.

53 Sublimita IV. quando ſententia excommunicationis contineret intolerabilem, & patentem errorem, vt puta, ſi diceret, *excommunico te, quia facit eleemoſynam, aut quid ſimile*, quia tunc poteſt appellari, *Farinac. in qq. crim. q. 101. numero 69.*

54 Sublimita V. vt non procedas in ſententia excommunicationis lata poſt interpoſitam legitimam appellationem, quia tunc excommunicatio, non ſortitur effectum ſuum; & ideo clericus excommunicatus poſt interpoſitã legitimam appellationem poteſt, pendente appellatione, abſq; aliqua irregularitate celebrare, & proſequi officium ſuum in diuinis, *Franch. in c. 16. ad præſentiam, nu. 3. 4. & 5. de appell. Lancell. tract. de attent. parte 2. c. 12. de attent. et innou. appell. pend. lim. 26. n. 5. fol. 373.* & communicans cum excommunicato poſt interpoſitam legitimam appellationem non incurrit excommunicationem, neque literis ſperioris denuntiantis excommunicatum, vt euitetur, tenetur obedire, ſi probabiliter conſtat, quod fuit excommunicatus poſt legitimam appellationem, *Franch. in c. 55. dilectis not. vlt. n. 12. 13. et 24. de appel.* imò quod excommunicatio lata poſt legitimam appellationem ſit nulla, notat Franc. *in c. 25. qua fronte, nu. 29. et in c. 44. ſæpè ſub n. 3. ver. in gl. in verſ. rata de appell.* Et quod appellatio, præcedens ſententias cenſuræ, ſuſpendat earum effectus, & eas nullas reddat, ſcribit idem Franch. *in cap. 37. adhæc quoniam n. 2. in fine eod. titul. et in cap. 52. dilecti filij n. 2. de appell.* Et quod ſententia cenſurę, vt eſt excommunicatio, ſuſpenſio, vel interdictum; ſi proferatur poſt appellationem, ſit ipſo iurè nulla ſcribit Franch. *in c. 1. dilecti n. 3 not. 3. de appell.* Et quod excommunicatio lata poſt appellationem legitimam ſit nulla, ſcribit Franch. *in d. c. ad præſentiam ſub n. 3.*

55 Amplia hanc ſublimitationem, vt ſententia excommunicationis, ſeu cenſuræ lata poſt legitimam appellationẽ ſit nulla, etiam ſi appellatio fuerit extraiudicialis, *Franc. in c. 1. n. 3. not. 3. et in c. 53. dilecti filij n. 2. de appel.* dans cautelam, vt ille, qui timet excommunicari à ſuo Prælato, vel alio ſuperiori etiam extraiudicialiter procędente, appellet a tali futuro grauamine.

56 Tempera eandem ſublimitationem, vt non procedat quãdo iudex eſt datus cum clauſula (*appellatione remota*) quia tunc iudex poteſt excommunicare etiam probabiliter appellantem, quando illa appellatio non reperitur expreſſè approbata à iure in illo caſu ſicq; excommunicatio, lata poſt appellationem à iudice dato cum præfata clauſula, non eſt nulla, *Abb. in cap. 53. paſtoralis ſub numero 9. verſus finem, et Franch. num. 7. verſ. 2. ſeptimo operatur de appellat.*

57 Declara primo obiter eandem ſublimitationem, vt dicens ſe excommunicatum poſt appellationem, debeat hoc probare, *Rebuff. trac. de nomin. quæſt. 14. nu. 23. fol. 187.*

Declara ſecundo, vt ſi in puncto, & momento ſimul concurrant excommunicatio, & appellatio, præſumitur, quod excommunicatio præceſſerit, ſicque appellatio redditur ſine effectu ſuſpenſiuo in foro conſcientiæ quia in iſto foro ſemper præſumitur pro validitate

Digitized by Google

vel omiſſum nō dici connexum negotio principali, quia inquit, illa dicuntur connexa, quæ continent idem factū inſeparabiliter, ſed negotium principale, & negotium expenſarum non ſunt eiuſmodi; imo ſe habent, vt principale, & acceſſorium ſeparabile, *vt dixi inf. n.* Ergo &c.

27 Tertia opinio erit, quod relinquitur arbitrio iudicis, an is, qui obtinuit in negotio principali abſoluto victo ab expenſis, poſſit ſuper abſolutione expenſarum inhærere appellationi victi, qui appellauit in parte, & partibus contrarijs. Et ratio huius opinionis eſt, quia variæ ſunt opiniones de connexis, & ſeparatis in tantum vt ſecundum vnam opinionem, quæ videtur ſatis recepta, relinquatur arbitrio iudicis, quæ dicantur connexa, vt patet ex his, quæ ſcripſi *lib. præced. c. 11. n. 362. & ſeqq. & n. 376.* & in terminis appellationis ſcribit Hier. Gabr. *conſ. 38. ſententia lata n. 5. in fine, lib. 1.*

28 Quarta opinio erit cum diſtinctiones. Aut enim appellatio eſt interpoſita, quatenus contra, & tunc, loquendo ſecundum ſtylum Signaturæ iuſtitiæ, videtur dicendū contra ſublimitationem, quod omnia cenſeantur connexa iuxta ea, quæ refert *Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. ſub n. 30.* dicens, quod eiuſmodi appellatio non reſtringit appellationem magis ad vnam, quam ad aliam partem, ſed eſt conditionalis, vt ſi ſententia feratur in totum fauorabilis ipſi appellanti, appellatio habeatur pro non appoſita, quaſi dicat Veſtr. quod è conuerſo, ſi non ſit in totum fauorabilis, appellatio cenſeatur ſimpliciter interpoſita, & conſequenter deuoluat totum negotium vna cum abſolutione expenſarum ad iudicem appellationis. Aut victus appellat expreſſè ab aliquo capitulo, & iſtum caſum Veſtr. videtur prætermittere, ſed ex rationibus, quas conſiderat, videtur adhuc concludendum idem, quod in præcedenti; nam ſuppoſito, quod ſententia contineat plura capita ſeparata, & quod vterq; litigator appellauerit, vnus ab vno, & alius ab alio capitulo, & quiſque ad iudicem ſuum, tamen Signatura nunquam, vel raro diuideret iſtas appellationes, quia licet fuerint forſan à principio inuicem ſeparata, tamen poſtea, cum cumulantur vnico iudicio, & vnica ſententia, cenſentur vnicum negotium, vt ſcribit idem Veſtr. *in loco ſupr. proximè citato.* Et quod quamuis vtraque pars appellauerit, & capitula ſint ſeparata; tamen cauſa omnium capitulorum cognoſci debeat coram eodem iudice appellationis, ſcribit Dec. *in c. 7. ſi duobus. num. 59. & ſeqq. ver. ſecundus caſus. de appell.* quem retuli etiam *ſupra q. 10. n. 9. in fine.*

Et licet Abb. *in d. cap. ſi duobus. in fine*, quem pro hac opinione citat Veſtr. vbi ſupra, loquatur in caſu, quo ſit appellatum à ſententia, quatenus contra, & contrarium dicat in caſu iſto, quo vtraque pars appellauit diſtinctè ab articulo ſeparato; licet etiam Dec. loquatur inconſtanter, & titubando, & contra Abbatem teneant apertè Franch. & Card. Alex. quos citau *d. q. 10. num. 9.* & dato etiam, quod opinio communis, quam ex eodem Dec. retuli *d. n. 9.* ſit in contrarium.

Tamen ego non recederem ab hac quarta opinione, vt cauſa omnium capitulorum etiam ſeparatorum debeat cognoſci coram eodem iudice appellationis, ſi vtraque pars appellauerit.

29 Pro clariori, & breuiori reſolutione omnium iſtarum opinionum, & determinatione huius tertiæ ſub limitationis, in qua videmur abundè loquuti, adhibeo duas inſpectiones.

Prima inſpectio eſt, quando eſt appellatum à ſententia, quatenus contra, & ſententia ſubſcripta eſt in omnibus ad fauorem appellantis, & in hac inſpectione concludo, quod appellatio illa habetur pro non oppoſita, etiam ſi ſuper ea eſſet ſecuta commiſſio cauſæ, ideoque appellatus non poteſt adhærere illi appellationi, *teſtibus Veſtr. vbi ſupra; Achill. de Graff. deciſ. 1. alias 227. appellationi. de appellat. fol. mihi 104. & Marcheſ. tract. de commiſ. p. 2. in comm. appell. c. 3. ſub n. 67. fol. 61.*

30 Secunda inſpectio eſt, quando ſententia non ſubſcribitur in omnibus; & in hac diſtinguo duos caſus.

31 Caſus primus eſt quando ſententia continet plura capitula connexa, ſeu vnicum capitulum tantum; & iſto caſu concludo, quod appellatio porrigitur ad omnia, & conſequenter efficitur communis, *vt ex Franc. Felyn. Veſtr. & alijs retuli, & ſequutus ſum in prima opinione*, & ita procedat illa prima opinio, de qua *ſup. n. 25.* & adde quod ſcripſi *ſupra lim. 2. n. 99. in fine.*

Connexa dicuntur ea, quæ ſunt inſeparabilia, & diuidi non poſſunt, *Alex. de Neuo in c. 7. ſi duobus n. 13. verſ. quid ſi appellans. de appel.* quem refert & ſequitur Fulu. Pacian. *tract. de probat. lib. 1. c. 26. n. 40. & n. 94. ver. 6. limitatur.* vbi eum declarat; tu vide quæ latè ſcripſi *lib. præced. c. 11. nu. 362. & ſeqq.*

32 Caſus ſecundus eſt, quando ſententia continet capitula ſeparata: & concludo, quod non efficitur communis in ſeparatis, quia in eis ceſſat appellatio, & appellatio vnius non prodeſt alteri, Franch. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra in iſta ſublimitatione, & ita procedat ſublimitatio de qua ſupra *num. 19.* quod ſi vtraque pars appellet, dico vtriuſque appellationem cognoſcendam eſſe coram eodem iudice appellationis, quamuis capitula ſint omnino ſeparata, *vt dixi ſupr. n. 28.*

Separata in hoc propoſito dicuntur ea, quæ ſunt ſeparabilia, & poſſunt diuidi, licet ſint connexa, *Fulu. Pacian. vbi ſupra*, vide quæ ſcripſi *d. c. 11. n. 370. & ſeqq.*

33 Sublimita IV. eandem ſublimitationem, vt non procedat, quando victus non appellat, quia tunc ceſſat caſus limitationis, & conſequenter victor poteſt, & debet procul dubio appellare ab expenſarum abſolutoria; alias ſententia tranſiret in rem iudicatam, Felyn. *in c. 11. ſignificauerunt. ſub n. 3. limit. 3. de except. & Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. cap. 3. ſub n. 68. f. 61.*

34 Amplia hanc ſublimitationem, vt procedat etiam, quando expenſarum nulla eſt facta abſolutio, ſeu condemnatio, ſed fuit ſilentio omiſſa, quia adhuc victor poteſt appellare, *Spec. tit. de appell. §. in quibus. ver. trigeſimo quarto. ſub n. 25. alias ſed quid ſi. Rot. deciſ. 47. alias 359. ſi dicatur. in fine, ff. de appell. in nou.* dicens quod ita ſeruatur in Curia; *Ant. de Butr. in 2. c. ſignificauerunt, ſub n. 7.* dicens quod licet de hoc fuerint variæ opiniones, veritas tamen eſt, quod poteſt appellare, *& ibidem Abb. n. 9. ver. ſed circa & Felyn. limit. 3. ſub n. 3. verſus finem, de excep. & Guid. Pap. tractat. de appell. q. 55. ſub n. 42. fol. 59.*

Contra iſtam ampliationem oppono, quia expenſæ litis debentur plerumque officio iudicis mercenario, *Iaſ. in l. 1. properandum. §. ſiue autem alterutra. ver. tenetur contra n. 34. C. de iud. & Aſin. in prax. §. 32. cap. 2. ampl. 39. n. 8. fol. 202.* ſed ab eo quod poteſt fieri officio iudicis, ſi non fiat, nō appellatur, *Spec. tit. de off. omn. iudic. §. impedit. ver. quid ſi iudex. n. 1. in fine, & nu. 2. lib. 1. fol. 57. Abb. in d. cap. ſignificauerunt. num. 19. & Felyn. in c. 12. exceptionem, ver. ſecundum dum n. 2. de except.*

Hoc in articulo, ſeu ampliatione diuerſi diuerſa dicunt etiam ex citatis in ea; ideo pro reſolutione conſideró tres caſus principales.

Primus caſus eſt, quando expenſæ ſunt petitæ, & iſto caſu, omiſſa difficultate de qua *infra n. 38.* an ſententia ſit valida, concludo quod poteſt appellari, *Spec. citatus ſupra in ampliatione, & Abb. in d. c. ſignificauerunt. nu. 10. in vltimis verbis, & Rebuff. tract. de expenſ. damn. & intereſſ. art. 3. gloſ. vni. n. 15. tom. 3. fol. 447. Contar. in l. vnica, lim. 1. n. 59. ver. amplia modo. Cod. ſi de mom. poſſeſſ.* Et certè hæc
5 eſt opinio communis, * quia multi etiam in caſu ſeq. qui eſt magis dubius, tenent idem.

Contraria opinio, videlicet, quod non poſſit appella-

ri, ſua-

Digitized by Google

ri, ſuadetur dupliciter. Primo, quia iudex quando non condemnat victum ad expenſas, neque abſoluit cauſa expreſſa, tenetur reſarcire de ſuo, *Rebuff. tractat. de expenſ. damn. & inter. artic. 1. gloſ. vna, numero 6. ver. 1. regula tomo 3. fol.* 438. & ex alijs refert, & ſequitur Aſin. *in prax. §. 32. capit. 2. ampl. 39 numero 5. & 6.* Et hoc eſt remedium ordinarium; ergo ceſſat remedium appellationis. Secundo ſuadetur ex his, quæ ſcripſi *ſupra ſub hoc eod. numer. ver. contra*.

Non diſcedo à prima opinione, quæ eſt communis, & ſeruatur.

Non obſtat, quod dicebam, poſſe agi ex remedio ordinario contra iudicem, qui omiſit condemnare; quia reſpondeo, hoc non eſſe verum, cum pars potuiſſet appellare, *Rebuff. dicto tract. de expen. dam. & inter art. 3. gl. vna, n. 16. tomo 3. fol.* 447. & ſic retorquendo dico appellationem eſſe remedium ordinarium.

35 Secundus caſus eſt, quando expenſæ non fuerunt petitæ; & iſto caſu videtur dicendum, quod victor non poſſit appellare per ea, quæ poſt *Bald. in d. l. fin num. 3. ver. quæro an per ſolam*, adducit Abb. *in d. c. ſignificauerunt numero* 10. referens ex communi * opinione, quod vbicumque iudex poteſt ex officio ſuo aliquid facere, & illud non facit, non poteſt propterea appellari, qui non grauat, ſi non interponit officium ſuum non petitum, ideoque ſi omittit condemnare victum ad expenſas non petitas, non tenetur eas de ſuo reſarcire victori; quare, cum ad officium iudicis ſpectet condemnare ad expenſas non petitas ſequitur, quod ab earum omiſſione non poſſit appellari: addit Abb. alium rationem, videlicet quia iudex appellationis non iudicat, niſi ſuper petitis, & coram eo non poteſt aliquid de nouo peti; & quod iſto caſu victor non poſſit appellare etiam victo non appellante, ſentit, & defendit Felyn. *in d. c. ſignificauerunt limit. 4. num. 4.* hocq; argumentum confirmatur, quia non grauatus non appellat, *teſtib. Bal. Franch. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 5. numero 94.* ſed iudex non tenetur ſententiare ſuper expenſis non petitis, quia non tenetur impartiri officium ſuum, niſi petentibus, *Rebuff. tract. de expenſ. damn. & inter art. 1. gl. vna num. 12. tomo fol.* 447. Ergo ſi non condemnat, non grauat.

Contrariam opin. quod adhuc poſſit appellare, tenent Rot. & Ant. de Butr. quos citaui *num præcedenti verſ. ampli. 2.* & Ang. & Salyc. quos citat Felyn. *vbi ſupr.* & hanc eſſe veriorem opinionem in puncto iuris, teſtatur Imol. citatus a Felyn. *vbi ſupra*.

Quicquid poſſit dici diſputando, ego in praxi non recederem ab illa opinione contraria, quia iudex poteſt condemnare ad expenſas factas poſt litem conteſtatam quamuis petitæ non ſint, *Ant. de Butr. tract. de not. art. 4. ſub num. 5. in fine, & ſeqq. tomo 4. fol. 35. Rebuff. dicto tract. de expenſ. & c. art. 3. gloſ. vna, ſub numer. 16. tomo 3. fol. 448. & Couar. pract. qq. cap. 27. num. 5. verſ. 7.* Vnde licet actor vel incuria, vel bona fide omiſerit petere in libello condemnationem expenſarum, eo quia ſperabat fore, vt reus, monitus lite conaretur ſatisfacere actori, vel lis cito terminaretur, tamen non debet omittere iudex, qui nouit perfidiam rei, & omittendo non faceret in lite, quod facere deberet, & conſequenter male vteretur arbitrio, faceretq; iniuſtitiam, a qua etiam in arbitrarijs licita eſt appellatio, neque eſt neceſſaria petitio partis in eo, quod iudex ex debito iuſtitiæ tenetur facere; vnde ſtat. vrbis *libr. 1. capitul. penult. de expenſis litis*, hac forſan conſiderata ratione mandant, vt victus victori reficiat expenſas, etiam quod in ſententia omiſſa ſit earum condemnatio.

36 Tertius caſus eſt; quando non appellauit infra decem dies, ſuppoſito quod potuiſſet appellare, iſto caſu dubitatur, nunquid expenſas, quarum condemnatio fuit omiſſa; poſſit iterum petere, in quo dubio licet Spec. Rot. Ant. de Butr. & Abb. ſupra citati nullum faciant verbum; tamen ex infraſcriptis videtur negatiuè reſoluendum, quod eas vlterius petere non poſſit.

Primo, quia ab iſta omiſſione, ſaltem quando expenſæ fuerunt petitæ, datur appellatio, *vt ex Spec. Rot & alijs retuli ſupr. numero* 34. & iam ſupponimus, licuiſſe appellari: ergo præſupponitur ſententia diffinitiua, ſeu habens vim diffinitiuæ, quia alias non potuiſſet appellari: ergo obſtabit res iudicata.

37 Secundo probatur *ex l. 3. terminato Cod. de fruct. & lit. expenſ.* vbi Doct. notant, quod poſt latam diffinitiuam ſententiam in negotio principali non poſſunt poſtea peti expenſæ, ſi in ſententia non ſint reſeruatæ, id eſt, non ſit facta condemnatio, & apertius ex *l. 4. ſi depoſita C. depoſ.* vbi depoſitarius, condemnatus ad ſortem principalem tantum, poteſt exceptione rei iudicatæ ſubmouere actorem petentem vſuras, & in proprijs terminis quod victus, non condemnatus ad expenſas, cenſeatur ab eis abſolutus ſcribit Aſin. *in prax. §. 32 cap. 2. lim. 22 fol.* 214. & ideo iudex amplius eum condemnare non poteſt, niſi condemnet eodem die, *Aſin. dict. capitul. 2. limit. 33. numero 1. folio* 215.

38 Contraria opinio ſuadetur ex eo, quia in illo articulo; an ſententia, quæ non definit totum negocium deductum in libello, ſit valida, diſtinguitur, vt ſi libellus contineat vnicum capitulum, puta, quia petuntur decem, & iudex condemnat ſimpliciter ſine dictione taxatiua ad quinq; ſententia eſt nulla, *per ea, quæ ſcribunt Bart. in l. 1. ſub num. 1. & 2. Bal. num. 3. & ſeqq. ver. oppono dicitur, & Salyc. nu. 4 ver. ſtat. igitur C. ſi aduerſus rem iudic.* & fuſius, & diſtinctius Abb. *in cap. 31. cum inter. col. penult. & vlt. ſub nu. 24. ver. ſi vero libellus continet, & de ſent. & re iud.* & clare Rebuff. *tract. de ſent. execut. art. 7. gloſſ. 10. numer. 5. tomo 1. fol.* 367. & hanc eſſe opin. communem * teſtantur & ſequūtur Salyc. & Abb. *vbi ſupra*. Secus eſt quando libellus continet genus reſolubile in diuerſas, & certas ſpecies, ſeu continet capitula diuerſa, & ſeparata, quia tunc ſententia tenet ſuper expreſſis, & alijs iudex non videtur abſoluere, nec condemnare, *Bart. Salyc, Abb, in locis ſupra proxime citatis, & Marcheſ. tract. de commiſſ parte 1. de commiſſ. appell. ſuper. diuerſ. cap. 28. num. 27. fol. 300. in 2. impreſ.* ſic quod legitimè cumulato petitorio, & poſſeſſorio, ita vt vtrumque debeat vnica ſententia terminari, tamen ſententia, quæ vnicum terminet, ſit valida, retuli, & ſequutus ſum *ſupra limit. 6. membr. 7. numero* 139. & quod omiſſa condemnatione ſuper fructibus, ſententia lata ſuper condemnatione negotij principalis non cenſeatur abſoluiſſe nec condemnaſſe quoad fructus, ſcribit Rot. diuerſ. quam citaui, & ſequutus ſum *infra ſub n. 40.*

Sed expenſæ, quamuis petantur in libello dato ſuper negotio principali, ſunt res ſeparata, vt in alio propoſito ſcripſi *ſupr. d. lim. 6. memb. 9. ſub num. 36. ver. At fructus*, & ideo à ſententia lata in poſſeſſione momentanea vna cum condemnatione expenſarum denegatur appellatio quoad poſſeſſionem, & conceditur quoad expenſas, *vt retuli, & ſequutus ſum d. memb. 9. ſub n. 22. ver. explica, & n. 31. & ſeqq.* Ergo licet omittantur in ſententia, tamen ſententia remanet valida, & ſuper expenſis non dicitur lata, & conſequenter poſſunt iterum peti.

39 Et in indiuiduo quod ſentẽtia lata ſuper negotio principali, omiſſis expenſis etiam petitis, ſit valida, quia pronunciatio ſuper expenſis non eſt de ſubſtantia ſententiæ diffinitiuæ, ſcribit Bal. *in l. 1. num. 6. ver. & ſic non obſtat C. ſi aduerſ. rem iudic.* ſeu quia expenſæ ſunt acceſſorium, & ſententia lata ſuper principali, omiſſo acceſſorio, eſt valida, *Felyn. in d. cap. 13. cum inter nu. 15. fallen 9. & 10.* & quod expenſæ ſint acceſſorium, ſcribit Ant. de Butr. quem citaui *d. memb. 9. n. 28.* Et quod licet iudex non condem-

nauerit

nauerit ſuper fructibus petitis, tamen ſententia ſit valida, ſcribit Bal. *in l. cum propria numer. 4. ver. ſed pone C. ſi quis alteri vel ſibi &c.* Et quod ſi eſt omiſſa condemnatio expenſarum, lapſus decendij non obſtet victori, quia grauamen illud illatum ex omiſſione iudicis non tranſit in rem iudicatam, refert dubitatiuè Felyn. *in c. 11. ſingnificauerunt, ſub n. 3. lim. 3. de execut.*

Non obſtat primum argumentum adductum pro contraria parte, de appellatione, quę non poteſt ſtare ſine ſententia, quia reſpondeo, poſſe appellari à quocunque grauamine illato, quod per diffinitiuam reparari non poteſt; ſed non pronuntiare ſuper expenſis petitis eſt grauamen, quod non poteſt reparari per diffinitiuam, ex quo diffinitiua eſt lata; ergo debet poſſe appellari; quare ſi reus opponat aliquam exceptionem releuantem, & petat à iudice pronunciari, & iudex procedat ad vlteriora, non aliter pronuntiando poteſt appellari.

40 In hac controuerſia pro reſolutione diſtingue duas ſpecies expenſarum.

Prima ſpecies ſunt expenſæ, quæ debentur officio iudicis, ideſt, quæ fiunt poſt conteſtatam litem; & in iſtis concludo veram eſſe primam opinionem negatiuam, quod amplius peti non poſſunt, & hoc eſt, indiſtinctè verum ſiue expenſæ non fuerint petit, vt loquendo generaliter de ijs, quæ veniunt acceſſoriè, vt fructus, damna, & intereſſe, ſcribit Innoc. *in c. 11. grauis verſic. item ſi agitur petitione hæreditatis de reſtit. ſpol.* & loquendo de damnis, & fructibus in iudicio ſpolij, ſcribit Papien. *in prac. in form. libell. in cauſ. ſpol. poſſ. in gl. ſimul ſub num. 2. & gl. vlt. ſub nu. 1. fol. 811.* ſiue fuerint petitæ, vt, loquendo in terminis relatis ſcribit Innoc. *vbi ſupra*, & loquendo de fructibus petitis in cauſa ſpolij, ſcribunt Bald. *in d. l. 5. cum propria nu. 4. ver. ſed pone C. ſi quis alteri vel ſibi* dicens, quod ſi iudex non condemnauit in fructibus petitis valet ſententia, & iterum peti non poſſunt, quando veniebant officio iudicis mercenario, *Boer. deciſ. 18. circa primum ſub numer. 2. & Rot. diuerſ. deciſ. 807. quoad primam ſub numer. 3. & 4. parte 1.* dicens, quod quamuis iudex, non condemnando ad fructus perceptos, videatur abſoluiſſe, hoc tamen, inquit, non prouenit ex eo, quod iudex pronuntiauerit, ſed ex eo, quod, cum fructus petantur officio iudicis mercenario, non poſſunt peti, terminato negotio principali, quia nulla adeſt actio, cui officium iudicis poſſit inſeruire.

41 Limita hanc concluſionem, dum dixi quod officium iudicis expirat poſt latam ſententiam, & quod ideo non poteſt fieri amplius condemnatio expenſarum, vt non procedat in ſententia lata contra attentatem ſuper reuocatione, attentatorum, quia licet iudex omiſerit in ſententia condemnationem expenſarum: tamen poterit poſt ſententiam ex interuallo condemnare ad expenſas, *Rot. deciſ. 1. alias 13. ſi iudex reuocet vt lit. pend. innou. & deciſ. 1. alias 474. nota ſi attentata de offic. iud. in antiq. Mil. in repert. in verbo. iudex qui reuocauit 1. fol. 175.* quos etiam refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. c. pen. num. 44. fol. 456. & c. vlt. ſub n. 108. fol. 462.*

42 Amplia primo hanc limitationem, vt poſſit condemnare non ſolum eadem die, ſed etiam poſt lapſos decem dies, & ſic poſtquam ſententia tranſierit in iudicatum; imo, ſi ſententia non tranſierit in iudicatum eo quia ab ea fuerit appellatum, non poteſt iudex condemnare ad expenſas, teſtibus iiſdem Doctoribus, quos citaui, & ſequutus ſum *infra num. quarto*.

43 Amplia ſecundo vt condemnatio expenſarum omiſſa in poſſeſſorio poſſit per viam attentati reparari in petitorio, *Bellam. deciſ. 72. lata ſententia Felyn. in c. 11. ſignificauerunt ſub nu. 7. ibi, ſcias etiam quod ſententia de except. & Lancell. tract. de attent. par. vlt. cap. 30. de priuil. attentat. n. 145. fol. 456.*

44 Reſtringe eandem limitationem, vt non procèdat ſi à ſententia, qua reuocantur attentata, fuerit appellatum quia tunc iudex non poteſt condemnare ad expenſas, *Rot. d. deciſ. 1. alias 13. ibi, intelligo prędictam concluſionem vt lit. pend. in nou. Mil. vbi ſupra, & Lancell. d. c. vltim. num. 109. fol. 462.*

45 Secundam ſpecies ſunt expenſæ, quæ debentur iure actionis, id eſt, ſunt debitæ ante conteſtationem litis, vt puta ex Inſtrumento; Et in iſtis concludo, quod poſſunt iterum peti etiam poſt latam ſententiam, *Iaſ. in §. actionum. Inſtitut. de action. numero 52. & 53. fol. 83.* & poſt rem iudicatam illius ſententiæ, *Couar. pract. qq. capit. 27. num. quinto verſus finem, verſ. ſed & vera lib. 2. fol. 536.* Et quod etiam fructus, qui debentur iure actionis, poſſint peti, quamuis iudex eos omiſerit in ſententia, ſcribit Rot. *diuerſ. d. deciſ. 807. num. 6. verſic. vnde quando.* Et quod fructus, qui veniunt principaliter, vt in interdicto vnde vi, poſſint peti etiam poſt ſententiam ſcribunt Abb. *in d. c. 11. grauis num. 10. in fine, & Boer. d. deciſ. 18. ſub num. 2.* & quod damna, & cœtera acceſſoria, contingentia ante libellum, vel litis conteſtationem, poſſint peti in alio nouo iudicio, ſed ante annum, ſcribit Papien. *in d. gl. ſimul. ſub n. 2. fol. 811.*

46 Redeundo vnde diſceſſi ad ampliationem tertiæ ſublimitationis, poſitam *ſupra nu. 34. & ſeq.* in quibus firmaui concluſionem, quod poſſit appellari ab omiſſa condemnatione expenſarum.

Extende nunc eandem concluſionem, vt poſſit appellari etiam à iudice appellationis, ſi non condemnauerit in expenſis, quia grauatur pars, ſi fuerint petitę, & iudex non condemnet, *Rebuff. tract. de appell. art. 9. gl. vna, nu. 27. ver. & niſi tomo 3. fol. 509.*

47 Declara primo ſubextendendo hanc extenſionem, vt iudex appellationis debeat condemnare non ſolum ad expenſas cauſæ appellationis, ſed etiam ad expenſas cauſæ principalis, *Rebuff. d. art 9. gl. vna, n. 28. ver. imò iudex tom. 3. fol. 509.*

48 Amplia primo hanc declarationem, vt in tantum iudex appellationis debeat condemnare etiam ad expẽſas cauſæ principalis, vt ſi, confirmando ſententiam condemnauerit ſimpliciter victum ad expenſas, intelligatur condemnaſſe non ſolum ad expenſas cauſæ appellationis, ſed etiam ad expenſas cauſæ principalis, *Fely. in c. 11. ſignificauerunt, nu. 7. ver. demum circa, de except. Dec. in c. 26. reprehẽſibilis col. 3. ver. in gl. in verbo propriũ n. 22. de appel. Put. deciſ. 246. in vna Cæſarauguſt. lib. 2. et Rebuff. d. gl. vna, n. 29.*

49 Tempera primo hanc ampliationem, vt non habeat locum, quando apparet, victum habuiſſe iuſtam cauſam litigandi coram primo iudice, quia iſto caſu non cenſetur condemnatus ad expenſas coram illo factas; nam quando verba ſententiæ ſunt apta comprehendere, plura vel pauciora, vel habere effectus diuerſos, nunquam trahuntur ad illum ſenſum, per quem iudex videatur facere iniuſtitiam, & ideo verba ſententiæ reſtringuntur, & limitantur ex actis *Felyn. vbi ſupra*, & quod decreta iudicum ſint interpretanda, vt non trahantur ad intellectum iniquum, ſcribit Crauet. *conſ. 5. tria ſunt n. 14.* & quod ſint interpretanda ita, vt non mereantur reprehendi à ſapientibus, ſcribit idem Crauet. *ibidem, & conſ. 3. iudex habens, ſub nu. 12.* quia lex debet interpretari, vel legiſlator non mereatur reprehendi à ſapientibus, *Bal. conſ. 87. per ſtatutum lib. 4.*

Hoc temperamentum non ſeruatur in Rota, quę ſemper condemnat in expenſis, vt teſtatur Put. *dicta. deciſ. 246. in fine, & multo minus ſeruaretur in Curijs,* Franciæ per ea, quę dixi *infra n. 54. in fine.*

Tempera ſecundo, vt non procedat quando iudex qui tulit ſententiam in cauſa principali, abſoluiſſet ab expenſis, *Put. vbi ſupra.*

Tempera

Tempera & tertio, vt non procedat, quando iudex appellationis pronuntiat ſolum ſuper deſertione appellationis, vide *ſupr. q. 11. n. 161. in fine.*

50 Amplia ſecundo, vt iudex appellationis in tertia inſtantia, reuocando alias duas ſententias conformes latas in prima, & ſecunda, teneatur condemnare victum non ſolum ad expenſas coram ſe factas in tertia inſtantia, ſed etiam ad expenſas factas in inſtantijs præcedentibus, quamuis in illis reportauerit ſententias fauorabiles, & ita iudicatum fuiſſe in Senatu Pariſienſi teſtatur Rebuff. *trac. de appell. art. 9. gl. vna, n. 30. tom. 3. fol* 509.

Contrariam tamen videtur dicendum de iure communi *per ea, quæ ſcripſi infra ſub n. 54. ver. ratio, & n. 55.*

51 Declara ſecundo nunc reſtringendo eandem extenſionem, & eius ampliationes poſitas *ſupra n. 46. & ſeqq.* vt ſint veræ, quando expenſæ ſunt petitæ; ſecus eſt quoad expenſas non petitas coram iudice à quo, quia iudex appellationis non tenetur pronuntiare ſuper non petitis, & coram eo non poteſt aliquid de nouo peti, *Abb. in cap. 10. ſignificauerunt, n. 20. & 21. de except. quem latius citaui, & ſequutus ſum ſupra ſub n. 35.* vnde non debet admittere impertinentia ad cauſam, neque nouum capitulum, *Guid. Pap. tract. de appell. n. 2. fol. 57.* & debet cognoſcere ſolum de eo, de quo cognouit iudex à quo, *vt latè explicaui ſup. q. 11. n. 27. & ſeqq.*

Imò hæc declaratio videtur adeo vera, vt neque ſufficiat, expenſas fuiſſe petitas, ſed requiratur etiam, quod iudex à quo ſuper eis iudicauerit, alias iudex appellationis non poſſit ſe intromittere in expenſis, in quibus non iudicauit iudex à quo, *Dec. in c. 26. reprehenſibilis, ſub n. 22. et 23. de appell.*

Vlterius non ſatis eſt, fuiſſe iudicatum; ſed requiritur etiam, quod fuerit appellatum, alias iudex ad quem non eſſet iudex, *Rebuff. d. art. 9. gloſſ. vna, num. 32. verſ. intellige, fol.* 509.

52 Contraria opinio, nempè, quod iudex appellationis poſſit condemnare etiam ad expenſas non petitas coram iudice à quo, ſuadetur ex eo, quia ſicut poterat iudex à quo pronuntiare ſuper expenſis ortis poſt litis conteſtationem, quamuis petitæ non eſſent, *vt ex Ant. de Butr. Rebuff. & Couarr. retuli, & ſequutus ſum ſup. ſub numer. 35. ver. quicquid.* de omnibus enim, quæ obueniunt poſt conteſtatam litem, & ſic de damnis, intereſſe, & alijs acceſſorijs poteſt iudex ex officio cognoſcere, & iudicare, quamuis in libello petita non ſint, & ſine partis petitione, *Papien. in pract. in form. libell. in cauſ. ſpol. poſſ. in gloſ. ſimul. n. 2. fol.* 810. & 811. Quare fructus percepti poſt conteſtatam litem veniunt reſtituendi, quamuis petiti non ſint, *Dec. in l. 3. edita num. 44. C. de eden. Pont. tract. de ſpol. libr. 4. c. 2. n. 26. tom. 14. fol.* 304. & maximè quando agitur de recuperanda poſſeſſione, *Alex. conſ. 92. viſo & opportune, n. 27. lib. 5.* ita etiam debet poſſe pronuntiare iudex appellationis *per ea, quæ dixi d. q. 11. n. 17.*

53 Ego non diſcedo ab hac contraria opinione.

54 Declara tertio reſtringendo, vt procedat quando iudex appellationis infirmat primam ſententiam ex eiſdem actis, ſecus ſi ex nouis, quia tunc non debet condemnare ad expenſas ſecundæ inſtantiæ, *Rot. deciſ. 10. alias 251. licet ſententia, de dol. & contum. in non. & captaq. deciſ. 340. ſeu a. expenſæ litis, num. 3. p. 1. & deciſ. 142. ſeu 290. ſententia quando p. 3.*

Ratio eſt, quia appellatus, cum haberet ſententiam pro ſe in prima inſtantia, habuit iuſtam cauſam litigandi, & eum non debet condemnare ad expenſas, *Rebuff. tract. de expenſ. damn. & inter. art. 1. gloſſ. vna n. 39. tom. 3. f. 441.*

Contrarium ſeruatur in Regno Franciæ, quia licet quis obtinuerit ſententiam in prima inſtantia, tamen ſi ſuccumbat in cauſa appellationis, condemnatur in expenſis, vt teſtatur Rebuff. *d. gloſ. vna, n.* 40. vbi non diſtinguit, an ſuccumbat ex nouis, vel ex eiſdem actis.

55 Declara quarto reſtringendo, vt non procedat, quando is, qui condemnatur in tertia inſtantia fuiſſet victor in prima, & ſecunda, quia tunc eſſet excuſandus ab expenſis tertiæ inſtantiæ, in qua ſuccumbit, *Rebuff. tract. de app. art. 9. gl. vna, in fine, ver. maximè, to. 3. fol.* 511.

Subdeclaranda forſan erit hæc declaratio, vt procedat, quando ſuccumberet ex nouis actis, ſecus ſi ex eiſdem actis *per ea, quæ dixi num. præcedenti.*

56 Infero obiter ex tota hac vigeſima prima limitatione, quod ſicut datur appellatio ab abſolutoria expenſarum, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra n. 15. ver. ſublimita* primo. Ita debet a fortiori dari à condemnatoria expenſarum, *vt ex Franch. Dec. & alijs retuli, et ſequutus ſum ſupra lim. 1. num.* 45.

Oppono contra hanc illationem, quia iudex à quo poteſt, non obſtante appellatione interpoſita à condemnatione expenſarum, taxare expenſas, *vt retuli ſupra qu. 3. num. 54. lim.* 2. Ergo non datur appellatio, nempe ſuſpenſiua, quia, ſi daretur, iudex à quo non poſſet procedere ad taxationem.

Huic oppoſitioni reſpondeo, quod opinio vera, quam ibidem ſecutus ſum *ſub n.* 55. eſt in contrarium.

57 Amplia hanc illationem, vt poſſit appellari etiam à taxatione expenſarum, *Iaſ. in l. 1. properandum, § ſin autem alterutra ſub num. 25. not. 2. ver. ſed nunquid à taxatione expenſarum, C. de iud. et Io. de Amic. conſ. 147. ſuper dubio, num.* 7.

Contrariam opinionem, nempè à taxatione expenſarum non appellari, tenent Bart *in l. fin. not. 2. n. 2. C. quor. appell. non recip. et Aſin. in prax iud. § 32. c. 21. n. 1. et ſeqq. et n. 4. fol.* 220.

Pro concordia, vera, & clara reſolutione procedam, declarando ampliationem.

58 Declara primo, eam eſſe veram quando appellatur à taxatione exceſſiua, quia tunc poteſt appellari, *Bart. in l. 4. ab executione, n. 13. ver. ſed iuxta prædicta quæro, ff. de appell. et relat. Bal. in l. 3. terminato, ſub n. 8. verſ. modo ego quæro et num. 17. ver. pono quod C. de fruct. et lit. expenſ. et in margarita ad Innoc. in verbo appellari poteſt à iuramento. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. in 3. et vlt. actu, in verbo: poſt omnia aduertatur etc. num. 22. fol. 522. Carant. ſuper rit. 298. num. 22. Aſin. in d. § 32. c. 21. n. 2. et Rugin. tract. de appell. § 2. c. n.* 922. Et ita procedat ampliatio.

Secus ſi non appellatur ab exceſſu, ſed appellatur ſimpliciter à taxatione, quia tunc non poteſt appellari, & ita procedat opinio contra ampliationem.

59 Extende primo hanc declarationem in prima parte, dum dicimus, poſſe appellari à taxatione exceſſiua, vt procedat etiam ſi non ſit appellatum à ſententia lata ſuper negotio principali, neque à ſententia condemnationis expenſarum, quæ propterea fecerint tranſitum in rem iudicatam; quia adhuc poterit appellari à taxatione expenſarum, ſi iudex, taxando, modum exceſſerit, *Franch. in cap. 44. ſæpe num. 56. q. 10. de appell.* quod ſentiunt ibidem Innoc & Abb. à me citati *num. ſeqq.*

60 Extende ſecundo, vt licet quis ſit condemnatus ad expenſas vigore obligationis cameralis, tamen, ſi illæ expenſæ taxentur vſque ad ſummam appellabilem, dabitur appellatio ab exceſſiua taxatione.

61 Extende tertio, vt procedat etiam in exceſſiua taxatione expenſarum, quæ debentur ratione interlocutoriæ, quia licet ab illa interlocutoria non ſit appellatum infra decem dies, & ideo minus poſſit appellari à condemnatione expenſarum, ex quo illa condemnatio expenſarum eſt executio illius pronuntiationis, ſeu interlocutoriæ, *vt retuli, et ſequutus ſum inf. n. 65. ver. limita primo* tamen poterit appellari ab exceſſu taxationis, *Innoc. in d. c. ſæpe, ſub n. 3. ver. item nota, et Abb. ad finem, ſub n. 25. de appell.*

62 Ex-

Digitized by Google

62 Extende quarto, vt procedat etiam ſi victus fuerit verus contumax in ſententia, & etiam in condemnatione expenſarum, quia nihilominus poteſt appellare ab exceſſu taxationis, ſed debet in appellatione exprimere certam quantitatem exceſſus, alias appellatio non teneret, Franch.in d.c.44.ſæpe,n.58.& 59.q.12.de appell.

63 Extende quinto, vt procedat etiam in expenſis contumacialibus, quia & ſi contumax non antea poſſit audiri, quam refecerit eas, vt retuli,& ſequutus ſum infr.n.67.ver. limita ſecundo, tamen ab earum taxatione exceſſiua poterit appellare, Bal.in l.3.terminato, n.17.ver. pone quod victus, C.de fruct.& lit.expenſ.& Iaſ.in l.13.ſancimus,n.17.q.5.in fine,C.de iud.

Comprobantur hæ omnes extenſiones, quia in nullo caſu intelligitur prohibita appellatio ab exceſſu, & nulla cauſa eſt in mundo, in qua non poſſit appellari ab exceſſu, nam poteſt appellari etiam ſi cum iuramento ſit promiſſum non appellare, vt retuli, & ſequutus ſum ſupr. lim. 10.ſub n.28.& 29.

64 Declara ſecundo, vt maximè ſit vera; quando condemnatio ſeu taxatio expenſarum fuit facta in ipſa ſententia diffinitiua, quia illo caſu taxatio eſt diffinitiua, cum ſit pars diffinitiuæ, Franch.in c.60.cum ceſſante,n.53. verſ.decimoſeptimo ſententia, de appell. & ideò poterit appellari ſimpliciter abſque eo, quod appelletur ab exceſſu.

65 Limita primo nunc eandem illationem, poſitam ſupra n.56. vt non procedat, quando iudex protulit interlocutoriam, & in ea non condemnauit ad expẽſas, ſed poſtea, elapſis decem diebus, condemnat ad dictas expenſas, quia condemnatus non poteſt tunc appellare à condemnatione dictarum expenſarum ratione illius interlocutoriæ, quia talis condemnatio eſt executio illius ſententiæ interlocutoriæ, vnde, non appellando ab illa interlocutoria, videtur acquieuiſſe in totum, Innoc.in d.c.ſæpe, ſub num.3. verſ.item not. Abb.ad finem ſub n.25.& Franch.ſub n.55.q.9.de appell.& Aſin.in prax.iud.§.32.cap.20.in fine,ſub n.3. ver.non eſt etiam fol.220.

66 Sublimita hanc limitationem, vt non procedat, quando condemnatus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi in illa interlocutoria, quia tunc quandocunq; condemnetur ad expenſas poteſt à tali condemnatione expenſarum appellare, vt ſcribunt iidem Innoc. Abb. Franch.& Aſin.citati n.præcedenti.

67 Limita ſecundo, vt non procedat in expenſis contumacialibus, quia contumax, volens audiri, debet eas reficere, & ideo ab illarum condemnatione non poteſt appellare, Carau.in rit.298.not.n.21.22.& 23.& Rugin.tract. de appell.§.2.c.3.n.914.verſ.in contrarium,& n.915.et 919 et ſeqq. quod etiam hac ratione oſtenditur.

† Et hoc adeo verum eſt, vt ſi contumacij, poſtea vincat, in negotio principali abtineatq; aduerſarium in expenſis condemnari non tenebitur aduerſarius ipſas expenſas contumaciæ reficere ita Marſil.in C.patre vel marito,num. 101.ff.de q...

Is, cui denegatur audientia, non appellat, Spec. Franch. Nicel. Rebuff.& alij, quos retuli,& ſequutus ſum q. præced. lim.1.n.30. ver.tertio illa.

Sed contumax non auditur, ſicq; ei denegatur audientia, niſi refecerit expenſas, l.13.ſancimus,& ibi Iaſ.n.5.not. 4.C.de iudic. vbi ponit regulam, Dec.in conſ.34.pro tenui facultate,col.pen.n.6. adeo quod ſi vnus denarius deficeret non debet audiri, Iaſ.in d.l.ſancimus, ſub n.7. extenſ.8. Dec.vbi ſupra,& Achil.Perſon.tract.de adipiſc.poſſ.n.73.in fine,tom.3.p.2.fol.248. nec ſufficeret depoſitum, Iaſ.in d.l. ſancimus, num.13.& 14.ver.3. Dec. vbi ſupra, & Achil. Perſon.d.tract.de adipiſcend.num.74. Ergo contumax non appellat.

Imo contumax poteſt condemnari ad expenſas ſine noua citatione, Gemin.in c.1.§.quod ſi appellator ſub n.2. verſ.nota quod contra,& Franch.n.2.not.3.de appell. in 6.

Adde ſi placet doctrinam Salyceti, quam refert, & ſequi videtur Aſin.in prax.iud.§.32. cap.20.ſub num.3. verſ. verum.

68 Amplia primo hanc limitationem vt habeat locum etiam in eo, qui tarde producit inſtrumentum ſolutionis, aut alterius tenoris releuantis producẽtem à petitis, quia cum ſit contumax in productione non debet audiri, niſi refuſis expenſis, Dec.conſ. 241.ſcripſi alias,num.1. Marſ. in pract.crim.§.opportunè.n.91.Rebuff.tract. de expenſ.damn. et inter.art.4.n.4.verſ.notandum eſt, tom.3. fol.449. Io.Redin.tract.de maieſt.princip.in verbo,ſed etiam per legitimos. num.141. tom.16.fol.185. Aſin. in prax. iudic.§.32. cap.2. ampl.46.fol.203.et dixi ſupra lib.1 c.73.ſub num.2.verſ.minus obſtat quod tarde, & in pulchro caſu, licet non loquatur de tempore reficiendarum expenſarum, Caſſad.deciſ. 3.ſæpe,num.1.et ſeqq.de appell. dicens, fuiſſe concluſum in Rota, quod condemnatus, & paſſus fieri executionem, quæ non fuiſſet facta, ſi produxiſſet appellationem, quam fecerat, tenetur ad omnes expenſas executionis, quia appellatus, & iudex exequentes in nihilo peccarunt, ignorantes appellationem, ſubdens inter alia, quod quis poteſt habere iuſtam cauſam litigandi vſque ad certam partem iudicij, & vſque ad certam non, quod, inquit, eſt menti tenendum propter expenſarum refectionem, & demum notat, quod omnes expenſæ, quæ fiunt ob contumaciam alterius partis, indiſtinctè præſtantur, qualemcumque cauſam litigandi habuerit is, cui præſtantur.

69 Amplia ſecundo in clerico, qui tarde poſt latam ſententiam allegat priuilegium ſui clericatus, quia, cum fuerit contumax in illa allegatione, non debet audiri, niſi prius refecerit expenſas, Bellam.deciſ.226. in cauſa, de for. compet.fol.59.Caſſad.d.deciſ.3.n.5.Dec.d.conſ.241.Gramm. vot.18.in cauſa nobilis, ſub n.14.verſic. reſtat. Luc.Præt. in pract.capit.lib.2.cap.1.ſub n.12.verſ.ſed & eo caſu. Vrſil.in annot.ad Affi.deciſ.2.n.4. Aſin.in prax.iud.§.32.c.2. ampl. 61.num.1.fol.205.& ſcripſi d.lib.1. c.73.ſub n.2.verſ.minus obſtat.

70 Et in caſu clerici tarde producentis, ſeu allegantis priuilegium clericatus quomodo teneatur ad expenſas &c. vide Aufr.tractat.de poteſt.ſecul.reg.2.ſub num.23.tom.16. fol.290. qui declarat, clericum non teneri ad expenſas, ſi iudici conſtet de clericatu ex ipſamet citatione, vt quia citabatur vti clericus, et Foller. in pract.crim. in verbo, audiantur excuſatores, n.38 et fol.60. & Vide Itar Vrbis lib.1. cap.61.

71 Et quod clericus inquiſitus debeat facere expenſas circa acta, quæ fiunt in remiſſione coram iudice laico, ac etiam pro ſeruientibus, qui habent ducere ipſum clericũ, & pro copia proceſſus tranſmittendi ad iudicem eccleſiaſticum, credit ex veriori opinione, relatis prius tribus opinionibus, Carau.tit. 235.ſub n.13. verſus finem, quem totaliter refert, & ſequitur Aſin.in prax.iud.§.32.c.2.ampl.61.n.2.et ſeqq.fol.205.

72 Limita tertio, vt non procedat in condemnatione expenſarum facta in vltima ſententia, quæ inducit rem iudicatam, quia ſicut non poteſt appellari ab illa vltima ſententia, quia eſt res iudicata, ita etiam non poteſt appellari à condemnatione expenſarum, contenta in illa ſententia, cum condemnatio expenſarum iſto caſu veniat acceſſoriè, & vti executio rei iudicatæ, & in his terminis videtur poſſe procedere doctrina, quam ex Ant. de Butr. Alex.Boſſ.Contar.& Rugin.retuli ſupra lim.6. memb.9.n. 28.et num.29.et 30. vbi videas. Et ratio eſt, quia cum quis condemnatur per tres conformes, neceſſario debet condemnari ad expenſas propter notoriam eius temeritatẽ in litigando, & in notorijs non datur appellatio iuxta ea, quæ retuli, et ſequutus ſum ſupra lim.4.princip.

Con-

Confirmatur hæc limitatio, quia à condemnatione expenſarum ratione interlocutoriæ non datur appellatio, quando non datur ab ipſa interlocutoria, quia fecerit tranſitum in rem iudicatam, vide *ſupra n.56.*

73 Imo praxis & vſus Curiæ Romanæ non ſolum admittit hanc limitationem, vt non detur appellatio, ſed admittit, vt iudex executor poſſit ſine alia condemnatione taxare expenſas rei iudicatæ, & pro illis relaxare mandatum executiuum, vt patet ex his, quæ ſcribit Veſtr. *in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 14. verſic. his peractis*, vbi, nullo facto verbo de condemnatione facienda pro expenſis, aut de appellabilitate, ſcribit, vſum Palatij eſſe, vt poſt ſeruatos terminos id commiſſione rei iudicatæ fiat citatio ad videndum taxari, & moderari omnes, & ſingulas expenſas habitas, & factas, & literas executoriales decerni &c. quaſi Veſtr. clarè ſupponat pro iſtis expenſis, quæ veniunt acceſſoriè ad rem iudicatam, minus neceſſariam eſſe condemnationem, ſed ſolum taxationem, quia expenſæ in re iudicata veniunt vti executio, & acceſſorium inſeparabile.

Contrariam opinionem, nempe poſſe appellari quãdo iudex, qui profert tertiam, ſeu vltimam ſententiam cõformem, adijcit condemnationem expenſarum tenent Ang. *in l. 1. n. 1. C. ne lic. in vna & ead. cau. ter. prout.* Franch. Dec. Maran. Couar. Contar. & Theſſ. Foſſan. quos citaui, & ſequutus ſum *ſupra lim. 1. prin. n. 45.*

Comprobatur hæc opinio, quia licet à ſententia lata ſuper momentanea poſſeſſione non detur appellatio *per ea, quæ late ſcripſi ſupra limit. 6. membr. 1. numero 1. & membr. 3.* tamen datur à condemnatione expenſarum, *vt retuli, & ſequutus ſum eandem limit. 6. membr. 9. numero 22. 31. & 33.*

Ego non diſcedo ab hac contraria opinione.

Tempera hanc contrariam opinionem, vt non procedat de ſtylo Romanæ Curiæ, ſeu verius de iure ſtatutorum Vrbis, *lib. 1. c. penult.* quia, cum illo camandetur refici expenſas, quamuis earum condemnatio ſit omiſſa, non poteſt appellari à ſtatuto *per ea, quę dixi ſupra lim. 20. n. 1.* Vnde requiritur ſola taxatio, & ita procedit praxis & vſus Curiæ, de quo ſupra *verſ. imo.*

LIMITATIO XXII.

SVMMARIA.

Excomunicationis ſententia non admittit appellationem, n. 1. & ſeqq.

¶ *Infertur I. extendendo limitationem, quod appellatio non impedit, quin is, contra quem eſt lata ſententia excommunicationis, poſſit denuntiari excommunicatus, numero 4. & 5.*

Extenditur primo hæc illatio, vt poſſit denuntiar non ſolum ab excommunicatus ordinario, licet is ſententiam excommunicationis non tulerit, ſed etiam à delegato, &c. nu. 6.

Extenditur ſecundo, vt poſſit etiam aggrauari, n. 7.

Extenditur tertio, vt poſſit etiam priuari fructibus ſui beneficij, numero 8. Subextenditur hæc extenſio, numero 9. & ſeqq.

Reſtringitur eadem illatio, n. 12. & ſeqq.

Infertur II. extendendo, quod multo minus poteſt appellari ab abſolutione excommunicationis, n. 20.

Infertur III. extendendo, quod non poteſt appellari à ſententia, quia dicitur, excommunicatum eſſe abſoluendum præſtita cautione, numer. 23. & ſeqq. in quibus extenditur, & reſtringitur.

¶ *Sublimitatur I. eandem limitatio, vt non procedat ad effectum deuolutiuum, quia ad hunc effectum datur appellatio, n. 34. & 35.*

Sublimitatur II. vt non procedat in declaratoria incurſus in excommunicationem, num. 36. & ſeq.

Sublimitatur III. vt non procedat in præcepto facto ſub pœna excommunicationis, n. 47. & ſeqq.

Sublimitatur IV. quando ſententia excommunicationis continet patentem errorem, n. 53.

Sublimitatur V. in ſententia lata poſt appellationem, numero 54. & ſeqq.

Sublimitatur VI. in ſententia interdicti reſpicientis temporalia, num. 60.

1 LImita XXII. in ſententia excommunicationis, ſeu interdicti, quia trahit ſecum executionem, ideoque per appellationem non ſuſpenditur, *capit. 53. paſtoralis, §. verum quia de appell. Spec. tit. de appell. §. in quibus, ſub nu. 16. verſic. 17. lib. 2. fol. 186. Dec. in c. 26. reprehenſibilis n. 20. de appell. Nice. tract. de concord. gl. concord. 6. fall. 31. num. 73. fol. 194. Maran. in ſuo ſpec. parte 6. act. 2. princip. in verbo & quandoque appellatur n. 32. num. 351. fol. 509. & latius lim. 5. num. 178. & ſeqq. fol. 484. & Farinac. in qq. crimin. q. 101. lim. 13. num. 66. & 68.* & eſt limitatio communi*, quæ probatur ex textu *in cap. 40. per tuas de ſent. excom. & cu. 29. is cui eod. tit. in 6.* & quod effectus ſuſpenſiuus non habeat locum in ſententijs cenſuræ. ideoque appellatio in eis non ſuſpendat iudicatum, ſicque excommunicatus etiam appellatione pendente remaneat excommunicatus, ſcribit Franch. *in rubr. n. 32. ibi, ſed aduerte, & in c. 37. ad hæc quoniam nu. 1. & ſeqq. & in d. c. 53. paſtoralis §. verum n. 1. not. 1. de appellat.*

Contraria opinio; nempe admittendam eſſe appellationem etiam ſuſpenſiuam; ſuadetur duplici argumento.

2 Primo, quia per appellationem ſuſpenditur effectus ſententiæ, etiam ſi ſententia ſit talis, quæ trahat ſecum executionem, in tantum, quod & ſi ſententia ſit capitalis, & vltimi ſupplicij, in qua condemnatus ad mortem ſit ſeruus pœnæ, tamen per appellationem ſuſpenditur effectus ſententiæ, & ideo interim integer eſt ſtatus appellantis, & ſimiliter licet prælatus ſit depoſitus, tamen per appellationem ſuſpenditur effectus ſententiæ, & ideo poteſt interim exercere ſuam iuriſdictionem, *vt late retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 3. numero 75. & 74. & ſeqq. numero 72. & ſeqq.* Vnde non bene ratiocinantur, qui dicunt, ſententiam excommunicationis non ſuſpendi per appellationem, eo quia ſententia trahit ſecum executionem.

Secundo, quia licet ab interlocutoria non detur appellatio, *per ea, quæ dixi infra lim. 47. n. 1.* tamen datur, ſi contineat grauamen irreparabile, *vt retuli, & ſequutus ſum ead. lim. 47. ſublimit. 2. n.* ...

3 Sed ſententia excommunicationis dicitur continere grauamen irreparabile, quia continet executionem, vt pronuntiatum fuiſſe teſtatur Rebuff. *tract. de ſent. execut. art. 10. gl. 1. ſub n. 6. verſus finem tomo 1. fol. 403.* Ergo poteſt ab ea appellari.

Non diſcedo à limitatione.

Ad primum argumentum reſpondeo, ſpeciale eſſe in ſententia cenſuræ, vt trahat ſecum executionem, & ſentẽtiæ effectus per appellationem non ſuſpendatur, & ratio ſpecialitatis eſt, quia ſententiæ cenſurarum ſunt medicinales, & veniunt principaliter ad corrigendum, vnde, ne prætextu friuolæ appellationis impediatur correctio, fuit inducta iſta ſpecialitatis in eis, *Abb. in capitul. 44. ſæpe ſub numero 15. ibi, ſed ſaluando de appellat.* & quod ſint medicinales, & non tranſeant in rem iudicatam, ſcribit ibidem Franch. *numero 33.* & quod à correctione non detur appellatio retuli, & ſequutus ſum *infra limit. 26. illat. 2.* Quod ſi hæc ratio ſpecialitatis non placeret, vide Abb. *in cap. paſtoralis, §. verum quia num. 7. & ſeqq. vſque ad nu. 14. de appellat.* vbi conatur recenſere duodecim, ſeu treſdecim rationes.

Ad ſecundum poteris tu facile ex prædictis reſpondere.

4 Infero primo extendendo eandem limitationem vt licet is,contra quem eſt lata ſententia excommunicationis appellet, tamen is, non obſtante appellatione,poteſt denuntiari excommunicatus,*cap.53.paſtoralis §.verum quia de appell. Spec.et Maran. in locis citatis ſupra numero 1. et idem Spec.eod.tit. de appell.in §.nouiſſimè ſub num.1. caſ.5. Franch.in capit.13. peruenit.not.4.num.6.et cap.56. vt noſtrum,ſub numer.4.verſ.in gl.in ver.reuocamus, de appell.et latius Lancell. tract. de attent. parte 2. cap.12. de attent.et innou.appel.pend.lim.21.princ.n.1. et firmiter n.5.in fine, et n.6.et ſeqq.fol.370.*

Ratio eſt,quia denuntiatio eſt conſecutiua, & acceſſoria ad excommunicationem, ideo, etiam interpoſita appellatione ab excommunicatione,poteſt fieri,*Lancell.d.c. 12.lim.40.princip.n.6.fol.375.*

5 Subinfero,quod ſicut excommunicatus poteſt poſt appellationem denuntiari excommunicatus,vt ſic euitetur, etiam poterit excommunicatus petere ſe denuntiari, & declarari abſolutum, & non ligatum,vt ſic non euitetur, *Abb.in c.54 ſollicitudinem,not.2.ſub n.1.et Franch.not.2.n. 2.de appell.*

6 Extende primo nunc eandem primam illationem, vt excommunicatus poſſit, appellatione pendente, denuntiari excommunicatus non ſolum ab ordinario ipſius excommunicati, quamuis ipſe non tulerit ſententiam excommunicationis,*vt ex Innoc.refert,et ſequitur Abb.in c. 53.paſtoralis §.verum, qui num.22.ver.extra gloſ.quæro,et Franch.num.28. quæſt.7. de appell.et Lancel.dicta limit.21. princip.num.9.in vltimis verbis, fol.370.* ſed poſſit denuntiari etiam a delegato,niſi delegatus detulerit appellationi,aut ſuperior appellationem receperit,quia nis caſibus delegatus non poſſet denuntiare, *Abb.et Franch. in locis ſupra proxime citatis,et Lancell.dicta lim.21.nu.18.et ſeqq. et n.28.et fol.370.et 371.*

7 Extende ſecundo, vt poſſit non ſolum denuntiari excommunicatus, ſed poſſit etiam aggrauari neque aggrauatio reuocabitur, per viam attentati, *Rot.deciſ.59.alias 424.ex eodem facto, verſus finem, de appellac.in nou.Mil.in repert.in verbo attentata poſt executionem ſententiæ, fol. mihi 29.et Lancell.dicto capitul.12. limitat.21. numera 13. fol.370.*

Intellige hanc extenſionem vt ſit vera, quando aggrauatio non excedit fines excommunicationis, aliàs hæc extenſio non procederet, per ea, quæ dixi *infra num.12. reſtr.prima.*

8 Extende tertio, vt iudex poſſit etiam pendente appellatione priuare interim excommunicatum fructibus ſui beneficij,& diſtributionib.quotidianis,*Maran.in ſuo ſpec. par.6.act.2.princ.in verbo,et quandoque appellatur limit.5. nu.179.fol.484. et Laucell.tract.de attent.par.2. cap.12.de attent.et innou.appell.pend.lim.21.princ.num.1. et fuſius limit.22.n.1.et ſeqq.to. 5.fol.370.et 371.* Nam excommunicato debent ſubtrahi fructus, ſiue redditus ſui beneficij quantumcunq;dicatur excommunicatio iniuſta,'& quantumcunque ab excommunicatione pendeat appellatio; nec debet expectari euentus cauſæ, quia, cum ſit interim excommunicatus, & denegetur ſibi communio, ab eccleſia, eſt eidem deneganda omnis vtilitas ab eccleſia proueniens,*Abb.in cap.53. paſtoralis §.uerum not.ult.n.6. et Franch.not.ult.n.4.de appell.*& adde quæ ſcripſi *ſupra q. 3.effectu 4.n.76.*

9 Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat etiamſi in ſententia excommunicationis nihil dictum ſit de fructibus, *Abb.in d.cap.53.paſtoralis §. uerum ſub num. 17.ibi not.bene gl.de appell.et Maran.d.limit.5.numer.179. fol.484.*

10 Subextende ſecundo eandem extenſionem, vt procedat etiamſi excommunicatus non haberet aliud, vnde viueret, quia adhuc ei in nullo eſſet prouidendum, ſed,vti male meritus, debet publica egeſtate laborare, ſecundum ea,in quibus reſidet Gloſſ.*in dict.capitul.53. paſtoralis §.verum, & ibidem Abb.numera 16.de appellat.* eſſet tamen ei prouidendum, ne fame periret, ideoque ei facienda eſt eleemoſyna ſi tanta eſſet neceſſitas, vt fame poſſet perire,ſecus ſi non eſſet tanta neceſſitas. *Abb.d.n. 16.in fine.*

11 Subextende tertio,vt excommunicatio inducat non ſolum priuationem fructuum beneficij, vt dixi ſupra ſed poſſit etiam inducere priuationem ipſius beneficij, ſi excommunicatus,contemnendo excommunicationem,perſeueraret in ea poſt annum, ſed non antea, *Franch.in d.c. paſtoralis §.verum,q.2.n.23.de appell.*

Sed tu de eo, qui perſeuerat per annum in excommunicatione, poteris videre ea, quæ ſcripſi *ſupra lib.1.capit. 98.num.36.*

12 Reſtringe primo nunc eandem primam illationem, & in ſpecie ſecundam eius extenſionem, vt non ſint veræ, quando excommunicatus per denuntiationem in plus ligaretur, vt puta,quando quis declaratur excommunicatus,vti incendiarius *iuxta cap.19.tua nos de ſent.excomm.* vbi poſtquam quis eſt declaratus excommunicatus vti incendiarius non poteſt abſolui ab alio, quam à Papa; licet ante declarationem non eſſet neceſſaria abſolutio Papæ,& ſic per denuntiationem,& publicationem in plus ligatur,& conſequenter,appellatione pendente à ſententia excommunicationis, non poteſt deueniri ad denuntiationem, *teſtibus Imol. & Franch.quos refert & ſequitur Lancell.tract.de attent.par.2.c.12.limit.21.princ.n.14.15.& 16.fol.370.*

13 Reſtringe ſecundo, vt non procedat in ſententia excommunicationis lata ſub conditione, quia hoc caſu, ſi à tali excommunicatione appelletur ante impletam conditionem, non poſſet deueniri ad denuntiationem ea ratione,quia talis appellatio ſuſpendit excommunicationẽ, & interim ille non eſt excommunicatus: ergo non poterit denuntiari; quod procedit etiamſi poſtea impleatur conditio, Lancell.*dict.limitatio 21.numero 30. & ſeqq. fol.371.*

14 Reſtringe tertio in delegato, qui detuliſſet appellationi, vel ſuperior appellaiionem admiſiſſet, quamuis delegatus ei non detuliſſet, *Lancell.quem retuli ſupra n.6.verſ. extende primo.*

15 Reſtringe quarto quando quis fuiſset excommunicatus ignoranter;nam ſi talis a die notitiæ appellet appellatione pendente,non poteſt fieri denunciatio,ſeu publicatio,*Franch.in cap.53.paſtoralis §.verum quia,quæſt.5.n.26. de appell. & Lancell. tract.de attent.par.2.c.12. Limit.21. princ.n.19.ver.ſecunda lim.fol.370.*

16 Reſtringe quinto declarando, vt illatio procedat,quãdo conſtat excommunicatione,quia tunc,non obſtante appellatione, poteſt denunciari excommunicatio prius lata ſecus eſt quando eſt dubium de excommunicatione, & ſic quando non conſtat de excommunicatione quia, iſto caſu appellatio impedit denunciationem, ſeu publicationem excommunicationis,cum iudex velet eam facere ſuper facto non notorio,*Franch.in c.13.peruenit.not.4. numero 6.de appell.*

17 Declara obiter,vt excommunicatus debeat denunciari in publico,vt euitetur, *Abb.in cap.53. paſtoralis §.verum numero 3. & Franc.not.2.de appell.* Et quod Chriſti fideles non teneãt vitare excommunicatos,niſi fuerint nominatim denuntiati,retuli,& ſequutus ſum *lib.preced.cap.9. numero 235.*

18 Subdeclara, vt excommunicatus ſit euitandus etiam ſi non ſit denunciatus, dummodo non ſit occultè excommunicatus; quare denũtiatio fit ſolũ propter ignorantes excom-

excommunicatum, cum alias non ſit neceſſaria, quia excommunicatio trahit ſecum executionem, nec amplius ligat cum denunciatione quam ſine denuntiatione, *Abb. & Franch. citati numer. præcedenti.*

19 Aduerte etiam obiter ex iſta ſubdeclaratione, quod per denunciationem excommunicationis non probatur neceſſario excommunicatio, quia per denunciationem quis non ligatur, & ipſa denunciatio poteſt eſſe iniuiuſta: vnde neceſſario non infertur quod denuntiatus ſit excommunicatus, niſi aliter conſtet de ipſa excommunicatione, *Abb. d. c. paſtoralis, n. 5. & Franch. not. 3. num. 3. idem Franch. in c. 55. dilectis not. vlt. ſub n. 13. de appell.*

20 In foro ſecundo excedendo hanc eandem vigeſimamſecundam limitationem, quod multo minus poteſt appellari ab abſolutione excommunicationis *Guid. Pap. tractat. de appell. q. 110. n. 74. fol. 60. Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. & de attent. & innou. appell. pend. in præfat. nu. 106. lim. 3. tomo 5. fol. 348. & lim. 21. princip. in fine. ſub num. 36. fol. 371. & Ruginell. qui alios citat, tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 6.* & quod abſolutio facta iudice à quo poſt interpoſitam legitimam appellationem, valeat, & appellatio non ſuſpẽdat talem abſolutionem, ſcribit Franch. *in c. 25. qua fronte n. 29. & 35. in fine, de appell.* & dixi *ſupra q. 3. n. 35. verſ. infero nono.*

21 Subinfero, quod præſertim non poteſt appellari a ſententia, qua dictum ſit, excommunicatum, præſtita cautione, eſſe abſoluendum, *Card. Alex. in c. 25. qua fronte nu. 10. ibi, nota vltimo de appel. & Rugin. d. §. 2. c. 3. n. 7.*

22 Pro intelligentia huius ſubillationis debes ſcire, quod abſoluendus ab excommunicatione debet in abſolutione præſtare iuramentum de parendo mandatis eccleſiæ, *cap. 20. ad hæc de appell.* hoc ex conſuetudine potius, quam de iure, *c. 21. quæſtioni, eod. tit.* ſed licet abſolueretur ſine iſto iuramento, tamen abſolutio non eſſet nulla, ſed eſſet iniuſta, *Franch. in d. c. quæſtioni, ſub n. 1.*

23 Extende primo, exemplificando eandem illationem vt ſit vera non ſolum, quando appellatio ſubſequitur abſolutionem, ſed etiam quando præcedit abſolutionem, quia neutro caſu appellatio ſuſpendit abſolutionem, & eius effectum, & ſic appellatio in tantum non admittitur ab abſolutione excommunicationis, vt & ipſa abſolutio poſſit fieri, pendente appellatione à ſententia excommunicationis *vt oſtendit Lancell. citatus n. ſeqq.* & quod abſolutus ab excommunicatione remaneat abſolutus, non obſtante appellatione aduerſarij interpoſita ab abſolutione, refert & ſequitur Lancell. *tract. de attent. parte 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. in præfat. numero 105. lim. 3. tomo 5. fol. 348.* & patet ex caſu relato *infra n. 26. verſ. extende ſecund.*

24 Pro faciliori intelligentia huius extenſionis, ſciendum eſt, abſolutionem poſſe dupliciter contingere, *Primo*, quãdo actor obtinuit, excommunicari reum, & inſtat, eundẽ denunciari, & publicari, & reus inſtat abſolui ab excommunicatione, & iudex abſoluit, & actor appellat ab abſolutione: talis, inquam appellatio non ſuſpendit abſolutionem; *Secundo*, poteſt contingere, quando quis eſt excommunicatus, & inſtat pro abſolutione, & aduerſarius replicat, non eſſe abſoluendum, & quatenus abſoluatur appellat, & ſic iſto caſu appellatio præcedit abſolutionem, & hunc caſum ponit etiam Lancell. *tract. de attent. parte 2. capitul. 12. de attent. & innou. appell. pendent. limit. 23. princip. ſub numero 2. fol. 371.* vel pone in iſto ſecundo caſu alia exempla quis eſt excommunicatus, & petit abſolutionem ab eodem iudice, qui eum excommunicauit, aduerſarius opponit, quod, cum offenſa ſit manifeſta, abſolutio concedi non debet, etiamſi excommunicatus vel præſtare cautionem de parendo iuri, *iuxta capitul. 24. ex parte de verb. ſignif.* iudex reijcit oppoſitionem, & aduerſarius appellat, nihilominus iudex, non obſtante appellatione abſoluit, *Dec. in capit. 25. qua fronte, ſub numero 17. de appellat.* vel quis eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa, & ad hoc vt vere poſſit abſolui, debet impendere aliquam ſatisfactionem; vnde cum excommunicatus petit abſolutionem, & aduerſarius excepit, non eſſe abſoluendum, niſi impenſa ſatisfactione, & iudex reijcit hanc exceptionem, & iſte aduerſarius appellat, nihilominus iudex à quo poteſt, pendente hac appellatione, eum abſoluere, & talis abſolutio valet, quia ſicut excommunicatio etiam iniuſtè lata ligat ita etiam abſolutio, licet ſit iniuſta, ſoluit quia excommunicatio, & abſolutio paribus ambulant paſſibus, imo a fortiori ſolui abſolutio, quia eſt fauorabilior, *Franch. in d. c. 25. qua fronte ſub numero 38. verſ. 4. quæritur de appel. & Lancell. d. lim. 23. n. 4. 5. & 6.* & quod ſit fauorabilior patet ex eo, quod excommunicationis ſentẽtia non poteſt ferri poſt interpoſitam appellationem, vide *infra num. 54. verſ. ſublimita quinto,* & tamen poteſt ferri ſententia abſolutionis, *vt dixi hic ſupra, & infra,* & quod iudex à quo poſſit abſoluere, pendente appellatione, ſcribunt Abb. Franch. Dec. & Lancell. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 3. n. 39. verſ. infero nono.*

25 Declara iſtam extenſionem, vt quamuis abſolutio, lata poſt appellationẽ legitimam, non ſit nulla ſed valeat, tamen vti iniuſta, & remedio appellationis poteſt reſcindi, *Franch. d. c. qua fronte q. 4. n. 35. in vltimis verbis.*

26 Extende ſecundo eandem illationem, vt quamuis excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel contumacia nõ debeat abſolui, niſi prius ſatisfaciat, ſicut quando quis eſſet excommunicatus propter rem iudicatam, aut in executione inſtrumenti habentis executionem paratam; tamen, ſi fuerit abſolutus, nulla ſatisfactione nullaq; citatione præcedente, abſolutio eſt valida, licet ſi iniuſta, *Franch. in d. cap. 25. qua fronte, quæſt. 4. numero 35. & ſub num. 38. verſ. ſexto. limita de appell.* & quod abſolutio teneat, & non ſuſpendatur per appellationem etiam ſi forma abſolutionis non fuerit obſeruata, & ideò nihil in præiudicium abſolutionis poſſit innouari, refert, & ſequitur Lancell. *d. c. 12. lim. 21. princip. numero 36. & 37. fol. 371. & d. limit. 23. ſub numero 6. verſ. ampliari, & num. 7. fol. 371.* dicens, quod cum reformatores fuiſſent excommunicati, & poſtmodum abſoluti iudicialiter ab Auditore Cameræ, & eorum aduerſarius appellaſſet ab eiuſmodi abſolutione, & pretẽderet, non fuiſſe ſeruatam formam abſolutionis ob defectum omiſſæ, cautionis, ideoq; affigendo cedulones contra dictos reformatores procuraſſet illos denuntiari excommunicatos, & reformatores inſtarent pro remotione dd. cedulonum, quia nihil poterat innouari per appellantem in præiudicium abſolutionis, cum abſolutio etiam iniuſta liget, vt dixi.

27 Confirmatur hæc extenſio, quia ſicut tenet excommunicatio, non ſeruata forma data à iure, ita etiam tenet, & valet abſolutio, non ſeruata forma data à iure, *Franch. in dicto cap. qua fronte, num. 38. verſ. ſexto limita. & ſub num. 43. verſ. vltimo dubitatur de appell.* quia excommunicatio, vel abſolutio non ſubijcitur alicui formæ, *Franch. ibid. numero 41.*

28 Declara reſtringendo hanc extenſionem, vt procedat quando non ſeruatur forma tradita à iure, ſecus eſt quando forma eſſet data ab homine in reſcripto, quia ſi Papa, vel Legatus de latere, ſeu alius ordinarius committeret alicui poteſtatem abſoluendi à ſententijs cenſuræ, dato certo ordine, tunc abſolutio, prætermiſſo illo ordine, non ſolum eſſet iniuſta, ſed eſſet etiam ipſo iure nulla, & idem dicendum eſſet in excommunicatione, ſi ferretur ex poteſtate data ab homine, *vt refert, & ſequitur Franch. in d. c. qua fronte numero vigeſimonono, lim. 6.*

29 Reſtringe primo eandem illationem, vt non habeat locum quando excommunicatio, vel abſolutio ferretur

non habente iuriſdictionem, quia eſſet nulla, *Franch.in d.c.qua fronte n.40.de appell.*

30 Reſtringe ſecundo, vt non procedat quando abſolutio fuiſſet obtenta per vim, vel metum, quia eſſet ipſo iure nulla, *Franch.eod.c.qua fronte, verſus finem, n.45.*

31 Reſtringe tertio, vt non procedat in caſu præcedentis declarationis, poſitæ *ſupra n.28.*

32 Reſtringe quarto declarando, vt abſolutio à ſententia excommunicationis dari non debet his duobus caſibus.

Primus eſt, quando quis, præcedente legitima appellatione, fuit excommunicatus, & ſic nulliter, & vellet hanc excommunicationem reuocari, petendo ſe abſolui, & denuntiari non ligatum & cognitio huius abſolutionis fieri non poſſet, niſi cognitio de iniuſtitia cauſæ principalis; tunc enim talis abſolutio dari non debet, *cap.54. ſolicitudinem, & ibi Franch.ſub n.5.verſ.in gloſſ.2. de appell. Lancell.tract.de attent.par.2.cap.12.lim.23.n.7. in fine, & n.8. fol.371.*

33 Secundus eſt, quando fuiſſet appellationi renuntiatum, & peteretur abſolutio remedio attentatorum, quaſi iſta abſolutio ſit reuocatio actus excommunicationis poſt, & contra legitimam appellationem latæ, *Bellam.deciſ.669.ſi contra quem refert. & ſequitur Lancell.dicta lim.23.num.9. fol.371.*

34 Sublimita I. nunc declarando limitationem, vt appellatio admittatur ad effectum deuolutiuum, in tantum quod ſuperior, ad quem eſt appellatum, poteſt excommunicatum abſoluere, nec tenetur illum abſoluendum remittere ad iudicem à quo; poteſt tamen remittere, ſi vult, *Spec. tit. de appell.§.in quib.verſ.ſed dices, n.17.fol.186. lib.2. & Farin.in qq.crim.q.101.n.68.* & probatur *in c. 40. per tuas de ſent.excom.*

35 Declara iſtam ſublimitationem, vt procedat quando ſuperior cognoſcit de toto negotio per viam appellationis, quia tunc ipſe ſuperior poteſt eum abſoluere, vel remittere abſoluendum, ſecus ſi ad eum eſſet reclamatum per viam querelæ, quia tunc debet remittere ad diœceſanum, qui excommunicauit vt eum abſoluat, *Spec. citatus num.præced.*

36 Sublimita II. vt procedat quando fertur ſententia excommunicationis, ſecus quando fertur declaratoria, hoc eſt, declaratur incidiſſe in excommunicationem, quia ab iſta declaratoria datur appellatio, quæ ſuſpendit declaratoriam, *Felyn.in cap.10.cum non ab homine, column.penult. verſ.& nota quod ſub n.duodecimo, de iudic. Dec.in cap.26. reprehenſibilis, num.21.de appell. Mar.in ſuo ſpec.p.6.act. 2.princ.in verbo & quandoque appellatur lim.5. num. 180. fol.484. Put.deciſ.271. Papa. num.1.& 4.lib.3.Rot.diuerſ. deciſ.100.ex nonem, num.3.& 31.in fine par.1* loquens generaliter in qualibet declaratoria, *Lancell.tract.de attent. par.2.cap.12.de attent.& innou.appell.pend. lim.21. princ. num.21. verſ.3.& num.22.fol.371.& Farin. in qq. crim. q. 101. n.67.*

Comprobatur primo hæc ſublimitatio, quia licet à pena iuris non detur appellatio, tamen datur à declaratoria incurſus in eam, *Franch. Felyn. & alijs quos retuli, & ſequutus ſum lim.ſeq. n.3.*

37 Comprobatur ſecundo, quia à ſententia ſuper declaratione iuris poteſt appellari, & ideò in ea currunt fatalia, deſeritur appellatio, & ſententia lata ſuper iure tranſit in rem iudicatam, *Franch.in c.44.ſæpe, n.9.& 10.not.5.de appell.* & tamen à ſententia iuris excludit omnem prorſus appellationem retuli, & ſequutus ſum *lim.ſeq.*

Comprobatur tertio, quia licet is, qui condemnatur diffinitiuè vigore fictę confeſſionis præcedentis non poſſit appellare, ſtante ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, iuxta ea, quæ ſecundum vnam opinionem, de qua remiſſiuè dixi *ſupra q.5.ſub n.86. verſ. ſecundus caſus*, tamen potuit appellare à declaratoria, quia fuit reputatus pro confeſſo, *vt retuli ead.qu.5.ſub n. 91.verſ.reſtringe, & verſ.ſeqq.* vbi videas.

Confirmatur quarto, quia licet à notorio non detur appellatio, tamen datur à declaratione notorij, *vt ſcripſi ſupra lim.4.n.65.*

38 Ratio quare à ſententia excommunicationis non detur appellatio, & detur à declaratoria incurſus, non eſt ea, quam aſſignat Lancell. *d.lim.21.n.22.fol.371.* dicens, à declaratoria excommunicationis incurſæ benè dari appellationem, licet ab excommunicatione non detur, quia (ſit cum ſua pace dictum) hæc ratio videtur omnino eadem cum dicto; ea igitur eſt ratio, quia ſententia excommunicationis non eſt ferenda ab homine, niſi his duobus concurrentibus; primo quod præceſſerit monitio, *cap.26 reprehenſibilis, & c.61.cum ſpeciali, de appell.& cap.48. ſacro.de ſent.excom.Spec.tit.de teſte, rubr. de teſtium compulſione, num.6.Franch.in cap.quinto cum ſit romana, §.præterea, ſub num.ſecundo verſ.in gloſſ.fin. de appellat. et dixi lib. præced. cap. decimo num.114.* ſecundo quod adſit contumacia, quia ab homine pro delicto, etiam ſi notorium ſit, excommunicatio ferri non poteſt, ſed ſolum pro contumacia, *Franch.dicto §.præterea num.tertio.* Vnde cum feratur ſuper re manifeſta, & re de præſenti, habet naturam ſententiæ latæ ſuper notorio, quod idem eſt, quando excommunicationis ſententia fertur ab ipſo iure, ſecus eſt in declaratoria ſuper incurſu, quia fertur ſuper re de præterito, in qua facilius poteſt errari, & hac de cauſa dicimus non appellari à notorio, ſed appellari à declaratoria notorij.

39 Contrariam opinionem, nempe à declaratoria ſuper incurſu excommunicationis non dari appellationem, ſenſit Addit.ad Rot.*deciſ.2.alias 49. ſi feratur, n.5. de dol. & contum.innou.* dicens, quod ſi appelletur à declaratione iudicis, qui pronuntiat, & declarat, aliquem incidiſſe in ſententiam excommunicationis, is debet, etiam pendente appellatione, euitari tam in actibus iudicialibus, quam in extraiudicialibus, & ſic, vt ponderat Lancel.tr.*de attēt. p.2.c.12.de attent.et innou.appell.pend.lim.21. ſub n.23. et 24.* appellatio à declaratoria non ſuſpendit excommunicationem, illiuſque effectum: ſi non ſuſpendit: ergo non datur appellatio ſuſpenſiua, de qua agimus.

Confirmatur hæc opinio contraria, quia ſicut non poteſt appellari ab executione inſtrumenti, & ab executione rei iudicatæ per ea, quæ dixi *ſupra lim.9.&* 10. vtrobiq; *n.1.et ſeqq* ita etiam non poteſt appellari à declaratione, ſeu pronuntiatione de exequendo per ea, quæ dixi *d. lim. 10.ſub n.8.verſ.contrariam.*

40 Non recedas, ſi placet, a ſublimitatione, quæ communiter tenetur.

41 Nota illatiuè ex hac ſublimitatione, quod pendente appellatione à declaratoria incurſus in ſententiam excommunicationis, non poteſt declaratus denuntiari excommunicatus, & ſic appellatio impedit publicationem *Franch.in c.53.paſtoralis, §.verum quia q.6.n.27.de appell. et Lancell.d.c.12.lim.21.n.21.fol.371.*

42 Extende primo hoc notabile, vt procedat ſiue declaratoria feratur ſuper excommunicatione lata ab homine, ſiue à iure, Franch. *vbi ſupra.*

43 Extende ſecundo, vt ſicut ſententia excommunicationis lata poſt interpoſitam appellationem redderetur nulla, ita etiam denuntiatio eſſet nulla, ſi fieret poſt interpoſitam appellationem, niſi factum eſſet notorium, *Franch.in d.cap.paſtoralis, §.verum quia, q.6.ſub num.27.de appell.*

44 Reſtringe primo eandem ſecundam ſublimitationem, vt non procedat in declaratoria cenſuratum ob non paritionem rei iudicatæ, quia talis declaratoria cenſetur pars exequutionis rei iudicatæ & ideo non datur appellatio,

latio, *Cont.ar.in l. vnica, lim. 19. numero 19. in fine, & nu. 20. C ſi de mom. poſſ. & Lancell. tract. de attent. parte 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. lim. 21. princip. numero 27. fol. 371.* referēs ex reſolutione Rotæ per eum citatæ, quod appellatio iſto caſu non ſuſpendit ſententiam, & effectum declaratoriæ.

45 Reſtringe ſecundo, vt non procedat in declaratoria incurſus in excommunicationem, aliaſq; cenſuras contra obligatum in forma cameræ, quia appellatio à declaratoria iſto caſu non ſuſpendit denuntiationem, & publicationem faciendam, *Galleſ. ad formul. camer. obligat. in 2. parte 3 princip. in cap. reliqua ad proceſſ. numero 43. iunctis his, quæ ſcribit numero 38. & ſeqq. fol. 363. quem refert, & ſequitur Lancell. d. lim. 21. numero 26. fol. 371.* Vnde in caſibus harum reſtrictionum poteſt denuntiari, non obſtante appellatione.

46 Ratio huius reſtrictionis, aſſignata à Galleſ. non placet Lancellotto *vbi ſupra:* ego dicerem, rationem eſſe, quia appellaret ab executione, à qua non appellari ſcripſi *ſupr. lim. 10. num. 1. & ſeqq.* Sed declaratio eſt pars executionis obligationis cameralis: ergo à declaratione non poteſt appellari; vnde is, qui non appellauerit infra decem dies à ſententia appellabili, non poteſt appellare deinde a citatione, qua iudex eum monet ad videndum ſe declarari, & denuntiari, quia illa citatio eſt actus executionis, *Lancell. d. c. 12. lim. 50. princ. n. 118. & 119. fol. 380.*

47 Sublimita III. vt non procedat in præcepto facto ſub pœna excommunicationis, quia ab eiuſmodi præcepto poteſt appellari iudicialiter, & extraiudicialiter, & appellatio ſuſpendit in tantum, quod ſi iudex excommunicaret, excommunicatio eſſet nulla, *c. 52. dilecti de appell. & ibi Abb. not. 1. numero 2. idem Abb. in c. 18. conſuluit numero octauo verſ. ex his eod. tit. de appellat. Ang. conſ. 88. & Maran. in ſuo ſpec. parte 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur lim. 5. numero 181. fol. 484.* Et quod poſſit appellari à ſententia ferenda, & ſic à comminata excommunicatione, & appellatio ſuſpēdat, refert, & ſequitur Farin. *in qq. criminal. quæſt. 101. numero 70.* Et quod à comminatione iudicis, executiua grauaminis iam illati de præterito, puta quando iudex præcedit parti, vt aliquid daret, vel faceret ſub pœna excommunicationis, poſſit appellari, ſcribit Franch. *in cap. 60. cum ceſſante not. vlt. ſub numero 6. de appel.*

48 Contra iſtam ſublimitationem motiuat Spec. *tit. de appell. §. in quibus verſ. ſed dices, ſub n. 17. ibi, dicunt etiam* ſcribens, quod ſi Epiſcopus præcepit aliquid alicui, qui dicat, ſe ad id non teneri, & appellat à præcepto, & Epiſcopus nihilominus excommunicat, talis ſententia tenet, dummodo verum ſit, quod ille tenetur.

Retenta ſublimitatione.

49 Exemplifica eam; iudex facit tibi præceptum, vt ſoluas Titio centum infra menſem ſub pœna excommunicationis latæ ſententię; tu certè potes à talis ſententia appellare, *Card. Alex. in cap. 63. dilecto filio numero nono verſ. & per iſtum textum de appellat.*

Amplia eādem ſublimitationem, vt habeat locum cum in qualibet ſententia cenſuræ eccleſiaſticæ, lata ſub conditione, quia ſuſpenditur, ſi ante conditionis euentum appelletur, *Franch. in cap. 40. præterea in ſummario, et num. 4. verſ. vltimo tenementi de appell.*

50 Declara primo obiter eandem ſublimitationem, quod licet quis, non appellando, & non parendo præcepto facto ſub pœna excommunicationis, ſit excommunicatus, tamen non erit excommunicatus, ſi per impotentiam nō paruerit pręcepto, *Franch. in c. 21. quæſtioni. n. 4. verſ. vltimo nota de appell.*

51 Declara ſecundo, vt excommunicatus ſub conditione non dicatur excommunicatus ante euentum conditionis; quare ſi iudex dixerit; excommunico te, niſi ſolueris creditori infra menſem, tu interim ante lapſum menſis non eris excommunicatus. *Franch. in c. 40. præterea not. 3. nu. 3. verſ. conclude de appell.*

52 Declara tertio, vt ſi iudex excommunicauerit debitorem, niſi ſatisfecerit creditori infra menſem, & creditor proroget terminum debitori, is non incidit in excommunicationem, quia videtur ſatisfeciſſe, licet non ſoluerit, & ſententia iudicis, lata in fauorem creditoris, intelligitur cum conditione, niſi creditor velit maius tempus dare, & parte remittente, Deus etiam remittit, *Franch. in d. cap. 40. præterea ſub n. 5. verſ. in gloſſ. 1. de appell.* cum quo ego pertranſeo, licet Innoc. Hoſt. & Ioann. Andr. ibid. *ſub n. 8.* teneant contrarium.

53 Sublimita IV. quando ſententia excommunicationis contineret intolerabilem, & patentem errorem, vt puta, ſi diceret, *excommunico te, quia facit eleemoſynam, aut quid ſimile,* quia tunc poteſt appellari, *Farinac. in qq. crim. q. 101. numero 69.*

54 Sublimita V. vt non procedas in ſententia excommunicationis lata poſt interpoſitam legitimam appellationem, quia tunc excommunicatio, non ſortitur effectum ſuum; & ideo clericus excommunicatus poſt interpoſitā legitimam appellationem poteſt, pendente appellatione, abſq; aliqua irregularitate celebrare, & proſequi officium ſuum in diuinis, *Franch. in c. 16. ad præſentiam, nu. 3. 4. & 5. de appell. Lancell. tract. de attent. parte 2. c. 12. de attent. et innou. appell. pend. lim. 26. n. 5. fol. 373.* & communicans cum excommunicato poſt interpoſitam legitimam appellationem non incurrit excommunicationem, neque literis ſperioris denuntiantis excommunicatum, vt euitetur, tenetur obedire, ſi probabiliter conſtat, quod fuit excommunicatus poſt legitimam appellationem, *Franch. in c. 55. dilectis not. vlt. n. 12. 13. et 24. de appel.* imò quod excommunicatio lata poſt legitimam appellationem ſit nulla, notat Franc. *in c. 25. qua fronte, nu. 29. et in c. 44. ſępè ſub n. 3. ver. in gl. in verſ. rata de appell.* Et quod appellatio, præcedens ſententias cenſuræ, ſuſpendat earum effectus, & eas nullas reddat, ſcribit idem Franch. *in cap. 37. adhæc quoniam n. 2. in fine eod. titul. et in cap. 52. dilecti filij n. 2. de appell.* Et quod ſententia cenſurę, vt eſt excommunicatio, ſuſpenſio, vel interdictum; ſi proferatur poſt appellationem, ſit ipſo iure nulla ſcribit Franch. *in c. 1. dilecti n. 3 not. 3. de appell.* Et quod excommunicatio lata poſt appellationem legitimam ſit nulla, ſcribit Franch. *in d. c. ad præſentiam ſub n. 3.*

55 Amplia hanc ſublimitationem, vt ſententia excommunicationis, ſeu cenſuræ lata poſt legitimam appellationē ſit nulla, etiam ſi appellatio fuerit extraiudicialis. *Franc. in c. 1. n. 3. not. 3. et in c. 53. dilecti filij n. 2. de appel.* dans cautelam, vt ille, qui timet excommunicari à ſuo Prælato, vel alio ſuperiori etiam extraiudicialiter procędente, appellet à tali futuro grauamine.

56 Tempera eandem ſublimitationem, vt non procedat quādo iudex eſt datus cum clauſula (*appellatione remota*) quia tunc iudex poteſt excommunicare etiam probabiliter appellantem, quando illa appellatio non reperitur expreſſe approbata à iure in illo caſu ſicq; excommunicatio, lata poſt appellationem à iudice dato cum præfata clauſula, non eſt nulla, *Abb. in cap. 53. paſtoralis ſub numero 9. verſus finem, et Franch. num. 7. verſ. 2. ſeptimo operatur de appellat.*

57 Declara primo obiter eandem ſublimitationem, vt dicens ſe excommunicatum poſt appellationem, debeat hoc probare, *Rebuff. trac. de nomin. quæſt. 14. nu. 23. fol. 187.*

Declara ſecundo, vt ſi in puncto, & momento ſimul concurrant excommunicatio, & appellatio, præſumitur, quod excommunicatio præceſſerit, ſicque appellatio redditur ſine effectu ſuſpenſiuō in foro conſcientiæ quia in iſto foro ſemper præſumitur pro validitate

Digitized by Google

excommunicationis;at in foro iudiciali præſumitur,quod præceſſerit appellatio,quia debet fieri benigna interpretatio, *Franch.in c.40.præterea,n.18.de appell.*adde quæ in alio propoſito ſcripſi *ſup.q.3.num.4. & ſupra hac ead.q.in ampl.n.60.ampl.17.*

58 Exemplifica primo hanc declarationem in caſu, quo iudex legebat ſententiam excommunicationis, & pars antequam iudex proferret verbum (*excommunico*) appellauit, vel e contra dum pars appellabat, exprimendo ſuam appellationem,iudex excommunicauit eam, *Franc. in d.c.præterea,n.19.q.6.& Gemin.in c.1.n.9.verſ. ſed pone de appell.in 6.*

Neque dicas, quod in dubio debet præſumi pro ſententia,quia reſpondet Gemin.*dicto cap.1.n.9 in fine*, hoc eſſe verum vbi conſtat de iuriſdictione excommunicantis.

59 Exemplifica ſecundo, quando iudex diceret, excommunico te, ſi appellas, ſeu ſi appellaueris, quia tunc excommunicatio ſequitur appellationem, *Franch. in d.cap. præterea,n.17.q.5.*

60 Sublimita VI. vt non habeat locum in ſententia interdicti,reſpicientis temporalia,item beneficium,pontificalia,& vſum pallij, quia appellatio, ſuſpenderet effectum ſententiæ interdicti quoad iſta, *vt tenuit, & ſequutus ſum ſupra q.3.n.67.& 68.*

LIMITATIO XXIII.

SVMMARIVM.

Pœna impoſita à iure non admittit appellationem, n.1.& 2, vbi redditur ratio.
Declaratur, num.3.

1 Limita XXIII. in ſententia, qua eſt impoſita pœna iuris,quia ab ea non poteſt appellari, *l.242. ſi qua pœna,ff.de verb.ſignif.Roman.ſing.216.à pœna legis,& ibi Addition.Franch.in c.13.perueait,in fine,n.14. & in c.29. conſuluit,n.4.de appell.Felyn.in c.10.cum non ab homin.col.penult.verſ.& no.quod ſub n.12.de iudic.& in cap.2. præterea lim.4.ſub n.6.de ſponſ.Dec.in c.60.cum ceſſante,n.30 de appell.Nicell.tract.de concord.gloſſ.contord.6.fall.36.n.78.fol. 194.Cornaz.in Lucen.deciſ.193.in cauſa,N. ſub n.5. verſ.6. & Far.in qq.crim.q.101.lim.12.n 65.*

2 Ratio eſt, quia ius neminem grauat, hincque dicitur, quod iuris executio non habet iniuriam, ideoque cum neminem grauet, non poteſt appellari; ex quo cauſa immediata appellationis eſt ipſum grauamen, *vt hæc omnia ſcribit Franch.in d.c.29.conſuluit,n.3.in fine, & n.4.*

3 Declara hanc limitationem, vt ſit vera quoad partem ſententiæ, quæ eſt iuris, quare non poteſt condemnatus dicere (*ego appello ab hac pœna impoſita à iure*) ſecus eſt quoad eam partem ſententiæ, quæ reſpicit factum, proceſſum, & declarationem iudicis ſuper illo facto, & proceſſu, quia ab iſta declaratoria iudicis datur appellatio, *Rom.Franch.Felyn.Nicell.& Cornaz.vbi ſupra,Capic.deciſ. 1.num.19.*Vnde condemnatus non rectè appellaret, ſi diceret (*appello ab iſta pœna*) ſed debet dicere (*appello,quia non ſum culpabilis; vel quia non fuit probatum me incidiſſe in pœnam*) *Felyn.vbi ſupra.*

Comprobatur hæc declaratio ex his, quæ dixi limit. *præced.n.36.& 37.*

LIMITATIO XXIV.

SVMMARIVM.

Sortis ſententia non eſt appellabilis.

1 Limita XXIV. in ſententia lata iudicio ſortis, quia ab ea non appellari ſcripſi,& declaraui *q.præced. lim.6, n.1.& ſeqq.*

LIMITATIO XXV.

SVMMARIVM.

Futurum grauamen non eſt appellabile.

1 Limita XXV. vt non procedat in grauamine futuro, quia ab eo non poteſt iudicialiter appellari, ſed ſolum à præterito,vel præſenti,vt latè declaraui *ſupra q.5.n. 101.& ſeq.*vbi videas.

LIMITATIO XXVI.

SVMMARIVM.

Viſitationis decreta, ſeu ſententia non admittunt appellationem.
¶ *Extenditur I.vt habeat locum in his,quæ procedunt ex ipſa viſitatione, n.2.*
Extenditur II.etiam in his,quę Epiſcopus non agit in actuali viſitatione n.3.
Extenditur III. etiam ſi is, qui appellat, allegaret exemptionem,n.4.
Extenditur IV.in ſententia interlocutoria,n.5.
Extenditur V.vt etiam appellatione, ſeu querela interpoſita ad Sedem Apoſtolicam, ſeu emanata inhibitione, poſſit procedi ad executionem, n.6.
¶ *Infertur I. eum, cui Epiſcopus in viſitatione facit præceptum de reſidendo,non poſſe appellare,n.7.*
Infertur II. Monachum non poſſe appellare à correctione Abbatis, n.8.
Ampliatur primo hac illatio in correctione Epiſcopi contra clericum, n.9.
Ampliatur ſecundo in cenſuris Romanorum n.11.
Reſtringitur eadem illatio, vt non procedat in correctione exceſſiua,n.12.
Declaratur,exprimendam eſſe cauſam grauaminis, n.13.
Et ad quem ſit appellandum, n.14.

1 Limita XXVI. in viſitatione, quā facit Epiſcopus præſertim ad correctionem morum quia ab ea non dari appellationem diſponit Sacrum Concilium Tridentinum *c.10.ſeſſ.24. de reform. & ſcribunt Lancell. tract.de attent. p.2.c.12.de attent.et innou.appell.pendent.lim.18. princip. n.6 fol.370.Rugin.tract de appell.§.2.c.3.n.46.et Marcheſ. tract.de commiſſ.p.1.de commiſſ.appell.extr.Rom.cur. c.6.n. 78.fol.78.in 2.impreſſ.*

Ratio huius limitationis eſt, quia quando agitur de cultu diuino,& aliquid decernitur fauore eccleſiæ, & ipſius cultus diuini,tunc ne interim diminuatur,vel pereat, ab illo decreto vti à decreto per modum prouiſionis,non datur appellatio ſuſpenſiua,*Rebuff.tract.de ſcatent. prouiſ. in præfat.n.37.& ſub n.38.in fine,tom.1.fol.229.*

Sed in viſitatione agitur de cultu diuino, & fauore animarum.Ergo &c.

2 Extende primo hanc limitationem,vt neque detur appellatio in his, quæ ex ipſa viſitatione procedunt,*Sacr. Conc.Trid.vbi ſupra,et notat Marcheſ. citatus num.præced.*

3 Extende ſecundo,vt appellatio prohibeatur non ſolum in his, quæ ordinarius agit in actuali viſitatione, & ideo certum eſt,fuiſſe decreta in ipſa viſitatione,ſed prohibeatur etiam in his, quæ an fuerint geſta in ipſa viſitatione non conſtat,niſi per aſſertionem ordinarij,qui dixerit,ea fieri ratione viſitationis;vnde ſi ab iſtis appelletur, & Epiſcopus,appellatione non obſtante,exequatur,non dicentur attentata,*Lancell.lim.18.n.8.in fine,et n.9. fol.370.*

4 Ex-

4 Extende tertio, vt procedat etiam ſi is, qui appellat allegaret, ſeu allegaſſet exemptionem, quia nihilominus appellatio non impediret, aut ſuſpenderet executionem eorum, quæ ab Epiſcopo in viſitatione mandata, decreta, aut iudicata fuerint.

Verum tamen eſt, quod ſi Epiſcopus procedat in exẽptis, ſeu alias priuilegiatis contra eorum priuilegiata dabitur appellatio, *Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. de commiſſ. appell. extr. Rom. cur. cap. 6. n. 78. fol. 78.* & vbi apparuerit de exemptione, ſeu priuilegio, illa geſta reuocarentur, *Manfr. tract. de attent. appell. pend. lib. 2. concl. 50. fol. 248. & Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. lim. 18. nu. 2. & ſeqq. fol. 369.*

5 Extende quarto, vt in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus, ab Epiſcopo, ſeu illius in ſpiritualib. Vicario generali ante diffinitiuam ſentẽtiam ab interlocutoria, vel alio quocunq; grauamine non appelletur; quare Epiſcopus, ſeu Vicarius appellationi huiuſmodi tanquam friuolæ deferre non tenetur, ſed ea, ac quacunque inhibitione ab appellationis iudice emanata, nec non omni ſtylo, & conſuetudine, etiam immemorabili contraria non obſtante, poterit ad vlteriora procedere, vt diſpoſuit Sacrum Concilium Trident. *c. 1. verſus finem ſeſſ. 13. de reformat.*

Nec dicas, hanc extenſionem eſſe ſuperfluam, quia cum Concil. Trident. *eod. c. 1. in fine*, permittat, poſſe appellari ab interlocutoria quando non poteſt appellari à diffinitiua, *& in c. 10. ſeſſ. 24.* de reformat. prohibeat ſimpliciter appellationem in his, quæ ſpectant ad viſitationem, & ſic prohibeat appellationem à diffinitiua neceſſario admittit poſſe indiſtinctè appellari ab interlocutoria.

Quia reſpondeo, quod Sacrum Concil. Tridentinum non diſponit, poſſe appellari ab interlocutoria quando non poteſt appellari à diffinitiua, ſed mandat, tunc ſeruari ſtatuta ſacrorum canonum, & ſacri canones, & ratio euidens ſtatuunt, quod ſi appellatio prohibeatur, eo quia res celeritatem deſideret, tunc appellatio intelligatur prohibita tam à diffinitiua, quam ab interlocutoria, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra lim. 6. memb. 7. n. 37. iuncto nu. 33.* ſed in viſitatione agitur de cultu diuino, in quo requiritur celeritas, *vt dixi ſupra ſub n. 1. verſic. ratio ergo &c.* & ſic diſpoſitio Concilij Tridentini d. c. in fine operatur in cauſis criminalibus.

6 Extende quinto, vt non ſolum appellatio interpoſita ad ſuperiorem mediatum, ſed etiam appellatio, aut querela interpoſita ad Sedem Apoſtolicam, & etiam inhibitio non impediat, an ſuſpendat executionem eorum, quæ Epiſcopus mandat, decernit, aut iudicat in his, quæ ſpectat ad viſitationem, aut morum correctionem, *Concil. Trid. d. c. 10. in fine, ſeſſ. 24. de reformat.*

7 Infero primo ex eadem limitatione, quod ſi Epiſcopus in viſitatione faciat alicui præceptum de reſidendo in eccleſia, ille non poterit appellare ab illo præcepto, niſi alleget aliquam rationabilem excuſationem, *Franch. in c. 28 peruenit, il ſecundo, not. vlt. n. 5. de appell.* vide Concil. Trid. *ſeſſ. 23. c. 1. in fine, de reform.*

8 Infero ſecundo, quod à correctione, quam facit Prælatus regularis, puta Abbas in ſubditum monachum, non datur appellatio, *c. 3. ad noſtram, & ibi Franch. n. 3. et Card. Alex. in pr. & n. 10. verſ. vltim. nota, Dec. n. 1. de appell.* Et quod à correctione, ſeu diſciplina eccleſiaſtica non appelletur, & ideo religioſus non poſſit appellare à pœna imponenda ſecundum regulam, ſuam, ſeu ſecundum ſtatuta ſui ordinis, cum ea ſtatuta ſint eis leges factæ, ſcribit Franch. *in c. 26. reprehenſibilis, not. 3. n. 9. de appel.*

9 Amplia primo hanc ſecundam illationem, vt habeat locum etiam in correctione, quam facit ſuperior contra ſubditum ſecularem, id eſt, contra clericum ſecularem, quia neq; is poteſt à correctione appellare, *Rebuff. tract. de appell. art. 7. gloſ. 2. n. 24. verſ. 11. tomo 3. fol. 504.* & quod hæc ampliatio ſit recepta etiam per leges Regni Franciæ, ſcribunt Rebuff. *vbi ſupra*, & Greg. Tholoſ. *tract. de appel. lib. 2. c. 10. n. 7. verſ. in Gallia, fol. 156.* dicẽs, quod ſi presbyteri, vel alij viri eccleſiaſtici appellarint tanquam ab abuſu ad Parlamentum ratione diſciplinæ, & correctionis, poteſt non obſtante appellatione iudex eccleſiaſticus corrigere ſuum ſubditum, & poſtea is appellans poteſt, ſi vult, proſequi appellationem; adde Concil. Trid. *ſeſſ. 22. c. 1. ſ. de reform.*

Contrariam opinionem, nempe, quod clericus ſecularis poſſit appellare à correctione iudicis eccleſiaſtici, tenent *Spec. tit. de appell. §. in quibus autem caſibus, num. 14. ver. 11. à correctione lib. 2. fol. 185.* vbi contra Innocẽtium diſtinguit, vt perſona regularis non appellet a correctione ſecularis autem appellet, *Maran. in ſuo Spec. par. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoq; appellatur, nu. 334. limit. 27. fol. 507. & Greg. Tholoſ. d. c. 10. n. 6. ver. explicat, fol. 155. & Rugin. tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 229. in verbo correctio.*

10 Ratio huius opinionis contrariæ poteſt eſſe, quia maior eſt poteſtas Abbatis in monachos, quam Epiſcopi in clericos ſuos, & monachus tenetur magis obedire ſuo Abbati, quam Epiſcopo, *Franch. in c. 3. ad noſtram, ſub nu. 2. ver. vltimo nota de appel. & Maran. d. lim. 27. n. 335.* Vnde prælatus regularis poteſt corrigere ſubditum ipſe ſolus abſque capitulo, *Franch. in d. cap. ad noſtram, not. vlt. n. 2. & Dec. nu. 13. & apertè num. 16. idem Franch. in c. 26. reprehenſibilis, n. 12. & Card. Alex. nu. 16. de appell.* ſed Epiſcopus ſolus ſine conſilio ſui capituli non poſſet ſuos clericos punire, licet de conſuetudine poſſit quærere ſibi hoc ius *Franch. in d. c. ad noſtram, not. vlt. n. 2. & in d. c. 26. reprehenſibilis, ſub n. 12.*

Ego non diſcedo ab ampliatione, dummodo Epiſcopus corrigat mores, vel caſtiget per modum viſitandi; Et ratio eſt, quia in viſitatione, vel agitur per modum prouiſionis, & ſic remanet ius integrum, vel agitur, de re, quæ aut nullum, aut paruum infert præiudicium, & requirit etiam celerem executionem, cum agatur de cultu diuino, & vtroque caſu erit prohibita appellatio ſuſpẽſiua: quod ſi ageretur de re grauis præiudicij, & non per modum prouiſionis, vtique erit ſemper licita appellatio, tanquam ab exceſſu, quia quæ grauia ſunt nõ poſſunt in viſitatione diffinitiuè terminari, ſed ſolum per viam prouiſionis, quia ſi determinentur diffinitiuè, omiſſis ſolemnibus iudicij, daretur viſitationis exceſſus, à quo poteſt appellari, *vt dixi infra n. 12.*

11 Amplia ſecundo illationem, vt habeat locum etiam in cenſuris Romanorum, quæ ſine prouocatione à cenſoribus irrogabãtur, vt ex Plut. & alij refert, & ſequitur Greg. Tholoſ. *tract. de appellat. lib. 2. cap. 10. num. 5. verſic. poterit eſſe, fol. 155.*

12 Reſtringe eandem illationem, vt non procedat, quando correctio haberet exceſſum, quia tunc daretur appellatio, *Spec. d. §. in quibus autem caſibus, ſub num. 54. Franch. in capitul. 31. de priore, ſub numero 2. ver. in gloſ. 1. ibi, fallit quando modus, de appell. Card. Alex. in d. c. 3. ad noſtram, nu. 3. verſic. nota ſecundo, & Dec. num. 1. & ſeqq. de appel. Maran. d. lim. 27. ſub numero 333. Greg. Tholoſ. d. c. 10. numero 1. & apertè num. 8. ver. aſſertur tamen, fol. 156. & Rugin. d. §. 2. c. 3. numero 229.* & de exceſſu Prælati in viſitatione vide multa congeſta à Panuin. *tract. de viſitat. p. 19. 10. per totam, fol. 189. & ſeqq.*

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia nulla eſt cauſa, in qua poſſint prohiberi appellatio ab exceſſu, vide *ſupra lim. 10. ſub numero 28.*

13 Declara primo eandem reſtrictionem, vt in appellatione debeat exprimi cauſa grauaminis, ſiue ad correctionem procedatur in iudicio, ſiue extra iudicium, ſiue ante ſententiam, ſiue poſt ſententiam *Franch. in capit. 3.*

ad noſtram, ſub n.4. de appell. Et ratio eſt, quia quando ius reſiſtit appellationi, niſi in certo caſu, tunc appellans debet exprimere illum caſum vt ſic appareat appellatum in caſu conceſſo, Franch. eod. cap. ad noſtram, n.3. in fine.

14 Declara ſecundo, vt appellatio ab exceſſu, quando Abbas eſt nimis ſeuerus in corrigendo, ſit interponenda ad capitulum, hoc eſt debet tunc adhiberi capitulum, Franc, in c.26. reprehenſibilis, n.13. & Dec. n.3. de appell.

LIMITATIO XXVII.

SVMMARIA.

CAPITVLI maior pars quod fecit, non admittit appellationem, num.1.

Sublimitatur I. vt non procedat, quando appellatur ex rationabili cauſa, n.2.

Sublimita II. in Regno Franciæ, n.3.

1 LImita XXVII. in eo, quod facit maior pars capituli, quia ab eo non appellatur, cap.1. de his quæ fiunt à maiori par. capit. Spec. tit. de appell. §. in quibus, ſub n.18. in fine, ver. vigeſimo, lib.2. fol.186. Ant. de Butr. in c.46. conſtituti, ſub n.14. verſ. quæro quid mouit papam de appell. Rebuff. tract. de appell. art.7. gloſſ.2. n.33. ver. decimo octauo, to.3. fol.505. & Rugin. d. c.3. n.47. fol.73.

2 Sublimita hanc limitationem, vt non procedat, quando appellatur ex rationabili cauſa, vt habetur in d. c.1.

3 Sublimita II. vt non ſeruetur in Regno Franciæ, Rebuff. citatus ſupra n.1. dicens, quod etiam in his paſſim in illo Regno appellatur.

LIMITATIO XXVIII.

SVMMARIVM.

Contractus non admittit appellationem, num.1.

1 LImita XXVIII. in contractu, quia ab eo non datur appellatio, Bald. in l.1. ſub num.1. in 3. oppoſ. C. de recept. arbitr. Nicell. tract. de concord. gloſ. concord.6. fall.80. n.125. fol.196. Rugin. tract. de appell. §.2. c.3. n.49. & ſcripſi lib. præced. c.2. ſub n.327.

LIMITATIO XXIX.

SVMMARIVM.

Adminiſtrator, ſeu tutor condemnatus ad reddendas rationes non appellat, n.1.

Et quid in ſententia, qua interdicitur bonorum adminiſtratio, nunquid ſit appellabilis, n.2.

1 LImita XXIX. in ſententia, qua adminiſtrator loci pij condemnatur ad reddendas rationes ſuæ adminiſtrationis, quia licet is appellet, tamen cogitur eas reddere, non obſtante appellatione, vt referunt, & ſequuntur Lancell. tract. de attent. p.2. c.12. de attent. & innou. appell. pend. lim.19. princ. n.1. & 2. tom.5. fol.370. & Rugin. tract. de appell. §.2. c.3. ſub n.56. ver. idem.

† Idem ſeruatur cumquis eſt condemnatus ad reddendas rationes adminiſtrationis alicuius loci pij, vel vniuerſitatis, vt per Ang. in §. œconomos, in finem, Auth. de ſanctis Epiſc. Salyc. in l. abſtinendis, C. quando de appell. recipiend.

Et quod executio ſententiæ, qua tutor, ſeu eius hæredes condemnantur ad reddendam rationem tutelæ non ſuſpendatur per appellationem, ſcribit Borguin. tract. de tut. & curat. n.113. tom.8. p.2. fol.340.

2 Infero ex hac limitatione non appellari à ſententia, quia inter dicitur adminiſtratio bonorum, quia interdicere adminiſtrationem bonorum, & cogere ad reddendas rationes adminiſtrationis videntur ſimul ambulare, & vnum ſequi alterum, vnde interdicta bonorum adminiſtratione, prohibita eſt alienatio, l.10. Iulianus, ff. de curat. fur. Iulianus ſcribit eos, quibus per Prætorem bonis interdictum eſt, nihil transferre poſſe ad aliquem, quia in bonis non habent, cum eis diminutio ſit interdicta.

Confirmatio hæc illatio, quia alienatio, facta ab eo, cuius bona propter delictum ipſo iure confiſcantur, ideoq; eſt etiam ei interdicta bonorum adminiſtratio, & ipſo iure nulla, vt ex communi * opinione, refert & ſequitur Clar. recept. ſent. lib.5. §. fin. q.78. verſ. cæterum poſt.

Contrariam opinionem, nempe poſſe appellari à ſententia, qua interdicitur bonorum adminiſtratio, ſcripſit, nulla facta difficultate, Rebuff. tract. de ſent. prouiſ. articul.3 gloſſ.4. ſub n.1. tom.1. fol.283.

Bene verum eſt, in Regno Franciæ prohibitam eſſe appellationem, vt ſcribit Rebuff. vbi ſupr. & eodem tract. in præfat. n.124. caſ.25. fol.243. & in Ducato Mediolani, vt refert Rugin. tract. de appell. §.2. c.3. n.56.

LIMITATIO XXX.

SVMMARIVM.

DAMNI infecti ſententia de præſtanda cautione non eſt appellabilis, n.1. & ſeqq. in quibus agitur de ſententia primi decreti, & de interlocutoria.

1 LImita XXX. in ſententia, qua iudex mandat caueri de dãno infecto, quia ab ea non datur appellatio, Paul. de Caſtr. in l.1. num.1. ff. de damn. infect. Ang. Aret. in l. fin. ſub num.5. ver. in gloſſ.1. ff. de appell. recip. Nicell. de concord. gloſſ. concord.6. fall.83. n.128. fol.197. Rugin. tract. de appell. §.2. c.3. num.281. & quod hæc opinio ſit verior, * teſtatur Rip. in d. l.1. ſub n.5. et probatur ex d. l.1. ff. de damn. infect. cum res damni infecti celeritatem deſiderat, etc. iuncto textu in dict. l. fin. ff. de appell. recip. vel non, ſi res dilationem non recipiat, non permittitur appellare.

2 Confirmatur primo alia via hæc limitatio, quia ſi iudex mandat domino domus, ſeu alterius ædificij minantis ruinam, vt caueat damni infecti, & is non caueat, vicinus, cui imminet periculum, & ideo cautionem petijt, mittitur in poſſeſſionem illius rei ex primo decreto, l.15. ſi finita, §. ex hoc edicto, & §§. ſeqq. ff. de damn. infect. & ſcribit Menoch. tract. de retin. poſſ. rem.1. q.7. n.53. & 54.

3 Sed hoc primum decretum eſt ſententia interlocutoria, vt ſcribunt Rip. in d. l.1. ſub num.5. ibi, vnde videtur, ff. de damn. infect. Dyn. Bar. Felyn. & Contard. quos citaui, & ſequutus ſum ſupra lim.6. memb.4. n.124. & à ſententia interlocutoria non appellatur; teſtibus his, quos citaui, & ſequutus ſum infra limit.47. & in ſpecie, quod ideò non appelletur ab iſto primo decreto de iure ciuili, quia non abſorbet ius partis ſcribit Bart. in dict. l. ſi finita, §. ſed ſi forte, ſub n.7. & latius in l.2. q.6. n.18. ff. de appell. recip. & ſcripſi ſupra d. memb.4. n.123. Ego à fortiori dicetur interlocutoria illa iuſſio de cauendo damni infecti, cum ordinetur ad hanc miſſionem ex primo decreto, ideoque ab ea tanto minus licet appellare.

4 Confirmatur ſecundo, quia à ſententia lata ſuper poſſeſſione momentanea non appellatur iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra limit.6. princip. memb.3. num.3. ergo neque appellatur à primo decreto, per quod transfertur nuda detentatio, quæ eſt minoris præiudicij, Bart. in d. quæſt.6. num.18. & Rip. in d. l.1. ſub num.5. ver. confirmatur, ff. de damn. infec. & ſcripſi ſupra d. limit.6. memb.4. ſub num.123. verſic. prima ratio.

6. Contra iſtam limitationem tenuerunt Rom. ſing.784. an à

an à ſententia. dicens, quod licet non detur appellatio in his, quæ celeritatem deſiderant, fallit tamen in cauſa mixti imperij, & damni infecti, & Alex. *in d.l.prima, ſub nu.6. verſic.ex quo, ff.de damn. infect.* motus ea ratione, quia non poteſt propter dilationem appellationis pati periculum ille, qui petit caueri de damno infecto, quoniam, inquit, ſi aduerſarius fruſtratoriè appellauit, dato quod, appellatione pendente, domus rueret, tenebitur appellans ad emendationem damni, ac ſi cauiſſet de damno infecto: & in hanc contrariam opinionem poſſet forſan allegari, Spec. *in tit.de offic.omn.iud. §.1. iudicis officium, ſub num.4. verſ. ſed an in eiſdem, lib.1.fol.55.* dum breuiter more ſuo ſcribit vltimo loco, quod alij dicunt poſſe appellari.

In hanc diſcordia Bart. *in l.4.dies cautionis, §.ſi intra diem. & in §. hoc autem iudicium, vtrobique in fine, ff.de dam infect,* nihil determinat. At Rip. *in d.l.1.n.5. verſus finem, ff.de damn.infect.* diſtinguendo concordat, vt liceat appellare, quando cautio fuit petita principaliter, ſed nõ liceat appellare à primo decreto, ſeu miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto, & ita cenſet concordandas eſſe opiniones: Sed parcat mihi, ipſe in hac concordia eſt partialis, quia adhæret opinioni contra limitationem; ſiquidem controuerſia non eſt de primo decreto, ſed de cautione, in qua nullam adducit concordiam.

Ego non diſcedo à limitatione, & retorqueo rationẽ, qua mouetur Alex quia ſi cautio habetur pro præſtita, ergo per appellationem non ſuſpenditur effectus ſententiæ de cauendo, præterea effectus huius ſententię eſt, vt ſi iuſsus cauere non caueat, detur poſſeſſio ex primo decreto, ſed iſte effectus datur etiam quod iuſſus cauere appellet ergo non datur appellatio ſuſpenſiua.

LIMITATIO XXXI.

SVMMARIVM.

Demolitionis ſententia, & c.non eſt appellabilis, n.1.

1 LImita XXXI. in ſententia de demoliendo ædificatum poſt nunciationem, quia ab ea non appellatur, *l.1. §.ſed ſi is, ff.de non.oper.nunt.* quia ex illo textu colligitur, quod ei, qui contempſit edictum Prætoris ædificando poſt nuntiatum nouum opus, denegatur audientia, vt notat Iaſ. *in illo §.n.1.& 2.* & is, cui denegatur audientia, non appellat, *teſte Iaſ. vbi ſupra, & late ſcripſi, et declaraui q. præced. limit.1. num.30. et 31.* & apertè in terminis ſcribit Lancell. *tract. de attent. part.3.c.28. num.78. tom.5. fol.447.* quem refert, & ſequitur Rugin. *tract. de appell. §.2. c.3. nu. 262. fol.91.*

LIMITATIO XXXII.

SVMMARIVM.

Quorum bonorum ſententia lata contra hæredem putatiuum, etc. non eſt appellabilis.

1 LImita XXXII. in ſententia lata contra hæredem putatiuum, qui ſuccubuit in actione interdicti quorum bonorum quia non poteſt appellare ratione expẽſarum factarum ab ipſo in rebus euictis, *Ang. Aret. in l.2. ante ſententiam. numer.17. ver. vlterius quærit, ibi, ex quo infertur, ff.de appell.recip. et Ruginell. tract.de appell. §.2. capit. 3.n.297.* quod eſt notatu dignum, ſi eſt verum, quia alias à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio ad fauorem eius, qui eſt dominus fundi, contra eum, qui in eo ædificauit, datur appellatio ratione expenſarum, vt ſcripſi & declaraui *ſupra limit.6. memb.8. n.9. et* 10. vbi videas.

LIMITATIO XXXIII.

SVMMARIVM.

Electionis, ſeu nominationis ſententia ad officium, quod eſt publicum auctoritate, non eſt appellabilis, n.1.
Secus ſi ſit publicum auctoritate, et vtilitate, n.2. et ſeqq.

1 LImita XXXIII. in ſententia lata ſuper nominatione, ſeu electione ad munus, ſeu officium quod auctoritate eſt publicum, ſed vtilitate priuatum quale eſt munus tutelæ, ſeu curæ, quia ab hac ſententia non datur appellatio, *l.1. §.ſi quis, ff. quan.appellat.ſit. Spec. tit.de appell. §.in quibus n.9. ver.ſeptimo, lib.2. fol.185. Bal. in l.4. ſi pater, in fine, n.4. C.ſi pend.appel.mors, & c. Maran. in ſuo ſpec. p.6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, n.324. limit.26. fol.506. Rebuff. & Rugin. quos citaui ſup. limit.8.*

* Hæc limitatio etſi communiter * teneatur, mihi tamen videtur limitatio de vento, cum poſſit appellari poſt rejectam excuſationem, *vt dixi d.limit.8.n.12.*

2 Sublimita declarando hanc limitationem, vt non procedat quando officium, ſeu munus eſt publicum auctoritate, & vtilitate, quia tunc poteſt appellari, atque appellandum infra decem dies, *teſtibus Spec. Bal. Maran. & Rebuff. in locis ſup. proximè citatis.*

3 Infero primo ex hac ſublimitatione, quod electus ad conſulendum poteſt appellare, *Bal. vbi ſupr.*

4 Infero ſecundo, quod nominatus in rectorem, ſeu in ſcabinum poterit appellare, *Rebuff. tract. de nomin. q.8. nu. 30. fol.119.*

LIMITATIO XXXIV.

SVMMARIVM.

IVRAMENTVM, cuius virtute lata eſt ſententia, & c. excludit appellationem, n.1.
Ampliatur primo etiam ſi condemnatus vellet per rei euidentiam probare contrarium, n.2.
Ampliatur ſecundo in iuramento relato, n.3.
Ampliatur tertio in ſententia lata contra nolentem iurare, num.4.
¶ *Sublimitatur primo, quando iudex reijcit legitimas exceptiones nolentis iurare, n.5.*
Sublimitatur ſecundo in ſententia lata in cauſa matrimoniali, num.6.
Sublimitatur tertio in iuramento neceſſario, n.7.
Extenditur, & reſtringitur hæc ſublimitatio, n.8. & 9.

1 LImita XXXIV. in ſententia lata virtute iuramenti prĉſtiti à reo, vel ab actore de mutuo eorum conſenſu, altero eorum deferente, quia à tali ſententia non datur appellatio, *l.5. non erit. § dato, ff.de iureiur. & l.12. generaliter, §.ſed iuramento. & ibi Doct. C. de rebus cred.* quis enim referendus eſt ad appellationis veniens auxilium in his, quæ ipſe facienda procurauit, *& paulo poſt in §.ſinc autem,* cum nimis crudele eſt parti quæ hoc detulit, propter hoc ipſum, quod iudex eius petitionem ſecutus eſt, ſupereſſe prouocationem. *Maran. in ſuo Spec. part.6. actu 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur. limit.26. n.332. fol.507. Menoch. conſ.217. exiſtimauerim, ſub n.7. & ſeqq. n.21. & ſeqq. lib.3. Seraph. tract. de priuil. iuram. priuil. 102. nu.1. & ſeqq. Ruginell. tract. de appell. §. ſecundo c.3. in verbo iuramentum. n.512. & ſeqq.* & in terminis huius limitationis quando iuramentum eſt omnino voluntariũ, procedunt ea, quæ ſcribit Oſaſch. *deciſ. 61. actor iuramentum in princ. & n.1. et ſeqq. vſque ad n.5.*

2 Amplia primo hanc limitationem, vt procedat etiam ſi con-

ſi condemnatus vellet per euidentiam rei probare contrarium eius, quod eſt iuratum, quia adhuc non poſſet appellare, *Seraph. dicto priuil.* 102. *limit.* 2. *ſub numer.* 13. quia dato iureiurando, non aliud quæritur, quam an iuratum ſit, remiſſa quæſtione, an debeatur, *d. l. non erit, §. dato.*

Ego non firmo pedes in hac ampliatione, quia Boer. *deciſ.* 306. *confitens in vltimis verbis* ſcribit, quod ſentẽtia poteſt retractari, ſi pars confiteatur ſe deieraſſe, & tamen probatio per euidentiam rei ſuperat confeſſionem.

3 Amplia ſecundo, vt procedat in ſententia lata virtute iuramẽti relati, quod is, cui fuit ſponte delatum, ſeu oblatum, retulit oblatori deferrenti, & is iurauit, quia aduerſarius non poterit appellare, *Maran. in ſuo ſpec. part.* 6. *act.* 2. *pr. in ver. & quandoq; appellatur, lim.* 26. *n.* 332. *fol.* 507.

Contrariam opinionem; nempe poſſe appellari, tenet Seraph. *tract. de priuileg. iuram. priuil.* 102. *limit.* 3. *nu.* 14. dicens, quod ſi is, cui refertur iuramentum, iurauerit, poterit is, qui retulit, appellare, quia videtur ex neceſſitate retuliſſe.

Pro concordia poteſt diſtingui, vt ampliatio ſit vera, quando relatio iuramenti eſt facta antequam iudex approbauerit delationem iuramenti ideoque nondum mãdauerit iurari, vel referri, quia tunc, referendo ſine iuſſu iudicis, relatio videtur voluntaria; opinio vero contra ampliationem ſit vera, quando refert ex iuſſu iudicis mãdatis iurari, vel referri, quia attento iuſſu iudicis, non dicitur relatio voluntaria, ſed neceſſaria, *Oſaſch. deciſ.* 61. *actor. num.* 7. *& ſub num.* 8. *ver. & hac ratione, nu.* 9. *&* 10. & magis ſubueniendum eſt facienti actum ex neceſſitate, quam facienti ex voluntate, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra limit.* 2. *numer.* 36.

Ego adhæreo ſimpliciter ampliationi, ſiue retulerit ſuo motu proprio, ſiue accedente iuſſu iudicis.

Non obſtat, quod ſi is, cui defertur iuramentum, nolit iurare, neceſſitetur aut ſoluere, aut referre iuramentum, *l.* 9. *delata, C. de reb. cred.* ſicque relatio iuramenti dicatur neceſſaria, & non voluntaria, quia reſpondeo, conſiderãdam eſſe illam liberam facultatem iurandi, quæ eſt principalis, & non illa relatio iuramenti, quæ venit in conſequentiam neceſſariam quando non vult iurare, nec ſoluere ſemper enim conſideratur quod principaliter agitur non quod venit in conſequẽtiam, *iuxta ea, quæ ſcripſi lib. præcedenti, c.* 2. *n.* 173. Vnde licet homo, non eligendo viã quæ ducit ad cælum, in neceſſariam conſequentiam, ducatur ad inferas; tamen dicitur ex propria voluntate, & nõ ex neceſſitate duci ad inferos, quia conſideratur illa propria, voluntas, & liberum arbitrium eligendi viam, quæ ducit ad cælum.

Accedat, quod is, cui defertur iuramentum, ſi iudex mandat iurari, vel referri, poteſt allegare rationabiles cauſas non iurandi, neque referendi, quas cauſas ſi iudex reijcit, & procedit ad ſententiam, poterit appellare, *vt dixi infra num.* 5. ſicque euitatur neceſſitas.

Præterea actor, deferendo iuramentum reo, eo quia non habet probationes, dicitur deferre ex neceſſitate, & inopia probationum, & tamen hæc neceſſitas non conſideratur.

4 Vlterius magis deneganda videtur facultas appellandi ei, qui iuramentum retulit, quia is fuit in maiori facultate eligendi.

Amplia tertio, vt procedat etiam in ſentẽtia, qua reus, cui fuit delatum iuramentum, fuerit condemnatus ad ſoluendum, eo quia noluerit iurare, neque iuramento referre, quia tunc cogitur ſoluere *l.* 9. *delata, Cod. de reb. cred.* cum habeatur pro confeſſo, & conuicto, qui non appellat, per ea, quæ ſcripſi *ſupra quæſt.* 5. *ſub num.* 86. *verſic. ſecundus caſus*, & poſſunt allegari Menoch. & Rugin. citati *in ſeq. ſubampl.*

Subamplia hanc ampliationem, vt procedat in caſu contrario, quando reus retulerit iuramentum actori, & actor noluerit iurare, quia actor habebitur pro confeſſo, & conuicto, vnde is a ſententia lata ad fauorem rei non poterit appellare, *Menoch. conſ.* 217. *exiſtimauerim, ſub nu.* 19. *lib.* 3. *& Ruginell. trac. de appell. §.* 2. *cap.* 3. *n.* 514. *verſus finem, ibi, alterum vero.*

5 Sublimita I. eandem limitationem, vt non procedat, quando is, cui defertur iuramentum, allegat rationabiles cauſas, & exceptiones, quare non teneatur iurare, & iudex, ijs reiectis, præcipit iurari, vel referri, quia tunc, is poteſt appellare ab illo præcepto, & à reiectione exceptionum, *l.* 12. *generaliter, §. ſed iuramento, verſ. ipſe autem Cod. de rebus cred. Menoch. dicto tract. de appellat. §.* 9. *gloſ.* 2. *ſub numer.* 42. *verſic. appellari*, nam licet quis non poſſit appellare ab aliquo actu, tamen ſi alleget exceptiones legitimas, ne deueniatur ad illum actum, poteſt appellare, vt in alio caſu retuli, & ſequutus ſum *ſupra limitat.* 10. *numer.* 34.

Reliqua circa interlocutoriam iudicis in delatione iuramenti deciſiui habes *infra limit.* 47. *memb.* 1. *num.*

6 Sublimita II. non procedat in ſententia lata in cauſa matrimoniali, quia cum talis ſententia, non tranſeat in rem iudicatam poterit ab ea appellari, quamuis fuerit deciſa per iuramentum, *Seraph. tract. de priuil. iuram. priu.* 102. *num.* 8. *limit.* 1. & quod ſententia lata in cauſa matrimoniali non tranſeat in rem iudicatam, dixi *ſupra qu.* 12. *num.* 81. *& lib.* 1. *cap.* 97. *ſub num.* 131. & hæc ſublimitatio poteſt conſtitui generaliter in omnibus ſententijs, quæ non tranſeunt in iudicatum, de quibus ſententijs locutus ſum *d. q.* 12. *num.* 81. *& d. cap.* 97. *ſub num.* 131.

Contra hanc ſublimitationem facit, quia licet ſententia non tranſeat in iudicatum, tamen in ea poteſt prohiberi appellatio, vt in caſu, quo lapſi ſint decem dies ad appellandum, *ſcripſi d. q.* 12. *nu.* 81. vnde ſublimitatio non videtur fundata in bona ratione; quia poſſunt hæc duo ſimul ſtare, quod ſententia non tranſeat in iudicatum, & quod ab ea non poſſit appellari.

Pro reſolutione declara, vt ſi in cauſa matrimoniali agatur de peccato, ſeu intereſſe animæ, poſſit ſaltem per viam querelæ agi contra ſententiam, quamuis latam vigore præſtiti iuramenti deciſiui per ea, quæ dixi *d. qu.* 12. *n.* 81. ſi vero agatur de intereſſe pecuniario, ſeu aliter ciuili, non poterit appellari, neque querelari.

7 Sublimita III. vt non procedat in ſententia lata virtute iuramenti neceſſarij, quia ab eiuſmodi ſententia poteſt appellari, *Menoch. conſ.* 217. *exiſtimauerim, ſub numer.* 25. *lib.* 3. & quod detur appellatio, quãdo iudex defert alteri ex litigantibus iuramentum ob defectum probationis, ſcribunt Greg. Tholoſ. *tract. de appell. lib.* 2. *c.* 13. *numer.* 3. *ver. quando vero*, & Ruginell. *tract. de appell. §.* 2. *capit.* 3. *num.* 522.

† Quod tamen intelligendum eſt quando agitur de admiſſione probationis facienda per iuramentum, *Seraph. priuil. iuram.* 74. *num.* 171.

Et quod poſſit appellari quando iuramentum defertur à parte parti auctoritate legis, vel ſtatuti, vt in iuramento in litem, ſcribit Seraph. *trac. de priuil.* 102. *num.* 15. *limit.* 4.

Iuramẽtum neceſſarium dicitur illud, quod iudex inopia probationum defert parti, vt declarat idem Menoch. *eodem conſ.* 217. *num.* 6. *&* 36. dicens iuramentum in litem dici iuramẽtum neceſſarium, quia iudex illud defert parti ex neceſſitate legis, & quod eiuſmodi iuramentum dicatur neceſſarium, patet ex his, quæ ſcripſi *lib. præced. c.* 8. *num.* 377.

Dicitur etiam neceſſarium illud, quod defertur in ſupplementum plenæ probationis, *Maran. in ſpec. p.* 6. *act.* 9. *num.* 2. *fol.* 404.

8 Ex-

8 Extende hanc ſublimitationem, ſed cum diſtinctione, vt poſſit appellari non ſolum á ſententia lata poſt iuramentum, vt dixi, ſed poſſit appellari etiam ab illa interlocutoria, qua iudex mandat, admitti probationem iuratiuam; non tamen poteſt appellari á delatione ipſius iuramenti, quæ eſt exequutio admittẽdæ probationis, quia ab exequutione non datur appellatio, *Seraph. tract. de priuil. 102. num 6. & 7.*

Contrariam de ſtylo Cameræ Imperialis vide *ſupr. qu. 12. num. 161. ver. limita 7.*

9 Reſtringe eandem ſublimitationem, vt non procedat ſi ſtatutum mandet in aliquo caſu ſtari iuramento, vt puta in cauſa damni dati, quod ſtetur iuramento damnum paſſi, quia tunc non poterit appellari á ſententia lata vigore illius iuramenti, & multo minus quando ſtatutum mandaret, probationem in contrarium non admitti, per ea, quæ ſcribit Seraph. *tract. de priuil. iuram. priuileg. 102. numer. 16. & ſeqq. & num. 19.* nam, cum in caſu huius ſtatuti non poſſit probari contrarium, ſed ſit ſtandum iuramento, non datur appellatio per ea, quæ in alio caſu ſcribit Nicel. *tract. de concor. gloſ. concord. 6. ſal. 81. nu. 126. fol. 196.* neque poteſt appellari á ſtatuto, *Nicel. vbi ſupra*, & ſcripſi ſupra *limit. 20.*

Ergo adhæreo huic reſtrictioni in ſecundo caſu quãdo ſtatutum mandat non poſſe probari contrarium; ſecus in primo caſu quando mandat ſimpliciter ſtari iuramento, quia iſto caſu ſtatutum corrigit ius commune in hoc, quod habilitat illam probationem, & vult ei ſtari tanquã perfectæ & plenæ probationi, vnde non debet extendi vt corrigat etiam in hoc, quod prohibeat appellationem.

10 Iurare nolens de calumnia an appellet, vide lib. præcedenti, *c. 1. num. 105.*

Abſolutione, ſeu relaxatione iuramenti an liceat appellare, vide Ruginel. *tr. de appel. § 2. c. 3. n. 528.*

LIMITATIO XXXV.

SVMMARIA.

CALCVLATORIS relatio, ſeu ſententia vigore relationis lata non eſt appellabilis, num. 1. & ſeqq.
Reſtringuur cum declaratione, num. 5. & 6.
Subreſtringitur, num. 7.

1 Limita XXXV. in ſententia lata á calculatoribus, ſeu á iudice iuxta eorum calculum, quia videtur habere executionem paratam, ſecundum ea, quæ ſcribunt Bart. *in l. 2. in ſtar. num. 3. ibi, quæritur vtrum, C. de iur. fiſc lib. 10.* dicens, quod computatio, ſeu aſſignatio, in qua tabularij, notarij, ſeu calculatores aſſignant, aliquem remanere debitorem fiſci, vel non remanere, habet vim ſententiæ, ita vt ex ea poſſit fieri executio, & ex ea oriatur actio tanquam ex re iudicata, ſi fuerit approbata á Procuratore Cæſaris, ſeu á iudice; & deinde *num. 10. ver. quæro quid.* ait, quod calculatio facta inter priuatos á calculatore, electo á iudice valet, & facit plenam fidem; & minus obſcurè Ang. *in l. 2. aduerſus, Cod. de vſur. & fruct. leg.* dicens, quod iudex debet partem compellere ad ſolutionem faciendam ſecundum relationem calculatoris, & apertè Corn. ibidem, quem infert, & ſequitur Neuiz. *conſ. 94. opponitur, num. 18.* dicens, quod ſtatur calculo facto de commiſſione iudicis, & quod facit non ſolum probationem, ſed habet executionem paratam.

2 Confirmatur primo hæc limitatio, quia calculator electus de conſenſu vtriuſque partis ad calculandum, & reuidendum rationes, cẽſetur eſſe arbitrator, ſicut dicimus in agrimenſore, vt ſcribit Alex. *conſ. 21. conſideratis nu. 8. ver. nunc deſcendo ad tertium, & num. 12. lib 7.* & ideo poteſt non ſolum calculare, ſed etiam diſcernere, quę expenſæ, & debita ſint admittenda, & quæ non, *idem Alex. eod. conſ. 21. nu. 11. quem refert, & ſequitur Strac. tract. de mercat. par. 2. ſub num. 67. tom. 6. par. 1. fol. 292.* & quod iſti calculatores, qui dantur inter partes, habeant iuriſdictionẽ, & ex ſimplici datione, quod habeant videre rationem, & calculare, videantur habere licentiam ferendi ſentẽtiam, & condemnandi alterum alteri, & quamuis ſtylus communis, quem ſeruare cautius eſt, obſeruet, vt calculatores habeant ſolum videre, & referre iudici, dando ei relationem in ſcriptis, & iudex pronuntiet, tamen ſi contingeret vt ipſi iudicarent, quod poſſit ſuſtineri, ſcribit Paul. de Caſtr. *in l. 49. ſi cui libertas, numer. 3. ff. de condit. & demonſtrat.* quem refert, & ſequitur Strac. *dict. part. 2. ſub nu. 66. verſ. ſolent, & nu. 67.*

Sed a ſententia, ſeu laudo arbitratoris non datur appellatio per ea, quæ ſcripſi *ſupr. limit. 14. nu. 1.* & licet detur reductio ad arbitrium boni viri, tamen pendẽte tempore ad eam petendam, poteſt procedi ad executionem, vt ſcripſi *dicta limit. 14. nu. 14.* & poſſet procedi etiam in illis caſibus, in quibus locutus ſum *dicta limit. 14 nu. 9. & ſeqq.* Ergo &c.

3 Confirmatur ſecundo, quia calculatio, facta á calculatorè communiter electo, eſt quædam tranſactio, vt oſtendit Alex. *d. conſ. 21. nu. 9. 10. & 12.*

Sed á tranſactione, cum ſit contractus, non datur appellatio per ea, quæ ſcripſi *ſupra limit. 28.*

4 Contra hanc limitationem videtur conſuluiſſe Hier. Gabr. *conſil. 43. eiuſdem num. 3. & præcedentibus, lib. 1.* vbi etſi admittat, calculatores aliquando eſſe arbitros, & aliquando arbitratores, tamen, inquit, eorum relationem non prius nocere, quam fuerit approbata, & confirmata per ſententiam, quæ tranſierit in iudicatum, & allegat eundem Bartol. quem nos citauimus pro limitatione *ſupra num. 1.* & quod á petitorum relatione poſſit appellari, ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. art. 1. cap. 22. nu. 54. fol. 251.*

Retenta ſi placet limitationẽ.

5 Declara eam diſtinguendo, vt procedat quando relatio calculatorum eſſet approbata per ſentẽtiam iudicis; quia iſto caſu, aut ante ſententiam pars reclamauit ab illo calculo, ſeu contradixit, & tamen iudex relationem confirmauit, & iſto caſu a ſententia iudicis confirmantis laudum, ſeu arbitramentum non datur appellatio, ſeu reductio ſuſpenſiua per ea, quæ ſcripſi *ſupra limit. 14. nu. 9* aut non reclamauit infra decem dies, & ideò emologauit, & acceptauit, & tunc tanto minus poteſt appellari á ſentẽtia confirmatoria, & ita intelligo Maran. *in ſuo ſpec. part. 6. mem. 9. ſub nu. 70. fol. 354.*

Secus quando non eſt approbata, quia tunc ſicut de conſuetudine poteſt appellari á ſententia arbitratoris, *vti ſcriſi ſup. limit. 14. nu. 15.* ita etiam & á fortiori poterit appellari a calculo calculatorum.

6 Extende hanc declarationem, vt procedat etiamſi calculatores ſint electi ex forma ſtatutorum, quia licet hi dicantur iudices, & appellatio ab earum ſentẽtia ſit nulla, niſi in ea ſint expreſſæ cauſæ grauaminum, *vt ſcribit Angel. conſil. 130. viſis*, & in appellatione requiratur expreſſio cauſæ, quando alias iudex illi appellationi non teneretur deferre iuxta ea, quæ ſcripſi *ſupra limit 4. ſub n. 55.* tamen de conſuetudine adhuc daretur appellatio, *vt dixi ſupra limit. 14. nu 15.*

7 Reſtringe eandem declarationem, vt non procedat in calculatoribus æſtimatoribus, ſeu exæquatoribus, quorum officium eſt ſingulorum bona deſcribere, cenſere, atque in æſtimum referre, de quibus calculatoribus, & bonis in æſtimo ponendis & collectandis, plura ſcribit Io. Fer. Mont. *in vſus feud. lib 6. c. 5. ver. & eam ob cauſam, & ſeq. fol. 121. et 122. tom. 1. par. 2.* & ordinatè Nicol. Feſtal. *trac. de æſtim. & collect.* qui exæquatores, ſeu calculatores execu-

Digitized by Google

executiuè procedunt, *vt refert, & ſequitur Nicol. Feſtal. dicto tract. de æſtim. & collect. par. 3. cap. 1. num. 7. & ſeqq. to. 12. fol.* 180. & io his calculatoribus procedit etiam doctrina, quam ex Bart. adduxi *ſupr. n.* 1. & pro hac reſtrictione bene facit, quod ſcripſi *ſup. limit.* 17. *nu.* 1, *& ſeqq.*

LIMITATIO XXXVI.

SVMMARIVM.

Friuola appellatio reijcitur à qualibet ſententia, n. 1.
Ampliatur I. vt appellans friuolæ ab interlocutoria, non poſſit appellare à diffinitiua, n. 2.
Ampliatur II. vt index, deferens friuolæ appellationi, peccet, n. 3.
Declaratur I. vt ſi detulerit, liget ſibi manus, n. 4.
Declaratur II quæ appellatio dicatur friuola, n. 5.

1 Limita XXXVI. quando appellatio eſt friuola, quia appellatio friuola eſt prohibita à quauis ſententia, & illi neque iuſtitia defert neque iudex deferre debet, *c.* 5. *cum appellationibus friuolis, et ibi Gloſſ. Auch. Gemin. Franch. & cæteri de appell. in 6. Bart. Maran. et alij, quos citaui et ſequutus ſum ſupra lib.* 1. *c.* 97. *n.* 84. *et* 100.

2 Amplia primo hanc limitationem, vt ſit adeo prohibita ab interlocutoria, vt is, qui manifeſtè friuolè appellauerit ante ſententiam diffinitiuam, ſit priuatus iure appellandi poſt ſententiam, à qua alias ſibi licitum fuiſſet appellare, *Rot. deciſ.* 58. *alias* 412. *ſi appelletur manifeſtè. nu.* 4. *de appell. in nou.* & de alijs pœnis impoſitis contra appellantes io caſu, in quo noo poteſt appellari, vide Rebuff. *tract. de appel. art. 9. glo. vna, nu. 3 et ſeqq. tom. 3. fol* 507. & quæ ſcripſi *ſupra q.* 2. *num.* 52. *et q.* 5. *ſub nu.* 28. *reſtr.* 4. *et hac ead. q. limit.* 6. *memb.* 4. *n.* 7. *limit.* 10. *n.* 7.

Reſtringe hanc ampliationem, vt de conſuetudine oon ſeruetur, quia friuolè appellans, punitur ſolum in expenſis, *vt ſcribit Paul. de Caſtr. in l.* 5. *ab executione, n.* 6. *ibi, et ſic nota. C. quor. appellat. non recip.* & quod ita ſit de iure canonico, ſcripſi *dict. quæſt.* 2. *ſub n.* 52. *verſ. ſed quicquid,* & quod pœna pecuniaria, impoſita contra appellantem, non ſit io vſu ſcripſi *dicta q.* 5. *ſub n.* 28. & quod non ſit in vſu contra appellantem, neque contra iudicem ſcripſi *d. limit.* 6. *memb.* 4. *ſub n.* 7.

3 Amplia ſecundo, vt iudex non ſolum non teneatur deferre appellationi friuolæ, ſed ſi deferat, peccet, *Ang. Aret. tract. de maleſ. in verbo preſente dicto Caio. num.* 19. *Card. Alex. in c.* 31. *de priore, ſub n.* 3. *de appellat. Guid. Pap. tract. de appell. q.* 120. *ſub n.* 19. *f.* 61. *Rol à Val. conſ.* 73. *ſi vidiſſem, ſub n* 26. *lib.* 3. *Clar. recept. ſent. lib.* 5. *§. fin. q.* 94. *in fine principij Maſues. in addict. ad pract. Papien. in form. appel. à sēt. diffin. in gloſ. corā vobis in prima addit. in verbo, cōtumace, in fine, fol.* 407. *& Lancell tract. de attent. p.* 2. *c.* 12. *ampl.* 4. *princip n.* 12. *fol.* 352. & debet puniri, vt dixi *ſupra q.* 11. *ſub n.* 4 *ſubillatione* 1.

4 Declara primo ſublimitando eandem limitationem, vt quamuis iudex non debeat deferre, & deferendo, delatio ſit iniuſta, tamen abdicat à ſe iuriſdictionem, *Ang. in l.* 21. *quoniam iudices, ſub n.* 4. *C. de appel. & apertius Franch. in c.* 5. *cum appellationibus, §. ſi vero. not.* 2. *n.* 1. *in fine, ſub n.* 11. *de appell. in* 6. quare appellatio ſortitur effectum ſuum, & ligat manus iudicis, *Franch. in c.* 59. *vt debitus, n.* 28. *verſ. vltimo pone, de appel. & Lancel. tract. de atteut. par.* 2. *c.* 12. *limit.* 6. *princ. n.* 20. *fol.* 364. *& dixi ſup. limit.* 6. *memb.* 7. *nu.* 88. *& infra limit.* 47. *memb.* 1. *n.* 42. Et quod licet appellatio ſit nulla, eo quod ſit interpoſita ſine expreſſione alicuius rationabilis cauſæ, vel ſine ſcriptis, aut ſine petitione apoſtolorum tamen ſi iudex à quo detulerit appellationi friuolæ, & nullæ, abdicet à ſe omnem iuriſdictionē, & deuoluatur ad iudicem ad quem refert, & ſequitur. Franch. *in locis ſupra proximè citatis.* & quod appellatio, emiſſa ad Papam ſine expreſſione cauſæ, & ſine ſcriptis admiſſa per iudicem à quo, deuoluat negotium ad ſuperiorem, ſcribūt Rot. *deciſ.* 54. *alias* 385. *ſi appelletur ab electione, de appel. in non. idem Franch. in c.* 1. *ſub n.* 10. *de appell. in* 6. *& Cōtar. in l. vnica, q.* 1. *n.* 51. *et* 52. *C. ſi de mom. poſſ.* Et quod in prędicta appellatione poſſit procedi, inuito etiam appellante, ſiue fuerit appellatum ad Papam, ſiue ad Archiepiſcopum, ſiue ad delegatum ab eis, referunt, & ſequuntur Gemin. *in d. c.* 1. *§. poſt hoc, n.* 14. *verſ. ſed pone quod index, et Franch. ſub nu.* 7. *limit.* 2. & adde quæ ſcripſi *ſupra limit.* 6. *membr.* 7. *n.* 87. 88. 89. *& ſeqq.*

5 Declara ſecundo, quæ dicatur appellatio friuola ex his, quæ ſcripſi *ſupra q.* 2. *n.* 48. *& ſeqq.* vbi *n.* 49. dixi, relioqui arbitrio iudicis, quæ appellatio dicatur friuola.

6 Nota illatiuè ex hac declaratione, quod, ſi verum eſt relinquit arbitrio iudicis, quę appellatio dicatur friuola, friuolæ redduntur tot Doctorum controueſiæ an, & quando appellatio ſit admittenda, & cōſequenter ſubuertitur tota hæc decimaſeptima quæſtio, in qua de eiuſmodi controuerſijs agimus; quia appellatio friuola reijcitur, & quæ ſit appellatio friuola relinquitur arbitrio iudicis; ergo quæ appellatio ſit admittenda, & quæ non admittenda, remanet ſub arbitrio iudicis.

Aduerte, quod appellatio non dicitur friuola, niſi ſit manifeſtè friuola, vide ſupra *d. q.* 2. *n.* 50. & vbi à lege, vel à communi Iuriſperitorum ſententia eſt declaratum, quæ appellatio ſit friuola, & quæ non friuola, ceſſat arbitrium iudicis.

LIMITATIO XXXVII.

SVMMARIVM.

LEGATVM, ſeu fideicommiſſum relictum in teſtamento, an recipiat appellationem, n. 1. *&* 2.

1 Limita XXXVII. in legato, ſeu fideicommiſſo, quia hæres, contra quem agit legatarius ex teſtamento, ſi appellet, non defertur appellationi, immo cauerer debet de eo reſtituendo, *Spec. tit. de appell. §. nouiſſimè, ſub n.* 1. *caſ.* 2. *lib.* 2. *fol.* 198. *Vital. tract. de clauſul. in clauſ. nil nouari generalis eſt, ſub n.* 1. *verſ. item fallit cum hæres, tom.* 18. *fol.* 380. *et Lancel. tract. de attent. par.* 2. *cap.* 12. *de attent. et innou. appellat. pend. limit.* 34. *princ. n.* 1. *f.* 374. & quod legatarius poſſit agere executiuè, & habeat executionem paratam, tenent multi, quo citat, & ſequitur Franc. Becc. *conſ.* 17. *in caſu preſenti, n.* 5. *in fine, verſ. verum, et num.* 6. *lib.* 1. *et ex eo Maſuer. in addit. ad pract. Papien. in form. product. inſtr. in gloſ. exhibent et producent, verſ. cui adde. ſub hoc* * *aſteriſco, fol.* 330.

2 Contrariam opinionem, nempe pro legato non poſſe agi executiuè, tenuerunt multi, quos etiam citat Becc. *dicto conſ.* 17. *num.* 1. *et ſeqq.* vbi de communi opin. * & eam ſequutus eſt Senat. Pedemon. *vt teſtatur Theſſ. Foſſan. deciſ.* 26. *inſtrumenta, nu.* 10. *verſ. declaratur, et ego amplexus ſum ſupra lib.* 1. *c.* 62. *ſub n.* 9.

Neque obſtat auctoritas Speculatoris, & aliorum qui ſcripſerunt, oon eſſe deferrendum appellationi; quia reſpondeo, qood intelligunt, non eſſe deferendum appellationi quoad pręſtationem cautionis, hoc eſt hęres quamois appellet, & appellatio pendeat, tenetur tamen cauere, *Lancell. vbi ſupra.*

LIMITATIO XXXVIII.

SVMMARIVM.

PERICVLVM moræ excludit appellationem, n. 1. *et ſeq. in quibus ponuntur exempla.*

Amplia-

Ampliatur hæc limitatio, vt periculum moræ poſſit excludere etiam proceſſum, nu.6.
Declaratur eadem limitatio, num.7.

1 LImita XXXVIII. quando periculum eſt in mora, quia tunc iudex à quo poteſt, non obſtante appellatione, procedere ad exequutionem, *Nicel. tract. de concord. gloſ. concord. 6. fall. 72. nu. 117. fol. 196. Aſin. in prax. iudic. §. 31. cap. 2. limit. 2. num. 7. fol. 177. Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 43. num. 1. fol. 376. Contar. in l. vnica, in 4. rat. decidendi, num. 4. & in 5. rat. deciden. num. 1. C. ſi de momen. poſſ. & Rugin. tract. de appell. §. 2. cap 3. num. 628.* Et quod appellatio ſuſpenſiua ſit prohibita etiam de iure canonico, quando imminet periculum inter contendentes de poſſeſſione, retuli & ſecutus ſum *ſupra limit. 6. memb. 2. num. 4.* & quod iudex propter periculum moræ, poſſit, nõ obſtãte appellatione, procedere ad executionem in cauſa capitali, ſcribit Boer. quem citaui, & ſequutus ſum *ſup. q. 13. ſub num. 110.*

Confirmatur hæc limitatio duplici argumento, Primo, quia vbi periculum eſt in mora, recedimus à regulis ordinarijs, *Lancell. dicta limit. 43. num. 13.* Secundo, quia vbi periculum eſt in mora, requiritur celeris executio, & vbi requiritur celeris executio, remouetur appellatio ſuſpenſiua, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra limit. 7. num. 12. & limit. 30 num. 1.*

Sed quo res clarior fiat, accedamus ad exempla.

2 Exemplifica primo hanc limitationem quando excõmunicatus eſt in periculo mortis, quia ſi is petat abſolutionem à iudice, qui excommunicauit, offerendo cautionem, & aduerſarius replicet, non eſſe abſoluendum, & appellet, vt habes caſum à me relatum, *ſupra limit. 22. ſub n. 24.* tamẽ iudex poteſt, non obſtante appellatione abſoluere, *vt ex Abb. Franch. Dec. & Lancell. retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 3. nu. 39. &* 40. nam excommunicatio accelerat mortem, *vt ex Abb. Franch. & Dec. retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 3. n. 41.* cum homo propter peccatum præſumatur citius mori, *Gloſ. in cap. 25. qua fronte, in verbo decedat. de appell.*

3 Exemplifica ſecundo, quando eſſent examinandi teſtes abſuturi, ſeu aliter ſuſpecti de morte propter ſenectutem ſeu infirmitatem, quia iudex à quo poteſt eos examinare, non obſtante appellatione, *vt retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 8. n. 105. & ſeqq. ad eum.*

4 Exemplifica tertio, quando imminet bellum, ſeu peſtis (*libera nos Domine*) quia ij, quibus præcipitur cuſtodia ciuitatis, & portarum, non poſſunt à precepto appellare, etiamſi allegarent priuilegium, niſi ſtatim illud oſtenderẽt, vel alias eſſet notorium, *Rebuff. tract. de ſenten. prouiſ. in præfat. n. 100. to. 1. fol. 239.*

5 Exemplifica quarto, vt ædificia ſarciantur, pendente lite ſuper hæreditate, vel re ſequeſtrata, vt reparationes neceſſaria fiant, *Rebuff. in d. præfat. n. 127 fol. 44.*

Reliqua exempla poteris per te ipſum facile inuenire, & excogitare, & aliqua ſumere ex his, quæ ſcripſi *ſupra limit. 7. nu. 1. & nu. 13. & ſeqq.*

6 Amplia hanc limitationem ſic exemplificatam, vt ſi periculum ſit adeo imminens, vt quælibet mora ſit nocitura, poſſit tunc iudex non ſolum exequi, reiecta appellatione, ſed poſſit exequi etiam non formato proceſſu, quẽ poterit fabricare poſt factam executionem, *vt ex Bartol. refert, & ſequitur Boer. deciſ. 259. iudex condemnauit nu. 5. verſic. tunc enim punire, quem refert, & ſequitur Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. pend. ampl. 4. num. 17. verſ. ſecundo. tom. 5. fol. 352.* & iudicis ſententia, illiuſque executio poſſet iuſtificari ex poſt agitatis, & productis, *Boer. eadem deciſ. 259. num. 4. verſ. in contrarium,* vt in ſimili propoſito ſcribit *Bald. in l. 21. bello in fine, ff. de excuſ. tut. fol. 27.* dicens, quod ſi quis fuerit mortiſere vulneratus, & Poteſtas credens eum mortuum, decapitauerit percuſſorem, & vulneratus tandem eſt mortuus, ſententia, inquit, poteſt iuſtificari ex morte ſubſequuta, ſi apud naturam, & iudicem cauſæ cognitorem certum erat, vulneratum fuiſſe omnino moriturum.

Sed ceſſante periculo moræ, iuſtificatio, quæ fieret ex poſt facto, non ſufficeret, *per ea, quæ ſcripſi ſupra lib. 1. cap. 97. num. 181.* Vnde extra caſum imminentis periculi non placet dictum Baldi ſupra relatum.

7 Declara eandem ampliationem, vt iudex poſt factam executionem teneatur ſtatim ſcribere iudici appellationis, quare appellationem non receperit, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 13. num. 111.*

LIMITATIO XXXIX.

SVMMARIVM.

FACTVM proprium non recipit appellationem, nu. 1.

1 LImita XXXIX. vt ab eo, quod quis procurauit fieri, non poſſit appellare, *Spec. tit. de appellat. 8. in quibus, num. 23. verſic. trigeſimotertio, lib. 2. fol. 186. Nicell. tract. de concord. gloſs. concord. 6. fall. 63. numer. 104. fol. 195. Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 2. cap. 27. nu. 1. & Ruginel. tract. de appell. §. 2. cap. 3. num. 394. in verbo factum,* & ſatis probatur ex textu, cuius verba retuli, *ſupra limit. 34. ſub nu. 1.* Et quas conſequẽtias habeat iſta limitatio ponunt idem Doctores ſupra citati.

LIMITATIO XL.

SVMMARIVM.

BREVIORES, ſeu paruæ cauſæ non admittunt appellationem, num. 1. & 2.
Declaratur I. qualitatem cauſæ quandoque conſiderari in ſententia, & quandoque in petitione, n. 3.
Declaratur II. quæ cauſa dicatur minima, n. 4. & ſeq.
Declaratur III. an plures ſummæ minimæ faciant vnam magnam, num. 15.
Sublimitatur I. eadem limitatio, vt non procedat quoad effectum deuolutiuum, num. 16.
Sublimitatur II. de iure canonico, num. 17.

1 LImita XL. vt non habeat locum in cauſis minimis, & breuioribus, quia in eis non datur appellatio de iure ciuili, *authent. niſi breuiores, Cod. de ſentent. ex peric. recit. canonizata in capit. 28. anteriorem, 2. qu. 6.* & notant communiter * omnes Canoniſtæ *in cap. 11. de appellationibus, Maran. in ſuo ſpec. part. 6. act. ſecundo, in verbo, & quandoque appellatur, limit. 21. numer. 326. fol. 507. Rebuff. tract. de ſentent. execut. art. 12. gloſ. 1. num. 5. tom. 1. fol. 407. Carauit. ſuper rit. 257. numer. 1. fol. 142 Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. num. 604. in verbo modicum,* & communiter omnes in diuerſis locis.

† Et tamen appellabitur reſpectu expenſarum, ſecundum Carauit. *rit. 257. nu. 5.*

2 Ratio huius limitationis eſt, quia non expedit publicæ vtilitati, vt admittatur appellatio, in qua plus expẽditur, quam ſit valor totius cauſæ, *Rebuff. Carauit. & Ruginel. in locis ſupra proximè citatis,* & quod leges in non admittendis appellationibus in cauſis breuioribus non tantũ conſiderarint bonum animæ, quantum cõſiderarunt bonum publicum, ſcribit Card. Alex. *in d. c. appellationibus, n. 1. in fine,* nunquam enim facienda eſt expenſa, quam res non patitur, *Franch. idem, in fine.*

3 Declara primo eandem limitationem, vt cauſa magna, vel minima aliquando conſideretur reſpectu ſummæ

Digitized by Google

mæ contentæ in ſententia, & aliquando reſpectu ſummæ contentæ in petitione, prout in ſimili, loquendo de ſummis minimis inappellabilibus ex forma ſtatutorum, declaraui *ſupra limit.6.mem.9. n.14.15.& 16.* vbi videas.

4 Declara ſecundo, quæ cauſa dicatur minima, & quæ magna, quia ſunt variæ opiniones.

Prima opinio eſt, quod cauſa minima, modica, ſeu breuior dicitur illa, quæ non excedit ſummam duorum aureorum, de qua opinione memini *ſupra lib.1. cap.53. ſub num.15.*

Secunda opinio eſt, quod cauſa minima dicatur illa, quæ eſt decem aureorum quas duas opin. adducit Gloſ. *in u. cap. de appellationibus*.

Tertia opinio eſt, quod cauſa modica, ſeu minima dicatur illa, quæ non ſufficit ad ſumptus iudiciales, & hac in opin. videtur reſidere Gloſ. ſupra citata, dum eam vltimo ponit hancque eſſe veriorem regulam, vt breuiores cauſæ dicantur illæ, in quibus plus in ſcripturis, itineribus, ac litigando erogatur, quam ſit ſumma principalis, ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. par.1. commiſſ.2. auocat. cauſ. c.1. n.9. fol.68. in fine, & 69.*

Hæc opinio eſt ſubſtantialis, ſed tamen eſt generica, & ideo non eſt adæquata; quare valet dicere: valor huius cauſæ eſt maior quam ſint ſumptus iudiciales, ergo in ea datur appellatio, ſed hodie non valet contra ſumptus iudiciales ſunt maiores, quam ſit valor cauſæ, ergo non datur appellatio.

Vtinam ius dicentes conſiderarent myſterium huius tertiæ opinionis; viderent enim, quod etiam cauſæ magnæ ſæpè ſunt minime, & conſequenter quod etiam in cauſis magnis deneganda eſſet appellatio; ſi quidem hodie tantus eſt opinionum conflictus, tanta intellectuum varietas, tot excogitantur cauillationes, & impoſturæ à principalibus, à procuratoribus, & cauſidicis, tanta eſt negligẽtia iudicium, tanta quandoque inſcitia, adeo eorum frigeſcit charitas in dirimendis litibus, vt ſæpè audiamus, maiores fieri expenſas, quam ſit valor cauſæ: ò tempora, ò mores: non imponitur finis liti, niſi alter ex pauperibus litigantibus reducantur ad mendicitatem.

Quarta & vltima opinio eſt, quod relinquatur arbitrio iudicis, quæ cauſa dicatur magna, & quæ modica, & minima, *Bart. in d. authentica niſi breuiores, n.1.* dicens, hanc eſſe veram opinionem, quod inſpecta qualitate perſonarũ relinquatur arbitrio iudicis; hancque opin. referunt & ſequuntur Franch. *in c.11. de appellationibus, ſub n.2. verſus finem, & Card. Alex. nu.5. de appell. & Caraut. d. rit. 257. ſub n.1.* & eſſe communem * teſtantur, & ſequuntur Bal. *in d. auth. niſi breuiores, num.5. verſ. alij dicunt. C. de ſenten. ex breu. recit.* dicens, reliqua arbitrio iudicis, inſpecta qualitate perſonarum, & quantitate litis, *Iaſ. in l.31. admonendi, nu.223. ibi, ſit etiam in ſimili ff. de iuretur. Menoch. de arbit. iud. lib.2. cent.1. caſ.72. nu.10. Aſin. in prax. §.3. cap.31. n.32. Ioſ. Cumia ſuper rit. Sicil. cap.38. num.52.* & quod in hoc non poſſit dari regula, quæ ſint cauſæ maiores, & quæ ſint minimæ, aut Curia Romana dignæ, & conſequenter arbitrio Signaturæ committendum ſit iuxta præfatam communem opin. ſcribunt Marcheſ. *tract. de commiſſ. par.1. commiſſ.2. auoc. cauſ. cap.1. ſub n.10. fol.69. & dixi d.c.53. ſub n.15.*

Infero ex hac quarta opinione, quod cauſa, quæ inter pauperes poteſt eſſe magna, inter diuites poteſt eſſe parua, *vt ſcribit Lanfr. de Orian. tract. de teſtib. n.29. tom.4. f. 181.* & exemplificant Iaſ. *in plena repetit. l.31. admonendi, num.222. ibi. quæ autem dicatur cauſa magna, ff. de iuretur. Vulp. tract. de promiſſ. de non offend. q.79. n.12. tom.11. p.1. f. 415. & Aſin. d. §.3. c.31. ſub n.32.* Et quod cauſa vnius bouis in ruſtico non ſit parua quia fortè ille bos eſt maior pars fortunarum ſuarum, & idem de cauſa vnius procelli, quia procellus eſt ruſtico oculus ſuus, ſcribit & refert Bal. *in d. auth. niſi breuiores, num.2. & 3.* & ex eo referunt, & ſequuntur Corſett, *tract. de minim. ſub n.8. verſ. decimotertio tom.18. ſol.270. et Aſin. vbi ſupra, et nos quoque d.c.53. nu. 15. verſus finem*, & quod cauſa de procello dicatur magna cauſa inter ruſticos, & pauperes perſonas, notat etiam Franch. *in loco ſupra proxime citato.*

6 Aduerte tamen, quod ſi cauſa, vertens inter diuitem, & pauperem, ſit parua reſpectu diuitis, & magna reſpectu pauperis, iudicabitur magna, vel parua, prout magis expediet pauperi: cum enim paupertas per ſe ipſa ſit ſatis oppreſſa, & oneroſa, *vt ſcripſi ſupra lib.1. capit.97. ſub nu. 147.* indiget ſubleuatione, vt pauper in hoc habens electionum per ea, quæ de fauore paupertatis ſcribit Benincaſ. *tractat. de pauper. et eius priuileg. quæſt.4. num.8. et ſeqq. tom.18. fol.142.* facit etiam, quia miſerabiles perſonæ trahuntur iuxta ea quæ ſcripſi *ſupra quæſt.7. number.114. et ſeqq.* & ideo ſi fuerit condemnatus pauper, debetur ei appellatio, ſed ſi ſit condemnatus diues, non debetur diuiti appellatio.

7 Hæc aduertentia quamuis ſit vera, & iuridica, tamen in praxi eam non obtineres, quia priuilegia paupertatis iudices hodie male obſeruant: Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores: In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores: Cenſus amicitias, pauper vbique iacet & retuli, *ſupra lib. præced. cap.97. ſub n.147.* Quare, vt inquit Senec. *declam.1. lib.2. verſ. magnum.* nunc facilius eſt paupertatem laudare, quam ferre, & diuitiæ ſunt, quæ in omnibus præualent, & abſorbent omnia priuilegia; nam, vt inquit Senec. vbi ſupra, Senatorium ad gradum cenſus aſcendere facit: cenſus Romanum equitem à plebe diſcernit: cenſus in caſtris ordinem promouet: cenſus in foro iudex legitur, concludendum eſt, quod licet paupertas habeat multa bona, tamen poſſumus dicere cum Gloſ. quã citat Aret. *tract. de maleſ. in verbo, che hai adulterato. nu.9. in fine*, à tali paupertatis bono libera nos Domine.

8 Explica eandem illationem vt etiam arbitrio iudicis relinquatur, quis dicatur pauper, vt, relatis opinionibus, videtur tenere Menoch. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1. cap.100. num.8. in fine*, & loquendo in materia indifferenti communem * eſſe opinionem, quod relinquatur iudicis arbitrio, qui dicatur pauper, referunt, & ſequuntur Beninc. *tract. de pauper. et eius priuileg. quæſt.6. num.17 verſ. cæterum licet. tom.18. fol.147. et Maſcard. tractat. de probat. concl.1154. ſub n.7. verſ. quoniam igitur. et n. octauo lib.3.*

9 Verum, re hic diligentius perpenſa, præmitto, quod variæ circumferuntur etymologiæ, & definitiones paupertatis, de quibus ſcripſit Beninc. *d. tract. de pauper. & eius priuil. quæſt.1. n.28. et ſeqq. fol.139.* variæ etiam recenſentur ſpecies paupertatis, quarum tres poſuit Beninc. *vbi ſupra q.2. n.1. et ſeqq. fol.140.* quas etymologias, & definitiones indicaſſe, ſufficiat.

10 Hoc præmiſſo, pro reſolutione, & abſoluta intelligentia huius explicationis, ac etiam ad vſum pium, dico, quod ſicut tria ſunt genera bonorum; quædam enim dicuntur bona fortunæ; quædam bona animi; & quædam bona animæ: ita etiam tripliciter quis poteſt dici pauper.

Primo modo dicitur pauperis, qui caret pecunia, & bonis fortunæ, vt ſentit Menoch. vbi ſupra, & tenet opinio vulgi, & ſecundum eiuſdem vulgi opinionem carere dicitur, cum illa non habet, ſiue illa cupiat, ſiue non cupiat.

Ad ſecundum veram Philoſophorum opin. non dicitur ſimpliciter pauper is, cui bona fortunæ deficiunt, ſed is, qui plus cupit, ſicut ſcitè docet Senec. *in epiſt. lib.1. epiſt. 2. verſus finem. fol....* non quidem parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt, &c. *& epiſt.1. verſus finem.* non puto pau-

to pauperem,cui quantulumcumque ſupereſt, *& ep.16. verſ.fin.lib.2.* ſi ad naturam viues, nunquam eris pauper, ſi ad opiniones,nunquam eris diues: exiguum natura deſiderat,opin.immenſum,*id.Senec. t.2.in prouerb in lit. Q. fol....*quis eſt pauper?qui ſibi videtur diues,*& rurſus*,quis plurimum habet? is,qui minimum cupit,*item*,quid refert quantum habeas,multo illud plus eſt,quod non habes.

12 Secundo modo dicitur pauper is, qui indiget ratione, quia ratio dicitur bonum propriũ hominis,vt modo adducam,& is dicitur pauper,qui nonhabet in bonis,ſeu nõ habet in bona;Senec.*in ep.lib.10.ep.77. f. Omnia ſuo bono conſtat,vitem fertilitas commendat,ſapor vinum, velocitas ceruum,quam fortis dorſo immẽta ſint quæris,quorũ hic vnus eſt vſus ſarcinam ferre:in cane ſagacitas prima eſt,ſi inueſtigare debet feras,curſus,ſi conſequi,audacia,ſi mordere,inuadere,in homine optimum quid eſt,ratio,hac anteceditanimalia,Deo ſequitur: ratio ergo perfecta propriũ hominis bonum eſt,cætera illi cum animalibus ſetiſque communia ſunt,valet & leones,velox eſt,& equi etc.hæc ratio perfecta virtus vocatur,&c.nauis bona dicitur non quæ prætioſis coloribus picta eſt,nec cui argenteum,aut aurum roſtrum eſt,necque opibus regis preſſa eſt,ſed ſtabilis,& firma,& iuncturis aquam exludentibus ſpiſſa,ad ferendum incurſum maris ſolida,gubernaculo parens,velox,& non ſentiens ventum: Regula nõ quã formoſa,ſed quam recta ſit,quæritur:ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet quantum aret, quantum fæneret,à quam multis ſalutetur,ſed quam bonus ſit.* Vlterius, qui eſt bonus,eſt ſapiens,& qui eſt ſapiens,non poteſt lędi,& ſapienti nihil deeſt.Senec.lib.2.de tranq.vit.c.7.fol...*Sapiẽs non poteſt lædi,non poteſt quis ei iniuria facere:validius debet eſſequod lædit eo,quod læditur;non eſt autẽ fortior nequitia virtute:non poteſt ergo lædi ſapiens,illud.n iam nõ es admonendus,nemĩnẽ bonum eſſe, niſi ſapientem* : & ſecundum eundem Senec.ibid.*c.8.nec prodeſſe quidem quiſquã poteſt, & ſapienti nihil deeſt,quod accipere poſſit loco muneris, etc.*

13 Tertio dicitur pauper is,qui caret gratia Dei, & ideò non intrabit in regnum cęlorum:hic verè eſt pauper,miſerabilis, & deplorandus.

Ex quibus habes etiam cognoſcere, qui dicatur diues, quia contrariorum eſt eadem diſciplina.

14 Subdeclara reſtringendo eandem ſecundam declarationem, ſeu eius quartam opinionem, de qua ſupra *ſub num.4.*vt non procedat quando per conſtitutiones,& leges municipales prouiſum eſt, à qua ſumma infra non liceat appellari,eo quia cauſa, quæ non excedit valorem illius ſummæ, ſit modica, quia tunc ceſſat omne arbitriũ iudicis, tam reſpectu quantitatis cauſæ, quam reſpectu qualitatis;quę conſtitutiones ſunt laudabiles,quia oportet, rectè poſitas leges omnia determinare,& quam pauciſſima committere iudicantibus, vt ex Ariſtot.refert, & ſequitur Bald. *in auth. niſi breuiores, in fine, C.de ſent. ex peric.recit.* & ex eiſdem retuli *lib.præc.c.11.nu.297.*

Comprobatur hæc ſubdeclaratio, quia iſto caſu videtur priuilegiata cauſa, & quando eſt priuilegiata cauſa, tunc etiam perſonæ priuilegiatæ eſt prohibita appellatio vt retuli,& ſequutus ſum *ſup.lim.6.prin.memb.3.n:32.33. et ſeq.*in quib.dixi, tam fiſco,quam minori, & alteri perſonæ priuilegiatæ intelligi prohibitã appellationẽ a ſentẽtia lata in cauſa poſſeſſoria paret etiã ex eo,quod ab interlocutoria ęq; prohibetur appellatio diuiti,& pauperi.

Exemplifica eandemſubdeclarationem in conſtitutionibus & legibus municipalibus,editis pro tribunali Vicariæ Papæ,pro foro Capitolino, aliiſque locis, de quibus ſcripſi *in ſequentibus limitationibus* 41.42.43.*&* 44.

15 Declara tertio,an modicitas cauſę poſſit conſiderari in pluribus ſummis minimis, quæ ſimul vnitæ faciãt ſummam magnam ex his quæ ſcripſi *ſup. limit.6. memb.9.nu. 17.& infra limit.43.nu.3.*

16 Sublimita I. eandem limitationem, vt oon procedat quoad effectum deuolutiuum,quia ad hunc effectum oon retardata executione,admittitur appellatio, etiam à ſententia modicæ ſummæ,vt,loquendo de ritu Neapol.prohibente appellari in cauſis,non excedentibus valorẽ duarum vnciarum,ſcribit Carauit. *ſuper rit.257.nu.1. in fi.& n.2.& ſeq.*dicens, quod in Regno vidit tribus modis ſeruari: primo expediri prouiſiones,quod veniant acta tantum, & non ligari manus iudicis à quo; ſecundo cõmitti cauſam eidem officiali, qui nomine ipſius iudicis ad quẽ, reaſſumptis actis,prouideat de iuſtitia cum conſilio alterius Doctoris, partibus non ſuſpecti: tertio inhiberi in forma,non obſtante quod cauſa non ſit appellabilis: Et ratio huius tertij modi eſt, quia communiter in omnibus appellationibus appellantes dicunt de nullitate ex eiſdem actis; quo caſu executio ſuperſedetur; verum tamen eſt, inquit Carau. quod tranſmiſſo proceſſu iudicis ad quem, & facta apertura, iudex appellationis dat terminum ſuo arbitrio competentem duorum forte, vel trium dierum ad diſcutiendum nullitates proceſſus; quibus diſcuſſis, & viſo,quod non militant,prouidetur, quod eis non obſtãtibus exequatur ſententia iudicis à quo, literis inhibitorialibus expeditis non obſtantibus; & datur terminus ad probandum in cauſa principali; ſi verò militant nullitates,tũc Iudex ad quẽ aſſignat terminum in cauſa ad probandũ,tacitè interloquendo nullitates ſubſiſtere ſub hac, vel ſimili forma(viſis actis & diſcuſſis nullitatibus allegatis,fuit datus terminus in cauſa ad probandum.)

17 Sublimita II.vt non procedat de iure canonico, quia ſecundũ Ius canonicum ita poteſt appellari in cauſis minimis,ſicut in magnis, *c.11.de appel.& ibi Gloſ. Abb. Frãc. Trapoſ.& cæteri Canoniſtæ,Maran.Rebuf.& Carau.in locis citatis ſup.in limit* & quod de iure canonico poſſit appellari a quolibet grauamine,etiam minimo,ſcribit Franch. *in rubr.ſub nu.17.ibi,ſed de iure canonico,de appell.*& quod de iure canonico poſſit appellari pro omni cauſa grauaminis quantumcunq;minima,dummodo exprimatur rationabilis cauſa illius grauaminis,ſcribit Franch. *in c.53. paſtoralis,ſub n.3.ibi,operatur ergo primo, eod.tit.de appell.*

Ratio huius ſublimitationis eſt, quia appellatio nõ eſt fundata ſuper quantitate grauaminis, ſed ſuper iniuſtitia ſentẽtiæ,iniquitate iudicij,& ideo poteſt appellari etiam in cauſis minimis, quia iniuſtitia, & iniquitas ita poſſunt accidere in minimis,ſicut in maioribus, *Gloſ.in d.cap.de appellationibus,& ibid. Abb.nu.2.*

18 Nec dicatur,quod de minimis non curat Prætor;ideo. que pro modica re,ſeu modica læſione non datur reſtitutio in integrum,*iuxta ea,quæ retuli infra qu.19.rem.2.nu. 15.*ergo neque debet dari appellatio.

Quia reſpondeo dupliciter. Primo, quod reſtitutio in integrũ datur etiam pro minima re, ſi non præiudicetur maiori rei,vt dixi loc.cit. ſed in caſu noſtro non pręiudicatur maiori rei: Ergo. Secundo reſpondeo, quod reſtitutio in integrum eſt remedium extraordinarium,& ideò difficilius conceditur, quam appellatio, quæ eſt remediũ ordinarium, & ſic Prætor non curat de minimis in reſtitutionibus,ſecus in appellationibus,*Franch.in c.11.de appellat.ſub nu.2.verſ.nota quod in materia,de appellat.*

19 Tẽpora hãc limitationẽ,vt ius canonicũ permittat iſtã appellationẽ tanquã licitam, non autem tanquam expedientẽ,quia non expedit viro probatiſſimo appellare in minimis negotijs.expedit.n.pro paruo incõmodo à ſtrepitu iudiciorũ abſtinere,& ob hanc causã Apoſtolus ſuadet pati iniuriã,& fraudẽ potius, quam in iudicio cũ fratre,ideſt,cũ Chriſtiano contendere, *Abb in d.c.appel.n.5. verſ.fin.*& breuius ibidem Card. Alex. *ſub n.1.de appellat.*

20 Quid dicendum, quando ſumma minima eſt mixta cum ſumma magna, an tunc detur appellatio a toto ſententia, vide *infra limit.43.num.4.*

LIMITATIO XLI.

SVMMARIVM.

Vicarij S.D.N. ſent.lata infra duc.5.non eſt appellabilis,n.1.

1 LImita XLI. illatiuè ex limitatione præcedenti, vt non appelletur in cauſis à quinque ducatis auri de camera infra incluſiuè corã Vicario S. D. N. quia in cauſis nõ excedentibus præfatam ſummam prohibetur litigatoribus quæuis etiam non friuola appellatio, & ius dicendi de nullitate proceſſus, vt recenſet Veltr. *in prax. lib. 2. c. 16. n. 4. et ex eo Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 2. n. 35.* & habetur in facultatibus, conceſſis Vicario per Papam Paulum Epiſcopo Burgi. S. Sepulchri anno Domini 1542. tertio nonas Nouembris. De hac limitatione vide quæ ſcripſi *infra q. 19. rem. 3. n. 13. et ſeqq.*

Adde quæ ſcripſi *infra limit. 43. n. 3. et ſeqq.*

LIMITATIO XLII.

SVMMARIVM.

Senatoris, vel Collateralium ſententia lata infra ſcutos decem eſt inappellabilis, n. 1.

Ampliatur, n. 2. et 3.

Reſtringitur, n. 4. et 5.

1 LImita XLII. illatiuè ex præcedenti limitat. quadrageſima, vt non appelletur in cauſis à decem ſcutis infra coram Senatore, & eius Collateralibus, quia eiuſmodi cauſæ, omni prorſus appellatione remota, terminari debent ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis *lib. 1. c. 96.*

2 Amplia primo hanc limitationem, vt habeat locum non ſolum in cauſis pauperũ, & miſerabilium perſonarũ, vt ex conſtitutione Pij III. refert Luc. Pæt. *in pract. capitol. lib. 4. c. 6. nu. 1.* ſed etiam in cauſis diuitum, & perſonarum non miſerabilium, ex ſtat. Vrbis *dicto c. 96.* & hæc extenſio ſeruatur in praxi, vt patet ex his, quæ ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſ. p. 1. commiſ. 3. auoc. cauſ. c. 1. ſub n. 7. fol. 68.* dicens, quod licet cauſa decem ſcutorum, habito reſpectu ad pauperrimam perſonam; dicatur magna, tamen non erit talis, vt in ea Signatura reſcribat.

3 Amplia ſecundo, vt ſit prohibita non ſolum appellatio ſuſpenſiua, ſed etiam deuolutiua, quia Statutum dicit, omni prorſus appellatione remota.

4 Reſtringe primo eandem limitationem, vt habeat locum ſolum in cauſis, quæ cognoſcuntur coram Senatore, vel eius Collateralibus, ſecus in cauſis, quæ cognoſcuntur coram alijs iudicibus, *Luc. Pæt. d. lib. 4. c. 6. n. 1. in fine*, & ſatis colligitur ex ipſo ſtat. *d. c. 69.*

5 Reſtringe ſecundo, vt non habeat locum in annuis præſtationibus, & ſolutionibus, in quibus controuerteretur fundamentum, à quo oritur obligatio præſtationis, quia iſto caſu diceretur agi de tota ſumma, ex qua oritur obligatio præſtationis, ideoque, ſi tota ſumma excederet decem ſcutos, daretur appellatio, licet præſtatio annua eſſet vnius ſcuti: ſecus ſi controuerteretur ſolum de ipſa præſtatione non vti annua, ſed illa tantum, quia ſi non excederet ſummam decem ſcutorum non daretur appellatio, *Luc. Pæt. d. c. 6. n. 2. et 3.*

Pro maiori explicationem huius limitationis adde, quæ ſcripſi limit. *ſeq. n. 3. et ſeqq.*

LIMITATIO XLIII.

SVMMARIVM.

SVMMA, ſeu quantitas inappellabilis, in qua Signatura non reſcribit, quæ ſit, n. 1. et 2. vbi cuius quantitatis reciperentur olim appellationes.

¶ *Extenditur, et declaratur multipliciter hæc litatio, nu. 3. et ſeqq.*

1 LImita XLIII. illatiuè ex præcedenti limitatione quadrageſima in cauſis non excedentibus valorem ducatorum ſexdecim auri de camera, quia earum appellationes ex pontificia conſtitutione, & recepto ſtylo Signatura non committit, *Marcheſ. tract. de commiſ. p. 1. commiſ. auoc. cauſ. c. 1. n. ſeptimo in fine, fol. 60.*

Aduerte primo, quod valor ducati de camera non eſt ſemper idem; vnde in caſu occurrenti eſſet videndum quanti valeat die appellationis.

2 Aduerte ſecundo obiter, quod appellationes olim ex cõſtitutione Iuſtiniani Imper. *in Auth. de app. et intra quę temp. deb. app. col. 4. canonizata in c. 28. anterioru. 2. q. 6.* vno tantum caſu recipiebantur in hac regia Vrbe. videlicet quando ab Imperatore erat datus iudex illuſtris, vel dux, vel erat delegatus ſpectabilis à principe; in cæteris autẽ cauſis, ſi non excedebant ſummam decem librarum auri appellationes in regia hac Vrbe, non recipiebantur; Verba illius textus ſunt ſequentia; *Ideoq; ſancimus, ſi quando ex Ægyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraq; Lybia prouocatio ſperatur vſque ad decem librarum auri quantitatem, nõ in hanc regiam Vrbem eam venire, ſed ad Præfectũ Auguſtalem, qui audiat, et cauſam dirimat vice Sacri Cognitoris, nulla ei penitus poſt diffinitiuam ſententiam appellatione porrigenda; ſimiliq; modo quoties in Aſia diœceſi, vel Põtica tale aliquid emerſerit vſq; ad prædictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros ſpectabiles, comite forte, vel pro cõſules, vel prætores, vel moderatores, quibus ſpecialiter caſdem lites peragendas deputauimus remittantur, &c.* & poſtea ſubdit, *Si autem vel illuſtres ſint dati a nobis iudices (quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt) vel duces, qui omni modo ſpectabilitate decorati ſunt, vel hi, qui a Principe delegati ſunt, ſpectabilem habeant dignitatẽ, eorum appellatione ſub quacũque quantitate in hanc regiam Vrbe ad competentes antiquo more iudices referuntur, &c.*

3 Extende primo hanc limitationem, vt procedat etiamſi in eodem libello non petatur vnica tantum ſumma, ſeu partita inappellabilis, ſed petãtur plures partitæ inappellabile, & iudex vnica ſententia & capitulo condemnauerit ad vnam integram quantitatem omnium partitarum, quæ conſtituant ſummam appellabilem, quia dummodo ſint partitæ ſeparatæ, & ſint petitæ, ſeparatim ex diuerſis cauſis, non dabitur appellatio, *Rebuff. tract. de ſenten. execut. art. 13. gloſ. 1. verſ. quæro quid & verſ. tamen. to. 1. f. 409.* Et ex eodem, & Carau. apertius loquentibus retuli & ſequutus ſum *ſupra limit. 6. memb. 9. n. 17.*

Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi omnes particulæ eſſent vnico orationis contextu cumulatæ in vnica ſumma, & non per capita ſeparata, quia nihilominus ſi in effectu ſint ſeparatæ deneganda videtur appellatio *per ea, quæ ſcripſi infra n. 7.*

Contrarium, nempe dari iſto caſu appellationem ſentit, loquendo de conſtitutione Regni Franciæ, Rebuff. *vbi ſupra*, & ſuadetur, præſertim quando vnica petuntur actione, *ex his, quæ ſcripſi ſupra limit. 6. mem. 9. n. 25. & 32.*

4 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi cum partita, ſeu ſumma inappellabili eſſet mixta, alia partita appellabilis, quia adhuc poſſet, denegata appellatione, dari executio quoad partitam inapellabilem, dummodo ſint ſeparatim petitæ, ſicut in ſentẽtia, quæ condemnet ad poſſeſſionẽ, & ad fructus, dari appellationẽ quoad fructus, & non quoad poſſeſſionẽ dixi *ſup. lim. 6. mem. 9. n. 23. verſ. explic. et n. 31.*

5 Subextende hanc extẽſionem, vt procedat, ſiue iſtæ partitę ſint cumulatę in prima ſententia, ſiue in vltima ſentẽtia conformi, quæ faciat rem iudicatam, quia adhuc iſta vltima ſententia habebit omnimodam executionem, nẽpe quoad ſummam appellabilem, quia habet rem iudicatam, & quoad ſummam inappellabilem, quia eſt ſummam inappellabilis: nam ſicut à ſentẽtia quæ condẽnat ad poſſeſſionem, & ad fructus, quaſi duæ ſint ſentẽtiæ, datur appellatio quoad fructus, & denegatur quoad poſſeſſionẽ, vt dixi, ita etiam ſentẽtia, quæ continet diuerſas partitas, videtur plures ſententiæ; Vnde ſi tu peteres ſcutos nonaginta ex vna cauſa, & ſcutos decẽ ex alia, quæ conſtituunt ſcutos centũ, & iudex in prima inſtantia condẽnet reum in ſcutis nonaginta, & ſecundus iudex in cauſa appellationis confirmet ſentẽtia, & tertius in cauſa appellationis condemnet in centum petitis, vtique tu habebis, vt dixi omnimodam executionem per rationes prædictas.

5 Declara primo reſtringendo eaſdẽ extenſiones & ſubextenſionem, vt non ſint veræ quando peteretur vnica

ſum-

Digitized by Google

ſumma appellabilis, ſed iudex condemnaret ſummā inappellabilem, quia in terminis huius declarationis ſunt cōſiderandi plures caſus.

Primus caſus eſt, quando libellus continet vnicum negotium, ſeu vnicam ſummam, puta ſcutos 25. & iudex cōdemnat ad ſcutos 15. & iſto caſu dico, quod licet iſta ſententia ſit vndiq; inappellabilis, conſiderata ſumma contenta in ſententia, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra limit. 6. memb. 9. n. 6. 15. & 16.* & practicetur, vt hęc ſententia de conſuetudine ſuſtineatur pro valida, præſertim ſtāte ſtatuto, ſeu conſtitutione, quod non attēdatur aliæ nullitates, quam hæ tres; nullitas ex defectu iuriſdictionis; ex defectu mandati; & ex defectu citationis, & in his terminis tuto procedunt quæ ſcripſi *d. memb. 9. n. 15. & 16.* tamen circumductis conſuetudine & ſtatuto, hæc ſentētia eſt nulla, niſi haberet taxatiuam, *vt retuli & ſequutus ſum ſup. lim. 2. n. 38.* & conſequenter quamuis condemnatus ſit tutus exceptione nullitatis abſque remedio appell. tamen ex hoc ſolo, quod ſententia eſt nulla, poteſt appel. licet à ſentētia valida nō potuiſſet, teſtib. his quos citaui *ſup. lim. 19. n. 4.*

7 Secundus caſus eſt, quando libellus, ſeu ſententia continet diuerſas ſummas, ſeu res vnico tamen cōtextu orationis; & iſto caſu dico, quod in effectus res ſunt ſeparatæ vt conſideraui *ſup. lim. 6. memb. 9. n. 35. & 36.* & ideò ſententia, quæ condemnat in parte, & in parte omittit, erit, valida etiam de iure communi, *vt dixi ſupra limit. 21. ſub num. 38.* & conſequenter ſi ea res, ſeu quantitas, ad quam condemnat, eſt, inappellabilis, non poterit condemnatus appellare; ſed ſi pars, ſeu ſumma omiſſa, ſit appellabilis, poterit actor appellare, vt apertius declaraui *ſupra limit. 6. memb. 9. nu. 14. & ſeqq.* vbi videas.

Declara ſecundo, vt non detur appellatio ſuſpenſiua, ſed deuolutiua eſſet concedenda per ea, quæ dixi *ſupra limit. 4. nu. 91. & limit. 40. nu. 16.*

Verum Signatura nullatenus ſolet reſcribere.

LIMITATIO XLIV.

SVMMARIVM.

Neapoli à qua ſumma infra non detur appellatio, num. 1.

1 Limita XLIV. illatiue ex præcedenti quadrageſima limitatione in Regno Neap. in cauſis, quæ non excedunt valorem duarum vnciarum, & ſunt ciuiliter intentatæ, quia in eis non datur appellatio, tanquam cauſa ſit minima & breuior ex diſpoſitione ritus 257. item cauſa duarum vnciarum, *& ibi Carauit.* & licet Maran. *in ſuo ſpec. p. 6. actu 2. princ. in verbo & quandoque appellatur, ſub num. 326. limit. 21. in fine, fol. 507.* dicat, ſe nunquam vidiſſe ſeruatum illum ritum, tamen Carauit. *d. rit. 257. ſub numer. 1.* teſtatur eſſe in viridi obſeruantia in omnibus Curijs Regni.

Praxim huius limitationis retuli *ſupra limit. 40. nu. 19. verſ. ſublimita 1.*

In Ducatu Mediolanenſi à libris decem infra, quando ſententia eſt lata abſque conſilio ſapientis, & à libris vigintiquinque infra quando eſt lata cum conſilio ſapientis, non appellatur, *Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. ſub n. 605. verſ. de iure ſtatutorum.*

LIMITATIO XLV.

SVMMARIVM.

Funerales expenſæ non recipiunt appellationem, nu. 1.

¶ *Ampliatur in expenſis infirmitatis, nu. 2. & 3.*

1 Limita XLV. in ſententia lata pro ſolutione funeraliū, a qua non debet dari appellatio, quia expedit publicæ vtilitati, ne cadauera iacent inſepulta, & homines fętore inficiantur, vnde illico procedendum eſt, & Reipublicæ non minus intereſt, mortuos humari, quam viuentes ſeruari, quare ſi hæredes nolint præſtare expēſas pro funere, iudex per modum prouiſionis debet eos condēnare, ſalua repetitione, ſi opus ſit, quæ repetitio fieri poterit actione funeratitia, *late Rebuff. tr. de ſentent. prouiſ. in præfatione, nu. 39. & ſeqq. caſ. 2. vſque ad n. 68. tom. 1. fol. 229.* vbi ſcribit de iſta actione funeratitia, & quales debeant eſſe expenſæ pro funere.

2 Amplia hanc limitationem, vt habeat locum in expenſis infirmitatis, & hæc ampliatio procedit tam contra infirmum, quam contra hæredes infirmi, quia iſtæ expenſæ æquiparantur expenſis funeralibus, *Rebuff. dict. tractat. de ſent. prouiſ. in præfat. n. 95. & 96. caſu 7. to. 1. f. 238.*

3 Subamplia eandem ampliationem, vt medicus poſſit petere ſalarium, quamuis valetudinarium, medicinas ſumere nolentem, curauerit, quia non auditur infirmus perire volens, & quod dico de medico, dico de quolibet alio, qui infirmum curauerit, *Rebuff. dict. tract. de ſent. prouiſ. in præfat. nu. 96.*

LIMITATIO XLVI.

SVMMARIVM.

Inuentarij conficiendi ſententia non eſt appellabilis, nu. 1.

1 Limita XLVI. in ſententia de conficiendo inuētarium, a qua non dari appellationem ſuſpenſiuam, ſcribunt *Rebuff. tract. de ſentent. prouiſ. art. 3. gl. 3. numer. 1. & ſeqq. tom. 1. fol. 280. & Ruginell. tractat. de appellat. §. 2. cap. 3. in verbo inuentarium, num. 508.* & ſuadetur *ex §. hinc nobis. Authentic. de hæredit. & falc.* in illis verbis, fiat igitur inuentarium ab hærede &c.

2 Quæ perſonæ teneantur conficere inuentarium, congeſſit Rebuff. *d. gl. 3.*

XLVII. LIMIT. MEMB. I.

SVMMARIVM.

Interlocutoria ſententia non eſt appellabilis, nu. 1. & ſeqq. in quibus ampliatur.

Exemplificatur primo in citatione, à qua non datur appellatio, num. 5. & ſeqq in quibus reſtringitur, & reſtrictio extenditur vſque ad n. 25.

Exemplificatur ſecundo in dilatione nimis breui, n. 26.

Exemplific. tertio in abſolutoria ab obſeruatione iudicij, n. 27

Infertur ex hac limitatione, iudicem à quo poſſe procedere, non obſtante appellatione, & geſta non reuocari per viam attentati, & ponuntur extenſiones, & reſtrictiones, quæ plene declarant hanc illationem vſque ad num. 72.

Sublimitatur I. hæc limitatio, vt non procedat de iure canonico, quia de iſto iure poteſt appellari ab interlocutoria, n. 73. & ſeqq. in quibus habentur rationes, extenſio, & illationes vſque ad num. 80.

Reſtringitur num. 81. & 82.

Sublimitatur II. in interlocutoria cuius grauamen nō eſt reparabile per appellationem à diffinitiua, nu. 83. & ſeqq. in quibus declaratur, & extenditur vſque ad nu. 89.

Exemplificatur hæc ſublimitatio multipliciter.

Primo in interlocutoria, eſſe reſpondendum libello, vel &c. num. 90. et ſeq.

Secūdo in interlocutoria, eſſe proced. ad vlteriora, n. 94. e ſeq.

Tertio, quando iudex concedit reo tantam dilationem, quæ excedit tempus inſtantiæ, n. 100.

Quarto in denegatione copiæ, n. 101.

Quinto in admiſſione tertij ad impediendam executionem, non docto de eius intereſſe, n. 102.

Sexto in non admiſſione exceptionis litis pendentiæ, n. 103.

Sept. in nō admiſſ. ſeu admiſſione cōparentiū in cauſa, n. 104.

Octauo interlocutoria ſuper competentia, ſeu incompetentia iudicis, nu. 105.

Nono quando pronunciat, deferendū eſſe appellationi, n. 106

Decimo quando poſt oppoſitam exceptionem pronunciat, non eſſe procedendum ad vlteriora, nu. 108. & ſeqq. in quibus diſcutitur pulcher caſus.

Vndecimo in interlocutoria, articulos eſſe, vel non eſſe admittendos, n. 137. & ſeqq.

Duod. in interlocutoria lata ſuper cōparatione literarū, n. 142

Decimotertio in decreto de torquendo, n. 143. & ſeqq.

Decimoquarto in decreto capturæ, n. 156. & ſeqq.

Decimoquinto in interlocutoria de non admittenda appellatione, n. 166.

Decimoſexto in qualibet interlocutoria, lata poſt ſententiam diffinitiua, n. 167.
Sublimitatur III. in interlocutoria, quę tangit negotium principale, n. 168. & ſeqq.
Sublimit. IV. in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, n. 171
Exemplificatur multipliciter.
Primo in ſententia lata ſuper renocatione attentatorũ, n. 172
Secundo in interlocutoria ſuper incompetentia, n. 174.
Tertio quando index pronuntiat, reum debere iurare, vel referre, n. 176. & ſeqq.
Quarto in mulcta, n. 182.
Quinto quando index pronuntiat, hæreditatem non fuiſſe additam &c. n. 183.
Sexto quando pronunciat, non poſſe tertio appellari, n. 184.
Septimo quando pronũtiat, appellationẽ eſſe deſertam, n. 185
Octauo in præcepto de ſoluendo contra confeſſum ſeu canuictum, num. 187.
Nono in abſolutoria, lata rebus ſtantibus, n. 189.
Decima in interlocutoria de non procedendo ad vlteriora ob exceptionem peremptoriam, n. 190.
Vndecimo in interlocutoria ſuper executione inſtrumenti, n. 191. & ſeqq.
Duodecimo in interlocutoria, qua contumax declaratur pro confeſſo, n. 196.
Decimotertio quando index pronunciat, debitorem eſſe admittendum ad ceſſionem bonorum, n. 197.
Decimoquarto quando pronunciat, cauſam eſſe, vel non eſſe compromittendam, n. 198.
Decimoquito quãdo pronũtiat, rẽ poſſe alienari, ſeu etc. n. 201
Decimoſexto in ſententia conſeruationis indemnitatis n. 202
Decimoſeptimo in explanatione puncti traſmittendi ad conſilium ſapientis, n. 203.
Decimooctauo in ſecundo decreto, n. 204.
Decimonono in abſolutoria ab obſeruatione iudicij, n. 205.
Vigeſimo quando index pronunciat, minorem ætatem eſſe probatam vel non probatam in cauſa reſtitutionis in integrum, n. 206.
Vigeſimoprimo in interlocutoria, quæ non expectat aliam ſententiam, num. 209. & ſeqq. in quibus ponuntur illatio, & illationis extenſio.
Sublimitatur V. in interlocutoria, quæ ingerit difficultatem circa cauſæ deciſionem, n. 215.
Sublimitatur VI. quando iuris præſumptione conſtat de grauamine interlocutoriæ, n. 216.
Sublimitatur VII. in appellatione cum expreſſione rationabilis cauſæ, n. 217. & ſeqq.

1 LImita XLVII. in ſententia interlocutoria ante ſententiam diffinitiuam, quia ad ea regulariter non datur appellatio de iuri ciuili.

Amplam huius limitationis materiam vt facilius tradam, limitationem diuidam in tribus membris.

Primum membrum erit: *an ab interlocutoria detur appellatio.*

Secundum: *an appellatio, quæ debeat admitti ab interlocutoria, ſuſpendat tot in cauſam.*

Tertium: *expedita cauſa appellationis ab interlocutoria, qui index debeat procedere in cauſa principali.*

Accedendo ad primum, nunquid à ſententia interlocutoria detur appellatio, conſtituo limitationem, quod ab ea regulariter non datur appellatio de iure ciuili *l. 14. aperiſſimi, Cod. de iud.* cum poſt litem conteſtatam neque appellare poſſe ante diffinitiuam ſententiam iam ſtatuimus, *& l. 7. ante ſententia, & ibi Gloſſ. in verbo diſcuſſore. Cyn. Bar. & Paul. de Caſtr. omnes num. 1. C. quor. appell. non recip. Spec. tit. de appellat. §. in quibus, ver. 14. ſub num. 15. Bar. in l. 2. num 2. ff. de appell. recip. vel non, Bald. in l. 9. arbitro, ſub num. 4. ver. tu ergo ſcias ff. qui ſatiſd. cog. Papien. in Pract. in form. appellat. à ſentent. diffin. in gloſ. coram vobis, ſub nu. 9 ver. quæritur vltra fol. 405. Franch. in rub. ſub numero ibi, ſecundo eſt præmittendum, de appell. Socc. in reg. 24.* appellatio in qualibet cauſa fall. 1. *Nicell. tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 10 n. 40. fol. 192. Caran. rit. 264. num. 6. Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. ſub num. 1.* & quod hæc ſit communis concluſio, ſcribit Franch. *in cap. 12. ſuper eodem il ſecondo, not. 2. de appell.* & quod hæc ſit regula ſcribunt Bal. *vbi ſupra, Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princip. in verbo & quandoque appellatur lim 14. num. 303. & 306. folio 504. Crauet. in annot. ad pract. Veſtr. lib. 3. cap. 10. n. 6. & Aſin. in prax. §. 1. c. num. 26. fol. 6.* & ſentiunt omnes, citati *infra n. 73.* dum ad differentiam iuris ciuilis ſcribunt, quod de iure canonico poteſt appellari ab interlocutoria: & hæc eſt limitatio, quæ non ſolum eſt communis, * ſed caret contradictione: Imò potiſſimum ſignum ad cognoſcendam ſententiam interlocutoriam eſt, quando ab ea non datur appellatio, *vt refert Contar. in l. vnica, in ſecunda ratione decidendi, n. 1. C. ſi de mom. poſſ.*

Interlocutoria ſententia quæ dicatur, in quot ſpecies diuidatur, & quæ ſint earum differentiæ, & quomodo cognoſcantur dixi *t. præced.*

2 Amplia primo iſtam limitationem, vt habeat locum etiam in cauſis criminalibus, *Franch. in rubr. ſub n. 17. verſ. 2. eſt præmittendum, de appell.*

3 Amplia ſecundo, vt habeat locum etiam in cauſis carceratorum, *Franch. vbi ſupra.*

4 Amplia tertio, vt habeat locum etiam in foro Capitolino, quia ſtatuta *lib. 1. c. 171.* prohibent appellari ab interlocutorij, quæ alias per diffinitiuam, ſeu in ipſa diffinitiua poſſunt reparari.

5 Exemplifica primo iſtam limitationem in citatione valida, à qua non poteſt appellari de iure ciuili, tum quia ante ſententiam non poteſt appellari, tum quia tale grauamen poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, *Bart. in l. 2. q. 2. num. 12. verſus finem, ff. de appell. recip. vel non, quem refert, & ſequitur Bellam. in c. 12. ſuper eod. q. 13. n. 16. de appell. & Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 184.*

6 Reſtringe primo hanc exemplificationem, vt non ſit vera de iure canonico, quia poteſt appellari à qualibet interlocutoria, *vt dixi infr. n. 73.*

7 Reſtringe ſecundo, vt neque procedat de iure ciuili in ſequentibus caſibus.

Primus caſus eſt in citatione peremptoria, quæ continet nimis breuem terminum, quia tunc citatus dicitur in ea grauatus, & ideo poteſt appellare, *cap. 1. & ibi Gloſ. & Abb. n. 7. verſ. venio ad gloſ. & n. 8. verſ. ſed circa prædicta. & latius n. 12. verſ. ſecundo principaliter, de dilat.* qui ſcribunt, ſolam citationem peremptoriam ſine breuitate termini, vel breuitatem termini ſine peremptorio non ſufficere ad appellandum, *Caputaqne, deciſ. 38. la prima, appellatio interpoſita, par. 1. fol. 15.* dicens, appellationem eſſe legitimam, quando in citatione peremptoria ſine expreſſione cauſæ abbreuiantur dilationes, requiſitæ à iure *Gregor. Tholoſ. tract. de appell. lib. 1. c. 11. ſub n. 2. verſ. ſi quis vocetur, fol. 86.* & ita intelligas Bart. *in d. l. 2. q. 2. num. 12. ff de appell. recip. & Bellam. in d. c. 12. ſuper eod. q. 13. n. 16. de appell. & Rebuff. tract. de ſentent. execut. art. 7. gl. 5. n. 4. tom. 1. fol. 262.* dum ſimpliciter ſcribunt, appellari à citatione, quæ continet terminum breuem.

Reſtrictio in hoc primo caſu non videtur tuta, quia Abb. *dicto n. 12. refert,* Quod Bonaguida, & Archid. ſcripſerunt, quod Curia adhuc non daret literas appellationis, & quod litera, ſuper hoc facta, à Cãcellario fuit dilaniata.

Sed Bald. *in l. 2. verſ. ſed hic quæritur, num 8. C. de epiſcop. aud.* quem refert, & ſequitur Ang. de Aret. *in l. 2. num. 29. verſ. ſexto addit, ff. de appellat. recip.* loquens de termino comparitorio, diſtinguit, quod ſi citatus veriſimiliter timet de grauamine, ſi non comparet in termino, puta quia ille iudex procedit de facto, & ex arbitrio ſibi conceſſo, ſicut exequutores Cameræ, & iſto caſu, inquit, poteſt appellari: aut de hoc non timet probabiliter, & tunc non poteſt appellare.

8 Secundus caſus eſt in citatione ad locum non tutum, ſeu ſuſpectum, quia iſto caſu poteſt citatus appellare, vt ex ſententia Canoniſtarum, & Innocentij *in c.2. præterea n.3. de dilat.* refert Bart. *in d.l.2.n.12.q.2.ff.de appell.recip. vel non*, & ex Bart. referunt Bellam. *d.c.12. ſuper eo.qu.13. n.16. de appell.* vt Guid.Pap. *tract. de appell. q.79. ſub n.52. fol.59.* & quod iſto caſu poſſit citatus appellare coram honeſtis perſonis, ſcribit Bald. *in l.2. ſub n.7. verſ. venio ad citationem, C. de epiſcop. audien.* ſed aduerte, quod Innoc. quem citant, non loquitur de appellatione.

Contraria opinio, nempe quod non poſſit appellare de iure ciuili à citatione verbali, ſuadetur, quia vel in ipſa citatione exprimitur aliquid, propter quod citatus non tenetur comparere, & tunc citatio eſt nulla, vel nõ exprimitur aliquid tale, & tunc vel iudici eſt notum, quod citatus non tenetur cõparere, & ſimiliter citatio eſt ipſo iure nulla, vel iudici non eſt notum, & tunc citatio valet; & nullo ex his caſibus poſſe appellari, ſcribunt Bar. & Bellam. *ſupr.* citati, & quod ei, qui eſt citatus ad locũ notorie non tutum, non ſit neceſſe appellare, & ſequitur Franch. *in c.47. ex parte tua, ſub n.10. ver. in gloſ.1. de appell.*

9 Imo, quando citatio eſt nulla, citatus minus tenetur venire ad iudicem ad petendum, ſibi aſſignari locum tutum, ſed tamen prudenter faciet, ſi mittat excuſatorem, *Innoc. in d.c.2. ſub n.3. de dilat.* ſeu ſi appellet coram honeſtis perſonis, inſerendo cauſam quare nõ comparet, quãuis & ſi non appellet; ſi locus eſt notorie ſuſpectus; non teneatur comparere, nec de ſuſpicione loci appellare, *Bal. in l.2. ſub n.7. verſ. venio ad citationem, C. de epiſcop. aud.* & quod, ſi eſt notorium, locum non eſſe tutum, citatus non teneatur comparere, quia citatio eſt notorie iniuſta, & ideo non arctet citatum, ſcribit Franch. *in d.c.47. ex parte tua. ſub nu.10. verſ. in gloſ.1. de appellat.*

10 Imo amplius ſi locus eſt notorie non tutus, minus tenetur citatus mittere ad allegandum de loco non tuto, ſicque in caſu iſto notorium excuſat non ſolum ab onere probandi, ſed etiam ab onere allegandi, *vt refert, et ſequitur Franch. ſub dicto num.10.*

Demum eſto millies, quod hæc citatio grauet, tamen quia citatus poteſt, comparendo, vel mittendo procuratorem, ex ſola comparitione reuocare grauamen, fruſtra daretur ei appellatio, *Bal. in l.2. ſub n.7. verſ. venio ad citationem, C. de epiſc. aud. et Rebuff. tr. de ſent. execut. ar.7. gl.5. n.1. tom.1. fol.361.* & facit quod ſcripſi *ſup. q.5. nu.88.*

Hunc articulum latè examinant Abb. *in d.c.2. num.16. verſ. nunc veniam, de dilat. & Franc. d.c.47. ex parte tua, n.13. & ſeq. verſ. ſed vlterius*, quos poteris videre, ſi placet.

11 Retenta prima opinione, quòd poſſit appellare?

Intellige eandem opinionem, vt ſit vera quando locus nec perſonæ, nec cauſæ eſt tutus, quia tũc poteſt appellare, ſecus eſt ſi eſſet tutus cauſæ & non perſonæ, quia tũc poſſet mittere procuratorem, & ceſſabit omnis ſuſpitio, *vt ex Ang. de Peruſ. refert, & ſequitur Ang. de Aret. in l.2. n.25. ff. de appell. recip.* & hoc eſt, quod ſentit Rebuff. *tr. de ſent. execut. art.7. gl.5. n.5. fallen.3. tom.1 fol.362.* dum ait, quod poteſt appellare quando nec per ſe, nec per procuratorem poteſt comparere.

12 Extende primo eandem opinionem ſic intellectam, vt procedat etiam de iure ciuili, quãdo quis citatur citatione reali, hoc eſt, perſonaliter ducitur ad locum ſuſpectũ; nam poteſt tunc etiam de iure ciuili appellare, *ſecundum Bar. quem refert, & ſequitur Bellam. in locis ſup. proximè citatis, et Bal. in l.2. verſ. canoniſtæ dicunt C. de epiſcop. aud.*

Extende ſecundo, vt citatus ad locum non tutum poſſit ſtatim appellare, etiam ſi non opponatur exceptio, & etiam ſi iudex ignorauerit, locum non eſſe tutum, quia ſufficit grauamen re ipſa, licet iudex ex alio grauare non intendat, vt ex textu *in c.47. ex parte tua de appell.* bene notat Franch. *ibidem ſub num.13. verſic. ſed quantum*, vbi ex Imol. refert, hunc eſſe ſtylum Rom. Curiæ, quia dat literas ſuper appellatione, abſque eo, quod ſit oppoſita exceptio de loco non tuto.

Verum ſi oppoſita fuerit exceptio de loco non tuto, non deberet ſtatim appellare, ſed deberet expectare, an iudex reijceret exceptionem, vel non, ſecundum Imol. quem ſimiliter refert Franch. *vbi ſupra.*

13 Extende tertio, etiamſi locus ſit notorie non tutus; quia etſi iſto caſu citatus non teneatur cõparere, *Franch. in cap.47. ex parte tua nu.13. in fine, verſic. quando autem, de appell. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupr. lib.1. cap.32. n.26. & dixi lib. præced. c.9. nu.1774.* & citatio ipſa ſit ipſo iure nulla, *vt ex Bart. & Bellam. retuli, & ſequutus ſum ſupra in ſecunda opin. & ex Afflict. retuli, & ſequutus ſum dicto lib.1. cap.32. num.32.* & proceſſus ipſe ſit nullus, ex quo citatio non arctat citatum ad locum notorie non tutum, *Franch. in dicto capit.47. ex parte, numer.14. verſic. ſed quæritur primo*, & ideo appellatio non ſit neceſſaria, quia a ſententia nulla non appellatur, *ſecundum Socc. Alex. Maran. & Rebuff. quos retuli ſupr. limit.19. num.1.* vel ſaltem non eſt neceſſe appellare, vt in caſu huius extenſionis ſcribit Franch. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub num.8. verſ. contraria.*

Tamen poteſt appellari, quia licet appellatio non ſit neceſſaria, tamen non prohibetur ſecundum ea, *quæ ſcripſi d. limit.19. ſub n.1. verſ. contra.*

14 Subextende primo hanc extenſionem, & dicta in ea, vt habeant locum etiam quando locus non eſt notorie non tutus, ſed tamen eſt notum iudici, quia tunc habẽt locum omnia prædicta, vt in ſequenti ſubextenſione.

15 Subextende ſecundo, vt procedant in quacunque alia citatione, quæ exprimeret aliquod iniuſtum, ſeu inhoneſtum, quod multipliciter poteſt euenire, vt oſtendit Innoc. *dicto cap.2. nu.3. de dilat.* qui non facit differentiam, an citatio ſit ad locum non tutum, vel contineat aliquod iniuſtum; quia citatio eſt nulla, quoties in ea exprimitur aliquid, propter quod apparet manifeſte, quod citatus non tenetur comparere, vel iudici eſt notorium, quod citatus non tenetur ire, *Bar. in l.2. q.2. princ. ſub nu.12. ff. de app. recip. vel non. Bellam. in c.12. ſuper ead. qu.13. ſub num.15. de appell.* ideoque ſi carceratus citetur pro alia cauſa poteſt allegare impedimentum, & eo allegato, non poteſt contra eum procedi ad condemnationem, & ſi fuerit proceſſum, cõdemnatio non valebit, *Affl. deciſ.182. quia regia, numer.7.* & quod ſi citatus ad ſententiam legitimè impeditus non comparet, & iudex, certificatus de impedimento, ſententiam nihilominus ferat, illa ſententia ſit nulla tenuit Rot. quam refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. par.2. cap.12. de attent. & innou. appell. pend. ampl.15. princ. num.31. tom.5. fol.355.* & quod ſi iudex, habens notitiam, procedat, proceſſus ſit ipſo iure nullus ſcribunt Bar. Iaſ. & Vant. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra libr.1. cap.97 ſub nu.40. verſ. contrarium*, & ex Bar. Bal. Iaſ. Clar. & Odd. retuli, & ſequutus ſum *libr. præced. c.9. num.1909. verſ. ſecundus effectus*, & conſequenter ſicut poteſt appellari, a ſententia nulla, ita etiam poteſt appellari à citatione nulla, quia citatio eſt ſententia interlocutoria, non tamen appellatio eſt neceſſaria.

16 Extende quarto, vt multo magis poſſit appellari, quando non conſtabat notoriè, quod locus non eſſet tutus, quia tunc proceſſus tenet niſi appelletur, *Franch. in capit.47. ex parte tua, ſub numero decimoquarto, verſic. ſed quæritur primo, de appellat.* vbi quod licet citatus ſit paſſus violentiam ita, quod non potuerit comparere ad tribunal iudicis, & aduerſarius fecerit ſibi claudi oſtia palatij, ita, quod non potuerit habere acceſſum ad iudicem, tamen, inquit, valeret proceſſus, & ſententia, niſi appelletur, & remedio appellationis venit irritanda.

Aduerte circa hanc quartam extenſionem, quod licet non fuerit appellatum, tamen poterit peti reſtitutio in integrum, vt retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 9. num. 1908.

17 Extende quinto, vt poſſit appellari etiam ſi ex propria culpa citati locus non ſit tutus, quia licet procedat ex propria culpa, tamen poteſt allegari locus non tutus, Franch. in d. c. 47. ex parte tua, n. 20. in fine, & n. 21. verſ. 3. vide de appell. & adde quæ ſcripſi ſupr. lib. 1. c. 32. n. 30.

18 Confirmatur primo hæc extenſio, quia licet inimicitia iudicis proceſſerit ex culpa, & facto proprio ipſius partis, quæ allegat ipſum iudicem ſuſpectum, tamen poteſt pars illum, vti inimicum allegare ſuſpectum, & recuſare. Franch. in d. c. 47. ex parte tua, num. 22. & latius in cap. 61. cum ſpeciali, q. 19. ſub n. 44. ibi, ſed certè quoad caſum noſtrum, de appell.

Confirmatur ſecundo, quia licet metus non appellandi proceſſerit ex propria culpa, tamen excuſat, vt retuli, & ſequutus ſum ſup. q. 6. n. 15. ampl. 1.

19 Extende ſexto, vt procedat etiam ſi citato offerretur ſaluus conductus, quia adhuc citatus non tenetur comparere, Ang. de Aret. in l. 2. num. 26. ff. de appell. recip. Franch. in d. c. 47. ex parte tua, n. 24. verſ. in ea gl. de appell. Felyn. Maſc. & Gail. quos retuli & ſequutus ſum ſupr. libr. 1. c. 32. n. 27.

20 Reſtringe primo declarando hanc extenſionem, vt procedat, quando locus non eſt tutus propter inimicitias capitales, quia tunc cautio ſaluiconductus eſt fragilis. Franch. vbi ſupr. & ex Boſſ. Clar. & Maſc. retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 9. n. 1775.

Secus eſt, quando eſt tutus propter guerras generales in patria, quia tunc tenetur comparere; ſi alij conſueuerunt tute accedere cum literis ſaluiconductus, Franch. vbi ſup. Rot. Affl. Maſc. & Marcheſ. quos retuli, & ſequutus ſum ſupr. lib. 1. c. 32. n. 28.

21 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando locus nõ eſſet tutus propter bannum datum, quia tunc, conceſſo ſaluoconductu; tenetur comparere, vt retuli, & ſequutus ſum lib. præced. c. 9. ſub n. 1774. verſus finem, & lib. 1. c. 32. n. 29. & ita ſæpiſſimè obſeruaui, dum eſſem Prętor Ciuitatis Lucenſis.

22 Declara primo pro maiori intelligentia huius ſecundi caſus poſiti ſupr. n. 8. locum non tutum dici tribus ex cauſis.

Prima propter proprias inimicitias, Franch. in c. 47. ex parte tua n. 18. ver. 1. vide de app. & ad hanc cauſam tendunt quinta extenſio, & prima reſtrictio, poſitæ ſupr. n. 17. & 20.

Secunda propter inimicitias propriæ Ciuitatis, Franch. vbi ſupra, & ideo ſi Guelfus citatur ad locum, in quo regnant Gibellini, vel è contra, locus dicitur non tutus, Franch. in d. cap. 47. ex parte tua, ſub numer. 20. ver. 3. vide appell.

Tertia propter peſtem, & intemperiem aeris, Franch. in d. cap ex parte tua num. 23. ver. vltimo quæritur de appell. Hier. Preudel tract. de peſt. & eius priuil. rubr. de iudic. numero 1. & ſeqq. tom. 18. fol. 176. in fine, & 17. Gloſ. Affl. Gail. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupr. lib. 1. cap. 32. num. 33.

23 Declara ſecundo, vt exceptio loci non tuti poſſit allegari per quemcumque abſque alio mandato, & ſatisfactione, vt diſputando concludit Franch. in cap. 47. ex parte tua, n. 15. q. 2. in fine, ver. concludite ergo, de appell. hancque opin. vti veriorem, & communem * ſequutus ſum lib. præced. cap. 9. n. 1912. & poteris videre in iſto paſſu quæ in vtramque partem allegat Gabr. in concluſ. lib 2. tit. de except. concl. 3.

Et hæc ſatis, reliqua aliqua huius materiæ habes d. c. 9. n. 1775. & 1915.

24 Tertius caſus eſt, quando citatur non citandus, quia tunc poteſt appellari à citatione, Guid. Pap. tract. de appellat. q. 49. ſub num. 39. tom. 5. fol. 59. & quod ſi iudex delegatus, cognoſcendo contra expreſſum in reſcripto, velit citare non expreſſum, poſſit appellare, ſcribit Greg. Toloſan. tract. de appell. lib. 1. c. 11 ſub n. 2. verſ. ſi quis vocetur. fol. 86.

25 Quartus caſus eſt in citatione per edictum, à qua poſſe appellari, quando iudex ciuilis citat per edictum extra caſus poſitos in clem. 1. de iud. quia dicitur grauare partẽ, ſentit Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, per edicta, dicens, quod ſi citaret in caſibus non permiſſis poſſet per iudicem appellationis infringi proceſſus, & Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 184. verſ. eodem modo, vbi refert, & ſequitur, quod a citatione per edictum, & ab omiſſione citationis poteſt appellari.

Contra iſtum quartum caſum motiuat Imol. in l. 4. §. prætor ait, ſub n. 15. ff. de damn. infect. dicens, quod hoc fortè non eſt verum, quia, ſi iure permittente, iudex ciuilis facit citationem per edicta extra caſum dictæ clem. ex quo ius ciuile id ſibi permittat, non dicitur grauare partem, Alex. in addit. ad Bartol. in l. 2. verſ. ſecundo principaliter, n. 13. in verbo, appellare à citatione, ff. de appell. recip. vel non, citat eundem Imol. ſed, nihil determinando, remittit ſe ad id, quod ſcribit in d. §. prætor ait, vbi tamen nihil ſcribit de materia appellationis.

26 Exemplifica ſecundo in interlocutoria, qua iudex pręfigit dilationem breuiorem ea, de qua in l. 1. C. de dilat. quia tunc non datur appellatio, Bart. in l. 2. ſub num. 24. q. 2. ff. de appell. recip. quem refert, & ſequitur Bellam. in c. 12. ſuper eo, quæſt. 2. ſub num. 22. de appell. & apertius idem Bart. ibidem q. 3. princ. n. 22. dicens, non poſſe appellari, quia non grauatur; nam ſi non poteſt probare in prima dilatione, petet ſecundam; vel tu dic, rationem eſſe, quia in abbreuiando iudex habet arbitrium, vt retuli, & ſequutus ſum lib præced. c. 3. n. 49. & quod totum tempus inſtantiæ ſit conſtitutum in arbitrio iudicis, dummodo non excedat inſtantiam præfixam a iure, ſcribit Bart. d. l. 2. q. 2. num. 24. in fine, ff. de appell. recip. vel non, quem Bellam. d. c. 12. ſuper eo quæſt. 20. n. 22. in fine de appell. refert, & ſequitur in omnibus, adeo quod de verbo ad verbum eum tranſcripſit in illa lectura, & potuiſſet ſe expedire vnico verbo, dicendo, approbo omnia, quæ Bart. dixit in d. l. 2.

Contra iſtam exemplificationem; quando dilatio, ſeu terminus ad probandum eſt nimis breuis, ſcribit Bald. in l. 2. n. 8. verſ. ſed hic quæritur, in fine C. de epiſc. aud. dicens, quod in probationibus ſtat tota virtus cauſæ, ideoque ille, qui nimis arctatur, poteſt appellare; quia tale grauamen eſt aptum ad inferendum ſibi plenum præiudicium.

27 Exemplifica tertio in abſolutoria ab obſeruatione iudicij, lata propter lapſum inſtantiæ, ſeu propter ineptum libellum, ſeu quia non fuit plenè probatum, quia eſt mera interlocutoria, vt ſcribunt Papienſ. Iaſ. Maran et Gail. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. cap. 93. ſub num. 4. Felyn. in rubr. ſub n. 16. verſic. ſententia abſoluens, verſus finem, de ſent. et re iud. referens, & ſequens, quod eſt mera interlocutoria omni reſpectu, & Contar. in l. vnica, lim. 26. n. 2. et 4. in fine, C. ſi de mom. poſſ. & quod ſententia ab obſeruatione iudicij ſit interlocutoria, pulchrè oſtendit Franch. in cap. 60. cum ceſſante, num. 60. ver, vigeſimo quarto, de appel. & ideò non datur ab ea appellatio, Contar. dicta lim. 26. num. 1. et 2.

Secus ſi ſit lata ex alia cauſa, quæ concernat merita cauſæ, vt puta, abſoluo te, quia fuiſti alias abſolutus, quia præſcripſiſti, tranſegiſti, vel quia, lite pendente, ſatisfeciſti, vel, abſoluo te ab obſeruatione iudicij, & pronuntio, actorem non eſſe vlterius audiendum, ex quo ſæpius

fuit

Digitized by Google

fuit contumax, nam eiuſmodi abſolutio dicitur diffinitiua, ſeu habens vim diffinitiuæ, vt ex eiſdem retuli, & ſequutus ſum *d.c.93.ſub nu.4.* & quod ſi abſolutoria imponeret finem controuerſiæ, & de cætero agi non poſſet, puta, ſi iudex abſoluat reum, quia ſoluerit, vel quia occiſus, ſeu vulneratus potuerit impunè offendi, his, & ſimilibus caſibus dicatur definitiua, ſcribit Franch. *dict.c.cum ceſſante, num.60.in fine*, & ita intelligas doctrinam, quam refert, & ſequitur Felyn. *ſub dicto numer.16.ver. ſententia abſoluens*, & propterea datur appellatio, *Contar.d.limit. 26.num.3.& 4.& ſub num.5.* & ita intelligas Bart. *in l.a. ante ſententiam, ver. quinto quæro, nu.17.ff.de appell.recip. vel non, Bellam.cap.12.ſuper eo, quæſt.16.num.16 verſus finem, & qu.17.num.18.de appell.* & alios quos refert, & ſequitur Ruginell. *tract.de appell.§.2.cap.3.numer.5.fol.72.* dum ſcribit, ab abſolutoria ab obſeruatione iudicij dari appellationem, vide eundem Ruginel. *§.1.c.2.in ver.abſolutio n.40.& ſeqq & n.43* vbi ponit diſtinctionem, quam non refero.

Contra primum membrum huius exemplificationis oppono duppliciter. Primo, quia illa abſolutio (propter ineptitudinem libelli) eſt interlocutoria habens vim diffinitiuæ, *Creſcent.deciſ.6.alias 132.ſententia, nu.1.& ſeqq. de appell.* & quod abſolutoria ab obſeruatione iudicij ſemper habeat vim diffinitiuæ, ſcribit Grauat. *in annotat.ad pract.Veſtr.lib 3.cap.10.nu.6 verſus finem, fol 69.* quia abſolutoria ab obſeruatione iudicij non ſperat aliam ſententiam poſt ſe, *Maran.in ſuo ſpec.3.par.6.par.prin. in verbo, & demum fertur ſententia, ſub numer.42.fol.438.* Secundo oppono, quia ab obſeruatione iudicij poteſt appellari etiam ſi ſit mera interlocutoria, quia vbi interlocutoria ſit talis, vt poſt ſe non ſperetur alia diffinitiua, poteſt appellari, *Papien.in pract.in form.libell.act. real.in gloſſ.per veſtram.ſub num.3.fol.84.*

Quando, & quomodo poſſit perueniri ad abſolutionē ab obſeruatione iudicij in cauſis ciuilibus, vide *ſupr.lib.1. c.93.num.3.verſ.his cognitis.*

De abſolutione ab obſeruatione iudicij in cauſis criminalibus, qualiter, & quando in eis feratur, vide *ſupra lib. 1.c.94.n.1.in fine, & nu.3.& cap.95.per totum.*

De abſolutionis ſententia in cauſis criminalibus vide *infr.limit.49.*

28 Infero ex hac quadrageſimaſeptima limitatione, quod iudex à quo poteſt procedere, pendente appellatione ab interlocutoria, & procedendo, non dicitur attentare, & ideò non efficitur locus attentatorum reuocationi, *cap. 7.non ſolum, ver.illa vero quæ poſt appellationem, de appell. in 6.Lancel.tract.de attent.par.2.c 12.de attent. & innou. appell.penden.limit.1.num.1. & ſeqq.fol.358.* Et quod in materia attentatorum commiſſorum appellatione pendente, hæc ſit regula, vt ſiue appellatio ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis, dummodo appellatio non ſit à ſententia diffinitiua, nunquam reuocentur attentata ante omnia, niſi primo iuſtificetur veritas cauſę appellationis, ſcribūt *Rot.dec.44.alias 344.licet in cauſa, nu.1. de appellat.innou. Franch.*ex illo textu *in cap.49.ſignificantibus, numer.8 ibi, vltimo tene menti, & nu.10.de appellat. & Rebuff.tr.de appell.art.16.gloſſ.1.numer.14.tom.3.fol.525.* & probatur ex *d.cap.non ſolum.*

29 Extende primo hāc illationem, vt multo magis poſſit procedere, pendente termino ad appellandum, & ideò geſta poſt ſententiam interlocutoriam, pendente ad appellandum, non ſunt attentata, *Lancell.tractat.de attent. part 2.cap.11.de attent.penden.temp.ad appel.limit. 3.num. 30.fol.345.& c.12.de attent.& innou appellat. pend.limit. 2.nu.30.in fine, fol.361.*

30 Extende ſecundo eandem illationem, vt iudex à quo poſſit non ſolum procedere, pendente appellatione, ſeu termino, vt dixi, ſed poſſit etiam reuocare ipſam interlocutoriam, & reuocando eam, annullaret proceſſum, qui medio tempore eſſet factus à iudice appellationis, *Lancellot.dicta limit.1.numero 15.& ſeqq.fol.358.* & quod iudex poſſit reuocare interlocutoriam, ſcribunt Anton.de Butr. Abb. Card. Alexand. Dec. Iaſ. & Rip. quos retuli, & ſequutus ſum *infr.quæſt.19.rem.1.concl.6. num.3.ver.confirmatur.*

31 Subextende primo, vt poſſit non ſolum reuocare ipſā interlocutoriam, ſed poſſit poſtea reuocare ipſam reuocationem, & ſic deinceps, præſertim iuxta ſtylum Auditoris Cameræ, qui vtitur hac extenſione, & ſubextenſione etiam in decretis diffinitiuis, ſeu habentibus vim diffinitiuorum, reponendo modo vnum, & modo alterum; is enim, contra quem Auditor Cameræ interloquitur, ſolet appellare, & Auditor Cameræ ſolet tunc eum reponere, & aduerſarius appellatus ſolet appellare à repoſitione, & Auditor Cameræ ſolet eundem reponere à repoſitione, prout de hoc ſtylo Auditoris Cameræ mentionem feci *ſupra lib.1.cap.97.ſub num.105.verſic ſed iudex, & infra quæſt.19.rem.1.concl.6.ſub num.32.ver.confirmatur* & iuxta ea, quæ de reuocatione interlocutoriæ ſcribunt Rot. *deciſ. 12.alias 392.ſi auditor.de probat.in nou.* & loquendo de vſu Rom. Curiæ, Veſtr. *in prax.libr.8. c.pen. vt lit.pend. nu.6.fol.251.& Galleſ.ad form.camer.oblig.rubr.reliqua de proceſſu.nu.29.tom.6.p.2.fol.362.& Lancel.dicta limit.1.n. 13.& 14.tom.5.fol.258.* de qua re late nos *infra d.qu.19. rem.1.concl.6.nu.3.& ſeqq.*

Contra hanc ſubextenſionem oppono dupliciter.

Primo, quia ſecundum aliquos, quos retuli *infra dicto rem.1.concl.6.nu.63.ver.infero*, iudex bis tantum, & non vltra poteſt interlocutoriam reuocare.

32 Secundo, quia tam crebra mutatio, & reuocatio non eſt laudabilis, præſertim in perſonis eccleſiaſticis, *clem.cū illuſtr.de renuntiat.* & in perſonis grauibus, vt ſunt iudices, *Rip.in l.14.quod iuſſit, num.1.ff.de re iud.& in omnibus cap. 21.quod ſemel, de reg.iur.in 6.* variatione enim nutriuntur lites, augentur expenſæ, & labores, & efficitur tandem, vt lis ab importuna ſollicitudine litigantium potius, quam à iure pendere videatur.

33 His oppoſitionibus poteſt reſponderi, quod ſapientis eſt mutare conſilium in melius, vt ſcribunt *Franch.in cap. 60.cum ceſſante, not.3.ſub num.3.& Dec.not.5. numer.20, de appellat.* vnicuique enim licet errorem ſuum corrigere, *Dec.eod.not.5.num.19.* & melius eſt ſeipſum corrigere, quam expectare, quod ab alijs corrigatur, *Dec.eod.not.5. numer.22.*

34 Subextende ſecundo, vt in tantum poſſit reuocare, quod poſſit appellantem citare ad audiēdam reuocationem, & vbi appellans citatus non compareat, & iudex reuocet in termino interlocutoriam, poſſit ex tunc liberè in cauſa procedere, ac ſi appellatio interpoſita non eſſet, *c.10.ſi à iudice, in fine, de appell.in 6.*

35 Subextende tertio, vt poſſit interlocutoriam reuocare non ſolum ante diffinitiuam ſententiam, ſed etiam poſt diffinitiuam ſententiam, quando illam interlocutoriam ferret cum ipſa diffinitiua, vel poſt, & induceret innouationem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra qu.3.num.24.ver. infero quarto.*

36 Declara iſtam extenſionem, & ſubextenſiones iuxta ea, quæ ſcripſi *infra num.41.& 42.*

37 Reſtringe primo eandem illationem, poſitam *ſupra num.28.* dum dixi, iudicem à quo poſſe procedere, non obſtante appellatione, vt hoc non ſit verum quando in appellatione exprimitur iuſta cauſa appellationis, iuxta ſeptimam ſublimitationem, quam poſui *infra nu.217.& ſeqq.* vbi videas.

38 Reſtringe ſecundo, vt non procedat quando iudex ad quem canonicè inhibuiſſet, quia tunc geſta, appellatione pendente, veniunt reuocanda tanquam attentata ante omnia,

omnia,abſque eo quod aliter primo iuſtificetur cauſa appellationis,*c.7.non ſolum.ver.illa vero de appell.in 6.Franch.in c.49.ſignificantibus.n.9. de appell. & Lancell.tract.de attent.par.2.cap.12.de attent.& innon.appell.pend.limit.1.n.45.in fine, & n.46,fol.359.& n.101.ver.8.fol.360.*oam, ſequuta inhibitione,non poteſt iudex à quo vlterius procedere, adde quæ ſcripſi *ſupr.lib.1.c.97. ſub n.53.ibi, dico ab appellatione, & ſupra limit.4.n.26. & limit.6. memb.7. n.102.*

39 Reſtringe tertio, vt oon procedat in ſententia excommunicationis, & cenſurarum lata poſt interpoſitam appellationem ab interlocutoria, quia non tenet, ex quo fuit lata appellatione pendente, *Lancell.d.limit.1.n.47. & 48.fol.359.& n.90.verſ.6.fol.360.*

40 Reſtringe quarto, vt non habeat locum in geſtis poſt appellationem interpoſitam in electione eccleſiarum cathedralium; quicquid enim poſt d.appellationem fit in huiuſmodi electionibus irritum eſt,& hoc procedit non ſolum in appellatione ab interlocutoria iudiciali, ſed etiam in appellatione extraiudiciali, *Lancell.d.limit.1.nu.49.fol.359.*

41 Reſtringe quinto, vt noo procedat quãdo iudex à quo detuliſſet appellationi, quia per delationem ſuſpendit, ſeu abdicat à ſe iuriſdictionem, *Bar.in l.4.eius qui,q.2.ſub nu.5.ff. de appell.recip. & in l.40.intra vtile,verſ.quæro de aliquibus,ſub nu.2.ff.de minor.25.ann.Soc.conſ.38.pro deciſione,col.7.num.11.lib.1.Felyn.in c.17.qualiter & quando, il primo, fallen.4.nu.14.de accuſat.Matan.in ſuo ſpec.par.6.act.2.princ.in verbo, & quandoque appellatur,limit.2.num.209.f.487.Lancell.d.limit.1.n.50.& n.66.& ſeqq. fol.359. & ſcripſi ſupr. lib.1.c.97.ſub num.53. & ſup.limit.6. princ. memb.7.numer.87.& ſeqq.& præſertim n.99.* & adde quæ ſcripſi *ſup.limit.36.n.4.*

Declara,vt abdicet exercitium iuriſdictioni,ſed non iuriſdictionem,vide *ſupr.q.11.n.168.*

Extende primo hanc quintam reſtrictionem, dum dixi,quod iudex, deferendo appellationi, abdicat à ſe iuriſdictionem, vt procedat tam in delegato,quam in ordinario,*Franch.in c.5.cum appellationibus. §.ſi vero.n.1.not.2. de appell.in 6.*

42 Extende ſecundo,vt in tantum abdicet à ſe iuriſdictionem,vt neque grauamen,ſeu interlocutoriam poſſit reuocare; *Abb.in c.60.cum ceſſante.n.15.caſ.5. Franch.n.14.limit.5.Card. Alexand. ſub n.40. fallen.6.& Dec.fallen.6.n.50.de appell.Gemin.in cap.4. vt ſuper.ſub n.6.verſ.ſed quæro an index ibi, in contrarium. de appell.in 6.Alex. in l.14. quod iuſſit.fallen.3.n.16. Inſ.ſub nu.36.verſ. limita quando. ff. de re iud. Felyn. in cap 17. qualiter & quando. il primo, fallen.4.numer.24.de accuſ.& Lancell.dicta limit.1.numer.20.ibi, 2. niſi fol. 358.* & quod iudex poſt traditionem apoſtolorum delatoriorum non poſſit reuocare grauamen, refert, & ſequitur Gemin. *in c.1.§.in quib.nu.4.verſ. quæro an index.de appell.in 6.*

Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi vellet reuocare grauamen ante tempus tradendorum apoſtolorum,quia licet non tradiderit apoſtolos, tamen ſufficit, quod detulerit appellationi, nam Bart.& cæteri, citati nu. præcedenti in reſtrictiooe quinta, loquuntur ſimpliciter in eo,qui detulit appellationi.

Nec obſtat, quod Gemin. *c.1.§.in quibus.n.4.& c.4.vt ſuper. num.6. verſ.ſed quæro an index. de appell.in 6.* dicat, quod poteſt reuocare ante tempus tradendorum apoſtolorum.

Quia reſpondeo,hoc eſſe verum,ſuppoſito,quod iudex alias non detulerat.

Subextende ſecundo, vt procedat poſt tempus dandorum apoſtolorum,quia denegatio, vel non datio apoſtolorum habet vim delationis quoad ſuſpendendam iuriſdictionem iudicis,vt,ſi eum non priuet iuriſdictione, prIuet ſaltem exercitio ipſius, & conſequenter proceſſus, quem poſtea faceret,eſſet nullus,vt refert & ſequitur Gemin.*in c.4.vt ſuper.nu.6.verſ.ſed quæro an iudex. de appell. in 6.*& adde quæ ſcripſi *ſup.q 13.n.46.et 49.* & ideo, denegatis apoſtolis,vel noo datis,non poteſt reuocare grauamen.

43 Extende tertio, vt neque de partium conſenſu poſſit grauamen reuocare, *Rot.deciſ. 18. alias 70. ſi iudex det.et deciſ.49. alias 363.ex hoc inſurrexit. de appell. innou.* quas citat etiam Lancellot. *tract. de attent.part.2. capit.12.de attent.et innou.appell.pend.limit.1.n.72. verſ.quarto f.359.* & quod vbi fuerit appellatum ante ſententiam diffinitiuam,& iudex à quo detulerit appellationi,non poſſit etiã de communi conſenſu appellantis, & appellati rediri ad priorem iudicem,ſcribit Abb.*in c.70.interpoſita.§.ille denique ſub n.4. verſ.ſed vt clare habeas. de appell.* & tenuit Rot ſupra citata.

Contra hanc extenſionem tenent Franch. *in c.5.cum appellationibus. §.ſi vero.ſub n.5. de appell.in 6. idem Franch.in c.60. cum ceſſante.ſub numer.14. limit.5. verſ.ſecundo aduerte.et Dec. fallen.6.ſub num.51.ibi, in hoc tamen contrarium. et Card. Alex.ſub n.40.fallen.6. de appell.* qui teſtatur hanc eſſe opin. communem. * & eam extendit, vt ſufficiat conſenſus appellantis; & in hac opinione contra extentionem videtor reſidere idem Lancell. *d.limit.1.ſub num.74.*

Retenta hac opinione contra extenſionem.

44 Amplia primo eam, vt habeat locum in ordinario, prout ſubreſtringendo retuli, & ſequutus ſum *inſ.n.50.*& ſcribunt ij,quos citaui in ſeq.proxima ampl.

Amplia ſecundo vt habeat locum oon ſolum in ordinario,ſed etiam in iudice delegato, & arbitro,Franch.*vbi ſupra* & quod de communi conſenſu appellantis, & appellati poſſit rediri ad iudicem à quo, ſiue is ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſcribit idem Franch. *in cap.70.interpoſita.§.ille denique,ſub n.17. verſ.aliquando et ſexto de appell.* reprobata *Rot.d.deciſ.49.in fine, de appell.innou.* quæ admittit hanc ampliationem ſolum io ordinario, & noo in delegato.

45 Amplia tertio,vt re integra poſſit reuocare, & cauſam reaſſumere, etiam accedente ſolo conſenſu appellantis, *Franch.in d.c.60.cum ceſſante.n.15.limit.5.ibi, amplius per prædicta.de appell.*

46 Extende quarto etiamſi res eſſet integra, *Lancell. ead. limit.1 n.74.* Nam licet iudex reuocaret grauamen, tamẽ oon recuperat iuriſdictionem abdicatam, *Pariſ.conſ.106. Bonifacius,in fine n.25.lib.4.*

Contra hanc quartam extenſionem adducit & videtur reſidere idem Lancellot. *ſub eod.nu.74.* & faciunt vrgenter,quæ ſcribit idem Lancell.quem retuli, & ſequutus ſum *infra n.50.verſ.ſubreſtringe ſecundo.*

47 Extende quinto, vt poſtquam detulit non poſſit delationem reuocare, neque cauſam reaſſumere, & quod non valeat proceſſus, alias legitimè agitatus per iudicem,qui detulit appellationi, cum eius iuriſdictio ſit deuoluta ad ſuperiorem, ſcribit generaliter, non faciendo mentionem, an detulerit appellationi à diffinitiua, vel ab interlocutoria, *Abb.in c.55.dilectis.num.12. et Franch.num. 7.not. 7.de appell.* & quod non poſſit amplius delationem reuocare etiam ſi res ſit integra,refert & ſequitur Gem *in c.5. cum appellationibus.§.ſi vero.n.6. verſ.ſed pone quod iudex, & Franch. ſub num.4.verſ.in gl.in verbo remittenda.de appell.in 6.*& quod non poſſit reuocare delationem etiam ſi detuliſſet appellationi friuolæ ſcribit Lancellot.*d.limit.1.ſub n.80.ibi,decimo.fol.359.*

Reſtringe hanc extenſionem, vt oon procedat, quando ſunt plures iudices, quorum alter non detulit, quia tunc is,qui detulit,poteſt ſe pœnitere, vide *ſupra quæſt.13. ſub numero 23.verſ.declara quarto.* Et quod ſi duo iudices pro-

protuliſſent interlocutoriam, quorum vnus detulerit appellationi, is poſſit ſuam delationem reuocare antequam alius detulerit, ſcribit Lancellot. *tract. de attent. parte 2. c. 12. de atteut. & innon. appell. pend. limit. 1. n. 88. verſ. quinto fol. 359.*

Extende ſexto vt delatio adeo deuoluat iuriſdictionem ad ſuperiorem, vt deuoluat etiamſi appellationi deficeret aliqua ſolemnia, & iuriſdictionem à ſe abdicet etiamſi delatio ſit iniuſta, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lim. 36. ſub n. 4.*

48 Declara extendendo quando iudex dicatur detuliſſe appellationi, prout declaraui *ſupra lim. 6. princ. memb. 7. n. 91. & ſeqq.* vbi videas.

49 Subreſtringe primo eandem quintam reſtrictionem, vt non procedat quando iudex ad quem remitteret ei cauſam, quia tunc poterit procedere, *Rot. deciſ. 8. alias 70. ſi iudex & deciſ. 49. alias 363. ex hoc ſub numero 4. de appell. innou. Fel. in capit. 17. qualiter & quando il primo, fall. 4. numero 14 de accuſat. & Lancell. ead. limit. 1. numero 81. fol. 359* delatio enim iudicis à quo non operatur contra iudicem ad quem, vt remittere non poſſit, ſi velit, *Franch. in c. 5. cum appellationibus, §. ſi vero, ſub numero 4. verſ. in glo. in verbo remittenda de appell. in 6* adde quæ ſcripſi *infra memb. 3. numero 34.* quod ſi iudex ad quem receperit appellationem, & eam non remittat, non poteſt procedere, etiam ſi vtraq; pars conſentiret, quod procederet, vide *ſupra limitat. 2. ſub n. 105. verſ. confirmatur.*

50 Subreſtringe ſecundo, vt non procedat in iudice ordinario, vel alio, qui poſſit adiri per viam querelæ, quia ſi ab eius interlocutoria appelletur, & is deferat, poſſunt tamen partes, re integra, corā eo comparere, & procedere & valebit proceſſus, *Rot. d. deciſ. 49. alias 363. ex hoc, verſus finem, ſub numero quarto ibi, prima tamen opinio, de appell. in non. Card. Alex. in capit. 60. cum ceſſante, ſub num. 40. fallen. 7 in fine, ibi, hę tamen duæ limitationes, de appellat. Lancell. d. lim. 1. num. 81 in fine & 82. fol. 359.* Et licet Lancell. nihil dicat de delatione, tamen ſic eſt intelligendus, quia procedit, limitando quartam regulam quam poſuit *ſupra ibidem num. 66.* & in hoc videtur reſidere Gemin. *in capit. 5. cum appellationibus, §. ſi vero, num. duodecimo, verſ. ſed dubium, in fine, & Franch. ſub numero quinto de appell. in 6.* quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub num. 43. verſ. contra & ſub num. 44. verſ. amplia ſecundo.* & quod iudex ordinarius poſſit reuocare interlocutoriam poſtquam detulit appellationi, ſcribit Franch *in cap. 60. cum ceſſante ſub nu. 14. lim. 5. verſ. ſed aduerte primo de appel.*

51 Subreſtringe tertio, vt non procedat, quando iudex admiſiſſet appellationem cum clauſula (ſi & in quantum) vide quæ ſcripſi *ſupra lim. 6. prin. memb 7. n. 100. verſ. ſubreſtringe primo.*

52 Subreſtringe quarto, vt licet iudex poſt delationem non poſſit procedere ad vlteriora in cauſa, tamen poteſt præfigere terminum ad proſequendam appellationem, *vt refert, & ſequitur Gemin. in capitul. 1. §. in quibus ſub numero 4. verſic. quæro an iudex de appellat. in 6. & ex Franch. retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 14. ſub numero ſeptimo verſ. huic oppoſitioni.* Et quod poſſit, pendente appellatione, præfigere terminum ad proſequendum appellationem, etiamſi non incontinenti, ſed ex aliquo interuallo id faciat, ſcribit Lancell. *d. limit. 1. num. 86. & 87. fol. 359.*

53 Proſequor reſtrictiones, omiſſas ſupra *n. 41.*

54 Reſtringe ſexto, vt non procedat, quando iudex à quo, debite requiſitus, non dedit apoſtolos; tunc enim poſt requiſitionem, & non dationem apoſtolorum non poteſt vlterius procedere, & procedendo, proceſſus eſt irritus, *vt ex Lancell. retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 13. nu. 59 verſ. confirmatur ſecundo.* vbi videas.

55 Extende hanc reſtrictionem, vt neq; poſſit grauamen ſeu interlocutoriam reuocare, *Card. Alex. in capitul. 60. cum ceſſante, ſub numero 40. fall. 7. de appellat. & Felyn. in cap. 17. qualiter & quando, il primo fall. 4. numer. 14. in fine, de accuſat.*

56 Subreſtringe primo eandem reſtrictionem, vt non procedat, quando eſſet appellatum viua voce, quia ad hoc, vt procedat reſtrictio debet eſſe appellatum in ſcriptis, vide *ſupra quæſt. 13. ſub n. 46. ſubdecl. 2.*

57 Subreſtringe ſecundo, vt procedat ſolum in delegato, & non in ordinario, quia ordinarius poteſt reuocare illam interlocutoriam *Card. Alex. loco ſuppr. oximè citato.*

58 Reſtringe ſeptimo, vt non procedat, quando interlocutoria mandata eſſet exequutioni, quia tunc eam amplius reuocare non poſſet, *Bar. in l. 4. quod iuſſit numero 16. verſ. quæro an iniuſti, Alex. numero 24. fall. 9. Soc. numero trigeſimo, verſ. tertia concluſio, & numero trigeſimo ſecundo, & Rip. ſub numero vigeſimonono, fall. 10. & latius numero trigeſimotertio, verſ. declara iſtam concluſionem, ff. de re iud. Franch. in capitul. 60. cum ceſſante, lim. 9. numero vigeſimo, Card. Alex. ſub num. 40. fall. 12. & Dec. in fine numero ſexageſimo de appellat. Rom. conſil. 226. vltra prædicta in princ. Fel. in rub. ſub numero decimoquinto, verſ. non obſt. gl. de ſent. & re iud. & in cap. 17. qualiter, & quando, il primo, fall 5. numero decimoquinto, colum. decima de accuſat. Iaſ. in l. 5. ſeruu electione numero decimotertio, ff. de leg. primo, Lancell. d. lim. 1. numero vigeſimotertio ibi, quarto quando, fol. 358. Bredcrod. tract. de appell. p. 1. tit. 3. col. quinquageſimo octauo, lim. 8. colum. quinquageſimonono, Menoch tract. de retin. poſſ. remed. vlt. quæſt. 21. numero quinquageſimo ſexto, & quinquageſimoſeptimo. fol. 130.* dicens, quod iudex qui iuſſerit, alterum ex contendentibus eſſe in poſſeſſione, & alteri inhibuit per modum ſummariſſimi iudicij, cum præpararentur partes ad rixam, non poteſt interlocutoriam reuocare, tum quia hæc cauſa celeritatem deſiderat, tum quia exequutionem ſecum taxit, & de communi * opinione teſtantur Card. Alex. Rip. *in locis ſupra proxime citatis.*

59 Pone caſum huius reſtrictionis; quando is, qui non eſt procurator, comparet tanquam procurator, & aduerſarius opponit contra eius mandatum, & tamen iudex pronuntiat, eum eſſe legitimum procuratorem, & conſequenter, ſtante iſtá pronuntiatione, lis cum eo, vt legitimo procuratore, conteſtatur; quia illo caſu poſt litis conteſtationem, quæ eſt executio illius pronuntiationis, iudex non poteſt illam pronuntiationem reuocare, *Socc. in dict. l. quod iuſſit, numero 56. verſ. ex quibus, ff. de re iud. & Franch. in d. capit. cum ceſſante, limitat. 9. ſub numero 20. de appell.*

60 Pone alium caſum, quando iudex interlocutus eſt, dandum eſſe fideiuſſorem, & ita datus eſt, quia non poteſt hæc interlocutoria reuocari, niſi de partium conſenſu, *Franch. citatus n. præcedenti.*

Alios nonnullos caſus vide apud eundem Franch. *vbi ſupra.*

61 Extende primo hanc reſtrictionem, vt procedat ſiue fuerit executioni mandata à iudice, *Card. Alex. & Lancellott. in locis ſupra proxime citatis,* & ita in effectus reſidet Franch. *eod. capit. cum ceſſante, limit. 9. numero 20. verſus finem.*

62 Extende ſecundo, vt procedat etiamſi eſſet talis interlocutoria, quæ ſecum traheret executionem ſine facto hominis, ſed ex ipſa lege, quia iudex non poſſet eam reuocare, *Alex. in d. l. quod iuſſit fall. 9. num. 24. & Iaſ. ſub num. 32. ibi, amplia etiam ff. de re iud. Card. Alex. d. cap. cum ceſſante ſub num. 40 fall 13. de appell. & alij.* quos refert & ſequitur Tiraq. *in l. ſi vnquam in verbo reuertatur, n. 309. verſ. & in ſimili. C. de reuoc. donat.*

63 Ad maiorem huius extenſionis cognitionem, & praxim do aliqua exempla.

Pri-

Primum exemplum eſt, quando iudex pronuntiat aliquem non eſſe audiendum, de quo exemplo ſcripſi *infra q.19. rem.1. concl.6.num.38.* ſeu pronuntiat aliquem non eſſe admittendum ad probandum, *Iaſ.citatis num. præcedenti*.

64 Secundum exemplum eſt, quando iudex pronuntiauit, non reſpondendum poſitionibus haberi pro confeſſo, quia iudex non poteſt reuocare hanc interlocutoriam, ex quo habet executionem à lege, *Rip.in l.4 quod iuſſit.ſub n.33.ff.de iudic.*& quod iudex non poſſit reuocare interlocutoriam, qua declarauit contumacem haberi pro confeſſo, ſcribunt Paul. de Caſtr. Cæpol.Bec. Flam. Cart. & Modern.quos retuli & ſequutus ſum *ſupra lib.1. cap.97. num.105.verſ.contrariam.& verſ.ſecundo confirmatur.*vbi dixi eſſe communem,* & ſeruari in practica.

65 Tertium exemplum eſt, quando iudex in poſſeſſorio ſummariſſimo iubet, alterum ex contendentibus eſſe in poſſeſſione, & alteri inhibet ne ad poſſeſſionem accedat, quia eſt interlocutoria, quæ ſecundum executionem trahit, & ideo iudex non poteſt eam reuocare, vide *ſupra n.58.in fine,*& latè *limit.6.memb.2. num.5.verſ.ſubextende tertio*.

66 Subreſtringe eandem reſtrictionem, vt non procedat tribus caſibus.

Primus caſus eſt, quando reuocaretur de conſenſu partium, quia tunc poſſe reuocari teſtantur iidem Bar.Alex. Socc. Iaſ.Card.Alex.& Felyn.*in locis ſupra proximè citatis in reſtrictione num.58. & Bar. in l.1.§. fin. n.4. verſ. habes enim ff.de præter.ſtipul.& Bero.conſ.107. & ſi vera.numer.3.* Et quod ita concordent omnes, * quod poſſit reuocari etiam ſine vlla cauſæ cognitione, teſtatur Franch.*in loco ſupra proximè citato*.

67 Secundus caſus eſt, quando reuocaretur cum cauſæ cognitione, quia tunc poſſet reuocari, *Bar.Alexan.Iaſ.Socc. Card.Alexan.Fely.Dec.& Bero.in locis ſupra proximè citatis,& Lancell.dicta limitat.1.n.25.*

68 Secus ſi reuocaretur ſine cauſæ cognitione, quia tunc, ſi reuocatur parte citata, poſſet à tali reuocatoria appellari, vt ex Innoc.refert, & ſequitur Franch. *dicto cap. cum ceſſante.limit.9.ſub n.20.* quod ſi reuocaretur, parte etiam non citata, reuocatoria eſſet nulla *Franch.ibid.num.22.*

Tertius caſus eſt, quando interlocutoria fuiſſet inualida, ſeu nulla, vt puta, quia fuerit lata ſine citatione, ſicque abſque cauſæ cognitione, quia tunc poterit reuocari, quamuis fuerit executioni mandata, *Felyn d.c.17.qualiter & quando.il primo,fallen.5.n.15.limit.3.de accuſat.Iaſ.in l.14.quod iuſſit.ſub n.32. verſ.limita & intellige.ff. de re iud. & Lancell.dicta lim.1.n.27.fol.358.*

69 Reſtringe octauo, vt non procedat quando iudex ad quem inhibuiſſet, quia tunc non poteſt interlocutoriam reuocare, *teſtibus Hoſt.in c.60.cum ceſſante & Card.Alex. ſub n.40.fallen.10.de appell Felyn.in d.c. qualiter & quando.il primo, fallen.4.ſub numero decimoquarto de accuſat.et Lancell.d.limit.1.n.21.ibi,tertio,f.358.*

Contra hanc reſtrictionem motiuat, dubitando de ea, Abb *in dicto cap.cum ceſſante.n.16.caſ.7.*& tenent, reſpondendo omnibus, Franch.*lib.6.n.decimoſexto et Dec.fallen. ſub numero quinquageſimotertio de appell.*

Retenta hac opin.contra reſtrictionem.ſi placet.

Extende eam, vt poſſit reuocarore non ſolum poſt inhibitionem, ſed etiam poſt citationem, vt in his terminis loquitur Franch.vbi ſupra.

Retenta autem reſtrictione.

Subreſtringe primo eam, vt procedat quando inhibitio eſſet legitima, ſecus ſi non eſſet legitima, quia tunc poſſet iudex, non obſtante inhibitione, eam reuocare, vt refert, & ſequitur Lancell.*d lim.1.n 22.fol.358.*

72 Subreſtringe ſecundo, vt procedat quando ſententia interlocutoria eſſet valida, ſecus ſi eſſet nulla, quia tunc poſſet iudex eam reuocare, non obſtante inhibitione, *Franch.in cap.60. cum ceſſante num.17. verſ.amplius intellige.de appell.& Lancell.ead.lim.1.ſub n.22.ibi item intellige f.358.*

73 Sublimita I.hunc eandem limitationem, vt non procedat de iure canonico, quia poteſt appellari etiam ab interlocutoria, *cap.12. ſuper eo il ſecundo, de appell. & c.1. cordi.eod.in 6.Petr.de Bellap.in l.vnica, num.9.verſ.caueatis.ff.nil innou.appell.pen.& in l.17.mutuus.num.11. in fine, C.de procur.Cyn.in l.7.ante ſententiæ.& Paul.de Caſtr.n.1. C.quor.appell.non recip.Bal.in l.2.nu 4 verſ. quæro modo.C. de epiſc aud..Ang..Aret.in l.2.n.23. ff.de appell.recip.Franch.in rubr.ſub n.17. ibi, ſed de iure canonico.& in d.cap.ſuper eo.ſub n.14.& n.16.verſ.ex prædictis.de appell.& in rubr.n.1.in fine, eod.in 6.Marau.in ſuo ſpec.p.6.act.2. princip. in verbo & quandoque appellatur. lim.14.num.303.et 306. fol.504.Capel. Tholoſ.deciſ.vlt.n.2. Veſtr.in prax.lib.7.cap.3.ſub nu.1.et Grauat.in annot.ad eum.lib.3. cap.10.num.6. Caraut. in rit.264.n.6.et Contar. in l.vnica. in 3.oppoſ.ſub n.4.verſ. et licet iure canonica. et lim.3.num.1. C.ſi de momen. poſſ.* & quod non ſit quæſtio ſecundum canones, quod poſſit appellari ab interlocutoria, ſcribit Spec. *tit. de appell.§.in quibus nu.29.verſ.ſed nunquid.lib.2. fol.187.* & quod de iure canonico poſſit appellari à quolibet grauamine, ſcribunt Ang.Aret.Franch.& Contar. *in locis ſupra proximè citatis*, & adde quæ ſcripſi *ſupra limit.40. ſub num.17.*

74 Rationes huius ſublimitationis varij varias aſſignant.

Prima & temeraria eſt illa ratio, quam excogitauerunt Petr.de Ballap.*in l.5.ab executione.verſus finem,C.quorum appell.non recip.et latius Cyn. in l.7. ante ſententiæ tempus. C.eod.dicens*, quod iure canonica in hoc ſunt iniqua, & non reſpexerunt niſi extorſionem pecuniæ, & ideo admittunt crebras appellationes, & cauſas permittunt delegari iure imperiis; ſed quod Petr.& Cynus hoc ſcripſerint, non eſt mirandum, qui ſunt procliues contra Canoniſtas, vt, loquendo de Cyno, ſcripſi *lib. præced.capit. 1.numero 109.* Brederod. *in tract.de appell.part.1. tit.3. colum.8. littera B. & C.* non adeo licentioſè locutus ait, nimis anxia, & ſuperſtitioſa cura permiſſam eſſe à canonibus appellationem à quibuſuis grauaminibus, fortè quod melius exiſtimauerint, totum mundum perire, quam non fieri iuſtitiam, ſed populus (inquit) vt ſolet omnia, finem conceſſionis illius in contrarium conuertit, eaque non ad oppreſſionem declinandam, ſed ad litium ampliationem, ac iuſtitiæ interuerſionem vſus eſt.

75 Confutatur primo hæc Petri & Cyni ratio ex textu *in capit.primo.cordi.de appell. in 6.* vbi ius canonicum, trahendo modum appellandi ab interlocutoria, præfatur, ipſius iuris canonici cordi eſſe lites minuere, & à laboribus releuare ſubiectos, vnde Alexan. quem refert, & ſequitur Contar. *in l. vnica, oppoſ.3.ſub numero quinto C. ſi de mom. poſſeſſ.* ait, ſummos Pontifices id ſtatuiſſe, vt lites cum iuſtitia, & ſine grauamine pertranſirent; & iure optimo *Bal.l.a. numero quarto verſ. modo quæro. C. de epiſc. aud.* contra Petrum ait, eius dictum eſſe falſum; quia quod poſſit appellari ab interlocutoria, fuit, inquit, introductum à ſanctis viris propter æquitatem & iuſtitiam.

Confutatur ſecundo ex eo, quod ius canonicum, vt obuiaret malitioſæ Legiſtarum praxi dicenti de nullitate ſententiæ ad immortalandas lites, de qua praxi ſcripſi *ſupra limit.1.n.55.* tulit conſtitutionem, qua prohibuit, ne aduerſus tres conformes diceretur de nullitate, *iuxta ea quæ ſcripſi d.limit.1.n.58.*

Confutatur tertio ex his, quæ ſcripſi *num.ſeqq. et infra num.81.*

Errauit etiam Cyn.dum dixit, cauſas delegari imperitis; vide

tis;vide hunc errorem *infra mem.3.n.28.& 29.*

76 Secunda ratio eſt,quia,ſi reparatio grauaminis differatur ad cauſam appellationis à diffinitiua,poſſet euenire, vt interim grauato periret facultas probandi grauamen, ſuppoſito,quod de iure liceret probare grauamen, etiam aliunde,quam ex actis, ſicq;ius ciuile præberet cauſam, vt grauamen eſſet irreparabile; at ſancta æquitas iuris canonici,ne ſequi poſſit iſta irreparabilitas grauaminis, admittit, poſſe appellari ante diffinitiuam ſententiam, *Paul.de Caſtr.in l.2.n.4.ff.de appell.recip vel non, & Contar.in l.vnica, oppoſ.3.numero 7. verſus finem, C.ſi de momen.poſſ.*

77 Tertia ratio, quare ius ciuile non admittat appellationem,& ius canonicum admittat,eſt, quia de iure ciuili inſtantia durat triennio; ideoq;ſi poſſet appellari à qualibet interlocutoria, ſæpe eueniret inconueniens, vt antequam terminarentur appellationes ab interlocutoria,expiraret inſtantia cauſæ principalis,cui inconuenienti cum ius canonicum occurrerit, ſtatuendo inſtantiam perpetuam, ideò permittit appellari ab interlocutoria, vt conſiderant Bald.*in d.l.2.numero quarto, verſic.quæro modo,C.de epiſc.aud.Franch.in d.cap.ſuper eo numero decimoſexto, de appellat.Rebuff.tractat.de ſent.execut.art.*10.*gloſſ.1.ſub numero primo, tomo 1.fol.*404. *& fuſius Afin.in prax.§.primo,cap.tertio numero vigeſimoquarto, in fine, & numero vigeſimoquinto, fol.6.* vbi teſtatur de opin.commun. & quod inſtantia de iure canonico duret perpetuo, ſcripſi *lib præced. capitul.2. numero ſexcenteſimo octuageſimoſeptimo, & ſupra quæſt.15. numero ducenteſimo ſeptuageſimo quinto.*

Hæc ratio non videtur tuta, ſi eſſet indiſtinctè verum, quod pendente lite ſuper interlocutorijs, non curreret inſtantia cauſæ principalis per ea, quæ ſcripſi *dicta quæſt.15. numero 316.* quia ſi ceſſaret conſideratio inconuenientis.

78 Extende iſtam ſublimitationem, vt liceat non ſolum ſemel,ſed bis appellare, ſicut à diffinitiua,quia in hoc interlocutoria non differt à diffinitiua: quare à quolibet articulo licet bis appellare, *Abb.in cap.39.directa in fine, verſic.in gloſſ.in verbo appellare,numero octauo,& Franch. ſub numero quinto, ibi, ſic ergo ſuper quolibet articulo, de appell.vide reliquos Doct.in eod.capitul.* Et hoc eſt,quod ſentit etiam Bal.*in l.1.ſub numero 5. verſic.nota litteram, C.ne liceat vna ead.cauſ.tert.prouoc.* dicens, quod ille titulus habeat locum etiam quando appellatur ab interlocutoria.

79 Infero primo ex hac ſublimitatione,quod in terris Eccleſiæ poteſt indifferenter appellari ab omni grauamine, *Franch.in cap.7.ſi duobus,§.denique,num.6.not.2.de appell.* quia,vt inquit *ibidem,n.1.not.1.* in terris de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, data diſcordia inter leges, & canones,debent ſeruari canones; quod diximus *etiam lib.præced.c.2.n.693.*

Hæc illatio hodie non ſeruatur, quia regula Cancellariæ,& ſacrum Concil.Trid.quæ citaui *n.ſeq.* diſponunt,ab interlocutoria non poſſe appellari.

80 Infero ſecundo,quod hæc facilitas admittendi appellationem à ſingulis interlocutorijs præberet cauſam,vt lites eſſent magis immortales, prout de immortalitate litium in Romana Curia teſtatur Paul. de Caſt. *in l.principales §.quod obſeruari,numer.15.in fine C.de iureiur.propt.calum.et in l.7.ante ſententia numero primo C.quor. appell.non recip.* de qua litium immortalitate ſcribit etiam Spec. *in tit. de appell.§. nunc breuiter verſic. item iuſta cauſa n.* 4. quem citant etiam Boer. ad finem ſuarum deciſionum, *in tract. de auct.mag.conſ.ſub numero* 8.& Contar.*in l.vnica, oppoſ. 3. num.8. C.ſi de mom.poſſeſſ.* & nos citauimus *ſupra lib.1. cap.vlt.in princ.*dicens,in quadam Anglicana decimarum cauſa, quæ tunc coram eo pendebat fuiſſe diſputatum vltra triginta quatuor annos priuſquam deueniretur ad litis conteſtationem.

Sed aliter ſcribit Bellam.quem citaui *hac ead. lim. infra mem.3.n.28.& 29.*dicens,non eſſe locum eccleſiaſticum in mundo,vbi lites,ita bene & celeriter terminentur, ſicut in Romana Curia.

81 Reſtringe primo declarando eandem ſublimitationem vt procedat quando in appellatione ab interlocutoria exprimitur iuſta cauſa,quia tunc eſt,quod ius canonicum admittit appellationem ab interlocutoria, *capit.62. cum cauſam in fine,capit.63. dilecto verſus finem, & apertius in cap.59.vt debitus de appell.& clem.appellanti.eod.tit.Franch.in cap.28. conſuluit il ſecundo, numero primo & tertio verſ. amplius etiam de appell.* & quod tam de iure ciuili, quam de iure canonico requiratur expreſſio cauſæ in appellatione ab interlocutoria, ſcribit Marcheſ.*tractat.de commiſſ.par.2.in commiſſ.appell.cap.1. numero quadrageſimoquinto ſol.*12.Ergo cum ita ſit, male Pet. de Bellaper. & Cyn.citati *ſupra num.74.* obloquuti ſunt contra ius canonicum.

82 Nota illatiuè,quod ſi hæc reſtrictio eſt vera,confutatur ſublimitatio, quia etiam de iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutoria, ſi in appellatione exprimatur iuſta cauſa,vt ſentit Bar.*in l.7.ait prætor num.3.verſ.item nota, ff.de minor.vigintiquinq;ann.* dicens, quod de iure ciuili nunquam appellatur ab interlocutoria, niſi exprimatur iuſta cauſa appellationis, & Marcheſ.*vbi ſupra,* & latè explicat Ang. Aret.*in leg.ſecunda, ſub numero ſexto ff.de appel.recip.*& hoc notabile confirmatur ex eo,quia ius ciuile reijcit appellationem in notorijs, vt retuli & ſequutus ſum *ſupra lim.4.n.1.& ſequentib.*& tamen admittit,ſi in ea exprimatur iuſta cauſa, vt *retuli eadem lim.4.numero decimoquinto reſt.1.& retuli,& ſecutus ſum num.47.& 93.* Similiter reijcit appellationem in quibuſdam delictis, *vt retuli ead.lim.4.num.76.* & tamen admittit, ſi exprimatur rationabilis cauſa, *vt retuli & ſequutus ſum ibidem nu.84.* Reijcit etiam appellationem in iudicio momentaneæ poſſeſſionis,*vt ſcripſi ſupra lim.6.mem.3.n.3.*& tamen admittit ſi exprimatur iuſta cauſa, *vt dixi ibid.num.103.& ſeqq.*Ergo ſicut in his reijcit,& admittit,ſi exprimatur iuſta cauſa,ita etiam dicere debemus in appellatione ab interlocutoria.

83 Reſtringe ſecundo, vt non procedat de iure canonico hodierno,quia etiam conſtitutiones pontificiæ prohibẽt appellationes a mera interlocutoria, *vt retuli ſupra quæſt.7.n.90.in fine,*& regula Cancellariæ,*vt retuli ſupra lib.1.c.97.ſub n.53.verſus fin.*& ſacrum Concilium Tridentinum, *c.20.ſeſſ.24.de reform.*

84 Sublimita II.loquendo etiam de iure ciuili,vt non procedat quando grauamen interlocutoriæ non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua,quia tunc appellatur etiam ab interlocutoria,*vt ex Cyn.Bar.Paul.de Caſtr.Frãch.& alijs retuli,& ſequutus ſum ſupra lim.6.princ.mem.7.n.29 verſ.ſecunda ratio.*dixi etiam ſupra *lib.1.c.97.ſub nu.59.verſus finem,& n* 81.

Confirmatur hæc ſublimitatio ex his,quę dixi *ſupra dicta lim.6.princ.mem.8.n.1.*

85 Declara quando interlocutoria dicatur continere grauamen irreparabile,prout ampliando,& extendendo declaraui *ſupra d.lim.6.mem.7.ſub n.39.verſ.ſubdeclara,& n. quadrageſimo,& pluribus ſequent.*

86 Extende primo eandem ſublimitationem, vt procedat etiam ſi poſſit reparari, ſed cum magna difficultate, ſeu non ſine magno præiudicio, *per ea,quæ ex Bar. Menoch. Marau.& alijs retuli & ſequutus ſum ſupra limit.6. memb. 8. num.3.*

87 Extende ſecundo,vt in tantum poſſit appellare, vt iudex à quo non poſſit procedere vlterius, appellatione pendente,& procedendo poſſit ei impune reſiſti,*vt refert & ſe-*

& ſequitur Lancell.tractat.de attent.p.2.c.12. de attent.& innou.appell.pend.lim.1.n.100.ibi tertio,fol.360.

Aduerte, quod hæc extenſio poſſit procedere quando agitur de exequutione pœnæ corporis afflictiuæ, puta mortis,vt in iſto caſu loquuntur Angel. in l.29.additos, n.3.C.de appell.& Felyn.in cap.27. quarenti, ſub n.6. verſ. idem ſi tertius de off.& poteſt. iud. deleg. quos & alios citat Lancell.vbi ſupra:ſecus ergo ſi contineat aliud genus grauaminis pecunia redimibilis. Vlterius adhuc ergo nunquam docerem iſtam praxim,niſi pluſquam notoriè conſtaret de iuſta & legitima appellatione, quia alias eſſet praxis periculoſa.

88 Extende tertio, vt in tantum poſſit appellari ab interlocutoria trahente ſecum grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiua, vt lex, ſeu ſtatutum,quod contrarium ſtatueret, eſſet iniquum,quia præſtaret occaſionem iudicibus perperam interloquendi, per ea, quæ ſcribit Feder.de Sen.conſil.66.cum ſecundum, quem refert, & ſequitur Franc.Becc. conſil.31. quod appellari, ſub numero ſecundo.

89 Extende quarto, vt habeat locum etiam in foro Capitolino,quia ſtatuta Vrbis lib.1.c.171. prohibent appellationem ab interlocutorijs,quæ alias per diffinitiuam, ſeu in ipſa diffinitiua reparari poſſunt: ergo in alijs, quæ non poſſunt reparari,permittunt.

90 Exemplifica primo iſtam ſublimitationem in interlocutoria, quia iudex pronuntiat eſſe reſpondendum libello,vel eſſe procedendum ſuper eo,non obſtantibus oppoſitis ex aduerſo:aut non eſſe reſpondendum,ſeu procedēdum, illis obſtantibus, quia pars grauata poteſt appellare;nam ſi pronuntiatio ſit negatiua, non eſſe reſpondendum,ſeu non eſſe procedendum,poteſt appellari,quia nō ſperatur alia diffinitiua, ſi vero pronuntiatio ſit affirmatiua,eſſe procedendum,ſeu reſpondendum, adhuc poteſt appellari, quia grauamen litigandi illatum non poteſt tolli per appellationem à diffinitiua,Bart. in leg. ſecunda, q.4.numero 16.ff.de appell.recip.vel non,& Bellam. in cap. 12.ſuper eo quaſt.16. ſub numero decimoſexto de appell. & quod grauamen vexationis, & fatigationis non ſit reparabile cum appellatione à diffinitiua, & quod interlocutoria tacita,vel expreſſa,producens aliam fatigationem poſt ſe, ſit appellabilis, ſecus ſi poſt ſe non produceret aliam fatigationem,vt puta, quia iudex ante adiudicationem elegit æſtimatores,ſcribit & declarat Felyn.in cap.21. ſuborta,ſub numero quarto colum.quarta, de ſent. & re iud. & quod, ſi iudex admittat libellum ineptum, reus poſſit appellare,ex quo cogitur procedere ſuper facto, quod nō poteſt reparari,ſcribunt Bald.in l.2.q.5. numero vndecimo C.de epiſc.aud. Felyn. vbi ſupra & Guid. Pap. deciſ 75. ſed circa numero tertio ibi,ſed, quid ſi iudex, & ſimiliter poteſt appellari,ſi libellus ſit obſcurus,Bald.dict.leg.ſecunda,n.12. Guid.Pap.tract.de appell,quaſt.60. numero 45.fol.59. dicta deciſ.75.ſub numero tertio Rugin.tract. de appell.§. ſecundo cap.3.numero quinquageſimo ſeptimo, & quod reo petente declarari libellum ab actore, & actore non declarante, poſſit reus appellare, quia licite appellatur ab incertitudine libelli,ſcribit Franch.in cap.49.ſignificantibus in ſummario,& numero tertio nam reus poteſt petere ab actore, quod ſibi demonſtretur digito, & ad oculum locus, vel fundus petitus, eo, quia non eſt bene certus ex demonſtratione,tacta in libello,vt refert,& ſequitur Franch. eod. cap.ſignificantibus,n.7.& iſta exemplificatio procedit non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili, teſtibus Bar.& Bellam. ſupra citatis.

91 Extende primo iſtam primam exemplificationem, vt habeat locum etiam in inquiſitione male formata, id eſt, in caſu,quo non debet formari,ſecus ſi reus diceret, eſſe malè formatam,eo quod ipſe eſt innocens, Bald. dict.leg. ſecunda,quaſt.4.numero 10.C.de epiſcop.aud.quem citat & ſequitur Ang.Aret.in l.2. n.31.verſ.octauo addit. ff. de app. recip.vel non.

92 Extende II.vt habeat locum etiam in foro Capitolino, ſi ante hanc interlocutoriam, & litis conteſtationem fuerit oppoſita aliqua exceptio impediens litis ingreſſum, quia, ſi iudex grauet partem in aliqua ex dictis exceptionibus, poteſt pars grauata appellare, ſeruata tamen forma,vt in ſtatu Vrbis,lib.1.c.171.

93 Declara iſtam extenſionem, vt appellans non audiatur,niſi facto depoſito,vide ſupra lib.1.c.97 ſub n.53.verſ. ſed tu eruis.

94 Exemplifica ſecundo, & fraternizat cum præcedenti, quando iudex iniuſtè pronuntiat, eſſe procedendum ad vlteriora,quia poteſt appellari, vt ſcribunt Bart. & Paul. de Caſtr.in l.4.eius qui numero primo & ſeqq. ff.de appellat. recip.vel non,idem Bar.in leg.2. ante ſententiam verſ. quinto quaro,num.17.ff.eod.dicens poſſe appellari,ſi exceptio, quæ opponebatur,erat legitima, cum tale grauamen non poſſit reparari per appellationem à diffinitiua; ſi enim iudex cogit me litigare tempore,quo nō debeo,talis moleſtia non poterit tolli per appellationem à diffinitiua, quia continet grauamen, conſiſtens in facto cohærenſq; perſonæ,Bellam.c.12.ſuper eo,quaſt.16.n.16.in fine,& clarius quaſt.17.numero decimooctauo de appell.Fulu.Paccian. tract.de probat.lib.1.cap.58.ſub num.40.verſ. ſed ab hoc & num.41.& 42.& Rugin.tract.de appell.§.2. c.3. num.299. & quod grauamen dicatur irreparabile in diffinitiua, quando eſt talis interlocutoria,quæ compellit ad factum, videlicet,vt procedere teneatur, vel aliud facere; quia, cum factum infectum eſſe non poſſit, ideo illud grauamē cenſetur irreparabile,ſcribit Rebuff.tract.de ſent.exec.artic.10.gl.1.numero tertio verſ.ſecundo to.1.fol.403.& quod grauamen dicatur irreparabile,quando continet factum, quia,cum infectum fieri non poſſit, habetur pro irreparabili,ſcribit Lancell.tract.de attent. par.2. c.12. de attent. & innou.appell.pend.lim.1.num.96.fol.360. & quod ideo, quando iudex pronuntiat, nullam de exceptionibus propoſitis eſſe admittendam,poſſit ab hac interlocutoria appellari,ſcribit Spec.tit.de appell.§. in quibus num. 30. verſ. caterum,lib.2.fol.187.& quod ſi admittatur,vel reijciatur exceptio peremptoria,poſſit appellari,quia ſit interlocutoria habens vim diffinitiuæ,ſcribit Matan. in ſuo ſpec. in 3.par.6.par. in verbo & demum fertur ſententia,n.44. verſus finem,fol.438.

95 Amplia hanc exemplificationem,vt habeat locum tam ſi iudex poſt oppoſitam exceptionem dilatoriam, quam ſi poſt oppoſitam peremptoriam pronuntiet,eſſe procedendum ad vlteriora, quia etiam à pronuntiatione ſuper ipſis exceptionibus lata datur appellatio; nam quod in exceptione dilatoris appelletur,ſcribit Ang. Aret. in leg. 2.numero 36.verſ.quaro ſi opponatur, ff. de appell.recip. & patet primo, quia ſi iudex pronuntiet ſuper competentia iudicis,datur appellatio,vt retuli,& ſequutus ſum ſupra limit.6. princip.memb.7.num.47.verſ.exemplifica ſecundo,et num.50. Patet ſecundo in pronuntiatione ſuper legitimitate procuratoris, à qua dari appellationem retuli, & ſequutus ſum d.lim.6.memb.7. num.67. ver. exemplifica tertio.Patet tertio in pronūtiatione ſuper legitimitate tutoris,à qua pronuntiatione dari appellationem retuli,& ſequutus ſum eadem limit.6.memb.7. num.68.verſ. exemplifica parte. Patet quarto in pronuntiatione ſuper exceptione præſcriptionis,quia ſi iudex,ea non obſtante,pronuntiauerit eſſe procedendum,datur appellatio,vt deducit Contar.in l. vnica,lim.2.§. quarto n.16. & ſeqq. & clarius n.15. & ſeqq.C.ſi de mom.poſſ.dicens,quod ſi ſit oppoſita exceptio liquida præſcriptionis,vel ſtatim liquidabilis,impedit litis ingreſſum,& ideo ſi iudex procedat,reiecta iſta exceptione, poterit appellari: ſimiliter in exceptione peremptoria,quod ſi iudex, ea non obſtante, pronuntia-

nuntiauerit eſſe procedendum, detur appellatio, innuit idem Contar. *in d. §. 4. n. 13 in fine*, loquens de exceptione præſcriptionis, peremptoriè oppoſita, quod enim exceptio præſcriptionis ſit peremptoria ſcribunt Gloſ. Ant. de Butr. & Abb. quos retuli, & ſequutus ſum *memb. ſeq. nu. 5. verſ. exemplifica ſecundo*.

96 Subamplia eandem ampliationem, vt procedat etiam in tacita interlocutoria, reijciente exceptiones, procedẽdo ad vlteriora, nam ſicut poteſt appellari, quando iudex expreſſè pronuntiat, eſſe procedendum ad vlteriora, non obſtante exceptione oppoſita, ita etiam poteſt appellari, quando procedit ad vlteriora, neglecta exceptione oppoſita, quia ab iſta tacita pronuntiatione ſuper exceptione poteſt appellari; ſufficit enim, quod tacitè reijciat, procedendo ad vlteriora, licet iudex nihil loquatur verbo ſed ſolum facto compellat; quia non minus eſt facere, quã dicere, *Franch. in c. 67. ex parte M. not. 5. n. quarto & octauo de appell.* hæcq; eſt communis opin. quam, loquendo in terminis iuris communis, refert & ſequitur Galleſ. *ad form. cam. par. 3. capit. de liquid. ſub num. 18. fol. 361.* quod etiam à tacita reiectione exceptionis, quę reſultat ex proceſſu ad vlteriora, licitum ſit appellare non minus, quam ab expreſſa interlocutoria, quæ ferretur ſuper ipſa reiectione.

97 Et maximè poterit appellari ab iſta pronuntiatione; de procedendo ad vlteriora, quando oppoſitas exceptiones reſeruaret in fine litis, vt ſcribunt Abb. *conſ. 14. individua trinitatis verſ. ſecundo probatur num. 2. lib. 1. Fulv. Paccian. tract. de probat. lib. 1. cap. 58. n. 50. Rugnell. tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 303. & ex Felyn. retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 102. n. ſecundo.*

† Hoc tamen non habet locum quando exceptio legitimo tempore propoſita non fuerit, *cap. ſuper eo. 2. verſ. ſin autem de appell.*

98 Ratio eſt, quia de emergente præiudiciali, & de negotio principali ſimul tractari non poteſt, quia eſſet confundere, & inordinare proceſſum; quæ confuſio, & inordinatio proceſſus non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua *Bald. in auth. habita. n. 38. verſ. quæro nunquid ab iſta tire a medium Codit. ne fil. pro patr.* & alij, quos refert & ſequitur Becc. *conſ. 31. quod appellari ſub numer. 2.* & pro hac ratione adde quæ ſcripſi *ſupra lim. 6. memb. 7. numero 113. reſtr. 12.*

99 Declara extendendo exemplificationem, de qua *ſupra n. 94.* & eius ampliationem, & ſubampliationem, vt non ſolum detur appellatio, vt dixi, ſed caſu, quo iudex procederet ad vlteriora, non adhibita cauſæ cognitione ſuper exceptione oppoſita, proceſſus ſit nullus, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra limit 6. princip. memb. 7. ſub num. 60. verſ. confirmatur.* tutius tamen eſt ad tollendum omne dubium vt interponatur appellatio à proceſſu ad vlteriora, quia eo ipſo quod aliquid reperitur productum, ſeu oppoſitum in actis præſumitur, quod iudex illud viderit, & cognouerit, *Franch. in c. 67. ex parte M. ſub n. 10. verſus finem col. vlt. de appell.*

100 Exemplifica tertio in interlocutoria, quia iudex procedit reo tantam dilationem, quæ excedit tempus inſtantię, quia hoc grauamen eſt irreparabile, & ideo poteſt ab ea appellari, *vt retuli ſupra q. 15. ſub numer. 67. verſ. contra tamen.*

101 Exemplifica quarto, quando iudex denegat copiam, quia poteſt ab illa negatione copiæ appellari, *vt dixi ſup. lib. 1. c. 100. n. 9.*

102 Exemplifica quinto, quando iudex admittit tertium ad impediendum exequutionem, qui tamen non probauerit ſuum intereſſe, quia à tali admiſſione poteſt appellari, *vt dixi ſupra lim. 6. mem. 4. n. 107. verſ. amplia primo.*

103 Exemplifica ſexto in non admiſſione exceptionis litis pendentiæ, ſeu præuentionis, quia ſi, oppoſita præuentione; iudex nihilominus procedat, poteſt is, qui eam oppoſuit, appellare, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 12. num. 71.*

104 Exemplifica ſeptimo in non admiſſione, ſeu admiſſione procuratoris, ſeu tutoris, vel alterius comparentis, quia à tali pronuntia datur appellatio, vide *ſupra lim. 6. mem. 7. n. 47. & ſeqq.*

105 Exemplifica octauo, quando iudex pronuntiat ſe competentem, vel incompetentem, vide *ſupra d. lim. 6. mem. 7. n. 47. & ſeqq.*

106 Exemplifica nono, quando iudex pronuntiat, deferẽdum eſſe appellationi, quia à tali interlocutoria poteſt appellari, *vt refert, & ſequitur Aſin. in prax. §. 31. cap. 18. lim. 4. & ex eo refert, et ſequitur Rugnel. tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 74.*

107 Extende hanc exemplificationem, vt habeat locum etiam in reiectione appellationis; quare ſi iudex ad quem reſpuat appellationem, incontinenti poterit appellari, *Bar. in l. 1. in fine, ſub num. 3. C. quor. appell. non recip. & alij, quos citaui, & ſequutus ſum infra n. 166.* vbi videas.

108 Exemplifica decimo in ſententia, qua iudex ob exceptionem oppoſitam pronuntiat, non eſſe procedendum ad vlteriora, quia datur appellatio; nam habet etiam vim diffinitiuæ, *vt retuli, et ſequutus ſum infra n. 190.*

109 Extende primo iſtam exemplificationem, vt ſicut poteſt appellari ab interlocutoria, de non procedendo, ita etiam poſſit appellari ab interlocutoria; reuocatoria, quę mandat, procedi; quare ſi iudex appellationis, reuocando interlocutoriam iudicis à quo de non procedendo ad vlteriora, pronuntiet, procedendum eſſe ad vlteriora, poterit appellari, & hoc etiam in terminis capitulorum Rotæ Ciuitatis Lucenſis, & multo magis in terminis iuris communis, maximè autem quando in eadem interlocutoria fuit reſeruatæ exceptiones in fine cauſæ.

Sed huius extenſionis occaſione, & pro eis praxi, & integra explicatione recenſeo caſum, quem, dum eſſem Prętor Ciuitatis Lucenſis, habui in facto ſuper iſta extenſione caſus eſt iſte. Reus ante litem conteſtatam oppoſuerat coram iudice; actorem non eſſe audiendum, & conſequẽter non eſſe procedendum ad vlteriora: iudex; viſo quod exceptio de qua reus opponebat, erat de impedientibus litis ingreſſum, pronuntiauit non eſſe procedendum ad vlteriora; actor appellauit ad Rotam Lucenſem ex diſpoſitione capitulorum Rotæ *cap. 29.* Rota Lucenſis admiſit appellationem: ex tribus illius Rotæ Auditoribus (hoc enim numero conſtat vnus confirmauit ſententiam iudicis à quo, & reliqui duo infirmarunt, pronuntiantes, eſſe procedendum ad vlteriora, reſeruatis exceptionibus in fine cauſæ: reus ab iſta infirmatoria, lata à duobus, appellauit ad Illuſtriſſimos DD. Antianos, quia appellationem admiſerunt in forma, & cauſam appellationis delegarunt; & iudex delegatus ſeruatis ſeruandis, tulit ſententiam.

Fuit dubitatum, an ſententia delegati eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, eo quia ab hac interlocutoria non potuerit appellari; & quia iudex delegatus Auditorem primarum cauſarum, qui ſpreuerat eius inhibitionem, condemnauit in ſcutis 500. & in illis remanebat bannitus, & ideo ſuppoſitus periculo vitæ iuxta illius Reipub. leges contra condemnatos, & bannitos, & cauſa inter partes excedebat valorem ſcutorum forſan 30000. Excellentiſſimum Conſilium generale delegauit mihi cognitionem huius dubij cum relatione (vt eius ſapientis mos eſt) facienda eidem Excellentiſſimo Conſilio.

Retuli, ſententiam non ſubiacere nullitati, & potuiſſe appellari, & fundamenta, quibus motus fui, ſunt plura, quæ hic pro confirmatione huius extenſionis ordinate referam.

110 Primum fundamentum eſt, quia dictum Rotæ *cap.29.* loquendo de ſententijs, à quibus fuit appellatum in prima inſtantia, ait. Si verò fuerint infirmatæ ſeu reformatæ in totum, vel pro parte à duobus ex eis tantum tunc infra tempora à ſtatutis permiſſa poſſit appellari à dicta ſententia infirmata, & à partibus infirmatis, ſeu reformatis tantum ad Illuſtriſſimos Antianos. Ex quibus verbis cõſtat, quod, ſi ſententia primi iudicis fuerit per viam appellationis reuocata a duobus ex Dominis Auditoribus Rotæ, datur facultas appellandi parti, contra quam fuit reuocata: cum ergo in caſu relato ſententia primi iudicis fuerit per viam appellationis reuocata à duobus tantum, ſequitur, quod potuerit à reuocatoria appellari.

111 Secundum fundamentum eſt, quia ſicut res non alienabilis, & ſemel alienata contra prohibitionem teſtatoris, remanet alienabilis, *l.37.pater,§.quindecim, et ibi Doct. ff.de leg.3.Iaſ.in l.1.ſub num.63.verſic ſecundo iuxta ibi, pro quo omiſſis,ff.de off.eius cui,&c.Curt.Iun. tract.de feud.p.2. quæſt.4.princ.ver ſecundo adducunt,num.5. tom.10. part.2. fol.53.Fab.de Mont.tract.de empt.& vend.quæſt.4.princip. quæſt.22. verſic.quinta concluſio,ſub num.42.fol.51.Caſſad. deciſ.8.fuit etiam,ſub num.1.de reſcript.Rol.à Vall.conſ.1.n. 85.lib.1.Redoan.tract.de rebus eccl.non alien.rub.33.caſ.6. n.1.& ſeqq.& ad litteram ſub num. 4. fol.455. Menoch. de arb.iudic.q.54.num.24.Lancell.tract.de attent.par.2.c.4.de attent.lit.pendent. num.485.fol.312.*& communiter * omnes in diuerſis locis, *vt dixi lib.præced. cap.2. num.644.* & ſicut etiam cauſa, ſemel effecta compromiſſibilis, remanet compromiſſibilis, ſi ſit facta compromiſſibilis ex neceſſitate legis, ſeu ſtatuti, *vt ex Bal. Rom.Socc.Alex. Dec.& alijs retuli,& ſequutus ſum dict.c.2 n.646.*

112 Ita etiam cauſa, ſemel effecta appellabilis, remanet appellabilis *Paſeth,conſil.129.in cauſa nobilium, in fine, n. 11.& 12.*& in terminis alimentorum Pontan.*tract.de aliment. cap.19.num.6.& 7.fol.455.Lancell.tractat.de attentat. part.2.cap.12.limit.25.num.18.fol.271. in vltima impreſſione de anno 1598. & Rugin.tract.de appell.§.2. cap.3. num.279.* Et quod cauſa, quæ fuit facta appellabilis, remaneat appellabilis etiam ſi deuenerit ad caſum, in quo ab initio non potuiſſet eſſe appellabilis, vt puta, quia tu promiſeris ſtare vnicæ ſententiæ, & non appellare, & quia tu reportaſti ſententiam fauorabilem, appellauit tuus aduerſarius, & in cauſa appellationis obtinuit ſententiam reuocatoriam tuæ, vtique tu etiam poſſis appellare, bene tenuit Rot.*diuerſ.deciſ.844.montis regalis,n.3.p.3.lib.3.fol. 217.*& quod ideo, ſi reus fuerit abſolutus in prima inſtantia, vulnerato inſtrumento executiuo, & actor appellauerit, & in ſecunda inſtantia iudex ad quem tulerit ſententiam reuocatoriam, condemnando reum poſſit reus appellare, quamuis ſi fuiſſet condemnatus in prima inſtantia, non potuiſſet, ſcripſi *ſupra lim.9. ſub n.58. ver. ſubextende.* Quod idem dicendum erit in cæteris cauſis, in quibus reus condemnatus non appellat, quia, ſi is fuerit prius abſolutus, & deinde condemnetur, poterit appellare, quare ſi iudex pronuntiet contra actorem ad fauorem rei, alimenta non eſſe præſtanda, ſeu dotem nõ eſſe ſoluendam, & actor appellet, & in cauſa appellationis pronuntiet cõtra reum, alimenta eſſe præſtanda, ſeu dotem eſſe ſoluendam, vtique poterit ex prædictis etiam reus appellare, quare ſi ſententia lata in prima inſtantia reuocetur, in ſecunda, is, qui obtinuit in prima, poterit appellare à reuocatoria, *vt innuit Pontan.dicto c.19.in fine.*

113 Comprobatur primo hoc ſecundum fundamentum, quia cauſa ſemel effecta ſummaria ſemper remanet ſummaria; *vt retuli & ſequutus ſum ſup.q.11. ſub num 17. ver. confirmatur.* Quare licet vidua in medio litis nubat, tamen cauſa, quæ erat ſummaria, eo quia erat cauſa viduæ, remanet ſummaria, & non mutatur, *l.19.cum quadam puella, ff. de iuriſd.omn.iud.Ioſ.Cumia ſuper ritibus Sicil.cap.45.num. 2. fol.287.* & cauſa ſummariè commiſſa ad inſtantiam actoris, poteſt etiam reus vti eodem reſcripto, & eodem modo procedere, *Rot.deciſ.32.alias 104.appellans, ſub n. 1.de appell.innou.*

114 Comprobatur ſecundo, quia tantum operatur propoſitum in propoſito, quantum oppoſitum in oppoſito, *l.fin.§.& ibi Bar.in ſummario, ff.de leg.3.Inſtit.de hæred.inſtit.§.ſi plures in fine,& de action.§.plus autem, rurſus Bar. Ioan.Roy.& Rot.diuerſ.quos retuli,& ſequutus ſum lib.præced.c.11.n.97.*

115 Sed commiſſa cauſa in prima inſtantia, appellatione remota, ſi nihilominus deinde committatur cauſa appellationis ſimpliciter, intelligetur ſimiliter commiſſa, appellatione remota, prout erat commiſſio primæ inſtantiæ, *Lancell.tract.de attent.par.2.cap.12.de attent. et innou. appell.pend.lim 8.princip.ſub num.7. verſic.4. videtur tom. 5.fol.365.* Ergo in oppoſito, ſi cauſa in prima inſtantia efficiatur appellabilis ex qualitate ſententiæ latæ à iudice, vt in caſu noſtro, debet eſſe etiam appellabilis in ſecunda inſtantia.

Non dicatur, quod hoc fundamentum non procedit, quando cauſa fuit facta appellabilis de voluntate partis *per ea, quæ dixi infra n.124.& 125.* quia reſpondeo, quod in caſu relato fuit facta appellabilis ex neceſſitate legis, cum actor, lege permittente, potuerit appellare, etiam reo inuito, *vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra ſub n.109. verſ. ſed huius,& infr.n.120.in fine,* hæcque reſponſio ſatis confirmatur ex his, quæ de cauſa ſemel compromiſſa ſcripſi *lib.præced.c.2.n 637.645.& 646.*

116 Neque obijcias, quod cauſa ad certum effectum, ſeu modum effecta appellabilis, ad eundem, & non ad alium debet remanere appellabilis per ea, quæ in ſimili *dixi ſup. limit.6.memb.9 n.47.* ſed abſoluto reo, cauſa ex parte actoris efficitur appellabilis ſolum ad effectum deuolutiuum, quia non inuenit quid ſuſpendat; ergo, ſi condemnetur deinde reus in ſecunda inſtantia, debet reus poſſe appellare ſolum ad effectum deuolutiuum, & non ad effectum ſuſpenſiuum, cum ad hunc effectum non fuerit facta appellabilis; quia reſpondeo hanc obiectionem non eſſe abſolutè verum; ſiquidem appellatio, ſicut cætera inſtrumẽta, operatur plus, & minus ſecũdum ſubiectam materiam bene diſpoſitam, vnde appellatio ex parte rei condemnati in materia appellabili habet vtrumq; effectum, deuolutiuum ſcilicet, & ſuſpenſiuum, & tamen, ſi deinde abſoluatur reus, appellatio actoris habebit ſolum effectum deuolutiuum, quia non inuenit quid ſuſpendat: ſimiliter ſi reus condemnetur in materia executiua cogitur ſoluere, & admittitur ſolum appellatio deuolutiua, & tamen ſi deinde condemnetur actor ad reſtituendum actor poterit appellare etiam ſuſpenſiuè, *vt ſcripſi ſup.lim.9. n.58.* Vnde apparet, obiectionem non eſſe omnino veram: erit autem vera in caſu, de quo loquutus ſum *dicto memb.9.n.74* quia in eo habet idoneas rationes, quas ibi poteris videre.

Minus obſtaret argumentum, de quo *in ſeqq. n.1.* quia ibidem eſt ſolutio.

17 Tertium fundamentum eſt, quia quando ſupponimus vnicam ſententiam ad fauorem actoris, & nullam ad fauorem rei, & agitur de re, in qua ius regulariter reijcit appellationem, tunc nulla vrget æquitas, vt appellatio rei admittatur, cum nihil habeat contra ſententiam latam: at quando ſupponimus, quod reus fuerit abſolutus, & actor appellauerit, ſuadet æquitas, vt reus quoque poſſit appellare à ſententia, lata ad fauorem actoris, *per ea, quæ ſcribunt Caſſad.deciſ.1.de ſequeſt.poſſ.Veſtr.in prax. lib.7. c. ſecundo, ſub num.7. Rot, diuerſ. deciſ.634. Martinus num.2. & deciſ.844. montis regalis, num.4. par.3.lib.3.* dum aiunt, quod licet actori, qui obtinet ſententiam fauorabilem, concedatur ſequeſtrum contra reum condemnatum in petitorio, tamen inquiunt, ſi reus ante actorem obti-

nuerit

Digitized by Google

nuerit ſententiam abſolutoriam in petitorio in prima inſtantia, ſequeſtrum actori non conceditur, quia illa ſententiæ preſumptio, ob quam decernitur ſequeſtrum, eliditur à ſententia contraria, antea lata, quod etiam ſcripſi *ſupra lib.3.c.38.ſub n.18.*

118 Quartum fundamentum eſt, quia licet à ſententia lata ſuper articulo inappellabili non detur appellatio, tamen dabitur, ſi habeat connexitatem cum articulo appellabili, *per ea, quæ ſcripſi ſupra limit.6.membr.9. numero 24.25.& 27.*

119 At in caſu noſtro interlocutoria de procedendo ad vlteriora, à qua non datur appellatio, habet correſpectiuitatem ad interlocutoriam de non procedendo, à qua datur appellatio, quæ correſpectiuitas cauſat inter eas connexitatem, quia correſpectiua dicuntur connexa, *vt ſcripſi lib.præced.c.11. num.367.* & in materia appellationis ſcribit Hier. Gabr.*conſ.48.ſententia lata, ſub num.ſecundo, libro primo*, & quæ dicantur connexa relinquitur arbitrio iudicis, *vt retuli dicto c.11.n.376.* & in materia appellationis ſcribit Gabr.*dicto conſ.38. n.5.in fine, & nu.6.* ergo potuit appellare.

120 Quintum fundamentum eſt, quia licet interlocutoria de non procedendo ad vlteriora, præſertim fundata in exceptione peremptoria, habeat vim diffinitiuæ *vt ſcripſi infra num.190.* & ideo ſit appellabilis, *per ea, quæ ſcripſi infra n.171* & ſit fortior, ex quo à iudice, qui etiam tulit, remoueri non poteſt, *teſtibus his, quos citaui & ſequutus ſum infra quæſt.19.rem.1.concluſ.6.num.19.26.& ſeqq.* & interlocutoria de procedendo ad vlteriora non habeat vim diffinitiuæ, ſitque mera interlocutoria, ideoque appellabilis, & minus fortis, ex quo poteſt ab eodem iudice remoueri, *vt retuli, & ſequutus ſum ead.quæſt.19.rem.1.concl.6. num.3.* tamen, ſi reuocet, ac lædat ſententiam de non procedendo, quæ habet vim diffinitiuæ, ideoque eſt appellabilis, neceſſe eſt, vt tanto magis ipſa de procedendo ſortiatur ſimilem naturam ſententię habentis vim diffinitiuæ, quia validius debet eſſe, quod lædit eo, quod læditur *vt ſcribit Senec.quem citaui ſupra limit.40.numero 12.* & facit quod ſcripſi *ſupra limit.6.memb.9.ſub num.66.in primo & ſecundo abſurdo*; Vnde dicimus, quod licet aliquis iudex appellationis ſit inferior iudice a quo, tamē dum per viam appellationis reuocat ſententiam iudicis à quo, neceſſe eſt, vt in eo actu ſit ſuperior, ſicut retuli & ſequutus ſum *ſupra quæſt.2.num.26.* & quod vnus iudex poſſit vno reſpectu minor, retuli & ſequutus ſum *ead.quæſt.2. numero 27.*

121 Sextum fundamentum eſt, quia ſtatutum debet intelligi ſtrictè, quo minus corrigat ius commune, ita vt ſi ſtatutum poſſit intelligi, vt contrarietur iuri communi in duobus, vel in vno ſolo, ſemper intelligatur, vt contrarietur in vno, vide quæ ſcripſi *lib.præcedenti capit.8. numero 410.& 411.*

Sed ius commune permittit appellationem etiam quādo iudex primatum cauſarum pronuntiat, procedendum eſſe ad vlteriora, *vt ſcripſi ſupra n.94.*

Igitur lex municipalis, ſeu ſtatutum Lucēſe, quod, corrigendo ius commune, prohibet, appellari ab interlocutoria de procedendo ad vlteriora, debet reſtringi, vt non habeat locum quando talis interlocutoria ſtat reuocando contrariam negatiuam, habentem vim diffinitiuæ; multo minus quando talis ſententia reuocatoria reſeruaret etiam exceptiones peremptorias in fine litis, quia tunc tripliciter corrigeret ius commune.

Contraria opinio, nempe à ſententia de procedendo ad vlteriora non appellari, quamuis ſit reuocatoria ſententiæ de non procedendo, ſuadetur dupliciter.

122 Primo ex ſtat.Lucenſi, *lib.quinto c.5.* in illis verbis, ab interlocutorijs vero ante diffinitiuam ſententiam latis in cauſis ciuilibus non poſſit appellari, ſeu de nullitate dici, præcludentes ante diffinitiuam ſententiam potentiam appellandi, & de nullitate dicendi, vbi diffinitiua ſententia ſperaretur ſed grauamine & interlocutoriarum tum nullitatis quam iniuſtitię volumus poſſe reparari in appellatione a diffinitiua. Ex quo ſtatuto remouetur grauamina, quę conſiderant Bartol. & alij, quos citaui *ſupra numero 94.* Pro quo ſtatuto adduco ſimile ſtatutum in *capitul.45.libr.primo in illis verbis.* & ſi pronuntiauerit ſe iudicem competentem, à tali pronuntiatione non poſſit appellari, ſed ſi quod grauamen illatum eſſet, poſſit reparari in appellatione a diffinitiua, &c. & ſi declaratum fuerit, primum iudicem non fuiſſe competentem, proceſſus coram eo factus non valeat ipſo iure, & quicquid occaſione talis proceſſus ab incompetenti iudice ſolutum, & exactum foret à tali conuento, vel in ius vocato, poſſit quandocunq; per eum, vel eius heredes repeti, &c. *adduco etiam capit.31. Rota,* de recurſu ab interlocutorijs. *in illis verbis:* ſi autem ſententia diffinitiua expectetur, tunc ſiue ſententia duorum fuerit infirmatoria ſententię præcedentis, ſiue non infirmatoria, nullus vlterius recurſus admittatur.

Igitur in caſu, de quo agimus, non ſolum non datur appellatio, ſed neq; recurſus, cum interlocutoria de procedendo ad vlteriora, expectet poſt ſe ſententiam diffinitiuam.

123 Secundo, quia ratio, vt poſſit appellari à pronuntiatione de non procedendo ceſſat in pronuntiatione de procedendo etiam ſi iſta de procedendo reuocet aliam de non procedendo: ergo debet ceſſare poſſibilitas appellandi *per ea quæ ſcribit Put. deciſ.480. Ant. de burg. per totam, lib.ſecundo.* vbi Comites de Marſicano intentarunt ſpolium contra Liuiam, quæ fuit abſoluto, à qua abſolutoria appellarunt Comites, & in cauſa appellationis reportarunt ſententiam fauorabilem reuocatoriam; appellauit Liuia, & cauſa appellationis fuit commiſſa cum clauſula (& ſi quid exequēdum erit exequatur) & orto dubio, an Liuia potuerit appellare, ſtante ſuperuenientia Ægidianæ conſtitutionis, quæ prohibuit appellationē in iudicijs poſſeſſorijs, ſcribit fuiſſe reſolutū, quod Liuia non potuerit appellare, & conſequenter, quod ſecunda ſentētia; contra ipſam lata, erat exequenda ex diſpoſitione dictæ Ægidianæ, & ſic ex de hac deciſione apparet, quod licet à prima ſententia abſolutoria, lata ad fauorem rei, potuerit appellare actor, tamen à ſecunda reuocatoria
124 lata ad fauorem actoris, non poteſt reus appellare, † & ſimiles deciſiones adducit Contar.*in l.vnica, quæſt.quarta ſub numero quarto verſicul. contrariam, & numero quinto & ſeqq.inter qq.Ægidianas, & quæſt.13. petitorium quid ſit ſub numero 106.Cod.ſi de mom.poſſ.* vbi recenſet deciſionem repertam *in libr. ſecundo deciſionum Pereg. ſub titul. de Ægidiana,* ſub his verbis (*In vna Romana ſeu Veliterna confinium fuit dubitatum, an eſſet locus Ægidianæ; fuerat enim lata prima ſententia, à qua fuerat appellatum, & quia non erat oppoſitum de Aegidiana, iudex appellationis tulerat ſecundam ſententiam, à qua cum appellaretur fuerat datum de Aegidiana, & dictum, cauſam non eſſe appellabilem, & licet diceretur, quod cauſa, ſemel facta appellabilis, duraret appellabilis ad materiam.l.pater §. quadecim ff. de leg. tertio, & l.peto, §.fratre ff.de leg.ſecundo, tamen dixerunt Domini, ſemper tentum fuiſſe in Rota, quod poterat dari de Aegidiana, tam in prima, quam in ſecunda ſententia &c.*

125 Quæ deciſiones dum dicunt, cauſam effectam appellabilem eo, quia pars non oppoſuit de Ægidiana, non remanere appellabilem, bene confirmatur ex eo, quod licet ego ſemel paſſus ſim, me per reſcriptum apoſtolicum trahi vltra duas dietas tamen iterato vocatus vltra duas dietas poſſum excipere, & ſi neceſſe fuerit appellare, *vt retuli ſupra limit.6. membr.ſeptimo ſub numero 86. verſic. confirmatur,* etiam poſt litem conteſtatam, *Franch.*

in capit.47.ex parte tua numero quinto verſicul. primo quod
126 *ſi aliquis de appell.* † Item licet quis citatus comparuerit tempore feriarum, & non exceperit, tamen poterit excipere in alijs citationibus, *vt retuli,& ſequutus ſum lib. præced. c.5. n.168.* Item licet quis voluntariè ſemel compromiſerit, tamen non poteſt iterato cogi ad compromittẽdum, *Marc. Ant. Blanc. Spec.& alij, quos declarando retuli lib. præced.c.2.ſub n.637.*

127 His non obſtantibus vera eſt extenſio, & firma remanet reſolutio, poſita *ſupr.n.109.& ſeqq.*& adducta in contrarium ſoluo.

Ad primum de ſtatuto, & capitulis Rotæ deductis *ſup. n.123.*reſpondeo tripliciter.

Primo reſpondeo, quod illud ſtatutum, & capitula procedunt in mera ioterlocutoria,& non interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, quia iſta, cum æquiparetur ſenteotiæ diffinitiuæ, *vt retuli,& ſequutus ſum ſupra quæſt. quarto n.56.*recipit appellationem, *vt dixi infra n.171.* & ideo ab interlocutoria primi iodicis de non procedendo fuit appellatum ad Rotam, *vt retuli ſupra ſub n.109.*quod non fuiſſet, oiſi ab habente vim diffinitiuæ daretur appellatio; hæcq; reſponſio quoad cap. 31. capitulorum Rotæ procedit abſq; difficultate, quia illud cap. expreſſis verbis loquitur de mera interlocutoria.

128 Secundo reſpondeo, quod ſicut, ſublata appellatione, noo intelligitur ſublata, ſi iudex procedat inordinatè, per ea, quæ loquendo in cauſſa poſſeſſoria, ſcripſi *ſupra limit. ſexta, membr. ſeptimo nu.113.& ſeqq.& nu.128.& 130.& ſeqq.* ita etiam ſtatutum, tollens appellationem ab interlocutoria, non tollit, quando iudex procedat inordinatè, ſeu peruertit ordinem.

129 Sed hæc interlocutoria, quæ mandat procedi ad vlteriora, reſeruatis exceptionibus peremptoris in fine litis, peruertit ordinem, non ſolum loquendo de iure communi, ſed etiam de iure municipali Lucenſi, ſi exceptio, quæ fuit reſeruata in fine cauſæ, ſit de exceptioonibus, quas ſtatuta Lucenſia *capitul.24.43.45.55.58.& alijs libr. primo & capit.23. libr. quarto,* mandant, poſſe opponi ad impediendum litis ingreſſum, & iudicem debere ſuper eis pronuntiare.

Ergo ab eiuſmodi interlocutoria potuit appellari.

130 Tertio reſpondeo, quod illud ſtatutum, præcludendo potentiam appellandi ab interlocutorijs ante diffinitiuam ſententiam, eo quia earum grauamen poſſit reparari in appellatione à diffinitiua eſt conforme diſpoſitioni iuris ciuilis; ſed de iure ciuili; grauamen interlocutoriæ mandantis procedi ad vlteriora, non poteſt reparari in appellatione à diffinitiua, *teſtibus Bartol. Paul. de Caſtr. Bellam.& alijs, quos citaui & ſequutus ſum ſupra nu.94.* & maximè quando interlocutoria reſeruat exceptiones in fine cauſæ, *teſtibus Abb. Felyn.& alijs, quos citaui et ſequutus ſum ſupra num.97.* Ergo ſtatutum non habet locum in iſta interlocutoria.

131 Nec dicatur, quod ſtatutum diſpoſuit, omnium interlocutoriarum grauamina poſſe reparari io appellatione à diffinitiua: quia reſpondeo, quod hoc ſtatutum eſt impoſſibile, quia diſponit, eſſe, quod non poteſt eſſe, veluti, quod cæcus videat, ſurdus audiat, & ſimilia; nam Doctores concorditer ſcribunt, non omnium interlocutoriarum grauamen poſſe reparari per appellationem à diffinitiua.

132 Neque replicetur, quod ſtatutum diſpoſuit, grauamẽ interlocutoriæ poſſe reparari per annullationem proceſſus, & refectionem expenſarum; quia reſpondeo, quod adhuc, prohibendo appellationem, videretur iniquum, *vt ſcripſi ſupr.n.88.*

Et tandem, ſi tu diceres, quod huic iniquitati prouidit diſpoſitio capituli 31.capitulorum Rotæ, concedendo recurſum: ego replico, quod iſta prouiſio habet locum in interlocutorijs meris, in quibus loquitur; &, quicquid poſſit dici diſputando de hac tertia reſponſione, ſatis ſuperq; ſufficiunt aliæ duæ antecedentes.

133 Ad ſecundum, ſumptum ex deciſiooe Putei, reſpondeo dupliciter.

Primo reſpondeo, quod illa deciſio eſt contraria deciſionibus, quas citaui *ſup.n.112.& 117.* à quibus recedendum non eſt, quia melioribus nituntur rationibus; nam deciſio Putei fundatur ea ratione, quod conſtitutio Ægidiana fuerit condita pro cauſis futuris & pendentibus, ordinando, quod poſſeſſorium terminetur vnica ſententia, niſi notoriè conſtet de iniquitate, ſeu grauamine dictæ ſẽtentiæ, & licet dicta conſtitutio, inhibens appellationem, diceretur reſpicere ordinatoria, in quibus regulariter attenditur tempus conditæ conſtitutionis, tamen, ſi conſtitutio non eſt noui iuris inductiua, ſed alterius confirmatoria porrigitur etiam ad pendentia per appellationem, adeo quod, ſi confirmatio fiat priuſquam conſtet de iniquitate ſententiæ, eſſet omnino ſeruanda conſtitutio confirmatoria, non obſtante appellatione interpoſita; ſecus tamen, ſi iam conſtaret de iniquitate primæ ſententiæ, quæ per ſecundam ſit reuocanda, quo caſu ſecunda non reciperet appellatiooem; & quia in caſu dictæ deciſionis fuerat lata prima ſententia, & ab ea appellatum ante conditam Ægidianam conſtitutionem, & dicta ſenteotia fuerat nulla, ſeu fuerat detecta iniqua; ideo Ægidiana ex duplici capite non poterat effectum ſuum conſequi in prima ſententia: primo, quia illa cauſa dicebatur deciſa, & non pendere per appellationem, & ſic reſpectu dictæ primæ ſententiæ cauſa non pendebat; ſecundo, quia prima ſententia erat detecta iniqua, vnde Ægidiana poterat ſortiri effectum ſolum in ſecunda, quę conſiderabatur vt prima, hancque: Putei rationem ſubſtantialiter refert, & ſequitur Ioan. Baptiſta Pontan. *tractat. de ſpol. lib.4.capitul.3.ſub numero 43.tomo 14.fol.305.*& ſumma ac neruus huius ratioois conſiſtit in hoc, quod cum prima ſententia abſolutoria, lata pro reo, eſſet detecta nulla & iniqua, remanebat ſolum ſecunda; quæ erat pro actore cootra reum, & ideo iſta erat executioni mandanda; quæ ratio (ſit illius Rotæ pace dictum) confutatur dupliciter: primo, quia iudex appellationis, qui dicit, ſentẽtiam iudicis, à quo eſſe nullam, ſeu ioiquam, non eſt ſanctus Ioannes Euangeliſta; vnde ſi iudex pronuntiet ſuper nullitate ſententiæ, & ſimul ſuper articulo poſſeſſionis, condemnatus poteſt appellare propter nullitatis mixturam, *vt ſcripſi ſupr. limit.6.memb.9.ſub num.10.63.& 64.* Secundo, quia ſic eſſet in arbitrio iudicis excludere condemnatum à facultate appellandi; nam licet is, qui conuenitur executiuè, ſi, vuloerata obligatione camerali, abſoluatur, & in cauſa appellationis interpoſitæ ab actore condemnetur, poſſit appellare etiam ſuſpenſiuè, in vim illius primæ ſententiæ, qua fuit abſolutus, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lim.9.ſub n.58. ver. ſubextende.* tamen iudex ad quem, vt eum excluderet ab hac facultate appellandi, poſſet prætendere, illam ſententiam abſolutoriam eſſe iniquam, ſeu nullam, ſicq; vt excluderet, poſſet ſemper habere pro nulla ſententiam iudicis à quo; quod eſt abſurdiſſimum.

134 Secundo reſpoodeo, quod data iſta Putei deciſione pro vera, nos ſumus in caſu diuerſo, qoia in caſu deciſionis ſententia erat detecta nulla, & iniqua, & ideo illius ſententiæ nulla erat habenda conſideratio: at in caſu noſtro illa ſententia, de non procedendo ad vlteriora, non erat detecta nulla, ſeu iniqua, & ideo iudex ad quem reſeruabat cognitionem illius io fine cauſæ, dum reſeruabat exceptiones oppoſitas, vnde cum remaneat illa prima ſententia, ceſſat applicatio deciſionis Putei.

135 Minus obſtat deciſio, quã allegat Contar, quia reſpõdeo, illam deciſionem procedere, quando is, qui appella-

uit à

Digitized by Google

uit à prima ſententia, appellauit non ex neceſſitate legis, id eſt, lege permittenre, ſed ſolum ex tacito conſenſu aduerſarij appellari, qui potuiſſet, dando de Ægidiana, impedire appellationem, & non dedit, quia iſto caſu ſi rurſus velit appellare, à ſecunda confirmatoria, poterit tunc appellatus dare de ægidiana, de qua non dedit in prima, & impedire appellationem, quia cauſa, ſemel effecta appellabilis ex voluntate partis, non remanet appellabilis ex neceſſitate legis, iuxta ea quæ, loquendo de cauſa ſemel compromiſſa ex voluntate partium, ſcripſi *lib. præcedenti c.2.n.637. 645. & 646.* & in his terminis procedunt quæ ad confirmationem deciſionis ſcripſi *ſup. n.125.*

At nos ſumus in caſu, in quo à prima ſententia, de non procedendo fuit appellatum non ex voluntate appellati, ſed ex neceſſitate legis, quæ deferebat illi appellationi, vnde, retorquendo illam deciſionem, dico, quod in caſu noſtro debet remanere appellabilis etiam ex neceſſitate legis.

Et his ſit abſoluta extenſio, & caſus illius poſitus *ſupra num. 109.*

136 Extende ſecundo, vt habeat locum quando iudex non verbis, ſed facto pronuntiat, de non procedendo, quia tunc à tarditate, ſeu denegata iuſtitia poteſt appellari, vt dixi, & declaraui *ſup. huc ead. q. 17. n. 46. ampl 16.*

137 Exemplifica vndecimo in pronuntiatione, de admittendis articulis, quia poteſt ab ea appellari, vt obſcure loquendo ſentit Rot. *deciſ. 8. alius 93. iudex admittendo, de teſtibus innou.* dicens, quod ſi pars fuit citata ad dicendum contra, non grauatur poſtea in ipſa admiſſione articulorum, ex quo ſemel ſuas exceptiones dedit, ſed tamen, inquit, poterit appellare ab admiſſione, vti à repulſione ſuarum exceptionum, & Paul. de Caſtr. *in l. 4. ab executione, n. 2. ff. de appell. & relat.* dicens, quod ſi iudex pronuntiat, articulos eſſe admittendos, & poſtea admittit, ſi non fuit, inquit, appellatum à pronuntiatione, qua pronuntiauit eſſe admittendos, non poterit appellari ab admiſſione, quia fit per modum executiuum, *& Rugin. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 85. & 167.*

† Si articulorum copia fuerit denegata vel articuli reiecti fuerint appellari poteſt. Item ſi iudex admiſerit articulos impertinentes, quia grauata appellari poteſt. *Caſtr. l. ab executore n. 2. ff. de appell.*

Confirmatur hæc exemplificatio, quia ab admiſſione teſtium inhabilium datur appellatio, cum contineat grauamen, *vt ſcripſi ſupra lim. 6 memb. 7. num. 41.* ergo multo magis dari debet ab admiſſione articulorum impertinentium, cum admiſſio articulorum ſit veluti ſententia, & examinatio teſtium ſuper illis ſit veluti executio, quæ eſt minus appellabilis, *vt ſcripſi infr. n. 140.*

138 Amplia primo hanc exemplificationem, vt poſſit appellari etiam à tacita admiſſione, *vt ſcripſi lib. præcedenti c. 7. ſub n. 67.*

139 Amplia ſecundo, vt multo magis poſſit appellari à pronuntiatione negatiua de non admittendis articulis, *Paul. de Caſtr. vbi ſup.* qui æqualiter loquitur de admiſſione, & de non admiſſione; & quod à non admiſſione poſſit appellari, retuli & ſequutus ſum *ſup. lim. 6. memb. 7. n. 45.* & hæc ampliatio non habet difficultatem, quia magis grauat, & concurrit eadem confirmatio, quod ſicut poteſt appellari à non admiſſione teſtium, vt retuli, & ſequutus ſum *dicta lim. 6. memb. 7. n. 43. ampl. 1.* ita etiam poteſt appellari à non admiſſione articulorum.

Subamplia hanc ampliationem, vt poſſit appellari à tacita reiectione, ſeu non admiſſione, *Rugin. d. §. 2. c. 3. n. 166* & non habet difficultatem.

140 Reſtringe primo eandem exemplificationem, vt non procedat in ipſa admiſſione articulorum poſt interlocutoriam de admittendis articulis, quia niſi fuerit appellatum ab interlocutoria, non poteſt appellari ab admiſſione, cum admiſſio ſit exequutio interlocutoriæ, à qua exetione non dari appellationem retuli, & ſequutus ſum *ſup. lim. 10. n. 12.* & facit quod ſcripſi *de delatione iuramenti ſupra lim. 34. ſub n. 8.*

141 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando articuli, ſeu capitula, quæ admittuntur, ſunt omnino impertinentia, quia circa probationes omnino impertinentes non cadit appellatio, quia ibi non emerſit læſio cum ipſo iure ſint nullæ *vt ex Bar. & Bal. retuli, & ſequutus ſum ſup. lim. 6. memb. 7. num. 46.* & maximè procedit hæc reſtrictio, quando iudex admittit cum clauſula (ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum) *Rugin. tr. de appell. §. 2. c. 3. n. 169. fol. 82.*

142 Exemplifica duodecimo in interlocutoria, lata ſuper comparatione literarum facienda, vel non facienda, quia poteſt ab ea appellari, *vt refert & ſequitur Rugin. d. cap. 3. num. 185. in fine, fol. 84.* & ratio eſt, quia ex comparatione literarum reſultat, vel non reſultat probatio; vnde admittere, vel non admittere comparationem literarum eſt admittere, vel non admittere facultatem probandi, à qua admiſſione, & non admiſſione poſſe appellari diximus ſupra in pluribus locis.

143 Exemplifica decimotertio in decreto de torquendo, quia continet grauamen irreparabile in diffinitiua, & ideo poteſt ab eo appellari, *vt ſcribunt Ang. Aret. in l. 2. numero 3. verſic. nota quod ff. de appell. recip. Franch. in cap. 12. ſuper eodem il ſecondo not. 2 num. 2. de appell. Rebuff. tr. de ſent. execut. art. 10. gloſſ. 1. n. 1. verſic. vnde ſi quis, tom. 1. fol. 402. in fine, Guid. Pap. deciſ. 75. ſed circa ſub num. 2. Par. de Put. Marſ. Curau. & plures alij, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 97. n. 58. verſus finem, & n. 81.* Vnde praxis erit, vt, cum quis fuerit citatus ad ſubeundum tormenta, ſeu purgandum indicia, compareat, & appellet, *Ang. Aret. vbi ſupra*; quæ practica citandi ſeruatur in locis, in quibus poteſt deueniri ad torturam etiamſi ſit impoſita pœna pecuniaria, vt in Ciuitate Lucenſi, quia tunc reus, præſtita fideiuſſione de ſtando iuri &c. auditur extra carceres; ſecus eſt, quando agitur de pœna corporis afflictiua, quia tunc non auditur niſi in carceribus; & ideo non aliter citatur, ſed ducitur ad locum tormentorum, & ibi examinatur, & interponitur decretum, à quo debet appellari, cum eſt interpoſitum.

144 Amplia primo hanc exemplificationem, vt procedat etiam ſi non ſit ſequuta inhibitio ſuperioris, quia nihilominus manus iudicis à quo ſunt allegatæ, *Lancell. tract. de atten. par. 2. cap. 12 de attent. & innou. appell. pend. lim. 1. n. 92. ſublim. 7. & n. 98. tom. 5. fol. 360. Addit. ad Rot. Marun. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum d. cap. 97. ſub n. 81. in 7. difficultate.*

145 Amplia ſecundo eandem exemplificationem, vt procedat non ſolum in decreto de torquendo, ſed etiam in comminatione de torquendo, *vt retuli, & ſequutus ſum d. c. 97. n. 82.*

146 Amplia tertio, vt habeat locum etiam ſi eſſet appellatum à decreto torturæ pro habenda præciſa reſponſione; vide quæ ſcripſi *d. c. 97. n. 82.*

147 Amplia quarto, vt in tantum iudex non poſſit procedere, pendente appellatione, vt ei, & miniſtris, volentibus procedere ad executionem, ſpreta appellatione, poſſit impune reſiſti, *vt retuli, & declaraui ſupr. n. 87.*

148 Limita primo eandem exemplificationem, vt non procedat, quando appellatio eſſet friuola, ſeu calumnioſa, quia tunc poteſt reijci, *vt retuli, & ſequutus ſum d. c. 97. num. 84.*

149 Limita ſecundo, vt non procedat, pendente termino ad appellandum, quia iudex poteſt, eo pendente ante interpoſitam appellationem procedere ad executionem decreti de torquendo, *vt dixi eod. c. 97. ſub num. 57. & 58.*

omnia,abſque eo quod aliter primo iuſtificetur cauſa appellationis, *c.7.non ſolum.ver.illa vero de appell.in 6.Franch.in c.49.ſignificantibus.n.9. de appell. & Lancell.tract.de attent.par.2.cap.12.de attent.& innou.appell.pend.limit.1. n.45.in fine, & n.46.fol.359.& n.101.ver.8.fol.360.*nam, ſequuta inhibitione,non poteſt iudex à quo vlterius procedere, adde quæ ſcripſi *ſupr.lib.1.c.97. ſub n.53.ibi, dico ab appellatione, & ſupra limit.4.n.26, & limit.6. memb.7. n.102.*

39 Reſtringe tertio, vt non procedat in ſententia excommunicationis, & cenſurarum lata poſt interpoſitam appellationem ab interlocutoria, quia non tenet, ex quo fuit lata appellatione pendente, *Lancell.d.limit.1.n.47. & 48.fol.359.& n.90.verſ.6.fol.360.*

40 Reſtringe quarto, vt non habeat locum in geſtis poſt appellationem interpoſitam in electione eccleſiarum cathedralium; quicquid enim poſt d.appellationem fit in huiuſmodi electionibus irritum eſt,& hoc procedit non ſolum in appellatione ab interlocutoria iudiciali, ſed etiam in appellatione extraiudiciali, *Lancell.d.limit.1.nu. 49.fol.359.*

41 Reſtringe quinto, vt non procedat quādo iudex à quo detuliſſet appellationi, quia per delationem ſuſpendit, ſeu abdicat à ſe iuriſdictionem, *Bar.in l.4.eius qui,q.2.ſub nu.5.ff. de appell.recip. & in l.40.intra vtile,verſ.quæro de aliquibus, ſub nu.2.ff.de minor.25.ann.Soc.conſ.38.pro deciſione,col.7.num.11.lib.1.Felyn.in c.17.qualiter & quando, il primo, fallen.4.nu.14.de accuſat.Maran.in ſuo ſpec.par.6. act.2.princ.in verbo, & quandoque appellatur,limit.2.num. 209.f.487.Lancell.d.limit.1.n.50.& n.66.& ſeqq. fol.359. & ſcripſi ſupr. lib.1.c.97.ſub num.53. & ſup.limit.6. princ. memb.7.numer.87.& ſeqq.& præſertim n.99.* & adde quæ ſcripſi *ſup.limit.36.n.4.*

Declara,vt abdicet exercitium iuriſdictioni,ſed non iuriſdictionem,vide *ſupr.q.11.n.168.*

Extende primo hanc quintam reſtrictionem, dum dixi,quod iudex, deferendo appellationi, abdicat à ſe iuriſdictionem, vt procedat tam in delegato,quam in ordinario, *Franch.in c.5.cum appellationibus. §.ſi vero.n.1.not.2. de appell.in 6.*

42 Extende ſecundo,vt in tantum abdicet à ſe iuriſdictionem,vt neque grauamen,ſeu interlocutoriam poſſit reuocare; *Abb.in c.60.cum ceſſante.n.15.caſ.5. Franch.n.14.limit.5.Card. Alexand. ſub n.40. fallen.6.& Dec.fallen.6.n. 50.de appell.Gemin.in cap.4. vt ſuper.ſub n.6.verſ.ſed quæro an iudex ibi, in contrarium. de appell.in 6.Alex. in l.14. quod iuſſit.fallen.3.n.16. Inf.ſub nu.36.verſ. limita quando. ff. de re iud. Felyn. in cap 17. qualiter & quando. il primo, fallen.4.numer.24.de accuſ.& Lancell.dicta limit.1.numer. 20.ibi, 2. niſi fol.* 358. & quod iudex poſt traditionem apoſtolorum delatoriòrum non poſſit reuocare grauamen, refert, & ſequitur Gemin. *in c.1.§.in quib.nu.4.verſ. quæro an iudex.de appell.in 6.*

Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi vellet reuocare grauamen ante tempus tradendorum apoſtolorum,quia licet non tradiderit apoſtolos, tamen ſufficit, quod detulerit appellationi, nam Bart.& cæteri, citati nu. præcedenti in reſtrictione quinta, loquuntur ſimpliciter in eo,qui detulit appellationi.

Nec obſtat, quod Gemin. *c.1.§.in quibus.n.4.& c.4.vt ſuper. num.6.verſ.ſed quæro an iudex. de appell.in 6.* dicat, quod poteſt reuocare ante tempus tradendorum apoſtolorum.

Quia reſpondeo,hoc eſſe verum,ſuppoſito,quod iudex alias non detulerat.

Subextende ſecundo, vt procedat poſt tempus dandorum apoſtolorum,quia denegatio, vel non datio apoſtolorum habet vim delationis quoad ſuſpendendam iuriſdictionem iudicis,vt,ſi eum non priuet iuriſdictione, priuet ſaltem exercitio ipſius, & conſequenter proceſſus, quem poſtea faceret,eſſet nullus,vt refert & ſequitur Gemin.*in c.4.vt ſuper.nu.6.verſ.ſed quæro an iudex. de appell. in 6.*& adde quæ ſcripſi *ſup.q 13.n.46.et 49.* & ideo, denegatis apoſtolis,vel non datis,non poteſt reuocare grauamen.

43 Extende tertio, vt neque de partium conſenſu poſſit grauamen reuocare, *Rot.deciſ. 18. alias 70. ſi iudex det-et deciſ.49. alias 363.ex hoc inſurrexit. de appell. innou.* quas citat etiam Lancellot. *tract. de attent.part.2. capit.12. de attent.et innou.appell.pend.limit.1.n.72. verſ.quarto ſ.359.* & quod vbi fuerit appellatum ante ſententiam diffinitiuam,& iudex à quo detulerit appellationi,non poſſit etiā de communi conſenſu appellantis, & appellati rediri ad priorem iudicem,ſcribit Abb.*in c.70.interpoſita.§.ille denique ſub n.4. verſ.ſed vt clare habeas. de appell.* & tenuit Rot ſupra citata.

Contra hanc extenſionem tenent Franch. *in c.5. cum appellationibus. §.ſi vero.ſub n.5. de appell.in 6. idem Franch.in c.60. cum ceſſante.ſub numer.14. limit.5. verſ.ſecundo aduerte.et Dec. fallen.6.ſub num.51.ibi, in hoc tamen contrarium. et Card. Alex.ſub n.40.fallen.6. de appell.* qui teſtatur hanc eſſe opin. communem. * & eam extendit, vt ſufficiat conſenſus appellantis; & in hac opinione contra extentionem videtur reſidere idem Lancell. *d.limit.1.ſub num.74.*

Retenta hac opinione contra extenſionem.

44 Amplia primo eam, vt habeat locum in ordinario, prout ſubreſtringendo retuli, & ſequutus ſum *inf.n.50.*& ſcribunt ij,quos citaui in ſeq.proxima ampl.

Amplia ſecundo vt habeat locum non ſolum in ordinario,ſed etiam in iudice delegato, & arbitro,Franch.*vbi ſupra* & quod de communi conſenſu appellantis, & appellati poſſit rediri ad iudicem à quo, ſiue is ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſcribit idem Franch. *in cap.70.interpoſita.§.ille denique,ſub n.17. verſ.aliquando et ſexto de appell.* reprobata *Rot.d.deciſ.49.in fine, de appell.innou.* quæ admittit hanc ampliationem ſolum in ordinario, & non in delegato.

45 Amplia tertio,vt re integra poſſit reuocare, & cauſam reaſſumere, etiam accedente ſolo conſenſu appellantis, *Franch.in d.c.60.cum ceſſante.n.15.limit.5.ibi, amplius per prædicta.de appell.*

46 Extende quarto etiamſi res eſſet integra, *Lancell. ead. limit.1.n.74.* Nam licet iudex reuocaret grauamen, tamē non recuperat iuriſdictionem abdicatam, *Pariſ.conſ.106. Bonifacius,in fine n.25.lib.4.*

Contra hanc quartam extenſionem adducit & videtur reſidere idem Lancellot. *ſub ead.nu.74.* & faciunt vrgenter,quæ ſcribit idem Lancell.quem retuli, & ſequutus ſum *infra n.50.verſ.ſubreſtringe ſecundo.*

47 Extende quinto, vt poſtquam detulit non poſſit delationem reuocare, neque cauſam reaſſumere, & quod non valeat proceſſus, alias legitimè agitatus per iudicem,qui detulit appellationi, cum eius iuriſdictio ſit deuoluta ad ſuperiorem, ſcribit generaliter, non faciendo mentionem, an detulerit appellationi à diffinitiua, vel ab interlocutoria, *Abb.in c.55.dilectis.num.12. et Franch.num. 7.not. 7.de appell.* & quod non poſſit amplius delationem reuocare etiam ſi res ſit integra,refert & ſequitur Gem *in c.5. cum appellationibus.§.ſi vero.n.6. verſ.ſed pone quod iudex, & Franch. ſub num.4.verſ.in gl.in verbo remittenda.de appell.in 6.*& quod non poſſit reuocare delationem etiam ſi detuliſſet appellationi friuolæ ſcribit Lancellot.*d.limit.1.ſub n.80.ibi,decimo.fol.359.*

Reſtringe hanc extenſionem, vt non procedat, quando ſunt plures iudices, quorum alter non detulit, quia tunc is,qui detulit,poteſt ſe pænitere, vide *ſupra quæſt.13. ſub numero 23.verſ.declara quarto.* Et quod ſi duo iudices pro-

protuliſſent interlocutoriam, quorum vnus detulerit appellationi, is poſſit ſuam delationem reuocare antequam alius detulerit, ſcribit Lancellot. tract. de attent. parte 2. c. t 2. de attent. & innon. appell. pend. limit. 1. n. 88. verſ. quinto fol. 359.

Extende ſexto vt delatio adeo deuoluat iuriſdictionem ad ſuperiorem, vt deuoluat etiamſi appellationi deficerent aliqua ſolemnia, & iuriſdictionem à ſe abdicet etiamſi delatio ſit iniuſta, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lim. 36. ſub n. 4.

48 Declara extendendo quando iudex dicatur detuliſſe appellationi, prout declaraui ſupra lim. 6. princ. memb. 7. n. 91. & ſeqq. vbi videas.

49 Subreſtringe primo eandem quintam reſtrictionem, vt non procedat quando iudex ad quem remitteret ei cauſam, quia tunc poterit procedere, Rot. deciſ. 8. alias 70. ſi iudex & deciſ. 49. alias 363. ex hoc ſub numero 4. de appell. innon. Fel. in capit. 17. qualiter & quando il primo, fall. 4. numero 14 de accuſat. & Lancell. ead. limit. 1. numero 81. fol. 359 delatio enim iudicis à quo non operatur contra iudicem ad quem, vt remittere non poſſit, ſi velit, Franch. in c. 5. cum appellationibus, §. ſi vero, ſub numero 4. verſ. in glo. in verbo remittenda de appell. in 6 adde quæ ſcripſi infra memb. 3. numero 34. quod ſi iudex ad quem receperit appellationem, & eam non remittat, non poteſt procedere, etiam ſi vtraq; pars conſentiret, quod procederet, vide ſupra limitat. 2. ſub n. 105. verſ. confirmatur.

50 Subreſtringe ſecundo, vt non procedat in iudice ordinario, vel alio, qui poſſit adiri per viam querelæ, quia ſi ab eius interlocutoria appelletur, & is deferat, poſſunt tamen partes, re integra, corā eo comparere, & procedere & valebit proceſſus, Rot. d. deciſ. 49. alias 363. ex hoc, verſus finem, ſub numero quarto ibi, prima tamen opinio, de appell. in non. Card. Alex. in capit. 60. cum ceſſante, ſub num. 40. fallen. 7 in fine, ibi, hę tamen duæ limitationes, de appellat. Lancell. d. lim. 1. num. 81 in fine & 82. fol. 359. Et licet Lancell. nihil dicat de delatione, tamen ſic eſt intelligendus, quia procedit, limitando quartam regulam quam poſuit ſupra ibidem num. 66. & in hoc videtur reſidere Gemin. in capit. 5. cum appellationibus, §. ſi vero, num. duodecimo, verſ. ſed dubium, in fine, & Franch. ſub numero quinto de appell. in 6. quem retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub num. 43. verſ. contra & ſub num. 44. verſ. amplia ſecundo, & quod iudex ordinarius poſſit reuocare interlocutoriam poſtquam detulit appellationi, ſcribit Franch in cap. 60. cum ceſſante ſub nu. 14. lim. 5. verſ. ſed aduerte primo de appel.

51 Subreſtringe tertio, vt non procedat, quando iudex admiſiſſet appellationem cum clauſula (ſi & in quantum) vide quæ ſcripſi ſupra lim. 6. prin. memb 7. n. 100. verſ. ſubreſtringe primo.

52 Subreſtringe quarto, vt licet iudex poſt delationem non poſſit procedere ad vlteriora in cauſa, tamen poteſt præfigere terminum ad proſequendam appellationem, vt refert, & ſequitur Gemin. in capitul. 1. §. in quibus ſub numero 4. verſic. quæro an iudex de appellat. in 6. & ex Franch. retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 14. ſub numero ſeptimo verſ. huic appoſitioni. Et quod poſſit, pendente appellatione, præfigere terminum ad proſequendum appellationem, etiamſi non incontinenti, ſed ex aliquo interuallo id faciat, ſcribit Lancell. d. limit. 1. num. 86. & 87. fol. 359.

53 Proſequor reſtrictiones, omiſſas ſupra n. 41.

54 Reſtringe ſexto, vt non procedat, quando iudex à quo, debite requiſitus, non dedit apoſtolos; tunc enim poſt requiſitionem, & non dationem apoſtolorum non poteſt vlterius procedere, & procedendo, proceſſus eſt irritus, vt ex Lancell. retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 13. nu. 59 verſ. confirmatur ſecundo. vbi videas.

55 Extende hanc reſtrictionem, vt neq; poſſit grauamen ſeu interlocutoriam reuocare, Card. Alex. in capitul. 60. cum ceſſante, ſub numero 40. fall. 7. de appellat. & Felyn. in cap. 17. qualiter & quando, il primo fall. 4. numer. 14. in fine, de accuſat.

56 Subreſtringe primo eandem reſtrictionem, vt non procedat, quando eſſet appellatum viua voce, quia ad hoc, vt procedat reſtrictio debet eſſe appellatum in ſcriptis, vide ſupra quæſt. 13. ſub n. 46. ſubdecl. 2.

57 Subreſtringe ſecundo, vt procedat ſolum in delegato, & non in ordinario, quia ordinarius poteſt reuocare illam interlocutoriam Card. Alex. loco ſuppr. oximè citato.

58 Reſtringe ſeptimo, vt non procedat, quando interlocutoria mandata eſſet exequutioni, quia tunc eam amplius reuocare non poſſet, Bar. in l. 4. quod iuſſit numero 16. verſ. quæro an iniuſti, Alex. numero 24. fall. 9. Soce. numero trigeſimo, verſ. tertia concluſio, & numero trigeſimo ſecundo. & Rip. ſub numero vigeſimonono, fall. 10. & latius numero trigeſimotertio, verſ. declara iſtam concluſionem, ff. de re iud. Franch. in capitul. 60. cum ceſſante, lim. 9. numero vigeſimo, Card. Alex. ſub num. 40. fall. 12. & Dec. in fine numero ſexageſima de appellat. Rom. conſil. 226. vltra prædicta in princ. Fel. in rub. ſub numero decimoquinto, verſ. non obſt. gl. de ſent. & re iud. & in cap. 17. qualiter, & quando, il primo, fall 5. numero decimoquinto, column. decima de accuſat. Iaſ. in l. 5. ſerui electione numero decimotertio, ff. de leg. primo, Lancell. d. lim. 1. numero vigeſimotertio ibi, quarto quando, fol. 358. Bredcrod. tract. de appell. p. 1. tit. 3. col. quinquageſimo octauo, lim. 8. colum. quinquageſimonono, Menoch tract. de retin. poſſ. remed. vlt. quæſt. 21. numero quinquageſimo ſexto, & quinquageſimoſeptimo. fol. 130. dicens, quod iudex qui iuſſerit, alterum ex contendentibus eſſe in poſſeſſione, & alteri inhibuit per modum ſummariſſimi iudicij, cum præpararentur partes ad rixam, non poteſt interlocutoriam reuocare, tum quia hæc cauſa celeritatem deſiderat, tum quia exequutionem ſecum traxit, & de communi * opinione teſtantur Card. Alex. Rip. in locis ſupra proxime citatis.

59 Pone caſum huius reſtrictionis; quando is, qui non eſt procurator, comparet tanquam procurator, & aduerſarius opponit contra eius mandatum, & tamen iudex pronuntiat, eum eſſe legitimum procuratorem, & conſequenter, ſtante iſta pronuntiatione, lis cum eo, vt legitimo procuratore, conteſtatur; quia iſto caſu poſt litis conteſtationem, quæ eſt executio illis pronuntiationis, iudex non poteſt illam pronuntiationem reuocare, Socc. in dict. l. quod iuſſit, numero 56. verſ. ex quibus, ff. de re iud. & Franch. in d. capit. cum ceſſante, limitat. 9. ſub numero 20. de appell.

60 Pone alium caſum, quando iudex interlocutus eſt, dandum eſſe fideiuſſorem, & ita datus eſt, quia non poteſt hæc interlocutoria reuocari, niſi de partium conſenſu, Franch. citatus n. præcedenti.

Alios nonnullos caſus vide apud eundem Franch. vbi ſupra.

61 Extende primo hanc reſtrictionem, vt procedat ſiue fuerit executioni mandata à iudice, Card. Alex. & Lancellott. in locis ſupra proxime citatis, & ita in effectus reſidet Franch. eod. capit. cum ceſſante, limit. 9. numero 20. verſus finem.

62 Extende ſecundo, vt procedat etiamſi eſſet talis interlocutoria, quæ ſecum traheret executionem ſine facto hominis, ſed ex ipſa lege, quia iudex non poſſet eam reuocare, Alex. in d. l. quod iuſſit fall. 9. num. 24. & Iaſ. ſub num. 32. ibi, amplia etiam ff. de re iud. Card. Alex. d. cap. cum ceſſante ſub num. 40 fall 13. de appell. & alij, quos refert & ſequitur Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo reuertatur, n. 309. verſ. & in ſimili. C. de reuoc. donat.

63 Ad maiorem huius extenſionis cognitionem, & praxim do aliqua exempla.

Pri-

tis;vide hunc errorem *infra mem.3.n.28.& 29.*

76 Secunda ratio eſt,quia,ſi reparatio grauaminis differatur ad cauſam appellationis à diffinitiua,poſſet euenire, vt interim grauato periret facultas probandi grauamen, ſuppoſito,quod de iure liceret probare grauamen, etiam aliunde,quam ex actis, ſicq;ius ciuile præberet cauſam, vt grauamen eſſet irreparabile ; at ſancta æquitas iuris canonici,ne ſequi poſſit iſta irreparabilitas grauaminis, admittit, poſſe appellari ante diffinitiuam ſententiam, *Paul.de Caſtr.in l.2.n.4.ff.de appell.recip vel non, & Contar.in l.vnica, oppoſ.3.numero 7. verſus finem, C.ſi de momen.poſſ.*

77 Tertia ratio, quare ius ciuile non admittat appellationem,& ius canonicum admittat,eſt, quia de iure ciuili inſtantia durat triennio ; ideoq;ſi poſſet appellari à qualibet interlocutoria, ſæpe eueniret inconueniens, vt antequam terminarentur appellationes ab interlocutoria,expiraret inſtantia cauſæ principalis,cui inconuenienti cum ius canonicum occurrerit, ſtatuendo inſtantiam perpetuam, ideò permittit appellari ab interlocutoria, vt conſiderant Bald.*in d.l.2.numero quarto, verſic.quæro modo,C.de epiſc.aud.Franch.in d.cap.ſuper eo numero decimoſexto, de appellat.Rebuff.tractat.de ſent.execut.art.10.gloſſ.1.ſub numero primo, tomo 1.fol.404. & fuſius Aſin.in prax.§.primo,cap.tertio numero vigeſimoquarto, in fine, & numero* * *vigeſimoquinto, fol.6.* vbi teſtatur de opin.commun. & * quod inſtantia de iure canonico duret perpetuo, ſcripſi *lib. præced. capitul.2. numero ſexcenteſimo octuageſimoſeptimo, & ſupra quæſt.15. numero ducenteſimo ſeptuageſimo quinto.*

Hæc ratio non videtur tuta, ſi eſſet indiſtinctè verum, quod pendente lite ſuper interlocutorijs, non curreret inſtantia cauſæ principalis per ea, quæ ſcripſi *dicta quæſt.15. numero 316.* quia ſi ceſſaret conſideratio inconuenientis.

78 Extende iſtam ſublimitationem, vt liceat non ſolum ſemel,ſed bis appellare, ſicut à diffinitiua,quia in hoc interlocutoria non differt à diffinitiua : quare à quolibet articulo licet bis appellare, *Abb.in cap.39.directa in fine, verſic.in gloſſ.in verbo appellare,numero octauo,& Franch.ſub numero quinto, ibi, ſic ergo ſuper quolibet articulo, de appell.vide reliquos Doct.in eod.capitul.* Et hoc eſt,quod ſentit etiam Bal.*in l.1.ſub numero 5. verſic.nota litteram, C.ne liceat vna ead.cauſ.tert.pronoc.* dicens, quod ille titulus habeat locum etiam quando appellatur ab interlocutoria.

79 Infero primo ex hac ſublimitatione,quod in terris Eccleſiæ poteſt indifferenter appellari ab omni grauamine, *Franch.in cap.7.ſi duobus,§.denique,num.6.not.2.de appell.* quia,vt inquit *ibidem,n.1.not.1.* in terris de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, data diſcordia inter leges, & canones,debent ſeruari canones ; quod diximus *etiam lib.præced.c.2.n.693.*

Hæc illatio hodie non ſeruatur, quia regula Cancellariæ,& ſacrum Concil.Trid.quæ citaui *n.ſeq.* diſponunt,ab interlocutoria non poſſe appellari.

80 Infero ſecundo,quod hæc facilitas admittendi appellationem à ſingulis interlocutorijs præberet cauſam,vt lites eſſent magis immortales, prout de immortalitate litium in Romana Curia teſtatur Paul. de Caſt. *in l.principales §.quod obſeruari,numer.15.in fine C.de iureiur.propt.calum.et in l.7.ante ſententia numero primo C.quor. appell.non recip.* de qua litium immortalitate ſcribit etiam Spec. *in tit. de appell.§. nunc breuiter verſic. item iuſta cauſa n. 4.* quem citant etiam Boer. ad finem ſuarum deciſionum, *in tract. de auct.mag.conſ.ſub numero* 8.& Contar.*in l.vnica, oppoſ.3. num.8. C.ſi de mom.poſſeſſ.* & nos citauimus *ſupra lib.1. cap.vlt.in princ.*dicens,in quadam Anglicana decimarum cauſa, quæ tunc coram eo pendebat fuiſſe diſputatum vltra triginta quatuor annos priuſquam deueniretur ad litis conteſtationem.

Sed aliter ſcribit Bellam.quem citaui *hac ead. lim. infra mem.3.n.28.& 29.*dicens,non eſſe locum eccleſiaſticum in mundo,vbi lites,ita bene & celeriter terminentur, ſicut in Romana Curia.

81 Reſtringe primo declarando eandem ſublimitationem vt procedat quando in appellatione ab interlocutoria exprimitur iuſta cauſa,quia tunc eſt,quod ius canonicum admittit appellationem ab interlocutoria, *capit.62. cum cauſam in fine,capit.63. dilecto verſus finem, & apertius in cap.59.vt debitus de appell.& clem.appellanti.eod.tit.Franch.in cap.18. conſuluit il ſecundo, numero primo & tertio verſ. amplius etiam de appell.* & quod tam de iure ciuili, quam de iure canonico requiratur expreſſio cauſæ in appellatione ab interlocutoria, ſcribit Marcheſ.*tractat.de commiſſ.par.2.in commiſſ.appell.cap.1. numero quadrageſimoquinto ſol.12.*Ergo cum ita ſit, male Pet. de Bellaper. & Cyn.citati *ſupra num.74.* obloquuti ſunt contra ius canonicum.

82 Nota illatiuè,quod ſi hęc reſtrictio eſt vera,confutatur ſublimitatio, quia etiam de iure ciuili admittitur appellatio ab interlocutoria, ſi in appellatione exprimatur iuſta cauſa,vt ſentit Bar.*in l.7.aut prætor num.3. verſ.item nota, ff.de minor.vigintiquinq;ann.* dicens, quod de iure ciuili nunquam appellatur ab interlocutoria, niſi exprimatur iuſta cauſa appellationis, & Marcheſ.*vbi ſupra,* & latè explicat Ang. Aret.*in leg.ſecunda, ſub numero ſexto ff.de appel.recip.*& hoc notabile confirmatur ex eo,quia ius ciuile reijcit appellationem in notorijs, vt retuli & ſequutus ſum *ſupra lim.4.n.1.& ſequentib.*& tamen admittit,ſi in ea exprimatur iuſta cauſa, *vt retuli eadem lim.4.numero decimoquinto reſt.1.& retuli,& ſecutus ſum num.47.& 93.* Similiter reijcit appellationem in quibuſdam delictis, *vt retuli ead.lim.4.num.76.* & tamen admittit, ſi exprimatur rationabilis cauſa, *vt retuli & ſequutus ſum ibidem nu.84.* Reijcit etiam appellationem in iudicio momentaneæ poſſeſſionis,*vt ſcripſi ſupra lim.6.mem.3.n.3.*& tamen admittit ſi exprimatur iuſta cauſa, *vt dixi ibid.num.103.& ſeqq.*Ergo ſicut in his reijcit,& admittit,ſi exprimatur iuſta cauſa,ita etiam dicere debemus in appellatione ab interlocutoria.

83 Reſtringe ſecundo, vt non procedat de iure canonico hodierno,quia etiam conſtitutiones pontificiæ prohibēt appellationes a mera interlocutoria, *vt retuli ſupra quæſt.7.n.90.in fine,*& regula Cancellariæ,*vt retuli ſupra lib.1.c.97.ſub n.53.verſus fin.*& ſacrum Concilium Tridentinum, *c.20.ſeſſ.24.de reform.*

84 Sublimita II.loquendo etiam de iure ciuili,vt non procedat quando grauamen interlocutoriæ non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua,quia tunc appellatur etiam ab interlocutoria,*vt ex Cyn.Bar.Paul.de Caſtr.Frāch.& alijs retuli,& ſequutus ſum ſupra lim.6.princ.mem.7.n.29 verſ.ſecunda ratio.*dixi etiam ſupra *lib.1.c.97.ſub nu.59.verſus finem,& n 81.*

Confirmatur hæc ſublimitatio ex his,quę dixi *ſupra dicta lim.6.princ.mem.8.n.1.*

85 Declara quando interlocutoria dicatur continere grauamen irreparabile,prout ampliando,& extendendo declaraui *ſupra d.lim.6.mem.7.ſub n.39.verſ.ſubdeclara,& n.quadrageſimo,& pluribus ſequent.*

86 Extende primo eandem ſublimitationem, vt procedat etiam ſi poſſit reparari, ſed cum magna difficultate, ſeu non ſine magno præiudicio, *per ea,quæ ex Bar. Menoch. Maran.& alijs retuli & ſequutus ſum ſupra limit.6. memb.8. num.3.*

87 Extende ſecundo,vt in tantum poſſit appellare, vt iudex à quo non poſſit procedere vlterius, appellatione pendente,& procedendo poſſit ei impune reſiſti,*vt refert*

& ſe-

Digitized by Google

& ſequitur Lancell.tractat.de attent.p.2.c.12. de attent.& innou.appell.pend.lim.1.n.100.ibi tertio,fol.360.

Aduerte, quod hæc extenſio poſſit procedere quando agitur de exequutione pœnæ corporis afflictiuæ, puta mortis,vt in iſto caſu loquuntur Angel. *in l.29.addictos, n.3.C.de appell.& Felyn.in cap.27.quærenti, ſub n.6. verſ. idem ſi tertius de off.& poteſt. iud. deleg. quos & alios citat Lancell.vbi ſupra:*ſecus ergo ſi contineat aliud genus grauaminis pecunia redimibilis. Vlterius adhuc ergo nunquam docerem iſtam praxim,niſi pluſquam notoriè conſtaret de iuſta & legitima appellatione, quia alias eſſet praxis periculoſa.

88 Extende tertio, vt in tantum poſſit appellari ab Interlocutoria trahente ſecum grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiua, vt lex, ſeu ſtatutum,quod contrarium ſtatueret, eſſet iniquum,quia præſtaret occaſionem iudicibus perperam interloquendi, per ea, quæ ſcribit Feder.de Sen.*conſil.66.cum ſecundum*, quem refert, & ſequitur Franc.Becc. *conſil.31. quod appellari, ſub numero ſecundo.*

89 Extende quarto, vt habeat locum etiam in foro Capitolino,quia ſtatuta Vrbis *lib.1.c.171.* prohibent appellationem ab interlocutorijs,quæ alias per diffinitiuam, ſeu in ipſa diffinitiua reparari poſſunt: ergo in alijs, quæ non poſſunt reparari,permittunt.

90 Exemplifica primo iſtam ſublimitationem in interlocutoria, quia iudex pronuntiat eſſe reſpondendum libello,vel eſſe procedendum ſuper eo,non obſtantibus oppoſitis ex aduerſo:aut non eſſe reſpondendum,ſeu procedendum, illis obſtantibus, quia pars grauata poteſt appellare;nam ſi pronuntiatio ſit negatiua, non eſſe reſpondendum,ſeu non eſſe procedendum,poteſt appellari,quia nõ ſperatur alia diffinitiua, ſi vero pronuntiatio ſit affirmatiua,eſſe procedendum,ſeu reſpondendum, adhuc poteſt appellari, quia grauamen litigandi illatum non poteſt tolli per appellationem à diffinitiua,*Bart. in leg. ſecunda, q.4.numero 16.ff.de appell.recip.vel non,& Bellam. in cap. 12.ſuper eo quæſt.16. ſub numero decimoſexto de appell.* & quod grauamen vexationis, & fatigationis non ſit reparabile cum appellatione à diffinitiua, & quod interlocutoria tacita,vel expreſſa,producens aliam fatigationem poſt ſe, ſit appellabilis, ſecus ſi poſt ſe non produceret aliam fatigationem,vt puta, quia iudex ante adiudicationem elegit æſtimatores,ſcribit & declarat Felyn.*in cap.21. ſuborta,ſub numero quarto colum.quarta, de ſent. & re iud.* & quod, ſi iudex admittat libellum ineptum, reus poſſit appellare,ex quo cogitur procedere ſuper facto, quod nõ poteſt reparari,ſcribunt *Bald.in l.2.q.5. numero vndecimo C.de epiſc.aud. Felyn. vbi ſupra & Guid. Pap. deciſ 75. ſed circa numero tertio ibi,ſed, quid ſi iudex*, & ſimiliter poteſt appellari,ſi libellus ſit obſcurus,*Bald.dict.leg.ſecunda,n.12. Guid.Pap.tract.de appell,quæſt.60. numero 45. fol.59. dicta deciſ.75.ſub numero tertio Rugin.tract. de appell.§. ſecundo cap.3.numero quinquageſimo ſeptimo*, & quod reo petente declarari libellum ab actore, & actore non declarante, poſſit reus appellare, quia licite appellatur ab incertitudine libelli,ſcribit Franch.*in cap.49.ſignificantibus in ſummario,& numero tertio* nam reus poteſt petere ab actore, quod ſibi demonſtretur digito, & ad oculum locus, vel fundus petitus, eo, quia non eſt bene certus ex demonſtratione,tacta in libello,*vt refert,& ſequitur Franch. eod. cap.ſignificantibus,n.7.*& iſta exemplificatio procedit non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili, *teſtibus Bar.& Bellam. ſupra citatis*,

91 Extende primo iſtam primam exemplificationem, vt habeat locum etiam in inquiſitione male formata, id eſt, in caſu,quo non debet formari,ſecus ſi reus diceret, eſſe malè formatam,eo quod ipſe eſt innocens, *Bald. dict.leg. ſecunda,quæſt.4.numero 10.C.de epiſcop.aud.quem citat & ſequitur Ang.Aret.in l,2. n.31.verſ.octauo addit.ff. de app. recip.vel non.*

92 Extende II.vt habeat locum etiam in foro Capitolino, ſi ante hanc interlocutoriam, & litis conteſtationem fuerit oppoſita aliqua exceptio impediens litis ingreſſum, quia, ſi iudex grauet partem in aliqua ex dictis exceptionibus, poteſt pars grauata appellare, ſeruata tamen forma,*vt in ſtatu Vrbis,lib.1.c.171.*

93 Declara iſtam extenſionem, vt appellans non audiatur,niſi facto depoſito,vide ſupra *lib.1.c.97 ſub n.53.verſ. ſed tu ciuis.*

94 Exemplifica ſecundo, & fraternizat cum præcedenti, quando iudex iniuſtè pronuntiat, eſſe procedendum ad vlteriora,quia poteſt appellari, *vt ſcribunt Bart. & Paul. de Caſtr.in l.4.eius qui numero primo & ſeqq.ff.de appellat. recip.vel non,idem Bar.in leg.2. ante ſententiam verſ. quinto quæro,num.17.ff.eod.*dicens poſſe appellari,ſi exceptio, quæ opponebatur,erat legitima, cum tale grauamen non poſſit reparari per appellationem à diffinitiua; ſi enim iudex cogit me litigare tempore,quo nõ debeo,talis moleſtia non poterit tolli per appellationem à diffinitiua, quia continet grauamen, conſiſtens in facto cohærenſq; perſonæ,*Bellam.c.12.ſuper eo,quæſt.16.n.16.in fine,& clarius quæſt.17.numero decimooctauo de appell.Fulu.Paccian. tract.de probat.lib.1.cap.58.ſub num.40. verſ. ſed ab hoc & num.41.& 42.& Rugin.tract.de appell.§.2. c.3. num.299.* & quod grauamen dicatur irreparabile in diffinitiua, quando eſt talis interlocutoria,quæ compellit ad factum, videlicet,vt procedere teneatur, vel aliud facere; quia, cum factum infectum eſſe non poſſit, ideo illud grauamẽ cenſetur irreparabile,ſcribit Rebuff.*tract.de ſent.exec.artic.10.gl.1.numero tertio verſ.ſecundo to.1.fol.403.*& quod grauamen dicatur irreparabile,quando continet factum, quia,cum infectum fieri non poſſit, habetur pro irreparabili,ſcribit Lancell.*tract.de attent. par.2. c.12. de attent. & innou.appell.pend.lim.1.num.96.fol.360.* & quod ideo, quando iudex pronuntiat, nullam de exceptionibus propoſitis eſſe admittendam,poſſit ab hac interlocutoria appellari,ſcribit Spec.*tit.de appell.§. in quibus num. 30. verſ. cæterum,lib.2.fol.187.*& quod ſi admittatur,vel reijciatur exceptio peremptoria,poſſit appellari,quia ſit interlocutoria habens vim diffinitiuæ,ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. in 3.par.6.par. in verbo & demum fertur ſententia,n.44. verſus finem,fol.438.*

95 Amplia hanc exemplificationem,vt habeat locum tam ſi iudex poſt oppoſitam exceptionem dilatoriam, quam ſi poſt oppoſitam peremptoriam pronuntiet,eſſe procedendum ad vlteriora, quia etiam à pronuntiatione ſuper ipſis exceptionibus lata datur appellatio; nam quod in exceptione dilatoris appelletur,ſcribit Ang. Aret. *in leg. 2.numero 36.verſ.quæro ſi opponatur, ff. de appell.recip.* & patet primo, quia ſi iudex pronuntiet ſuper competentia iudicis,datur appellatio,vt retuli,& ſequutus ſum *ſupra limit.6. princip.memb.7.num.47.verſ.exemplifica ſecundo,et num.50.* Patet ſecundo in pronuntiatione ſuper legitimitate procuratoris, à qua dari appellationem retuli, & ſequutus ſum *d.lim.6.memb.7. num.67. ver. exemplifica tertio.* Patet tertio in pronũtiatione ſuper legitimitate tutoris,à qua pronuntiatione dari appellationem retuli,& ſequutus ſum *eadem limit.6.memb.7. num.68.verſ. exemplifica parto.* Patet quarto in pronuntiatione ſuper exceptione præſcriptionis,quia ſi iudex,ea non obſtante,pronuntiauerit eſſe procedendum,datur appellatio,vt deducit Contar.*in l. vnica,lim.2.§. quarto n. 16. & ſeqq. & clarius n.15.& ſeqq.C.ſi de mom.poſſ.*dicens,quod ſi ſit oppoſita exceptio liquida præſcriptionis,vel ſtatim liquidabilis,impedit litis ingreſſum,& ideo ſi iudex procedat,reiecta iſta exceptione, poterit appellari: ſimiliter in exceptione peremptoria,quod ſi iudex, ea non obſtante, pronuntia-

nuntiauerit eſſe procedendum, detur appellatio, innuit idem Contar. *in d. §. 4. n. 13 in fine*, loquens de exceptione præſcriptionis, peremptoriè oppoſita, quod enim exceptio præſcriptionis ſit peremptoria ſcribunt Gloſ. Ant. de Butr. & Abb. quos retuli, & ſequutus ſum *memb. ſeq. nu. 5. verſ. exemplifica ſecundo*.

96 Subamplia eandem ampliationem, vt procedat etiam in tacita interlocutoria, reijciente exceptiones, procedẽdo ad vlteriora, nam ſicut poteſt appellari, quando iudex expreſſè pronuntiat, eſſe procedendum ad vlteriora, non obſtante exceptione oppoſita, ita etiam poteſt appellari, quando procedit ad vlteriora, neglecta exceptione oppoſita, quia ab iſta tacita pronuntiatione ſuper exceptione poteſt appellari; ſufficit enim, quod tacitè reijciat, procedendo ad vlteriora, licet iudex nihil loquatur verbo ſed ſolum facto compellat; quia non minus eſt facere, quã dicere, *Franch. in c. 67. ex parte M. not. 5. n. quarto & octauo de appell.* hæcq; eſt communis* opin. quam, loquendo in terminis iuris communis, refert & ſequitur Galleſ. *ad form. cam. par. 3. capit. de liquid. ſub num. 18. fol. 361.* quod etiam à tacita reiectione exceptionis, quę reſultat ex proceſſu ad vlteriora, licitum ſit appellare non minus, quam ab expreſſa interlocutoria, quæ ferretur ſuper ipſa reiectione.

97 Et maximè poterit appellari ab iſta pronunciatione, de procedendo ad vlteriora, quando oppoſitas exceptiones reſeruaret in fine litis, vt ſcribunt Abb. *conſ. 14. indiuiduæ trinitatis verſ. ſecundo probatur num. 2. lib. 1. Fuln. Paccian. tract. de probat. lib. 1. cap. 58. n. 50. Rugmell. tract. de appel. §. 2. c. 2. n. 303. & ex Feiyn. retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 102. n. ſecundo.*

† Hoc tamen non habet locum quando exceptio legitimo tempore propoſita non fuerit, *cap. ſuper eo. 2. verſ. ſin autem de appell.*

98 Ratio eſt, quia de emergente præiudiciali, & de negotio principali ſimul tractari non poteſt, quia eſſet confundere, & inordinare proceſſum; quæ confuſio, & inordinatio proceſſus non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua *Bald. in auth. habita. n. 38. verſ. quæro nunquid ab iſta circa medium Cod. c. ne fil. pro patr.* & alij, quos refert & ſequitur Becc. *conſ. 31. quod appellari ſub numer. 2.* & pro hac ratione adde quæ ſcripſi *ſupra lim. 6. memb. 7. numero 113. reſtr. 12.*

99 Declara extendendo exemplificationem, de qua *ſupra n. 94.* & eius ampliationem, & ſubampliationem, vt non ſolum detur appellatio, vt dixi, ſed caſu, quo iudex procederet ad vlteriora, non adhibita cauſæ cognitione ſuper exceptione oppoſita, proceſſus ſit nullus, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra limit 6. princip. memb. 7. ſub num. 60. verſ. confirmatur.* tutius tamen eſt ad tollendum omne dubium vt interponatur appellatio à proceſſu ad vlteriora, quia eo ipſo quod aliquid reperitur productum, ſeu oppoſitum in actis præſumitur, quod iudex illud viderit, & cognouerit, *Franch. in c. 67. ex parte M. ſub n. 10. verſus finem col. vlt. de appell.*

100 Exemplifica tertio in interlocutoria, quia iudex procedit reo tantam dilationem, quæ excedit tempus inſtantię, quia hoc grauamen eſt irreparabile, & ideo poteſt ab ea appellari, *vt retuli ſupra q. 15. ſub numer. 67. verſ. contra tamen.*

101 Exemplifica quarto, quando iudex denegat copiam, quia poteſt ab illa negatione copiæ appellari, *vt dixi ſup. lib. 1. c. 100. n. 9.*

102 Exemplifica quinto, quando iudex admittit tertium ad impediendum executionem, qui tamen non probauerit ſuum intereſſe, quia à tali admiſſione poteſt appellari, *vt dixi ſupra lim. 6. mem. 4. n. 107. verſ. amplia primo.*

103 Exemplifica ſexto in non admiſſione exceptionis litis pendentiæ, ſeu præuentionis, quia ſi, oppoſita præuentione, iudex nihilominus procedat, poteſt is, qui eam oppoſuit, appellare, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 12. num. 71.*

104 Exemplifica ſeptimo in non admiſſione, ſeu admiſſione procuratoris, ſeu tutoris, vel alterius comparentis, quia à tali pronuntia datur appellatio, vide *ſupra lim. 6. mem. 7. n. 47. & ſeqq.*

105 Exemplifica octauo, quando iudex pronuntiat ſe competentem, vel incompetentem, vide *ſupra d. lim. 6. mem. 7. n. 47. & ſeqq.*

106 Exemplifica nono, quando iudex pronuntiat, deferẽdum eſſe appellationi, quia à tali interlocutoria poteſt appellari, *vt refert, & ſequitur Aſin. in prax. §. 31. cap. 18. lim. 4. & ex eo refert, et ſequitur Rugmel. tract. de appel. §. 2. c. 3. n. 74.*

107 Extende hanc exemplificationem, vt habeat locum etiam in reiectione appellationis; quare ſi iudex ad quem reſpuat appellationem, incontinenti poterit appellari, *Bar. in l. 1. in fine, ſub num. 3. C. quor. appell. non recip. & alij, quos citaui, & ſequutus ſum infra n. 166.* vbi videas.

108 Exemplifica decimo in ſententia, qua iudex ob exceptionem oppoſitam pronuntiat, non eſſe procedendum ad vlteriora, quia datur appellatio; nam habet etiam vim diffinitiuæ, *vt retuli, et ſequutus ſum infra n. 190.*

109 Extende primo iſtam exemplificationem, vt ſicut poteſt appellari ab interlocutoria, de non procedendo, ita etiam poſſit appellari ab interlocutoria; reuocatoria, quę mandat, procedi; quare ſi iudex appellationis, reuocando interlocutoriam iudicis à quo de non procedendo ad vlteriora, pronuntiet, procedendum eſſe ad vlteriora, poterit appellari, & hoc etiam in terminis capitulorum Rotæ Ciuitatis Lucenſis, & multo magis in terminis iuris communis; maximè autem quando in eadem interlocutoria ſunt reſeruatæ exceptiones in fine cauſæ.

Sed huius extenſionis occaſione, & pro eius praxi, & integra explicatione recenſeo caſum, quem, dum eſſem Prętor Ciuitatis Lucenſis, habui in facto ſuper iſta extenſione caſus eſt iſte. Reus ante litem conteſtatam oppoſuerat coram iudice, actorem non eſſe audiendum, & conſequẽter non eſſe procedendum ad vlteriora: iudex; viſo quod exceptio de qua reus opponebat, erat de impedientibus litis ingreſſum, pronuntiauit non eſſe procedendum ad vlteriora; actor appellauit ad Rotam Lucenſem ex diſpoſitione capitulorum Rotæ *cap. 29.* Rota Lucenſis admiſit appellationem: ex tribus illius Rotæ Auditoribus (hoc enim numero conſtat) vnus confirmauit ſententiam iudicis à quo, & reliqui duo infirmarunt, pronuntiantes, eſſe procedendum ad vlteriora, reſeruatis exceptionibus in fine cauſæ: reus ab iſta infirmatoria, lata à duobus, appellauit ad Illuſtriſſimos DD. Antianos, quia appellationem admiſerunt in forma, & cauſam appellationis delegarunt; & iudex delegatus ſeruatis ſeruandis, tulit ſententiam.

Fuit dubitatum, an ſententia delegati eſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, eo quia ab hac interlocutoria non potuerit appellari; & quia iudex delegatus Auditorem primarum cauſarum, qui ſpreuerat eius inhibitionem, condemnauit in ſcutis 500. & in illis remanebat bannitus, & ideo ſuppoſitus periculo vitæ iuxta illius Reipub. leges contra condemnatos, & bannitos, & cauſa inter partes excedebat valorem ſcutorum forſan 30000. Excellentiſſimum Conſilium generale delegauit mihi cognitionem huius dubij cum relatione (vt eius ſapientis mos eſt) facienda eidem Excellentiſſimo Conſilio.

Retuli, ſententiam non ſubiacere nullitati, & potuiſſe appellari, & fundamenta, quibus motus fui, ſunt plura, quæ hic pro confirmatione huius extenſionis ordinate referam.

110 Primum fundamentum eſt, quia dictum Rotæ *cap.29.* loquendo de ſententijs, à quibus fuit appellatum in prima inſtantia, ait, Si verò fuerint infirmatæ ſeu reformatæ in totum, vel pro parte à duobus ex eis tantum tunc infra tempora à ſtatutis permiſſa poſſit appellari à dicta ſententia infirmata, & à partibus infirmatis, ſeu reformatis tantum ad Illuſtriſſimos Antianos. Ex quibus verbis cõſtat, quod, ſi ſententia primi iudicis fuerit per viam appellationis reuocata a duobus ex Dominis Auditoribus Rotæ, datur facultas appellandi parti, contra quam fuit reuocata: cum ergo in caſu relato ſententia primi iudicis fuerit per viam appellationis reuocata à duobus tantum, ſequitur, quod potuerit à reuocatoria appellari.

311 Secundum fundamentum eſt, quia ſicut res non alienabilis, & ſemel alienata contra prohibitionem teſtatoris, remanet alienabilis, *l.37.pater,§.quindecim,et ibi Doct. ff.de leg.3.Iaſ.in l.1.ſub num.63.verſic ſecundo iuxta ibi,pro qua omiſſis,ff.de off.eius cui,&c.Curt.Iun. tract.de feud. p.2. quaſt.4.princ.ver ſecundo adducunt,num.5. tom.10. part.2. fol.53.Fab.de Mont.tract.de empt.& vend.quæſt.4.princip. quaſt.22. verſic.quinta concluſio,ſub num.42.fol.51.Caſſad, deciſ.8.fuit etiam,ſub num.1.de reſcript.Rol.à Vall.conſ.1.n. 85.lib.1.Redoan.tract.de rebus eccl.non alien,rub.33. caſ.6. n.1.& ſeqq.& ad litteram ſub num. 4. fol.455. Menoch, de arb.iudic.q.54.num.24.Lancell.tract.de attent.par.2.c.4.de attent.lit.pendent. num.485.fol.312.*& communiter * omnes in diuerſis locis, *vt dixi lib.præced. cap.2. num.644.* & ſicut etiam cauſa, ſemel effecta compromiſſibilis, remanet compromiſſibilis, ſi ſit facta compromiſſibilis ex neceſſitate legis, ſeu ſtatuti, *vt ex Bal. Rom.Socc. Alex. Dec.& alijs retuli,& ſequutus ſum dict.c.2 n.646.*

312 Ita etiam cauſa, ſemel effecta appellabilis, remanet appellabilis *Paſeth.conſil.129.in cauſa nobilium, in fine, n. 11.& 12.*& in terminis alimentorum Pontan.*tract.de aliment. cap.19.num.6.& 7.fol.455.Lancell.tractat.de attentat. part.2.cap.12.limit.25.num.18.fol.271. in vltima impreſſione de anno 1598. & Rugin.tract.de appell.§.2. cap.3. num.279.*Et quod cauſa, quæ fuit facta appellabilis, remaneat appellabilis etiam ſi deuenerit ad caſum, in quo ab initio non potuiſſet eſſe appellabilis, vt puta, quia tu promiſeris ſtare vnicæ ſententiæ, & non appellare, & quia tu reportaſti ſententiam fauorabilem, appellauit tuus aduerſarius, & in cauſa appellationis obtinuit ſententiam reuocatoriam tuæ, vtique tu etiam poſſis appellare, bene tenuit Rot.*diuerſ.deciſ.844.in montis regalis,n.3.p.3.lib.3.fol. 217.*& quod ideo, ſi reus fuerit abſolutus in prima inſtantia, vulnerato inſtrumento executiuo, & actor appellauerit, & in ſecunda inſtantia iudex ad quem tulerit ſententiam reuocatoriam, condemnando reum poſſit reus appellare, quamuis ſi fuiſſet condemnatus in prima inſtantia, non potuiſſet, ſcripſi *ſupra lim.9. ſub n.58. ver. ſubextende.*Quod idem dicendum erit in cæteris cauſis, in quibus reus condemnatus non appellat, quia, ſi is fuerit prius abſolutus, & deinde condemnetur, poterit appellare, quare ſi iudex pronuntiet contra actorem ad fauorem rei, alimenta non eſſe præſtanda, ſeu dotem nõ eſſe ſoluendam, & actor appellet, & in cauſa appellationis pronuntiet cõtra reum, alimenta eſſe præſtanda, ſeu dotem eſſe ſoluendam, vtique poterit ex prædictis etiam reus appellare, quare ſi ſententia lata in prima inſtantia reuocetur, in ſecunda, is, qui obtinuit in prima, poterit appellare à reuocatoria, *vt innuit Pontan.dicto c.19.in fine.*

313 Comprobatur primo hoc ſecundum fundamentum, quia cauſa ſemel effecta ſummaria ſemper remanet ſummaria; *vt retuli & ſequutus ſum ſup.q.11. ſub num. 17. ver. confirmatur.*Quare licet vidua in medio litis nubat, tamen cauſa, quæ erat ſummaria, eo quia erat cauſa viduæ, remanet ſummaria, & non mutatur, *l.19.cum quadam puella, ff. de iuriſd.omn.iud.Ioſ.Cumia ſuper ritibus Sicil.cap.45. num. 2. fol.287.* & cauſa ſummariè commiſſa ad inſtantiam actoris, poteſt etiam reus vti eodem reſcripto, & eodem modo procedere, *Rot.deciſ.32.alias 104.appellans, ſub n. 1.de appell.innou.*

114 Comprobatur ſecundo, quia tantum operatur propoſitum in propoſito, quantum oppoſitum in oppoſito, *l.fin.§.& ibi Bar.in ſummario, ff.de leg.3.Inſtit.de hæred.inſtit.§.ſi plures in fine,& de action.§.plus autem, vurſus Bar. Ioan.Roy.& Rot.diuerſ.quos retuli,& ſequutus ſum lib.præced.c.11.n.97.*

115 Sed commiſſa cauſa in prima inſtantia, appellatione remota, ſi nihilominus deinde committatur cauſa appellationis ſimpliciter, intelligetur ſimiliter commiſſa, appellatione remota, prout erat commiſſio primæ inſtantiæ, *Lancell.tract.de attent.par.2.cap.12.de attent. et innou. appell.pend.lim 8.princip.ſub num.7. verſic.4. videtur tom. 5.fol.365.* Ergo in oppoſito, ſi cauſa in prima inſtantia efficiatur appellabilis ex qualitate ſententiæ latæ à iudice, vt in caſu noſtro, debet eſſe etiam appellabilis in ſecunda inſtantia.

Non dicatur, quod hoc fundamentum non procedit, quando cauſa fuit facta appellabilis de voluntate partis *per ea, quæ dixi infra n.124.& 125.* quia reſpondeo, quod in caſu relato fuit facta appellabilis ex neceſſitate legis, cum actor, lege permittente, potuerit appellare, etiam reo inuito, *vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra ſub n.109. verſ. ſed huius,& infr.n.120.in fine,*hæcque reſponſio ſatis confirmatur ex his, quæ de cauſa ſemel compromiſſa ſcripſi *lib.præced.c.2.n 637.645.& 646.*

316 Neque obijcias, quod cauſa ad certum effectum, ſeu modum effecta appellabilis, ad eundem, & non ad alium debet remanere appellabilis per ea, quæ in ſimuli *dixi ſup. limit.6.memb.9 n.47.*ſed abſoluto reo, cauſa ex parte actoris efficitur appellabilis ſolum ad effectum deuolutiuum, quia non inuenit quid ſuſpendat; ergo, ſi condemnetur deinde reus in ſecunda inſtantia, debet reus poſſe appellare ſolum ad effectum deuolutiuum, & non ad effectum ſuſpenſiuum, cum ad hunc effectum non fuerit facta appellabilis; quia reſpondeo hanc obiectionem non eſſe abſolutè verum; ſiquidem appellatio, ſicut cætera inſtrumẽta, operatur plus, & minus ſecũdum ſubiectam materiam bene diſpoſitam, vnde appellatio ex parte rei condemnati in materia appellabili habet vtrumq; effectum, deuolutiuum ſcilicet, & ſuſpenſiuum, & tamen, ſi deinde abſoluatur reus, appellatio actoris habebit ſolum effectum deuolutiuum, quia non inuenit quid ſuſpendat: ſimiliter ſi reus condemnetur in materia executiua cogitur ſoluere, & admittitur ſolum appellatio deuolutiua, & tamen ſi deinde condemnetur actor ad reſtituendum actor poterit appellare etiam ſuſpenſiuè, *vt ſcripſi ſup.lim.9. n.58.* Vnde apparet, obiectionem non eſſe omnino veram: erit autem vera in caſu, de quo loquutus ſum *dicto memb.9.n.74* quia in eo habet idoneas rationes, quas ibi poteris videre.

Minus obſtaret argumentum, de quo *in ſeqq. n.1.* quia ibidem eſt ſolutio.

17 Tertium fundamentum eſt, quia quando ſupponimus vnicam ſententiam ad fauorem actoris, & nullam ad fauorem rei, & agitur de re, in qua ius regulariter reijcit appellationem, tunc nulla vrget æquitas, vt appellatio rei admittatur, cum nihil habeat contra ſententiam latam: at quando ſupponimus, quod reus fuerit abſolutus, & actor appellauerit, ſuadet æquitas, vt reus quoque poſſit appellare à ſententia, lata ad fauorem actoris, *per ea, quæ ſcribunt Caſſad.deciſ.1.de ſequeſt.poſſ.Veſtr.in prax. lib.7. c. ſecundo, ſub num.7. Rot.diuerſ. deciſ.634. Martinus num.2. & deciſ.844. montis regalis, num.4. par.3.lib.3.*dum aiunt, quod licet actori, qui obtinet ſententiam fauorabilem, concedatur ſequeſtrum contra reum condemnatum in petitorio, tamen inquiunt, ſi reus ante actorem obti-

nuerit

nuerit ſententiam abſolutoriam in petitorio in prima inſtantia, ſequeſtrum actori non conceditur, quia illa ſententiæ præſumptio, ob quam decernitur ſequeſtrum, eliditur à ſententia contraria, antea lata, quod etiam ſcripſi *ſupra lib. 3. c. 38. ſub n. 18.*

118 Quartum fundamentum eſt, quia licet à ſententia lata ſuper articulo inappellabili non detur appellatio, tamen dabitur, ſi habeat connexitatem cum articulo appellabili, *per ea, quæ ſcripſi ſupra limit. 6. membr. 9. numero 24. 25. & 27.*

119 At in caſu noſtro interlocutoria de procedendo ad vlteriora, à qua non datur appellatio, habet correſpectiuitatem ad interlocutoriam de non procedendo, à qua datur appellatio, quæ correſpectiuitas cauſat inter eas connexitatem, quia correſpectiua dicuntur connexa, *vt ſcripſi lib. preced. c. 11. num. 367.* & in materia appellationis ſcribit Hier. Gabr. *conſ. 48. ſententia lata, ſub num. ſecundo, libro primo*, & quæ dicantur connexa relinquitur arbitrio iudicis, *vt retuli dicto c. 11. n. 376.* & in materia appellationis ſcribit Gabr. *dicto conſ. 38. n. 5. in fine, & nu. 6.* ergo potuit appellare.

120 Quintum fundamentum eſt, quia licet interlocutoria de non procedendo ad vlteriora, præſertim fundata in exceptione peremptoria, habeat vim diffinitiuæ *vt ſcripſi infra num. 190.* & ideo ſit appellabilis, *per ea, quæ ſcripſi infra n. 171* & ſit fortior, ex quo à iudice, qui etiam tulit, remoueri non poteſt, *teſtibus his, quos citaui & ſequutus ſum infra quæſt. 19. rem. 1. concluſ. 6. num. 19. 26. & ſeqq.* & interlocutoria de procedendo ad vlteriora non habeat vim diffinitiuæ, ſitque mera interlocutoria, ideoque appellabilis, & minus fortis, ex quo poteſt ab eodem iudice remoueri, *vt retuli, & ſequutus ſum ead. quæſt. 19. rem. 1. concl. 6. num. 3.* tamen, ſi reuocet, ac lædat ſententiam de non procedendo, quæ habet vim diffinitiuæ, ideoque eſt appellabilis, neceſſe eſt, vt tanto magis ipſa de procedendo ſortiatur ſimilem naturam ſententię habentis vim diffinitiuæ, quia validius debet eſſe, quod lædit eo, quod læditur *vt ſcribit Senec. quem citaui ſupra limit. 40. numero* 12. & facit quod ſcripſi *ſupra limit. 6. memb. 9. ſub num. 66. in primo & ſecundo abſurdo*; Vnde dicimus, quod licet aliquis iudex appellationis ſit inferior iudice à quo, tamē dum per viam appellationis reuocat ſententiam iudicis à quo, neceſſe eſt, vt in eo actu ſit ſuperior, ſicut retuli & ſequutus ſum *ſupra quæſt. 2. num. 26.* & quod vnus iudex poſſit vno reſpectu minor, retuli & ſequutus ſum *ead. quæſt. 2. numero 27.*

121 Sextum fundamentum eſt, quia ſtatutum debet intelligi ſtrictè, quo minus corrigat ius commune, ita vt ſi ſtatutum poſſit intelligi, vt contrarietur iuri communi in duobus, vel in vno ſolo, ſemper intelligatur, vt contrarietur in vno, vide quæ ſcripſi *lib. præcedenti capit. 8. numero 410. & 411.*

Sed ius commune permittit appellationem etiam quando iudex primarum cauſarum pronuntiat, procedendum eſſe ad vlteriora, *vt ſcripſi ſupra n. 94.*

Igitur lex municipalis, ſeu ſtatutum Lucēſe, quod, corrigendo ius commune, prohibet, appellari ab interlocutoria de procedendo ad vlteriora, debet reſtringi, vt non habeat locum quando talis interlocutoria ſtat reuocando contrariam negatiuam, habentem vim diffinitiuæ; multo minus quando talis ſententia reuocatoria reſeruaret etiam exceptiones peremptorias in fine litis, quia tunc tripliciter corrigeret ius commune.

Contraria opinio, nempe à ſententia de procedendo ad vlteriora non appellari, quamuis ſit reuocatoria ſententiæ de non procedendo, ſuadetur dupliciter.

122 Primo ex ſtat. Lucenſi, *lib. quinto c. 5.* in illis verbis, ab interlocutorijs vero ante diffinitiuam ſenteтiam latis in cauſis ciuilibus non poſſit appellari, ſeu de nullitate dici, præcludentes ante diffinitiuam ſententiam potentiam appellandi, & de nullitate dicendi, vbi diffinitiua ſententia ſperaretur ſed grauamine & interlocutoriarum tam nullitatis quam iniuſtitię volumus poſſe reparari in appellatione à diffinitiua. Ex quo ſtatuto remouetur grauamina, quę conſiderant Bartol. & alij, quos citaui *ſupra numero 94.* Pro quo ſtatuto adduco ſimile ſtatutum in *capitul. 45. libr. primo in illis verbis.* & ſi pronuntiauerit ſe iudicem competentem, à tali pronuntiatione non poſſit appellari, ſed ſi quod grauamen illatum eſſet, poſſit reparari in appellatione à diffinitiua, &c. & ſi declaratum fuerit, primum iudicem non fuiſſe competentem, proceſſus coram eo factus non valeat ipſo iure, & quicquid occaſione talis proceſſus ab incompetenti iudice ſolutum, & exactum foret à tali conuento, vel in ius vocato, poſſit quandocunq; per eum, vel eius heredes repeti, &c. *adduco etiam capit. 31. Rota*, de recurſu ab interlocutorijs. *in illis verbis:* ſi autem ſententia diffinitiua expectetur, tunc ſiue ſententia duorum fuerit infirmatoria ſententię præcedentis, ſiue non infirmatoria, nullus vlterius recurſus admittatur.

Igitur in caſu, de quo agimus, non ſolum non datur appellatio, ſed neq; recurſus, cum interlocutoria de procedendo ad vlteriora, expectet poſt ſe ſententiam diffinitiuam.

123 Secundo, quia ratio, vt poſſit appellari à pronuntiatione de non procedendo ceſſat in pronuntiatione de procedendo etiam ſi iſta de procedendo reuocet aliam de non procedendo: ergo debet ceſſare poſſibilitas appellandi *per ea quæ ſcribit Put. deciſ. 480. Ant. de burg. per totam, lib. ſecundo.* vbi Comites de Marſicano intentarunt ſpolium contra Liuiam, quæ fuit abſoluto, à qua abſolutoria appellarunt Comites, & in cauſa appellationis reportarunt ſententiam fauorabilem reuocatoriam; appellauit Liuia, & cauſa appellationis fuit commiſſa cum clauſula (& ſi quid exequēdum erit exequatur) & orto dubio, an Liuia potuerit appellare, ſtante ſuperuenientia Ægidianæ conſtitutionis, quæ prohibuit appellationē in iudicijs poſſeſſorijs, ſcribit fuiſſe reſolutū, quod Liuia non potuerit appellare, & conſequenter, quod ſecunda ſentētia; contra ipſam lata, erat exequenda ex diſpoſitione dictæ Ægidianæ, & ſic ex de hac deciſione apparet, quod licet à prima ſententia abſolutoria, lata ad fauorem rei, potuerit appellare actor, tamen à ſecunda reuocatoria

124 lata ad fauorem actoris, non poteſt reus appellare, † & ſimiles deciſiones adducit Contar. *in l. vnica, quæſt. quarta ſub numero quarto verſicul. contrariam, & numero quinto & ſeqq. inter qq. Ægidianas, & quæſt. 13. petitorium quid ſit ſub numero 106. Cod. ſi de mom. poſſ.* vbi recenſet deciſionem repertam *in libr. ſecundo deciſionum Pereg. ſub titul. de Ægidiana*, ſub his verbis (*In vna Romana ſeu Veliterna confinium fuit dubitatum, an eſſet locus Ægidianæ; fuerat enim lata prima ſententia, à qua fuerat appellatum, & quia non erat oppoſitum de Aegidiana, iudex appellationis tulerat ſecundam ſententiam, à qua cum appellaretur fuerat datum de Aegidiana, & dictum, cauſam non eſſe appellabilem, & licet diceretur, quod cauſa, ſemel facta appellabilis, duraret appellabilis ad materiam l. pater §. quindecim ff. de leg. tertio, & l. peto, §. fratre ff. de leg. ſecundo, tamen dixerunt Domini, ſemper tentum fuiſſe in Rota, quod poterat dari de Aegidiana, tam in prima, quam in ſecunda ſententia &c.*

125 Quæ deciſiones dum dicunt, cauſam effectam appellabilem eo, quia pars non oppoſuit de Ægidiana, non remanere appellabilem, bene confirmatur ex eo, quod licet ego ſemel paſſus ſim, me per reſcriptum apoſtolicum trahi vltra duas dietas tamen iterato vocatus vltra duas dietas poſſum excipere, & ſi neceſſe fuerit appellare, *vt retuli ſupra limit. 6. membr. ſeptimo ſub numero 86. verſic. confirmatur.* etiam poſt litem conteſtatam, *Franch.*

in capit.47.ex parte tua numero quinto verſicul. primo quod
126 *ſi aliquis de appell.* † Item licet quis citatus comparuerit tempore feriarum, & non exceperit, tamen poterit excipere in alijs citationibus, *vt retuli,& ſequutus ſum lib.præced.* t.5.n.168. Item licet quis voluntariè ſemel compromiſerit, tamen non poteſt iterato cogi ad compromittẽdum, *Mart. Ant. Blanc.Spec.& alij,quos declarando retuli lib.præced.c.2.ſub n.637.*

127 His non obſtantibus vera eſt extenſio, & firma remanet reſolutio,poſita *ſupr.n.*109.*& ſeqq.*& adducta in contrarium ſoluo.

Ad primum de ſtatuto, & capitulis Rotæ deductis *ſup. n.*123.reſpondeo tripliciter.

Primo reſpondeo, quod illud ſtatutum, & capitula procedunt in mera interlocutoria,& non interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, quia iſta, cum æquiparetur ſententiæ diffinitiuæ,*vt retuli,& ſequutus ſum ſupra quæſt. quarto n.*56.recipit appellationem,*vt dixi infra n.*171. & ideo ab interlocutoria primi iudicis de non procedendo fuit appellatum ad Rotam,*vt retuli ſupra ſub n.*109.quod non fuiſſet,niſi ab habente vim diffinitiuæ daretur appellatio; hæcq;reſponſio quoad cap. 31. capitulorum Rotæ procedit abſq;difficultate, quia illud cap.expreſſis verbis loquitur de mera interlocutoria.

128 Secundo reſpondeo,quod ſicut, ſublata appellatione, non intelligitur ſublata,ſi iudex procedat inordinatè,per ea,quæ loquendo in cauſſa poſſeſſoria, ſcripſi *ſupra limit. ſexta,membr.ſeptimo nu.*113.*& ſeqq.& nu.*128.*&* 130.*& ſeqq.* ita etiam ſtatutum, tollens appellationem ab interlocutoria,non tollit,quando iudex procedat inordinate, ſeu peruertit ordinem.

129 Sed hæc interlocutoria, quæ mandat procedi ad vlteriora, reſeruatis exceptionibus peremptoris in fine litis, peruertit ordinem,non ſolum loquendo de iure communi, ſed etiam de iure municipali Lucenſi, ſi exceptio, quæ fuit reſeruata in fine cauſæ, ſit de exceptionibus,quas ſtatuta Lucenſia *capitul.*24.43.45.55.58.*& alijs libr. primo & capit.*23. *libr.quarto,* mandant, poſſe opponi ad impediendum litis ingreſſum,& iudicem debere ſuper eis pronuntiare.

Ergo ab eiuſmodi interlocutoria potuit appellari.

130 Tertio reſpondeo,quod illud ſtatutum, præcludendo potentiam appellandi ab interlocutorijs ante diffinitiuam ſententiam,eo quia earum grauamen poſſit reparari in appellatione à diffinitiua eſt conforme diſpoſitioni iuris ciuilis; ſed de iure ciuili; grauamen interlocutoriç, mandantis procedi ad vlteriora, non poteſt reparari in appellatione à diffinitiua, *teſtibus Bartol. Paul.de Caſtr. Bellam.& alijs, quos citaui & ſequutus ſum ſupra nu.*94. & maximè quando interlocutoria reſeruat exceptiones in fine cauſæ,*teſtibus Abb.Felyn.& alijs,quos citaui et ſequutus ſum ſupra num.*97. Ergo ſtatutum non habet locum in iſta interlocutoria.

131 Nec dicatur,quod ſtatutum diſpoſuit, omnium interlocutoriarum grauamina poſſe reparari in appellatione à diffinitiua: quia reſpondeo, quod hoc ſtatutum eſt impoſſibile,quia diſponit,eſſe,quod non poteſt eſſe, veluti, quod cæcus videat, ſurdus audiat, & ſimilia; nam Doctores concorditer ſcribunt, non omnium interlocutoriarum grauamen poſſe reparari per appellationem à diffinitiua.

132 Neque replicetur, quod ſtatutum diſpoſuit, grauamẽ interlocutoriæ poſſe reparari per annullationem proceſſus,& refectionem expenſarum;quia reſpondeo,quod adhuc,prohibendo appellationem,videretur iniquum, *vt ſcripſi ſupr.n.*88.

Et iandem, ſi tu diceres, quod huic iniquitati prouidit diſpoſitio capituli 31.capitulorum Rotæ,concedendo recurſum: ego replico, quod iſta prouiſio habet locum in interlocutorijs meris, in quibus loquitur; &, quicquid poſſit dici diſputando de hac tertia reſponſione, ſatis ſuperq;ſufficiunt aliæ duæ antecedentes.

133 Ad ſecundum,ſumptum ex deciſione Putei,reſpondeo dupliciter.

Primo reſpondeo, quod illa deciſio eſt contraria deciſionibus,quas citaui *ſup.n.*112.*&* 117. à quibus recedendum non eſt,quia melioribus nituntur rationibus; nam deciſio Putei fundatur ea ratione, quod conſtitutio Ægidiana fuerit condita pro cauſis futuris & pendentibus,ordinando, quod poſſeſſorium terminetur vnica ſententia, niſi notoriè conſtet de iniquitate,ſeu grauamine dictæ ſẽtentiæ,& licet dicta conſtitutio, inhibens appellationem, diceretur reſpicere ordinatoria, in quibus regulariter attenditur tempus conditæ conſtitutionis, tamen, ſi conſtitutio non eſt noui iuris inductiua,ſed alterius confirmatoria porrigitur etiam ad pendentia per appellationem, adeo quod, ſi confirmatio fiat priuſquam conſtet de iniquitate ſententiæ,eſſet omnino ſeruanda conſtitutio confirmatoria, non obſtante appellatione interpoſita;ſecus tamen, ſi iam conſtaret de iniquitate primæ ſententiæ, quæ per ſecundam ſit reuocanda, quo caſu ſecunda non reciperet appellationem; & quia in caſu dictæ deciſionis fuerat lata prima ſententia, & ab ea appellatum ante conditam Ægidianam conſtitutionem,& dicta ſententia fuerat nulla, ſeu fuerat detecta iniqua;ideo Ægidiana ex duplici capite non poterat effectum ſuum conſequi in prima ſententia: primo, quia illa cauſa dicebatur deciſa, & non pendere per appellationem,& ſic reſpectu dictæ primæ ſententiæ cauſa non pendebat; ſecundo, quia prima ſententia erat detecta iniqua, vnde Ægidiana poterat ſortiri effectum ſolum in ſecunda, quç conſiderabatur vt prima, hancque: Putei rationem ſubſtantialiter refert, & ſequitur Ioan. Baptiſta Pontan. *tractat. de ſpol. lib.4.capitul.3.ſub numero 43.tomo* 14.*fol.*305.& ſumma ac neruus huius rationis conſiſtit in hoc, quod cum prima ſententia abſolutoria, lata pro reo, eſſet detecta nulla & iniqua, remanebat ſolum ſecunda; quæ erat pro actore contra reum,& ideo iſta erat executioni mandanda;quæ ratio (ſit illius Rotæ pace dictum)confutatur dupliciter: primo,quia iudex appellationis,qui dicit, ſentẽtiam iudicis, a quo eſſe nullam, ſeu iniquam, non eſt ſanctus Ioannes Euangeliſta; vnde ſi iudex pronuntiet ſuper nullitate ſententiæ, & ſimul ſuper articulo poſſeſſionis, condemnatus poteſt appellare propter nullitatis mixturam, *vt ſcripſi ſupr.limit.6.memb.9.ſub num.*10.63.*&* 64. Secundo, quia ſic eſſet in arbitrio iudicis excludere condemnatum a facultate appellandi; nam licet is, qui conuenitur executiuè, ſi, vulnerata obligatione camerali, abſoluatur, & in cauſa appellationis interpoſitæ ab actore condemnetur, poſſit appellare etiam ſuſpenſiuè in vim illius primæ ſententiæ,qua fuit abſolutus,*vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lim.9.ſub n.*58. *ver.ſubextende.* tamen iudex ad quem, vt eum excluderet ab hac facultate appellandi,poſſet prætendere,illam ſententiam abſolutoriam eſſe iniquam, ſeu nullam, ſicq;vt excluderet, poſſet ſemper habere pro nulla ſententiam iudicis à quo; quod eſt abſurdiſſimum.

134 Secundo reſpondeo, quod data iſta Putei deciſione pro vera, nos ſumus in caſu diuerſo, quia in caſu deciſionis ſententia erat detecta nulla,& iniqua,& ideo illius ſententiæ nulla erat habenda conſideratio: at in caſu noſtro illa ſententia, de non procedendo ad vlteriora, non erat detecta nulla, ſeu iniqua, & ideo iudex ad quem reſeruabat cognitionem illius in fine cauſæ, dum reſeruabat exceptiones oppoſitas, vnde cum remaneat illa prima ſententia, ceſſat applicatio deciſionis Putei.

135 Minus obſtat deciſio,quã allegat Contar,quia reſpõdeo,illam deciſionem procedere, quando is,qui appella-

tur à

uit à prima ſententia, appellauit non ex neceſſitate legis, id eſt, lege permittente, ſed ſolum ex tacito conſenſu aduerſarij appellati, qui potuiſſet, dando de Ægidiana, impedire appellationem, & non dedit, quia iſto caſu ſi rurſus velit appellare, à ſecunda confirmatoria, poterit tunc appellatus dare de ægidiana, de qua non dedit in prima, & impedire appellationem, quia cauſa, ſemel effecta appellabilis ex voluntate partis, non remanet appellabilis ex neceſſitate legis, iuxta ea quæ, loquendo de cauſa ſemel compromiſſa ex voluntate partium, ſcripſi *lib. præcedenti c.2.n.637. 645. & 646.* & in his terminis procedunt quæ ad confirmationem deciſionis ſcripſi *ſup. n.125*.

At nos ſumus in caſu, in quo à prima ſententia, de non procedendo fuit appellatum non ex voluntate appellati, ſed ex neceſſitate legis, quæ deferebat illi appellationi, vnde, retorquendo illam deciſionem, dico, quod in caſu noſtro debet remanere appellabilis etiam ex neceſſitate legis.

Et his ſit abſoluta extenſio, & caſus illius poſitus *ſupra num. 109*.

136 Extende ſecundo, vt habeat locum quando iudex non verbis, ſed facto pronuntiat, de non procedendo, quia tunc à tarditate, ſeu denegata iuſtitia poteſt appellari, vt dixi, & declaraui *ſup. hac ead. q.17.n.46. ampl 16*.

137 Exemplifica vndecimo in pronuntiatione, de admittendis articulis, quia poteſt ab ea appellari, vt obſcure loquendo ſentit Rot. *deciſ.8. alias 93. iudex admittendo, de teſtibus innou.* dicens, quod ſi pars fuit citata ad dicendum contra, non grauatur poſtea in ipſa admiſſione articulorum, ex quo ſemel ſuas exceptiones dedit, ſed tamen, inquit, poterit appellare ab admiſſione, vti à repulſione ſuarum exceptionum, & Paul. de Caſtr. *in l.4. ab executione, n.2. ff. de appell. & relat.* dicens, quod ſi iudex pronuntiat, articulos eſſe admittendos, & poſtea admittit, ſi non fuit, inquit, appellatum à pronuntiatione, qua pronuntiauit eſſe admittendos, non poterit appellari ab admiſſione, quia fit per modum executiuum, *& Rugia. tract. de appell. §.2. c.3. n.85. & 167.*

† Si articulorum copia fuerit denegata vel articuli reiecti fuerint appellari poteſt. Item ſi iudex admiſerit articulos impertinentes, quia grauata appellari poteſt. *Caſtr. l. ab executore n.2. ff. de appell.*

Confirmatur hæc exemplificatio, quia ab admiſſione teſtium inhabilium datur appellatio, cum contineat grauamen, *vt ſcripſi ſupra lim.6 memb.7. num.41.* ergo multo magis dari debet ab admiſſione articulorum impertinentium, cum admiſſio articulorum ſit veluti ſententia, & examinatio teſtium ſuper illis ſit veluti executio, quæ eſt minus appellabilis, *vt ſcripſi infr. n.140.*

138 Amplia primo hanc exemplificationem, vt poſſit appellari etiam à tacita admiſſione, *vt ſcripſi lib. præcedenti c.7. ſub n.67.*

139 Amplia ſecundo, vt multo magis poſſit appellari à pronuntiatione negatiua de non admittendis articulis, *Paul. de Caſtr. vbi ſup.* qui æqualiter loquitur de admiſſione, & de non admiſſione; & quod à non admiſſione poſſit appellari, retuli & ſequutus ſum *ſup. lim.6. memb.7. n.45.* & hæc ampliatio non habet difficultatem, quia magis grauat, & concurrit eadem confirmatio, quod ſicut poteſt appellari à non admiſſione teſtium, vt retuli, & ſequutus ſum *dicta lim.6. memb.7. n.43. ampl.1.* ita etiam poteſt appellari à non admiſſione articulorum.

Subamplia hanc ampliationem, vt poſſit appellari à tacita reiectione, ſeu non admiſſione, *Rugin. d. §.2. c.3. n.166* & non habet difficultatem.

140 Reſtringe primo eandem exemplificationem, vt non procedat in ipſa admiſſione articulorum poſt interlocutoriam de admittendis articulis, quia niſi fuerit appellatum ab interlocutoria, non poteſt appellari ab admiſſione, cum admiſſio ſit exequutio interlocutoriæ, à qua exetione non dari appellationem retuli, & ſequutus ſum *ſup. lim.10. n.12.* & facit quod ſcripſi *de delatione iuramenti ſupra lim.34. ſub n.8.*

141 Reſtringe ſecundo, vt non procedat, quando articuli, ſeu capitula, quæ admittuntur, ſunt omnino impertinentia, quia circa probationes omnino impertinentes non cadit appellatio, quia ibi non emerſit læſio cum ipſo iure ſint nullæ *vt ex Bar. & Bal. retuli, & ſequutus ſum ſup. lim. 6. memb.7. num.46.* & maximè procedit hæc reſtrictio, quando iudex admittit cum clauſula (ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum) *Rugia. tr. de appell. §.2. c.3. n.169. fol.82.*

142 Exemplifica duodecimo in interlocutoria, lata ſuper comparatione literarum facienda, vel non facienda, quia poteſt ab ea appellari, *vt refert & ſequitur Rugin. d. cap.3. num.185. in fine, fol.84.* & ratio eſt, quia ex comparatione literarum reſultat, vel non reſultat probatio; vnde admittere, vel non admittere comparationem literarum eſt admittere, vel non admittere facultatem probandi, à qua admiſſione, & non admiſſione poſſe appellari diximus ſupra in pluribus locis.

143 Exemplifica decimotertio in decreto de torquendo, quia continet grauamen irreparabile in diffinitiua, & ideo poteſt ab eo appellari, *vt ſcribunt Ang. Ares. in l.2. numero 3. verſic. nota quod ff. de appell. recip. Franch. in cap. 12. ſuper eodem il ſecondo not.2 num.2. de appell. Rebuff. tr. de ſent. execut. art.10. gloſſ.1. n.1. verſic. vade ſi quis, tom.1. fol.402. in fine, Guid. Pap. deciſ.75. ſed circa ſub num.2. Par. de Put. Marſ. Carau. & plures alij, quos citaui, & ſequutus ſum ſupra lib.1. c.97. n.58. verſus finem, & n.81.* Vnde praxis erit, vt, cum quis fuerit citatus ad ſubeundum tormenta, ſeu purgandum indicia, compareat, & appellet, *Ang. Aret. vbi ſupra*; quæ practica citandi ſeruatur in locis, in quibus poteſt deueniri ad torturam etiamſi ſit impoſita pœna pecuniaria, vt in Ciuitate Lucenſi, quia tunc reus, præſtita fideiuſſione de ſtando iuri &c. auditur extra carceres; ſecus eſt, quando agitur de pœna corporis afflictiua, quia tunc non auditur niſi in carceribus; & ideo non aliter citatur, ſed ducitur ad locum tormentorum, & ibi examinatur, & interponitur decretum, à quo debet appellari, cum eſt interpoſitum.

144 Amplia primo hanc exemplificationem, vt procedat etiam ſi non ſit ſequuta inhibitio ſuperioris, quia nihilominus manus iudicis à quo ſunt allegatæ, *Lancell. tract. de atten. par.2. cap.12 de attent. & innou. appell. pend. lim.1. n.92. ſublim.7. & n.98. tom.5. fol.360. Addit. ad Rot. Maran. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum d. cap.97. ſub n.81. in 7. difficultate.*

145 Amplia ſecundo eandem exemplificationem, vt procedat non ſolum in decreto de torquendo, ſed etiam in comminatione de torquendo, *vt retuli, & ſequutus ſum d. c.97. n.82.*

146 Amplia tertio, vt habeat locum etiam ſi eſſet appellatum à decreto torturæ pro habenda præciſa reſponſione; vide quæ ſcripſi *d. c.97. n.82.*

147 Amplia quarto, vt in tantum iudex non poſſit procedere, pendente appellatione, vt ei, & miniſtris, volentibus procedere ad executionem, ſpreta appellatione, poſſit impune reſiſti, *vt retuli, & declaraui ſupr. n.87.*

148 Limita primo eandem exemplificationem, vt non procedat, quando appellatio eſſet friuola, ſeu calumnioſa, quia tunc poteſt reijci, *vt retuli, & ſequutus ſum d. c.97. num.84.*

149 Limita ſecundo, vt non procedat, pendente termino ad appellandum, quia iudex poteſt, eo pendente ante interpoſitam appellationem procedere ad executionem decreti de torquendo, *vt dixi eod. c.97. ſub num.57. & 58.*

Digitized by Google

Confirmatur hæ limitatio, quia etiam interlocutoria ſuper competentia continet damnum irreparabile, ideoque ab ea poteſt appellari, *vt ex pluribus retuli, & ſequutus ſum ſupra limitat. 6. membr. 7. numero 47.* & tamen iudex poteſt, pendente termino ad appellandum ab ea, procedere in cauſa, *vt retuli, & ſequutus ſum dict. capit. 97. ſub numero 58.*

Confirmatur ſecundo, quia idem dicimus, pendente termino ad appellandum ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, *vt ex Franch. & Lancellot. retuli, & ſequutus ſum infra n. 213.*

359 Contra hanc limitationem in puncto iuris tenent Lãcellot. *tract. de attent par. 2. cap. 11. de attent. pend. temp. ad appell. num. 33. tom. 5. fol. 345. Franc. Mart. deciſ. 907 ſententia lata in principio, Gomez. & Moder. quos citaui ſupra li. 1. c. 97. ſub n. 57.*

351 Quicquid poſſit dici in puncto iuris, de conſuetudine ſeruatur limitatio, *vt ſcribunt ijdem Franch. Marc. d. deciſ. 907. n. 3. Lancell. d. n. 33. in fine, & Moder. quem retuli, & ſequutus ſum d. c. 97. ſub n. 57.*

352 Limita tertio, vt non procedat ſecundum plures leges municipales, conſtitutiones, & conſuetudines, quæ non admittunt appellationem à decreto torturæ, de quibus omnibus ſatis ſcripſi *ſupra lib. 1. capitul. 97. numero 87. ver. ſi loquamur vſque ad numero* 100. de his etiam conſtitutionibus, & conſuetudinibus prohibentibus appellationem in cauſis criminalibus ſcripſi *lim. ſeq.* ideo hic pluribus non inſiſto.

353 Declara hanc limitationem in ſtatu Lucenſi, vt non procedat, quando pro delicto veniret imponenda pœna pecuniaria, & à ſententia diffinitiua eſt permiſſa appellatio; quia tunc poteſt appellari à decreto de torquendo; ſecus ſi agatur de delicto, pro quo ſit impoſita pena corporalis, quia tunc ſicut non poteſt appellari a ſententia diffinitiua; ita neque ab interlocutoria de torquendo; ſimiliter ſi veniat imponenda pœna pecuniaria, ſed tamen in eo caſu ſit prohibita appellatio à diffinitiua, ex ſtat. *lib. 5. capit. 5.*

354 Exemplifica eandem exemplificationem, vt quamuis poſſit appellari à decreto de torquendo tamen à contrario decreto, de non torquendo, nõ poteſt appellari, *Ang. Aret. in l. 2. n. 8. ff. de appell. recip.* & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupr. lib. 1. c. 97. ſub n. 183. ibi, nec mireris.*

355 Reſtringe hanc exemplificationem, vt non procedat in decreto de non torquendo iudicis appellationis, qui reuocauerit decretum de torquendo, quia ab iſto dabitur appellatio *per ea, quæ ſcripſi ſupra ſub n. 109. & ſeqq.*

Iniuſta tortura quomodo operetur exemptionem à iuriſdictione iudicis, vide *infr. memb. 3. ſub n. 3. ver, amplia.*

353 Exemplifica decimoquarto in decreto capturæ, quia poteſt ab eo appellari, *Bald. in l. 2. ſi clericus. q 2. num. 7. Cod. de epiſc. aud. Franch. in cap. 12. ſuper eodem il ſecondo, not. 2. num. 2. in fine, de appell. Ruginel. tract. de appell. §. 2. c. 3. num. 172.* Et quod ſi quis appellet ſuper carcere, admitti debeat appellatio, quia grauamen eſt irreparabile in definitiua, ſcribit Rebuſt. *tract. de ſent. execut. art. 10. gloſ. 1. numero 2. ver. vnde ſi quis tomo 1. fol. 402. in fine,* & quod ſtare in carcere ſit maior pœna, quam laborare in agro, vel in alio opere publico, & carcer ſit mala manſio, ideoque ſit permiſſa appellatio, ſcribit Franch. *eod. cap. 12. ſuper eo num. 2. & 3.*

357 Extende primo hanc exemplificationem, vt pariter poſſit appellari à decreto, quo iudex declarat, aliquam eſſe iuſtè detentum, dummodo appellet infra decem dies, *vt ſcripſi ſupra q. 12. n. 146.*

358 Extende ſecundo, vt poſſit appellari à præcepto iudicis interloquentis, aliquem, vti ſuſpectum de fuga, eſſe capiendum pro executione inſtrumenti guarintigiæ, vel ſententiæ, *Ang. Aret. in l. 2. numero 5. verſic. nota ſecundum ff. de appellat. recip. & Ruginell. tract. de appell. §. 2. capit. 3. numero 174.*

159 Contraria opinio ſuadetur dupliciter. Primo, quia in his, in quibus deſideratur celeris executio propter moræ periculum, denegatur appellatio ſuſpenſiua, *per ea, quæ ſcripſi ſupra lim. 7. nu. 12. & ſeqq.* Secundo, quia captura contra ſuſpectum de fuga poteſt decerni, etiam appellatione pendente, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 3. n. 27.* Ergo ſi ipſa captura poteſt decerni, non obſtante appellatione interpoſita; a fortiori decreta non impeditur per appellationem per ea, quæ de abſolutione ab excommunicatione ſcripſi *ſupra lim. 22. n. 23.*

360 Reſtringe primo eandem exemplificationem, vt non procedat in decreto capturæ, in captura, & carceratione vigore rei iudicatæ, ſeu inſtrumenti habentis executionẽ paratam, realem, & perſonalem, quia ab iſto capturæ decreto, & carceratione non datur aliqua appellatio, cum ſit executio rei iudicatę, ſeu pars rei iudicatæ, à qua non appellari ſcripſi *ſupra limit. 10. num. 1. et ſeqq. et limit. 1. n. 1. et ſeqq.*

161 Reſtringe ſecundo declarando, quod quamuis carceratus poſſit appellare à captura, & carceratione, tamen iudex à quo non tenetur illum ex carcerare, & dimittere ſed debet retinere, non obſtante appellatione; conſiderando duos caſus.

Primus caſus eſt, quando quis dum carceratur, appellat à carceratione: & in iſto caſu Bald. *in l. 2. ver. ſed incidenter ſub num. 6. C. de epiſc. aud. quem citat & ſequitur Ang. Aret. in l. 2. num. 27. ff. de appell. recip. et in tract. de maleſ. in verbo præſente dicto Caio num. 16. verſic. quæro an appellatione.* concludit non eſſe relaxandum, donec ſibi mandetur per iudicem ad quem, quia in appellatione ab interlocutoria non eſt prohibita innouatio, donec ſit prohibitum per ſuperiorem; quod idem in effectu ſcribit Guid Pap. *tract. de appell. q 30. num. 29. tomo 5. fol. 58.* dicens, quod ſi eſt appellatum ab interlocutoria, cuſtodietur per iudicem à quo donec iudex ad quem pronuntiet, an fuerit bene, vel male appellatum, & vbi pronuntiauerit, bene appellatum, poterit petere carceratum, vel mandare, vt ſeruetur in carcere iudicis a quo vſque ad aliud ſuum mandatum, & Lancell. *tract. de attent. par. 2. capitul. 12. de attent. et innou. appell. pend. lim. 33. princ. num. 4. folio 374.* qui ſcribit, non obſtante appellatione à captura, & carceratione, eſſe detinendum in carceribus, quia iſto caſu licitum, inquit, eſt innouare, appellatione pendente.

162 Secundus caſus eſt quando condemnatus de crimine, & detentus in carceribus appellat à condemnatione, & ſtante appellatione, petit ſe relaxari à carceribus; & iſto caſu certum eſt, non eſſe relaxandum, *Spec. titul. de appellat. §. nouiſſimè ſub numero primo verſicul. tertio ſi condemnatus lib. 2. fol. 198. Vital. tractat. de clauſul. in clauſ. nil nouari generalis ſub numero 1. verſicul. item fallit quando condemnatus tom. 18. fol. 386. et Lancell. d. limit. 33. n. 1. et ſeqq. fol. 374.*

Ratio eſt, quia iſto caſu poteſt, appellatione pendente, fieri innouatio, vnde reus non poteſt dare fideiuſſorem, quin ſit in cuſtodia vſq; quo veniat ad eum, ad quẽ appellauit, *Spec. & Vital. in locis ſupra proximè citatis, & Maran. & in ſuo ſpec. par. 6. in 2. actu prin. n. 189. limit. 10. f. 485.* dicens, quod iudex à quo poteſt iſto caſu innouare, detinendo condemnatum, qui appellauit.

Verum hæc ratio eſt inepta, & decipiuntur, dum arbitrantur, per non excarcerationem fieri innouationem, ſiquidem eſt totum oppoſitum, quia relaxatio, ſeu excarceratio eſſet innouatio, *vt aduertit Lancell. d. limit. 33. n. 3. & 4. fol. 374.*

Sed nunquid carceratus, & condemnatus diffinitiue ſit mittendus ad carcerem iudicis appellationis vna cum actis cauſę, habes *infra q. 20. n.*

163 Ad-

163 Aduerte tamen, quod ſi carceratus pro delicto, in quo non ſit impoſita pœna corporalis, appellat à ſententia, debet, præſtita fideiuſſione, relaxari, vide *l.6.cos.§.ſuper bis Cod.de appell.* & ita intelligas Lancell.*dict.limit.33. numero primo & ſub numero tertio, ibi, præterea, dato.fol.374.* & ita ſæpius vidi ſeruatum in ciuitate Lucenſi. Quod tu intelligas, verum eſſe, quando poteſt appellari à ſententia.

164 Carceratus infra quantum tempus poſſit appellare, vide *ſupr.q.12.n.144.& ſeqq.*

165 Carceratus appellans an debeat interim remanere carceratus apud iudicem à quo, vel debeat remitti ad iudicem appellationis vna cum toto proceſſo, vide quæ ſcripſi *infra q.20.n.26.*

166 Exemplifica decimoquinto in interlocutoria, qua iudex à quo pronuntiat, appellationi non eſſe deferendum, ſeu appellationem non eſſe admittendam, ſeu aliter reijcit appellationem, quia tunc poſſe appellari ſcribunt Franch.*in capit 61. cum ſpeciali.§. porro. numero octauo in fine, verſicul.& ſcias. de appell.& Capic. deciſ.34. in cauſa magnifici Andreæ numero quinto in vltimis verbis, num 6. & 7.* & idem quando iudex appellationis reijcit, poſſe à tali reiectione appellari, ſcribunt Ang. de Peruſ. *in l.primo.in fine, Cod.quor.appe l.non recip. Natt.conſ.529. index eccleſiaſticus num.30. & Contar.in l.vnica, quæſt.1. an cauſa appellationis, &c. ſub num 30 verſicul. poſſent tamen. Cod.ſi de momen.poſſ.* & loquendo ſimpliciter, & non in iudice à quo, neque in iudice ad quem ſcribit Bart. *in d.l. in fine, C.quor.appell.non recip.* Et licet Ang. Natt.& Contar. ſupra citati allegent eum, dum loquuntur in iudice appellationis, & ita apertè dicat Natt. tamen Franch. *vbi ſupr.* allegat eum, loquendo in iudice à quo, & ratio huius exemplificationis eſt, quia parat plenum præiudicium, & non reparabile, *Ang.de Peruſ & Contar. vbi ſupra,* & poſſe appellari etiam de iure ciuili, ſcribit idem *Ang.loco citato.*

Amplia primo hanc exemplificationem vt poſſit appellari etiam ſine expreſſione cauſæ, *Ang.de Aret.in l.4. eius qui.n.9.ff.de appell.recip.vel non.*

Amplia ſecundo, vt præſertim appellandum ſit quando iudex, qui reijcit appellationem ab interlocutoria, declarat, appellationem eſſe friuolam, quia tunc, niſi reiectus appellaret à reiectione, excluderetur etiam à facultate appellandi à diffinitiua, *Card.Alex. in c.59.vt debitus. numero vndecimo ver. & ſic habetis. de appellat.* & facit quod ſcripſi *ſupr.limit.36.n.2.*

Declara primo eandem exemplificationem, vt ſi iudex reijciat etiam appellationem, interpoſitam à reiectione appellationis, non teneatur reiectus vlterius appellare ab iſta ſecunda reiectione, quia eſſet appellatio ſuperflua, & daretur proceſſus in infinitum, quem lex reſpuit, vt in reſtitutione in integrum ſcribit Abb.*in c.vltim.ſub n.5.de reſt.in integr.*

Declara ſecundo, vt iudex poſſit, non obſtante appellatione a reiectione, procedere ad vlteriora, ſi notorium ſit, appellationem eſſe reijciendam, *per ea, quę ſcripſi ſupra q.11.num.11.* quamuis cautius facere, ſi non interloquendo ſuper admiſſione, vel non admiſſione appellationis, procederet ad vlteriora.

167 Exemplifica decimoſexto in qualibet interlocutoria, lata poſt ſententiam diffinitiuam, quia ab ea poteſt appellari, tum quia grauamen non eſt reparabile in diffinitiua, quia iam eſt lata, tum etiam quia, ſi appellatio eſt prohibita ante ſententiam, poſt ſententiam cenſetur permiſſa, quia quod vno tempore eſt prohibitum, alio tempore videtur conceſſum, *Rebuff.tract. de ſent.execut.art.10.gloſ.1.n.10.verſ.& ideo,tom.1.fol.*404. tum etiam quia habet vim diffinitiuæ, *vt ſcripſi infra n.209.*

Aduerte quod, demptis aliquibus exemplificationibus, nempe decimatertia, decimaquarta, & quando admittuntur teſtes, reliquæ quatuordecim non bene applicantur in iudicio momentaneę poſſeſſionis: *per ea, quæ late ſcripſi ſupra limit.6 memb.7.nu.38.& 39.& ſignanter num.48.*

168 Sublimita III. in interlocutoria, quę tangit factum principale, ſeu ſubſtantiam negotij principalis, quia tunc poteſt ab ea appellari, quaſi contineat grauamen irreparabile, *Rebuff.tract.de ſenten.execut.art.10.gloſ.1. n.4.tom.1.f.403 & Contar.in l. vnica.limit.5.n.7.verſ.limita ſecundo,C. ſi de momen.poſſeſſ.*

Explica hanc ſublimitationem, vt interlocutoria dicatur tangere negotium principale, quando decidit articulum, à quo dependet tota cauſa, à qua interlocutoria poteſt appellari, *Paul.de Caſtr.in l.2.numer.1 in fine, ff.de appell. recip.* Et quod liceat appellare ab interlocutoria, quæ decidit articulum ſubſtantialem cauſæ, refert, & ſequitur Maran. *in ſuo ſpec.in 3.part.6.par.princ.in verbo,& demum fertur ſententia, ſub numer.44.verſ.tertia concluſio, fol.438.*

169 Exemplifica iſtam ſublimitationem, ſeu explicationem in interlocutoria, qua iudex ante diffinitiuam ſententiam ferendam ſuper reſtitutione in integrum pronuntiat, ætatem minorem eſſe probatam, quia tunc poteſt ab illa interlocutoria appellari, ex quo totam fere cauſam determinat, *Gloſ.1.in fine in l.40.intra vtile, ff de min.25.ann. Matheſ.ſing.39.Contar.d.lim 5.num.8. & 14. & Ruginell.tract.de appell.§.2.c.3. numero* 292. ſeu cum pronuntiatur negatiuè, ætatem non eſſe probatam, *Maran.vbi ſupra, & Ruginel.d.c.3.num.*596. pro corroboratione huius exemplificationis, adde quæ ſcripſi *ſupra limit.6.memb.7.ſub n.74.verſ.contra, & infra ſub num.206. & ſeqq.*

Ratio huius exemplificationis eſt duplex. Prima, quia hæc interlocutoria tangit negotium principale, imo cau-
170 ſam fere totam determinat. *Contar. vbi ſupra.* † Secunda, quia interlocutoria lata ſuper ætate in cauſa petitæ reſtitutionis in integrum habet vim diffinitiuæ, *Iaſ.in l.14.quod iuſſit, limit.9 ſub num.10.& Rip.ſub numer.27.ff. de re ind.* & quod interlocutoria, qua iudex pronuntiat, aliquem non eſſe minorem, habeat vim diffinitiuæ, refert, & ſequitur Maran. *in ſuo ſpec.in 3.part.6.par.princ.in verbo, et demum fertur ſententia, n.44.verſ.tertia concluſio, f.438.*

Nota ex his rationibus, quod hæc ſublimitatio fraternizat cum ſeq.

Reſtringe hanc ſublimitationem, vt non procedat in cauſa momentaneæ poſſeſſionis, vide ſupra *limit.6 mem.7.num.74.*

171 Sublimita IV. vt non habeat locum in interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, quia ab ea datur appellatio, *Matthesil.ſing.39.nu.1.Veſtr.in prax.lib.7.c.3.n.4. Aſtu.in prax.iudic.§.31.c.18.lim.2.fol.188. & Ruginel.tract.de appell.§.2.c.3.nu.487.in verbo, interlocutoria, & ſcripſi ſupra lib.1.cap.97.ſub nu.44.* & ſeruatur in tribunali Auditoris Cameræ, *vt ſcripſi d.lib.1.cap.22.ſub nu.2.* & ſeruat etiam Signatura iuſtitiæ, ad quam dum recurrimus, vt committat cauſam appellationis, ſemper in commiſſione exprimere debemus, appellatum eſſe à diffinitiua, vel ab habēte vim diffinitiuę, vt patet ex formula commiſſionis apud Mandoſ. *tract.de commiſſ. in commiſſ.17. appellationis prima inſtantia.*

Confirmatur primo hæc ſublimitatio ex ſequentibus exemplificationibus.

Confirmatur ſecundo ea ratione, quia interlocutoria habens vim diffinitiuæ regulatur ſecundum naturam diffinitiuæ, *vt ſcribunt Mandoſ.d.commiſ.17.in verbo, ſeu vim diffinitiuæ haben.fol.96.& Lancellot. tract.de attent.par.2. cap.12. limit.1.princ.num.52.& 53.fol.359.& ex alijs retuli.*

Digitized by Google

tuli,& ſequutus ſum d.capit.97.ſub num.44. & patet in diuerſis caſibus ex his, quæ ſcripſi *ſupra qu.4.num.a.12.37. in fine,& 56.*

172 Exemplifica primo in ſententia, lata ſuper reuocatione attentatorum,quia licet ſit interlocutoria, tamen habet vim diffinitiuæ,*Rot.deciſ. 11.alias 85.ſi à ſententia , de appell.innou Franch.in cap.60.cum ceſſante,nume. 45.verſ. nona ſententia,de appellat.Rip. in l.14.quod iuſſit, ſub n.28. ibi,ex hac ſallentia,ff.de re iudic.& Achil. de Graſſ.dec.31. alias 257.attentata reuocanda,num.1.de appell.* & ideo ab ea poteſt appellari , *vt ex Mandoſ.& Lancell.tract.de attent.par.3.cap.28.num.43. & ſeqq.verſ. ſecundo quæritur , fol.446 in fine,refert & ſequitur Rugmell. tract. de appell. §.2.cap.3.numer.86.* hancque exemplificationem ſeruari reiecta opinione contraria ſcripſi ſupra *limit.6.memb.6. ſub num.75.*& eam vidi, & video ſeruari in Curia Romana,retardata etiam executione; poteris tamẽ tu pro maiori ſatisfactione videre,quæ in articulo huius exemplificationis latè ſcribit Lancell.*dicto cap.28.numer.43.46.& ſeqq.num.49.& ſeqq.nu.77.& 91.fol.447.& 448.*& opinionem negatiuam limita, vt per eundem ibidem nu.99. & vide omnino eundem *ſub numer* 150. & 151.*fol.*449.& quod appellatio non retardet executionem vide eundem *dicto cap.28.num.17.fol.446.* vbi de opin. comm.quæ tamen fallit in multis caſibus , quos enumerat *numer.31.& ſeqq.eod.fol.446.*

173 Nota obiter ex iſta exemplificatione,quod & ſi conſiderato modo agendi,reuocatio attẽtatorum ſit plus priuilegiata,quam poſſeſſorium recuperandæ, qoia reuocatio attentatorum fit abſque libello,& ex puro , & mero officio iudicis,ſed in poſſeſſorio recuperandę eſt neceſſarius libellus,& litiſconteſtatio,vt ſcribit Franch. *in c.18. conſuluit,il ſecundo ſub numero ſeptimo,& 8.de appellat.* & quod in reuocatione attentatorum procedatur ex mero officio ſine libello,& conteſtatione litis, &, quãdo agitur poſſeſſorio,requiratur litiſconteſtatio, ſcribit Herculan. *tract.de attent.cap.21.num.9.tom.5.fol.268.* tamen conſiderata facultate appellandi , plus eſt priuilegiatum poſſeſſorium recuperandæ, quia in eo non datur appellatio , *teſtibus Bar.Gloſ.Salyc.Maran.Rolan.à Vall. & alijs, quos retuli,& ſequutus ſum ſupra limit.6.memb.3.n.35.& mem. 6.nu.1.*& à reuocatione attentatorum datur appellatio, *vt dixi nu.præced.*

174 Exemplifica ſecũdo in interlocutoria, qua iudex pronuntiat ſe incompetentem,nam per talem pronuntiam abdicat à ſe iuriſdictionem,& ideò vim diffinitiuæ habet, *Iaſ.in l.14.quod iuſſit, ſub nu. 25.verſ. ſecundum exemplum ibi adde vltra,ff.de re iudic.Maran. in ſuo ſpec.in 3.part.6. part.princ.in verbo,& demum fertur ſententia, nu.43.verſ. ſecunda concluſio,in fine,ſol.438.& Luc.Pet.in pract.Capitol.lib.5.cap.7.num.9.*

Ratio huius exemplificationis ſecundum Maran. vbi ſupra eſt,quia omnis interlocutoria,per quam finitur officium iudicis,dicitur habere vim diffinitiuæ.

175 Extende hanc exemplificationem, vt procedat etiam in interlocutoria affirmatiua,cum pronuntiat, ſe eſſe cõpetentem,quia dicetur ſimiliter interlocutoria , habens vim diffinitiuæ, *vt ſcribit idem Iaſ.dict.ſub num.25.in fine, ibi, eadem modo ſententia,* vel ſaltem continet damnum, quod non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, vide quæ latè ſcripſi *ſupra limit. 6.memb.7. numer.47. & ſeqq.*

176 Exemplifica tertio eandem ſublimitationem in interlocutoria,qua iudex pronuntiat, reum debere iurare,vel referre iuramentum,ſibi ab actore delatum, quia hæc interlocutoria habet vim diffinitiuæ *ſecundum ea , quæ ſcribit Oſaſch.deciſ.8.actor oblato, ſub num.4.verſ. non obſtat, & numer.5.*& ideò ab interlocutoria,qua iudex pronuntiat,ſibi non videri eſſe deferendum , cum debeat videri , poteſt appellari, ſicut appellatur in omnibus arbitrarijs, in quibus agitur de præiudicio diffinitiuo, *Bal.in cap.vlt. iuramentum, ſub numer.3.verſic.adde tertium , de iureiur.*

177 † & quod pronuntiatio,quia iudex dicit, neutri parti litigantium eſſe deferendum iuramentum litis deciſiuũ , & ipſarum pars petierit, quod aduerſarius aut iuret, aut referat,habeat vim diffinitiuæ, refert & ſeqoitur ex Bald. vbi ſupra Thom.Triuiſ.*deciſ.4. in vna Iuſtinopolitana, ſub num.17.lib.1.*

178 Infero confirmando hanc exemplificationem , quod iudex non poteſt reuocare interlocutoriam,qua mandat iurari,vel referri, quia non poteſt reuocare interlocutoriam,quæ habet vim diffinitiuæ, *iuxta ea,quæ ſcripſi infra qu.19.rem.1.cancl.6.num.19.22.& ſeqq.*Et quod promittens ſtare iuramento, ſeu dicto alicuius , non poſſit promiſſionem etiam ante declarationem reuocare , tenent Alex.*conſ.130.difficultas,in fine.nu.6,lib.1. & Iaſ.in l.17. iuſiurandum,ſub numer.6.verſus finem,ff.de iureiur.*qui declarat, hoc eſſe verum, niſi ſuperuenerit iuſta cauſa reuocandi , vt puta,quia is,cui eſt promiſſum , ſit effectus vnus ribaldus,& *Oſaſch.dict.deciſ.8. ſub num.3. & ſub numer.4.verſic.nec obſtant,*vbi ait ex communi * concluſione,non poſſe reuocari,niſi ſuperuenerit iuſta cauſa reuocandi,vt puta,inquit,ſi ſuperuenerint probationes,& ſub num.8.

179 Extende primo iſtam illationem, vt procedat,etiamſi iuramentum nondum ſit præſtitum , ſed ſolum ſit acceptatum,quia non poterit iudex, ſeu is,qui detulit, reuocare ſine iuſta cauſa delationem acceptatam , *per ea,quæ ſcribit Oſaſch.dict. deciſ.8.numer.1. & ſeqq.* ſecus ſi ſuperuenerit iuſta cauſa, *per ea, quæ ſcribunt Iaſ.& Oſaſch. ſupra citati.*

Extende ſecundo, vt tanto minus poſſit reuocare,ſi is, cui fuit delatum,ſeu relatum,iurauerit, quia tunc ſententia dicitur mandara executioni,& negotium ipſum dicitur iuramento diffinitum, *Oſaſch.dict.deciſ.8. ſub num.2. 5.& 8.*& quod ſi promitto ſtare ſimplici tuo dicto,vel iuramento, non poſſim id reuocare poſtquam tu declaraueris,ſentit Bar.quem refert,& ſequitur Tiraq.*in l.boues, §.hoc ſermone, nu.26.verſ.15.ff.de verb.ſignif.ſol.*210.dum ſcribit,quod poſſum reuocare antequam declaraueris, & hæc extenſio non habet controuerſiam, quia eſt ſequuta declaratio.

180 Extende tertio , vt citra omne dubium non poſſit reuocare ſententiam,latam virtute iuramenti litis deciſiui, etiamſi haberet arbitrium , quia non poteſt tollere ius quæſitum parti ex iuramento præſtito, quod habet maiorem vim,quam res iudicata,*Menoch.de arb.iudic.libr.1. q.50.n.1.& ſeqq.vſque ad num.4.*

181 Reſtringe hanc extenſionem, dum dixi , quod iudex, etiamſi haberet arbitriom, non poteſt tollere ius quæſitum ex iuramento deciſiuo , vt non procedat , quando Princeps committeret iudici, vt cauſam illam iuramento deciſam,referret Senatui,ſeu ſibi,ſola facti veritate inſpecta,quia tunc cenſeretur ſublata efficacia iuramenti , per ea,quæ ſcribit Alciat.*conſ.301.hac in Caſtellini,ſub num.5. verſ.ſecundo reſpondeo, & num.6.& ſeqq. vſque ad finem ,* in quibus oſtendit in primis , quod veritas poteſt ſumi duobus modis, primo prout eſt, & ſic eſt immobilis, ſecundo prout præſomitur , & ſic dicitur apparere ex actis probatis; & deinde oſtendit, quod licet iudex, cui commiſſa eſt cauſa,ſola facti veritate inſpecta , debeat attendere veritatem iſto ſecundo modo,ſcilicet,prout eſt probata in actis,ne alias detur iudicibus materia , & facultas delinquendi, & per illam clauſulam intelliguntur ſolum ſublatæ rigoroſæ ſolemnitates iuris ciuilis,vt dicit *num.4.* tamen quando iſta facultas cognoſcendi , ſola facti veritate inſpecta,datur ei, qui habet referre in Senatu, debet referre eo modo,quo ſolet iudicare ipſe Senatus,qui cla-

rum

rum eſt, quod iudicat, inſpecta veritate primo modo, nullo habito reſpectu ad acta, quæ veritati, & conſcientiæ Senatus repugnant; demum concludit, quod ſi Princeps ſciret, iuramentum fuiſſe præſtitum, & nihilominus committeret cauſam, intelligeretur, quod voluiſſet reſcindere rem iudicatam, ac ſi appoſuiſſet clauſulam (nõ obſtante) & ex Alciat. refert, & ſequitur Menoch. *dict. quæſt. 50 nu. 40 & ſeqq.* de qua re vide, quæ ſcripſi *ſupra lib. 1. cap. 97. ſub num.* 151.

182 Exemplifica quarto in interlocutoria, qua quis mulctatur, quia habet vim diffinitiuæ, vt ſcribunt Maran. *in ſuo ſpec. in 3. part. 6. part. princip. in verbo, & demum fertur ſententia, ſub num. 31 & 32. & num. 42 in fine, fol. 437. & 438. & Natt. conſ. 92. notinum, num. 2. libr. 1. & dixi ſupra lib. 1. c. 99. ſub num. 6.* quare ab impoſitione mulctæ, & eius exceſſu poteſt appellari, *Farin. qui alios citat, in q. crimin. qu. 101. ampl. 7. num. 16.* & ego ex Bart. & alijs retuli, & ſequutus ſum *ſupra lim. 6. princip. memb. 4. num.* 128. & adde, quæ ſcripſi *ſupra limit. 3. num.* 19.

183 Exemplifica quinto in ſententia, qua declaratum ſit, hæreditatem non fuiſſe aditam, ſtantibus probationibus, & reſeruato iure latius probandi, quia ab ea poteſt appellari, *vt refert & ſequitur Ruginell. tract. de appell. §. 2. cap. 3. nu.* 55. nam hæc interlocutoria definit articulum, à quo poteſt pendere victoria, & amiſſio cauſæ.

184 Exemplifica ſexto in ſententia, qua pronuntiatur, non poſſe tertio appellari, quia eſt interlocutoria, habẽs vim diffinitiuæ, *Io. Monach. in c. 16. cupientes, de elec. in 6. quem refert, & ſequitur Bal. in l. vnica, n. 7. verſ. quæro an ſententia, C. de lit. vna eademque cauſa ter. prouoc.* qui tamen volunt in appellatione eſſe exprimendam cauſam.

Confirmatur hæc exemplificatio, quia ſententia ſuper eo, quod permit appellationem, & ſic ſuper potentia appellandi, vel non appellandi, eſt interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, *vt refert, & ſequitur Frãch. in cap. 60. cum ceſſante, nu. 42. verſ. 6. ſententia, & in c. 65. ſua nobis, not. 4. ſub nu. 5. de appell.*

185 Exemplifica ſeptimo in ſententia, qua iudex pronuntiat, appellationem eſſe deſertam, quia eſt interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, *Bal. in l. 2. q. 14 num. 20. verſic. vlterius quæro, C. de epiſcop. aud. Franc. in cap. 8. ex ratione, ſub nu. 68. ibi, quo ad ſecundam dic. de appell.* vbi corrupte legitur (*habet verum diffinire*) cum debeat legi (*habet vim diffinitiuæ*) prout idem Franch. ibidem refert, & ſequitur *ſub n. 80. verſic. circa nonum,* & aperte *ſub num.* 81. licet loquatur de interlocutoria deſertionis ſententiæ diffinitiuæ, & aperte *in cap. 60. cum ceſſante, nu. 44. verſ. 8. ſententia, eod. tit. de appell. Felyn. in rubr. de ſent. & re iudic. n. 11. verſ. & ſi d. c. tar, & verſ. et eſt alia limitatio. Myſing. in ſing. obſeru. cent. 3. obſer. 26.* & quod ſententia, lata ſuper deſertione appellationis, habeat vim diffinitiuæ, & concernat merita, refert, & ſequitur Theſſ. Follanch. *deciſ. 122. tertio prouocare, num. 12. verſ. quinto dicentur,* & quod habeat vim diffinitiuæ, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. in 3. par. 6. par princ. n. 42. verſus finem, fol.* 438. & quod poſſit appellare, quia habet vim diffinitiuæ, & grauat, & non ſperatur alia diffinitiua, & ita obſeruetur, ſcribit Angelus Aret. *in leg. 2. verſus finem, numer. 42. ff. de appellat. recip.* & ſentit etiam Matthel. *ſing. 39. nota quod ab interlocutoria, num.* 3.

Et quod ab iſta interlocutoria detur appellatio, ſcribunt Angel. Aret. *vbi ſupra*, Card. *Alex. in dict. cap. 8. ex ratione, num. 47. verſ. quarta eſt quæſtio, et Franch. ſub num. 80. verſ. circa nonum membrum, Maran. in ſuo ſpec. part. 6. act. 2. in verbo, et quandoque appellatur, limit. 19. verſic. et quod poſſit, numer. 201. fol. 486. Myſing. vbi ſupra, et Gail in pract. obſeru. lib. ... obſerua. 138. num 4. et 5.* vbi de communi opinione, quam ex eo refert, & ſequitur Ruginel. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n.* 265. imo quod poſſim appellari ſine expreſſione cauſæ, refert & ſequitur Ang. Aret. *in l. 4. eius qui, n. 9. ff. de appell. recip.*

† Quod etiam habet locum in deſertione inſtantiæ *Rot. Brun. deciſ.* 96.

Contra hanc exemplificationem (quod enim ſententia deſertionis ſit interlocutoria) ſcripſerũt plures, quos citant Doctores in materia, & præſertim Card. Alex. infra citatus, & alij ſunt, qui dicunt, eſſe diffinitiuam, & ſic colliguntur tres contrariæ opiniones.

In hac contrarietate circumferuntur etiam diſtinctiones.

Prima diſtinctio eſt: aut ſententia ſuper deſertione fertur in cauſa appellationis interpoſitæ ab interlocutoria, quæ non erat ſuper exceptione peremptoria; & tunc cum prima ſententia ſit mere interlocutoria, & appellatio pendeat ſuper interlocutoria, ſententia deſertionis fiet mere interlocutoria: aut appellatio pendebat ſuper diffinitiua, vel ſuper interlocotoria, lata ſuper exceptione peremptoria, vel litis finitæ; & tunc, cum prima ſententia ſit diffinitiua, vel pariat effectum diffinitiuæ, quando eſt ſuper exceptione peremptoria, ſequitur in neceſſariam conſequentiam, quod ſententia deſertionis, ex quo imponit finem negotio, ſit diffinitiua, Cardin. Alexand. *dicto capit. octauo, ex ratione, ſub numero 45. verſicul. circa ſecundam quæſtionem, & verſicul. ſed pro concordia de appellat.*

Secunda diſtinctio eſt: aut eſt pronuntiatio ſuper deſertione appellationis ab interlocutoria; & tunc dicitur interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, *Rebuff. tract. de appell. art. 5. gloſ. vna, num. 44. verſ. ſed ſi ſuper, tom. 3. fol.* 500. aut eſt pronuntiatio ſuper deſertiones appellationis à diffinitiua; & tunc dicitur ſententia diffinitiua, *Rebuff. d. gl. vna, num.* 43.

Tu reprobando hanc ſecundam diſtinctionem, dic, quod ſententia, lata ſuper deſertione appellationis à diffinitiua, dicitur interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, *vt ſcribunt aperte Franch. in dict. cap. 8 ex ratione, ſub num. 81. verſ. ſed quæritur primo, & in cap. 60. cum ceſſante, num. 44. verſic. octauo ſententia, de appell. & Felyn. in rubr. num. 11. verſ. & eſt alia limitatio, de ſent. & re iudic.* & ſententia lata ſuper deſertione appellationis ab interlocutoria, dicitur interlocutoria, & non habet vim diffinitiuæ, *Franch. ſub d. numero 81. & Felyn. ſub dict. numero 11. verſus finem,* dicens, ſic eſſe intelligendos Bal. Rot. & Aegid. Bellam. *in locis per eum citatis,* & ita tu intelligas Rot. *diuerſ. deciſ. 300. domini reſoluerunt, ſub numero 7. parte* 2. dum ait, dici interlocutoriam, ſi pronuntiatur deſertio appellationis ab interlocutoria, ſecus ſi pronuntiatur deſerta appellatio à diffinitiua.

Retenta exemplificatione.

186 Extende eam, vt ſicut interlocutoria lata ſuper deſertione appellationis, habet vim diffinitiuæ iuxta prædicta ita etiam interlocutoria, qua pronuntiatur, appellationẽ non eſſe deſertam, *Franch. in capit. 65. ſua nobis, not. 4. ſub num. 3. de appell.*

Declara eandem exemplificationem, vt quamuis habeat vim diffinitiuæ, tamen quo ad iudicem cenſetur interlocutoria, vnde ſi auditor pronuntiat ſuper deſertione appellationis, & ab hac pronuntione appellatur, & interim doceatur de diligentia appellantis, poterit iudex reponere, quia remanſit iudex. *Rot. deciſ. nona, alias 74. ſi auditor. de appellat. in nouat.* imo ſi cauſa appellationis ab hac pronuntiatione, appellationem eſſe deſertam, fuerit commiſſa, & coram iudice commiſſario doceatur de prædicta diligentia, poteſt & debet remittere cauſam iudici à quo, vt ipſe in cauſa appellationis, quam per errorem pronuntiauit deſertam, vlterius procedat, quia etſi illa pronuntiatio habeat vim diffinitiuæ, quoad hoc, quod clem. *appellanti.* non habeat locum, & etiam

quoad

Digitized by Google

quoad obſeruationem terminorum; tamen quoad iudicem, vt poſſit eam reuocare remanet interlocutoria, Rot. deciſ. 12. alias 89. ſi à pronuntiatione, n. 1. eod. tit. non.

In foro Capitolino an & quando detur appellatio, & quomodo Procedatur, pronuntiata deſerta cauſa, vel non deſerta cauſa appellationis, habes in ſtatut. lib. 1. c. 174.

187 Exemplifica octauo in præcepto, quod iudex facit in confeſſum, ſeu conuictum, vt ſoluat, ſicq; facit cum cauſæ cognitione, quia eſt ſententia diffinitiua, vel ſaltem habet vim diffinitiuæ, cum interueniat cauſæ cognitio, dato libello, & ſequuta litis conteſtatione, Rot. deciſ. 7. alias 541. vtrum præceptum, de litis conteſt. in antiq. & in iſtis terminis intelligi debet Rot. deciſ. 1. an præceptum, de ſent. & re iudic. in antiquior. dum ait, quod præceptum de ſoluendo eſt eiſdem effectus, ſicut ſententia, Matthesil. ſing. 39. nota quod ab interlocutoria, n. 5. & ita latius videtur declarare Maran. in ſuo ſpec. in 3. part. 6. pur. princ. in verbo, & demum fertur ſententia, quæſt. 3. n. 27. & 28. f. 435. vbi quod habet vim diffinitiuæ etiamſi ſit factum in confeſſum, oretenus conuentum, nullo dato libello.

188 Secus eſt, quando facit præceptum ſine cauſæ cognitione, quia eiuſmodi præceptum non habet vim diffinitiuæ, Franch. in cap. 60. cum ceſſante, ſub n. 10. ibi, ſed aduerte quia tunc de appell. & Maran. d. nu. 27. & maxime ſi ſit factum cum clauſula iuſtificatoria (ſi ſenſeris te grauatum compareas) quia tunc, citato comparente, ſoluitur in vim ſimplicis citationis, Maria. Soec. tract. de citat. art. 21. ſub n. 1. Alex. Iaſ. Pariſ. Maran. Veſtr. Grauat. Alex. Stiat. Luc. Pat. & Addit. ad pract. Papien. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra, lib. 1. c. 57. num. 17. verſ. & prima. vbi videas etiam, quid ſit reo non comparente.

189 Exemplifica nono in abſolutoria, lata, rebus ſtantibus, prout ſtant, quia habet vim diffinitiuæ, ſeu in quam eſt mixta, vt retuli ſupra limit. 1. n. 26. verſ. contra.

Contra iſtam exemplificationem; nam quod ſit propriè diffinitiua, præſuppoſitis dilationibus, ſentit Theſ. Foſſan. quem citaui, & ſequutus ſum d. lim. 1. n. 26. & probatur eo, quia imponit finem negotio principali, neque obſtat clauſula (ſtantibus rebus prout ſtant.) quia omnis ſententia virtualiter habet in ſe iſtam clauſulam, ſiquidē certum eſt, quod iudices proferunt ſententias, ſtantibus actis, vnde dicimus, quod iudex debet iudicare ſecundum acta & probata.

190 Exemplifica decimo in interlocutoria de non procedēdo ad vlteriora propter exceptionem peremptoriam, quia habet vim diffinitiuæ, vt bene oſtendit Felyn. in rubr. ſub numero 9. verſ. ſecus quando, de ſent. & re iud. & poteſt ab ea appellari etiam ex eo, quia interlocutoria, per quam quis excluditur ab agendo, dicitur trahere ſecum executionem, & ab interlocutoria, quæ trahit ſecum executionem, poteſt appellari, Bal. in l. 9. arbitrio. ſub numero 4. verſ. tu ego ſcius, ff. qui ſatiſd. cogan. ſed interlocutoria, de non procedendo, ad vlteriora, excludit ab agendo. Ergo, &c.

191 Exemplifica vndecimo in interlocutoria, quæ fertur ſuper executione inſtrumenti, quia dicitur interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, Rom. conſ. 41. in præſenti, in princ. Alexan. in l. 5. ſtipulationum, num. 4. ff. de verb. oblig. Felyn. in cap. 15. quo ad conſultationem, n. 13. verſ. à pronuntiatione, de ſent. & re iud. & Iacob. Cancer. var. reſolut. par. 1. cap. 17. de appell. n. 30. & in materia indifferenti ſcribit Felyn. in rubr. ſub num. 4. col. 4. in fine, ibi, quod autem dictum eſt, eod. tit. de re iudic. & quod pronuntiatio de exequendo ſententiam ſit interlocutoria, habens vim diffinitiuę, ſcribunt Salyc. in l. 5. ab executione, n. 3. ibi, & eſt ratio. & ſub num. quarto, C. quor. appell. non recip. Alex. conſ. 72. in cauſa & lite, n. 1. lib. 7. Capic. dec. 1. n. 21. Mundoſ. tract. de commiſſ. in commiſſ 23. executoriali, in verbo, citatione præcedente, q. 3. verſus finem, fol. 130. & quod decretum executorialium ſit interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, tenuit Rot. diuerſ. deciſ. 208. in cauſa Salamantin. ſub n. 1. p. 3. lib. 2. deciſ. 218. eadem die, verſus finem, n. 5. & deciſ. 228. eadem die, ſub num. 1. eod. p. 3. lib. 3. huicq; opinioni videtur adhærere Aſin. in prax. iudicior. §. 31. c. 15. in fine.

Contra hanc exemplificationem; quod enim ſit interlocutoria tenent Bal. in d. l. ab executione, num. 2. verſ. ſecundo modo, in fine, C. quor. appell. non recip. Ang. conſil. 115. primo inquirumus, allegatur etiam ab omnibus (ſed male meo iudicio) Corn. conſ. 221. in hac conſultatione, verſus finem. nu. 4. verſ. ad ſecundum, lib. 4. quia is refert & ſequitur, non eſſe meram interlocutoriam, Boer. deciſ. 68. quidam nobilis, in fine n. 7. Menoch. trac. de recuper. poſſ. remed. 8. q. 6. n. 85. Luc. Pat. in pract. Capitol. lib. 3. c. 2. ſub n. 31. et 32. & quod ſi mera interlocutoria, tenet Crauet. conſ. 273. nobilis domine, col. 3. ſub n. 1. verſ. nec obſtat.

Contra vtramq; opinionem tenet Maran. in ſuo ſpec. p. 6. actu 1. in verbo, et demum fertur ſententia, ſub n. 24. fol. 435. quem referunt, & ſequuntur Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 19. n. 122. et 123. & Ruginel. tract. de appell. §. 1. c. 2. ſub n. 111. verſ. ideo Maran. f. 31. diſtinguens: aut loquimur de executione inſtrumenti, ſeu guarantigiæ, quam iudex pronuntiat eſſe exequendam; & tunc ſecundum eos & Alex. infra citatos neutra opinio erit vera, quia non erit ſententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, neque erit mera interlocutoria, ſed erit diffinitiua, vt tenuerunt Alex. conſ. 50. viſis actis, num. 11. verſicu. præterea, lib. 2. ſibi met contrarius, cum aliter ſcribat in d. l. ſtipulationem, nu. 4. vbi loquitur de executione inſtrumenti, Maran. in d. verbo, et demum fertur ſententia, ſub n. 24. fol. 435. Ioſ. Cum. ſuper ritib. Sicil. c. 19. n. 122. ſ. 122. et Ruginel. vbi ſupra, aut loquimur de executione ſententiæ, quam iudex pronuntiat eſſe exequēdam; & tunc ſecundum Maran. Ioſ. Cum. & Ruginel in locis ſupra proximè citatis, erit mera interlocutoria, & ſic iſto caſu erit vera ſecunda opinio, pro qua adduci etiam poteſt Veſtr. in prax. lib. 7. c. 3. nu. 11. ibi, altera eſt, dicens, quod omnis pronuntiatio iudicis poſt latam diffinitiuam eſt mera interlocutoria, non habens vim diffinitiuæ.

Quid dicendum?

Concludo primo, exemplificationem ſicq; primam opinionem eſſe indiſtinctè veram, ad cuius opinionis veritatem oſtendendam conſidero tres caſus.

Primus caſus eſt: quando ſententia de exequendo grauat, vt puta, quia non eſt liquida, vel eſt appellabilis, puta quia non ſunt lapſi decem dies ad appellandum; vel inſtrumentum, habens executionem paratam, nondum eſt liquidatum: & iſto caſu non poſſumus dicere, quod ſit interlocutoria, eo quia ipſa non grauet, ſed grauet ſententia, ſeu ſtatutum, mandans exequi inſtrumentum, quia executio eſt illa, quæ grauat, & ſic ceſſat ratio, qua Crauet. d. conſ. 273. mouetur ad tenendum, quod ſit interlocutoria; neque poteſt dici diffinitiua, quia eſt executio ſententiæ diffinitiuæ, ſeu inſtrumenti, quod æquiparatur rei iudicatæ, vt retuli, et ſequutus ſum ſupra lim. 10 ſub nu. 8. verſicul. comprobatur, ergo remanet, vt ſit interlocutoria, habens vim diffinitiuæ.

192 Secundus caſus eſt; quando inſtrumentum, ſeu res iudicata eſt turbida, vt puta, quia altera pars introduxerit cauſam appellationis, & prætendat, non extare rem iudicatam: & iſto caſu, quia iudex, mandando ſententiam executioni, virtualiter pronuntiat, appellationem vel eſſe nullam, vel eſſe deſertam, merito habet vim diffinitiuæ, vt bene aduertit Rot. diuerſ. dictis deciſ. 208. & 228. vbi clarius.

193 Tertius caſus eſt; quando ſententia ad exequendo nō grauat, vt puta, quia eſt executio rei iudicatæ & liquidæ, vt in caſu, de quo loquitur Crauet. & dico, adhuc habere vim diffinitiuæ, quia poſſunt reo competere nouæ defenſiones,

ſionis, & etiam antiquæ quæ poſſunt opponi etiam poſt ſententiam, vt ſcribit Salyc. *in d.l.ab executione, n.3. verſus finem*, quem refert, & ſequitur quoad hoc, licet nō quoad conceſſionē appellationis ab interlocutoria de exequēdo, Felyn. *in d.c. quoad conſultationem, num. 14. in princ. & verſus finem, ibi, cum illis concordat, & ibi, non obſtat ratio.*

194 Declara reſtringēdo illam exemplificationem, vt quāuis in primo, & ſecundo caſu detur appellatio; tamen nō dabitur in iſto tertio, quamuis etiam in iſto dicatur habere vim diffinitiuæ, *teſte Felin. vbi ſupra*, qui in hoc reprobat Salyc. vt dixi; quare non tenet ſemper hæc conſequentia: habet vim diffinitiuæ: ergo eſt appellabilis; qua conſequentia decipiuntur illi, qui eundem Doctorem allegunt pro, & contra, ſicut Ruginel. *d. §. 1. cap 2. ſub n. 111.* allegat pro vtraque opin. Felynum *vbi ſupra*, eo quia vno loco dixerit, habere vim diffinitiuæ, & alio loco dixerit, ſub eodem num. ab ea non dari appellationem: poſſunt enim hæc ſimul ſtare, quia interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, quandoque regulatur, vt diffinitiua, & quandoque vt interlocutoria, ſicut ex Abb. *cap. 28. peruenit, il ſecundo, num. octauo, verſ. nota hoc dictum, de appell.* refert, & ſequitur idem Felyn. *ead. rubr. de ſent. & re iud. ſub numero quarto.*

195 Concludo ſecundo contra Alex. Maran. & eius ſequaces, ſententiam de exequendo inſtrumentum non eſſe vnquam diffinitiuam, quia fertur, lite non conteſtata, & ante conteſtationem litis non poteſt ferri diffinitiua, habet tamen vim diffinitiuæ, *vt dixi infra q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 24.*

196 Exemplifica duodecimo in ſententia, qua contumax declaratur pro confeſſo, & conuicto, *vt late ſcripſi, & explicaui ſupra quæſt. 5. ſub numero 91. verſicul. comprobatur primo, & verſic. ſeqq.* in quibus videas, & adde quæ ſcripſi *ſupra limit. 3. num. 10.*

197 Exemplifica decimotertio in ſententia, qua debitor admittitur ad bonorum ceſſionem, quia ab ea poteſt appellari, vt reſolutum fuiſſe in Signatura de communi omnium voto refert Marcheſ. *tr. de commiſſ. par. 1. in commiſſ. dilat. mor. c. 2. num. 42. fol. 142. in fine*, quem refert ſequitur Ruginell. *tr. de appell. §. 2. capit. 3. nu. 183.* & in admiſſa appellatione conſuluit *Pariſ. conſ. 80. in hac cauſa & controuerſia, n. 49. verſ. nec illis habet lib. 1.*

198 Quamuis Ruginel. *eod. tr. §. 6. gl. 7. c. 2. nu 44. caſ. 40.* ſibi parum conſtans dicat non dari appellationem.

Ratio quare detur appellatio eſt, quia ſunt plures caſus, in quibus debitor redditur indignus ceſſione bonorum: vnde ſi in aliquo ex his caſibus admitteretur ad ceſſionem bonorum, creditor grauaretur, & conſequenter deberet admitti ad appellandum, & ratio quare hæc ſententia habeat vim diffinitiuæ eſt, quia non fertur ſuper negotio principali, ſed ſuper vno articulo, qui non expectat aliam diffinitiuam.

Exemplifica decimoquarto in ſententia, quod cauſa debeat, vel non debeat compromitti, quia ab hac ſententia poſſet appellari refert, & ſequitur M. Ant. Blanc. *tract. de compromiſſ. qu. 5. num. 8. tomo tertio, parte prima fol. 177.* vbi de communi opinione, & quod poſſit appellare, quādo partes coguntur facere compromiſſum, ſcribit Rebuff. *tract. de ſentent. execut. artic. decimo, gloſſ. 1. numero ſexto, verſicul. quinta tomo primo, folio 403.* & quod iſta interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, ſcribunt Franch. *in cap. 60. cum ceſſante, nu. 58. verſ. vigeſimoſecundo, de appell. & Blanc. vbi ſupra.*

Ratio poteſt eſſe multiplex; Prima quia ab interlocutoria poteſt appellari, quādo grauamen per eam illatum non poteſt reparari per appellationem à diffinitiua, & dicitur non poſſe reparari, quando alia diffinitiua ſuper eo non eſt ferenda; ſed de faciendo, vel non faciendo compromiſſo vlterius non eſt cognoſcendum; igitur grauamen remaneret ſine reparatione: Secunda ratio, quia iſta ſententia habet vim diffinitiuæ; Ergo &c. Blanc. *vbi ſupr.* Tertia, quia huiuſmodi interlocutoria meretur exequutionem, & ideo poteſt appellari, *Rebuff. & Blanc. in locis ſupra proxime citatis, & Grau. in ann. ad pract. Veſtr.*
199 *lib 3. cap. 10 ſub numer. 6. fol 68. in fine*, † & quod ab interlocutoria, quæ incontinēti debet mandari exequutioni poſſit appellari, ſcribit Guid. Pap. *deciſ. 75. ſed circa, nu. 2. verſus finem.* Et ratio huius rationis eſt, quia, ſi incontinenti debet mandari exequutioni, dicitur continere grauamen irreparabile, *Rebuff. vbi ſupra.*

200 Reſtringe iſtam exemplificationem, vt non procedat, quando iſta pronuntiatio ſit ſuper cauſa inappellabili, vt puta, quia ſtatutū diſponat, laudum arbitrorum ſtatim mandari executioni, quia tunc ſicut non poteſt appellari à ſententia diffinitiua, ferenda ſuper negotio principali, ſic etiam non poterit appellari ab iſta præparatoria ad illam per ea, quæ, ſic argumentando, conſuluit corrupte tamen, & ideo obſcurè in libro meo, *Ancher. conſ. 78. ex verbis, ſub nu. 2. ibi, ego contrarium*, quem refert, & ſequitur Ruginel. *tr. de appell. §. 2. cap. 3. num. 205.*

De materia rationis huius reſtrictionis vide quæ latè ſcripſi *ſupra limit. 6. memb. ſeptimo, numero vigeſimo octano. & ſeqq.*

201 Exemplifica decimoquinto in decreto, quo iudex pronuntiat, rem poſſe, ſeu potuiſſe alienari, ſeu minorē debere reſtitui in integrum, quia ab eiuſmodi decreto datur appellatio, *Ruginel. tr. de appell. §. 2. cap. 3. nu. 682.* qui & ſi hanc exemplificationem non probet, tamen poteſt probari, quia ſi poteſtas alienandi procedat ex eo, quia iudex pronuntiet, minorem ætatem non eſſe probatam, datur appellatio, *vt ſcripſi ſupra ſub num. 169.* & ſimiliter dabitur appellatio, ſi pronuntiet, alienantem eſſe maiorem, & ideo denegādam eſſe reſtitutionem in integrum, quia a denegata reſtitutione in integrum datur appellatio, vt ſentiunt Spec. *tit. de reſtit. in integr. §. quis autem, ſub nu. 5. ibi, item ſi ſemel, lib. 2. fol. 206* & Abb. *in c. vlt. num. 1. not. 2. de reſtit. in integr.* & ſcribit idem Rugin. *eod. cap. 3. n. 596.* & eſſe communem opinionem teſtatur, & ſequitur Odd. *tract. de reſtit. in integ. qu. 16. num. 12. & 13.* & poteſt probari *ex cap fin. de in integr. reſtit.* Nam, licet ſit interlocutoria, tamen definit totum negotium, *Rip. in rubr. num. 11. ff. de re iud.* & ſimiliter poteſt appellari à decreto, quo iudex pronuntiat, minorem eſſe reſtituendum, quia ſicut poteſt appellare minor à denegata reſtitutione, *vt ſcribunt Spec. Abb. & alij, quos citaui hic ſupra*, ita etiam debet poſſe appellare eius aduerſarius à conceſſa reſtitutione, quia quod vni conceditur, alteri nō debet denegari, *per ea quæ ſcripſi ſupra limit. 7. num. 23. & ſeqq.* & hoc quando materia non eſt executiua, *per ea, quæ dixi dicta limit. 7. n. 1. 12. 19. & ſeqq.* & quod in cauſa reſtitutionis in integrum per viam iuſtitiæ detur appellatio, ſcribit ſimpliciter Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. reſt. in integr. c. 1. nu. 32. fol. 189.* & ita ſeruatur paſſim.

202 Exemplifica decimoſexto in ſententia conſeruationis indemnitatis, à qua poſſe appellari refert, & ſequitur Ruginell. *tract. de appellat. §. 2. capit. 3. ſub numer. 123. verſic. ſententia.*

203 Exemplifica decimoſeptimo in explanatione puncti, tranſmittendi ad conſilium ſapientis, quia pars, quæ ſe prætendit læſam in puncti formatione, ſeu explanatione, quam facit iudex, poteſt appellare, *Pac. Scal. tract. de conſ. ſapien. libr. 3. cap 9. tom. 3. par. 1. folio 343.* quem refert, & ſequitur Brederod. *tract. de appellat. parte 1. tit. 9. colum. 16. ſub litera A.* dum ait, tutius eſſe appellare, quam contradicere.

204 Exemplifica decimo octauo in ſecundo decreto, quia & ſi ſit interlocutoria, tamen, quia habet vim diffinitiuæ, & abſorbet ius partis, datur ab eo appellatio, *vt retuli,*

&

et ſequutus ſum ſupra limit.6.memb. 4.n.130.verſ.diximus, vbi vide.

205 Exemplifica decimonono in abſolutoria ab obſeruatione iudicij, lata ex cauſa, quæ concernat merita, quia datur appellatio, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra ſub num. 17.exempl.3.verſ.ſecus,* vbi vide.

206 Exeplifica vigeſimo in interlocutoria, qua iudex in cauſæ reſtitutionis in integrum pronuntiat, minorem ætatem eſſe probatam, vel non probatam, *ut retuli, & ſequutus ſum ſupra n.169. & 170.*

207 Exemplifica vigeſimoprimo, & vltimo in omni interlocutoria, quę non expectat aliam ſententiam poſt ſe, quia interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuæ, quando non expectat aliam ſententiam poſt ſe, ſeu quando per illam expirat iudicis officium, *Franch.in cap.60.cum ceſſante,num.9.ibi, ſed tamen limita primo, de appell.& retuli & ſequutus ſum infra q.19.rem.1.concl.6.num.37.verſ. limita primo,* & quod omnis interlocutoria, quæ non ſperat aliam ſententiam poſt ſe, dicatur habere vim diffinitiuæ, quia videtur facere effectum, quem facit diffinitiua, cum imponat finem inſtantiæ, ſcribit Maran. *in ſuo ſpec. in 3.part.6.part.princip.ſub numer.42.verſ. prima concluſio, f.438.*

208 Infero ex hac ſublimitatione poſita *ſupra num. 171.* quod iudex á quo regulariter non poteſt vlterius procedere ſuper illo articulo, á quo eſt appellatum, quia ſententia diffinitiua, & interlocutoria, habens vim diffinitiuæ æquiparantur, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra n. 171.* ſed, pendente appellatione á diffinitiua non poteſt procedere, per ea, quæ ſcripſi *ſupra q.3.num.48.*ergo neque, pendente appellatione interlocutoriæ, habente vim diffinitiuæ, *per ea, quæ ſcripſi ſupra lib.1.c.97.n.48.verſ.ſed pendente.*

209 Extende ſubinferendo, vt ea, quæ iudex geſſerit, pendente appellatione ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, veniant reuocanda vti attentata, *Lancell. tract.de attent par.2.c.12.limit.1.princip.num.51.& ſeqq.vſq; ad n. 57.excluſiuè f.359.*

210 Intellige hanc extentionem, vt ſit vera quoad ea, quę iudex faceret ſuper illo articulo, á quo eſt appellatum, *Alex.conſil.89.diligenter,ſub n.9.verſic.tamen his,lib.1.* ſecus quoad alia, quia illa aut ſunt connexa, aut ſunt ſeparata, & eſt recurrendum ad ea, quæ ſcripſi *memb.ſeq.*

211 Nec obſtat, quod Rot.*deciſ.65.alias.461.ſi appelletur, verſus finem,de appell.in nou.* dicat, quod appellatio ante diffinitiuam non impedit, neque ſuſpendit iuriſdictionem iudicis á quo, quia reſpondeo, hoc eſſe ſimpliciter verum in appellatione á mera interlocutoria: at in appellatione ab habente vim diffinitiuæ erit verum quoad negotium principale, ſeu alios articulos extra articulum, á quo fuit appellatum.

212 Reſtringe eandem illationem, & extenſionem, vt non procedant, pendente termino ad appellandum, quia iudex poteſt, pendente termino ad appellandum ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, procedere ad vlteriora, *Franch.in cap.1.ſuper eo,n.7.verſ.ſecundo aduerte, de appellat. & Lancell.tractat.de attent.par.2.c.11. de attent.pend.temp.ad appell.n.30.verſ.tertio, & n.31.tom.5.f. 345.& c.12.de attent.& innou.appell pend.lim.2.ſub num. 30.& 31.fol.361.* & ita etiam firmaui *d.c.97.num.49.verſ. contrariam,& n.57.& n.60.verſus finem.*

Confirmatur hæc reſtrictio ex his, quæ de termino pendente ad appellandum ab interlocutoria, quæ continet grauamen irreparabile, ſcripſi *ſupra n.149.& ſeqq.*

213 Amplia hanc reſtrictionem, vt procedat, etiamſi articulus ſit connexus cum cauſa principali, ratione cuius grauaminis ipſa pars habeat appellare, *Franc.vbi ſupra,et Lancell.d.c.11.n.32.fol.345.*

214 Modera eandem quartam ſublimitationem, vt non procedat in foro Capitolino, quia in eo non poteſt appellari ab interlocutorijs, etiam vim diffinitiuæ habentibus, quæ alias per diffinitiuam, ſeu in ipſa diffinitiua reparari poſſent, ſic diſponentibus ſtatut. Vrbis *lib.1.c.171.*

215 Sublimita V. & fraterniзat cum præcedenti, vt non habeat locum, quando interlocutoria ingerit difficultatem circa cauſæ deciſionem, quia tunc ab illa interlocutoria poteſt appellari, vt eſt in caſu, de quo loquitur Bal. quem retuli, & ſequutus ſum *quæſt.preced.lim.1.n.143.& hac ead. quæſtio.limit.6.membr.8. n.3.in fine;* nam talem poteſt ingenerare difficultatem, vt habeat vim ſententiæ diffinitiuæ.

216 Sublimita VI. vt non procedat, quando de grauamine, quod infertur per interlocutoriam, conſtat iuris præſumptione, vt puta, quia iudex mandat, rem aliquam ſequeſtrari, qui tunc poteſt appellari, etiam non expreſſa cauſa, *Bal.in l.6.maioribus, n.5.verſus finem,verſ.ſed in appellatione,& num 6.verſ.item,ſequeſtratio,C.de his quib.vt indign.* dicens ſequeſtrationem eſſe regulariter prohibitam, ideoque in re tam aperta ſuperuacuam eſſe expreſſionem cauſæ, & Franch.*in cap.59. vt debitus, q.11. n.22. & Card.Alex.ſub n.41.verſicul.ſtat ergo regula,fallen.3.de appell.& rurſus idem Franch. in c.1.ſub n.7.verſ. quarto limita, de appell. in 6.* vbi de appellatione á ſequeſtro, & á tortura.

De materia huius ſublimitationis an & quando poſſit appellari á ſequeſtro vide *ſupra limit.6 memb.2. num.14. & ſeqq.* & an & quando non requiratur expreſſio cauſæ in appellatione á ſequeſtro vide *ſupra quæſt.4.num.34. & 35.*

217 Sublimita VII. quando in appellatione exprimitur, & probatur iuſta cauſa appellandi, quia tunc debet admitti appellatio, *vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra n. 81. & 82.* & loquendo in cauſa poſſeſſoria, *ſupra limit.7. memb.7. nu. 103.& ſeqq.* & quod in appellatione á mera interlocutoria debeat nominatim exprimi cauſa grauaminis, late deduxi *ſupra q.4.n.30 & ſeqq.*

218 Declara primo hanc ſublimitationem, quando expreſſio cauſæ, ſeu grauaminis in appellatione ab interlocutoria ſufficiat per relationem ad acta ex his, quę ſcripſi *d.q.4.n.31.& ſeqq.*

219 Declara ſecundo, vt iuſtificatio appellationis ab interlocutoriam coram iudice appellationis non poſſit fieri ex alia cauſa, quam ex expreſſa in appellatione, vide *ſupra quæſt.11.num.87.et ſeqq.* & quid ſi ſint expreſſæ plures cauſæ, vide *ibid.n.90.*

220 Declara tertio, vt ſufficiat, cauſam, expreſſam in appellatione, fuiſſe probabilem, quia tunc, ſi iudex, appellatione non attenta, tulerit ſententiam, illa ſententia erit ipſo iure nulla, *Lancell.tract.de attent.p.2.c.12.lim.1.princ. n.45.f.359.*

Contrarium eſt verum, vide *ſupra quæſt.11.n.63.et ſeqq.*

221 Declara quarto, vt ſi quis oppoſuerit legitimam exceptionem, & obtulerit incontinenti illius probationem, & iudex nihilominus noluerit illam exceptionem admittere, & ideo is, qui eam oppoſuit, appellauerit ab iſta interlocutoria, ſeu non admiſſione, eiuſmodi appellatio coram iudice appellationis dicetur ſatis iuſtificata eo ipſo, quod iudex á quo noluit admittere exceptionem, vt retuli, & ſequutus ſum *d.q.11.n.68.* & operabitur hæc appellatio deuolutionem negotij, & reuocationem attentatorum, *vt ſcripſi ead.q.11.n.70.*

XLVII. LIMIT. MEMB. II.

SVMMARIVM.

APPELLATIO ab interlocutoria, lata ſuper articulo, cum quo eſt connexa tota cauſa, ſuſpendit in totum iuriſdictionem

nem iudicis à quo, num. 1. — Extenditur primo & exemplificatur interlocutoria, lata ante conteſtatam litem, nu. 2. & 3. — Extenditur ſecundo, & exemplificatur multipliciter in interlocutoria, lata poſt conteſtatam litem, numer. 4. & ſeqq. — Declaratur primo, qualis debeat eſſe connexitas articuli, vt ſuſpendatur tota iuriſdictio, num. 10. — Declaratur ſecundo qualis ſit hæc ſuſpenſio, quæ cauſatur ex connexitate, ibidem. — Infertur, quod proceſſus, factus in cauſa principali pendente appellatione ab interlocutoria, lata ſuper articulo connexo, non dicitur attentatus, num. 11.

Appellatio ab interlocutoria, lata ſuper articulo, qui non eſt connexus cauſa principali, ſuſpendit Iuriſdictionem in illo articulo, & non in tota cauſa, n. 12. & ſeqq. — Exemplificatur multipliciter, nu. 16. & ſeqq. — Inferuntur plura, nu. 23. & ſeqq. — Limitatur nu. 27. & ſeqq.

1 SEcundum membrum (*an appellatio, quæ debet admitti ab interlocutoria mera, vel interlocutoria habente vim diffinitiua, ſuſpendat non ſolum articulum interlocutoriæ, à qua eſt appellatum, ſed totã cauſam*) diuido in duos caſus.

Primus caſus eſt: quando interlocutoria habet connexitatem cum cauſa principali, hoc eſt, articulum, diffinitus per interlocutoriam, eſt connexus cum tota cauſa, licet videatur diſtinctus; & iſto caſu concludo, quod appellatio ab illa interlocutoria, ſeu articulo ſuſpendat iuriſdictionem in tota cauſa, *Ant. de Butr. in c. 10. ſuper eo, num. 1. de appellat. Alex. conſil. 89. diligenter, ſub n. 9. verſ. tamen his, in fine, lib. 1. Boer. deciſ. 73. videtur, num. 6. verſic. ſed vna, Pariſ. conſ. 66. videtur, ſub nu. 13. ibi, nec in caſu noſtro, lib. 1. & Lancell. tr. de attent. part. 2. c. 12. de attent. & innou. appell. penden. limit. 2. n. 25. in fine, & num. 26. iunctis iis, quæ tradit n. 13. fol. 361.* idque ſentit etiam Ant. de But. *in cap. 29. dilectus filius, ſub num. 8. verſic. nota quod quoad negotium, de reſcript.* & hoc eſt indubitatum, ſi cauſa principalis eſt ita connexa illi articulo, vt ſine eo decidi non poſſit, *Abb. d. c. 10. ſuper eo, nu. 2. de appell.* & hæc eſt concluſio communis.

Confirmatur hæc concluſio, quia capitula connexa reputantur vnum ratione connexitatis, *vt ſcripſi ſupra q. 10. num. 6.*

2 Extende primo hanc communem concluſionem, vt ſit vera in appellatione ante litem conteſtatam, *Gloſ. in d. c. ſuper eo, in verbo appellationem, & Ant. de Butr. & Abb. ſub n. 2. & Franch. nu. 1. de appell.*

3 Exemplifica hanc extenſionem, quando opponitur, reſcriptum eſſe ſubrepetitium, vel iudicem eſſe excommunicatum, quia ſi iudex, interloquendo, grauet poterit appellari, & appellatio ſuſpendet iuriſdictionem in tota cauſa, *Abb. d. c. ſuper eo, ſub nu. 2. & Franch. ſub nu. 1.* idem quando proponitur, actorem eſſe excommunicatum, vel procuratorem non habere legitimum mandatum, & ſimilia, *Franch. vbi ſupra.*

4 Extende ſecundo in appellatione poſt litem conteſtatam, *Gloſ. Ant. de Butr. Abb. & Franch. ſup. proximè citati.*

5 Exemplifica hanc extenſionem in exceptionibus peremptorijs, quæ opponuntur poſt conteſtatam litem, vt puta, ſi opponatur exceptio pacti de non petendo, vel conſanguinitatis contra petentem vxorem, & ſimiles, *Abb. d. c. ſuper eo, nu. 2. in fine.*

6 Exemplifica ſecundo in exceptione præſcriptionis, & demum in alia qualibet ſimili peremptoria, ſine qua negotium principale expediri non poteſt, *Gloſ. in d. c ſuper eo, in verbo, ſine illa, Ant. de Butr. & Abb. vterque ſub nu. 3. de appell.*

7 Exemplifica tertio, quando reus, nolens reſpondere libello, ſeu poſitionibus, fuit propter contumaciã declaratus excommunicatus, ſeu reintruſus, & is appellauit ab excommunicatione, & Auditor appellationis inhibuit Auditori à quo, & nihilominus Auditor à quo procedit, quia totus proceſſus erit nullus, nam licet prædicta reintruſio videatur articulus ſeparatus à negotio principali, tamen quia reintruſio fuit facta occaſione, & ratione negotij principalis, quia noluit libello reſpondere, & litem conteſtari in cauſa principali, appellatio ipſa ſuſpendit iuriſdictionem in tota cauſa, *Rot. deciſ. 31. alias 193. ſi ab excommunicatione, de appellat. in nouat.* quam referunt, & ſequuntur Franch. *in capit. ſexto, ad hæc, ſub numer. 1. de appellat. & Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & innouat. appellat. penden. limit. 2. ſub num. 24. & 25 fol. 361.*

8 Contra hanc tertiam exemplificationem declarando, & impugnando Rot. *in d. deciſ. 31. latè ſcribit Dec. conſ. 33. ſub nu 4. & ſeqq.* quem refert, & ſequitur aliaſque adducit auctoritates Lancell. *dicta limit. 2. num. 28. fol. 361.*

Præterea eſto, quod in caſu, de quo loquitur Rot. *dict. deciſ. 31.* ſit ſuſpenſa iuriſdictio in tota cauſa, tamen id nõ euenit eo, quia adſit connexitas in illo caſu, ſed eo, quia interceſſit inhibitio, vt conſiderat Lancell. *d. limit 2. ſub nu. 28. ibi, quod ſi ab ea,* quare, ſublata inhibitione, illa deciſio non procederet.

Vlterius, vt conſiderat Lancell. *d. limit. 2. ſub num* 28. in caſu, de quo num. ſeq. appellatio, quæ interponitur à remiſſione cauſæ, interponitur occaſione cauſæ, quæ pendebat coram ſecundo iudice appellationis, & tamen non ſuſpendit cauſam principalem.

9 Exemplifica quarto in caſu, quo appellatur ab aliquo grauamine ante diffinitiuam, & committitur cauſa appellationis, & iudex, cui eſt commiſſa, inhibet iudici à quo, & deinde, ſeruatis ſeruandis, pronuntiat, bene proceſſum per iudicem à quo, & male per partem appellatum, & ideò cauſam remittit eidem iudici, à qua cauſæ remiſſione pars iterum appellat, & cauſa appellationis ab hac cauſæ remiſſione iterum alteri iudici committitur, qui iudici primo, à quo fuit primum appellatum, non inhibet, & ideò ille primus iudex, non obſtante appellatione interpoſita à remiſſione culpæ, procedit in negotio principali, quia iſto caſu & ſi proceſſus ſit validus, *vt ſcribit Rot. deciſ. 1. alias 138. ſi appelletur, de offic. deleg. in nou. & deciſ. 65. alias 461. ſi appelletur, de appel. in nou. quas refert, & ſequitur Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. limit. 2. princ. ſub n. 28. folio 361. & limit. 29. nu. 1. fol. 373.* tamen validitas proceſſus pendet à futuro euentu, quia ſi vltimus iudex appellationis pronuntiabit, bene appellatum, & male iudicatum, reuocabitur totus proceſſus primi iudicis, factus poſt appellationem, *vt dixi Rot. d. deciſ. 65. verſus finem, & latius ſcripſi n. ſeqq. decl. 2.* quæ reuocatio, & annullatio proceſſus non haberet locum, niſi eſſemus in connexis, *per ea, quæ dixi dicto n. ſeqq. declar. 2.* & quod Rot. *d. deciſ. 65.* habeat locum connexis, ſentit Lancell. *d. limit. 2. nu. 40. fol. 362.*

10 Declara primo nunc, connexitatem hanc, quæ operatur ſuſpenſionem totius cauſæ, tripliciter conſiderari.

Primo, quando cauſa principalis eſt ita connexa articulo, vt non poſſit determinari ſine illo articulo, vt eſt caſus *in dict. cap. ſuper eo, & ibi Ant. de Butr. num. 1. Abb. numero ſecundo, & Franch. in principio, & numero primo de appellat.*

Secundo, quando articulus, ſeu exceptio, ſuper qua iudex interloquitur, eſt præiudicialis, quia de exceptionibus præiudicialibus prius eſt cognoſcendum, & definiendum, quam de ipſa cauſa principali, *Franch. in c. ſuper eo, ſub n. 1. verſ. in gl. de appell.*

Tertio quando ſententia, lata in vno, parit exceptionem rei iudicatæ etiam in alio, *Lancell. eadem limit. 2. nu. 27. in fine, verſ. ſed quia, & num. 28. fol. 361.* exceptio enim proceſſus pendentis non obſtat iuriſdictioni, niſi vbi obſtat exceptio rei iudicatæ, *Bal. in cap. 1. verſus finem, nu. 7.*

Digitized by Google

verſic.vltimo,extra de controuerſi.feud.apud par.terminan. vbi ponit caſum:ego intuli alicui duo vulnera eodem loco, & tempore, & in ead.rixa, & accuſor de vno coram Poteſtate, & de alio coram Capitaneo; peto me remitti ad Poteſtatem, & accuſator vult me remitti ad Capitaneum,determinat Bal. remitti debere ad eum qui præuenit, ne diuerſitas iudicium perplexitatem inducat, colligendo regulam, quod exceptio perplexitatis impedit proceſſum iudicum.

Declara ſecundo, vt hæc ſuſpenſio, cauſata ex connexitate, non operetur ſimpliciter reuocationem proceſſus quoad articulos connexos, ſed conditionaliter, & ex futuro euentu, quatenus ſcilicet iuſtificetur appellatio,& ideo pronuntietur, bene appellatum, & male iudicatum, quia tunc omnia geſta reuocantur, *vt late explicat Franch.in cap.10. ſuper eo.num.8.& ſub n 9.verſ.ſed aduerte,& verſ.ſeqq.de appell.* in quibus loquitur de articulis connexis, & in his terminis Lancellot. declarat Rot.quos citaui *num. praeced.in fine*, & ſuadetur ea ratione, quia ſi articuli ſunt ſeparati, tunc licet iudex appellationis pronuntient,bene appellatum, & male iudicatum,tamen proceſſus, factus ſuper articulo ſeparato, à quo non fuit appellatum,non irritatur.

11 Infero ex his,quæ dixi *ſupra n.9. in 4.exempl. & ex hac 2.declar.* quod licet iudex appellationis, iuſtificata appellatione, reuocet interlocutoriam, à qua fuit appellatum, tamen proceſſus, factus coram iudice à quo,pendente illa appellatione, non reuocatur per vim attentati, quia iudex à quo potuit procedere, *vt ex Ant.de Butr. refert, & ſequitur Franch.in d.cap.10. ſuper eo, nu.3. verſ. in gl.in verbo terminari in fine, & latius ſub n.8.ſeu 9.verſ.nec obſtat quod iuſtificata,*

Confirmatur hæc illatio, quia ſi ſecundus iudex appellationis in caſu,quem retuli *ſupra num.9.in 4.exempl.*pronuntiauerit, bene appellatum, tunc reuocatur,quod fecit iudex à quo, *vt dixi n. praeced.decl.2.* ſecus autem ſi pronuntiauerit, bene iudicatum, quia tunc ſtabit proceſſus iudicis à quo, qui non impeditur per malam appellationem,nec appellatio ante diffinitiuam habet impedire,vel ſuſpendere iuriſdictionem iudicis; ſecus eſt in appellatione à diffinitiua, *Rot.deciſ.65.alias 461. ſi appelletur,de appell.in nou.* ergo cum reuocatio, & annullatio proceſſus pendeat à futura ſententia iudicis appellationis, ille proceſſus non dicitur attentatus, quia ſi eſſet attentatus,reuocaretur in primis, & ante omnia priuſquam iudex appellationis procederet in cauſa appellationis, *vt ſcripſi ſupra quaeſt.3.n.47.&* 48. at reuocatur poſt iuſtificatam cauſam appellationis,quia eius iuriſdictio non erat ſuſpēſa; & conſequenter non dicitur attentatus, per ea quæ ſcripſi *memb.praecedenti,num.*28.

Nec obſtat quod Lancell,*tract.de attent.par.2. cap.12, limit.2.princip.n.39.fol.362.* referat, & ſequatur ex Alex. quod reuocantur tanquam attentata.

Quia reſp. quod contrarium eſt verum, vt patet ex adductis *nu. praeced.* vltra quod Lancell.in hoc loquitur parum accurate,& Alexan.quem citat, non loquitur de attentatis.

Limita primo hanc illationem, vt, dum dicimus quod proceſſus non reuocatur tanquam attentatus, non procedat, quando iudex appellationis inhibuiſſet, quia tunc iudex à quo non poſſet procedere, *per ea, quæ dixi infra, num.*27.

Limita ſecundo, quando iudex à quo detuliſſet appellationi, & iudex appellationis cauſam ei non remitteret, quia tunc iudex à quo non poſſet procedere, *per ea, quæ ſcripſi memb. ſeq.in fine, & adde quæ ſcripſi infra nu.29.* & hæc de primo caſu,poſito *ſupra n.1.*

12 Secundus caſus eſt; quando interlocutoria, ſeu articulus interlocutoria deciſus non habet connexitatem cum cauſa principali; & iſto caſu concludo, quod appellatio ab illo articulo non ſuſpendit iuriſdictionem in tota cauſa,ſed ſolum in illo articulo, *Ant.de Butr.in cap.10. ſuper eo,num.1.& 2.quem refert, & ſequitur ibidem Franch. ſub num.3. & vberius ſub num.8. verſ.ſed aduerte quia, de appell.Dec.conſ.33. viſo puncto,ſub num.4. in ſecundo praeſuppoſito,ibi,ſecus ſi articulus,& Lancell.tract.de attent.par.2. cap.12.de attent.& innou.appell.pend limit.2.n 13.& ſeq. fol.*361. Et quod communis * concluſio videatur eſſe, *
quod;ſi appelletur in vno articulo ſeparato à cauſa principali,non ſuſpendatur in totum iuriſdictio in cauſa principali, ſcribit Dec.*in cap.51. bona memoria.n.35.ibi, nunquid ſi appellatur,& ſub n.36.de appell.*

13 Confirmatur primo hæc concluſio, quia quando ſunt diſtinctæ, & diuerſæ cauſæ, tunc licet ſit appellatum ab vna, tamen non retardatur proceſſus in alia, *Rot.deciſ.31. alias 193. ſi ab excommunicatione, in fine,de appell.in nou. et latius Lancell.vbi ſupra,*& quod appellatio non ſuſpendat iuriſdictionem iudicis à quo, niſi in illa cauſa, in qua fuit appellatum,& non in alijs,ſcribit Franch.*in c.22.praeterea, not.2.n.1.et cap.24.propoſuit,not.1.de appell.*Nam ſi appellatur ab vno articulo ſeparato à cauſa principali, non propterea cenſetur appellatum à tota cauſa, nec ſuſpenditur iuriſdictio in tota cauſa, *Pariſ.conſ.66.videtur,n.6 in fine lib.2.*

Confirmatur ſecundo, quia arbiter, pronuntiando ſuper vna cauſa, ſeu ſuper vno articulo, non perdit iuriſdictionem in alia cauſa, ſeu in alio articulo, *Ædig.Bellam. conſ.18. quem refert, et ſequitur Lancell.d.lim.2.n.16.in fine,et 17.tom.5.ſ.361.*

14 Contra concluſionem huius ſecundi caſus, quod enim iudex à quo non poſſit procedere, etiam ſi cauſa principalis poſſit expediri ſine articulo appellationis, ſentit Gloſ.*in d.c.10.ſuper eo,in verbo terminari, in fine,de appell.* multa etiam cōtra eandem concluſionem adducit, & firmat Abb.*eod.c.ſuper eo,num.4.et ſeqq.verſ. his autem praemiſſis,et nu.9.in fine, verſ.ex quibus omnibus,* dicens, quod ſiue articulus, in quo fuit appellatum, ſit connexus cauſæ principali,ſiue non, nunquam poteſt iudex procedere ad vlteriora, quia, vt dicit *d.num* 9. appellatio ab interlocutoria, ſi eſt legitima, ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo reſpectu totius cauſæ, ſiue cauſa principalis ſit connexa articulo appellationis, ſiue non, & in hanc opinionem contra concluſionem videtur fuiſſe Franch. *in cap. 1.ſub num.4.et in capit.51.bonę memoriæ, num.30. et 31. verſ. prima quod licet,de appell.* quem citaui *ſuper q.2.nu.*37.dum ſcribit ſimpliciter,quod appellatio iudicialis etiā in vno articulo ſuſpendit iuriſdictionem iudicis quoad totam cauſam,nec conſiderat, an articulus ſit connexus, vel non.

Non recedas in puncto iuris à concluſione,quia Gloſſæ,& Abb.citatis in contrarium bene reſpondet Franch. *in d.c.ſuper eo, ſub nu.9.verſ.ſed aduerte,* quem ibidem refert, & ſequitur Dec.*conſ.33.a nobis citatus ſup.n.12.verſ. ſecundus caſus,* licet idem Dec.*in d.c. bona memoria,*ſimiliter à bonis citatus, *in d.verſ. ſecundus caſus,* reprobet eundem Franch.aliter ibidem loquentem.

Praxis tamen ſeruat contrarium, & ratio huius praxis eſt duplex.

Prima ratio eſt,quia,cum relinquatur arbitrio iudicis, quę dicantur connexa,*vt retuli,et ſequutus ſum lib.praeced. cap.11.num.*376. expedit appellato, vt non proſequatur cauſam coram iudice à quo, quia de facili iudex appellationis inclinabit pro connexitate articulorum, vt aquam trahat molendinum, ſicque annullabit totum proceſſum.

Secunda ratio eſt,quia is,qui appellauit ab aliquo grauamine, poteſt iudicem,procedentem in negotio principali, allegare ſuſpectum, quamuis interlocutoria ſit ſeparata

Digitized by Google

parata à negotio principali, vt ſcripſi, ſed non ſequor *memb. ſeq. n. 4.*

15 Retenta tamen concluſione, quæ vt dixi, eſt verior in puncto iuris.

Extende eam, vt præcipuè procedat in appellatione extraiudiciali, quia appellatio extraiudicialis ſuſpendit ſolum ea, quæ geruntur poſt appellationem, & contra ipſam appellationem, alia vero, quę non ſunt contra ipſam appellationem, non ſuſpendit, quia appellatio extraiudicialis non ſuſpendit facultatem competentem ipſi parti in alijs: ſatis enim eſt, quod defendat appellantem, ne opprimatur in eo, à quo appellauit; quare attentata poſt appellationem extraiudicialem, ſed non contra ipſam appellationem, non dicuntur grauare ipſum appellantem, ex quo non ſunt contra eius appellantionem, *Franch. in cap. 1. ſub num. 4. verſ. vltimo tenementi, et clare, ac fuſius in cap. 51. bonæ memoriæ, n. 29. verſicul. decimo tertio dubitatur, & nu. 31. de appell.* & adde quæ ſcripſi *ſupra q. 2. n. 36.*

16 Exemplifica primo eandem concluſionem in condemnatione expenſarum ratione contumaciæ, à qua condemnatione ſi condemnatus appellet, appellatio non impendit proceſſum in cauſa principali, *Ant. de Butr. in d. cap. ſuper eo, ſub n. 3. in quarto exemplo, Abb. ſub num. 3. & Franch. ſub numer. 2. verſ. ſed ſunt aliquæ, de appell. Dec. in cap. 51. bonæ memoriæ, numer. 36. ibi, vnde ſi appellatur à condemnatione expenſarum, de appell. & conſ. 33. viſo puncto, ſub num. 4. in 2. præſuppoſito, & Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 2. nu. 8. fol. 360.*

17 Exemplifica ſecundo in exceptione, quæ concernit executionem, qualis eſt exceptio, modificans executionem, quæ exceptio competit certis perſonis, ne poſſint conueniri, niſi in quantum facere poſſunt, quia appellatio interpoſita ab interlocutoria, lata ſuper iſta exceptione, non impedit exceptionem cauſæ principalis, *Ant. de Butr. d. cap. ſuper eo, ſub num. 3. ibi, de exceptionibus autem, Franch. ſub num. 2. & Lancell. d. limit. 2. num. 6. fol.* 360. & de hac exceptione loquutus ſum *lib. præced. cap. 7. num. ...*

18 Exemplifica tertio, quando vxor obtinuit ſententiam pro validitate matrimonij contra maritum, & maritus appellat, quia nihilominus poteſt, appellatione pendente, procedi ad inſtantiam mulieris ſuper præſtatione alimentorum, quæ vxor peteret, quia hoc non eſt de proceſſu cauſæ, *Affl. deciſ. 152 fuit dubitatum, num. ſecundo, in fine*, & de hoc caſu ſcripſi *ſupra limit. 7. princip. num. 3. & ſub n. 4. verſic. quartus caſus.*

19 Exemplifica quarto in exceptione compenſationis, vt ſi petenti debitum opponatur exceptio compenſationis, & ea non admittatur, & ideò reus appellet, & nihilominus appellatus petat, procedi ſuper negotio principali, quia poterit procedi, *Ant. de Butr. d. c. ſuper eo, ſub n. 3. & Abb. ſimiliter, n. 3. in fine, & Franch. ſub n. 9. verſ. quartus & vltimus.*

20 Exemplifica quinto, ſi appelletur, quod Titius non recipiatur in teſtem, quia eſt crimino ſus; nam hæc appellatio nihil obſtat, quin alij teſtes recipi poſſint, & in cauſa principali procedatur, cum articulus appellationis videatur ſeparatus à cauſa principali, ideò cauſa principalis non intelligitur ſuſpenſa, *Dec. in c. 51. bonæ memoriæ ſub n. 34. de appell.*

21 Exemplifica ſexto in appellatione, & litis pendentia in poſſeſſorio, quia non ſuſpendit, neque impedit executionem in petitorio, nec è conuerſo, cum hæc ſint omnino diuiſa, *Lancell. d. limit. 2. numero 18. ibi, pariter etiam, & numero ſeqq. fol. 361. & clarius, & apertius capit. 4. de attent. lite pend. limitat. 2. principali, num. 8. & ſeq. fol. 325.* vbi ſcribit, quod ſi inter aliquos ſit lis ſuper poſſeſſione beneficij, & ordinarius per mortem collitigantis, aut alias illud beneficium conferat, collatio non dicitur attentata, & ſic ordinarius non dicitur attẽtare, quia collatio beneficij reſpicit ius, & proprietatem beneficij, de qua non eſt lis, ſed eſt lis ſuper poſſeſſione, in qua ordinarius nihil innouat.

22 Declara iſtam exemplificationem, vt non procedat, quando ius poſſeſſionis poſſet excludi incontinenti per probationes de dominio receptas in petitorio, quia tunc appellatio in petitorio impediret executionem in poſſeſſorio, vt puta, tu obtinuiſti ſententiam in petitorio, à qua ego appello, & in appellatione doceo de meo dominio; interim tu obtines aliam ſententiam in poſſeſſorio, à qua ego non appello, tu vis huius ſententiæ executionem, dico quod appallatio interpoſita ſuper petitorio impedit executionem ſuper poſſeſſorio, & ſic appellatio operatur effectum ſuum in cauſa ſeparata; quia exceptio dominij poteſt incontinenti probari, cum ſit probata in petitorio, *Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 12. lim. 2. principali in fine, n. 41. & 42. fol. 362.*

23 Infero, quod vbi ſententia continet plura capita ſeparata, ſi appelletur ab vno, in reliquis ſententia tranſibit in rẽ iudicatã, & mittetur executioni quia tot capita: tot ſententiæ in ſeparatis, vt conſuluit Pariſ. *conſ. 66. videtur, n. 3. & ſeqq. verſ. iſtis tamen non obſtantibus, lib. 1.* licet enim ea omnia capita ſint diſſinitiua vnica ſcriptura, & vnico contextu prolationis ſententiæ, tamen tot ſunt ſententiæ, quot ſunt capitula, *Pariſ. d. conſ. 66. n. 4.* vide etiam, quæ ſcripſi *ſupra quæſt. 4. n. 23. & 24.*

24 Subinfero primo, quod appellari debet ab omnibus capitibus ſententiæ, ſi volumus totam ſententiam ſuſpendere, aut ſaltem à ſententia ſimpliciter, *Pariſ. d. conſ. 66. n. 5. & 9.*

25 Subinfero ſecundo, quod fatalium tempus, quod non currit, pendende cauſa attentatorum, iuxta ea, quæ ſcripſi *ſupra quaſt. 15. n. 65. & ſeqq.* curret in cauſa, ſeu articulo ſeparato, ad quem non extenditur appellatio, quare ſi vnus in eadem ſententia fuerit pluribus condemnatus ex diuerſis cauſis, & in appellatione ſit ea aduerſarijs vnius nomen expreſſum, talis appellatio quoad non nominatum non impedit, quo minus circa vitium attentati poſſit fieri executio, ea potiſſimum ratione, quia appellatio eſt in vna cauſa, executio autem eſt in alia, *vt refert & ſequitur Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 12. de attent. et innou. appell. pend. limit. 2. n. 20. et ſeqq. fol. 361.*

26 Subinfero tertio, quod etiam inter eaſdem perſonas, ſi ſententia contineat capitula ſeparata, non committuntur attentata, niſi reſpectu illius capituli, ſeu ſummæ, a qua fuit appellatum, *Lancell. d. limit. 2. ſub numero 17. fol.* 361. Quare ſi inter partes litigetur ſuper diuerſis prætenſionibus, videlicet ſuper diuerſis pecuniarum ſummis, ſuper quibuſdam iocalibus, & ſuper quibuſdam expenſis, & tam ſummæ pecuniarum, quam iocalia, quam etiam expenſæ fuiſſent diſtinctæ, & ſeparatim in ſingulis quantitatibus in ſententia taxatæ, & pro eis relaxatum mandatum exequutiuum, & à dicta ſententia fuerit appellatum ſub iſta forma, (appello ab exceſſiua taxatione iocalium, ſiue bonorum, & exceſſiua etiam expenſarum taxatione) & commiſſa appellationis cauſa, illius vigore emanauerit inhibitio, & poſt inhibitionem vigore dicti mandati fuiſſet facta exequutio pro ſummis dictarum pecuniarium, non dicitur attentatum, quia appellatio dicitur interpoſita reſpectu iocalium, & expenſarum, non autem reſpectu pecuniarium, Rota, quam refert, & ſequitur Lancell. *d. limitat. 2. ſub numero 22. fol. 361.*

Separatas alias quaſdam cauſas, quæ poſſent videri connexæ, & ideo haberent difficultatem, ponit in materia attentatorum, *Lancell. d. tract. de attent. p. 2. c. 20. de at-*

tent. poſt inhibit. limit. 5. princ. ſub numer. 2. & ſeqq. tom. 5. fol. 414.

27 Limita primo nunc concluſionem huius ſecundi caſus, vt non procedat, quando vltra appellationẽ interpoſitam ſuper articulo ſeparato iudex ad quem inhibuiſſet in tota cauſa, quia tunc illa inhibitio ſuſpendere iuriſdictionem in tota cauſa, & ſic etiam quoad alium articulũ ſeparatum, ideoque proceſſus poſt eiuſmodi inhibitionẽ factus eſſet ipſo iure nullus, *Alex. conſ. 89. diligenter, ſub n. 9. verſ. quantum vero, lib. 1. & videtur de mente Rotæ deciſ. 1. alios 138. ſi appelletur, de offic. delegat. & deciſ. 65. alias 461. ſi appelletur, de appell. in nou.* quæ in caſu, quem retuli *ſupra n. 9.* ſcribit indiſtinctè, quod proceſſus valet dummodo vltimus iudex appellatinnis non inhibuerit, quas deciſiones Rotæ refert, & ſequitur Lancell. *tr. de attent. par. 2. c. 12. limit. 29. n. 2. fol. 373.*

Contra iſtam limitationem tenent Franch. *in cap. ex. ſuper eo, colum. 2. verſ. ſecundus caſus, nu. 5. de appell. quem refert, & ſequitur Lancellot. tract. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 2. princip. num. 35. fol. 361.* motus ea ratione, quia iudex ad quem non poteſt inhibere, niſi conſtet, negotium ad eum eſſe deuolutum, ſed per appellationem ab vno articulo ſeparato non deuoluitur negotium principale, neq; alius articulus ſeparatus: ergo iudex ad quem non poteſt inhibere, & inhibendo, non dicitur canonice inhibere, & conſequenter inhibitio non canonice facta nullum operatur effectum quoad cauſam principalem, ſed ſolum quoad articulum: in quo fuit appellatum.

Non obſtat Rot. ex aduerſo citata, quia reſpondeo, quod habebit locum in articulis connexis, *vt ex mente Franchi innuit Lancellot. dict. capit. 12. limit. 2. princ. num. 40. fol. 362.*

28 Retenta tamen, ſi placet, limitatione.

Declara eam, vt ſit vera, quando euidenter conſtat, quod inhibitio eſt facta ſuper tota cauſa, & ideò comprehendit etiam alios articulos, & perſonas ſeparatas, in quibus non eſt appellatum, *per ea, quæ ſcribunt Dec. conſil. 33. viſo puncto, in fine, ibi, quia etiam adhuc, & Lancell. tr. de attent. part. 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. penden. limit. 2. num. 35. in fine, & 36. folio* 361. ſecus ſi ſit dubium, an ſit inhibitum etiam quo ad alios articulos ſeparatos, Lancell. *vbi ſupra.*

Verum huic declarationi obſtat ratio adducta num. præced. contra limitationem verſ. contra.

29 Limita ſecundo, quando iudex detuliſſet; ſed de hac limitatione vide ſupra *limit. 6. princip. memb. 7. numer. 99. verſic. extende vndecimo, & ſupra hac eadem limit. quadrageſimaſeptima, membr. præcedenti num. 41. verſ. reſtringe quinto.*

30 Limita tertio, vt non procedat in appellatione interpoſita a ſententia delegati, quia illa interpoſita in vna cauſa ſuſpendit iuriſdictionem etiam in alijs cauſis, Rot. *deciſ. decimaquinto, olim 163. nota quod vbi, de appellat. in antiq.*

Contra eandem limitationem, & in ſpecie contra Rotæ deciſionem tenent Franch. *in capit. 6. adhæc, numer. 2. verſic. vltimo nota, de appell. & Gemin. in cap. 3. Romana, §. cum vero, eod. titul. in 6.* quos citat & ſequitur Lancell. *tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 2. princip. num. 32. & 33. tom. 5. fol. 361.*

XLVII. LIMIT. MEMB. III.

SVMMARIA.

INTERLOCVTORIAE grauamine iuſtificato coram iudice appellationis, qui propterea pronuntiet, bene appellatum, tota cauſa remanet cognoſcenda coram eodem iudice appellationis, num. 1. & ſeqq. in quibus infertur, iudicem, qui grauauit in vna cauſa, poſſe allegari ſuſpectum in alijs. — Non tamen poteſt allegari ſuſpectus ob ſolam appellationis pendentiam, numer. 4. — Iudex appellationis cognoſcit totam cauſam, ſiue ſit ordinarius, numero 5. — Siue ſit delegatus, nu. 6. & ſeqq. — Et nunquid iudex appellationis poſſit, omiſſo articulo appellationis de conſenſu appellan., cognoſcere negotium principale, num. 9. & ſeqq. — Iudex appellationis, quando non cognoſcat negotium principale etiam quod pronuntiet, bene appellatum, num. 14. & ſeqq.

Interlocutoria grauamine non iuſtificato coram iudice appellationis, qui propterea pronuntiet, male appellatum, cauſa redit ad iudicem à quo, num. 19. & ſeqq. in quibus reſtringitur multiplicetur.

1 TErtium membrum (poſt terminatam cauſam appellationis ab interlocutoria coram iudice ad quem quis iudex debeat procedere in cauſa principali, an iudex à quo, vel ipſe iudex ad quem) diuido in duo caſus principales.

Primus caſus eſt; *quando iudex ad quem pronuntiat, bene fuiſſe appellatum, & male iudicatum.*

Secundus caſus eſt: *quando pronuntiat, male appellatum, & bene iudicatum.*

In primo caſu, quando pronuntiat, bene appellatum; concludo quod cauſa remanet cognoſcenda coram ipſo iudice appellationis, quia tunc eam non remittit iudici à quo. *Cyn. in l. per hanc, quæ eſt vltima quæſt. 7. ſub num. 11. ibi, ſi autem pronuntiet, & in fine dicta l. quæſt. 8. ſub numer. 12. ibi, nam ſi iudex appellationis, Cod. de tempor. & reparat. appellat. fol. 472. Bart. in l. 4. eius, qui quæſt. 6. num. 10. ff. de appell. recip. Franch. in c. 35. accepto, ſub num. 1. de appellat. Stephan. tract. de ſignat. litera iuſtit. clauſula & cum negotio principali &c. ſub numer. 2. fol. 327. in parui*, & de hoc eſt textus expreſſus in iure canonico *in capit. 59. vt debitus, verſus finem, & ibi Gloſ. in verbo, alioquin. Abb. num. 8. Card. Alex. num. 12. Dec. numer. 21. not. 8. de appell.* Et quod iuſtificata appellatione per appellantem, cauſa principalis non poſſit remitti ad iudicem à quo, inuito appellante, ſcribit Franch. *d. cap. vt debitus, nu. 46. verſic. ſecundo quæritur.*

2 Ratio huius concluſionis eſt, quia iudex, qui ſemel grauauit, redditur ſuſpectus parti, quam grauauit, *Franch. vbi ſupra vtrobique, & Dec. d. c. vt debitus, nu. 21. not. 8. & ſub num. 70.* Nam iudex, qui ſemel grauauit, eſt ſuſpectus de iteratione grauaminis, *Contar. in leg. vnica, oppoſition. tertia, numero ſeptimo, verſus finem, Cod. ſi de momentan. poſſeſſ.* Pro qua ſuſpicione Cardin. Alexand. *in capit. 24. propoſuit, not. 2. ſub numer. 10. de appell.* adducit hos duos verſus.

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus æra cibis ſemper ineſſe putat.

3 Infero ex hac ratione, quod, cum iudex, qui grauauit, reddatur ſuſpectus, poterit allegari ſuſpectus etiam in alijs cauſis omninò ſeparatis per ea, quæ ſcribit Franch. *in cap. 24. propoſuit, ſub numer. 4. de appellat.* dicens, quod, probato grauamine iudicis, habet locum recuſatio, & ſola appellatio non cauſat ſuſpicionem, niſi conſtet, iudicem grauamen intuliſſe, ſeu iudex grauamen fateatur, aut de eo notorie conſtet, & rurſus *in capit. 36. poſtremo; ſub numer. 20. verſic. vigeſimoſeptimo, quando à iudice, eod. tit. de appell.* dicens, quod ſi iudex grauauit, tunc eſt ſuſpectus tam in illa cauſa, in qua grauauit, quam in qualibet alia.

Amplia primo hanc illationem, vt maximè procedat in grauamine torturæ, quia, ſi quis fuerit iniuſte tortus, illa iniuſta tortura adeò operatur exemptionem à iuriſdictione torquentis, vt ipſe tortus vna cum tota ipſius domo poſſit declinare iuriſdictionem illius iudicis,

&

& totius familiæ tam in cauſis criminalibus, quam in cauſis ciuilibus, Ang. Arct. in l. 2. num. 4. ff. de appell. recip.

4 Amplia ſecundo, vt ex ſola appellationis interpoſitione in cauſa, ſeu articulo, grauamine etiam non probato, poſſit recuſari vti ſuſpectus in alijs cauſis, quia aliqualis iniuria videtur inferri iudici, a quo appellatur, vt conſiderat Franch. in cap 6. ad hæc, ſub numer. 3. verſic. ſed Imola, de appell. & multi prouocantur ad indignationem contra appellantem, vt conſiderat idem Franch. in cap. 24. propoſuit, ſub num. 4. & multi iudices damnati & corrupti, odio proſequuntur appellantes, vt ſcribit Rebuff. tract. de appell. in præfat. ſub n. 35. verſ. ratio, tom. 3. fol. 478. & Barones carcerant appellantes ad ſuperiores, vt notat Capic. quem retuli ſupra, q 8. n. 114. & aliqui iudices adeo indignantur, vt pars grauata timeat appellare vt ſcripſi ſupra, q. 6. n. 8. & ſeqq. vnde propter talem indignationem poſſe dubitari, ne iudex vellet ſe vleiſci, vt conſiderat Franch. in d. c. propoſuit, ſub n. 4. & conſequenter debet poſſe recuſari, vti ſpectus.

Contrariam opinionem, nempe quod ſola appellationis pendentia non ſufficiat, niſi conſtet, iudicem grauamen intuliſſet, tenet Ioan. Andr. in d. c. 6. ad hoc, quem ibidem refert, & ſequitur in effectu Franch. ſub n. 3. & in d. c. propoſuit, ſub n. 4. & quod Doctores tranſeant communiter * cum hanc contraria opinione Ioannis Andreæ ſcribit in d. c. ad hæc, ſub n. 3. & quod appellans non poſſit habere ſuſpectum iudicem, a quo temere appellauit, ſcribunt Gloſſ. in c. 59. vt debitus, in verbo, rationabiliter, Abb. ſub n. 32. in fin. et Card. Alex. n. 25. verſ. gloſ. in verbo rationabiliter, de appell. quia, vt dicit Abb. vbi ſupra, iudex diſcretus non prouocatur ex appellatione, & hæc opinio eſt vera, & ſeruatur, l. vnic. ff. apud eum, a quo, etc. vbi Ang. Aret. notat, quod ſententia etiam iniurioſa non eximit a iuriſdictione in alijs cauſis.

5 Extende primo nunc, concluſionem huius primi caſus eſſe veram in iudice ordinario appellationis, in quo loquitur textus in d. c. 59. vt debitus, de appell. Staph. d. clauſula, et cum negotio principali etc. n. 2. in fin. fol. 327. & ſentiunt apertè omnes infra citati Doct. & de hoc non dubitatur.

6 Extende ſecundo, vt habeat locum etiam in iudice delegato, quia, ſi ei ſit delegata cauſa appellationis ab interlocutoria, & pronuntiet, bene appellatum, remanet iudex in tota cauſa, Innoc. in d. c. vt debitus, n. 5. in verbo, alioquin. de appell. hancque opin. relatis prius contraria opinione Vincentij, & diſtinctione Ioannis Andr. vti communem, & veriorem referunt, & ſequuntur ibidem Abb. num. 34. verſ. ſed quæritur, & Dec. ſub numer. 69. verſ. non tamen, et num. 70. & eſſe communem, * licet de iure non videatur vera, teſtatur Card. Alex. ſub num. 29. verſ. ſed quid in delegato, ibi imò, hic dicit, & in iſta extenſione videtur reſidere etiam Franch. in d. cap. vt debitus, n 49. verſic. ſed dubitatur, & quod iſta opinio ſeruaretur in practica teſtatur Imol. relatus à Franch. vbi ſupra.

7 Comprobatur hæc extenſio, quia archiepiſcopus habet limitatam iuriſdictionem in cauſis ſubditorum ſui ſuffraganei, Card. Alex. ſub d. n. 29. et ſcripſi infra quæſtion. 19. remed. 1. concl. 6. n. 85. & tamen is, ſi fuerit bene appellatum, poteſt cognoſcere etiam de cauſa principali, Card. Alex. vbi ſupra: Ergo non ſtat fundamentum ſequentis contrariæ opinionis.

8 Ratio huius extenſionis eſt, quia licet cauſa principalis dicatur cauſa principalis, tamen, quando iudex appellationis pronuntiat, male iudicatum, cauſa non remittitur iudici a quo, quia expedit, vt remaneat coram iudice appellationis, qui cœpit guſtare de cauſa, & habet acta, & ne cauſæ continentia diuidatur; qua conſideratione attenta, illa cauſa principalis fungitur officio acceſſorij, ex quo debet ſequi cauſam appellationis ab interlocutoria, vt conſiderant Abb. d. c. vt debitus, ſub n. 34. et latius Dec. ſub n. 69. et ſeqq.

Contra iſtam extenſionem renuerunt illi, quos citant Abb. Franch. Card. & Dec. ſupra allegati, & illis addo Staph. tract. de liter. iuſtit. in clauſula. et cum negotio principali, etc. n. 3. f. 327. in paruis.

Confirmatur hæc contraria opinio, quia alias ſtylus ſuperfluè adderet in pede commiſſionis illam clauſulam, quæ communiter apponi ſolet in commiſſionibus appellatinnis ab interlocutoria; videlicet, vna cum toto negotio principali; ſicut conſiderat Staph. in loco ſupra proximè citato, dicens, hanc clauſulam habere effectum in caſu legitimæ appellationis, quia alias ſine iſta clauſula delegatus, quamuis pronuntiaret, bene eſſe appellatum, tamen non cognoſceret negotium principale.

9 Retenta extenſione, quæ communiter tenetur, & ſeruatur, præſertim in Curia Romana, etiam quod in commiſſione non ſit oppoſita præfata clauſula.

Declara eaſdem extenſiones, conſtituendo vnam notabilem differentiam inter eas, vt in prima extenſionem ordinarius appellationum, qualis eſt Papa Legatus, & ſimilis qui poteſt adiri via querelæ, ſeu non habet iuriſdictionem limitatam, poſſit de conſenſu apppellati, omiſſo etiã articulo appellationis ab interlocutoria, cognoſcere, & procedere in cauſa, & negotio principali: Innoc. c. 59. vt debitus, numero 4. in verbo, remittat, Abb. numero 35. verſ. extra gloſ. Card. Alex. ſub numer. 28. verſic. alius etiam, de appell. Franch. in capit. 1. §. poſt hæc, ſub numer. 9. verſicul. an tamen, de appell. in 6 & hanc eſſe opin. communem * teſtantur iidem Abb. & Card. Alex. in locis ſupra proximè citatis.

Secus eſt ſecunda extenſione, quia licet appellatus conſentiat, imo appellatus, & appellans conſentiant, vt iudex delegatus, omiſſo articulo appellationis ab interlocutoria, procedat in cauſa, & negotio principali; tamen delegatus non poterit procedere in negotio principali, niſi prius cognouerit articulum grauaminis, pronuntiaueritque bene appellatum, quod idem procedit in archiepiſcopo, quem, niſi pronuntiet, bene appellatum, non poſſe procedere in negotio principali, teſtantur iidẽ Abb. d. c. vt debitus, ſub numer. 35. Card. Alex. ſub numero 28. ibi, in archiepiſcopo autem, & Dec. numer. 81. verſ. tertia concluſio, de appell. Et quod iudex delegatus poſſit de conſenſu partium cognoſcere de negotio principali, quando prius cognouerit articulum appellationis, & conſenſus partium ante determinatum articulum appellationis operetur ſolum, quando iudex appellationis poteſt adiri via querelæ, & requiratur adhuc vtriuſque partis conſenſus, ſcribit Franch. in capit. 1. §. poſt hæc ſub numero 2. not. 2. de appell. in 6. & quod ſi auditor Rotæ de conſenſu partium procederet ſuper toto negotio, non iuſtificato prius grauamine, adhuc liceret partibus redire ad iudicem a quo, refert, & ſequitur Staph. tract. de ſignat. liter. iuſt. clauſula, & cum negotio principali, ſub nu. 3. f. 327. in paruis.

Ratio huius declarationis in prima extenſione eſt, quia, quod iudex appellationis cognoſcat de iuſtitia appellationis eſt introductum ſolum in fauorem appellati, ſcilicet, vt ſi non eſt iuſta cauſa, appellans condemnetur in expenſis, & ad priorem iudicem remittatur, & quilibet poteſt renuntiare iuri, & fauori pro ſe introducto, Innoc. d. cap. vt debitus, ſub n. 4. verſicul. remittat, & Abb. ſub n. 35. nec appellans poteſt tunc conqueri, quia habet intentum; appellauit enim vt ſe eximeret a iudice, Abb. vbi ſupra, & Dec. ibidem ſub num. 74 verſus finem, ideoque ei conquerenti poſſet obijci illud; quod quæris, intus habes, Abb. vbi ſupra, Gemin. in capit. 1. § poſt hoc, ſub num. 10. verſ. ſed nunquid, ibi, appellato ergo petenti, de appell. in 6.

Et ratio eſt, quia quiſque ipſorum poteſt, inuito aduerſario, obtinere id, ad quod ipſe aduerſarius iam tendebat, *Gemin.d.n.10.in fine*, ſeu quia quis, appellando, intendit, quod tota cauſa deuoluatur ad iudicẽ appellationis, nec poteſt appellans allegare litis pendentiam coram iudice à quo, cum ipſe appellando, declinet eius iuriſdictionem, imo appellando, efficitur contumax coram iudice à quo, & contumax non poteſt allegare litiſpendentiam, ſeu præuentionem iudicij illius iudicis, coram quo eſt contumax: præterea ille, qui facto ſuo procurat conueniri coram aliquo iudice, non poteſt opponere de litiſpendẽtia coram alio iudice, *Franch.in dict.c.59.vt debitus,n.49.verſ.ſecundo quæritur,de appell.& in d.c.1.§.poſt hæc,nu.9.verſ.an tamen.de appell.in 6.*

10 Ratio eiuſdem declarationis in ſecunda extẽſione eſt, quia iudex non debet excedere limites iuriſdictionis ſibi datæ, etiam ſi partium conſenſus accederet, quia partes non poſſunt dare iuriſdictionem, quam non habent, quia *mal da, chi non ha, dice la campana di S. Pietro*, vt ſcribit Bar.*in l.15.ſi vniuerſa. C.delegat:* quẽ refert etiam Gram. *conſ.17.Andreas,n.3.verſus finem,fol.307.in conſil.ciuilib.* & propterea iudex criminalis, qui habet limitatam iuriſdictionem in cauſſis criminalibus, ſi ſententiam ferret in cauſa ciuili, ſententia eſſet nulla, etiam ſi illam ferret ex tacita, vel expreſſa partium prorogatione ſecundum magis communem opinionem quam refert, & ſequitur Creſcen. *deciſ.5.alias 167.actum fuerat,ſub num.3.& 4.de iudic.* & ex eo referunt, & ſequuntur Farinac. *in qq.crim. qu.1.num.65.*& Marcheſ.*tract.de commiſſ. part.2. de commiſſ.auocat.cauſ.cap.4.ſub num.40. fol.466.* & quod iuriſdictio iudicis maleficiorum non poſſit prorogari ad cauſas ciuiles, ſcribit etiam Tiraq. *in rubr.res inter alios acta, nu.14.verſic.cui proxime,fol.105.colum.2.* ſed ſic eſt, quod delegatus in cauſa appellationis ab interlocutoria, & ſimiliter archiepiſcopus in cauſſis appellationum ſubditorum ſui ſuffraganei habent limitatam iuriſdictionem, vt in archiepiſcopo retuli, & ſequutus ſum *ſupra nu.7.verſic. comprobatur.*

11 Et quod Metropolitanus in ſubditos ſui ſuffraganei, etiam ipſis volẽtibus, niſi ſuffraganei conſenſus accedat, nullam habeat iuriſdictionem, ſcribit Rot. quam retuli, & ſequutus ſum *infr.qu.19.concl.6.n....*& quod non ſufficiat partium conſenſus in caſu dictæ ſecundæ extẽſionis, quia agitur etiam de intereſſe iudicis à quo, ne ab eo ſine cauſa recedatur, ſcribit Dec.*in d.c.vt debitus,n.80.verſ.ſecunda concluſio,in fine,de appell.*

12 Contra iſtam declarationem tenet aperte Franch. ſibi non conſtans *in d.c.1.§.poſt hæc,not.4 ſub n.2.ibi, ſed certè etiam ſi appelletur,de appell.in 6.* dicens, quod etiam ſi appelletur ad eum, qui poteſt adiri per viam querelæ, tamẽ, inquit, non poteſt cognoſcere de cauſa principali, omiſſo articulo appellationis, niſi de conſenſu vtriuſque partis, quia alias, inquit, caſus, in quo iudex appellationis decidit interlocutoriam, non differret à caſu, in quo non decidit, cum vtroque caſu poſſet de conſenſu ſolius appellati cognoſcere de negotio principali, hancque eandem contrariam opinionem, & contra vniuerſam declarationem motiuat, & ſentire videtur Dec.*in d.c.vt debitus,ſub num.74.verſ.extra gl.& nu.77.verſ.in contrarium,* vbi contra ipſam declarationem primæ extenſionis ait, non ſufficere conſenſum appellati, ſed requiri etiam conſenſum appellantis, vt ordinarius appellationum, qui poteſt adiri etiam via querelæ, poſſit, omiſſo articulo appellationis, cognoſcere de negotio principali, quia textus *in c.1.de appell.in 6.* in quo eſt fundata declaratio, loquitur, quando accedit partium voluntas.

Tamen ego non recederem à communi opin. quod ſufficiat conſenſus appellati, vt dixi in declaratione, licet enim textus *in d.cap.1.* loquatur de conſenſu, ſeu voluntatẽ partium, tamen reſtringitur ad conſenſum appellati tantum, quia appellans non habet, de quo conqueratur, dummodo prius reuocetur grauamẽ, *Abb.d.c.vt debitus, n.36.& Franch.ſub num.49.verſ.ſecundo quæritur,ibi,concl ude ergo quod etiam inuito.*

Licet pariter Dec.*eod.cap.vt debitus,ſub num.80.verſic. ſecunda concluſio.* contra eandem declarationem primæ extenſionis tueri conetur aduerſus Abb. quod ſolus Papa ex quadam prærogatiua poſſit de voluntate partium cognoſcere ſuper negotio principali, omiſſo articulo appellationis, quia Papa poteſt etiam cauſſam auocare ab ordinario.

Tamen ego non recedo à communi opinione, quam retuli, & ſequutus ſum *ſupra numer.9. verſ.declara*, nempe quod poſſint etiam Legatus, & alij inferiores, qui poſſent adiri via querelæ.

Contra eandem declarationem, dum ſentit, quod archiepiſcopus, alijſque ſimiles iudices ordinarij appellationum, qui non poſſunt adiri via querelæ, ſed ſolum via appellationis, non poſſint cognoſcere de negotio principali, omiſſo articulo appellationis, etiam accedente cõſenſu ſolius appellati ſcribit (ſibi in hoc parum conſtans) Franch.*in c.59.vt debitus,q.5.ſub n.51.verſus finem,de appell.* dicens, quod poterit de conſenſu ſolius appellati, inuito etiam appellante, cognoſcere de cauſa principali omiſſo articulo appellationis, ex quo militant eędem rationes, adductæ *ſupra n.9.& 10.*

Contra eandem declarationem ſecundæ extenſionis, nempe, quod delegatus Papæ poſſit cognoſcere de cauſa principali, omiſſo articulo appellationis, ſicut poteſt ipſe Papa, quia in cauſa delegata repræſentat vices Papæ, refert, & ſequitur idem Franch.*d.c.vt debitus, verſus finem qu.6.nu.52.*

Non recedo à declaratione, per ea, quę retuli, & ſequutus ſum *ſup.nu.9.& 10.* & præſertim, quando iuriſdictio non eſſet prorogabilis, quo caſu concordat etiam Frãch. vt iudex appellationis non poſſit cognoſcere.

13 Subdeclara reſtringendo eandem declarationem in ſecunda parte ſupra *numer.9. verſ.ſecus*, dum dixi, quod archiepiſcopus non poteſt procedere ſuper negotio principali, omiſſo articulo appellationis, etiam accedente cõſenſu appellati, reſtringe inquam, vt non habeat locum, quando iudex a quo detulit appellationi ab interlocutoria, quia tunc archiepiſcopus, & quilibet alius iudex appellationis poſſet procedere, quia per delationem transfunditur iuriſdictio in ſuperiorem, *vt ſcribunt Abb.in ſæpe citato c.59.vt debitus, ſub n.35.ibi, ſed in alijs ſuperioribus, & Dec.nu.82.verſ tertia concluſio.de appellat.* & vide quæ ſcripſi *ſupra memb.1.nu.41.reſtr.5.*

14 Limita primo nunc eadem concluſionem, poſitam *ſupra ſub nu.1.* vt non habeat locum, quando iudex à quo eſſet mutatus, vel aliter remota eſſet ſuſpicio tempore, quo iudex appellationis pronuntiaret, fuiſſe bene appellatum, quia ipſe iudex appellationis non procederet, ſed cauſam remitteret ad tribunal à quo, quia, ceſſante cauſa, ſeu ratione ſuſpicionis, ceſſaret etiam effectus ſuſpicionis, *Dec.d.cap.vt debitus,n.21.& 22.not.8.de appell.* & ita ego vidi ſeruari.

15 Limita ſecundo, quando iudex à quo pronuntiaret, non eſſe procedendum, vel eſſe ſuperſedendum, & pars appellat, & iudex ad quem pronuntiat, eſſe procedendũ, quia poteſt remittere cauſam ad iudicem à quo, *cap.1t. ſignificauerunt,in fine,de except.* & ratio eſt, vt refert, & ſequi videtur Franch.*in capit.59. vt debitus, ſub num.46. verſ.ſecundo quæritur,de appellat.* vt grauamen reparetur per eius oppoſitum, ideò fit remiſſio; ſed Gloſſ. vlt.*in dict. cap.ſignificauerunt,* dat aliam rationem, videlicet quia voluit appellans.

16 Limita tertio, declarando eandem conclusionem,

vt

vt non procedat, quando appellatum eſſet à pronuntiatione, lata ſuper exceptione incompetentiæ, ſeu alia ad impediendum proceſſum, & iudex appellationis pronuntiaret, fuiſſe bene appellatum, quia nihilominus iudex appellationis non poteſt procedere in cauſſa principali, neque illam poteſt remittere, ſed debet ſuperſedere in cauſſa, quia cum ipſe ſuccedat in locum iudicis à quo, & pronunciet, iudicem a quo eſſe incompetentem, ipſe etiam dicitur incompetens argumento textus *in cap. 7. olim, de except. & ibi Abb. ſub numero 7.* & ſcribit limitando eandem concluſionem, Dec. *in d. cap. 59. vt debitus, num. 23. limitat. 2.*

17 Limita quarto eandem concluſionem, vt non habeat locum in Curia Lucenſi, quia ibi licet Rota pronuntiet, bene appellatum, & male iudicatum, tamen cauſſa principalis adhuc remittitur ad iudicem à quo, quia ſi remaneret in Rota, & vnus ex tribus diſcordaret, non adeſſet iudex ordinarius appellationis; quod ſi omnes eſſent concordes, eſſet res iudicata, quia ſunt tres Auditores appellationum à ſententijs Auditoris primarum cauſſarum, & ſententia illorum trium reputantur tres ſententiæ conformes.

Et licet hæc limitatio videatur dura, cum iudex, qui grauauit, ſit ſuſpectus, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 2. verſic. ratio*, & Princeps non poſſit dare iudicem ſuſpectum. *Martin. Lauden. quem citaui ſupra quæſt. præcedenti lim. 1. n. 118. verſic. contra.* Tamen, quia communis opinio eſt, quod Princeps poſſit dare iudicem ſuſpectum, *vt retuli d. n. 118. & 119. extenſ. 9.* præſertim ſi ſuſpicio ſit leuis, ideo de hac limitatione dubitandum non eſt, cum ſit limitatio introducta à Principe Lucenſi.

18 Limita quinto, vt non habeat locum in cauſſa appellationis ab excommunicatione; nam excommunicatus poteſt remitti abſoluendus ad iudicem, à quo appellauit. Et ratio eſt, quia excommunicatus appellans grauari non poteſt, imo eſt eius fauor, *Franch. in cap. 35. accepta, n. 1. in fine, lim. 2. de appell.* ſed quando excommunicatus ſit remittendus abſoluendus ad diœceſanum, qui excommunicauit, dixi *ſupra lim. 22. n. 35.* Et hæc de primo caſu poſito *ſupra ſub n. 1.*

19 In ſecundo caſu; quando iudex appellationis pronuntiat, malè eſſe appellatum, & bene iudicatum, concludo cauſſam remitti ad iudicem à quo, quia non apparet grauamen, & cauſſa in prima inſtantia debet terminari coram iudice à quo, *Cyn. in l. per hanc, quæ eſt vltima, q. 7. ſub n. 11. C. de tempo. & reparat. appell. fol. 472. Bart. in l. 40. intra vtile, in princ. ff. de minor. vigintiq. ann. & in l. 4. eius qui, q. 6. num. 10. verſic. ſi vero pronunciaretur, ff. de appell. recip. Franch. in c. 35. accepta, ſub n. 1. de appell. Dec. in c. 59. vt debitus, not. 7. n. 18. & 19. de appell. & Guid. Pap. tract. de appell. concl. 9. num. 7. fol. 57. et Couar. pract. qq. c. 9. n. 5. in fine, verſ. quibus.*

20 Extende hanc concluſionem, vt procedat etiam ſi cauſſa appellationis ſit delegata cum toto negotio principali, quia adhuc debet cauſam remittere, *Dec. d. c. vt debitus, n. 18. & 19. not. 7. & Veſtr. in prax. lib. 3. c. 9. ſub num. 11. verſ. nunquam tamen.*

Ratio eſt, quia commiſſio negotij principalis intelligitur facta quatenus bene fuerit appellatum, Dec. *vbi ſupra*, neque propterea dicetur commiſſio ſuperflua, quaſi illud ſit à iure diſpoſitum, quia reſpondeo, quod delegatus ſine illa clauſula non poſſet procedere in negotio principali, etiamſi pronuntiaret, bene fuiſſe appellatum, ſecundum Scaphil. quem retuli, ſed non ſum ſequutus *ſup. ſub num. 8. verſ. confirmatur, & Veſtr. d. lib. 3. c. 9. ſub n. 11. verſ. nunquam tamen, ibi, nec propterea dixero*, & reſcriptum, quod tollit diſputationem, non eſt ſuperfluum.

Contra hanc extenſionem adducit motiuando, & quaſi reſidendo Franch. *in dicto c. 59. vt debitus, n. 45. verſ. in gloſſ. penult. de appell.* dicens, quod princeps, committendo negotium principale, videtur adimere iuriſdictionem ab illo iudice, coram quo cauſa primo pendebat, & ideo cauſa debet remanere coram iudice delegato, etiamſi non iuſtificetur appellatio, quia alias commiſſio negotij principalis nihil operaretur, & ita ſcribendo relinquit cogitandum.

Retenta extenſione.

21 Reſtringe primo eandem concluſionem, vt non procedat, appellato nolente cauſſam remitti, cum enim appellans appellando dixerit, ſe grauatum, & adiuerit iudicem appellationis, non poteſt recuſare iudicem, quem ipſe elegit, *Bar. in d. l. eius qui, q. 6. n. 10. in fine.*

22 Subreſtringe declarando, vt poſſit procedere, quando iudex appellationis potuiſſet adiri etiam per viam querelæ, ſicque non habet iuriſdictionem limitatam, ſecus ſi habeat iuriſdictionem limitatam, vt habent delegatus, & archiepiſcopus, quia iſti, etiam accedente conſenſu partium, non poſſunt procedere in negotio principali, non iuſtificato grauamine, *per ea, quæ latè ſcripſi ſupra n. 9. & ſub n. 10. verſ. ratio eiuſdem.*

23 Reſtringe ſecundo, vt non procedat de ſtylo Curiæ Romanæ in cauſſis, quæ deferuntur de partibus, quia ſiue iudex pronuntiet, benè appellatum, ſiue pronuntiet, malè appellatum, regulariter cauſſa non remittitur iudici à quo, *teſtibus Staph. tractat. de ſignat. liter. iuſtit. clauſula, & cum negotio principali, ſub num. 3. verſic. audiui tamen, fol. 327. in paruis, Vant. tract. nullit. rubr. de nullit. ex defectu iuriſd. n. 69. 70. & 71. fol. 388. & Veſtr. in prax. lib. 3. c. 9. ſub n. 11. ibi, quamobrem vſu receptum eſt*, & vide quæ ſcripſi *ſupra lib. 1. c. 66. ſub n. 30.*

24 Ratio eſt, quia cauſſa ſemel commiſſa in Curia, inde regulariter amplius non extrahitur, *Rot. deciſ. 1. alias 38. in addit. de elect. in nou. deciſ. 48. alias 387. de reſcript. in antiq. & deciſ. 3. alias 11. fuit dubitatum, deciſ. 43. alias 321. ſi appellatus, de appellat. in nou. & Auctor practicabilium Rotæ Rom. ad finem ſecundæ partis deciſionum aduerſorum, rubr. de cauſſis, num. 1. fol. 164. & Franch. in cap. 56. vt noſtrum, nu. 12. verſic. poſtremo quæritur, de appellat. et Couar. d. cap. 9. n. 5. verſic. primum*, & retuli, & ſequutus ſum *d. cap. 66. in fine ſub n. 30.*

25 Niſi extrahatur per reſcriptum, & ex certa ſcientia Papæ, *vt ſcribunt Mohed. deciſ. 12. alias 320. in eadem cauſſa, n. 1. de ſent. & re iud. fol. 151. Couar. in loco proxime citato*, & quod cauſſa non poſſit extrahi ſine conſenſu Papæ refert, & ſequitur Put. *dec. 240. in vna Bononien. n. 2. & 3. in fine, & n. 4. lib. 2.*

26 Ratio rationis eſt multiplex. Prima, ne diuidatur continentia cauſſæ, *l. nulli, C. 10. de iud. & cap. 1. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Secũda, vt remoueatur omnis ſuſpicio; licet enim appellans non poſſit habere ſuſpectum iudicem, a quo temere appellauit, & ſola appellatio non cauſet ſuſpicionem, niſi conſtet, iudicem grauamen intuliſſe, quia iudex diſcretus non prouocatur ex appellatione, *per ea, quæ retuli ſupra n. 4. verſic. contrariam*, tamen non omnes iudices ſunt ita diſcreti, & multi prouocantur ad indignationem contra appellantem, *vt retuli ſupra ſub d. num. 4.* Tertia,
27 † quia poſtquam Papa manum appoſuit, non conuenit, vt extrahatur de Curia, *Rot. d. deciſ. 3. alias 11. fuit dubitatum, verſic. & ideo ſtylus curiæ, de appell. in nou. & Vant. d. rubr. de nullit. ex defect. iuriſd. n. 70. fol. 388.* quia propter appoſitionem manus Papæ, & auocationẽ cauſſæ a quocunque, æquum eſt, quod inferior de cætero in huiuſmodi cauſſa non ſe intromittat, *Rot. d. deciſ. 3. verſ. quibus etiam*
28 *rationibus.* Quarta, † quia non eſt locus in mundo eccleſiaſticus, vbi cauſſæ ita bene, & celeriter terminentur, ſicut in Rom. Curia, & hoc facit copia peritorum, quæ ibi eſt, & diſertiſſimus modus cauſſas audiendi, conſulendi, & decidendi, qui in ea habetur, *vt teſtatur Bellam. deciſ. 37.*

vbi

Digitized by Google

vbi appellatur , *in fine*, quem refert , & ſequitur Vant. *d.rubr.de nullit.ex defec.iuriſd.numero 71.verſic.& hic ſtylus,fol.*88.

29 Sileant ergo Petr.& Cyn.quos confutaui *ſupr. memb.1. num.74.& ſeqq.* dum arbitrantur, Curiam Romanam nõ remittere cauſſas,quia velit habere maiorem Curiam;ſeu quia reſpiciat extorſionem pecunię; taceant etiam ij, qui teſtantur,immortales eſſe lites in Rom.Curia , quorum memini *ſup.memb.1.num.*80. immortalitatem enim hanc non ſtylo, aut imperitiæ, aut negligentiæ iudicium Rom. Curiæ adſcribant , ſed potius cauſſarum grauati , litigantium abſentiæ , & nimiæ locorum diſtantiæ ; bene verum eſt , quandoq;plus æquo in Romana Curia dilatari lites,eo quia ob multiplices iuriſdictionem ſpecies ſæpe litigantes per viam inhibitionum,non grauetur,eorumq; moderationum,reaſſumptionumq;cauſſarum,& ſimilium ſe diutius torqueri,& quandoque ob multiplices cauſidicorum cauilationes, & ſubterfugia , quorum aliqui non ſolum hic in Curia , ſed etiam alijs in locis ſunt adeo rixoſi, vt nunquam quieſcant , prout de quodam procuratore recenſet Rebuff.quem citat Contar.*in l.vnica, oppoſ. 3.num.9.C.ſi de mom.poſſeſſ.* dicens , ſe vidiſſe quendam procuratorem rixoſum ſeptuageſies appellaſſe in cauſſa ſexaginta ſolidorum, & cauſſam protelaſſe vſq;ad viginti annos,& aliqui fuerunt, qui Dei timore contempto , abſentibus principalibus , per quandam quaſi colluſionem lites faciebãt immortales , dum actoris procurator litem proſequi non curabat , vt aduertit Contar. *d.oppoſ.3.numero* 10.

30 Infero ex hac ſecunda reſtrictione , ſeu illius ratione corroborando,eam, quod ſi Papa delegauerit cauſſam vni ſub nomine proprio,& iſte delegato poſtea moriatur , nihilominus ordinarius non poterit ſe intromittere de illa cauſſa , quia licet delegatio per mortem delegati ſit conſumpta , tamen ſolus Papa habet de illa cognoſcere , & diſponere , quia cauſſa , quæ ſemel intrat Curiam Rom.non exit amplius , niſi Papa remittat eam , *Franch.in capit.56.vt noſtrum,num.12.verſic. poſtremo, de appellat.*

31 Reſtringe tertio,vt non procedat,quando in commiſſione adeſt clauſula (*vna cum toto negotio principali*) vel clauſula(*quam, & quas*) quia iſtæ clauſulæ, ſi cauſſa committatur in Curia, operantur indiſtinctè hunc effectum , vt cauſſa non redeat ad iudicem a quo , ſiue fuerat appellatum in partibus:ſiue in Curia, *ſecundum ea,quæ refert , & ſequitur Menoch.tractat.de commiſſ parte 1. de commiſſ. appellat.ab interloc.cap.22 num.22.fol.347. & parte 2.de commiſſ.ſanat.nullit.cap.1.num.40.in fine , & ſeqq.fol.335. in 2.impreſſ.*

32 Reſtringe quarto,vt non procedat de ſtylo ſacri Palatij,quando Auditor Cameræ tulit ſententiam interlocutoriam,a qua appellatur,& cauſſa appellationis committitur alicui Auditori ſacri Palatij, quod cognoſcat, an ſit male appellatum, quia non propter hoc remittit ei cauſſam, ſi pronuntiat hoc ſimpliciter, tacendo omnino de remiſſione facienda , quia tunc partes impetrant , commiſſionem fieri Auditori, Rot.*deciſ.63.alias 612.dic.quod vbi auditor,de appell.in antiq & deciſ.3.alias.11.fuit dubitatum,verſus finem,de appel.innou.*

Ratio etiam huius reſtrictionis eſt , quia cauſſa ſemel facta rotalis, remanet rotalis .

33 Subreſtringe hanc reſtrictionem,vt non procedat,quãdo iudex à quo eſſet Coauditor, ſeu Cardinalis,quia tunc ad hos remittunt cauſſæ,in male appellatum , *Rot.d.deciſ. 3.in fine de appell.innou.*

35 Reſtringe quinto diſtinguendo,& declarando: Aut index à quo detulit appellationi; & tunc licet iudex ad quẽ pronuntiet, male eſſe appellatum, & bene iudicatum, tamen iudex à quo non poteſt amplius procedere , niſi iudex ad quem per expreſſam pronuntiationem cauſſam ad eum remittat , *Franch.in cap.59. vt debitus,num.47. verſ.tertio quæritur , & Card.Alex.ſub num.28.verſic.gl. in verbo alioquin.de appell.*& ita ſentire videntur textus , *in d.cap.vt debitus* , in illis verbis , *Illam ad inferiorem remittat.Gloſſ.in eod.cap.in verbo alioquin , ibi , & remittit partes*, & apertè Dec.*num.20.* dicens, quod cauſſa debet expreſſe remitti, Additionator ad Rot.*deciſ.alias 11.fuit dubitatum, in fine,ibi, aut iudex à quo detulit appellationi , de appel.innou.*Non tamen cogitur remittere , ſed poteſt remittere, ſi vult,*Franch.ſub d.num.47.& Card. Alex.ſub d.num.28.verſic.habes ſecundo.*Imò iſto caſu iudex à quo poteſt ſine alia remiſſione procedere, etiam quod ei fuerit facta inhibitio pendente appellatione , quia inhibitio erat acceſſoria appellationis,& acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, merito, deficiente appellatione , corruit inhibitio *Card. vbi ſupra, & Additon.ad Rot.vbi ſupra,& ad Rot. deciſ.1.alias 138.ſi appelletur, n.3.de offic. deleg.in nou.* ideoque poterit procedere etiam non reuocata,ſeu non aliter moderata inhibitione,quia ſatis intelligitur reuocata , cum fuerit pronuntiatum , male fuiſſe appellatum,*Franch.in d.c.59.vt debitus,ſub n.47.q.3.verſ. quid autem, verſus finem,de appell.* & multo magis diceretur remota inhibitio , quando iudex appellationis cauſſam remitteret,*Rot.deciſ.1.alias 138.ſi appelletur,in fine,de offic.deleg.innou.& deciſ.65. alias 461.ſi appelletur, verſus finem,de appell.innou.*

35 Reſtringe ſexto , quando Princeps delegaret cauſam appellationis,& ipſum negotium principale : quia propter vim illius copulæ(&)delegatus cognoſcet negotium principale,quamuis ab interlocutoria fuiſſet male appellatum.*Couar.pract.qq.c.9.ſub n.1.concl.3.*

LIMITATIO XLVIII.

SVMMARIA.

CRIMINALES cauſſę tam de conſuetudine,quam de iure municipali non recipiunt appellationem,n.1.et ſeqq.in quibus oſtenditur,quod hæc conſuetudo eſt fundata in iure naturali,& in iure communi.— Extenditur hæc limitatio multipliciter.— Primo etiam ſi reus ſit ſolum teſtibus conuictus,n.9.& ſeqq.— Secundo in reo confeſſo , n.12.— Tertio in reo confeſſo,& conuicto, n.14.& ſeqq.— Quarto in reo abſente , n. 18.— Quinta in ſententijs Reuerendiſſ.D. Gubernatoris Vrbis, eiuſq;Locatenentium, n.19.— Sexto etiam ſi pœna partim veniret applicanda fiſco,& partium parti,n.20.vbi declaratur.— Septimo in fiſco,n.21.

¶ *Sublimitatur I.eadem limitatio , vt ſtatutum non poſſit tollere appellationem , niſi ſit conditum à non recognoſcente ſuperiorem, n.22.& 23.*

Sublimitatur II.vt non procedat in reo , qui non ſit plene, et clare conuictus,n.24.

Sublimitatur III. vt ſtatutum tollat neceſſitatem deferendi appellationi,ſed non potentiam,num.25.& 27.vbi declaratur .

Sublimitatur IV.in reo,qui ſe conſtituit in carceribus,attento motu proprio Pij IV.n.28.& ſeqq.in quibus ampliatur, & declaratur .

Sublimitatur V.in cauſſis criminalibus pecuniarijs, n.34.& 35.vbi declaratur .

Sublimitatur VI.in Regno Franciæ,n.36.& 37.

1 LImita XLVIII.in cauſſis criminalibus,quia in eis de iure municipali;& conſuetudine generali fere totius orbis Chriſtiani,præſertim in dominio Imperatoris, in Hiſpania,Flandria,alijſq;locis,non conceditur appellatio *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra lib.1.c.97.n.62.63.87.93.& 95.* & maxime in cauſſis criminalibus , in quibus agitur de

pœna

pœna corporali, *vt teſtatur Couar. pract. qq. c. 23. n. 5 in fine, verſ. vſus*, & quod à iure, à ſtatuto, & à conſuetudine poſſit prohiberi appellatio in cauſſis criminalib. patet ex his, quæ ſcripſi *infra n. 9.*

Nec obſtat, quod Ang. *tract. de maleſ. in verbo præſente dicto Caio, num. 25. Franch. in rubr. ſub nu. 24. verſic. ſed tamen dubitatur, de appell. Guid. Pap. tract. de appell. num. 93. verſic. quæro ſi per ſtatutum, fol. 61. Conar. dicto cap. 23. ſub num. 5. verſic. vſus tamen, vol. 2 fol 521.* à quibus non videtur diſcedere Flam. Cartar. *tractat. de execut. ſent. capt. bann. cap. 1. ſub num. 99. & 100.* ſcribant, appellationem præſertim in criminalibus ſtatuto tolli non poſſe, eo quia appellatio reſpicit defenſionem, quæ eſt de iure naturali.

Quia reſpondeo dupliciter.

Primo reſpondeo ex his, quæ ſcripſi *q. præcedenti, lim. 1. n. 22. & ſeqq.* vbi videas.

2 Secundo reſpondeo, quod hoc ſtatutum, ſeu verius conſuetudo non deuiat à iure communi, & conſeqnenter neque à iure naturali, imo eſt fundata in iure communi, quia in cauſſis criminalibus iudex ſecundum communem conſuetudinem ideo exſequitur ſententiam intra decem dies, datos ad appellandum, quia communiter non damnatur quis ad mortem, niſi fuerit ſponte confeſſus, vel ita in facinore depræhenſus, & ita teſtibus, & argumentis conuictus, vt vix ipſe denegare audeat, *Abb. in c. 2. num. 2. & 3. verſic. nam in ciuilibus, de ſentent. & re iud.* vel ſaltem hæc limitatio eſt fundata in iure Canonico, quod reijcit appellationem rei confeſſi, *vt ſcribit Card. Alex. in cap. 61. cum ſpeciali, §. porro, num. 14. verſ. item aduertendum eſt, de appell.* Quare iudices maleficiorum, quamuis habeant hæc ſtatuta, & conſuetudinem, tamen nunquam, aut raro condemnant inquiſitum de re graui, quin habeant prius eiuſdem veram, vel fictam confeſſionem; veram autem confeſſionem quandoque habent ſpontaneam, & quandoque tormentis extortam, & perſeueratam, & licet reus ſit aliquando indicijs, & teſtibus conuictus, tamen adhuc confeſſionem ſolent tormentis extorquere, ſed in hoc male faciunt, *vt dixi ſupra lib. 1. c. 78. ſub num. 13. verſ. contraria, & cap. 97. ſub num. 180. verſ. vel ſi tortura ad effectum.* quia licet torqueant ſub ſimulato prætextu, quod intendunt ſcire complices, ſeu alia delicta, *iuxta ea, quæ latè ſcripſi d. c. 97. num. 180.* tamen vel faciunt apparere in actis de interrogatione facta ſuper delicto confeſſato, & tunc non benè faciunt, tum quia poſſent facere præiudicium fiſco, *vt ſcripſi in d. cap. 97 ſub n. 180. verſ. ſi de tortura ad effectum*, tum quia tortura non debet inferri niſi ſuper eo, in quo deficiunt probationes, vt retuli, & ſequutus ſum *d. c. 78. ſub n. 13.* vel non faciunt apparere in actis, & tunc adhuc non bene faciunt, tum quia de quo interrogant, debet apparere in actis, tum quia ſuperflue torquent, vt dixi; fictam autem confeſſionem habent, quia ſi reus ſit abſens, & citatus non compareat, reputatur pro confeſſo, ſeu pro confeſſo, & conuicto, & quandoque etiam pro vero contumace, ſecundum varias leges municipales, & generalem conſuetudinem, de quibus ſcripſi *d. c. 97. n. 29. & ſeqq. & n. 24. & 38. & c. 96. ſub n. 20.*

Sed reus propriè confeſſus, loquendo etiam de iure ciuili, non appellat, ſecundum ea, quæ latè diſtinguendo, & concordando ſcripſi ſupra *lim. 4. num. 30. & ſeqq.* minuſve appellat contumax verus, *per ea, quæ latè ſcripſi ſupra lim. 3. n. 1. & ſeqq. & ſupra q. 5. n. 86.* neque appellat fictè confeſſus, & conuictus, niſi cum diſtinctione, de qua ſupra *d. lim. 4. ſub n. 60. verſ. quid dicendum.*

Et dato, quod deficiat tam vera, quam ficta confeſſio,
3 ſed reus teſtibus ſolum conuincatur; tamen appellatio videtur ei adhuc deneganda etiam de iure communi, & de iure naturæ, quia in notorijs non admittitur appellatio, *iuxta ea, quæ ſcripſi d. lim. 4. n. 1.* ſed in cauſſis criminalibus præſertim grauibus reus nunquam poteſt condemnari,
niſi appareat, quod ſit notorius delinquens, cum requirantur probationes luce meridiana clariores, & tales, vt certiores haberi non poſſint, vt ex pluribus retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1 cap. 63. ſub num. 1. verſic. verum, & cap. 71. ſub num. 3. verſic. quid ergo, & c. 97. num. 170.* Vnde priuſquam reus condemnetur requiruntur multa. Primo, quod iudici conſtet de corpore delicti per rei euidentiam, ſi qualitas delicti euidentiam recipiat, *vt ſcripſi d. c. 71. ſub n. 3. verſic. quid ergo, & cap. 42. n. 6.* Imò debet conſtare, quod ſit ſcelere commiſſum, *iuxta ea, quæ ſcripſi eo-*
4 *dem lib. 1. c. 83. num. 3. 5. & 6.* † Secundo debet iudex in-
ueſtigare cauſſam delicti, quia delictum, ſeu maleficium
non præſumitur commiſſum ſine aliqua cauſſa, *M. Ant.*
Blanc. tract. de iudic. & tort. num. 255. fol 273. ideòque fal-
ſitas non præſumitur commiſſa ſine cauſſa, *Becc. conſ. 78.*
in cauſſa inquiſitionis, num. 27. & conſil. 102. inquiritur de
falſo, num. 25. & 26. lib. 1. quare non præſumitur commiſ-
ſa ſine cauſſa alicuius commodi, *ſecundum ea, quæ ſcribunt*
Fulgoſ. conſil. 173. in cauſſa inquiſitionis, Socc. conſil. 277. vi-
ſis, col. 1. in fine, ibi, & ſuper hac varietate, lib. 2. Mar. conſil.
77. num. 7. Crauet. conſ. 75. accuſatur, num. 13. & Rol. a Vall.
5 *conſ. 11. omiſſo multiloquio, num. 56. lib. 3.* † Et periurium
non ſolet committi ſine aliqua cauſſa, aut animo lucran-
di aliquid, aut euadendi aliquam pęnam, ſeu incommo-
6 dum, *Crauet. conſ. 65. ſorores, n. 9. in fine*, & † dolus non
præſumitur, ceſſante lucro, & maxime quando committi-
tur aduerſus perſonam non maleuolam, *Corn. conſil. 63.*
excellentiſſime, verſic. & ex quo, num. 9. lib. 3. quem refert,
& ſequitur Crauet. conſil. 6. plura videnda, num. 22. conſil.
80. Aymo, n. 13. verſ. tertio dolus, & conſ. 9. accuſatur, n.
29. verſ. quinto dolus, ideoq; ſi quis ſponte fateretur deli-
ctum, eſſet inueſtiganda cauſa, quia confeſſio de per ſe
non eſt veriſimilis, ideoq; eſſet ſuſpecta de falſitate ſcri-
pturæ, aut de fatuitate confitentis, cum quilibet ſanæ mę-
7 tis abhorreat quod vitam adimit. † Tertio debet iudex
ipſe omni ſtudio inueſtigare defenſionem rei, iuxta ea,
quæ ſcribunt Boſſ. *tract. crim. tit. de fauor. defenſ. n. 6. Rol. à*
Vall. conſ. 47. n. 9. 12. & 13. lib. 3. Cartar. tract. de exec. ſent.
capto bann. in præfat. n. 50 Quarto debet concedere plures
dilationes, quam in ciuilibus, *vt dixi lib. præced. c. 4. n. 40.*
Quinto debet vltro concedere copiam etiam non petitā.
Sexto non debet recipere renunciationem defenſionis;
quæ omnia claro nobis argumento ſunt, quod reus non
condemnatur, niſi appareant probationes, vndique illu-
ſtratæ, quæ oſtendant reum notorium, & conſequenter
hæc limitatio eſt fundata in iure communi, & in iure na-
turæ, *vt dixi*, quia natura nihil fruſtra operatur, & fruſtra
concederetur defenſio ei, cui nullam competere defenſio-
nem notoriè conſtat.

8 Nec obſtat, ſi diceres, ſtatutum, & conſuetudinem reddi ſuperflua.

Quia reſpondeo, multa ſtatuta, & conſuetudines hodie introduci ad tollendas diſputationes, & ad interpretationem iuris, quod pateretur controuerſiam, quare dicimus etiam, quod verba ſatis dicuntur operari, quando tollunt dubitationem, etiam ſi exprimant id, quod tacitè inerat, *vt refert, & ſequitur Becc. conſ. 34. in qq. æſtione in fine, ſub n. 32. lib. 1.*

9 Extende primo igitur iſtam limitationem vt procedat etiamſi ſtatutum, ſeu conſuetudo denegaret appellationem reo, ſolum teſtibus conuicto; nam quod conſuetudo in multis locis deneget appellationem reo, qui eſt ſolum teſtibus conuictus, refert Flam. Cart. *tract. de execut. ſent. capto bann. cap. 1. n. 99.* & quod criminalibus non admittatur appellatio quando eſt à iure, vel à conſuetudine prohibita, ſcribit Rebuff. *tract. de appell. art. 1. gloſſ. 2. num. 16. tom. 3. fol. 485.* & quod appellatio poſſit tolli per ſtatutum, oſtendit Alber. de Roſ. *tract. de ſtatut. p. 4. q. 53. ſed quid ſi verbis, num. 3. verſus finem, & num. 4. tom. 2. fol. 74.*

& quod

Digitized by Google

& quod poſſit tolli, & prohiberi, vide eos, quos citat, & ſequitur Breder *tract.de appell.par.1.tit.10.col.22.littera B.& ſub littera D.*

10 Confirmatur primo hæc extenſio, quia valet argumentum a reſcripto Principis ad ſtatutum, *vt dixi lib.præced. capit.1. numero 126.* ſed Principis reſcripto poteſt tolli appellatio, vt ex communi opin.retuli, & ſequutus ſum *quæſt.præced.lim.1.num.121.* Ergo poteſt tolli etiam per ſtatutum.

Confirmatur ſecundo, quia licet reus conuincatur ſolum teſtibus, tamen requiruntur probationes luce meridiana clariores, ex quibus eliciatur certa, & indubitata veritas per modum notorij, *vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra n.3.& ſeqq.*

11 Confirmatur tertio, quia lex demum, quantumuis ſit aſpera, & dura, tamen eſt ſeruanda, *l.12.proſpexit,ff.qui & à quib.manumiſſ.quod quidem per quam durum eſt; ſed ita lex ſcripta eſt.Brun.tract.de ſtatut.art.12.num.169.fol.232. Lancellot.Gal.eod.tract.in verbo, vltra, quæſt.1.num.9 fol. 328.Natt.conſ.480.conſultus,num.9.*Nam, vt inquit, Ang. relatus *in c.3.in iſtis diſt.4.In iſtis temporalibus legibus, quã quam de his homines iudicent, cum eas inſtituunt, tamen, cum fuerint inſtitutæ, & formatæ, non licebit iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas,*& vbi accuſantur leges, hęc accuſatio huc tendit, vt mutatis opus ſit legibus, non vt lis, quę inſtitutæ ſunt, non pareamus, *Cic.in Rethor.*& ſtatutum generale, quantumuis durum ſit, tamen ſeruari debet *vt ſcripſi ſupra lim.20.ſub n.2.verſ.declara.*

12 Extende ſecundo, vt magis procedat, quando ſtatutum denegat appellationem confeſſo, quia tunc ſtatutum, ſeu conſuetudo non diſcrepat à iure communi, *per ea, quæ dixi ſupra ſub numero 2.verſ.ſed reus,*& de conſuetudine, quæ reo confeſſo denegat appellationem in criminalibus, vide Flam.Cart. *tract.de execut.ſent.capt. bann.cap.1. num.99.*

13 Subextende hanc extenſionem, vt reus propriè confeſſus in pœnis pecuniarijs non audiatur appellans, & executio nullatenus retardetur etiam ex Pij V.motu proprio, vide *ſupra lim.4.ſub n.34.*

Et quid in reo fictè confeſſo vide *infra num. 17. verſic. reſtringe.*

14 Extẽde tertio, vt multo magis procedat in reo confeſſo, & conuicto, quia is etiam in cauſſis ciuilibus, & ex ſola diſpoſitione iuris communis non audiatur appellans, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra dicta lim.4.n.3 & 9.*

15 Subextende primo iſtam extenſionem, vt non ſolum non admittatur appellatio à iudice à quo, ſed neq; à iudice ad quem, quia vtrique eſt prohibitum à iure admittere hanc appellationem, *iuxta ea, quæ ſcripſi d.lim.4.ſub n. 10.verſ.ſubextende primo;*

16 Subextende ſecundo, vt quamuis iudex ad quem inhibitione, ſententiam impune exequi, *vt retuli ſupra lim.4. princ.ſub n.36.verſ.contra.*

17 Reſtringe eandem extenſionem, vt non procedat in eo, qui eſſet fictè confeſſus, & conuictus ob contumaciam ex diſpoſitione ſtatuti, quia iſte poterit appellare, *vt ſcripſi ſupra lim.4.ſub numero 60.verſic.confirmatur primo, & ſupra quæſt.5.numero 10.*dummodo ſe conſtituat in carceribus, & appellet infra decem dięs à die ſententiæ iuxta motum proprium Pij IV.quem citat Flam. Cart. *tractat. de execut.ſent.capt.bann.cap.1.num.97.in fine & 98.* ſecus ſi ſe conſtitueret, & appellaret poſt lapſos decem dies, ſed ante annum, quia tunc non poſſet audiri per viam appellationis, ſed ſolum coram eodem iudice, *vt dixi infra num.33.*

18 Extende quarto, vt multo magis procedat, quando appellaret reus abſens; nam cum reus abſens non audiatur, etiam ſi pro eo compareret procurator, quando cauſſa criminalis eſt talis, vt veniat agendum de pœna corporis afflictiua, ſed debeat ipſe perſonaliter comparere, & ſe conſtituere in carceribus, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib.1.c.97.quæſt.9.nu.148.*neceſſario ſequitur, quod prohibeatur appellare, & hoc efficacius ex motu proprio Iulij II.& Pij IV.*at ſi cuncta,*ſub dat. Romæ die 10. Aprilis 1562.& alio motu proprio, licet dudum, ſub datum Romæ Kal. Iunij, & publicato die 26. Maij 1565. & motu proprio Pij V. de quo in his terminis loquutus ſum *infra numero 30.*

19 Extende quinto, vt reſpectu ſententiarum, latarum à D.Gubernatore Vrbis, ſeu eius Locumtenentibus, & ſi continentium pœnas corporales, procedat indiſtinctè ex conſtitutione Leonis X. de facultatibus Gubernatoribus Vrbis, quæ incipit, *& ſi pro cunctorum, verſic ſtatuentes*, quæ eſt ſeptima inter eius conſtitutiones, *fol.186.in 1.par. bull.*cuius conſtitutionis vigore Gubernator, & eius Locumtenentes non ſolum exequuntur ſententias corporales, non obſtante quauis appellatione, ſed etiam abſque vlla citatione proferunt ſententias, & ita hodie ſeruatur, *vt ſcribit Farin.in qq.crim.quæſt.101. lim. 21. numero 98.* hæc eadem extenſio habet locum in Ciuit. Lucenſi ex diſpoſitione ſtatutorum, *capit.5.lib.5.& capit.55.lib.4.* licet die, quo proferuntur ſententiæ, pulſetur prius campana.

Tempera hanc extenſionem ex his, quæ ſcripſi *ſupra n. 3.& ſeqq.& infra n.24.*

20 Extende ſexto, vt procedat etiamſi pœna ſit partim applicanda fiſco, & partim applicanda parti, quia adhuc reus condemnatus non poterit appellare neq; reſpectu partis applicandæ fiſco, neque reſpectu partis applicandæ parti, quia tota cauſſa reputatur criminalis, ex quo magis potens trahi ad ſe minus potens, *Papien.in pract. in form.libell.pro turb.poſſ.in gloſſ.coram vobis, n.4.verſ.ſed quid ſi pro huiuſmodi,fol.813.*

Contraria opinio, nempe, quod reus poſſit appellare, ſuadetur ex eo, quia iſte eſt caſus mixtus, qui non comprælienditur in ſtatuto prohibente appellationem in caſu ſimplici, quia eſt ſtatutum exorbitans, & odioſum, & hac ratione iſtam contrariam opinionem defendit, & ſequitur Boſſ.*tractat.crimin.titul.de appellat.ſub numero* 8.

Retenta hac opinione contraria.

Declara eam, vt ſi in iſta mixtura applicationis pœnæ, vna pars ſtet principaliter, & altera acceſſoriè, ſemper attendatur illa, quæ ſtat principaliter, & non ea, quæ venit acceſſoriè, & in conſequentiam, quare ſi pars pœnę applicandæ parti ſtet principaliter, & pars pęnæ applicandæ fiſco ſtet in conſequentiam, tunc tanto magis datur appellatio à tota pęna. *Boſſ.d.tit.de appellat.numer. 9.*& e contra, ſi pars applicanda fiſco ſtet principaliter, & intereſſe partis veniret in conſequentiam; tunc reputaretur tota criminalis ideoq; nullatenus poſſet appellari, *Boſſ.eod.n.9.*

21 Extende ſeptimo, vt fiſcus non appellet à ſententia abſolutoria, & quid in inſtigatore vide *limit ſeq. numero 1.& 11.*

22 Sublimita I. eandem limitationem poſitam ſupra *numero* 1. declarando, vt ſtatutum poſſit tollere appellationem, ſi ſit conditum à non recognoſcente ſuperiorem in gradu appellationum, qualis eſt Princepes, Rol.à Vall. *conſil.29. quæritur, numero 14.& ſeqq.lib.1.* quia cum is ſuperiorem non habeat, iuxta ea quæ ſcripſi extendendo, & ſublimitando *quæſt.præced.limit.1. numero 1.ſeqq.* non poteſt dici, quod præiudicet iuriſdictioni ſuperioris, ad quem fuiſſet appellandum, niſi eſſet ſublata appellatio.

Secus eſt ſi ſit conditum ab eo, qui recognoſcit ſuperiorem in gradu appellationum, quia is non poteſt præiudicare iuriſdictioni ſuperioris, ad quem deuolui debet appella-

Digitized by Google

appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum q. præced. lim. 1. n. 107. & ſub n. 114.*

23 Amplia hanc ſublimitationem, vt procedat in his, qui de facto non recognoſcunt ſuperiorem, quia ſicut hi poſſunt dare iudicem, appellatione remota, *vt ſcribunt Dec. conſil. 534. procedendo, n. 1. in fine, & Rol. à Vall. d. conſil. 29. n. 18. & 20.* poſſet hoc ſtatutum condere.

Reliqua, quę poſſunt contingere circa materiam huius ſublimitationis, poteris tu reſoluere ex his, quæ ſcripſi *d. q. præced. lim. 1. n. 110. & ſeqq. & n. 126. & ſeqq. & ſupra q. 7. num. 54.*

24 Sublimita II. declarando, vt quamuis ſtatutum prohibeat appellari in cauſis criminalibus, præſertim, quando venit infligenda pœna corporis afflictiua, ſeu vltimi ſupplicij, tamen non habet locum niſi reus ſit plenè, & clarè conuictus de crimine cum omnibus illis qualitatibus, & circumſtantijs, de quibus ſcripſi *ſupra num. 3. & ſeqq.* & hoc ex triplici ratione; prima ſtatutum ita debemus interpretari, vt non mereatur repræhendi à ſapientibus, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 2. n. 28.* ſed ſi hoc ſtatutum tolleret appellationem reo non conuicto de crimine, aut crimine etiam non probato, mereretur non ſolum repræhendi, ſed diceretur ſtatutum conditum non à Principe, ſed à tyranno, barbaro, & Scytha, imò non diceretur conditum ab homine, quia non dicitur homo, qui non vtitur ratione, ſed dicitur vna beſtia, quia homo eſt animal rationale. Secunda ratio eſt, quia appellatione prohibita à ſtatuto, non intelligitur prohibita, ſi ſententia ſit euidenter iniuſta, ſeu iniqua, vide ſupra *lim. 6. memb. 7. num. 79. & 80.* Tertia ratio eſt, quia & ſi ſtatutum, quamuis durum, ſit ſeruandum, vt dixi ſupra *n. 11.* tamen ſecus eſt, quando duritia continet euidens peccatum, quia tunc poſſet recurri ad Papam, *vt dixi ſupra limit. 20. ſub num. 2. verſ. declara.* ſed ſtatutum hoc contineret euidens peccatum, quia daret viam, vt iudices poſſent committere homicidia, dum poſſent condemnare etiam innocentes: Ergo.

Declara hanc ſublimitationem, vt quamuis iudex non debeat condemnare reum, & multo minus condemnationem exequi, denegata appellatione, quando non eſt plenè, & clarè conuictus, vt dixi, ſed debeat potius illum torquere, tamen eſt introducta praxis, vt, ſi indicia ſint valdè vrgentia, ſeu, vt vocant indubitata, reus poſſit, conſiderata qualitate indiciorum, condemnari ad pœnam arbitrariam, quæ ordinaria tantum ſit minor, quantum illa indicia diſtant à plena probatione, vt retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 65. n. 5. & cap. 93. ſub n. 1. verſ. ſed prædictum.* Et quamuis iudex non debeat vnquam ex indicijs, quantumuis vehementibus, condemnare ad pœnam corporalem, per ea quæ refert, & ſequitur Proſp. Farin. *in qq. crim. q. 86. limit. 11. n. 78. & ſeqq.* & poteris videre eundem *in q. 40. n. 15. q. 47. n. 82. & ſeqq. & d. q. 86. n. 110. & ſeqq. & n. 35. & ſeqq. & ſcripſi ſupra d. c. 65. nu. 5.* niſi iſte, qui condemnat, habeat iura Principis, *Farin. d. q. 86. n. 78. & ſeqq.* tamen iudices hoc etiam male ſeruant, & (quod peius eſt) ſtatutum, quod condemnatus ad pœnam corporalem non appellet, ſeruant etiam in eo, quem ex indicijs, arbitrata corporali pœna, condemnant, quaſi reus quoad illam pœnam, quæ ſit mitior ordinaria, ſit notorius delinquens.

Et hacque praxi condemnandi ad pœnam arbitrariã oritur difficultas; an in caſu, quo conſecutiue ad pœnam veniat intereſſe partis, debeat reus condemnari etiam ad illud intereſſe ſaltem proportionabiliter, ſicut fuit condemnatus ad pœnam: & prima facie videretur dicendum, quod ſic, primo quia minores probationes ſufficiunt in re pecuniaria, cum agatur de minori præiudicio, & ideò poteſt iudicari ex præſumptionibus, *cap. 2. afferte, de præſum.* Secundo, quia ſi quis fuerit condemnatus ad mitiorem pœnam, eo quia prouocatus vulnerauerit, ſeu occiſerit, tenebitur ratione exceſſus arbitrio iudicis ad intereſſe partis, *Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. de homic. n. 38. verſus finem.* Ergo ſicut quando pœna eſt arbitraria propter prouocationem, debet condemnari in aliquo ad arbitrium iudicis, ita etiam erit, quando eſt arbitraria propter imperfectas probationes.

Contrarium tamen ſuadetur ex eo, quia condemnatio ad pœnam toleratur ob publicam vtilitatem; & ideo eſt veluti ex priuilegio, & contra regulas iuris communis: igitur hæc tolerantia non debet trahi in conſequentiam, vt poſſit condemnari etiam ciuiliter, *ad tradita per Aurb. conſ. 308. probatum, ſub n. 2. verſ. ſecunda ratio, Cornel. conſil. 300. num. 3. verſus finem, lib. 3.* quos refert & ſequitur Bertaz. *conſ. crim. 17. licet contra, num. 10. & 11.* dum ſcribunt, quod licet mulier, inquiſita de adulterio, & contumax habeatur pro confeſſa, & ideò poſſit condemnari in pœnam adulterij, tamen non poteſt condemnari ad amiſſionem dotis ad fauorem mariti, ad quam poſſet condemnari, ſi adulterium eſſet verè probatum; & facit, quod ſcripſi *ſup. lib. 1. cap. 97. ſub num. 126. verſ. tertio,* & quod iudex poſſit condemnari reum ad reſtitutionem, vel damna partis ſolum, quando condemnat per veras probationes, ſecus ſi per fictas, & ſic in contumaciam, ſcribunt Clar. *recep. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 2. verſ. & hæc quidem,* & Proſp. Farinac. *in qq. crim. quæſt. 1. num. 66. lim. 2.* immo ſecundum Bald. quem citat, & ſequitur Rol. à Vall. *conſ. 30. viſo proceſſu, num. 18. & 19. lib. 1.* ſi condemnetur per teſtes, & non ex propria confeſſione, non poteſt condemnari ad intereſſe partis.

In hac controuerſia Clar. *d. verſic. & hęc quidem, verſus finem,* quem citat, & ſequitur Proſp. Farin. *d. n. 66. in fine,* teſtatur, ſe vidiſſe ſimul vtramq; condemnationem proferri etiam contra contumacem, ſi pœna criminalis, & reſtitutio rei debeantur ex eadem lege, quia non debet diuerſo iure cenſeri.

25 Sublimita III. declarando, vt quamuis ſtatutum prohibeat, poſſe appellari, tamen intelligi debet cum clauſula, niſi iudicialiter videatur, quia tollit neceſſitatem, ſed non facultatem deferendi appellationis, vnde poteſt deferre, & deferendo, ſunt ſibi ligatæ manus; quia & ſi iudex non debeat deferre appellationi in notorijs, tamen ſi deferat, ſunt ligatæ eius manus, *vt dixi ſupra limit. 4. n. 27. 57. et 95.* Quare ſummi Pontifices in eorum motib. proprijs, quos citaui *infra n. 28. et ſeqq.* nihil determinant circa admittendas, vel non admittendas appellationes, quando rei ſunt in carcere, prout aduertit etiam Flam. Cart. *tractat. de execut. ſentent. capt. bann. c. 2. ſub n. 98.* quaſi voluerint, quod dependeat ab arbitrio iudicis, & Signaturæ, qui cõſiderent, an reus condemnatus ſit ita de crimine conuictus, vt alia ei defenſio non ſuperſit.

26 Ratio huius ſublimitationis eſt, quia & ſi reus confeſſus, & conuictus non poſſit appellare per ea, quæ ſcripſi *ſupra limitatio 4. num. 3. et ſequentibus,* tamen poteſt appellare ſi exprimat rationabilem cauſſam; ſi ſit confeſſus metu tormentorum; ſi probationes non ſint claræ, vt ſcripſi *ſupra limit. 4. num. 15. 17. & 23.* Licet etiam confeſſus regulariter non appellet, per ea quæ ſcripſi *eadem limit. 4. n. 30. et ſeqq.* tamen quibuſdam caſibus poteſt appellare, *vt ſcripſi ibidem n. 45. 47. 55. 59. 60. et 67.* Licet demum in notorijs ſit prohibita appellatio, *vt ſcripſi d. limit. 4. n. 1. et ſeqq.* tamen aliquando permittitur, *vt ſcripſi ibidem, num. 92. et 93.* & ideo iudex à quo poteſt deferre, vt dixi ſupra.

27 Declara iſtam ſublimitationem, vt hæc facultas deferendi appellationi, quam habet iudex à quo, vel iudex ad quẽ, non ſit libera, ſed regulata, & ideo in caſibus, in quib. à iure, vel ex communi iuriſperitorum interpretatione, appellatio clarè reijcitur, ipſe non debet illam admittere

qui

qui autem ſint caſus, in quibus debet reijci, vel admitti, habes in hac limitatione, & ſupra limit.4. ad quam te remitto.

28 Sublimita IV. vt attento motu proprio Pij IV. licet dudum, ſub dato Romæ Kal.Iunij, & publicato die 26. Maij 1565. circa principium, in illis verbis, *aut ſi ſententia eſſet in pœnam capitis condemnatoria, non admitteretur appellatio, ne aliter audiretur reus, niſi in carceribus conſtitutus*, non procedat in condemnato in contumaciam; quia is, & ſi vigore ſtatutorum habitus fuerit pro confeſſo, & conuicto, & ſi condemnatus etiam in pęna corporis afflictiua, tamen ſi ante annum comparuerit ſponte, ſeq; in carceribus conſtituerit, audietur appellans, prout notauit etiam Flam.Cart. *tract.de exec.ſent.capt.bann.capit.1.num.98.*

29 Nec obſtant Pij II.ſeu verius Pij V. literæ ſeu bulla generalis contra homicidas, bannitos, & alios facinoroſos; ex ſupernæ, ſub datum Romæ anno Domini 1566. tertio nonas Iulij, quibus, confirmando Pij II.literas recenſet, quod diſponebant ſuper formalibus verbis, *Vt quæcunque appellationes, interpoſitæ, vel interponendæ ab huiuſmodi, vel alijs ſententijs, ſiue grauaminibus contra homicidas latis vel à proceſſu, contra eos facto, & ſi lis, vel inſtantia ſuper eis penderet, & inhibitiones vigore ipſarum emiſſæ forēt per Auditorem Cameræ, vel aliam quemcũque ordinariũ vel delegatum eſſent nullę, & inualidæ, nec ad vlteriora ſuper his, & ipſarum vigore procedi poſſet, aut deberet, quinimo lites, & cauſſæ huiuſmodi cenſerentur auocatæ, extinctæ, & inualidę, nec Poteſtates, ſeu officiales, quibus inhibitum foret, mandatis, inhibitionibus, litis pendentis cenſuris, & pœnis in eis contentis aſtringerentur, imò tenerentur, & deberent ad executionem ſententiarum latarum procedere, poſſet tamen in caſibus à iure, vel à ſtatuto permiſſis appellari ad Gubernatorem Ciuitatis &c.*

Quia reſpondeo, quod Pius V. loquitur de appellatione abſentium, quos niſi ſint in carceribus prohibet appellare, & loquitur ſolum de appellatione homicidarum; nã recenſendo literas Pij II.ait, quod *ſtatuerat, & declarauerat, quod omnes illi qui pro delicto huiuſmodi forent condemnati, aut alias de ciuitate aliqua, ſeu diſtrictu ipſius banniti, non poſſent ad ciuitatem, ſeu diſtrictum huiuſmodi quocunque tempore, ſeu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hęredibus, & conſanguineis, ſeu filijs ipſius occiſi, nec Legatus etiam de latere, aut Gubernator, qui pro tempore foret, vel quiuis alius poſſet auctoritate apoſtolica, ſeu ex officio ſuæ legationis aliquem homicidam, ſeu bannitũ rebanaire, &c.* quæ verba, & diſpoſitio conueniunt reo abſenti, & non reo conſtituto in carceribus, quare, ſi reus ſit in carceribus, eędem literæ Pij V. ex diuerſo allegatæ num.præcedẽti in fine permittunt, poſſe appellari, in illis verbis, *Poſſet tamen in caſibus à iure, vel à ſtatuto permiſſis appellari &c.* caſus enim in iure appellabiles ſunt, quando reus in carcere, etiamſi eſſet condemnatus de homicidio, dummodo non ſit verè, & notoriè homicida, & ita prædictas conſtitutiones reperi poſt hæc à me ſcripta conſideratas fuiſſe a Proſpero Farin. *in qq.crim. q.101. limit.10.n.59.*

Minus obſtat appellationis prohibitio, contenta in motu proprio Pij IV. Quia reſpondeo, quod reſtringit ad pęnas pecuniarias, vt apparet ex eius verbis, quæ formaliter retuli *infra ſub n.34.*

31 Amplia primo hanc ſublimitationem, vt procedat debeat in toto ſtatu eccleſiaſtico, quia & ſi in ſtatu Eccleſiaſtico ſint ſeruandæ conſtitutiones Marchiæ, & illæ *lib.4. cap.10.* (quarum verba retuli *ſupra lib.1. c.97. ſub nu.29.*) mandent, vt is, qui non comparet, habeatur pro vere contumace, & verus contumax non audiatur appellans, per ea quæ dixi *ſupra lim.3.n.1.& ſeqq.* tamen ſeruatur diſpoſitio motus proprij ſupra citati, ideoq; bannitus comparens ante lapſos decem dies poterit appellare.

32 Amplia ſecundo, vt in tantum poſſit appellare is, qui ſe cõſtituit in carceribus, vt appellatio interpoſita priuſquam ſe conſtituerit ſit valida, dummodo ſit interpoſita infra decem dies à die latæ ſententiæ, & ipſe ſe conſtituat infra eoſdem decem dies, vel ſaltem ante annum aſſignatum à motu proprio, quia licet illa appellatio non valuerit ab initio, ex quo appellans perſeuerabat in contumacia, & quod ab initio non tenet, tractu temporis non conualeſcat, tamen ſatis eſt, quod ſe conſtiterit in carceribus; quia illa conſtitutio, ſi fuerit ſecuta infra decem dies, vel habebit effectum reiteratæ appellationis, quia plus eſt appellare facto, quam verbis, vel facilè reconualidabit appellationem, quod ſi conſtitutio in carceribus ſequatur poſt decem dies, tunc fauore defenſionis, & appellationis æquum eſt, vt retrotrahatur ad tempus habile, nempe interpoſitæ appellationis.

33 Declara eandem ſublimitationem, eiuſq; ampliationes, quod & ſi reus, qui ſe conſtituit in carcere, poſſit appellare, tamen, appellatio non ſemper deuoluit ad ſuperiorem: aut enim reus condemnatur in carcere, & tunc appellatio, quæ veniret admittenda, deuolueret ad ſuperiorem: aut condemnatur in contumaciam, & iſto caſu appellatio de communi conſuetudine non deuoluit, quia poteſt audiri ab eodem iudice, qui eum condemnauit, & ſic, cum habeat remedium magis opportunum, & magis ordinarium, debet ceſſare remedium appellationis deuolutiuæ, quæ eſt minus ordinarium, per ea quæ ſcripſi *ſupra quæſtio quinta, num.* 88.& 89. quamuis, ſi ſe conſtitueret ante lapſos decem dies, non eſſet tutum dicere, quod non poſſit deuolutiuè appellare ad ſuperiorem, ſi voluerit.

34 Sublimita V. vt non procedat in cauſſis criminalibus pecuniarijs, quia in eis, facto actuali depoſito, admittitur appellatio, ſicut in ciuilibus ex depoſitione motus proprij Pij IV. incipien. *at ſi cuncta*, ſub datum Romæ die 10. Aprilis 1562. & hoc, ſi condemnatus habeat tot facultates, vt illud facere poſſit, alias deponere tenetur medietatem, ſeu etiam minorem ſummam arbitrio Gubernatoris dummodo hoc caſu præſtet cautionem in forma depoſiti de ſoluendo reſiduum, vt habetur in motu proprio eiuſdem Pij IV. poſtea edito, incipien. *licet dudum, ſub datum Romæ Kal. Iunij, & publicatio die 26. Maij 1565.* & notant Marcheſ. *tractat.de commiſſ.parte 2. in commiſſ.appellat.cap.2.num.35.fol.36.* & Farin.qq.crim. *quęſt.101. lim.22.num.102.* alias non facto depoſito, eſt prohibita omnis appellatio, & declarata nulla quælibet commiſſio cauſſæ, vt in dicto motu proprio, *at ſi cuncta*, & hęc ſublimitatio habet locum in toto ſtatu eccleſiaſtico, vt aduertit Farin. *vbi ſupra*, ſed non in terris Baronum, niſi in cauſſis appellationum, introductis per viam recurſus ad Papam, ſeu Auditorem Cameræ, *Farin.in d.quęſt.101.numero 104.* verba prædicti motus proprij confirmatorij ſunt hæc, *Ordinauit quod nullæ appellationes, & prouocationes in cauſſis criminalibus ſeu mixtis, ac fiſcum, & Camerã Apoſtolicam quomodolibet concernentes, non facto depoſito pœnę, in qua delinquentes, aut illi, qui pro delinquentibus ipſis fideiuſſiſſent, vel ex contractu quoquomodo condemnandi venirent, aut catenus condemnati fuiſſent, recipi, et admitti poſſint, ſed appellationes, & prouocationes in cauſſis huiuſmodi interpoſitas, & in futurum interponendas, ac appellantes ipſos reijci debere, illas, ac quæcunque reſcripta, & commiſſiones ſimilium cauſſarum ad cuiuſuis inſtantiam per quemcunque ad commiſſiones Signaturæ iuſtitiæ ſignandas deputatum etiam per ſe ſucceſſores ſuos Rom. Pont. eatenus ſignatas, & in futurum ſignandas, non facto d.depoſito, nullius fore, & eſſe roboris, vel momenti, ſed illis non obſtantibus ad vlteriora in cauſſis ipſis vſque ad pœnarum prædictarum effectualem executionem procedere debere mandauit; Et inſuper*

ſuper

ſuper quod nullæ commiſſiones fiſcum, & Cameram Apoſtolicam quomodolibet concernentes per quemcumque a ſe & Sede Apoſtolica ad commiſſiones in Signatura iuſtitiæ ſignandas, vt præfertur deputatum, nec etiam per ſe, & ſucceſſores ſuos prædictos ſignari poſſent, niſi fiſci, & Cameræ præfatæ Procuratore, & Theſaurario Prouinciæ, de cuius intereſſe ageretur, ſi in Romana Curia præſens foret, citatis, & aliter ſignatæ, nullius roboris, vel momenti eſſent.

35 Declara iſtam ſublimitationem, vt procedat, ſi reus non ſit propria confeſſione confeſſus, quia, ſi eſt ſic confeſſus, non retardatur executio ex quauis appellatione interpoſita, vide *ſupra n.13.*

36 Sublimita VI. vt non procedat in Regno Franciæ, quia ibi deferendum eſt appellationi etiam in criminalibus, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 13. ſub* 109. etiam ſi agatur de crimine hæreſis, & maieſtatis, & falſæ monetæ, dummodo non ſint condemnati à ſupremis iudicibus, à quibus non licet appellare, *Rebuff. tractat. de appellat. articul. ſeptimo gloſſ. 2. num. 12 tom. 3. fol. 503. & retuli ſupra limitat. 4. ſub numero 78. verſus finem, & ſub numero 83.*

37 Amplia hanc ſublimitationem, vt in Regno Franciæ appellatio recipiatur etiam in criminibus notorijs, *Rebuff. d. gloſſ. 2. num. 23. verſ. decimo, fol.* 503. vnde etiam depræhenſus in ipſo maleficio, & confeſſus poteſt appellare, *vt retuli d. q. 13. ſub n. 110. ibi, ſed hodie.*

Imo in Regno Franciæ etiamſi appellatio videretur iniuſta, tamen, ea pendente, iudex non debet procedere ad executionem, teſte Rebuff. quem citaui, & ſequutus ſum *dicta quæſtio 13. num.* 109. & refert etiam Lancellot. *tract. de attent. par. 2. cap. 12. limitat. 6. princip. n. 2. 23. & 25. fol.* 364. niſi periculum eſſet in mora *Boer. & Lancell. quos citaui, & ſequutus ſum d. quæſt. 13. ſub n. 110. & n. 111.* vbi dixi, quid debeat facere iudex, qui exequitur propter moræ periculum.

De appellatione à decreto torturæ, vide *in lim. præced. memb. 1. n. 143. & ſeqq.* & de appellatione à decreto de non torquendo, vide *ibidem n. 154. &* 155.

De appellatione a ſententia banni, vide *ſupra q. 5. n. 84. & ſeqq. lim. 5.* & de ſententia, lata contra contumacem bannitum, vide *ibidem ſub n. 86. & ſeqq.*

De appellatione à ſententia lata ſuper delictis exceptis, vide *ſupra lim. 4. n. 76. & ſeqq.*

De appellatione à ſententia lata contra delinquentem notorium, & contra delinquentem confeſſum, & conuictum, ſeu contra confeſſum, vide *d. lim. 4. per totam.*

LIMITATIO XLIX.

SVMMARIA.

Abſolutoria ſententia in cauſſis criminalibus, non eſt appellabilis, num. 1. — Extenditur multipliciter — Primo in curia Romana, in Regno Neap. &c. n. 2. — ſecundo in omnibus locis, in quibus prohibetur appellatio ſententijs latis in cauſſa criminali, n. 3. — Tertio in abſolutione ab obſeruatione iudicij. n. 4. — Quarto in omnibus decretis, &c. n. 5. — Quinto abſoluto reo propter peremptam inſtantiam accuſator non poteſt amplius accuſare, n. 6. & ſeqq. in quibus ſubextenditur, & reſtringitur.

¶ *Declaratur I. vt quamuis appellatio ſit prohibita, tamen procurator fiſcalis poteſt recurrere ad Signaturam, vt appellationem admittat, eiuſque cauſſam committat, & quid in Regno Neap. num. 10. & ſeqq. in quibus declaratur & reſtringitur.*

Declaratur II. quando habeat locum in Regno Neap. n. 13.

Declaratur III. vt de iure commum fiſcus poſſit appellare, num. 14.

1 Limita XLIX. vt non procedat in ſententia abſolutoria, lata pro reo quia ab ea iuxta laudabilem conſuetudinem hactenus in Curia ſeruatam non admittitur appellatio fiſci ex diſpoſitione bullæ 74. Pij IV. reformatio tribunalis auditoris cameræ, *verſ. minus etiam, fol.* 755. prout aduertit etiam Farin. *in qq. crim. q. 101. num. 32.* Et quod fiſcus non appellet a ſententia abſolutoria pœnæ corporis afflictiuæ refert etiam ex d. motu proprio Marchel. *tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. c. 2. ſub num. 35. fol. 36.*

2 Extende primo iſtam limitationem conſuetudinariam, vt habeat locum non ſolum in Curia Romana, ſed etiam in Regno Neap. & in tota Italia, *vt refert Farin. d. q. 101. num. 32.* Et quod in Regno Neapolitano non detur appellatio, ſcribunt Maran. *in ſuo ſpec. part. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, n. 328. limit. 22. fol.* 507. *Carau. ſuper rit. 258. num. 1.* & fuiſſe deciſum in Conſ. Neap. refert, & ſequitur Gramm. *dec. 14. in cauſſa magnifici Pyrri. in fin.* & in hoc vigore rituum, quos citat Carau. *vbi ſupra.*

3 Extende ſecundo, vt habeat locum in omnibus locis in quibus ſtatuta prohibent appellationem in cauſſis criminalibus, quia eam intelliguntur prohibere etiam fiſco, *Magon. in Lucen. deciſ. 58. in cauſſa Vincentij, per totam Farin. d. q. 101. num. 34. & Rugincll. tractat. de appell. §. 2. c. 3. num. 8.*

4 Extēde tertio, vt multo magis habeat locum in abſolutione ab obſeruatione iudicij ex huculque deductis, ſeu rebus ſtantibus prout ſtant, quia hæc abſolutio non eſt omnino diffinitiua; Vnde, ſi non datur appellatio a ſententia abſolutionis, quæ eſt omnino, & abſolutè a diffinitiua, à fortiori non dabitur ab iſta, quæ eſt minus præiudicialis, ſeu minus grauat.

Aduerte obiter, quod ſi abſolutio ſit ſimplex & non dicat, quod abſoluit diffinitiuè, neque ab obſeruatione iudicij, ſeu ex hactenus deductis, tunc talis cenſebitur abſolutio, qualis colligitur ex actis, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 95. n. 4. in fine.*

5 Extende quarto, vt habeat locum in omnibus decretis, quæ nō tractant de abſolutione, ſed de alijs fiſco præiudicialibus, vt puta ſi decernatur, inquiſitum eſſe remittendum ad ſuum domicilium, vel quid ſimile, quia fiſcus non poterit appellare, *Carau. d. rit. 258. ſub n. 2.* vbi teſtatur, ita ſeruari.

6 Extende quinto, vt ſi fuerit abſolutus ab obſeruatione iudicij propter peremptam inſtantiam, tunc accuſator non poſſit denuo accuſare, *Bald. in l. 16. abolitionem, ibi, & nota hic caſum, C. ad l. Iul. de adult. Salyc. in l. 11. properandum, §. vlt. in princ. ſub num. 51. ibi, in criminali vero illi, & Alex. ibidem, n. 3. verſ. item nota, C. de iud. Ioan. de Anan. in c. 14. licet, n. 9. verſ. numquid autem ille, de accuſ. Maran. in ſuo ſpec. p. 5. princ. in verbo, & omnia fiant durante inſtantia, n. 48. verſ. limita tamen hoc, fol. 245. & Capic. deciſ. 206. in cauſſa &c. cum per iudicem, n. 3.*

7 Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat, etiam ſi accuſator vellet reficere in primis expenſas, *Saly. in l. 1. C. vt intra cert. temp. quem refert, & ſequitur Maran. vbi ſupra,* ſed ego id non inueni.

8 Subextende ſecundo, vt procedat etiamſi procederetur per viam inquiſitionis, *vt dicit Capic. dicta dec. 206. ſub num. 1.*

9 Reſtringe declarando eandem extenſionem, vt procedat, quando ex negligentia accuſatoris perijt inſtantia, quia tunc non admittitur ad iterato accuſandum, ſecus ſi perijt ex negligentia iudicis, quia tunc poſſet de nouo accuſare, vt ſentire videtur Salyc. *in d. l. properandum, §. vlt. num. 51. in fin.* & apertè ex eo Capyc. *d. deciſ. 206. ſub num. 4.*

10 Declara primo hanc limitationem, vt quamuis appel-

latio ſit prohibita, tamen hic in Curia Romana procurator fiſcalis poteſt adire Signaturam, & dare commiſſionẽ appellationis, citato prius reo abſoluto, alias commiſſio ſine citatione eſſet nulla, & Signatura eius arbitrio reijciet, vel committet cauſam appellationis, vt diſponitur in bulla 85. Pij IV. reformatio ordinariorum, almæ Vrbis, *verſ. & rum ad ſignaturam*, *fol. 779.* Similiter in Regno Neap. licet fiſcus non poſſit appellare, tamẽ poteſt reclamare ad Dominum Proregem, qui, cognita aliqualiter iniuſtitia abſolutionis, ſeu decreti, poteſt prouidere indẽnitati fiſci, vt, recenſendo caſum in facto, ſcribit Carau. *d. rit. 258. ſub n. 2. verſus finem, & n. 5.* & vbi Aduocatus fiſcalis alicuius Regiæ Audientiæ ſenſerit, fiſco illatum eſſe præiudicium de aliqua prouiſione expedita à Magna Curia, vel quia Magna Curia reuocauerit aliquod decretum, latum à Regia Audientia, poteſt dare ſupplicationẽ Præſidenti ſacri Conſilij, qui ordinabit, vt ipſa Magna Curia det relationem ſacro Conſilio, quod, habita relatione, & audito Aduocato fiſcali Regiæ Audientiæ, qui ſupplicauit prouidebit, reuocando, aut reformando, quod fecit Magna Curia, vel remittendo ad eandem Magnam Curiam, prout iuris fuerit, *Carauit. d. rit. 258. n. 5.*

11 Subdeclara hanc declarationem, vt quamuis fiſcus hic in Curia poſſit appellare per viam Signaturæ, vt dixi, tamen, ſi adſit inſtigator apertus, vel ſecretus, proſecutio appellationis non habebit locum, niſi inſtigator dederit prius cautionem de reficiendo expenſas tam prioris, quam vlterioris inſtantiæ in euentum ſuccumbentiæ, vt diſponitur *in ead. bulla* 85. *Pij V. verſ. non proſequatur*, *fol.* 779. & quod ſi pro ſuo intereſſe ciuili inſtigator, qui in prima inſtantia adhæſit fiſco, voluerit appellare à ſententia abſolutoria, paſſim detur ſibi commiſſio, appoſita tamen clauſula in commiſſione, *ſeruata forma ſupradicti motus proprij*, & non alias, ſeu, *præſtita cautione in euentum ſuccumbentię de reficiendo expenſas per appellatum factas in omnibus inſtantijs*, ſcribit Marchel. *tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. appell. c. 2. ſub n. 35.*

12 Reſtringe iſtam ſubdeclarationem de præſtanda cautione, vt procedat, reo petente cautionem, & non aliter, *per ea, quæ ſcribit Marſ. in pract. crim. §. nunc videndum n. 2. & ſeqq. quem citaui lib prac. c. 1. nu. 59.* aduertit Proſp. Farin. *in qq. crim. q. 101. n. 33.*

13 Declara ſecundo eandem limitationem, vt in Regno Neap. habeat locum, quando proceditur ex mero officio, ſeu per denuntiationem, prout in his terminis loquũtur *rit.* 258. & notat in eo Carau. *ſub n. 1.* Marã & Gramm. citati *ſupra nu. 2.* quia tunc non adeſt pars offenſa, & querelans, quæ poſſit appellare; ſed adeſt ſolum fiſcus, cui ille ritus 258. noluit appellationem dare, ſecus eſt, quando proceditur ad inſtantiam partis, quia tunc idem Carau. *vbi ſupra, & in rit. 59. not. 4. ſub n. 16.* videtur tacitè innuere, quod pars poſſit appellare.

14 Declara tertio, vt non procedat in locis, in quibus non exſtant conſuetudo, ſeu leges municipales, quia de iure communi fiſcus non prohibetur appellare, ſic poſt Innoc. Abb. & Par. de Put. referunt, & ſequuntur Carau. *ſuper rit. 258. n. 1. in fine, & n. 2. & Proſp. Farin. in qq. crim. q. 101. n. 30. 31. & 35. ampl. 11.*

Et cum, ſcribendo hanc quadrageſimamnonam limitationem de prohibita appellatione à ſententijs abſolutorijs, annum ætatis meæ quadrageſimum octauum abſoluerim, & quadrageſimumnonum attingerim, quæſtionem hanc decimamſeptimam hac quadrageſimanona abſoluam limitatione.

QVÆSTIO XVIII.

ARGVMENTVM.

Diuerſorum ſtatutorum de appellatione quod eorum iudex ſequi debeat.

IVDEX appellationis ſequi debet ſtatuta iudicis à quo in ordinatorijs, pertinentibus ad proceſſum eiuſdem iudicis à quo, n. 1.— Infertur, quod iudex appellationis in controuerſia, an ſit admittenda appellatio à ſententia iudicis à quo, debet ſequi ſtatuta eiuſdem iudicis à quo, num. 2. & ſeqq. in quibus extenditur, ſubinfertur, & declaratur, vſque ad num. 12.

Iudex appellationis ſequi debet ſua propria ſtatuta in ordinatorijs pertinentibus ad ſuum proceſſum, n. 13. & ſeqq.

Iudex quilibet in deciſorijs debet ſequi ſtatuta loci litigantium, n. 17.

1 PRæſuppoſitis pluribus ſtatutis diuerſis, ſeu contrarijs; vno in loco iudicis à quo, alio in loco iudicis ad quẽ, alio in loco actoris, alio in loco rei, & alio in loco contractus: dubitatur, quod ex iſtis iudex appellationis debeat ſequi.

Diſtinguo duos caſus principales.

Primo caſus eſt in ordinatorijs: & in iſto firmo duas concluſiones.

Prima concluſio eſt, quod reſpectu proceſſus, facti coram iudice à quo, & reſpectu omnium, quæ ſunt de illius proceſſu iudex appellationis debet attendere ſtatuta ipſius iudicis à quo, & in his termini, bene loquuntur Bal. *in marg. ad Innoc. in verbo, iudex appellationis ſequitur, Alex. conſ. 164. circa dubitationem, num. 1. & 2. & in terminis numer. 8. lib. 6. Guid. Pap. tract. de appellat. queſtio 52. ſub num. 40. tom. 5. fol. 59. Rebuff. tract. de appell. art. vlt. gl. vna, num. 44. tomo 3. fol. 538. Nat. conſ. 553. cum quidam, num. 10. & Contar. in l. vnica, in qq. Ægidian. q. 6. num. 8. C. ſi de mom. poſſ.* dum per diuerſa verba concorditer ſcribunt, quod iudex appellationis debet ſequi ſtatuta iudicis à quo.

2 Infero primo, comprobando, explicando & attiogendo ſcopum noſtrum, quod, orta controuerſia de admittenda appellatione, & productis ſtatuto iudicis, qui tulit ſententiam, prohibente appellari, & ſtatuto iudicis ad quem, permittente appellari; erit attendendum ſtatutum iudicis, qui ſententiauit, & ideo denegabitur appellatio, & moueor triplici fundamento, quorum vnum dependet ab altero.

Primo, quia appellationis admiſſio, ſeu non admiſſio eſt de appenditijs illius inſtantiæ, cuius eſt ſententia, à qua appellatur, & ideo ſubiacet ſtatuto illius loci, in quo eſt lata ſententia, *Rot. diuerſ. deciſ. 330. reſoluerunt domini, numero 1. & 2. parte 2.* Vnde appellatio interponitur coram iudice à quo, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra quæſt. 6. numero* 1. Similiter etiam apoſtoli petuntur ab eodem iudice, qui poteſt etiam præfigere terminum, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra, q. 13. numero 43. et 44.* & propterea regeſtum primæ inſtantiæ continet in ſe appellationem, *Achil. de Graſſ. deciſ. 4. alias 230. appellatio eſt de appendi- tijs, de appellat. fol. 206.* Adde quos citaui *ſupra quæſtio 5. ſub numero 12. verſic. ratio.* Ergo debet attendi ſtatutum iudicis quo.

3 Secundo, quia ſtatutum de appellatione eſt ordinatorium, *vt ſcribunt Arch. in capit. 18. non ita, 2. q. 6. Abb. in cap. 10. eccleſia S. Mariæ, in prima repetit. ſub numer. 25. de conſt.* quos retulit, & ſequutus ſum *lib. præced. cap 2. nume.* 456. dum ſcribunt, quod clericus, litigans coram iudice ſeculari, non poteſt appellare ante latam ſententiam,

niſi

niſi in caſibus, in quibus iura ciuilia admittunt appellationem ante ſententiam, quod latius refert & declarat Dec. in eod. cap. eccleſia S. Mariæ, num. 151. verſ. ex præmiſſa, & n. ſeqq. poſt Franch. in c. 7. ſi duobus, §. denique, numer. 3. & 4. de appellat. & Aret. in cap. 11. quod clericis, num. 9.

4 & 10. de for. comp. † Et è conuerſo laicus, litigans in foro eccleſiaſtico, poteſt appellare à quolibet grauamine, Franch. in dicto §. denique, nu. 2. verſic. quid autem ſi laicus, * & eſſe communem * omnium opinionem refert, & ſequitur Contar in d. l. vnica, limit. 4. num. 6. Et quod ſtatutum diſponens, quod debeat appellari intra quinque dies, aut quod inſtantia cauſſæ appellationis duret per duos menſes, reſpiciat ordinatoria, ſcribit Franch. in d. cap. ſi duobus §. deniq; n. 5. de appell. & quod ſtatutum, tollens vnam appellationē, ſeu minuens appellationes, dicatur reſpicere ordinatoria, non autem deciſoria, ſcribit Rot. diuerſ. deciſion. 452. domini concluſerunt n. 6. par. 1. loquens de ſtatuto Romano, mandante, duas conformes habere vim trium, licet Rot. ibidem in caſu dicti ſtatuti aliter deciderit propter verba expreſſa dicti ſtatuti, ſequens deciſionem coram Binario 3. Februarij 1571. quam etiam refert, & ſequitur Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. reſtitut. in integr. capit. 2. c. 3 ſub num. 150. fol. 417. in principio in 2. impreſſ. licet ipſe, referendo eam, dicat, quod habet mixtum deciſorium, & nihil interſit, an appellatio tollatur in totum, vel ſecunda, & ego ſequendo eandem Rot. diuerſ. ſcripſi d. cap. 2. n. 461. verſic. quinto. Et quod appellatio ſit de ordinatorijs iudicij, & propterea in ea ſit attendendus ſtylus fori, in quo litigatur, tenuit, & ſæpius Rot. vt teſtatur Achil. de Graſſ. dec. 12. alias 238. appellationem eſſe, numer. 1. de appell. fol. 108. quam refert, & ſequitur Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 1. de commiſſ. appell. ſup diuerſ. c. 28. n.

5 5. fol. 208. in 2. impreſſ. † & quod articulus; an cauſſa ſit appellabilis, vel non, reſpiciat ordinatoria, & ideo in eiuſmodi articulo debeant attendi iura, & ſtatuta in quibus iudicium agitur, dixit Rot. diuerſ. deciſ. 181. in cauſſa Parmen. ſub num. 6. par. 3. lib. 2. & quod articulus; an ſit appellationi deferrendum; reſpiciat ordinatoria iudicij ſecun-

* dum opinionem magis communiter * receptam, & conſequenter litigantes in Rota, etiamſi in temporalibus nullo modo eſſent ſubiecti Papæ, ligentur conſtitutione Ægidiana, ſcribit Contar. in l. vnica, in qq. Ægid. q. 6. ſub n. 6. & 7. C. ſi de mom. poſſ.

Sed ſtatutum ordinatorium ligauit eos, qui litigarunt in foro ipſius ſtatuti ordinatorij, vt retuli, & ſequutus ſum libr. præc. c. 2. n. 651. & 652. Ergo, &c.

6 Tertio (& omnia tendunt ad idem) quia in poſſibilitate appellandi attenditur ſtylus, & ordo ſui tribunalis, Bal. in l. 1. verſ. extra quæritur, n. 10. C. ne lic. ter. prou. Alex. in l. 1. ſub n. 14. verſ. extra gl. ibi, deinde Bar. & ſub num. 18. verſus finem, ibi, item quia iſte procedit. & num. 19. ff. de leg. 2. & Felyn. in c. 16. ſuper his, n. 13. lim. 7. verſ. ſed contrarium, de accuſat. & ſuum tribunal dicitur illud, à quo ſeu in quo fit appellatio.

7 Extende primo hanc illationem, vt omnino locum habeat in appellatione ab interlocutoria, quia in ea attenditur ſtylus, & ſtatutum iudicis à quo, prout in his terminis, loquendo de appellatione ante diffinitiuam ſententiam, ſcribunt Arch. Abb. & Dec. citati ſupra numero tertio, & Franch. in cap. 7. ſi duobus, §. denique ſub num. 4. de appell.

Ratio eſt, quia grauamen interlocutoriæ poteſt reparari in diffinitiua, & ideo eius appellatio reſpicit ordinatoria, vt refert, & ſequitur Cæſar. Barz. in Bononien. deciſ. 41. egerat. n. 16.

8 Extende ſecundo, vt habeat locum, quando appellatio prohibetur quoad effectum ſuſpenſiuum tantum, vt in executiuis, quia talis prohibitio appellationis reſpicit ordinatoria, eo quod remanet ius ſaluum in meritis, Cæſ. Barzius dicta deciſion. 41. egerat. n. 16.

9 Extende tertio, vt habeat locum in appellatione à diffinitiua lata ſuper poſſeſſorio; quare ſi à ſententia, lata Bononiæ ſuper poſſeſſorio, appelletur ad Curiam Romanam, in qua prohibetur appellatio per Ægidianam, appellatio erit admittenda, quia non attenditur Ægidiana; ſed attenditur ſtatutum Bononienſe, quo appellatio permittitur, Rot. diuerſ. deciſ. 330. reſoluerunt, vſque ad numero 3. parte 2.

Ratio eſt, quia appellatio in poſſeſſorio reſpicit ordinatoria, cum grauamen illatum in poſſeſſorio poſſit reparari in petitorio, vt conſiderat Put. dec. 480. Antonius de Burgoſ. n. 6. in fine, et n. 7. lib. 2. & eſt de mente Decij in c. 10. cum eccleſia, n. 158. ibi, ex quo inferri videtur, de conſtit. dicens, quod appellatio tunc reſpicit deciſoria, quando appellatur à grauamine irreparabili, alias ſecus.

10. Subinfero ex eadem illatione, inhærendo huic extenſioni, quod in caſu oppoſito, quando ſtatutum loci, vbi iudicauit iudex à quo, admittit appellationem, & ſtatutū loci, vbi iudicat iudex ad quem, prohibet appellatio erit admittenda ob eaſdem rationes, quas adduxi ſupra num. 2. & ſeqq. Quare ſi in loco, mediate ſubiecto Sedi Apoſtolicæ, in quo ſeruetur ius canonicum, fuerit à ſententia lata ſuper poſſeſſorio appellatum ad Curiam Romanam debet in ea recipi appellatio, quę tamen à ſententia, lata in Curia, non reciperetur, Contar. in l. vnica, in qq. Ægidian. q. 6. ſub numero 7. verſic. & ad prædictam, C. ſi de mom. poſſeſſ.

Infero ſecundo, quod dum agitur coram iudice appellationis de proceſſu facto coram iudice à quo, an bene, vel male proceſſerit, iudex appellationis debet conſiderare ſolum, an ſeruauerit ſtatuta, & ſtylum tribunalis, vbi iudicauit, Alex. conſ. 164. circa dubitationem, nu. 3. & ſeqq. & n. 8. lib. 6.

11 Declara primo reſtringendo eandem primam illationem, & ſubillationem, vt procedant, quando appellatio prohibita non imponit finem liti principali; quare ſi ſit prohibita ab interlocutoria, remanet appellatio a diffinitiua, ſi ſit prohibita à diffinitiua ad effectum ſuſpenſiuum tantum, remanet appellatio ad effectum deuolutiuum; ſi ſit omnino prohibita à diffinitiua in poſſeſſorio, ſupereſt petitorium; in his enim appellationibus procedunt quæ ſcripſi.

Secus ſi appellatio imponat finem liti, & negotio principali, quia tunc appellatio non reſpicit ordinatoria iudicij, ſed deciſoria, vt ſcribunt Franc. in c. 7. ſi duobus, §. denique, ſub num. 4. de appel. Socc. conſ. 195. circa primum, col. 2 ſub num. 2. ibi, ergo poteſt conceſſa. & ibi, ex quibus omnibus, lib. 2. Aret. in c. 11. quod clericis, num. 10. de form. compet. quem refert, & ſequitur Dec. in cap. 10. eccleſia S. Mariæ, n. 154. ſub verſ. ex præmiſſa, ibi, ſecus videtur, de conſtit. & vtrumque Gozad. conſ. 76. quæritur ſi poteſtas, numero 15. & alij, quos citat Contar. in l. vnica, lim. 4. nu. 7. & 8. C. ſi de mom. poſſ. & conſequenter iſto caſu debet iudex appellationis ſequi ſtatutum loci contractus, ſi in eo loco ſtatutum diſponeret de appellatione ſuper illo contractu per ea, quæ loquendo de conſuetudine, ſcribit Alexan. conſil. penult. 217. viſo quodam, ſub n. 5. verſ. fortius, lib. 7. & quæ ſcripſi lib. præced. cap. 2. n. 653. verſ. cæterum, & num. 655. ſed ſi non agatur de contractu, aut ſtatutum loci contractus de eo non loquatur, tunc debet ſequi ſtatutum loci

* litigantium, vt in conſuetudine deciſoria ex communi * opinione refert, & ſequitur Alex. vbi ſupra, & ſic debet ſequi ſtatutum rei conuenti, quod erit ſtatutum domicilij, aut originis.

12 Declara ſecundo, reſtringendo, vt non habeat locum in ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 178. quia licet ordinent circa numerum appellationum, & ſententiarum, quæ faciunt rem iudicatam, tamen illud ſtatutum non vult ligare,

niſi eos, qui ſint vel ciues, vel incolæ, vel diſtrictuales, vnde exteri litigantes in Curia, qui non ſint ciues, nec incolæ, nec diſtrictuales, non ligantur illo ſtatuto; quia & ſi ſtatutum de numero appellationum ſit ordinatorium, ideoque liget etiam exteros, *vt dixi ſupra n.3. & ſeqq.* tamen hoc non eſt verum in dicto ſtatuto Vrbis, quia apertè diſponit contrarium.

Confirmatur hæc declaratio, quia, ſi hoc ſtatutum eſſet ordinatorium, haberet locum ſolum in ſuo foro, nempe Capitulino, & non tribunali Auditoris Cameræ, Rotæ cæteriſque tribunalibus Vrbis, *per ea quæ ſcripſi lib. præced. c. 3. num.651. & ſeqq.* ſed hoc ſtatutum debet ſeruari in omnibus Curijs, vt diſponitur in eo, & ideo etiam in tribunali Rotæ, Rot. *diuerſ. deciſ.452. domini concluſerunt, in princip. & in fine, par.1.* Ergo non retinet naturam ſtatuti ordinatorij, quia, ſi eam retineret, eſſet ſeruandum ſolum in foro Capitolino, *vt conſiderat Rot. d. deciſ.452. in fine, num.6.*

13 Secunda concluſio eſt, quod reſpectu proceſſus faciendi coram iudice appellationis, & reſpectu omnium, quæ erunt de illius proceſſu, iudex appellationis debet ſequi ſua propria ſtatuta, & non ſtatuta iudicis à quo, *Alex. conſ.164. circa dubitationem, in vlt. verbis, lib.6.* & fundamenta huius ſecundæ concluſionis ſunt prorſus eadem, quæ adduxi pro prima præcedente concluſione, vnde appellatione à ſua ſententia debet ſequi ſtatuta ſua, quia illa appellatio eſt de appenditijs ſuæ inſtantiæ, & de ordine ſui proceſſus; quare ſi ex Ciuitate Bononiæ ſit à ſententia lata ſuper poſſeſſorio appellatum ad Curiam Romanam, & in Curia Rom. reformetur, ſeu confirmetur illa ſententia, vtiq; ab iſta, lata in Curia, non poterit appellari propter Ægidianam.

14 Confirmatur primo hæc concluſio, quia ſi à laudo arbitratoris fuerit petita reductio ad arbitrium boni viri coram iudice, & is iudex reformauerit arbitramentum, poterit à ſententia reformatoria appellari, quia attenditur ſtylus iudicis à quo, quamuis à laudo arbitratoris non potuerit appellari, per ea quæ ſcripſi *q. præced. limitat.14. num.3.*

15 Confirmatur ſecundo, quia, ſi per ſtatutum ſit aſſignatum vnum tempus Capitaneo, & aliud Poteſtati, & in aliquo caſu Poteſtas ſit ſubſtitutus Capitaneo, debet Poteſtas iudicare ſecundum ordinamenta Poteſtatis, & non ſecundum ordinamenta Capitanei, *Bal. in l.5. certum eſt, ſub n.32. verſ. item dubitatur, verſus finem, C. vnd. legit. & vnd. cogn.* quem refert, & ſequitur Socc. *conſ.195. circa primum, ſub n.1. & verſ. ſed pei miſſis, lib.2.* dicens, quod ſubrogatus non tenetur ſeruare ſtatuta eius, in cuius locum ſubrogatur, ſed propria.

16 Contraria opinio, nempe, dari appellationem, ſuadetur hoc vnico argumento, quia cauſa ſemel effecta appellabilis præſertim ex neceſſitate legis remanet appellabilis, vt firmaui *quæſt. præced. limit.47. memb.1. ſub n.109. & ſeqq.* Ergo debet poſſe appellari etiam à ſententia iudicis ad quem, & præſertim quando iudex appellationis reuocat ſententiam primi iudicis, quo caſu à reuocatoria videtur omnino concedenda appellatio, *per ea, quæ dixi dicta lim.47. memb.1. n.109. & ſeqq.*

17 Reſpondeo huic argumento, quod non procedit, quando vterque iudex habet leges locales, quia tunc vnuſquiſque ſeruat legem loci, iuxta illud (*Dum eris Romæ Romano viuite more*) ſecus quando leges diuerſæ non ſunt ratione locorum.

Et hæc de primo caſu poſito *ſupra n.1.*

18 Secundus caſus principalis eſt in deciſorijs: & in iſto caſu breuiter concludo, quod ſi agatur de aliquo contractu, & de illo contractu loquatur ſtatutum loci, vbi fuit factus contractus, quilibet iudex debebit ſequi diſpoſitionem ſtatuti illius loci contractus; quod ſi non agatur de aliquo contractu, ſeu ſtatutum loci contractus de illo non loquatur, iudex debet ſequi ſtatutum rei conuenti; quare, ſi appellatio ſit omnino prohibita ita vt ſit deciſoria, iudex debet ſeruare ſtatutum rei, vt hæc omnia ſcripſi *ſupra num.11.*

PARS SECVNDA.

QVÆSTIO XIX.

ARGVMENTVM.

De remedijs, deficiente appellatione.

QVI appellationis deſtituitur auxilio, multis ſubuenitur remedijs, quorum primum ex noſtro ordine erit nullitas, cuius materiam, vt facilius explicem, procedam per concluſiones.

Prima concluſio. *Quid ſit nullitas.*

Secunda concluſio. *Duæ ſunt ſpecies ſententiarum, à quibus licet non poſſit appellari, poteſt tamen dici de nullitate.*

Tertia concluſio. *Nullitas poteſt intentari dupliciter.*

Quarta concluſio. *Nullitas deducta per viam actionis non impedit executionem.*

Quinta concluſio. *Nullitas deducta per viam exceptionis non impedit executionem.*

Sexta concluſio. *De Nullitate poteſt agi coram eodem iudice, & coram ſuperiore.*

Septima concluſio. *Facultas agendi de nullitate durat vſque ad triginta annos.*

XIX. QVÆST. REM. I. CONCL. I.

SVMMARIVM.

Quid ſit nullitas, num.1.

NVllitas eſt ius, & commune auxilium ad irritandum, ſeu irritum nuntiandum actum, de quo quæritur, competens, *Vant. tractat. null. in princ. rub. quid ſit nullitas, fol.371.* & vocatur non ſolum commune auxilium, ſed etiam remedium; & defenſio, *Vant. vbi ſupra num.7. verſ. quod autem*; vel eſt iuris remedium, legum tutamen, pœna temerariorum, auxilium commune, & vera defenſio oppreſſorum, ob publicam vtilitatem introducta, *vt ex Rimin. refert, & ſequitur Ragin. tract. de appell. §.3. c.1. n.1.*

Declara, eſſe auxilium, ſeu remedium ordinarium, quia competit, ſiue deficiat, ſiue non deficiat appellatio, & ideo poteſt intentari etiam cum ipſa appellatione, *vt explicaui infra concl.3. n.4.*

XIX. QVÆST. REM. I. CONCL. II.

SVMMARIVM.

NVLLITAS poteſt deduci aduerſus ſententias in appellabiles, num.1. & ſeqq. in quibus dantur duæ ſpecies eiuſmodi ſen-

ſententiarum, & in vtraq; ſpecie afferuntur exempla, impugnaturq; & defenditur concl. vſque ad n. 13. incluſ.

Declaratur I. concluſio, vt procedat in nullitate, quæ deducitur principaliter, ſecus in ea, quæ ſtat acceſſoriè ad appellationem, quia iſta non poteſt opponi contra ſententiam inappellabilem, n. 14.

Declaratur II. reſtringendo, vt non procedat in ſententia lata in poſſeſſorio ſummariſſimo, n. 17. Contrarium, ibidem.

Declaratur III. vt non procedat in Gallia, n. 18.

Declaratur IV. an & quando nullitas poſſit deduci contra ſententiam Principis, n. 19. & ſeqq.

Declaratur V. vt non procedat, quando eſt prohibita etiam nullitas, n. 33.

1 DVæ ſunt ſpecies ſententiarum, quæ & inappellabiles ſint, poteſt tamen dici de earum nullitate.

Prima dicitur inappellabilis ex natura cauſſæ.

Secunda dicitur inappellabilis propter excellentiam iudicis, qui eam tulit.

Capio primam, quæ eſt inappellabilis ex natura cauſſæ, & aduerſus eam poſſe dici de nullitate quatuor oſtendo exemplis.

2 Exemplifica primo in re iudicata, ſeu tribus ſententijs conformibus, a quibus non poteſt appellari, *l. vnica, C. ne lic. in vna eademq. cauſ. & ibi Gloſ. Cyn. Bar. Bald. Salyc. & Paul. de Caſtr. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 17. lim. 1. n. 1.*

Et tamen poteſt dici de earum nullitate, *teſtib. Huber. de Bob. Io. de Deo, Spec. Vant. & Contar. quos retuli, & ſequutus ſum ead. q. 17. lim. 1. n. 55.*

3 Exemplifica ſecundo, quando cumulatis ſimul appellatione, & nullitate, deſeritur poſtea appellatio, quia nihilominus remanet nullitas, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 17. lim. 2. n. 126. & ſeqq.* Quare licet cauſſa appellationis, & nullitatis acceſſoriæ ad eam ſit deſerta, tamen non dicetur deſerta cauſſa nullitatis principaliter deductæ, ſeu deducendæ, *Corn. conſ. 323. animaduertens, n. 4. in fin. & n. 5. lib. 4. & latius declaraui d. lim. 2. n. 131.*

4 Exemplifica tertio in ſententia, lata in iudicio poſſeſſorio momentaneo, a qua non poteſt appellari, *teſtib. Spec. Bar. Nicell. Oſaſch. Lancell. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 17. lim. 6. memb. 3. n. 3.*

Et tamen poteſt dici de eius nullitate, *Bald. in l. 1. not. 2. num. 3. C. ne l. c. tert. prou. idem Bal. in l. vnica, col. penult. n. 12. verſ. quæro nunquid ſententia, & Salyc. qu. 5. n. 5. C. ſi de momen. poſſeſſ. Abb. conſ. 55. in cauſſa quæ, paulò ſupra num. primum, lib. 2. Paul. de Caſtr. in l. 6. quiſquis, C. quorum appel. non recip. Iaſ. in l. 1. n. 6. verſ. & per hoc ſemper, ff. de iuſt. & iur. Vant. tract. null. rubr. quis poſſ. dic. de null. ſub n. 34. verſ. & propterea, fol. 376. Caball. ad conſtit. March. lib. 6. c. 2. in verbo, ciuili, limit. 5. n. 5. fol. 370. Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſeſſ. n. 338. verſ. & ſi hoc, fol. 269. Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 38. ſub n. 118. fol. 204. Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. in commiſſ. appell. c. 2. n. 47. lim. 5. fol. 39.* & de receptiſ-

* ſima * opin. teſtatur Contar. *in d. l. vnica, lim. 7. n. 9. & n. 1. & ſeqq. C. ſi de mom. poſſ.*

Extende hanc exemplificationem, vt procedat etiam ſi nullitas non ſit euidens, neque reſultet ex actis; Doctores enim, quos viderim, dum aiunt, poſſe dici de nullitate huius ſententiæ, non requirunt, quod nullitas ſit euidens, quia eſſe euidens, vel non euidens conſideratur ſolum, quando agitur de retardanda executione.

5 Quicquid ſcripſerint Caball. & Marcheſ. ſupra proxime citati.

6 Exemplifica quarto in ſententia, lata in cauſſis criminalibus, a qua & ſi prohibita ſit omnis appellatio, & ſententia habeatur pro re iudicata, tamen iudex, conſtito ſibi de nullitate ſententiæ, debet eam reuocare, aut ſaltem ſuperſedere, & conſulere Principem, *vt late declaraui ſup. lib. 1. c. 97. n. 184.* & hæc de prima ſpecie cauſſarum inappellabilium, poſita *ſupra ſub n. 1. verſ. capio primam.*

7 Capio ſecundam, quæ eſt inappellabilis propter excellentiam iudicis, & aduerſus eam poſſe dici de nullitate, multipliciter oſtendo.

Primo, quia prohibita appellatione, non cenſetur prohibita nullitas, *Granat. qui alios citat, in annot. ad prax. Veſtr. lib. 8. cap. 1. num 24.* Sunt enim duo remedia iuris ad inuicem ſeparata, ideoque prohibitus appellare non cenſetur prohibitus dicere de nullitate, *Franch. quem citaui, & ſequutus ſum ſupra q. 17. lim. 2. num. 125. Vant. tract. null. rubr. quis poſſ. dic. de null. n. 33. verſ. nunquid autem, et n. 34. in fine, verſ. ſiue igitur, & ſeqq. fol. 376. & March. tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. ſuper null. cap. 1. ſub num. 1. fol. 123.* & lex, tollens appellationem, vti exorbitans, debet ſtrictè intelligi; & ideo non debet extendi ad nullitatem; quæ eſt diuerſo, *Vant. vbi ſupra.* Et quod conſtitutio, prohibens appellare, non prohibeat agere de nullitate, refert, & ſequitur Rebuff. *tract. de appell. art. 1. gloſſ. 2. n. 19. verſ. quarto, tom. 3. fol. 485.* & renuntians appellationi non dicitur renuntiare nullitati, quæ ſtat principaliter, vide *ſupra d. limit. 2. n. 125.*

8 Secundo, quia difficilius admittitur remedium contra ſententiam inappellabilem ex natura cauſæ, quam contra ſententiam inappellabilem propter excellentiam iudicis, quare remedium ſupplicationis non admittitur contra ſententiam inappellabilem ex natura cauſſæ, *teſtibus Iaſ. Maran. Ioſ. Cumia, Boſſ. Rol. a Vall. & Achil. Perſon. quos retuli, & ſequutus ſum infra rem. 3. nu. 7. verſ. quartus caſus*, & tamen admittitur contra ſententiam inappellabilem propter excellentiam iudicis, *teſtibus ijſdem Iaſ. Maran. Rol. à Vall. Achill. Perſon. et Boſſ.* quos retuli, & ſequutus ſum *d. rem. 3. ſub n. 2. verſ. in primo.*

Ergo cum nullitas admittatur contra ſententiam inappellabilem ex natura cauſſæ, *vt dixi ſupra n. 1. et ſequentibus*, à fortiori admittitur contra inappellabilem, propter excellentiam iudicis.

9 Tertio, quia regulariter poteſt dici de nullitate cuiuslibet ſententiæ, *vt ſcribit Iaſ. in l. 1. n. 6. verſ. et per hoc ſemper, ff. de iuſt. et iur.*

Quarto, & attingo in terminis, quia a ſententia præfecti prætorio non datur appellatio, *Gloſ. Azo, Spec. Archid. Salyc. Nicell. Guid. Pap. & alij, quos retuli, et ſequutus ſum ſupra q. 16. lim. 9. n. 1.*

10 Et tamen poteſt dici de nullitate ſententiæ latæ à præfecto prætorio, ſeu a quouis etiam maximo Magiſtratu, *Vant. tractat. null. rubr. an qualibet ſententia etc. num. 3. et num 1. in fine*, etiam ſi ſit ſententia Cardinalis Legati Sedis Apoſtolicæ, *Vant. ibidem num. 5. et 6. fol. 378.* & quod exceptio nullitatis militet etiam aduerſus ſententiam Principis, & retardet illius executionem refert & ſequitur Lancellot. *tract. de attent par. 2. cap. 17. de attent. null. pend. ampl. 5. num. 59. fol. 396.* & tamen non dari appellationem a ſententia Principis dicit text. *in l. 1. ff. a quib. appell. non lic.* & teſtantur Az. Spec. Archid. Franch. Iaſ. & alij, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra d. quæſt. 16. limitat. 1. num. 1.*

11 Argumentor contra vniuerſam hanc ſecundam concluſionem, quia a quo remouetur genus, remouentur neceſſario eius ſpecies, *Euer. de locis argum. in loco, a genere ad ſpeciem, n. 1. fol. 67.*

12 Sed appellatio veluti genus quoddam comprehendit etiam nullitatem, *Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 1. n. 1.* & eſt nomen generale, *vt ſcribit Rugin. tract. de appell. poſt præfat. tit. de appell. n. 2. fol. 11.* & quod ſub ſimplici appellatione includatur nullitas, & iniuſtitia, ſcribit Alex. *conſ. 59. viſo titulo, ſub num. 9. ibi, quia reſpondeo, lib. 4.* ideoque ei, cui committitur cauſſa appellationis, cenſeri commiſſam etiam cauſſam nullitatis incidentis declarat Card. Alex.

*in c.63.dilecto,n.54.& 55.de appel.*eumque,qui renuntiauit appellationi, cenſeri renuntiaſſe etiam nullitati, quæ tacitè ineſt appellationi,retuli,& ſequutus ſum *concl. ſeq. n.14.verſ,infero tertio.*

Ergo,prohibita appellatione, ſiue ex natura cauſæ, ſiue propter excellentiam iudicis, intelligitur prohibita etiam nullitas.

13 Huic argumento reſp.dupliciter. Primo, quod appellatio eſt genus quoddam æquiuocum, quod poteſt ſumi in genere, prout continet etiam nullitatem, & poteſt ſumi in ſpecie,prout continet ſolam appellationem, vt aduertit etiam Veſtr.*eod.c.1.nu.* 3.ſicut in ſimili dicimus de prouocatione,de adoptione,de cognatione,& de iure ciuili,quæ poſſe ſumi in genere,& in ſpecie oſtendi ſingulatim *ſupra q.1.n.9.& ſeqq.*ſed in odioſis verba ſunt ſtricte, & potius in ſpecie,quam generaliter intelligenda,& prohibitio appellationis eſt odioſa: ergo &c. & quod verbũ appellare ſit æquiuocum ſcripſi *ſupra d.q.1.num* 3.Secundo reſpondeo,quod appellatio continet eam nullitatem, quæ ſtat acceſſorie ad appellationem, & in ea concedo argumentum; ſed non continet eam, quæ deducitur de per ſe, & principaliter, & de hac intelligimus in concluſione, & ita ſentit Bart.*in l.19.ſi expreſſim, numero 3.verſ. videndum eſt,ibi, nec obſtat, ff.de appellat.* & aperte declarauit.Vant. *tract. nullit.rubr. quis poſſit dicere de nullit.nu. 36.ſol.376.*

14 Firmata hac ſecunda concluſione in vtraque ſpecie ſententiarum inappellabilium.

Declara primo eam in vtraque ſpecie, vt procedat, quando nullitas opponitur principaliter, & de per ſe, *Paul.de Eleaz.in clem.1.de iudic. Bald. Salyc. Caballin. Achil. Perſon.Marcheſ.& Contaren.quos retuli,& ſequutus ſum ſupra numero 3.verſic. & tamen poteſt*, & ita declarauit etiam *ſupra qu.17.limit.6.membr.2.ſub num.31.verſic. ſubdeclara.*

Secus ſi nullitas ſtet incidenter,& adhærenter appellationi,ſitque eius acceſſoria, quia iſta tranſit ſub prohibitione appellationis,*Bal.Salyc.& Caball.hic remiſſiue citati,& Vant.tract.null.rubr. quis poſſ dic.de null. ſub num.36. fol.376.Achil.Perſon.tr.de adipiſc. poſſ. ſub num 338.verſ. ſed ibi,fol.269.& Contar. in l.vnic.limit.7.nu.6.verſ nullitas enim,& ſub num.9.ibi,& eorum opinio, C.ſi de momen. poſſ.*& eſt opinio communis omnium; Vnde ſi ſit renuntiatum appellationi, cenſetur renuntiatũ etiam nullitati, incluſæ adhærenter in ipſa appellatione, & deſerta cauſa appellationis,cenſetur deſerta cauſa nullitatis, quæ inhærebat appellationi, *vt ex Franch. Rip.& alijs retuli, & ſequutus ſum dicta limitat.ſecunda, ſub num.131.*

15 Ratio eſt in promptu, tum quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, ideoque remota appellatione, cenſetur remota nullitas, quæ ſtat acceſſorie ad appellationem,Vant.*d.rubr.quis poſſ.dic.de null.ſub num.36.* tum quia alias via eſſet aperta ad illudendam legem prohibẽtem appellationẽ,quia non alias poſſet cognoſci de nullitate,niſi vna cum appellatione, quando nullitas ſtat adhærenter appellationi,ſicque cognoſceretur cauſa appellationis,*Contar.d.limit.7.ſub n.9.*

16 Nullitas quando dicatur deduci principaliter, & quãdo incidenter,declaraui,*concl.ſeq.num.3.& ſeqq.*

17 Declara ſecundo reſtringendo, vt non procedat in ſẽtẽtia,lata in poſſeſſorio ſummariſſimo,quia de eius nullitate dici non poteſt, cum in eo nullus requiratur ordo, *Menoch.tr.de retinen.poſſ.rem.vlt.q.18.ſub n.52.*

Contra hanc declarationem, quod enim poſſit dici de nullitate ſequeſtri in poſſeſſorio ſummariſſimo, retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt.17.limit.6.memb.2.numer. 28.& 30.*

Nec dicat Menoch. poſſe dici de nullitate ſequeſtri, quando iudex ſequeſtrat in caſu,quo conſtat, alterum ex concedentibus eſſe in poſſeſſione, aut nullum ſubeſſe timorem ſcandali; ſecus autem quando,cauſſa cognita,decernit,aliquem eorum eſſe in poſſeſſione.

Quia reſpondeo, quod etiam iſto caſu poteſt euenire, vt decernat,eſſe in poſſeſſione eum, quem conſtat non eſſe in poſſeſſione,& in ſumma nõ poteſt dari ratio,quare iudex poſſit magis nulliter procedere ſequeſtrando, quam non ſequeſtrando.

18 Declara tertio reſtringendo, vt non procedat in Gallia,quia,cum ibi non agatur de nullitate,niſi per appellationem,vt ſcribit Rebuff.*tract.de appell.art.1.gloſ.2.num. 19.verſic.quarto,tom.3.fol.*485.ſequitur,quod remota appellatione, ſit ſublata nullitas; ſed tu aduerte, quod in Gallia facilius admittitur appellatio, *vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra quæſt.17.limit.6.membr.2.numer.41.& limit. 48.numer.36.& 37.*& ideò poteſt ſemper appellari, quãdo ſententia eſt nulla, eo quia tunc continet notoriam iniuſtitiam, & ſic per viam appellationis eſt deducenda nullitas.

19 Declara quarto eandem concluſionem in ſecunda ſpecie, dum *ſupra ſub n.10.*dixi, poſſe dici de nullitate etiam aduerſus ſententiam Principis,quia ſunt diſtinguendi duo caſus principales.

Primus caſus eſt quando nullitas conſiſtit in defectu iuris naturalis,vt puta,quia ſententia ſit lata, ſublatis defenſionibus,vel non adhibita cauſę cognitione;& iſto caſu concluſio,quod poſſit dici de eius nullitate, erit vera indiſtincte, *ſecundum ea, quæ ſcribunt Afflict.deciſ.283. diu eſt,nu.7.verſ.fuit per totum,& Vant.tract.null. rubr.an qualibet ſententia &c.nu.13.quando autem,& nu.19.verſ. & quod ſol.378.*

20 Extende iſtum caſum, vt habeat locum, etiam ſi Princeps procedendo expreſſerit, quod vult vti plenitudine poteſtatis, quia nihilominus poteſt eius ſententia impugnari, *Vant.d.n.13.*

21 Infero primo ex iſto caſu, quod ſententia Principis, carens citatione,redditur inualida, vt ex comm.Doctor. opinione refert, & ſequitur *Vant.d.rubr.an qualibet ſentent.&c.n.14.verſ.idcirco,* ideoque talis nullitas impedit executionem ſententiæ latæ à Conſil. Neap.ſub nomine Regiæ Maieſtatis,vt ex voto totius Conſil. Neap. refert, & ſequitur Affl. citatus *ſupra ſub n.19.*

Ratio eſt manifeſta,quia citationis effectus,ſeu citatio eſt de iure naturali,& de iure diuino,& reſpicit defenſionem, & ideo citationis defectum Principis ſupplere non poteſt; quare citatio requiritur etiam in ſententia Principis, *vt ex pluribus retuli,& ſequutus ſum ſupra lib.1.cap. 88.ampl.1.num.2.*

22 Infero ſecundo, quod iniuſta, & inualida eſt ſententia Principis,quæ eſt lata ſine cauſſæ cognitione, *vt refert,et ſequitur Vant.d.rubr.an qualibet ſententia &c.numero decimoquinto, ſol.378.*

Ratio eſt, quia diſcuſſio, & cognitio cauſſæ eſt de ſubſtantia iudicij, *vt ſcripſi dicto capit.88. ampl.2.numero 2. verſus finem,*& Princeps non poteſt ſumere iudicium ſine ſubſtantia iudicij, quia non poteſt facere impoſſibilia.

23 Infero tertio, quod inualida eſt ſententia Principis, ſi deficiat mandatum procuratoris, quia deficeret conſenſus partium, quem conſenſum Princeps ſupplere non poteſt. *Vant.ead.rubr.an qualibet ſententia, &c.num.16. ſol.378.*

Ratio eſt eadem cum præcedenti, quia actor, & reus ſunt de ſubſtantia iudicij, *vt retuli, & ſecutus ſum ſupra lib.1.cap.2.num.5.*

24 Infero quarto, quod inualida eſſet ſententia, quam Imperator ferret contra Epiſcopum, ſeu Cardinalem, vel Præsbyterum, ſeu alium clericum, quia priuilegium fori, conceſſum clericis, eſt de iure diuino, *vt ſcripſi ſupra*

lib.1.

Digitized by Google

lib.1.c.11.n.44.verſ.ratio, ideoque Regem, ac imperatorem non poſſe cognoſcere cauſſas clericorum, retuli & ſequutus ſum *d.c.11.n.32.& 34.*

25 Subinfero ex iſta illatione, quod neque ſententia Papę, lata ſuper re omnino temporali contra laicum, eſſet valida, ſi poſſet dari caſus, in quo ille laicus nullatenus eſſet ſubditus Papæ in iuriſdictione temporali, eo quia de iure diuino diuiſa eſſet iuriſdictio, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra q. 8.ſub n.100.verſ.prima ratio.*

26 Aduerte obiter, quod nullitas ex defectu iuriſdictionis habet facilius locum in ſententia, lata à ſeculari, quam in ſententia lata ab eccleſiaſtico, quia iuriſdictio eccleſiaſtica, vti maior, & amplior iuriſdictione ſeculari, poteſt facile prorogari ad iuriſdictionem, quam habet habitu, *vt ſcripſi dicto lib.1.c.11.n.10.& ſub n.12.* Quare licet Epiſcopus non ſe intromittat in caſibus, qui abſolutè ſpectāt ad forum ſeculare, tamen ſi laicus coram eo conuentus non declinat eius iuriſdictionem, ſed proſequatur litem coram eo, proceſſus, & ſententia, quam Epiſcopus ferret, eſſe valida, *vt ſcribit Io. de Graſſ. tract.de arbor.iudic. in 1. princ.n.9.tom.3.p.1.fol.*23. Et hæc de primo caſu, poſito *ſupra n.19.*

27 Secundus caſus eſt, quando nullitas conſiſtit in defectu iuris poſitiui, & tunc ſubdiſtingue tria membra.

Aut conſtat, quod Princeps in procedendo vti voluerit plenitudine poteſtatis, vt puta, quia hoc expreſſit, & tunc proceſſus, eiuſq; ſententia non poteſt impugnari de nullitate, proueniente ex defectu iuris poſitiui, *Vant.tract. null. rubr. an qualibet ſententia &c. num.13. verſ. quando autem, fol.*278. Et in his terminis clare procedit, quod ſcribit Afſl. *dec.283.diu eſt, verſus finem, ſub num.7.* licet, ipſe loquatur ſimpliciter non habita conſideratione, an voluerit, vel noluerit vti plenitudine poteſtatis.

Ratio eſt manifeſta, quia princeps eſt ſolutus legibus, *vt ſcribit, & exornat Vant. d.rubr. an qualibet ſententia etc.num.7.& ſeqq. verſ.et dubium facit.* Et ciuilis ratio ciuilia corrumpere poteſt, *Vant.ead.rubr.ſub numer.13.fol.* 378.

28 Aut conſtat, quod Princeps noluerit vti plenitudine poteſtatis, & recedere à diſpoſitione iuris communis, & tunc poteſt contra eius proceſſum, & ſententiam opponi etiam nullitas, procedens ex defectu iuris poſitiui, *vt ſentit Vant.ead. rubr. an qualibet ſententia &c.n. 12. verſ. primo caſu, fol.*378. & ſic procedit concluſio.

29 Aut non conſtat de eius voluntate, ſed ſumus in dubio, & tunc poſſe eius proceſſum, & ſententiam impugnari de nullitate, procedente ex defectu iuris poſitiui, late oſtendit Vant. *d.rub.an qualibet ſententia etc.n.20. et ſeqq.verſ. ſi vero, et n.25. verſ.idcirco, f.*379.

30 Ratio eſt, quia in dubio non præſumitur, quod Princeps voluerit vti plenitudine poteſtatis, ſicut etiam dicimus, quod certa ſcientia non præſumitur in Principe, ſed debet de ea legitimè conſtare, *Vant.ead.rubr.num.20. et 21.*

31 Limita, quando actus per Principem factus, peccaret in totum quoad formam iuris, quia tunc ad effectum, vt iſte actus valeat, præſumetur, quod Princeps voluerit vti plenitudine poteſtatis, ac iuri contrario derogare ſecundum Felyn. quem refert, ſed non omnino ſequitur Vant. *ead.rub.n.29.verſ.in præmiſſis, f.*378. relinquens cogitandum.

32 Extende hæc omnia, quæ dixi de Principe iſto ſecundo caſu, vt habeant locum etiam in Ciuitate, ſeu alio Domino non recognoſcente ſuperiorem interris, ſuis, vt ex communi opin. refert, & ſequitur Vant. *d.rubr. an qualibet ſententia etc.num.10. verſus finem, ibi, et quod dicitur, fol.*378.

33 Declara quinto, vt non procedat, quando etiam nullitas eſt prohibita à lege, vel à ſtatuto, quia tunc de ea dici non poteſt, *Franch.in c.63.dilecto, n.125.q.42.de appell.*& adde, quæ ſcripſi *infra concluſ.4.num.45.47.et 48.* & explica hanc declarationem ex his, quæ ſcripſi *ead. concl.4. n.49.56.et ſeqq.*

XIX. QVÆSTIONIS. REM. I. CONCL. III.

SVMMARIA.

NVLLITAS ſententiæ poteſt dupliciter deduci, n.1.et 2.

Nullitas duobus modis deducitur principaliter, et qui ſint hi duo modi, n.3.4.et ſeqq.

Nullitas quatuor modis deducitur incidenter, numero 11. et ſeqq.

1 NVllitas ſententiæ dupliciter deduci poteſt, principaliter ſcilicet, & incidenter, ſeu adhærenter appellation[1]. *Bar.in l.19.ſi expreſſim, num.12.verſ.nunc aliqua videamus, ff.de appell.et relat.Franch.in c.63. dilecto, num.8. quæſtio.3 et Card.Alex.n.16.verſ. ſecunda eſt quæſtio principalis, de appell.Vant.tract.nullit.rubr.quot, et quibus mod. nullit.etc.n.1. fol.379. Lancell.tractat. de attent.p.2. capit. 17.de attent.nullit. pendent. n.7. verſ. redeundo ad primam fol.*395. & quod condemnatus poſſit proponere dupliciter querelam de nullitate, videlicet in modum agendi, vel in modum excipiendi, ſcribit Papien.*in pract.in form.appell.a ſent.diffin.in gloſ.fuiſſe et eſſe nullam, n.1.et 3.fol.*409.

* & ita communiter * omnes in diuerſis locis.

2 Contra hanc concluſionem oppono; quia imo de nullitate poteſt agi quinque modis. *Primo* per viam appellationis, quando ſcilicet appellatur à ſententia, quia eſt nulla. *Secundo*, quando appellatur ſimpliciter, quo caſu nullitas venit acceſſoriæ, & incidenter in appellatione. *Tertio*, quando nullitas intentatur æque principaliter cum appellatione, dicendo, ſententiam eſſe nullam, & ſi quæ eſt appello. *Quarto*, quando nullitas intentatur de per ſe principaliter. *Quinto*, quando nullitas intentatur per viam exceptionis, *vt ſcribunt Franch.in c.63.dilecto, n. 148.et Card. Alex.n.91.verſus finem, verſ.in contrarium, de appell.et Luc.Pæt.in practic.Capit.lib.6.c.1.n.1.*

Reſp. quod omnes hi quinque modi reducuntur ad duos principales, de quibus dixi in concluſione, vt patebit ex infra dicendis.

Retenta concluſione.

Extende eam, vt procedat etiam ſi ſententia, ſeu alius actus ſit nullus ipſo iure, quia adhuc poterit de eius nullitate principaliter agi, *Franch.in d.c.63.dilecto, num.9.q.4. de appell.*

3 Principaliter nullitas deducitur duobus modis.

Primus modus eſt; quando deducitur ſeparatim & de per ſe, & in hoc concordant omnes, ſed ſub diuerſis verbis; nam nullitatem deduci principaliter, quando agitur, petendo principaliter pronuntiari ſententiam nullam, ſcribit Bar. *in d.l.ſi expreſſim, numero 12.in fine.* Quando nullitas ſola allegatur, petendo ſententiam pronuntiari nullam, ſcribit Papien.*in d.gl.fuiſſe, et eſſe nullam, ſub nu.3. ibi, alio modo, fol.*409. Quando intentatur agendo, ſiue petendo, vt ſententia declaretur nulla abſque eo, quod alia petitio actoris, ſiue rei præcedat, ſcribit Card.Alex.*d.cap. dilecto, numero* 16. Siue quando mouetur de per ſe ſeparatim ab appellatione, vt loquitur *num.94. verſ. quinto modo, et ſub num.97. verſ.ſed quæſtio elegans.* Quando intentatur ſola, & à quouis alio remedio ſeparata per modum agendi (ad eam nobili iudicis officio implorato) an indicium deducitur, ſcribit Vant. *d.rub.quot et quib.mod.etc. num.2.verſ.principaliter, fol.*379. quando de ea agitur per viam principalis petitionis, ſcribit Contar. *in l.vnica, lim. 7.num.7.C.ſi de momen.poſſ.* Quando deducitur, petendo reſciſſionem alicuius actus, nulla facta appellationis men-

mentione, quo caſu omnes fatentur, nec quiſqoam hactenus dubitauit dici principaliter deductam, ſcribit Couar. pract. qq. capit. 24. ſub numer. 7. verſic. eſt igitur, in vltimis verbis. Quare Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, quaeſt. 12. ſub numer. 11. ff. de pact. fol. 141. rectè, quærit, an nullitas poſſit de per ſe ſine appellatiooe intentari coram ſuperiore.

4 Secundus modus eſt, quando nullitas deducitur expreſſim vna cum appellatione, vt puta (dico ſententiam nullam; & ſi quæ eſt appello) qui dicitur æque principaliter deducta, Card. Alex. in cap. 63. dilecto, ſub num. 42. & 43. verſ. dicite ergo, & ſub num. 92. verſ. tertio modo, de appell. Iaſ. in l. 1. ſub num. 7. ibi ſemper, putant, ff. de iuſt. & iur. Euer. de loc. argument. in loco à natura copulæ, numer. 4. ibi primo enim, Couar. pract. qq. cap. 24. num. 6. in fine verſic. eſt igitur, & numer. 7. fol. 525. Vant. tract. nullit. rubr. quot & quibus mod. nullitas &c. num. 11. & 12 verſic. prout etiam iuncto, num. 9. tom. 4. fol. 379. Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſ. ſub num. 338. verſ. ſed ibi, fol. 269. & Contar. in l. vnica, limit. 7. numer. 2. verſic. verum hic, Cod. ſi de momen. poſſeſſ. qui tres poſtremi referunt & ſequuntur, eſſe opin. com- * munem, & quod de nullitate dicatur principaliter agi, quando veoit incidenter ad appellationem interpoſitam ſub prædicta formula, ſcribit Papien. in pract. in for. appell. à ſent. diffin. in gl. fuiſſe, & eſſe nullam, ſub num. 3. fol. 409. & quod, commiſſa cauſa appellationis, & nullitatis, cauſa nullitatis veniat æque principaliter, tenuit Rot. de qua A. M. Pap. in addit. ad Rot. deciſ. 23. alias 237. voluerunt, nu. 9. de reſcript. in nou.

Et quod conſuetudo admittat eiuſmodi appellationẽ, teſtatur, & conſuetudinem eſſe iuridicam oſtendit Bart. in l. 19. ſi expreſſim, q. 3. ſub nu. 4. ibi, dicendum eſt breuiter, & num. 5. ff. de appell. & relat. & quod libellus; dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, procedat, tenent com- * muniter Scribentes, vt teſtantur Papien. in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gl. & in quantum ſit aliqua, ſub nu. 3. verſ. inſuper apud ſcholaſticos, fol. 411. Card. Alex. d. cap. dilecto, num. 34. verſ. ſed nunquid procedet. Et quod appellatio & nullitas, licet ſint diuerſa remedia, & videantur incompatibilia, tamen poſſiot eadem commiſſione, & libello cumulari ſecundum magis veram opinionem, teſtatur, & ſequitur Veſtr. in prax. libr. 8. cap. 3. num. 5. verſ. nec videatur. Et ideo nos paſſim videmus in Curia commiſſiones appellationis, appellationum, nullitatis, & nullitatum, &c.

5 Extende primo hunc ſecundum modum, vt procedat non ſolum in nullitate ſententiæ, vt dixi, ſed etiam in nullitate cuiuſuis alterius actus, quia poterit nullitas æque principaliter intentari, & cumulari cum alio remedio, vt puta, dico teſtamentum patris mei nullum, eo quod non fuit rite, & ſolemniter factum, & qoatenus aliquod apparuerit, dico illud tanquam iooſſicioſum debere reſcindi, Vant. d. rubr. quot & quibus mod. nullitas &c. num. 5. verſ. principaliter, fol. 379.

Idem etiam dicimus, ſi quis ita libellum daret: dico, qood tale inſtrumentum ex defectu talis ſolemnitatis eſt nullum, & inualidum, & quatenus ſit validum, dico, me ex eo vltra dimidiam iuſti pretij fuiſſe deceptum, ac propterea illud reſcindi, & rem meam mihi reſtitui, aut illius pretiom ſuppleri debere, Vant. vbi ſupra numer. 6. & 7. fol. 379.

Ratio, quare ſuſtineatur hæc cumulatio nullitatis, & appellationis, ſeu alterius remedij, eſt, quia vtrumque remedium cenſetur deductum conditionaliter, & diſiunctiue, & nulla inſurgit perplexitas, Vant. d. rubr. quot & quibus mod nullitas &c. n. 8. verſ. ſuſtinetur, fol. 379. & Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 1. ſub n. 5. verſ. nec videatur, ſicut in ſimili ſuſtinetur cumulatio nullitatis, & reſtitutionis in integrum, Bar. in l. 19. ſi expreſſim, n. 9. verſ. quaero quid in cauſa reſtitutionis, ff. de appall. & relat. Bal. in l. 3. edita, nu. 86. q. 7. C. de eden. in 2. repetit. & Bellam. dec. 298. de conſuetudine, quia poſſunt intentari ſimul, non ſimpliciter, & copulatiue, ſed conditionaliter, & diſiunctiue, Bald. vbi ſupra, & quod iſta duo remedia, nullitatis, & appellationis poſſint cumulari ſine repugnantia, oſtendit Bart. in d. l. 19. ſi expreſſim, n. 7. verſ. circa tertium.

6 Extende ſecundo, vt oon ſolum poſſint ſimul cumulari, ſed poſſint etiam ſimul, & ſemel cognoſci, Vant. d. rubr. quot & quibus mod. nullitas &c. num. 14. verſ. & ne dum, fol. 379. dicens, qood vtraque cauſſa, videlicet, nullitatis, & iniuſtitiæ poteſt eodem tempore, ac ſimul, & ſemel inſtrui; & ſuper vtraque probationes admitti, & Veſtr. vbi ſupra.

7 Intellige hanc extenſionem, dummodo contrarietas, vel repugnantia non reſultet, ſicut intelligit, & explicat idem Vant. video. d. rubr. quot & quib mod. nullitas, etc. ſub nu. 14. verſ. quod intellige, et nu. 15.

8 Extende tertio, vt in tantum poſſint ſimul cumulari, vt cumulans non teneatur, etiam parte petente, alteram eligere, Veſtr. in prax. libr. 8. cap primo, ſub num. 5. verſic. nec videatur.

9 Declara hunc ſecundom modum, vt in cauſſis ſeu ſententijs in appellabilibus remaneat nullitatis oppoſito ſola, & appellatio nullum operetur effectum, ac ſi non fuiſſet interpoſita, ſeu cumulata, ſicque iudex nullitatis pronuntiabit ſolum ſuper nullitate, quia non eſt in poteſtate partis facere ſententiam appellabilem, quam lex fecit inappellabilem, Contar. in l. vnica, limit. 7. num. 10. verſ. et licet, C. ſi de momen. poſſ.

An, & quando currant fatalia appellationis, dum diſputatur de nullitate ſententiæ, vide ſupra qu. 15. nu. 91. et ſeqq. et num. 262.

10 Iocidenter nullitas deducitur quatuor modis.

Primus modus eſt, quando appellatur ſimpliciter à ſẽtentia diffinitiua, non aliter expreſſa nullitate ſententiæ, quia tunc cauſa nullitatis includitur in appellatione, & ſtat in ea acceſſoriè, & incidenter, Franch. in c. 63. dilecto, nu. 54. q. 19. et Card. Alex. nu. 92. verſ. ſecundo deducitur, de appell. Vant. tr. null. rubr. quot et quib. mod. nullitas etc. num. 18. verſ. dicetur, fol. 379. et Veſtr. in prax. lib. 8. c. 1. ſub nu. 1. ibi, addo quod etiam, dicens, quod nullitas ſub verbo appello cenſetur non principalis, ſed incidenter, & acceſſoriè ad appellationem introducta.

11 Infero primo ex iſto primo modo, quod iudex appellarionis poteſt, examinaodo appellationem, cognoſcere etiam de nullitate, quam vbi viderit adeſſe, poterit declarare ſententiam nullam, & eam reformare, vt late retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 11. nu. 114. & adde quæ ſcripſi ſupra qu. 17. limit. 19. ſub num. 8. 9. et 11, & bene probatur ex l. 42. quadam mulier, ff. fam. herciſc. et ex l. vlt. Carmelia, ff. de iure patr.

12 Amplia hanc illationem, vt habeat locum etiam in commiſſario, cui ſit commiſſa cauſa appellationis, prout loquitur Vant. in loco ſupra proximè citato.

13 Infero ſecundo, quod prohibita appellatione ab aliqua ſententia, cenſetur prohibita etiam nullitas, quæ adhæreat acceſſoriè appellationi, quia nullitas deducta via appellationis aſſumit naturam ipſius appellationis, Contar. in l. vnica, limit. 7. num. 6. verſic. nullitas, C. ſi de momen. poſſeſ. ſeu, & clarius, quia acceſſorium ſeqnitur naturam ſui principalis.

14 Infero tertio, qood ſi quis renuntiat appellationi, intelligitur in conſequentiam renuntiaſſe nullitati, incluſæ in ipſa appellatione, vt retuli, et ſequutus ſum ſupra qu. 17. limit. 2. ſub num. 131. verſ. ſecus, & ideò, deſerta cauſa appellationis, dicitur deſerta etiam cauſa nullitatis, quę acceſſorie ſtabat incluſa io ea, vt retuli, et ſequutus sũ ſupra q. 15. n. 101. & dicta limit. 2. ſub n. 131. verſ. & ideo.

Secus

Digitized by Google

Secus eſt, quando nullitas ſtat principaliter cum appellatione, quia tunc renuntiatio appellationis non ſe extendit ad nullitatem, vide ſupra d.limit.2.numer.125.& ſeqq.

15 Infero quarto, quod licet appellans doceret, ſententiam eſſe notoriè nullam, tamen non obtinebit, niſi iuſtificet appellationem, probando ſe appellaſſe infra legitima tempora, & cætera formalia appellationis, & ſequutus ſum ſupra q.12.n.59.

16 Limita primo dicta in hoc primo modo, eiuſque prima illatione, vt non procedant, quando appellans reſeruaſſet ſibi ius dicendi de nullitate, quia tunc non includeretur in appellatione, & conſequenter iudex appellationis non poteſt cognoſcere de nullitate, vel validitate ſententiæ, & ideo ſententia, quam ferret ſuper nullitate, vel validitate ſententiæ, non valeret, tanquam non conformis libello, iuxta ea, quæ coagerit Alex.conſ.59. viſo titulo. n.10.& ſeqq.verſ.ſed quando, lib.4.

17 Limita ſecundo, vt dicta in iſto primo modo non procedant in appellatione ab interlocutoria, quia illa appellatio non includit nullitatem, Franch.in c.63.dilecto, n.54. q.19.de appell.Veſtr.in prax.lib.8.c.1 ſub n.1.ibi, ſecus vero in appellatione ab interlocutoria, & Granat.ibidem in annot.ad eum, n.20.qui alios citant.

Appellatio a ſententia nulla quot, & quos effectus producat, vide ſupra q.17.limit.19.n.8.& ſeqq.

Appellari an poſſit a ſententia nulla vide d. limit.19.n.1.& ſeqq.

18 Secundus modus eſt, quando vna partium petit iterum pronuntiari, dicens, ſententiam primo latam eſſe nullam, Bar.in l.19.ſi expreſſim, ſub n.12. verſ.nunc aliqua, ff.de appell. & relat. ſeu petit denuo pronuntiari, quia prima ſententia eſt nulla, Salyc.in l.6.ſi præſes, ſub numer.6.verſ.ſi vero hoc, C.quom.& quan.iud.Card.Alex.in cap.63.dilecto, num.17.verſ.ſecundo modo, de appell.& Affl.deciſ.283.dic. eſt, n.2.ſeu petit principaliter, quod iterum ſeotietur; ſicque, quæſtio nullitatis veniret incidenter, Bart.in dicta l. expreſſim, ſub num.14.ibi, ego dico, ſeu petit ab eodem iudice, iterum pronuntiari in cauſa, & deducit nullitatem incidenter, Abb.in c.nono, in litteris, num.quinto, de offic.et poteſt.iudic. deleg ſeu petit ſententiam ex eiſdem actis reformari, habita prima pro nulla, quia reformatio intentatur, principaliter, & nullitas incidenter, Felyn.in c.40. per tuas, ſub nu.8.ibi, ſed eſt alia diſtinctio, de ſent. excomm. & Vant.tract.nullit.rubr.coram quo poſſit &c.num.7. verſ. ſi tractabimus, f.374. ſeu cum petitum fuerit, quod, caſſata, ſeu habita prima ſententia pro nulla, ex integro ſuper negotio principali pronuntietur, ac ſententia prædicta reformetur, Vant.tract.null.rub.quot & quib.mod.nullitas &c.num.1.verſ.incidenter, fol.379. Et quod deducens nullitatem per viam cauſſæ, vt puta, quia appellata ſententia quia eſt nulla, dicat deducere nullitate incidenter, ſcribit Côtar.in l.vnica, limit.7.ſub n.9. verſus finem, ibi, qui vero deducit, C.ſi de mom.poſſ.& de hac nullitate, quando quis appellat à ſententia, quia eſt nulla, loquitur Card.Alex.d. c.dilecto, ſub n.91.verſus finem, verſ.in contrarium.

19 Tertius modus eſt, cum ille, contra quem petitur executio ſententiæ, excipit de nullitate ſententiæ, Bar.in d.l. ſi expreſſim, ſub n.12 verſ.nunc aliqua, ff.de appell.& relat. Papien.in pract.in form.appell.a ſent.deffi.in gl.fuiſſe & eſſe nullam, ſub num.3. ibi, excipiendo vero, fol.409 Card.Alex. in c.36.dilecto, ſub n.16. verſ.ſecunda eſt quæſtio.& nu.93. verſ.quarto modo, de appellat.& latius Vant.tract.nullit rubr. quot & quib.mod. nullitas &c.n.20. verſ.cognoſcitur, f. 379.vbi ponit exempla.

20 Extende hunc tertium modum, vt idem ſit, quando nullitas deducitur in replicatione, quia replicatio ſortiretur naturam exceptionis, & conſequenter nullitas in ea deducta diceretur incidenter deducta, Vant. vbi ſupra.

21 Exemplifica hanc extenſionem: Tu petis reſtitui tibi domum iure dominij, ſeu quaſi dominij: ego excipio, quod tu mihi eam vendidiſti, ſeu alio contractu in me tranſtuliſti; tu replicas de illius contractus nullitate, Vant. d.rubr.quot.& quib.mod.nullitas &c.ſub n.20. fol.379.

Exemplifica etiam: Tu petis a me centum vigore obligationis cameralis: ego excipio, quod obtinui decretum, ſeu ſententiam abſolutoriam, tu replicas, quod ſententia eſt nulla.

Quartus modus eſt, quotieſcunque agitur de nullitate notoria, quia notoria nullitas habet naturam, vt indiſtincte intelligatur deducta incidenter, vt retuli infra nu.27. verſ.comprobatur ſecundo.

XIX. QVÆST. REM. I. CONCL. IV.

SVMMARIA.

NVLLITAS deducta agendo non impedit executionem, n.1.

Extenditur I.hac concluſio in nullitate aduerſus tres ſententias conformes, n.3.& ſeqq.

Extenditur II. in nullitate aduerſus vnam, ſeu duas ſententias, quæ tranſierint in iudicatum, n.6.

Extenditur III.in nullitate aduerſus inſtrumentum, ſeu obligationem executiuam, n.7.& 8.vbi declaratur.

Extenditur IV. etiam ſi cauſſa nullitatis ſit commiſſa ſine clauſulis præſeruatiuis executionis, n.9.

Extenditur V.ſi cauſſa nullitatis penſionis, ſit commiſſa ſine retardatione penſionis, n.10.

Extenditur VI.etiamſi commiſſio cauſſæ nullitatis non reformetur, n.11.

Extenditur VII.etiamſi iudex, cui committitur cauſa nullitatis, inhibeat, n.12.Contrarium, n.13.

Extenditur VIII. in nullitate aduerſus vnicam ſententiam, & appellabilem, quia ſi nullitas deducatur ſine appellatione, non impedit executionem, num.19.& 20.vbi declaratur.

Extenditur IX.etiamſi nullitas dicitur notoria, n.21.Contraria opinio eſt vera, n.25.& ſeqq.

Extenditur X.etiamſi executio eſſet irretractabilis, num.73. Contrarium, n 74.& ſeqq.in quibus ampliatur.

Extenditur XI.in nullitate aduerſus ſententiam interlocutoriam, n.84.

Extenditur XII. in nullitate aduerſus teſtamentum, numero 85.

¶ *Reſtringitur I.eadem concluſio, vt non procedat in nullitate notoria, quia hæc impedit executionem, n.86.*

Reſtringitur II.quando iudex ſuperior inhiberet, n.87.

Reſtringitur III in nullitate aduerſus ſententiam, latam in poſſeſſione momentanea, n.89.Contrarium, ibid.

Reſtringitur IV.de conſuetudine Florentina, n.90.

Reſtringitur V.in Regno Neap.&c.n.91.

Reſtringitur VI.in nullitate deducta per viam appellationis, num.92.

Reſtringitur VII. quando nullitas poſtea deducitur per modum exceptionis, n.94.

Reſtringitur VIII.in nullitate cauſſata ex aliquo iuſto impedimento, n.95.

Reſtringitur IX. in nullitate ex defectu iuriſdictionis, numero 96.

Reſtringitur X in nullitate, cauſſata dolo partis, n.97.

Reſtringitur XI.in nullitate reſpectu tertij, n.98.

1 NVllitas deducta per viam actionis non impedit executionem, Rot.deciſ.3.alias 280.licet per viam, ibi, tamen huiuſmodi executio, de except.in nou. Bal.in l.1.ſub nu. 1.C.ne lic.in vna eademque cauſ.tert.pron.Ang.in l.1.num. 5.ff.nil.non.appellat.pend.Franch in cap.63.dilecto, n.32.q. 10.ibi, ſed interim pendente lite, & Card.Alex.nn.66 verſ. ſecundum

Digitized by Google

ſecundum principale, & in ſpecie numer. 72. & 73. verſicul. ſecundum eſt membrum, vbi conciliat Bartolum contrariantem, & *n. 74. fall. 1. de appell. Vant. tract. null. rub quot, & quib. mod. null. &c. ſub num. 29. verſ. ſecundo quando, fol. 380. Vital. tract. de clauſul. in clauſula nil nouari nullitate pendente, in princ. & num. 1. tom. 18. fol. 381. & Contar. in l. vnica, limit. 7. ſub n. 17. & 19. C. ſi de mom. poſſ.* Et quod iſto caſu nullitas non operetur effectum ſuſpenſiuum, vt ſententia non præſumatur iuſta, ſcribit Rebuff. *tract. de ſent. prouiſ. art. 1. gl. 9. n. 7. tom. 1. fol. 262.* dicens, quod, nullitate proceſſus pendente, ſolet exequi ſententia &c. hancque opinionem latè proſequitur, & defendit Lancell. *tr. de attent. par. 2. c. 17. de attent. nullit. pend. n. 17. verſ. ſecunda ſit* * *opinio*, & eam eſſe veriorem, & communiorem teſtatur *ibid. nu. 32. fol. 395.*

Ratio huius concluſionis eſt, quia cum nullitas, quæ proponitur agendo, requirat telam ordinariam iudicij, & executio debeat fieri ſummarie, illa via ordinaria non poteſt excludere executiuam, *ſecundum Bald. in d. l. 1. ſub numer. primo, C. ne lit. & c.* vel quia, cum nullitas in iudicio ordinario deſideret, & expectet ſententiam, quæ declaret ſententiam nullam, non poteſt ſtatim impedire executionem ſententiæ; quia eſſet dare executionem ſententiæ, priuſquam ipſa ſententia ferretur contra regulas iuris, *Vant. dicta rubric. quot, & quibus modis nullitas, &c. num. vigeſimonono, verſus finem, folio 380. quem referunt, & ſequuntur Contar. in dicta limitat. 7. ſub numer. 19. verſic. alij vero, & Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 17. de atten. nullit. pend. nu. 18. in fine, & num. 19. fol. 395. & ſub nu. 59. limit. 1. & num. 60. fol. 396.*

2 Contrariam opinionem, nempe, quod ſi condemnatus præueniat, petendo, ſententiam declarari nullam, & mãdari actori, quod lite pendente, nullam faciat nouitatem, impediatur executio, tenent & eſſe magis communem teſtantur Paul. de Caſtr. *in l. 4. §. condemnatum, num. 3. ff. de re iud. & Couar. pract. qq. cap. 24. ſub num. 6 verſ. tandem in hac, ibi, quandoque principaliter, fol. 526.* Et quod hæc opinio ſeruetur Florentiæ, quia feſtinanter dant libellum ſuper nullitate antequam ſit implorata executio, & faciunt inhiberi tam iudici, ad quem pertinet executio, quã etiã parti, ne lite pendente ſuper nullitate, procedatur ad executionem, teſtatur idem Paul. de Caſtr. *in auth. quæ ſupplicatio, ſub num. 3. C. de precib. imper. offer.* quem referunt, & ſequuntur Dec. *conſil. 103. in cauſſa poſſeſſionis, in princ. Rip. in d. §. condemnatum, ſub num. 28. Contar. d. limit. 7. nu. 23. & Lancell d. c. 17. de attent nullit. pend. ſub limit. 6. num. 83. fol. 397.* Et pro hac contraria opin. multos cumulat, ſed non ſequitur idem Lancellot. *eod. c. 17. nu. 8. in fine, & nu. 9. & ſeqq. vſque ad nu. 17. fol. 395.*

Hanc Pauli de Caſtr. opinionem Rip. vbi ſupra intelligit, concurrentibus quibuſdam, ſed Ripam impugnat Lancell. *d. c. 17. num. 85.*

Contra eandem Caſtrenſis opinio. dat cautelam Contar. *d. limitat. 7. numero 24. verſicul. tamen etiam*, quam tu poteris videre, quia cum mihi non ſatisfaciat, eam non refero.

Præſuppoſita ſine veri præiudicio hac contraria opinione Caſtrenſ. ſi duo ſint aduertenda.

Primo aduertendum eſt, quod hæc opinio non procedit, niſi cum hoc præſuppoſito, quod prius ſit intentata nullitas, quam petita executio, quia illa præuentio operatur ſuſpenſionem executionis: ſecus ergo ſi ſit prius petita executio, quia tunc nullitatis obiectio eam non retardaret, & cum hoc grano ſalis loquuntur Paul. de Caſtr. & eius ſequaces, & ita procedit practica Florentina.

Secundo aduertendum eſt, quod & ſi nullitas oppoſita cum præuentione impediat executionem, maximè quãdo interceſſit præceptum, ſeu inhibitio, tamen, ſi executio adhuc fuerit facta, non reuocabitur per viam attẽtati ante omnia, ſed ſolum eum fuerit pronunciatum, ſententiam eſſe nullam, *Paul. de Caſtr. in d. §. condemnatum, ſub n. 3.* Et hoc, quando non interceſſit inhibitio ſuperioris, qui cognoſcit de nullitate, clare ſcribit Couar. *d. c. 24. ſub n. 6. verſ. tandem ibi, quod ſi nouatio*, ſed ſi interceſſit inhibitio, tunc vide, quæ ſcripſi *infra num. 12.*

In foro Capitolino nullus admitti poteſt ad dicẽdum principaliter de nullitate ſententiæ latæ ſuper executionibus facti, ſeu ſententiarum, quibus mandatur executio inſtrumentorum etiam dotalium, apocharum, teſtamentorum, & vltimarum voluntatum, ſententiarum, & laudorum; niſi dicens de nullitate infra triduum depoſuerit ſũmam iudicatam, aut pignora æquiualentia, &c. vt diſponitur *in ſtat. Vrbis lib. 1. c. 170.*

Retenta tamen ſimpliciter concluſione, quæ videtur magis communis.

Infero ex ea, quod pendentia litis ſuper nullitate principaliter intentatæ non impedit executionem, & conſequenter executio, quæ fit, non dicitur attentata, neque poteſt reuocari per viam attentati, ſed debet expectari finis negotij, & demum, ſequuta victoria ſuper nullitate, tunc eſt, quod omnia interim innouata, & inde ſequuta veniunt officio iudicis reuocanda, *Franch. in c. 63. dilecto, ſub nu. 32. quæſt. 10. de appellat.* Et quod, pendente iudicio nullitatis principaliter intentatæ, poſſit fieri executio, late probat Lancell. *tract. de attent. part. 2. c. 17. de attent. nullit. pend. num. 17. & ſeqq. verſ. ſecunda ſit opinio, tomo 5. fol. 395.*

3 Extende I. hanc eandem concluſionem, vt procedat in nullitate deducta aduerſus tres ſententias conformes, quia, niſi prius ſint plenariæ mandatæ executioni, non poteſt dici de earum nullitate, *clem. 1. vt calumnijs, de ſẽt. et re iud. Bald. Franch. Vant. et alij, quos retuli, et ſequutus ſum ſupra qu. 17. limit. 1. num. 58. et 59.* & adde quæ ſcripſi *concl. ſeqq. nu. 16.*

Infero ex hac extenſione, quod non ſolum pendentia nullitatis non retardat executionem trium ſententiarum conformium, ſed ipſa pẽdentia executionis retardat proceſſum nullitatis, cum exceptio nullitatis non cognoſcatur, niſi ſententiæ conformes ſint prius plenariæ executioni mandatæ, *vt retuli, et ſequutus ſum d. lim. 1. num. 59.*

4 Subextende primo hanc extenſionem, eiuſque illationem, vt habeant locum etiam in nullitate aduerſus duas ſententias conformes, quæ vigore ſtatuti facerent rem iudicatam, quia etiam in eis procedit, *clemen. vt calumnijs, ſupra citata, vt retuli, et ſequutus ſum ſupra qu. 17. lim. 1. num. 67.*

5 Subextende ſecundo vt habeant locum, etiam in nullitate aduerſus tres interlocutorias conformes, quia dict. clem. *vt calumnijs*, habet locum etiam in ſententijs interlocutorijs, *Rot. deciſ. 17. alias 417. nota cauſa de ſent. et re iud. in antiq. Couar. pract. qq. c. 25. ſub nu. 3. verſic. quinto, et Gabr. in concl. lib. 2. tit. de execut. rei iud. concl. 1. ampl. 8. nu. 15. et verſ. et tenendo.*

Quicquid in contrarium ſcripſerit Crauet. *conſil. 183. regula quod appellatio, in fine, nu. 5.*

De nullitate incidenter deducta, an impediat executionem, habes in ſeq. concl.

6 Extende II. vt procedat etiam in nullitate aduerſus vnam, ſeu duas ſententias, quæ tranſierint in iudicatum ob non interpoſitam appellationem, quia nullitas contra eas oppoſita non operatur effectum ſuſpenſiuum, Veſtr. *in prax. lib. 8. cap. 1. ſub numer. ſeptimo, ibi, ſecus vero ſi nullitas, et ibi, et iſto caſu quando nullitas*, dicens, quod pendentia executionis non retardat proceſſum in cauſa nullitatis, ita vice verſa cauſa nullitatis (licet Signatura det commiſſionem: vt in ea procedatur) non operatur effectum ſuſpenſiuum, vt interim non poſſit ad executionem procedi.

Nota

Nota differentiam inter hanc ſecundam, & primam extenſionem, quod in caſu primæ extenſionis cauſſa nullitatis non ſolum non impedit executionem ſententiæ, ſed ipſa executio ſentẽtiæ impedit cauſſam nullitatis donec ipſa executio ſit plenariè conſumata, vt dixi *ſupr. n. 3.* ſed in caſu huius ſecundæ extenſionis cauſſa nullitatis non impedit, neque impeditur.

7 Extende III. vt habeat locum etiam in nullitate aduerſus inſtrumentum, ſeu aliam ſcripturam, habentem executionem paratam ex forma iuris communis, vel ex diſpoſitione ſtatutorum, vel ex conſuetudine, aut ex conuentione partium, quia nullitas non retardat executionem, & ideò licet ad inſtantiam debitoris, præueniendo creditorem, committatur cauſſa nullitatis alicui iudici, tamen creditor poteſt petere executionem inſtrumenti coram ordinario, qui poteſt procedere ad executionem, etiam ſi delegatus, cui commiſſa eſt cauſſa nullitatis, inhibuerit ei, & creditori, ne, nullitatis cauſſa indeciſa pendente, procederent, & executio inſtrumenti valebit, nec reuocabitur via attentatorum, ſed ſolum via iniuſtitiæ, ſi debitor obtinuerit in cauſſa nullitatis, *Ant. de Canar. tract. de execut. inſtr. q. 52. num. 91. tom. 5. fol. 45. & Galleſ. ad form. cam. oblig. par. 3. rub. de vi inſtr. oblig. cam. in fine, n. 26. tom. 6 par. 2. fol. 360.* quos refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 20 de attent. poſt inhib. lim. 5. princ. n. 3. tom 5. fol. 414.* & quod nullitas, ordinariè agendo, non ſuſpendat contractum, ſcribit Franch. *in c. 63. dilecto, num. 32. ibi, ſed interim, de appell.*

8 Declara hanc extenſionem, vt ſi nullitas ſit euidens, tunc poſſit debitor illam opponere coram iudice ordinario executore, & retardabit executionem, *vt retuli, & ſequutus ſum concl. ſeq. n. 30. verſ. extende tertio.*

9 Extende IV. vt procedat etiam ſi cauſſa nullitatis ſit commiſſa abſque aliqua ex infraſcriptis clauſulis, quibus Signatura ſolet reſcriberet in commiſſionibus nullitatum, videlicet (*parito iudicato*) (*ſine præiudicium trium conformium*) (*ſine præiudicio rei iudicatæ*) *ſine præiudicio legitimæ executionis* (*non retardata legitima executione*) quia adhuc executio non retardaretur, *per ea, quæ ex Rot. refert, & ſequitur Lancell. tract. de atten. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. lim. 1. ſub n. 61. & 62. fol. 396.* dicens, quod declaratoria Auditoris Cameræ pro penſionibus decurſis, pro quibus agebatur executiuè, pendente cauſſa nullitatis penſionis vigore commiſſionis ſpecialis, eidem A. C. antea præſentatæ, erat valida, tum quia de nullitate non conſtabat incontinenti, tum quia cum nullitas eſſet oppoſita coram eodem iudice, & is nihilominus proceſſiſſet ad vlteriora, videtur eam reiecisse, & rurſus, & clarius *num. 92. verſ. decimotertio, fol. 397.* vbi, relatis rationibus, quæ faciunt contra hanc extenſionem, recenſet deciſionem Rotæ facientem pro iſta extenſione, quam deciſionem allegat etiam *ſub d. n. 61. & 62.* ipſe tamen vltimo loco non omnino acquieſcit huic extenſioni; pro eadem extenſione adduco Veſtr. quem retuli, & ſequutus ſum extenſione præced. dicentem, quod licet Signatura committat cauſſam nullitatis, tamen non operatur effectum ſuſpenſiuum executionis.

Contra hanc extenſionem videntur ſentire Staphil. & Vant. *infra citati;* nam Staph. *tract. de ſignat. iter. iuſtit. rubr. de ſanat. contract. inualid. ſub n. 10. verſ. hinc eſt, & n. 11. & 12. fol. 287. in paruis.* quem ſequitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. part. 2. de commiſſ. ſuper nullit. cap. 2. ſub n. 8. & 9. fol. 141.* ſcribit quod vbi agitur de nullitate, & petitur ſuper ea procedi non debet addi in ſignatura clauſula (*ſine præiudicio rei iudicatæ*) quia, ſi ſententia eſt nulla, non poteſt dici iudicatum, ſed debet addi (*ſine præiudicio trium ſententiarum*) & poſtea ſubdit, quod alij aliter dicunt, quia etiam ſententiæ nullæ demandatur executioni, & deinde, relatis his duabus opinionibus, ſubdit, poſſe diſtinguit, quia aut ex parte eius, qui petit procedi ſuper nullitate, nihil eſt probandum, vt quia dicit, quod non fuit citatus, & tunc procedit prima opinio, quia iſto caſu non poteſt dici iudicatum, & exceptio huiuſmodi nullitatis impedit excutionem idem, inquit, quando in cauſſa nullitatis eſt aliquid probandum, ſed poteſt incontinẽti probari: Aut, inquit, probatio facienda ſuper nullitate habet altiorem indaginem; & iſto caſu poteſt procedere ſecunda opinio, quia tunc, non obſtante exceptione nullitatis, ſententia poteſt executioni demandari, & conſequenter iſto caſu debet in Signatura addi clauſula (ſine tamen præiudicio rei iudicatæ) quod, inquit, procedit quando executio nondum eſt facta, alias, ſi eſt facta, & aliquid petitur contra eam, non debet in commiſſione dici (ſine præiudicio rei iudicatæ) quia iam eſt facta executio, ſed dicitur (ſine præiudicio legitimæ executionis) idem, inquit, ſi nondum eſt facta, ſed eſt cœpta: ex quibus, vt vides, ſentit Staph. quod executio non retardetur, cum apponitur aliqua ex his clauſulis, ſicq; à contrario ſenſu retardatur, cum non apponitur, *& Vant. tract. null. rub. quoties & intra quod tempus, &c ſub n. 5. verſ. tertio, fol. 383.* dum ſcribit, quod dicens de nullitate eſt audiendus, cum, oppoſita nullitate ex defectu iuriſdictionis aduerſus tres ſententias conformes, ſummarie de exceptione, & de non calumnia cœperit conſtare; ſubdens, quod Signatura rariſſimè ſolet reſcribere abſque prędicta clauſula (ſine prę. iudicium trium conformium) ne prætextu dictarum nullitatum debitæ executiones impediatur.

Confirmatur hæc opinio contra extenſionem, quia Signatura ſuperflue reſcriberet cum præfatis clauſulis, ſi etiam ſine illis executio non retardaretur.

Non recedas ab extenſione.

10 Extende V. vt maxime procedat, quando in commiſſione cauſſæ nullitatis reſeruationis penſionis, ſiue illius reductionis ad inſtantiam rectoris beneficij grauati adiecta eſt clauſula (ſine retardatione penſionis) quia tunc executor prius datus à Papa in literis reſeruationis annuæ penſionis non impedit, quominus compellere poſſit, latè pendente, illam debitorem ad ſoluendum penſionẽ, cum eius auctoritati, ſtante dicta clauſula, derogatum non videatur; *Gig. tract. de penſion. q. 69. ſub n. 4. & 5. tom. 15. par. 1. fol. 355.* quem refert, & ſequitur Lancell. *tract de attent. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. n. 61. f. 369.*

11 Extende VI. vt procedat, etiam commiſſione cauſſæ nullitatis non reformata, quia reformatio commiſſionis non eſt neceſſaria, ſed eſt ad bene eſſe, & ad faciliorem expeditionem, vt in caſu præcedẽtis extenſionis in commiſſione cauſſæ nullitatis penſionis reſoluiſſe Rotam, refert Lancell. *d. c. 17. n. 92. paulo ſupra finem, fol. 397.*

Confirmatur hæc extenſio, quia etiam Auditor Cam. poteſt exequi mandatum relaxatum vigore obligationis cameralis, non aliter reformata appellationis commiſſione, in qua non fit facta mentio obligationis cameralis, *vt ſcripſi ſupr. q. 17. lim. 9. n. 59.*

Contra hanc extenſionem recenſet aliqua fundamenta Lancell. *d. num. 92. lim. 13.* quibus ipſe recedit ab hac extenſione, præterquam in caſu illius deciſionis, in quo nullitatis cauſſa erat remiſſa cognoſcenda arbitrio iudicis, &c.

Non recedas ab extenſione.

12 Extende VII. vt procedat etiamſi iudex, cui commiſſa eſt cauſſa nullitatis principaliter intentatæ, inhiberet, quia adhuc ſententia poſſet mandari executioni, & mandata non reuocaretur vti attentata, *Rot. deciſ. 3. alias 280. licet, de except. in nou. & ſcribunt Franch. in c. 63. dilecto, n. 38. q. 10. lim. 3. Card. Alex. ſub nu. 74. fallen. 3. de appellat.* vbi licet referant, quod miſſa per ſuperiorem inhibitione, inferior non poſſit exequi ſententiam, tamen poſtea ſequuntur contrarium, *Veſtr. in prax. lib. 8. c. 3. ſub num. 7.*

verſus

Digitized by Google

verſus finem, ibi, quod procedit etiamſi iudex cauſæ inhibuiſſet, Vant. tract. nullit. rubr. quot. & quib. mod. nullitas, &c. numer. 30. fol. 380. quem refert, & ſequitur Contar. *in leg. vnica, limit. 7. ſub numero 19. verſic. alij vero, Cod. ſi de momen. poſſeſ.* dicens, hanc opinionem præualuiſſe, & ſeruari in practica.

Contrariam opinionem; quando cauſſa nullitatis eſt commiſſa ſine clauſulis, de quibus *ſupra num. 9. extenſ. 4.* ſeu ſumus in iudice ordinario appellationum, & nullitatum, qui inhibeat; quod enim his caſibus inhibitio impediat executionem, dubitando ſcribit Vant. *d. rubr. quot. & quib. mod. nullitas, &c. nu. 30. in fine.* dicens (quamuis forſan impediretur, ſi inhibitio emanaret ſimpliciter, & abſque clauſulis, & declarationibus) & ſentit Lancell. *tract. de attent. par. 2. cap. 12. de atten. & innou. appell. pendent. limit. 25. princ. numer. 16 & 17. fol. 372.* quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſtion. 17. limit. 6. memb. 3. numer. 25.* dicens, quod, ſequuta inhibitione iudicis ad quem, non poteſt iudex à quo exequi ſentẽtiam latam in cauſa poſſeſſorij, & apertè in terminis noſtris, citatis prius iiſdem auctoritatibus allegatis hic in extenſione, aliiſque ſuperadditis, ſcribit, & firmat *eod. tract. de attent. part. 2. capit. 17. de attent. nullit. pend. numer. 63. & ſub numer. 64. ibi, ego tamen ſimpliciter, folio 396.* & hanc contrariam opinionem ſequitur Couar. *pract. qq. cap. 24. ſub numer. 6. verſic. tandem, verſus fin.* & facit quod ſcripſi *inf. n. 88.* vbi vide.

Ratio huius contrariæ opinionis eſt, quia vel cauſa eſt in Curia, & tunc facilis eſt aditus ad Signaturam pro remedio iuſtitiæ, vel eſt in partibus, & tunc non eſt aperienda via inferioribus, vt inhibitiones negligantur, *Lancell. eod. c. 17. n. 66.*

13 Nos in Curia ſeruamus hanc opinionem contrariam; quare inſtamus coram iudice, vt velit moderari ſuam inhibitionem, quo renuente moderari, recurrimus ad Signaturam iuſtitiæ, vt reſcribat pro commiſſione cauſæ ſine præiudicio executionis.

Amplia eam, vt procedat etiam ſi cauſa nullitatis eſſet commiſſa cum clauſulis, de quibus *ſupra numer. 9.* iuxta caſuum contingentias, quia adhuc inhibitio iudicis delegari impediret executionem, vt videtur firmare Lancell. *dict. cap. 17. ſub numer. 64. ibi, ego tamen ſimpliciter, numer. 66. in fine,* & videtur ſentire Gig. *tractat. de penſione, dict. quæſt. 69. in fine, fol. 355.* dicens, quod executor litterarum penſionis, cui ſit inhibitum, non videtur poſſe procedere, quamuis iudici, qui inhibuit, ſit commiſſa cauſa nullitatis penſionis cum clauſula (*ſine retardatione penſionis.*)

14 Ratio huius ampliationis eſt, quia Signatura iuſtitiæ non iudicat, ſed delegat cauſas, & delegando, vtitur verbis, quæ partium iura non lædant; quare aut nos ſupponimus nullitatem euidentem, ac notoriam; & tunc iudex delegatus poterit inhibere, quamuis cauſa ſit ei commiſſa cum clauſula (*ſine præiudicio trium conformium*) aut (*ſine præiudicio rei iudicatæ*) vel (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) quia, attenta notoria nullitate, non dicuntur tres conformes, quia ſententia nulla non dicitur ſententia; non dicitur res iudicata, quia ſententia nulla non trãſit in rem iudicatam, neque eſſet executio legitima, quia non extat iudicatum; quoties enim nullitatis probatio contra ſententiam offertur in promptu, poteſt negari eſſe iudicatum, *Oldr. conſil. 106. quod litera, in fine, & Staphil. tr. de ſignat. liter. inſtit. rub. de ſanatione contractus inualidi, ſub numer. 10. & 12. fol. 287. & 288.* ſicque executio venit retardanda, quamuis ſit reſcriptum cum prædictis clauſulis, quia non verificantur verba, appoſita in clauſulis: aut non ſupponamus nullitatem euidentem; & tunc iudex delegatus non debet inhibere, quamuis commiſſio cauſæ ſit ſimplex ſine clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis.*)

Comprobatur hæc ratio, quia; quæcumque clauſula ponatur in commiſſione ſub quacumque verborum forma, nunquam prætextu talis amplæ commiſſionis iudex poterit reijcere exceptionem acquiſitam parti, quantuncunque ſit de rigore iuris inducta, *Iaſ. in l. 78. ſi ſic legatũ, num. 38. ibi, item diligenter, ff. de legat. 1.* & dixi ſupra, *lib. 1. cap. 53. num. 35. verſus finem:* Ergo, cum nullitatis notoriæ exceptio competat ad impediendam executionem, per ea, quæ ſcripſi *infra nu. 25. & ſeqq.* non intelligitur ſublata ex clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) poſita in reſcripto.

15 Contra hanc ampliationem; quod enim, attentis præfatis clauſulis, non impediatur executio, quamuis iudex ad quem inhibuerit; tenet Vant. *d. rub. quot & quib. mod. nullitas, &c. ſub n. 30. fol. 380.*

16 Confirmatur primo hæc opinio cõtra ampliationem, quia licet iudex, cui cauſa appellationis à ſententia, lata ſuper poſſeſſorio momentaneo, eſt commiſſa cũ clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) inhibuerit iudici à quo, tamen iudex à quo poteſt, non obſtante appellatione, & inhibitione, procedere ad executionem citra vitiũ attentatorum, vt ex eodem Lancell. qui propterea poſſet videri ſibi parum conſtans, retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 17. lim. 6. memb. 3. num. 24.*

17 Confirmatur ſecundo, quia ſi commiſſio cauſæ nullitatis ſit ſignata (*prout de iure,*) tunc non obſtante inhibitione iudicis, poteſt procedi ad executionem, vt ex Rot. refert & ſequitur idem Lancell. *eodem c. 17. num. 67. verſ. hæc tamen, fol. 396.*

18 Ego non diſcedo ab hac opinione contra ampliationem, quia ſuppoſito, quod Signatura committat ſimpliciter cauſam nullitatis, & quod iudex delegatus inhibeat, & quod propterea is, cui eſt inhibita executio, recurrat ad Signaturam, vt remoueat obſtaculum inhibitionis, Signatura remouendo illud, non reſcribit aliter, quam cum præfata clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) ergo cum ab initio committit cauſam cum hac clauſula, dicitur ab initio remouiſſe.

Non obſtat ratio, adducta pro ampliatione, quia reſpondeo, quod Signatura iudicat ea, quæ ſunt neceſſaria ad delegationem cauſæ, & ad formam delegandi.

19 Extende VIII. vt procedat, etiamſi nullitas deducatur aduerſus vnicam tantum ſententiam, & appellabilem, quia nihilominus, ſi deducatur principaliter, & ſine appellatione, illa de ſui natura non impedit executionem, tum quia communis concluſio eſt, quod nullitas principaliter intenta ſine appellatione non impedit executionem, *teſtibus Bal. Rot. Franch. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra nu. 1.* tum quia illæ rationes, quas adducunt Franch. *in cap. 63. dilecto, nu. 31. & 32. verſ. circa tertium, quæſt. 10. de appell. & clarius Lancell. tract. de attent. par. 2. capit. 17. numer. 17. & ſeqq. tom. 5. folio. 395.* ad oſtendendum, quod nullitas, principaliter intentata, non impedit executionem, bene applicatur in terminis huius extenſionis.

20 Declara hanc extenſionem, vt non procedat in duobus caſibus.

Primus caſus eſt, quãdo nullitas deducitur ante lapſos decem dies, quia tunc, ſi habuit iuſtam cauſam dicendi de nullitate, fatalia appellationis interim non currunt, *teſtibus Cyn. Franch. & alijs, quos retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 12. nu. 169. limit. 11.* neque ad proſequendum, *teſte Franch. quem retuli & ſequutus ſum ſupra q. 15. num. 92. & ſeqq.*

Secundus caſus eſt generalis, vt donec ſupereſt tempus ad appellandum, vel ad proſequendum, non poſſit fieri executio.

21 Extende IX. vt procedat etiamſi nullitas diceretur eſſe notoria ex actis, quia adhuc executio trium ſentẽtiarũ confor-

Digitized by Google

conformium non retardaretur, *Bal.in l.1.ſub num.1.ibi, ſi vero non agitur, C.ne lic.vna ead.cauſ.etc.* vbi notando differentiam inter nullitatem quæ proponitur agendo, & nullitatem, quæ deducitur excipiendo, inquit, ſi vero non incipitur, ſed agitur de nullitate, tunc indiſtinctè procedit libellus, tamen per ipſum non retardatur executio, & dicit (*indiſtincte*) quia in nullitate per modum excipiendi diſtinguit, an ſit nullitas euidens, vel non; eandemque extenſionem, loquendo de nullitare euidenti contra tres ſententias, tenent ij, quos citaui *concluſ.ſeqq.ſub num.27. verſ.contra.*

Hæc extenſio ſequentibus probatur argumentis.

22 Primo, quia clem.1.*vt calumnijs, de ſent. & re iud.* prohibendo, condemnatum per tres ſententias conformes nullatenus admitti ad agendum de nullitate ipſarum, vel alicuius ex eis, donec fuerint plenarie executioni mãdatæ, loquitur de nullitate per modum agẽdi, eamque prohibet cum dictione (*nullatenus*) quæ eſt vniuerſalis.

Secundo, quia fortius operatur exceptio, quam petitio, & ideò licet debitor per viam principalis petitionis coram Epiſcopo petat declarari, aliquod inſtrumentum eſſe vſurarium, tamen non impedit illius executionem; ſecus eſt ſi coram iudice ſeculari conuentus opponat, excipiendo de vſuraria prauitate contra inſtrumentum, & petat ſe remitti ad iudicem Eccleſiaſticum, quia tunc impedit executionem ſecundum aliqua, quæ intra dentes refert Card.Alex.*in cap.63.dilecto, ſub num.72.verſ.ſecundum eſt membrum, de appellat.* & facilius admittitur exceptio, quam actio, vt multis comprobaui *infra num.50.&*

23 *ſeqq.* † & ideò executio facilius impeditur exceptione, nullitatis, quam actione nullitatis, *Stoph.tract.de ſignat. liter.inſtit.rubr.exceptio ſola plus operatur ad impediendam executionem quam actio nullitatis &c.fol.289.in paruis, & Lancell.tr.de attent.par.2.c.17.de attent.nullit. pend.ſub n.98.fol.397.in fin.* & quod nullitas, deducta per viam exceptionis, impediat executionem, ſcribunt Rot. & Vant.& ſentiunt Alex.& Rip.quos omnes citaui *concl.ſeq.ſub n.1. verſ.contrarium, & nu.2.* ſecus autem ſi ſit deductam per viam actionis, *Rot.Bal. Ang.Franch. Card.Alex.& Vant. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra nu.1.*

Sed nullitas, deducta per modum exceptionis, impedit executionem trium conformium, quãdo ipſa nullitas eſt notoria, & non alias, *Rip.Gabr.& Couar.quos retuli, & ſequutus ſum concl.ſeq.nu.27.*

Ergo, vt remaneat aliqua differentia, ſequitur, quod nullitas deducta, agendo, non impediat executionem, etiamſi ipſa nullitas ſit notoria.

24 Tertio, quia nullitas per modum agendi ſeorſum, & principaliter deducta eſt actio ordinaria, *vt ſcribit Bal.in l.1.nu.1.in fine, C.ne lic.in vna eademque cauſa, &c.* & ideò neceſſe eſt, quod cognoſcatur iuris ordine, ac tela iudiciaria ſeruatis, *vt ſcribit Vant. tr.nullit.rubr. quot & quib. mod.nullitas, &c.nu.24.verſ.& pro maiori, fol.379.& nu.39.& nu.46.verſ.ſed ſi nullitas, fol.380.* quia nullitas in iudicio ordinario principaliter propoſita deſiderat ſentẽtiam, *vt ex Vant.Contar.& Lancell.retuli, & ſequutus ſum ſupra ſub n.1.verſic.ratio*, & requirit ſententiam diffinitiuam, *vt ſcribit Vant.d.rubr.quot & quib.mod.nullitas, &c. nu.26.fol.379.* & quod introducta nullitate æque principaliter, ſit neceſſaria litis conteſtatio, & plenaria terminorum obſeruatio, iuxta naturam cauſæ, ſcribit Veſtr.*in prax.lib.8.cap.1.ſub n.12.ibi, quod ſi nullitas, fol.23n.* ergo non poteſt impedire iudicium executiuum rei iudicatæ, præſertim vigore trium conformium.

25 Contraria opinio; his non obſtantibus; eſt vera; nam quod nullitas notoria, quamuis ſit deducta agendo, impediat executionem trium conformium, tenet Franch. *in cap.63.dilecto nu.22.verſ.quarto operatur, & nu.27.verſic. adde & limita, ibi, niſi nullitas eſſet euidens, de appel.* & ſentit apertè Veſt.*in prax.libr.8.cap.1.ſub nu.7.ibi, mitigaretur, tamen, fol.228.* dum ſcribit, quod volens agere de nullitate auditur, & ſic limitatur *d.clem.vt calumnijs*, ſi allеget nullitatem euidentem, & in promptu, *& n.9.fol.229.* & ſentiunt cæteri omnes alij, limitantes dictam clem. vt non procedat in nullitate notoria, prout inter alios limitat Contar.*in l.vnica, lim.7.nu.63.verſ.verum, C.ſi de momen.poſſ.* dicens, quod lex, prohibens dici de nullitate ad impediendam executionem trium conformium, nõ procedit, quando nullitas eſt certa & notoria, præſertim ex actis, & ita, inquit, limitatur text. *in d.clem. vt calumnijs.* Quinimo in eandem contrariam opinionem poſſunt allegari cęteri alij, qui limitando dictam clem. loquuntur de exceptione nullitatis notoriæ, vt inter alios loquitur Gabr.*in concl.lib.2. tit.de except. concl.4.nu.1.* dicens, veriorem, & magis communem opin. eſſe, vt *d.clem.* limitetur, vt non procedat in exceptione nullitatis notoriæ; nã tam ipſum, quam alios limitantes dictam clem. & loquẽtes in limitatione de exceptione nullitatis notorię interpretari debemus, vt capiant exceptionem pro actione, propter ſubiectam materiam rei limitatæ, quia limitatio extrahitur ex limitato; ſed limitatum, nempe clem. vt calumnijs, eſt de nullitate per modum agendi: Ergo limitatio etiam debet eſſe de nullitate per modum agendi, vel (& melius) debemus eos interpretari, vt loquantur de exceptione in genere, quæ compræhẽdit etiam actionem; nam etiam excipiens dicitur agere, prout hanc genericam naturam in terminis eiuſdem clem. vt calumnijs conſiderat Rip.*in l.4.§.condemnatum, ſub num.15.fallen.2.ff.de re ind.* quare idem Gabr.*ead.concl.4. nu.1.* memor forſan, quod in iſto articulo exceptio, & actio poſſunt promiſcuè ſumi, eandem veriorem, & magis communem opin. loquentem de exceptione nullitatis notoriæ, poſtca *numer.2.verſic.tenendo*, nullo diſcrimine conſiderato declarat eam, vt procedat, quando intentans nullitatem præuenit, & tamen nos ſcimus, quod intentare nullitatem, præueniendo, non eſt excipere, ſed agere, & in terminis non eſſe faciendam differentiam, an nullitas intentetur per viam principalis petitionis, vel per viam exceptionis ſed ſolum, quouis modo intentetur, conſiderandum eſſe, an requirat, vel non requirat altiorem indaginem, ſcribit Socc.*conſ.78.licet, ſub num.4.ibi, reſpondeo ad hoc dupliciter lib.3.*

Multi tamen, conſiderantes forſan, quod poſſet fieri aliqua ſcrupuloſa differẽtia inter nullitatem per modum agendi, & nullitatem per modum excipiendi, loquuntur ſimpliciter de nullitate, Vitall.*in tractat.de clauſul.in clauſul.nil nouari nullitate pendente, n.2.fol* 381. inquit, quod ſi ſententia, quę allegatur nulla, puta ſententia banni appareat nulla, tunc nihil debet innouari, *Caputaq.deciſ 266. ſeu 6.nullitas ex eiſdem, part.2.* inquit, nullitas ex eiſdem actis reſultans impedit executionem, & facit, vt quis audiatur abſque paritione rei iudicatæ.

26 Comprobatur primo hæc opinio, quia ratio, quare clem.vt calumnijs, prohibet nullitatem aduerſus tres ſẽtẽtias conformes, eſt, vt occurrant calumnijs litigantium, quæ ratio ceſſat, quando nullitas eſt notoria, vt in terminis huius opin. conſiderauit Veſtr.*d.lib.8.cap.1.ſub num.7.ibi, & communis ratio, fol.228.* Et in terminis eiuſdem clem. loquendo de nullitate euidenti, in promptu, ſeu notoria, aduertunt Oldr.*conſil.106.quod litera, verſus finem, ſub numero quinto, Bald.in l.1.ſub num.2. verſic. ex hoc, C. ne lic.in vna eademque, &c. Franch.in cap.63.dilecto, num.27.in fine, verſic.adde & limita primo, de appellat. Alexan. conſil.77.in cauſſa & lite, ſub num.12.verſic.nec ad hoc, ibi, ſed quando ſunt latæ, lib.2.et Rip. in d.§.condemnatum, ſub nu.15.fallen.2.* Sed etiam nullitas, quæ proponitur agendo, poteſt eſſe notoria: Ergo etiam in ea ceſſabit prohibitio dictæ clem.

27 Comprobatur ſecundo, quia nullitas, quæ reſultat ex eiuſdem actis, & proceſſu, & de ſe patet, intelligitur incidenter deducta in iudicio, quaſi reus dicat, ſententiam contra ſe latam eſſe nullam, ideoq; petat, eam reformari, *Afflict.deciſ.283.diu eſt, n.2.verſ. & iſta nullitas*, quem refert, & ſequitur Vant, *tractat. nullit.rubr. eorum quo poſſit, & c.n.13.verſ. & eſt aduertendum,fol.374. & rubr.quot & quibus modis nullitas, & c.n.21.fol.379.* quæ forma dicendi de nullitate conuenit nullitati, quæ incidenter deducitur, *vt retuli, & ſequutus ſum concl.præced.n.18.verſ. ſecundus modus.* Sed nullitas notoria deducta incidenter impedit executionem, *vt retuli, & ſequutus ſum concluſ. ſeq n.23.verſ.limit.primo.*

28 Comprobatur tertio, quia, quod eſt notorium nunquam comprehenditur in diſpoſitione excluſiua, *Contar. in l.vnica,lim.9.n.17. vel potius, C.ſi de momen.poſſ.* quia notorium non ſubiacet regulis iuris, *Contar. ead.limit.9. num.16.*

Comprobatur quarto, quia in notorijs non requiritur ordo, ſeu proceſſus, *teſtibus Ant.de Butr.Spec.Gand.& alijs, quos remiſſiuè retuli, & ſequutus ſum lib.præced.c.9. n.39.40.& n.47.& ſeqq.preſertim n.51.* & in noſtra ſpecie limitando ſcribit Veſtr. *in prax.lib.8.c.1.ſub n.12. verſus finem,ibi,quod tamen perpetuum non eſt,fol.230.* Si non requiritur proceſſus: ergo non poteſt dici quod eius proceſſus retardetur pendentia executionis.

Soluo nunc adducta in contrarium pro extenſione.

Ad primum adductum ſupra *n.22.* reſpondeo, quod prohibitio illius clementinæ non ſe extendit ad nullitatē notoriam, *per ea, quæ dixi ſupra n.26.& ſeqq.* Nec obſtat ponderatio illius dictionis (nullatenus) quia illi ponderationi reſpondet Oldr.*d.conſil.106.ſub numer.5.* quem refert, & ſequitur Veſtr.*d.lib.8.c.1.ſub num.7.ibi,mitigaretur tamen.*

Ad ſecundum adductum ſupra *n.23* reſp. negando illud aſſumptum, quando nullitas eſt notoria, tum quia in ea, ſiue deducatur principaliter, ſiue incidenter, ceſſat ratio prohibitionis, *vt oſtendi ſupra n.26.* tum quia nullitas notoria ſemper ſumitur vti deducta incidenter, *vt dixi n. præced.*

Ad tertium adductum ſupra *num.24.* nego ſimiliter aſſumptum; hæcq; negotio probatur ex his, quæ dici *hic ſupra in quarta comprobatione.*

29 Firmata hac opinione contra extenſionem, pro abſoluta eius intelligentia, & eorum omnium, quæ dicturus ſum de nullitate notoria, adhibe duas declarationes.

Declara primo, nullitatem notoriam in genere ſumptam, prout eſt manifeſta, & euidens, diuidi in tres ſpecies.

Prima ſpecies eſt, quando ex parte eius, qui eam proponit, nihil eſt probandū, vt loquēdo de exceptione nullitatis, ſcribit Bar. *in l.4.§.condemnatum, num.2.ibi,breuiter dic,ff.de re iud.* quem referunt, & ſequuntur Vital. *trac. de clauſul.in clauſ.nil nouari nullitate pendente, n.6.verſus finem,tom.18.fol.332. & Staph.tract.de ſignat.liter. inſtit. rub.de ſanat.contract.inualidi,numer.11.in fine, & 12.fol. 288.in parute*, & de hac poſſunt intelligi, *vt loquuntur Rot. Card.Alex. Vant.Gabr. & Lancell.* quos vltra citatos retuli, & ſequutus ſum *concl. ſeq.n.23. verſ. limita primo.*

30 Secunda ſpecies dicitur, quando poteſt incontinenti probari, ſeu paratas habet probationes, ideoque non requirit altiorem indaginem, & de hac loquuntur Bar, Soce.Vital.Staph. & Contar. quos retuli, & ſequutus ſum *concl.ſeq.n.34.verſic.extende quarto.*

31 Tertia ſpecies dicitur, quando requirit altiorem indaginem, & de hac ſpecie loquuntur Bar. *in eod.§.condemnatum,n.3.ibi,quandoq; eſt aliquid probandum, Vital.d.trac. de clauſ.in clau. nil nouari nullitate pendente, ſub n.7. ibi, quandoq; vero,fol.382.& Staph.d.rub.de ſanatione contractus inualidi,ſub nu.12.ibi, aut probatio facienda,fol.288.* & de hac loquuntur etiam Franch. Card. Alex. Alex.idem Vital. Modet. Lancellot. Guid.Pap. Boſſ. Clar. & Proſp. Farin. quos retuli, & ſequutus ſum *infra n.75.verſ. amplia 2.& Rip.Vant.& idem Lancell.quos retuli, & ſequutus ſum concl.ſeq.n.44.*

Hac adhibita declaratione.

32 Amplia primo nunc eandem opinionem firmatam *ſupra n.25.& ſeqq.* vt habeat locum in prima ſpecie nullitatis notoriæ, quia illa impedit executionem ſententiæ, vt pluribus oſtendam exemplis.

33 Exemplifica primo hanc ampliationem in nullitate, apparente ex defectu citationis; hæc enim nullitas cum ex parte eius, qui eam proponit, nihil ſit probandum, impedit executionem, *vt ſcribunt Bar.in l.4.§.condemnatum, n. 2.ibi,breuiter dic,ff.de re iud. Vital.tract.de clauſ.nil nouari nullitate pendente,n.6 verſus finem,to.18 fol.382.& Staph. tract.de ſignat.liter.inſtit.rubr.de ſanatione contractus inualidi, n.12.ibi, quia aut,fol,288.in parute*, quos etiam citaui, & ſequutus ſum *concl.ſeq.n.23.* & dicitur nullitas euidens ex actis, quia defectus citationis probatur per acta ipſius cauſſæ, quia id, quod ibi non apparet, dicitur non factum, *Vant.tract.null. rub.de nullit.ex defec.citat.n.14. verſ.conſueuit, fol.407.* & quod dicatur nullitas euidens ex actis, ſcribit Rot. *diuerſ.* quam retuli, & ſequutus ſum *numer. ſeq.* & quod appareret ex actis, dicitur euidens, & notorium, idem Vant.*rubr, quis poſſit dicere de nullitate, nu. 51.verſ.inſuper,fol.377.* ſeu euidens, & notoria nullitas dicitur quando apparet ex actis, *Contar.in l.vnica,limit.7.n. 57.verſic.euidens autem, C.ſi de mom. poſſ.* quia acta inducunt notorium, *Rip.in d.§.condemnatum, nu.15 in vltimis verbis*; hæcque nullitas ex defectu citationis impedit executionem ſententiæ, etiam ſi ſit ſententia Principis, vt, loquendo de ſententia Conſilij Neap. retuli, & ſequutus ſum *ſupra concl.2.n.20.illat.1.*

34 Comprobatur hæc exemplificatio, quia nullitas ex defectu citationis, vti reſultans ex actis, nunquam; quibuſuis verbis ſtatutum excludat, ſeu reijciat nullitates; cenſetur excluſa, *Rot.diuerſ.deciſ.666.propoſita, n.2.in fine, & 3.par. 1.* & quod nullitas ex defectu citationis, cum proueniat ex defectu iuris naturalis, non comprehendatur in ſtatuto, excludente nullitates, quia huic nullitati derogari non poteſt, ſcribunt Anch. *conſ.211.de iure communi, ſub n.4. Franch in c.63. dilecto,n.128.& ſeqq q.42.lim.3, & Card. Alex. ſub n.87.ſuſſ.3.de appell. & Rugin.tract.de appell.§. 12.gl.2.c.4.n.10.lim.8.*

† Qui quidē defectus iuris naturalis eſt omnino inſanabilis cū talis nullitas ſit etiā de iure diuino, *vt latè Felyn.in c.ex parte,n.10.de off.deleg.l.de vnoquoque.ff.de re iud.*

35 Intellige hanc exemplificationem, vt habeat locum tam ſi citatio ſit omiſſa, quam ſi ſit nulliter facta, *Franch.in d.c.63.dilecto, numer.129.verſus finem,q.42 lim.3.* & ita video ſeruari; ſecus ſi defectus conſiſtat in ordine, vel in falſa cauſſa, *Rugin.tract.de appell.§.4.c.2.ſub n.104.verſ. quod intelligendum.*

36 Exemplifica ſecundo in nullitate, apparente ex defectu mandati, quia cum ex parte eius, qui eam proponit, nihil ſit probandum, impedit executionem, *vt ſcribunt Bar.Vital.& Staph.quos retuli, & ſequutus ſum ſupra num 33.* Et quod hæc nullitas ex defectu mandati ſit adeo potens, vt impediat executionem trium ſententiarum conformium, refert, & ſequitur Marcheſ.*tract.de commiſſ.part.2.in commiſ.ſanat.nullit.c.2.n.4. fol.339. in ſecunda impreſſione.* Et quod hæc nullitas dicatur euidens ex actis, & conſequenter notoria, probatur iiſdem medijs, quibus vſi ſumus in nullitate ex defectu citationis in præcedenti exemplificatione, & ſententia, quæ laboret iſto defectu, dicitur inualida, etiam ſi ſit ſententia Principis, *vt ſcripſi ſupra concl. 2.n.23.*

37 Com-

37. Comprobatur hæc exemplificatio, quia nullitas ex defectu mandati non includitur in ſtatuto, reijciente exceptiones, *Vant.tract.nullit.rubr.de nullit.ex defect.inhabilit. ſeu mand.nu.2.fol.399.* & quod, ſublatis per Principis reſcriptum generaliter omnibus nullitatibus, non cenſeatur ſublata iſta ex defectu mandati, niſi ſpecificè fuerit ſublata, ſcribit Marcheſ.*d.c.* a.*num.* 5.

Intellige primo iſtam exemplificationem, vt paria ſint deficere mandatum, vel perſonam comparentem eſſe inhabilem, *per ea, quæ late ſcribit Vant.d.rubr.de null.ex def. inhab.ſeu mand.&c.fol.399.*

Intellige ſecundo, vt procedat, quoad impediendam executionem ſententiarum; quare ſi excommunicatus impetrauerit iudicem delegatum, & ab eo obtinuerit vltimam ſententiam fauorabilem, eiuſque peteret executionem, poterit impediri, etiamſi haberet tres ſententias conformes, *Felyn.in cap.1 a.exceptionem, numer.46.verſic. quid autem, de except.& Couar.pract.qq.cap.25. num.4.in fine, verſ.hinc ſane.*

Secus eſt ſi non agatur de executione petenda ab ipſo excommunicato, ſed agatur de validitate commiſſionis in Curia, quia licet ſit impetrata ab excommunicato, ſeu alio non habente mandatum, tamen valet, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q.5.ſub n.7.ſubdecl.& ſub n.74.verſ.contra.* Et quod ſententia lata pro excommunicato valeat, refert & ſequitur Felyn.*d.c.exceptionem, ſub n.46.*

38 Exemplifica tertio in nullitate, apparente ex defectu iuriſdictionis; hæc enim nullitas impedit executionem ſententiæ, vt late proſequutus ſum *conc.ſeq.nu.*43.etiamſi ageretur de executione trium ſententiarum conformiũ, *vt ex Marſ.Dec.Rip.Gabr.Natt.Couar.Lancell.Creſcen.& Marcheſ.retuli, & ſequutus ſum d.concl.ſeq.n.45.*

39 Hæc nullitas dicitur euidens ex actis, quia inprimis iudices ordinarij ſaltem à principio debent oſtendere literas, quibus creati ſunt iudices, vt ſcribit Van. *tr.null.rubr. de nullit.ex defect.iuriſd.num.15.verſ.ideoque fol.*386. quæ literæ regiſtrantur apud acta, ſeu libros ſolitos patentes, & conſequenter ex ipſis literis apud acta regiſtratis conſtabit, an is, qui ſententiam tulit, ſit iudex, ſeu an iudicauerit de re pertinente ad ſuam iuriſdictionem. Similiter iudices delegati abſque dubio debent fidem facere de eorum poteſtate, *Van.vbi ſupra, num.16.verſ.& de iudice,* & ſtylus Vrbis eſt, quod ſemper reſcriptum, ſeu commiſſio delegatoria ſit penes notarium cauſæ.

De hac nullitate vide quæ copioſè ſcripſi *concluſ.ſeqq. n.43.& ſeqq.*

40 Exemplifica quarto in nullitate, apparente facie ſententiæ, nam ea nullitas ſententiæ magis quam quæuis alia dicitur euidens ex actis, *Contar.in l.vnica, limit.7.num.66. verſ.& multo magis, C.ſi de mom.poſſeſſ.*

41 Comprobatur hæc exemplificatio, quia licet ſtatutum præciſe prohibeat dici, vel opponi de nullitate, tamen non cenſetur ſublata nullitas, quæ apparet ex facie ſententiæ, vide *infra num.*56.

42 Exemplifica quinto in nullitate proueniente ex non ſeruatis terminis ſubſtantialibus, quia ſententia lata, non ſeruatis terminis ſubſtantialibus, eſt notoriè nulla, & nullitate inſanabili, quia termini ſunt de ſubſtãtia, vt firmani *lib.praced.cap.3.ſub numer.289.&* 290.& dicitur nullitas euidens ex actis, quia termini ſunt de proceſſu, & de actis & quod nullitas proueniens ex defectu ſubſtantiæ actus, vel inobſeruatæ formæ ſtatuti impediat executionem ſententiæ, quamuis ſtatutum præcipiat ſententiæ executionem, non obſtante quauis nullitate, bene deducit Card.Alexand.*in cap.63.dilecto, ſub num.87 qu.14. fall.4. de appellat.* licet concludat hanc exemplificationem eſſe multum periculoſam, & reſtringere totam iſtam materiam, & adde quæ ſcripſi *concluſ.ſeqq. ſub num.50.verſ.1.*

43 Subamplia eãdem primam ampliationem poſitam *ſupra nu.32.* vt habeat locum non ſolum in nullitate notoria aduerſus executionem ſentẽtiæ, prout in ea locuti ſumus, ſed etiam in nullitate notoria aduerſus executionẽ inſtrumenti, quia, ſi ex parte eius, qui nullitatem proponit, nihil eſt probandum, vt puta quia inſtrumentum non eſt publicum, vel caret annis Domini, indictione, vel teſtibus, aut ſubſcriptione notarij, vel obligatio in inſtrumento deducta eſt nulla, vtique impediretur executio inſtrumenti, *Ant.de Canar.tract.de execut.inſtrum.qu.11. num.21.tom.5.fol.41.* quæ ſubampliatio innititur doctrinæ Bartoli, & aliorum, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra ſub numer.29.verſ.prima,* adde quæ ſcripſi *concluſ.ſeq.ſub num.50.*

44 Infero ex eadem prima ampliatione, poſita *ſupra nu.*32 quod ſtatutum, reijciens nullitates, non intelligitur reijcere nullitatem notoriam, quæ poteſt ſtatim ex actis probari, *teſtibus Franch.in c.63.dilecto, ſub nu.152.quæſt. 54.ibi, ex quibus omnibus, Card.Alex.ſub n.71.fallen.1.de appell.Felyn.cap.9.inter cæteras, col.6.declar.6.ſub num.4. de ſent.& re iudic.Vant.tractat.nullit.rubr. quis poſſ.dic.de null.ſub numer.51.verſ.& quod nullitas, fol.377.Natt.conſ. 120.magnifice, num.14.Rot.diuerſ.deciſ.666. propoſita, nu. 3.par.1.Contar.in l vnica, limit.7.num.64.verſ.quæ concluſio, Cod.ſi de momen.poſſeſſ.Ant.de Canar. Rol.à Val.Flam. Cartar.& Moder.quos retuli, & ſequutus ſum ſupra libr.1. cap.97.num.34.& 192.& dixi lib.præced.cap.3.num.293. verſ.reſpondeo.*

45 Reſtringe hanc illationem, vt non ſit vera, ſi ſtatutum præfigeret terminum ad dicendum de nullitate, quia, termino illo elapſo, non poſſet agi de nullitate etiam euidẽti, & notoria, *Natt.d.conſil.120.n.15. Rol.à Vall.conſil.83. viatur, ſub num.16.verſic.ſecundo reſpondetur, lib.1.Lancellot tract.de attent.part.2.capit.17.de attent. nullit.pend. limit.5.num.129.130.131.& ſeqq.fol.398. & Contar.ead. limit.7.num.67.verſic.quæ tamen,* hancque reſtrictionem veriorem eſſe teſtatur, & ſequi videtur Gabr.*in concluſ. libr.2.tit.de except.concluſ.quarto num* 3.& 5.& qui Doctores tenuerint hanc reſtrictionem latius recenſet Ruginell.*tract.de appellat.§.4.cap.2.nu.1.& ſeqq.& ſignanter num.46.*

† Qui pluſquam triginta Doctores pro hac parte tenentes adducit.

Ratio huius reſtrictionis eſt, quia permittens, labi terminum præfixum à ſtatuto ad dicendum de nullitate, cẽſetur ita iuri ſuo renuntiare, vt ſuper eiuſmodi nullitate amplius audiri non poſſit, *Lancell.d.c.17.de attent.null. penul.nu.129.et ſeqq.fol.*398.

Contra hanc reſtrictionem: quod enim nullitas notoria poſſit opponi etiam poſt lapſum terminum præfixũ à ſtatuto, tenent Vant. *tract.de nullit.rub.quis poſſit dicere de nullitate, nu.54 iuncto num. 52.verſ.talis, fol.377.Gabr. ſibi forſan parum conſtans in concluſ.lib.6.tit.de ſtatut.concluſ.3.nu.16.verſic.contrarium,* & ita ſub longa & implicita diſtinctione tenet Franch *in c.63.dilecto nu.146.et ſeq. vſque ad numer.152. ibi, ex quibus omnibus concludendum videtur de appellat.* dicens, quod ſi nullitas eſſet manifeſta aliquo modo ex his, de quibus egit *eod. capit.num.125.et ſeqq.quæſt.52.* ſtatutum non intelligeretur de illis nullitatibus, de quibus egit per octo limitationes, & poſtea *in fine dicti nu.152.in vltimis verbis,* ait, ita ſe conſuluiſſe illo anno in Ciuitate Cremonæ, & ex eo refert, & ſequitur Card.Alex.*in eod.cap.dilecto, num.91.in fine, verſ.in contrarium,* licet non bene referat, quia ipſe Card Alex. non loquitur de nullitatem manifeſta, ſed ſolum de nullitate per modum excipiendi, vel per modum agẽdi, & pro hac parte contra reſtrictionem multa adducit argumenta, multoſque congerit Doctores Ruginel. *d.c.2.num.47.et*

Digitized by Google

ſeqq.& num.81.& ſcripſi *ſupra lib.1.c.50.num.6.*

In hac controuerſia Rot.de qua Cæſ.de Graſſ. *deciſ.1. fuit dictum. n.6.& 8.verſ.ſecunda. de conſtitut.f.2.* videns difficultatem, cum hinc inde ſint doctrinæ, & deciſiones per eum allegatæ, ad inuicem pugnantes, maturius ſuper ea cogitandum tunc decreuit.

Ego, omiſſa conciliatione, quam adducit Ruginel. *eod. cap.2.n.82.verſ.quid igitur.* pro faciliori explicatione non diſcedo a reſtrictione, quam tamen extendendo, & ſubreſtringendo explicabo.

Retenta igitur reſtrictione pro vera.

46 Extende primo eam, loquendo ſimpliciter de nullitate, ſine qualitate, an ſit notoria, vel non, vt procedat tam in nullitate, quæ deducitur per modum agendi, quam in ea, quæ deducitur per modum excipiendi, quia ſi ſtatutum prohibeat nullitatem poſt certum terminum, illo elapſo, nec agendo, nec excipiendo poteſt dici de nullitate, *Paul.de Caſtr.conſ.288. ad primum ſub n.2.verſ circa ſecundum.ibi,ſed poſtquam ſtatutum.lib.1.Card.Alex.in c.63. dilecto.num.91. verſus finem,ibi,in contrarium.de appellat. Crauet.conſ.179.in cauſſa appellationis.ſub n.4.ibi,addo circa præmiſſa.& Lancell.tract.de attent.part.2.cap.17.de attentat null.pend. n.128. & ſeqq.limit.5. f.398.* & quando ſtatutum vtitur verbo, dicere, Ruginel. *tract.de appell.§.4.cap.2.n.37.& 96.verſ.quintus caſus.*

Contra hanc extenſionem videtur tenere Franch. *in d.c.dilecto,ſub num.150.verſ.his ſic præmiſſis,quaſt.54.de appell.* dicens, quod ad hoc vt intelligatur ſublata exceptio per ſtatutum, eſt neceſſe, quod expreſſe dicat, agendo, & excipiendo; & pro hac opinione contra extenſionem adducit quinque argumenta, ſed non ſequitur Card.Alex. *in d.c.dilecto,ſub n.90.verſ.ſed nunquid.*

47 Subextende eandem extenſionem, vt habeat locum quando ſtatutum prohiberet dici de nullitate, quia, cum verbum (*dicere*) ſit generale, aptum comprehēdere etiam exceptionem, dicitur prohibita nullitas etiam per modum exceptionis, *Ruginell.ſupra proximè citatus.*

Contra hanc ſubextenſionem ſentit Franch. quem loquēte de ſtatuto, vtēte verbo, dicere, retuli *infra ſub n.49.*

48 Extende ſecundo, vt procedat, ſi cœptum ſit dici de nullitate; & dicens de ea permiſerit labi tempus, quia tunc cenſetur tacitè renuntiaſſe iudicio nullitatis, ſiue nullitas ſit notoria, ſiue non, *Caph.conſ.202. moniales.nu.18.lib.2.quem referunt, & ſequuntur Lancell. d.cap.17.nu.131.& 132.ſol.398.& Contar.in l.vnica, limit.7 ſub n.67. verſ. quod maximè.* Et quod ſi quis dixerit de nullitate infra tempus præfixum a ſtatuto, ſed non fuerit ſequuta declaratio iudicis ſuper nullitate infra tempus præfixum a ſtatuto, intelligatur excluſus non ſolum à via agendi, ſed etiam à via excipiendi, & ſit, ac ſi non dixiſſet, quia ſuum dicere non habuit effectum, & quod ſit clarum, & indubitatum apud omnes, teſtatur Paul. de Caſtr. *conſ.288. ad primum.ſub n.2. verſ.circa ſecundum. lib.1.* dicens ſe de hoc nunquam vidiſſe dubitari.

49 Subreſtringe primo eandem reſtrictionem poſita *ſupra n 45.* vt non procedat, quando ſtatutum loquitur verbis, quæ ſonant in modum agendi, vtputa, quia dicat (*non poſſit pars, quæ ſuccubuit, appellare, vel nullā dicere*) & maximè ſi ſtatutum ſubderet (*appellans, vel nullam dicens, debeat poſtea producere libellum in ſcriptis*) quia tunc ſtatutum non includit nullitatem per modum excipiendi, & maximè ſi ſtatutum diceret, quod poſt certum tempus non poſſit agi de nullitate, ſeu denegetur actio, *Franch.in c.63.dilecto,n.150.verſ.his ſic præmiſſis,quaſt.54 de appell. & contar.in l.vnica, limit.7.n.67 in fine, verſ.intellige. C.ſi de mom.poſſ.*

50 Ratio huius ſubreſtrictionis eſt, quia ſtatutum, prohibens agi poſt annum, non comprehendit excipientē poſt annum; *Contar.ead.limit 7.n.68.verſ.ſtatutum.* quia ſtatutum, loquens in agente, non habet locum in excipiente, *Ruginell.d.§.4.cap.2.ſub n.77.verſ. vndecimum, & ſignanter n.78.83.& 84.*& differentiam eſſe, an nullitas deducatur agendo, vel excipiendo, teſtatur Alex. quem retuli, & ſequutus ſum *concl.ſeq.ſub n.2 verſ.confirmatur.*

51 Ratio generalior eſt, quia licet actio de nullitate ſit temporalis, tamen exceptio nullitatis erit perpetua, *vt*
52 *retuli, & ſequutus ſum infra concl.7. num.4.* † Vnde licet actio aliquo caſu ſit annalis, tamen exceptio in eod. caſu erit perpetua, *vt ſcripſi et declaraui lib.praced.cap.8.ſub n.183.*

† Alia ratio eſt quia maiori æquitate poſſet exceptio quam actio. *l.qua æquitate,ff.de doli except.*

53 Confirmatur quia ius, quod deducitur per modum defenſionis, debet eſſe perpetuum, *vt refert, et ſequitur Ruginel.d.cap.2.ſub n.55.* ſed exceptio ſapit naturam defenſionis. Igitur.

54 An, & quando hæc ſubreſtrictio in caſu ſtatutis prohibentis poſt certum terminum appellari vel ſententiam dici nullam, intelligatur prohibere, etiam nullitatem per viam agendi, vide Franch. *in d.cap.dilecto.n.151.ibi, ſi vero quæratur an nullitas de appell.* vbi ſuppoſitis quinque modis agendi de nullitate, a me ex eo relatis concl. *præced n.2.* ſcribit, non poſſe agi in illis primis tribus modis; ſecus in quarto modo, & poſtea reſtringit, vt poſſit agi, ſi nullitas ſit manifeſta aliquo ex modis, de quibus ſcripſi *ſupra n.56.et ſeqq.*

55 Explica extendendo eandem ſubreſtrictionem, vt ſtatutum, quod poſt certum terminum prohibet agi nullitate, intelligatur etiam prohibere, ne poſſit replicari de nullitate, quia replicatio habet naturam actionis, *Put deciſ.301.Inſtns n.8.lib.2.& contar.in l.vnica,limit.7.n.68.in fine,verſ.rurſus.& n.69.C. ſi de mom.poſſeſſ.* & quod replicatio reſpectu temporis regulatur ſecundum naturam actionis, quia durat tanto tempore quanto durat actio, referunt, & ſequuntur *Dec.in c.9 ſi autem n.28.& 29.verſ. tertia concluſio. de reſcript. & Rot. diuerſ. deciſ. 132. licet agentes, n.20.in fine,verſ.non obſtat.& nn.21.& 22.verſ.ſi quidem,par.2.*

56 Non obſtat, quod concl. præcedenti n.20. dixerim, quod replicatio ſortitur naturam exceptionis, quia reſp. quod hoc eſt verum quoad alia, in quibus replicatio habet naturam exceptionis, ſed non quoad tempus, quia in hoc habet naturam actionis, *Dec.d.c.ſi autem,n.29.& Rot. diuerſ.d.deciſ.132.n.22.*

Subreſtringe ſecundo, vt non procedat quando nullitas apparet ex tenore ſententiæ, quia hæc nullitas non cenſetur excluſa à ſtatuto, excludente nullitates, *Franch. in c.63.dilecto.nu.137.& ſeqq.quaſt.42. limit.8. de appell. & Dec.conſ.8. viſo puncto.ſub n.7. in 2.reſponſione;* quare hæc nullitas poteſt opponi etiam poſt lapſum tempus, quia licet partes poſſint renuntiare nullitati ſententiæ, & renuntiatio teneat, tamen poſſunt adhuc dicere de nullitate, quæ apparet ex tenore ſententiæ, *Felyn.in cap.4.de cauſis.ſub n.7.in 4.concluſ.fallen.1.de offic.& poteſt.iud.deleg.quem refert, & ſequitur Lancell.tract.de attent.par.2. cap.17.de attent.null.pend.numer.133.& 136.in fine, fol. 398.*

Amplia hanc ſubreſtrictionē, vt procedat etiam quando nullitas cauſatur ex ineptudine libelli, & modi agendi, quia, cum talis nullitas cenſeatur patens per relationem ſententiæ ad libellum, non intelligitur excluſa per ſtatutum, *Franch.in cap.63.dilecto,n.127.queſt.42.limit.2. et Card.Alex.ſub n.87.fall.2.de appell.*

57 Subreſtringe tertio in nullitate, cauſſata ex perplexitate, ſeu repugnantia, *Franch.in cap.63.dilecto.q.42.limit.1. num.126.in fine, et Card..Alex.ſub n.87.fall.1.de appell.Felyn.et Lancell.in fallen.et ſublimit,2.citati,num.præcedenti;* quare ſententia, quæ continet repugnantiam, eſt ipſo

iure

iure nulla, l. 149. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. Anch. conſil. 372. pro decl. ſub n. 5. ibi, ex quibus concluditur, Alex. conſil. 124. in cauſa & litis, in fine, nu. 14. verſic. poſſet etiam, lib. 2. & Vant. tr. nullit. rubr. de null. ex defect. proceſſ. ſub nu. 101. verſ. & propterea, in fine, to. 4. fol. 418. imò perplexitas magis vitiat, quam impoſſibilitas, Crauet. conſ. 79. quorundam numer. 5. verſ. 1. ratione, vnde fatuus eſſet iudex, ſi diceret in ſententia (excommunico te, vel abſoluo te,) Gloſſ. in cap. 101. ſi is qui, in verbo, cogi. 11. quæſtio 3. & hæc nullitas tolli non poteſt per ſtatutum, quia lex ad tollendum naturalem ſenſum actus nullam habet poteſtatem, Card. Alex. vbi ſupra.

58 Subreſtringe quarto, quando nullitas cauſaretur dolo aduerſarij, Anchar. conſ. 211. de iure communi, n. 2. Franch. in d. capit. dilecto, nu. 136. limit. 7. & Cardin. Alex. ſub nu. 7. fallen. 7. de appell. Felyn. & Lancell. in fallen. & ſubl. 3. citati ſupra, num. 56.

59 Subreſtringe quinto, vt non habeat locum in nullitate proueniente ab incompetentia iudicis, Franch. in d. c. 63. dilecto, nu. 135. limit. 7. de appell. Felyn. & Lancell. in fallen. & ſublimit. 4. citati ſupra num. 56. & quod non habeat locum in nullitate proueniente ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, quia de ea poteſt opponi etiam poſt lapſum tempus præfixum a ſtatuto ad dicendum de nullitate, conſuluit Becc. conſil. 40. viſo compromiſſo, ſub num. quinto, verſ. præmiſſis tamen, & nu. 6. & 7. iunctis his, quæ ſcribit ſub numer. 4. verſic. nam ad hoc, lib. 1. & hanc ſubreſtrictionem ſequitur Gabr. in concluſ. lib. 6. tit. de ſtatut. concluſ. 3. numer. 17. verſ. ſed contrarium, & quod poſſit excipi de iudicis incompetentia, quamuis ſtatutum prohibeat excipi de omni genere nullitatis, ſcribit Ruginell. tractat. de appell. §. 4. cap. 2. num. 131. verſic. concluſio, & quod retardetur executio, ſcribit Lancell. dict. cap. 17. ſub num. 136. fol. 398.

Subreſtringe ſexto in nullitate, proueniente ex defectu iuris naturalis, quia ſtatutum excludens nullitatem, non intelligitur de tali nullitate, Franch. in d. c. 63. dilecto, num. 128. & 129. limit. 3. & Card. Alex. ſub n. 87. fall. 3. de appel. & adde, quæ ſcripſi ſupra nu. 34.

Subreſtringe ſeptimo in nullitate, proueniente ex capite alterius ſtatuti, vt declarant idem Franch. d. c. 63. dilecto, n. 131. limit. 4. & Card. Alex. ſub n. 87. fallen. 5.

Subreſtringe octauo in nullitate procedente ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, vt puta quia ſententia ſit lata contra iam deciſa, vel ſuper re non comprehenſa in compromiſſo, Franch. in d. c. dilecto, nu. 132. & ſeqq. limit. 5. & Card. Alex. ſub nu. 87. fall. 6. & adde, quæ ſcripſi infra concl. 7. nu. 3. De nullitate, & exceptione ex defectu iuriſdictionis ad impediendam executionem ſententiæ, vide quæ latè ſcripſi concl. ſeq. num. 43. et ſeqq.

Et hæc de prima ampl. poſita ſupra, nu. 32.

60 Amplia ſecundo eandem opinionem firmatam ſup. nu. 29. vt habeat locum in ſecunda ſpecie nullitatis notoriæ, quando ſcilicet non apparet euidenter ex actis, ſed tamẽ poteſt incontinenti probari; de qua ſecunda ſpecie dixi ſupra num. 30. quia eiuſmodi nullitas impedit executionem, Bar. Socc. Vital. Staph. & Contar. quos retuli, & ſequutus ſum concl. ſeqq. nu. 34.

Ratio huius ampliationis eſt, quia exceptio nullitatis, ſeu alia legitima exceptio excluditur propter præſumptã malitiæ fraudem, quæ præſumptio ceſſat in probatione, quæ offertur incontinenti, Dec. conſ. 424. proponitur, ſub n. 6. Vant. & Contar. in locis infra proximè citatis, & quod tollatur ſuſpicio calumniæ, ſi pars velit incontinenti probare, refert, & ſequitur idem Contar. ead. lim. 7. infra citata, n. 46. verſ. vbi tamen.

61 Exemplifica hanc ſecundam ampliationem, quando de nullitate conſtaret per inſtrumentum publicum; quare habens inſtrumentum in manibus, ac illud abſque alia dilatione oſtendens, diceretur incontinenti probare, vt referunt, & ſequuntur Dec. d. conſ. 424. ſub num. 7. Vant. tr. nullit. rubr. quis poſſit dicere de nullitate, ſub nu. 54. verſic. intellige præmiſſa, fol. 377. & ex Vant. refert, & ſequi videtur Contar. in l. vnica, limit. 7. nu. 65. verſ. idque verum eſt. C. ſi de momen. poſſ.

62 Et quod; ſi nulla exceptio probanda ſit admittenda contra inſtrumentum publicum, habens executionem paratam, niſi ea, quæ momento probari poſſit; admittatur ea, quæ poſſit probari per aliud inſtrumentum publicum, ſupponit, admonendo eum qui exceptionem opponit, vt ſit cautus & offerat eam incontinenti probare, Ant. de Canar. tractat. de execut. inſtrum. quæſt. 9. in fine ſub num. 19. tom. 5. fol. 41.

63 Comprobatur hæc exemplificatio, quia inſtrumentum inducit notorium, inducit rem certam, facit rem manifeſtam, dicitur probatio probata, probatio patens, euidens, euidentiſſima, vt ex Abb. Iaſ. Soccin. Dec. Dilect. Menoch. & Bal. retuli, & ſequutus ſum libr. præced. capit. 7. num. 152.

64 Extende hanc exemplificationem, vt procedat, etiamſi opponatur aliquid validi contra inſtrumentum, quia & ſi probatio per inſtrumentum ſit euidens, quando cõtra inſtrumentum, nihil opponitur, vel ſi quid opponitur, incolorate opponitur, vt refert, & ſequitur Contar. in l. vnica, limit. 9. nu. 29. verſ. idemque, & verſ. tamen, C. ſi de mom. poſſ. & inſtrumentum non dicatur liquida probatio quamdiu poteſt impugnari, & non faciat liquidam probationem ante concluſionem in cauſa, & res efficitur dubia eo ſolo, quod inſtrumenta negantur, & probatio per inſtrumentum ſuper cauſa proprietatis non impediat reſtitutionem poſſeſſionis, quando allegatur aliquid contra inſtrumentum, per ea, quæ ſcripſi dicto cap. 7. num. 156. & 157.

Tamen in caſu huius ampliationis ſint exemplificatæ ſatis eſt, quod oppoſitio, & impugnatio inſtrumenti poſſit infra tempus executionis diſcuti, per ea, quæ dixi num. ſeqq.

65 Pro explicatione huius ſecundæ ampliationis, quando nullitas dicatur probari incontinenti, circumferuntur plures opiniones.

Prima opinio eſt, quod nullitas dicatur probari incõtinenti, ſi probetur infra illud tempus, infra quod ſolet examinari executio, ſecundum Bar. in l. 4. §. condemnatum, n. 4. ff. de re iud. quem citant Franch. in cap. 63. dilecto, n. 29. verſ. ſed circa prædicta, q. 10. & Card. Alex ſub nu. 70. verſ. ſed opera pretium, de appell. Veſtr. in prax. lib. 8. c. 1. ſub n. 7. circa medium, ibi, & in propoſito illa nullitas, hancque vti * frequentem, communem, & æquam opinionem ſequitur Moder. tr. de proceſſ. execut. par. 4. c. 2. ſub nu. 10. vel, & clarius, illæ exceptiones dicuntur non poſſe probari incontinenti, & requirere altiorem indaginem, quæ non poſſunt examinari intra tantum tempus, intra quãtum proceſſus principalis expediretur, etiamſi tales exceptiones non opponerẽtur, Ant. de Canar. tr. de execut. inſtr. qu. 9. ſub num. 19. tom. 5. fol. 40.

66 Infra quantum tempus executio examinetur, vide Felyn. in c. 38. veniens, il ſecondo ſub num. 15. et latius ibidem Aret. ſub nu. 24. de teſtib. qui duo poſtremi teſtantur, hoc non eſſe in iure determinatum

Secunda opinio eſt quod nullitas dicatur poſſe probari incontinenti, ſi poſſit probari infra triduum vt ex Bal. et Laud. Rom. refert Card. Alex. d. c. 63. dilecto, nu. 70. verſi. ſed operæ pretium, de appell.

67 Tertia opinio eſt, quod de conſuetudine debeat probari infra decem dies, vt teſtatur idem Franch. in dict. c. 63. dilecto, ſub numer. 29. quæſt. 10. verſic. ſed circa prædicta, de appellat.

Quarta opinio eſt; quod relinquatur arbitrio iudicis,

Contar. in l. vnica, limit. 7. n. 56. in fine, C. ſi de mom. poſſ. Moder. tract. de proceſſ. execut. part. 4. c. 2. nu. 6. hæcque opinio eſt communis, * & ſeruatur in praxi. vt teſtatur Aret d. c. veniens. ſub n. 24. & 26. de teſtib.

Comprobatur hæc opinio etiam ex mente eiuſdem Bar. ſupra citati ſecundum conſiderationem, quam facit Card. Alex. vbi ſupra, quia quando executio fit in eadem re, in qua eſt facta condemnatio, tunc nulla fit diſcuſſio executionis: ergo tunc, cum non habeamus aliquod tempus diſcuſſionis executionis a quo poſſit regulari tempus probandæ nullitatis, dicemus, tempus eſſe arbitrarium; huiuſq; comprobationis motiuum ad impugnandam eiuſdem Bartoli opinionem conſiderant in d. cap. 38 veniens. il ſecundo de teſtib. Abb. ſub n. 11. Aret. ſub nn. 25. & Felyn. ſub n. 15.

Sed huic conſiderationi, & motiuo, defendendo Bartolum, reſpondet Rip. in l. 4. § condemnatum. ſub n. 32. ibi, aduerte quod. ff. de re iudic.

68 Retenta hac quarta opin. quod relinquatur arbitrio iudicis.

Limita primo eam, vt non procedat, quando executio ex forma ſtatuti poteſt fieri realiter, & perſonaliter ad voluntatem creditoris, qui tunc non admittitur alia exceptio, niſi ea, quæ momento probari poſſet forſan per alind publicum inſtrumentum, vt retuli ſupra q. 17. limit. 9. ſub n. 52.

69 Limita ſecundo, vt hoc arbitrium iudicis non debeat eſſe effrænatum, ſed regulatum, vt declarat Moder. tract. de proceſſ. execut. p. 4. c. 2. n 8. in fine, & n. 9. Quare in caſibus, in quibus á iure, vel conſuetudine, vel Iuriſconſultorum communi opinione eſt determinatum certum tempus, ceſſat arbitrium iudicis per ea, quæ in alio articulo retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 14. n. 35.

Et hæc de ſecunda ampl. poſita, ſup. n. 60.

70 Amplia tertio eandem opinionem poſitam ſup. nu. 25. vt in duobus caſibus procedat etiam in tertia ſpecie nullitatis notoriæ, quando ſcilicet requirit altiorem indaginem; quam tertiam ſpeciem poſui ſup. n. 31.

Primus caſus eſt, quando opponitur contra executionem irretractabilem, vt ex Franch. Card. Alex. & alijs retuli, & ſequutus ſum infra n. 75. verſ. amplia ſecundo. etiam ſi eſſet executio trium ſententiarum conformium, vt ex Rip. & Lancell. retuli, & ſequutus ſum infra n. 76.

Secundus caſus eſt, quando prouenit ex defectu iuriſdictionis, vt retuli, & ſequutus ſum concl. ſeq. n. 44.

In reliquis caſibus extra hos duos regulariter non retardat executionem, Bar. in l. 4. § condemnatum. n. 3. ibi; quandoque eſt aliquid probandum ff. de re iud. Vital. tract. de clauſul. in clauſ. nil. nouori nullitate pendente, ſub numer. 7. ibi. quandoque vero per illum. f. 282. Staph. Couar. Rip. Lancell. & Ant. de Canar. quos retuli, & ſequutus ſum concl. ſeq. num. 4.

Nec dicatur, quod, cum hæc nullitas, ſeu alia exceptio requirat altiorem indaginem, non poteſt dici notoria. Quia reſpondeo, dari etiam notorium, quod requirat altiorem indaginem, vt patet ex his, quæ ſcripſi ſupra nu. 31. iuncto verſ. declara. ſub n. 29.

Et hæc de prima declar. poſita ſup. n. 29.

71 Declara ſecundo eandem opinionem firmatam ſupra n. 25. & ſeqq. vt non ſingulæ illæ tres ſpecies nullitatis notoriæ, quas poſui ſupra ſub n. 29. 30. & 31. retardent quãlibet executionem, ſed retardant cum ſeq. diſtinctione.

Aut enim agitur de executione trium ſententiarum conformium, & tunc executio retardatur ſolum prima ſpecie nullitatis notoriæ, quæ eſt manifeſta, & euidens ex actis, nec ſufficit ea nullitas, cuius probatio aliter, quam ex actis, incontinenti offerretur, Rip. Couar. Gabr. & Lancell. quos retuli, & ſequutus ſum concl. ſeq n. 6.

Imo non ſufficit, quod ſit euidens ex actis, ſed requiritur etiam, quod aliqua probatione, vel probabili exceptione non reuocetur in dubium, vel non recipiat diſputa-
72 tionem iuris, vt retuli d. concl. ſeq. ſub n. 6. † quia nullitas quę poteſt reuocari in dubium, verè non eſt notoria, quãuis appareat ex actis, Felyn. in c. 9. inter cæteras. declaratione 6. ſub n. 4. ibi, ſoleo quædam alia. de ſent. et re iud. & quod nullitas velata, quæ poteſt habere dubitationem, & diſputationem, non dicatur notoria, ſcribit Contar. in l. vnica, limit. 7. n. 61. verſ. facitque C. ſi de mom. poſſ. notoria enim nullitas non patitur diſputationem, Caph. conſ. 202. moniales n. 16. lib. 2. & ſimiliter iniuſtitia euidens, quæ poteſt impedire executionem, non debet habere aliquod probabile dubium, quia, ſi haberet, non diceretur euidẽs, Contar. in d. l. vnica. lim 9. n. 9. & 10. verſ. debet igitur. quia euidens iniuſtitia dicitur, illa, quæ conſtat ex actis, quæ non habent diſputationem, ſeu offuſcationem, Cõtar. ead. lim. 9. n. 34. verſ. ex quibus. & ideo licet exceptio notoria poſſit opponi, non obſtante ſtatuto, tamen intelligitur, quando exceptio eſt ita notoria, vt non habeat diſputationem, Contar. ead. limit. 9. ſub n. 33. verſ. ſed hac adiuuat. multa enim dicuntur notoria, quæ non ſunt notoria, c. 14. conſuluit. il primo, de appell. & ſcribunt Iacob. de Aren. tract. de bannit. n. 14. Felyn. d. cap. inter cæteras. declar. 6. Dec. conſ. 402. in cauſſa illuſtriſſim. ſub num. 11. & conſ. 483. pro reſolutione. ſub n. 27. Rol. á Vall conſ. 53. quod legitimè. n. 34. lib. 2. Clar. recep. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 9. verſ. item quæro. verſus finem, Natt. conſ. 275. viſis motiuis. n. 3. lib. 2. Caputaq. deciſ. 248. alibi 250. ſeu vnica, notoria. n. 1. p. 2. & dixi lib. præced. c. 8. n. 340.

Aut agitur de executione vnius ſententiæ inappellabilis, ſeu inſtrumentis habentis executionem paratam, & tunc executio retardatur non ſolum nullitate euidenti, & notoria ex actis, ſed etiam ea nullitate, quæ aliter quam ex actis poteſt incontinenti probari, vt retuli, & ſequutus ſum concl ſeq. n. 5. & apertius n. 34. & in ſpecie, quod probatio per inſtrumentum impediat, dixi ſupra n. 61. & ſeqq.

Aut agitur de executione irretractabili, & tunc executio impeditur non ſolum nullitate notoria, & euidenti ex actis, & ea, quæ poteſt aliunde, quam ex actis incontinenti probari, ſed etiam ea, quæ requirit altiorem indaginem, etiam ſi eſſet executio trium ſententiarum, vt dixi infra ſub n. 75. ampl. 2. & n 76

Idem etiam eſt, quando executio impugnatur ex defectu iuriſdictionis, quia hæc nullitas, etiam quod requirat altiorem indaginem, impedit executionem, vt retuli, & ſequutus ſum concl. ſeq. n. 44.

73 Extende X. vt procedat etiamſi executio ſit irretractabilis, quia adhuc nullitas, deducta principaliter per modum agendi, non impedit executionem, niſi is, qui eam deducit, offerat ſe incontinenti probaturum, attenta clem. vt calumnijs. de ſenten & re iud. quæ loquitur generaliter, & militat eius ratio, videlicet calumniæ præſumptio.

74 Contra hanc extenſionem tenent Franch. in cap. 63. dilecto, n. 28. & 73. q. 10. limit. 2. & Card. Alex. ſub n. 74. fall. 2. de appell. dicens, quod pendentia nullitatis etiam principaliter intentatæ eſt potens ad impediendam executionem irretractabilem, Ang. tract. de malef. in verbo, præſente dicto Caio, n. 24. verſ. ſin autem non appellauit. in fine, & ibi Auguſt. Vant. tract. nul. rubr. quot & quib. mod. nullitas etc ſub n. 31. 380. Veſtr. in prax. lib. 8. c. 1. ſub n. 9 ibi, rurſus finge. fol. 229. Lancell. tract. de attent. part. 2. c. 17. de attent. null. pend. n. 75. ſublimit. 3. f. 297. & nu. 52. & 53. & nu. 95. & ſeqq. teſtans vtrobiq; de opinione communi, * &, loquendo de exceptione nullitatis, Rip. in l. 4. §. condemnatum, n. 21. fall. 4. reſtr. 1. ff. de re iud. Couar. pract. qq. cap. 25. num. 2. in fine, verſ. ſecunda, fol. 529. & late Card. Alex. d. cap. dilecto, ſub numer. 71. fall. 5. & ſub d. num. 74. fall 2. &

Lancell.

Digitized by Google

Lancell.d.cap.17.ſub 98.& loquendo de exceptione innocentiæ, Moder.tract.de proceſſ.execut.parte 4.cap.1.num.129.fall.30.

Confirmatur hæc opinio, quia in ſimili dicimus, quod licet à ſententia lata in poſſeſſorio momentaneo non detur appellatio, per ea, quæ dixi ſupra q.17.lim.6.n.1.& memb.3.n.3.tamen ſi ſententia inferat damnum, quod reparari non poſſit in petitorio, datur appellatio, vt retuli & ſequutus ſum ead.lim.6.mem.8.n.1.& ſeqq. & impedit executionem.

Firmata hac contraria opinione.

75 Amplia primo eam, vt habeat locum non ſolum in executione criminali, & capitali, vt multi Doctores loquuntur, & præſertim Vital.tract.de clauſ.in clau.nil.nouari nullitate pendente, ſub n.4.fol.381.ſed etiam in qualibet executione irretractabili, etiam in ciuilibus, quia etiam in ciuilibus poteſt conſiderari irretractabilitas, Lancell.d.c.17.n.76.& 77.fol.397.

Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi nullitatis exceptio requireret altiorem indaginem, ſeu aliunde quam ex actis veniret probanda, quia nihilominus impediret executionem, Franch.in c.63.dilecto num.28.q.10 limit.2.& Card. Alex.ſub num.71.fall.5.de appell. Alex.conſ.17.requiſitus col.3.num.6.libro 1. dicens, quod quando periculum aliter reparari non poteſt, exceptio nullitatis admittitur, vbi alias non admitteretur & Addit.ad eum, Vital.tract.de clauſul.in clauſ.nil.nouari nullitate, pendente, ſub num.4.tomo 18.fol.381. Moder.tractat.de proceſſ.execut.par.4.cap.1.fall.30.num.131.iuncto num.129.fol.773.Lancell.tract.de attent.par.2.cap.17.de attent.null.pend.num.95.& 96.fol.397. Et licet præfati omnes loquantur de nullitate per modum exceptionis, tamen iſti alij loquuntur ſimpliciter de pendentia nullitatis, quod impediat executionem, Guid.Pap.tract.de appell.92.verſ.ſi autem, intra fol.61.& eſſe communem* opinionem referunt, & ſequuntur Boſſ.tract.crim.tit.de nullit.aduerſus ſententiam, ſub n.4.Clar.recept.ſent.lib.5.§.fin.quæſt 94.verſic.ſcias autem Lancell.d.c.17.de attent.null.pend.ampl.3.n.54.et 55.iunctis num.52.et 53.fol.396.et Farin.in qq.crim.q.101.n.111.ſublimit.5.

Confirmatur hæc ampliatio, quia ſi nullitas eſſet notoria, tunc impediret executionem, ſiue executio eſſet irretractabilis, ſiue non; item ſiue nullitas deduceretur per viam exceptionis, ſiue per viam principalis petitionis, vt patet ex his quæ ſcripſi ſupra numero 25. et concl.ſeq.numero 23.

76 Amplia tertio, vt procedat etiam aduerſus tres ſententias conformes, Rip.in l.4 §.condemnatum n.21.fall.4.reſt.1.ff.de re iud.et Lancell.tract.de attent.par.2.c.17.de attent.null.pend.n.98.fol.397.

77 Limita nunc eandem contrariam opinionem, retentā contra extenſionem ſup.num.74. vt non procedat, quando iudex videt, nullitatem calumnioſè animo ſolum retardandæ executionis deduci, quia tunc poteſt, non obſtante allegata nullitate, procederet ad executionem, Ang.tract.de maleſ.in verbo præſente dicto Caio, ſub numero 24.verſ.fin autem fol.264.Veſtr.in prax.lib.8.c.1.ſub num.9.ibi rurſus finge, fol.229.Boſſ.tract.crim.tit.de nullit.aduerſ.ſent.num.4.in fine. & ita ſentit Clar.lib.5.recept.ſent.§.fin.qu.94.verſ.ſcias autem, dum dicit, quod, pendente cauſa nullitatis non calumnioſæ, ſuſpenditur bannum, Card. Alex. in cap.64.dilecto, ſub num.71.fall.5.ibi, quod tamen intelligite, de appell.Lancell.tract.de attent.parte 2.cap.17.de attent.null.pend.num.56.folio 396. & facit quod ſcripſi rem.ſeq.num.89.

78 Ratio in omni materia, & circumſcripta irreparabilitate, eſt, quia iudex, videns ſeu vehementer ſuſpicans, exceptionem calumnioſè opponi cauſa morandæ litis, poteſt eam ſpernere, nec debet curare de appellatione, quia illa non prodeſt, niſi probetur veritas cauſæ, iuxta ea, quæ ſcribunt Innoc.in cap.7.poſt electionem num.3.in verbo, quæ inſtitutio de conceſſ.præben.Bal.in l.2.peremptorias col.6.in fine, not.4.n.42.C.ſentent.reſcin.non poſſ.Anchar.conſ.158.ex narratis col.penult.ſub num.19.ibi, vbi ſi iudex.Dec.in c.9 licet cauſam, num.43.not.6 de probat.Marſil.in pract.crim.§.opportunè, n.82.in fine, et num.88.Staphil.tractat.de ſignat.iter.inſtit.rubr.exceptio ſola plus operatur etc.n.3.fol.290.in paruis, et Io.Redin.tract.de maieſt.princ.ſeu in princ.Inſtit.imperatoriam etc.verſic.ſed etiam per legitimos tramites etc.num.135.et 137.tomo 16.fol.165.& , loquendo de exceptione nullitatis ad retardandam executionem, Rip.in l.8 § condemnatum fall.1.num.14.ff de re iud.& late Lancell. qui plures cumulat, & ſequitur d.c.17.lim.4.n.121.et ſeqq.fol.398.& quod ſi allegatur nullitas ex iniuſta cauſa & calumnioſè, tunc pendentia nullitatis non impediat executionem, quia non ſunt attendendæ friuolæ defenſiones, ſcribit Vital.tractat.de clauſul.in clauſ.nil.nouari nullitate pendente, numero 2.et 3.tomo 18.fol.381.

Confirmatur primo hæc ratio, quia in ſimili dicimus, quod licet reſtitutio in integrum impediat executionem, vt retuli, et ſecutus ſum rem.ſeq.n.64.tamen non impedit, ſi ſit calumnioſe petita, Pariſ.Veſtr.Vital.Lancel.et alij, quos retuli, et ſequutus ſum eod.rem.ſeq.n.85.

79 Confirmatur ſecundo, quia licet actus facti, lite pendente, dicantur attentati; tamen hoc non eſt verum quando lis fuit calumnioſe, in fraudem, aut doloſe inſtituta, Lancel.tract.de atten.par.2.c.4.de attent.lite pendente, lim.4.princ.n.1.et ſeqq tomo 5.fol.327.

Contra iſtam rationem in terminis noſtris, quando agitur de executione irretractabili refert, & ſequitur Marſ.ſing.686 calumnioſe petita verſus finem, dicens, quod vbi agitur de præiudicio irreparabili non repellitur ex quacunque præſumptione calumniæ.

Non recedas a ratione, quæ eſt ſancta, & vtinam iudices præſertim Rom Curiæ eam obſeruarent.

80 Extende hanc limitationem, vt procedat etiam ſi nullitas deduceretur per viam exceptionis prout in terminis huius extenſionis loquitur Card. Alex. citatus ſupra num.77.

81 Exemplifica eandem limitationem, quando fuit per rei euidentiam facta recognitio cadaueris, ſeu alterius delicti, reus eſt confeſſus, & conuictus, habuit terminum ad ſe defendendum, fuit citatus ad ſententiam, & notoria eſt iudicis iuriſdictio, & competentia, vt puta, quia ſententia eſt lata ab Auditore Cam. & nihilominus reus dicit, ſententiam eſſe nullam, quia iſto caſu non debet audiri, ſed debet procedi ad executionem niſi in ſpecie alleget nullitatem quæ incontinenti cognoſcatur, & ita & in dubitabiliori caſu ſeruatur, & ſeruaretur.

Ratio huius exemplificationis eſt, quia confeſſio iudicialis, quam in exemplificatione ſupponimus, ſanat omnes nullitates, omneſq; defectus proceſſus, vt ex Innoc.Bar.Alex.Neurz.et alijs retuli et ſequutus ſum ſup.q.11.n.139.merito nullitatis oppoſitio, vti euidenter, & notoriè calumnioſa, eſt reijcienda.

82 Intellige hanc limitationem, vt eius vſus, & experientia fiant, & innitantur diſcrimini, & periculo ipſius iudicis, qui ſi poſtea facta executione appareret de ſententiæ nullitate, poſſet puniri, & iuxta qualitatem caſus incurrere periculum, prout in iudice, qui propter moræ periculum, ſpreta appellatione, procedit ad executionem, ſcripſi ſupra q.13.n.111.verſ.aduerte.quare iudex ſit cautus, quia ex futura pronuntiatione ſuper nullitate pendebit eius periculum.

83 Comprobatur notabiliter iſta intelligentia, quia, ſi, pēdente cauſa nullitatis banni, occidatur bannitus, ſtante

ſtatuto,

Digitized by Google

ſtatuto, quod bannitus poſſit impune occidi, & ſequatur ſententia contrabannum, quod eſſet nullum, tunc ille, qui occidit bannitum, puniretur, vt homicida, alias ſecus, & ſic quoad hoc inſpicitur veritas, non ſola litiſpendentia, & hæc comprobatio procedit, etiam ſi nullitas allegata contrabannum non eſſet euidens, *Franch. in c. 63. ſub n. 37. q. 10. lim. 2. de appell.*

84 Extende XI. vt maximè procedat in nullitate, quæ intentatur aduerſus ſententiam interlocutoriam, quia quod fiet, nullitate pendente, non dicitur innouatum quia ſicut appellatio regulariter non facit attentata, quando ſententia eſt interlocutoria, ita & pendentia nullitatis non facit attentata, Rot. quam refert, & ſequitur Lancell. *trac. de attent. p. 2. c. 17. de attent. null. pend. n. 91. verſ. 12. tom. 5. fol. 397.*

85 Extende XII. vt procedat etiam in nullitate, quæ proponitur contra teſtamentum, nam, ſi propono teſtamentum nullum, non impeditur aditio hæreditatis ex eo, *Vant. tractat. null. rubr. quot & quibus mod. nullitas &c. n. 29. verſ. ſecundo quando, fol. 380.*

86 Reſtringe I. nunc eandem quartam concluſionem poſitam ſupra n. 1. vt non procedat quando nullitas eſt notoria, quia tunc impedit executionem, *vt firmani ſupra n. 25. & ſeqq. verſ. contraria opinio.*

87 Reſtringe II. vt non procedat, quando iudex ſuperior, coram quo eſt introducta cauſſa nullitatis, inhibet inferiori, ne ſententiam exequatur, vide *ſupra n. 12. verſ. contrariam.*

88 Infero extendendo hanc reſtrictionem, quod ſi creditor coram iudice ſeculari petat executionem vigore obligationis cameralis, ſeu guarintigiæ, quæ habent executionem paratam, & debitor proponat coram iudice eccleſiaſtico per viam actionis, quod contractus eſt vſurarius, & ab eo obtineat, iudici ſeculari inhiberi, non poteſt iudex ſecularis vlterius procedere, *Card. Alex. in cap. 63. dilecto, ſub n. 72. verſ. ſecundum eſt membrum, verſus finem, ibi, tamen Federicus, de appell. Alex. in l. 4. §. condemnatum, ſub n. 17. & 18. & Rip. num. 29. ff. de re iud. & Vital. tract. de clauſ. in clauſ. nil. nouari nullitate pendente, n. 4. & 5. tom. 18. fol. 382.* licet omnes loquantur intra dentes, & aliquid dicant ſolum, quod poteſt inhibere, & ſub pœna excommunicationis, vt ſuper executione ſuperſedeat, ſed aiunt, quod non deberet inhibere, quia nullitatis allegatio non retardat executionem.

An Epiſcopus poſſit inhibere, parte non citata, vide quod non communem opinionem, quam retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 53.* ſed declara, eam eſſe veram, quando iuriſdictio iudicis ſecularis non eſt ſuſpenſa, ſecus ſi ſit ſuſpenſa, quia tunc poteſt inhibere, parte etiam non citata, *Vital. tract. de clauſul. in clauſ. nil nouari nullitate pendente, ſub n. 6. tom. 18. fol. 382.*

89 Reſtringe III. vt non procedat in nullitate deducta contra ſententiam latam in poſſeſſorio momentaneo, quia licet ſit deducta principaliter, tamen impedit executionem ſententiæ ſecundum communem opinionem quam refert, & ſequitur Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 17. de attent. null. pend. n. 58. & 90. fol. 397.*

Contra hanc reſtrictionem tenet in effectu Contar. *in l. vnica, lim. 7. num. 17. & 19. verſ. alij vero, C. ſi de momen. poſſ.* vbi teſtatur, quod hæc opinio negatiua præualuit; & quia ego nil magis conſiderabile reperio in nullitate aduerſus ſententiam latam in poſſeſſorio, quam in nullitate aduerſus alias ſententias, ideo cenſeo hanc reſtrictionem eſſe ſuperfluam.

90 Reſtringe IV. vt non procedat de conſuetudine, Florentina, quia ibi, dato libello ſuper nullitate ante petitam executionem ſententiæ, retardatur executio, *vt teſtantur Paul. de Caſtr. Dec. Couar. & Lancell.* quos retuli *ſupra n. 2. verſ. contrariam.*

91 Reſtringe V. vt non procedat in Regno Neapol. quando nullitas deducitur aduerſus decretum affirmatiuum habens executionem paratam, quia allegatio nullitatis impedit executionem ex diſpoſitione pragmaticæ incipientis, magnæ curiæ vicariæ ritum, quam citat Affl. *decis. 356. fuit dubitatum, n. 1.* & ex eo refert Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 17. de attent. null. pend. ſublim. 7. n. 86. fol. 397. & n. 139. & 140. fall. 7. fol. 398.*

Et quid ſeruetur de ſtylo Curiæ Delphinatus, & iure regio in Hiſpania, vide eundem Lancell. qui citat. *d. c. 17. n. 87. & 141. fall. 8. fol. 398.*

92 Reſtringe VI. vt non procedat, quando nullitas deducitur ſimul cum appellatione, ſeu per viam appellationis, quia tunc, quamuis nullitas dicatur principaliter deducta, impedit executionem ſententiæ *Vant. tract. null. rubr. quot & quib. mod. nullitas &c. num. 34. verſ. prout etiam, fol. 380. Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. ſublim. 2. num. 68. fol. 397. & Contar. in l. vnica, limit. 7. nu. 53. verſ. cautius, & num. 54. C. ſi de moment. poſſ.* Ideoq; attentata, nullitate pendente, eſſe iſto caſu reuocanda ſcripſerunt Couar. *pract. qq. cap. 24. ſub num. 7. verſ. ſed & ſi verum, Contar. d. num. 54. & Lancell. d. num. 68.* & quod deducta nullitate per viam appellationis, interim nihil poſſit innouari, & attentata ſint nulla, & veniant reuocanda via, & priuilegio attentatorum, refert, & ſequitur Franch. *in c. 63. dilecto, ſub num. 32. ibi, ex quibus omnibus tene menti, q. 10. de appell.*

Ratio eſt, quia nullitas acquirit vires ab appellatione ideoque eſt potentior, quam ſi eſſet deducta ſine appellatione, *Vant. & Contar. vbi ſupra,* ſeu quia aſſumit naturam appellationis Lancel. *vbi ſupra.*

93 Hæc reſtrictio licet veriſſima ſit, tamen quia nullitas non ſuſpendit, vt nullitas, ſed vt appellatio, hæc reſtrictio euaneſcit, cum ſit appellatio, quæ ſuſpendit, & impedit, ideoque, data cauſſa inappellabili; nullitas non impediret executionem.

94 Reſtringe VII. quando is, qui nullitatem principaliter intentauit, poſtea dat de nullitate per modum exceptionis, quia tunc, excipiendo, impedit executionem ſententiæ, ſeu inſtrumenti, *vt ex Io. de Imol. & Alex. refert, & ſequitur Socc. conſ. 78. licet, ſub num. 4. ibi, & ſi dicatur, lib. 3.* quod ſcribunt etiam Franch. *in cap. 63. dilecto, ſub num. 37 quaſt. 10. verſ. ſed aduerte, & Card. Alex. ſub num. 74. fall. 1. de appell. Corn. conſ. 208. in hac conſultatione, ſub numer. 3. verſ. nec obſtat, ibi, cum itaq. lib. 3.* dicens, quod licet nullitas fuerit principaliter deducta, & nullitatis deductæ cauſa pendeat, tamen, inquit, ſi coram eodem iudice adito ſuper executione ſententiæ, opponatur nedum exceptio litis pendentiæ ſuper nullitate, ſed etiam exceptio nullitatis, offeratque excipiens ſe incontinenti probaturum nullitatem ſententiæ, cuius executio petitur ab aduerſario, erit inquit, excipiens admittendus ad probandam nullitatem, & ſuperſederi debet in executione, *et Contar. in l. vnica, lim. 7. n. 20. verſ. ego tamen, C. ſi de mom. poſſ.*

Quamuis contra hanc reſtrictionem motiuet, & alleget Lancell. *tract. de attent. p. 2. c. 17. de attent. nullit. pend. verſ. nono, ſub n. 88. fol. 397.*

95 Reſtringe VIII. vt non procedat in nullitate procedente ex eo, quod quis fuit condemnatus, dum erat abſens ex iuſta, rationabili, & neceſſaria cauſſa, vt puta, cauſſa Reip. vel dum alio erat legitimo impedimento detentus, puta, impedimento infirmitatis, quia talis nullitas impedit executionem ſententiæ, eaq; nullitate pendente, nihil eſt innouandum, *Innoc. in c. 31. cum in iure, ſub numer. 2. verſ. alij dicunt, de offic. et poteſt. iud. deleg. Lancell. dict. c. 17. de attent. null. pend. ſublim 4. n. 78. et ſeqq. fol. 397.*

Declara vt iſta reſtrictio poſſit procedere, ſuppoſito, quod iudici antequam ferret ſententiam, fuerit notificatum impedimentum, quia tunc ſententia eſt nulla, *vt re-*

tuli

tuli & declaraui ſupra q.12.ſub n.142. verſ primus caſus . vel quod iudex aliter eſſet certus de impedimento, *vt retuli,& ſequutus ſum ſupra lib.1.c.97.ſub n.45. verſ.contrarium.* alias ſi iudex ignorauerit impedimentum, ſententia mero iure tenet, *vt retuli,& ſequutus ſum dicta q.12.ſub n.142. verſ.prima concluſio.* & ideo competit ſolum remediū reſtitutionis in integrum, *vt retuli , & ſequutus ſum lib. præced.c.9.n.1908.*

96 Reſtringe IX. vt non procedat in nullitate ex defectu iuriſdictionis, quia eam poſſe allegari, & deduci, late oſtendi *concl.ſeq.n.43.lim.3.*

97 Reſtringe X. vt non procedat, quando nullitas proponitur ab eo, qui, dum eſſet abſens, fuit condemnatus dolo aduerſarij per falſa inſtrumenta , quia eiuſmodi nullitas impedit executionem ſententiæ, *l.75.ſi pater §.Marcellus, ff.de iud. Ang.in l.4. §.condemnatum ff.de re iud. Socc.reg. 122.exceptio nullitatis n.4.* & titubando , & non figendo pedes, refert Card. Alex. *in c.63.dilecto ſub n.71.fall.3.de appellat.*

Contra hanc reſtrictionem, quod enim debeat de abſentia, & falſitate incontinēti doceri, alias, ſi requireretur altior indagio, non ſuperſederetur in executione , ſentit Bar. *in d.§.condemnatum ſub n.1. & 2.* dum allegando dictum *§.Marcellus,* diſtinguit poſtea, quod executio impeditur, ſi poſſit incontinenti probari, & ita expreſſe tenet Vital. *tract. de clauſ.in clauſ. nil nouari nullitate pendente, n.8.in fine fol.382.*

Pro concordia Rip. *in eod.§.condemnatum,n.26.reſtr.3.* quem ſequitur Lancell. *tract.de attent.par.2. c.17. de attent.nullit.pend.num.81. ſublimit.5.& n.107.f.387.* diſtinguit, vt ſi exceptio falſitatis iuuetur aliqua coniectura , tunc procedat reſtrictio alioquin procedat opinio contra reſtrictionem: tu cogita.

98 Reſtringe XI. vt non procedat reſpectu tertij , quia is poteſt opponere nullitatem, & impedire executionem , etiam trium ſententiarum conformium ; *Rot. deciſ.13. alias 441.nota verum latis de ſent.& re iud.in antiq. Felyn. in c.38 veniens il ſecondo, n.17.not.3.de teſtib. & c.17 cum ſuper col.penul.n.18.verſ.item nota de ſent.& re iud. Vant. trac nullit.rub.quis poſſit dicere de nullit.n.19. verſ.quinimo fol.376.Rot.diuerſ.deciſ.320.fuit ſub n.1.par.1.& Gab.conſ.* * 28.*quando,n.42.lib.2.* & de communi* opin. teſtatur, & ſequitur Couar. *pract.qq.c.15.n.9. verſ.hinc apertiſſimè.* & quod tertius poſſit opponere nullitatem, & audiatur pro ſuo intereſſe, licet reus, qui ſuccubuit in illis, non poſſit , refert , & ſequitur ex Card. teſtante de communi opin. Felyn. *in c.17.qualiter & quando il primo, lim.2. nu.13.de accuſat.*

99 Declara ampliando hanc reſtrictionem, vt procedat etiam quod nullitas ſit talis, quæ ſi opponeretur a principali, qui eſt tribus ſententijs condemnatus, non impediret earum executionem, quia nihilominus oppoſita a tertio impedit, *Rot d.deciſ.13.de ſent.& re iud in antiq.Vant. d.rubr.quis poſſit dicere de nullitate, nu.18. verſ.tertio ampliando f.376.* & de magis communi* opinione teſtatur, & ſequitur Alex. *conſ.84.in cauſſa quæ vertitur nu.8.ibi, vnde videmus in fine.lib.3.*

100 Subreſtringe eandem reſtrictionem, vt non procedat, quando ſententia de ſui natura, vel ratione ſcientiæ præiudicat tertio, quia tunc, ſi principalis non poſſit dicere de nullitate, tertius etiam dicere non poterit ; nam ſic etiam in appellatione retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.17.limit.6.mem.4.n.71.* & hoc eſt, quod ſub obſcuriori ſermone ſentit Couar. *d.c.5.ſub n.9 verſ.ego.vero.*

Confirmantur hęc vndecima reſtrictio, & dicta in ea ex his, quæ de appellatione tertij ad impediendam executionem, quamuis principales appellare non poſſint, late retuli, & ſequutus ſum *dicta lim.6.mem.4.n.41.& ſeqq.*

XIX. QVÆSTIONIS. REM. I. CONCL. V.

SVMMARIA.

NVLLITAS deducta excipiendo non impedit executionem ſententiæ, n.1.& ſeqq.

Extenditur I. hæc concluſio, quando nullitas non eſt euidens, n.4.& ſeqq.

Extenditur II. in nullitate calumnioſe oppoſita, n.7.

Extenditur III. quando nullitati eſt renunciatum, num.8.& ſeqq. in quibus ſubextenditur, & reſtringitur.

Extenditur IV. quando nullitas proponitur coram ſubdito eius, qui ſententiam tulit, n.13.

Extenditur V. quando ſtatutum diſponit, poſſe procedi ad executionem &c. n.14.& 15. vbi reſtringitur.

Extenditur VI. in nullitate aduerſus tres ſententias conformes, n.16.& 17.

Extenditur VII. etiam ſi executio petatur actione iudicati, num.18.

Extenditur VIII. quando nullitas, quæ obijcitur contra executionem inſtrumenti, fuiſſet diſputata in negotio principali, n.19.

Extenditur IX. vt procedat in nullitate, quæ opponitur contra inſtrumentum, quod alius habuerit executionem, &c. num.20.

¶ *Limitatur I. eadem concluſio , vt non procedat in nullitate notoria, quia impedit executionem, n.23.& ſeqq. in quibus extenditur.*

Limitatur II. quando executio eſt irretractabilis, n.41.

Limitatur III. in nullitate ex defectu iuriſdictionis, nu.43.& ſeqq. in quibus extenditur.

Limitatur IV. in nullitate ex defectu conſenſus, n.63.

Limitatur V. in nullitate per viam appellationis incidenter , num.64.

1 SIcut nullitas deducta principaliter , & per viam petitionis non retardat executionem ſententiæ, ita etiam non retardat nullitas deducta per viam exceptionis , *Card. Alex. in cap.63.dilecto n.71. verſ.facite ergo regulam negatiue de appellat. Corn.conſ.208.in hac conſultatione nu. 2.verſ.ſed his non obſtantibus,& num.3.lib.3. Socc.reg.122. exceptio nullitatis Rip.in l.4.§.condemnatum n.15.fall.2.ff. de re iudic.folio 36.& Couar.pract.qq.c.25. numero 1.& 2.* nam etiam ſententiæ nullæ poſſunt mandari executioni ſecundum aliquos, vt dicit Staph. quem citaui *concl.præc. ſub n.9.verſ.contra.*

Confirmatur hæc concluſio, quia nullitas, principaliter deducta, non retardat executionem , *teſtibus Rot Ral.& alijs* , quos retuli , & ſequutus ſum *concluſ. præcedenti numero 1.* ſed quoad impediendam executionem non eſt differentia inter nullitatem, quæ deducitur principaliter, & nullitatem, quæ deducitur per viam exceptionis, *teſte Socc. quem retuli , & ſequutus ſum concluſ.præced. ſub num.25.*

Contrariam opin. nempe, quod nullitas, deducta incidenter per viam exceptionis, impediat executionem rei iudicatæ , tenent Rot. *deciſ.3.alias 280.licet per viam de except.in nou.* & Vant. *trac.nullit.rubr.quot.& quibus modis nullitas etc.numero 32.verſic. ſed ſi nullitas iuncta num. 27.verſ.quando autem fol.380.is enim num.24.et ſeqq.* volens oſtendere differentias inter nullitatem, quæ intentatur principaliter, & eam, quæ intentatur per viam exceptionis, ponit etiam iſtam, quod nullitas, principaliter intentata, non impedit executionem , ſed ea, quæ intentatur per viam exceptionis impediat , vide eum *numero 29.& 32.*

2 Confirmatur hæc opinio contraria, quia clem. vt calūnijs, quę prohibet nullitatem aduerſus tres ſententias cōformes,

Digitized by Google

formes, loquitur de nullitate per modum agendi: ergo nõ compræhendit nullitatem per viam exceptionis, *Alex. in conſ. 77. in cauſſa & lite ſub num. 12. ibi poteſt etiam aliter reſponderi ſub. 2.* quam differentiam dubitando conſiderauit etiam Rip. *in dicto §. condemnatum numero 15. fall. 2.* eſtque differentia conſiderabilis, quia facilius admittitur exceptio, quam actio, *vt dixi concluſ. præcedenti ſub numero 22. verſ. ſecundo quia, & numero 23. & numer. 50. & ſeqq.*

3 Retenta concluſione, quæ eſt vera, communis, & ſeruatur in practica.

Reſpondeo primo ad Rot. & Vant. quod ipſi loquuntur de nullitate, quæ poteſt probari incontinenti, & non requirit altiorem indaginem, ſicque non loquuntur in terminis concluſionis, ſed in terminis limitationis, de qua *infra numero 23.* & ideo Vant. non accuratè loquutus eſt, quia volens oſtendere differentiam, oſtendit conuenientiam.

Reſpondeo ſecundo ad hanc confirmationem, quod verbum (*agere*) poſitum in d. clem. ſtat large, prout ſignificat etiam (*excipere*) & quia in d. clem. eſt expreſſa ratio, ideo ex tali ratione expreſſa licita eſt extenſio etiam in correctorijs, vt reſpondendo ad motiuum per verbum (forte) ſcribit Rip. *in d. §. condemnatum ſub num. 15. fall. 2.* quem etiam citaui *concl. præced. ſub n. 25.*

4 Extende I. declarando eandem concluſionem, vt procedat, quando nullitas non eſt euidens, nec poteſt ſtatim, ſeu incontinenti probari, & ideo requirit altiorem indaginem, quo caſu ea non impediri executionem ſcribunt Bar. *in l. 4. § condemnatum num. 3. ibi, quandoque eſt aliquid probandum iuncto num. 2 ff. de re iud. Bal. in l. 1. ſub num. 1. C. ne lic. in vna ead. cauſ. &c. Vital tract. de clauſ. in nouari nullitate pendente numero 4. & ſub num. 7. tomo 18. folio 381. & 382. Staph. tract. de ſignat. liter. iuſtit. rubr. de ſanatione contractus inualidi, ſub num. 12. ibi, aut probatio fienda fol. 288. in paruis, late Conar. pract. qq. cap. 25. in princip.* & ex comm. *opinione referunt, & ſequuntur Rip. *in d. §. condemnatum num. 20. fall. 4. ff. de re iud.* & Lancell. qui plures de ead. communi teſtantes cumulat. *in tract. de attent. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. num. 94. ibi, nihilominus quando exceptio nullitatis folio 397.* & ita loquendo de exceptione probanda contra inſtrumentum habens executionem paratam, ſcribit Ant. de Canar. *tract. de execut. inſtr. q. 11. ſub nu. 21. ibi, quandoq; eſt aliquid probandum tomo 5. fol 41.*

5 Pro intelligentia huius extenſionis, quando nullitas dicatur requirere, ſeu non requirere altiorem indaginem diſtingue duos caſus.

Primus caſus eſt, quando nullitas obijcitur aduerſus vnicam ſententiam, vel contra publicum inſtrumentum, habens executionem paratam; & iſto caſu dico, quod nullitas dicitur requirere altiorem indaginem, quoties de ea non conſtat ex actis, vel ſaltem non poteſt aliunde incontinenti probari; nam omnes Doctores, dum dicunt, exceptione nullitatis impediri, retardarique executionẽ, loquuntur de exceptione nullitatis notoriæ, apparentis ex actis, *vt ex Bar. Rot. Card. Alex. Staph. Vant. Gabr. & Lancel. retuli, & ſequutus ſum infra num. 23. lim. 1.* vel ſaltem incontinenti probabilis, *vt ex Bar. Socc. Vital. & Contar. retuli, & ſequutus ſum infra n. 34.*

6 Secundus caſus eſt, quando nullitas obijcitur aduerſus tres ſententias conformes, & iſto caſu ad hoc vt nullitas non dicatur requirere altiorem indaginem, debet habere has duas qualitates. Prima qualitas eſt, vt habeat euidentiam ex actis, quia non ſufficit, quod excipiens offerat, ſe incontinenti eam probaturum aliter, quam ex actis, *Rip. in l. 4. §. condemnatum ſub n. 15. ff. de re iud.* ſeu non ſufficit, quod offeratur cum probatione, ſtatim. & incontinenti, vt aiunt, aſſumenda, *Conar. pract. qq. c. 25. ſub n. 2. verſ. primum igitur ibi, ex quibus*, ſeu quod excipiens offerat nullitatem incontinenti verificare, *Gabr. in concl. lib. 2. tit. de execut. rei iud. concluſ. 1. numero 10. verſ. tenendo*, & quod pendente nullitatis exceptione, etiam incontinenti probanda aduerſus tres conformes, fiat executio, firmat ex mente omnium Doctorum, dicens eſſe limitationem veram, & tenendam Lancell. *tract. de atten. parte 2. cap 17. de attent. null pend. num. 113. lim. 3. folio 398.* Secunda qualitas eſt, vt quamuis habeat euidentiam ex actis, tamen hoc non ſufficit, ſed requiritur vlterius, quod aliqua probatione, vel probabili exceptione in dubium non reuocetur, alias executionem trium conformium non retardari cenſuit Rip. *d. §. condemnatum ſub numero 17. ibi, quam ſententiam* quem referunt, & ſequuntur Gabr. *in concluſ. dicto titul. de executio. rei iud. concl. 1. numero nouo.* dicens quod ſi nullitas obiecta recipit diſputationem iuris, nõ impedit executionem, & Contar. *in l. vnica, lim. 7. nu. 58. verſ. quod tamen C. ſi de mom. poſſ.* & quod nullitas, conſtans ex actis, non retardet executionem trium ſententiarum conformium, quando contra nullitatem datur aliqua exceptio releuans, ſcribit Achil. de Graſſ. *deciſ. 2. alias 214. clementinam de ſent. & re iud. folio 99.* & quod exceptio altiorem cenſeatur requirere indaginem, quando continet iuris ſubtilitatem, & quando prolixiorem habet tractatum, refert, & ſequitur Lancellot. *dicto capit. 17. de attent. null. pend. numero 111. & 112. verſ. declara fol. 398.* & adde omnino, quæ ad hoc cumulaui *concl. præced. numero 71. in fine, & numero 72.*

Sed hanc ſecundam qualitatem male iudices ſeruant in practica; volunt enim omni modo prius cognoſcere nullitatem apparentem ex actis, quantum longa ſit diſputatio, & plus æquo retardetur executio.

7 Extende II. vt maxime procedat, quando iudex aliqua probabili cauſſa ſuſpicatur, nullitatis exceptionem per calumniam, vel cauſſa morandæ ſolutionis fuiſſe deductam, quia tunc poteſt, nullitatis exceptione non attenta, procedere ad executionem, *vt late retuli, & ſequutus ſum concl. præced. num. 79.* imo procedit hæc extenſio, etiam ſi ageretur de executione irretractabili, *vt retuli, et ſequutus ſum ead. concl. præced. n. 77.*

8 Extende III. vt maxime procedat, quando excipiens de nullitate iam renũtiaſſet huic exceptioni nullitas, quia tunc executio non retardatur, *Rip. in l. 4. §. condemnatum n. 18. & 19. fall. 3. ff de re iud. & Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. lim. 5. n. 128.* & quod poſſit per pactum renuntiari nullitati ſcribunt Franch. *in c. 63. dilecto ſub n. 116. & 117 q. 50. et Card. Alex. ſub n. 84. verſ. ſed nunquid, ad app.* dicens, hanc eſſe veritatem, *et Felyn. in c. 4. de cauſis concl. 4. n. 7. de offic. et poteſt. iud. deleg.* Et quod nullitatis exceptio non retardet executionem obligationis Cameralis, quando in ipſo contractu promiſſum eſſet non opponere eius nullitatem, ſcribit Galles, *ad form. cam. oblig. par. 1. q. 3. n. 6. to. 6. p. 2. f. 352.*

9 Contra hanc extenſionem facit, quia nullitas non cauſatur niſi ex aliquo defectu ſubſtantiali ſententiæ, ſed ſubſtantialia iudicij non poſſunt partium conſenſu remitti, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. capit. 8. num. 454.*

10 Tenendo extenſionem, quæ eſt vera, reſpondeo huic argumento, quod licet pacto partium non poſſit confirmari ſententia nulla in vim ſententiæ, tamen intelligitur confirmata in vim qualis qualis conuentionis, quia poſſunt paciſci, quod valeat in vim pacti per ea, quæ ſcribunt Franch. & Rip. *in locis ſupra proxime citatis*; Quare non ſequitur conſequentia: non poſſunt confirmare ſententiã nullam; ergo non poſſunt renuntiare nullitati, *Franch. & Card. Alex. vbi ſupra.*

21 Subextende hanc extenſionem, vt procedat, etiam ſi tacitè renuntiaſſet, vt puta quia permiſerit labi terminũ, præfixum

præfixum à ſtatuto ad dicendum de nullitate; eo enim lapſo, non auditur excipiens de nullitate, teſtibus iis, quos retuli, & ſequutus ſum *concl. præcedenti n.45. & ſeqq.* vbi late proſequutus ſum, etiamſi nullitas eſſet notoria.

12 Reſtringe eandem extenſionem, vt non procedat in ſequentibus caſibus, quia in eis poteſt dici, & excipi de nullitate, non obſtante renuntiatione.

Primus caſus eſt, quando ex tenore ſententiæ apparet error iuris expreſſus, Franch. *in d.cap.63.dilecto, n.118.limit.1.& Card. Alex.n.85. fall.1.* & adde quæ ſcripſi *concl. præced.ſub n.56.*

Secundus caſus eſt, quando nullitas reſultat ex repugnantia, *Franch.& Card. Alex.vbi ſupra fall.2.* quæ enim contradictionem implicant, etiam apud Deum reputantur impoſſibilia, & ideo ſententia, quæ habet repugnantiam, non habet materiam exequibilem, & conſequenter renuntiatio nullitatis eſt vana, quia non poteſt operari; adde pro intelligentia, quæ ſcripſi *concl.præced. n.57.*

Tertius caſus eſt, quando nullitas cauſatur ex dolo iudicis, vel partis, *Franch.& Card. Alex. vbi ſupra fall.3.* vide etiam concl.præced. *n.58.*

Quartus caſus eſt, quando nullitas procedit ex defectu poteſtatis, *Franch.& Card. Alex. vbi ſupra, fall 4.* & adde quæ ſcripſi *concl.præced. n.59.& ſeqq.*

13 Extende IV. vt maxime procedat, quando nullitatis exceptio proponeretur coram iudice, qui eſſet ſubditus illi, qui tulit ſententiam, de cuius executione agitur, quoniam hic ſubditus præcisè cogitur exequi, non obſtante exceptione nullitatis, *Innoc.in cap.31.cum in iure, ſub n.3. ibi, ſi autem ſubdito, de off.& poteſt.iud.delegat.* dummodo non ſit controuerſia de iuriſdictione, *vt loquitur ibidem*, vide Lancell.*tract.de attent.par.2. cap.17.de attent. nullit. pend. limitat.6. numero 137.& 138. fol.398.* & adde quæ ſcripſi *concl.ſeq. nu. 78.* ideoque cum delegatus apoſtolicus præcipit ordinario, vt ſuam ſententiam executioni mandet, cogitur ordinarius præcisè ad executionem ſententiæ, & non poteſt querelam aliquam admittere contra ſententiam, ſed ſi ſuſpicabitur ſententiam nullam propter aliqua veriſimilia, debet conſulere iudicantem, & ſuperſedere quouſq; ſecundum mandatum recipiat, *Vital.tract. de clauſ.in clauſ.nil nouari nullitate pendente, num.7.tom. 18.folio 382.* Nam inferior, videns iuſſionem ſuperioris eſſe iniuſtam, poteſt credere eam fuiſſe per importunitatem, vel ſubreptitie obtentam, ideoque poteſt expectare ſecundam iuſſionem, *Auth. vt null.iudic.collat.9.* de qua ſecunda iuſſione, & quod miſeri Prælati non debeant tantum timere literas Papæ, vt non audeant reclamare, ſi eas videant iniuſtas, quia reclamando potius ſeruiunt Papę, quam deſeruiant, latè, multa cumulando, ſcribit Alber. *tract.de agnoſc.aſſert.cathol. q.22.n.2.& ſeqq tom.11.par, 2.fol.73.*

Qualis tamen debeat eſſe reclamatio, & vſq; ad quantum tempus debeat expectari ſecunda iuſſio, & quid ſi ſuperior non reſcribat, dicam forſan alibi.

14 Extende V. vt maximè procedat, quando reſcriptum Principis, ſeu ſtatutum diſponeret poſſe procedi ad executionem, nullitatis exceptione non obſtante, *Lancell. tr. de attent.par.2.cap.17.de attent.null.pend. lim.9. n.143.& 144.fol.398.*

15 Reſtringe hanc extenſionem, vt non procedat in caſibus de quibus egi. *concl. præced.num.56.& ſeqq. vſque ad n.60.*excluſiuè, & ita reſtringit Lancell.*eod.c.17.ſub n 145.*

16 Extende VI. vt maximè procedat in exceptione nullitatis aduerſus tres ſententias conformes, quia, ea non obſtante, datur executio, *vt bene oſtendunt, & ſequuntur Rip. in l.4.§.condemnatum, num.15.fallent.2.ff.de re iud.Couar. pract.qq.cap.25.num.1. verſ.hnic vero, fol.528. & Gabr.in concl.lib.2.tit.de execut.rei iud. concl.1. num.1.& ſeqq.* Et quod exceptio nullitatis contra tres ſententias conformes opponi oon poſſit, ſcribit, ſic conſtituendo regulam, Socc.*reg.121. exceptio nullitatis.*

17 Sed quid ſi nullitas ſit notoria, vide infra *n.27.& 29. iuncto n.23.*

18 Extende VII. vt procedat etiam ſi exceptio nullitatis opponatur contra petitam actionem iudicati; licet ergo is, qui petit executionem ſententiæ actione iudicati, debeat dare libellum, & litem conteſtari, quia tamen ſummariè proceditur, reijcitur exceptio, quæ requirit altiorem indaginem, vt verius reprobata contraria opinione, credit Rip.*in l.4.§.condemnatum, num.27. reſtrict 4. ff. de re iudic.fol.36.*quem refert, & vt rectè loquutum ſequitur Lancell.*tract.de attent.p.2.c.17.de attent.nullit.pend. num. 107.ſublim.4. fol.398.*

19 Extende VIII. loquendo de executione inſtrumenti, vt habeat locum, quando nullitatis exceptio, quæ obijceretur aduerſus inſtrumenti executionem, fuiſſet cognita, & diſputata in negotio principali ante executionem, vtputa, quia in productione inſtrumenti fuerit diſputatum ſuper validitate mandati, ſeu proceſſus propter ferias, & nunc in executione denuo opponeretur eadem nullitas, *Lancell.tract.de attent.p.2 c.17.de attent.null.pend.lim.12 n.151.fol.398.*

20 Exte ide IX. vt procedat in nulliratis exceptione, quæ opponeretur aduerſus inſtrumentum, quod alias executionem habuiſſet, vt puta, quia ſit inſtrumentum annuarum præſtationum, quæ per plures annos ſolutæ fuerint, quia debitor, conuentus poſtea ad ſoluendam aliam præſtationem, non poteſt ad retardandam ſolutionem, ſeu executionem allegare nullitatem, *Lancell.tract. de attent. p.2.c.17. de attenc.null.pend.lim.11.n.150.fol.398.*

21 Comprobatur hæc extenſio, quia licet diſputetur de validitate, & nullitate inſtrumenti ſeu priuilegij, cuius virtute quis eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione, aut in vſu alicuius rei, tamen non eſt interim priuandus commodo poſſeſſionis, ſeu vſus, *Lancell.tract.de attent. par.2. c.17.de attent.null.pend.lim.13. num.152. & 153. fol.309.* dicens, ſic tacitè ſenſiſſe Dominos de Rota, dum; orto dubio, an poſſeſſio capta per Beatricem, lite pendente, diceretur attentata, & ipſa ad illa excuſanda inter cæteras rationes fundaret ſe in inſtrumento concordiæ, in quo erat certum capitulum, quod poſſeſſio poſſet capi citra vitium attentatorum; Domini tenuerunt in caſu illo non conſtare de attentatis.

22 Reliquas extenſiones collige ex his, quas firmaui concl.præced.

23 Limita I. nunc hanc eandem quintam concluſionem poſitam ſupra num.1. vt non procedat in exceptione nullitatis, quæ ſit euidens, & notoria ex actis, ſeu non requirat aliam probationem, ſeu altiorem indaginem, quia huiuſmodi exceptio impedit executionem, vt ſcribunt Bar. *in l.4.§ condemnatum, ſub n.2.& 3. ff. de re iudic. Bal. in l.1.ſub num.1.verſ.ſed quid ſi altera, ibi reſpondeo in exceptione, C.ne in vna eademque cauſ.&c. Rot. deciſ.3. alias 280.licet, de except.in nou.Card Alex.in cap.63. dilecto, n. 71.fallen.1.de appell.Staph.tract.de ſignat.litterar.iuſtitiæ, rubr.de ſanatione contractus inualidi, ſub num.12.fol.288 in paruis; Vital.tract.de clauſ.in clauſ. nil nouari nullitate pendente, numero 6.verſus finem, folio 382. Contar. in l. vnica, limit.7. numero 56. verſ.& pro complemento, C. ſi de mom. poſſeſſ.* & hanc eſſe communem* opin. referunt, & ſequuntur Vant.*tract.nullit.rubr.quot & quib.modis nullitas, &c. n.32.verſ.ſed ſi nullitas, fol.380.Gabr.in concluſ.lib.2. tit.de execut.rei iudic. concluſ.1. ſub num.8. verſ. contrarium, & n.10.& Lancell.tract.de attent.p.2.cap.17.de attent. nullit. pend. n.93.fol.397.*

Confirmatur hæc limitatio, quia ſi nullitas notoria etiam per viam actionis intentata impedit executionem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra concl.præced.num.25.* a fortiori

Digitized by Google

formes, loquitur de nullitate per modum agendi: ergo nõ compræhendit nullitatem per viam exceptionis, Alex. in conſ. 77. in cauſſa & lite ſub num. 12. ibi poteſt etiam aliter reſponderi lib. 2. quam differentiam dubitando conſiderauit etiam Rip. in dicto §. condemnatum numero 15. fall. 2. eſtque differentia conſiderabilis, quia facilius admittitur exceptio, quam actio, vt dixi concluſ. præcedenti ſub numero 22. verſ. ſecundo quia, & numero 23. & numer. 50. & ſeqq.

3 Retenta concluſione, quæ eſt vera, communis, & ſeruatur in practica.

Reſpondeo primo ad Rot. & Vant. quod ipſi loquuntur de nullitate, quæ poteſt probari incontinenti, & non requirit altiorem indaginem, ſicque non loquuntur in terminis concluſionis, ſed in terminis limitationis, de qua infra numero 23. & ideo Vant. non accuratè loquutus eſt, quia volens oſtendere differentiam, oſtendit conuenientiam.

Reſpondeo ſecundo ad hanc confirmationem, quod verbum (agere) poſitum in d. clem. ſtat large, prout ſignificat etiam (excipere) & quia in d. clem. eſt expreſſa ratio, ideo ex tali ratione expreſſa licita eſt extenſio etiam in correctorijs, vt reſpondendo ad motiuum per verbum (forte) ſcribit Rip. in d. §. condemnatum ſub num. 15. fall. 2. quem etiam citaui concl. præced. ſub n. 25.

4 Extende I. declarando eandem concluſionem, vt procedat, quando nullitas non eſt euidens, nec poteſt ſtatim, ſeu incontinenti probari, & ideo requirit altiorem indaginem, quo caſu ea non impediri executionem ſcribunt Bar. in l. 4. § condemnatum num. 3. ibi, quandoque eſt aliquid probandum iuncto num. 2 ff. de re iud. Bal. in l. 1. ſub num. 1. C. ne lic. in vna ead. cauſ. &c. Vital tract. de clauſ. nil nouari nullitate pendente numero 4. & ſub num. 7. tomo 18. folio 381. & 382. Staph. tract. de ſignat. liter. iuſtit. rubr. de ſanatione contractus inualidi, ſub num. 12. ibi, aut probatio ſienda fol. 288. in paruis, late Conar. pract. qq. cap. 25. in princip. & ex comm. *opinione referunt, & ſequuntur Rip. in d. §. condemnatum num. 20. fall. 4. ff. de re iud. & Lancell. qui plures de ead. communi teſtantes cumulat. in tract. de attent. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. num. 94. ibi, nihilominus quando exceptio nullitatis folio 397. & ita loquendo de exceptione probanda contra inſtrumentum habens executionem paratam, ſcribit Ant. de Canar. tract. de execut. inſtr. q. 11. ſub nu. 21. ibi, quandoq; eſt aliquid probandum tomo 5. fol 41.

5 Pro intelligentia huius extenſionis, quando nullitas dicatur requirere, ſeu non requirere altiorem indaginem diſtingue duos caſus.

Primus caſus eſt, quando nullitas obijcitur aduerſus vnicam ſententiam, vel contra publicum inſtrumentum, habens executionem paratam; & iſto caſu dico, quod nullitas dicitur requirere altiorem indaginem, quoties de ea non conſtat ex actis, vel ſaltem non poteſt aliunde incontinenti probari; nam omnes Doctores, dum dicunt, exceptione nullitatis impediri, retardarique executionẽ, loquuntur de exceptione nullitatis notoriæ, apparentis ex actis, vt ex Bar. Rot. Card. Alex. Staph. Vant. Gabr. & Lancel. retuli, & ſequutus ſum infra num. 23. lim. 1. vel ſaltem incontinenti probabilis, vt ex Bar. Soc. Vital. & Contar. retuli, & ſequutus ſum infra n. 34.

6 Secundus caſus eſt, quando nullitas obijcitur aduerſus tres ſententias conformes, & iſto caſu ad hoc vt nullitas non dicatur requirere altiorem indaginem, debet habere has duas qualitates. Prima qualitas eſt, vt habeat euidentiam ex actis, quia non ſufficit, quod excipiens offerat, ſe incontinenti eam probaturum aliter, quam ex actis, Rip. in l. 4. §. condemnatum ſub n. 15. ff. de re iud. ſeu non ſufficit, quod offeratur cum probatione, ſtatim. & incontinenti, vt aiunt, aſſumenda, Conar. pract. qq. c. 25. ſub n. 2. verſ. primum igitur ibi, ex quibus, ſeu quod excipiens offerat nullitatem incontinenti verificare, Gabr. in concl. lib. 2. tit. de execut. rei iud. concluſ. 1. numero 10. verſ. tenendo, & quod pendente nullitatis exceptione, etiam incontinenti probanda aduerſus tres conformes, fiat executio, firmat ex mente omnium Doctorum, dicens eſſe limitationem veram, & tenendam Lancell. tract. de atten. parte 2. cap 17. de attent. null pend. num. 113. lim. 3. folio 398. Secunda qualitas eſt, vt quamuis habeat euidentiam ex actis, tamen hoc non ſufficit, ſed requiritur vlterius, quod aliqua probatione, vel probabili exceptione in dubium non reuocetur, alias executionem trium conformium non retardari cenſuit Rip. d. §. condemnatum ſub numero 17. ibi, quam ſententiam quem referunt, & ſequuntur Gabr. in concluſ. dicto titul. de executio. rei iud. concl. 1. numero nono. dicens quod ſi nullitas obiecta recipit diſputationem iuris, nõ impedit executionem, & Contar. in l. vnica, lim. 7. nu. 58. verſ. quod tamen C. ſi de mom. poſſ. & quod nullitas, conſtans ex actis, non retardet executionem trium ſententiarum conformium, quando contra nullitatem datur aliqua exceptio releuans, ſcribit Achil. de Graff. deciſ. 2. alias 214. clementinam de ſent. & re iud. folio 99. & quod exceptio altiorem cenſeatur requirere indaginem, quando continet iuris ſubtilitatem, & quando prolixiorem habet tractatum, refert, & ſequitur Lancellot. dicto capit. 17. de attent. null. pend. numero 111. & 112. verſ. declara fol. 398. & adde omnino, quæ ad hoc cumulaui concl. præced. numero 71. in fine, & numero 72.

Sed hanc ſecundam qualitatem male iudices ſeruant in practica; volunt enim omni modo prius cognoſcere nullitatem apparentem ex actis, quantum longa ſit diſputatio, & plus æquo retardetur executio.

7 Extende II. vt maxime procedat, quando iudex aliqua probabili cauſſa ſuſpicatur, nullitatis exceptionem per calumniam, vel cauſſa morandæ ſolutionis fuiſſe deductam, quia tunc poteſt, nullitatis exceptione non attenta, procedere ad executionem, vt late retuli, & ſequutus ſum concl. præced. num. 79. imo procedit hæc extenſio, etiam ſi ageretur de executione irretractabili, vt retuli, et ſequutus ſum ead. concl. præced. n. 77.

8 Extende III. vt maxime procedat, quando excipiens de nullitate iam renũtiaſſet huic exceptioni nullitas, quia tunc executio non retardatur, Rip. in l. 4. §. condemnatum n. 18. & 19. fall. 3. ff de re iud. & Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. lim. 5. n. 128. & quod poſſit per pactum renuntiari nullitati ſcribunt Franch. in c. 63. dilecto ſub n. 116. & 117 q. 50. et Card. Alex. ſub n. 84. verſ. ſed nunquid, ad app. dicens, hanc eſſe veritatem, et Felyn. in c. 4. de conſis concl. 4. n. 7. de offic. et poteſt. iud. deleg. Et quod nullitatis exceptio non retardet executionem obligationis Cameralis, quando in ipſo contractu promiſſum eſſet non opponere eius nullitatem, ſcribit Galles, ad form. cam. oblig. par. 1. q. 3. n. 6. to. 6. p. 2. f. 352.

9 Contra hanc extenſionem facit, quia nullitas non cauſatur niſi ex aliquo defectu ſubſtantiali ſententiæ, ſed ſubſtantialia iudicij non poſſunt partium conſenſu remitti, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum lib. præced. capit. 8. num. 454.

10 Tenendo extenſionem, quæ eſt vera, reſpondeo huic argumento, quod licet pacto partium non poſſit confirmari ſententia nulla in vim ſententiæ, tamen intelligitur confirmata in vim qualis qualis conuentionis, quia poſſunt paciſci, quod valeat in vim pacti per ea, quæ ſcribunt Franch. & Rip. in locis ſupra proxime citatis; Quare non ſequitur conſequentia: non poſſunt confirmare ſententiã nullam; ergo non poſſunt renuntiare nullitati, Franch. & Card. Alex. vbi ſupra.

21 Subextende hanc extenſionem, vt procedat, etiam ſi tacitè renuntiaſſet, vt puta quia permiſerit labi terminũ,

præfixum

præfixum à ſtatuto ad dicendum de nullitate; eo enim lapſo, non auditur excipiens de nullitate, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *concl. præcedenti n.45. & ſeqq.* vbi late proſequutus ſum, etiamſi nullitas eſſet notoria.

12 Reſtringe eandem extenſionem, vt non procedat in ſequentibus caſibus, quia in eis poteſt dici, & excipi de nullitate, non obſtante renuntiatione.

Primus caſus eſt, quando ex tenore ſententiæ apparet error iuris expreſſus, Franch. *in d.cap.63.dilecto, n.118.limit.1.& Card. Alex.n.85.fall.1.* & adde quæ ſcripſi *concl. præced.ſub n.56.*

Secundus caſus eſt, quando nullitas reſultat ex repugnantia, *Franch.& Card.Alex.vbi ſupra fall.2.* quæ enim contradictionem implicant, etiam apud Deum reputantur impoſſibilia, & ideo ſententia, quæ habet repugnantiam, non habet materiam exequibilem, & conſequenter renuntiatio nullitatis eſt vana, quia non poteſt operari; adde pro intelligentia, quæ ſcripſi *concl.præced. n.57.*

Tertius caſus eſt, quando nullitas cauſatur ex dolo iudicis, vel partis, *Franch.& Card.Alex.vbi ſupra fall.3.* vide etiam concl.præced. *n.58.*

Quartus caſus eſt, quando nullitas procedit ex defectu poteſtatis, *Franch.& Card.Alex.vbi ſupra, fall 4.* & adde quæ ſcripſi *concl.præced. n.59.& ſeqq.*

13 Extende IV. vt maxime procedat, quando nullitatis exceptio proponeretur coram iudice, qui eſſet ſubditus illi, qui tulit ſententiam, de cuius executione agitur, quoniam hic ſubditus præcisè cogitur exequi, non obſtante exceptione nullitatis, *Innoc.in cap.31.cum in iure, ſub n.3. ibi, ſi autem ſubdito, de off.& poteſt.iud.delegat.* dummodo non ſit controuerſia de iuriſdictione, *vt loquitur ibidem*, vide Lancell.*tract.de attent.par.2. cap.17.de attent. nullit. pend. limitat.6. numero 137.& 138. fol.398.* & adde quæ ſcripſi *concl.ſeq. nu. 78.* ideoque cum delegatus apoſtolicus præcipit ordinario, vt ſuam ſententiam executioni mandet, cogitur ordinarius præcisè ad executionem ſententiæ, & non poteſt querelam aliquam admittere contra ſententiam, ſed ſi ſuſpicabitur ſententiam nullam propter aliqua veriſimilia, debet conſulere iudicantem, & ſuperſedere quouſq; ſecundum mandatum recipiat, *Vital.tract. de clauſ.in clauſ.nil nouari nullitate pendente, num.7.tom. 18. folio 382.* Nam inferior, videns iuſſionem ſuperioris eſſe iniuſtam, poteſt credere eam fuiſſe per importunitatem, vel ſubreptitie obtentam, ideoque poteſt expectare ſecundam iuſſionem, *Auth. vt null.iudic.collat.9.* de qua ſecunda iuſſione, & quod miſeri Prælati non debeant tantum timere literas Papæ, vt non audeant reclamare, ſi eas videant iniuſtas, quia reclamando potius ſeruiunt Papæ, quam deſeruiant, latè, multa cumulando, ſcribit Alber. *tract.de agnoſc.aſſert.cathol. q.22.n.2.& ſeqq tom.11. par. 2. fol.73.*

Qualis tamen debeat eſſe reclamatio, & vſq; ad quantum tempus debeat expectari ſecunda iuſſio, & quid ſi ſuperior non reſcribat, dicam forſan alibi.

14 Extende V. vt maximè procedat, quando reſcriptum Principis, ſeu ſtatutum diſponeret poſſe procedi ad executionem, nullitatis exceptione non obſtante, *Lancell. tr. de atteat.par.2.cap.17.de atteat.null.pend. lim.9. n.143.& 144.fol.398.*

15 Reſtringe hanc extenſionem, vt non procedat in caſibus de quibus egi. *concl. præced.num.56.& ſeqq. vſque ad n.60.* excluſiuè, & ita reſtringit Lancell.*eod.c.17.ſub n 145.*

16 Extende VI. vt maximè procedat in exceptione nullitatis aduerſus tres ſententias conformes, quia, ea non obſtante, datur executio, *vt bene oſtendunt, & ſequuntur Rip. in l.4.§.condemnatum, num.15.fallent.2.ff.de re iud.Couar. pract.qq.cap.25.num.1. verſ.huic vero, fol.528. & Gabr.in concl.lib.2.tit.de execut. rei iud. concl.1. num.1.& ſeqq.* Et quod exceptio nullitatis contra tres ſententias conformes opponi non poſſit, ſcribit, ſic conſtituendo regulam, Socc.*reg.121. exceptio nullitatis*.

17 Sed quid ſi nullitas ſit notoria, vide infra *n.27.& 29. iuncto n.23.*

18 Extende VII. vt procedat etiam ſi exceptio nullitatis opponatur contra petitam actionem iudicati; licet ergo is, qui petit executionem ſententiæ actione iudicati, debeat dare libellum, & litem conteſtari, quia tamen ſummariè proceditur, reijcitur exceptio, quæ requirit altiorem indaginem, vt verius reprobata contraria opinione, credit Rip.*in l.4.§.condemnatum, num.27. reſtrict 4. ff. de re iudic.fol.36.* quem refert, & vti rectè loquentum ſequitur Lancell.*tract.de attent.p.2.c.17.de attent.nullit.pend. num. 107.ſub lim.4. fol.398.*

19 Extende VIII. loquendo de executione inſtrumenti, vt habeat locum, quando nullitatis exceptio, quæ obijceretur aduerſus inſtrumenti executionem, fuiſſet cognita, & diſputata in negotio principali ante executionem, vtputa, quia in productione inſtrumenti fuerit diſputatum ſuper validitate mandati, ſeu proceſſus propter ferias, & nunc in executione denuo opponeretur eadem nullitas, *Lancell.tract.de attent.p.2 c.17.de attent.null.pend.lim.12 n.151.fol.398.*

20 Extende IX. vt procedat in nullitatis exceptione, quæ opponeretur aduerſus inſtrumentum, quod alias executionem habuiſſet, vt puta, quia ſit inſtrumentum annuarum præſtationum, quæ per plures annos ſolutæ fuerint, quia debitor, conuentus poſtea ad ſoluendam aliam præſtationem, non poteſt ad retardandam ſolutionem, ſeu executionem allegare nullitatem, *Lancell.tract. de attent. p.2.c.17. de attent.null.pend.lim.11.n.150.fol.398.*

21 Comprobatur hæc extenſio, quia licet diſputetur de validitate, & nullitate inſtrumenti ſeu priuilegij, cuius virtute quis eſt in poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione, aut in vſu alicuius rei, tamen non eſt interim priuandus commodo poſſeſſionis, ſeu vſus, *Lancell.tract.de attent. par.2. c.17.de attent.null.pend.lim.13. num.152.& 153.fol.309.* dicens, ſic tacitè ſenſiſſe Dominos de Rota, dum; orto dubio, an poſſeſſio capta per Beatricem, lite pendente, diceretur attentata, & ipſa ad illa excuſanda inter cæteras rationes fundaret ſe in inſtrumento concordiæ, in quo erat certum capitulum, quod poſſeſſio poſſet capi citra vitium attentatorum; Domini tenuerunt in caſu illo non conſtare de attentatis.

22 Reliquas extenſiones collige ex his, quas firmaui concl.præced.

23 Limita I. nunc hanc eandem quintam concluſionem poſitam ſupra num.1. vt non procedat in exceptione nullitatis, quæ ſit euidens, & notoria ex actis, ſeu non requirat aliam probationem, ſeu altiorem indaginem, quia huiuſmodi exceptio impedit executionem, vt ſcribunt Bat. *in l.4.§ condemnatum, ſub n.2.& 3. ff. de re iudic. Bal. in l.1.ſub num.1. verſ.ſed quid ſi altera, ibi reſpondeo in exceptione, C.ne in vna eademque cauſ.&c. Rot. decis.3. alias 280.licet, de except.in nou.Card.Alex.in cap.63. dilecto, n.71.fallen.1.de appell.Staph.tract.de ſignat.litterar.iuſtitiæ, rubr.de ſanatione contractus inualidi, ſub num.12.fol.288 in paratis; Vital.tract.de clauſ.in clauſ. nil nouari nullitate pendente, numero 6. verſus finem, folio 382. Contar. in l. vnica, limit.7. numero 56. verſ.& pro complemento, C. ſi de mom.*
* *poſſeſſ.* & hanc eſſe communem* opin. referunt, & ſequuntur Vant.*tract.nullit.rubr.quot & quib.modis nullitas, &c. n.32.verſ.ſed ſi nullitas, fol.380.Gabr.in concluſ.lib.2. tit.de execut.rei iudic. concluſ.1. ſub num.8. verſ. contrarium, & n.10.& Lancell.tract.de atteat.p.2.cap.17.de attent. nullit. pend. n.93.fol.397.*

Confirmatur hæc limitatio, quia ſi nullitas notoria etiam per viam actionis intentata impedit executionem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra concl.præced.num.25.* a fortiori

tiori

tiori impediet intentata per viam exceptionis,argumento eorum, quæ ſcripſi ead.concl.præced.ſub num.22. verſ. ſecundo & n.23.

Ratio huius limitationis eſt illa, quam retuli,& ſequutus ſum concl.præced.n.26.

24 Exemplifica multipliciter hanc limitationem, pront, loquendo de nullitate per modum agendi, exemplificaui concl.præced.nu.33.& ſeqq.vſque ad n.42.incluſiuè, inuicto numero 25.

25 Nullitas quando non requirat altiorem indaginem, & ideo dicatur notoria,& quando non notoria,vide in concl.præced.n.29. et ſeqq.

26 Extende primo eandam limitationem, vt procedat etiam ſi iudex vehementer ſuſpicaretur,exceptionem nullitatis eſſe calumnioſam,quia imo ipſa iudicis ſuſpicio videretur calumnioſa cum non poſſint ſimul ſtare, quod nullitas ſit ita notoria, & ſit ſuſpecta de calumnia; notorium enim excludit quamcunque contrariam præſumptionem, etiam iuris,& de iure, Rip.in l.4.§.condemnatum nu.16.ff.de re iud.fol.36. & facit quod ſcripſi concl.præced. ſub n.60.verſ.ratio.

Secus tamen poſſet euenire in nullitate, cuius probatio offerretur incontinenti, per ea, quæ dixi infra numero 35.

27 Extēde ſecundo, vt habeat locum etiam aduerſus executionem trium ſententiarum conformium, vt diſtinguendo concludi Rip. in l.4. §. condemnatum.ſub num.15.
* ibi,tu clarius diſtingue ff. de re iud.& ex communi*opin.referunt, & ſequuntur Gabr. in concl.lib.2.tit.de execut.re iud.concl.1.ſub n.8.verſ.contrarium et n.29.verſ.tenendo,et tit.de except.concl.4.n.1. et Couar.pract.qq.c.25. numer.2. verſ.primum.

Comprobatur hæc extenſio, quia ſi impedit nullitas notoria per modum agendi,vt retuli,et ſequutus ſum concluſ.præced.n.25.à fortiori impedit nullitas per modum excipiendi,per ea,quæ ſcripſi concluſ.præcedenti n.22.in fin. verſ.ſecundo quia et n.23.

Contrariam opinionem, nempe,quod nullitas etiam notoria non impediat executionem trium conformium, tenent Imol. Card. & Rom. quos citant,ſed non ſequuntur Rip.ſub dicto n.15.ibi contrarium tenent.& alij, quos cumulat, ſed non ſequitur Gabr. d.concl.1.n.8.ampl.4. & in hanc ſententiam videtur inclinaſſe Card. Alex. in cap. 63.d.lecto ſub numer.71. in ſecunda fall.verſic.et ideo, de appellat. dum, conſiderando dictum Gloſſæ in clem. 1. in verbo pendere de ſent.et re iud ponit caſum, in quo nullitas eſt notoria, quia fuerat pronuntiatum, bene appellatum ab interlocutoria, & conſequenter inde apparebat, iudicem à quo nulliter proceſſiſſe ad ſententiam diffinitiuam,& nihilominus ait illa Gloſ. quod exceptio huius nullitatis non retardat executionē trium conformiū vnde ipſe Card.occaſione huius Gloſſæ,inhærendo Petro de Anch.ſcribit, eſſe ſpeciale in caſu trium ſententiarum conformium, vt nullitas notoria non retardet executionem; ſecus quando ageretur de executione vnius ſententiæ,quæ tranſijſſet in rem iudicatam, vel de executione instrumenti guarentigiati.

23 Confirmatur hæc contraria opinio, quia diſpoſitio dictæ Clem. vt calumnijs, loquens de executione trium ſententiarum conformium eſt ſpecialis; ſed nulla haberet ſpecialitatem, ſi nos admitteremus, quod exceptio nullitatis notoriæ impediat earum executionem, ſi quidem exceptio, quę non ſit notoria non ſolum non impedit executionem trium conformium, ſed neque impedit executionem vnius ſententiæ, & ſic nulla remaneret differentia, ſeu ſpecialitas in re iudicata trium conformium, Lud.Rom.ſing.291. clem.vt calumnijs. quem refert, ſed non omnino ſequitur Rip.dict.§. condemnatum. ſub num.15.

Non diſcedo ab extenſione:

29 Ad Gloſ.citatam ſupra ſub num.27.in qua Card. Alex. videtur facere fundamentum, reſpondeo, quod illa Gloſ. præſupponit eum, qui habuit tres fauorabiles ſententias diffinitiuas,appellaſſe a pronuntiatione,qua iudex dixit, fuiſſe bene appellatum ab interlocutoria, quo caſu nullitas,cauſata ex iſta pronuntiatione,eſt obfuſcata, quia eſt ſuſpenſa per iſtam appellationem ſicq;non eſt notoria; vnde non eſt mirum, ſi non impedit executionem. Vel reſponde cum declaratione, quam habes infra numero 50. et 52.

30 Extende tertio, vt habeat locum etiam aduerſus executionem publici inſtrumenti habentis paratam executionem,quia,ſi pro parte opponentis nullitatem nihil eſt probandum, talis exceptio impedit executionem, ſiue nullitas reſpiciat inſtrumentum, vt puta quia inſtrumentum non eſt publicum,vel caret anno domini,vel teſtibus &c. ſiue nullitas reſpiciat contractum, & obligationem principalem,Galleſ.ad form.camer. oblig.par.1.q.3.nu.3.et 4.tom.6.par.2.fol.351. et ex Ant.de Canar.retuli,et ſequutus ſum concl.præced.n.43.

31 Declara primo hanc extenſionem, vt tunc dicatur nihil eſſe probandum, quando nullitas apparet ex inſpectione inſtrumenti,vel poteſt incontinenti probari,vt refert,et ſequitur Galleſ.d.q.3.n.4.

32 Declara ſecundo reſtringendo eam, dum dixi, quod nullitas notoria contractus,ſeu obligationis impedit executionem contractus, quia hoc non procedit, quando contractus, ſeu obligatio inualida ſuſtineretur propter appoſitum in ea iuramentum, vt puta ſi donatio,quæ inter virum, & vxorem non valet, ſit iurata; ſi contractus prodigi,cui ſit bonis interdictum; item ſi contractus pupilli,pubertati proximi,ſint iurati,quia licet ſint inualidi, tamen,quia ſunt iurati,proceditur ad executionem, non obſtante nullitate contractus,ſeu obligationis, vt refert, & ſequitur Galleſ.ad form. camer.oblig.par.1.q.3.n.5.tomo 6.par.2.fol.351.

33 Declara tertio reſtringendo, vt nullitas obligationis principalis non annullet obligationem fideiuſſoriam accedentem,quando nullitas obligationis principalis eſt inducta aliquo fauore ſpeciali,quia tunc licet tollatur principale, tamen remanet acceſſorium:quare licet obligatio minoris, non ſeruata forma ſtatuti, ſit nulla, tamen obligatio fideiuſſoris remanet valida,Pariſ.conſ.16.circa præſentem num.110.& ſeqq.lib.2.quem refert,& ſequitur Galleſ.d.quæſt.3.n.7. & Crauet.tract.de indemnitatib.mulier. num.19.verſ.quarto principaliter tomo 6.par.2.fol.282. & maximè quando fideiuſſor ſe obligat vt principalis, Pariſ.& Galleſ. vbi ſupra.

34 Extende quarto, vt extra caſum præcedentis ſecundæ extenſionis habeat locum, etiam ſi nullitas non ſit notoria ex actis, ſed tamen poſſit incontinenti probari, quia adhuc impediet executionem inſtrumenti, ſeu vnius ſententiæ innapellabilis, Bart.in l.4.§.condemnatum ſub num. 3.ibi, ſi vero incontinent.ff. de re iud.dicens, quod ſi exceptio nullitatis poſſit incontinenti probari, impediret executionem,quia in executione ſententiæ debet adhiberi cognitio ſummaria, Soce. in reg.122. exceptio nullitatis fall.1. Vital.tract.de clauſ.in clauſ.nil nouari nullitate pend. n 7.in fine, & n.8.tomo 18.fol.382.Stapb.tract.de ſignat.liter.iuſtit.rubr.de ſanatione contractus inualidi,ſub n.12. ibi, idem quando fol.288.in paruis Contar.in l.vnica,lim.7.n.56 & 57.& nu.65.verſ.et pro complimento euidens.idq;C.ſi de mom.poſſ.et Galleſ.quem citaui,et ſequutus ſum ſupra ſub n. 30.& adde quæ ſcripſi concluſ.præcedenti.n.60.et ſeqq.& cum hac extenſione reſidet meo iudicio Franch. in c.63. dilecto,ſub n.26.q.10.verſ.circa ſecundum de effectu ſuſpenſionis de appell.& pro hac extenſione adde,quæ ſcripſi ſupra n.5. verſ.primus caſus.

35 Reſtringe hanc extenſionem, vt non procedat quando iudex ſuſpicatur, exceptionem nullitatis (quamuis eius probatio offeratur incontinenti) eſſe calumnioſam, & oppoſitam cauſa morandæ ſolutionis, quia iudex tunc poteſt adhuc procedere ad executionem, *Rip.in l.4.§.condemnatum num.14. fall.1. ff.de re iud.* & adde quæ ſcripſi *concl.præced.n.78.*

36 Declara primo, vt hæc ſuſpicio debeat eſſe talis, vt ex ea iudici conſtet de calumnia excipientis de nullitate, *Franch.in d.c.dilecto ſub num.26.verſ.tu intellige.* quare ſuſpicio debet eſſe vehemens, quia leuis non ſufficit, *Contar.in l.vnica, lim.7.ſub num.46. verſ.poſſet tamen, & num. 48.verſ.regulariter C.ſi de mom.poſſ.* in ſummarijs tamen, & executiuis, in quibus agitur de ſola poſſeſſione, leuior calumniæ præſumptio ſufficit, *Contar.dicta lim.7.n.49. & 50.verſ.verum.*

37 Cæterum, niſi conſtet de calumnia per coniecturas, indicia, & argumenta, iudex non poteſt de ea ſuſpicari, quando offertur probatio incontinenti de nullitate, *per*
† *ea, quæ ſcripſi concl. præced.ſub n.60.verſ.ratio.* & quod requirantur coniecturæ, quæ militent contra oblatam incontinenti probationem, ſcribunt Rip. *in dict.§. condemnatum, num.14 in fine,* & Contar. *d. lim.7.ſub num.46. verſ. poſſet.*

39 Declara ſecundo, vt, ſi de calumniæ ſuſpicione non appareat in actis, iudex ſit cautus, vt faciat redigi apud acta ea, quę calumniæ ſuſpicionem inducunt, quia alias ſibi non crederetur, *Contar.d.lim.7.ſub num.50. & 51. verſ. quod ſi.*

40 Extende quinto, vt nullitas notoria patens ex actis in tantum poſſit opponi à parte, & oppoſita impedit executionem, vt iudex etiam ex officio debebat illam opponere ſine partis allegatione, & illam diſcutere, *Anch.conſ.211. de iure communi ſub num.4. verſ.vlterius aduertendum, & Vant.tract.nullit.rubr.quis poſſit dicere de nullitate, nu.57. verſ.& ne dum.fol.377.* & ita ſeruatur, nullitas enim, reſultans ex actis, & notoria, non indiget aliqua propoſitione, ſeu allegatione, ſicq; limitatur illud, quod dicimus, notorium releuare ab onere probandi, ſed non ab onere allegandi, nam debet intelligi de alio notorio; quam de notorio reſultante ex actis, *Vant.d.rubr.quis poſſit dicere de nullitate, nu.52.& 53.* & quod notorium releuet etiam ab onere allegandi, quando apparet ex actis, ſcribit Dec. *in c.59. vt debitus n.11.& 12.de appell.*

41 Limita II. quando executio ſententiæ eſſet irretractabilis, quia tunc nullitas, tam agendo, quam excipiendo impedit executionem, *vt late retuli, et ſequutus ſum concl. præced.n.47. vbi vide.*

42 Amplia, & ſublimita hanc limitationem, prout ampliaui, & limitaui *concl.præcedenti, n.75.et ſeqq.et num 77. et ſeqq.*

43 Limitatur III. quando exciperetur de nullitate proueniente ex defectu iuriſdictionis, quia hæc exceptio impediret executionem, cum non cenſeatur excluſa ab executione ſententiæ, *Card. Alex. in capit.63. dilecto ſub nu.71. fallen.6.de appel.* & clarius Rip. *in l.4.§. condemnatum.nu. 23. reſtrict.2.ff.de re iud. Vant.tract.de null.rubr. quot.et quib.mod.nullitas etc.num.33. fol.380. Lancell.tract.de attent. par.2. c.17. de attent. nullit.penden.n.100. ſublimit.2. fol.398.*

Ratio huius limitationis eſt triplex. Prima, quia exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis negat, ſententiam eſſe latam, quia ſententia non poteſt ferri, niſi à iudice habente iuriſdictionem; ſed quantumuis ſit prohibita exceptio in aliquo actu, nunquam intelligitur prohibita negatio, ſeu exceptio, qua negatur actus, *teſtibus Bar.et Ant. de Canar. quos retuli, et ſequutus ſum infra ſub n.50. verſic. primus.* Et hoc eſt, quod ſentit Gloſſ. *fin. in clem. vnica, de ſequeſtr. poſſ. et fruct.* dicens, quod poteſt opponi nullitas, per quam negatur iuriſdictio. Secunda ratio eſt, quia ſequeretur abſurdum, vt quilibet iuriſdictionem non habens valeret ſententiam proferre, *Ruginel. tract.de appell.§.12.gloſ.2. cap.4.ſub num.1.* & quod alias ſequeretur abſurdum, vt quis poſſet habere tres ſententias à tribus perſonis priuatis nullam iuriſdictionem habentibus ſcribit *eod.tract.§.4.cap.2.n.137.in fine, & 138.* Tertia ratio eſt, quia hæc nullitas eſt notoria, vt dixi *concl.præc.nu.39. verſ. hæc nullitas.* ſed nullitas notoria non eſt excluſa, & retardat. Ergo &c.

44 Amplia primo hanc limitationem, vt procedat etiam, ſi exceptio iſtius nullitatis requireret altiorem indaginem, quia nihilominus impediret executionem, *vt ſcribunt Rip. Vant. & Lancell. in locis proxime citatis, numero præcedenti.*

45 Amplia ſecundo, vt procedat etiam ſi ageretur de executione trium ſententiarum conformium, vt deducitur ex Gloſ. *fin. in clem.1.de ſequeſtr.poſſ. & fruct.* & ſcribũt Marſ. *in pract.crim.§.oportune numero 28. Dec.conſ.8. viſo puncto ſub n.7. Rip.in l.4.§.condemnatum ſub num.24.reſtrict.2. ampl.3.ff.de re iud. Gabr.in concl.lib.6.de ſtatut.concluſ.3. num.9.ampl 7. Vant.tract. nullit.rubr. quis poſſit dicere de nullitate, nu.37.fol.376. Natt.conſ.271. concurro in ſententiam n.4. Couar.pract.qq.cap.25.n.4.folio 529. Lancell.tract. de attent.par.2.c.17. de attent.nullit.pend.nu.101.fol.398. Creſcen.deciſ.22.alias 6.lib.2. tres ſententiæ de ſenten.& re iudic. Marcheſ.tractat.de commiſſ. par.2. de commiſſ.ſuper nullit.c.2.n.11 in fine, & ſeqq.folio 142.& ſeq.* quod idem ſcribit *in 2.impreſſione, c.1.n.78.in fine, folio 338.* & quod d.Gloſſ.fin. *in clem.1.de ſequeſtr.poſſ.& fruct.* ſit communiter approbata teſtatur, & ſequitur Vant. *dict.tract.nullit.rubr.quoties & intra quod tempus &c.ſub num.5. verſ. idcirco fol.383.*

46 Amplia tertio, vt procedat etiamſi lex diceret, executionem faciendam, non obſtante nullitatis exceptione, *Rip.in l.4.§.condemnatum ſub num.23.reſtrict.2.ff.de re iud. fol.36.* adde quæ ſcripſi *concl.præcedenti n.59.ſubſtri. 5.& ſubſtric 8.*

47 Amplia quarto, etiam ſi excipiens promiſiſſet cum iuramento non allegare nullitatem, quia nihilominus poterit allegare nullitatem prouenientem ex defectu iuriſdictionis, *Franch.in cap.63.dilecto nu.120.& ſeq.q.50.lim.4. & Card. Alex.ſub nu.85.fall.4.de appell.& alij, quos referunt, & ſequuntur Vant.tract. null.rubr.quis poſſit dicere de nullitate, ſub n 37.ibi, etiam ſi quis iuraſſet fol.376. & Gabr.in concl.lib.6.tit.de ſtatut. ampl.5.n.7.* hancque ampliationem amplexus eſt etiam Lancell. *tract. de attent.p.2.c. 17.de attent.nullit.pend.n.104.fol.398.*

Contrariam opinionem videtur firmare Rip. *in l.4.§. condemnatum n.24.reſtrict.2.ampl.1.ff.de re iud.fol.36.* dicens, quod ſicut is, qui in ſpecie cum iuramento permiſiſſet non allegare nullitatem iuriſdictionis, non eſſe audiendus, veniendo contra proprium iuramentum, ita, inquit, non debet audiri is, qui generaliter promiſerit nõ dicere de nullitate, quia iuramentum habet, inquit, vim ſpecialis renuntiationis.

Confirmatur hæc contraria opinio, quia actus nullus ſuſtinetur iuramento, & ideo nullitas in actu iurato non impedit executionem illius actus, vide *ſupra n.32.* & de efficacia iuramenti, & neceſſaria illius abſolutione vide quæ ſcripſi *lib.præcedenti, c.2.n.117.& 118.*

Retenta hac contraria opinione.

48 Extende eam, vt procedat non ſolum quando conſtat, quod renuntians nullitati ſciebat iuriſdictionis defectum, ſed etiam quando eſt dubium, an ſciuerit, quia adhuc non poterit allegare nullitatem; nam cum cõtrahens teneatur ſcire conditionem eius, cum quo contrahit, præſumitur, quod ſciuerit conditionem eius, qui ſententiam erat laturus.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod pacto priuatorum non poteſt dari iuriſdictio; *Rip. in l.4.§. condemnatum, ſub n. 34.ff.de re iud.* & dixi *lib.præced. c.2.ſub n.4.& hic ſupra q. 17.limit.47.memb.3.num.10.* Et quod neque poteſt tolli ſubſtantialis ordo iudicij, ita vt ſententia valeat, teſtibus ijs, quos retuli, & ſequutus ſum *eod. libr. præced. cap.8. numer.454.*

Quia reſpondeo, quod ſententia valebit in vim pacti, & in vim pacti mandabitur executioni; vel dic, quod licet partes non poſſint validare ſententiam nullam, tamen poſſunt paciſci, quod mittatur executioni, per ea quæ ſcripſi *ſupra ſub n.8. extenſ.3.*

49 Reſtringe eandem contrariam opinionem, vt non ſit vera, quando conſtat, quod is, qui iuramento renuntiauit nullitati, ignorabat incompetentiam, ſeu defectum iuriſdictionis, quia tunc poterit opponere de nullitate; nam iuramentum non extenditur ad ignorata, quia in ignoratis, & incogitatis deficit conſenſus, *Bar. Iaſ. Rol. à Vall. Neuiz. Natt. & Rom. quos in alio caſu retuli, & ſequutus ſum lib.præced. c.2. n.139. & n.424.* & iuramentum non ſupplet conſenſum, *Tiraq. in l.ſi vnquam, in præfatione, n.148. verſ.hanc poſteriorem, C.de reuoc.donat.fol.40.& tractat.de legibus connub.in verbo, experſ.gloſ.7. n.154. verſ.quod tamen, fol.331.*

50 Amplia quinto declarando vniuerſam limitationem, diſtinguendo duos caſus principales.

Primus caſus eſt, quando allegatur omnimodus defectus iuriſdictionis, eo quia nunquam data fuerit iuriſdictio in cauſa & iſto caſu dico, quod hæc nullitas ex defectu iuriſdictionis nunquam videtur excluſa, quia cum ſententia, lata a priuato ſine aliqua iuriſdictione, careat prima ſubſtantia, nullatenus eſt ſententia, & lex, ſeu ſtatutum excludens exceptionem ab aliquo actu, ſemper admittit exceptionem, quia negatur penitus actus, *Card. Alex. in c. 63.dilecto, ſub n.71.fall.6.& ſub n.87. q.14. fall.4. de app.* & quod ſtatutum, prohibens opponi de nullitate, non habeat locum in nullitate, quæ procedit ex defectu totalis iuriſdictionis, declarat Pariſ. *Conſ.109. omiſſo, n.3.& 4. lib. 4.* & quod ſtatutum, prohibens poſſe opponi exceptiones contra inſtrumentum publicum, non tollat exceptionẽ, quod illud non eſt inſtrumentum publicum, & conſequẽter poſſit opponi contra ſolẽnitates inſtrumenti, vt ſunt, anni domini, indictio, ſubſcriptio notarij, & ſimilia, ſcribit Bar. *in l.1.§.et paruit, ſub n.3. verſ.iſta gl.ff.quod vi aut. clam.* quem refert, & ſequitur Ant. de Canar. *tract. de exec. inſtr. q.11. verſus finem, ſub n.22.to 5.fol.41.* Quare concordant
* iſto caſu omnes * Doctores, quod nullitas poſſit opponi, & oppoſita impediat executionem ſententiæ, & iſto caſu procedant limitatio, & extenſio, quas ſcripſi *ſupra n.43.et ſeqq.* in quibus dixi, quod nullitas ex defectu iuriſdictionis impedit executionem, etiam ſi cognitio nullitatis requireret altiorem indaginem, & etiamſi ageretur de executione trium ſententiarum conformium.

Secundus caſus eſt, quando non allegatur omnimodus
51 defectus, cum iudex habuerit iuriſdictionem in illa cauſa, ſed tamen allegatur defectus iuriſdictionis, eo quia protulit ſententiam tempore, quo iuriſdictio erat ſuſpenſa, & iſto caſu ſunt adhibendæ duæ conſiderationes.

Prima conſideratio eſt, an nullitas opponatur aduerſus tres ſententias conformes; & in iſta conſideratione ego concluderem, nullitatis exceptionem non eſſe admiſſibilem ad retardandam executionem trium ſententiarum conformium, *Gloſſ. Card. Alex. & alij citati num. ſeq.*

52 Exemplifica primo hunc ſecundum caſum in hac prima conſideratione, quando vna ex tribus ſententijs diffinitiuis, & conformibus fuit lata, pendente appellatione ab aliqua interlocutoria, & in cauſa appellationis a dicta interlocutoria fuit pronunciatum, bene appellatum; quo caſu & ſi ex iſta pronuntiatione, quod ſit bene appellatum ab interlocutoria, conſtet de nullitate illius ſententiæ diffinitiuæ, quæ fuit lata, pendente appellatione ab interlocutoria, tamen non obſtante hac nullitate, tres ſententiæ mandantur executioni, *vt latius retuli, & explicaui ſupra numero 27. verſ. contrariam,* quia iſte defectus iuriſdictionis ſuperuenit ex accidenti; nam iudex bene habebat iuriſdictionem, ſed ex accedenti amiſit, & ideo hæc nullitas non retardat executionem trium ſententiarum conformium, Card. Alex. *d.cap.63. dilecto ſub num.71. fallent. 7. ibi, aut opponitur de appell.* & Couar. (quamuis is in meo libro ob ineptam impreſſionem confuſè, ac ſibi contrarius videatur loqui) *pract.qq cap.25.ſub numero 4. verſ.7. verſus finem, ibi, at vbi iudex iuriſdictionem ab initio habuit,* & ita apertè ſentit Alex. *conſ.77. in cauſa & lite ſub num.9. verſ. nec obſtat ſi contrarium lib.2.* vbi reſpondendo motiuo, declarat, dictam Gloſ. quæ oſtendit, non admitti nullitatem ex defectu iuriſdictionis aduerſus tres ſententias conformes, procedere quando defectus iuriſdictionis oritur poſt latam ſententiam; & ita intelligas Ripam *in l.4. §. condemnatum, num.25. limit.1.ff. de re iu-*
53 *dic.* dum allegat eandem, Gloſ. ſupra citatum † & à fortiori dico hic obiter qui ſicut nullitas detecta ex eo, quod eſt pronunciatum fuiſſe appellatum ab interlocutoria, non impedit executionem, ita a fortiori non impedit pendentia cauſæ appellationis ab interlocutoria, *Gabr. in concluſ.lib.2. titul.de execut. rei iudic. concluſ.1. ampl.3. num.6.*

54 Exemplifica ſecundo, quando vna earum trium fuiſſet lata tempore feriato in honorem Dei; quo caſu licet ſententia ſit nulla per ea, quæ ſcripſi *lib.præced.cap.5.num.17. & ſeqq* & in terminis retuli, & ſequutus ſum *eod. lib. præced.c.3. n.288. & 289.* & nullitas dicatur apparere ex ſe, nullo alio extrinſecus probato, *vt retuli, & ſequutus ſum concl. ſeq. n.114.* tunc eiuſmodi nullitas non eſt releuans contra rem iudicatam trium ſententiarum conformium ſecundum doctrinam Cardinalis Alex. Rip. & Couar. *in locis ſupra proximè citatis*, dum ſcribunt, quod exceptio defectus iuriſdictionis qui ſuperuenit ex accidenti, ſeu nullitas non impedit, ſi iudex, qui ſententia tulit, non carebat omnino iuriſdictione, licet eſſe ſuſpenſa, vel exceptione elidibilis, & Pariſ. *conſ.109. omiſſo n.9.lib.4.* dicens quod vbi iudex habebat iuriſdictionem, ſed illa poterat elidi, exceptio talis defectus iuriſdictionis non totalis non poteſt opponi in cauſa ſtatuti, prohibentis oppoſitionem nullitatis.

Confirmatur hæc amplificatio, quia licet vna ſententia ſit nulla, tamen ſi fuerit duabus alijs valide confirmata, rem manent tres ſententiæ conformes, *vt retuli ſupra q. 17. limit.1. num.34.* ſimiliter licet ſententia ſit nulla, ſi tamen fuerit valide confirmata, & iſta confirmans fecerit tranſitum in iudicatum, non poteſt amplius queri de nullitate ſententiæ confirmatæ, *Additionat. ad Alex.conſ.77. in cauſa & lite, ſub num.8. in verbo defectu in fine lib.3. & Pariſ. ſupra proximè citatus.* & adde quæ ſcripſi *ſup. qu.11, num.170.*

Contra hanc exemplificationem inſurgo, qui Card. Alex. & alij, à nobis citati ſupra *num.52.* loquuntur in caſu, quo ſententia fuit lata valida, ſed poſtea, ſuperueniente ſententia ſuper appellatione interpoſita ab interlocutoria, redditur inualida, imo ſupra *ſub num.29. verſ. non diſcedo* dixi quod eo caſu fuerat denuo appellatum à ſententia, lata in cauſa appellationis ab interlocutoria, quæ appellatio ſuſpendebat effectum ſententiæ, & conſequenter nullitas ſententiæ erat ſuſpenſa: ſimiliter Rip. & Pariſ. citati ſupra hoc eodem numero in exemplificatione, loquuntur in caſu ſequenti exemplificationis, quando iuriſdictio non deficiebat, ſed poterat exceptione elidi, qui caſus eſt ſimiliter omnino diuerſus,

uerſus, quia ſi iuriſdictio non fuit eliſa, remanſit, ſicq; ceſſat defectus iuriſdictionis.

Ego non audeo recedere ab iſta exemplificatione, quia licet caſus, in quo loquuntur Doctores citati, habeat particularem rationem, tamen exempla non reſtringunt regulam; magna eſt virtus trium ſententiarum conformium, & aliud eſt deficere ſemper & omnino iuriſdictionem, & aliud deficere quandoquid ſeu ſuſpenſam eſſe.

55 Exemplifica tertio, quando duo, pluresue iudices habent iuriſdictionem cumulatiuam, qualem habet in cauſis ciuilibus Senator vrbis, & duo Collaterales, quia ſi in cauſa proceſſerit Collateralis, cui erat præuentio non fuerit oppoſita, nihilominus Collateralis, reijciendo expreſſè, vel tacitè præuentionis exceptionem, proceſſerit ad vlteriora proceſſus, & ſententia non poſſunt impugnari de nullitate, quia licet Collateralis iuriſdictio in illa cauſa eſſet elidibilis per exceptionem præuentionis, tamẽ is habebat iuriſdictionem, *Pariſ. conſ. 109 ſub n. 4. & 5. lib. 4.* quem refert & ſequitur Couar. *pract. qq. c. 25. ſub nu. 4. verſ. ſeptima prope finem, fol. 530.* & ita ſentit Rip. *in d. l. 4. §. condemnatum n. 25. ff. de re iud.*

Imo in caſu huius exemplificationis ceſſat nullitas; quia, præuentione non oppoſita, proceſſus eſt validus, *vt ex Innoc. Ang. Vant. Afflict. & alijs retuli. & ſequutus ſum ſupra lib. 1. cap. 12. num. 67.* ſicque ceſſat defectus iuriſdictionis; oppoſita autem præuentione ſi iudex præuentus non deſiſtat, poteſt appellari, *vt retuli, & ſequutus ſum eod. c. 12. num. 71.* & erit iuſta cauſſa appellandi, *vt ſcribit Ant. de Butr. in cap. 9. cum M. Ferarienſis ſub n. 59. verſ. primus de conſtitut.* alias non appellando, proceſſus remanet validus, quia iudex, procedendo ad vlteriora, videtur tacitè pronuntiaſſe, ſe eſſe competentem, à qua tacita pronuntiatione debet appellari, per ea quæ ſcripſi ſupra *libr. 1. c. 101. ſub nu. 17. & 18. & ſupra quæſt. 12. nu. 84. & 85. & quæſt. 17. lim. 6. mem. 7. nu. 47.* & ideo ſi iudex, allegatus ſuſpenſus, procedat, & pars non appellet, proceſſus tenet, vt ſcribit Rot. quam citaui *d. cap. 101. ſub num. 16. verſ. contrariam.*

56 Exemplifica quarto, quando conſtant de commiſſione cauſæ, directa iudici, qui tertiam tulit ſententiam, quia dicitur conſtare de fundamento iuriſdictionis, & ideo licet non appareat, commiſſionem fuiſſe illi iudici præſentatam, tamen ſententia eſt executioni demandanda; cum enim conſtet de principio iuriſdictionis, & de ſententia, dicuntur verificata extrema, quibus verificatis, media præſumuntur, *Creſcen. deciſ. 22. alias 7. lib. 2. tres ſententiæ de ſent. & re iud.* quem referunt, & ſequuntur Lancell. *tract. de de attent. par. 2. cap. 17. de attent. nullit. pend. n. 103. fol. 398. Ruginel. tract. de appell. §. 4. c. 2. ſub n. 144. & Marcheſ. tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. ſanat. nullit. c. 1. nu. 79. fol. 388. in ſecunda impreſſ.* addens, quod ſi peteretur ſanatoria, non eſſet deneganda.

† Sciendum tamen eſt, eum ſolum poſſe allegare nullitatem, in cuius fauorem actus fuit inductus, *Gloſ. et DD. in l. 2. C. de iure emphy.*

57 Secunda conſideratio eſt, an nullitas opponatur contra executionem vnius ſententiæ, ſeu inſtrumenti, habentis executionem paratam; & in hac conſideratione ego, vt aliqua remaneret differentia inter tres ſententias conformes, & vnicam ſentẽtiam, ſeu inſtrumentum, dicerem, nullitatem ex defectu iuriſdictionis poſſe opponi, quamuis iuriſdictio non omnino, & non ab initio defecerit, & in terminis huius conſiderationis poteſt procedere ſecunda appellatio, & opinio contra ſecundam limitationẽ quas non figendo pedes, recenſet Gabr. *in concluſ. libr. 6. de ſtatut. concl. 3. n. 4. et ſub n. 11.* dicens, poſſe dici de nullitate ex defectu iuriſdictionis, quamuis iudex, qui ſententiam tulit, non eſſet omnino incompetẽs, quia non caruerit ab initio iuriſdictione: ſum expeditus ab hac quinta ampliatione, poſita *ſup. n. 50.*

58 Amplia ſexto, vt procedat etiam ſi ſtatutum prohiberet, poſſe dici de nullitate, quia nihilominus exceptio iuriſdictionis, ſeu poteſtatis nunquam videtur à ſtatuto excluſa, *Franch. Card. Alex. quos citaui, et ſequutus ſum concl. præceden. n. 59. ſub reſtric. 5. et 8. et alij*, quos abundanter refert, & ſequitur Alex. *in conſ. 77. in cauſa et lite ſub n. 8. et 9. lib. 2.* & poſt eum latè Gabr. *in concluſ. lib. 6. tit. de ſtatut. concluſ. 3. nu. 1.* & quod ſtatutum diſponens, quod in executione ſentẽtiæ nulla exceptio poſſit opponi, non intelligatur de exceptione, prouenıente ex defectu iuriſdictionis iudicis iudicantis, ſcribit Franch. *in c. 7. ſi duobus col. 6. n. 20. de appell.*

59 Declara vt, ſi ſtatuto ſit prohibita nullitas præter aliquam, vt puta, præter nullitatem iuriſdictionis, tunc illa debeat expreſſim allegari, quia allegãdo ſimpliciter nullitatem, non admitteretur, *Tiraq. trac. de pæn. temp. in præfat. n. 60. verſ. ſequitur etiam fol. 8. et Contar. in l. vnica, lim. 7. ſub n. 69. verſ. item intellige, et numer. 70. C. ſi de mem. poſſ.* vbi tamen declarat, hoc eſſe verum, ſi aduerſarius opponat; alias, eo non opponente, admitteretur ſimplex allegatio nullitatis.

60 Amplia ſeptimo, vt in tantum exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis poſſit opponi, vt iudex eam attendere debeat, etiam parte non opponente, *Gail in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 123. n. 2.* nullitas enim ex defectu iuriſdictionis dicitur notoria, euidens ex actis, & ideo poteſt opponi à iudice, etiam parte tacente per ea quæ Anch. & Vant. retuli, & ſequutus ſum *ſupra numero 40. verſ. extende quinto.*

61 Amplia octauo, vt nullitas ex defectu iuriſdictionis poſſit allegari etiam ſi extet confeſſio eius, qui nullitatem allegat, ſicut ſcribit Card. Alex. *infra citatus*, quia & ſi confeſſio ſanet omnes defectus proceſſus, vt ex Bar. Alex. Iaſ. & alijs retuli, & ſequutus ſum *concluſ. præcedenti, n. 71. verſ. ratio*, etiam ſi nullitas proueniret ex defectu citationis, & ideo executio relaxata contra confeſſum non reuocatur tanquam nulla ex defectu citationis, *Rot. diuerſ. deciſ. 151. Fauſtinus num. 5. par. 2.* & etiam ſi nullitas proueniret ex eo, quòd ſententia ſit lata poſt inſtantiam, ſeu quia non fuerit ſeruata forma mandati, vt *ſcribit Card. Alex. infra citatus.*

62 Tamẽ ſi nullitas proceſſus prouenit ex defectu iuriſdictionis, confeſſio partis confitentis intentum aduerſarij non iuſtificat proceſſum, *Card. Alex. c. 63. dilecto ſub num. 6. de appell.*

63 Limita IV. vt non procedat in nullitate proueniente ex defectu conſenſus, & habilitatis perſonæ contrahentis; quia talis nullitas poteſt opponi, & oppoſita impedit executionem contractus, etiam ſi in ipſo contractu promiſſum ſit non opponere nullitatem, *Galleſ. ad form. cam. oblig. par. 1. q. 3. n. 6. par. 2. fol. 352.*

64 Limita V. vt non habeat locum in nullitate, quæ deducitur, per viam appellationis incidenter, & acceſſoriè ad ipſam appellationem, *iuxta quæ ſcripſi ſupra concl. 3. n. 11.* quia hæc nullitas impedit executionem ſententiæ, & ea pendente, nihil eſt innouandum, ſed omnia vti attentata venirent reuocanda, *vt ſcripſi concl. præced. n. 92. et 93.* vbi vide.

XIX. QVÆSTIONIS. REM. I. CONCL. VI.

SVMMARIA.

NVLLITAS eorum, quæ fiunt extra iudicium deducitur coram ordinario, n. 1.

Nullitas ſententiæ interlocutoriæ ante diffinitiuam deducitur coram eodem iudice, qui interlocutoriam tulit, num. 2.

Digitized by Google

— Extenditur hoc quinque modis. — Primo vt nullitas deduci non poſſit coram ſuperiore, num. 3. — Secundo, vt idem iudex poſſit contrariam interlocutoriam ferre, nu. 4. — Tertius, vt ipſe ſolus poſſit eam, vti nullam reuocare, n. 5. — Quarto, vt neque iudex, ad quem eſſet appellatum, poſſit de nullitate cognoſcere, num. 6. & ſeqq. in quibus reſtringitur. — Quinto, vt etiam iudex delegatus poſſit cognoſcere de nullitate interlocutoriæ n. 12.

Infertur, quod ſicut iudex poteſt cognoſcere de nullitate, ita etiam poteſt reuocare, num. 13. — Ampliatur hæc illatio multipliciter, num. 14. & ſeqq. — Subinferuntur multa, n. 23. & ſeqq. — Limitatur eadem illatio nonem modis. — Primo, vt non procedat in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, n. 26. & ſeqq. in quibus ſublimitatur, & exemplificatur. — Secundo interlocutoria, quæ poſt ſe non expectat aliquam diffinitiuam, n. 37. & ſeqq. in quibus exemplificatur, & ſublimitatur. — Tertio in interlocutoria ſuper incompetentia, num. 15. & ſeqq. in quibus extenditur, & ſublimitatur. — Quarto in interlocutoria bis confirmata, n. 61. & ſeqq. — Quinto in interlocutoria appellata, n. 66. — Sexto in interlocutoria executionis demandata, n. 67. — Septimo, quando iudex non dat Apoſtolos, num. 68. — Octano quando iudex ad quem inhibuiſſet, n. 69. — Nono in interlocutoria lata ſimul cum diffinitiua, n. 70.

Regula prima eſt, quod nullitas ſententiæ diffinitiuæ poteſt principaliter ſine appellatione cognoſci tam ab eodem iudice ordinario, qui ſententiam tulit, quam a ſuperiore, n. 73. & ſeqq. in quibus, an & quando inferior poſſit cognoſcere de nullitate. — Declaratur decem modis hæc regula. — Primo, qui ſint iudices ordinarij in Romana Curia, n. 79. — Secundo, ordinarios eſſe Primates, Archiepiſcopos &c. numero 80. — Quarto, Epiſcopus, & Vicarius reputantur vnus, numero 82. — Quinto, ſucceſſor, & prædeceſſor reputantur vnus, num. 83. — Sexto qui ſit ſuperior, qui poteſt adiri via nullitatis ſine appellatione, num. 84. & 85. — Septimo procedit regula in nullitate principaliter deducta, ſecus ſi incidenter, numero 86. & 87. — Octano non procedit in nullitate aduerſus ſententiam latam pro apertione teſtamenti, &c. numero 88. — Nono non procedit, quando in ſententia verſantur ſordes iudicis &c. n. 89. — Decimo procedit in iudice ordinario non autem in delegato, num. 60. & ſeqq. in quibus ampliatur, et limitatur multipliciter hæc eadem decima declaratio loquens de delegato.

Regula ſecunda eſt, quod qui cognoſcit de nullitate ſententiæ diffinitiuæ, poteſt, vbi ſententia fuerit reperta nulla, eandem reuocare, n. 109. et ſeqq. in quibus declaratur.

DE nullitate ſententiæ poteſt agi coram eodem iudice, & coram ſuperiore: hæc concluſio habet innumerabiles declarationes, & fallentias; ego materiam quo faciliori poſſum ordine explicabo; aſſumendo in primis duas inſpectiones.

1 Prima inſpectio eſt de nullitate eorum, quæ fiunt extra iudicium, puta, contractuum, teſtamentorum, & ſimilium; & concludendo, nullitatem hanc per modum agendi eſſe deducendam coram iudice loci ordinario competente, *Vant. tract. nullit. rubr. coram quo poſſit et debeat etc. num. 1. verſ. ex quorum fol. 374. et Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 5. obſeru. 92. illud n. 3.* & quoniam hoc non habet dubium, *teſt. eod. Vant. vbi ſupra* & non reſpicit ſcopum noſtrum, non inſiſto.

2 Secunda inſpectio eſt de nullitate eorum, quæ aguntur in iudicio, & hanc, quæ reſpicit ſcopum noſtrum, diuido in duos caſus principales.

Primus caſus eſt in nullitate ante ſententiam diffinitiuam, vt puta, quia intentetur nullitas alicuius decreti, ſeu ſententiæ interlocutoriæ.

Secundus eſt in nullitate poſt ſententiam diffinitiuam, de quo egi infra numero 73.

¶ Capio primum caſum in ſententia interlocutoria; & concludo, eius nullitatem eſſe deducendam coram eodem iudice, qui interlocutoriam tulit, ne diuidatur continentia cauſæ, *Franch. in cap. 63. dilecto ſub num. 67. verſ. tertio limit. et Card. Alex. num. 59. ibi, ſed quid de interlocutoria de appellat.* & quia iudicandum eſt ex eiſdem actis, *Vant. tract. nullit. rubr. coram quo poſſit, et debeat etc. ſub n. 2. verſ. aut agimus, fol. 374. et Mynſing. in ſing. obſeru. cent. 5. obſeru. 92. n. 4.*

3 Extende primo hanc concluſionem, vt in tantum nullitas ſententiæ interlocutoriæ ſit deducenda coram eodem iudice, vt coram ſuperiore deduci non poſſit, *Card. Alex. in c. 63. dilecto, ſub n. 58. ibi, aut loquimur in ordinario, de appell. et Vant. eadem rubr. coram quo poſſit et debeat etc. ſub n. 2. verſ. et quod iſto caſu.*

4 Extende ſecundo, vt is qui eam tulit, poſſit non ſolum cognoſcere de eius nullitate, ſed poſſit etiam contrariam ferre *per ea quæ ſcripſi infra num. 19. et ſub num. 109. verſ. amplia.*

5 Extende tertio, vt in tantum poſſit cognoſcere de eius nullitate, vt eam ipſe ſolus, & non alius poſſit vti nullam reuocare, *Felyn. in c. 9. in literis n. 4. in fine verſ. primo tandem declara, et n. 5. de off. et pot. iud. del.*

6 Extende quarto, vt in tantum iudex, qui tulit interlocutoriam, & non alius debeat cognoſcere de eius nullitate, vt neq. iudex ad quem fuerit appellatum, poſſit de ea cognoſcere *Vant. d. rubr. coram quo poſſit etc. ſub n. 6. verſ. et graue eſſet, ibi, ſi vero nullitas, fol. 374. et Myſing. in ſing. obſeru. cent. 5. obſeru. 92. illud, ſub n. 4.* & quæ appellans ab interlocutoria non poſſit dicere de nullitate coram iudice ad quem, ſcribunt Guid. Pap. *tract. 2. de appell. q. 67. n. 48. fol. 59. Franch. Veſtr. et Granat. quos citaui; et ſequutus ſum ſupra concluſ. 3. n. 17.* & quod nullitas interlocutoriæ non poſſit per ſe moueri coram ſuperiore, ſcribit Bal. *in l. 3. aduerſus ſub num. 1. C. ſi aduerſ. rem. iud.* quem refert, & ſequitur Rip. *in l. 14 quod iuſſit, num. 70. verſ. quarto intellige, ff. de re iud.* & quod non poſſit adiri ſuperior ſed ſolum is, qui iudicauit ſcribit Franch. *in d. c. 63. dilecto ſub n. 67. q. 27. lim. 3.*

7 Reſtringe primo hanc extenſionem, vt non procedat, quando nullitas interlocutoria deduceretur expreſsè ſimul cum appellatione, quaſi per modum cauſæ, tanquam grauamen pro iuſtificatione appellationis interpoſitæ, quia iſto caſu poſſet iudex ad quem de ea cognoſcere ex quo eſt annexa, & inſeparabilis ab appellatione, *Franch. d. cap. 63. dilecto, ſub n. 54. verſ. ſecundo intellige q. 19. Card. Alex. ſub num. 59. ibi, ſed quid de interlocutoria, de appell. et ex alijs refert, et ſequitur Vant. tract. nullit. rub. coram quo poſſit etc. n. 4. verſ. ſi nullitas, et Myſing. ſing. obſer. 92. illud; ſub n. 4.*

8 Intellige hanc reſtrictionem, vt procedat dummodo in cauſa appellationis iuſtificetur illa nullitas, quæ fuit adducta pro grauamine, quia non ſufficeret probare aliam nullitatem, *Franch. vbi ſupra.*

9 Reſtringe ſecundo, vt non procedat in nullitate, quæ incidenter proponitur, quia hæc nullitas, ſiue reſpiciat interlocutoriam, ſiue diffinitiuam, proponi debet coram eodem iudice, coram quo pendet cauſa, ſiue ſit iudex cauſæ principalis, ſiue cauſæ appellationis, *Papien. in practic. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſſ. fuiſſe et eſſ. ſub numero 7. fol. 410.*

10 Reſtringe tertio, vt non procedat, quando appellatur ab interlocutoria, lata per modum attentati, quia tunc poteſt de eius nullitate per modum attentati cognoſcere iudex ad quem, *Franch. eod. c. dilecto, n. 54. q. 19. et Card. Alex. n. 59. in fine, de appell.*

11 Extende quarto, vt etiam delegatus poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ interlocutoriæ, ex quo nondum

dici-

Digitized by Google

dicitur functus officio ſuo, *Card. Alex. in c. 63. dilecto ſub n. 58. q. ibi in interlocutoria autem de appell.* & ſentit apertè Vant. *tract. null. rubr. coram quo poſſit, & c. nu. 3. verſ. in omnibus ſol. 374.* dicens, quod in omnibus præterquam in diffinitiuis poteſt & debet tam ordinarius, quam delegatus iterum facere, quod minus rite fecit.

Subextende hanc extenſionem, vt habeat locum etiam in interlocutorijs habentibus vim diffinitiuę, & ſi tamen earum prolatione non expiret iuriſdictio iudicis delegati, quia iſto caſu, delegatus poterit de illarum nullitate cognoſcere ea ratione quia non dicitur expiraſſe eius iuriſdictio, *Card. Alex. ſupra citatus.*

12 Declara eandem extenſionem, vt licet iudex delegatus poſſit cognoſcere nullitatem ſuæ interlocutoriæ, tamen eo omiſſo, nullaque etiam appellatione interpoſita, poteſt per viam ſimplicis querelæ adiri ſuperior, qui delegauit, *Bal. in l. 3. aduerſus n. 1. in fine, C. ſi aduerſ. rem. iud. Franch. in c. 63. dilecto n. 67. in fine verſ. ſecundo intellige q. 27. de appell. & Rip. in l. 14. quod iuſſit ſub n. 70. verſ. quarto intellige ff. de re iud.*

13 Infero ex hac concluſione ſic extenſa, quod iudex ſicut poteſt cognoſcere de nullitate ſuę interlocutoriæ, ita etiam poteſt eandem interlocutoriam, quam ipſe tulit, reuocare, *Ant. de Butr. in c. 60. cum ceſſante ſub n. 10. verſ. ad primum ibi, de interlocutoria autem. Abb. n. 10. verſ. quoad primam. Franch. n. 7. & 8. verſ. ſi vero quæritur Card. Alex. n. 40. ſit ergo regula, & Dec. n. 32. verſ. quoad primum de appell. Iaſ. in l. 14. quod iuſſit n. 1. & Rip. n. 14. verſ. regula eſt ff. de re iud.* & pro hac illatione adde, quæ ſcripſi *ſupra q. 17. lim. 47 mem. 1. n. 30. & ſeqq.*

14 Amplia primo hanc illationem, vt is, qui interlocutoriam tulit, poſſit non ſolum eam reuocare, ſed poſſit etiam contrariam ferre, *vt dixi ſupra n. 5.*

15 Amplia ſecundo, vt non alius, quam ipſe poſſit interlocutoriam, vti nullam reuocare, *vt ſcripſi ſupra n. 6.*

16 Amplia tertio, vt iudex poſſit interlocutoriam reuocare, etiam parte non petente, *Socc. in l. 14. quod iuſſit nu. 24. & 25. verſ. ex hoc & docte. Iaſ. n. 30. ff. de re iud.*

17 Amplia quarto, vt in caſu, quo reuocatio, interlocutoriæ non eſt prohibita, iudex poſſit reuocare inuitus etiam & contradicentibus ambabus partibus, *Franch. in cap. 60. cum ceſſante n. 4. not. 6. de appel.*

18 Amplia quinto, vt poſſit reuocare, etiamſi ab ea fuerit appellatum, *vide infra n. 28. & 59.*

19 Amplia ſexto, vt poſſit reuocare, etiamſi in deterius reuocet, *Iaſ. in d. l. quod iuſſ. ſub n. 5. ampl. 4.*

20 Amplia ſeptimo, vt poſſit eam reuocare quandoq; vſq; ad ſententiam diffinitiuam, *Iaſ. in d. l. quod iuſſit ſub num. 5. ampl. 5. & Socc. num. 23. & 24* quia interlocutoria quoad iudicem non tranſit in rem iudicatam, *Gloſ. in capit. 3. Romana §. ſi vero in verbo, interlocutoriam de appellat. in 6. Franchus in c. 39. directè ſub n. 6. concluſ. 4. & cap. 60. cum ceſſante nu. 7. de appell.* & dixi ſupra *quæſt. 12. nu. 95. & 96.* vbi declaraui.

21 Amplia octauo, vt poſſit eam reuocare, etiam non refectis expenſis, quas fecerit is, qui interlocutoriam obtinuerat, & cuius præiudicium poſtea reuocatur, *Alex. in d. l. quod iuſſit n. 20. fall. 5. & Iaſ. n. 9. ampl. 9.* vbi teſtantur, &

* ſequuntur eſſe communem * opinionem, quam ego ſequor cum diſtinctione, vt ſit vera, ſi is, qui obtinet reuocari, non fuerit in culpa, aut negligentia, quare lata fuerit interlocutoria, ſecus ſi is fuerit in negligentia, ſeu culpa, & moueor ex eo, quia tunc ratione negligentiæ ſapiunt naturam expenſarum contumacialium, quas negligens debet reficere, *vt late ſcripſi ſupra q. 17. limit. 21. numero 67. & ſeqq.*

22 Amplia nono, vt etiam iudex delegatus poſſit ſuam interlocutoriam reuocare, *Gloſ. & Bar. in l. 14. quod iuſſit n. 8. q. 2. Alex. n. 4. verſ. pro expeditione Socc. n. 7. ibi contrarium. Iaſ. n. 19. in fine, verſ. in prima parte, & Rip n. 10. not. 1. & ſub n. 14. ff. de re iud. Abb. in c. 60. cum ceſſante n. 3 not. 2. Franchus n. 3. verſ. ſecundo tenementi, & Dec. nu. 15. not. 2. de appell.* & quod hæc ſit regula, quilibet poſſit reuocare interlocutoriam, etiamſi ſit iudex delegatus, ſcribit Felyn. *in c. 17. qualiter & quando nu. 6. verſ. venio igitur, & in finem, ibi, & etiam habet locum de accuſ.*

Amplia decimo in executore mixto, *Rip. in d. quod iuſſit ſub n. 14. ampl. 3.*

Amplia vndecimo, vt etiam arbiter poſſit interlocutoriam reuocare, *Rip. in d. l. quod iuſſit n. 14. ampl. 1.*

Amplia duodecimo, vt poſſit non ſolum reuocare interlocutoriam, ſed etiam ipſam reuocationem, hacque ampliatione præcipuè vtitur Auditor Cameræ in materia executiua, *vt ſcripſi ſupra quæſt. 17. lim. 47. memb. 1. numero 31.*

23 Subinfero primo, corroborando exemplis eandem illationem, quod iudex poteſt reuocare, & mutare primum bannum, quia interlocutoria, *Iaſ. in d. l. quod iuſſit n. 2. verſ. ſecundo adde.* & adde quæ ſcripſi ſupra *lib. 1. c. 97. nu. 38. & 106. & ſupra q. 5. n. 91.*

24 Subinfero ſecundo, quod poteſt reuocare taxationem expenſarum, *Iaſon. in l. quod iuſſit num. 6. ampl. 6.* etiam ſi eas taxauerit, præcedente iuramento partis, *Franch. in c. 60. cum ceſſante num. 24. lim. 11. & numero 53. verſ. decimoſeptimo de appell. & Aſin. in prax. iud. §. 32. cap. 7. num. 1. et ſeqq. ſol. 217.*

Tempora hanc ſublimitationem, vt nō procedat, quādo taxatio eſt facta cum ipſa ſententia diffinitiua, quia iudex non poteſt eam reuocare, *Franch. d. n. 53.* cum etiam illa taxatio ſit diffinitiua, *vt ex eod. Franch. retuli et ſequutus ſum ſupra q. 17. lim. 21. n. 64.*

25 Subinfero tertio, quod poteſt reuocare ſecundum decretum, id eſt miſſionem in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, *Iaſ. in d. l. quod iuſſit numero 7. et num 33. ibi, adde fortius ff. de re iud. adde infra numero 49.* quia hoc ſecundum decretum eſt ſententia interlocutoria, *vt retuli et ſequutus ſum ſupra q. 17. limit. 6. memb. 4. ſub numero 130. verſ. ratio.*

Subinfero quarto, quod poteſt reuocare ſententiam excommunicationis iniuſtè latam, *Iaſ. in d. l. quod iuſſit n. 8 ampl. 8. et Rip. ſub nu. 14. ampl. 7.* & adde quæ ſcripſi *ſupra lib. 1. c. 97. n. 196.*

Reliquas ſublimitationes, quæ poſſunt eſſe innumerabiles poſſunt eſſe interlocutoriæ, colliges ex his, quæ ſcripſi *ſupra quæſt. 17. limita 47. memb. 1.* vide etiam *infra numero 54.*

Adde quæ ſcripſi ſupra *d. lim. 47. mem. 1. n. 34. et 35.*

26 Limita primo nunc eandem illationem, poſitam *ſupra n. 13.* vt non procedat in interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, quia iudex qui eam tulit, non poteſt eam reuocare, *Gloſ. in cap. vlt. in verbo inanes de appell. in 6. Ant. de Butr. in capit. 60. cum ceſſante ſub nu. 10. verſ. ad primum ibi fallit primo, et Franch. num. 9. ibi, ſed tamen limita de appellat. Alexand. in l. 14. quod iuſſit numero 17. fall. 4. Socc. num. 16. not. 9. Iaſ. ſub num. 10. limita 9. et Rip. n. 27. fall. 8. ff. de re iudic. Felyn. in capit. 17. qualiter et quando num. 7. fall. 1. de accuſat. Rom. conſ. 258. in præſenti. Capic. deciſ. 1. numero 27. Thom. Trinſ. deciſ. 4. in vna iuſtinopolit. numero 28. verſ. vltra quod lib. 1. Lancell. tractat. de attent. par. 2. c. 12. lim. 1. num. 18. 53. ſol. 359. Brederod tract. de appellatione p. 2. tit. 3. col 53. verſ. ſed tamen litera B.* & quod ita te-

* nent omnes* teſtatur & ſequitur Abb. *in cap. ceſſante num. 11. verſ. hæc regula fallit.* quem ibidem refert & ſequitur Dec. *n. 36. verſ. primo concluſio.* de qua communi ſententia ſentit etiam Felynus *in d. capit. qualiter et quando ſub numero octauo ibi, et eſt communis,* dicens, communem eſſe ſententiam, quod interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, reguletur, prout diffinitiua, & teſtatur expreſſe,

& ſequitur Gail. *in pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 150. num. 5 in fine*, & ego ſequutus ſum ſupra *libro primo capitulo 97. ſub n. 105. verſ. contrarium*, & in ſpecie, quod delegatus non poſſit eam reuocare, quia facilius extinguitur iuriſdictio delegati, quam iuriſdictio ordinarij, Decius eodem capitulo cum ceſſante, *num. 15. & 16. not. 3.*

27 Contraria opinio, nempe quod poſſit eam reuocare, ſuadetur dupliciter.

Primo, quia ſententia lata ſuper deſertione appellationis habet vim diffinitiuæ, & eſt interlocutoria ſolum ad effectum, vt poſſit reuocari, *Theſſ. Foſſ. deciſ. 122. tertio prouocare ſub num. 12. verſ. quinto dicentur*, & ſi iudex poteſt reuocare abſolutionem ab obſeruatione iudicij, & interlocutoriam, non eſſe ad vlteriora procedendum, & appellationem eſſe deſertam, quæ tamen habent vim diffinitiuæ, *Magon. Lucen. Vincentius num. 20.* & multæ ſunt interlocutoriæ, habentes vim diffinitiuæ, quæ non tranſeunt in rem iudicatam quoad iudicem, & poſſunt reuocari, *Achil. de Graſſ. deciſ. 31. alias 257. attentata reuocanda num. 2. de appell. fol. 117. & Mandoſ. tract. de commiſſ. in 17. commiſſ. appell. in 1. inſtant. in verbo, ſeu vim diffinitiuæ habent. fol. 96.* & adde quæ ſcripſi ſupra *q. 17. lim. 47. memb. 1. ſub n. 186. verſ. declara.*

28 Secundo quia Doctores, tractantes quæ interlocutoriæ poſſint à iudice reuocari, ſunt in diuerſis opinionibus, quas hic ſummatim referam, & nunquam conſiderant, an interlocutoria habeat, vel non habeat vim diffinitiuæ, ſed ſolum, an habeat, vel non habeat qualitates, de quibus in eorum opinionibus, nunc à me referendis.

Prima ergo opinio fuit Azonis, qui tenet, quod omnis interlocutoria, quæ non continet, aliquid dari, vel fieri, poteſt reuocari; ſicque ſententia momentaneæ poſſeſſionis, quæ continet, aliquid dari, vel fieri, non poteſt reuocari, & conſequenter omnis interlocutoria, per quam deciditur incidens, vel emergens, poteſt reuocari; hancque Azonis opin. recenſent Gloſ. *in l. 14. quod iuſſit, in verbo, prætor. Bar. n. 9. verſ. quæro de qua ſententia. Alex. n. 5. verſ. vlterius poteſt quæri, & Iaſ. ſub n. 19. verſ. in tertia parte, ff. de iud. & Card. Alex. in c. 60. cum ceſſante, n. 39 verſ. circa reuocationem de appell.*

Secunda opinio fuit Hugonis, qui tenet quod interlocutoria, lata ſuper aliquo incidenti, vel emergenti, non poſſit reuocari, ſicque in hoc eſt de directo contrarius Azoni, licet cum eo concordet, quando interlocutoria continet, aliquid dari, vel fieri; hancque Hugonis opinionem recenſent etiam Gloſ. *in d. l. quod iuſſit in verbo prætor. Bart. ſubd. numero 9. ibi, alia eſt opin. Alex. ſub numer. 7. ibi, ſecunda eſt principalis opinio, & num. 11. verſ. in eadem, & Iaſ. ſub n. 22. verſic. ſecunda principalis opinio, ff. de re iudic. & Card. Alex. d. c. cum ceſſante, ſub n. 39. verſ. ſecunda fuit opinio.*

Vlterius hæc ſecunda opinio, quæ fuit Hugonis, tenet quæ reliquæ interlocutoriæ, quæ ſunt ad præparandam, vel ordinandam litem, poſſint reuocari, vt puta quando iudex iubet partibus, ſeu parti, quod adſit idibus, vel calendis decembris, *Gloſ. Bart. Alex. Iaſ. & Card. Alex. in locis ſupra proximè citatis.*

29 Pro intelligentia huius ſecundæ opinionis ſciendum eſt, quod incidens, & emergens dicitur tripliciter. Primo dicitur incidens, quod venit ad deciſionem incidentis; vnde interlocutoria, qua pronuntiatur, eſſe vel non eſſe ſeruum, dicitur lata, quando pronuntiatur, quod teſtis debeat admitti, vel non admitti, *Alex. in d. l. quod iuſſit, ſub num. 22. verſ. ſecunda opinio, & Rip. num. 13.* Secundo (& verius) incidens propriè dicitur illud, quod reſpicit merita cauſæ, ſicque habuit originem ante litem motam, vt ſi opponatur exceptio pacti de non petendo, tranſactionis, aut compenſationis: emergens vero propriè appellatur illud quod reſpicit proceſſum, & ſic non habuit cauſam, vel ſtiriorem ante iudicium, vt ſi dicatur, dilationem eſſe, vel non eſſe dandam, & teſtem eſſe vel non eſſe repellendum, quæ dicuntur emergentia, quia emergunt de nouo in cauſa, *Alex. in ead. l. quod iuſſit, ſub num. 6. verſ. tamen in quantum, Iaſ. num. 35. verſ. in ea gl. & Rip. d. num. 13. & Rebuff. tract. de expenſ. damn. & inter art. 2. glaſ. vna, num. 10. tom. 3. fol. 445.* Tertio (& copioſius) incidens quæſtio dicitur illa, quæ adiacet alteri, & venit adminiculatiuè, *Bal. conſil. 331. ſuper prædicto, lib. 1. Contar. in l. vnica, limit. 2. §. 1. num. 25. C. ſi de moment. poſſ.* ſeu vt dicat *num. 27.* dicitur illa, quæ mouetur per viam exceptionis, vel replicationis, ſeu triplicationis, & concernit negotium principale, ita quod, deciſa principali quæſtione, in conſequentiam cenſetur tacite etiam illa deciſa, & ideò non eſt neceſſe, quod decidatur expreſſè: dicitur etiam incidẽs quæſtio quodam præambulum, per quod deuenitur ad ſententiam diffinitiuam, vel, vt dicit *num. 28. verſ. differunt*, dicitur illa, ex qua pendet ſubſtantia, vel defectus actionis intentatæ, & petitionis, & vt dicit *n. 29.* dicitur incidens, quia incidit ipſum factum principale: emergẽs vero quæſtio eſt illa quæ concernit proceſſum, & eius ordinem, vel an perſonæ ſint legitimæ, vel an ſit danda dilatio, & hæc emergens examinantur ſeorſim à principali, & ſuper eis eſt pronuntiandum, quia de his cognoſcitur, & non terminantur vna cum principali, ſicut terminantur incidentes, *Contar. d. §. 1. ſub n. 28.* & emergens dicitur ad deciſionem litis *Contar. eod. §. 1. ſub n. 27.*

30 Emergens exceptio, & incidens exceptio in quo differant, explicat Fulu. Pacian. *tract. de probat. lib. 1. c. 58. n. 1. et ſeqq.*

Incidens emergens, dependens, annexum, & connexum in cauſis quid ſignificent explicant Mandoſ. *tract. de commiſſ. in 2. commiſſ. cauſ. beneſic. in verbo, incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, fol. 17. & ſequentibus.*

In Regno Franciæ ſecundum communem vſum loquẽdi incidens, & emergens confunduntur, & vnum ſumitur pro altero, *Rebuff. de art. 2. gloſſ. vna, n. 11. tom. 3. fol. 445.* & ſic etiam confunduntur apud nos.

Principalis quæſtio quæ dicatur, vide Bal. *d. conſ. 331. in principio, & Contar. d. §. 1. ſub n. 27.*

Tertia opinio fuit Gloſſæ *in l. 2. C. ſent. reſcin. non poſſ.* quæ tenet indiſtinctè, omnem interlocutoriam poſſe reuocari, hancque tertiam opinionem recenſet ijdem Bart. *in d. l. quod iuſſit, ſub num. 9. ibi, tertia eſt opinio, & Alex. ſupra n. 11. verſ. tertia fuit opinio, ff. de re iud. & Card. Alex. in cap. 60. cum ceſſante, ſub n. 39. verſ. tertia fuit opinio, de appell.* hancque opin. tenent Canoniſtæ *ſecundum Bart. vbi ſupra*, & ſequitur Iaſ. *in d. l. quod iuſſit, n. 22. in vltimis verbis ibi, breuiter conclude & num. 23.* dicens quod regula illius l. generaliter procedit, ſicut eſt generaliter poſita, quod qualibet interlocutoria regulariter poteſt reuocari, & mutari, ſiue contineat, aliquid dari, vel fieri, vel quiete poſſideri, ſicque reprobat primam opin. ſiue ſit deciſiua incidentis, vel emergentis, ſicque reprobat ſecundam opinionem.

Has tres partes opiniones, & quamlibet earum reprobant Bar. *in d. l. quod iuſſit, ſub num. 9. verſ. ſed certè ego puto, & Card. Alex. d. cap. cum ceſſante, ſub n. 39.* dicens, quod
* prima opinio communiter * reprobatur quia etiam in ſententijs, quibus iubetur, aliquid dari, vel reſtitui, admittitur reuocatio, & quæ ſecunda ſimiliter reprobatur, & quod tertia opinio eſt contra textum *in cap. ſignificantibus, &c.*

Quarta, & vltima opinio eſt Bartol. in d. l. quod iuſſit, *ſub num. 9. verſ. certè ego puto*, qui procedit, ſic diſtinguẽdo: quædam eſt interlocutoria, qua lata, iudicis officium nõ fungitur; & iſta indiſtinctè poteſt reuocari: quædam eſt

inter-

interlocutoria, qua lata, iudicis officium finitur; & hæc non poteſt reuocari; quod ex Bartol. refert, & ſequitur Franch. *in capit. 60. cum ceſſante, numer. 11. limita 2. de appellat.* hancque opinionem videntur cæteri communiter ſequuti, vt teſtatur & ſequitur Alexan. qui multa pro eius corroboratione recenſet *in dict. l. quod iuſſit, numero 12. verſic. Bartol. hic.* & ab ea non recedit Iaſ. ſuperius citatus pro tertia opinione, quia ſubdit, illam opin. eſſe intelligẽdam, & limitandam ſecundum Bart. & alios, niſi ſit talis interlocutoria, qua lata, finiatur officium iudicis.

Ex quibus opinionibus apparet, quod facultas reuocandi interlocutoriam non pendet ab habere, vel non habere vim diffinitiuæ.

31 Retenta tamen limitatione, poſita ſupra *num. 26.* quæ eſt communis.

32 Sublimita primo, declarando eam, vt procedat, quãdo hæc interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, fertur ſuper articulo principali, quia tunc illa ſententia, lata ſuper eo, non poteſt retractari, cum per eam ſit finitum iudicium, ſecus ſi ſit lata ſuper articulo incidenti, *Felyn. in rubr. ſub n. 4. ibi, hoc intelligit, de ſenten. & re iud. & in c. 17. qualiter & quando il primo, ſub n. 8. verſ. ſecundu limita. col. 6. verſus finem, de accuſ.* & ex eo retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. cap. 87. ſub n. 105. verſ. confirmatur etiam.*

Exemplifica primo hanc interlocutoriam ſuper articulo principali, quando iudex pronuntiat, inſtrumentum eſſe executioni mandandum, quia hæc interlocutoria habet vim diffinitiuæ, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. numer. 191.* & dicitur prolata ſuper principali deducto, & per eam finitum iudicium: neque poteſt dici propriè diffinitiua, quia vbi deficit litis conteſtatio omittunturque alia ſolemnia iudicij, non poteſt ferri ſententia, quæ ſit propriè diffinitiua, *Bart. in l. 18. titia numer. 4. ibi, vnde pro declaratione, ff. de accuſ.* quem refert & ſequi videtur Rip. *in rubr. ſub num. 14. ibi, vel aliter reſpondetur, ff. de re iudic.* etiam ſi per confeſſionem liqueat de cauſa, *Abb. in cap. 28. peruenit ſub num. 8 de appell.* nam cum ante litis conteſtationem cauſa principalis non dicatur deducta in iudicium, iudex non poteſt ſuper ea pronuntiare, *ad tradita per Bal. in auth. qui ſemel nu. 5. Cod. quom. & quando iud. & alios, quos refert & ſequitur Andr. Gail. in pract. obſeru. lib. 1. obſeru. 74. num. 14. & obſeru. 75. num. 4.* quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra libr. 1. cap. vlt. q. 7. ſub num. 8.* & faciunt, quæ dixi *eod. libr. 1. c. 97. num. 15.* & ideò ſecundum decretum eſt interlocutoria, cum fiat, lite non conteſtata, *Iaſ. quem citaui, & ſequutus ſum ſupra num. 25.*

Contrariam opinionem, nempe, quod iudex poſſit reuocare interlocutoriam, qua pronuntiauit, inſtrumentum eſſe executioni mandandum, tenent Rip *in d. rubr. ff. de re iudic. num. 13* & Luc. Pæt. *in pract. Capitol. lib. 3. cap. ſecundo, num. 31. & 32.* moti ea ratione, quod ſit interlocutoria.

Confirmatur hæc opinio contraria ex ipſa practica & ſtylo Auditoris Cameræ, qui paſſim decernit mandata executiua, & eadem reuocat, & poſtea confirmat, ſeu reuocat reuocationem, reponendo modo vnum, & modo alterum, ſicut retuli etiam *ſupra qu. 17. limit. 47. membr. 1. ſub n. 31. & infra nu. 371.*

Non diſcedo, loquendo in puncto iuris, ab exemplificatione, tum quia habet vim diffinitiuæ, vt firmaui *ſupra quæſt. 17 memb. 1. ſub nu. 191. verſic. concludo,* quod etiam tenuiſſe videmur *ſupra lib. 1. cap. 97. num. 107. verſ. minus obſtat,* tum quia licet aliqui quos citaui *d. limit. 47. mem. 1. ſub num. 191. verſ. contra,* dicant eſſe interlocutoriam; tamen non tenet indiſtinctè conſequentia, quod ideò poſſit reuocari; nam ſi interlocutoria eſt talis, vt ea finiatur officium iudicis, tunc non poteſt reuocari, ſiue eam dicamus habere vim diffinitiuæ, ſiue non patet ex his, quæ retuli *ſupra numer. 30. verſus finem, verſ. quarta & vltima,* in praxi tamen hæc exemplificatio apud nos in proceſſu executiuo, & coram iudicibus ordinarijs non ſeruatur.

Exemplifica ſecundo, quando iudex poſt oblatum libellum facit preceptum contra confeſſum, ſeu conuictum de ſoluendo, quia hoc præceptum habet vim diffinitiuæ, & non poteſt reuocari, *Rip. in l. quod iuſſit, numer. 3. verſic. quandoque et tertio, ff. de re iudic.* & quod iudex non poſſit reuocare præceptum, quod fecit parti, quod ſoluat, quia eſt interlocutoria lata officio iudicis mercenario, ſeu propoſita actione, quæ interlocutoria, non expectat aliam ſententiam poſt ſe ſcribit *Franch. infra proximè citatus.*

33 Sublimita ſecundo declarando, vt procedat, quando talis interlocutoria eſt lata officio iudicis mercenario, ſeu propoſita actione, quia tunc iudex dicitur functus officio ſuo, & ideò illam reuocare non poteſt, *Franch. in capit 90. cum ceſſante, ſub numer. 90. ibi, ſed tamen limita primo, de appell. & Felyn. in cap. 17. qualiter & quando, il primo ſub num. 8. verſ. ſed aduerte, ibi, ſecundo procedit fallentia. de accuſat.*

Secus ſi petitur aliquid officio iudicis nobili, puta ſuper decretis interponendis, *Franch. vbi ſupra.*

34 Sublimita tertio, vt procedat, quando illa interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, expectat poſt ſe aliam ſententiam diffinitiuam, quia tunc poteſt reuocari, *Alex. in l. 14. quod iuſſit, fallen. 4 ſub nume. 7. verſ. dicebat, & Soccin. num. 68. & 69. ff. de re iud. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. actu. 1. in verbo & demum fertur ſententia, num. 46. fol. 438.* quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. cap. 97 ſub nu. 105. verſ. non obſtant.*

35 Sublimita quarto, vt non procedat quando ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, eſt appellatum, quia tũc etiam ſi per illam interlocutoriam expiraſſet iuriſdictio iudicis, tamen poteſt eam reuocare, quia per appellat. videtur remanere iudex, & non videtur expirata iuriſdictio vt in pronuntiatione ſuper deſertione appellationis dixit Rot *deciſ. 12. alias 89. ſi à pronunciat. de appell. in nou.* quam referunt & ſequuntur Ant. de Butr. *in capic. 60. cum ceſſante num. 12. ibi, ex his deciditur, col. 4. Abb. ſub nu. 12. ibi hoc tamen. Card. Alex ſub num. 40. fallen. 2 ibi, item hoc verum de appell. Franch. in cap 8. ex ratione ſub n. 82. verſ. ſecundo quæritur verſ. ſed tu limita & Card. Alex. num. 48. verſ quinta eſt quæſtio, ibi, hoc tamen limitabis eod. tit. de appell. Felyn. in capit. 17. qualiter & quando fall. 2. limit. 2. ſub num. 8. col. 7. de accuſ. & Capic. deciſ. 1. nu. 27. & 29.* quem refert & ſequitur Lanc. *tract. de attent. par. 2. c. 12. de attẽt. & inn. appel. pend. limit. 1. princip. n. 18. fol. 358.* hancq; ſublimitationem tenet etiam Socc. *citatus infra verſ. ſed licet,* & tenui *ſupra lib. 1. cap. 97 ſub num. 61.*

Confirmatur hæc limitatio, quia ſi ſit lata interlocutoria appellabilis, & ab ea ſit appellatum, iudex poteſt eam reuocare, vt retuli, & ſequutus ſum *infra nu. 59. verſ. ſublimita tertio.*

Contra hanc ſublimitationem de directo tenent, Bal. *in cap. 60. cum ceſſante, num. 9. de appell. dicens,* quod iudex non poteſt reuocare, ſi ſit appellatũ, *Ioſ. Cal. & Imol. quos refert, & ſequitur Alex. in l. 14. quod iuſſit, ſub nu. 29. verſ. ſed 10. cald de re iud.* dicens, quod iſta opinio videtur forte verior, & auctoritatibus, quæ adducuntur in contrariam, reſpondet, & ad hunc locum ſe remittit idem Alex. *in ead. l. quod iuſſit, fall. 4. ſub n. 17. ibi, item ſubdit,* vide eum, quia admonet eſſe menti tenẽda, quia, inquit, ſunt paſſus notabiles, & putat ab alijs non eſſe, vt ab ipſo diſcuſſos.

Sed licet Alexand. credat, ſe paſſum hunc bene diſcuſſiſſe, tamen contra eum, defendendo ſublimitationem ſcribit ibidem Soccin. *numer. 47. & ſeqq. verſ. tertia difficultas.*

At

Digitized by Google

At Rip. *in eadem l. quod iuſſit. ſub n. 18.* declarat. 2. citatis Rot. & aliquibus alijs pro ſublimitatione poſtea, nemine citato, eam impugnat, dicens, eam ſibi non videri tutam, & ideò ſuper ea eſſe cogitandum.

Retenta ſublimiatione.

36 Intellige, eam eſſe veram etiam in delegato, prout in delegato loquuntur Franch & Card. Alex. citati ſupra in ſublimitatione.

37 Infero etiam ex ea ortam eſſe cautelam, & ſtylum in tribunali Auditoris Cameræ, vt is, contra quem Auditor Cam. decernit mandatum, ſeu aliam proferr interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, Appellet, & Auditor Cam. eum reponat, & aduerſarius appellet à reſponſione, & Auditor Cam. reponat à repoſitione, quia, attenta hac ſublimitatione poſſit Auditor Cam. appellantes reponere à decretis habentibus vim diffinitiuarum ſententiarum prout hanc vim habere videntur omnia decreta, ſeu mandata, quæ decernit exetutione non conteſtata litè iuxta ea quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra *num. 32. verſ. exemplifica.* & hæc de prima limitatione poſita ſupra *numer. 26.*

38 Limita ſecundo eandem illationem poſitam *ſupra nu. 13.* vt non procedat, quando interlocutoria non expectat poſt ſe aliquam diffinitiuam, vt puta, quia iudex pronuntiat, aliquem non eſſe audiendum, quia tunc per talem pronuntiationem expirat officium iudicis, & ideo iudex non poteſt hanc interlocutoriam reuocare, *Franch. in cap. 66. cum ceſſante. ſub n. 11. limit. 2. & Card. Alex. ſub num. 40. verſ. ſit ergo regula de appell.* hæcque limitatio videtur de mente Bartoli, & aliorum, quos retuli *ſupra n. 30. verſus finem verſ. quarta.* dum tenent interlocutoriam, qua finitur officium iudicis, non poſſe reuocari; immo ſecundum Breder. *tract. de appellat. p. 2. tit. 3. col. 53. verſ. ſed tamen litera B.* interlocutoria iſta, quæ non expectat poſt ſe aliam ſententiam, non poteſt reuocari, quia dicitur habere vim diffinitiuæ, quod etiam ex Franch. retuli, & ſequutus ſum *ſupra q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 209.*

39 Comprobatur iſta limitatio, quando iudex pronuntiat aliquem non eſſe audiendum, quia eiuſmodi interlocutoria trahit ſecum executionem ſine facto hominis, *Iaſ. in l. 14. quod iuſſit. ſub n. 32. ibi amplia etiam, ff. de re iudic.* ſed iudex non poteſt reuocare interlocutoriam, cui datur executio à lege ſiue facto hominis, *Alex. Iaſo. & Card. Alex. quos retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 62. verſ. extende ſecundo, Ergo &c.*

40 Exemplifica primo eandem ſecundam limitationem in interlocutoria, quia iudex pronuntiat, non eſſe procedendum ad vlteriora, quia tunc dicitur finitum officium iudicis, ſeu dicitur finita iuriſdictio iudicis, vel dicitur functus officio ſuo, & conſequenter non poteſt reuocare, *Bar. in d. l. quod iuſſit. ſub num. 9. verſ. certè puto & Rip. nu. 17. verſ. ex iſta fallentia. ff. de re iudic. Franch. in cap. 60. cum ceſſante, limit. 2. numer. 21. de appellat. Felyn. in cap. 17. qualiter & quando il primo, ſub num. 8. fallen. 2. col. 7. de accuſ.* quando enim interlocutoria eſt lata officio iudicis nobili, ſeu, propoſita actione, & non expectat poſt ſe aliã ſententiam, tunc non poteſt reuocare, *Franch. d. cap. 60. cum ceſſante, ſub n. 9. verſ. ſed tamen limita primo.*

41 Exemplifica ſecundo quando pronuntiat, abſoluendum eſſe reum ab obſeruatione iudicij, *Felyn. vbi ſupra, & Franch. d. cap. 60. cum ceſſante. ſub num. 11. limit. 2. de appell.*

Intellige hanc exemplificationem in delegato, & arbitro; ſecus in ordinario, *Franch. Felyn. in locis citatis. & adde ſupra n. 27. verſ. primo quia.*

42 Exemplifica tertio, & eſt exemplum clarum, quando delegatur vnus articulus incidens, vel emergens, vt puta, an ſententia ſit exequenda, vel teſtes ſint examinandi, quia cum is delegatus definiendo pronuntiauerit ſuper illo articulo, non poteſt illam pronuntiationem amplius reuocare, quia functus eſt officio ſuo, *Rip. in d. l. quod iuſſit. n. 21. lim. 2. ff. de re iud.*

43 Intellige hanc exemplificationem, vt in delegato procedat, etiam ſi interloqueretur conditionaliter, cum intimatione niſi ad primam diem, quare licet iudex executorialis decernat, & relaxet mandatum executiuum, niſi ad primam diem, cum intimatione, & reus in termino intimationis compareat & aliquid alleget, tamen delegatus non poteſt illum reponere, & ita vidi ſeruatum.

44 Amplia primo eandem limitationem, vt maximè procedat quando iudex pronuntiat, ſe eſſe incompetentem, de qua ampliatione, ſequutus morem aliorum, formaui ſequentem particularem limitationem infra num. 51. vide ibi.

45 Amplia ſecundo, vt interlocutoria in prædictis exemplis reuocari non poſſit etiam de partium conſenſu; de hac ampliatione vide infra num. 53.

46 Declara eandem limitationem, ſic exemplificatam, eſſe veram, quando iudex, aditus actione propoſita, pronuntiauit, quia tunc talis pronunciatio dicitur facta officio iudicis mercenario, & conſequenter dicitur functus officio ſuo, ideò interlocutoriam reuocare non poteſt, quia eſt eadem ratio, quæ in diffinitiua, *Bart. in l. 14. quod iuſſit, num. 20. verſ. quæro quid in ſententia. Alex. num. 37. verſ. vlterius quærit, Socc. num. 66. verſ. ex dictis, ff. de re iud. Cardin. Alex. in c. 60. cum ceſſante. ſub n. 40. verſ ſit ergo regula, de appell.*

47 Subdeclara hanc declarationem eſſe veram in interlocutoria, lata ex cauſa, quæ concernat merita cauſæ, vt puta, pronuntio, te non eſſe audiendum, ſeu non eſſe procedendum ad vlteriora, aut tuum aduerſarium eſſe abſoluendum ab obſeruatione iudicis, quia obſtat præſcriptio, tranſactio, vel abſolutio alias habita, quia eiuſmodi interlocutoriæ dicuntur habere vim diffinitiuarum, & ideo ab eis datur appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q. 17. memb. 1. ſub numer. 27. verſ ſecus.* & conſequenter, attentis etiam limitatione, de qua *ſupra n. 26.* & dictis ea, non poteſt iudex eas reuocare.

Secus ſi ſit lata ex cauſa, quæ non concernat merita cauſæ, vt puta, quia libellus eſt ineptus, vel quia inſtantia eſt finita, quia iſto caſu non dicitur iudicis iuriſdictio, ſeu officium finitum, cum ſolutis parti expenſis, poſſit dari nouus libellus, & inchoari noua inſtantia; eodem modo ſi iudex pronuntiauit, non eſſe procedendum in cauſa, eo quia non fuit ſatiſdatum de iudicio ſiſti, vel de iudicato ſoluendo, quia hæc pronuntiatio non finit officium iudicis, cum poſſit ſatiſdari, & in cauſa procedi, vt motiuanda contra Bar. ſcribit Iaſ. *in d. l. quod iuſſit, num. 24. verſ. aduerte circa primum,* & Rip. *n. 17. verſic. ex iſta fallentia, ff. de re iud.*

Contra vtramque partem huius ſubdeclarationis oppono, & primo contra primam, quia Alex. & Socc. quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra n. 34. ſublimit. 3.* tenet quod iudex, qui pronuntiauit, exceptionem pacti obſtare, poteſt illam pronuntiationem reuocare, ex quo poſt ſe expectat aliam diffinitiuam.

Cōtra ſecundam partem, defendendo Bartolum, & reſpondendo motiuo ſcribunt ijdem Iaſ. *vbi ſupra,* quod præfatæ interlocutoriæ, contentæ in hac ſecunda parte ſubdeclarationis, trahunt ſecum executionem, quia faciunt, vt non ſperetur amplius diffinitiua in illa cauſa, & ideo, inquit, non poteſt reuocari, ſicut quando eſſet facta executio per hominem, & Rip. *vbi ſupra* dicens, quod Bart. non facit illationem, quod iudex non poſſit reuocare præfatas interlocutorias, quia ſit finita iuriſdictio, ſed quia iudex functus ſit officio ſuo, quæ ratio, inquit adaptatur etiam ad caſum, quando iudex pronuntiauerit libellum ineptum, & in eo non eſſe procedendum,

quia

quia tunc iudex quod illud iudicium dicitur functus officio ſuo.

48 Sublimita eandem ſecundam limitationem poſitam ſupra num.37. vt non procedat, quando iudex aditus implorato eius nobili officio pronuntiat, quia tunc poteſt pronuntiationem, ideſt, interlocutoriam reuocare, vt cum dat tuto em cum interponi decretum ſuper alienatione rei minoris, quia tunc non finitur officium iudicis nobile, & ideo poterit, eo denuo implorato, adiri, vt, cauſa cognita, reuocet, Bar. in d.l. quod iuſſit, ſub num. 20. verſ. quaero quid in ſententia, ibi, ſi vero iudex. quem ibidem referunt, & ſequuntur Alex. ſub numero 37. verſ. vlterius quaerit. Socc. num. 66. & 70. verſ. ſecunda concluſio, & num. 71. verſ. tertia concluſio, Iaſ. ſub num. 39. verſ. ſeptimo quaero ibi ſecunda concluſio, ff. de re iud. Felyn. in capit. 17. qualiter & quando il primo, fallen. 1. limit. 1. ſub numero. 8. verſ. ſed aduerte quia iſta fallentia, de accuſatione, & ex Franchio retuli, ſequutus ſum ſupra numer. 33. in vltimis verbis.

49 Exemplifica hanc ſublimitationem in interlocutoria, quam iudex profert, interponendo ſecundum decretum, quia illam interlocutoriam, vt ploratam nobili iudicis officio, poſſe reuocari, ſcribunt Alex. in d.l. quod iuſſit, ſub numero 37. verſ. diligenter nota, Iaſon. ampl. 7. numero 7. & ſub numero 49. verſ. ſeptimo quaerit. ff. de re iudic. Cardin. Alexand. in cap. 60. cum ceſſante, ſub numero 40. verſic. ſit ergo regula, fallentia 1. de appellatione, & Contar. in d.l. vnica, in ſecunda ratione decidendi, numero 43. verſ. intellige tamen, C. ſi de momen. poſſeſſ. & quod in iſta videatur
* communis * opinio ſcribit, impugnando eam, Iaſonius in d.l. iunctat. quod iuſſit, ſub numero 34. ibi, ſed aduerte. dicens, quod cum habeat vim diffinitiuae non debet poſſe reuocari.

50 Declara hanc exemplificationem eſſe veram in iudice ordinario, ſecus in delegato, quia is non poteſt ſecundum decretum reuocare; Alex. in d.l. quod iuſſit, n. 19. verſ. imò alias. ff. de re iudic.

51 Limita tertio, ſeu potius exemplifica ſecundam limitationem poſitam ſupra num. 38. quamuis iudex pronuntiat, ſe eſſe incompetentem, quia tunc dicitur finitum eius officium, ſeu dicitur functus officio ſuo, & ideò non poteſt illam pronuntiationem reuocare, Abb. in cap. 60. cum ceſſante, ſub num. 11. & 12. ibi, exemplum Franchy. limit. 2. num. 11. & Card. Alex. ſub num. 40. fallentia 2. de appellatione, Felyn. in cap. 17. qualiter & quando, il primo, ſub n. 9. fallen. 2. col. 7. de accuſatione. Guid. Pap. tract. de appellatione, q. 80. num. 53. tom. 5. fol. 59. Bar. in repetitione l. 2. ex quacunque, ſub n. 13 ff. ſi quis in ius voc. non ier. & in l. 14. quod iuſſit, ſub n. 9 verſic. ſed certè ego puto. quem ſequuntur om-
* nes* vt teſtantur ibidem Iaſon. n. 25. verſ. ſecundum exemplum, & Rip n. 16. verſ. limita primo, ff. de re iud Quare eſt limitatio communis.

Ratio ſecundum praecitatos Doct. eſt, quia per hanc interlocutoriam totaliter extinguitur iuriſdictio iudicis.

52 Extende primo hanc limitationem, vt in tantum non poſſit reuocare, quo ſi reuocet, nulliter reuocet, & non ſit neceſſe appellare a reuocatione, ſed poterit agi de nullitate dictae reuocationis Guid. Pap. in loco citato num. praecedenti.

53 Extende ſecundo, vt delegatus reuocare non poſſit etiam de conſenſu partium, Iaſ. in d.l. quod iuſſit, n. 26. verſ. iſtam concluſionem, in fine, ff. de re iudic. & ita ſentit Franch. in c. 60. cum ceſſante, ſub n. 11. lim. 2. de appellatione, ſi non oſcitanter legatur.

54 Extende tertio, vt procedat etiam in interlocutoria, qua pronuntiauit, ſe eſſe competentem, quia habet vim diffinitiuae, & ideò eam reuocare non poteſt Iaſ. in l. 14. quod iuſſit, ſub n. 25. verſ. ſecundum exemplum in fine, ibi eodem modo. ff. de re iud.

Contra iſtam extenſionem, quod enim poſſit eam reuocare, tenent. Bar. in repetitione l. 2. ex quacunque ſub n. 13. verſus finem, ibi. ſi autem iudex pronuntiat ſe iudicem eſſe Iaſ. ſub n. 38 verſ. ſecundo limita, quando ipſemet ibi, an autem iudex. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & firmat Rip. in d.l. 14 quod iuſſit. n. 20.

55 Sublimita primo eandem limitationem, vt procedat in delegato, qui eam reuocare non poteſt, ſecus eſt in iudice ordinario, quia is poteſt eam reuocare, Alex. in l. 14. quod iuſſit, n. 27. fallen. 12. ff. de re iud. Franch. in cap. 8. ex ratione. n. 82. verſ. ſecundo quaeritur. & Card. Alex. n. 48. verſ. quinta eſt quaeſtio. de appell. idem Franch. in cap. 60. cum ceſſante. ſub n. 11. limit. 2. verſ. ſecundo aduerte. & Card. Alex. ſub n. 40. fallen. 2. & Dec. n. 43. ibi, praedicta limitatio. de appell. & in hac ſublimitatione reſidet Bar. in repetit l. 2. ex quacunque. ſub num. 13. ff. ſi quis in ius voc. non ier. dicens, quod ſi iuriſdictio ſibi competit in veritate, poteſt reuocare, & ſimpliciter Iaſ. ſub n. 38. verſ. ſecundo limito quando ipſemet. ibi, an autem iudex. in fine.

Contra hanc ſublimitationem, nempe quod neque ordinarius poſſit reuocare, vrgent motiua Alex. vbi ſupra, quibus non ſatisfaciunt reſponſiones Felyn, ideoque in hac contraria opinione, citatis etiam pro ea Rom. Mat. Socc. & Bal. videtur reſidere Iaſ. d. in l. quod iuſſit, ſub n. 30. verſic. iſtam concluſionem. ff. de re iud. & aduerte quod lectura Iaſonis in libro meo eſt corrupta, quia verba, (reprobata aliter hic) ſunt legenda (reprobat Alex. hic) in hac eadem contraria opinione videtur reſidere Felyn. in cap. 17. qualiter & quando il primo, ſub num. 9. fallen. 2. verſ. ſed iſtam fallentiam, de accuſ. & Rip. in d. l. quod iuſſit. numer. 18. verſ. declara modo, dum hanc vltimo referunt loco.

Non recedo à ſublimitatione, tum quia eam defendit
* Dec. vbi ſupra, tum quia tenetur * communiter.

56 Infero ex hac ſublimitatione, quod iudex ordinarius poteſt reuocare interlocutoriam, qua pronuntiatur, cauſam appellationis eſſe deſertam, Franch. in d. cap. ex ratione. num. 82. & Card. Alex. nu. 48. de appell. & ſcripſi ſupra num. 27.

57 Sublimita ſecundo, vt procedat ſi iudex pronuntiauit, ſe eſſe incompetentem ſuper negotio principali, quia tunc non poteſt reuocare, ſecus ſi ſuper aliquo dependente à principale, quia non expirat iudicis officium, Alex. d.l. quod iuſſit, fallen. 12. n. 28. verſ. item limita. & Rip. n. 19. declar. 3. ff. de re iud. Felyn. in c. 17. qualiter & quando il primo, ſub n. 8. limit. 3. col. 7. de accuſ.

58 Infero notabiliter ex iſta ſublimitatione, quod ſi iudex laicus, coram quod diſcureretur emergenter articulus filiationis, & in iſto articulo veniret diſcutienda cauſa matrimonij, & iudex laicus remitteret cauſam iudici eccleſiaſtico, poſſet remiſſionem reuocare, vbi ſupra dicens, ſe ita conſuluiſſe.

59 Sublimita tertio, vt non procedat, quando à tali interlocutoria fuit appellatum, quia tunc poterit reuocare, Dec. in cap. 60. cum ceſſante. ſub n. 41. & 42. ibi, iſta limitatio procedit. de appell. Ant. de Butr. Abb. Frāch. Card. Alex. Felyn. Capic. Loncell. & Socc. quos retuli, & ſequutus ſum
* ſupra n. 35. Et quòd haec ſit * communis teſtatur, & ſequitur, reſpondēdo contrarijs, Dec. vbi ſup. & quòd ſi ſententia interlocutoria ſit appellabilis, & ſit ab ea appellatum, poſſit iudex eam reuocare, ſcribit Bar. in l. 14. quod iuſſit, n. 12. verſ. quaero vtrum, ff. de re iudic. & quod iudex poſſit reuocare interlocutoriam, non obſtante, quòd ab ea ſit appellatum, ſcribit Franch. in d. cap. cum ceſſante not. 6. nu. 5. de appell.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod iudex à quo non poteſt, pendente appellatione, aliquid innouare.

Quia reſpondeo, quod poteſt reuocare grauamen illatum, quia tendit ad faciliorem exitum appellationis, vt

refert,

Digitized by Google

refert & ſequitur Lancell.tract.de attent.part.2. cap.12.de attent.& innouat.appellat.pend.limit.4. princ. num.7.tom. 5.fol.363.

Contra hanc ſublimitationem titubando tenent Rip. *in d.l.quod iuſſit,ſub num.18.declar.2.ibi, iſta declaratio,*& ſentiunt Ioan.Calde.Imol.& Alex. quos citaui ſupra *ſub n.35.verſ.contra hanc.*

Non recedo à ſublimitatione, quia eſt communis, & procedit etiam in delegato, *vt notaui ſupra nume.36.verſ. intellige.*

60 Sublimita quarto, vt procedat in ordinario, ſeu delegato, principaliter dato ad deciſionem cauſæ, ſecus in executore, acceſſoriè dato pro executione gratiæ, *Felyn. in cap.17. qualiter & quando il primo, ſub num.10.limit.4. colum.8.de accuſat.& Rip.in d.l.quod iuſſit,ſub num.19.declar.4.ff.de re iud.*

61 Limita quarto eandem illationem poſitam ſupra nu. 23 quando interlocutoria eſt bis confirmata, quia tunc ſicut ad ea non licet amplius appellare, ita etiam non poteſt reuocari, *Abb.in cap.60.cum ceſſante,numer.13.caſ.3. Franch.n.12.limit.3.Card.Alex.ſub n.40.fallen.3. & Dec. n.45.fallen.3.de appell.Felyn.in c.17. qualiter & quando, il primo,fallen.3.n.10.col.8.de accuſ. Alex.in l.14.quod iuſſit, fall.6.n.21.& Rip.fall.6.num.25.ff.de re iud.* dicens, quod hæc limitatio nullum habet dubium.

Neque in hac limitatione intelligo de confirmatione, quam idem iudex, dum partes appellant ſolent facere per viam depoſitionis, de qua loquitur *Galleſ. ad form.Camer. oblig.part.3.rubr.reliqua de proceſſu, nu.27.& ſeqq.tom.6. part.2. fol.362.* ſed intelligo de confirmatione facta per viam appellationis à iudice ad quem.

62 Ratio huius limitationis eſt, quia licet interlocutoria reſpectu iudicis ſit de illo genere ſententiarum, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, de quibus ſententijs locutus ſum *ſupra lib.1.c.94.ſub n.131.* tamen, quando confirmata, tranſit in rem iudicatam, & quoad partem, & quoad iudicem, *Ant.de Butr.in c.6.fraternitatis, ſub nu.32.verſ. nota mirabilem,de frigid.& maleſ.et Franch.in cap.60.cum ceſſante.ſub nu.12.limit.3.de appell.*

63 Infero ex hac limitatione, quod iudex poteſt bis tantũ, & non vltra reuocare interlocutoriam quia bis tantum poteſt appellari, *Bart.in dict.l.quod iuſſit numer.17. verſic. quæro an iudex, Socc.num.60.& 61.ff.de re iud.Rebuff.in l. vnica,not.1.numer.6.C.de ſentent.quæ pro eo &c. fol.356.* hancque eſſe communem & magis communem opinion. & Canoniſtas eam ſequi teſtatur *Iaſ.in dict. l.quod iuſſit, n.43.verſ.quarto quærit.& num.46.in fine*, & ex eo refert Tiraq.*in l.boues,§.hoc ſermone,num.45.verſ.at ſunt,in fine, ff.de verb. ſignif.*

Contra iſtam illationem, & erit ſecunda opinio; nẽpe quod iudex poſſit ſæpius, & millies reuocare interlocutoriam, tenuerunt Ang.& alij, quos referunt idem Iaſ.*in d.l. quod iuſſit,ſub num.43.verſ.vnde ſecunda,* & Tiraq.*d.§.hoc ſermone,num.43.verſic.& in hac.* hancque opin. contra illationem ſeruat Auditor Cameræ, vt recenſet Galleſ.*d. rub.reliqua de proceſſu,nu 27.& ſeqq. & ſcripſi ſupra q.17. limit.47.memb.1.num.31.*

Contra eandem illationem, & contra ſecundam opinionem; & erit tertia opinio; nempe quæ iudex poſſit ſemel tantum ſuam interlocutoriam reuocare; tenuit Petr.de Bexu.*in dict.l.quod iuſſit, vt refert ibidem Iaſ. ſub d. numer.43.verſ.tertia fuit,* & ex eo Tiraq. *d.§.hoc ſermone, numer.45.verſic.at ſunt,* hancque opin. comprobat Iaſ.*in d.l.quod iuſſit,num.44.& ſeqq.* dicens, quod eſt ſuſtentabilis in puncto iuris.

Non recedas ab illatione, à qua, quia eſt communis, minus videtur recedere ipſemet Iaſ. *d.nu.46. in fine.*

64 Extende eandem limitationem, vt procedat etiam quando ſemel tantum fuit via appellationis confirmata, quia tunc ſine noua appellatione non poteſt amplius reuocari: Vel enim loquimur in iudice à quo, & is non poteſt, tum quia reuocatio haberet in ſe notoriam iniuſtitiam, cum iam fuerit confirmata, ſicut de ea, quæ bis fuerit confirmata, ait Abb.& ex eo refert, & ſequitur Felyn. *in locis citatis ſupra num.61.* tum quia per appellationem, & deuolutionem illius articuli ipſe non eſt amplius iudex in illo articulo: & maxime quia in eo grauauit: immo eo ipſo quod detulit appellationi, ſeu eo ipſo quod cauſa eſt deuolutiua, non poteſt illam reuocare, teſtibus ijs, quos remiſſiuè citaui, & ſequutus ſum *infra num.66.* Vel loquimur in iudice ad quem, & is ſimiliter non poteſt eam reuocare, quia, cum pronũciauerit in illo articulo, ipſe functus eſt officio ſuo, & ideò ſuccedunt ea, quæ ſcripſi *ſupra n.51.& n.30.verſus finem,* & maximè ſi confirmauit, quo caſu de iure communi redit ad iudicem à quo, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra q.17.limit.47.mem.3.n.19.* & conſequenter expirauit eius iuriſdictio.

65 Sublimitationes quaſdam huius limitationis poteris, ſi placent, videre apud Felyn.*in c.17.qualiter & quando,il primo,fall.3.ſub n.10.de accuſat.*

66 Limita quinto, quando pars appellat ab interlocutoria, & iudex appellationi defert, quia poſtquam appellationi detulerit, non poteſt interlocutoriam reuocare; hanc limitationem, eiuſque extenſiones, citatis Bartol. Soccin.Felyn.Maran. & alijs latè poſui *ſupra limitat.47. memb.1.n.41.& ſeqq.verſ. reſtringe quinto.* ideò hic non repeto.

67 Limita ſexto, quando interlocutoria eſſet executioni demandata, qui tunc iudex non poteſt illam reuocare; hanc limitationem, eiuſque extenſiones poſui *ſupra dict. limit.47.membr.1.numer.58.& ſeqq.* in quibus latè explicatur.

68 Limita ſeptimo, quando iudex, debitè requiſitus, non daret Apoſtolos; vide *ſupra q.13.nu.59. & q.17.limit.47. memb.1.n.54.& ſeqq.* in quibus explicatur.

69 Limita octauo, quando iudex ad quem inhibuiſſet, vide *ſupra qu.17.limit.47.memb.1.numer.69.& ſeqq.* in quibus explicatur.

70 Limita nono, quando interlocutoria fertur ſimul cum diffinitiua ſuper negotio principali, quia tunc iudex dicitur functus officio ſuo, & ideo eam reuocare nõ poteſt, *Rip.in l.14.quod iuſſit,limit.4.n.23.ff.de re iudic.*

71 Adde pro declaratione quod ſcripſi *ſupra qu.17.limit. 47.memb.1.num.35.*

72 Reliquas limitationes, ſeu caſus, in quibus iudex non poteſt interlocutoriam reuocare, non proſequor, tu poteris videre apud Doct.*in l.quod iuſſit, ff.de re iud.& in c. 60.cum ceſſante,de appellat.* vbi Franch.*numer.8. & ſeqq. verſ.ſecundo limita. vſque ad num.31.* poſuit quatuordecim limitationes, & Card.Alexand.*num.40.* congeſſit viginti duas fallentias, ſeu limitationes, & de illis forſan intellexit Socc *in d.l.quod iuſſit,ſub numer.50.verſic.ſecunda concluſio,* dum inquit, poſſem etiam ponere vigintiduas limitationes; vide etiam Felyn.*in cap.17.qualiter et quando,il primo,de accuſatione,* & vide quæ ſcripſi *ſupra quæſt. 17.limit.47.memb.1. nu.30.et ſeqq.* & hæc ſufficiant circa primum caſum, poſitum *ſupra num* 2.

73 ¶ Capio ſecundum caſum in ſententia diffinitiua, poſitum *ſupra ſub d.num.1.*& in hoc firmo duas regulas, & de ſecunda ſcripſi *infra num.109.*

Prima igitur regula eſt, quod ſi nullitas deducitur principaliter, ſeu ſimpliciter ſine appellatione, prout intentari poſſe retuli, & ſequutus ſum *ſupra concluſ.3.numer.3. verſ.principaliter,* poterit ea intentari vel coram iudice ordinario, qui ſententiam protulit, vel coram ſuperiore, *Bart.in l.19. ſi expreſſim,ſub num.14. ff. de appellat.et relat. et in l.4.ſi vt proponis,ſub num.3.ibi,aliud C.quom.et quan. iud.ad electionem eius, qui eam intentat, Abb.in capit.9.in*

litteris,

literis, verſus finem, num. 6. ibi, aut deducitur nullitas, & Felyn. nu. 4. verſ. quis dicatur autem de offic. & poteſt. iud. deleg. & in cap. 40. per tuas, ſub n. 8. de ſent. excom. Franch. in cap. 63. dilecto, ſub n. 65. quæſt. 27. verſic. non obſtat. l. vbi cæpium. & Card. Alex. ſub n. 58. q. 8. verſus finem. ibi, aut principaliter, de appellat. & ita intelligas Papien. *in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſ. fuiſſe & eſſe ſub nu. 7. fol.* 410 & de commun.* opinione teſtatur, & ſequitur Vant. *tract. null. rubr. coram quo poſſit, &c. num. 7. & 8. fol. 374.* & quod poſſit iudex ordinarius à quo cognoſcere de nullitate ſcribit Guid. Pap. quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra quæſt. 17. limit. 2. in fine*, & quod poſſit adiri vel ipſe ordinarius, qui ſententiam tulit, vel eius ſucceſſor, ſcribit Franch. ſupra proxime citatus.

74 Infero ex hac regula, quod inferior, quamuis ſit iudex ordinarius, non poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ latæ, à ſuo ſuperiore, *Franch. in d. cap. 63. dilecto, n. 68. & 69. quæſt. 28. & Card. Alex. n. 60. de appellat.*

Ratio huius illationis eſt, quia nullitate venit tractanda reſciſſio ſententiæ, quæ, vt loquendo in reſtitutione in integrum, retuli & ſequutus ſum *rem. ſeq. ſub num. 31. verſ. ratio. reſcindi debet à ſuperiore.*

75 Reſtringe primo hanc illationem, vt non ſit vera quando nullitas eſt notoria, vel manifeſta, apparens per inſpectionem ipſius ſententiæ, quia tunc nullitas ſe ipſam demonſtrat, & habet vitium patens, ideoque non requiritur ſolemnis declaratio, & ordinarius poſſet iſto caſu cognoſcere de nullitate proceſſus, ſeu ſententiæ delegati Apoſtolici, quamuis delegatus Apoſtolicus ſit maior quocunque ordinario, *Franch. d. cap. dilecto, n. 70. quæſt. 28. & Cardin. Alex. ſub n. 60. ibi, quod limit. & Vant. tract. nullit. rubr. coram quo poſſit &c. ſub nu. 13. verſic. & eſt aduertendum, in fine, f. 374.*

76 Reſtringe ſecundo quando nullitas incidenter opponeretur per viam exceptionis contra executionem ſententiæ, quia de ea poſſet cognoſcere is, coram quo opponitur, quamuis ſit inferior eo, à quo lata eſt ſententia, *Franch. d. cap. dilecto, n. 71. limitat. 2. & Card. Alex. ſub d. n. 60. ibi item limitabis, de appell.* & quod de nullitate, quæ opponitur excipiendo, & ſic incidenter, cognoſcatis, coram quo opponitur, ſiue iudex cauſæ principalis, ſiue cauſę appellationis, ſcribit Papien. *in pract. in form. appellat à ſent. diffinit. in gloſ. fuiſſe & eſſe, ſub n. 3. ſub n. 7. iunctis ſimul. fol. 409. & 410.*

77 Extende hanc reſtrictionem, vt procedat etiam ſi ſententia eſſet matrimonialis, lata à iudice eccleſiaſtico, quia adhuc iudex ſecularis poſſet cognoſcere per viam exceptionis de nullitate dictæ ſententiæ, *Franch. d. c. dilecto, q. 28 n. 73.*

78 Subreſtringe has duas reſtrictiones, hancque extenſionem, vt quamuis coram executore ſententiæ, latæ à ſuo ſuperiore, poſſit nullitas illius ſententiæ opponi, tamen ille executor non debet, nec poteſt pronuntiare ſuper illa nullitate; ſed debet huiuſmodi incidentem quæſtionem remittere ad ſuperiorem, & interim, ſi ei conſtet de nullitate, debet in executione ſuperſedere, *vt refert, & ſequitur Vant. tract. nullit. rubr. coram quo poſſit, &c. n. 22. fol. 375.* Quare exceptio nullitatis oppoſita coram inferiore eo, qui ſententiam tulit, non impedit executionem, & ideò ſi Papa mandet, ſententiam latam exequi, & coram executore opponatur, quod ſententia eſt lata per falſos teſtes, vel per fraudem, non poteſt ipſe cognoſcere, ſed debet remittere ad Papam. *Contar. in l. vnica, limit. 7. n. 36. & 37. C ſi de momen poſſ.* & adde omnino, quæ retuli, & ſequutus ſum *concl. præceden. n. 13. verſ. extende quarto.*

79 Declara primo tunc eandem regulam poſitam *ſupra num. 73.* vt iudices ordinarij, quos dixi poſſe cognoſcere de nullitate ſententiæ diffinitiuæ, & eam vti nulla reuocare, & iterum ſententiare, ſint hic in Curia Camerarius, Auditor Cameræ, Gubernator Vrbis, Vicarius, Senator, Mareſchallus, & Auditor contradictarum, quos idcirco poſſe eorum ſententias nullas reuocare, & ex integro pronuntiare, ſcribit Vant. *tract. nullit. rubr. coram quo poſſit, &c. n. 18. verſ. idcirco, f. 374*

Confirmatur hæc declaratio, quia quod Auditor contradictarum, & Auditor Cameræ habeant iuriſdictionem ordinariam, ſcribunt Goffr. & Hoſtien. *in ſumm. de offic. ordinar. n. 2. Gloſ. 1. in clem auditor. de reſcrip. Spec. tit. de offic. ordinar. §. 1. ſub n. 2. & 3. lib. 1. partic. 1. fol. 39. Vant. vbi ſupra*, & quod Auditor Cameræ, & Auditor contradictarum ſint ordinarij iudices non à ſe ipſis, ſed à Papa ſubſtituti, ſcribit Veſtr. *in prax. lib. 3. ſub n. 4.* & quod Auditor Cameræ habeat iuriſdictionem ordinariam, ſcribunt etiã Gloſ. *in clem ne Romani, §. eo tamen prouiſo in verbo expirare, de elect. & elect. poteſt. Franch. in c. 4. perſonas. ſub nu. 7. verſ. vltimo quantum, de appell. Mandoſ. tract. de monitor. q. 44. n. 3. tom. 3. par. 2. fol. 67. & Marcheſ. tractat. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. reſtit. in integr. c. 2. n. 49. fol. 212.* & retuli & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. cap. 22. nu. 5.* Et quod Camerarius habeat iuriſdictionem ordinariam, ſcribunt Gloſ. *in d. §. eo tamen prouiſo in verbo, expirare. Hoſtienſ. Spec. & Vant. in locis ſupra proximè citatis.* Et quod Vicecancellarius habeat iuriſdictionem ordinariam, ſcribunt Hoſtienſ. & Spec. *vbi ſupra.* Mareſchallus quod habeat iuriſdictionem ordinariam, ſcribunt Gloſ. *in d. §. eo tamen prouiſo in verbo expirare, Spec. d. tit. offic. ordinar. §. 1 ſub n. 3. Vant. vbi ſupra, & Veſtr. in prax. lib. 2. cap. 14. n. 2.* & Vicarius Domini Papæ quod ſit ordinarius, ſcribunt Ant. de Præt. *vbi infra*, & Vant. Veſtr. Marcheſ. *vbi ſupra*, Gubernator Vrbis, & Senator qui ſint iudices ordinarij, ſcribit Vant. *de rubr. coram quo poſſit &c. ſub n. 18. verſ. idcirco.* & de Gobernatore Vrbis ſentit etiam Marcheſ. *loco citato.* Quod Præſidentes Cameræ Apoſtolicæ, Gubernator Vrbis, & Vicarius ſint ordinarij iudices, non à ſe ipſis, ſed à Papa ſubſtituti, ſcribit Veſt. *d. lib. 3. c. 3. ſub n. 4.* & nos de ſingulis ſcripſimus *ſupra lib. 1.* in eorum diſtinctis capitibus.

Contra hanc declarationem oppono, quia, *vt refert Archid. in cap. 15. experientiæ ſub n. 3. ibi, ſed quicquid decant 11. qu. 1.* Papa VIII. publicè interlocutus fuit, quod in Curia Romana nullus eſt ordinarius, niſi Papa, & licet Archid. non dicat nomen illius Papæ, tamen fuit Bonifacius VIII. vt dicunt Gloſ. 1 *in clement. 3. auditor. de reſcrip.* & Staph. & Gomeſ. *infra citati*; hancque opinionem Archidiaconi ſequuntur Ant. de Præt. *tract. de iuriſd. epiſc. c. 6. n. 47. tom. 3. part. 2. fol. 367. Graunt. theor. 21. ordinarium. num* 14. Marcheſ. qui poſſet forſan. videri inconſtanter loquutus *d. c. 2. numer. 47. verſus finem, fol. 212. & Staph. tract. de ſignat. liter. iuſtit. in princ. ſeu præludio, ſub n. 7. & 8. fol. 268. in impreſſis Romæ de anno 1587 Gomeſ. in compen. vtriuſque ſignat. verſ. prima quia propter. fol. 506. & 507.* Et quod in dubio, ſi aliud non appareat, vera ſit hæc Archidiaconi opinio, quia hæc plus conſiſtunt in facto, quam in iure, ſcribit Card. quem refert, & ſequitur Staph. *ſub d. num. 7.*

Comprobatur hæc opinio contraria, quia ille dicitur iudex ordinarius, qui habet certam adminiſtrationem reſpectu territorij, ſed præfati iudices Romanæ Cur. deputantur perſonis: ergo non ſunt iudices ordinarij, *Staph. d. tract. de ſignat. liter. in prælud. n. 8. f. 278.*

Non recedas à declaratione, quia, quicquid poſſit dici diſputando, in facto reputantur ordinarij.

80 Declara ſecundo, vt ordinarij dicantur Primates, Archiepiſcopi, & ſimiles, habentes in eccleſiaſticis iuriſdictionem ordinariam à Papa, *Spec. tit. de offic. ordin. §. 1. n. 1. lib. 1. partic. 1. f. 39.* & Primates, & Patriarchæ non differunt, niſi quantum ad ſonum vocis, *Hoſtien. in ſumm. tit. de offic. ordin. numero 2. verſ. quis poſſit conſtituere ordinarium.*

81 Decla-

81 Declara tertio, vt Duces, Marchiones, Comites, & ſimiles, qui habent iuriſdictionem vnius Prouinciæ, vel loci ab Imperatore, dicantur iudices ordinarij, *Spec. citatus num. præcedenti.*

82 Declara quarto vt Epiſcopus, & Vicarius non reputentur duo ordinarij, ſed vnus ordinarius; ideoque vnus poterit cognoſcere nullitatem ſententiæ, latæ ab altero, *Franch. in cap. 63. dilecto, quæſt. 28. num. 72. de appell.* vnde Epiſcopus reſtituit aduerſus ſententiam, latam à Vicario, *vt retuli & ſequutus ſum rem. ſeq. num. 33. verſ. ſubdeclara ſecundo*, & è contra ſecundum aliquos, quos citaui *eod. ſeq. num. 34. in fine.*

83 Declara quinto ſimiliter, vt ſucceſſor, & prædeceſſor reputentur vnus iudex, ideoque ſucceſſor reſtituit aduerſus ſententiam, latam a predeceſſore, *vt ex Spec. retuli & ſequutus ſum remed. ſeqq. num. 32. verſic. ſubdeclara primo.*

84 Declara ſexto ſuperiorem, coram quo poteſt intentari nullitas principaliter de per ſe abſque appellatione, dici eum, qui habet omnimodam iuriſdictionem, & non limitatam, *Felyn. in cap. 9. in literis verſus finem, verſ. ad dictum de offic. & poteſt. iud. deleg. & Vant. tract. nullit. rubr. coram quo poſſit, &c. num. 20. verſic. inſuper fol. 375.* Quare lata ſententia ab Epiſcopo; poteſt illius ſententiæ nullitas principaliter deduci coram Papa, ſeu coram Legato, *vt declarat Card. Alexand. in cap. 63. dilecto, num. 58. verſus finem ibi, ideo archiepiſcopus de appellat.* & ſentit apertè Franch. & idem Felyn. citati *nu. ſeq.* & probatur ex textu *in cap. 1. de offic. leg.* vbi habetur, quod etſi Archiepiſcopus Cantuarienſis non poterat metropolico iure audire cauſas de epiſcopatibus, niſi ad eum per appellationem deferentur; tamen quia etiam legationis iure preerat, poterat legationis obtentum vniuerſas cauſas Prouinciæ per appellationem, vel querimoniam in ſua audientia introductas cognoſcere. Et quod dico de Papa, ſeu Legato, qui eius vices gerit in Prouincia, ſeu legationi commiſſa; idem dico de quolibet alio Principe ſupremo, Vant. *vbi ſupra.*

85 Secus eſt ſi is ſuperior habeat limitatam, ac reſtrictam iuriſdictionem ad cauſas appellationum, quia is non poterit cognoſcere de nullitate ſententiæ principaliter deductæ; vnde Archiepiſcopus qui habet iuriſdictionem limitatam ſolum in cauſis appellationum, non poteſt ſine appellatione cognoſcere de nullitate ſententiæ, latæ ab Epiſcopo, *Franch. in capitulo primo, §. poſt hæc, ſub numer. ſeptimo, verſ. ſed aduerte, de appellatione in 6. & in cap. 63. dilecto, ſub numer. 67. verſ. ſecundus caſus de appell* dicens quod non poteſt adiri Archiepiſcopus per viam querelæ, ſeu nullitatis ſententiæ Epiſcopi, & ibidem Cardin. Alex. *num. 58. verſus finem*, & Felyn. *in cap. 9. in literis, verſus finem, verſ. ſecundus caſus eſt, de offic. & poteſt. iudic. delegat. Couarr. pract. qq. capit. 9 ſub num. 2. verſic. ſecundo conſtat*, & quod iudex appellationum, qui non poteſt adiri per viam querelæ, ſed ſolum per viam appellationis, non poſſit cognoſcere de cauſa nullitatis principaliter intentatæ, prætermiſſo appellationis articulo, ſcribit Rip. *in l. 14. quod iuſſit, ſub num. 69. ff. de re iudic.* & hanc eſſe magis
* communem opin. teſtatur, & ſequitur Vant. *d. rub. coram quo poſſit, &c. num. 20. verſ. inſuper verſus finem, fol. 375.* & quod habeat iuriſdictionem limitatam *dixi ſupra quæſt. 27. limit. 47. memb. 3. num. 7.*

Hinc eſt quod ſtatuta, ſeu nouæ reformationes ſtatutorum Vrbis *libr. 1. capit. 166.* Capitaneo appellationum dant expreſſe iuriſdictionem cognoſcendi cauſas nullitatum, quia ſentiebant, quod de iure communi, vti iudex appellationum, non erat iudex nullitatum, quæ principaliter intentantur.

Contra iſtam declarationem in ſecunda parte tenent Abb. *in d. cap. in literis, in fine, de offic. & poteſt. iud. delegat.* & Felyn. ſibimet contrarius, qui eum refert, & ſequitur *in cap. 40. per tuas, verſus finem, de ſent. excom.* & Abbati videtur adherere Franch. *in cap. 63. dilecto, qu. 20. ſub nu. 24. de appellat.*

Ratio quæ mouentur Abb. eſt quia remedium nullitatis eſt æquipollens remedio appellationis, & vt remouendo motiuum Felyn. *vbi ſupra*, licet Archiepiſcopus non poſſit adiri via querelæ, poteſt tamen adiri via nullitatis, qua re non tenet conſequentia à querela ad nullitatem; in multis enim caſibus ſubleuat querela, in quibus non ſubleuabit nullitas.

Non recedas à declaratione, tum quia eſt communis; tum quia ratio Abbatis non concludit, & contra eum tenet in ſpecie idem Franch. *in d. cap. 63. dilecto, ſub num. 67. verſic. ſecundus caſus*, & Felyn. eſt ſibimet contrarius non ſolum in dicto, vt dixi, ſed etiam in ratione; nam in cap. *in literis*, prout eum retuli, & ſequutus ſum *infra rem. 3. n. 31.* ſcribit paria eſſe dicere de nullitate, vel adire per viam querelæ dixi quod ratio Abbatis nõ concludit: nunc hoc dictum oſtẽdo, quia appellatio eſt remedium ſeparatum à nullitate, & differt ab ea in pluribus, & primo quia appellatio poteſt interponi ſolum infra decem dies, & interpoſita impedit executionem; at nullitas poteſt interponi etiam poſt lapſos decem dies, & interpoſita nõ impedit executionem teſtibus ijs, quos retuli, & ſecutus ſum *ſupra concl. 4. & 5. vtrobique num. 1.* & ideò non æquipollet: nam etiam reſtitutio in integrum poſſet ſecundum doctrinam Abbatis dici remedium æquipollens appellationi, quia tendit ad eundem finem, ad quem tendit appellatio, & ſolet impedire executionem, & tamen non valet conſequẽtia à nullitate ad reſtitutionem, teſte eodem Abb. quem retuli *remed. ſeq. nu. 61. verſ. ad ſecundum*, dum ſcribit, quod Archiepiſcopus non poteſt reſtituere in integrum aduerſus ſententiam Epiſcopi, quia non poteſt Archiepiſcopus adiri, niſi per viam appellationis.

86 Declara ſeptimo, dum dixi, nullitatem poſſe intentari electiuè, vel coram eodem iudice ordinario, qui ſententiã tulit, vel coram ſuperiore, eſſe veram in nullitate, quæ intentatur principaliter, ſeu ſimpliciter, prout loquuntur Bar. Abb. Felyn. Card. Alex. & Vant. citati *ſupra in concluſione, num. 73.* & Myſing. citatus *num. ſeq.*

87 Secus ſi nullitas veniat incidenter, vt puta quia petam, iterum ſententiari & reformari ſententiam ex eiſdẽ actis habita prima pro nulla, quia iſto caſu cognoſcet idem iudex, qui ſententiam tulit, & non ſuperior, *Bart. in l. 19. ſi expreſſim ſub num 14. ibi, ego dico, ff. de appell.* quem referunt, & ſequuntur Abb. *in cap. 9. in literis num 5. ibi, ſed ipſe, Bar. de offic. & poteſt. iud. de leg. Franch. in cap. 63. dilecto ſub num. 65. quæſt. 27. verſ. ſed certe, ibi non obſtat, l. vbi cœptum, & Card. Alex. ſub nu. 58. verſus finem, ibi, vnde Bart. de appel. et Myſin. in ſing. obſer. cent. 5. obſ. 92. illud, n. 5. & 6.* dicens, quod ſi prætendens ſentẽtiam nullam, petat principaliter eam reformari ex eiſdem actis, tacita prima pro nulla, iudex, qui ſententiam tulit, debet cognoſcere, ex quo principaliter agitur de reformatione, & incidenter de nullitate; & quod hæc ſit diſtinctio, quæ communiter
* tenetur, teſtantur, & ſequuntur Felyn. *in cap. 40. per tuas, ſub num. 8. ibi, ſed eſt alia diſtinctio de ſentent. excommun. et Vant. tract. null. rub. coram quo poſſit &c. numer. 7. verſic. ſi tractabimus, fol. 374.*

Contra hanc declarationem, & præſertim contra ſecundam partem videtur tenere idem Bart. *in l. 4. ſi propoſitis num. 3. verſus finem, C. quom. & quand. illud. &c.* dicens quandoque ſibi placuiſſe opinionem, quod ſi petatur, pronunciari ſententiam nullam, & iterum iudicari, debeat id peti coram eodem iudice: at modo inquit, cum diligenter inſpexerim, non videtur mihi fortè verum, & puto, inquit, quod indiſtinctè poſſit adiri ſuperior, vt pronunciet ſententiam nullam, & iudicet.

Tu, latius explicando, præmitte quod quinque modis
poteſt

poteſt dici de nullitate, quos quinque modos habes *ſupra concluſ.3.numer.2.* hoc præmiſſo, concludo, in illis primis tribus modis, quos habes, *d.concl.3.num.2.* nullitatem, ex quo habet annexionem, & dependentiam cum appellatione, cognoſcendam eſſe coram iudice appellationis; quia illa nullitas deuoluit, ſicut ipſa appellatio, *Franch.in cap.63.dilecto num.149.qu.54.de appellat.* Quare ſi deducatur nullitas cum appellatione dicendo (*appello quia ſententia eſt nulla*) iudex appellationis habet cognoſcere de nullitate, & non ipſe iudex ordiuarius qui tulit ſententiam, *Franch.d.cap.dilecto, quæſt.9.num.19.& ſub d.num.149.quæſt.54. Guid.Pap.tract.de appell.quæſt.46.num.37. & quæſt.82.numer.54.fol.59.et Contar.in l.vnica, limit.7.num.21.C.ſi de momen.poſſ.* & multo magis ſi appellarem ſimpliciter à ſententia, quia tunc etſi in illa appellatione contineatur acceſſoriè, & incidenter nullitas, tamen appellatio deuoluit cognitionem omnimodam, & ſic etiam nullitatem ad iudicem appellationis, etiam ſi ille iudex appellationis haberet limitatam iuriſdictionem, prout haberet Archiepiſcopus, *Franch.in cap.1.§.poſt hæc ſub num.7.verſ.ſed aduerte, de appell.in 6.* In penultimo autem modo, quando deducitur principaliter, & de per ſe concludo, eam poſſe cognoſci, vel ab ordinario met, qui ſententiam tulit, vel à ſuperiore, *vt ſentiunt Bart.et alij citati, ſupra num.86.et Franch. ſub d.num.149.* In vltimo vero modo, quando deducitur per viam exceptionis concludo, quod poteſt cognoſci coram quocunque ageretur de executione ſententiæ, & ſic coram eodem, & coram alio, etiam ſi ſit inferior, *vt retuli et ſequutus ſum ſupra num.9.et 76.* Addo alium modum, quando nullitas deducitur incidenter, petendo principaliter, ſententiam reformari ex eiſdem, quia ſententia lata eſt nulla, *vt latius ſcripſi ſupra concluſ.3.num.18* & in iſto modo concludo, de nullitate agendum eſſe coram eodem iudice, qui tulit ſententiam, *vt dixi hoc num.verſ.ſecus.*

Tempera nunc, quod dixi, non iudicem ordinarium, qui tulit ſententiam, ſed iudicem appellationis cogniturum eſſe nullitatem, deductam inhærenter appellationi ſub formula (*appello, quia ſententia eſt nulla.*) ſeu (*dico ſententiam nullam, ſi qua eſt, appello*) vt non procedat hoc, quando appellatus renunciaret ſententiæ nullæ inuito etiam appellante, & peteret, ex eiſdem actis ſententiam iterum ferri per ordinarium, qui eam tulit; quia iſto caſu poſſet ordinarius iterum ſententiare, & appellans non poſſet contradicere, quia habet, quod quærebat; volebat enim, declarari ſententiam nullam, & ita iudex à quo fecit, reaſſumendo cauſam in eo ſtatu, in quo eam dimiſit, *Feder.de Senis, conſil.243. ſi à ſententia, & latius Franch.in dict.cap.63.dilecto, numero 24.qu.41.de appell.*

88 Declara octauo, vt non procedat in nullitate aduerſus ſententiam, latam ad aperiendum teſtamentum, ſeu mittendum hæredem in poſſeſſionem ex teſtamento ſcripto, quia de eius nullitate poteſt dici ſolum coram eodem iudice, *Paul.de Caſtr.in l.6.quiſquis, Cod. quor. appell.non recip.*

89 Declara nono eandem regulam, dum dixi, nullitatem poſſe poni, vel coram eodem iudice, vel coram ſuperiore, eſſe veram, quando in ſententia, de cuius nullitate agitur, non verſantur ſordes, aut malitia, & iniquitas iudicis; ſecus ſi verſentur, quia quando ſententia eſt nulla propter iniquitatem, ſeu turpitudinem iudicis, indiſtinctè agendum eſt de nullitate coram ſuperiore, *Bar.in ſæpè citata, l.ſi expreſſim, ſub num.14.ibi, aut ſententia eſt nulla, ff.de appell. Franch.in cap.63.dilecto, num.65.quæſt.17.verſ.ſed certè, & Card.Alex.ſub numer.58.ibi, vnde Iacob.Butr.quæſt.8.de appell. Felyn.in c.9.in litteris, ſub n.5.verſ.quarta declaratio, de off.& poteſt.iud.deleg.& clarius in c.40.per tuas, nu.8.ibi, & difficultas, de ſenten.excommun.&* Vant.tract.null.rubr. coram quo poſſit. &c.num.10 & 11.verſ.& quod iudex, fol.374. & licet Abb.in d.cap.in literis, ſub num.4.dicat, hanc diſtinctionem non eſſe communiter traditam à legiſtis: tamen, quicquid tunc temporis eſſet hodie ita communiter ſcribunt, & qui tunc temporis non ſcripſerunt, vel non ſcribunt, omittunt, ſed non negant.

Ratio ſecundum Franch.*in dict.cap 63.dilecto, num.67.verſic.hoc præmiſſo eſt*, quia vitium iudicis transfert iuriſdictionem in ſuum ſuperiorem: vel, *vt ait Vant. vbi ſupra*, quia non eſt veriſimile, quod idem iudex pronunciet, ac declaret id, in quo verſatur ſua turpitudo, & propterea non debet ſuæ iniquitatis cognitor fieri, ſed debet tri ad ſuperiorem: vel ſecundum Cardin. Alexand. *vbi ſupra*, quia licet iudex poſſit cognoſcere de exceptione, oppoſita contra iuriſdictionem ſuam; tamen non poteſt cognoſcere de exceptione, quæ ſigillat perſonam iudicis, ita quod iuriſdictionem non habeat, puta de exceptione infamiæ, vel excommunicationis, & ſimilium, de quibus nos loquuti ſumus, *ſupra libr.1.capit.101.numer.29.*

Sed an hæc iuriſdictio cognoſcendi de nullitate transferatur in ſuperiorem, qui non poteſt adiri via querelæ, ſed ſolum via appellationis, qualis eſt Archiepiſcopus, Franch. ſupra citatus titubat.

90. Declara decimo, reſtringendo eandem regulam, vt procedat in iudice ordinario, prout loquitur ipſa concluſio, & loquuntur Bart.*in l.19.ſi expreſſim, ſub num.14.ff.de appellat.& relat. Abb.in cap.9.in literis, num.6.iuncto n.4.ibi, in ordinario dicit, & Felyn.num.4.iuncto num.3. verſic. quid de ordinario, de offic.& poteſt.iud.deleg. Cardin. Alex.in c.63.dilecto, ſub num.58.q.8.verſus finem, ibi, aut principaliter, de appell.& Vant.tract.nullit.rubr. coram quo poſſit &c.num.7.& 8.fol.374.*

91 Secus eſt in iudice delegato, quia is poſtquam diffinitiuam tulit ſententiam dicitur functus officio ſuo, ſiue bene, ſiue male pronunciauerit; & ideo de validitate, vel inualiditate, aut nullitate ſententiæ amplius iudicare, vel cognoſcere non poteſt, *l.4.ſi vt proponis, et ibi Bar.nu.1.& 3.Bal.n.7.et 9.et Salyc.ſub nu.3.C.quom.et quan.iud. Innoc.in cap.1.de ſentent.et re iud. Bart.in d.l.19.ſi expreſſim, nu.14.verſic.quaro coram, ff.de appell.et relat. Franch. in cap.63.dilecto, nu.64.qu.27. et Card. Alex. ſub num.58.qu.8.de appell. Felyn.in cap.17.qualiter et quando, il primo, fall.8.n.38.de accuſ. Vant.tract.nullit.rubr.coram quo poſſit, etc.nu.14.verſ.ſi autem iudex, fol.374.* & quod hæc ſit concluſio, ponit Rip.*in l.14.quod iuſſit, n.63.ff.de re iud. Mynſing.in ſing.obſeru.cent.5.obſer.92.illud, num.7.* Et quod iudex delegatus ad vnam cauſam non poſſit ſententiam à ſe latam reuocare; quamuis ſit notoriè nulla, retuli & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.97.num.190.* & quod ſi inutiliter iudicauerit, non poſſit iterum iudicare, ſcribit Tiraq.*in l.boues, §.hoc ſermone, in limitationibus, declar.4.nu.40.ff.de verb. ſign.fol.229.*

92 Amplia primo hanc declarationem in ſecunda parte, vt procedat etiam in eo, qui habet iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo, & delegatam in definiendo, qualis eſt Auditor Rotæ, *Rip.in d.l.quod iuſſit, ſub nu.63.ff.de re iudic.* & quod Auditores Rotæ habeant iuriſdictionem ordinariam in procedendo, & delegatam in definiendo, ideoque ſuas ſententias diffinitiuas reformare non poſſit, quamuis nulliter ſententiauerint, retuli & ſequutus ſum *ſupra lib.1.c.26.ſub nu.3.*

93 Amplia ſecundo, vt habeat locum etiam in delegato Principis, quia is non poteſt reuocare ſententiam, quam nulliter protulit, *Felyn.in c.9.in literis, fallen.2.verſ.contrarium, ſub num.1.de offic.et poteſt. iudic.deleg.et capit.17.qualiter et quando, il primo, ſub num.39.verſ.ſed aduerte, de accuſ.* & hanc eſſe communem opin. reprobata opinione

Digitized by Google

Angeli, teſtatur, & ſequitur Rip. *in d.l. quod iuſſit, ſub n.63. ampl. 2. ff. de re iud.* & de communi * teſtatur etiam Dec. *in d. cap. 9. in lit. fallen. 1. ſub n.14.*

94 Contra hanc ampliationem tenent Ang. *in l.55. index n.7. ff. de re iud. Boer. deciſ. 6. index delegatus, n.3 & ſeq.* quẽ refert & ſequi videtur Vant. *null. rub. coram quo poſſit, etc. ſub n.14. verſ. quod intellige, in fine, f.374.* hancque opinionem videri benigniorem, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum, teſtatur Boer. *d. deciſ. 6. num. 6.* eamq; conatur tueri Dec. *d.c. in literis, n.15. & ſeq.*

Non diſcedo ab ampliatione, quæ eſt communis.

95 Explica eandem declarationem, haſque duas ampliationes, vt de nullitate ſententiæ delegati debeat cognoſcere ſuperior, *Bart. in l.19. ſi expreſſim, n.14 verſic. quæro coram, quo iudice, ff. de appellat. & relat.* & quod debeat cognoſcere delegans, & non delegatus, ſcribit Cardin. Alexan. *in cap. 63. dilecto, ſub n.58. q.8. de appell.* & quod eundem ſit ad inuicem delegantem, vel alium ſuperiorem iudicem, ſcribit Vant. *tract. nullit. rub. coram quo poſſit, &c. n.14. verſ. ſi autem index, fol. 374.*

96 Amplia tertio, vt habeat locum etiam in arbitro, quia ſi nullam tulerit ſententiam, dicitur fructus officio ſuo; & ideò iterum pronunciare non poteſt, *Lanfr. de Ortan. tr. de arbitr. diuiſ. 7. q.1. ſub numero 2. tom. 3. pars 1. fol. 215.* quem & alios, teſtando etiam de communi * opin. refert & ſequitur Dec. *in c. gaudem. fallen. 3. ſub nu. 26 de offic. deleg.*

97 Contra iſtam ampliationem, loquendo in arbitris ex neceſſitate legis, ſeu ſtatuti, facit, qui eiuſmodi arbiter dicitur iudex ordinarius, *Blanc. tract. de compromiſſ. quæſt. 9. princip. de ſenten. &c. ſub num. 90. verſ. dicas, fol. 203. & ex eod. Blanc. & Surd. retuli & ſequutus ſum lib. præced. cap. 2, ſub num. 5, & 6.* At iudex ordinarius poteſt iterum pronuntiare, *vt retuli & ſequutus ſum infra numer. 109.* Ergo &c.

Retenta ampliatione.

98 Reſtringe eam, vt non procedat in arbitratore, quia is poteſt ſuam ſententiam, quæ ſit ipſo iure nulla, corrigere, denuo ſententiando; ſecus ſi non ſit ipſo iure nulla, ſed veniat annullanda ope exceptionis, quia tunc non poſſet, *Lanfr. de Ortan. d. diuiſ. 7. quæſtio. 1. ſub numer. 1. fol. 215*

99 Limita primo nunc eandem declarationem in ſecunda parte, vt non procedat in delegato ad vniuerſitatem cauſſarum, quia is poteſt reuocare ſententiam nullam, cum æquiparetur ordinario, *Bal. in l.4. ſi vt proponis, n.13. verſ. quæro quid ſi eſt delegatus, & Salyc. ſub n.3. verſ. quæro igitur. C. quom. & quan. iud. Felyn. in cap. 17. qualiter & quan. il 1. n.40. verſ. ſecundus caſus, de accuſ. & in c.9. in literis, ſub n.1. fall. 2. de offic. & pot. iud. deleg. Vant. tract. nullit. rub. coram quo poſſit, &c. num. 17. verſ. cæteri, fol. 384. Rip. in l.14. quod iuſſit, num. 64. verſ. fallit. 1. ff. de re iud. ex ſcripſi lib. 1. c. 66. ſub n 7. & c. 97. n.188.*

Contra iſtam limitationem mouet, & non determinat poſt Imol. quem citat Dec. *in d.c.9. in literis fallen. 2, ſub n.18. ad n.21. de offic. & poteſt. iud. deleg.*

Non recedas à ſublimitatione.

100 Limita ſecundo in delegato, qui nulliter iudicauit per errorem facti, quia is poteſt ſententiam reuocare, & iterum ſententiare ſecundum doctrinam, quam tradit Innoc. *in c.1. de ſentent. & re iud.* dicens, quod ſi delegatus, cui mandata eſt prouiſio, prouidit alicui de præbenda non vacante, credens ignoranter, probabili errore ductus, eam vacare, poterit iterum prouidere: ſecus, inquit, eſt ſi prouidit de præbenda, quæ de iure verè vacabat, ſed non de facto, quia eam alius occupauerat de facto, & prouiſus, execrans lites, noluit eam acceptare, quia delegatus dicitur functus officio ſuo, & ideò non poteſt vlterius prouidere, & Innocentij ſequaces adducit Tiraquel. *in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 1. num. 41. verſi. ſed quod dictum eſt, f.230.* quaſi Innocen. ſic eius doctrina à nobis explicata, dixerit, delegatum poſſe iterum facere, ſi error nullum reddat id, quod ipſe fecit, ſecus ſi error non reddat nullum.

Contra iſtam limitationem: nempe quod delegatus non poſſit reuocare ſententiam, quam nulliter tulit, quãuis errauerit vel in facto, vel in iure, tenent ipſemet Innoc. *in c.9. in literis, nu. 2. verſ. ſi autem ſit delegatus. de offic. & poteſt. iud. deleg. & alij.* quos refert & ſequitur Felyn. *in cap. 17. qualiter & quando. il primo caſ. 4. n.45. verſi. ſed aduerte. de accuſ.* hancque opin. tenet etiam Bal. *in l.4. ſi vt proponis. ſub nu. 11. verſic. opponitur. & videtur. Cod. quom. & quand. iud* quem ibidem refert, & ſequitur Salycet. *n.5.* & vtrumque refert, & ſequitur Rip. *in l.14. quod iuſſit. ſub n.65. fallen. 2. ff. de re iudic.* vbi reſpondet ad Innocen. ſupra allegatum. Et quod hæc opinio contraria ſit verior, teſtatur, & ſequitur Felyn. *in d. cap. 9. in literis. fallen. 4. ſub n.2. de offic. & poteſt. iud. deleg.* hancque contrariam opinionem, nimirum quod in ſententijs, alijſque iudicialibus actibus, ſiue ſit erratum in facto, ſiue in iure, non tolleretur reuocatio, ſequutus videtur Tiraq. *in d. §. hoc ſermone. limit. 1. num. 42. & limit. 21. num. 6. verſi. quid quod ſunt. fol. 243.*

Quid dicendum?

Reſpondeo, vtramque opin. eſſe veram in caſu ſuo, quia alius eſt caſus, de quo Innoc. loquitur in *d. cap. 1.* & alius eſt, de quo loquitur *in d. cap. in literis.* Quare male Bal. & eius ſequaces adducunt Innocentium pro iſta ſecunda limitatione: loquitur enim Innocen. in delegato ad prouidendum de beneficio, ſicque in extraiudicialibus, reſpicientibus gratiam, ſicut aduertunt Felyn. Rip. & alij; At, cum loquitur de ſententijs, *in d. cap. in literis.* Apertè tenet, delegatum non poſſe iterum ſententiare, quare & Felyn. *in d. cap. literis, numer. 2.* ex his duobus caſibus format diuerſas fallentias, videlicet quartam, & octauam.

Retenta hac contraria opinione.

101 Infero, quod licet delegatus condemnet reum, credens, eum fuiſſe citatum, & in hoc erret, quia non fuerit citatus, tamen non poteſt vlterius condemnationem reuocare, *Bal. Saly. & Rip. in locis proximè citatis, n. præcedenti verſ. contra.*

102 Limita tertio, vt non procedet quando delegatus protulit ſententiam contra formam reſcripti, ſeu mandati, quia tunc non dicitur functus officio ſuo, & ideò poterit iterum ſententiare, *Cyn. in l.4. ſi vt proponis, ſub nu. 1. Bald. num. 11. verſic. opponitur, & videtur, C. quom. & quan. iud. Abb. in c.9. in literis ſub nu. 4. ibi, ego putarem, de offic. & poteſt. iud. deleg. Franch. in c.63. dilecto, ſub nu. 64. quæſt. 27. ibi, in intellige. de appell. & ſentit Vant. tract. nullit. rubr. coram quo poſſit, &c. ſub nu. 14. verſ. quod intellige, fol. 374.* & plures, alios congeſſit Tiraq. *in l. boues, §. hoc ſermone, limitat. 1. ſub n.51. verſic. declara ſeptimo, & n.52. ver. & ita quidem, ff. de verbo. ſignif.* & eſſe communem * opinionem teſtantur, & ſequuntur Card. Alexan. *d. cap. 63. dilecto, n.58. quæſt. 8. Felyn. in cap. 17. qualiter & quando, il primo, caſ. 3. num. 41. & 43. verſic. ſed tamen. de accuſat. et in c.9. in literis, fallen. 3. ſub num. 1. verſic. pro iſta ratione. ibi, ſed dicatis ſic. de offic. et poteſt. iud. deleg.* & eſſe communem * teſtatur, ſed non ſequitur Rip. *in l.14. quod iuſſit, fall. 3. nu. 66. ff. de re iud.*

103 Confirmatur hæc limitatio, quia etiam arbiter, qui laudum, ſeu ſententiam protulit contra formam compromiſſi, poteſt iterum pronuntiare, *l.25. quid tamen. in princ. ff. de recept. nam ſi de omnibus. poterit mutare, nõ dum enim dixit ſententiam, Abb. Franch. et Card. Alex ſupra proximè citati, Felyn. in d.c.17. qualiter & quando, il primo, caſ. 3. nu. 41. de accuſat. et Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 1.*

ſub

ſub numero.51. verſic. declara ſeptimo, ff.de verbor. ſignif. fol.231.

Contra hanc limitationem motiuat, non determinando, Dec. *in c 9. in literis, fall.3. numer.22.& ſeqq. de offic.& poteſt. iud. deleg.* dicens, probabilem videri opinionem eorum, qui tenent, non procedere æquiparationem ab arbitrio ad iudicem, adducendo multas differentias, ſeu rationes differentiæ; contra eandem limitationem, nouum adducendo motiuum, & reſpondeo motiuis Decij, inſurgit ſed ſine certa determinatione Rip *in dict. l. quod iuſſit, fallen.3. ſub num.66.*

Retenta limitatione, à qua non diſcedas.

104 Exemplifica primo eam, quando reſcriptum, ſeu cõmiſſio mandat, vt iudex, cui delegatur cauſa, cognoſcat de omnibus ſimul, & is non iudicat de omnibus ſimul, quo caſu dicitur iudicare non ſeruata forma mandati, vt, loquendo in arbitro dicit textus, cuius verba retuli *num. praeced.* & ſcribit Salyc. *in l.4. ſi vt proponis, oppoſ.4. ſub nu. 3. C. quo.& quan. iud.*

105 Intellige primo eandem limitationem, vt procedat quando euidenter ex ipſius ſententię tenore apparet, ſententiam eſſe latam contra formam mandati, vt in caſu adductæ exemplificationis, ſecus ſi non appareat euidenter ex tenore ipſius ſententiæ, quia tunc non dicitur lata contra formam reſcripti, & conſequenter non poteſt delegatus eam reuocare.

Probatur hæc intelligentia, qui alias ſequerentur duo abſurda: Primum, quod communiter ſententia iniuſta delegati eſſet ipſo iure nulla, quia communiter Papa, delegando cauſam reſcribit cum clauſula (& iuſtam faciat) vt notaui *libr. praeced. c.2. num.465.* Ergo ſententia lata à delegato diceretur contra formam mandati, & conſequenter eſſet ipſo iure nulla eo ipſo, quod eſſet iniuſta, ſicut ratiocinabitur Dominus Ottonis Cardinalis Portuenſis, cuius opinionem improbat Felyn. *in cap.9. in literis, fallen.3. ſub numer.1. verſ. pro iſta ratione de offic.& poteſt. iud. deleg.& in c.17. qualiter & quando, il primo fallen.8. caſ.3. numer.42. verſ. ſed tamen aduerte, de accuſ.* Secundum abſurdum eſſet, quod delegatus poſſet iterum pronunciare.

106 Intellige ſecundo, vt non ſufficiat, euidenter ex tenore ipſius ſententiæ apparere, ſententiam latam eſſe contra formam reſcripti, ſed requiritur etiam, quod ſi lata contra formam ſubſtantialem mandati, & ſtudioſè mandatam, alias ſi illa forma reſpiceret ius, & fauorem litigãtium, & ipſi, ſeu alter eorum, videns inordinatè procedi, non excipit, & non appellat, proceſſus, & ſententia tenet ſecundum doctrinam, quam dat Innocen. *in capit.21. prudentiam, ſub num.9. verſ. & ideo dicimus de offic.& poteſt. iud. deleg.* quem refert, & ſequitur Felyn. *in cap.17. qualiter & quando, il primo, fallen.8. caſ.3. in fine, verſ. non obſtat. ſub nu.43. de accuſat.*

107 Comprobatur hæc intelligentia, quia licet ſententia lata in cauſa proprietatis, non terminata prius cauſa ſpolij dicatur lata contra formam iuris, tamen ſi ſpoliatus non exceperit, & non appellauerit, proceſſus, & ſententia tenent, *vt late retuli, & ſequutus ſum ſupra, q.17. limit. 6. memb.7. num.127.*

108 Limita quarto, vt non procedat, quando iudex delegatus non iudicauit ſuper toto, ſicque non eſt perfectè functo ſuo, quia tunc illud, quod nulliter pronunciauit, poteſt reuocare, & iterum pronunciare, *Bartol. in l.4 ſi vt proponis, nu.3. C. quom.& quan. iud.& Mynſing. in ſing. obſeru. cent.5. obſeru.92. illud ſub nu.7.*

An iudex delegatus, qui detulit appellationi poſſit reuocare grauamen, & alia attentata pendente appellatione, *vide ſupra q.3. nu.38. verſ. reſtringe. iunctis, num. praecedent.36.& 37.*

Adde, ſi placet, vndecimam declarationem, quando inſtantia eſt perempta, quo caſu poſſe adiri iudicem ſuperiorem ſuper nullitate, etiam incidenter deducta, de qua locutus ſum *ſupra n.87.* ſcribit Franch. *in c.63. dilecto, ſub num.65. q.27. in limit. de appell.* dicens, quod iſto caſu non obſtabit, *l. vbi cœptum.*

Et hæc de prima regula poſita *ſupra nu.73.*

109 Secunda regula eſt, quod ſuperior, qui fit aditus ſuper nullitate ſententiæ, poterit non ſolum cognoſcere nullitatem ſententiæ diffinitiuæ, ſed vbi cognouerit, quod ſẽtentia eſt nulla, poterit eam reformare, ſeu aliam ferre, & iterum pronunciare, *Bar. in l.19. ſi expreſſim, ſub nu.14.& 15. ff. de appell.& relat.& in l.4. ſi vt proponis, nu.3. in fine. C. quom.& quand. iud. Abb. in cap.9. in literis, verſus finem, ſub nu 6.& Felyn. nu.4. verſ. quis dicatur, de offic.& poteſt. iud. deleg.& in c.40. per tuas, ſub n.8. de ſent. excomm.* & eſt
* opinio communis *vt retuli & ſequutus ſum ſupra q.11. n. 122. extenſ.5.*

Ratio eſt, quia ſicut appellatio deuoluit totam cauſam ad ſuperiorem adeo, quod ipſe poteſt ſententiam reformare, ita etiam nullitas principaliter intenta deuoluit totam cauſam adeo, quod iudex nullitatis poteſt primam ſententiam reformare, *Bart. Abb.& Felyn. in locis ſupra proximè citatis.*

Amplia primo hanc regulam, vt etiam ipſemet iudex ordinarius, aditus ſuper nullitate ſuæ ſentẽtiæ, poſſit eam non ſolum reformare, & reuocare, ſed poſſit contrariam ferre; quare ſi primo tulerit condemnatoriam, poterit poſtea ferre abſolutoriam, *Felyn. in cap.9. in literis, ſub nu. 5. declar.2. de offic.& poteſt. iud. deleg.& in cap.17. qualiter & quando numer.37. fall.8. de accuſ.& Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone limit.1. declar.4. num.40. ff. de verbo. ſignif. fol. 229.* Et quod iudex ordinarius poſſit tam ante decem dies, quam poſtea reuocare ſententiam nullam a ſe latam, retuli, & ſequutus ſum ſupra *libro primo. capit.97. numer.187.*

Amplia ſecundo, vt procedat etiam in delegato, cui Princeps delegauerit cauſam nullitatis ſententiæ ab alio latæ, quia is etiam, cognito, quod ſententia eſt nulla, poterit procedere in negotio principali, & aliam ferre ſententiam: Rationes huius ampliationis ſunt plures. Prima ratio eſt, quia nullitas principaliter intentata coram iudice ſuperiore, qui poſſit adiri via querelæ, deuoluit totã cauſam, ſicut deuoluit appellatio, *vt dixi, nu. praeced. verſ. ratio.* Ergo cum ad Principem, qui poteſt adiri, via querelæ ſit deuoluta tota cauſa, & is cauſam nullitatis deleget, intelligitur delegaſſe totam cauſam; quia idem dicimus, quando ad eum eſt deuolutiua cauſa per viam appellationis, & is delegat cauſam appellationis. Secunda ratio eſt, quia delegatus Papæ poteſt cognoſcere ſicut poſſet ipſe Papa, *vt ex Franc. retuli ſupra qu.17. limit.47. memb.3. ſub num.2. verſus finem, verſ. contra.* Tertia ratio eſt, quia ſic videmus in cauſa reſtitutionis in integrum; nam ea delegata, iudex delegatus, vbi reſtituerit in integrum, procedit etiam in negotio principali, *vt retuli, & ſequutus ſum conclu ſeq. num.132.*

110 Declara primo eandem regulam, vt is ſuperior poſſit cognoſcere de nullitate principaliter deducta, & reformare ſententiam, qui poteſt adiri per viam querelæ, ſecus ſi poſſit adiri ſolum per viam appellationis, vide *ſupra num.84.& 85.*

111 Declara ſecundo, vt iudex, aditus ſuper nullitate principaliter intentata, debeat prius cognoſcere, & pronũciare ſuper nullitate, tanquã ſuper iudicio principaliter deducto, & poſtea ſuper meritis cauſæ principalis, vt diſtinguendo ſcribunt Bart. *in l.4 ſi vt proponis, nu.6. verſ. quæro vtrum, C. quom.& quan. iud. Salyc. in l.6. ſi præſes, nu.6. verſ. quæro an iudex C. eod. Bald. in l. tale pactum, §. qui prouincia-nit, q.12. ſub nu.11. verſus finem, ibi, & in tentat proceſſus, ff. de pact. fol.141.& Card. Alex. in cap.63. dilecto, num.67.*

Digitized by Google

verſ.ſed nunquid, de appell. Et ita tu intelligas Veſtrium *in prax.lib.8.cap.1.n.11.verſ.introducta iam cauſſa.*& Lancell, *tract.de attent.p.2.c.17. de attent.nullit.pend.n.13.35.& 36.verſic.ad quintum, ſ.395.* dum ſcribunt, quod nullitas habet effectum ſuſpenſiuum quoad ſeipſum, vt is, qui cognoſcit de nullitate, non poſſit interim procedere in negocio principali: adde omnino, quæ ſcripſi *ſupra quæſtio, 11, n.127.reſtrict.1.*

Effectus huius declarationis eſt, quod proceſſus ſuper negotio principali non teneat, ſi prius non ſit pronuntiatum ſuper nullitate, *Bald.vbi ſupra.*

312 Subdeclara primo hanc declarationem eſſe veram, parte inſtante, quando ſcilicet is contra quem proceditur opponit non procedi in negotio principali, niſi ſit prius definitiuus articulus nullitatis: ſecus ſi iſte non opponat, ſed permittat procedi ſuper negotio principali, quia tunc poſſet procedi ſuper negotio principali, omiſſo articulo nullitatis: quare ſit cautus is, contra cuius rem iudicatam committitur cauſſa nullitatis, vt opponat non procedi in negotio principali, niſi terminato prius articulo nullitatis, Veſt. *vbi ſupra*, quia licet iudex non debeat peruertere ordinem, tamen ſi peruertat, parte non contradicente proceſſus tenet, vt ſcripſi *ſupra q.17. limit.6, memb.7.n,127.*

313 Subdeclara ſecundo, vt ſit vera, quando nullitas eſt principaliter intentata, quia tunc eſt, quod ſententia ſuper nullitate debet præcedere reformatoriam, *Bar. d.l.ſi vt proponis. in fine. ſub n.6.ibi, dixi quod debet. Salyc.d.l.ſi præſes ſub n.6.ibi, ſed cognito de nullitate. & Cardin. Alex, vbi ſupra*, & adde quæ ſcripſi *ſupra quæſtio.11. n.127.verſ. reſtringe primo.*

Secus ſi nullitas ſit intentata incidenter, vt puta petendo principaliter, ſententiam ferri de nouo, quia prima eſt nulla, quia tunc ſuper hac nullitate incidenter intentata, non eſt neceſſaria aliqua pronuntiatio, *Bar.Salyc.& Card. Alex.in locis ſupra proxime citatis*, vel ſi non agitur, ſed excipitur de nullitate, *Bal.in d.§. qui pronuntiant.ſub n.11.q.12. verſus finem*, quia vtroq; caſu nullitas dicitur deducta incidenter, *vt retuli & ſequutus ſum ſupra nu. 18, & 19. verſ. ſecundus. & verſ. tertius.* poteſt tamen pronunciare, ſi vult, *vt dicit Card. Alex.d.c.63.dilecto.num.67, in fine, de appell.* ſed hic reminiſcaris, quod hæc nullitas incidenter intentata venit cognoſcenda ſolum ab eodem iudice ordinario qui ſententiam tulit, *vt ſcripſi ſupra nu. 87.verſ.ſecus.*

314 Subdeclara tertio, vt non procedat, quando nullitas ſententiæ apparet manifeſte nullo probato extrinſecus, vt puta, quia eſt lata die dominico, vel præſente procuratore, & condemnatus eſt dominus, vel quia aliter apparet nulla, quia tunc iudex poterat de nouo iudicare ſine alia cognitione, quia notum eſt ſibi ex dicta ſententia, *Bar.in d.l.ſi vt proponis.ſub n.6. verſ.quandoque nullitas.& Salyc.in d.l.ſi præſes.ſub nu.6. rurſus idem Bar. in l.62. cum quærebatur.n 2.verſ. quæro ſi ſecundo.ff. de re iud.* vide omnino, *ſupra q.11.n.120.art,4.dub.10.*

XIX. QVÆST. REM. I. CONCL. VII.

SVMMARIA.

NVLLITATIS actio, & replicatio præſcribitur 30. annorum, num.1.

Limitatur hoc multipliciter.— Primo, vt nõ procedat, quando agitur de periculo animæ n. 2.— Secundo quando nullitas eſt notoria, & declaratur per tres caſus. n.3.— Tertio in nullitate per viam exceptionis, n.4.— Quarto, quando ſtatutum aliter diſponit, n.5.— Quinto in inſtantia nullitatis, n.6.

1 FAcultas agendi de nullitate ſententiæ non durat niſi vſque ad 30.annos. *Bal.in l.11.data opera col.14. num. 90.verſ.ſed quid ſi bannitus. C.qui accuſ. non poſſ. & Salyc. in l.6.ſi præſes. num.6. verſus finem, C.quom.& quand.iud. Card.Alex.in c.63.dilecta.q.15.prin.ſub n.96.& Franch.q. 5.num.10.de appell.* vel vt inquit Bal. *loco citato*, durabit, donec durat actio, *Rebuff.tract.de appellat.art.1.gloſſ.2.n. 19.verſ.quarto tom.5.fol.485. Vant.tract.nullit.rubr.quoties & intra quod tempus &c. ſub n.8. verſ.ſi vero nullitas, fol. 383.* dicens, quod ſi nullitas deducatur principaliter in iudicio per modum agendi, competit officium iudicis nobile, quod eatenus durabit, quatenus durant reliquæ actiones perſonales, videlicet triginta annis, ſicq; inquit, intra illud tempus triginta annorum remedium nullitatis proponi debebit: hancque eſſe veram concluſionem teſtatur, & ſequitur Maran. in *ſuo ſpec. part.6. act.1.princ. in verbo.& demum fertur ſententia.num.154.fol.449.* quem retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib.1. capit.79. ſub num. 131.* Et quod hoc officium iudicis duret tanto tempore, quanto durat actio perſonalis, ſcilicet triginta annis, ſcribit Papien. *in prax. in form.appell. à ſent.diffin. in gloſſ. fuiſſe & eſſe nullam.numer 5. fol.409.* Et quod actio ordinaria dicatur iudicis officium, ſcribit, loquendo de nullitate principaliter intentata, Bal. *in l.vnica.num.1.in fine, C.ne lit.in vna eademq. cauſ. &c.* & quod agens principaliter de nullitate, non agat iure actionis, ſed ſolum officio iudicis, cum non ſit materia habilis ad producendum in hoc actionem, ſcribit Papien. *in d.gloſſ. fuiſſe et eſſe nullam fol.409.*

Amplia hanc concluſionem, vt habeat locum in nullitate, quæ deducitur replicando, quia quoad tempus ſequitur naturam actionis, *per ea quæ retuli.& ſequutus ſum ſupra concl.4 n.55.*

2 Limita primo declarando eandem concluſionem vt non procedat in cauſis, in quibus vertitur animæ periculum, quia in eis perpetuo agi, diciq; poteſt de nullitate, *Vant.d.rubr.quoties & intra quod tempus, &c.ſub n.8.verſ. quod remedium fol.383. Maran.d.verbo, & demum fertur ſententia.n.154.*

Limita ſecundo, vt non habeat locum in nullitate notoria, quia illa perpetuo reddit actum nullum ipſo iure, & quæ ipſo iure ſunt nulla, tractu temporis non conualeſcunt, *Vant.in loco ſupra proximè citato.*

Confirmatur hæc limitatio, quia de nullitate ex defectu iuriſdictionis, ſeu mandati poteſt agi, vſque ad mille annos, *Vant.d.rub.quoties & intra quod tempus, &c.ſub n. 8.verſ.quod remedium.*

Declara hanc limitationem, diſtinguendo tres caſus.

Primus caſus eſt: quando actus, ſeu ſententia eſt nulla ex eo, quod per inſpectionem ipſius actus apparet, non interueniſſe ea, quæ in ipſius actus celebratione erant neceſſaria ad validitatem ipſius actus: & illo caſu dico, quod poteſt agi de nullitate vſque ad mille annos, quia nulla temporis diuturnitate poteſt præſumi, quod interuenerit id, quod ex inſpectione actus apparet, non interueniſſe, & iſte caſus propriè procedit, quando deeſt ſolemnitas intrinſeca, *vt ſcripſi lib.præced.cap.11. num.687.& ſequentib.*

Secundus caſus eſt: quando actus eſt nullus ex eo, quod non apparet, interueniſſe id, quod vel in ipſius actus celebratione, vel poſtea requiritur ad validitatem actus, puta, conſenſus ſuperioris in alienatione, ſeu tranſactione rei eccleſiaſticæ, & iſto caſu dico, quod non poteſt agi de nullitate, niſi vſque ad triginta annos, quia elapſis triginta annis, iſte conſenſus, & ſimiles ſolemnitates extrinſecæ, quæ poſſunt adhiberi etiam poſt factum, tanto temporis ſpatio præſumuntur interueniſſe, *vt late in alijs terminis retuli, & ſequutus ſum dict.c.11.n.682.& ſequentib. & n.679.& ſequentib.& n.690.*

Tertius

Tertius caſus eſt (& eſt declaratio iſtius ſecundi) quando conſtat, ſolemnitatem interueniſſe ex inſpectione ipſius, vt puta, quia in præſcriptione oſtenditur titulus, in rei eccleſiaſticæ tranſactione oſtenditur conſenſus ſuperioris, ſed imperfectus, & inualidus: & iſto caſu dico ſimiliter, vt in primo, quod perpetuo agi poteſt de nullitate, etiam poſt lapſos triginta annos, quia nullitas eſt manifeſta: & ideò melius, eſt non oſtendere titulum, ſeu conſenſum, quam oſtendere nullum, & inutilem, quia non oſtendo, præſumitur validus, at vbi oſtenditur inualidus, non poteſt ſtare præſumptio: vide quæ ſcripſi *diſt. cap. 11. num. 691. & ſeqq.* iunctis quæ ſcripſi *num. 679. & ſeqq.*

4 Limita tertiò, vt non procedat in nullitate per modū excipiendi, quia de ea poteſt perpetuo opponi per viam exceptionis, quia ea, quæ ad agendum ſint temporalia, ad excipiendum ſunt perpetua, *Franch. in cap. 63. dilecto, ſub nu. 10. q. 5. & ſub nu. 150. verſ. his ſic præmiſſis, q. 44. de appell. Vant. vbi ſupra, & ex* Felyn. refert & ſequitur Gram. *in ciuil. conſil. 165. in cauſſa vniuerſitatis, ſub num. 1. & 2.* & ſentit Crauet. *conſ. 153. vltra iam ſcripta, n. 5.* dicens, quod de nullitate ſaltem per viam exceptionis poteſt perpetuo dici vſque ad triginta annos.

5 Limita quarto, quando ſtatutum, ſeu conſuetudo aliter diſponeret, *Franch. in c. 63. dilecto, ſub nu. 10. q. 5. de appell.* & de ſtatuto, præfigente terminum ad dicendum de nullitate, vide quæ ſcripſi *ſup. concl. 4. n. 46. & ſeqq.*

6 Limita quinto declarando vt quamuis de nullitate, poſſit dici vſque ad triginta annos: tamen cauſæ nullitatis inſtantia, durat ſolum triennio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſup. q. 15. ſub num. 102. art. 3. caſ. 2. & num. 261. art. 11. ampl. 9.*

Videretur congruum, vt poſt nullitatis remedium agerem de notoria iniuſtitia, ſed id non facio, tum quia ſententia, quæ alias ſit inappellabilis, ſit appellabilis, ſi notoriam contineat iniuſtitiam, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra qu. 17. limit. 6. memb. 7. nu. 79.* & conſequenter ſupereſt remedium appellationis, tum quia, cum notoria iniuſtitia, & nullitas fraternizent, & æquiparentur, *vt dixi d. qu. 17. limit. 19. ſub n. 4. verſ. ſed notoria*, quæ dixi de nullitate, multum applicari poſſunt notoriæ iniuſtitiæ.

XIX. QVÆSTIONIS. REM. II.

ARGVMENTVM.

De reſtitutione in integrum.

SVMMARIA.

RESTITVTIO in integrum datur aduerſus ſententiam inappellabilem, ſiue ſit inappellabilis ex natura cauſæ, ſiue ſit inappellabilis propter excellentiam iudicis, nu. 1. & ſeqq. — Extenditur ſex modis. — Primo etiam ſi à ſtatuto eſſet ſublata facultas appellandi, & dicendi de nullitate, numer. 6. — Secundo etiam ſi eſſet ſublata facultas excipiendi &c. num. 7. — Tertio datur etiam eccleſiæ aduerſus ſententiam latam in poſſeſſione momentanea, num. 8. — Quarto datur cuilibet contradictori, nu. 10. — Quinto quando ex aliquibus ſignis poteſt videri, quod poſſeſſio inferat enormiſſimum damnum, num. 11. & ſeqq. in quibus ampliatur etiam ſi damnum ſit modicum. — Sexto datur non ſolum aduerſus ſententiam, ſed etiam aduerſus omiſſas probationes, &c. nu. 18. — Subextenduntur extenſiones, loquentes de minore, num. 20. & ſeqq. — Reſtringitur & declaratur eadem concluſio, nu. 24. & 25.

Duplex eſt ſpecies reſtitutionis in integrum, nu. 26. & 27.

¶ *Quilibet iudex ordinarius poteſt reſtituere in integrum, prout de iure, num. 28. — Declaratur multipliciter — Primo, vt is iudex ordinarius poſſit reſtituere, qui habet adminiſtrationem, n. 29. et 30. — Secundo, vt poſſit reſtituere aduerſus id, quod ipſe, vel eius prædeceſſor, ſeu æqualis fecit, n. 21. & ſeqq. in quibus ſubdeclaratur. — Tertio, vt iudex ordinarius, qui habet adminiſtrationem, poſſit reſtituere tam incidenter, quā principaliter, n. 45. — Inferuntur duo — Primum, quod delegatus non poteſt reſtituere nu. 44. & ſeqq. in quibus limitatur. — Secundum, quod iudex appellationum non poteſt reſtituere principaliter, n. 53. et ſeqq. & 62. & 63. in quibus declaratur.*

¶ *Reſtitutio in integrum impedit executionem rei iudicatæ, numer. 64. — Ampliatur multipliciter — Primò, vt ſola petitio reſtitutionis impediat, num. 65. & 66. — Secundo impedit etiam miſſionem in poſſeſſionem ex l. fin. quando offeruntur probationes in promptu nu. 67. — Tertio etiam ſi probationes non ſint in promptu, n. 68. & ſeq. — Quarto, quando executio eſt irretractabilis, num. 73. & ſeqq. in quibus exemplificatur, et ſubampliatur. — Quinto, in poſſeſſione momentanea, n. 76. — Sexto etiam ſi cauſa reſtitutionis aduerſus tres ſententias ſit commiſſa cum clauſula (ſi quid exequendum) nu. 77. & 78. — Septimo in reſtitutione ad appellandum, nu. 79. & 80. — Octauo in reſtitutione, cuius cauſa committitur à Signatura, num. 81. — Nono ampliatur remiſſiue, num. 83.*

¶ *Limitatur multipliciter. — Primo ſi reſtitutio petatur calumnioſe, n. 85. & ſeq. in quib. extenditur, & ſecunda extenſionis dantur exempla. — Secundo, quando Signatura dat reſtitutionem cum termino ad docendum de læſione, quia, termino, elapſo, & non docto de læſione, non ſuſpenditur executio, num. 115. — Tertio quando Signatura dat reſtitutionem cum clauſula (parito iudicato) numer. 116. — Quarto in reſtitutione contra publicum inſtrumentum ſtante ſtatuto, quod non poſſit aliquid opponi, numer. 117. — Quinto in cauſſis beneficialibus n. 118. & ſeq. — Sexto in reſtitutione gratioſa, nu. 131.*

Interlocutoria ſuper reſtitutione in integrum ex accurata Romana Curiæ praxi omittitur, & quare, n. 132. & ſeqq. in quib. declaratur.

1 Reſtitutionis præludia, nempe *quid ſit reſtitutio in integrum: in quo ab alijs remedijs differat: an detur, ſi competat remedium appellationis, & ſimilia*, ſatis expoſuerunt, qui de ea ſolemnes ediderunt tractatus; vnde, illis omiſſis, accedo ad rem noſtram, procedendo per quatuor concluſiones.

Prima concluſio. Reſtitutio datur tam aduerſus ſentētiam inappellabilem ex natura cauſæ, quam aduerſus ſententiam inappellabilem propter excellentiam iudicum.

Secunda concluſio. Quilibet iudex ordinarius poteſt reſtituere in integrum, prout de iure.

Tertia concluſio. Reſtitutio in integrum impedit executionem.

Quarta concluſio. Conceſſa à Signatura reſtitutione in integrum prout de iure, iudex reſtitutionis, caute agit, non pronunciando ſuper ea.

2 Concludo I. igitur, reſtitutionem in integrum dari aduerſus ſententiam inappellabilem ex natura cauſæ, quam aduerſus ſententiam inappellabilem propter excellentiam iudicum, quia, prohibita appellatione à ſtatuto, vel à lege communi in aliquo caſu, non intelligitur prohibita reſtitutio in integrum, *Odd. tract. de reſtit. in integr. qu. 15. ſub num. 31. & 32. art. 2. & latius ſub num. 44. verſ. ſed contra*, vbi latè de magis communi ſententia, & patet ex *l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud.* & per totum illum titulum *vt ſcribit Odd. d. tract. de reſtit. in integr. par. 2. qu. 68. ſub num. 42. verſ. pro qua art. 6.*

Quod reſtitutio in integrum detur aduerſus ſententiam inappellabilem ex natura cauſæ, exorditur Veſte.

in prax.libr.8.cap.3.in princ.& num.1. idque probatur in triplici ſententia.

Primo in ſententia, lata ſuper momentanea poſſeſſione, a quo minori non dari appellationem ſcribũt ij, quos retuli, & ſequutus ſum *ſupra q.17.limit.6.membr.3.numer.33.* Et tamen aduerſus eam datur ei reſtitutio in integrũ, vt egregiè diſputando firmat Gloſſ vlt. *in l.vnica, in verbo, reformationem, C.ſi de momen.poſſeſſ.* quam ibidem referunt & ſequuntur Bar. *in fine, Bal.colum penult.num.13. verſ.quæro nunquid eccleſia, Salyc.q.3.ſub nu.4.* & Contar. *limit.8.num.1.& ſeqq.& ſub nu.23.verſ.cæterum, ibi, contrarium Papien.in pract.in form.appell.à ſent. diffin.in gloſ. coram vobis ſub numer.9. verſ quæritur vltra fol.405.* & de
* communi & receptiori opinione teſtantur Benint. *decis. 79.mota liſe, n.9. Menoch, tr.de retinen.poſſ.rem.3.q.107.n. 851.fol.110.& Odd.tr.de reſtit.in integr.par.2.q.66.ſub nu. 42.verſ.ſed contra, art.6.*

3 Secundo in ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, à qua quis non poteſt appellare, & tamen poteſt petere reſtitutionem in integrum, vt ex *d.l.1, C.ſi aduerſ.rem iud.* ſcribit *Soc.conſ.299 capio primum, num.4. verſus finem, ibi, præterea à ſententia, lib.2.*

4 Tertio in ſententia lata contra contumacem in non reſpondẽdo poſitionibus, ideoque declaratum pro confeſſo, quia ab iſta ſententia non datur appellatio, & tamẽ conceditur reſtitutio in integrum, *vt retuli & ſequutus ſum lib.præceden.cap.7.ſub num.546.*

5 Quod reſtitutio in integrum detur etiam aduerſus ſententiam inappellabilem propter excellentiam iudicis, patet, quia à ſententia Principis non dari appellationem ſcripſi *ſupra quæſt.16.limit.1.num.1.* & tamen datur reſtitutio in integrum, *Abb.in cap.5. cum ex literis, not.2.numero.2.* dicens, quod poteſt peti reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam Papæ, & latius *num.17. verſ.extra gl. de reſtit.in integr.* dicens cum diſtinctione, quam tu poteris videre, quod aduerſus ſententiam Principis poteſt peti reſtitutio in integrum, & ad Abb.ſe remittit Foller. *in addit.ad Maran.in ſpec.par.6.actu 2.princip. ſub num.109. fol.471.*

6 Extende primo hanc concluſionem, vt procedat etiam in caſu, quo ſtatutum tolleret remedium appellandi, & remedium dicendi de nullitate, quia adhuc eo caſu concederetur reſtitutio in integrum, *Soccin. dict.conſil.299. numero.4.verſic. ſed dico ſeruabant difficultatem libr.2. & Contar.in l.vnica, limit 8.num.15. verſ.idque verum eſt, C.ſi de momen.poſſ.*

7 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi tolleret ius excipiendi, & dicendi ſe grauatum, & remedium recurrendi, quia adhuc poſſet peti reſtitutio in integrum, *Soccin.d. conſil.299.num.5.& ſeqq.quem refert, & ſequitur Contar. vbi ſupra.*

8 Extende tertiò, dum dixi dari reſtitutionem aduerſus ſententiam latam in poſſeſſione, vt detur etiam eccleſiæ; *Contar.in l.vnica, limit.8.ſub numer.22. verſ. & ex his, & num.13.C.ſi de momen.poſſ.* & quod eccleſiæ ſit concedenda reſtitutio in integrum, reſoluit, adductis in vtramque partem argumentis, Goffr. quem refert, & ſequitur Contar. *ead.limit.8.nu.23. verſ.cæterum.*

9 Comprobatur hæc extenſio, quia eccleſiæ competunt omnia priuilegia, quæ competunt minori in materia reſtitutionis in integrum, *Odd.tract.de reſtitut.in integr.par. 1.quæſt.3.ſub num.16.verſ.ſed contra, & num.17.* vbi, quod eccleſia reſtituitur iure minoris, & de opinione com-
* mune.

10 Extende quarto, vt ex iuſta cauſa concedatur cuilibet contradictori, ſicut, loquendo in poſſeſſione adipiſcenda, ſcribunt Papien. *in practic.form.libell. quo petit.hæred. ex teſta.in gl.quatenus ex officio, in fin. fol.887.* & alij, quos refert, & ſequitur Achil. Veſion. *tract.de adipiſc. poſſ.num. 348.verſ.& quamuis fol.270.* & in poſſeſſione *ex l.ſi.C. de edic.diu.Adr.toll.Menoch.de adipiſc.poſſeſſ. rem.4.num. 906.quæſ.103.* & generaliter in poſſeſſione momentanea *Soc.d.conſil.299.ſub n.4.lib.2.Menoch.d.q.103.nu.907.& Achil.de Graſſ.deciſ 5.alias 83.reſtitutionem, nu.1.de in integr.reſtit.fol.42.in fine.*

11 Extende quinto, vt concedatur reſtitutio in integrum quando ex aliquibus ſignis poteſt videri, quod per poſſeſſionẽ infertur enormiſſimum damnum, quo caſu Rot. de qua Achil.de Graſſ. *vbi ſupra,* tenuit dari reſtitutionẽ in integrum, non obſtante, quod Soc. *conſil.266.in cauſſa quæ vertitur, num.26.lib.2.* dixerit, contentionem de poſſeſſione non eſſe contentionem magnæ cauſſæ, etiam ſi agatur de poſſeſſione magnæ rei.

12 Amplia hanc extẽſionem, vt concedatur etiam quando damnum, quod infertur, non eſt enormiſſimum, quia adhuc datur reſtitutio in integrum. *Contar.in l. vnica, lim. 8 n.24. verſ.hæc deciſ. C.ſi de mom.poſſeſſ.*

13 Confirmatur primo hæc ampliatio, quia reſtitutio cõceditur etiam pro modica læſione, ſeu pro modico damno, vt in reſtitutione minoribus concedenda ſcribunt Cin. *in l.1.ibi, ad contraria ſic reſpondetur, fol.99.Bald.nu. 2.Cod.ſi aduerſ.vendit.pignor.fol.149.& alij citati à Gabr. in concluſ.libr.ſecundo, tit.de reſtit.in integr. concluſ.1.ſub num.1.verſ.tamen,* quibus addo Couar. *variar.reſolut. lib. 1.cap.3.ſub num.11.ibi, quamobrem pro modica læſione, volum.1.fol.24.& Contar.in l.vnica, limit.8.numer.25.C.ſi de momen.poſſeſſ.*

14 Confirmatur ſecundo, quia reſtitutio in integrum datur etiam pro minimo damno, ſi ex tali reſtitutione non ſequatur reſciſſio contractus magnæ rei, ſeu ſummæ, ſed ſequatur ſolum reſciſſio ipſius modici damni, *Dec.in c.8.maioribus, ſub num.3.de præben. Gabr.d.concl.1.in fin. num.4.* & explicat apertius Contar. *d limit.8.ſub num.25. ibi, vltra quod reſtitutio,* dicens, quod reſtitutio datur etiã pro minimo in re, quæ abſolutè de ſe ſit minima, & nullam connexitatem, vel mixturam habeat cum re, vel maiori ſumma.

15 Contra hanc ampliationem, quod enim reſtitutio in integrum non detur, niſi propter enormiſſimum damnum, ſentit Rot. de qua Achil.de Graſſ. *d.deciſ.5.de in integr.reſtitut.*

Nec obſtant duæ confirmationes ſupra adductæ.

Ad primam enim; quod reſtitutio concedatur pro modica læſione; reſpondeo, quod contrarium tenent Spec. *tit.de reſtitut.in integr.§.1.num.37. verſ.& ſciat, lib. 2.fol.208.* & Dec. *cap.59.vt debitus, not.2.n.8.de appellat.*
* & hanc eſſe communem opinionem quod pro modica læſione non concedatur, teſtatur Dec. *ead.cap.8.maiorib. n.3.verſ.primum de præbend.* quam communem, & magis communem refert, & ſequitur Gabr. *d.concluſ.1.ſub nu.1. & in fine, dicti nu.1.verſ.tenendo.*

Ad ſecundam; quod concedatur etiam pro minimo damno; patet reſponſio ex præcedenti reſponſione: ſi enim non conceditur pro modica, multo minus concedetur pro minima, & quod pro minimo damno non detur reſtitutio, ſcribunt Bald. *in l.1.nu.2.verſ.opp.& videtur, Cod.ſi aduerſ.vendit.pignor.* dicens, quod pro minimo damno non receditur a iure communi, & Odd. *tract.de reſtit.in integr. part.1.qu.4.ſub nu.102. verſ. quia minima læſione, & ſub num.104.verſ.concluſio firma,* & ſentiunt ſine ſcrupulo illi omnes, qui tenent, reſtitutionem non dari pro modica læſione.

Videtur hæc contrarietas conciliari ex *l.4.ff.de reſtit. in integr. ſcio illud à quibuſdam obſeruatum, ne propter ſatis minimam rem, vel ſummam, ſi maiori rei, vel ſummæ præiudicetur, audiatur is, qui in integrũ reſtitui poſtulat:* Aut igitur non præiudicatur maior rei, ſeu ſummæ, & datur reſtitutio; Aut præiudicatur, & non datur.

In

Digitized by Google

In hac multiplici opinionum varietate varij varia loquuntur; inter omnes tamen diligentius loquuti hucuſque videntur Couar. *var. reſol. lib. 1. c. 3. ſub num. 11. verſ. ego ſane, & num. 12. fol. 24. & 25.* & Odd. *tract. de reſtit. in integr. d. q. 4 nu. 96. & ſeqq. art. 12.* qui, vt remclaram ſeparet à dubia, diſtinguit tres caſus, & tres inſpectiones, quas poteris videre.

16 Ego tamen, intuens ex omnium dictis poſſe læſionem diuerſimode conſiderari, eandemq; vno reſpectu dici magnam, alio modicam, & alio minimam, adeo quod in ea non poteſt dari certa doctrina; quia ex eo, quod multiplici ſubiacet expoſitioni, certa non poteſt haberi reſolutio; quo factum eſt, vt qui eam explicauerint, inuoluerint, & veluti anſam ſoluentes, modum ligarunt, vt loquitur textus in *cap. 24. cum olim. de verb. ſignific.* breuiter dico quod in effectu reſtitutio in integrum cōceditur propter læſionem arbitrio iudicis, quia arbitrio iudicis relinquitur, quæ læſio dicatur magna, ſeu enormis de effectum, vt concedi debeat, reſtitutio in integrum, vt teſtantur Alex. *conſil. 67. videretur. n. 2. lib. 5.* dicens, quod ſecundum arbitrium iudicis, attenta qualitate perſonarum, erit iudicandum, quod dicatur grande damnum, *addit. ad Bal. in l. C. ſi aduerſ. vendit. pignor. Couar. var. reſol. lib. 1. c. 3. ſub n. 11.*
* *verſ. ego ſanè. circa medium, fol. 24.* & de communi * opin. teſtantur & ſequuntur ij, quos refert, & ſequitur Odd. *d. tract. de reſtit. in integr. q. 4. ſub n. 122. in 6. opin.* hancque
* communem * opin. loquendo de læſione, propter quam datur reductio laudi ad arbitrium boni viri, retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. c. 2. n. 450.* Ergo ſiue dicamus, reſtitutionem in integrum concedi propter enormem læſionem, ſiue propter modicam, ſiue propter enormiſſimam, ſemper recurrendum erit ad arbitrium iudicis, quia eius arbitrio committitur, *vt dixi,* quæ læſio dicatur talis, & qualis, ſicut ratiocinando aduertit etiam Odd. *d. q. 4. art. 12 n. 106. verſ. ego puto.*

17 Iudex vero in hoc arbitrio debet in primis conſiderare, vt dixi, qualitatem perſonarum, quia, vt dicit Gloſ. *in l. 52. ſed & ſi ſuſcepit. in §. ſi libertis. in verbo modica. ff. de iudic.* Comitiſſa Matilda, donando cuidam eccleſiæ quaſdam terras, quæ extendebantur in viginti milliaria, dixit, quod illi eccleſiæ concedebat aliquantulum terræ; nam, vt rationem reddit Franch. *in cap. 11. de appellationib. ſub num. 2. verſus finem, de appell.* modicum erat reſpectu donantis. Debet etiam iudex conſiderare qualitatem negocij, & quantitatē læſionis: Nam ſi agatur de aliquo contractu, ſeu negocio, in quo precia rerum non ſint omnino certa, tum quia res vno tempore magis, quam alio valeant, tum quia diuerſa ſit bonitas, & qualitas rerum, diuerſaque ſubſint pericula, tunc læſio modica non dicetur læſio, quia etiam prudentes viri in eiuſmodi contractibus, & negocijs ſe inuicem lædunt: Si agatur de pignore, quia expedit hominibus habere creditum, & inuenire pecuniam ſub pignore, non dicetur læſus, qui daret maius pignus, niſi ſit læſio valde enormis. Si agatur de euidenti damno, & nulla ſubſit compenſatiua vtilitas, tunc modica læſio æſtimabitur læſio, vt puta, cum quis clare debet habere decem à banco, & exigit nouem. Si agatur de contractu ſcutorum mille, tunc læſio ſcutorum viginti poterit eſſe modica, vel minima: & tamen, ſi ageretur de contractu ſcutorum ſexaginta, eſſet læſio magna: Si vndequaque læſio ſit minima, vt puta, quia agatur de vno nummo æneo, vel de vno ouo, tunc indiſtinctè denegaretur reſtitutio in integrum, quia minimum, & nihil æquiparantur, ideoque minima læſio non diceretur læſio, ſicut leuis febricula non dicitur febris, & vulnuſculum non dicitur vulnus, & ſimilia, de quibus ſcripſi *ſupra lib. 1. cap. 24. ſub num. 5.* Quæ cum ita ſint, apparet clare, quod reſtitutio in integrum, concedenda propter læſionem, relinquitur arbitrio iudicis, & conſequenter fruſtratoria eſt illa diſtinctio de electione enormiſſima, enormi, magna, & modica; ſufficit enim læſio quæ, vt dixi, ſi minima ſit, non dicitur læſio.

18 Extende ſexto, vt minori concedatur reſtitutio in integrum non ſolum aduerſus ſententiam, ſed etiam aduerſus omiſſam probationem, ſicque ante ſententiam, *Bal. conſil. 208. præmiſſis. ſub num. 1. lib. 1 Contar. in l. vnica, limit. 8. n. 13. verſ. idque procedit. C. ſi de mom. poſſ.* & quod minor reſtituatur aduerſus omiſſam probationem, etiam poſt latam diffinitiuam ſententiam, ſcribit Bald. *vbi ſupra,* & quod reſtituatur aduerſus concluſionem in cauſa, & omiſſas probationes, ſcribit Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 65. ſub n. 80. & ſeqq. art. 12.*

19 Amplia hanc extenſionem, loquentem in minoribus, vt habeat locum etiam in maioribus, *Odd. ead. q. 65. num. 65. art. 12.*

20 Subextende primo eandem extenſiones, loquentes de reſtitutione, concedenda minori annis viginti quinque, vt habeant locum etiam ſtante ſtatuto, quod maior annis decem & octo poſſit validè contrahere abſque authoritate alterius perſonæ, quia nihilominus minori viginti quinque annis, & maiori decem & octo dabitur reſtitutio, *Odd tract. de reſtit. in integr. par. 1. q. 15. ſub numer. 81. verſ. in contrarium artic. 9. & Contar. d. limit. 8. nu. 14. verſ. ex eodem.*

Ratio huius ſubextenſionis eſt, quia ſtatutum, corrigens ius commune in vno, non debet extendi, vt corrigat in alio, de quo non loquitur iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. cap. 8. n. 410. & 411.* ſed hoc ſtatutum corrigit ius commune quoad validitatem contractus, cum de iure communi contractus, factus à minore ſine interuentu curatoris, ſit ipſo iure nullus, præſertim ſi ſit contractus alienationis rei immobilis, vel mobilis, quæ ſeruando ſeruari poſſit, *iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum lib. præced. cap. 1. num. 276. 286. 288 311. & alijs num.* Ergo ſtatutum non debet extendi, vt cenſeatur etiam prohibere reſtitutionem in integrum; quia ſic corrigeret ius commune etiam quoad reſtitutione in integrum; nam de iure communi conceditur reſtitutio, præſuppoſita validitate contractus, *vt retuli, & ſequutus ſum eod. cap. 2. num. 273. 316. & 370.* imo ſecundum Rot. *diuerſ. deciſ. 180. circumſcriptis. nu. 2. part. 1. & Odd. d. q. 15. ſub num. 80. verſ. in contrarium & latius quæſt. 17. ſub num. 62.* quando contractus eſt de per ſe nullus, ceſſat reſtitutio in integrum.

21 Subextende ſecundo, vt procedant etiam ſi ſtatutum, ſeu lex haberet minorem pro maiori in aliquo actu, ſeu ſimpliciter pro maiori in omnibus; quia nihilominus reſtitueretur ex capite minoris ætatis ſecundum com-
* munem * opin. quam refert & ſequitur Odd. *d. q. 15. ſub n. 75. verſ. ſed contra art. 9.* Et ratio eſt eadem, quam adduxi in præcedenti; videlicet, quia ſtatutum habilitat minorem ad contrahendum, ſed non per hoc tollit ei reſtitutionem in integrum, quæ datur in contractu valido, *vt dixi.*

22 Subextende tertio, vt procedat etiam ſi ſtatutum diſponeret, quod minor haberetur pro maiori in omnibus, & per omnia, quia adhuc concederetur ei reſtitutio in integrum ſecundum Affl. & Matheſ. quos refert, & ſequitur Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 15. ſub num. 75. n. 2. verſ. contrarium in hoc. fol. 149*

Ratio huius ſubextenſionis eſt, quia cenſetur habilitatus in omnibus, & per omnia ad contrahendum ſine ſolemnitatibus, ſed non per hoc erit ſublata reſtitutio in integrum, quæ datur minori, quia ius commune quando diſpenſat, ſeu habilitat minorem, vt poſſit contrahere, remouet ſolemnitates requiſitas in contractibus minorum, ſed non remouet reſtitutionem in integrum: ergo idem dicendum eſt in ſtatuto, vt recipiat interpre-

tatio.

rationem à iure communi, & illud non corrigat vltra id, in quo expreſsè corrigit.

23 Comprobatur hæc ratio, quia licet ſtatutum diſponat, quod ætas annorum 18. intelligatur ætas perfecta & legitima, prout diſponit ſtatutum Florentiæ, tamen non erit ætas legitima quoad alienationem bonorum immobilium, *Odd.d.q.15.num.75.verſ. limitatur tamen, & Simoncel.tract.de decret tit.8. inſpect.3. num.24. & 26.tom.6.p.2.fol. 320.* vbi de receptiori, & * veriori opin. reddens eandem rationem, quod cum ſtatutum prædictum poſſit verificari in contractibus, & obligationibus, in quibus agitur de minori præiudicio, non debet extendi ad contractum alienationis rerum immobilium, ad hoc, vt ius commune minus lædatur, quam poſſibile ſit.

Contra hanc ſubextenſionem tenent Boer. *deciſ.350. minor 14.annorum ſub num.4. paulo ſupra finem*, loquens de ſtatuto Florentiæ, & conſuetudine Biturigenſi, & alij, quos citat, ſed non ſequitur Odd.*d.quaſt.15.num.75.il 2. verſ.limitaturque*, quibus addo Contar.*in l.vnica, limit.8. num.17.verſ.limita tamen,C.ſi de mom.poſſeſſ.* & habemus ſtatutum Vrbis, ſic loquens, quod citaui *lib.præced. cap.2. num.546.*

Quid in ſtatuto diſponente, & abbreuiante ætatem, vt puta, quod minor ætas, quæ de iure communi eſt 25.annorum, ſit annorum 20. vide Odd. *d.qu. 15. n.78.*

Et quid de alijs ſtatutis, quæ vtuntur diuerſis verbis, vide eoſdem Odd.*d.q.15.num.84. & ſeqq. & Contar. d.limit.8.n.19.& ſeqq.*

24 Retenta eadem concluſione, poſita *ſupra n.8.* quod detur reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam inappellabilem, latam ſuper momentanea poſſeſſione.

Reſtringe eam, vt non procedat in ſententia, lata in poſſeſſorio ſummariſſimo, in quo fuit propter imminens periculum armorum, & rixæ prouiſum, quis deberet eſſe actor, & quis reus, quia in eo non detur appellatio, neque reſtitutio in integrum, *Beninten.deciſ.79. mota lite, num.8. Menoch.tract.de retinend.poſſ.remed.vlt.q.20.num. 54.& 53.* vbi loquitur etiam ſi reſtitutio peteretur à minore, *& Contar.in l.vnica, lim.8.n.22.verſ.intellige, C.ſi de mom.poſſ.*

25 Declara, imponendo finem huic primæ concluſioni, quod licet detur reſtitutio in integrum, tamen ab ipſo decreto de reſtituendo, datur appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra q.17. lim.47. memb.1.n.167.*

26 Antequam deueniam ad ſecundam concluſionem præmitto duo.

Primum, quod reſtitutio in integrum eſt duplex: prima, quæ dicitur Gratiæ; ſecunda, dicitur Iuſtitiæ, *vt admonent Spec.titul.de reſtit.in integr.§.1. num.34.verſ. in ſumma, lib.2.fol.208. & Odd tract.de reſtit. in integr. par.1. q.1. num.99. & 100. art. 15.* de qua duplici ſpecie reſtitutionis latè, & ordinatè tractat idem Odd. *in 1. & 2.part.* & ideo nos hic in Curia videmus, quod Summus Pontifex habet Signaturam gratiæ, & Signaturam iuſtitiæ, ſeparatas, ita, vt vna non ſe intromittat de altera, de qua duplici Signatura ſcripſerunt eruditiſſimi viri Ludou. Gomeſ. *in compendio vtriuſque ſignat. Mandoſ. tractat.de commiſſ. & de ſignatur. grat.* & alij Moderniores ſparſim, & nos aliqua notauimus *ſupra libr.1. cap.64. numer.3. & ſeqq. & num. 18. & ſeqq.* & de reſtitutione in integrum, petenda aliquando in Signatura gratiæ, & aliquando in Signatura iuſtitiæ ſcripſit Marcheſ. *tractat. de commiſſ. par.2. de commiſſ.reſtitut. in integr. cap.1. num.4.6.29. & ſeqq. fol.188. & ſeq.in prima impreſſ. ſed in ſecunda impreſſ. part.2. de commiſſ.reſtitut.in integr.in princ. ſub numer.10. fol.367. & clarius num.58. & ſeqq. fol. 381.* & aliquas differentias inter vnam, & alteram notat *num.63. & ſeqq. fol.382.*

27 Secundum, quod reſtitutio in integrum gratioſa eſt petenda à Principe, & non ab inferiore, quia facere gratiam, eſt Principis, & non iudicis, *Odd.d.tract.de reſtit.in integr.p.1.q.32. num.29. in fine, & n.30. & 40.& p.2. qu. 92.in princ.*

28 Concludo II. quod, his ſic præmiſſis, quilibet iudex ordinarius poteſt concedere reſtitutionem in integrum, quæ eſt iuſtitiæ, & prout de iure, *l.17.in cauſſa, §. fin.cum l. ſeq.ff.de minor.& l.fin. & ibi Bart. & alij, C.vbi, & apud quem, Spec.tit.de reſtit in integr.§. videndum reſtat in princ. & n.4.verſ. et nota quod ordinarius, lib.2. fol.209. Maran. in ſuo Spec.par.5. in verbo, et omnia fiant durante inſtantia, num.36. fol.244.Odd.tract.de reſtit.in integr.q.32.ſub num. 28. verſ.in contrarium, art.3. Luc.Pæt.in pract. Capitol. lib. 7.c.1. num.3.verſ.hic igitur, et P.Gregor.Toloſ.tract. de appell.lib.1.cap.8. ſub n.7. verſ.ſic quilibet,* & hæc eſt concluſio vera, & communis * & quod reſtitutio in integrum concedi debeat à Prætore Ciuitatis ſcribit Bertach. *tractat.de epiſc.lib.4.par.5. num 68. tom.13. part. 2.fol.350.* & quod peti poſſit coram magiſtratibus, vt coram Prætore olim, & Præſide, ſcribit Gregor. Toloſ. *d. cap. 8. numer.7.*

29 Declara primo hanc concluſionem, vt in propoſito iudex ordinarius dicatur is, qui habet etiam adminiſtrationem iuriſdictionis, alias, ſi non habet adminiſtrationem, non poteſt reſtituere in integrum, quamuis habeat iuriſdictionem ordinariam, *Spec.tit.de reſtit.in integr.§. videndum reſtat. num.2. verſ ſed nunquid, lib.2.fol.208. Bar.in l. fin.n.8.C.vbi, et apud quem.* dicens, quod propterea chartularij non poſſunt reſtituere in integrum, *Abb.in cap.9. cauſſa reſtitutionis, ſub n.7. de reſt.in integr.* & de communi * opinione teſtatur & ſequitur Odd.*tract.de reſtit.in integr. q.32.ſub num.46. verſ.contrarium, art.5.* & qui iudices in Romana Curia ſint ordinarij, dixi *rem. præced. concluſ.6. num.79.*

30 Subdeclara, vt iudices ordinarij, habentes adminiſtrationem, dicantur ij, de quibus ſcripſi *d.rem.præcedenti, concl.6.n.79.80.& ſeqq.*

31 Declara ſecundo, vt ordinarius poſſit reſtituere in integrum aduerſus id, quod ipſe, ſeu prædeceſſor, vel eius æqualis, ſeu inferior fecit, ſeu coram ipſis factum eſt, ſed non contra id, quod fecit eius ſuperior, ſeu coram ſuperiore factum eſt, *Spec.tit.de reſtit. in integr.§. videndum reſtat.num.4.verſ.et nota quod ordinarius, Abb. in c.9. cauſſa reſtitutionis, num.7.ibi, et generaliter cum quæritur, de reſtitut.in integr.Io.Ferrar. tract.de appell.lib.4.c.7.n.301.verſ. interim eorum, tom.5. fol. 79.* & quod poſſit reſtituere aduerſus propriam ſententiam firmat, & ampliat Odd. *tractat.de reſtit.in integr.q.32.ſub num.131. verſ. contra et n. 132.et ſeqq.art.17.* & quod poſſit reſtituere aduerſus ſententiam iudicis ſibi æqualis, firmat Odd.*ead.quæſt.32. ſub num.152.verſ in contrarium artic.20.* & quod iudex minor non poſſit reſtituere in integrum aduerſus ſententiam maioris patet ex *l.18. minor autem magiſtratus ff. de min. 25.ann.* quam citat etiam Greg.Toloſ. *tract. de appell. lib. 1.cap.8. n.7. in fine, verſ.primo minor.* & de opinio, communi * teſtatur, & ſequitur Odd. *tract.de reſtit. in integr. q. 32.ſub n.143.verſ.ſed contra, art.19.*

Ratio huius declarationis quare minor non poſſit reſtituere aduerſus ſententiam ſuperioris eſt, quia in reſtitutione in integrum venit tractanda reſciſſio ſententiæ, quæ reſcindi debet a ſuperiore, *Abb.in c.5. tum ex literis, not.3. num.3.de reſtit.in integr.* etenim non ſolum imperij neceſſitas in Rep. bene compoſita, ſed ipſamet natura in functione iudiciaria ordines obſeruandos oſtendit, ne cum inferior in ſuperiorem vſurpet, iudiciorum auctoritas diſſipetur, *Io.Ferrar.d.c.7. n.301.*

Nota primo illatiuè ex hac declaratione, quod ordinarius non poteſt reſtituere in integrum aduerſus ſententiam Principis, *Odd.tract.de reſtit. in integr. q.32. num.35. art.3.*

art.3.& Greg.Tholoſ.tract.de appell.lib.1.c.8.ſub.n.8.verſ. item contra.

Nota ſecundo, quod ordinarius non poteſt reſtituere aduerſus ſententiam, latam à delegato Principis, ſed ſolus ipſe Princeps poterit reſtituere, *Abb.conſil.87. dico vnum ſub numero 1. lib.1. Odd.d.q.32. numero 34. & ſub numero 154.verſ.in contrarium art.21.& Greg.Tholoſ.d.capit.8.ſub numero 8.verſ.alius caſus.* & de opinione* communi Odd. *d.num.34.*

Quare neq; Epiſcopus, neque Archiepiſcopus, neque Legatus generalis Papæ poteſt reſtituere aduerſus ſententiam latam à delegato Papæ, *Abb.vbi ſupra.*

Praxis tamen circa hoc ſecundum notandum eſt, quod non ipſemet Princeps reſtituat, ſed quod deleget cauſam reſtitutionis, *Abb.vbi ſupra.* & ita paſſim videmus ſeruari hic in Curia.

32 Subdeclara eandem ſecundam declarationem, vt prædeceſſor ordinarius, & ſucceſſor ordinarius reputentur idem iudex, vel ſaltem ſint æquales, ideoque ſucceſſor poteſt reſtituere in integrum contra factum à ſuo prædeceſſore. *Spec.titul.de reſtitut.in integr.§. videndum reſtat.num.4.*

33 Subdeclara ſecundo, vt æquales dici poſſint Epiſcopus, & Vicarius, quia Epiſcopus poteſt reſtituere in integrum contra ſententiam latam à ſuo Vicario, *Abb.in c.5.cum ex literis num.3.in fin.de reſtit.in integr. Franch.in c.66 dilecti q.9.ſub num.44.de appell.& in cap.3.Roman.ſub num.5.verſ.quid autem ibi, ſed an poſſit ſupplicari, & Gemin.ſub num.6. verſ.quæro an Epiſcopus eod.tit.in 6. Bertach tract. de Epiſc.lib.4.par.7. quæſt.27.numero 37.tomo 13. parte 2. fol.358.Maran.in ſuo Spec.parte 6.act.5. princip.in verbo, & quandoque appellatur numero 382.fol.513.& Odd.tract. de reſtit.in integr. quæſt.32.num.156. verſ.& conclude art. 22.* ideo vnus poteſt etiam cognoſcere de nullitate ſententiæ latæ ab altero, *vt dixi rem. præcedenti concluſ. 6. numero 82.*

34 Vicarius tamen non poteſt reſtituere contra ſententiam Epiſcopi, *Abb.vbi ſupra*, quem vltimo loco refert, & ideo ſequi videtur Bertach.*d.n.37.in fine.* cum minor in maiorem nullam habeat Iuriſdictionem vt latè *Bertachin. tract.de epiſc.lib.4.p.7.q.27.n.27.*

Contra hoc tenẽt Maran.& Odd.ſupra citati, & Franch.*in d.capit.66. quæſt.15. numer.48. verſ.ſed aduerte qui contrarium.*

35 Subdeclara tertio, vt ſicut inferior non poteſt reſtituere in integrum aduerſus ſententiam latam à ſuo ſuperiore, ita etiam non poſſit reſtituere contractum, in cuius celebratione interuenerit auctoritas iudicis maioris, *Odd. eod.q.32.n.145.verſ.amplia art.9.*

36 Extende, & limita vna cum Odd.*d.art.19. numero 146. & ſeqq.*

37 Nota ex hac ſubdeclaratione, quod ſi Epiſcopus interpoſuit decretum in actu alienationis rei eccleſiaſticæ, & eccleſia reperitur læſa, non poteſt inferior Epiſcopo concedere reſtitutionem in integrum, *Iaſ.in l.ait prætor §. ſi maior n.13.ff.de minor.*

38 Subdeclara quarto, vt iudex ordinarius à quo poſſit reſtituere ante diffinitiuam ſententiam aduerſus id, quod coram ipſo factum eſt, vt puta aduerſus omiſſas probationes, &c. vt declarat Bald.*conſ.208. præmiſſis ſub n.1.lib. 1.* & quod aduerſus id, quod male actitatum eſt in primo iudicio, debeat peti reſtitutio in integrum coram iudice à quo, refert & ſequitur Odd. *tract.de reſtit.in integr.q.32. n.126.art.16.*

39 Amplia hanc ſubdeclarationem, vt coram iudice à quo ſit petenda reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis ad appellandum, *Bart.in l.5.præſes num.6. verſ. finem, C.de appell.& conſult. Franch.in c.8.ex ratione ſub n. 57. verſ.circa primum breuiter ibi, aut nullo modo fuit appellatum & Card.Alex.q.8.princip.n.34. de appellat. Abb. in c.vlt.beneficio, n.6.ibi, quis autem de reſtit.in integr. Veſtr. in prax.lib.8.cap.3.num.13.verſ.quod ſi fol.245.et alij, quos refert, et ſequitur Odd.d.quæſt.32.num.127.verſ.exemplum artic.16.*

Ratio eſt, quia ſi non eſt appellatum, cauſa non eſt deuoluta ad iudicem appellationis, & conſequenter coram iudice à quo petenda eſt reſtitutio in integrum, *Abb. Franch. et Veſtr. vbi ſupra.*

40 Explica hanc ampliationem, vt Signatura eam ſeruet, quando datur commiſſio ſimplex reſtitutionis in integrũ aduerſus lapſum tempus ad appellandum, quia tunc committeret iudici à quo; ſecus autem, quando datur commiſſio reſtitutionis in integrum, & appellationis, prout paſſim videmus dari commiſſiones appellationis, appellationum, & reſtitutionis in integrum, quia tunc Signatura non delegat iudici à quo, ſed alteri iudici propter mixturam appellationis, & quod reſtitutio in integrum poſſit peti, & cumulari in commiſſione cauſæ appellationis, & nullitatis, teſtantur Bellamer.*deciſ.298.de conſuetudine folio 65.* & latius Marcheſ.*tractat.de commiſ.par.2.de commiſ reſtitut.in integr.c.1.n.55. et ſeqq.fol.194.* & ita paſſim videmus.

41 Subdeclara quinto, vt iudex ad quem poſſit reſtituere aduerſus id, quod eſt geſtum coram ipſo, & ideo aduerſus omiſſas probationes poſt latam ſententiam ipſe reſtituet *Bal.d.conſ.208.ſub num.1.lib.1.* & demum reſtituet aduerſus totum illud, quod male geſtum, vel omiſſum eſt in ſecunda inſtantia, *Odd.d.quæſt.32.ſub nu.127. verſ.ſecundus caſus art.16.* & reſtituet etiam aduerſus non proſecutionem appellationis, coram ſe deuolutæ, *Bart.in l.5.præſes, num.6.et Bald.ſub num.5.et alij, C.de appellat.et conſult. Franch.in cap 8.ex ratione ſub num.57. verſ.circa primum, et Card. Alex.q.8.princ.numero 34.de appel. Abb.d.c.beneficio ſub num.6.de reſtitut.in integr.* & Veſtr.*in prax.lib.8. capit.3.ſub numero 13 verſ.quod ſi*, dicens, quod Signatura eidem committeret cauſſam reſtitutionis, & non iudici à quo.

42 Ratio, & bene ſecundum Card.Alexan. *vbi ſupra eſt*, quia ille iudex dat reſtitutionem in integrum, qui eſt iudex competens in actu, in quo cauſata eſt læſio.

43 Declara tertio eandem concluſionem, vt ordinarius, habens adminiſtrationem, poſſit reſtituere in integrum tam incidenter, quam principaliter, nam quod poſſit incidenter, non poteſt cadere in dubitationem, quia quilibet iudex, coram quo, cauſſa agatur, poteſt reſtituere in integrum incidenter, vt retuli, & ſequutus ſum *infra ſub n. 45 verſ.imo.* & quod poſſit etiam principaliter non inueni adhuc Iuriſperitum, qui reuocauerit in dubium, ſed omnes præſupponunt, dum quærunt ſolum an delegatus poſſit reſtituere in integrum principaliter.

44 Firmata iam, ac declarata concluſione, quod ordinarius reſtituat in integrum aduerſus ſententiam ſuam, vel ſui æqualis, aut inferioris, infero multa.

Infero primo, quod delegatus, cum non ſit ordinarius, non reſtituit in integrum, *Bart.in l.fin.ſub num.4.ibi, ſi vero petitur, C.vbi et apud quem.* dicens, quod ſi petitur reſtitutio principaliter contra ſententiam latam in illa cauſſa non poteſt reſtituere delegatus, *Franch.in cap.66.dilecti, q.10.numer.49. verſ.hinc eſt quod delegatus de appell.Card. Alex. in c.8.ex ratione q.8.princip. ſub n.34.ibi, circa quæſtionem eod.tit.de app.* & ita diſtinguendo ſcribunt * communiter omnes.

45 Limitatur primo declarando hanc illationem, vt ſit vera quoad reſtitutionem principaliter intentandam, ſic enim loquuntur Bart. Franch.& Card. Alex. *in locis ſupra proxime citatis.*

Secus ſi intentetur incidenter, quia incidenter poteſt intentari etiam coram iudice delegato, Bar. *in d.l.fin.ſub num.4.*

num.4. verſ. oppono quod ibi, quandoque delegatur cauſſa principalis C.vbi & apud quem Abb.in capit.9.cauſſa reſtitutionis,ſub num.3.not.3.de reſtit.in integr.Franch.in c.8.ex ratione num.57.verſ.circa primum breuiter in fine,& Card. Alex.q.9.princ.ſub num.34.de appell.Odd.tract.de reſtitut. in integr.q.32.num.55.verſ.aut loquimur art.6.& communiter* omnes,& ita intelligas Maran.in ſuo Spec.parte 5.in verbo,& omnia fiant durante inſtantia nu.36.fol.244. dum ſimpliciter ſcribit, quod quilibet delegatus poteſt reſtituere in integrum.

Imo reſtitutio incidenter poteſt intentari coram quocunque iudice, qui cognoſcit de cauſſa principali, vt loquitur Luc.Pæt.in pract.Capitol.lib.7.cap.1.num.4. Quare poteſt intentari coram ordinario, non habente adminiſtrationem, Abb.in d.cap.9. cauſſa reſtitutionis ſub num.7. ibi,ordinarius autem.ſeu coram iudicibus minimis, videlicet cartularijs, id eſt, notarijs,& ſimilibus, qui habent iuriſdictionem ſine adminiſtratione, Odd.tract.de reſtit.in integr.quæſt.32. num.49.limit.2.art.5. iunctis num.45. & 46.& coram quocunque iudice etiam pedaneo, Iaſ.in l. ait Prætor.§. ſi minor.num.14. ff.de minor. & coram arbitris ſecundum commun.* opinionem, de qua teſtatur, & ſequitur Odd.ead.q.32.ſub num.75. verſ.in contrarium art.8.

46 Ratio eſt in promptu, quia mandatum iuriſdictionale ampliatur ratione incidentiæ, ſicut etiam mandatum procuratorium ratione incidentiæ extenditur ad ſpecialiter non commiſſa, Abb.c.9. cauſſa reſtitutionis not.3. ſub numero 3.

47 Quando reſtitutio dicatur peti principaliter, & quando incidenter,vide Veſtr.in prax.lib.8.c.3.n.19.verſ.cæterum ſol.248. & latius Luc. Pæt.in pract.c.lib.7.c.1. num.5. verſ.prius igitur.vbi verſus finem dicit,ſe multum laboraſſe priuſquam intelligeret.

48 Hęc cognitio,quando reſtitutio dicatur peti principaliter, & quando incidenter eſt neceſſaria non ſolum eo, quia iudex delegatus poſſit reſtituere ſolum incidenter, ſed etiam eo,quod in reſtitutione, principaliter petita, requiruntur libellus,litiſconteſtatio,& alia ſolemnia iudicij ordinarij,vt declarant Franch.in cap.8.ex ratione num. 58.verſ.de ſecundo autem de appell.Luc. Pæt.in pract.capit. lib.7.cap.1.num.5.verſ.prius igitur:& clarius Veſtr.in prax. lib.8 cap.3.nu.19.verſ.cæterum vbi ſol.248. At in reſtitutione,petita incidenter,proceditur ſummariè ſine libello, & ſine conteſtatione litis, vt ſcribunt ijdem Franch.Luc. Pæt.& Veſtr.in locis hic citatis.quod eſt etiam diſpoſitum per ſtatuta Vrbis lib 1.c.50.

49 Sublimita hanc limitationem in eius ſecunda parte, in qua diximus, quod iudices, inhabiles ad reſtituendum principaliter, ſunt habiles ad reſtituendum incidenter, vt hoc non procedat, quando reſtitutio tenderet contra aliquem actum, factum coram ſuperiore, quia neque incidenter poſſent reſtituere ſecundum Odd.d. quæſt. 32. numero 76. et 77. dum declarat doctrinam Bartoli.

50 Limita ſecundo,vt non procedat in delegato Principis quia is poteſt reſtituere in integrum,Odd.tract.de reſtit.in integr.q.32.n.53.et 54.art.6.

51 Contrariam opinionem,nempe,quod non poſſit reſtituere,tenet Abb.conſil.87.dico vnum ſub n.2.lib.1.concludens in effectu, delegatum Papæ poſſe reſtituere cum incidit cauſſa reſtitutionis priuſquam fructus ſit omnino officio ſuo,& clarius in c.9.cauſſa reſtitutionis ſub n.7.ibi, delegatus uero a principe de reſtit.in integr.dicēs,quod poteſt reſtituere in integrum, ſi veniat incidenter in cauſſa ſibi commiſſa,alias non.

52 Limita tertio,vt non procedat in delegato,cui cauſſa reſtitutionis in integrum committitur ab ordinario, habēte adminiſtrationem,quia is in vim ſpecialis delegationis poteſt reſtituere in integrum,cap.9.cauſſa reſtitutionis de in integr.reſt. quare paſſim ſunc in Curia Signatura iuſtitiæ committit cauſſas reſtitutionis in integrum, prout de iure,& delegatus procedit.

53 Infero ſecundo, quod iudex appellationum, qualis eſt Capitaneus in foro Capitolino, non poteſt reſtituere principaliter in integrum, tum quia non eſt ordinarius, cum habeat limitatam iuriſdictionis, vt ſcribit Luc.Pæt.in pract.Capitol.lib.7.cap.1.ſub num.4.verſ.ex hoc tu patrone. tum quia non habet aliquam adminiſtrationem,Gloſ.in d. c.9. cauſſa reſtitutionis in verbo, non habent.& Abb.ſub principio,ibi,item pone exemplum de reſtit.in integr.& Odd. d.q.32. art.5.num.46. verſ.exemplificant. Vnde in confirmatione huius illationis nos videmus, quod in Curia Capitolina reſtitutionis in integrum petuntur coram Senatore,& Collateralibus, qui ſunt iudices ordinarij; & in Curia Lucenſi pluries vidi,reſtitutiones in integrum peti coram Auditore primarum inſtantiarum, & nunquam coram alijs Auditoribus Rotæ, qui ſunt iudices appellationum, & praxis, ſeu conſuetudo eſt optima legum interpres.

54 Comprobatur hæc illatio, qui iudex appellationum, qualis eſt Archiepiſcopus, non poteſt adiri alia via, quam via appellationis, eius enim iuriſdictio eſt ita reſtricta ad cauſſas appellationum, vt in ſubditos ſui ſuffraganei nullam habeat iuriſdictionem,etiam ipſis volentibus, niſi accedat conſenſus ſuffraganei, vt in alio propoſito ſcribit Rot. dec.3. alias 11. fuit dubitatum verſ.de exceptione in addit. de appell. innou. & ideo via nullitatis principaliter intentandæ adiri non poteſt,per ea,quæ ſcripſi rem.præced.concl.6.n.85. Ergo neq;poteſt adiri via reſtitutionis principaliter intentandæ.

55 Contra hanc illationem vrgent ſex argumenta.

Primum, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum habet regulariter naturam iudicis ordinarij, vt retuli, & ſecutus ſum rem.præced.concl.6.num.99.ſed iudex cauſſarum appellationum eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum; ergo ceſſat primum fundamentum, cui innititur Luc.Pæt.dicens, Capitaneum appellationum non poſſe rèſtituere,quia non eſt ordinarius.

56 Secundum,& confirmo magis hoc primum, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum poteſt reſtituere, Bar. in l.fin.n.4.ibi,quandoq;delegatur vniuerſitas C.vbi & apud quem,& Abb.in cap.9.cauſſa reſtitutionis ſub n.7.ibi poteſt addi & tertius caſus de reſtit.in integ.

57 Tertium, quia licet Capitaneus, ſeu iudex appellationum non diceretur ordinarius,ſed delegatus,tamen non eſt delegatus ab ordinario,ſed à Principe, qui delegatus à Principe,attenta opinione, Oddi,quem citaui ſupra n.50. poteſt reſtituere.

58 Quartum, quia appellatione non interpoſita infra legitima tempora,ſicque cauſſa non deuoluta ad iudicē appellationis, poteſt nihilominus is adiri,non tanquā iudex appellationis, ſed tanquā ſuperior iudice à quo,&,vti coram ſuperiore, poteſt peti reſtitutio in integrum aduerſus non interpoſitam appellationem, ſeu lapſum tempus ad appellandum,Card.Alex.in cap.8.ex ratione ſub numero 34.quæſt.8.princip.ibi,tamen ſi pars de appell.qui dicit, caſum eſſe de Brocha in l. 1. C.ſi ſæpius in integr. reſtit.ſuer. poſtul.& ex Card. Alex.refert, & ſequitur Odd. tractat.de reſtit.in integr q.32.in fin.num.130.verſ.limitatur prædicta vbi loquendo generalius, ſcribit, quod coram iudice ad quem poteſt peti reſtitutio in integrum aduerſus male geſta coram iudice à quo,ſi talis reſtitutio petatur coram eo, non tanquam iudice ad quem, ſed tanquam ſuperiore.

Quintum, quia illa praxis petendi reſtitutionem corā Collateralibus, alijſque iudicibus ordinarijs primarum inſtantiarum videtur potius introducta, vt remaneat iudex

dex

dex appellationum, quam quod ſit de neceſſitate; nam ſi reſtitutio in integrum petatur coram iudice ordinario primarum inſtantiarum, iſque pronunciat, eſſe vel non eſſe concedendam reſtitutionem, ſtatim poteſt grauatus adire iudicem ordinarium appellationum; at ſi petatur reſtitutio in integrum coram iudice appellationum, iſque pronuntiet, & à pronuntiatione contingat appellari, deficiet iudex appellationis, vel ſaltem deficiet primus iudex appellationis, quia ſecundus erit primus, ſed non tenet conſequentia: eſt vtile: ergo eſt neceſſarium.

59 Sextum, quia, ſi iudex appellationum, qualis eſt Archiepiſcopus, qui non poteſt adiri via querelæ, confirmet ſententiam iudicis à quo, executio ſententiæ petitur coram ipſo iudice appellationum confirmante, *vt retuli, & ſequutus ſum ſuper quæſt. 71. ſub num. 162.* & poteſt executio coram eo peti non ſolum officio iudicis, ſed etiam intentando actionem iudicati, vel in factum ex ipſa ſententia, quæ tamen actio regulariter intentatur coram ordinario à quo, vel coram ſuperiore, qui poſſit adiri per viam querelæ, *Franch. in c. 3. Romana, §. fin. cum autem, ſub n. 3. limit. 2. de appellat. in 6.* Ergo apparet, quod ſaltem in his, quæ cauſantur ex ſua ſententia, poteſt adiri tanquam ſuperior, qui poteſt adiri etiam via querelæ, & conſequenter poteſt in his coram eo peti reſtitutio in integrum principaliter.

60 His non obſtantibus, non eſt recedendum ab illatione, quæ tenetur communiter, & ſeruatur in praxi, & ad argumenta in contrarium poteſt reſponderi.

Ad primum, & ſecundum reſpondeo, quod delegati ad vniuerſitatem cauſſarum poſſunt reſtituere in integrum in caſibus, qui tunc de vniuerſitate cauſſarum eius delegata; quia in illis cauſſis habent iuriſdictionem generalem, & ideo in illis cauſſis poſſunt adiri in prima inſtantia per omnes vias, nempe per viam agendi ſuper negocio principali, per viam nullitatis, querelæ, & reſtitutionis in integrum; at iudices appellationum habent iuriſdictionem limitatam ad cauſſas appellationum, *vt dixi ſupra num. 52.*

61 Ad tertium reſpondeo, quod contrariam opin. tenet Abb. quem citaui *ſupra ſub n. 51.*

Ad quartum reſpondeo, quod *l. 1.* in qua ſe fundat Card. Alex. loquitur in Imperatore, ſicut notat in ea Bar. ſicque loquitur de ſuperiore, qui poteſt adiri etiam ſine appellatione, & conſequenter poteſt adiri etiam via reſtitutionis in integrum, vt explicat Abb. *in c. vlt. in fin. de reſtit. in integ.* vbi declarando Bartol. *in l. 5. præſes, in fin. C. de appell. & conſult.* inquit, aut eſt talis ſuperior, qui poteſt adiri ſine medio appellationis; & procedit opinio Bartoli, dicentis poſſe etiam coram eo peti reſtitutionem in integrum aduerſus omiſſam appellationem; qui eſt talis, qui non poteſt adiri ſine appellatione, vt eſt Archiepiſcopus reſpectu ſubditorum Epiſcopi, & procedit opinio contraria, vt is non poſſit reſtituere.

Ad quintum reſpondeo, quod facile eſt ordinariè, vt à iudice appellationum iudicante in prima inſtantia appelletur ad iudicem ordinarium primæ inſtantiæ, prout in foro Capitolino à Capitaneo appellationum in prima inſtantia, appellatur ad Senatorem, *vt ſcripſi ſup. q. 8. num. 140.* Et in Rep. Lucenſi ab vno ex Auditoribus Rotæ iudicante in prima inſtantia, vti Conſultore, ſeu Syndico, appellatur ad reliquos duos Auditores Rotæ, & ad Iudicem primæ inſtantiæ.

Ad ſextum reſpondeo, quod contra Franchum tenet Arch. quem ipſe citat.

62 Declara primo eandem illationem, vt iudex appellationis poſſit reſtituere incidenter, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra, n. 41.*

63 Declara ſecundo, vt non procedat in iudice appellationum, qui poſſit adiri etiam via querelæ, quia, cum is non habeat iuriſdictionem limitatam, poteſt reſtituere in integrum etiam principaliter, per ea, quæ ſcripſi *ſupra num. 61. iuncto n. 58.* nam ceſſat limitatio iuriſdictionis, quæ obſtaret, ne poſſet reſtituere, *vt dixi ſupra n. 53. & 54.* & bene applicantur, quæ de nullitate ſcripſi *rem. præced. concl. 6. n. 84. & 85.* vbi vide.

64 Concludo III. quod reſtitutio in integrum impedit executionem rei iudicatæ, *l. vnica, C. de reſtit. in integr. poſtul. & c. tit. de reſtit. in integr. §. vlt. n. 1. lib. 2. fol. 210. Iaſ. in l. 4. §. condemnatum, ſub n. 26. ff. de re iudic. Rebuff. tract. de appell. art. 16. gl. 1. n. 32. tom. 3. fol. 526.* & quod hæc ſit regula, ſcribit Veſtr. *in prax. lib. 8. c. 3. ſub n. 15. verſ. at viſis, ibi, nihilominus crediderim. Lanc. tract. de att. par. 2. c. 18. de attent. reſtit. in integr. pend. n. 10. & ſeqq. tom. 5. fol. 400. Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 43. num. 2. verſ. regula, art. 1.* & eſſe communem opinio, teſtantur, & ſequuntur Couar. *pract. qq. c. 25. n. 7. verſ. duodecimo fol. 532. Luc. Pat. in pract. Capi. lib. 7. c. 1. n. 20. verſ. eſt igitur, Mohed. deciſ. 2. alias 177. in cauſſa Sengobien. de reſtit. in integr.* & eſſe magis communem teſtatur, & ſequitur Aſin. *in prax. § 31 c. 2. ampl. 38. limit. 5. ſub n. 1. & 2. fol. 178.* Et hæc concluſio in foro Capitolino procedit etiam ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis *lib. 1. c. 50. de cauſſis reſtitutionis, &c.* quia dum mandant inhiberi ſine præiudicio duarum conformium, & rei iudicatæ, quando reſtitutio in integrum petitur principaliter poſt cœptam, ſeu petitam executionem; tacitè diſponunt quod, ſi ſit petita reſtitutio in integrum ante cœptam, ſeu petitam executionem, inhibeatur ſimpliciter; & licet contra hanc tacitam diſpoſitionem poſſem multa vrgentia allegare ex his, quæ, loquendo de re iudicata, retuli, & ſequutus ſum *infra n. 95. exempl. 1.* tamen, quia ita praxis interpretatur illud ſtatutum, non inſiſto.

65 Amplia primo hanc concluſionem, vt ſola reſtitutionis petitio impediat executionem, textus eſt *in rubr. C. in integr. reſtit. poſt. ne quid nou. fiat. Put. deciſ. 285. die prima Iunij, 1545. num. 1. lib. 2. fol. 392. Lancell. tractat. de attent. par. 2. cap. 18. de attent. reſtit. in integr. pend. ampl. 2. num. 22. fol. 400.* & de opinione communi teſtatur idem Put. *deciſ. 456. in vna Iacen. ſub n. 1. lib. 2. fol. 491.* & quod hæc ampliatio ſit indubitabilis, ſcribit Odd. *d. qu. 43. ſub num. 19.*

Confirmatur hæc ampliatio ex ſeq. ſubampliatione, & ampliatione.

66 Subamplia hanc ampliationem, vt non ſolum petitio reſtitutionis in integrum impediat executionem, ſed etiam arreptio itineris, vel miſſio nuncij ad Papam ad petendam reſtitutionem in integrum, *Lancel. d. c. 18. ampl. 5. n. 45. Odd. d. q. 43. num. 6. & Contar. in l. vnica, lim. 8. num. 52 verſ. amplia, C. ſi de moment. poſſ.* ſeu ad alium ſuperiorem competentem, *Lancel. eod. c. 18. num. 46. Odd. & Contard. vbi ſupra.*

67 Amplia ſecundo, vt maximè procedat, quando quis per modum exceptionis deducit reſtitutionem in integrum, & probationes offert in promptu, quo caſu impediri executionem de mittendo in poſſeſſionem *ex l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollend.* concedit etiam Menoch. *tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. qu. 103. num. 912. in tertio caſu,* & hæc ampliatio in foro Capitolino ſeruatur etiam ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis, *lib. 1. c. 50.* dummodo is, qui incidenter petit reſtitutionem, ſuam intentionem iuſtificet intra decem dies vtiles, vel ad ſummum intra quindecim.

68 Amplia tertio, vt procedat etiam ſi petens reſtitutionem, non habeat probationes in promptu ad docendum de læſione, ſicque reſtitutio in integrum requirat altiorem indaginem, quia nihilominus impediet executionem ſecundum communem opinionem, de qua contra Bart. teſtantur Iaſ. *in l. 4. §. condemnatum, ſub n. 26. ibi, ſed Ioan. de Imol. & Rip. ſub num. 30. ibi, contrarium tenet Imol.* & ſignanter

Digitized by Google

gnanter ibi, & tunc procedat communis* opinio contra Bar. ff. *de re iud. Pariſ. conſ. 100. contractus, n. 81. ibi, quæ diſtinctio lib. 1. Beninten. deciſ. 85. dubitabatur, num. 16. in fine. Lancell. d. c. 18. nu. 19. & 20. & Odd. tract. de reſtit. in integr. q. 43. n. 63. verſ. ſed contrarium.*

Confirmatur hæc ampliatio, tum quia rubr. *C. in integr. reſtit. &c.* non requirit aliud, quam reſtitutionem eſſe poſtulatam, imò ſola arreptio itineris ad petendam reſtitutionem in integrum impedit executionem, vt *dixi ſupra*
69 *n. 66.* † tum quia probationes de læſione nõ ſunt neceſſariæ ad petendam reſtitutionẽ, ſed ſunt neceſſariæ ad obtinendam reſtitutionem, *vt patet ex his, quæ ſcribunt Veſtr. in prax. lib. 8. capit. 3. verſic. addo pro breuitati, ſub numero 8. fol. 244. & Lancell. tractat. de attent. parte 2. capit. 14. de atten. pend. reſtit. in integr. ad appell. num. 3. & ſeqq. fol. 386.* & quæ diximus nos *lib. praeced. cap. 2. num. 487.* non enim de petitione reſtitutionis, ſed de conceſſione reſtitutionis agunt Veſtr. & Lancellot. & egimus nos, quando diximus, requiri ſaltem quales quales ſummarias probationes de læſione; quare ad vſum totius praxis Curiæ Romanæ conſidero ſex actus: *Primus* eſt quando, parte citata, vel non citata, damus alicui Referendario commiſſionem reſtitutionis in integrum, narrando in ea læſionem, & iuſtam cauſſam: & in iſto actu certum eſt, quod non requi-
70 ritur aliqua probatio. † *Secundus* actus eſt, cum poſtea, ſi caſus poſtulet, informamus Signaturam, puta, quia contendimus de forma commitendi: & in iſto actu ad facilitandam Signaturam debet is, qui petit reſtitui, docere, non tamen in forma iudicij de aliquo fu-
71 mo læſionis. † *Tertius* actus eſt, cum ipſa Signatura informata, & iuſtitia ſuadente cauſſam reſtitutionis in prophanis committit per hæc verba: Placet de reſtitutione prout de iure, *Staph. tractat. de ſignat. liter. iuſt. clauſula, & per breue ſanctitatis veſtræ, n. 17. verſic. in prophanis vero ſolio 311. in paruis, quem refert, & ſequitur Veſtr. in prax. lib. 8. c. 3. ſub nu. 13. verſ. quod ſi non beneficiali, fol. 245. Quartus* actus eſt, quando is, ad cuius inſtantiam commiſſa eſt vt ſupra cauſſa reſtitutionis, inſtat coram iudice delegato, vt reſtituat in integrum; & in iſto actu debet is omnino coram eo docere de læſione ſummariè, & ſemiplenè, vt reſtitutionem petitam concedat, & ita procedant, quæ Veſtr. & nos ſcripſimus ſupra *in locis citatis n. 69.* & donec iſte iudex cognoſcit, an ſit, vel non ſit concedenda reſtitutio, debet ſuperſederi in executione, *Contar. in l. vnica, lim. 8. num. 58. C. ſi de mom. poſſ.* & quod cauſſa reſtitutionis in integrum commiſſa prout de iure impediat executionem donec de ea diſcutiatur, ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. reſtit. in integr. c. 1. n. 61. fol. 196. Quintus* actus eſt, cum iudex, conſtito ſibi ſummarie de læſione, interloquitur, reſtitutionem eſſe concedendam: & in illo actu poſt latam interlocutoriam tanto magis erit ſuperſedendum in executione. *Sextus* actus eſt, cum, obtenta reſtitutione in integrum, proceditur ad annullationem, ſeu reſciſſionem ſententiæ, aut alterius actus præiudicialis; & in iſto actu debet reſtitutus plene docere de læſione & de alijs iuſtis cauſſis, quibus ille actus, ſeu ſententia debeat reſcindi, vt breuiter inuenit Veſtr. *in prax. d. lib. 8. cap. 3. ſub num. 8.* hæcque eadem praxis, quam in tribunali Signaturæ conſiderauimus, poteſt accommodari alijs tribunalibus, & iudicibus ordinarijs, quia ſi coram eis petatur reſtitutio in integrum, debet coram eiſdem, vt eam concedant, probari aliqualiter læſio; quicquid dicat Benint. *deciſ. 85. dubitabatur, num. 4. & ſeqq. & num. 9. in fine,* teſtans, magis, communem* opinionem eſſe, vt de læſione debeat plene conſtare, quando petitur reſtitutio in integrum, & quicquid magis in ſpecie ſub diſtinctione ſcribat Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 36. art. 10. num. 71. 72. & 73.* Nam, *teſte Veſtr. vbi ſupra,* Palatium non deſiderat plenam probationem; qua læſione probata, reſtitutionem concedent, eaque conceſſa, tunc plene erit probanda læſio ad effectum, vt reſcindatur actus, aduerſus quem conceſſa eſt reſtitutio.

Et ex his apparet, veram non eſſe diſtinctionem Bartoli *in l. 4. §. condemnatum, n. 3. in fine, ibi, & idem ſi petatur reſtitutio ff. de re iudic.* & reijciendam quoq; eſſe conciliationem, quam adducit Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 43. art. 4. ſub n. 63. verſ. quantum vero.*

72 Reſtringe hanc ampliationem, vt non procedat, quando reſtitutio deduceretur per modum exceptionis poſt petitam executionem de mittendo in poſſeſſionem ex *l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll.* quia tunc non impediret executionem, ſi reſtitutio requirat altiorem indaginem, *Menoch. tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 103. n. 910. et 911.* in ſecundo caſu, qui mouetur duplici fundamento; primo auctoritate Bartoli; ſecundo ea ratione, quod hæc miſſio in poſſeſſionem requirat celeritatem.

Contrarium credo verum, quia vtrumque fundamentum corruit; nam contra Bart. quem ipſe citat habemus opin.* communem, quam retuli, & ſequutus ſum *ſupra nu. 68.* & contra rationem celeritatis, quam conſiderat, adduco, quod etiam res iudicata, & quicquid fit, eo ipſo, quod habet executionem paratam, dicitur celeritatem deſiderare, in tamen reſtitutio in integrum petita, etiamſi altiorem indaginem requirat, impedit illam executionem, vt ex commun.* opinione ſequutus ſum *ſup. dicto n. 64. et 68.* item licet reſtitutio deducatur poſt petitam executionem tamen executio; dummodo non ſit facta; impeditur, *vt ſequutus ſum infra n. 110. et 111.*

73 Amplia quarto, vt magis procedat quando executio eſſet irretractabilis, vt in cauſſis capitalibus, vel alias eſſet magni præiudicij, vt ex Vital. *tract. de clauſul. in clauſ. nil nouari in integrum reſtitutione pendente ſub nu. 4. tomo. 18. fol. 382.* deducit, & tenet Lancell. *tract. de attent. par. 2. cap. 18. de attent. reſtit. in integr. pend. num. 40. et ſeqq. ampl. 4. fol. 400. et n. 134. et ſeqq. et ex eo et alijs Odd. tract. de reſtitut. in integr. quæſt. 43. n. 17. et 98.* Et quod reſtitutio in integrum impediat executionem, quæ eſt irretractabilis, ſequitur Bened. de Barz. *tract. de guarentig. par. 3. cap. 21. ibi, limitatur niſi, tomo 6. par. 2. fol. 349.* & quod executio irreuocabilis non poſſit fieri pendẽte reſtitutione in integrum, ſcribit Ant. de Canar. *tract. de execut. inſtr. q. 21. ſub n. 48. ibi, ſecundo vero caſu.*

74 Exemplifica hanc ampliationem, quando debitor vigore inſtrumenti poteſt carcerari, quia ſi is citatus petit reſtitutionem in integrum, impedit carcerationem, *ſecundum Bal. Paulum de Caſtr. et alios, quos refert Carauit. ſuper rit. 166. quæſt. 4. num. 52. et 53.* quibus adde Anton. de Canar. *d. quæſt. 21. num. 48. verſus finem, fol. 42. Vital. tractat. de clauſul. in clauſ. nil nouari reſtit. in integr. pend. ſub numero 6. fol. 382. Alex. in l. 4. §. condemnatum, numero. 29. verſicu et per iſtam, ff. de re iud. et Veſtr. in prax. lib. 8. capit. 3. ſub num. 16. et 17.*

Contra hanc exemplificationem tenent ij, quos ſequitur Beninten. *deciſ. 85. dubitabitur, ſub n. 17.* & vigore illius rit. tenet etiam Carauit. *ſuper. d. rit. 166. ſub nu. 53.* niſi de ipſa reſtitutionis cauſſa poſſit ſtatim, & in ipſo inſtanti conſtare.

75 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat etiam ſi contra petentem reſtitutionem in integrum militaret aliqua præſumptio calumniæ, quia adhuc retardaretur executio, *Abb. in cap. 6. ſuſcitata, num. 8. de reſtit. in integr. Veſtr. d. cap. 3. ſub num. 16. verſic. addo quod fol. 247. Lancell. d. cap. 18. num. 41. ampl. 4.* & ſentit aperte Vital. *vbi ſupra,* & quod ſtante irretractabilitate executionis, ſeu difficultate retractionis executio impediatur etiam vbi alias non impediretur, ſequitur ex communi* opinione Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 43. ſub num. 98.* & ita tacitè diſponunt ſtatuta Vrbis *lib. 1. cap. 50. de cauſſis reſtitutionis, etc.* in illis verbis,

Digitized by Google

verbis, *ſi executio irretractabilis non ſit*.

Declara reſtringendo eandem ampliationem, & ſubampliationem, vt poſſiot procedere in reſtitutione per viam iuſtitiæ, vt ſcribit Odd. *tractat. de reſtit. in integr. q. vlt. n. 5.*

Secus in reſtitutione per viam gratię nondum obtenta à Principe, vt quia bannitus ſupplicaret Principi pro gratia, & interim incideret in fortiam Curiæ, quia, non obſtante ſupplicatione data, decapitaretur, *Odd. d. q. vlt. ſub num. 3. & Flam. Cart. tract. de execut. ſent. capt. bann. c. fin. ſub n. 407.*

Quicquid poſſit dici in puncto iuris communis, hæc ampliatio, & ſubampliatio in cauſſis capitalibus non ſeruatur; quare licet condemnatus ad mortem peteret reſtitutionem in integrum, tamen antequam illam obtineret committi, ſententia mandaretur executioni; præſertim attentis motu proprio, de quo *ſupra quæſt. 17. limit. 48. numero 34. in fine*, vbi quod nulla commiſſio ſignetur, &c. & ſtatuto Lucenſi *lib. 4. capit. 55.* quo prohibetur etiam ſupplicatio, &c. vide quæ ſcripſi *rem. ſeq. ſub num. 9. verſic. confirmatur*.

76 Amplia quinto, vt etiam in poſſeſſorio momentaneo reſtitutio in integrum impediat ſententiæ executionem, *Lancell. eod. cap. 18. num. 47. ampl. 6. fol. 401.* & quia hæc ampliatio non habet aliquod ſingulare, ideo diſtinctiones, quas, conſiderando tres caſus, facit Menoch. *tract. de adipiſc. poſſ. rem 4. quæſt. 103. a n. 908. vſque ad n. 913. excluſiue*, & ex eo refert Lancell. *d. c. 18. num. 48.* aut non ſunt magis neceſſarię in executione ſententię latæ ſuper poſſeſſione, quam in executione alterius ſententiæ, ſicut ante nos per diuerſa verba aduertit Odd. *d. q. 44. ſub n. 12. verſ. ſed in hac.*

77 Amplia ſexto, vt procedat etiamſi cauſſa reſtitutionis in integrum aduerſus tres ſententias conformes ſit commiſſa cum clauſula (*& ſi quid exequendum fuerit, exequatur,*) quia ſi iudex, qui ſententiam tulit, exequatur, executio vti attentata, erit reuocanda, præſertim ſi iudex cauſſę reſtitutionis in integrum inhibuiſſet, *Lancell. d. c. 18. n. 54. ampl. 10. fol. 401.* quem ſequitur Odd. *d. q. 43. nu. 7.* & ita vidi ſeruari in praxi, quia iudex, cui eſt commiſſa cauſſa reſtitutionis, tranſportatis coram eo actis à parte, quæ inſtat pro executione, cognoſcet ex eiſdem, an ſit procedendum ad executionem, & ideò interim ſuſpenditur executio, imò ſi coram eo producantur noua iura, tunc ſtylus obſeruat, vt ad executionem procedere non valeat ſine noua commiſſione executoriali, qui tamen ſtylus mihi non probatur.

78 Subamplia hanc ampliationem, vt procedat, ſi cauſſa reſtitutionis in integrum committatur cum clauſula (*Procedat ad legitimam executionem*) *Odd. d. q. 43. n. 8.* dicens, ſe ita accepiſſe à practicis Vrbis curialibus.

Contraria opinio, nempe quod executio non ſuſpendatur, ſuadetur ex eo, quod clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis,*) & clauſula (*procedat ad legitimam executionem*) videntur importare idem, per ea, quæ in alijs terminis conſiderat Rot. *diuerſ. deciſ. 100. ex nouem, ſub num. 12. verſ. tres vero, & ſub n. 20. verſ. ſexto, in fine, part. 1.* Sed clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) non retardat executionem, *Rot. diuerſ. ſub d. num. 20.* &, loquendo in commiſſione nullitatis, Staph. *tract. de ſignat. liter. inſtit. rubr. de ſanatione contractus inualidi, n. 12. in fine, verſ. conſequenter, & n. 13. fol. 288. in paruis*, dicens, quod ſi executio eſt facta, aut ſaltem cœpta, reſcribitur cum præfata clauſula, & cum myſterio, inquit, additur verbum, *legitimę* quia ſi executio non ſit ritè, & legitimè facta, ſed contra diſpoſitum iuris, vel formam ſententię, non meretur ſolitum fauorem, ideoq; quatenus de facto proceſſerit, poteſt de facto reuocari, etiam parte non citata, *& dixi ſupra q. 17. lim. 9. n. 51.*

In hac controuerſia ſtylus Romanæ Curiæ ſeruat hanc diſtinctionem: Aut cauſſa reſtitutionis committitur cum clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis*) & tunc iudex, qui ſententiam tulit, exequitur, non obſtante, quod cauſſa reſtitutionis in integrum ſit commiſſa, & quod iudex, cui eſt commiſſa, inhibuiſſet, *per ea, quæ ſcripſi remed. præced. concl. 4. num. 5. & ſeqq.* Aut committitur cum clauſula (*procedat ad legitimam executionem*) ſeu cum clauſula (*ſi quid exequendum fuerit exequatur,*) & tunc quia executio ſpectat ad iudicem, cui eſt commiſſa cauſſa reſtitutionis, & in is non debet procedere ad executionē, niſi cauſſa cognita, dicimus, quod reſtitutio retardat executionem *vt ſcripſi ſupra ſub n. 77.* quia hæ duæ clauſulę habent eandem vim.

79 Amplia VII. vt procedat etiam in reſtitutione in integrum ad appellandum, quia pendentia petitæ reſtitutionis impedit executionem ſententiæ, *Benint. deciſ. 85. dubitabatur, ſub nu. 14. Lancell. tract. de attent. parte 2. c. 18. de attent. reſtit. in integ. pend. nu. 26. ampl. 7. fol. 401. & Odd. tract. de reſtit. in integ. q. 42. ſub n. 33. verſ. in contrarium, & q. 43. n. 16. ampl. 10.*

Quare executio, & alia geſta, pendente iſta reſtitutione, regulariter dicuntur attentata, & vti talia veniunt reuocanda, *Lancell. tract. de attent. parte 2. c. 14. de atten. pēd. reſtit. in integ. ad appel. n. 17. & ſeqq. fol. 387.* quem refert, & ſequitur Odd. *d. q. 42. ſub n. 33. verſ. in contrarium*.

80 Declara hanc ampliationem vltra alias communes declarationes, vt is, qui obtinet committit cauſſam reſtitutionis in integrum ad appellandum, prout de iure, non debeat tanquam reſtitutus appellare infra decem dies à die præſentatæ commiſſionis, ſed debet prius, docto de ſuo bono iure, propter quod ſit reſtituendus ad appellandum, reſtitui ad appellandum, & cum fuerit reſtitutus, tunc debet infra decem dies à die obtentæ reſtitutionis appellare, *Veſtr. in prax. lib. 8. c. 3. n. 18. ibi, qua in re memor eris, & Lancell. d. capit. 14 ſub num. 11. fol. 386. & cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. lim. 50. princip. nu. 109. verſ. 11. fol. 379.*

81 Amplia octauo notabiliter, vt antonomaſtice procedat, quando cauſſa reſtitutionis committitur à Signatura, quia tunc executio duplici ratione retardatur: prima, quia reſtitutio de per ſe retardat, *vt dixi ſupra in concluſione, n. 64.* ſecunda; quia cauſſa reſtitutionis commiſſa à Signatura, dicitur commiſſa à Papa, qui, auocando ad ſe cauſſam, cenſetur primo iudici, & partibus inhibere, vt *ſcribunt Rot. deciſ. 3. alias 11. fuit dubitatum, paulo poſt principium, ibi, ſed pone quod committitur, de appellat. innou. Mil. in repert. in verbo, executio ſententiæ contra quam, fol. 126. in fine, Ant. de Canar. tract. de execut. inſtrum. quæſt. 21. in fine, tomo 5. fol. 42. & Lancell. tract. de atten. par. 2. c. 18. verſus finem, n. 140. fol. 402.*

82 Subamplia hanc ampliationem vt procedat etiam, quando Legatus committit cauſſam reſtitutionis, *Ant. de Canar. vbi ſupra, & Lancell. dict. c. 18. in fine, n. 142.*

83 Nota hinc tu Curialis, duplicem poſſe dari rationem quare praxis Romanę Curiæ cauſſam reſtitutionis in integrum poſtulet delegari à Signatura, & non petat corā ordinarijs, demptis tribunali Camaræ Apoſtolicæ, & Curia Capitolina, in quibus Signatura iuſtitiæ non ſolet reſcribere, niſi prout notaui *ſupra q. 8. n. 153. 155. & 156.* Prima ratio eſt, vt euitemus illam difficultatem, an omnes Curiæ Romanæ iudices ſint delegati, iuxta ea, quæ ſcripſi *ſupra n. 79.* qui non poſſunt reſtituere, *per ea quæ dixi ſup. nu. 44.* Secunda ratio eſt, quia plus impedit reſtitutio coram Principe, vt dixi hic ſupra *n. 81. & 82.*

Amplia nono, vt ampliat Lancell. *d. c. 18.* qui ponit vſq; ad decem ampliationes, quas ex eo refert, & ſequitur Odd. *d. q. 43. art. 1. vſque ad n. 19.* qui conſtituit ampliationes in numero treſdecim.

85 Limita primo nunc eandem concluſionem, vt non procedat, quando reſtitutio in integrum petitur calumnioſè, ſeu adeſt ſuſpicio, quod petatur calumnioſè, quia tunc non impedit executionem, *c.6.ſuſcitata, et ibi Abb.num.8. de in integr. reſtit. Pariſ. conſ.109. omiſſo, num.18. lib.4.* hancque eſſe communem * limitationem teſtatur, & ſequitur Veſtr. *in praxi lib 8. cap.3 ſub num.15. verſic. at viſis,* & ita diſtinguendo, & declarando ſcribunt Vital. *tract. de clauſul. in clauſ. nil nouari reſtitutione in integr. pendente, num.4. fol.382. Lancell. tractat. de attent. par.2. cap.4. de attent. lit. pend. lim.4. princip. num.4. tom.5. fol.327. et c.18. de attent. reſtit. in integr. pend. num.55. verſic. primo quando, num.58. et ſeqq. fol.401. Odd. tract. de reſtit. in integr q.43. num.69. et ſeqq.* & clarè ſentit Rot. de qua Mohed. *deciſ.2. alias 177. in cauſſa Sagobien. in fine, de reſtit. in integr.* dicens, quod reſtitutio impedit executionem, ſi ceſſat ſuſpicio calumniæ, & eſſe opin. communiter * receptam teſtatur, & ſequitur Contar. *in l. vnica, limit.8. ſub num.50. verſ. ſed an victo, C. ſi de moment.*

86 Infero ex hac limitatione, quaſi ſubuertendo concluſionem, eiuſdemque ampliationes, quod materia huius ſextæ concluſionis reducitur multum ad arbitrium iudicis; quia calumnia conſiſtit in animo, & quæ conſiſtunt in animo, probantur coniecturis, indicijs, argumentis, & præſumptionibus, vt ſequutus ſum *lib. præced. cap.11. num.* 846. Sed quibus præſumptionibus probetur, & quibus non probetur calumnia in eo, qui petit reſtitutionem in integrum, non eſt determinatum in iure: Ergo relinquitur arbitrio iudicis, ſicut eandem illationem in litteris compulſorialibus deduxi *eod. cap.11. num.847. verſic. infero,* quia debet iudex conſiderare, an petantur calumnioſè, *vt dixi eod. c.11. n.840. in fine, & 841.* & ideo an literæ remiſſoriales debeant concedi, remitti arbitrio iudicis, dixi *eod. lib. præced. c.8. n.822.* quia debet is conſiderare, an petantur calumnioſè, *vt dixi eodem c.8. n.823.* & quod in caſu reſtitutionis in integrum remittatur arbitrio iudicis, quando adſit, vel non adſit præſumptio calumniæ, ſequitur Contar. *d. limit.8. num.64. verſ. quæ autem, iunctis num.53 & 50.* & ex Caſſad. deducit, & tenet Anton. Bard. *tract. de temp. vtil. c.5. ſub n.2. verſic. & hoc idem, tom.5. fol.214.* & ex Bal. in addit. ad Spec. refert, & non impugnat Benint. *deciſ.85. dubitabatur, n.14. in fine,* hancque eſſe ſecuriorem ſententiam teſtatur, & ſequitur Odd. *d. q.43. n.76. in fine, & n.77.*

87 Subinfero, ex hac illatione facilè potuiſſe oriri varietatem opinionum, quas recenſet Lancell. *d. c.18. n.3. & ſeqq. fol.400.* & varietatem deciſionum Rotæ, de qua locutus ſum *infra ſub n.98.* eius enim varietatem ex hoc proceſſiſſe, quod aliquando arbitrata eſt, ceſſare calumniam, & aliquando non ceſſare, ſcribit Caſſad. *deciſ.1. reſtit. ſub n.3. de reſtit. in integr.10.*

88 Retenta limitatione.

Extende primo eam, vt maximè procedat quando calumnia eſt manifeſta, quia tunc certius executionem non impedit, *Vital. tract. de clauſul. in clauſ. nil nouari reſtit. in integr. pend. num.4. 10. 18. fol.382. Lancell. tract. de attent. p.2. cap.18. de attent. reſtit. in integr. pend. n.58. verſic. aut calumnia, fol.401. & Odd. de reſtit. in integ. q.43. n.69.*

89 Subextende primo hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi ageretur de executione irretractabili, ſeu magni præiudicij, vt ſentit Lancell. *d. c.18. ampl.4. n.42. fol.400.* dicens, quod retardatur executio, niſi manifeſtè appareat de calumnia.

Comprobatur hæc ſubextenſio ex his, quæ ſcripſi *remed. præced. n.77. & ſeqq. iunctis n. præced.73. verſic. contra, & ſeqq.*

90 Subextende ſecundo, vt procedat etiamſi petens reſtitutionem in integrum offerat, ſe incontinenti probaturum læſionem, & cauſſam reſtitutionis. *Vital. d. clauſ. nil nouari reſtit. in integr. pend. n.4. Lancell. d. c.18. n.59. & Odd. d. q.43. n.72.*

91 Reſtringe declarando iſtam ſubextenſionem, vt procedat, quando ita eſſet manifeſta calumnia, vt per oblationem probationis incontinenti non ceſſaret, ſecus ſi ceſſaret, aut obſcuraretur, quia tunc poſſet impediri executio, præſertim ſi ageretur de executione irretractabili, *Vital. d. clauſ. nil nouari reſtit. in integr. pend. ſub n.4. ibi, attamen hoc ſecundo caſu.*

92 Subextende tertio, vt executio fiat, nulla etiam præſtita cautione de reſtituendo in caſu victoriæ ei, qui reſtitutionem petit, *Lancell. d. c.18. n.58. verſ. aut calumnia, fol. 401. & Odd. d. q.43. n.70.*

93 Intellige eandem extenſionem, & eius ſubextenſiones, vt relinquatur arbitrio iudicis, quæ calumnia dicatur manifeſta, & quæ non manifeſta, quia manifeſtum, & notorium ſubalternantur, *per ea, quæ dixi ſupra lib.1. c.77. n.1.* Sed quid ſit notorium, relinquitur arbitrio iudicis, vt remiſſiue dixi *lib. præced. c.8. num.344. & 345.* ſicque magis confirmamus illationem poſitam *ſupra n. 86.*

94 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi calumnia eſſet præſumpta, & non manifeſta, quia adhuc fieret executio, *Corn. conſ.111. licet videatur, ſub num.4. ibi, ſed quando imminet aliqua præſumptio, lib.1. Vital. tract. de clauſ. in clauſ. nil nouari reſtit. in integ pendent. ſub n.4. fol.382. Luc. Pet. in pract. Capitol. lib.7. c.1. n.26. verſic.3. limitatur, Lancell. tract. de attent. p.2. c.18 de attent. reſtit. in integr. pend. n.61. verſ. aut calumnia non eſt manifeſta, & ſub n.63. fol.401.* & eſſe communem * opin. teſtatur, & ſequitur Odd. *tract. de reſtit in integr. q.43. art.5. n.76.*

Declara hanc extenſionem, vt iſto caſu petens executionem teneatur ad inſtantiam partis idoneè cauere de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, *c.6. ſuſcitata, de in integ. reſtit.*

Amplia hanc extenſionem, vt, cautione ante executionem non præſtita, executio ſit nulla, vt loquendo in ſupplicatione, ſcribit Rebuff. *tract. de ſupplic. in præfat. n.38. tom 1. fol.510.*

Subdeclara primo reſtringendo, vt non teneatur cauere, niſi quando eſt ſuſpectus de dilapidatione, vel eſt adeo pauper, vt non ſit ſoluendo, *Rot. deciſ.6. alias 435. fuit dubitatum, num.2. de reſtit. in integr. in nou.* quam citant, & ſequuntur Ant. de Butr. *in d. c. ſuſcitata, n.22. in fine, verſic. ſecundo limitant. de reſtit. in integr.* & teſtando de vſu Palatij, Veſtr. *in prax. lib.8. c.3. ſub n.15.*

Quamuis Abb. *in d. c. ſuſcitata, n.9. in fine,* teneat indiſtinctè declarationem, reiecta iſta ſubdeclaratione.

Subdeclara ſecundo, vt pars admittatur ad cautionem iuratoriam, ſi dicat, ſe non inuenire aliam, vt loquendo in ſupplicatione, refert, & ſequitur Rebuff. *tract. de ſupplic. in præfat. ſub n.38. tom.1. fol.510.*

95 Exemplifica primo eandem ſecundam extenſionem, quando ſunt latæ tres ſententiæ conformes, quo caſu petens reſtitutionem in integrum, præſumitur calumnioſè eam petere, argumento textus *in clem. vt calumnijs, de ſent. et re iud.* Nam ſicut is, qui dicit, de nullitate ſententiæ aduerſus tres conformes, præſumitur eſſe in calumnia ad impediendam executionem, *Hip. in l.4. § condemnatum, ſub n.15. verſus finem, ff. de re iud.* ita etiam petens reſtitutionem aduerſus tres conformes: & quod oriatur præſumptio; ſeu oriantur indicia contra eum, qui petit reſtitutionem aduerſus plures ſententias, quæ tranſierint in rem iudicatam, ſcribit Corn. *d. conſil.111. ſub num.4. lib.1.* & quod ex tribus conformibus reſultet præſumptio calumniæ contra dicentem de nullitate, ſeu petentem reſtitutionem in integrum, ſcribit Lancell. *d. cap.18. num.64. & ſeqq. fol.401.* & contra petentem reſtitutionem in integrum ſcribunt Ant. Bard. *tractat. de tempor. vtil. cap.5. ſub num.2. verſic. & hoc, tom.5. fol.214.* & Odd. *tractat. de reſtit.*

reſtit.in integr.quæſt.43.ſub num.55. verſic ſecundo adducitur,& quod, latis tribus ſententijs conformibus,reſtitutio detur miſerationis gratia,ſed tunc,parito prius iudicato, ſcribit Rot.diuerſ.deciſ.778. in cauſſa Toletan.in fine,parte 3.lib.3 fol.206. Et quod reſtitutio in integrum non impediat executionem trium ſententiarum conformium, ſed ſententia debeat exequi,tenet Rot.diuerſ.deciſ.884.Romana deciſ.parte 3.lib.3.fol.224.

96 Et quod minor,ſeu eccleſia non poſſint petere reſtitutionem in integrum contra tres ſententias conformes,niſi facta plenariè executione,tenet Bal. in l.vnica, numer.16. verſic.ſed nunquid contra ſententiam. C.ne lic.vna eademq; cauſ.tert.prouoc.quem refert,& ſequitur Alex.in l.4.§.condemnatum,ſub nu.27.fall.2.ibi, tamen puto opin.ff.de re iud. hancq;opin. Baldi ſequuta eſt etiam ſæpe Rota, vt teſtantur Caſſad.deciſ.1.reſtitutio num.3.de reſtit.in integr. Pariſ. conſil.109.omiſſo,num.17.lib.4.& Lancell.d.cap.18.numer. 85.fol.401.hanc eandem opin.ſequuti ſunt Ant.de Canar. tract.de execut.inſtrum.q.21.ſub numero 50. tomo 5.fol.42. Conar.pract.qq.c.25.ſub nu.7.verſ.duodecimo,ibi,mihi vera potius placet opinio Alexandri,fol.531.& Ant.Bard.d.c.5. n.2.verſic.ſed talis, fol.214. & quod Rota frequentius ſequuta ſit iſtam opin.teſtatur Marcheſ. tractat.de commiſſ. parte 2.de commiſſ. reſtitut.in integr.cap.1.ſub num.41. fol. 191.in prima impreſſione,& ſimiliter parte 2.de commiſſ.reſtit.in integr.in princ.ſub n.83.ibi,tamen Rota,fol.383.in ſecunda impreſſione, hancq;opin.videtur in effectu ſequutus Aſin.in prax.§.31.capit.2.ampl.38. lim.5.numero 4. verſic. verum,& numero 5.in fine,fol.178. dum hanc vltimo loco adducit opin.

97 Confirmatur hæc opinio,quia quando contra excipiētem ſunt latæ tres ſententiæ conformes,tunc reſultat præſumptio calumniæ,quæ eſt iuris,& de iure,contra quam non admittitur probatio, Rip.in l.4.§.condemnatum,n.15. in fine,ff.de re iud.

98 Contrariam opin. nempe; quod minor, & eccleſia poſſint petere reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam ſecundæ appellationis, & ſic petendo,impedire executionem trium ſententiarum;tenuit, reprobata opinione Baldi, Salyc. in ead.l.vnica,in fine num.8. C.ne lic.in vna eademq;&c. & hanc eſſe communiorem* teſtatur, & ſequitur Luc.Pæt.in pract.Capitol.lib.7. c.1.ſub num.22. & vti veriorem, & magis communem* ſequitur Lancell. tract.de attent.par.2.cap.18. de attent.reſtit.in integr.pend. n.93.fol.401.& magis communem*affirmat Odd. tractat. de reſtit.in integr.q.43.art.3.ſub numero 55.verſ.ſed in contrarium, hancq;affirmatiuam opin.tenuit Capel. Tholoſ. deciſ.54 ſi latæ ſint,& videntur ſequuti Gabr.in concl.lib.2 tit.de execut.rei iud.concl.1.ampl.9.ſub n.17.verſ.contrariū, dum hanc vltimo refert loco,& Veſtr. vbi ſupra,& Mil. in repert.in verbo,executio trium conformium, circa medium, fol.127. hancq;opinionem ſequuta eſt etiam aliquando Rota,vt teſtantur Caſſad.d.deciſ.1.ſub n.3.ibi,aliquando vero, de reſtit.in integ.Veſtr.in prax.lib.8.c.3.ſub.nu.15.verſ. at viſis,& Luc.Pæt.d.cap.2.n.21.verſus finem,& coram.D. Orandino Caputaq.deciſ.330.ſeu 5.executio ſententiæ, nu.3. par.1.Vnde Rota variauit,vt patet ex allegatis ſupra num. 96.& teſtantur ipſamet Rot.diuerſ.deciſ.346.nu.8.par.1.& Caſſad.Veſtr.& Luc.Pæt.ſupra citati,& memini ſup.l.1.c. 97.ſub n.131.verſic.non obſtat quod Rota.

Ratio huius contrariæ opinionis eſt,quia minor, qui petit reſtitutionem in integrum, vult ſe iuuare ætatis beneficio,& non ſententiæ impugnatione, qua vult ſe iuuare is,qui dicit de nullitate ſententiæ, ſicque non valet illatio à nullitate,& clement. vt calumnijs,de ſent.& re iud. non poteſt trahi ad reſtitutionem in integrum,Salyc.in l. vnica,in fine.

Confirmatur hæc opinio, tollendo fundamentum, iactum ab Alex. citato pro alia opinione. Inquit Alex. quod nullitas eſt remedium de iure communi, & tamen tollitur, ne impediat executionem trium ſententiarum conformium: ergo,inquit, multo magis debet tolli remedium reſtitutionis in integrum, quod eſt extraordinarium, quia facilius tollitur remedium ſpeciale, quam commune.

Sed hoc Alexandri fundamentum non eſt verum, quia, licet appellatio ſit remedium iuris communis, & reſtitutio ſit iuris ſpecialis, tamē appellatio à ſentētia lata ſuper poſſeſſione momentanea tollitur, & non tollitur reſtitutio in integrum, Caſſad.d.deciſ.1.ſub num.3. dicens, quod ſic deſtruitur motiuum Alexandri,eoque deſtructo,remanet fundamentum Salyceti, quod,inquit, ſonuit in aures meas.

In hac opinionum contrarietati aliqui,rei forſan difficultate deterriti, nihil videntur determinaſſe, inter hos ſunt Rip.in l.4.§.condemnatum,ſub num.31.verſ.ſed an petito ff.de re iud.fol.36.qui, relata vltimo loco opinione Baldi, ſeu Alexandri, relataq;reſponſione eiuſdem Alex. ad Salyc.ſubdit, quod certè reſponſio Alexandri non concludit,Benin.deciſ.85. dubitabatur,ſub n.14.ibi,& licet aduerſus, videtur eſſe nudus relator opinionum ſine determinatione.

Alij diſtingunt; aut reſtitutio in integrum petitur eo prætextu quod ſententiæ ſint iniuſtæ;& tunc eſt vera prima opioio,id eſt exemplificatio:aut petitur eo prætextu, quod victus ſit læſus, vel imprudentia ætatis vel iuſto errore, & ignorantia, & ſic non prętextu alicuius defectus, ſeu iniuſtitiæ ipſius ſententiæ,& tunc opinio contraria eſt verior,æquior,& ſeruanda in practica, Odd.d.q.43.nu.57. verſ.ego igitur.

Alij vero diſtinxerunt quod prima opinio habet locum quando adeſt pręſumptio fraudis, ſecunda vero, quando nō adeſt,huicq;diſtinctioni videtur adhæſiſſe Rota,vt refert Caſſad.d.deciſ.1.ſub num.3. & mentionem facit etiam Veſtr.in d.c.3.ſub n.15.& recenſet eam Odd.d.q.43.n.55.in fine,& 56.

Alij conſiderarunt, an damnum ſeu executio ſit reuocabilis,id eſt,retractabilis,vel non retractabilis, Odd.d.nu. 56.verſ.alij dicunt.

99 Ego non recederem ab opinione Baldi negatiua, tū vt aliquando ſit litium finis, & ne tot ſententię, cum tanto diſpendio, & labore, & tempore habitę, ludibrio ſint, vt bene aduertunt Caſſad.d deciſ.1.ſub n.3.de reſt.in integ. & Benin.d.deciſ.85. ſub nu.14. tum quia petitio reſtitutionis aduerſus tres conformes pręſumitur calumnioſa, vt ſcripſi ſupra n.95. tum quia vt plurimum, qui citantur pro contraria opinione,loquuntur in caſu,quo remoueatur ſuſpicio calumniæ.

Retenta exemplificatione.

100 Infero primo ex ea, quod Signatura, delegando cauſſam reſtitutionis, aduerſus tres ſententias, reſcribit cum clauſula(parito iudicato) ſeu (ſine præiudicio rei iudicatæ) Marcheſ.tract.de commiſſ.parte 2.de commiſſ.reſtit.in integ. c.1.n.62.fol.196.

101 Infero ſecundo,quod licet Signatura delegando cauſſam reſtitutionis in integrum contra tres conformes, reſcriberet ſolum cum clauſula(prout de iure) & hęc clauſula ſoleat apponi, quando executio venit retardanda, donec diſcutitur an reſtitutio ſit danda, vt ſcribunt Lancell.tract. de attent.parte 2.c.18.n.126.lim.11.fol.402.& Marcheſ.d. c.1.n.61.tamen iſto caſu iudex,cui delegat,non debet impedire exequutionem, quia ſic eſt de iure in tribus conformibus.

Nec obſtat, quod Princeps, committendo cauſſam reſtitutionis,dicatur ad ſe auocare negotium,& conſequenter inhibere tacitè primo iudici & partibus, vt retuli, & ſequutus ſum infra n.118.lim.5.

Quia reſp.quod committit, & auocat cum clauſula

Digitized by Google

(*prout de iure*) quæ operatur, vt non retardet executionem, quando ſunt latæ tres ſententiæ conformes.

102 Extende primo eandem exemplificationem, vt procedat, etiam ſi petens reſtitutionem allegaret propriam negligentiam, & non defectum ſententię; quicquid ſentiat Salyc. loquens de minore, & quicquid poſt Mynſing. *in ſuis obſeru. cent. 3. obſeru.* 84. diſtinguendo dixerit Odd. quem citaui ſupra *ſub n.98. verſic. alij diſtinguunt.*

103 Extende ſecundo, vt procedat, tam in cauſa prophana, quam in cauſa eccleſiaſtica, vel ſpirituali, ſeu criminali, aut mixta, *Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. reſtit. in integr. c. 1. ſub n. 62. fol. 196.*

104 Extende tertio, vt quæ dixi de tribus ſententijs conformibus, habeant locum etiam in duabus conformibus, attento ſtatuto, quod duæ conformes habeant vim triũ, & faciant rem iudicatam, *Ant. de Canar. tract. de exec. inſtrum. q. 21. n. 50. ibi, & propterea ſi latæ, fol. 42. Pariſ. conſil. 109. n. 17. in fine, & 18. lib. 4. Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 18. de attent. reſtit. in integr. pendent. n. 94. fol. 401. Odd. tr. de reſtit. in integr. q. 43. n. 61. verſ. prædicta omnia, et Luc. Pet. in Tract. Capit. lib. 7. c. 1. n. 24. verſ. et vnum notabis.*

105 Reſtringe primo eandem exemplificationem, vt non procedat, quando executio eſſet irretractabilis, & moueor ad hanc reſtrictionem, quia licet non ceſſet præſumptio calumniæ, tamen retardatur executio ſententiæ, quando executio eſſet irretractabilis, ſeu grauis præiudicij, *Vital. Lancell. Odd. et alij, quos retuli, et ſequutus ſum ſupra n. 73. ampl. 4.*

Vide quæ ſcripſi *ſupra ſub n. 75. verſ. declara.*

105 Reſtringe ſecundo vt non procedat, quando læſio eſſet euidens ex actis, quia tunc ſicut nullitas ſit euidens retardat executionem trium ſentẽtiarũ, *vt late comprobaui rem. praced. concl. 4. n. 25. et ſeqq.* ita etiam debet iſto caſu retardare reſtitutio in integrum, quia, conſtando de euidenti læſione, apparet etiam de notoria iniuſtitia, quæ de per ſe obſtat executioni.

107 Exemplifica ſecundo eandem ſecundam extenſionem poſita *ſupra num. 94.* in reſtitutione in integrum aduerſus ſententiam, latam à Principe, quia reſtitutio non retardat illius executionem, *Alex. in l. 4. §. condemnatum, n. 27. fallen. 1. & Rip. num. 30. in fine, ff. de re iud. Vital. tractat. de clauſul. in clauſ. nil nouar. reſtit. in integr. pend. n. 6. fol. 382. Luc. Pet. in pract. Capit. lib 7 cap. 1. num. 25. verſic. ſecundo principaliter, Couar. pract. qq. c. 25. ſub num. 7. verſ. duodecimo, ibi, item quia ſententia principis, fol. 531 Lancell. tract. de attent. p. 2. c. 18. de attent. reſtit. in integr. pend. num. 101 & ſeqq. lim. 5. fol. 402.* & hanc eſſe magis communem

* teſtatur Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 43. ſub n. 51. verſic. in contrarium,* & ſequitur cum diſtinctione ſub *eod. n. verſ. ego puto.*

Ratio ſecundum Alexand. vbi ſupra eſt propter præſumptionem ſententiæ, id eſt, Principis, ſeu, *vt dicit Con.* propter ſummam eius auctoritatem, vel, *vt dicit Vital.* quia ex perſona pronunciantis eſt præſumptio contra petentem reſtitutionem in integrum.

108 Exemplifica tertio in reſtitutione in integrum aduerſus lapſum fatalium in cauſis beneficialibus, quia Signatura conſueuit reſcribere cum magno temperamento, nempe cum clauſula (*parito iudicato*) *Staph. tract. de ſignat. liter. inſbr. clauſ. & per breue ſanctitatis veſtræ, &c ſub nu. 8. fol. 310. in parui ſ, lo. B ipt. Ferret. conſ. 43. n. 7. & Odd. tr. de reſt. in integr. q. 71. n 62. lim. 2. & ſub n. 63. verſic. ſed tu aduerte,* & dixi infra *n. 128. & 131.*

109 Exemplifica quarto in reſtitutione in integrum, quæ poſtulatur poſt petitam ab aduerſario executionem, quia tunc reſtitutio nõ retardat executionem, *Bened. de Barz. tract. de guarentig. par. 3. q. 21. tom. 6 par. 2. fol. 348. in fine, Rip. in l. 4. §. condemnatum, ſub n. 30. ff. de re iud. Caſ. de Graſ. deciſ. 1. aliàs 21. n. 14. de reſtit. in integr. fol. 34. Lancell. tr. de attent. par. 2. c. 18. de attent. reſtit. in integr pend. n. 116. limit. 6. fol 403.* Et quod reſtitutio, principaliter petita per modum agendi poſt iam requiſitam executionem ſententiæ de immittendo in poſſeſſionem ex remedio *l. fin. C. de edic. Diui Adr. toll.* non impediat executionem, ſcribit Menoch. *tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. q. 103 ſub num. 908. in primo caſu.* Et quod ſi victus poſt petitam executionem excipiendo petat, ſe in integrum reſtitui, non impediat executionem, niſi allegetur ratio patens, per quam ex actis, vel incontinenti poſſit apparere de læſione, ſcribit Contar. *in l. vnica, limit. 8. ſub n. 59. verſ. vltimo intellige, ibi, aliud iuris, C. ſi de moment. poſſ.* quod idem ſentit Menoch. *d. q. 103. n. 910. in ſecundo caſu,* dicens, quod ſi reſtitutio deducta per modum exceptionis poſt petitam executionem requirat altiorem indaginem, non impedit executionem.

Ratio ſecundum Barz. *vbi ſupra,* eſt, quia cum executio cognoſcatur ſummariè, & reſtitutio in integrum, petita per modum conuentionis principaliter, requirat proceſſum ordinarium, & plenariam cognitionem, non conuenit, vt in iudicio executiuo admittatur iudicium ordinarium ad retardandum executiuum, hæcque ratio in nullitate fuit a nobis expoſita *rem praecedenti concluſ. 4. ſub n. 1. verſ. ratio huius concluſionis,* ſed hæc ratio non eſt tuta, per ea quæ dixi *ſupra n. 67. ampl. 2.*

Ego vero dico, quod ratio huius exemplificationis eſt, quia, qui tarde petit reſtitutionem in integrum poſt petitam, & multo magis poſt factam executionem, præſumitur eſſe in calumnia, per ea, quæ de producente tarde accuſationem, ſeu alias ſcripturas retuli, & ſequutus ſum *ſupra lib. 1. cap. 73. ſub num. 2. verſ. non obſtat, & verſic. minus obſtat.*

110 Contra hanc exemplificationem: quod enim reſtitutio in integrum impediat etiam executionem iam petitam, dummodo non ſit realiter facta, hoc eſt, conſumata, aut ſaltem cœpta, ſcribunt Benintend. *deciſ. 85. dubitabatur, ſub num. 15. & Lancell. d. c. c. 18. n. 117. fol 402.* & de executione iam facta loquuntur Ant. de Canar. *tractat. de execut. inſtr. q 21. ſub n. 48. fol. 42. tom. 5.* & Odd. *tract. de reſtit. in integr. q. 43. ſub n. 89.* & quod reſtitutio debeat eſſe petita, antequam ſit cœpta executio, alias ſi petatur poſt cęptam executionem, non ſuperſedeatur, ſcribit Luc. Pet. *in pract. Capit. lib. 7. c. 1. n. 23. verſ. hac limitatio,* & quod diligentia procuratoris in impetranda executoriali, & pręſentatione illius in actis priuſquam aduerſarius obtineat commiſſionem reſtitutionis in integrũ nihil proſit, quia opus eſt, vt ante reſtitutionis commiſſionem, ſi non conſumata, ſaltem cœpta ſit executio, alias non impeditur executio, ſcribit Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. reſtit. in integr. c. 2. n. 41. & ſeqq. & praſertim n. 44. in fine, fol. 213.*

111 Retenta hac contraria opinione, quæ eſt vera, & ſeruatur in praxi.

Extende eam, vt neque ſatis ſit, commiſſam eſſe executionem a iudice, quia ſi nondum eſt realiter facta, non dicitur executio facti, ſed executio iuris, quæ impeditur, ſuperueniente petitione reſtitutionis in integrum, *Benint. ead. deciſ. 85. ſub n. 16. ibi, propterea ſi daretur caſus. Lancell. eod. c. 18. n. 118. & Marcheſ. d. c. 2 ſub n. 44. fol. 213.*

112 Infero ad vſum praxis Romanæ Curiæ, quod ſi victus obtineret commiſſionem reſtitutionis in integrum poſt factam, ſeu ſaltem cœptam executionem, non facta mentione in commiſſione de executione iam facta, ſeu cœpta, poterit victor dare aliam commiſſionem reformatoriam, & obtinebit reformari commiſſionem aduerſarij cum clauſula (*parito iudicato,*) vel (*ſine retardatione,*) ſeu (*ſine præiudicio vlterioris executionis*) *Marcheſ. tractat. de commiſſ. par. 2. in commiſſ. de reſtit. in integ. c. 3. ſub num. 43. fol. 213.*

113 De-

Digitized by Google

113 Declara eandem contrariam opinionem, vt executio dicatur facta, & ideo non retardetur, quando inſtrumentum ſeu ſententia, continens annuas ſolutiones, fuiſſet iam alias pro præteritis ſolutionibus demandata executioni. quia ſi poſtea debitor peteret reſtitutionem in integrum, non retardaretur executio, *Lancell. d. c. 18. n. 13 a. limit. 13. fol. 402. quem refert, & ſequitur Odd. d. q. 43. ſub n. 91.*

114 Reſtringe eandem contrariam opinionem, & ſequere exemplificationem in foro Capitolino ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis *lib. 1. c. 50. de cauſſis reſtitutionis, &c.* quia diſponunt, quod ſi, iam cœpta, ſeu etiam petita executione, petatur principaliter reſtitutio in integrum, & inhiberi, concedatur inhibitio, & conceſſa intelligatur ſine preiudicio duarum conformium, & rei iudicatæ.

115 Limita ſecundo eandem concluſionem, quando Signatura, committendo cauſſam reſtitutionis, mandat præfigi terminum ad probandum, & docendum de læſione, & cauſſis, ex quibus prætendit ſibi competere reſtitutionem, quia tunc, licet Signatura commiſerit cauſſam reſtitutionis, prout de iure tamen, elapſo dicto termino, & debet exequi ſententia, *Vant. tract. nullit. rub. quoties, & intra, quod tempus, &c. ſub numera ſeptimo, verſ. in eadem curia, fol. 383. Lancell. tract. de attent. par. 2. capit. 18 de attent. reſtit. in integr. pend. limit. 3. n. 96. & ſeqq. fol. 401. Odd. d. quæſt. 43. num. 37. limit. 10. & Marcb. tract. de commiſſ. par. 2. de commiſſ. ſuper nullit. capit. 2. num. 10. fol. 141.*

• Dupliciter autem contingit, vt Signatura de hoc termino reſcribat, videlicet, vel in ipſa commiſſione reſtitutionis in integrum, vel poſtea ad inſtantiam eius, contra quem cauſſa reſtitutionis in integrum fuit commiſſa; & eſt aduertendum, quod ſi cauſſa reſtitutionis fuerit alteri, quam iudici à quo commiſſa, & ille iudex delegatus inhibuerit iudici a quo, debet tunc iudex delegatus, elapſo illo termino, & nihil, quod releuet, docto moderari inhibitionem, qua moderata, iudex a quo exequitur, *Veſtr. in prax. lib. 8. capit. 3. ſub num. 17. ibi, quamobrem ſolemus, fol. 247.* quem referunt, & ſequuntur Lancel. & Odd. ſupra citati.

116 Limita tertio, quando Signatura delegat cauſſam reſtitutionis in integrum cum clauſula (*parito iudicato*) quia tunc executio non retardatur, *teſtibus Odd. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 43. num. 29. art. 1. limit. 8. & Lancell. infra citato*: nam hæc clauſula importat, vt orator dimittat poſſeſſionem, reſtituat fructus perceptos, & ſoluat expenſas, *Staph. tractat. de ſignat. liter. iuſtit. clauſula, & per bene ſanctitatis veſtræ, &c. numero 9. fol. 310. in paruis. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 3. ſub numer. 10. verſ. alia vero, fol. 244. Lancell. d. capit. 18. num. 127. & 128. fol. 402. & Marcheſ. tract. de comm. parte 2. de reſtit. cap. 1. ſub num. 62. fol. 196.* & quibus caſibus ſoleat Signatura reſtituere cum hac clauſula, dixi *ſupra ſub n. 100. illat. 1. & nu. 107. 112. et infra numera 118. et ſeqq.*

117 Limita quarto in reſtitutione contra publicum inſtrumentum, & ſtante ſtatuto, quod contra publicum inſtrumentum non poſſit aliquid opponi, quia tunc non poteſt contra inſtrumentum peti reſtitutio in integrum, *Bened. de Barz. tract. de guarentig. par. 3. q. 21. verſus finem, to. 6. par 2. fol. 349. quem refert, et ſequitur Lancell. d. c. 18. n. 121. et ſeqq. lim. 9. fol. 402.*

118 Limita quinto regulariter in beneficialibus, quia in eis eſt duplex ſtylus, diuerſus à prophanis. Primus eſt, quod Signatura non committit in beneficialibus cauſſam reſtitutionis in integrum, ſed ipſa Signatura gratioſe reſtituit, *Veſtr. in in prax. lib. 8. cap. 3. nu. 9. verſ. in hac reſtitutionis ſpecie, fol. 244. et Odd. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 43. num. 34. verſ. cuius diſtinctionem*, in prophanis Signatura non concedit reſtitutionem, ſed committit cauſſam reſtitutionis, *Staphil. tract. de ſignat. literar. iuſtit. clauſula, et per breue ſanctitatis veſtræ, etc. num. 17. verſ. in prophanis, fol. 311. in paruis, Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 3. num. 13. verſ. quod ſi non beneficiali, fol. 245. et Odd. dict. quæſt. 43. ſub nu. 34. fol. 393.* Secundus ſtylus eſt, quod Signatura in cauſſis beneficialibus regulariter non reſtituit cum clauſula (*prout de iure*) ſed cum clauſula (*parito iudicato*) vt apparet in ſequẽtibus exemplis: At in cauſſis prophanis committitur cauſſam reſtitutionis cum clauſula (*prout de iure*) ſicut eandem diuerſitatem ex eod. Staph. refert Luc. Pæt. *in pract. Capitol. lib. 7. c. 1. n. 21. in fine, et n. 22.*

119 Ratio huius diuerſitatis poteſt eſſe, quia in beneficialibus agitur de re quę non eſt in bonis noſtris, ſed ſolum eſt commiſſa adminiſtrationi noſtræ, & depender tota à ſuperioris gratia, & is, qui eam committit, magis eccleſiæ, quam homini cui beneficium datur, prouidere intendit, vt loquendo de non concedendis remiſſorialibus, retuli, & ſequutus ſum *lib. præced. c. 8. num. 776. limit. 6.* & quia, committendo cauſſam reſtitutionis in integrum prout de iure, executio retardaretur in præiudicium eccleſię, & committendo cum clauſula (*parito iudicato*) pars videtur grauari, ideò Signatura adhibet temperamentum, concedendo ei reſtitutionem, non prout de iure, ſed gratioſe ſine alia diſputatione, vt aduertit etiam Odd. *d. quæſt. 43. ſub n. 34.* ſic enim vtrique conſultum eſt, *iuxta ea, quæ dixi d. c. 8. num. 777.*

120 Amplia hanc limitationem, ſeu verius hunc ſtylum, vt procedat etiam ſi cauſſa reſtitutionis in integrum pendeat, in eaq; latæ ſint due ſententię conformes, ſed tamen ſuſpenſę per appellationem, quia iſto caſu adhuc executio rei iudicatæ non impeditur, *Caputaq. deciſ. 330. ſeu 5. executio ſententiæ, n. 1. et 5. par. 1.*

† Hoc tamen non habet locum in minore, & in eccleſia vt tenent *DD. in c. ſciſcitata de in integ. reſt. et in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud.*

121 Exemplifica primo hanc limitationem, ſeu proprius, ſecundum ſtylum, in ea poſitum de cauſſis beneficialibus, quando petitur reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam, quia, etiam quod non ſit res iudicata trium ſententiarum, datur reſtitutio cum clauſula (*parito iudicato*) *Staph. tract. de ſignat. liter. iuſt. clauſula, et per breue ſanctitatis veſtræ, etc. ſub num. octauo, et nouo, fol. 310. in paruis, quem referunt, et ſequuntur Veſtr. in prax. libro octauo, cap. 3. ſub num. 9. verſ. in hac reſtitutionis ſpecie, fol. 244. et Lancell. trac. de attent. par. 2. c. 18. de attent. reſtit. in integ. pend. num. 128. fol. 402.* quę clauſula quid importet ex eiſdem retuli, & ſequutus ſum *ſupra num. 116. limit. 3.* Et quod ſolum in beneficialibus res iudicata debeat executioni demandari, non obſtante reſtitutione in integrum à maiore poſtulata, & ita ſit de mente omnium, & ſeruetur in practica, teſtatur, & ſequitur Caputaq: *dict. deciſ. 330. n. 2. part. 1.* & quod in beneficialibus procedat deciſio, quã ex Staph. adducit Io. Bapt. Ferret. conſ. 43. num. 7. dicens, quod Signatura in Rom. Curia commiſſiones petitæ reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum fatalium non ſignat, niſi cum clauſula (*parito iudicato, & conſtito de bono iure*) & tunc committitur prout de iure, declarat Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt. 71. art. 6. n. 62. verſ. limitat. ſecundo, & ſub n. 63. verſ. ſed tu.*

Contra hanc exemplificationem; quod enim lata vnica ſententia, quæ tranſitum fecerit in iudicatum, non detur reſtitutio cum clauſula (*parito iudicato*) quia ſit minus dura, ſed detur cum clauſula (*prout de iure*) aduerſus lapſum fatalium, bis tenuit Rota, dicens ſic reſtitutum eſſe audiendum etiam antequam ſoluat expenſas, quia pendente articulo reſtitutionis, omnia conquieſcunt, *vt teſtatur Rot. diuerſ. deciſ. 778. in cauſſa Toletan. part. 3. lib. 3. fol. 206.* quam citat, & ſequitur Marcheſan. *tractat. de commiſſ. part. 2. de commiſſ. reſtitut. in integr. cap. 1. ſub nu. 70. & 71. fol. 199.*

122 Retenta ſi placet exemplificatione.

Declara eandem exemplificationem loquentem de re iudicata vnius ſententiæ, vt ſit vera, quando ſententia fuerit lata, parte, ſeu procuratore præſente, ſecus ſi parte, ſeu procuratore citato per contradictas, quia tunc reſtituitur cum clauſula (*refectis dumtaxat expenſis*) in quibus ſuum aduerſarium non comparendo defatigauit, *Staph. eodem tract. clauſula, & per breue ſanctitatis veſtræ &c. n. decimo et vndecimo, verſ. ſed hoc habet locum, folio 310. in paruis, et Veſtr. d. lib. 8. c. 3. num. 10. verſ. alia vero clauſula, fol. 244.* Et quod procuratore, ſeu parte citata per contradictas, detur cum clauſula (*refectis expenſis*) refert ex eod. Staph. & non impugnat Marcheſ. *d. cap. 1. num. 67. fol. 197.* & quod iſto caſu reſtituturus prout de iure non teneatur parere iudicato, tenuit, ſequendo Staphileum, Rot. *diuerſ. deciſ. 1318. die 2. Decembris, et deciſ. 1459. Peregrinus, par. 3. lib. 3. fol. 272. & 280.*

123 Contra hanc declarationem, & ſpecialiter contra Staph tenuit Rota, *vt refert, et ſequitur Caputaq. deciſ. 256 ſeu 1. dictum Staphilet, par. 1. et deciſ. 188. Staphilet dictum, p. 3.* dicens, quod licet ſit lata vna ſententia per contradictas, quæ tranſiuit in rem iudicatam, tamen non datur commiſſio cum clauſula (*refectis expenſis,*) ſed cum clauſula (*parito iudicato,*) quia Rota ſemper vult, quod pareatur iudicato, quando non eſt aliqua nullitas reſultans ex eiſdem actis, vel de qua poſſit incontinenti doceri.

124 Retenta hac opinione contra declarationem, retentaque etiam, ſi placeret diſputando, declaratione.

Intellige, vt hæc opinio, ſeu declaratio intret, quando condemnatus per contradictas fuit citatus perſonaliter ſaltem à principio, alias, ſi domi dumtaxat, vel per edictum, ſeu contradictas fuerit citatus, non reſtituitur, quia poteſt appellare, & Signatura daret commiſſionem appellationis eo, quia veriſimiliter potuit non habuiſſe notitiam citationis, *Staph. d. tract. de ſignatur. liter. iuſt. clauſula, et per breue ſanctitatis veſtræ, etc. ſub n. 11. fol. 310. in paruis, et apertius Veſtr. d. lib. 8. cap. 3. numero decimo, in fine, et n. 11. et Marcheſ. tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. reſtit. in integr. c. 1. ſub n. 67. verſus finem, fol. 197.* quia tempus ad appellandum contra fictum contumacem non currit niſi à die ſcientiæ.

125 Exemplifica ſecundo multo magis quando adeſt res iudicata trium ſententiarum, *Staph. dict. clauſula, et per breue ſanctitatis veſtræ, etc. n. 8. verſus finem, ibi, quæ reſtitutio, fol. 310.*

126 Extende hanc exemplificationem, vt procedat etiam ſi omnes tres ſententiæ ſint latæ in contumaciam, quia Signatura adhuc non reſtitueret, niſi cum clauſula (*parito iudicato*) propter nimiam partis contumaciam, *Scaph. d. clauſula, et per breue ſanctitatis veſtræ, n. 12. verſ. ſed ſi per contradictas, fol. 310. et Veſtr. d. c. 3. ſub n. 11. verſ. et prædicta, fol. 245.*

Contra hanc extenſionem; quod enim ſit danda reſtitutio ſolum cum clauſula (*refectis expenſis*) primæ, ſecundæ, & aliquando tertiæ inſtantiæ, quia eadem ſit ratio, ſi ſit lata vna ſententia, vel ſint latæ plures ſententiæ, cenſuit Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 2. de commiſſ. reſtit. in integr. c. 1. n. 69. verſ. ſi vero per contradictas, fol. 198.*

Ego non recederem ab extenſione.

127 Subextende hanc extenſionem, vt procedat etiam ſi duæ tantum ſit ſententiæ, *Staph. et Veſtr. in locis citatis n. præcedenti.*

128 Sublimita primo nunc declarando eandem quintam limitationem, ſeu proprius ſecundum ſtylum in ea poſitum, vt non omnino procedat, quando petens reſtitutionem narrat paupertatem, quia tunc Signatura reſtituit cum clauſula (*placet, dimiſſa poſſeſſione tantum, & reſeruatis fructibus, & expenſis in fine litis, conſtito de oratoris paupertate,*) *Staph. tract. de ſignat. liter. iuſtit. clauſula, & per breue ſanctitatis veſtræ, &c. ſub n. 12. & 13. & fol. 310. & Veſtr. d. c. 3. n. 12. verſ quod ſi is.*

129 Sublimita ſecundo, vt non procedat, quando orator, petens reſtitutionem in integrum, allegat, quod ipſe miſit in termino procuratorem ad proſequendum, ſed procurator decepit eum, & non iuit, quo caſu, quia malitia procuratoris non debet domino imputari, Signatura conſueuit etiam in his beneficialibus dare reſtitutionem cum clauſula, (*prout de iure*) *Staph. de clauſula, & per breue ſanctitatis veſtræ, &c. n. 14. in fine, & n. 15. fol. 311. & Veſtr. eod c. 3. n. 12. verſus finem.*

Contra ſublimitationem videtur tenuiſſe Rot. *diuerſ. deciſio. 156. in cauſa Calaguritan. num. 4. & 5. p. 3. lib. 2. fol. 41.* dicens quod licet procurator conſtitutus receſſerit à Curia, & ſubſtituerit duos alios procuratores, qui nunquam voluerint comparere, ideoque fuerit decretus proceſſus per contradictas, & lata ſententia, quæ tranſierit in rem iudicatam, tamen principalis non obtinuit reſtitutionem in integrum, quia mala electio fuit in culpa, *& deciſ. 439. petebatur, ſub num. 2. & ſeqq. ead. p. 3. lib. 3.* dicens, quod ſola negligentia procuratoris in non appellando non probat iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum, etiam ſi probaretur paupertas procuratoris, quia imputandum eſt Domino, qui debebat eligere diligentiorem procuratorem, & clarius Caſſad. *deciſ. 5. regula iuris, n. 1. de appell.* dicens, quod ſi deſeritur appellatio dolo, aut negligentia procuratoris, dominus non reſtituitur in integrum.

130 Quid dicendum? Diſtinguo: Aut loquimur de negligentia procuratoris, & iſto caſu tenent omnes pro regula, quod non detur reſtitutio, *Card Alexand. in cap. octauo, ex ratione, numero 17. verſ. quarta ſpecies, de appell. Rot. diuerſ. & Caſſad. in locis ſupra proximè citatis*, & non diſſentiunt Staph. & Veſtr. *citati ſupra*, quia loquuntur in ſequenti membro: Aut loquimur de dolo procuratoris, & hoc caſu ſtat controuerſia, Nam Staph. & Veſtr. ſupra citati tenent, quod detur reſtitutio, & idem ſub verbo dubitatiuo ſcribit Rot. *diuerſ. d. deciſ. 439. num. 4.* Contrarium tamen tenet Caſſad. *vbi ſupra*. Rurſus in caſu, quo non detur reſtitutio, diſtinguunt. Vel procurator eſt ſoluendo, & non dabitur reſtitutio, quia poterit agi ad intereſſe contra procuratorem, *per ea, quæ dixi ſupra quæſt. 10. num. 135. & 136. art. 3. caſ. 5. & num. 327. & 328. art. 11. caſ. 5.* & vide *ſupra quæſt. 12. num. 124. & ſeqq.* Vel non eſt ſoluendo, & datur reſtitutio, *Card. Alex. vbi ſupra, & Caſſad. d. deciſ. 5. ſub num. 2. & 3. & dixi in locis hic citatis*, ſed hæc diſtinctio non admittitur in beneficialibus, quia in illis reſtitutio non datur, ſiue procurator ſit ſoluendo, ſiue non ſit ſoluendo, *Rot. deciſ. 27. alias 313. nota quod vbi procurator, de appell. in antiq. Caſſad. ead. deciſ. 5. ſub num. 3. & ſeqq.* quem refert, & ſequitur Marcheſ. *tract. de commiſſ. p. 2 de commiſſ. reſtitut. in integr. c. 1. ſub n. 12. & 13. fol. 186.* quia cauſæ beneficiales non recipiunt æſtimationem, *Caſſad. & Marcheſ. in locis ſupra proxime citatis*. Et quod cauſæ beneficiales non recipiant intereſſe pecuniarium, ſeu extimationem, retuli & ſequutus ſum *ſupra q. 12. n. 133 verſ. extende tertio*. Et quod in ſpiritualibus non poſſit agi ad intereſſe, quia in ſpiritualibus non cadit intereſſe, ſcribit Rot *deciſ. 8. alias 104. nota quod vbi, num. 2. de procurator. in antiqu.* Vt autem detur reſtitutio, opus eſt, vt quis aliquid amittat, niſi reſtitutio concedatur: ergo, cum in beneficialibus non habeat locum iſta conſideratio, ſequitur, quod in eis non detur reſtitutio. Contrarium, impugnando dictam Rotæ *deciſ. 27.* & dubitando, & ſequendo Cardinalem, ſcribit Felyn. *in c. 1. n. 7. verſ. cæterum, vt lit. non conteſt.* & ex eo refert, & ſequitur Nicell. *tractat. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 18. ſub n. 55. ibi, ſubiicit tamen, & n. 56. tom. 18. fol. 193.* Tu cognita, & vide, quæ ſcripſi *ſupra q. 12. n. 124. & ſeqq.*

131 Li-

Digitized by Google

131 Limita ſexto in reſtitutione gratioſa, conceſſa ex mera gratia Principis, quia reſtitutio non retardat executionem, *Corn. conſ. 11. licet videatur, n. 3. in vltimis verbis, & num. 4. lib. 1.* quem refert, & ſequitur Benintend. *deciſ. 85. dubitatur. ſub n. 11. & 12.* dicens, reſpondendo contrarijs, quod in caſu ſuo reſtitutio in integrum non impediebat executionem, quia erat petita vigore ſpecialis reſcripti, & iura ſpecialia, inquit, ſunt minùs efficacia, quam iura communia, hancque limitationem videtur ſentire Anch. *in c. 6. ſuſcitata, n. 4. in fine, verſ. ſed pro maiori, & n. 5. de reſtit. in integr. Iaſ. in l. 5. ſi quis aduerſus, n. 2. in prima differentia, & verſus finem in 5. differentia, & clarius in auth. quæ ſupplicatio, not. 3. n. 4. C. de precibus imper. offer. & Odd. tract. de reſtit. in integr. quæſt. 43. n. 30. & 31.*

Ratio huius limitationis eſt duplex.

Prima, quia reſtitutio gratioſa eſt ſpecies ſupplicationis, vt ſentiunt præcitati Doctores, qui loquuntur de ſupplicatione; ſed ſupplicatio non retardat executionem, teſtibus his, quos citaui, & ſequutus ſum *rem. ſeq. n. 27.* Ergo idem dicendum eſt de reſtitutione gratioſa, quia quicquid prædicatur de genere, prædicatur de eius ſpecie, *Bart. in l. Celſus, num. 3. ff. de vſucapio. & ibidem Bald. n. 31. verſ. nunc venio, inter tract. diuerſ. de praſcript. fol. 114. tom. 17.* & dixi *ſupra lib. 1. c. 49. n. 1.*

Secunda ratio, quia Princeps non præſumitur velle tollere ius quæſitum, ideoque quod non tollit expreſſo, non dicitur ſubſtuliſſe: Sed reſtituendo in integrum in caſu, quod de iure non concedatur reſtitutio, tollit hoc vnum, quod reſtitutus poſſit agere, ergo non tollit hoc aliud, quod impediat executionem.

132 Concludo IV. quod vbi Signatura cauſſam reſtitutionis in integrum delegauerit, prout de iure, iudex delegatus, præmiſſa debita cognitione circa cauſſas petitæ reſtitutionis, ad fugiendam occaſionem appellationis ex accurata, & obſeruata diu praxi in Romana Curia, non ſolet expreſſe pronunciare ſuper petita reſtitutione in integrum, quia ab hac pronunciatione daretur appellatio, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſtio. 17. limitat. 47. memb. 1. numer. 169.* ſed ſine alia pronunciatione procedit ad vlteriora, vt declarant Veſtr. *in prax. lib. 8. cap. 3. numer. 17. fol. 247.* & Cæl. de Graſſ. *deciſ. 3. alioqui 23. fuit reſolutum, numer. 13. de reſtit. in integr fol. 37. & dec. 110. alioqui 4. quæ eſt vltima, numer. 1. & 2. de appell. folio 157.* dicens, hunc ſtylum ſeruari in hac materia ſine controuerſia.

133 Declara primo, vt iſta praxis contineat quamdam laudabilem deceptionem, ſeu illuſionem ad tollendam materiã appellandi, ſeu ad illaqueandum litigatorem, vt omittat appellare; ſed non tamen tollit appellationem, quia nulla ratio ſuadere poteſt, vt quis poſſit appellare à verbis, & non à facto; eſſet enim imponere legem verbis, & non facto, quod eſt abſurdum: vide pro iſta declaratione, quæ loquendo de appellatione ab executione, ſcripſi *ſupra lim. 10. n. 14.*

134 Declara ſecundo, vt relata praxis non poſſit accommodari reſtitutioni in integrum ad appellandum, quia tunc neceſſario iudex reſtitutionis, priuſquam procedat in negotio principali, debet non ſolum ipſe apertis verbis reſtituere, ſed ipſe reſtitutus debet à die reſtitutionis in integrum appellare infra decem dies, *vt ex Veſtr. & Lancell. retuli, & ſequutus ſum ſupra numer. 80. verſ. declara.*

XIX. QVÆSTIONIS. REM. III.

ARGVMENTVM.

De reſtitutione, querela, reclamatione, reuiſione, & recurſu.

SVMMARIA.

Prohibita appellatione propter excellentiam iudicis, conceditur ſupplicatio apud eundem iudicem, n. 1. 2. et 3.

Sublata appellatione de iure communi ex natura cauſſæ, prohibetur etiam ſupplicatio, n. 4. et ſeqq. et n. 7.

Extenditur I. quando appellatio eſt ſublata à iure communi, et à ſtatuto, n. 8.

Extenditur II. etiam ſi ſit ſublata à ſolo ſtatuto, n. 9.

Extenditur III. vt ſupplicatio aduerſus rem iudicatam trium conformium ſit prohibita ſub pœna, n. 10.

Extenditur IV. quando appellatio eſt ſublata ob deſertionem, num. 11.

Extenditur V. vt ſupplicatio ſit prohibita contumaci, nu. 12.

Reſtringitur I. in minoribus, et cauſſis matrimonialibus, n 13.

Reſtringitur II. in tribunalis Reuerendiſſ. Gubernatoris, et Illuſtriſſ. Vicarij, quando valor cauſſæ eſt in appellabilis, n. 14. ſecus ſi ſit appellabilis, n. 16. et 17.

Reſtringitur III. in actibus extraiudicialibus, n. 19.

Reſtringitur IV. in grauamine ex tarditate iudicis, n. 20.

Reſtringitur V. in ſupplicatione gratioſa, n. 21.

Reſtringitur VI. in ſupplicatione via nullitatis, n. 22.

In cauſſa ſupplicationis admiſſa proceditur, ſicut in cauſſa appellationis, n. 24. et ſeq. Supplicatio tamen non ſuſpendit executionem, n. 27. Neque poteſt reiterari, n. 28.

Princeps non debet eſſe facilis in admiſſione ſupplicationis contra rem iudicatam, n. 29.

Supplicatio, querela, reclamatio, recurſus, et reuiſio promiſcue vt plurimum ſumuntur, num. 30. et ſeqq. Differunt tamen, n. 34.

TErtium remedium eſt recurſus, ſeu ſupplicatio, cuius præludia ſcripſit Rebuff. *tract. de ſupplicat. in præfat. tom. 1. fol. 503.* ego, illis omiſſis, remedium hoc ſequentibus expediam concluſionibus.

Prima. Sublata appellatione, conceditur ſupplicatio, ſeu recurſus.

Secunda. Admiſſa ſupplicatione, proceditur in ea, ſicut in cauſſa appellationis.

Tertia. Princeps non debet committere cauſſas, & negotia iam determinata.

Quarta. Quæ dicuntur de ſupplicatione, poſſunt applicari querelæ, reclamationi, recurſui, & reuiſioni.

1 Concludo I. igitur, quod, ſublata appellatione, conceditur ſupplicatio, ſeu recurſus, *vt ſcribunt Pariſ. conſ. 54. in iſto iudicio, ſub n. 39. ibi, reſpondetur alias. lib. 3. Rol. à Vall. conſ. 94. præſuppoſita, n. 1. et ſeqq. lib. 1. et conſ. 38. de duobus, n. 3. in fine, verſi. ſecũdo facit, et n. 4. et 5. lib. 2. Menoch. tract. de arbit. iudic. qu. 70. n. 22. et 24. lib. 1. Contar. in l. vnica, q. 8. n. 4. et 8. verſi. quinimo, C. ſi de momen. poſſ.* & communem
* eſſe opin. quod, ſublata appellatione, non ſint ſublata alia remedia iuris, teſtatur, & ſequitur Vant. *tract. nullit. rubr. quis poſ. dic. de nullit. ſub n. 33. tom. 4. fol. 376.* & quod ſupplicatio propriè non fiat, niſi ab illis, à quibus non poteſt appellari, ſcribit Gem. *in cap. 3. Romana, ſub n 6. verſ. quæro an epiſcopus, de appell. in 6.*

2 Declara hanc concluſionem diſtinguendo duo membra principalia.

Primum membrum eſt, quando appellatio à ſententia eſt prohibita propter excellentiam iudicis, qui ſententiam tulit.

Secun-

Secundum membrum eſt, quando appellatio eſt prohibita ex natura, & intuitu cauſæ.

In I. membro, quãdo appellatio eſt prohibita propter excellentiam iudicis, concludo ſupplicationem concedi apud eundem iudicem, *vt ſcribunt Iaſ. in auth. quæ ſupplicatio, ſub nu. 6. not. 5. C. de precib. imper. offer. Maran. in ſuo Spec. part. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, n. 12. 13. et 14. fol. 462. latè Rebuff. tr. de ſupplic. in præf. n. 27. & ſeqq. to. 1. fol. 508. Rol. à Vall. conſ. 38. de duob. nu. 1. 2. & ſub n. 16. lib. 2. Achil. Perſon. tr. de adipiſc. poſſ. ſub nu. 350. verſ. & ſupplic. to. 3. par. 2. fol. 270. Boſſ. tr. crim. tit. de ſuppl. aduerſ. rem. iud. ſub n. 1. fol. 314. Io. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 74. not. 4. num. 42. fol. 375. & c. 43. n. 14. fol. 283. Contar. in l. vnica, qu. 8. num. 20. verſi. nec his obſtat C. ſi de mom. poſſeſſ.*
* & eſt omnium communis opinio.

3 Ratio huius concluſionis eſt, quia etſi propter excellẽtiam iudicis præſumatur iuſtitia ſententiæ, & ideò ab ea nullatenus liceat appellare, tamen, cum pnſſit euenire, vt pars dolo aduerſarij, aut propria negligẽtia fuerit impedita in producẽdo iura ſua, vel erratum ſit in facto, debet iterum per viam ſupplicationis audiri, *Paul. de Caſtr. in l. 5. ſi quis, ſub n. 2. C. de precib. imper. offer.*

Infero ex hac ratione ad vſum praxis, quod ſupplicans non debet conqueri de Principe, ſeu alio iudice, quia ſupplicatio non teneret; quare debet allegare propriam negligentiam, vel circumuentionem aduerſarij, & petere proprij erroris veniam, *Rebuff. tr. de ſupplicat. in præfat. n. 74. tom. 1. fol. 517. Rol. à Val. d. conſ. 38. n. 18. & 19. lib. 2. & conſ. 94. præſuppoſita, ſub num. 4. libr. 1. & Achil. Perſon. d. tract. de adipiſc. poſſeſſ. ſub num. 349. verſ. & aduerte, tom 3. par. 2. fol. 270. & Greg. Tholoſ. tract. de appellat. lib. 1. cap. 6. ſub num. 2. fol. 35. & 36.* nec debet conqueri de errore iuris, quia Senatores, alijque ſupremi iudices, à quorum ſententijs prohibetur appellatio, non ſolent errare in iure, quia ſicut Princeps cẽſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris, *Rebuff. d. tract. de ſupplic. in præfat. numer. 11. & 70. fol. 515. & Greg. Toloſ. d. cap. 6. num. 3. & 4.* & dato, quod errarent in iure, tamen ſupplicatione, & in ſententia ferenda ſuper ſupplicatione debet dici fuiſſe erratum in facto, *Rebuff. d. num. 70. in fine, & num. 81.* turpe enim admodum eſſet, quod aperiretur error iuris in iſtis, qui dicuntur habere iura in ſcrinio pectoris; Quare Philippus Macedonis Rex cum dormitabundus iniuria condemnaſſet, quendam Machetem, iſque ad Philippum recurriſſet, Philippus, cognito errore, ſententiam non reſciſſit; ſed pecuniam, ad quam Machetem condemnauerat, perſoluit, *vt ex Plutar. recenſet Rebuff. in d. præfat. nu. 51. fol. 512.*

Declara, vt, cauſa commiſſa cum clauſula, quæ tollat appellationem; ſupplicatio non interponatur ad eundẽ iudicem, ſed ad ſuperiorem, qui delegauit, *vt ſcripſi ſupra q. 17. limit. 15. nu. 5. iuncto nu. 3.* & quod cauſſa commiſſa, appellatione remota, poſſit ſupplicari, ſcribit Rebuff. *tr. de ſupplic. in præfat. num. 91. tom. 1. fol. 519.*

De vſu huius ſupplicationis, & de probando errore in Curijs Franciæ, vide Rebuff. *tract. de ſupplic. in præfat. nu. 16. et ſeqq. tom. 1 fol. 506.* & Greg. Tholoſ. *tract. de appell. lib. 1. cap. 6. num. 8.*

4 In ſecundo membro, quando appellatio eſt prohibita de iure communi ex natura, & intuitu cauſæ, ſeu materię, licet Doctores, quos citaui *infra n. 7.* communiter ſcribãt, cenſeri prohibitam eſſe etiam ſupplicationẽ, tamen ego, vt certiorem habeamus reſolutionem, conſidero plures caſus, in quibus omnibus, & ſi prohibita ſit etiam ſupplicatio, tamen difformiter eſt prohibita.

Primus caſus eſt, quando appellatio non eſt omninò prohibita, ſed eſt prohibita ſolum reſpectu eiuſdem tribunalis, vt puta, ne à Vicario appelletur ad Epiſcopum, à Locumtenente ad Gubernatorem, ſeu Vicarium ſanctiſſimi: & iſto caſu certum eſt, quod ad idem tribunal, ſeu eoſdem iudices eſt prohibita etiam ſupplicatio, & recurſus; & ratio eſt duplex: prima, ne vna via prohibitum alia veniret conceſſum, & ſic fieret fraus, *Gemin. in c. 3. Romana, ſub n. 6. verſ. quæro an Epiſcopus, de appell. in 6.* Secunda ratio eſt, quia cum ſuperſit facultas appellãdi ad ſuperiorem, ceſſat ſupplicatio, quæ eſt remedium ſubſidiarium, *Rebuff. tract. de ſupplic. in præf. nu. 12. tom. 1. fol. 505.* & pro maiori intelligentia huius caſus vide, quæ ſcripſi *ſupra q. 8. num. 78. 79. & 80.*

5 Secundus caſus eſt, quando appellatio eſt prohibita ad effectum ſuſpenſiuum, ſed non ad deuolutiuum; & iſto caſu concludo idem, quod in præcedenti, quia, cum ſuperſit remedium appellandi, quod eſt ordinarium, fruſtra deſideratur remedium ſupplicationis, quod eſt ſubſidiarium, quod, quamuis concederetur, non ſuſpenderet executionem, teſtibus his, quos ſequutus ſum *infra numer. 27.*

Verum in cauſſis executiuis Curia ſeruat praxim, vt idem iudex, dummodo ſit ordinarius, quod fecit, & decreuit etiam diffinitiuè, poſſit ſuſpendere, & deinde ſæpius reuocare, & cõtrarium decernere, *vt dixi ſupra rem. 1. concl. 6. nu. 37. & qu. 17. limit. 47. memb. 1. nu. 31.* etiam ſi mandatum decreuiſſet per ſubſcriptionem ſcedulæ; quia & ſi, ſubſcribendo ſcedulam, videatur magis functus officio ſuo, & cum deliberatione animi ſtatuiſſe, vlterius non audire, tamen dummodo executio non ſit conſummata, & actum ſit via executiua, poterit quandocunque ſuperſedere, & etiam reuocare, quia iudex in executiuis eſt executor cum iuriſdictione, qualis eſt Auditor Cameræ in obligatione Camerali, qui, donec executio ſit conſumata, ſemper poteſt audire, quæ emergunt in ipſa executione, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra q. 17. limit. 10. n. 42.* ita, vt ſi debitor ante conſummatam executionem oſtenderet inſtrumentum ſolutionis, vel pacti de non petẽdo, poſſet Auditor ſuperſeſſoriam concedere, & cognita ſolutione, aut alia ſatisfactione, parte citata, mandatum etiam ſubſcriptum reuocare: quaſi nũquam ſit functus officio ſuo, niſi executio ſit conſumata, præſertim ſi teneamus illam opinionem, quod ſententia, mandans exequi inſtrumentum, eſt interlocutoria, cum feratur ſine libello, & lite non conteſtata, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra quæſt. 17. limit. 47. memb. 1. ſub num. 191. verſic. contra hanc, & num. 195.* Et hęc praxis videtur vtilior, quam ſupplicatio formalis, quia iſta nôua cognitio cum ſuperſeſſoria ſuſpendit, & non habet inſtantiam à lege.

6 Imò Auditor Cameræ poſſet reuocare etiam decreta ſui Locumtenentis, quia Auditor Cameræ habet in facultatibus, vt poſſit iudicare per ſuos Locumtenentes; vnde ſi poteſt reuocare ipſe Locumtenens, *vt dixi,* debet poſſe etiam Auditor, cum reputentur vnus iudex, vt loquendo de Epiſcopo, & Vicario, ſcripſi *ſupra rem. 1. concluſ. 6. nu. 82.* & reuocando, poteſt auocare cauſam à Locumtenente, qua auocata, Locumtenens non debet vlterius in ea procedere, per ea quæ ſic dicimus de Vicario, & Epiſcopo, qui poteſt reuocare interlocutoriam Vicarij, *vt ſcripſi ſupra qu. 8. ſub numer. 73.* & poteſt auocare cauſam ab eo, *vt dixi ibidem, num. 57.* ſed non ita de facili poſſit Locumtenens reuocare decreta Auditoris, per ea, quæ loquendo de reſtitutione in integrum, ſcripſi de Vicario *rem. præced. num. 33. & 34.* Laudabiliter tamen Auditor Cameræ abſtinet ſe ab eiuſmodi reuocatione decretorum ſui Locumtenentis, ſed vrbane agendo, quando notoria eſſet iniuſtitla, eam ſignificat Locumtenenti, vt ipſemet moderetur, & reuocet; quod raro poteſt contingere, quia Papa non aſſumit ad Locumtenentis officium, niſi inſignem iuriſperitum, qui ſit literis, & moribus valde conſpicuus, cum ſit aſſumptus à Papa eo magis Auditor cum illo vrbane agit, & ne alias, orta inter

eos

eos diſſentione, neruus iuſtitiæ, & eccleſiaſticæ diſciplinæ confundatur.

Reſtat vnum aduertendum, quod etſi Auditor Cameræ, ſeu eius Locumtenens, alijque Iudices poſſint, procedendo in executiuis, reuocare decreta, & mandata de exequendo; tamen actor poteſt ab iſta mandanti reuocatione appellare, quia iſta reuocatio eſt negatio executionis, ſed actor poteſt appellare à pronuntiatione negatiua, *vt dixi ſupra quæſt. 17. limit. 9. num. 50. & ſub num. 58. & limit. 10. n. 21.* Nam appellatio actoris habet ſolum effectũ deuolutiuum, ad quem effectum poteſt etiam reus appellare; ſed non ſolet actori expedire appellatio, niſi cum nulla ſupereſt amplius ſpes, quod iudex ſit executionem conceſſurus, quod eſt, cum is per ſchedulam reum diffinitiuè abſoluit, quo caſu dicitur vulneraſſe obligationem executiuam, & cauſſam factam eſſe appellabilem, *vt ſcripſi d. lim. 9. ſub n. 58. verſ. ſubextende.*

Tertius caſus eſt, quando appellatio eſt prohibita eo, quia condemnato reſeruatur ius in alio iudicio, vt in poſſeſſione momentanea, in qua condemnato non datur appellatio, quia ſupereſt ei recurſus ad petitorium: & iſto caſu intelligitur prohibita etiam ſupplicatio, *Rebuff. tract. de ſupplicat. art. 3. gloſ. vnica, tom. 1. fol. 534. Contar. in l. vnica, q. 8. ſub n. 14. verſ. contraria, C. ſi de momen. poſſeſſ. & Greg. Tholoſ. tractat. de appell. lib. 1. c. 6. ſub n. 19. caſ. 4.* nam quoties ſupereſt aliquod remedium ordinarium, ceſſat ſupplicatio, quæ eſt remedium extraordinarium, *Rebuff. & Contar. vbi ſupra, & dixi ſupra n. 4. & 5. in 1. & 2. caſu.*

Hac ratione prohibetur etiam ſupplicatio ab interlocutoria, cuius grauamen poſſit reparari per appellationem a diffinitiua, *Rebuff. in d. præfat. n. 66. fol. 515. & art. 1. gloſ. 26. fol. 528. & gloſ. 12. fol. 525. & Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 1. cap. 6. ſub n. 16. caſ. 10.*

7 Quartus caſus eſt, quando appellatio eſt prorſus, & omni reſpectu prohibita: & iſto caſu firmo eandem concluſionem, quod, prohibita appellatione ex natura cauſſæ, cenſetur prohibita etiam ſupplicatio, *vt ſcribunt Iaſ. in auth. quæ ſupplicatio, not. 5. ſub num. 6. C. de prec. imper. offer. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, n. 14. in fine, fol. 462. Boſſ. tract. crimin. tit. de ſupplicat. aduerſ. rem iudic. ſub n. 1. fol. 314. Ioſ. Cumia ſuper rit. Sicil. c. 74. not. 4. n. 40. fol. 375.* & loquendo in iudicio poſſeſſorio, ſcribit Rol. à Vall. *conſ. 38. de duobus, n. 10. & ſeqq. n. 16. & ſub n. 20. ibi, ſed in caſu iſto, libr. ſecundo,* quem ſequitur Achil. Perſonal. *tractat. de adipiſcend. poſſeſſ. num. 350. verſ. & quamuis, tom. 3. part. 2. fol. 270.* & quod aduerſus ſententiam inappellabilem ex natura cauſſæ non poſſit victus ſupplicare Principi, niſi per viam gratioſam, & alias auditi non debeat ſcribit Contar. *in l. vnica, quæſtio. 8. numero 16. verſ. aliud iuris, iunctis, quæ ſcribit numeris præcedentibus, & numer. 20. & 21. Cod. ſi de momen. poſſeſſione,* & quod prohibita appellatione de iure communi, reſpectu cauſſæ, vt puta, quia ſint latæ tres ſententiæ conformes, vel quia ſit expreſsè, vel tacite renuntiatum appellationi, intelligatur tunc prohibita etiam ſupplicatio, ſcribit Paul. de Caſtr. *in l. quinta. ſi quis, ſub num. tertio, C. de precibus imper. offer.* & de magis communi * opin. teſtatur, & ſequitur Contar. *eod. quæſt. 8. n. 20. 21. & 22.* & quod in poſſeſſorio ſummariſſimo, quando contenditur, quis ſit in poſſeſſione, denegetur etiam ſupplicatio; ſcribit Menoch. *tract. de retinen. poſſ. rem. vlt. q. 19. n. 53. fol. 130.*

Contra hunc caſum (dum dicimus, ſupplicari non poſſe aduerſus rem iudicatam trium conformium, neque aduerſus ſententiam, cuius appellationi ſit renuntiatum) tenet Rebuff. *tract. de ſupplicat. in præfat. n. 61. et ſub n. 64. et 73. in fine, tom. 1. fol. 514.* dicens, quod ſolet recipi ſupplicatio, & quod in literis debet exprimi tertia ſententia, & quod Princeps poteſt ex æquitate recipere ſupplicationem, & diſpenſare contra ius, ſubdens, quod etiam ſi quis renuntiauerit appellationi, poteſt ſupplicare, quia renuncians vni remedio, non perdit aliud.

Ego non diſcedo à concluſione huius quarti caſus, quia ſententia Rebuffi poteſt procedere in ſupplicatione ex mera gratia, quæ ſemper poteſt patere, quoties Principi placet, & non in ſupplicatione per viam iuſtitiæ.

8 Extende primo concluſionem huius quarti caſus, vt multo magis procedat, quando appellatio eſt prohibita, & à iure communi, & à ſtatuto, vt in caſu, de quo loquitur Achil. Perſon. *d. n. 350. verſ. et quamuis,* vbi de opin. com- * muni.

9 Extende ſecundo, vt procedat etiamſi appellatio ſit prohibita à ſolo ſtatuto, quia, dummodo ſit prohibita intuitu cauſæ, non poterit ſupplicari, *Paul. de Caſtro in l. 5. ſi quis aduerſus, in fine C. de præc. imper. offer. Dec. in cap. 53. paſtoralis, n. 38. ibi, ſecus ſi à ſtatuto, de appell. et Ioſ. Cumia d. cap. 74. num. 40.* dicens, non poſſe ſupplicari, quando appellatio eſt prohibita de iure communi, vel ſtatutario, ita etiam clare ſentit Boſſ. *tract. crimin. tit. de ſupplicat. aduerſ. rem. iudic. ſub num. 1.* dum ſcribit contra ſententiam criminalem in Ducatu Mediolani non poſſe ſupplicari, quia ab ea eſt prohibita appellatio ex ordinibus illius Ducatus, & tamen clarum eſt, quod ordines illi ſunt leges municipales.

Confirmatur hæc extenſio, quia in criminalibus de iure communi licita eſt appellatio, *vt ſequutus ſum ſupra q. 17. n. 23. et ſeqq.* & tamen quia ex legibus, ſeu conſuetudinibus localibus, lata ſententia, ſtatim deuenitur ad executionẽ, & ſic ſtatuto tollitur appellatio, non poteſt ſupplicari, *Rebuff. tract. de ſupplicat. in præfat. n. 71. & 90. tom. 1. fol. 516. & Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 1. cap. 6. ſub n. 11. in 2. differ. & ſub n. 16. caſ. 7.*

* Nec aduerſatur huic confirmationi, quod in criminalibus dentur ſupplicationes tendentes ad conſequendam gratiam delicti.

Quia reſpondeo, quod in ſupplicatione gratioſa petitur venia delicti, & ſic ante iudicatum, at nos loquimur de ſupplicatione, quæ tendit ad iuſtitiam, & in qua allegatur error facti, & ita eſt, quæ in criminalibus non admittitur, Rebuff. *vbi ſupra.*

Minus aduerſatur extenſioni, quod Dec. *conſil. 533. iuridicas puto, numero 2. Rol. à Vall. dicto conſ. 38. num. 7. in fine, & 9. & ſub n. 20. verſ. ad ſecundum, libr. 2. Menoch. in tractat. de arbitrar. iudic. quæſtio. 70. numero 24. libr. 1. Achil. Perſon. tractat. de adipiſcend. poſſeſſ. numero 350. verſ. & quamuis, folio 270. & Contar. in l. vnica, quæſtio. 8. numero nono, C. ſi de momen. poſſeſſ.* teſtando omnes de communi * opin. præter Achil. & Contar. ſcribant, quod, prohibita appellatione à ſtatuto, non cenſetur prohibita ſupplicatio.

Quia reſpondeo, quod id eſt verum, quando ſtatutum non prohibet appellationem intuitu cauſæ, ſecus ſi prohibet intuitu cauſſæ, vt puta, quia mandet, ſeruari aliquam ſolemnitatem in appellatione, alias cenſeri tacitè renuntiatum appellationi, quia iſto caſu cenſetur prohibita etiam ſupplicatio, & decipitur, qui arbitraretur appellationem poſſe à iure communi ſolo prohiberi intuitu cauſſæ, & non à ſtatuto, imo ſtatutum dicitur ius commune illius loci, in quo extat, *vt dixi lib. præcedent. c. 2. n. 523.*

10 Extende tertio, vt aduerſus rem iudicatam trium conformium ſupplicatio ſit prohibita ſub pœna, *vt retuli, et ſequutus ſum ſupra, quæſt. 17. limit. 1. n. 14. extenſ. 7.*

11 Extende quarto, vt neque poſſit ſupplicari aduerſus ſententiam, quæ ob non proſecutam, ſeu non interpoſitam appellationem tranſierit in iudicatum, quia tunc appellans dicitur tacitè renuntiaſſe appellationi, & acquieuiſſe ſententiæ; vnde, ſi acquieuit ſententiæ, non debet vlterius

terius

Digitized by Google

terius contra ſententiam audiri, vide *ſupra ſub nu.7.*

12 Extende quinto, vt habeat locum in ſententia lata cõtra verum contumacem, quia is ſicut non poteſt appellare, ita neque poteſt ſupplicare, *Rebuff.tract.de ſupplic.in præfat.ſub n.64.ibi, ideo quando remouetur appellatio, tom. 1.fol.514.Dec.& Maran.quos ſequutus ſum ſupra quæſ.17. limit.3 nu.7.verſ.extende quarto.* Et ratio eſt, quia contra contumacem omnia iura clamant, Ergo etiam iura ſupplicationis.

Caſus, in quibus ſupplicatio non conceditur habes cõgeſtos apud Rebuff.*tr.de ſupplic.in præſ.nu.55.& ſeq.tom. 1.fol.513.& ſeqq.* vbi diſcurrit partim de iure communi, & partim ſecundum conſtitutiones Franciæ ſexdecim caſus, quorum vnum, nempe in criminalibus, retuli *ſupra ſub nu.9.verſ.confirmatur.*

13 Reſtringe primo eandem concluſionem, vt non procedat in minoribus, & in cauſis matrimonialibus, quia beneficio ętatis, aut fauore matrimonij poteſt ſupplicari, etiamſi appellatio eſſet prohibita de iure communi, vt referunt, & ſequuntur Iaſ.*in auth.quæ ſupplicatio ſub nu.6. not.5.C.de prec.imper.offer.*

Confirmatur hæc reſtrictio, prout loquitur in cauſa matrimoniali, quia & ſi ſententia, lata in cauſa matrimoniali, poſſit, ſicut quælibet alia ſententia, tranſire in rem iudicatam ad effectum, ne ab ea victus poſſit appellari, *iuxta ea, quæ retuli, & ſequutus ſum ſupra qu.12.numer.81.* tamen quoad alia remedia non tranſit in rem iudicatam, & ideò poteſt reuideri, & retractari per viam querelæ, *vt ſequutus ſum d.qu.12.numer.81.* & poſſe ſupplicari ſcripſi *ſupra q.17.limit.1.n.15.* alias ſi trãſiret in rem iudicatam, etiam quoad alia remedia, erraſſent Doctor. qui dicunt, eam non tranſire in rem iudicatam, & conſequenter non differret ab alijs ſententijs.

14 Reſtringe ſecundo in tribunali Reuerendiſſimi Gubernatoris Vrbis, & Illuſtriſſimi Vicarij Sanctiſſimi, quia ex tenore facultatum & inueterato ſtylo, ſi non valor cauſæ non contineat ſummam appellabilem, de qua ſcripſi *ſupra quæſt.17.limit.43.numero primo,* à Gubernatoris Locumtenente in ciuilibus datur recurſus ad Gubernatorem, & à Vicarij Locumtenente ad Vicarium; & quid ſeruetur in Regno Neapol. retuli *d.quæſt.17. limit.40.ſub numer.16.* Et ratio eſt, quia cum appellatio ſit prohibita propter exiguum cauſæ valorem, ne ſcilicet maiores ſint ſumptus litis in tranſportatione actorem, & in ſportulis, quam ſit valor rei litigatæ, prout de facili contingeret hic in Curia, ſi committeretur cauſa appellationis, ſiue ſuſpenſiue, ſiue deuolutiue, *vt ſcripſi ſupra quæſt.17.limit. 40.num.1.& 2.* & per viam recurſus cenſent iſtæ expenſæ, debet concedi recurſus, vt condemnatus non remanet grauatus.

15 Secus eſt, ſi ſumma ſit appellabilis, quia tunc etſi coram Gubernatore agatur de mercede, tamen dabitur appellatio ſaltem deuolutiua, habita conſideratione, de qua *ſupra qu.7.limit.8.num.8.& ſeqq.* cum etiam in alimentis detur appellatio deuolutiua, *vt ſcripſi d.qu.17.limit.7.num.27.* vnde, cum ſuperſit remedium appellationis, fruſtra poſtulantur recurſus, & ſupplicatio, quæ ſunt remedia ſubſidiaria.

Secus etiam eſt in tribunali auditoris Cameræ, & in Curia Capitolina, quia in iſtis tribunalibus, etiam quod ſumma ſit inappellabilis, non datur recurſus, niſi in executiuis eo modo, de quo ſcripſi *ſupra numero.5.& 6.* & in Curia Capitolina excipe ſententias Conſulum, & officialium artium, quia ſi ab eis prohibita ſit appellatio per eorum approbata ſtatuta, Conſeruatores cognoſcunt de earum iniuſtitia per viam querelę ex diſpoſitione ſtatut. Vrbis *lib.1.cap.15.*

16 Infero primo ex hac reſtrictione, quod à ſententia Locumtenentis Vicarij poteſt peti recurſus non ſolum a ſumma quinque ducatorum infra, à qua erat prohibita omnis prorſus appellatio, *vt retuli ſupra quæſt.17. limit.41. num.1.* ſed etiam à ſumma infra ſexdecim ducatos, de qua ſcripſi *ſupra limit.43.num.1.* Secus eſt ſi ſumma excedat ſexdecim ducatos, quia tunc poteſt appellari, tam deuolutiuè, quam ſuſpenſiuè, etiam ſi ſumma non excedat ſexaginta ducatos auri de Camera, quia & ſi in iſta ſumma poſſit Vicarius cognoſcere, iudicare, & ſine debito terminare, ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta, manu regia, ſine confectione regeſti, & ſicut ei videbitur, vt habetur in Vicarij facultatibus, quas citaui *ſupra quæſt.17.limit.41.* tamen non per hoc eſt ſublata, appellatio ſaltem deuolutiua, per ea quæ ſcripſi *d.qu. 17.limit.40.numer.16.* quicquid ſit de ſuſpenſiua, in qua, conſideratis illis clauſulis (*manu regia,*) & (*prout ei videbitur*) poſſet dubitari, *per ea, quæ ſcripſi ſupra qu.16.limit.1.ſub num.64.confirm.1.& num.65.& q.17. limit.15. num.1.& ſeqq.*

Infero ſecundo, quod Reuerendiſs. Gubernator Vrbis non poteſt concedere recurſum, etiam in cauſa mercedis, ſi eius valor excedat ſummam ſexdecim ducatorum, de qua ſcripſi *ſupra d.limit.43.n.1.* quia facultates ſibi datæ à Sixto V. dum diſponunt, quod recurſus detur in cauſis nõ appellabilibus, & in quibus de iure datur, non poſſunt habere locum, niſi in cauſis à ſexdecim infra.

17 Nec obſtat, quod ſecundum aliquos modernos in tribunali Gubernatoris vigore indultorum, ei conceſſorum ſit prohibita appellatio in cauſa mercedis, & ſic propter excellentiam iudicis, & fauore cauſæ, quia reſpondeo, hoc non eſſe verum, quia ſi ſumma ſit appellabilis dabitur ſaltem ad effectum deuolutiuum, habita cõſideratione, de qua *in d.qu.17.limit.8.num 8.& ſeqq.* Nam aduertendum eſt, quod & ſi Gubernator in cauſis mercedum, & ſalarij procedat in manu regia, *vt ſcripſi ſupra lib.1.cap. 23.num.3* & modo rigoroſo, non audiendo citatos, niſi facto actuali depoſito à decem ſcutis petitis infra, & à decem ſupra, præſtita fideiuſſione idonea in forma depoſiti, *Paul.Granut.theor.12.Ioannes, ſub nu.15.& March.tract.de commiſſ.part.1.capit.19.de appell.in cauſ.merc. numer.23.fol.216.in ſecunda impreſſione,* tamen non propterea intelligitur denegata appellatione ſaltem deuolutiua, *vt ſcripſi ſupra.*

18 Extende hanc illationem, vt procedat etiam ſi is, contra quem petitur recurſus, non contradiceret, ſed pateretur in eo procedi, quia adhuc ſententia, quam Gubernator, ſiue deputatus ab eo ferret, eſſet nulla, vel ex eo quia contineret repugnantiam, *iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra rem. 1.concl.4.num.57.* cum idem iudex non poſſit ferre duas ſententias contrarias, quæ ſe mutuo conquaſſent, vel eſſet nulla eo, quod eſſet lata ſine iuriſdictione; nam Gubernatori data eſt iuriſdictio per viam recurſus, quando cauſa eſt inappellabilis: ergo extra hunc caſum non habet iuriſdictionem per viam recurſus, etiam partibus cõſentientibus, *per ea, quæ de iuriſdict. epiſcopi. ſcripſi rem. pręced.num.54.*

19 Reſtringe tertio in actibus extraiudicialibus, quia licet in eis poſt lapſos decem dies non poſſit ex diſpoſitione iuris communis appellari, tamen poteſt agi per viam querelæ, quia actus extraiudiciales nunquam tranſeunt in rem iudicatam, & ideo poſſunt quandocunque etiam poſt decem dies retractari, ſed non per viam appellationis, *teſtibus Franch & Lancell.quos retuli, & ſequutus ſum ſupra qu.17.nu.41.declar.3.*

20 Reſtringe quarto, quando quis grauatur tarditate iudicis non procedentis ad expeditionem, quia ab iſta tarditate non poteſt grauatus appellare, ſed poteſt recurrere per viam querelæ ad ſuperiorem, *vt retuli, & ſequutus ſum ſupra quæſt.17.in ampl.nu.56.*

21 Reſtringe quinto in ſupplicatione per viam gratiæ ad

Prin-

Digitized by Google

Principem, quia licet appellatio ſit prohibita quouis modo, tamen in quolibet caſu poteſt Principi ſupplicari per viam gratiæ, *Contar. in l. vnica, q. 8. num. 16. 17. 24. 28. & ſub numer. 41. C. ſi de momen. poſſeſſ.* & de illa ſupplicatione intelligendi ſunt Gemin. *in cap. 3. Romana, ſub num. 6. verſ. quæro an epiſcopus, & Franch. ſub numer. 5. verſ. quid autem ſi epiſcopus, de appell. in 6.* dum ſcribunt, quod ſupplicatio non fit, niſi ad Principem, quia, cum ſit contra ius, & in præiudicium alterius, nullus inferior Principe poſſet illam admittere.

Et ideo Maran. *in ſuo ſpec. part. 6. act. 2. princ. in verbo. & quandoque appellatur, ſub num. 13. fol. 462. Rol. à Vall. conſ. 94. præſuppoſita, numer. 15. lib. 1. & conſ. 38. de duobus, numer. 17. lib. 2. Ioſ. Cum. ſuper. ritib. Sicil. cap. 43. numer. 2.* & Achil. Perſon. *tract. de adipiſc. poſſeſſ. num. 349. tom. 3. part. 2. fol. 270.* deſcribunt, ſupplicationem eſſe quandam precum porrectionem, factam Principi, per quam ex quadam benignitate, & gratia reſtituit ſupplicantem aduerſus ſententiam, contra quam non competit remedium ordinarium appellationis; licet Rebuff. *tract. de ſupplic. in præfat. num. 9 tom. 1. f. 505.* & Greg. Tholoſ. *tract. de appell. lib. 1. cap. 6. n. 2. f. 35.* reprobata hac deſcriptione, aliter definiant.

22 Reſtringe ſexto, quando is, qui ſupplicat ſeu recurrit, vult dicere ſententiam nullam, & in hac ſententiæ nullitate fundat ſupplicationem, quia licet ſit prohibita appellatio, tamen poteſt dicere de nullitate ſententiæ tam coram eodemmet iudice, qui ſententiam tulit, quam coram ſuperiore, qui tamen poſſit adiri per viam querelæ, vt ſequutus ſum *ſupra rem. 1. concl. 6. numer. 1. & ſeqq.* vbi habes hanc materiam nullitatis, ſed dico, quod inepte intentat nullitatem per viam ſupplicationis, quia nullitas eſt remedium iuris ordinarium, & præſefert nullitatem ſententiæ; vnde ſi competit remedium ordinarium nullitatis, ceſſat remedium ſupplicationis; quæ eſt remedium extraordinarium, & præſupponit ſententiam validam, *Rebuff. tractat. de ſupplicat. in præfat. numero 13. tom. 1. folio* 505.

23 Contra vniuerſam hanc primam concluſionem oppono, quod reſtitutio in integrum, & ſupplicatio ſint vnum, & idem, *per ea, quæ ſcribit Paul. de Caſtr. in l. 5. ſi quis, num. 2. in fine, C. de precib. imper. offer. & quę dixi infra num. 27.* & conſequenter non ſunt duo diuerſa remedia; vnde & nos hic in Curia videmus, ſupplicationem non eſſe in vſu.

Huic oppoſitioni reſpondet formaliter Odd. *tract. de reſtit. in integr. quæſt. 1. num. 68. & ſeq. & quæſt. 32. num. 29.* Tu dicas, quod & ſi ſupplicatio, & reſtitutio in integrum gratioſa multum inter ſe conueniant, *vt dixi infra ſub d. n. 27.* tamen reſtitutio in integrum non gratioſa, & ſupplicatio habent inter ſe multas differentias, quarum duas ſolum hic recenſeo; primam, quod ſupplicatio petitur infra decem dies, & tunc petenti datur cautio; vel infra annum, ſeu biennium, *vt ſcripſi infra ſub numero 27. ſubdeclar. 1.* At reſtitutio in integrum poteſt impetrari intra quadriennium, *l. fin. C. de tempor. in integ. reſtit. late Odd. trac. de reſtit. in integrum quæſt. 19.* ſecundam, quod reſtitutio retardat executionem, ſicut appellatio, *vt ſcribit Affl. decıſ. 341. lata eſt ſententia, ſub nu. 4. & ſcripſi rem. præced. n. 64.* ſed ſupplicatio nunquam retardat executionem, *teſtibus his, quos ſecutus ſum infra ſub d. n. 27.* hancq; differentiam notat etiam Contar. *infra citata quæſt. 8. num. 40. & 41.* & quod reſtitutio in integrum pinguius prouideat, quam ſupplicatio, ſcribit Contar. *in l. vnica, quæſt. 8. in fine, n. 43. C. ſi de momen. poſſeſſ.* Et quod reſtitutio in integrum differat a quęrela, & a ſupplicatione, ſcribit Greg. Tholoſ. *tract. de appell. lib. 1. c. 6. 7. & 8.* in quibus egit de iſtis tribus, tanquam de remedijs ſeparatis, *& in cap. 7. n. 10.* & ſcribit differentias inter ſupplicationem, & querelam, *& in c. 8. n. 9.* ſcribit differentias inter querelam, & reſtitutionem in integrum, ex quibus tu cognoſces quantum diſter ſupplicatio à reſtitutione in integrum.

24 Concludo II. quod, admiſſa ſupplicatione, proceditur in ea, ſicut in cauſa appellationis: nam vbicunquè ſtatutum permittit recurſum ab aliqua ſententia, ſemper talis recurſus debet regulari ſecundum quod regulatur appellatio, quantum ad tempus exercitij, & determinationis cauſæ, *Franch. in cap. 63. dilecto, quæſt. 56. ſub n. 168. de appell. Marſ. in pract. crim. §. opportune, numer. 65. Menoch. tract. de arbitr. iudic. quæſtion. 70. in fine, nu. 27. lib. 1. & Contar. in l. vnica, quæſtion. 8 num. 26. verſicul. item quod cauſa, C. ſi de momen. poſſeſſ.* & quod ſupplicatio, & appellatio à pari procedant, niſi in caſibus, in quibus reperitur expreſſa differentia, qui caſus ſunt quinque, ſcribunt Capic. *decıſ. 28. in cauſa magnifici Ioannis Philippi, verſus finem ſub nu. 11. & Rol. à Vall. conſ. 94. præſuppoſita, n. 9. verſ. ſed præmiſſis, lib. 1.*

25 Infero primo ex hac concluſione, quod ſicut in appellatione, ita etiam in ſupplicatione poteſt ſupplicans non deductum deducere, & non probatum probare, *Rol. à Vall. d. conſ. 64. præſuppoſita, num. 10. lib. 1. & Contar. in l. vnica, quæſt. 8. n. 37. verſ. rurſus non eſt omittendum, C. ſi de momen. poſſ.*

Contrarium ſeruatur in Regno Franciæ; debet enim cauſa reuideri omnino ex eiſdem actis; vnde, qui vult ſupplicare, non debet repetere acta a notario, quia, repetendo, diceretur renuntiare ſupplicationi, *Rebuff. trac. de ſupplicat. in præfat. ſub n. 72. & n. 80. tom. 1. fol. 516. & num. 17. fol. 506. & Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 1. cap. 6. ſub n. 11. differ. 6.*

Hæc contrarietas conciliatur, quia illatio procedit in ſupplicatione, generice ſumpta, prout continet etiam querelam, at opinio contraria procedit in ſupplicatione, ſumpta in ſpecie, vide *infra n. 34* vel hæc opinio contraria procedit de iure regio Franciæ.

26 Infero ſecundo, quod inſtantia cauſæ ſupplicationis durat, quantum durat inſtantia cauſæ appellationis, quia regulatur ſecundum naturam appellationis, & in hoc non reperitur differentia, *Rol. à Vall. d. conſ. 94. ſub n. 5 ibi ſciendum eſt an inſtantia, ſub n. 15. ibi, condeſcendo ad ſecundum, & ſignanter n. 22. & ſeqq. verſ. ſed his non obſtantibus.* Sed quantum duret in Regno Franciæ, vide Rebuff. *tract. de ſupplicat. in præfat. num. 75. & ſeqq. tom. 1. fol. 517 & Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 1. c. 6. ſub n. 10. verſ. tempus.*

27 Reſtringe primo eandem concluſionem, vt non habeat locum quoad vim ſuſpendendi executionem, quia in hoc habent diuerſam naturam, nam appellatio impedit executionem, imò ſuſpendit, & extinguit iudicatum, *vt ſequutus ſum ſupra quæſt. 3. n. 82.* ſed ſupplicatio non retardat executionem, *Paul. de Caſtr. in l. 5. ſi quis, nu. 3. C. de precib. imper. offer. Affl. decıſ. 231. dicit regia, nu. 2. & decıſ. 341. lata eſt ſententia, n. 2. Capic. decıſ. 28. in cauſa magnifici Ioannis Philippi, in fine, ſub n. 11. & Contar. in l. vnica, q. 8. n. 41. verſ. nam regulariter, C. ſi de momen. poſſ.* quia ſupplicatio eſt illa ſpecies reſtitutionis in integrū, quæ dicitur gratioſa, *vt ſecutus ſum rem. præced. ſub n. 131.* quæ gratioſa reſtitutio non retardat executionem, *Anch. Inſ. Corn. & Benint. quos ſequutus ſum d. n. 131.* Ergo neque retardat ſupplicatio, vide *rem. præced. n. 75. verſ. ſecus.*

Amplia primo hanc reſtrictionem, vt etiam ad fauorem eius, qui ſupplicat, fiat executio in capitulis, in quibus non ſupplicat, *Rebuff. tract. de ſupplicat. in præfat. n. 39. tom. 1. fol. 510.* dicens, ita fuiſſe iudicatum in Senatu Pariſienſi.

Amplia ſecundo, vt executio ſit facienda etiam pro expenſis, contentis in ſecunda, *Rebuff. dicto tract. de ſupplicat. in præfat. n. 40.*

Quamuis contrarium dicat Affl. *d. decıſ. 231. n. 2. in fine.*

Declara

Digitized by Google

Declara eandem reſtrictionem, vt executio fiat, præſtita tamen prius cautione de reſtituendo in caſu retractationis, *Affl. dicta deciſ. 231 ſub n. 2. Greg. Tholoſ. tract. de appell. lib. 1. c. 6. n. 9. & Rebuff. d. tr. de ſupplic. in præſ. nu. 38. tom. 1. fol. 510.* alias executio erit nulla, *Rebuff. ibid.* qui tamē teſtatur, in Regno Franciæ cautionem hanc non præſtari, quod replicat *ſub nu. 89.*

Subdeclara primo, vt hæc cautio ſit præſtanda, ſi ſupplicetur infra decem dies, ſecus ſi poſtea, *Greg. Tholoſ. vbi ſupra, Rebuff. in d. præſ. ſub nu. 89. differ. 6. fol. 519.* Imò ſupplicans poſt lapſum biennium, nullatenus auditur, *Rebuff. in ead. præfat. n. 56. & ſeqq. fol. 513.*

Subdeclara ſecundo, vt admittatur cautio iuratoria, ſi dicat, ſe aliam non inuenire, *Rebuff. ſub eod. nu. 38. & Greg. Tholoſ. eod. cap. 6. ſub nu. 14.*

Tempera eandem reſtrictionem, vt non ſit vera in ſupplicatione, ſeu recurſu apud Vicarium, & Gubernatorē, de quibus ſcripſi *ſupra num. 14.* quia ille recurſus retardat executionem; nam recurrens ſtatim citat ad dicendum contra recurſum, & videndum inhiberi; & notarij, nullo etiam facto verbo cum iudice, reproducta citatione, ponunt decretum, quod inhibuit. Et in Camera Imperiali quod reuiſio ſuſpendat executionem, notat Greg. Tholoſ. *tr. de appell. lib. 1. c. 6. nu. 11. in fine, & cap. 9. ſub num. 6. verſ. ſtatuitur.*

28 Reſtringe ſecundo, vt non habeat locum quoad facultatem vlterius ſupplicandi, quia licet poſſit bis appellari, *vt ſcripſi ſupra qu. 16. limit. 1. num. ..* tamen ſemel tantum poteſt ſupplicari, *Paul. de Caſtr. in l. 5. ſi quis, n. 3. C. de præcib. imper. offer. Affl. deciſ. 231. dicit regia, in fine, Guid. Pap. deciſ. 345. à ſententia, num. 1. & Rebuff. tract. de euocat. art. 2. num. 125. fol. 453. & tr. de ſupplic. in præfat. num. 43. 69. 88. & 102. fol. 511. tom. 1.* Sed ſi in cauſa ſupplicationis fuerit correcta ſententia, & altera pars diceret, fuiſſe erratum in cauſa ſupplicationis, audiretur etiam ipſa ſemel per viam ſupplicationis; quare vna pars poteſt ſemel ſolum ſupplicare, ſed vtraque pars poteſt bis ſupplicare, *Guid. Pap. d. deciſ. 345. numer. 2. & Rebuff. d. tract. de ſupplicat. num. 44.*

An, & quando ſupplicari debeat infra decem dies, ſicut appellari, vide Lancell. quem ad hoc citaui *ſupra quæſt. 12. num. 83. ampliat. 7. & ſupra hoc eod. rem. ſub numero 27. ſub declar. 1.*

Quæ, & quot ſint differentiæ inter appellationem, & ſupplicationem, vide apud *Rebuff. tract. de ſupplic. in præſ. num. 84. & ſeqq. tom. 1. fol. 518.* vbi ponit decem differentias, quas ſequitur Gregor. Tholoſ. *tract. de appell. lib. 1. cap. 6. num. 11. & ſeqq.*

29 Concludo III. quod Princeps non debet eſſe facilis in admittendis ſupplicationibus aduerſus res iudicatas, *Rebuff. tract. de ſupplicat. art. 1. gloſ. 15. fol. 526. Rol. à Vall. conſ. 38. de duobus, ſub num. 12. lib. 2. Achil. Perſon. tract. de adipiſc. poſſeſſ. ſub num. 350. verſ. & male tom. 3. par. 2. fol. 270. & Contar. in l. vnica, quæſt. 8. num. 32. C. ſi de mom. poſſeſſ.* & facit, quod ſcripſi *ſupra quæſt. 17. limit. 1. num. 2. extenſ. 1.* & hoc bene ſeruat Princeps Lucenſis, qui rem ſemel deciſam non amplius committit. Et in Curijs Franciæ nemo admittitur ad ſupplicandum, niſi prius deponat 240. libras Pariſienſes pro mulcta in caſu, quo ſuccumberet, *Rebuff. tract. de ſupplic. in præfat. ſub num. 19. tom. 1. fol. 507. et art. 5. gloſ. vnica, fol. 534. & Greg. Tholoſ. tract. de app. lib. 1. cap. 6. ſub num. 10.*

Quos effectus producat ſupplicatio vide apud Rebuff. *tract. de ſupplic. in præfat. num. 96. & ſeqq. tom. 1. fol. 120.*

30 Concludo IV. quod ſecundum Doctores infra citatos ea, quæ dixi de ſupplicatione poſſunt multum applicari querelæ, reclamationi, recurſui, & reuiſioni; quare de ſupplicatione, & de querela promiſcue loquitur Achil. Perſon. *tract. de adipiſ. poſſeſſ. num. 349. verſic. vel & licet & ſub num. 350. verſ. & ſupplicatio, et num. 351. tom. 3. par. ſecunda, fol. 270.* Vel dic, quod ea, quæ dixi ſupra *in primo*
31 *remed. de nullitate,* habent locum in querela, † quia paria ſunt dicere de nullitate, & adire per viam querelæ, *Felyn. in cap. 9. in literis, ſub num. 5. declar. 4. verſ. & nota de offic.*
32 *& poteſt. iud. deleg.* † Item quæ dixi de ſupplicatione habent locum in reclamatione; nam de ſupplicatione, & reclamatione, ſumendo vnam pro miſcue pro altera, loquuntur Maran. *in ſuo ſpec. part. 6. act. 2. princip. in verbo, & quandoque appellatur, nu. 12. fol. 462.* & Ioſ. Cum *ſuper*
33 *ritib. Sicil. cap. 43. nu. 27. fol. 284.* † Item habent locum in recurſu; nam de ſupplicatione, & recurſu promiſcue loquitur Lancell. *tract. de attent. par. 2. cap. 19. de attent. pend. recur. nume. 4. & 17. tom. 5. fol. 403. & ſæpe nos ſupra.* Item habent locum in reuiſione cauſæ: nam de ſupplicatione, & reuiſione cauſæ promiſcue loquūtur Lancell. *d. cap. 19.* & Ioſ. Cum. *d. cap. 43 num. 7. & 9.*

34 Verum hæc concluſio, & promiſcuus vſus loquendi de iſtis remedijs poteſt procedere, ſumēdo ſupplicationem in genere, ſed ſumpta in ſpecie differt aliqualiter ab iſtis; nam querela, & ſupplicatio habent multas differentias, quas congeſſit Greg. Tholoſ. *tract. de appell. lib. 1. cap. 6. n. 10. & ſeqq.* quarum duæ, quæ mihi principaliores videntur, ſunt iſtæ: prima, quod ſupplicatio fundatur in errore facti, commiſſo à iudice, at querela fundatur in errore partium, vel in circumuentione aduerſarij, *Greg. Tholoſ. d. cap. 6. numer. 10. in prima differen.* ſecunda differentia eſt, quod cauſa ſupplicationis reuidetur ſolum ex eiſdē actis, *vt dixi ſupra ſub num. 25.* At querela reuidetur etiam ex nouiter repertis, & ex nouis productionibus, *Greg. Tholoſ. d. cap. 6. ſub num. 11. in 6. differ.* Similiter reuiſio differt ab iſtis; quare Greg. Tholoſ. *d. lib. 1. capit. 9.* de ea ſeparatim tractat, & *ibi num. 2.* ait, quod iudicatum in vna Curia ſuprema reuidetur in alia Curia ſuprema, & reuiſio ad differentiam ſupplicationis retardat executionem, *vt dixi ſupra ſub num. 27. verſ. tempera.*

Pluribus nō inſiſto ſuper hoc tertio remedio, quia hic in Curia non eſt in vſu, præter recurſum apud Vicarium & Gubernatorem, *vt explicaui ſupra num. 14. & ſeqq.*

XIX. QVÆSTIONIS. REM. IIII.

ARGVMENTVM.

De Syndicatu.

SVMMARIA.

Sublatis vijs agendi contra partem, remanet via agendi in ſyndicatu contra iudicem, nu. 1. et 2. et contra Ciuitatem, quæ ipſum elegit, num. 3.

De Italia conſuetudine officiales non ſyndicatur, niſi de dolo, aut barattaria, num. 4. Et ita ſeruatur Franciæ, num. 5. In Republ. Lucenſi, num. 6. In Vrbe nullatenus ſyndicantur, num. 8. Et quid ſi pars potuiſſet appellare, et non appellauit, num. 9.

De dolo, et Barattaria ſindicari debent etiam in cauſis, eorum conſcientię commiſſis, num. 7.

1 QVartum remedium eſt ſyndicatus, quo contra iudicem poſt depoſitum officium agimus de iniquitate, & iniuſtitia ſententiæ, ad intereſſe; quare licet grauatus non appellauerit à ſententia, & ideò fecerit tranſitum in rem iudicatam, neque dixerit de nullitate, neque petierit reſtitutionem in integrum, nec alio vſus ſit remedio, tamen ſi paſſus eſt iniuſtitiam habet regreſſum contra iudicem male iudicantem, *Rebuff. tractat. de appell. in præfat. num. 23. tomo 3. fol. 477.* quod ſentit etiam Bar. *in l. 1. numer. 6. ff. de appellat. et relat.* dum ait, quod licet pars poſſit

poſſit appellare nihilominus habet regreſſum contra iudicem, male iudicantem, & latius ibi Alex. *addit. ad eum*,

2 † Et quod grauatus, etiam non appellando in caſu appellabili, habeat regreſſum contra iudicem, & etiam ſi appellauerit, & ſententia fuerit confirmata per iudicem ad quē, ſequitur *Rip. in l. 14. quod iuſſit, ſub n. 32. ibi, iſtam concluſionem, ff. de re iud.* & quod ſi appellans non eſt proſecutus appellationem, aut non appellauit, poſſit nihilominus agere contra iudicem de iniqua ſententia ad intereſſe, quia licet ſentētia tranſeat in rem iudicatam quoad partes, tamen non tranſit quoad iudicem, ſequitur Franch. *in capit. 44. ſæpe nu. 42. & ſequentib. verſicul. extra gloſſ. quæritur, de appell.* & quod is, qui nullo modo appellat, non prohibeatur agere contra iudicem, ſequitur, & defendit ibidem Dec. *num. 21. & ſeqq.* & quod appellans, qui appellationem deſeruit, poſſit nihilominus agere contra iudicem, qui male iudicauit, ſequitur, & teſtatur de opin.
* communi * *n. 20. verſ. extra gloſ. quæritur*, & quod poſſit agi contra iudicem etiam ſi latæ eſſent tres ſententiæ cōformes, ſed tamen iſto caſu magna præſumptio iuſtitiæ inſurgat pro iudice, & ideo videatur excuſatus in ſyndicatu, ſcribit *ſub n. 24. & 25.* & quod iudex habens arbitrium, faciat litem ſuam, ſi non ſeruauerit cōſuetudinem, ſequitur Alex. *vbi ſupra.* & denium quod vbi à ſententia non poteſt appellari, iudex faciat litem ſuam, & contra eum poſſit agi, etiam ſi ſententia fuerit confirmata, ſed contra iudicem confirmantem, & non contra primum iudicem, vide Alexan. *vbi ſupra*.

3 Amplia hoc remedium, vt ne dum iudex teneatur in prædictis caſibus, ſed etiam Ciuitas ipſa, quæ ipſum elegit, *Dec. in d. cap. 44. ſæpe, n. 26. ibi, & ad ſupradicta, de appell.*

4 Reſtringe hoc remedium, eiuſq; ampliationem, vt non ſeruetur in Statu Eccleſiaſtico, neque in alia parte Italiæ, quia de generali conſuetudine officiales non ſyndicantur, niſi de dolo, & barattaria, *Clar. lib. 5. recept. ſent. quæſt. 73. verſ. item iudex*, & non de iniquis ſententijs, *Hier. Giacb. in conſ ſyndic. num. 46. impreſſo in fine prædicti libri Iulij Clari.*

5 Extende primo hanc reſtrictionem, vt procedat etiam in Regno Franciæ, quia ibi Magiſtratus ſunt tuti extra tres caſus, ſcilicet, doli, fraudis, & concluſſionis; ideo, qui non appellauerit in Francia, nō aget, niſi dictis tribus caſibus, *Rebuff. tract. de appell. in præfat. n. 24. tom. 3. fol. 477.*

6 Extende ſecundo in Rep. Lucenſi, in qua & ſi in capitulis Rotæ, *cap. vlt. 63* ſtatutum ſit, quod Dominus Prætor, cæteriq; officiales ſyndicentur etiam de imperitia, & de iniuſtitia, etiam ſine culpa leui, & leuiſſima, tamen in practica ſeruatur eadem conſuetudo, vt ſyndicentur ſolum de dolo, & barattaria, quia eſſet magna confuſio, & intricatio.

7 Subextende has duas extenſiones, vt de dolo, & barattaria debeant ſyndicari etiam in cauſis, quas debeant definire ſecundum eorum conſcientiam, vel in quibus non dabatur appellatio; immo in his præcipuè debent poſſe ſyndicari de dolo, & barattaria, cum grauato defecerint alia remedia.

8 Extende tertio hic in Vrbe, in qua officiales non ſolum non vexantur in ſyndicatu de iniuſtitia ſententiæ, ſed nullatenus ſyndicantur, quia habemus Papam præſentem; ad quem poſt quilibet grauatus recurrere; hacq; extenſio ſeruatur etiam in iudicibus Capitolinis, qui etſi ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis, *lib. 1. cap. 13. & 14.* debeant ſtare ſyndicatui: tamen de conſuetudine non ſyndicantur.

9 Extende quarto, vt maximè procedat, quando pars potuit appellare, & non appellauit, quia appellatio eſt remedium ordinarium, vide *ſupra quæſt. 17. lim. 21. num. 34. in fine, verſic. non obſtat.* & quod omiſſio appelationis à ſententia purget omnem iniquitatem ipſius ſententiæ, quia ſi non appellatur intra decem dies, ſententia tranſit in rem iudicatam, & de cætero de iniquitate, & iniuſtitia ſententiæ dici non poteſt, ſcribit Franch. *in rubr. in fine, ſub n. 4. de appell. in 6.*

Contra hanc extenſionem ſtant vrgenter, quæ ſcripſi *ſupra ſub n. 1.* quia adducta hic in extenſione procedunt quoad ipſas partes, ſed non quoad iudicem.

Ratio huius reſtrictionis, & eius extenſionum eſt, quia alioqui nulli velent iudicis officium ſubire, timentes illud ſibi fore damnoſum, Rebuff. *d. tract. de appell. in præfat. ſub num. 24. tom. 3. fol. 177.* & contra iudices non dari commiſſiones de ſpolio, quia non inuenirentur iudices, dixi *ſupra q. 17. limit. 6. memb. 6. n. 78.* nec debet contra eos dari facilis aditus, cum ſint poſiti, quaſi ſignum ad ſagittam, & non poſſint omnibus placere: imo cum ex officio teneantur litigantes plurimos quotidie increpare, in carcerem, & exilium mittere, mulctare, condemnare, ac nonnunquam pœna mortis punire, ſæpiſſime in multorum odium incurrunt, & inſidias patiuntur. Quare elegantiſſime Cic. pro Flacco: *O conditiones miſeras adminiſtrandarum Ciuitatum, & Prouinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum: vbi ſeueritas periculoſa eſt liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio perniccioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occulta, blanditiæ aperta, venientes Prætores expectant, præſentibus inſeruiunt, abeuntes deſerunt.* prout hæc omnia in alio propoſito recenſet Simanch. *de cath. inſt. tit. 64. de teſtib. n. 30. fol. 220.*

Iudex, finito officio, à quo ſyndicari debeat, vide *ſupra q. 15. n. 308.*

QVÆSTIO XX.

ARGVMENTVM.

De tranſportationem, & expenſis actorum.

SVMMARIA.

Tranſportatio actorum, quæ iuſtificant validitatem appellationis fieri debet ab appellante, n. 1. & 2. Extenditur, n. 3. Reſtringitur, n. 4. & ſeqq.

Tranſportatio totius proceſſus facti in prima inſtantia, ſi agitur intra fatalia, debet fieri regulariter ab appellante, n. 7. & 8. Declaratur, ſubdeclaratur, extenditur, & ſubextenditur, n. 9. & ſeqq. vſq; ad n. 18. incluſiuè: Et quid de tranſportatione proceſſus poſt lapſa fatalia, & cauſa deſerta, n. 19. & ſeqq.

Is tenetur probare in cauſa appellationis, qui tenetur in prima inſtantia, n. 23.

Tranſportatio actorum in cauſa appellationis ab interlocutoria à quo debeat fieri num. 24.

Acta facta coram iudice incompetenti, à quo ſint tranſportanda coram competenti, num. 25.

Carceratus appellans an ſit remittendus ad iudicem appellationis, num. 26. & ſeqq.

Expenſa regeſti facti ante latam ſententiam ſoluuntur ab eo, qui facit regeſtum fieri, n. 30.

Regeſtum in prima inſtantia non eſt neceſſarium, n. 31.

Notarius an ſine præcepto iudicis poſſit partibus dare regeſtum, n. 32. & ſeqq. & n. 40.

Notarius tenetur ſaltem infra menſem tradere copiam actorum, n. 35.

Appellatus an, & quando teneatur ad expenſas regeſti facti ad inſtantiam appellantis, & è conuerſo, num. 36. & ſeqq. vſq; ad n. 39. incluſiuè.

Condemnatus ad ſoluendam mercedem regeſti non appellat, num. 41.

Notarius de conſequendam mercedem regeſti poteſt agere etiam contra procuratores, n. 42.
Regeſtum tranſportatum remanet in officio notarij, n. 43.
Expenſæ regeſti taxantur etiam appellatione pendente, nu. 44.
Regeſtum debet continere omnia acta vtriuſq; partis, nu. 8. 9. & 45. & etiam appellationem, n. 46.

QVæſtionem hanc duobus abſoluam articulis. Primo, *A quo producẽda ſint acta in ſecunda inſtãtia.* Secundo, *Cuius expenſis confici debeat regeſtum, & quomodo procedatur ad conſequendam eius mercedem.*

ARTICVLVS I.

Pro reſolutione primi articuli, in quo Doctores variant, *vt aduertit Guid. Pap. tract. de appell. q. 1. n. 8. to. 5. fol.* 57. diſtinguo, quinq; caſus principales.

1 Primus caſus eſt de actis, quæ iuſtificant validitatem appellationis: & in iſto caſu concludo, quod appellans tenetur eã producere; is enim debet docere, ſe appellaſſe infra legitima tempora in ſcriptis, petijſſe Apoſtolos, &c. *Bar. in l. 1. ff. ſi tut. vel curat. & in l. 7. hi qui ad ciuilia, ſub n. 3. ibi quandoq; quæritur, & Paul. de Caſtr. not. 3. nu. 4. C. de appell. & conſult. Ant. de Butr. in c. 6. in præſentia, nu. 16. de renunt. Guid. Pap. d. nu. 8. Capel. Tholoſ. deciſ. 342. item condemnatus, ſub num. 1. Vant. tract. nullit. rubr. à quo, & quib. mod ſub num. 20. ibi, debet itaq; appellator, tom. 4. fol.* 383. & eſſe communem* opin. teſtatur & ſequitur Gabr. *in concl. lib. 2. tit. de appell. concl. 5 ſub n. 1.* & adde quæ ſcripſi *ſupra quæſt. 12. n. 24. & 40. declar. 2.* Quare praxis, admittendo hanc concluſionem, ſeruat, vt is, qui vult ſententiæ executionem poſt lapſum tempus ad appellandum, citet aduerſarium ad docendum de legitima appellatione, &c. *vt ſcripſi ſupra q. 11. ſub n. 200. verſ. aut.*

2 Infero corroborando eandem concluſionem, quod ſi procurator appellauit, tenetur fidem facere de mandato, quia eſt pars appellationis, *per ea, quæ ſcripſi ſupra q. 6. ſub num. 34.*

3 Extende eandem concluſionem, vt in tantum ſit vera, quod appellanti non ſufficeret docere de nullitate, ſeu grauamine, & iniuſtitia ſententiæ, quia niſi doceret de legitima appellatione, non poſſet in cauſa appellationis obtinere, *Io. Andr. Franch. & alij, quos ſequutus ſum ſupra q. 12. n. 59.*

4 Reſtringe primo eandem concluſionem, vt non procedat, quando ſententiam, cuius exhibitio eſſet neceſſaria ad iuſtificandam appellationem in tempore, & qualitate haberet appellatus; & eam non poſſet appellans aliunde habere, quia tunc appellatus cogeretur eam exhibere, vt cum diſtinctione quorundam caſuum ſequitur Gabr. *d. concl. 5 n. 5. & ſeqq. vſque ad n. 13.*

5 Reſtringe ſecundo, quando appellatus ſolus inſtaret, declarari appellationem nullam, quia tunc ipſe tenetur fidem facere de appellatione, *Anch. in clem. conſtitutionem, n. .. & not. 13. de elect.*

Nec obſtat, quod appellans debeat docere de legitima appellatione, *vt dixi ſupra numero* 1. quia reſpondeo, hoc eſſe verum ad obuiandum, ne detur executio ſententiæ, ſed non eſt verum ad fundandam intentionem aduerſarij.

6 Reſtringe tertio, quando proſequitur ſolus appellatus, qui intendit, cauſam eſſe deuolutam ad Curiam quia tunc is tenetur probare de legitima appellatione, *Ant. de Butr. in c. 6. in præſentia, ſub n. 16. de renunt.*

7 Secundus caſus principalis eſt de reliquis actis, factis in prima inſtantia circa iuſtitiam, & iniuſtitiam, id eſt, circa merita cauſæ, & hunc caſum diuido in duo membra.

Primum membrum eſt, quando agitur inter fatalia pro confirmatione, vel infirmatione ſententiæ: & in iſto poſſunt adduci opiniones.

Prima opinio diſtinguit: Aut vnus tantum proſequitur, & tunc ſi vult obtinere, debet ipſe probare: Aut vtraque pars proſequitur; & tunc quædam eſt probatio per modum abnegatiuum, vt dico, videas acta, quibus apparet, ſententiam fuiſſe latam, me non citato, vel non adhibita cauſæ cognitione; & iſta probatio incumbit appellanti, conquerenti de ſententia, ſiue ſit reus condemnatus, ſiue ſit actor contra reum abſolutum: quædam vero eſt probatio per inductionem teſtium, & inſtrumentorum ſuper nouis, vel antiquis articulis; & tunc ille habet probare in cauſa appellationis, qui debebat probare in prima, *Bar. in l. 1. ff. ſi tut. vel cur. appell. & in l. 7. hi qui ad ciuilia, ſub n. 4. C. de appell. & conſult. Guid. Pap. tractat. de appell q. 1. nu. 9. tom. 5 fol. 57. Capel. Tholoſ. deciſ. 342 item condemnatus, & latius Ant. de Butr. in d. cap. in præſentia, ſub n. 16. de renunt.*

Secunda opinio eſt, quam tenuit Papien. *in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſſ. & in quantum, ſub num. 6. ibi, ſecundo caſu, fol.* 412. qui conſiderat acta concernentia proceſſum, & acta concernentia merita negotij principalis, & firmat, quod ſi vnus ſolus proſequitur cauſam appellationis, is teneatur producere acta concernẽtia proceſſum, ſiue is ſit appellans, ſiue appellatus; ſi vero vterque proſequitur, tunc inquit, appellans debet producere ſententiam, & acta concernentia proceſſum, cætera vero acta concernentia merita cauſæ debet, inquit, producere appellatus, ſicut facere habuit in principali cauſa, dummodo, inquit, intentio appellantis non ſit fundata de iure communi, alias ſi ſit fundata, tenetur appellatus omnia probare.

Tertia opinio eſt, quam refert, & ſequitur Foller. *in pract. crim. can. in miſcellanea n. 27. verſ. alias fuit, fol.* 326. dicens, quod ſi reus condẽnatus appellauit, actor appellatus debet oſtendere, ſententiam eſſe iuſtam; ſi vero, inquit, reus fuit abſolutus, & actor ideo appellauit, tenetur actor appellans probare iniuſtitiam ſententiæ oſtendendo, quod in prima inſtantia probauit eius intentionem & ſic ſecundum iſtam opinionem actor originarius ſemper tenetur probare, & cum hac opinione videtur tranſire Guid Pap. *tractat. de appellat. numero* 10. dicens, quod quod actor originarius, qui habet probare in prima inſtantia debet producere acta coram iudice appellationis ſiue ſit appellans, ſiue appellatus, hancque opin. teſtatur ſeruari in Curia Parlamenti Delphi. quando eſt appellatum à diffinitiua: verum tamen eſt, quod attentis his, quæ ſcribit *numero 9. in fine*, videtur ſe reſtringere ad productionem actorum, quæ conſiſtunt in teſtibus, inſtrumentis.

8 Quarta opinio eſt, quod appellans teneatur tranſportare, & producere omnia acta primæ inſtantiæ coram iudice appellationis, adeo, quod non ſufficeret tranſportatio partis actorum, & proceſſus, ſed requiritur productio omnium actorum etiam facientium contra appellantem, *Vant. tract. nullit. rubr. à quo, & quibus, &c ſub numero* 20. & 21. *tomo* 4. *fol.* 383. alias iudex appellationis non poteſt iudicare ex primis actis, niſi producantur, & ſi iudicaret, non viſis, perüerteret ordinem iudicij, & non rectè faceret, *Bal. in l. 2. ii apud quem, numero 5. verſ. ex quo nota, C. de eden.* & licet æquum ſtatueret, tamen non æquus ſtatueret, per ea, quæ de iudice non audiente vtramque partem, ſcripſi *ſupra lib. 1. capitul. 88. ſub numer.* 1. ſicut etiam dicimus, quod iudex procedens ad actum, non viſa relatione citationis, nulliter procedit, etiam quod poſtea ſuperueniat, *vt ſequutus ſum eod. lib. 1. cap. 48. ſub numero primo*, & ſententia iudicis, lata, non viſis actis, non valet, etiam ſi ſententia eſſet bona, & rectè lata, ſecundum acta, *Bar. in d. l. 2. num. 5. verſ. tertio modo, & Caſſad. deciſ. 2. n. 10.*

de ap-

Digitized by Google

de appell.& ſecunda ſententia lata coram ſecundo iudice, non reproductis actis primæ inſtantiæ, dicitur, nulliter lata, *Caſ.de Graſſ.deciſ.37.alioqui 9.opponebatur,nu.5.de cauſ. poſſ.& propr.fol.52* '& dicitur ipſo iure nulla, *Gabr.in concluſ.lib.2.tit.de appell.concl.5.in fine*, & hanc opinionem, quod appellans debeat producere acta principalia, ſiue ſit actor originarius, ſiue non, ſeruat ſtylus Curiæ Arelatenſis, *vt teſtatur Guid.Pap.tract.de appell.ſub n.10.tom.5. fol.58.* & nos eam ſeruamus ex diſpoſitione Sacri Concil. Trident. *ſeſſ.24.de reformat. cap.20. §.pręterea, fol.221.* quo apertè diſponitur, vt appellans teneatur proprijs ſumptibus coram iudice appellationis transferre omnia acta.

Contrariam opinionem; nempe, appellantem non teneri ad traſportandum acta facientia in fauorem appellati, tenent Ang. Aret. *in l.1.nu.6.verſic.nam ſecundum, ff.ſi tut.vel cur.appell.* dicens, eſſe opinionem valde iniquam, quia inquit, abſurdum eſt, appellantem ſuis ſumptibus producere acta, quæ faciant pro aduerſario, & contra ſe, *Card.Alex.in cap.59.vt debitus, verſus finem,col.vlt.ſub n. 52.ibi,ſed iſta opinio, de appell.Aufr.ad Capel.Tholoſ.deciſ. 342.num.4.Rot.Bononienſis, vt teſtatur Cęſar. Barzius. deciſ.37.magnificus,num.1.& ſeqq.* dicens, quod quando appellans inſtat, pronuntiari male, vel nulliter iudicatum, & bene appellatum, ſufficit ipſi appellanti producere ſententiam iudicis à quo, loco grauaminis, & appellationem coram eo interpoſitam, nec aliter tenetur docere de iniquitate ſententiæ circa merita, quæ iuſtificare debet actor in prima, ac ſecunda inſtantia, cum ſemper, & omni inſtantia intentionem ſuam iuſtificare debeat, cum actor nunquam deſinat eſſe, in quacunque inſtantia reperiatur, & quia non præſumitur pro ſententia, neque pro rectitudine, & iuſtitia ipſius ſententiæ, ſtante appellatione, ideo ipſa ſententia non probat ſine actis, & proceſſu, quando non appareat de actis, & proceſſu.ſ, ſententia dicitu ipſo iure nulla, quare ſufficit appellanti, probare hæc tria, primum ſe appellaſſe; ſecundum ex cauſa legitima; tertium infra legitima tempora, & ſecundum probatur ex cauſa, quæ allegatur in appellatione; hanc eandem opin.videtur ſequuta Rot.Rom.vt ſcribit Caputaq. *deciſ.128.ſeu 15.ſententia non probat.par.3.* dicens, quod illi, qui petit, reuocari ſententiam, ſufficit quod producat appellationem: & ſeruari de conſuetudine, & practicari teſtantur Aret.& Aufr.ſupra citati, & ſeruari Mediolani vigore conſtitutionum, vt quilibet teneatur producere acta ſua, ſcribit Ruginel. *tract.de appell.§. 10.gl.10.ſub n.25.verſ.ſextus.*

† Sed tamen de iure canonico appellans debet deſſerre omnia acta, *vt per Conc. Trid.ſeſſ.24. in decreto de reform.cap. cauſſæ omnes alias ſententia iudicis appellationis dicetur nulla*: ita poſt allegatos ab auctore Mareſc.*variar. reſol.lib.2.c.43.*

9 Retenta hac quarta opinione, quod appellans teneatur tranſportare proceſſum, & omnia acta.

Declara primo eam, vt non teneatur præcisè, ita quod poſſit cogi ad tranſportandum, ſed ſolum cauſatiuè, vt alias, niſi tranſportet, iudex non valeat reuocare ſententiam iudicis à quo, & elapſis fatalibus, ſententia tranſeat in iudicatum, & ad hos duos effectus requiritur tranſportatio actorum in appellante.

10 Declara ſecundo, reſtrigendo, vt non procedat, quando appellatus inſtaret pro confirmatione ſententiæ iudicis à quo, quia tunc ipſe appellatus tranſportabit proceſſum, *vt ſcribunt Vant.tract.null.rubr.à quo & quibus, &c. ſub num.20.verſ. & præmiſſa, & n.21.f.383. & Caputaq. d.deciſ.128.in fine, part.3.* dicens, quod petens confirmationem ſententiæ debet producere proceſſum, & ad hoc facit textus *in Auth.de his,qui ingrediun. ad appell.verſ.illud quoque,coll.5.* in illis verbis, *& ita potiantur victores ſententijs, ſi eas rectè habere moſtrauerint.* & ibi Gloſ. *in verbo,monſtrauerint,* Et hæc declaratio ſeruatur.

Ratio eſt, quia ille tenetur ad expenſas actus, qui inſtat pro illo actu, *vt ſequutus ſum lib.præced.cap.8. nu.851. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod Concil.Trid.citatum, *ſupra ſub nu.8.* mandet, quod appellans teneatur tranſportare omnia acta, quia reſpondeo, quod Concilium reſpexit, quod frequenter euenit, ſed frequenter appellans proſequitur cauſam, ne ſententia tranſeat in rem iudicatam; ceterum caſum hunc, quando appellatus vellet proſequi, omiſit, quaſi clare deciſum à iure communi, quod is teneatur tranſportare proceſſum.

11 Subdeclara primo has declarationes, vt ſi iudex appellationis tulerit ſententiam, non tranſportatis actis, ſententia ſit nulla, *per ea, quæ ſcribunt Bar. Bal.& Caſſad.quos ſequutus ſum ſupra n.8.* & loquendo in actis probatorijs, tenuit Rot.die 13. Februarij 1609. in vna Anconitana pecuniaria coram R.P.D.Sacraro.

12 Amplia hanc ſubdeclarationem, vt in cauſis eccleſiaſticis procedat etiam ex diſpoſitione Sacri Concil. Trid.citati *ſupra ſub n.8.*& nota obiter hanc ampliationem, vt ſcias, diſpoſitionem Sacri Concil.non habere locum in cauſis prophanis, *teſte Rot.ſupra citata.*

13 Subdeclara ſecundo, vt ſententia ſit nulla, quando acta non tranſportata ſunt talia, vt de ſui natura ſint apta reddere ſententiam nullam, vel iniuſtam; ſecus ſi non ſint talia, vt puta, quia non ſint tranſportata interrogatoria teſtium, actus concluſionis in cauſa, vel aliqua citatio non neceſſaria.

14 Subdeclara tertio, vt nullitas ſententiæ ob non integrã actorum, & proceſſus tranſportationem allegari non poſſit ab eo, qui proceſſum, & acta vti integra tranſportauit, quia ſic poſſet venire cõtra factum proprium, quod non licet, *teſtibus his, quos in alio propoſito ſequutus ſum lib. præced.c.9. ſub n.1124. & 1478.* & audiretur contrarius, dum prius profeſſus, eſt proceſſum eſſe integrum, & nunc non eſſe integrum.

15 Declara tertio, vt ſi appellatus ad retardandum appellantem, ne proſequatur cauſam appellationis, opponat, acta non eſſe integre tranſportata, teneatur id probare,
* vt ex communi* opin.ſequitur Crauet. *tract. de antiq.tẽp. par.2.n.55.tom.17.fol.146.* & in terminis huius declarationis latè Rot.*diuerſ.dec.64.fuit reſolutum, n.3.in fine, & nu.4.et 7.par.2.& Marcheſ.tract.de commiſſ.par.2. in commiſſ.deuolut.cauſ.c.11.n.11.in fine, & 12.in ſecunda impreſſione,fol.592.*

16 Extende primo hanc declarationem, vt maximè procedat, quando copia proceſſus eſſet à notario intitulata *(Copia omnium actorum)* & ita practicatur.

17 Extende ſecundo, vt procedat etiam ſi ex lectura proceſſus appareat aliquid deficere, quia adhuc appellato incumbit onus probandi, extare alia acta non tranſportata, *Rot.diuerſ.in diſſimilibus termis d.deci.64.ſub n.8.verſ. quinimo.*

18 Subextende hanc extenſionem, vt maximè procedat, quando acta, quæ diceret, non eſſe tranſportata, eſſent fauorabilia appellanti, quia veriſimile eſt, quod ſi extarent, illa feciſſet tranſportari cum alijs tranſportatis.

Ad euitandas diſputationes, & lites praxis eſt, vt cum appellatus videt aliqua acta ſibi fauorabilia non eſſe trãſportata, citet appellantem coram iudice appellationis ad videndum mandari corrigi extractum, & iudex in termino citationis mandabit corrigi.

19 Secundum membrum eſt, quando agitur poſt lapſa fatalia, & ſic poſt deſertam cauſam appellationis: & in iſto membro, loquendo de iure, videtur omnino concludendum, non fore neceſſariam aliam productionẽ actorũ

ſed ſufficere ſolum inſtrumentum ſententiæ. Primo, quia, ſicut appellans debet docere de appellatione, & de alijs neceſſarijs, quæ appellationem iuſtificent, *vt dixi ſupra n. 1.* ita etiam debet docere, ſe proſecutum eſſe infra legitima tempora. Secũdo, quia per deſertionem cauſæ extat res iudicata, & ſit præſumptio iuris, & de iure, *vt ſcripſi ſupra lib. 1. c. 97. ſub n. 131. verſ. ſententia*, & in alio propoſito *lib. prac. c. 7. n. 209.* & quod in caſu, quo ſententia tranſiuit in rem iudicatam, præſumatur pro ſententia, ſi contrarium non probet appellans, ſcribit reſpondendo Papien. *in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſ. & in quantum, ſub numero ſexto, verſus finem, folio* 412. & res iudicata cognoſcitur ex ipſius data ſine alio proceſſu. Tertio, quia inſtrumentum rei iudicatæ habet executionem paratam, *vt ex pluribus retuli, & ſequutus ſum d. libro primo, capite 62. numero duodecimo*, & ideò ſufficit producere inſtrumentum ſententiæ ſine proceſſu, *vt refert, & ſequitur Vãt. d. rub. à quo, & quibus, &c. numero decimo*. Demum quod hæc ſit vera reſolutio, quod ſententia poſt biennium poſſit exequi, etiam actis non productis, referunt, & ſequuntur Vant, *tract. nullit. d. rubr. à quo & quibus, numero decimo, verſicu. ſatis, folio* 381. & Aſin. *in prax. §. 31. cap. ſecundo, ampl. 8. fol.* 170. vide etiam Gramm. *conſ. ciuil. 15. n. 6. fol.* 298. qui teſtatur de communi * opin.

20 Contrarium ſeruat ſtylus hic in Curia; vbi enim cauſa appellationis commiſſa deſeratur, qui vult executionem rei iudicatæ, tenetur traſportare omnia acta coram iudice ad quem; & ratio eſt, quia ſententia non probat ſine proceſſu, *Caputaq. deciſ. 128 par. 3.* & ratio ſecundum Caputaq. poteſt eſſe, quia condemnatus poteſt dicere, ſe nõ fuiſſe citatum; & quamuis iſte ſtylus ſit bono zelo inductus, vt ſcilicet euitetur retractatio executionis, quia melius eſt in tempore occurrere, quam poſt exitum cum magna vtriuſque partis impenſa vendicare, tamen eſt valde oneroſus pauperibus litigantibus, qui non valentes ſatisfacere notarijs, quandoque maiorem expenſam petentibus pro extractu, quam ſit valor totius litis, cauſam diu fluctuantem, poſtea in portu vident ſubmergi: vide appellans à turbida obligatione camerali, valde apud Signaturam iuſtitię contendit vt reſcribat cum clauſula (*ſi quid exequendum exequatur*) & appellans à ſententia mixta in momentanea poſſeſſione, vt reſcribat cum clauſula (*quatenus Ægidianæ locus ſit,*) quia cum hæ clauſulæ retardent non ſolum executionem, ſed eius cognitionem transferant in iudicem ad quem cum tranſportatione actorum, vt apud nos ex inueterato ſtylo notiſſimum eſt, appellatus quandoque ob inopiam reluendi acta, & faciendi vlteriores expenſas litis, cauſam miſere perire deſinit, quod non eſt, ſi Signatura reſcriberet cum clauſula (*ſine præiudicio legitimæ executionis,*) vel (*non retardata executione,*) quia tunc iudex à quo poteſt exequi, etiam non obſtante inhibitione iudicis ad quem, *Lancell. tract. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 25. princip. num. 31. fol.* 373.

21 Remedium tamen poſſet eſſe, vt appellatus, qui videt cauſam appellationis deſertam, det commiſſionem in Signatura iuſtitiæ, petendo, quod reſcribat iudici, cui fuit commiſſa cauſa appellationis, vt ſeruatis quatuor terminis, ſolitis ſeruari in articulo executiuo, ſeu vnico termino illorum quatuor loco præfixo, inhibitionem ſuam, ſi modo inhibuiſſet, moderetur, & cauſam ad iudicem à quo remittat hocque remedium eſt affine diſpoſitioni iuris communis, *Veſtr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 9. verſus finem, verſic. & ſi appellationis, fol.* 268. Quatuor autem termini, de quibus feci mentionem, ſunt iſti: ad docendum de appellatione, ac eius legitima proſequutione, primo pro prima: ſecundo pro ſecunda; tertio pro tertia: & quarto denique pro quarta dilationibus, ſicut enarrat idem Veſtr. *eod. cap. vlt. num. 7. in fine, & num. 8. fol. 265. & apertius ſub n. 13. verſ. & ſi commiſſio fol.* 269.

22 Vel remedium ante deſertionem poſſet eſſe, ſi daretur commiſſio, vt terminus ad tranſportandum acta appellanti aſſignetur, quo elapſo, & ipſis non tranſportatis, iudici ad quem mandetur, vt moderetur ſuam inhibitionẽ: nam multi malitioſi, commiſſa cauſa appellationis, poſſidendo, non curant tranſportare acta, ſed inhibitione ſequuta, ſilent; ideo datur præfatum remedium, *Marcheſ. tractat. de commiſſ. parte 2. commiſſ. deuolut. cauſ. ad Rom. cur. capitul. 11. numero 15. fol. 592. in ſecunda impreſſione.*

23 Tertius caſus eſt de actis, & probationibus faciendis, puta per teſtes: ſed certe iſte caſus non eſt de dubio, & reſolutio eſt facilis; nempe quod is tenetur probare in ſecunda inſtantia, qui tenebatur in prima ad obtinendam victoriam, *vt ſcribunt Bar. in l. 1. ibi, quædam eſt probatio, ff. ſi tut. vel cur. & in l. 7. qui ad ciuilin, numero 4 in fine, & n. 5. C. de appellat. & conſult. Capel. Tholoſ. deciſ. 342. verſus finem, & Guid. Pap. tract. de appellat. q. 1. ſub n. 9. in fine, & n. 10. fol.* 57.

24 Quartus caſus eſt in ſententia interlocutoria: & iſto caſu ſecundum Papien. *in pract. in form. appell. à ſent. diffin. in gloſſ. & in quantum, ſub n. 6. ibi, primo caſu, fol. 412. Guid. Pap. tract. de appell. quæſt. 1. ſub n. 10. fol. 58. & Aufr. in addit. ad Capel. Tholoſ. deciſ. 342 item condemnatus, nu. 5.* qui * etiam teſtatur de communi,* appellans tenetur producere, & oſtendere ſe ex iuſtis cauſis appellaſſe.

Tu vero dicas, non eſſe conſtituendam differentiam inter appellationem à diffinitiua, & appellationem ab interlocutoria io caſu propoſiti dubij; quare ea omnia, quæ dixi io primo, & ſecundo caſu, procedunt etiam in iſto; quia appellatio ab interlocutoria non differt ab appellatione à diffinitiua, niſi in tertio caſu, quem poſui *ſupra nu.* 23. nam ſuper interlocutoria non ſolet procedi, niſi ex actis iam factis.

25 Quintus eſt caſus, quando acta ſunt tranſportãda corã iudice competenti, eo quod iudex, qui proceſſit eſt incompetens, puta quia vnus ex litigatoribus erat clericus, & iudex erat laicus: & iſto caſu diſtinguo duas facti ſpecies.

Prima eſt, quando clericus oppoſuit de clericatu, oſtẽdendo literas clericatus, & nihilominus actor, & iudex voluerunt procedere; & in iſta non eſt dubium, quod clericus non tenetur tranſportare acta, nec ad quicquam tenetur, quia dummodo appareat quod oppoſuit, & oſtendit clericatum, fruſtra producitur proceſſus.

Secunda ſpecies eſt, quando clericus non oppoſuit de clericatu, & ſi oppoſuit, non exhibuit literas clericatus: & in iſta diſtinguo; aut loquimur de actis ordinatorijs, ſeu deciſorijs; & iſta acta non ſunt producenda, quia ſunt nulla, tanquam facta coram iudice incompetenti, & ideo fruſtra producerẽtur: Aut loquimur de actis probatorijs, vt puta, quia ſunt producta iura, quorum copia eſt denuo producenda, & dico, quod tenetur clericus, quia is fuit in culpa iſtarum expenſarum, non deducendo, & non oſtendendo clericatum, & ſic fuit in præſumpta calumnia, vt de fatigaret aduerſarium, *vt ſequutus ſum ſupra lib. 1. c. 73. ſub num. 2. verſ. minus obſtat, & ſupra q. 17. limit. 21. nu. 69. & ſeqq.*

26 Pro intelligentia, dum egi, à quo ſint producenda acta coram iudice ad quem, aduerte, quod ſub nomine actorum, & proceſſus poteſt comprehendi carceratus: vnde, ſi carceratus præſertim pro cauſa ciuili appellet, orietur dubitatio, an carceratus debeat remitti iudici ad quem; in qua dubitatione varij varia ſcripſerunt; Nam Rot. *deciſ. 34. alia 381. nota quod criminoſus, de appell. in antiq.* ſcribit, quod criminoſus condemnatus debet remitti ad iudicem, ad quem appellauit, quia etiam male poſſet iudex cauſam terminare in abſentia accuſati, quia etiam

in ta-

Digitized by Google

in tali cauſa non admittitur procurator: Sed ſacra Congregatio Epiſcoporum, die 13. Octobris 1600. inter alia, vt refert quædam moderna praxis Archiepiſc. *Cur. Neap. cap. 88. n. 43.* ſtatuit, vt cauſa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur carcere, permaneat, quoad iudex ad quem, viſis actis, & cauſa cognita, aliter decernat, & tunc ſi à iudicis ad quem decreto, vim diffinitiuæ habente fuerit appellatum, nihil mandate, aut pro ſui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem ſuperiorem aliud fuerit ordinatum.

Ego pro clariori intelligentia diſtinguo duo membra.

Aut enim eſt appellatum ab interlocutoria: & iſto membro dico, quod non debet remitti, ſed debet remanere carceratus iudicis à quo, donec diſcutiatur articulus appellationis, quo diſcuſſo, ſi iudex ad quem pronuntiet, male appellatum, iudex à quo proſequitur proceſſum; ſi vero iudex ad quem pronuntiauerit, male iudicatum, & bene appellatum; tunc poteſt iudex ad quem petere, ſibi remitti carceratum, vel ad ſuum mandatum faciet ſeruari in carcere primis iudicis, *Guid. Pap. tract. de appellat. q. 30. ſub n. 29. tom 5. fol. 58.*

Aut eſt appellatum à diffinitiua: & concludo, quod poteſt carceratus petere ſe remitti, ex quo tota iuriſdictio eſt deuoluta ad iudicem ad quem, & carceratio dicitur de proceſſu, *Guid. Pap. vbi ſupra, Ang. Aret. tract. de maleſ. in verbo, præſente dicto Caio, &c. ſub numero decimoſexto, & Henric. Bouer. in ſing. in verbo, carcer. numero tertio,* & ideò Diuus Paulus, appellans Cæſarem, fuit ad eum remiſſus, *vt ſcribunt. Henric. Bou. vbi ſupra, & alij, quos citaui ſupra quæſtione decimaſexta, in ampliat. nu. 6.* Et quod hæc concluſio ſeruetur in praxi, teſtatur Ang. Aret. *ſub d. n. 16. in fine:* adde quæ ſcripſi *ſupra quæſtione 17. limit. 47. memb. 1. ſub n. 162.*

Confirmatur hæc concluſio ſecundi membri, quia ſi contingat, ſententiam confirmari, executio ſententiæ pertinet ad iudicem confirmantem, vt retuli, & ſequutus ſum ſupra *q. 11. n. 172. & ſeqq.*

Contra hanc concluſionem argumentatur Aret. vbi ſupra, quem tu poteris videre, & Auguſt. ad eum, qui, quaſi retorquendo confirmationem, ait, quod poteſt eſſe, quod appellans deſerat appellationem, & ſic executio pertinebit ad iudicem à quo.

Retenta concluſione, a qua non diſcedo.

27 Declara primo eam, vt procedat, quando iudex appellationis eſſet in eodem territorio; ſecus autem ſi eſſet in alieno territorio, quia iſto caſu non remittitur, ſed remanet ſub cuſtodia iudicis à quo, *Auguſt. de Ang. vbi ſupra.*

28 Declara ſecundo & melius, diſtinguendo duos caſus. Primus caſus eſt, quando nondum conſtat, ad quem debeat pertinere executio; & iſto caſu remanet ſub cuſtodia iudicis à quo, donec conſtet. Secundus eſt, quando conſtat: & iſto caſu ſi confirmatur ſententia, poſſet remitti: idem ſi venirent explicandi aliqui actus perſonales, quia tunc debet remitti, & explicitis illis acti, remittitur iudici à quo, *Auguſt. ad Ang tract. de maleſ. in verbo, præſente dicto Caio, & ſub n. 16. fol. 263.*

Appellans à captura, ſeu à carcere, an debeat relaxari, vide *ſupra q. 17. limit. 47. memb. 1. num. 161.* & an condemnatus de crimine, vide *eod. memb. 1. n. 162.*

29 Quid erit dicendum, ſi quis fuerit proſequutus confictam appellationem, quam nunquam interpoſuit, & in diſceptatorio examine reportauit victoriam coram ordinario, vel delegato, nunquid valet ſententia.

Reſ. quod Bal. *in cap. ſuper literis, ſub nu. 28. verſi. pone de reſcrip.* ſequutus Io. And. tenet, quod valeat; vnde, inquit, non oportet, quod qui vincit in cauſa appellationis, oſtendat proceſſum primæ cauſæ quod dicit eſſe not. dignum. Tu cogita.

ARTICVLVS II.

Ad ſecundum articulum, *Cuius expenſis ſit conficiendum regeſtum, ſeu extractus, & quomodo procedatur ad conſequendam eius mercedem.*

Agendo reſolutiuè, diſtinquo duos caſus principales.

50 Primus caſus eſt de regeſto, quod aliqua pars facit fieri ad ſuam particularem commoditatem, vt ipſe, & ſuæ cauſæ patroni poſſideant negotium, & ſtudere valeant punctis, & articulis; & iſto caſu firmo duas breues concluſiones.

Prima concluſio eſt, quod expenſæ huius regeſti ſunt ſoluendæ ab eo, ad cuius inſtantiam fit regeſtum, & hoc non habet difficultatem.

31 *Secunda* concluſio eſt, quod hoc regeſtum, ſi fiat ante ſecundam inſtantiam, non eſt neceſſarium pro expeditione cauſæ, quia iudex primæ inſtantiæ poteſt habere acta à ſuo notario.

An requiratur præceptum iudicis contra notarium, de conficiendo regeſtum, vide *n. ſeqq.*

32 Secundus caſus eſt de regeſto, quod fit ad proſequendam cauſam appellationis coram iudice appellationis; & in iſto firmo ſeptem breues concluſiones.

Prima concluſio eſt, quod etiam illud regeſtum fit ad inſtantiam partis, & præcedente monitione, ſeu præcepto iudicis appellationis contra notarium, vt illud conficiat,

33 † quia actorum editio, iudice mandante, & non aliter à notario facienda eſt, *Bal. & Paul. de Caſtr. in l. 2. num. 2. & Dec. num. 24. C. de eden. Maran. in ſuo ſpec. par. 6. act. 10. in verbo, actorum editio, &c. num. 55. ver. limita hanc, f. 418. & Grauat. in annot. ad prax. Veſtr. lib. 7. c. 1. n. 20. & ſcripſi ſupra lib 1. c. 100. n. 8.* nam illa editio facta de mandato iudicis habet vim publicationis, quæ addit robur, & fidem, & dicta teſtium ſine iudicis iuſſu pandi non debent, *per ea, quæ alibi, fauente Deo, dicturus ſum.*

34 Verum, quicquid ſit in puncto iuris, hoc præceptum iudicis contra notarium poſt latam ſententiam non eſt neceſſarium, niſi contra notarium recuſantem tradere copiam actorum.

Minus etiam eſt neceſſarium ad augendam fidem, quia probatio proceſſus pendet a ſubſcriptione, & authenticatione notarij, & non à præcepto iudicis; quare in Ciuitate Lucenſi vterque procurator, actoris ſcilicet, & rei dat Prætori ſeparatam, & integram copiam proceſſus manu copiſtæ notarij confectam ſine aliquo Prætoris præcedente præcepto.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod copia actorum, edita ſine auctoritate iudicis, non facit fidem, quia exemplis actorum originalium danda erit fides, ſi fuerint exemplata auctoritate iudicis, *vt dicit Anch. in c. 1. ſub n. 6. not. 9. de appell. in 6.*

Quia reſpondeo, quod auctoritas iudicis requiritur, quando copia eſt exemplanda ab alio notario, *vt retuli, & ſequutus ſum lib præced. cap. 11. n. 603. & 604. & n. 656.* ſecus eſt, quando copia exemplatur ab eodem notario, qui fecit originale, vel ab eius ſucceſſore in officio, quia tunc auctoritas iudicis non eſt neceſſaria, *per ea, quæ ſequutus ſum. d. cap. 11. ſub num. 524. & 525.* & licet in prædictis locis non ſim loquutus de copia actorum, tamen non eſt conſtituenda differentia, *per ea, quæ ſcripſi eod. c. 11. n. 32.*

35 Declara primo vt notarius habita congrua mercede, teneatur copiam actorum appellanti quanto citius ad minus intra menſem exhibere, qui notarius, ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officij adminiſtratione arbitrio ordinarij ſuſpenditur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam compellitur, & eadem pœna eſſet

puniendus iudex, qui eſſet conſcius, & particeps, ſic diſponente Sacro Concilio Trid. *cap.20. verſus finem ſeſſ.24. de reform.*

Declara ſecundo, vt regeſtum debeat eſſe ſubſcriptum à notario, *Rebuff. tract. de appell. art.17. gloſ. vna, numero ſeptimo, tomo tertio, fol.529.* quod ego nunquam vidi ſeruatum in tribunale D. Prætoris Lucenſis, cum ei detur copia proceſſus confecta manu copiſtæ, non aliter à notario ſubſcripta, quia Prætor habet notam manum copiſtæ ſui tribunalis.

36 Declara tertio, vt licet appellans teneatur ſatisfacere notario de congrua mercede pro copia actorum tranſportandorum ad iudicem appellationis, tamen ſi appellatus comparuerit, & vti voluerit illis actis, cogetur ipſe quoque ſubire expēſas copiæ tranſportatæ pro ſua portione, ex diſpoſitione Sari Concilij Tridentini *d. cap.20. §. præterea, ſeſſ.24.* Et in Camera Imperiali fuiſſe deciſum, quod ſi vna ex partibus appellantibus, quæ nulla produxerit acta, velit proſequi appellationem, teneatur ſoluere dimidiam mercedem actorum productorum ab altera parte, licet dicat, ſe non opus habere actis, & ſufficere eſſe producta, teſtatur Mynſing. *in ſing obſeru. cent.1. obſeru.21.*

37 Subdeclara primo hanc declarationem in eo, quod diximus, appellatum, volentem vti actis tranſportatis, teneri pro ſua rata ad expenſas, vt non procedat, quando ex loci conſuetudine ſeruaretur, vt hoc onus integrum pertineret ad appellantem, quam conſuetudinem Sacrum Concil. Trid. ſupra citatum relinquit in ſuo robore.

38 Subdeclara ſecundo, vt ad expenſas regeſti, facti ab Archiuiſta hic in Curia ad inſtantiam vnius partis teneatur etiam altera pars pro rata ſua, ſiue velit vti, ſiue non, nullo etiam præuio monitorio, dummodo cauſa ſit commiſſa; & ita practicatur paſſim.

39 Secunda concluſio eſt, quod in tribunalibus ordinariorum is, qui vult confici regeſtum, eodem tempore facit coram iudice delegato fieri monitorium contra notariū de conficiendo regeſtum, ſoluta ſibi mercede, pro qua ei datur harra, & contra partem, ſi adſit, ac etiam cōtra procuratorem, vt infra triduum ſatisfaciat de rata mercedis debitæ notario, cum clauſula iuſtificatoria *(ſi quis ſenſerit, &c.)* qui ſic monitus ſi compareat infra triduum aſſignatum, & neget monitorium, dicendo ſe nolle vti regeſto, proteſtando idcirco, quod non intendit teneri ad aliquam impenſam regeſti, vel adducendo aliam exceptionem, tunc illud monitorium reſoluitur in vim ſimplicis citationis, & ideo cogi non poteſt ad ſoluendum ratam mercedis; quod ſi compareat poſt lapſum triduum vel nullatenus compareat ſolet actor nomine depoſiti ratam mercedis, debitæ à reo monito, conſignare notario, & vbi eam non conſignet, poſſet à notario cogi ad ſoluendum, ſeu deponendum, & notarius debet eidem, ſic deponenti, ſeu ſoluenti facere ſua met manu fidem, ſeu ſcedulā receptionis depoſiti, ſeu ſolutionis, cuius ſcedulæ vigore poteſt idem actor agere contra reum coram quocunque iudice ordinario ad recuperationem ratæ mercedis ſolutæ.

40 Nota primo circa hanc concluſionem, quod hoc monitorium contra notarium fit caſu, quo propter amicitiam, aut ob aliam cauſam poſſet contingere, vt recuſaret confectionem regeſti; alias, *vt dixi ſupra n.34.* hoc monitorium contra notarium non eſſet neceſſarium. Et coram iudice delegato ſolet etiam fieri monitorium contra reum eo, quod fit ſimul contra notarium, quem ad conficiendum regeſtum a iudice delegato celerius, quam à proprio eius iudice cogi arbitramur; quod ſi actor vellet illud facere coram alio ordinario poſſet, quia eſt cauſa mercedis: & licet reus ſit monitus coram iudice delegato, tamen deinde regulariter citatur ad ſoluendum coram Reuerendiſs. Gubernatore Vrbis, quia is in cauſis mercedum procedit manu regia, vt *dixi q. præced. rem.3. ſub nu.17.* coram quo, producta fide monitorij non negati, datur parata executio,

41 Nota ſecundo, quod reus, condemnatus ad ſoluendam mercedem regeſti, non auditur appellans; quia ſi non negauit monitorium, videtur illi acquieuiſſe, & debitum tunc dicitur notorium, & videtur quaſi obligatio penes acta, quæ habet executionem paratam, *vt dixi ſupra lib.1. c.62. n.2.* & quod in cauſa huius mercedis detur executio parata, ſcribit Veſtr. *in prax. lib.7. c.1. ſub n.2.* Et quod in executiuis, ſeu habentibus paratam executionem non detur appellatio, ſcripſi *ſupra q.17 lim.9.*

42 Tertia concluſio eſt, quod notarius ad conſequendam mercedem regeſti poteſt agere contra principales, &, eis abſentibus, quaſi in ſubſidium, cogere eorum procuratores, *Rot. deciſ.23. alias 303. licet procuratore, de procur. in nou.* quam ſequitur Veſtr. *d. lib.7. c.1. ſub n.2.*

43 Quarta concluſio eſt, quod hoc regeſtum factum, & tranſportatum à notario demandato iudicis habeat plenam fidē, & remanet in officio notarij qui illud videndū interim commodat partibus, & procuratoribus, habita tamen ab eis ſemper fide, eorum manu ſcripta de receptione, ad effectum, vt illud reportent in officio.

44 Quinta concluſio eſt, quod expenſæ regeſti taxantur, etiam appellatione pendente, & etiam contra hæredem defuncti, *Lancell. tract. de atten. par.2. c.12. de attent. & in nou. appell. pen. lim.11. princ. n.12. & 13. fol.367.*

45 Sexta concluſio eſt, quod hoc regeſtum debet continere omnia acta, *vt late declaraui ſupra n.8. & 9.*

46 Septima concluſio eſt, quod regeſtum primæ cauſæ debet continere appellationem, quia appellatio eſt de appenditijs primæ, *vt ſequutus ſum ſupra q.5. ſub nu.12. verſ. ratio, & q.18. n.2. verſus finem.*

Laus Deo, B. Virgini Mariæ, & omnibus Sanctis.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
EORVM OMNIVM,
Quæ in iſto ſunt tractatu locupletiſsimus.

Quæ hoc ſequuntur ſignum ¶ ſunt extra appellationis materiam.

A. Ab.

¶ AB ſunt dictiones, quæ regulariter excludunt diem a quo, q.12.n.57

Abbas, & Monachus.

Abbas poteſt appellare pro monacho, q.5. num.54

Ab Abbate, exceſſiuè corrigente monachum, appellatur ad capitulum, q.17.limit.26.n.14

Abbatis poteſtas in monachos eſt maior, quam Epiſcopi in clericos, q.17.limit.26.n.10

Abbas poteſt ſine mandato defenſionem ſuſcipere pro monacho, q.5.ſub n 63. confirm.a

Abſens, & Abſentia.

Si ſuperior medius eſt abſens, appellatur ad eius ſuperiorem, q.17.num.111

Abſens condemnatus in cauſa criminali, non appellat, q.17. limit.48.n.18.& 30

¶ Abſens, inquiſitus de delicto, non auditur per procuratorem, q.17.limit.48.n.18

Abſolutio, abſolutoria, & abſolutus.

Iudex à quo poteſt, etiam pendente appellatione, abſoluere excommunicatum, q.3. n.39. Præcipuè ſi excommunicatus ſtaret in articulo mortis, n.40. Et quamuis iudex appellationi detuliſſet, num.42. Secus eſt ſi ſit iudex delegatus, n.43

Ab abſolutione excommunicationis non datur appellatio, vide in verbo. Excommunicatio, verſ.a ſententia abſolutionis.

Abſolutio ab excommunicatione poſt interpoſitam legitimam appellationem licet non ſit nulla, tamen poteſt vt iniuſta reſcindi remedio appellationis, q.17. limit 22.n.25

Iudex appellationis, ſi cognoſcat de toto negotio per viam appellationis, poteſt vel ipſe abſoluere ab excommunicatione, vel remittere, ſed ſi non cognoſcat, ſed ſolum ſit ad eum reclamatum per viam querelæ, debet remittere ad ordinarium, qui excommunicauit, q.17. limit.22. n.35

Fiſcus licet de iure communi poſſit appellare à ſententia abſolutoria, lata ad fauorem inquiſiti, q.17. lim.46.n 14. Tamen de laudabile conſuetudine non appellat, n.1. Et ſeruatur in Curia Romana, in Regno Neap. & in tota Italia, n.2. Et in omnibus locis, in quibus eſt prohibita appellatio in cauſis criminalibus, n.3. Et in abſolutione ab obſeruatione iudicij ex hucuſque deductis ſeu ſtantibus rebus. &c. num.4 In Curia tamen Romana Procurator fiſcalis, qui non poteſt appellare adit Signaturam, citato reo n.50. Sed ſi adſit inſtigator, fiſcus adhuc non auditur, niſi inſtigator cauerit de reficiendo expenſas, n 11. Petente inquiſito, n.12. Et in Regno Neapol. quid ſeruetur ſub n.10.& 13

Appellans licet aliquando dicatur iuſtificaſſe appellationem, tamen non conſequitur abſolutionem. q.11.n.70

Abſolutus à pœna rixæ non poteſt appellare à non ſufficienti pœna impoſita corrixanti, q.5. ſub n.98

¶ Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij facit numerum, & dicitur conformis cum alijs abſolutorijs latis ſuper negotio principali, q 17. n.15. Et an & quando habeat vim diffinitiuæ, lim.47.memb.1. n.27

Sententia abſolutoris, iſta ſtantibus actis, prout ſtant, an dicatur conformis cum abſolutijs latis ſimpliciter, q.17. limit.1. num. 26. Et an habeant vim diffinitiuæ limitat. 47. memb. 1. num. 189

Abſolutus expreſſe dicitur, qui non eſt condemnatus, q.17. limit.6.memb.9. ſub n 70 & limit.21.num.37. in fine.

Abſolutio ab excommunicatione licet ſit iniuſta, tamen ſoluit, q.17. limit 22. ſub n.24

Eſt valida etiam non ſeruata forma abſolutionis, ſi forma eſt tradita à iure, q.17 limit.22.ſub n.26. & 27. Secus ſi forma eſt tradita ab homine, n.28. & limit.6. memb.7.n.116. & ſeqq.

Eſt nulla ſi feratur à non habente iuriſdictionem, d. lim.22. n 29. Si obtineatur per vim, ſeu metum. n.30. Si non ſeruata forma data ab homine, ſub n.28

Abſolutio à ſententia excommunicationis duobus caſibus dari non debet, q 17.lim.22. n 32.& 33

Abſolutus ſimpliciter in cauſa criminali an cenſeatur abſolutus diffinitiuè, vel ex hactenus deductis, q.17.lim.49.ſub n.4.verſ.aduerte.

Abſolutus ab obſeruatione iudicij criminalis propter peremptam inſtantiam, an poſſit iterum accuſari, vide in verbo. Inſtantia, verſ. perempta inſtantia & ideo.

Excommunicatus pro manifeſta offenſa non debet abſolui, niſi impendat aliquem ſatisfactionem, q.17.lim.22. ſub n.24. Si tamen fuerit abſolutus, tenet abſolutio n. 26

Excommunicatus ante abſolutionem debet iurare de parendo mandatis eccleſiæ, q.17.lim.22.n.22

Abuſus.

In Francia ab abuſu appellatur à iudice eccleſiaſtico ad ſecularem, q.8. ſub n.100.verſ hanc illationem.

Litigantes ſæpe abutuntur appellatione, q.3.ſub n.& q.17.limit.1.ſub n.55. verſ.ſed quiſquis.

Acceſſorium.

Acceſſoria cauſæ principali deuoluuntur cum negotio principali ad iudicem appellationis, q.3.n.14.& vide in verbo. Connexa.

Prohibita appellatione à principali, intelligitur prohibita ab illius acceſſoriu q 17.lim 6.memb.9. n.28

¶ Articulus acceſſorius regulariter ſecundum ſuum principale, eod.memb.9. n.29

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, ibidem. Et quando non ſequatur, q.19.rem.1.concl. 5. n.33

Clauſulæ acceſſoriæ non alterant diſpoſitionem principalem, q.17.lim.6. memb.9. n.68

Accidens.

Omitti medium iudicem appellationis eſt de accidentalibus appellationis, q.7.ſub n.93.verſ. ratio.

Accuſatus.

Accuſatus de vulnere, ſi vulneratus, pendente proceſſu, moriatur, an poſſit condemnari de homicidio in illa inſtantia, q.5.ſub n 27.comprob.1

Acta.

Acta primæ inſtantiæ à quo ſint tranſportanda in ſecunda, q 20. n 2.& ſeqq.

Appellans tenetur producere acta, validantia appellationem, q 20. ſub n 1. Reſtringitur tripliciter, n.4.5.& 6. Et quid in appellatione ab interlocutoria n.24

Appellans tenetur tranſportare, & producere omnia acta primæ inſtantiæ circa merita, q.20. n.7 8.& 9. Et quomodo teneatur, ibidem, declar.1. Et quando non teneatur, num.10

Non tranſportatis actis, ſententia iudicis ad quem eſt nulla, q.20.n.11.& 12. Declaratur, n.13.& 14

Appel-

Appellatio opponenti, acta non eſſe integrè tranſportata, incumbit onus probandi q.20.n.15. & ſeqq. in quibus extenditur.

Deſerta cauſa appellationis, an appellatus, volens executionem ſententiæ, teneatur tranſportare acta qu. 20. n 19. & 20. Et ad euitandam tranſportationem dari ſolent duo remedia n.21.& 22

Reliqua vide in verbo. Regeſtum.

Acta facta coram iudice incompetenti, à quo ſint tranſportanda coram competenti, q.20 n.25

¶ Acta ordinatoria iudicij, quæ ſint, q.15. n.349

Actio.

Appellatio non eſt actio, &c. q.4.n.31

Actio in cauſa appellationis an poſſit mutari, qu.11.n.18. & ſeqq. & ſub n.35. verſ. contra & n.36

Quando cauſa appellationis eſt deſerta culpa tertij, datur appellanti actio intereſſe, q.15.n.131

Sublata actione, non cenſetur prohibita appellatio, q.16.lim. 1.ſub n.31

¶ Actio in factum continet remedium recuperandæ poſſeſſionis, & qui de ea ſcripſerint, qu.17. lim 6. memb.1. num.37. Et hodie in omnibus caſibus, in quibus olim agebatur ex interdictis, agitur actione in factum, d. limit.6. membr.6. num.35

Actio de dolo continet remedium prædictum, & qui de ea ſcripſerint, eod. memb. 1.n.51

Actio quod metus cauſa, continet idem remedium, & qui de ea ſcripſerint, eod. memb. 1.n.50

Actione deficiente, datur officium iudicis ex æquitate, q. 17. limit.6. memb.4. ſub n.12

Actio reuocatoria datur contra tertium, in quem debitor alienauerit, eod. memb 4. ſub n.95

Lapſa inſtantia facto tertii, datur actio ad intereſſe, q.15. n. 327.& 328

Actio incepte expreſſa non vitiat, &c. q.11.n.28. in fine.

Actio nec ſummariis mutatur ſine refectione expenſarum, q.11. ſub n.33. verſ. ad adducta.

Ex conditione legis quando naſcatur actio, &c. q.17. lim.6. memb.6. ſub n.36

In actione iudicati quamuis requiratur libellus, & alia ordinatoria iudicii, q.11. ſub n.184. & q.19. tem.1. concl. 5. nu. 18. tamen non admittitur exceptio requirens altiorem indaginem, d.n.18

Actio pignoratitia, vide in verbo. Pignoratitia.

Actor & agens.

Actor ad rem controuerſam datus à tutore, tenetur appellare ſed non poteſt proſequi appellationem, q.5.num.40. ſub exten.1

Actor ordinatus ad omnia negoria forenſia pupilli, tenetur appellare, & proſequi appellationem, quæſt.5. num.40. in fine.

Actori datur regulariter appellatio, quæ denegatur reo, q.17. lim 9 n.50. & limit.6. memb.4.n.38. reſtr.3 & n.39. & 40. memb.6.n.76. & ſeqq. & memb.7. ſub n.119. & limit 7. n. 19. & ſeqq. Et an detur etiam reo in ſecunda inſtantia, ſi in prima fuit data actori, limitat.47 memb.1. ſub n.109. & ſeqq. & n.112 & 133. & d. limit.9 n.58. per totum, & d. limit.6. memb.9 n.74. caſ.2. Et quando denegetur actori, & non reo, d limit.47. memb.1.n.154

Actori non licet, quod reo denegatur, q.18. lim.7.n.23

Actor, mutando libellum, aut actionem, vel cauſam, an & quando teneatur ad expenſas, vide in verbo. Expenſæ. verſ. omnia.

Agens ex contractu conditionale ante euentum conditionis rectè agit, ſi ante ſententiam eueniat conditio, q.5. ſub n.27. comprob 5. fol.50

Actus.

Ab actu tam iudiciali, quam extraiudiciali debet appellari infra decem dies, q.12.n.106

In dubio ſumus pro validitate actus, vide in verbo. Interpretatio, verſ. debemus.

Adhaeſio, & adhaerens appellationi.

Tertius adhærens appellationi, debet adhæſionem intimare iudici à quo, q.12 n.71

Adhæſio tertii debet eſſe expreſſa, q 12. n.73

Adhærens appellationi poteſt illam proſequi, licet principalis, qui appellauit, rennntiet appellationi, ſeu moriatur, q. 12. num.74

Adhærenti appellationi, nihil debet adiudicari, q.12. ſub n.74. decl.5

Tertius licet adhæreat appellationi poſt lapſum tempus, tamen quoad ſui præiudicium tenet adhæſio, q.12 n.76

Reliqua vide in verbo. Tempus, & in verbo. Tertius.

Adipiſcenda poſſeſſio.

A ſententia lata in poſſeſſorio ordinario adipiſcendæ poſſeſſionis, non datur appellatio, qu.17. lim.6. memb.3. num 35. & memb 4.n.1 & ſeqq. in quibus late de ſingulis ſpeciebus adipiſcendæ & n.135

¶ Timens præueniri in adipiſcenda poſſeſſione, qua cautela vtatur, q.17. limit.6. memb.2. n.26

Adipiſcendæ poſſeſſionis interdictum competit heredi contra apprehendentem poſſeſſionem rei hæreditariæ. &c. q. 17. lim.6. memb.9. ſub n.122

Adipiſcendæ poſſeſſionis interdicta, vide in verbo. Poſſeſſorium.

Adminiſtratio, & adminiſtrator.

Ab interdicta bonorum adminiſtratione an detur appellatio q.17. lim.29.n.2

Adminiſtrator loci pii, condemnatus ad reddendas rationes, non appellat, q.17. lim.29 n.1

¶ Maior & minor dicitur quis ratione adminiſtrationis, q.2. ſub n.30. verſ. & quis.

Admittere, non admittere, & admiſſio.

Appellatiu in dubio eſt admittenda, q.3.n.4 in fine, q.11. ſub n. 6. caſ.2. & q.17.n.60. & limit.1. ſub num.18. verſ. ratio, & lim.4. num.90. Etiam in caſu, quo appellatio ſit regulariter prohibita, n 64

Licet iudex à quo admittit, tamen iudex ad quem poteſt illam repellere, &c. q. 11. n.11. Similiter licet non admittat, tamen non poteſt procedere, q.3.n 19. & q.11. num 10. & 11. vbi declaratur. Et licet pronuntiet, non eſſe admittendam, tameo pronuntiatio iſta nemini nocet, quæſt.11. ſub n.4. ſubill.3

Iudex à quo cognoſcit, an debeat admittere appellationem, q.11. ſub n.2. Et quæ debeat attendere in hac cognitione, n.6.& 8. Nec cogitur admittere, ſub n.4. ſubill.2. Nec tenetur hoc conferre cum peritis, n.7. Neque debet in hac cognitio ne interloqui, ſub n 6. verſ. verum.

Quando iudex à quo, & quando iudex ad quem cognoſcat, an appellatio ſit admittenda, quæſt.11. num.11.12.& 13. Et quam cognitionem, debeat adhibere iudex ad quem, num 14

Interlocutoriam iudicis à quo appellationem non eſſe admittendam, an iudex ad quem reuocet per viam attentati, q.11. ſub n.4. verſ. imò, & verſ. reſtringe.

Admittere appellationem, & deferre appellationi, licet ſint in promiſcuo vſu tamen differunt, q.11. ſub num.111. declar.9.

Iudex à quo, volens reiicere appellationem, debet in apoſtolis exprimere cauſam, q.13. n.23

Iudex non admittendo appellationem, niſi cum clauſula (ſi & in quantum) non incurrit pœnam, q.17. lim.6. memb. 7. ſub n.100. verſ. ſubdeclara, in 2. effic.

Iudex ad quem non debet recipere appellationem confeſſi, & conuicti, q.17. lim.4. ſub n.10

Licet iudex nolit deferre appellationi, tamen pars appellata poteſt illam approbare, & admittere, q.13 ſub n.3.& maximè ſi ſit appellatum ad Papam, n.5

Appellatus dicitur tacitè admittere appellationem, ſi poſt interpoſitam appellationem conſtituat ſimpliciter procuratorem ad illam cauſam, q.13. ſub n.4. Et dicitur etiam tacitè deferre ſi compareat coram iudice ad quem, & non reclamet, eod. num.4. in fine, & q.17. limit.6. memb.7. ſub num.93

Iudex non admittens appellationem, an & qua pœna puniatur, q.13.n.100 & ſeqq.

Iudex an eo ipſo, quod appellanti præfigit terminum ad proſequendam appellationem, cenſeatur admittere appellationem, q.14.n.16

Appellatio admiſſa cum clauſula (ſi & in quantum) ſeu cum clauſula (non admitto, niſi ſi & in quantum) operatur, vt cenſeatur delatum, & non delatatum appellationi, prout

iuria

iuris fuerit, q.17.limit.6.memb.7 num.100
A nō admiſſione,ſeu reiectione appellationis datur appellatio,q. 17.limit.15.memb 1 n.107.Non tamen eſt neceſſaria, q.11.ſub num,4. verſ.extende.
In articulo, an appellatio ſit admittenda, attenditur ſtatutum iudicis à quo,q.18.n.2.& 6
Appellationis admiſſio, ſeu non admiſſio eſt de appenditijs inſtantiæ ſententiæ, à qua appellatur, d.q 18 ſub num.1. verſ.1.quia.
Reliqua vide in verbo, Deferre.
¶ Admiſſio iurium cum clauſula (ſine præiudicio termini habiti pro ſeruato) præſeruat concluſionem in cauſa, & citationem ad ſententiam, &c.qu.14.ſub num.100.hinc etiam verſ.

Adoptio.

¶ Nomen adoptionis eſt æquiuocum, q.1.num.10

Adſectari.

Adſectari differt ab appellare, qu.1.num.3.in fine.

Adulterium.

In crimine adulterij an detur appellatio, n.17.limit.4.ſub n. 83.verſ.ſunt.Et quid exprimatur cauſa rationabilis, n.84

Aduocatus.

¶ Aduocatus poteſt cogi ad præſtandum gratis patrocinium pro paupere q.12.ſub nu.166.verſ.verum,& q.15.n.25.& vide 17.in verbo Pauper.
Conſulendo pro legatario dicitur approbare teſtimonium q.limit.2.ſub num 36
Aduocatus pauperum, vide in verbo.Pauper.

Aedificium.

Ab ædificij refectione, & reparatione non datur appellatio,q.17.limit.38.n 5

Aegidiana conſtitutio.

Conſtitutio Aegidiana in materia appellationis ſequitur diſpoſitionem iuris ciuilis, q.17.limit.6.memb.3.n.8.& ſub num.32. Et vbertus prohibet appellationem,memb.7.ſub nu.25.verſ.contrarium, & n.26.& diſponendo, vt poſſit appellari à tota ſententia, quando continet cōdemnationem fructuum, reducitur ad concordiam cum communi opin.contraria memb 9 ſub num.35. verſ.non videtur.Et prohibendo appellationem in poſſeſſorio reſpicit ordinatoria, q.18.num.9.
An & quando tollat appellationem in cauſis poſſeſſorijs,vide in verbo poſſeſſio,verſ.à ſententia lata.
¶ Conſtitutio Aegidiana vnde dicatur, &c.q.17.limit.6.mēb. 7.ſub nu 25. Extenditur ad totum ſtatum eccleſiaſticum, & non vltra,ead.limi.6 memb.3.n.9.& 10. Licet ſit confirmata à Pontificibus,d.num.9 Et a concilio Lateranenſe,d.n.10.in fine,& nu.17
Non habet locum in cauſis beneficialibus, & eccleſiaſticis, q.17.limit.6.memb.3 num.14.Et an inter perſonas eccleſiaſticas,num.15.& ſeqq.

Aequalis.

Ab æquali ad æqualem non appellatur,qu.2.num.6 9.& 11. Etiamſi appelletur ignoranter,num.13.Sed ab interlocutoria appellatur,&c num.18.Et quid in recurſu,num.19. tem.3.n.14. & ſeqq.
Ad æqualem ſuperiori tenet appellatio interpoſita per errorem,q.2.num 27

Aequiparata,ſeu adæquata.

Aequiparatio, ſeu adæquatio vnius ad alterum fit dupliciter, q.17.limit.19.ſub num.5
Aequiparatis duobus inuicem,quod eſt in vno,eſt in altero, ſed æquiparato vno alteri, quod eſt in altero, communicatur illi vni,ad quod eſt in illo vno,non communicatur alteri,d.limit.19.ſub n.5.in 1.& 2.caſu.

Aequiuoca & æquiuocatio.

Nomina æquiuoca quæ ſint, q.1.num.9.& ſeqq.
Aequiuoca præſtant impedimentum definitioni, q.2.n.21
Aequiuocatio vnde procedat,q.17.lim.6.ſub n.1.verſ verū.

Aeſtimum.

Deſcriptus in æſtimo non appellat à collecta impoſita, q.17. limit.17.num.3.& limit.35.n.7

Aetas.

Si in cauſa reſtitutionis in integrum iudex pronuntiet ætatem minorem eſſe,vel non eſſe probatam, datur appellatio,q.17.limit.47.memb.1.n.169.& 170
Interlocutoria lata ſuper probatione ætatis habet vim diffinitiuæ,q.17.limit.47.memb.1.n.170

Agere.

¶ Verbum agere,large ſumptum,ſignificat etiam excipere,q. 19.tem.1.concl.5. n.3.reſponſ.2

Agnitio poſſeſſionis.

A ſententia lata ſuper agnitione poſſeſſionis bonorum datur appellatio q.17.limit.6. memb.9.n.113

Alienatio.

Ab interlocutoria rem poſſe,ſeu potuiſſe alienari,datur appellatio,q.17.limit.47.memb.1 n.201
¶ Iudex poteſt reuocare interlocutoriam, qua pronuntiauit, rem minoris poſſe alienari,q.19.tem.1.concl 6.ſub n.48
Interdicta bonorum adminiſtratione, eſt prohibita alienatio,q.19.limit.29.ſub num 2.
Res ſemel facta alienabilis perpetuo remanet alienabilis, q. 17.limit.47. memb.1.num.111

Alimenta.

A ſententia,lata fauore alimētorum,denegatur appellatio q.17.limit.7.n.1. Etiamſi ſit lata ſuper parte alimētorum, nu.2 etiamſi alimenta decernantur ad ſuſtinēdam litem, nu.3. Etiam quando decernuntur clerico ſuſpenſo à beneficio,num.7.Et alimentis, quibus aluntur ingenio,nu. 10.Et in quauis cauſa, quæ virtualiter contineat alimenta,nu.9.Et æque denegatur à diffinitiua, & ab interlocutoria,n 11 Denegatur appellatio quoad alimenta futura, denegatur appellatio ſuſpenſiua, non deuolutiua; ſecus quod alimenta præterita,nu.14 Et quid in alimentis,quæ petuntur iure actionis nu 16. Et quid ſi non adſit inopia, n.17. Denegatur reo condemnato ſed non actori petenti, nu.19 & ſeqq.& n.26.Denegatur ſolum, ad effectum ſuſpenſiuum,ſed non ad deuolutiuum, n 27
Appellatio mariti à ſententia lata pro validitate matrimonij non ſuſpendit iuriſdictionem,quia iudex poſſit condemnare maritum ad præſtanda alimenta,q.17.lim.47.memb. 2.num.18
Alimentorum nomine quæ veniant q.17.lim.7.ſub num 2. ver. nota.
Alimenta quibus caſibus decernantur ad ſuſtinendam, qu. 17.limit.7.num.4
Alimenta à futura dicuntur à die motæ litis, d.limit.7 n 15
In cauſa alimentorum quando poſſit procedi tempore feriato,q.17.limit.7.in fine.

Alternatiua appellatio.

Appellans alternatiue cum reſeruatione electionis poteſt eligere infra tempus datum ad proſequendum, q.9.nu.2. Poteſt etiam proſequi appellationem coram inferiore, n. 10.Poteſt etiam proſecutionem appellationis coram ſuperiore,num.11
Appellatio alternatiua ſiue reſeruetur optio ſiue non reſeruetur, eſt valida, q.9.num 14 & ſeqq. Et valet etiam de iure canonico,quando in appellante fuit aliqua probabilis dubitatio,&c.n.6. Seu quando ex pluribus in appellatione expreſſis ad vnum tantum potuiſſet appellari,nu.7
Appellatio alternatiua maximè tenet ſi appellans certificet appellatum infra decem dies datos ad appellandum,qu.9. nu.5. Sed tenet etiam ſi non certificet, & ſibi opinionem an reſeruauerit,nu.8. Et maximè ſi appellans non recognoſcat,niſi Papam in ſuperiorem,q.9 n.4
Appellatio alternatiua de iure ciuili intelligitur ad proximum ſuperiorem,q.19.n.4

Amicus.

Amicus poteſt appellare pro amico abſente, dummodo ſequatur ratificatio infra tempus, & cum cautione de rato, q 11.67.Annexa. Vide in verbo connexa.

Annona.

Quando fertur ſententia de conuertendo frumentum in vſum militum in ſubſidium annonæ datur appellatio,qu. 17.limit.7.num.8.ſed ſi pronuncietur negatiua, daretur appellatio, nu.20

Antianus.

Ab antianis appellatur q.16.num.18

Apoſtoli.

Apoſtoli conuentionales dicuntur quando pars admittit appellationem,q.13.ſub n.3.
Apoſtoli teſtimoniales dicuntur, quia teſtificantur de appel.

latiune

latione,&c.q.13.n.6.& 7.vbi quaodo babeat locum.
Datis Apoſtolis teſtimonialibus, appellans babet annum ad faciendum committi cauſam appellationis, q.14.nu.60
Si non poſſit baberi copia iudicis à quo, an.reo reuerſo, teneatur appellans cum adire pro Apoſtolis, q.6.ſub nu 25. verſ.confirmatur, & q.13.n.8
Apoſtoli dimiſſorii, per quos apparet, indicem detuliſſe appellationi, &c q.13.n.10
Si iudex petenti Apoſtolos, reſponderet (dabo Apoſtolos) an dicatur negare Apoſtolos, & ideo non teneatur appellans coram eo amplius comparere, q.13.num:11.& latius,num.21.& 22
Iudex requiſitus de Apoſtolis,ſi taceat,vel dicat, quod audit,cenſetur denegare Apoſtolos. q.13.n.57.in fine.
Refutatorios Apoſtolos an dare poſſit iudex, qui ſemel noluit reſpondere de Apoſtolis, qu.13.ſub n.11. & ſub num.21.& 22
Si iudex,petenti Apoſtolos reſpondeat (do Apoſtolos) dicitur detuliſſe appellationi q.13.n.12
Datis actis pro Apoſtolis,dicitur delatum appellationi, qu.13.num.13
Apoſtoli reuerentiales dicuntur illi,quibus index defert appellationi propter reuerentiam, q.13.n.18
Datis Apoſtolis reuerentialibus ſimpliciter, appellans habet annum ad faciendum committi cauſam appellationis, q.14.nu.4. Secus ſi ſint dati in forma cum termino decem dierum num.7
In curia regulariter à diffinitiua dantur Apoſtoli reuerentiales, cum termino decem dierum,q.14.n.7
Apoſtoli an,& quando petuntur appellatione extra iudiciali,q.13.nu.31.& 32
Apoſtoli non petuntur,quando grauatus arripit iter ad Papam licet itineris arreptio habeat vim appellationis,qu.6.num.12
Si appellauerit in abſẽtia iudicis,& index poſtea reuertatur, an debeat accedere ad eum pro Apoſtolos,q.6 ſub n.25
Apoſtoli refutatoriis ſunt ii,per quos apparet, quod iudex non defert appellationi,q.13.num.9.& ſeqq.& nu.65.in quibus ponuntur caſus Apoſtolorum refutatoriorum, & q.14.& n.24.& 32
Datis Apoſtolis refutatoriis appellans habet annum ad faciendum committi caſum appellationis, q.14.ſub num.1.verſ.in primo,
Iudex in Apoſtolis refutatoriis tenetur exprimere cauſam, quare reiiciat appellationem,q.13.n.23.ſub n.63
Si iudices diſcordent in qualitate dandorum Apoſtolorum, an neuter eorum poſſit procedere, q.13.ſub n.23.decl 4. Et an datio Apoſtolorum teneat, n.48
Si duo iudices tulerint ſententias,vnus ſolus non poteſt reſpondere de Apoſtolis,q.13.n.47
Terminus ad redeundum pro Apoſtolis eſt inductus ad fauorem iodicis,q.6.ſub num.26.verſ.tertia.
Apoſtoli ſunt pars appellationis,q 13.ſub n 24
Appellans debet neceſſario petere apoſtolos,q 2.n.40.q.4.n.54.& q.13.n.24.alias Iudex non tenetur eos tradere, ſub eodem nu 24.illat.1.& niſi eos petat,cenſetur renuntiare appellationi,ſub eod.nu.24 illat.2.& ſub nu.38.Et an ſint penitendi ſi appellatur in abſentia iudicis,nu.30.& 31. Et ſunt petendi etiam in appellatione ab interlocutoria, ſub n 31.extenſ 4.n.91. Et qoid in Regno Neap. eod.n.91.in fine. Et etiam in appellatione extra iudiciali, &c.n.32.& d.n.91.Et quando apoſtoli non ſint neceſſario petendi,n.33.& ſeqq. Et in Regno Franciæ appellans non tenetur eos petere,nu.36
Apoſtoli an,& quando ſint pluries,& inſtantiſſime petendi, q.13.nu.25.& ſeqq.
Appellans tenetur redire in termino pro apoſtolis,& an teneatur redire vltimo momento, alias cẽſeatur renunciare appallationi,q.13.nu.29.49.50.& 51.Et quando appellans non teneatur redire,n.53.56.57 64 & 68.Et quando non teneatur redire vltimo momento nu.54
Apoſtolorum petitio quare ſit introducta qu.13 .ſub nu.36. ver.ratio.
Apoſtolorum vſus multum receſſit à Curia,qu.13.nu.67.& ſeqq.& num 72
Apoſtoli an ſint petendi in ipſa appellatione, q.13.n.28
Apoſtoli peti debent intra terminum iuris, ideſt intra 30 dies,q 13.nu.38.Et an peti poſſunt vltima die,num.39.Et quid in foro Capitolino,ſub n.44.verſ.aduerte,& ſub nu.49.& nu.98.Et quid in Regno Neap.nu.92
Appellans non appellatus debet petere apoſtolos, qu.13.ſub nu.39.declar.2
Apoſtoli an,& quando ſint petendi in ſcriptis, q.13.n.40
Iudex tenetur reſpondere de apoſtolis, q.13.n.42.& ſub nu.91.verſ.ſecundus,alias ſi non reſpondeat, non poteſt vlterius procedere,ac ſi appellationi detuliſſet, qu.17.limit.6.memb.7.ſub nu.91.caſ.1.imò priuatur iuriſdictione, d.q.13.ſub n.11.& n.58.& ſeqq. Et ſi procederet, proceſſus eſt nullus,n.46.58.& ſeqq. Etiam ſi appellatio eſſet friuola,n.63.& ſub nu.70.Et quando ſit nullus,ſub eod.nu.46.66.70.81.& 91.verſ ſecundus.
Iudex nõ poteſt dare apoſtolos poſt lapſum terminum prorogatum,q 13.ſub nu.61.extenſ.Et quid ſi dater illos termino prorogato,num.62
Iudex infra quantum tempus teneatur reſpondere de apoſtolis,q.13.ſub num.42
Iudex poteſt præfigere breuiorem terminum ad redeundũ pro apoſtolis, & nunquid poſſit illum prorogare, q.13.n.44.58 & ſeqq.& q 15.ſub n.219.verſ.ſecundus.Et in foro Capitolino,ſub n.56. Et in Regno Neap.n 92
Partes an poſſint prorogare terminum apoſtolorum,qu.13.num.45
Iudex diuerſimode aſſignat appellanti terminum ad redeũdum pro apoſtolis, q.13.ſub nu.51
Appellans cui iudex prorogauit terminum ad redeundum pro apoſtolis, habet annum ad impetrandum iudicem cauſæ appellationis,q. 13.nu.65.& q.14.n.32
Proceſſus,quem facit iudex à quo, pendente termino Apoſtolorum,an ſit validus,q.13.n.71. & late nu.74.& ſeqq. & n 91.verſ.tertius,& verſ.ſeqq Et an,&quando valeat, ſi ſit factus,pendente termino prorogato,n.66.& ſeqq.
Pendente termino ad redeundum pro apoſtolis, an poſſit impetrari iudex appellationis, qu.13.num.67. & late nu.74.& ſeqq.& q.14. num.26.& 31
Terminus iuris qui datur appellanti ad petendum apoſtolos & iudici ad reſpondendum,quando incipiat currere, qu.13.n.83.& ſeqq.Et quid in foro Capitolino, n.84.in fine.
Iudex non dando apoſtolos punitur,qu.13.ſub numer.100.verſ.& hoc.
Expenſas apoſtolorum quis teneatur ſoluere, q.13.nu.114
Reliqua vide in verbo. Renuntiatio, in verbo. Tempus,& in verb Terminus.
Appellatio, appellare, appellabilis, & inappellabilis.
Appellatio quid ſit,quotuplex,& quot modis ſumatur, vide in verbo. Species,& in verbo Nomen,& quando ſit permiſſa, & quando prohibitæ, in verbo. Prohibere, & reliqua, quæ de appellatione quæris, vide in prædicatis appellationis,& in alijs propriis nominibus, & verbis, quibus, quod quæris de appellatione, poteſt explicari; vt ſi quæris, an appellationi friuolæ ſit deferendum, vide in verbo. Friuola, ſi infra quantum tempus debeat appellari in verbo. Tempus ſi à ſententia principis, aut Senatus licet appellare, in verbo Princeps in verbo, Senatus ſi ab interlocutoria in verbo.Interlocutoria,& ſic in aliis,quia ſi hæc. & alia indicaretur ſub nomine appellatio, index non eſſet iudex,quod ſi mixtim cum boc nomina indicarentur, eſſet incertus,& laborioſus.
Arbiter, arbitror, arbitraria, arbitrium, & Arbitramentum.
Ab arbitris electis inter Clericum, & Epiſcopum appellatur ad Papam omiſſo medio, qu.7.n.107.Reſtringitur,n.108
A ſententiæ arbitrorum, lata, ſuper recuſatione iudicis ſuſpecti, poteſt appellari ad papam,q.7.nu.109. Declaratur n.110.Et ab ipſis,nolentibus pronuntiare,ſimiliter appellatur ad Papam, q.17.n.48
Ab arbitrio illuſtri, puta, Præſide vel Senatore, appellatur ad Principem vel ad Senatorem, q.16.limit.5 nu.9
Ad ſententia arbitri non appellatur, q.16.limit 17.nu.1.q.17.limit.13.n. Et quid ſi partes pacto expreſſo conuenerit, vt poſſit appellari ab iniqua ſententia,nu.2. Poteſt appellari ab arbitrio ſi ſit electus ex neceſſitate ſtatuti,n.3.& 4
Si ſit electus ex diſpoſitione iure communis, nu.5.Dummodo

Digitized by Google

modo non ſit tertius inter alios duos diſcordantes, n.6. Si ſit aſſumptus cum clauſula, vt poſſit pronuntiare ſolum de iure canonico, n.9 Si ſtatutum diſponat, quod ſententia arbitri mandetur executioni n.10. Si compromiſſum ſit factum ſine pœna n 13. De conſuetudine indiſtinctè appellatur, n.14. An poſſit appellari de iure canonico, n.7. Poteſt peti reductio, n 11

A ſententia lata ſuper reductione datur appellatio, n.12. Et quid in laudo lato ab Epiſcopo arbitro, limit. n.21

Ab arbitratoris arbitramento non appellatur, q.16. lim.17. n.1. & q.17. lim.14. n.1 Etiam de iure canonico ſub eod. n.1. Poteſt tamen peti reductio ad arbitrium boni viri, n.2. Et poteſt etiam appellari de conſuetudine, n 15

In arbitrarijs datur appellatio, q.17. lim.47. memb.1. num.176. in fine.

In pœnis arbitrarijs datur appellatio, etiam ſi agatur de crimine notorio, q.17. lim 4. n.2

A ſententia lata a iudice habente liberum arbitrium non datur appellatio, q.17 lim.15. n.1. Neque a iudice, cui cauſa committitur ſecundum ſuam conſcientiam, n.3. & ſeqq. in quibus declaratur. Et quid ſi iudex habeat ſimplex arbitrium, n.2

Arbitramentum non debet reuocari, niſi ex conſiderabili damno, q.27. lim.14 ſub n.14. declar.3

Arbitrator dicitur, is cui partes dant poteſtatem procedendi de facto, q.16. lim.1 n 66

Ab arbitris, quorum vnus eſt laicus, & alter clericus, petitur reductio ad Epiſcopum, q.8 ſub n.101. illat.3

Epiſcopo, & clerico litigantibus ſunt eligendi arbitri, qu.7. num. 107

Arbiter an poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, q.19. rem.1. concl.6. num.96. & 97. Et quid in arbitratore, num 98

Iudicis arbitrium non habet locum in rebus, à iure, vel à conſuetudine deciſis, neque in rebus claris, &c. quæſt.14. num.35

Iudex ſi in arbitrarijs non ſequatur conſuetudinem, facit litem ſuam, q.14. ſub n. 35

Archidiaconus.

Ab Archidiacono appellatur ad Epiſcopum, q.8 n.52. Et non ad Archiepiſcopum, ſub n.99. verſ. lim. & q.8. ſub n.1. verſ. prima.

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus non cognoſcit cauſam appellationis, in qua iudicauit, cum eſſet Epiſcopus, q.2. n.15. & qu.8. ſub n.86. exten.1

Archiepiſcopus non poteſt eſſe iudex in cauſa appellationis in qua fuit pars prima inſtantia coram epiſcopo, qu 7. ſub n.107

Ab Epiſcopo appellatur ad Archiepiſcopum, q.8. n 86. & ſub num.98. declar.3. Etiam in his, quæ Epiſcopus cognoſcit de iure accidentali ex priuilegio, ſub num.90. verſ. quare. Et vbi in appellatione ab interlocutoria pronuntiet, benè appellatum, remanet iudex in toto negotio principali, q.17. lim.47. memb 3 num.7. Et an omiſſo articulo appellationis de conſenſu partium poſſit procedere in negotio principali, num.9. & 11. Et quid ſi Epiſcopus detulerit appellationi, n.13

Ab Archiepiſcopo appellatur ad Primatem, ſeu Patriarchā, q.8. num.97. Si adſit Patriarcha, cui ſit ſubiectus, alias appellatur ad Papam, ſub eod. n.97. verſ. intellige. Et quot & qui ſint Patriarchæ ad quos poteſt appellari à ſententia Archiepiſcopi, n.68. declar.2

Ab Archiepiſcopo procedente iuriſdictione ordinaria, & apoſtolica appellatur ad Papam, q.8. n 98

Ad Archiepiſcopum non poteſt appellari, omiſſo medio, q.8 ſub n.99. verſ. limita & q.9. ſub n.1. verſ. prima.

Archiepiſcopus in quibus caſibus poſſit ſe intromittere appellatione interpoſita, ad Papam, q.10. n.17

Archiepiſcopus habet limitatam iuriſdictionem in cauſis appellationum, q 17. lim.47. memb.3 n.7. & qu.19. rem.1. concl.6. num 85 Et ideo non poteſt à ſubditis ſuffraganei adiri alia via, quam via appellationis, quia in eos etiam ipſis volentibus, non habet aliam iuriſdictionem, d. q.19. remed.2. n.54

¶ Archiepiſcopus vnde dicatur, q.8. ſub n.86. verſ. ratio huius.

Eſt gradatim ſupra Epiſcopum q.8. ſub n 86 verſ. ratio.

Poteſt per modum conſtitutionis excommunicare committentes fraudem ad vſurpandam eius iuriſdictionem, qu.8. ſub n.28

Non incidat in ſuffraganeos, niſi in caſibus expreſſis in iure, q.8. ſub n.98. declar. 4. Quare exerceat iuriſdictionem in caſibus ciuilibus contra Epiſcopum, ſecus in criminalibus ſub eod. n.98. declar.3

Aditus per viam querelæ remittit cauſam Epiſcopo, aſtringendo eum ad faciendam iuſtitiam, q.17. ſub n.57

In ſubditos ſui ſuffraganei, etiam volentes nullam habet iuriſdictionem, niſi accedat conſenſus ſuffraganei, q.17. lim.47. memb.3. n.11

Habet iuriſdictionem ordinariam, quæſt.19. rem.1. concl.6. num.80

Archipresbyter.

Ab Archipresbytero appellatur ad Epiſcopum, q 8. n.52

Argumentum.

A ſtatuto ad conſuetudinem valet argumentum, q.2. ſub n.29 verſ. tertia.

A coniugatis, q.1 n.6

Ars malefica. Vide in verbo Maleficus.

Articuli.

A non admiſſione articulorum in cauſa poſſeſſoria an detur appellatio q.17. lim.6. memb.7. num 45 & lim 47 memb.1. num.139. Non tamen poteſt appellari ſi articuli ſint omnino impertinentes n.141

Si non ſit appellatum à pronuntiatione, articulos eſſe admittendos, non poteſt appellari ab eorum admiſſione qu.17. lim.10. num.12. & lim.47. memb.1. ſub numero 137. & 140

Ab admiſſione articulorum ſuper dominio in cauſa ſpolii datur appellatio vide in verbo. Dominum, verſ. ſi reus.

Ab admiſſione articulorum datur appellatio quæſt. 17. lim.47. memb.1. n.137 Etiam ſi ſit admiſſa tacita, num.138. & 139. in fine.

Aſſaſſinium.

In crimine aſſaſſinii an detur appellatio, quæſt.17. lim.4 numer.83. in fine. Et quid ſi exprimatur rationabilis cauſa, num.34

Aſſeſſor.

Ab aſſeſſore, ſi grauet, appellatur, q.16. n.19

Attentare, & attentata.

Attentare non dicitur, qui pendente appellatione, facit actum continuatiuum, q.3 n.70

Iudex à quo procedendo pendente appellatione ab interlocutoria attentat, qu.17. lim 47 memb.1. num.28. Et ideo non reuocantur ex capite attentatorum, memb.2. numer.11 Sed ex capite iniuſtitiæ, iuſtificata appellatione, q.3 numero 47. & d. memb.1. ſub n.28. Multoque minus reuocantur, quæ ſunt geſtæ pendente termino ad appellandum ab interlocutoria, n.29. Reuocantur autem ex capite attentatorum, quando in appellatione interlocutoria eſt expreſſa iuſta cauſa, num. 37. Quando iudex ad quem inhibuiſſet, num.38. & memb.2. ſub nu.11. lim.1. & n.27. Sententia cenſuræ, lata poſt appellationem ab interlocutoria, d. memb.1. n.39. Geſta in electione eccleſiarum cathedralium, n.40. Quando iudex à quo detuliſſet appellationi, n.31. ſed de hoc vide in verbo. Delatio, verſ. iudex deferendo. Quando debite requiſitus non daret Apoſtolos, n.54. Dummodo fuerit appellatum in ſcriptis, & non viua voce, n.56

Attentata appellatione pendente à diffinitiua, reuocantur ante omnia, q.3. n.47. & 48

Attenta committuntur ſolum reſpectu illius capituli, à quo eſt appellatum, & non reſpectu aliorum capitulorum, qu.17. lim.47. memb.2 n.26

Reuocatio attentatorum commiſſorum appellatione pendente debet peti ante concluſionem in cauſa q.3. n.81

Attenta appellatione pendente, non poſſunt reuocari ab alio, quam a iudice ad quem, q.11. n.18. & ſeqq. in quibus limitatur.

Attenta appellatione pendente, non reuocatur, niſi probetur fuiſſe appellatum infra decem dies, q.1 a. ſuo n.42

Licet iudex à quo admittat appellationem cum clauſula negatiua (non admitto, niſi ſi, & in quantum, &c. tamen ſi

interim

Digitized by Google

interim procedat, diceretur attentare, q.17.limit 6.mem. 7.ſub n.100.verſ.declara, & q.3.n.19.& q.11.n.10.& 11

Executio ſententiæ facto eo, quia appellans non fecerit fidem de proſecutione appellationis, non retractatur per viam attentati, q.15.nu.23

Reliqua de executione attentata, vide in verbo. Executio.

Attentatorum iudicio pendente, an, & quando fatalia non incurrant, q.15.n.65.& ſeqq.& n.76.& ſeqq.

Licet appellans poſſit ſimul proſequi cauſam appellationis, & cauſam attentatorum, tamen poteſt proſequi ſolam cauſam attentatorum, q.15.ſub n.65

Litiſpendentia ſuper attentatis non retardat curſum fatalium, niſi appellans inchoauerit proſequutionem cauſæ appellationis, q.15.n.69. Et niſi obtineat in cauſa attentorum, nu.78. Vel ſaltem habuerit iuſtam cauſam agendi de attentatis, n.80.& 81.ſub nu 89.verſ.intellige. Neque retardat curſum fatalium in articulo ſeparato, ad quem nō ſe extendit appellatio, de cuius attentatis agitur, qu.17.limit 47.memb.2.n.25

Appellans, agens pro renocatione attentatorum poſt deſertam appellationem, non auditur per modum attentati, q.15.n.70. Sed auditur agendo via ordinaria nullitatis, nu.72.& 74. Et auditur etiam per viam attentate, ſi ex actis clare non conſtet de deſertione, n.71. Similiter ſi à iudice allegato ſuſpecto eſt factus proceſſus poſt appellationem, nu.75. Et quid ſi attenta ſunt commiſſa infra decem dies datos appellandum, eod n.75.limit.2

Fatalia currunt ſi appellatus agit pro reuocatione attentatorum, q.15.n.76. Quod non eſt verum ſi appellans, conuentus de attentatis, obtinet, nu.77

In poſſeſſione momentanea nam locum habent attentata appellationis pendentis, qu.17.limit.6.memb.3. num.22. & ſeqq.

In ſpolio attentato datur appellatio, qu.17. limit.6.memb. 6.num.75

A ſententia lata ſuper reuocatione attentatorum datur appellatio, q.17.limit.47.memb.1.n 172

Actus facti lite pendente, non dicuntur attentati, ſi lis fuit calumnioſe, & in fraudem inſtructa, qu.19.rem.1.concl. 4.num.79

Cauſa attentatorum prius terminari debet, q.15. ſub n 65

Qui vtitur ſua poſſeſſione, lite pendente, non dicitur attentare q.3.ſub nu.70

Inſtantia non habet locum in cauſa reuocationis attentatorum q 15.nu.250

Attentatorum reuocatio an ſit magis priuilegiata quam actio ſpolij, q.17.limit.47.memb.1.nu.173

Reliqua vide in verbo. Geſta, in verbo Innouare, in verbo. Mandatum verſ. mandatum executiuum in verbo, Pendente, & in verbo, Terminus.

Attributa.

Attributa appellationis ſunt plura, q.2.nu.2

Auctoritas.

¶ Creditor qui poteſt propria auctoritate capere poſſeſſionem ſi adiuerit iudicem, amplius auctoritate propria eam capere non poteſt, qu.17.limit 9.ſub num.45.verſic. confirmatur.

Dominus qui poteſt propria auctoritate expellere emphyteotam, ſi adiuerit iudicem, non poterit, ſub d.n.45.verſ. confirmatur.

Audientia, audiendum, & audientia contradictarum.

Denegata audientia, an, & quando intelligatur prohibita appellatio, q.16.limit.1.ſub nu.30.& 31

¶ Iudex non poteſt reuocare interlocutoriam, aliquem non eſſe audiendum, q.17.limit.47.memb.1.n.63.& q.19.rem. 1.concl.6.nu.58

Interlocutoria, aliquem non eſſe audiendum, trahit ſecum executionem ſine facto hominis, q.19.rem.1.concl.6.n.59

Audientia contradictarum, vide in verbo, Proceſſus, & in verbo. Citatio.

Auditor Cameræ, & contradictarum.

Ab auditore Cameræ, & eius Locumtenentibus appellatur ad Papam, q.8.nu.144

Auditoris Cameræ ſuprema eſt iuriſdictio in cauſis appellationum etiam extra ſtatutum Eccleſiæ, q.8.nu 112 Reſtringitur ſub nu.125.verſ.reſp.& nu.126.reſtrict.2.& ſub num.99.ſubdecl.1.& 2.

Auditor Cameræ cognoſcit cauſas appellationum à ſententijs feudatariorum Sedis apoſtolicæ etiamſi feudatarii haberent inueſtituras cum iuriſdictione cognoſcendi cauſas in quacunque inſtantia, q.8.n.114.& ſub nu.125.ſubextenſ.1. Et poteſt cognoſcere cauſas appellationum à ſententiis iudicum Terrarum popu i Romani, ſub num.125. ſubextenſ.2. Cognoſcit etiam cauſas appellationum à ſententii Gubernatoris Burgi, nu.141. Et a ſententiis Iudicis Turris Nonæ, & Curiæ Sabellorum, ſub n.128.in principio, & fine. Et demum ipſe eſt ordinarius appellationum à ſententiis iudicum ordinariorum in Curia exceptis Vicario, Gubernatore Curia Capitolina, & Camera apoſtolica, q 8.ſub nu.125.verſ.contra, & nu.128. Et quare ſit excepta Camera apoſtolica, ſub eod.nu.128.verſ aduerte. Et an cognoſcat cauſas appellationum à ſententiis Gubernatoris Vrbis ſi agatur de intereſſe fiſci, ſub num.142. verſ.ſed in cauſis.

Auditor Cameræ eſt iudex ordinarius appellationum interpoſitarum ad Sanctam ſedem Apoſtolicam, q.8.ſub n.99. verſ.declara Et appellationum interpoſitarum ad Papam ſub nu.125.verſ.tertio concludo.

A Delegato Papæ an poſſit appellari ad auditorem Cameræ, q.8.ſub n.16.verſ. ſubextende.

Auditor Cameræ non cognoſcit appellationes cauſarum quarum vniuerſitas eſt delegata priuatiuè alicui iudici, q 8.num 126

Auditor Cameræ, vt iudex ordinarius, poteſt ſine commiſſione executoriali exequi ſuam ſententiam, à qua non ſit appellatum, q 11 n.173. verſ.contraria. Et poteſt exequi ſententia, quam ipſe confirmando alias, profert vti iudex appellationis in vltima inſtantia, nu.174. Et quid ſi ſit iudex delegatus, ſub n.177.ſubextenſ 2

A Concilio etiam ſynodale non appellatur ad auditorem Cameræ, q.8.ſub nu.99.ſubdecl.2

Auditoris Cameræ iuriſdictio non ſe extendit ad appellationes interpoſitas à ſententiis latis in cauſis matrimonialibus, q.8.ſub n 99.ſubdecl.1

Auditor Cameræ admittit appellationes, omiſſo modo à iudicibus dependentibus à Sede apoſtolica, q 7.num.90.& qu.8.ſub num.125.concl.3. Neque Signatura ſolet reſcribere iſto caſu contra tribunal auditoris Cameræ d.qu.7. num.91

Ad Auditorem Cameræ poteſt appellari, omiſſo medio, ſicut ad Papam, q.8.ſub n 99.verſ declara.

Auditor Cameræ recipit appellationes, cum clauſula expreſſa (quatenus à diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente) q. 7 ſub nu.90.verſ.aduerte.

Procedit in appellationibus, quamuis non ſit interpoſitæ coram iudice à quo, q.3.n.12.& q.6.ſub n.40.decl.11

Poteſt procedere ad executionem obligationis in forma cameræ, ſi in commiſſione cauſæ appellationis non ſit facta mentio expreſſa de obligatione camerali, q.14.n.29.& q. 17.limit.9.nu.59

¶ Auditor Cameræ non poteſt decernere monitorium contra Epiſcopum ad comparendum perſonaliter, q.7.ſub n. 99.verſ.ſed ad facultates.

An facultas cōceſſa Rotæ Maceratenſi præiudicet facultatibus Auditoris Cameræ, q.8.ſub n.99.verſ.ſed an facultas.

Facultas Auditoris Cameræ in dies augentur, q.8 ſub num. 125.verſ. non diſcedas.

Auditor Cameræ an ſit auditor, ſeu officialis Papæ, q.8.ſub n.125.verſ.contra hanc.

Auditor Cameræ eſt iudex ordinarius, q.19.rem.1.concluſ. 6.ſub nu 79

Auditor Cameræ reuocat non ſolum interlocutoriam, ſed ipſam reuocationem, etiam ſi ſit decreta diffinitiua, ſeu vim diffinitiuæ habentia, q.17 limit.47.memb.1.nu.31.& q.19.rem.1.concl.8.num.37.

Auditor contra dictarum eſt iudex ordinarius, q.19.rem.1. concluſ.6.ſub n.79

Auditor Rotæ.

Ab Auditores Rotæ appellatur ad Papam, q.8.num.20

Auditor Rotæ an poſſit ſine commiſſione executoriali exequi ſuam ſententiam, à qua non ſit appellatū, vel quæ ſit lata in vltima inſtantia, faciat q.rem iudicatā, q.11.n.175.

Et

Et an ſine noua commiſſione poſſit pronuntiare ſuper deſertione appellationis, num. 176

Poteſt prorogare fatalia eius arbitrio, & ſine citatione partis, qu. 15. num. 220. & ſeqq. Et quando requiratur citatio, nu. 224. Sed poteſt prorogare, ſeu de nouo concedere fatalia durantia non fatalia lapſa, num. 226

Reliqua vide in verbo Rota.

¶ Iuriſdictio Auditorum Rotæ quieſcit, mortuo Papa, qu. 8. ſub num. 160. verſ. contra & ſub num. 162

Auditores Rotæ quare forment dubium de concordia partium, quæſt. 16. lim. 1. num. 142

Aditorium.

Ab Auditorio florentiſſimorum procerum non datur appellatio, quæſt. 16. limit. 1. ſub num. 117. extenſ. 8. & lim. 20. num. 1

Auocatio cauſæ

¶ Auocatio cauſæ facta à ſuperiore priuat inferiorem, ne poſſit vti iure ſuo, q. 3. ſub num. 79

Auocatio cauſæ propter negligentiam ordinarj quomodo fiat, qu. 15 num. 280. Et quod debeat prius requiri ordinarius, & quid ſeruet Signatura iuſtitiæ, & quid Magna curia Vicariæ, & ſtylus Franciæ, quæſt. 17. num. 55. & 57

Auocatio cauſæ ſubreptitia eſt ipſo iure nulla, quæſt. 14. ſub num. 27. verſ. confirmatur.

Baiulus.

BAiulo ſeu officiali Baronis ſententiam ferente, an appellatur ad Baronem, q 8. num. 103

Bannitus, & bannum.

Bannitus non poteſt appellare, quæſt. 5 num 84. Extraiudicialiter, ſub num 85. verſic. ſimiliter, & verſ. & è conuerſo. Et in quibus caſibus neque iudicialiter, numer. 86 & ſeqq. in quibus de ſtatutis Lucenſibus, & de conſtitutionibus Status Eccleſiæ.

Bannitus poſitus in primo banno, & declaratus pro confeſſo, ſeu pro confeſſo, & conuicto poteſt appellare, priuſquam ponatur in ſecundo banno, quæſt. 5. ſub numer. 91. verſic. reſtringe. Et poteſt appellare etiamſi iudex ſimul, & ſemel declaret, & diffinitiuè condemnet, ſub eod. 91. verſ. amplia. Declarantur hæc, quando non procedant, ſub eod num. 91. declar. 1

¶ Occidens bannitum, pendente cauſa nullitatis banni, punitur, ſi ſequatur ſententia contra bannum, alias ſecus ſtante ſtatuto, &c. quæſt. 19. rem. 1. concl. 4. num. 13

Iudex poteſt reuocare primum bannum, quæſt. rem. primo, concl. 6. num. 23

Barattaria.

Condemnatus de crimine barattariæ non appellat, quæſt. 17. limit. 16. numer. 3. verſic. ſubextende, & ſub numer. 9. verſ. cæterum.

Baro.

Baro, ſeu feudatarius non cognoſcit cauſas appellationum, niſi ſit ſpecialiter data iuriſdictio cognoſcendi, quæſt. 8. num. 113. Nec ſufficit, eum eſſe inueſtitum de mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, ſub nu. 103. verſ. contraria, & num. 108 Et quando habeat iuriſdictionem cognoſcendi cauſas appellationum, num. 106. & ſeq. & num. 115. & ſeq.

A Barone, ſeu Feudatario appellatur ſecundum formam inueſtituræ, q. 8 num. 106. & ſeqq.

A iudice ſeu officiale, deputato à Barone, an appellatur ad Baronem, q. 8. num. 103. in Regno Neapol. appellatur, ad Præſides Prouinciarum, &c. ſub num. 110

A delegato Baronis in Regno Neapol. an poſſit appellari ad ipſum Baronem, vel ad Magnam Curiam Vicariæ, quæſt. 8. ſub num. 29

Magna curia Vicariæ remittit cauſas appellationum ad Barones, qui habent priuilegia cognoſcendi eas, q. 7. nu. 101

A Domicellis, & Baronibus, etiam ſi non recognoſcant Imperatorem, appellatur, quæſt. 16. num. 23 Et ab eorum officialibus poteſt appellari etiamſi ab iſtis Domicellis non poſſet, num. 24

A Baronibus, Feudatarijs Sedis Apoſtolicæ appellatur ad Sedem Apoſtolicam, quæſt. 8 num. 111. verſ. oppono ſecundo, & ſub num. 112. verſ. ad ſecundam, Et poteſt appellari ad auditorem cameræ, etiam omiſſis mediis, ſub num. 125. ſubextenſio 1

A Baronibus, & Feudatariis Imperatoris quando poſſit appellari ad Papam, quæſt. 16. lim. 1. num 128

Baro cognoſcendo cauſas modicas appellationum in Regno Neapol. procedit vti delegatus Regis, & non tanquam ordinarius appellationum, q. 8. num. 105

¶ Barones non habent aliam iuriſdictionem, quam ex tenore inueſtiturarum, & priuilegiorum, q 8. ſub n. 102. verſ. reſp.

Baro poteſt prohibere ſuis vaſallis, ne in derogationem ſuorum priuilegiorum, & iuriſdictionis vadant ad curiam Regiam, quæſt. 7. ſub num. 83

Barones eccleſiaſtici ex tolerantia cognoſcunt cauſas prophanas priuatiuè, q. 7. num. 35

Barones perpetuo inueſtiti, ſunt tanquam Princeps in eorum baronia, & in eorum ſubditis. Poſſunt facere omnia, quæ poteſt facere Imperator in vniuerſo, qu. 16. lim. 1. ſub num. 111. verſ. comprobatur.

Beneficium & beneficiales.

Appellatio in cauſa beneficiali debet interponi intra decem dies, quæſt. 12. num. 103. & ſeqq. in quibus reſtringitur.

Cauſa benaficialis an ſubiaceat lapſus fatalium, q. 15. num. 9. & 10. & ſub num 21. verſ. rurſus.

In cauſa beneficiali poteſt appellari etiam ſi agatur de poſſeſſione momentanea, q. 17. lim. 6. memb. 3. num. 14

¶ Cauſæ beneficiales ſunt Rotales, quæſt. 8. ſub num. 99. ſub decl. in fine.

In poſſeſſorio cauſæ beneficialis agitur etiam de proprietate, ſed tamen iudicium remanet poſſeſſorium merum, q. 17. lim. 6. memb. 9. ſub num. 110.

Bonorum poſſeſſio.

A decreta bonorum poſſeſſione contra tabulas, cauſa cognita, & à decretali bonorum poſſeſſione datur appellatio, quæſt. 17. lim. 8. memb. 9. num. 51

A bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas datur appellatio, q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 52

In bonorum poſſeſſionibus ordinariis datur appellatio, qu. 17. lim. 6. memb. 9. num. 53. & 54

In bonorum poſſeſſionibus iuris datur appellatio, quæſt. 17. lim. 6. memb. 9. num. 57. & 85.

In bonorum poſſeſſionibus extraordinarijs non datur appellatio eod. memb. 9. ſub num. 54. il at. 3

In bonorum poſſeſſione carboniana non datur appellatio ſub eod. num. 54. verſ. reſtringe.

Bonorum poſſeſſio contra tabulas eſt ordinaria, & præiudicat in proprietate, quæſt. 17. lim. 6. memb. 9. ſub num 51. verſ ratio.

Bonorum poſſeſſio contra tabulas, quare dicatur poſſeſſio ex teſtamento, ſub eod num. 51 verſ. hæcque.

Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas eſt ordinaria, & ideò iuris, & facti conferens ius etiam in proprietate, qu. 17. lim. 6. memb. 9 num 52

Bonorũ poſſeſſiones ordinariæ in vniuerſo ſunt ſex, & quæ q 17. lim. 6. mem. 9 ſub n 53. verſ hę poſſeſſiones Et quare dicantur poſſeſſiones iuris ſub eod n. 53. verſ & dicuntur.

Bonorum poſſeſſiones extraordinariæ ſunt quatuor, & quę q. 17. lim. 6. memb. 9. ſub num 54. verſ. reſtringe.

Bonorum poſſeſſio & poſſeſſio bonorum differunt, qu. 17. lim. 6. memb. 9. ſub num. 54. verſ. reſtringe.

Bonum.

¶ Quod eſt de ſui natura bonum, licet ex circumſtantiis poſſit fieri malum non debet prohiberi, qu. 17 num. 3

Breuiores cauſæ, vide in verbo. Minimæ.

Caducitas.

CAducitas ſententia eſt appellabilis etiam in poſſeſſorio iud quæſt. 17. limit. 6. ſub n. 3. 54. & ſeqq. & memb. 9. num. 60

Caducitatem incurrit, &c. vide in verbo. Litipendentia.

Calculator, ſeu calculum.

¶ A ſententia lata iuxta calculatorum calculum non datur appellatio, quæſt. 17. lim. 35. num. 1. & ſeq. & num. 5. Sed à ſententia calculatorum non approbata à iudice datur appellatio, ſub eod num 5 verſ. ſecus. Etiam ſi calculatores eſſent electi ex forma ſtatutorum num. 6. A calculatoribus tamen, ſeu exequutoribus bona in æſtimum non datur appellatio, num. 7

Calumnia, & calumnioſa.

Appellatio calumnioſa quæ dicatur q. 2. n. 48. & 50. in fine.

Appellans calumnioſe, temere fruſtratione, ſeu friuole punitur, & quomodo, quæſt 2. ſub num. 52. verſ. appellatio & quæſt. 17. limit. 38. num. 2. & limit. 47. memb. 1. ſub nu. 166. ampl. 2

Calumnioſa exceptio, vide in verbo exceptio.

De iuramento calumniæ, vide verbo, contumax, & in verbo, Iuramentum.

Lis calumnioſe, & in fraudem inſtituta non cauſat, attenta q 19. rem. 1. concl. 4. nu. 79

Calumniæ præſumptio ceſſat in tertio ſa opponente executioni ſi conſtet de eius intereſſe, vel offerat ſe de eo incontinenti probaturum, quæſt. 17. limit. 6. memb. 4. num. 88. & ſeqq. Et oblatio probationis incontinenti tollit præſumptionem calumniæ, d. limit. 6. memb. 7. ſub num. 133. confirm 2

Calumniæ ſeu malitiæ præſumptio ceſſat in notorijs, q. 19. rem. 1. concl. 4. & 5. nu. 26. Et quid in his, quæ poſſunt incontinenti probari, d concl. ſub num. 60. verſ. ratio, & d. concl. 5. num. 26. in fine, num. 35. & ſeqq.

Calumnia in petente reſtitutionem in integrum, vide in verbo. Reſtitutio, verſ. calumnia.

Exceptio calumnioſa, vide in verbo. Exceptio, verſic. calumnioſa.

Cambij

In literis cambiorum datur appellatio, q. 17 lim. 9. nu. 3.

Camera, Camerarius, Clerici cameræ, Theſaurarius, commiſſarius, Auditor, & obligatio formæ Cameræ.

A cameræ Apoſtolicæ appellatur ad ipſam camerам qu. 8. num. 146. & 153

A camerario cameræ Apoſtolicæ appellatur ad cameram, q. 8. num. 150

A cameræ clericis appellatur ad cameram, quæſt. 8. ſub nu. 146 verſ. à clericis.

A cameræ Theſaurario appellatur ad cameram, q. 8 nu. 151

A cameræ commiſſario appellatur ad cameram, q. 8. n. 152

Auditor cameræ vide in verbo, Auditor cameræ.

Poteſt in nullis caſibus appellari ad cameram Imperialem, omiſſo medio q. 7. num. 31. & 52

Fatalia currunt etiam in camera Apoſtolica, q. 15. num. 134. extenſ. 2

A ſententia magni camerarij in Regno Neapolitano non datur appellatio, ſed ſolum ſupplicatio, q. 8 num. 55

Ab obligatione formæ Cameræ denegatur appellatio, q. 17. limit. 9. num. 4. & ſeqq. Etiam ſi contrahentes in dominio Mediolanenſi conuenerint, vt poſſint conueniri coram Executoribus cameræ &c. n. 10

Reliqua ſupple ex dictis in verbo Inſtrumentum.

¶ Tribunal cameræ Apoſtolicæ eſt tribunal ſupremum, qu. 8. num 146. in fine.

Cameræ Apoſtolicæ, eiuſque Præſidentium, & clericorum iuriſdictio quæ ſit, q. 8. ſub nu. 153. verſ. de iuriſdictione.

Cameræ clerici non habent iuriſdictionem, vt ſinguli, ſed tantum collegialiter, qu. 8. ſub num. 145. verſ. ratio.

Cameræ clericus non poteſt expedire cauſam ſine voto cameræ, q. 8 ſub num. 145. verſ. nota. Etiam ſi cauſa eſſet illi delegata per ſpeciale reſcriptum Papæ, ſub num. 147

Cauſa ſemel effecta cameralis, remanet cameralis, qu. 6. ſub num. 146. verſ. à clericis.

Clericus cameræ, cui cauſa eſt commiſſa à camera, dicitur in ea iudex ordinarius, & non delegatus, q. 8. num. 147

Clericus cameræ quando dicatur delegatus in cauſa, remiſſiue, q. 8. num. 147. in fine.

Clericus cameræ debet expedire cauſam ſub nomine camerarij q. 8. ſub num. 138.

Camerarius cameræ Apoſtolicæ eſt iudex ordinarius, qu 8. ſub nu. 152. verſ. contra & q 16. rem. 1. concl. 5. ſub nu. 79

Clerici cameræ Apoſtolicæ iudicant, expediuntque nomine camerarij, quæſt. 8 ſub num. 147

Camerarius ſeu Camera habet iuriſdictionem etiam ſede vacante, & quam habeat iuriſdictionem, q. 8 num. 168

Quæ ſit iuriſdictio commiſſarij cameræ, q. 6. num. 152

De obligatione, & obligato in forma cameræ vide in verbo. Obligatio.

Cancellaria.

Appellans ſi intra decem dies adit Regentem cancellariæ, & ab eo fidem præſentatæ commiſſionis habuerit, cauſa appellationis non efficitur deſerta, quæſt. 14. numer. 36. Etiam ſi fides non ſit in originali commiſſione, ſed in copia, num. 39 extenſ. 1. Et etiam ſi fuerit aditus, pendente termino Apoſtolorum, num. 40. Et quid debeat facere appellans, ſi repererit Regentem impeditum, vel nullatenus repererit, num. 42.

Regens cancellariæ, faciendo fidem præſentatæ commiſſionis virtualiter prorogat terminum ad eam committendam, quæſt. 14. ſub num. 36. verſ. ſecunda.

Regens cancellariæ apponit iudicem in commiſſione cauſe appellationis, q. 14. num. 38. verſ. his non obſtantibus. Qui iudex, ſi cauſa veniat cognoſcenda in curia, datur ex officio arbitrio ipſius Regentis ſed ſi veniat cognoſcenda extra curiam, datur arbitrio appellantis, niſi contradicatur, ſub num. 46. verſ. ratio.

Reliqua vide in verbo Commiſſio, verſ Regens.

Canonicus.

Canonicus, depoſitus per ſententiam poteſt, appellatione pendente, eligere & teſtimonium ferre, quæſt 3. ſub num. 72

Capita.

¶ Tot capita, tot ſententiæ, q. 17. lim. 6. memb. 9. ſub num. 32. & lim. 21. ſub num. 19. & limit. 47. memb. 1. num. 23

Capitaneus.

Capitaneus appellationum cognoſcit omnes appellationes, q. 2 num. 22. Et cognoſcit etiam nullitates ſententiarum capitolinarum, q. 19. rem. 1. concl 6. ſub num. 83. verſ. hinc eſt. Et tamen inferior, & minor Senatore, d. q 2. num 23. Quare ab eius ſententia appellatur ad Senatorem, & c. eod. num. 23 & quæſt. 8. num. 139. & 140

Reliqua vide in verbo Senator

Capitaneus appellationum non poteſt reſtituere in integrum principaliter, quæſt. 19. rem. 2. num. 53. & ſeqq. & num 60. & ſeqq.

A Capitaneo ciuitatis Piſarum appellatur ad poteſtatem, quæſt. 3

¶ Capitaneus iuſtitiæ ciuitatis Senarum eſt maior Rota Senenſi quæſt 2. numer. 24. num 4

Capitaneus ciuitatis Piſarum eſt maior Poteſtate, ibidem.

Capitolinus iudex.

A iudicibus capitolinis, excepto Senatore, & collateralibus, poteſt appellari etiam a ſumma infra decem ſcutos, quæſt. 17. lim. 42. num. 24

Capitulum.

Capitulum poteſt appellare pro epiſcopo, &c. qu. 5. num. 55

A capitulo appellatur cum diſtinctione, quæſt. 8. num. 60. & ſub num 120. verſ. à capitulo.

A geſtis in capitulo, in quo Epiſcopus præſidet, vt Prælatus, non appellatur ad Epiſcopum, ſecus ſi Epiſcopus non interuenit tanquam Prælatus, quæſt. 8 num. 60

Ab Abbate appellatur ad capitulum, quæſt. 17. limitat. 26. num. 14.

Ab eo quod facit maior pars capituli, non datur appellatio, quæſt. 17. limit. 27. num 1. Niſi appelletur ex rationabili cauſa, num. 2. Aut in Francia, num. 3

Capitula.

Si ſententia contineat vnicum capitulum, ſeu negotium, vna tantum pars poterit appellare q. 10. ſub num. 5. verſ. prima. Si contineat plura capitula connexa, vna tantum pars poterit appellare, num 6. Si vero contineat capitula ſeparata vtraque pars poteſt appellare ad diuerſos iudices, num 7. Declaratur, num. 8 & 9. & q. 17. lim. 21. num. 12. & 19. Vide in verbo Poſitiones capitula ſeparata, vide in verbo Res iudicata, verſ. ſententia.

Capitula iuris Canonici.

In remedio cap ſæpe, de reſtit. ſpol. non datur appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 6. num. 31

In remedio cap. reintegranda, 3. qu. 1. datur appellatio, qu. 17. lim. 6 memb 6. numer. 72. Et quid ſi hoc remedium intentetur in terris Imperii, num. 72

¶ Cap. ſæpe, de reſt. ſpol. continet remedium recuperandæ poſſeſſionis, & qui de eo ſcripſerint, qu. 17. lim. 6. memb. 1. num. 32. & contra quem competat, memb. 6. num. 31

Cap. I. de reſtit. ſpol. in 6. continet, vt ſupra, & qui de eo ſcripſerint, d. memb 1. num. 44

Cap. reintegranda, q. 1. continet, vt ſupra, & qui de eo ſcripſerint,

pſerint, eod.memb.1.numer.45. Et in quo differat à condictione indebiti, ead.limit.6.memb.8. ſub num.24.verſ. neque. Et remedium dicti c.reintegranda, poteſt intentari etiam in foro ſeculari,& pro rebus prophanis, nu.74. verſ.nota. Et an poſſit intentari inter Romanos ſtante ſtatuto, &c.eod.num.74.in fine.

Cap.bonæ de appell.continet vt ſupra, & qui de eo ſcripſerint eod.memb.1.num.49

Cap.conquerente de reſtit.ſpol.continet remedium recuperandæ poſſeſſionis, & cui competat, qu.17.lim.memb.6. ſub num.14.& 17

Caporiones.

¶ Caporiones, Sede Vacante, exercent quandam iuriſdictionem, qu.8.ſub num.159.confirm.3.& verſ ad tertium. Et quare exerceant, num.163.& 164

Captura, captus, carceratio, & carceratus.

Captura contra ſuſpectum de fuga poteſt decerni, etiam appellatione pendente q.3.num.27

A decreto capturæ datur appellatio, qu.17.limit.47.memb. 1 num.156. Et à decreto, quo iudex declarat, aliquem eſſe iuſtè detentum, num.157. Et quid in decreto, aliquem vti ſuſpectum de fuga eſſe capiendum, num.158.& 159. Non datur appellatio à decreto capturæ, à captura, & à carceratione vigore rei iudicatæ, ſeu inſtrumenti executiui, num.160. Et a carceratione quando quis poſſit appellare, vide q.12.num.148

Licet captus, ſeu carceratus poſſit appellare à carceratione, tamen iudex à quo eum non dimittit, quæſt.17.lim.47. memb.1.numer.161. Et vbi fuerit condemnatus non relaxat etiamſi velit dare fideiuſſorem, num.162. Sed ſi agatur de pœna pecuniaria debet, præſtita fideiuſſione, relaxari, num.163

Carceratus, qui non proſequitur cauſam appellationis in primo fatali, ipſo iure conſequitur ſecundum, q.15.n.54. iunctis num.44.& 55

Carceratus,& condemnatus pro delicto poteſt appellare, q. 17.lim.48.ſub n.30.32.& 28. Sed ſuſpenſiuè, non deuolutiuè ſi fuit condemnatus abſens, nu.33

Carceratus appellans an,& quando ſit remittendus ad iudicem appellationis, q.30.nu.26.& ſeqq.

Cardinalis.

A Cardinalis,& cardinalium ſententia, an,& quando poſſit appellari, q.18.lim.3.num.1.& 2

Cardinales, Sede vacante, non ſunt iudices appellationum, q.8.ſub num.169. verſ.vnde.

Cardinalis Alexand. vide in verbo. Ioannes.

¶ Cardinales licet habeant æqualem dignitatem cum Epiſcopis, tamen habent maiorem adminiſtrationem,& ſunt digniores q.2 num.30

Cardinalis an poſſit recuſari ſuſpectus, q.16.lim.1.nu.27.

Cardinalis æquiparatur Regi,& Præfecto prætorio, qu.16. lim.10.num.1

Caſtrum.

A ſententia ſuper poſſeſſione caſtri datur appellatio, qu.17. limit.6 memb.9.num 111

¶ Caſtri nomine venit iuriſdictio, q 17 lim.6.memb.9.n.111

Cauſa.

Ceſſante cauſa appellationis, ceſſat appellatio quæſt.5. ſub num.117

Cauſæ expreſſio an,& quando ſit neceſſaria in appellatione,& quid operetur, vide in verbo. Expreſſio.

Cauſa friuola, expreſſa in appellatione, vitiat etiam appellationem ſi expreſſio cauſæ non erat neceſſaria, qu.2.ſub num.15.verſ.& hoc.

Appellatio quando dicatur ſine cauſa, relinquitur arbitrio iudicis, q.2 num.49

Cauſa finalis, quare ſit inuenta appellatio, q.3.num.1.

Cauſæ, à quarum ſententijs non permittitur appellatio quę ſint q.17.10 limitationibus,& earum proprijs verbis.

Cauſa appellationis ſequitur naturam cauſæ principalis, qu. 21.ſub num.17.verſ.confirmatur

Appellatio à diffinitiua poteſt iuſtificari ex alia cauſa, quam ex expreſſa in appellatione, q.11.nu.84.& ſeqq Secus in appellatione ab interlocutoria, num 87.& ſeqq. Et fallit, vt in num.92.& ſeqq.

Iudex ad quem, reformando ſententiam iudicis à quo debet exprimere cauſas reformationis, q 11.ſub nu.112.verſ. aduerte Fallit.ſub num.113

Cauſa appellationis an poſſit expediri in vno menſe, qu.15. ſub n.140.verſ.difficultas, & nu.155

Cauſa ſemel effecta appellabilis, remanet appellabilis, q.17. lim.6.memb.7.n.86.& lim.47.memb.1.num.112.& ſeqq. & 123.& ſeqq.135. Et an effecta appellabilis ad certum effectum, ſeu modum, remaneat appellabilis ad eundem tantum effectum, & modum, num.116

Cauſa criminalis, vide in verbo Crimen.

Cauſa feudalis, vide in verbo. Feudum.

¶ Iuſta cauſa litigandi non excuſat contumacem ab expenſis, q.15 num.308

Qui eſt abſolutus ab expenſis, dicitur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, q.15.num.81

Delictum nunquam præſumitur commiſſum ſine cauſa,& ideò iudex conſtito de delicto à delinquente, debet inueſtigare cauſam delicti, q.17 lim.48.num.4.& ſeqq.

Cautio

¶ Cautio ſeu fideiuſſio præſtanda pro euictione rei venditæ, an poſſit præſtari alibi, quam in loco vbi extat res vendita, q.15.num 139

Cautio iuratoria an,& quando ſit admittenda, q.15.n.142. & q.49.tem 3.ſub num.17.ſub declar.2

Sententia Præfecti prætorio habet executionem, media cautione, q.16.lim 17 nu.2

Cautio de reſtituenda re, quando ſit præſtanda tertio ſe opponenti, q.17.lim 6.memb 4.num.74.81.& ſeqq.

Cautio de reſtituendo, &c.in cauſa reſtitutionis in integrũ, &c. vide in verbo. Reſtitutio, verſ.cautio,& in cauſa ſupplicationis, vide in verbo. Supplicatio, verſ. cautio.

Reliqua vide in verbo. Fideiuſſio,& in verbo Satiſdatio.

Cedula.

Cedula, vide in verbo, Schedula.

¶ Mos pronunciandi prout in cedula valet,& ſeruatur in curia, q.12 ſub nu.38.declar.1.& num.39.& q.15.num.297. & q.17.lim.21.ſub num.23. Celeritas, vide in verbo Dilatio, verſ.ab eo.

Cenſura.

Cenſuræ ſententia præſumitur lata poſt interpoſitam appellationem, q.3.ſub num 4.confirm.1

A cenſuræ ſententia conditionali poteſt appellari etiam poſt lapſos decem dies, dummodo appelletur ante euentum conditionis q.12.num.113

Appellatio non ſuſpendit effectum ſententiæ cenſuralis, q. 17 limit.22.ſub numer.3. Suſpendit tamen ſi ſententia ſit lata ſub conditione, & appellatio ſit ante euentum conditionis, num.49

A cenſuris Romanorum non dabatur appellatio, q.17.limit. 26.num.11

¶ Cenſuræ ſententia trahit ſecum executionem, q.17.lim.22. ſub num 3

Sententiæ cenſurarum ſunt medicinales, quæſt.17 limit.22. ſub num.3

Sententiæ cenſurarum non tranſeunt in rem. iudicatam, d. limit.22 ſub num.3

Cenſus.

Cenſus poteſt probari per teſtes, ſed ita probatus non habet executionem paratam, q.17.limit.9.num.64

Certuſienſis.

Certuſienſis non poteſt recuſari ſuſpectus, quæſt.16 lim.1. ſub numer.17

Ceſſio bonorum, & Ceſſionarius.

A ſententia, qua debitor admittitur ad bonorum ceſſionem, datur appellatio, quæſt.17.limit.47.memb.1. num. 197.& 198

Si ceſſionarius ſit perſona miſerabilis, an poſſit vti priuilegio perſonæ miſerabilis, an, quæſt.7.ſub numer.113.verſ. contra.

Chriſtus.

¶ Papa, & Chriſtus in materia iuſtitiæ habent in terra idem Conſiſtorium, quæſt.8.ſub num 62

Citatio, & Citatus.

Citatio, an,& quando ſit neceſſaria in cauſa appellationis, quæſt.11. num 56.& 57

Citatio in prorogatione fatalium vide in verbo fatalia.

A citatione valida non appellatur de iure ciuili,q.17.lim.47.memb 1.nom.5.Secus de iure canonico,num.6

A citatione peremptoria cum nimis breui termino an detur appellatio etiam de iure ciuili, d.lim.47.memb.1. ſub n.7. verſ.primus.

An à citatione ad locum non tutum detur appellatio de iure ciuili,diſcutitur ead.lim.47.memb.1.num.8.& ſeqq.& reſoluitur dari, quando locus nec perſonæ nec cauſæ eſt tutus,ſecus ſi eſt tutus cauſæ,& non perſonæ,num.11. Et datur appellatio etiam à citatione reali, ſub eod.num.11. exten 1. Et poteſt citatus ſtatim appellare ſine alia oppuſitione,& etiam,quod iudex ignorauerit,locum non eſſe tutum,n 12. Et poteſt appellare etiam ſi locus ſit notorie non tutus,nu.13.Et idem eſt quando notum eſt iudici locum non eſſe tutum, licet hoc non ſit notorium n.14 Et multo magis,quando nec iudici conſtat,nec aliter eſt notorium, n.16. Et poteſt appellari etiam ſi ex propria culpa citati locus non ſit tutus,nu.17. & 18.quid ſi ei offeratur ſaluus conductus,num.19 & ſeqq.

A quacumque citatione quæ contineret aliquod inhoneſtum,ſeu notoriè iniuſtum,poteſt appellari,qu.17.lim.47.memb.1.num.15

A citatione prædicta, quando iudex ciuilis citat extra certos caſus an poſſit appellari, d.lim.47.memb.1.num.25

Si citetur is,qui non eſt citandus,poteſt appellari à citatione ead.limit.47.memb.1.num.24

Citatus ad locum notoriè non tutum poteſt immediate appellare,quæſt.5.ſub num.16.verſ.contra. Non tamen neceſſitatur appellare, qu.17.lim.47.memb.1.num.8.in fine & ſub num.9. & 13

Citatus perſonaliter debet appellare infra decem dies à die prolatæ ſententiæ. q.12.num.9.verſ.primus.

Citatus domi poteſt appellari infra decem dies à die notitię, & non à die ſententiæ, q.12.nu.13. Idem in citato in loco beneficij,num.15. In citato per contradictas, num.16.vbi etiam reſtringitur. In citato per edictum,nu.17.In citato per diligentias,n.18.Reſtringitur,num.19. Limitatur ſub nu.23. Et tenetur ſemper appellare infra decem dies à die intimatæ ſententiæ,num.25.& ſeqq.

Citatus domi,an, & quando teneatur appellatione infra octo dies à die latæ ſententię in foro Capitolino q.12.ſub num.23.lim.2

Citatus coram Archiepiſcopo,an & quando teneatur comparere quamuis ipſe appellauerit ad Papam,&c.quæſt.10.num.15 & 16

¶ Citatio notoriè iniuſta non arctat citatum ad comparandum,q.17.lim.47 memb 1.num.9.in fine.

Citatio dicitur nulla quoties in ea capitur aliquid, propter quod manifeſte apparet, quod citatus non tenetur comparere q.17 lim.47.memb.1.ſub num.15

Citatio ad cõparendum perſonaliter, vide in verb. Monit.

Citatio an,& quando ſit neceſſaria in executione ſententię, q.11.num.186 & ſeqq.

Eſt neceſſaria in adiudicatione pignorum, q.11.ſub nu.187. verſ.diſtingue. Non eſt neceſſaria in prorogatione compromiſſi,q 15.nu.222. Neque vbi periculum eſt in mora, quæſt.17 limit.6 memb 2. ſub nu 30

Debet fieri ante domum,& non in domo,q.12 ſub num.13. verſ.aduerte.

Citatio per contradictas, vide in verbo. Contradictæ.

Citatio per edictum in quo differat a citatione per contradictas,q.12.ſub num.17

Citatus vltra duas dietas licet in prima citatione non excepit poterit excipere in ſecunda q.17.lim 6. memb.7.ſub num.86.verſ.confirmatur.

Habetur pro citato, qui dolo non permittit ſe citari, qu.12. nu.19.& 34

Citatus ad locum notorie ſuſpectum non tenetur comparere,q.17.limit 47.memb.1.ſub nu.9.Imò non tenetur mittere ad allegandam de loco non tuto,nu.10.Nec tenetur comparere etiam ſi ei offeretur ſaluus conductus,nu.19. Si locus eſt non tutus propter inimicitias capitales, ſecus eſt ſi non tutus propter guerras, nu.20. Seu propter bannum datum, num.21

Clariſſimus.

A Clariſſimo appellabatur ad ſpectabilem,q.8 nu.1.& q.16. num.5. Sed mutato iſto ordine, appellabatur ad Imperatorem,& ſolus Præfectus prætorio vice Principis cognoſcebat d.quæſt.8.num 3

Clauſula.

Appellatio tollitur his clauſulis.[appellatione remota] q.16. lim.1.num 20.& ſeqq.[ſententia firma remaneat,& executioni mittatur] ſub numer.28.[ſententia ſortiatur effectum ſuum,] nu 29 & q.17.lim.6. membr.7.nu.17.& 20. [non audiatur] d.q 16.lim.1.nu.30.& 31. vbi declaratur. [imponatur perpetuum ſilentium] num.33.[abſque lite fiat reſtitutio] num.34.[non poſſit querelare] num.35. [non poſſit contradicere] [ſit remota omnis contradictio] num.36. & ſeqq.[procedas ſine ordine iudiciario] [procedas libere] [citra omnem iudicij formam] ſine ſtrepitu iudicij] nu.39.[non poſſit ſe defendere] nu.40 [libere facias] [libere expedias] num 41 [libere,& ſine lite] nu.43. [ſine aliqua cenſura,& oppoſitione] nu.43. [ad ſatiſfactionem condignam facias obſeruari] num.44. [nulla exceptione obſtante] [remota omni exceptione] num.45.& ſeqq.& n.64 & ſeqq. vbi declaratur per caſu. [prout tibi videbitur] [arbitrio, ſeu iudicio tuo] nu.57. [ſit extra protectionem ciuitatis,& iudicis] nu.58 [mox ſtatim,protinus, incontinenti,illico,ſine mora,ſine interuallo, ſine vlla indificatione ſine vlla procraſtinatione,] nu.59. [celeriter] nu.61. [procedatur fide proceſſu] nu.62. [procedatur de plano] nu 63. [procedatur de facto] num.64. & ſeqq. [procedatur ſola facti veritate inſpecta] num.76 ſine lite, [ſtatim ex officio] nu.77. [tuam conſcientiam oneramus] q 17.lim 15 num 3

Clauſula [appellatione remota] operatur etiam in cauſa reconuentionis,q.17.lim.7.ſub nu.23

Operatur, vt non poſſit appellari, niſi exprimatur cauſa,q. 4.ſub nu 29.caſ.3

Operatur, vt excommunicatio,lata poſt appellationem, teneat q.17.lim.22.ſub n.56

Appoſita in commiſſione cauſæ in prima inſtantia,cenſetur repetita in commiſſione cauſæ appellationis, qu.17 lim. 47.memb.1.n.115

An operetur vt à ſubdelegato Papæ appelletur ad Papam,& non ad delegantem,q.7.nu.72

Tollit appellationem, q.16.lim.1.num.20.& ſeqq.Etiam in iudicio poſſeſſorio in quo poſſit de iure communi appellari, nu.26 & q.17.lim.6 memb.7.n.148. Et tollit tam reſpectu eius, cõtra quem impetratur, quam reſpectu eius, qui impetrat, d.lim.1.numer.27. Tollit reſpectu iudicis à quo,vt non teneatur deferre appellationi, n.97.& quando non tollat, num.100

Non operatur contra tertium, qu.16.lim.1.num.78.& qu. 17.lim 6.memb.4 num.42. Et poſita in medio literarum, vel in vno articulo, vel in fine, ad quæ ſe extendat, lim. 1.num 79. Non operatur in his, in quibus appellatio eſt ſpecialiter conceſſa à iure num.80.& 81.& qui ſint hi caſus, ſub num.100.verſ.caſus. An tollat appellationem ab interlocutoria, quæſt.17 lim.5.memb.7.num.31.& ſeqq. Non tollit,ſi iudex dolo malo,vel lata culpa ſententiam d.q.16 lim 1.num.83.ſub num.85 verſ ſubextende, & qu. 17.lim.6.memb.7.ſub num.76.verſ comprobatur. Item ſi adſit grauamen notorium, numer.84.Imò ſi conſtet euidenter de iniquitate ſententiæ, non tollit appellationem etiam ſi ſit appoſita de conſenſu vniuſque partis, ſub nu. 85.extenſ. 2. Secus ſi iniquitas appareat in re minima ſub eod nu.85.verſ.tempora. Item tollit,ſi offeratur probatio incontinenti ad iuſtificandam appellationem,nu.88 & q. 17.lim.6 memb.7.ſub nu.133.confirm. 1.In caſibus in quibus appellatur ex rationabili cauſa,d.q.16.lim.1.num.91. Item tollit ſolum appellationem friuolam, non autem legitimam, num.93 & 94. Et quid de iure ciuili, num.95. & ſeqq.Non tollit appellationem deuolutiuam,num.98. & ſeqq. & ſub nu.105. declar.15. Et quando tollat etiam deuolutiuam,num.85

Non tollit recuſationem iudicis,qu.16.lim.1.num.89.& 90. Neque ſupplicationem ad ſuperiorem, q.17.lim.15.nu.5. iuncto,num.3

Poſita in reſcripto nõ tollit ita efficaciter appellationẽ, prout tollit ius commune,& ſtatutum, q.16.lim.1.num 92

Solet apponi in vulgari, & vendibili reſcripto cõqueſtus, q. 16. li.

16.limit.1.ſub num.94. & ſub num.105.caſ.4
An, & quando operetur, vt iudex poſſit impune non deferre appellationi, q.18.limit.1.nu.101. & 102
Operatur, ne attentata reuocentur per viam attentati, qu. 16.limit.1.num.103. & quibus caſibus id non operetur, num.105
Inferior Principe, etiam ſi eſſet legatus de latere, non poteſt reſcribere cum clauſula (appellatione remota) quæſt.16. lim.1.n.106. & 109. Et quando poſſit, nu.110.& ſeqq.& 115.& ſub nu.116.ſubreſtr.3
Signatura gratiæ reſcribit cum clauſula (appellatione remota) q.16.num.86. Et quando reſcribat Signatura iuſtitiæ, num.87
Clauſula (omni, & quacunque appellatione remota) tollit omnino appellationem, q.16.lim.1.ſub num.96
Clauſula (quam & quas) operatur, vt commiſſio appellationis impetrata ante appellationem, teneat, qu.3 nu.5. Et vt iudex poſſit, omiſſo articulo appellationis, amplecti negotium principale, nu.6. Et appellans, deſerta cauſa appellationis, poſſit proſequi litem connexãcum prima, &c. nu.7. Non operatur prædicta, niſi coram iudice ſeruentur termini ſubſtantialia ſicut in prima inſtantia, nu.10. Non mutat iudicium cœptum, ſeu viam electam, &c. num.10. verſ confirmatur.
Clauſula (vna cum toto negotio principali) quid operetur, q.17 lim.47.memb.3 ſub nu.8.verſ.confirmatur, & clauſula (quam & quas) iuncta cum iſta ſortiua operatur, q.3. nu.9. Et quid operentur iſtæ clauſulæ, ſi cauſa committatur in curia d.lim.47 memb.3. nu.31
Clauſula (exequatur quatenus ſit locus conſtitutione ægidianæ in primis & ante omnia exequatur, ſin minus cauſam appellationis cognoſcat,) quando Signatura vtatur, q.17.lim.6.memb.7 ſub n 142.& 143
Clauſula (ſine præiudicio legitimæ executionis,) vtitur Signatura committendo cauſam appellationis ab obligatione camerali quæſt.17.lim.9.num.51.in fine.
Clauſula (ſine præiudicio legitimæ executionis,) appoſita in delegatione cauſæ appellationis, deuoluit ſine ſuſpenſione, quatenus ſit locus ægidianæ, qu.17.lim.6.memb.7. num.22
Clauſulæ (admitto appellationẽ ſi, & in quantum) vel (non admitto, niſi ſi, & in quãtum, &c.) eſt valde vtilis, & quoa effectua babeat, q.17.lim.6.memb.7.num.100
Clauſula (prout de iure) in commiſſione appellationis, quid operetur, q.12.num.35
Clauſula conſtitut, quid operetur, q 17.lim.6 memb.6.n.48
Clauſula (ſola facti veritate inſpecta) an, & quando tollat efficaciam iuramenti, &c.q.17.lim 47.memb.1.n.181
Clauſula (parito iudicato) ſine præiudicio trium conformium (ſine præiudicio rei iudicatæ) (ſine præiudicio legitimæ executionis) non retardata legitima executione licet non ſit poſita in commiſſione cauſa nulliraris, tamẽ iudex à quo poteſt procedere ad executionem, q.19.rem. 1.concl.4. num.9
Clauſula (ſine præiudicio rei iudicatæ) ponitur, quando nondum eſt facta executio, q.19.rem.1.concl.4.ſub num. 9.verſ.contra.
Clauſula (ſine præiudicio legitimæ executionis) ponitur, quando executio eſt facta, ſeu cœpta, d.concl.4.ſub nu.9 verſ.contra.
Clauſula (prout de iure) in commiſſione nullitatis importat, vt iudex poſſit exequi, non obſtante inhibitione iudicis, cui cauſa eſt commiſſa, q.19.rem.1.concl.4.rem.17
Clauſula ſine præiudicio termini, &c. vide in verb. Amiſſio.
Clauſula in medio vel in fine poſita an & quando referatur ad omnia præcedentia, q.16.lim.1.num.79
Clauſulæ acceſſoriæ, vide in verbo. Acceſſorium.

Clauſulæ in commiſſione reſtitutionis in integrum.

Clauſula (placet de reſtit. prout de iure,) q.19.rem.2.n.71
(Et ſi quid exequendum, &c. d.rem.2.num.77
(Procedat ad legitimam executionem) Sine præiudicio legitimæ executionis, n.78
(Parito iudicato) nu.100.108.112.116.118.119.121.verſic. contra.123 & 126
(Sine præiudicio rei iudicatæ) num.100
(Prout de iure) n.101.118.121.verſ.contra, & nu.129
(Sine retardatione) num 112
(Sine præiudicio vlterioris executionis.) ibidem.
(Refectis dumtaxat expenſis,) n.122.& 123
(Placet dimiſſa poſſeſſione tantum, & reſeruatis fructibus, & expenſis in fine litis, conſtito de oratoria paupertate,) num.128

Clauus.

Clauum clauo trudimus, q.13.ſub num.36.verſ.hæc ratio.

Clem. vt calumnijs.

¶ Clem. vt calumnijs, loquitur in nullitate per modum agendi quæſt.19.rem.1.concl.4 num.22. & concl.5.numer.2. Et non habet locum in nullitate notoria, ead.concl.4.ſub num.25.& ſeqq.

Clericus.

Clericus poteſt appellare pro condemnato ex crimine, qu. 5.num.45
A clerico feudatario ſecularis appellatur ad illum ſecularem, q.8 num.92
A clerico iudice delegato, ad illum Dominum ſecularem, q. 8.num.93
Clericus litigans in foro ſæculari non poteſt appellare ante latam ſententiam, niſi in caſu permiſſo de iure ciuili, qu. 18.ſub num.3
Venditor laudatus ab emptore, quamuis ſit clericus, tenetur ſequi forum emptoris, qu.7.ſub nu.123.verſ.moueor primo. Et quid ſi clericus, compareat ante conteſtationẽ litis, ſub eod.num.123.verſ.cæterum.
Hæres tenetur proſequi inſtantiam inchoatam coram iudice ſeculari, licet ipſe hæres ſit clericus q.7.ſub num.133. verſ.confirmatur.
Clericus ratione feudi, quod habet à ſeculari, ſubijcitur illius iuriſdictioni in concernentibus feudum, qu.8.ſub nu. 29.caten.1
Si agatur criminaliter contra clericum, Prælatus eius eſt iudex competens etiam ſi agatur de feudo, quod clericus teneret a domino ſeculari, q.8.ſub n.92 decl.2
Inuaſus poteſt etiam in foro conſcientiæ occidere clericum inuaſorem, ſi aliter ſe defendere non poteſt, & occidendo non incurrit irregularitatem, adeò, quod poteſt proſequi celebrationem, qu.16.ſub n.3
Clericus tarde allegans priuilegium clericatus, non auditur, niſi refectis expenſis qu.17.lim 21.num.69. Et quomodò teneatur & quando non teneatur ad expenſas, n.70
Clericus, inquiſitus, & remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, debet ſoluere expenſas, quæſt.17.lim.21.& 71
Clericus cameræ, vide in verbo. Camera.

Coacervatio ſummarum.

An & quando plures ſummæ ſeparatim petitæ vnico libello coaceruentur ad conſtituendam ſummam appellabilem, vide in verbo. Summa.

Cognatio.

¶ Nomen cognationis eſt æquiuocum, & quid ſignificet, qu. 1.num.11

Cognitio cauſæ.

¶ Proceſſus factus, non adhibita cauſæ cognitione in exceptione oppoſita contra proceſſum, eſt nullus q.17.lim.47. memb.1.ſub num.99

Cohæres.

Cohæres poteſt appellare à ſententia lata contra cohæredem, quæſt.5.num.68

Collateralis.

A collateralibus appellatur ad Capitaneum, q.8.nu.136. Sed à ſcutis decem infra, ſi ſententia ſit lata à Senatore, vel eius collateralibus, non datur appellans, q 17.lim.42.n.1. Siue cauſa ſit inter pauperes, inter diuites, num a Et ſiue appellatur ſuſpenſiue, ſiue deuolutiue, num.3. Et quando detur, num.5

Collecta & collector.

Condemnatus ad ſolutionem collectæ impoſitæ ab vniuerſitate an, & quando appellet, quæſt.17.lim.17.num.2.& 3.lim.35.num.7
A Collectore Papæ imponente ſubſidium, appellatur ad Papam, quæſt.8.num.27

Collegium.

Collegij rector, vide in verbo. Rector collegii.

Colluſio.

Colluſio Procuratoris in non appellando, an & quomodo præiudicet domino, q.12.n.129 & ſeqq.

Colonus.

Colonus condemnatus in iudicio poſſeſſorio poteſt appellare, q.17.limit.6.memb 8.n.18.verſ.ratio, vide in verbo. Conductor, & in verbo, Inquilinus.

Comes.

A Comite Orientis appellatur, q.16.nu.11. Et appellatur ad Illuſtrem Præfectum prætorio, & Illuſtrem. Quæſtorem Palatij, ſeu Illuſtriſſimam Præfecturam, q.8.nu.5

A Comitibus appellatur, q.16.n.9

Comes an poſſit dare iudicem cum clauſula (appellatione remota) q.16.limit.1.nu.111.113.& 114.& ſub num.116. ſubreſtr. 3

¶ Comes habet iuriſdictionem ordinariam, q.19.rem.1.concl.6.num.81

Comes Orientis eſt ſpectabilis, qu.8.num.4

Comminatio.

A comminatione de procedendo in caſa, non obſtante citati contumacia, non datur appellatio, q.5.n.106

A grauamine comminato per iudicem poteſt appellari, qu.5 num.114

A comminatione poteſt appellari etiam poſt lapſos decem dies, q.12.num.159

Commiſſarius Cameræ. Vide in verbo Camera.

Commiſſio cauſæ appellationis, & committere.

Commiſſio cauſæ appellationis non poteſt interpretari niſi prius appellatum ſit à ſententia lata, qu.3.numer.3. Fallit, quando in commiſſione eſt appoſita clauſula (quam, & quas) num.5. Sed tunc debet procedi, vt in prima inſtantia nu.10. Reliqua de iſta clauſula vide in verbo. Clauſula (quam & quas.) Et vide in verbo. Interponere. verſ. appellatione.

Commiſſio cauſæ appellationis poteſt impetrari etiam ſine mandato, vide in verbo. Impetrare.

Commiſſio appellationis præſumitur impetrata poſt appellationem, & non prius, 3.n.4

Commiſſio appellationis licet non contineat nomen iudicis à quo, tamen eſt valida, q.4.nu.45. Secus eſt ſi non contineat nomen iudicis cui committitur, n.50

Commiſſio reformatoria commiſſionis appellationis à ſententia lata in poſſeſſorio, datur, &c.q.17.limit.6.memb. 7.num.142

Commiſſionem reformatoriam commiſſionis appellationis in caſu non appellabili vtilius eſt dare, quam opponere de re iudicata coram iudice delegato, q 11 numer.193.& ſeqq.& 199.in fine.

Auditor cameræ poteſt procedere ad executionem obligationis formæ cameræ etiam non reformata commiſſione appellat. ſi in commiſſione non ſit facta expreſſa mentio obligationis formæ cameræ, q.14.n.29 & q.17.lim 9.n.59

Iudices ordinarij in Romana curia poſſunt ſine commiſſione executoriali exequi ſuas ſententias, à quibus non ſit appellatum, q.11.ſub n.173 verſ contraria.

In commiſſione cauſæ appellationis debet exprimi à diffinitiua, vel vim diffinitiuæ, &c.quæſt.17.limit.47.memb.1. ſub num.171

Commiſſio cauſæ appellationis ſignatur cum clauſula (prout de iure,) & quare, q.12.n.35

Appellans, cui iudex prorogauit terminum ad redeundum pro Apoſtolis, habet annum ad impetrãdum iudicem ſeu commiſſionem cauſæ appellationis, q.13 n.65

Licet de iure non poſſit impetrari commiſſio cauſę appellationis, pendente termino ad redeundum pro apoſtolis, tamen de ſtylo curiæ poteſt impetrari, q.13.n 67.& late, n.74.& ſeqq.& nu.79.& 81 verſ verum, & clarius q.14.nu.26. Et quid in commiſſione appellationis ab interlocutoria, num 31

Appellans in curia poteſt impetrare commiſſionem cauſæ appellationis, etiamſi non petierit apoſtolos, q.13.nu 68

Commiſſio cauſæ appellationis infra quantum tempus debeat impetrari, qu.14.nu.1 & ſeqq. Et in curia regulariter cauſa debet committi infra decem dies, n 6.& ſeqq Etiãſi ſit habitus terminus pro ſeruato, &c.nu.9.& ſeqq.& ſub n.38.verſ.his non obſtantibus, vbi redditur ratio. Vnde in curia appellans à die latæ ſententiæ habet ad minus viginti dies ad committendam cauſam appellationis, q 15. num.12.& 13. Et quando poſſit committi infra longius tempus, nu.25 32 & ſeqq & ſub num.36 verſ.ſecunda, & num 60.& ſeqq.& q.15.nu.176 Et quid ſi ſit appellatum à ſententia lata in partibus, d q.14.nu.48. & ſeqq Et quid ſi ſit appellatum in curia, ſed Papa cum cancellaria exiſtat extra curiam, nu.59

Iudex à quo poteſt breuiare terminum datum à lege ad cõmittendam cauſam appellationis, q.14.num.50

Iudex à quo poteſt appellari præfigere terminum ad cõmittendam cauſam appellationis, q.14.n.6.& 7. Et quid ſi non deferat appellationi, nu.15. Et deferendo, an poſſit præfigere ex interuallo, vel ſolum eodem contextu, n.21

Iudex non cogitur præfigere terminum ad committendam cauſam appellationis, q.14.n.22

Ad euitandam deſertionem cauſæ appellationis paria ſunt, quod commiſſio cauſæ ſit præſentata iudici ad quem, vel quod ſit in banno curſorum, q.14 nu.14

Dato termino ad committendam cauſam appellationis interpoſitæ in partibus ad curiam, ſufficit infra terminum arripere iter, q 14.ſub n.48

Quilibet etiam ſine mandato poteſt, impetrare commiſſionem cauſę appellationis, imò etiam excommunicatus poteſt impetrare, q.14.n 23. vide in verbo. Impetrare.

Commiſſio cauſæ appellationis ſubreptitia an valeat, & impediat iudicem à quo, ne poſſit procedere ad executionẽ, q.14.num.27.& 30

Regens cancellariæ prorogat terminum ad committendam cauſam appellationis, q.14.ſub n.36.verſ.ſecundo.

Regens cãcellariæ, habita fide à notario iudicis à quo, quod appellanti ſunt dati reuerentiales in forma, poteſt cõmiſſionem appellationis ſignare, & reſcribere abſq; Referendario, abſq; Præfecto Signaturæ, & ſine alicuius miniſtri remiſſione, & immediatè eam tranſmittere ad bannum curſorum, q.14.n.38: verſ.his non obſtantibus.

Regens cancellariæ apponit iudicem in commiſſione appellationis q.14.ſub n.38 verſ his non obſtantibus.

Regens cancellariæ, ſi non ſit repertus vel ſit repertus impeditus, appellans debet proteſtari, q 14.n.41

Commiſſio appellationis, in qua Regens cancellariæ fecit fidem, quod fuit ſibi præſentata, debet ſaltem die decima exhiberi in actis notarij iudicis à quo, &c.qu.14.ſub nu. 36.verſ ſecunda.

Commiſſio cauſæ appellationis, & quęlibet alia quo ordine detur, & expediatur, quæſt.14.ſub nu 38.verſ.his non obſtantibus.

Ad euitandam deſertionem cauſæ appellationis cõmittendæ, ſunt ea committere infra legitima tempora, vel vti debita diligentia committendi, q.14.n.33.& ſeqq.

Commiſſio cauſæ appellationis efficitur communis, q.14.n. 47.verſ. extende. Et ideò licet ſit impetrata ab appellato, tamen prodeſt appellanti, etiam ſi appellans citatus dixerit generalia contra, &c.ſub eod.num.47.ſubext.2. Licet etiam appellatio ſit deſerta quoad terminum præfixum ab homine, tamen poteſt appellans inhærere proſecutioni appellationis impetratæ ab appellato, ſub eodem, num. 47.declar.2

Commiſſio appellationis, impetrata ab appellato, præueniẽdo appellantem, non eſt nulla ipſo iure, ſed venit annullanda ope exceptionis, q 14.num.53

Licet is, qui allegauit iudicem ſuſpectum, & ab eius proceſſu appellat, non faciat committi cauſam appellationis, tamen ille proceſſus eſt nullus, q.14.n.62

Iudex, præfigendo terminum ad committendam cauſam appellationis, debet illum præfigere principali cauſam agenti, vel eius legitimo procuratori, qu.14.ſub num.62. verſ.aduerte.

¶ Signatura iuſtitiæ in commiſſione executoriali trium conformium reſcribit ſimpliciter, ſed in executoriali duarum reſcribit cum clauſula (quatenus ſit locus ſtatuto) q.17.lim.1.num.68. Et quomodo reſcribat ſuper executoriali ſententia lata in poſſeſſorio, lim.6 memb.7.ſub n. 142.& 143

Commiſſio executorialis an, & quando ſit neceſſaria in curia, q.11.num.172.& ſeqq.

In

Digitized by Google

In cauſa commiſſionis executorialis quo ordine proceda- tur, q. 11. n. 200

Reliqua vide in verbo Reſcriptum.

Commodatarius.

Commodatarius, qui negat dimittere poſſeſſionem rei com. modatæ, poteſt conueniri actione ſpolij, quæſt. 17. lim 6. memb. 6. ſub n. 38

Communis & Communitas.

Appellatio efficitur communis, q. 14. ſub n. 47. verſ. extende, & quæſt. 17. lim. 2. ſub n. 94. verſ. ratio Declaratur, quando efficiatur communis, limit. 21. n. 20. & ſub num. 25. & 30. Et quando non efficiatur communis, eo d. n. 20. 21. 23. 29 & 32

Communitas an habeat priuilegium legis vnicæ, C. quan. imper. &c. q. 7. ſub n. 30. verſ. extende.

Compenſatio.

Appellatio à non admiſſa exceptione compenſationis non ſuſpendit proceſſum in negotio principali, qu. 17. lim 47. memb. 2. n. 19

Competens & Competentia.

Appellatio ſimpliciter interpoſita ad iudicem competentem valet, q. 7 ſub n. 4. 5. 7. & 14

Ab interlocutoria ſuper competentia, vel incompetentia datur appellatio, q. 17. lim 6 memb. 7. num. 47. & 48 Et quid in cauſſa poſſeſſoria, num 49 Et datur appellatio etiam de iure ciuili, num. 50. & lim. 47. memb. 1 num. 174. & 157. Et etiam à tacita interlocutoria, & non appellando tranſit in iudicatum, d. lim. 6. memb. 7. n. 51. Sed an, & quando tranſeat in iudicium, diſtinguuntur plures caſus, n. 52. & ſeqq. Non tamen partes poſſunt appellare, ſi pronuncietur inter ipſos iudices, ſeu ſuperiores contendentes de iuriſdictione, & competentia, n. 66

Pendente termino ad appellandum, &c. vide in verbo. Terminus, verſ. pendente, in fine.

¶ Interlocutoria ſuper competentia, an contineat grauamen irreparabile, q. 17. lim. 6. memb. 7. ſub num. 47. verſ. ratio, & ſub num 48. Et lata ſuper incompetentia, vel competentia dicitur habere vim diffinitiuæ, lim. 47. memb. 1. n. 174. & 175. Et iudex declarando ſe incompetentem, non poteſt eam reuocare, q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 44 & 51. Et reuocando nulliter reuocat, n. 52. Et delegatus non poteſt reuocare etiam de conſenſu partium, num. 53. Et quid ſi declarauerit ſe competentem, num. 54 Ordinarius tamen poteſt eam reuocare, n. 55. Dummodo non pronunciauerit ſe incompetentem ſuper negotio principali numer. 57. Etiam ſi ſit delegatus, eo l. num. 59. in fine. Poteſt etiam reuocare executor, acceſſoriè datus pro executione gratiæ, n. 60

Complicatio.

Complicatis duabus cauſſis, attenditur ea, in qua datur appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 9. n. 24 & ſub n. 84

Compromiſſum.

Compromiſſum, factum pendente tempore ad appellandum non retardat curſum decem dierum ad appellandum, qu. 12. n 110. Sed retardat curſum fatalium, q. 15 n. 105 & ſeqq. Etiamſi in compromiſſo ſit deductum negocium principale, & non cauſſa appellationis, n. 111. Et quando non retardet, n. 112. & ſeqq.

Licet compromiſſo ſuſpendantur fatalia, tamen pars poteſt proſequi cauſſam appellationis, &c. q. 14. n. 119. & ſeqq. in quibus de pœna compromiſſi.

A ſententia, cauſſam eſſe, vel non eſſe compromittendam, datur appellatio q. 17. lim. 47. memb. 1. ſub n. 198. exempl. 14. Et quando non detur appellatio, n. 200

Pendentia compromiſſi non tollit iuriſdictionem iudicis, ſed tamen pars, quæ adiret iudicem, incurreret pœnam compromiſſi q. 15. ſub n. 119 & 121

Pendente compromiſſo, non currit terminus datus ad probandum, q. 15 n. 323

Interlocutoria de faciendo, vel non faciendo compromiſſum, habet vim diffinitiuæ, q. 17. lim. 47. memb. 1. num. 197. verſus finem.

Compromiſſum, & laudum inde ſequutum poſt rem iudicatam ſunt nulla, q. 15. n. 200

Citatio non eſt neceſſaria in prorogatione compromiſſi, qu. 15 n. 222

Compromiſſum non poteſt prorogari vltra tempus compromiſſi, quæſt. 15. n. 227. in fine.

Compromiſſum non retardat curſum inſtantiæ, q. 15. ſub n. 322. & 323

Licet quis ſemel voluntariè compromiſerit, tamen non poteſt iterato cogi ad compromittendum, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 126

Conciliabulum.

¶ Concilium non legitimè congregatum dicitur conciliabulum, q. ſub n. 110. verſ. declara.

Concilium.

A Concilio non appellatur ad Aud C. q. 8. ſub n. 99

A Conc. Prouinc. appellatur ad Papam, q. 8. n. 100

A Concilio generali appellatur ad Papam, præcipuè ſi non fuerit legitimè congregatum, qu. 8. ſub n. 100. ampliat. 2. Limitatur ſub eod. n. lim. 1. & ſeqq.

A Concilio in quo Papa præfuit perſonaliter, non appellatur, q. 8. n. 110 lim. 1. & q. 16. lim. 2. n. 1

A Conc. gen. legitimè congregato ſuper contentione Papatus non datur appellatio, q. 8. ſub n. 100. lim 2

A Papa non poteſt appellari ad concilium, vide in verbo. Hæreticus, verſ. aſſerens.

¶ Concilium celebratum auctoritate Papæ an habuerit iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, qu. 8. ſub num 99. ſub declar. 2

Concilium Prouinciale quod dicatur, q. 8. ſub num 100. verſ. Concilium prouinciale.

Concilium Synodale quod dicatur, ſub eod. n. 100 verſ. concilium Synodale.

Concilium non legitimè congregatum, non habet iuriſdictionem, q. 8. ſub n. 100. verſ. declara.

Si quod dubium emerſerit in his, quæ decreta ſunt in Concilio generali, Papa cognoſcit, quæſt. 8. ſub num. 100. verſ. tempera.

Concilium generale, maximè ſi præeſt Papa non poteſt allegari ſuſpectum, q. 16. lim. 1. ſub n. 17. verſ. concilium.

Concluſio.

Concluſio in cauſſa appellationis non eſt neceſſaria, q. 11. ſub n. 44 verſ. concluſio.

Concluſio facta in prima inſtantia non ſe extendit ad cauſam appellationis, & ideo poſſunt examinari teſtes, qu. 11. ſub n. 104. à ampl. 2

Facta concluſione in cauſa an, & quando appellatio efficiatur deſerta facto iudicis & quando facto partis, & quid ſi ſit mortuus iudex, & an ſufficiat inſtantia facta pro ſententia coram prædeceſſore, qu. 15. n. 115. & 126. Et quid ſi iudex tenuerit terminum pro ſeruato, n. 127

Vide in verbo. Attentare, verſ. reuocare.

Concordia.

Teſtes contrarij confeſſioni reducuntur ad concordiam, qu. 17. lim. 4. ſub n. 54 confirm. 1

Confirmatus & condemnatio.

Condemnato appellante, victor non poteſt appellare, q. 17. lim. 2. n. 1. Et ideo ſi reus condemnatus in quinque, & abſolutus ab alijs quinque appellet, actor non poteſt appellare ab abſolutis quinque, n 6. & 17. Secus eſt in curijs Franciæ, n. 18. Secus etiam eſt, quando ſententia continet capitula ſeparata, & appellatio eſt limitata in parte, & partibus, n 19 Reliqua vide in verbo. Capitula, & in verbo. Expenſæ, verſ. victor.

Condemnatus in cauſſa criminali an, & quando audiatur appellans, & debeat ſe conſtituere in carceribus, q 17. lim. 48. n. 17. 18 28. & 30

De omiſſa condemnatione vide in verbo. Omiſſa.

Condictio triticaria, indebiti incerti, ſine cauſa.

In condictione triticaria an detur appellatio, quæſt. 17. lim. 6. memb. 6. n. 20. verſus finem.

Coacto executiuè ad ſoluendum, nulla admiſſa exceptione, datur condictio indebiti ad repetendum, qu. 16. lim. 1. ſub n. 49. & q. 17. lim. 2. n. 36

Condictio indebiti eſt remedium recuperandæ poſſeſſionis, & qui de ea ſcripſerint, q. 17. lim. 6. memb. 1. n. 30. Et competat quid requiratur, memb 6. n. 19. in fine. Et cui competat, n. 22 & 23

Condictio triticaria eſt ſpecies recuperandæ poſſeſſionis, & qui de ea ſcripſerint, q. 17. lim. 6. memb. 1 n. 29. Et vt competat

petat

petat qui requiratur, memb.6.n.19.in fine. Et cui, & contra quem detur, n.20 & 21

Condictio incerti eſt ſpecies recuperandæ poſſeſſionis, & qui de ea ſcripſerit, d.lim.6.memb.1.n.36. Et vt competat quid requiratur, memb.6 n.19.in fine.

Condictio ſine cauſſa eſt recuperandæ, & qui de ea ſcripſerint, eod.memb.1. num 48. Et cui & contra quem detur, memb.6.n.18.& 19

Condictio indebiti, triticaria, & ſine cauſſa differunt ab alijs remedijs poſſeſſorijs, q.17.lim.6.memb.6.n.19 & ſub n.24. vrſ.neque.

Condictio indebiti.vide in verbo.Renunciatio.

Conditionalis appellatio.

Appellatio conditionalis (appello, niſi reuocaueris grauamen) valet, q.5 n.109

Appellatio à ſententia quatenus contra valet, q.5.n.111.q.12. ſub n.38.declar 1.& n.39. Et de vtilitate huius appellationis, ne appellatus poſſit ea vti latè q.17.lim.21.& 29 Et in curia praxis huius appellationis fuit ex neceſſitate inuenta, cum iudices pronuncient, prout in cedula, ſeu terminũ habeant pro ſeruato, n.23.& 24. Sed non in foro capitolino, ſub eod.n.24.in fine. Et quid ſeruet Signatura de iſta clauſula (quatenus contra) ſub n.18

Appellatio extraiudicialis conditionalis an valeat, q.5.n.115.

Appellatio conditionalis à futuro grauamine eſt nulla, q.14. ſub n.10.oppoſ.2. Vnde non tenent hæ appellationis (oppono exceptionem ſubreptionis contra reſcriptum, & quatenus iudex procedat in cauſſa, appello) q.5.n.103. (Ex nunc, prout ex tunc appello, niſi admiſeris exceptiones meas) n.104. Pero quartam productionem cum ſolemnitate legali, quam ſi vos domine iudex denegaueritis appello) n.105. Et licet poſtea veniat caſus, in quo appellauit, tamen appellatio non reconualeſcit. n.108

A ſententia etiam conditionali appellari debet infra decem dies die ſententiæ, & non à die conditionis, qu.12. n.111. & 113. vbi limitatur, & de initio eius fatalium, q.15. ſub n.174

Conductor.

Conductor, condemnatus ad dimittendam poſſeſſionem, non appellat, q.17 lim.6.memb.6.num.37. Imo nec ia, in quem conductor alienaſſet, etiam ſtante ſtatuto, quod &c.memb.n.55

Conductor etiam ad longum tempus condemnatus in poſſeſſorio poteſt appellare, q.17.lim.6. memb.8. n.24

Vide in verbo. Inquilinus.

¶ Conductor non poteſt reficere quæſtionem dominij, & poteſt ſummariè & executiuè conueniri, q.17.lim.6. memb. 6.ſub n.37.verſ.ratio.

Conductor quomodo poſſit agere de ſpolio, qo.17.lim.6. memb.6.n.50.& 51

Confeſſio & confeſſus.

Procuratoris confeſſio non impedit appellationem, qu.17. lim.4.n.67.& ſeqq.in quibus extenditur.

Licet appellatus confiteatur fuiſſe appellatum, tamen appellans tenetur docere, fuiſſe appellatum infra legitima tempora, qu.12.n.42. Imo licet confiteatur de non iure ipſius appellati, & de bono iure appellantis, tamen niſi appellans doceat, fuiſſe legitime appellatum iudex non poteſt procedere, n.62. & ſeqq. Etiam ſi appellatio eſſet deuoluta ad Papam, n 63

Confeſſus regulariter non appellet, q.17.lim.4.n.30.Hocque eſt verum tam de iure canonico, quam de iure ciuili, n. 31.& 32.Et præſertim in criminibus grauiſſimis, n.33. Et generaliter in omnibus delictis, n.34. Et ita de conſuetudine, lim.48.n.12 Et ſecundum motus proprios, quando eſt impoſita pœna pecuniaria, n.13 & d lim. 4.n.34. Et etiã in cauſſa ciuili, n.35 Et præſertim ſi confeſſus acquieſcat ſententiæ, n.36. Et iam ſi exprimeret cauſſam appellationis, n.37.Et confiteatur poſt litem conteſtatam, n.38.& 39 Si defunctus confeſſus eſt vſuras, & rapinas hæres non appellat, n.40. Si defunctus confeſſus ſit coram Epiſcopo, ſeu Vicario, promiſeritque eas reſtituere n.41 Secus eſt in confeſſione ficta n 42.confeſſus non appellat, etiam conſideratis conſtitutionibus Marchiæ n.43. Et motibus proprijs, n.44

Poteſt appellare ſi confeſſio emanauerit metu tormentorũ, n.45. & 46. Si exprimat rationabilem cauſſam, ſub n.30. verſ.hæ opiniones, & n.47 & ſeqq. & n.51. Dummodo ex actis non conſtet de contrario, ſub n.48.verſ. ſub declara, & licet iudex à quo non teneatur deferre appellationi, tamen appellatio in ſe eſt valida & deuoluit, etiamſi in ea non ſit cauſa expreſſa, n.55. Poteſt appellare ſi ſit confeſſus poſt ſententiam, n.59. Si ſit ficto confeſſus, ſed cum diſtinctione, n.60.imo ſine diſtinctione in Ciſtria.& in foro capitolino, n.63. Declaratus pro confeſſo poteſt à declaratoria appellare, n.64.Sed non in foro capitolino, num.66. Confeſſio procuratoris non impedit, quando principalis poſſit appellare, n.67.& ſeq.

Contumax reputatus pro confeſſo, &c. vide in verbo. Contumax.

Confeſſus & conuictus non appellat, q.17.lim.4.n.3.& ſeqq. Præſertim in quinque criminibus exceptis, n.6. Et in omnibus delictis cuiuſuis ſpeciei ſint, n.7. Etiam ſi ageretur de delicto non conſummato, n 13.Neque in cauſſis ciuilibus, n.9.& 12.Item non appellat, ſiue ſit confeſſus ante litem conteſtatam, ſiue poſtea, n.14

Poteſt appellare, ſi exprimat rationabilem cauſſam, & probationem offerat incontinenti, ſecus ſi non offerat, d.lim. 4.n.15.& 16 reſt.1.& n.54.Si ſit confeſſus metu tormentorum, n 17.& 18.Non tamen ſi tortura fuerit leuis, n.19. Vel ſi perſeuerauerit, n.20.& 22.Si probationes ſint ſemiplenæ, n.23. & ſeqq. Licet iudex à quo non teneatur deferre appellationi confeſſi & conuicti tamen ſi iudex aliquem inhibuerit, an, & quando tunc debeat ſuperſedere, n.26.Item licet non teneatur deferre, ſi tamen detulerit ſuſpenditur eius iuriſdictio, n.27.In Regno Franciæ confeſſus, & conuictus appellat, n.28.Fictè confeſſus, & conuictus appellat, ſub n.60.confirm 1.& lim.48. n.17. Confeſſio procuratoria non impedit, quin principalis poſſit appellare etiam ſi eſſet conuictus d. lim.47

Confeſſus ſub qua forma debeat appellare, q.17. lim.4. n.48. in fine, declar.2

Confeſſio ſpontanea, & confeſſio metu tormentorum ſed perſeuerata æquiparantur, q.17.lim.4.n.20

¶ Confeſſio perſeuerata ſeu ratificata quæ ſit, q.17.lim.4. n.21

Confeſſio, quæ habet incomitantiam teſtium probantium ipſam confeſſionem, non recipit probationem in contrarium, & non poteſt impugnari de errore, eod.lim 4.ſub n. 4.verſ contra id.

Teſtes contrarij confeſſioni non reducuntur ad concordiam, d.lim.4.ſub n.54.confirm.1

Confeſſio ſanat omnes defectus proceſſus, q.11.n.139. Si ſit vare confeſſio, & non ficte n.104.Et præter defectum iuriſdictionis, q.12.n.65.& 66 & q.19.rem.1. concl.5. num. 61.& 62

Confeſſio facit maiorem probationem, quam publicum inſtrumentum, q.7.lim.9 ſub n.10.ver.limita.

Poſtquam iudex declarauit aliquem pro confeſſo non poteſt hanc interlocutoriam reuocare, q.17.lim.47.memb.1. num.64

Confinia.

A ſententia lata in cauſſa poſſeſſoria ſuper confinibus antiquis inter duas vniuerſitates, datur appellatio, q.17.lim.6. memb.7.n.4

Confirmans confirmare.

A iudice electo, & confirmato non appellatur ad eligentem, ſed ad confirmantem, q.8.ſub n.20.verſ.à iudice.

Iudex ad quem non poteſt confirmare ſententiam latam ſuper inepto libello, q.11. n.24. & ſeqq. & n.153. Et quando poſſit, n.137.& ſeqq.

Iudex appellationis an, & quando poſſit confirmare ſententiam nullam, omiſſo articulo nullitatis, q.11.num.114. & ſeqq.

Confirmata ſententia nulla, & non appellato à confirmante, non poteſt amplius dici de nullitate ſententiæ confirmatæ, q.11.n.115.& ſeqq & vide, q.17.lim.1.ſub n.24.& lim. 6.memb.9.ſub n.11 & q.19.rem.1.concl.5. ſub n.54. verſ. confirmatur.

Aliud eſt confirmare, pronunciando benè iudicatum, quia tunc ſi non appellatur, non poteſt vlterius dici de nullitate ſententiæ confirmatæ, & aliud eſt ſententiare, malè appellatum quia iſto caſu licet non appelletur, tamen poterit

Digitized by Google

ſit dici de nullitate,q.17 lim.6.memb.9. n.11. & ſub n.12. verſ.nec obſtat.

Licet quis non poſſit appellare ab interlocutoria eo,quod ſint lapſi decem dies, tamen ſi iudex requiſitus pro reuocatione,denuo confirmet,tunc poteſt appellare, q.12. n.90

Conformes & difformes ſententiæ.

A ſententia,quæ pronunciat,ſententias eſſe conformes,an detur appellatio,q.17.lim 1.n.49

¶ Sententia dicitur conformis cum prima,etiam ſi ſit tertia,& non ſecunda,q.17.lim.1.n.20

Sententiæ conformes,quæ dicantur dicta lim.1. num.12.& ſeqq.in quibus dantur multa exempla.

Sententiæ poſſunt in aliquo articulo ſeu ſumma eſſe conformes.& in aliquo difformes,ead.lim.1.n.31.& ſeqq.vbi dantur exempla.

Sententiæ difformes in aliquo,quæ ſint,q.17. lim 1. n.32. & ſeqq.

Sententiæ difformes,quæ dicantur,ead.lim.1.n.37.& ſeqq.

Si ſecundus iudex dicat,male iudicatum à primo iudice, ſed tamen ex nouiter productis eam confirmet, & tertius confirmet hanc ſecundam,an dicantur tres ſententiæ conformes q.17.lim.1.n.28.& 30

Coniugata.

Appellatio,& appellare ſunt coniugata q.1.n.6

Argumentum a coniugatis valet,q.1. n.6

Coniunctus.

Coniunctus poteſt cum cautione de rato appellare ſine mandato,q.5.n.66

Connexa & connexitas.

Iudex appellationis poteſt cognoſcere, & iudicare etiam parte non inſtante,ſuper annexis notoriis,qu.11.ſub n.34. verſ.declara,& ſeqq.

Articuli connexi,in quib. appellatio ab vno ſuſpendit etiam in aliis,qui ſint,q.17.lim.47.memb.2.n.3. & ſeqq.

Licet ab aliquo articulo non detur appellatio, an tamen detur,ſi ſit connexus cum articulo appellabili, qu.17.lim 6. memb.9.n.24.25.& 27 & lim.47. memb.1. n.118

Connexitas in ratione appellandi non conſideratur in verbis,ſed conſideratur ex parte rerum,q 17. lim 6. memb.9. n.36 Et relinquitur arbitrio iudicis, lim.47.memb 1. ſub num.119

Capitula connexa. vide in verbo capitula.

¶ Connexitas quæ cauſat ſuſpenſionem totius iuriſdictione, eſt triplex,q.17.lim.47.memb.2.n.10

Connexa reputantur,vnum,qu.17. lim.21.ſub n.25 Et quæ dicantur,connexa,ſub n.30

Conſcientia.

A ſententia iudicis, cui cauſſa eſt commiſſa cum clauſula (tuam conſcientiam oneramus) non datur appellatio, q. 17.lim.15.num.3. Poteſt tamen recurri ad ſuperiorem per viam ſupplicationis, n.5. Et poteſt appellari ſi conſcientiæ ſit additum aliquod verbum,reſpiciens iuſtitiam, n.6. Si cauſſa ſit magni præiudicii n.7. Et demum,data læſione, poteſt implorari officium iudicis, n 8

¶ Is,cuius conſcientia eſt onerata,an teneatur iurare,quod ita ſibi dictat conſcientia,q. 17.lim. 15.n.9

Conſenſus.

Si appellatus conſentiat appellationi, appellatio tenet, etiam ſi alias non teneret,q.17 lim.6.memb 7. n.83. Et quando pars dicatur appellare de conſenſu alterius partis,n.85.Et quando de non conſenſu,n.84. & 86

Conſenſus præſtitus in prima appellatione,an porrigatur ad ſecundam,q.17.lim.6.n 7.n.86

Iudex, ad quem eſt appellatum ab interlocutoria, an & quando poſſit, omiſſo de conſenſu partium articulo appellationis procedere in negotio principali, qu.17.lim.47. memb.3.n.9.& ſeqq.

Fatalia an,& quando poſſint partium conſenſu expreſſo,vel tacito prorogari,q.15.n.117

Conſequens.

¶ Qui vult conſequens, vult & antecedens, quæſt.2. num.26. in fine.

Conſeruatores Vrbis.

Conſeruatores Vrbis per viam querelæ cognoſcunt de ſententiis Conſulum artium, à quibus appellari prohibitum eſſet,q.8.ſub n.134.& q.19 rem.3,n.15

Conſiliarii.

A Conſiliariorum Principis ſententia non appellatur, q.16. lim.4.n 3.& 4.lim.21 n.1

Conſilium.

A ſententia, quam iudex profert ſecundum conſilium Principis,an poſſit appellari,q.16.lim.1.n.138. & ſeqq.

A Conſilio Neap.non appellatur,q 16. lim.4.ſub num.6 verſ. quanto extat,& lim.15.n.1.& 2. Appellatur tamen ad Papam, ſi eius ſententia contineret notoriam iniuſtitiam, &c.n.3

Conſilium generale Lucenſe cognoſcit iniuſtitiam ſententiæ Prætoris in cauſſa inappellabilis,qu 8. ſub n.120. verſ. ſed hoc.

A Conſilio generali Reip.Lucenſis non datur appellatio, q. 16 lim 4.ſub n.6. verſ.quinto extat.

Sapientis conſilium an ſit concedendum in articulo admittendæ appellationis,q.11.n.7

Commiſſa cauſſa conſilio ſapientis,fatalia interim non currunt,q 15.n.108

Fatalia currunt etiam in conſilio Neapol.q.15. n.134

A ſententia lata de conſilio ſapientis ex conſenſu partium, datur appellatio,q.17 lim.12.n.1. & 2. Etiam ſi ipſæ partes elegerint ſapientem,ſub eod. n.2.exterſ.1. Et conſenſerit puncto formam, exterſ.2. Et iudex teneatur ſequi conſilium, n.3. Et parte poſt redditum conſilium requirant iudicem,vt ferat ſententiam,n.4. Et requirant, vt ferat ſecundum illud conſilium,num. Et ſciant quid continetur in illo conſilio,n.10 Et conſentiant de ſtando ſententiæ ſecundum conſilium,n.5. Et conſilium eſſe apertum, n.6.Dummodo ſit ſententia diffinitiua, non autem interlocutoria,n.7. Et dummodo non ſit notus tenor voti, & adhuc promitterent ſtare ſententiæ, n.8. Non tamen daretur appellatio, ſi partes promitterent ſtare conſilio ſapientis,qualecunque ſit,n.11.Si conſilium eſſet factum de voluntate partium, num.12. Si habita certa notitia, quod conſilium non eſt iuſtum, conſenſerint nihilominus, quod ſententia feratur,ſecundum illius tenorem, n.13. Si pronuntietur, cauſſam eſſe committendam conſilio ſapientis, n.14

A ſententia, lata de conſilio iuriſperitorum, non poteſt appellari poſt lapſos decem dies,q. 17.lim.12 n.16

¶ Sententia,lata de conſilio ſapientis,ſeu peritorum,non tranſit in rem iudicatam, q.17 lim.12. ſub n.16. verſic.contrarium.

Sapientis eſt mutare conſilium in melius,q 17.lim.47.memb. 1. n.33

Conſtantinus.

¶ Conſtantinus Imperator vniuerſum occidentem donauit Siluestro Papæ,&c.q 8.n.110

Conſtitutum.

Condemnatus vigore conſtituti ex remedio, l.fin. C.de acquir.poſſeſſ.non appellat,q.17.lim.6.memb.9.ſub num.80. verſ.in hac,& n.92.& ſub n.100. Appellat tamen,quando diſputaretur de validitate contractus, ſeu conſtituti, ſub eod.n.100

¶ Conſtitutum,vide in verbo. Clauſula conſtituti.

Conſuetudo.

Conſuetudo non poteſt inducere, vt à maiori appelletur ad minorem.q.2. n.6.& ſub n.27.verſ.contra,& num.28.vbi declaratur. Neque quod ab æquali appelletur ad æqualem,eod.n.6.& 9. Etiamſi fictè tantum ſit æqualis, n.11

Conſuetudo poteſt inducere, vt iudex alias minor ſit maior in actu appellationis,q 2 n.26

Conſuetudo, deferendo alicui appellationem, an faciat illum maiorem,q 2 ſub n.27. verſ.contra.

Conſuetudo, deferendo alicui appellationem, præſumitur ſcienter eam deferre,q 2.ſub n.28. verſ.difficultas.

Valet conſuetudo,quod poſſit appellari, omiſſo medio, q.7. num 93

Conſuetudo non poteſt inducere,vt à Vicario appelletur ad Epiſcopum,q.8.n.59

Conſuetudo poteſt tollere appellationem,q.17.lim.48.ſub n. 1.& ſeqq.& n.9.& 12

¶ Conſuetudo, vt minor habeat iuriſdictionem contra maiorem,non valet,q 2 ſub n 6.verſ ratio.

Conſuetudo non poteſt tollere ſubſtantialia actus, & ſaluate

Digitized by Google

re actum,q.2.ſub n.6. verſ.ratio rationis.

Iudex, ſi in arbitrarijs non ſequitur conſuetudinem, facit litem ſuam,q.14.ſub n.35

Conſul & conſules.

A Conſulis delegato appellatur ad Præfectum,q.2.n.25

A Conſulibus agricultitæ an, & quomodo appelletur,qu.8, num.113

A Conſulibus artium appellatur ad capitaneum,q.8. n 134. Et in cauſſis non appellabilibus habetur recurſus ad conſeruatores,q.19.rem 3. n.15

¶ Conſul eſt maior Præfecto,q.2.n 25. Hoc eſt verum quantum ad dignitatem , ſed non quantum ad adminiſtrationem,n.30

Conſultatio.

Ab interlocutoria de conſultatione facienda non datur appellatio,q.16.lim.1.n.139

Conteſtatio litis.

Appellatio reponit appellationem in ſtatu, in quo erat tempore litis conteſtatæ,q.3.n.84.& q.11. ſub n.45.extenſ.4. Declaratur,ſub n.46. verſ.vnum.

Conteſtatio litis in cauſſa appellationis non eſt neceſſaria,q.11.n.37 & ſeqq. in quibus declaratur.

¶ In cauſſis ſummarijs litis conteſtatio non eſt neceſſaria,q.15. num.245

Conteſtatio litis requiritur in iudicio poſſeſſorio,qu.17 lim. 6.memb.1. n.60. Et in iudicio recuperandæ poſſeſſionis, non tamen in reuocatione attentatorum, lim.47.memb. 1.n.137

Continentia cauſſæ.

¶ Cauſſæ continentia non diuiditur,qu.17.lim.47.memb.3.n. 26.& q.19 rem.1.concl.6. ſub n.2.verſ. capio.

Contractus.

In contractu non datur appellatio,q.17.lim.28.n.1

Condemnatus in iudicio poſſeſſorio ex contractu præambulo poteſt appellare,q.17.lim.6.memb.8. n.11. & memb. 9.n.78 81.& ſeqq.in quibus declaratur.

Condemnatus ad reſtituendam poſſeſſionem propter nullitatem contractus poteſt appellare, qu.17.lim.6. memb.9. num.63

¶ Qui petit ſibi reſtitui rem, quæ non poteſt reſtitui, non reſciſſo contractu,cenſetur petiiſſe reſciſſionem,qu.17.lim. 6.memb.9. n.71

Statutum habilitans contractus initos cum filiisfam.mercatoribus non habilitat contractus extra negutium mercaturæ,q.17.lim.16.ſub n.5

Nullitas contractus iurati non retardat executionem illius contractus,q.19.rem.1 concl 5. ſub n.3a

Contradicta.

Vide in verbo. Citatus domi.

¶ Proceſſus per contradictas non poteſt fieri, niſi anteceſſerit citatio perſonalis,q.12.ſub n 16

Citatio per contradictas in quo differat à citatione per ædictum,12.ſub n.17

Contumacia procuratoris.

Contumacia vera procuratoris non excludit dominum à facultate appellandi, dummodo appellet infra decem dies, q.12. n.120. Et quando poſſit appellare infra decem à die notitiæ, n.123. Et quid ſi procurator eſt ſoluendo, n.124. & ſeqq.

Contumacia procuratoris in non appellando nocet etiam in cauſſa matrimonii,ſtatus,infamiæ, & in cauſſa beneficiali,q 12.n.122

¶ Sententia,lata in contumaciam, facit numerum, & dicitur conformis,q.17.lim.1.n.27

Contumacia vera eſt delictum, qu.17.lim.3. ſub n 8. verſic. ratio.

Iudex, interponendo primum decretum, tacitè pronunciat ſuper contumacia,q.17.lim.6.memb 9. n.70.in fine.

Contumax.

Contumax verus non appellat,q.17.lim.3 n 1 & ſeqq. Quis non dicitur grauatus,q.5.n.96.Sed ne poſſit appellare,debet citari peremptoriè d.q.17. lim.3. ſub n.3. verſ.requiritur.Et prohibetur appellare a quocumque actu,in quo ſit verè contumax,n.4. Etiam ſi ſit contumax in citatione ad ſententiam, n.5. Et quamuis ſententia de ſui natura non ſit tranſibilis in rem iudicatam, n.6

Caſus,in quibus poteſt appellare, ſunt, quando procurator eſt vere contumax, quia tunc poteſt appellare principali, num.8.Sed debet appellare infra decem dies à die ſententiæ,q.12. n.118.& 120. Item ſi lex fingat aliquem actum poſitiuum contra vere contumacem,n.10 Minor,mulier & ruſticus, licet ſint verè contumaces, poſſunt appellare, n.11. De obſeruantia Rotæ etiam vere contumax poteſt appellare,num.12.Hæcque obſeruantia procedit etiam in locis,in quibus ſeruantur conſtitutiones Marchiæ, n.13. Et ſiue fuerit contumax apparenter tantum, ſiue etiam exiſtenter, n.14. Non tamen procedit hæc obſeruantia quando appellatus, & intimatus proſequitur cauſſam in contumaciam appellantis, quia tunc appellans vere contumax non appellat,n 15.Item vere contumax appellat,ſi compareat incontinenti,&c.n.16.Appellat etiam ſi ſit vere contumax in non agendo,num 17.Et is,qui fuit contumax in non proſequendo appellationem,& poſtea grauatur,&c. n.18. Appellat etiam in his,quæ veniunt ex accidenti, n.19

Contumax in non reſpondendo poſitionibus, ideoque declaratus pro confeſſo,& conuicto poteſt appellare,q.5.ſub n 91.comprob.1.& q.17 lim.3.ſub n.10 Hoc non procedit in capitolino,d.q.5.ſub eod.n.91.declar.3.fol.65.In curiis Franciæ,ſi fuerit impeditus,admittitur ad reſpondendum,eod.n.91.declar.5.Et quod ſuperſit remedium,ſi ſtatutum prohibeat appellationem,ſub eod.n.91. verſ.ſubdeclar.fol.65

Contumax in non recognoſcendo ſcripturam manus ſuæ, & ideo, ea habita pro recognita, condemnatus, an appellat,q.17 lim.4.ſub n.61

Contumax in non iurando de calumnia,ideoque declaratus pro confeſſo & conuicto,poteſt appellare &c. qu.5.ſub n. 91. comprobat. 2. Extenditur, vt procedat in ſtatuto Lucenſe, quod prohibet, appellari à ſententia proferenda contra recuſantem iurare de calumnia ſub eod. n.91. decl. 4.Et quod ſuperſit remedium,ſub eod.n.verſ ſubdeclara, fol.65

Contumax in non exhibendo poteſt appellare,qu.17.lim.3. ſub n.19. verſ.de contumace.

Contumax ob veram contumaciam mulctatus poteſt appellare,q.17.lim.3.ſub n.19

Contumax fictus poteſt appellare quandocumque infra decem dies à die notitiæ,q.12.n.14. & ſeqq. Reſtringitur, & limitatur,n.19.& ſub n.23

Contumax fictus tenetur appellare infra decem dies à die intimatæ ſententiæ,q.12.n.25.& ſeqq.

Contumax à primo decreto, quo aduerſarius eſt miſſus in poſſeſſionem,non appellat,q.17.lim.6.memb.4. n.123

¶ Contumax,largo,impro vocabulo, dicitur rebellis, q.17.limit.n.2

Non auditur, niſi refectis expenſis, etiam ſi habuerit iuſtam cauſſam litigandi,q.15.n.308 & q.17.lim 21.n.67.& ſeqq.

Non cenſetur conſentire in iuriſdictionem iudicis,q.16.lim. 1. n.124

Non poteſt allegare litiſpendentiam, ſeu præuentionem,q. 17.lim 47.memb.3.n.9.verſus finem.

Verus contumax qui dicatur,q.17.lim.3 n. Et qui fictus, q. 13.& ſeqq.

Vbi iudex pronunciauerit, contumacem haberi pro confeſſo,iudex non poteſt reuocare hanc interlocutoriam,q.17. lim 47.memb.1 ſub n.64

Contumax an,& quando poſſit ſimul declarari contumax, & condemnari diffinitiue,q.5. ſub n 91. verſ.infero.

Conuictus.

Conuictus teſtibus, contra quos nihil ſit oppoſitum, poteſt adhuc appellare,q.17.lim 4.n.72. & 73. Etiam ſi conuinceretur per famam,n 74 Et quamuis teſtes ſint publicati, n.74.In aliquibus tamen delictis non appellat, num.76. & ſeqq Et quid ſecundum ſtatuta plurium locorum, & generalem conſuetudinem,lim.48.n.9

Conuictus & confeſſus. vide in verbo confeſſus, & conuictus.

Conuictus dicitur non ſolum is,qui plenis, & concludentibus probationibus conuincitur, ſed etiam, qui conuincitur indicijs indubitatis,q.17.lim.4.n.5

Conuictus tantum teſtibus, contra quos nihil ſit oppoſitum,

Digitized by Google

tum, an dicatur notorius, q. 17. lim. 4. num. 72

Copia.

Copia appellationis intimatæ petita nunquid ſit danda, q. 6. ſub n. 39. ſubdecl. 9. verſ. difficultas.

Copia ſchedulæ appellationis, vide in verbo. Schedula verſ. copia.

A denegata copia datur appellatio, qu. 17. lim. 47. memb. 1. num. 101

Copulatiua.

Appellatio copulatiua ad plures iudices eſt valida, q. 10. n. 1. & 3. Et ad quem intelligatur interpoſita, n. 2

Correlatiua.

Prohibita appellatione in vno ex correlatiuis, cenſetur prohibita in altero, q. 17 lim. 7. n. 25. & lim. 49. n. 3

Correctio.

A correctione, quam facit Prælatus regularis in ſubditum, non datur appellatio, qu. 17 lim. 29. n. 8. Et quid in correctione, quam facit alius ſuperior contra clericũ, n. 9. & 10. Datur appellatio à correctione exceſſiua, n. 12. Sed debet exprimi cauſſa grauaminis, n. 13 & q. 4. ſub n. 29. conſ. 1

¶ Melius eſt ſeipſum corrigere, quam corrigi ab alio, q. 17. lim. 47. memb. 1. ſub n. 33

Lex noua, corrigens veterem, non intelligitur corrigere eam in caſu quo ſpecialiter prouidit, q. 17. lim. 6. memb. 4. ſub n. 29

Creditor.

Creditor an, & quando poſſit appellare à ſententia lata contra debitorem ſuper proprietate rei pignoratæ, q. 5. n. 59

¶ Creditor, cui debitor obligauit bona ſua, cum clauſula conſtituti, poteſt agere de ſpolio contra eum, in quem debitor alienauit, qu. 17. lim. 6 memb. 6. n. 48. Etiam ſi alienauerit ſine animo fraudandi, ſub eod. n. 48. ſubexten. 1. Et quid ſi iſte tertius poſſeſſor non habeat cauſſam ab ipſo debitore, ſub eod. n. 48. ſubext. 2. Et quid requiratur, vt creditor poſſit agere de ſpolio, ſub eod. n. 48. verſ. reſtringe.

Crimen & criminale.

In cauſſa criminali debet appellari infra decem dies, q. 12. ſub n. 142. ampl. 24 & q. 17. lim. 48. n. 17

In cauſis criminalibus datur appellatio, q. 17 n. 23. & ſeq. De iure tamen municipali plurium locorum, & generali conſuetudine reus condemnatus non appellat, lim. 48. n. 1. & ſeq. & num. 29. Hæcque iura municipalia, & conſuetudo generalis ſunt fundata in iure communi, num. 2. & ſeq. Et quid ſi pœna veniat applicanda partim fiſco, & partim parti, n. 20. Quomodo procedant hæc ſtatuta, & conſuetudo, tollentia appellationem, n. 22. & ſeq. Et quid in ſtatu Eccleſiaſtico, quando reus condemnatus in contumaciam ſe conſtituit in carceribus, n. 28 29. 30. & 32. Et quid in cauſis criminalibus pecuniarijs, n. 34 & 35. Et quid in Regno Franciæ, num. 36. & 37. Et ſicut prohibetur appellare reus condemnatus, ita etiam prohibetur appellare fiſcus ab abſolutione rei, lim. 49. n. 1. & ſeq & ab alijs decretis, inquiſito fauorabilibus, n. 5

¶ Iudex criminalis nulliter profert ſententiam in ciuilibus, q. 17. lim. 47. memb. 3. ſub n. 10

Intentata via ciuili, non poteſt, ea pendente, intentari criminalis, q. 17. lim. 9. ſub n. 45. verſ. confirmatur.

Culpa.

A ſententia, lata per latam culpam, datur appellatio, etiam in cauſa poſſeſſoria, ſicut a ſententia lata per dolum, ſeu per iniuriam, q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 77

¶ Culpa propria non debet prodeſſe. vide in verbo. Vidua, verſ. vidua quæ ſe ipſam viduauit.

Cumulatio.

Plures ſummæ, contentæ in petitione, an, & quando cumulentur ad effectum, vt poſſit appellari à ſententia, vide in verbo. Summa.

Cumulatio petitorij, &c. vide in verbo. Petitorium.

Curator.

Curator poteſt, & tenetur appellare, q. 5. n. 40

A ſententia deputationis in curatorem an detur appellatio, q. 17. lim. 8. n. 11. & 12. & lim. 33. n. 1

¶ Curator tenetur ad intereſſe, ſi eius culpa pereat inſtantia, q. 15. n. 328

Si, cura finita negat dimittere poſſeſſionem, poteſt conueniri actione ſpolij, q. 17. lim. 6. memb. 6. n. 38

Curia, & curialis.

A Curia Sabellorum iudice ad quem appelletur, quæſt. 8. n. 128

Cauſa appellationis quando deuoluatur ad curiam, vide in verbo Deuolutio. verſ. cauſa, & verſ. deuolutio, & in verbo Intimatio, verſ. debet fieri.

¶ Curia Romana defenditur à falſa quorundam maledicentia, q. 7. n. 47. & q. 17 lim. 47. memb. 1. n. 74. & ſeq. & memb. 3. num. 29. Nec eſt locus in mundo, vbi ita bene, & celeriter cauſæ decidantur, ſicut in Curia Rom. n. 28. Et quare in ea aliquando lites protrahantur in longum, n. 29

Cauſa ſemel commiſſa in Curia, dicitur effecta curialis, & inde non extrahitur, q. 17. lim. 47. memb. 3. n. 24. 26. & ſeq. Niſi extrahatur per reſcriptum Papæ, &c. n. 25. & 30

Curſorum banchus.

Ad euitandum deſertionem appellationis ſufficit, quod commiſſio cauſæ appellationis ſit in bancho curſorum infra decem dies, q. 14. n. 14

Cuſtodita portarum, ſeu Ciuitatis.

Is cui tempore belli, aut peſtis præcipitur cuſtodia Ciuitatis, non appellat, q. 18. lim. 38. n. 4

Damni infecti, damnum, & Indemnitas.

Damni infecti ſententia non eſt appellabilis, q. 17. lim. 30 n. 1. & ſeq.

A ſententia conſeruationis indemnitatis datur appellatio, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 202

Vide in verbo, Grauamen, verſ. damnum.

¶ Damna intereſſe, & cætera acceſſoria contingentia ante libellum, vel litem conteſtatam poſſunt peti in alio nouo iudicio, &c. q. 17. lim. 21. n. 45. in fine. Secus ſi contingant poſt litem conteſtatam ſub n. 40

Iuſſio de cauendo de damno infecto eſt interlocutoria, q. 17. lim. 30. ſub n. 3

Datia, & datiarius.

Datia, ſeu gabella, ſoluenda pro appellatione, excuſat pauperem non appellantem, q. 12 n. 164

Datiarius, vide in verbo. Gabellarius.

De aqua, &c.

In interdicto de aqua quotidiana, & æſtiua an detur appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 5. n. 6

¶ De aqua quotidiana, & æſtiua eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis, q. 17. lim. 6. memb. 1. n. 23. Et cui competat, n. 76

Debitor.

Debitor an, & quando poſſit appellare à ſententia qua creditor mittitur in poſſeſſionem vigore conſtituti, q. 17. lim. 6. memb. 9. n. 80

Decemuir.

A Decemuiro non appellatur, q. 16. lim. 8. n. 1

Deceptio.

Lex non decipit, q. 17. lim. 21. n. 8

Decima.

Condemnatus ad ſoluendam decimam non appellat, qu. 17. lim. 18. n. 1. Poteſt tamen appellare, ſi allegat exemptionem, ſeu &c. n. 2. Si ſententia ſit lata inter duas eccleſias contendentes de iure decimandi n. 3. Ad effectum deuolutiuum, n. 5. Et quid in Regno Franciæ, n. 6. & 7

¶ Cauſa decimarum eſt pia, q. 17. lim. 18 ſub n. 1. verſ. ratio.

Decima eſt tributum animæ, ſub n. 1. verſ. ratio.

Deciſorium.

Prohibitio appellationis reſpicit deciſoria, q. 16. lim. 1. n. 68. in fine, & n. 69. & q. 18. ſub n. 11. verſ. ſecus. Si prohibeatur ad effectum ſuſpenſiuum reſpicit ordinatoria, q. 17. lim. 9 ſub n. 9. Et d. q. 18. n. 8

In deciſorijs attenditur ſtatutum loci contractus, &c. qu. 18. in fine, n. 17

Declaratio, declaratoria & declaratus.

Praxis declarandi, & condemnandi ſimul contumacem eſt bona quando appellatio eſt prohibita, alias ſecus, q. 5. ſub n. 91. verſ. inſero, fol. 65

A declaratoria datur appellatio, quamuis ab eo, quod declaratur non daretur, q. 17. lim. 4. n 64. & 65. Datur enim à declaratoria notorij, d. n. 65. A declaratoria excommunicationis, lim. 22. n. 36. & 38. A declaratoria incurſus in pœnam iuris, ſub n 36. in fine, & lim 23. n. 3. A declaratoria iuris, d. lim. 22. n. 37. A declaratoria fictæ confeſſionis, ſub eod. n. 37 cõpreh. 3. Non datur à declaratoria cenſurarum

ob non paritionem rei iudicatæ, n. 44. Neq. à declaratoria incurſos in excommunicationem contra obligatum in forma cameræ, n. 45. & 46

Declaratus pro confeſſo, ſeu pro confeſſo, & conuicto, an & quando poſſit appellare, vide in verbo. Contumax, & in verbo. Bannitus, & in verbo. Confeſſus.

Declinatoria exceptio, vide in verbo. Exceptiones.

Decretum primum, & ſecundum.

A miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto non datur appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 4. n. 123. lim. 30. n. 2. 3 & 6. Fallit in iure canonico, d. memb. 4. n. 125. Item quando acquiritur ius quærendi fructus, n. 126. & memb. 9. ſub n. 34. verſ. confirmatur. In interlocutoria, qua iudex reiecta cauſa, pronuntiat non audiri, niſi refectis expenſis, d. memb. 4. n. 127. In mulcta impoſita, &c. n. 128 In pronuntiatione, qua iudex reiecto tertio poſſeſſore, pronuntiat, tenutam non eſſe reuocandam, n. 129

A ſecundo decreto datur appellatio, qu. 17. lim. 6. memb. 4. n. 130

¶ Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto eſt interlocutoria, q. 17. lim. 6 memb. 4 n. 124 & lim. 30. n. 30

Interlocutoria ſecundi decreti habet vim diffinitiuæ, q. 17. lim. 47. memb 1. n. 204

Primum & ſecundum decretum tranſeunt inter poſſeſſoria adipiſcendæ poſſeſſionis, q. 17. lim 6. memb. 4. n. 131

Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto poteſt antequam ſibi acquiratur poſſeſſio petere debitum, q. 17. lim. 9. n. 45. in fine.

Poſſeſſio ex primo decreto in actione perſonali eſt quædam nuda detentio, q. 17. lim. 6. memb. 4. ſub n. 123 verſ. imo, & lim. 30. n. 4

Iudex poteſt reuocare ſecundum decretum, q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 25. & n. 49. Si ſit iudex ordinarius, ſecus ſi ſit delegatus n. 50

Defenſio.

Appellatio eſt ſpecies defenſionis, quæſt. 16. num. 3. in fine, & n. 4. Sed eſt defenſio iudicialis, quæ tolli poteſt, lim. 1. num. 23

Sublata appellatione, non dicitur ſublata defenſio, q. 16. lim. 1. num 24

¶ Defenſio eſt de iure naturæ, q. 16. n. 3

Modalitas defenſionis poteſt tolli, d. q. 16. lim. 1. n. 23. in fine. Quare defenſio poteſt tolli, quod ſolemnitates iuris poſitiui, ſed non quoad eius ſubſtantiam, n. 25

Deferre, & non deferre appellationi, delatio, & non delatio.

Pars, non deferens appellationi partis aduerſæ, vel ſuæmet, non poteſt appellare, qu. 5. n. 75. & q. 17. lim. 2. ſub num. 83. Declaratur, d. quæſt. 5. num. 79. & 80. & d. quæſt. 17. lim. 1. num. 52

Quamuis iudex detulerit appellationi, nihilominus poteſt prohibere partibus, ne aliquid innouent in præiudicium appellationis, q. 3 n. 36. Contrarium in delegato, n. 38

Cognitio an ſit deferendum appellationi pertinet ad iudicem à quo, q. 11. n. 1. Et circa quæ verſetur hæc cognitio, n. 2 Et ad quem effectum, n. 3. & 4

Iudex non deferens iuſtæ appellationi, & deferens friuolæ, punitur, quæſt. 11. ſub num. 1. & ſub num. 4. ſubill. 1. & qu. 17. lim. 4 ſub num. 50. extenſ. 3. Contrarium, nempe, quod non puniatur, ſi deferat iniuſtæ appellationi, qu. 17. ſub n. 61. & 62. Et qua pœna puniatur non deferendo appellationi, q. 13. n. 100. & ſeq. Et quando non puniatur, n. 111. & ſeq.

Iudex, non deferendo appellationi, & exequendo ponit ſe in periculo, q. 13. n. 11

Licet iudex non deferat appellationi, tamen poteſt deferre pars appellata, q. 13. ſub n. 3

Si iudex dicat (do apoſtolos) dicitur detuliſſe appellationi, q. 13. n. 12

Iudex, dando acta pro apoſtolis, dicitur detuliſſe appellationi, q. 13. n. 13. & q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 92

Iudex dicendo (recipio appellationem) cenſetur deferre appellationi, q. 13. n. 14. & ſeq.

Iudex, præfigendo terminum ad proſequendam appellationem, dicitur deferre appellationi, q. 13. n. 17 q. 14. n. 16. & q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 91. caſ. 1

Si plurium iudicum vnus deferat, & alter non deferat appellationi, an & quando neuter vlterius procedere poſſit, q. 13. ſub n. 23. declar. 4

Si iudex detulerit appellationi, appellans non tenetur petere Apoſtolos, q. 13. n. 37

Ius defert appellationi à diffinitiua, q. 14 ſub n. 7. & ſub n. 26 verſ. ratio.

Delatio iudicis in appellatione à diffinitiua non eſt neceſſaria, & ideo non operatur, &c. q. 14 ſub n. 7

Licet iudex deferat appellationi, tamen poteſt appellanti præfigere terminum ad proſequendam cauſam appellationis, q. 14. n. 6. & 7. Et quid ſi non deferat, an poſſit præfigere, n. 15. Et deferendo, an poſſit ex interuallo præfigere terminum, n. 21

Iudices in Francia ob reuerentiam deferunt omni appellationi, q. 14 n. 8

Licet iudex a quo non teneatur deferre appellationi confeſſi, & conuicti q. 17. lim. 4 n. 3. & ſeq. Et iudex ad quem non debeat appellationem recipere, ſub n. 10. Tamen iudex à quo tenetur deferre, ſi probationes non ſunt claræ, n. 24. iuncto num. 23. Et an teneatur deferre, quando conuictus, & confeſſus exprimit rationabilem cauſam, num. 15 reſtrict. 1. & num. 16 verſ. contra hanc. Et quid ſi offerat etiam incontinenti probationem, ſub eod. n. 16. verſ. declara nunc. Et tenetur deferre quoties in appellatione exprimitur rationabilis, & veriſimilis cauſa, etiam ſi alias appellatio eſſet prohibita, num. 47. 49. & 50. Dummodo ex actis non conſtet contrarium, ſub num. 48. verſ. ſubdeclara.

Iudex à quo, ſi notoriè ſibi conſtet, appellationem eſſe iniuſtam, poteſt ei non deferre, & exequi, non obſtante appellatione, q. 11. n. 11. & q. 17. lim. 4. ſub n. 89. verſ. probatur ſecundo.

Licet iudex à quo non teneatur deferre appellationi, ſi tamen detulerit, ſuſpenditur eius iuriſdictio, qu. 17. lim. 4. n. 27. & lim. 47 memb. 1. n. 41. Et deuoluitur ad ſuperiorem, dicta lim. 4. n. 57 Et ideo appellatio tenebit, & appellatus poterit in ea obtinere, ead quæſt. 17. lim 6. memb 7. num. 87 Etiam ſi appellatio eſſet friuola num. 88. & 89. in fine. Et ad iudicem a quo rediri non poteſt, n. 89. Et ideo acta poſt delationem ſunt nulla, numero 90. Et reuocantur tanquam attentata, d. lim. 47 memb. 2. num. 11. in fine. Et licet appellatio interponatur ſine ſcriptis, tamen valet, qu. 4. num. 6. & 18 reſtrict. 3. & d. lim 6. memb. 7. num. 96. & 97. Etiamſi interponatur ab interlocutoria ſine expreſſione cauſæ, d. qu. 4 num. 36. & d. lim 6. memb. 7. num 95. Et delatio operatur etiam ſi non ſint petiti apoſtoli, n. 98. & lim. 36. ſub n. 4 Et an operetur etiam quoad articulos ſeparatos, d. memb. 7. num. 99. & lim. 47. memb. 2 num. 29. Et delatio poteſt eſſe expreſſa, & tacita, n. 91. & 92. Delatio iudicis non operatur, quando habet clauſulam (ſi & in quantum &c.) n. 10. Multoque minus operatur quando habet clauſulam negatiuam (non admiſit, &c.) ſub eodem n. 100. ſubreſtr. 2. Idem ſi pars appellata contradixerit, ſub eodem n. 100. ſubreſtr. 3

Paria ſunt, quod appellationi deferat iudex delegatus, vel ſubdelegatus, &c. q. 17. lim. 6 memb. 7. n. 94. Vel quod deferat pars ipſa appellata, n. 93

Iudex, deferendo appellationi, abdicat à ſe iuriſdictionem, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 41. Siue is ſit ordinarius, ſiue ſit delegatus, ſub eod. n. 41. extenſ. 1

Iudex, deferendo appellationi ab interlocutoria, an poſſit reuocare interlocutoriam, vide in verbo. Reuocare, verſ. iudex à quo.

Iudex, deferendo appellationi ab interlocutoria, non poteſt vlterius procedere in cauſa, qu. 17. lim. 47. memb. 1. num. 41. Niſi iudex ad quem remitteret ei cauſam, n. 49 Aut is, qui defert, eſſe talis, vt poſſet adiri via querelæ, quia poſſent partes, re integra, comparere coram eod. & proceſſus valeret, num 50. Et niſi iudex detuliſſet cum clauſula (ſi & in quantum) num. 51. Poteſt procedere ad præfixionem terminorum ad proſequendam appellationem, n. 52

Delatio appellationi iudicis à quo operatur, vt iudex ad quem poſſit de conſenſu partium, omiſſo articulo appellationis ab interlocutoria, procedere in negotio principali, q. 17. lim. 47. memb. 3. n. 13

A de-

Digitized by Google

A delatione appellationi datur appellatio, quæſt.17 lim 47. memb.1.n.106

A non delatione appellationi, quando iudex pronuntiat, non eſſe deferendum, ſeu non eſſe admittendam, datur appellatio, etiam ſine expreſſione cauſæ, & præſertim ſi iudex, reijciendo appellationem ab interlocutoria, adijceret, eſſe friuolam, q. 17. lim.47.memb.1. n.166. Sed vbi quis appellauit à reiectione, & iudex iterum reijciat appellationem, à reiectione, non tenetur reiectus iterum appellare, ſub eod.n.166.declar.1.& q.11.ſub n.4.verſic.extende.

Definitio.

Appellationis definitio quæ ſit, q 2.n.1

¶ Definitio per æquinoca non eſt bona, q.2.ſub n.21

De itinere, &c.

In interdicto de itinere actuq; priuato an detur appellatio, q. 17.lim.6.memb.5. n.5

¶ De itinere actuq; priuato eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis, q.17.lim.6.memb.1.n.28.Et cui competat, n.75

Delatio appellationi. vide in verbo. Deferre.

Delegatio, & delegatus.

A delegatione poteſt appellari, q.17.n.21

Delegans iuſſu Principis efficitur iudex appellationis in illa cauſa etiamſi nullam alias haberet iuriſdictionem, q.8.ſub n.17.extenſ.4

Cauſa appellationis non poteſt delegari iudici à quo, etiamſi ſit appellatum ab interlocutoria, niſi delegetur à Principe ex certa ſcientia, q.8 n.75.& 76

Reliqua de delegatione cauſæ, vide in verbo. Commiſſio.

A Baronis delegato non appellatur ad Baronem, ſi expreſſe ſit cautum, quod Barones non ſe intromittant in cauſis appellationum, q.8.n.29

A Baronis delegato in Reno Neap. an appelletur ad Magnam Curiam Vicariæ q.8. ſub n.49.& 50

A Conſulis delegato appellatur ad Præfectum, q.2.n.23

A Delegato delegati, nempe à Subdelegato Papæ, Principis, Regis, & inferiorum, ad quem appelletur, & quid ſi ſint duo Subdelegati, &c. vide in verbo. Subdelegatus, per totum.

Ab Epiſcopi delegato appellatur ad Epiſcopum, vel ad eius Vicarium generalem, q.8. n.24. Etiamſi delegatus ſit Vicarius foraneus, n. 26. Imò etiam à Vicario generali in cauſa ſibi delegata appellatur ad Epiſcopum, n. 125. Non appellatur ad eum, quando Epiſcopus delegaſſet eo, quia erat ſuſpectus, n.27. Seu delegaſſet in fraudem iuriſdictionis Archiepiſcopi, n.28

Ab Epiſcopi delegato poteſt, omiſſo medio, appellari ad Papam, item ad Legatum Papæ, q 7.n 50

Ab Imperatoris delegato appellatur cum diſtinctione ad Imperatorem, vel ad Præfectum prætorio, q.8.n.10

A Legati delegato poteſt appellari ad Papam, quæſt.7. numero 51

Ab ordinarij delegato appellatur ad ordinarium, qu.8. n.18. Niſi delegauerit eo, quia ipſe erat ſuſpectus, n.19

A Papæ delegato in partibus non poteſt appellari ad Legatum de latere, q 8.n.16

A Papæ delegato appellatur ad Papam, q.8.num. 16. Et an, & quãdo poſſit appellari ad Auditorem Cameræ, ſub eod.n. 16.verſ.ſubextende. Et in Prouincia Marchiæ an appelletur ad Rotam Maceratenſem, ſub n.49.& ſub n.19.& ſub n.99.verſ.& licet.

A delegato poteſt appellari, licet non poſſit appellari ab eo, cuius eſt delegatus. q.16 lim. 1.ſub n.71.& 154. Et quando hoc non procedat, ſub n 75

A Principis delegato appellatur ad Principem, qu.8 n.15,& q.16.lim.1.n 154 Et quid ſi ſit delegatus cum clauſula (appellatione remota) n.20.& 155. Et quando non appelletur ad Principe.n,d.q.8.n.49. & ſeq.

A Principis delegato appellatur ad iudicem ordinarium appellationum à ſententijs latis à delegatis Principis, qu.8. num.49

A Principis delegato in procedendo an appelletur ad Principem, q.8.n.51

A Regis delegato in Regno Neap. an appelletur ad Magnam Curiam Vicariç, q.8. ſub n.50

A Senatoris delegato ad quem appelletur, quæſt.8. numero 138

A delegato appellatur ad delegantem, qu 8.num. 14.& ſeqq. Siue ſit delegatus ad totam cauſam, ſiue ad certam partem, n. 17. Etiamſi fuerit delegatus iuſſu ſuperioris ibidem extenſ.3. Etiamſi is, qui delegat iuſſu ſuperioris, non haberet iuriſdictionem, ibidem extenſ 4. Et etiam ſi proceſſerit ſimul auctoritate ordinaria, & delegata, n.89 Ampliatur, n.30.& ſeq. Limitatur, n.48.& ſeq.& qu 7. n.42. vbi quod non appellatur ad delegantem, qui dari, legauit eo, qui erat ſuſpectus.

Ab vniuerſitatis cauſarum delegato an poſſit appellari, omiſſo medio, q 7. n.36

Delegatus non poteſt ad ſe reuocare cauſam appellationis, interpoſitæ ad Papam à ſententia eius ſubdelegati, ſi ſubdelegatus detulerit appellationi, & cauſa appellationis ſit inchoata, appellato non contradicente, quæſt.7. numero 66

Delegatus non poteſt reuocare cauſam appellationis, interpoſita a ſententia eius ſubdelegati, qui appellationi detulerit, q.7. n.67

Delegatus in cauſa appellationis ab interlocutoria, pronuntians bene appellatum, remanet iudex in tota cauſa, qu. 17.lim.47.memb.3.n.6.& 9. Et an poſſit, omiſſo articulo appellationis de conſenſu partium, procedere in negotio principali, n.9. & ſeq. Et quid ſi iudex à quo detulerit appellationi, n.13

¶ Delegatus Papæ gerit perſonam ipſius Papæ, quæſt.7.numero 64. Et repreſentat Papam, quæſt.8. ſub num. 31. verſic. ratio.

Delegatus Principis adiunctus ordinario præfertur, quare ſi protulerant duas ſententias contrarias, recurſus habetur ad Principem, tanquam ſi vterque eſſet delegatus, qu.8.ſub n.102.illat.1

Si cauſa delegatur ordinario, an remaneat ordinarius, vel ſit delegatus, q.11.ſub n.8.verſ.vnum.

Quando cauſa dicatur delegata ordinario, q.8.ſub n.86.verſ. quando.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario, q.19.rem.1.concl.6. n.99

Iuriſdictio delegati ad vniuerſitatem cauſarum expirat morte delegantis, q.8.ſub n.160.verſ.extende.

Delegatus à Signatura ad exequendum ſententiam, latam ab altero iudice, poteſt cognoſcere, & pronuntiare ſuper nullitate illius ſententiæ, 17.lim.10. n.44

Delegatus an, & quando poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, & eam reuocare, q.19.rem.1. concl.6. num.91. & ſeqq vſq ad n.109

Delegatus an, & quando reſtituat in integrum, q.19. rem 2. n.44 & ſeqq.

Proceſſus factus coram delegato Epiſcopi, &c. an valeat, vide in verbo. Proceſſus, verſ.factus.

Delegatus Papæ, delegatus Principis, & delegatus ordinarij, an poſſint exequi eorum ſententias, vide verbo. Executio, verſ.delegatus.

Delictum.

Quæ ſint grauia delicta, in quibus eſt prohibitum appellari, q.17.lim.4.76.& ſeqq. Et quid, ſi in appellatione exprimatur cauſa rationabilis, n.84. Et quid ſi appelletur ab interlocutoria, n.85

Reliqua vide in verbo. Crimen.

¶ Delicta non committuntur ſine aliqua cauſa, q.17. lim.48.n. 4.& ſeq.

Demolitio.

A ſententia de demoliendo ædificatum poſt nuntiationem noui operis non datur appellatio, q.17. lim.31. n.1

Denuntiari, denuntiatio excommunicationis, & denuntiatio Euangelica.

Excommunicatus licet appellet à ſententia excommunicationis, tamen poteſt denuntiari excommunicatus, qu.17. lim.22. n. 4. Et poteſt denuntiari excommunicatus tam ab ordinario ipſius excommunicati, quamuis ipſe non excommunicauerit quam à delegato, niſi, &c. n.6. Non tamen poſſet denuntiari, ſi denuntiatione in plus ligaretur, n.12. Item ſi ſententia excommunicationis ſit lata ſub conditione, ante conditionis euentum non poteſt denuntiari

num. 13. Neque poteſt denuntiari, ſi delegatus detulerit appellationi, vel ſuperior eam receperit, n. 14. Neque ſi fuerit excommunicatus ignoranter, & à die habitæ notitiæ appellet, num 15. Item non poteſt denuntiari, quando non conſtat clarè de excommunicatione, n. 16
Excomunicatus poteſt, etiam pendente appellatione, petere ſe denuntiari, & declarari abſolutum, & non ligatum, q. 17. lim. 22. n. 5
Declaratus excommunicatus non poteſt, pendente appellatione a declaratoria denuntiari excommunicatus, ead. lim. 22 n. 41. Siue declaratoria ſit ſuper excommunicatione hominis, ſiue iuris, num. 42. Quod ſi denuntiaretur, denuntiatio eſſet nulla n. 43
¶ Excommunicatus debet denuntiari in publico, vt euitetur, q. 17. lim. 22. n. 17. Sed ſi non ſit occultè excommunicatus, debet euitari etiamſi non ſit denuntiatus, n. 18
Denuntiatio excommunicationis non probat excommunicationem, q. 17. lim. 22 n. 19
Sublato officio iudicis, datur adhuc denuntiatio Euangelica, ſi quis locupletetur cum alterius iactura, q. 16. lim. 1. n. 30. in fine.

Depoſitarius.

¶ Depoſitarius poteſt conueniri actione ſpolij, ſi non reſtituat rem depoſitam, q. 17. lim. 6. memb 6. n. 38
Depoſitarius quomodo poſſit agere de ſpolio, d. memb. 6. numero 38

Depoſitio, depoſitum, & depoſitus.

Sententię, à quibus non datur appellatio, niſi facto depoſito, vide, quæſt. 17. limitat. 17 num. 8. & lim. 48. numero 34. & 35
Depoſitus poteſt, appellatione pendente, exercere, &c. vide in verbo. Canonicus, & in verbo. Epiſcopus, verſ. Epiſcopus depoſitus.
Depoſitus per ſententiam ex delicto, irrogante infamiam, poteſt appellatione pendente, ferre teſtimonium, eligere, &c. q. 3. n. 75
¶ Depoſitio ab ordine quid ſit, d. q 3. n. 77. verſ. contra.

De riuis.

In interdicto de riuis non datur appellatio, q. 17. lim. 6. mem. 5. num. 7
¶ De riuis eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis, ead. lim. 6. memb. 1. n. 24. Et cui competat, n. 77

Deſerta, & deſertio.

Appellatio efficitur deſerta, ſi ſit appellatum ſine ſcriptis, qu. 4. num. 8
Deſertio appellationis non inualidat ea, quæ appellatione pendente ſunt geſta ratione publici officij, ſed ſolum geſta ratione priuati iuris, q 3 n. 75. verſ difficultas.
In Regno Neap. quando appellatio efficiatur deſerta, qu. 13. n 94. & ſeqq.
Ne cauſa appellationis efficiatur deſerta, qualis requiratur diligentia ad eam committendam q. 14. n. 5. Et ſufficit adire Regentem Cancellariæ, n. 36. & 39 extenſ. 1. Et ſufficit eum adire etiam pendente termino Apoſtolorum, n. 48. Et vbi Regens Cancellariæ non fuerit repertus, vel fuerit repertus impeditus, debet appellans proteſtari, & recipere publicum inſtrumentum, n. 41
Quæ impedimenta excuſent appellantem à deſertione appellationis non commiſſæ intra legitima tempora, q. 14. n. 41. & ſeqq
An iudex a quo, vel iudex appellationis debeat pronuntiare ſuper deſertione, & an, & quando hæc pronuntiatio ſit neceſſaria, q 11. num. 148 & ſeq. Et an Auditor Rotæ poſſit ſine noua commiſſione pronuntiare ſuper deſertione, num. 176
Appellationis cauſa deſerta, quis iudex condemnet deſertorem ad expenſas, qu. 11. n. 160. & 161. Et etiam delegatus poteſt condemnare, n. 177
Si cauſa appellationis, quæ debebat committi intra decem dies, ſit commiſſa intra vndecim, non dicitur deſerta, q. 14 num. 61
Si terminus ad faciendum committi cauſam appellationis, non ſit præfixus principali, cauſam agenti, vel legitimo procuratori, ſed ſimplici procuratori, cauſa non efficitur deſerta, q. 14. ſub n. 62. verſ. aduerte.
Appellatio ita efficitur deſerta per lapſum termini hominis ſicut per lapſum termini iuris, q. 15. n. 23. Et quid in cauſis beneficialibus, ſub n. 21. verſ. rurſus.
Ne cauſa appellationis deſeratur lapſu primi fatalis, quid agere debeat appellans, q. 15. n. 152. & ſeq. Et quod debeat ſumma operiri n. 156 & ſeq.
Licet appellans non fecerit fidem infra terminum, ſibi aſſignatum, de proſecutione appellationis, tamen appellatio non efficitur deſerta, q. 15. n. 25. & 26
Impedimentum, cauſatum ex propria negligentia, non excuſat appellantem à deſertione cauſæ, q. 15. num 58. & 59. Neq; impedimentum iniuſtum, n. 60
Impedimentum, cauſatum ex culpa, & negligentia appellati excuſat appellantem à deſertione, q. 15. n. & ſeq. in quibus declaratur materia.
Licet appellatus moriatur infra fatalia, tamen cauſa lapſu fatalium efficitur deſerta q 15. n. 161
Lapſo primo fatali an appellatio efficiatur deſerta, non expectato lapſu ſecundi fatalis, q. 15. ſub n. 179. & 180
Appellans impeditus an, & quando ad euadendam deſertionem cauſæ debeat proteſtari, & ſæpius proteſtari, qu. 15. num. 181
Deſerta cauſa appellationis, an iudex ad quem poſſit confirmare illam ſententiam, q. 15. n. 209. & ſeq.
Deſerta appellatione extraiudiciali, &c. vide in verbo. Extraiudicialis verſ. deſerta appellatione extraiudiciali.
Appellatione deſerta, an, & quando poſſit agi pro reuocatione attentatorum, vide in verbo. Attentare, verſ. appellans agens.
Deſerta cauſa appellationis, deſeritur etiam cauſa nullitatis, quæ ſtabat adhærenter, q. 15 n. 101. & q. 17. lim. 2. in fine, ſub n. 131. Secus eſt ſi nullitas ſtet æque principaliter, n. 126. 128 & q 19. tem. 1. concl. 2 n 2
Sententia, lata poſt deſertam appellationem, eſt nulla etiamſi appellatus non contradixerit proceſſui, &c. q. 15. ſub num. 117. & num. 201. Imo eſt nulla etiamſi appellatus expreſsè conſentiret, n. 199 & 200
Deſerta cauſa, expirat iuriſdictio iudicis ad quem, q. 15 n. 118. & ſub n. 202. Et redit ad iudicem à quo, num. 210. in fine. Et expirat etiam quoad cognoſcendum de querela, nullitate & reſtitutione, ſi habeat iuriſdictionem limitatam, q. 17. lim. 1. n. 9
In dubio pronuntiandum eſt, appellationem non eſſe deſertam, q. 17. lim. 1. n. 18
Sententia lata ſuper deſertione appellationis facit numerum & dicitur conformis ſententiæ, latæ ſuper negotio principali, q 17 lim. 1. n. 22. & 23
Ab interlocutoria, quæ iudex pronuntiat, appellationem eſſe deſertam, datur appellatio, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 185. Et idem ſi pronuntiat, non eſſe deſertam n. 186
Sententia, lata ſuper deſertione vel non deſertione appellationis, an ſit mera interlocutoria, vel habeat vim diffinitiuæ, aut ſit diffinitiua, d. lim. 47. memb. 1. n. 185. & 186. Et iudex poteſt eam reuocare, q 19. rem. 1. concl. 6. ſub n. 27. & 56. Imo poteſt eam reuocare etiamſi ab ea ſit appellatum, d. memb. 1. ſub n. 186 verſ. declara.

De ſuperficie.

In interdicto de ſuperficie non datur appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 5. n. 4
¶ De ſuperficie eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis, q. 17. lim. 6. memb. 1. n. 21. Et cui competat, n. 74

Detentio.

In iudicio detentorio datur appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 8. n. 18. verſ. ratio, & n. 23

Deuolutio.

Appellatio deuoluit cauſam & iuriſdictionem, qu. 3. n. 13. & ſeq. Etiamſi ſit appellatum à ſententia nulla, n. 15. & q. 17. lim. 21. ſub n. 8
Appellatio deuoluit etiam acceſſoria, q. n. 14
Appellatio, ſi non ſit interpoſita coram iudice à quo, non deuoluit, q 6. ſub n. 7
Appellatio licet non ſit intimata, tamen deuoluit, quæſt. 6. num 30
Cauſa appellationis quando deuoluatur ad Curiam, q. 6. ſub n. 33. ſub decl. 8 & q. 11. ſub n 57 caſ. 2
Delatio, admiſſio, ſeu receptio appellationis, habita à iudice, vel à parte, deuoluit cognitionem cauſæ appellationis

ad

Digitized by Google

ad curiam q.14. n.18. Sed ſola præfixio termini ad proſequendam cauſam appellationis non deuoluit, ſed ſolum operatur, vt appellans teneatur impetrare iudicem, qui cognoſcat in partibus, n.19
Appellatio ſimplex deuoluit omnia capitula ſententiæ etiam ſeparata, q.10.n.8.& q.17.lim.21.n.12. Et multo magis capitula connexa, n.13.& 25. Etiam ſi iſto caſu appellatio eſſet limitata, n.14.& ſub d.n.25
Appellatio limitata in capitulis ſeparatis non deuoluit totum negotium, q 10.n.7.& 8 & q.17. lim.21. ſub n.20

Deuolutiua.

Appellatio etiam deuolutiua denegatur in miſſione hæredis in poſſeſſionem ex l.fin C.de edic.diu.adr.toll.q.17.lim.6. memb.4.nu.30 & 37. Sed non de iure canonico, num.32. 33. & seqq. Denegatur etiam in poſſeſſorio ſummario, memb. 2. ſub num.1.& 3.& memb.4.ſub numero 37.verſ. contrarietas. Sed non de iure canonico, d.memb.2.num. 40. & d. memb.4. num.33. Denegatur etiam in omnibus poſſeſſorijs, in quibus appellatio prohibetur cum pœna, num.27
Datur in poſſeſſorio ordinario, q.17.lim.6.memb.4.ſub n.37. verſ.contrarietas, & latius memb.7.n.16.& ſeq.& n.22. Et quid ex conſtitutione ægidiana, memb.7. ſub n.25.verſ. contrarium, & n.26
Habet locum in obligatione camerali, quæſt.17.lim.9. num. 51.& ſequentibus. Et in notorijs, lim.4.ſub numero 55.58. & 91
Poteſt habere locum etiam ſi agatur de executione vitæ hominis, q.17.lim.4 ſub n.16.verſ.deduco.
Habet locum etiam in cauſis breuioribus, q.17. lim.40 n.16. Et quid in cauſis à decem infra, lim 42.n.3. Et quid ſeruet Signatura, lim.43 in fine.
Habet effectum etiam in caſu, quo iudex poteſt exequi non obſtante appellatione, quæſt 17.lim.4 num.55.& lim.9.numero 57
Appellatio deuolutiua quam habeat vtilitatem, qu.17. lim.6. memb.7.n.24.& lim 9.n.54
Appellatio deuolutiua non habet locum, quando reus abſens condemnatus ſe conſtituit in carceribus, q.47. lim.48. num.33
Reliqua vide in verbo. Prohibere, & in verbo. Inſtrumentum.

Dicere.

Verbum (dicere) an ſit aptum comprehendere verbum (excipere, q.19.rem.1.concl.4.n.47

Dictator.

A Dictatore non appellatur, q.16.lim.7.n.1

Dies.

Dies & hora diei eſt exprimenda de iure communi in appellatione, & quid de ſtylo Romanæ Curiæ, q.4. num.57. & quæſt 12.ſub num.40.verſ.praxis, & clarius, n.50. iuncto, num.49
Dies. vide in verbo. Tempus, & in verbo Terminus.
¶ Dies termini an, & quando computetur in termino, qu.12. ſub n.51.verſ.cæterum, & n.56. & 57

Diffamatus.

¶ Diffamatus coram quo iudice debeat agere, q.7. ſub n.108. verſ.confirmatur.

Differentia.

Differentias appellationum qui ſcripſerint, q.2. ſub num.32. verſ.vt ſingulas.
Differentiæ inter appellationem iudicialem, & appellationem extraiudicialem ſunt vndecim, q.2 n.33. & ſeq.

Diffinitiua.

A ſententia, habente vim diffinitiuæ, datur appellatio, qu.17. n.19.& lim.47 memb.1.n.171.& ſeqq. Et quid in foro Capitulino, n.214
Difformes ſententiæ. vide in verbo. Conformes.

Dignitas.

Nomen dignitatis exprimitur in appellatione loco nominis proprij iudicis à quo, q.4.n.44. Et iudicis ad quem, n.50. in fine.

Dilatio.

An pendente dilatione, ſeu termino aſſignato appellanti, ad proſequendam appellationem, iudex poſſit procedere, q. 13. n. 77. Et quid pendente dilatione aſſignata appellanti ab interlocutoria, num.78.& 81
In his, quæ dilationem non recipiunt, appellatio ita intelligitur prohibita à ſententia diffinitiua, ſicut ab interlocutoria, q.17.lim.6.memb.7.ſub n.37
Ab eo, quod eſt celeriter expediendum ſine dilatione, non datur appellatio, q.17.lim.9.ſub n.2.verſ.primo quia, & limit.7.n.13.lim.38.ſub n.1
A nimis breui dilatione an detur appellatio, quæſ.17.lim.47. memb.1.n.26
A dilatione exceſſiua ita, vt excedat tempus inſtantiæ datur appellatio, q.17.lim.47.memb.1.n.100
¶ Dilatio aſſignata ad plura, ſi non poteſt operari quoad omnia, operatur quantum poteſt, q 15.ſub n 16
Dilatoriæ exceptiones, vide in verbo. Exceptiones.

Diligentia.

Diligentia ad committendam cauſam appellationis qualis requiratur, q.14.n.5. Et quando dicatur probata, relinquitur arbitrio iudicis, n.34. & ſeqq. Et an probetur ex libro Reuiſorum commiſſionum, ſub n.38. verſ. aduerte, & n. 40.& ſeqq.
Diligentia committendi cauſam appellationis coram Regente Cancellariæ ſufficit, ſi fuerit facta etiam ante dationem Apoſtolorum, &c.q.14.n.40
Paria ſunt committere cauſam appellationis, vel vti diligentia committendi ad euitandam deſertionem, qu.14.n.33. & ſeq.
Procurator in primo fatali appellationis debet eſſe diligens, in ſecundo diligentior, & in tertio diligentiſſimus, quæſt. 15.n.33
Quæ diligentia requiratur in primo fatali, vt detur ſecundum, q.15.n 34
Appellans, vt cauſa non deſeratur lapſu primi fatalis, debet ſumma diligentia, & ope niti exercere litem, q.15.ſub num.156
¶ Diligentia quando dicatur probata, relinquitur arbitrio iudicis q.14.n.34

Diſpoſitiua verba.

¶ Verba ſententiæ quando ſtent diſpoſitiuè, quæſt.17. lim.6. memb.9.n.9.in fine.

Diſtributiones quotidianæ.

Excommunicatus, &c. vide in verbo. Fructus, verſ.excommunicatus.

Diues.

¶ Qui dicatur diues, q.17.lim.40.n.13.in fine, iunctis, num.præcedentibus.

Diuiſio.

Appellatio diuiditur in plures ſpecies, q.2. n.32

Diuortium.

¶ Mulier, quæ fecit diuortium, dicitur vidua & habet priuilegium viduæ, niſi diuortium fuerit cauſatum eius culpa, q. 7.ſub n.116.verſ.quod.

Doanerius.

A Doanerio, & Doanerio Patrimonij appellatur ad Præſidem Doanarum q 8.n 145

Doctor.

A ſententia de expellendo eum, qui turbat Doctorem legentem, non datur appellatio, quæſt.17.lim.7.ſub numer. 13. illat.2

Dolus.

A ſententia lata dolo, ſeu per iniuriam iudicis poteſt appellari etiam in cauſa poſſeſſoria, quæſt.17 lim.6 memb.7. n. 76. Etiam poſt lapſos decem dies, q.12. ſub num 161. lim. 8. & d.memb.7. numer.78. Idem ſi ſit lata dolo partis, ſub eod. num.78
Dolus procuratoris. vide in verbo. Fraus.

Domicellus. vide in verbo. Baro.

Dominium.

Si reus, conuentus de ſpolio, admittatur ad probandum de dominio, actor poteſt appellare, q.17.lim.6 memb 7. num. 120.& ſub n 127
Si iudex, veluti exceptione dominij non obſtante, condemnat reum ad poſſeſſionem, reus poteſt appellare, q.17.lim. memb.9.ſub num.42. Declaratur quando poſſit appellare, num.43.
Subdeclaratur quando non poſſit, numer 44. & ſeq. Actor vero in caſu contrario, ſi iudex reum abſoluat, veluti

exceptione dominij obſtante, indubitate poteſt appellare, num.46.& 47

Dominus.

Dominus poteſt appellare pro ſuo ſubdito, qu.5. n.56. & 57. vbi declaratur.

Dominus, vel alius eius nomine poteſt appellare pro ſeruo condemnato ex delicto, q.5.n.49

A ſententia, qua iudex pronunciat, aliquem eſſe poſſeſſorem, & dominum, datur appellatio, quamuis in libello eſſet intentatum merum poſſeſſorium, qu. lim.6. memb.9. num.20

¶ Dominus. vide in verbo. Principalis.

Dominus poteſt comparare, & defenſionem abſque mandato ſuſcipere pro vaſallo, quæſt. 5. ſub numero 63. confirm.2

Domus.

In cauſa dotis non datur appellatio, qu.17.lim.8.n.3.& 4. vbi de ſtatuto Vrbis neq; datur in fructibus dotis, ſub eod.n.4. Extenſ 2. Etiamſi debeantur viduæ, n.5. verſ. ſubextende. Neq; in dotis repetitione, facta à vidua, neq; cum dos petitur a puella, n.6. Datur appellatio, ſi ſententia ferretur contra dotem, n.7

Inſtantia habet locum in cauſa dotis, q.15.n.247

¶ Statutum, quod inſtrumentum dotis habeat executionem paratam procedit non ſolum in petitione dotis, ſed etiam in repetitione, ſoluto matrimonio, q.17. lim.10. ſub num.21. verſ. confirmator.

Fructus dotis debentur marito à die moræ, & ad quam rationem in Vrbe, & ad quam in Ciuitate Neap. qu.17.lim. 8. ſub n.4. extenſ.2

Hæres mariti an poſſit petere fructus dotis, quos non petijt maritus, ſub d.n.4. verſ. ſed nunquid.

Fructus dotis an, & quando debeantur viduæ, q.17.lim.8. n. 5. verſ. ſed an.

Fructus dotis quando cenſeantur remiſſi, d.lim.8.n.5. verſ. ſed nunquid

In dotis promiſſione ſemper ineſt tacita conditio, ſi ſequatur matrimonium, ſeu nuptiæ, q.17. lim.9. n.77

Dubium punctus.

Appellatio in dubio eſt admittenda, vide in verbo. Admittere.

Poteſt appellari non ſolum ex cauſa probabili, ſed etiam ex cauſa dubia, q.17.n.63

Iudex ratione probabilis dubij excuſatur, ſi non admittat appellationem, q.13. ſub n.123. extenſ.2

A formatione dubij, ſeu puncti poteſt appellari, qu.16. lim 1. ſub n.141.& 142.& lim.12 n.15.& qu.17 lim.47. memb.1. num.203

In dubio pronuntiandum eſt, appellationem non eſſe deſertam, q.17.lim.1.n.18

¶ In dubio eſt pronuntiandum, ſententias non eſſe conformes, q.17 lim 1 n 18. Et præſertim ſi duæ faciant rem iudicatam, n.19

Ducatus.

Valor ducati auri de Camera non eſt ſemper idem, q.17.lim. 43.n.1. in fine.

Duellum.

A iudice duelli daretur appellatio, q.16. n.21 Et à quibus iudicibus non appelletur ead.q.16.lim.1.n.19

Dux.

Dux, qui ſententiauit vti Comes, & ad ſe appellatur vti Ducem, non poteſt cauſam appellationis cognoſcere, q.8. ſub n.86. verſ. confirmatur ſecundo.

A duce appellatur, q 16. n.7

A Duce Præſide appellatur, q.16.n.6

Dux an poſſit dare iudicem, appellatione remota, q.16. lim.1. n.111.113.& 114.& ſub n.116. ſubreſtr.3

A Mediolani Duce non appellatur, quæſt.16 limitat.12. numero 1

A Sabaudiæ Duce non appellatur, quæſt 16. limitat.16. numero 1

Dux factionum non appellat, q.17.lim.4.n.81. Secus ſi in appellatione exprimatur rationabilis cauſa, n.84

¶ Dux habet iuriſdictionem ordinariam, q.19. rem.1. concl.6. num.81

Dux dicitur ſpectabilis, licet de conſuetudine dicatur Illuſtriſſimus, q 8.n.9

Eccleſia, & Eccleſiaſticus.

ECcleſia in Regno Neap. poteſt appellare, omiſſo medio, q.7 n.130. ſubreſtric 2. iunctis, n. præced.

A iudice Eccleſiaſtico iudicante vti eccleſiaſtico non poteſt appellari ad ſecularem, qu.8. ſub n.100. verſ. infero. Et quid in Francia, Ibidem verſ hanc illationem.

Ab Eccleſiaſtico, & Laico, ſimul iudicantibus appellatur ad ſuperiorem iudicis Eccleſiaſtici, quæſt 8. n.101. Ampliatur, num.102. Declaratur, ſub eodem numero 102. verſ. declara.

¶ Eccleſia Romana eſt refugium Chriſtianorum oppreſſorum, q.16 lim.1.n.127

Eccleſia defendit reos ſanguinis, q.5.n.45. in fine.

Non præbet immunitatem delinquentibus Eccleſia, quæſt. 5.num.77

In feudo, quod habet à domino ſæculari, ligatur lege feudali laicorum, q.8. ſub n.92 extenſ.1

Dicitur cultrix, & auſtrix iuſtitiæ, & mater æquitatis, quæſt. 7.num 49

An habeat priuilegium legis vnicæ. C. quan. imper. &c. qu.7. num 120

Vide in verbo Electio, verſ. eccleſia.

Eccleſia non priuatur feudo propter culpam commiſſam à Prælato, q.8 ſub n.92. declar.3

Iudex eccleſiaſticus per viam recurſus cogit ſecularem denegantem iuſtitiam, qu.7. ſub num.43.44.& 45. vbi declaratur.

Iudex eccleſiaſticus poteſt repetere ſubditum à quocunq; iniuſto detentore, q.5.n.56. verſ. cumprobatur.

Perſona eccleſiaſtica eſt dignior laica, quare, &c. q.8. n. 101. & 102

Iudices eccleſiaſtici, vide in verbo. Prælati.

Effectus.

Quot, & qui ſint effectus appellationis, q.3. n 3. & ſeq. & q. 17. lim. 19. ſub n.8. & ſeqq. & vide in verbo. Nulla, verſ. appellatio.

Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, etiamſi ſententia trahat ſecum executionem, q 17.lim.22. n.2

Egidiana conſtitutio, vide in verbo. Egidiana.

Electio, & electus.

Appellans grauatus, & non appellatus non grauatus, eligit iudicem appellationis, q.5.n.99 & q.9. ſub n.2. & ſub n.3. verſ ratio.

Si non eſt prouiſum de iudice appellationis, appellatur ad eum qui iudicem elegit, q.8. n.120

A Iudice electo a populo, & confirmato à Domino appellatur ad ipſum Dominum, q.8. ſub numero 120. verſ. à iudice.

Appellatur ad eligentem, vide in verbo Poteſtas.

Qui appellauit alternatiuè cum reſeruatione optionis poteſt eligere iudicem infra tempus, datum ad proſequendum, q.9. n.2

Electus ad officium publicum an, & quando poſſit appellare, q.17.lim.33.n.1. & ſeq.

¶ In dubio cenſetur electa potius via iuris communis, quam via iuris ſpecialis, q.7. ſub n.5

Eccleſia habet electionem fori, quando fuit ſpoliata cum aliqua violentia, q.7 ſub numero 130. ſubreſtrict.1. Sed tamen non poteſt eligere per ſaltum, omiſſo medio, ſub eod. n.130. verſ. verum. Secus in Regno Neap. ſub eod. n.130. ſubreſtrict.2

Emergens, & incidens.

Litiſpendentia ſuper emergentibus, ſeu incidentibus, motis ab appellato, retardat curſum fatalium, q.17 n.83.& 84. Et hoc eſt verum, dummodo appellatus ſuccumbat in emergentibus, n.85

¶ Emergens quod dicatur, q.19. rem.1. concl 6. n.30. Et quod dicatur incidens, n.29. Et quid ſit incidens, emergens, dependens, annexum, & connexum, ſub eod. numero 30 remiſſiuè.

Inſtantia in emergentibus, & incidentibus poſt lite conteſtatam eſt perpetua, q.15. ſub n.317

Articulus incidens regulatur ſecundum principale, q.17. lim. 6. memb.6.n.29

Emphyteoſis, emphyteota.

¶ Filiæ inſtitutæ hæredi datur remedium ex l.fin. C. de edic. diu.adr.tollen.etiam quoad bona emphyteotica,q.17.lim. 6.memb.4.n.17

Emphyteota poſſi ſet ſibi,& non domino directo & ideo ao poſſit conueniri de ſpolio,finita linea,d.lim.6.num.39.46. & 47

Emptor.

Emptor an teneatur appellare,q.5.ſub num.14.& 15. Et an nomine pruprio,vel nomine venditoris, num.34. Et poteſt appellare etiamſi prius appellauerit venditor, ſob n. 35.verſ.ſecus.

Si appellauit,tenetur etiam proſequi, q.5.ſob num.15. verſ. aiop ia.

Enuntiatiua.

Verba enuntiatiua ſenteotiæ nun faciunt ſententiam appellabilem,q.17.lim.6.memb.6.ſub n.9.Faciunt tamen, ſi ſint prolata per modum cauſſæ,&c. ſub n.10

Epiſcopus.

Epiſcopus ſi proferat ſententiam, à qoo appelletor ad Archiepiſcopum, & ipſe euadat Archiepiſcopus, non poteſt cognoſcere cauſſam appellationis,q.2.n.15

Depoſitus per ſententiam diffinitioam poteſt, appellatiooe pendente,ſuum officium libere exercere,&c quæſt.3. numero 72

Poteſt appellare pro ſoa Ciuitate,& ſuis ſubditis, qu.5.n.53. Declaratur, n.57

Ab Archidiacooo. Abbate,Presbitero, alioque Prælato ſubdito Epiſcopi appellatur ad ipſum Epiſcopum, quæſt 8.ſub num 52

Poteſt,omiſſo Archidiacono,appellari ad Epiſcopum quæſt. 7.n.106

Si Metropolitanus egit coram Epiſcopo contra ſubditum Epiſcopi, non appellatur ad Metropol tanum, ſed appellatur ad ſuperiorem Metropolitani,q.7.ſub n.107

Ab Epiſcopo, qui requiſitus à Poteſtate pro executione ſententiæ excommunicat, appellatur ad ſuperiorem Epiſcopi,q.17.lim.10.n.68 in fine.

Si familia Poteſtatis, requiſita ab Epiſcopo pro executione ſuæ ſententiæ,excedat,exequeodo,ab illo exceſſu appellatur ad Archiepiſcopum,q.17.lim 10.ſob n.68

Ab Epiſcopo appellatur ad Archiepiſcopum,q.8.oomero 86. Extenditur ſub eod. nom.86. Declaratur, numero 87. & ſequ.

Ab Epiſcopo,cuios iuriſdictio ſit excitata, appellatur ad Archiepiſcopum,q.8.ſub n.86. extenſ.2

Ab Epiſcopo, procedente iuriſdictione ordinaria, poteſt appellari ad Archiepiſcopum, vel ad Papam quæſt. 8. numero 87

Ab Epiſcopo, procedente iuriſdictiooe delegata contra exemptos,appellatur ad Papam, q.8 n.87

Ab Epiſcopo in cauſſis fidei appellatur ad Papam, qoæſt.8. num.88

Ab Epiſcopo iudicante etiam in temporalibus appellatur non ad Dominum temporalem,ſed Archiepiſcopum, q.8. n.90.Subdeclaratur, numero 91.Reſtringitur,num 92.& ſeqq Et quid in Francia, numero 94.Et quid in Hiſpania, num.95

Ab Epiſcopo in feudalibus appellator ad Dominum directum feudi,& non Archiepiſcopum,q.8.n.92

Ab Epiſcopo,deputato iodice ordinario ab aliquo Principe, ſeu Domino ſeculari, appellatur ad ipſum Principem, ſeu Dominom ſecolarem,q.8 o.93

Ab Epiſcopo,delegato à Domino ſeculari, appellatur ad ipſum Dominum delegantem,q.8.n.93

Ab Epiſcopi laudo an appelletur,q.16.lim.18.n.1

A Vicario Epiſcopi nun appelletur ad Epiſcopum, & quando appelletur, vide in verbo. Vicarius.

¶ Epiſcopi habent æqualem dignitatem cum Cardinalibus, ſed non adminiſtrationem,q.2. n.30

Epiſcopo litigante cum clerico, eligitur arbiter, quæſt.7. num.107

Si ſit quæſtio de feudo regio inter Epiſcopum, & tertium, Rex iudicat,q.8.ſub n.92.careoſ.1. Secus ſi quæſtio ſit inter Epiſcopum,& Regem,ſub eod num.92. verſ. ſecus,& verſ.declara.

Epiſcopi Metropolitani, Primates, Patriarchæ non iudicant in ſuffraganeos,niſi in caſibus a iure expreſſis, q.8. ſub n. 98.decl.4

Quare cognoſcunt ſolum cauſas ciuiles, non autem criminales,ſub eod.n.98.decl 3

Epiſcopus poteſt dare alium iudicem, ſi recuſetur Vicarius vti ſuſpectus,q 8.n.85

Epiſcoporum cauſas criminales quis cognoſcat, qu.8. ſob n. 98.verſ ſecus etiam.

Epiſcopus ſi eſt in ſtudio, tanqoam ſcholaris, ſedebit, tanqoam ſcholaris,q 8.ſub n 92. verſ. ſimiliter.

Epiſcopus filius in domo facit reuerentiam patri,qu.8.ſub o. 92.verſ.confirmatur tertio.

Epiſcopus poteſt conuenire ſoom ſubditum pro moleſtijs extraiudicialibus coram Metropolitano,q.7. ſub oumero 108

Epiſcopus & Vicarius non ſunt duo iudices, ſed vnus, q.19. rem 1.concl.6.n.82

Epiſcopus poteſt reſtituere io integrum aduerſus ſententiam Vicarij proot poſſet ipſe Vicarius,q.8.n.77.& qu.19. rem.1.concl.6.ſub n.82.& rem.2.n.33.Sed quid è contra, num 34.

Poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ Vicarij, prout poſſet ipſe Vicarius,q.8.oum.77.& qu.19. rem.1.concl.6. ſub num.82

Poteſt aoocare ad ſe cauſam, vel aliud oegotiom à ſuo Vicario,q.8.n.57

Non habet triceſimas, nec ſportulas pro ſententia, ſecus ſi ſententiet vt Baro, q 8.ſob numero 92. verſ. confirmatur primo.

Epiſcopo excommunicato,ſeu ſuſpenſo,Vicarius non habet exercitium iuriſdictionis,q.8. n.54

Epiſcopo recuſato vti ſuſpecto,cenſetur ſuſpectus Vicarius, q.8.ſub n.57 verſ.ſeptimo,& n.68.Extenditur,o.69.Limitatur,n.70 & 71

Iuriſdictio Epiſcopi eſt maior iotiſdictione Vicarij, qo.8. n. 57.in fine.

Poteſt ſupplicari Epiſcopo à ſententia Vicarij,quæſt.8.nom. 79 & 80

Si Papa deleget cauſam Vicario ſub nomine proprio & dignitatis,vel ſub nomine proprio tantum Epiſcopus non poteſt illam cognoſcere, q. n.56. Secus ſi deleget ſob nomine dignitatis tantum, quia tunc, abſente vel mortuo Vicario,poteſt Epiſcopus cognoſcere, ſub eod. n.56. verſ. intellige.

Epiſcopus ſedens, ſeu habens vocem in capitulo tanquam Canonicus,noo ſedet in primo loco,quæſt.8.ſub oum.60. verſ ſecus.

Quando dicatur interuenire in capitulo vti Epiſcopus, & quando vti Canonicus,q.8. n. 120.in fine verſ. quando.

Poteſt reuocare ioterlocutoriam lata à ſuo Vicario etiam generalis,qu.8.ſub o 73. Si illam poſſet reuocare ipſemet Vicarius,alias non,n.74

Eſt iudex reductionis laudi lati à clerico, & laico ſimul, q.8. ſub o.102.illat.3

Eſt iudex competens ſcholarium,q.8. ſub oum.124. verſ.nota etiam.

Solus ſine conſilio ſui Capituli oon poteſt punire ſuos clericos,q.17.lim.26.ſub n.10

Poteſt valide procedere etiam io caſibus pertinentibus ad forum ſecularem,niſi declinetur iuriſdictio,q 19. remed. 1.concl 2.ſob n.26

Habet iuriſdictionem ordinariam,quæſt.19.remed.1.concl. 6.num.80

Epiſcopus,& Vicarius dicontur æquales,quæſt.19. remed.2. num.33

Epiſcopus. vide in verbo.Inhibitio,verſ. epiſcopus,

Error.

Error nominis appellati noo vitiat appellationem, quæſt.4. num.41

Error de vno iudice appellationis ad alium ao, & qoando vitiet appellationem,q.2.n.12.13.& 17

Appellatio ioterpoſita per errorem,omiſſo medio,eſt valida, q 7.num.25 & 96.& ſeqq.in quibus extenditur,& declaratur

Appellatio interpoſita per errorem ad æqualem ſuperiori,

Digitized by Google

ad quem debebat interponi, eſt valida, q.2.n.17.& q.7. ſub n.97.exten.2

Iudex appellationis non poteſt confirmare ſententiam, quæ eſt nulla ob errorem in ea expreſſum, quæſt. 11. numero 118

Euictio.

¶ Cautio, preſtanda pro euictione rei venditæ, an poſſit præſtari extra locum rei venditæ, q.15.n.139

Ex ex tunc.

Dictiones (ex)(ex tunc) regulariter excludunt diem à quo, vt non computetur, q.12.n.57

Exceptio.

Peremptoriæ exceptiones poſſunt opponi, & probari in cauſa appellationis, etiam ſi fuerint reiectæ in prima inſtantia, &c. etiam ſi ſuperuenerint pendente cauſa appellationis, q.11.n.45. vbi datur reſtrictio.

Grauatus in exceptione peremptoria, appellando, ſuſpendit totam iuriſdictionem quæſt 17.lim 47.memb.2.num.5 & ſeqq.

Appellatio grauati in exceptione ſubreptitij reſcripti ſuſpendit iuriſdictionem in tota cauſa, quæſt.17.lim.47. memb.2. num.3

Dilatoriæ, & declinatoriæ exceptiones non poſſunt opponi in cauſa appellationis, quæſt. 11.num.46 Extenditur, num. 47.Reſtringitur, num 51.& ſeqq. & num.55. vbi de exceptione dilatoria, quæ reddit ipſo iure proceſſum retro nullum,

Subreptionis exceptio contra literas ad beneficia, ſi ſit omiſſa in cauſſa principali an poſſit opponi in cauſa appellationis, q 11.n.48 & ſeqq.

A non admiſſa legitima exceptione apta ad impediendum executionem datur appellatio q.17.lim.10.n.34.Dummodo probatio exceptionis offeratur incontinenti, n.35. Et offeratur iudici non executori, num.36 Et ab executore mixto non admittente exceptionem datur appellatio, lim. 11.n.13

A non admiſſa, vel admiſſa exceptione impediente litis ingreſſum datur appellatio etiam in foro Capitolino, &c. q. 17.lim.47. memb.1.n 92.& ſeqq Et poteſt appellari tam ab expreſſa, quam à tacita non admiſſione per proceſſum ad vlteriora, n.96

A reſeruatione exceptionis in fine litis datur appellatio, qu. 17.lim 47. memb.1.n 97.& 98

Appellatio ab interlocutoria, lata ſuper exceptione, ne certæ perſonæ teneantur vltra, quam facere poſſunt, non ſuſpendit iuriſdictionem in cauſſa principali, qu.17. lim.47. memb 2.n.17

Licet appellans probet, ſe appellaſſe eo, quia iudex noluerit admittere exceptionem, tamen ex hoc ſolo non dicitur probare grauamen, qu.11, ſub num.61. & 62.Limitatur, n. 63.& ſeqq.

Quando grauamen dicatur probatum, & iuſtificata appellatio eo ſolo, quod iudex à quo non admiſit exceptionem, q.11,n.63.& ſeqq.

Calumnioſa exceptio, ſeu ſuſpecta de calumnia poteſt libere reijci, q.11.num.129.& q.19.rem.1 concl.4.num.78.Et licet appelletur à reiectione, & iudex adhuc procedat ad ſententiam non obſtante appellatione, tamen ſententia non irretractabili, iudex ponit ſe in periculo, d.concl 4. num 82

Sublata facultate excipiendi, an cenſeatur prohibita appellatio, q.16 lim.ſub n 47.52.& ſeqq.

¶ Exceptio, quæ non eſt admittenda, non debet admitti etiam ſi incontinenti offeratur probatio ipſius, qu.17.lim 9. ſub num.52

Quando executio poteſt fieri realiter, & perſonaliter ad voluntatem creditoris, non admittitur exceptio, quæ non poſſit momento probari per inſtrumentum, d.lim.9. ſub num.52

Quas exceptiones iudex poſſit reſeruare ad merita cauſſæ, q.11.n.76

Exceptionibus per reſcriptum Principis ſublatis, intelliguntur ſublatæ ſolum friuolæ, & qui ſi ſint prohibitæ à lege, & quid ſi à ſtatuto, q 18.lim.1, n.51

Exceptio dilatoria, quæ per ignorantiam non fuit oppoſita ante conteſtationem litis, poteſt opponi poſtea, q.11.ſub n. 51. verſ.comprobatur, & verſ. ſeqq.

Exceptio dilatoria, quæ reddit proceſſum ipſo iure nullum, poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam, quæſt.11.numero 54

Exceptiones dilatoriæ, quando, ſeu quæ poſſint opponi poſt litem conteſtatam, q.11.ſub n.55. verſ quæ.

Exceptio, qua negatur actus, nunquam intelligitur prohibita, q 19.rem.1 concl.5.ſub n.43.verſic. ratio.

Exceptio, fortius operatur, quam actio, q.19. rem.1. concl.4. ſub n.22.& 23

Exceptio generice ſumpta comprehendit etiam actionem, d concl.4. ſub n.25

Iudex non poteſt reijcere exceptionem acquiſitam parti, quamuis ſit indicta de rigore iuris ead. concl 4. ſub n.14. verſ.comprobatur.

Statutum prohibens agi poſt annum, non comprehendit excipientem poſt annum, q.19 rem.1.concl.4. n.50

Licet actio aliquo caſu annalis, exceptio tamen eſt perpetua, q.19.rem.1.concl.4.n.52

Reliqua vide in nomine illius exceptionis, de qua quæris, & in verbo, Actio, verſ in actione iudicati.

Exceſſus executionis.

¶ Vide in verbo.Executio in verbo. Correctio, & in verbo. Taxatio.

Exceſſus executionis quot modis committatur, q.17. lim.9. n.30.& ſeqq.

Excommunicatio, & excommunicatus.

Sententia excommunicationis non tranſit in rem iudicatam, licet ab ea non appelletur, q.12 n.150

A non reuocatione ſententiæ excommunicationis poteſt appellari, q.12 n.151

A ſententia excommunicationis non datur appellatio, q.17. lim.22. n.1. & ſeqq. Datur tamen ad effectum deuolutiuum, n.34.Datur etiam à declaratori, n.36.& ſeqq.Niſi ſit declaratoria cenſuratum ob non paritionem rei iudicatæ, n.44.Aut contra obligatum in forma Cameræ num.45 & 46.Datur etiam appellatio à præcepto facto ſub pœna excommunicationis, n.47.& ſeqq. Datur etiam à ſententia continente intolerabilem, & patentem errorem, n.53. Et à ſententia interdicti reſpicientis temporalia, beneficium, &c.n.60

A ſententia abſolutionis ab excommunicatione non datur appellatio, quæſt.17. lim.22.n.20 Præſertim ſi ſit abſolutio, præſtita cautione, num 21. Et multo magis ſi excommunicatus ſit in periculo mortis, lim.38.num.2.Imo abſolutio poteſt fieri etiam pendente appellatione: d.lim.22.n. 23.& 24 Si tamen abſolutio ſit iniuſta, poteſt appellationis remedio reſcindi, n.25.Caſus, in quibus poteſt appellari, n.29 & ſeqq.

Reliqua de abſolutione à ſententia excommunicationis, vide in verbo Abſolutio.

In appellatione à ſententia excommunicationis debet exprimi cauſſa, q.4.n.30.in fine.

Excommunicatio lata poſt interpoſitam appellationem, eſt nulla, q.17.lim 22.ſub n 47.

Excommunicatio, lata poſt interpoſitam legitimam appellationem, non habet effectum, quia eſt ipſo iure nulla, q.17. lim.22. n.54. Etiam ſi appellatio fuerit extraiudicialis, n. 55.Secus tamen eſt, ſi ſit lata à iudice dato cum clauſula (appellatione remota) n.56

Concurrentibus eodem momento excommunicatione, & appellatione præſumitur, quod excommunicatio præceſſerit in foro conſcientiæ, ſecus in foro fori, d.lim.22.ſub n. 57.declar.2

Dicens ſe excommunicatum poſt appellationem, tenetur hoc probare, q.17.lim,22.n.57

Excommunicatus an, pendente appellatione à ſententia excommunicationis poſſit denuntiari, vide in verbo. Denuntiari, an poſſit grauari, vide in verbo.Grauari, verſ.excommunicatus an poſſit priuari fructibus & diſtributionibus, vide in verbo. Fructus.

Reperto poſt datam reſcripti, quod delegatus eſt excommunicatus, fatalia non currunt, q.15. n.130

Appellatio ab excommunicatione, ſeu re intruſione an, vti articulus connexus, ſuſpendat, q 17. lim.47. memb.2. n.7. & 8

Appel-

Appellatio grauari in executione, excommunicationis ſuſpendit iuriſdictionem in tota cauſa, q. 17. limit 47. membr. 1. num. 3

Excommunicatus poteſt appellare q. 5. num. 5 hoc procedit io appellatione iudiciali, num 6. & q. 2. num. 43. Secus io appellatione extraiudiciali ibidem, & dict. quæſt. 5. num. 83. Dummodo ſit mere extraiudicialis, alias appellare, ead q. 5. num. 7

Poteſt appellare iudicialiter in cauſa propria, ſed non in cauſa aliena, q. 5. num 9

Poteſt impetrare commiſſionem, ſeu iudicem appellationis in Curia: q 5. n. 7. verſ. ſubdeclara, & q. 19. rem. 1. concl. 4. nu. 37. in fine.

Poteſt impetrare reſcriptum ſuper appellatione, nulla facta mentione excommunicationis q. 5. num. 8

A ſententia lata ad fauorem actoris excommunicati, poteſt quilibet tertius, nullum habens intereſſe, & ſine mandato, appellare, q. 5 n 120

Excommunicatus licet appellet poſt ſententiam, tamen remanet excommunicatus, q. 3. n. 65. Vnde non poteſt continuare, num. 76

Petendo abſolutionem à iudice à quo, dicitur renuntiare appellationi, niſi de hoc proteſtetur, qu. 3. num. 44

Si iudex medius appellationis ſit excommunicatus appellatur, eo omiſſo, ad magis ſuperiorem, qu 7. num. 38

Excommunicatus poteſt abſolui: etiam pendente appellatione, vide in verbo Abſolutio.

¶ Excommunicatio accelerat mortem, & terminos vitæ hominis, q. 3. num 41

Sententia excommunicationis trabit ſecum executionem, qu 17. lim 22. num 1

Sententia excommunicationis continet grauamen irreparabile, d. lim. 22. num. 2. in fine.

Excommunicatio eſt nulla, ſi feratur à non habente iuriſdictionem, q. 17 lim. 22. num. 29

Homo non excommunicat, niſi propter contumaciam, qu. 17. lim. 22, ſub num. 38

Excommunicatus non poteſt agere, ſeu conuenire, q. 5. ſub num. 6. verſic. confirmatur.

Excommunic. prohibetur implorare offic. iudicis, q 5. nu. 83

Excommunicatus debet priuari fructibus beneficij, & diſtributionibus quotidianis, qu. 17. limit 22. numer. 8. Etiamſi non habeat aliud, vnde viuere poſſit, nu. 9

Excommunicatus ſi perſeueret, & inſordeſcat in excommunicatione, poſſet priuari beneficio, q. 17. lim. 22. n. 11

Excommunicato, ne fame pereat, facienda eſt eleemoſyna, d. lim. 22 ſub num. 10

De denuntiatione excommunicati, vide in verbo. Denuntiati, & reliqua in cæteris alijs ſuis ſedibus.

Qui ob impotentiam non paret præcepto ſibi facto ſub pœna excommunicationis, non remanet excommunicatus, qu. 17. lim. 22. num. 50

Excommunicatus ſub conditione non dicitur excommunicatus ante euentum conditionis, d. lim. 22. nu. 51. Etiamſi euentus conditionis prorogetur à parte, num. 52

Excommunicatus non poteſt petere executionem ſententiæ, quæſt 19. rem. 1. concl. 4 ſub num. 37. intellige a

Iudex poteſt reuocare ſententiam excommunicationis, iniuſte latam, qu. 19. rem. 1. concl. 6. ſub num. 25. ſubilla. 4

Executio, executione, & exequi.

Ab executione ſententiæ, ſeu mandato de exequendo non datur appellatio, qu. 17. lim. 10. num. 1. & ſeqq. Neque datur a parte executionis, lim 1. ſub num. 48. Hoc eſt verum in re iudicata, aut in inſtrumento, vel aliquo ſimile, à quo ſit prohibita appellatio, quia tunc eſt prohibita etiam ab executione eorum; ſecus eſt in ſententijs appellationibus, num. 6 Imò appellans ab executione punitur, num. 7. Datur appellatio, ſi in ea ſit expreſſa iuſta cauſa, nu. 19. Item à pronunciatione negatiua contra executionem, num. 21. Datur etiam quoad effectum deuolutiuum in inſtrumentis, &c. num. 22. Ab executionis ordine peruerſo, num. 23. & ſeqq. in quibus declaratur. Datur etiam ab executione exceſſiua, num. 28. Etiamſi iuraſſet non appellare, nu 29. Sed in appellatione an requiratur expreſſio quantitatis exceſſæ n. 59. & ſeq & an, & quando expreſſio quãtitatis exceſſæ ſuſpendat executionem, numer. 63 & ſeqq. & an poſſit appellari à pronuntiatione de exequendo inſtrumentum, num. 8 Et a pronuntiatione de exequendo rem iudicatam non datur appellatio, num 9. & ſeqq. Siue executio ſententiæ ſit petita per actionem in facto, ſiue officio iudicis, num. 15. Etiamſi pronuntiatio iſta eſſet interlocutoria, nu. 16. Multò minus datur ab executorialibus decretis vigore trium conformium, num. 17. Datetur tamen appellatio à pronuntiatione de exequendo, quando ex ea inferretur nouum grauamen, nu. 18

Ab executione exceſſiua ſemel tantum licet appellare, qu. 17. lim. 10 num 69

Ab exceſſu executionis, non appellatur poſt lapſos decem dies, q 17. lim. 10. num. 66

A non ſeruato ordine executionis appellatis, cuius fauore eſt datus ordo, quæſt. 17. limit. 10. ſub numer. 26. decl. 4. & quando appellet creditor, & quando reus, ſub eod. num. 27 ſt at. 1. & ſeqq.

A ſecunda ſententia, quæ ſit executiua primæ non poteſt appellari, ſi non potuit appellari à prima, quæſt. 17. limit. 10. num. 11. & ta

Mandatum ſimplex ad appellandum non ſufficit ad appellandum ab executione exceſſiua, q 17. lim. 10. num. 70

Iudex a quo poteſt exequi ſententiam contra confeſſu. n. nõ obſtante appellatione, q. 17. lim. 4 num. 4. & ſeqq. Et quid ſi in appellatione exprimatur cauſa, &c. num. 51. Et quid ſi exprimatur in appellatione contra confeſſum, & conuictum, num. 54. Et quid ſi in appellatione offeratur probatio incontinenti ſub nu. 16. verſ declara nunc. Et quid ſi iudex detulerit appellationi, num. 27. Reliqua vide in verbo. Confeſſus, vbi an & quando appellatio confeſſi, & conuicti, & confeſſi ſit admittenda.

A ſententia, qua iudex pronuntiat, inſtrumentum eſſe exequendum an, & quando detur appellatio, qu. 17. lim. 47. memb. 1. nu. 194. iunctis præcedentibus.

Iudici a quo volenti exequi, appellatione pendente, poteſt reſiſti, q. 17. lim. 4. num. 52

Executio, facta poſt impetratam reſtitutionem in integrum ad appellandum, reuocatur tanquam attentatiua, q 5 ſub num. 27. verſ. hæc tamen.

Iudex attentatiue decernit executionem in ſententia, lata in prima inſtantia, ſi ſententia eſt appellabilis, q. 3. num 25

Executio an, & quando retardetur per appellationem, vide in verbo. Suſpenſiuu.

An, & quando iudex à quo, & quando iudex appellationis debeat exequi rem iudicatam, q. 11. n 162 & ſeq. Et quid ſi iudex ad quẽ ſit delegatus Principis, n. 163. Et quid ſeruetur in Curia Romana, n 172. & ſeq. Et quid ſi ſententia contineat pœnam corporalem, num. 182. & q. 10 ſub n. 26

Iudices ordinarij poſſunt ſine commiſſione executoriali exequi ſuas ſententias, à quibus non ſit appellatum, q. 11. ſub num. 173. verſ. contraria.

Signatura committit cauſam executionis eidem iudici, qui tulit ſententiam, quæſt 11. num. 180. Etiamſi ab eius ſententia ſit appellatum, dummodo cauſa appellationis non ſit alteri delegata, n. 181. Alias committi ei, cui eſt delegata, vel, &c. n. 182. Et quando committat executionem iudici à quo in reformatoria commiſſionis appellationis ordinariæ, q. 17. lim. 6. memb. 7. ſub num. 142. & 143

Iudex exequendo, pendente appellatione, an, & qua pœna puniatur, q. 13. n. 100. & ſeqq. Et quid in Regno Franciæ, n. 109. & ſeqq. Et an puniantur miniſtri executores, n. 108. Et quibus caſibus iudex non puniatur, num. 111. & ſeqq.

Iudex à quo, ſi conſtet ſibi notoriè appellationem eſſe iniuſtam, & non admittendam, poteſt exequi ſententiam non obſtante appellatione, q. 11. & n. 11. & q. 17. lim. 4. ſub nu. 89. verſ. prolatur ſecundo. Et quid in Regno Franciæ, lim. 48 ſub num 37. verſ. imo.

Executio facta, appellatione pendente, à ſententia lata ſuper poſſeſſione momentanea, non dicitur attentata, qu. 17. limit. 6 membr. 3. numer. 22. Et multo minus ſit facta pendente termino ad appellandum, n. 23. Et quid ſi fuerit facta poſt inhibitionem iudicis appellationis delegati cũ clauſula (ſine præiudicio legitimæ executionis) nu. 24. Et quid ſi inhibitio emanauerit a iudice ordinario, nu. 25.

Ab executione non datur appellatio, niſi exprimatur cauſa, q. 4. ſub num. 29. caſ 2

Tertius

Tertius poteſt appellare ab executione inſtrumenti,ſeu ſententiæ, in qua non eſt nominatus, qu.17.lim.6 memb.4. ſub num.42.verſ.& quod.

Tertius an, & quando appellando impediat executionem ſententiæ contra condemnatum,eide in verbo. Tertius, verſic.tertius appellando.

¶ Executio ſententiæ euidenter iniuſtæ poteſt impediri officio iudicis,q.17.lim.6.memb.7.num.81

Executio parata non datur his, quæ non leguntur in inſtrumento, ſed ceniunt ex interpretatione iuris,qu.17.lim.9. num.16

In executione ſententiæ requiritur cognitio ſummaria,qu. 19.rem 1.concl.5.ſub num.34

Sententia,lata ſuper executione inſtrumenti,ſeu ſententiæ, an habeat vim diffinitiuæ, an ſit mera interlocutoria, vel diffinitiua quæſt.17.lim.47.memb.1.num.191.& ſeqq. Et quid in pronunciatione de exequendo,limit.10.ſub num. 8.verſ.ratio.

Executio facta, ordine non ſeruato, an, & quando ſit nulla,q.17.lim.10 num.24.& ſeqq.

Executionis exceſſus quot modis fiat,q.16.lim.9 num.30.& ſeq.lim.11. nu.8 & 9

Executio pro modico debito non fit in magnare, q.17.lim. 10.num.31.Neque in alia re,quam in re iudicata,ſeu,&c. num.32. Neque ante tempus,num.33. Nec, ſpreta exceptione,&c.num.34

Executio quando poſſit iuſtificari ex poſt agitatis, & productis, q.16.lim.38.ſub num 6

Quo ordine procedatur ad executionem ſententiæ,q.11.nu. 184.189 & ſeqq.

Vtilius eſt petere executionem officio iudicis, quam agere actionem rei iudicatæ,q.11.ſub num.184

Ordinarius,cui delegatus Principis committit executionem ſuæ ſententiæ, non poteſt cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ,qu.17.lim.10.ſub num.45

Citatio an,& quando ſit neceſſaria in executione ſententię q.11.nu.186.& ſeqq.

In executione ſententiæ an ſufficiat citare procuratorem, ead q.11.ſub nu.188.decisr.2

Nullitas an, & quando impediat executionem, vide in verbo,Nullitas.

Reſtitutio in integrum an, & quando impediat executionem, vide in verbo. Reſtitutio in integrum.

Executio, cui ſe opponit tertius, docens de ſuo intereſſe,nõ fit niſi cum clauſula (ſine præiudicio iurium tertii) q.17. lim 6.memb.4.num.84

Tertius, opponendo ſe executioni, an, & quando eam impediat vide in verbo Tertius.

Executio contra tertium poſſeſſorem probato,quod eictus in ſententia eſt Dominus, quomodo fiat,quæſt.17.lim.6. memb.4.num.60.& ſeqq.

Melioramentorum exceptio an, & quando retardet executionem, vide in verbo, Melioramenta.

Executio parata, conceſſa inſtrumento, non habet locum contra tertium poſſeſſorem, d.memb.4.numer.43. Et an contra tertium poſſeſſorem poſſit agi executiue, vide in verbo. Tertius.

Non poteſt procedi executiue, vbi requiritur litis conteſtatio,quæſt 17.lim.8. ſub num.64.verſ.ratio.

De vna via executiua poteſt tranſiri ad aliam executiuam, & vtraque cumulari, q.17.lim.8.ſub num.45.verſic.comprobetur.

Quando creditor poſſit exequi realiter & perſonaliter,ibid.

Via executiua,vide in verbo. Ordinaria.

Delegatus ab ordinario non exequitur ſententiam, q.11.n. 179.& q.17.lim.10 num.45

Delegatus Papæ extra Curiam exequitur ſuam ſententiam, q 11.num.178.Secus in Curia, num.172.& ſeqq.

Delegatus Principis poteſt exequi ſuam ſententiam, qu. 17. lim.10.num.45

Iudices ordinarij Romanæ Curiæ an, & quando poſſint exequi ſententiam ſine commiſſione executoriali, q 11. num.172. & ſeqq. Et ſi ſit delegatus, ſub num.173. verſ. ratio,& num. 175

Signatura quomodo reſcribat de executione,vide in verbo Commiſſio, verſ.ſignatura.

Executoriales decretæ, non ſeruatis quatuor terminis, an ſint elidæ,qu.17 num.201

Si vltimus iudex pronuntiat,ſententiam eſſe exequendam, hæc pronuntiatio dicitur ſententia conformis,qu.17.lim. 1 ſub num 30 exempl.7

Iudex, qui exequitur ſententiam alterius ex defectu poteſtatis eius,qui eam tulit,quam habeat cognitionem, q.17. lim 10.num.42.& ſeqq.& num.47.& ſeqq. Et quid in ſuperiore, non conſiderato defectu teſtatis, num.46

Executor.

A mero executore, executoris appellatur ad iudicem exequentem,qui relaxauit mandatum,q 17.lim.10.ſub n.41

Ab executore, qui male interpretatur ſententiam,datur appellatio,q.17.lim.10.num.52

Ab executore ad quem ſit appellandum,qu.17.lim.10.num. 67.& ſeqq

A mero executore non appellatur,qu.16.lim.1.nu.1.Neque ab executore,ead.q.16.lim.24.num.1.& quæſt.17.lim.10. num.1.in fine, & lim.11.nu.1. Sed procedit in mero executore, num.2. A quo tamen poteſt appellari, ſi excedat modum,nu.6. Sed eſt potius recurſus, nu.7. Poteſt etiam appellari ab executore mixto,num.11.& ſeqq.Et ſimiliter quando pars poteſt ſententiam allegaret.& ſtatim probaret tranſactionem,num.16. Et quid ſi diſputaretur de poteſtate executoris, num.10

¶ Quo ordine ſit procedendum coram iudice executorali, q. 11.num.100

Executor merus nullam recipit probationem,qu.17.lim.10. ſub num.36.Nullamque audit exceptionem,n.37.Niſi ſit exceptio notoriæ nullitatis ſententiæ,n.38.Et qui dicatur executor merus,lim 11.num.4.& 5

Executor merus miniſter executoris nullam prorſus audit exceptionem, d.lim.10.num.40

Executor mixtus quam cognitionem habeat, qu.17.lim.10. num.42.& ſeqq.& lim.11. ſub num.11. verſ.ratio. Et quis dicatur executor mixtus,nu.12

Executor dicitur excedere,quando doloſe agit, d.lim.11.n. 8. Seu iniurioſe,aut facit executionem in rebus prohibitis,aut tollit alternatiuam, nu 9.exemp.2.& vide limit.9. num.30.& ſeqq.

Executor excedendo an teneatur parti de dolo, vel actione iniuriæ q.17.lim.11.num.15

¶ Actus tribuitur ordinario, & non executori, quæſt.17.lim. 10.num 4 & 5

Exhibere.

A ſententia lata in actione ad exhibendum an, & quando detur appellatio, q.17.lim.6.memb.8.num.19. & ſeqq.

Actio ad exhibendum ſapit in naturam iudicij realis,qu.17. lim.6.memb 8.ſub num.19

In actione ad exhibendum iuratur in litem, ſub eod.nu.19. & ſub num.20

Exhibitio rei quandoque petitur, vt fiat recognitio, quãdoque vero,vt transferatur poſſeſſio,&c.q.17.lim.6.memb. 8.num.52

Eximere.

Appellatio eximit appellantem à iuriſdictione iudicis à quo in cauſa appellata,qu 3.numer.16.& ſeqq.In quibus ſunt ampliationes,& limitationes.

Expenſa.

An iudex à quo, vel iudex appellationis condemnet ad expenſas deſertorem appellationis; quæſt.11. num. 160.& 161. Et ad quas expenſas condemnari debeat, d.nu.161. verſ.infero.

Delegatus etiam poteſt condemnare ad expenſas deſertorem appellationis,q.11.num.177

Apoſtolorum expenſas quis teneatur ſoluere, q.13.nu.114

Expenſæ pro remiſſione cauſæ appellationis à quo ſint ſoluendæ q 7.num.87

Appellans,non proſequendo cauſam appellationis in termino ſibi præfixo, poteſt condemnari in expenſis ſine alia citatione,&c.q.14.ſub num.17

A condemnatione expenſarum datur appellatio, q.17.limit. 1.ſub num.45 & lim.21.num.56. Non tamen datur,quãdo iudex poſt lapſos decem dies condemnat ad expenſas interlocutoriæ, n.65 Niſi condemnatus habuiſſet iuſtam cauſam litigandi,nu.66. Item non datur in expenſis contuma-

Digitized by Google

tumacialibus,nu.67.Et quid ſi condemnatio expenſarum fiat in vltima ſententia conformi, quæ facit rem iudicatam,nu.72.& ſeq.Et quid ſeruet Curia Romana,nu.73.

Licet condemnatus in negotio principali appellauerit,& renunciet appellationi,tamen appellatus poteſt proſequi illam appellationem reſpectu omiſſæ condemnationis expenſarum,q.17.lim.2.nu.98 verſ.primus.

Actore miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi iudex pronunciet, reum non audiri, niſi refectis expenſis, reus poteſt appellare, q.17 lim 6.memb.4 nu.127

Renuntians appellationi tenetur ad expenſas, q.17.lim.2.n.112.& 113.vbi ibi ampliatur,& num.112.& ſeq. in quibus limitatur.

Condemnatus ad reſtituendam domino poſſeſſionem fundi, in quo fecit melioramenta, ſeu expenſas an, & quando poſſit appellare,q.17.lim.6.memb.8.num.9.& 10.vide in verbo. Retentio.

Hæres putatiuus, condemnatus in interdicto quorum bonorum,non poteſt appellare, ratione expenſarum factarum in rebus euictis,q.17.lim.32

Qui non poteſt appellare à principali, non poteſt appellare a condemnatione expenſarum,quæſt.17.lim.6.memb.9.num.28

Condemnatio expenſarum non coacernatur cum ſumma principali ſtante lege,quæ limitat quantitatem appellabilem,q.17.lim.6.memb 9.ſub num.32 & ſub num.37

Victor non poteſt appellare ab omiſſa condemnatione expenſarum, ſi appellauit victus, q 17.lim.21.nu 1.& ſeq. Neque ab inſufficienti condemnatione,nu 5.& 6.etiamſi victus renuntiaret appellationi,num 7.& 8 & lim 2.nu.98.Et antequam inciperet vti appellatione, ead. limit.2.ſub num.99.& d.limit.21.num.9 Seu omitteret proſequi appellationem omnes 10 Et etiamſi non appellauerit,ſed dixerit,de nullitate ſententiæ,num.11.Etiamſi capitulum expenſarum ſit ſeparatum, num.12. Et a fortiori, ſi eſſet connexum,num.13.Quamuis appellatio eſſet reſtricta ad capitulum quod facit contra appellantem,nu.14. Et quid ſi victus eſſet expreſſe abſolutus ab expenſis, num.15.& ſequent. Et quid ſi victus appellaret in parte, & partim ius, num.9. & ſeqq. vſque ad num.32 incluſiuè. Poteſt victo appellare, quando victus non appellat, num.33. Et quid iſto caſu ſi expenſæ ſunt ſilentio prætermiſſæ. num.34.& ſeqq.vſque ad num.55.incluſiuè. In Regno Franciæ victor debet appellare,num.18

Petens expenſas poſt deſertam cauſam appellationis non auditur,q.17.lim.21.ſub nu.10

A ſententia lata pro ſolutione expenſarum funeralium,non datur appellatio ſuſpenſiua,q 17 lim.45.num.1

A ſententia lata pro ſolutione expenſarum infirmitatis non datur appellatio,d.lim.45.num.2

Ab omiſſa condemnatione expenſarum an, & quando detur victori appellatio, condemnato in negocio principali non appellante, q.17.lim.21.num.34

Lata ſententia in negotio principali, & omiſſa condemnatione expenſarum,& ab earum omiſſione non interpoſita appellatione intra legitima tempora, ſi expenſæ ſunt factæ poſt litem conteſtatam, amplius peti non poſſunt, ſiue fuerint petitæ ab initio,ſiue non, q.17.lim.21 nu.37.& ſub num.40

Ab omiſſa condemnatione,expenſarum datur appellatio,q.17.lim.21.nu 34 Etiamſi fuerint omiſſæ à iudice appellationis num.46.& ſeqq.

Vbi plus expenditur,quam ſit valor cauſæ,non datur appellatio q.17.lim 40. num 1.& 2

Iudex appellationis debet condemnare etiam ad expenſas cauſæ principalis,q.17.lim.21.n.47.Et ideò ſi,confirmando ſententiam condemnet ſimpliciter ad expenſas, intelligitur condemnaſſe etiam ad expenſas cauſæ principalis, num.48.quæſt.11.nu.161.verſ.declara. Quod tamen non eſt verum ſi appareat, condemnatum habuiſſe iuſtam cauſam litigandi in prima inſtantia,& quid in Rota,& in Curijs Franciæ,d.lim.21.num.49. Idem ſi iudex in prima inſtantia abſoluiſſet ab expenſis, ſub eod n 49.temper.2. Idem ſi iudex appellationis pronuntiat ſolum ſuper deſertione, eod.n.49.in fine. Et an iudex in tertia inſtantia, reuocando duas priores,teneatur condemnare ad expenſas factas in illis reuocatis, num 50.& 55

Licet iudex appellationis teneatur cõdemnare etiam ad expenſas factas coram iudice à quo; quid tamen ſi non fuerint petitæ coram ipſo iudice à quo,q 17.lim.21.& n.51.& ſeq. Et quid ſi iudex appellationis infirmet ſententiam ex nouis actis,& quid ſeruetur in Francia,n.54

A taxatione expenſarum an detur appellatio,vide in verbo. Taxatio.

Appellatio à condemnatione expenſarum ratione contumaciæ non ſuſpendit iuriſdictionem in alijs,q.17.lim.47.membr.2.nu.16

¶ Abſolutus ab expenſis dicitur habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, q.15.num.81

Reſtitutus aduerſus lapſum inſtantiæ, quando teneatur in primis refer re expenſas, ead.quæſt 15.num.306 & ſeq. Et quando non tenetur,num.311.& ſeqq. & ſub n.334 verſicul.tamen.

Perempta inſtantia, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, & actor condemnatur ad expenſas,ead q.15.num.307.Et quando condemnentur reus,num.320

Contumax non auditur, niſi refectis expenſis etiam quod habuerit iuſtam cauſam litigandi, q.15.num.398

Licet Princeps reſtituat aduerſus lapſum inſtantiæ,nulla facta mentione expenſarum refectione, tamen reſtitutus tenetur ad eas,q.15. ſub num.310

Cedens liti tenetur ad expenſas, q.17.lim.2.num.114

Renuntians inſtantiæ tenetur ad expenſas, qu.17.lim.9.ſub num.46.verſ.ſecundo quia.

Renuntians petitorio tenetur ad expenſas,quæſt.17.limit 2.num.115

Omnis mutatio actionis, ſeu libelli poſt conteſtationem litis trahit ſecum condemnationem expenſarum, q.11.ſub num.33.verſ.ad adducta,& num.36.& qu.17.lim.2.num.116. Etiamſi mutans ſit mulier. numer.117. Et in cauſis ſummarijs,num.118.Mutans tamen actionem,ſi nulla poteſt in eo conſiderari temeritas,non tenetur ad expenſas,num.119.Idem ſi mutatio contingat intrinſece ex iure ſuperuenienti,num.120. Idem ſi mutetur cauſa in ſecunda inſtantia, &c.num.121

Qui bona fide,ignoranter fecit expenſas,ſeu melioramenta in fundo alieno,habet ſolum, ius retentionis, q.17.lim.6.memb.8.n.9 Sed in eas fecerit ſcienter animo obligandi, habebit etiam condictionem ad repetendum, nu.10

Capitulum expenſarum an dicatur ſeparatum, vel connexum negocio principali, qu.17.lim.21.ſub nu.25.verſ.ſed ſic,& nu.26.& ſeqq.

Expenſæ plerunque debentur officio iudicis mercenario, q.17 limit.21 ſub num.34. verſ contra. Et dicuntur deberi officio iudicis illæ quæ debentur poſt conteſtatam litem, ſub num 40

Expenſæ quæ debentur iure actionis, ſunt illæ quæ debentur ante conteſtatam litem, &c.q.17 lim.21.num.45

Si iudex non abſoluit,cauſa expreſſa, neque condemnat victum ad expenſas petitas, an teneatur de ſuo, d.limit.21.ſub num.34.verſ.contraria.

Victus non condemnatus ad expenſas an cenſeatur abſolutus,d.lim.21.num.37.& 38.vtrobique in fine.Sed in Vrbe tenetur ad eas ex ſtat. Vrbis, quamuis ſint omiſſæ in ſententia,num.35.in fine.

Iudex poteſt condemnare ad expenſas factas poſt litem conteſtatam quamuis non ſint petitæ, d.lim.21.ſub num.35.verſ.ſed nunquid.

Lata ſententia in negotio principali, iudex non poteſt condemnare ad expenſas, quæ debentur officio iudicis mercenario, d lim.21 ſub n.40. Secus ſi ſit lata ſuper reuocatione attentatorum,num.41 Quo caſu poteſt condemnare etiam poſt lapſos decem dies,num.42. Dummodo non ſit appellatum, nu 44.At ad expenſas, quæ debentur iure actionis,condemnare etiam poſt latam ſententiam in negocio principali, num.45.

Condemnatio expenſarum,omiſſa in poſſeſſorio. poteſt reparari in petitorio per viam attentati, ead.lim 21.n.43

Tarde producens tenetur ad expenſas factas,d.lim.21.n.68. Et ideò clericus, tarde allegans priuilegium clericatus, non auditur, niſi refectis expenſis, nu.69.& ſeqq.Et vide in verbo, Clericus,verſ.clericus tarde.

Ex-

Digitized by Google

Expreſſio & expreſſum.

Expreſſio cauſæ, ſeu grauaminis non eſt neceſſaria in appellatione à ſeotentia diffinitiua, q 4.num.25. & q.17.lim.6. membr.7 nom.111. Neque in appellatione ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, d.q 4.num.28. Etiam ſi eſſemus io caſu in quo appellatio eſſet prohibita, d.qu 17. lim.4.num.55.& 58.& d.q.4.num.27. Et qui ſint caſus, in quibus appellatio à diffinitiua eſt nulla, niſi exprimatur cauſa, nu.29. Secus eſt in appellatione ab interlocutoria, quia eſt neceſſaria, d.lim.6.memb.7. ſub num.111.verſic. ſecus. Et requiritur expreſſio in ſpecie, d.q.4.n.30.& ſeq. in quibus ampliatur, & reſtringitur, & remiſſiue, d.lim.6. memb.7. ſub d.n.111.& 112

Expreſſio generalis per relationem ad acta non ſufficit in appellatione, qu.4.nu.31. Secus eſt ſi ſit relatio ad certam partem actorum, nu.32

Expreſſio cauſæ in appellatione operatur, vt facilius admittatur appellatio & inhibeatur, qu.17 lim 4.ſub nu 55. Imò operatur, vt admittatur etiam in caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita, num.48

Quæ alio ſint exprimenda in appellatione, vide in verbo. Res, & in verbo. Summa.

Cauſa rationabili expreſſa, quæ pareat ex actis, appellatio admittitur, quæ alias non admitteretur, ſecus ſi exprimatur cauſa friuola, qu.17.lim.6 membr.7.num.103. Et hoc procedit tam de iure ciuili, nu.104. Quam de iure canonico, nu.105. Secundum quod ſufficit expreſſio cuiuſlibet grauaminis nu.106. Et quamuis de eo notorie non conſtet, nu.107. Secus de iure ciuili, nu.108. Et quando dicatur notorie conſtare, nu.110

Expreſſum vide io verbo. Tacitum.

¶ Expreſſum plus operatur, quam tacitum q.12.num.87

Extractus, vide in verbo. Regeſtum.

Extraiudicialis.

Appellatio extraiudicialis dicitur prouocatio, qu.2.n.33. in fine. Et impropriè appellatio, q.1.n.5 & d.q.2.ſub nu.33. verſ.at appellato.

Non comprehenditur in reſcripto appellationis nec ſub nomine appellationis in materia odioſa, q.1.ſub n.8

Appellatio extraiudicialis, quæ dicatur, qu.2.ſub nu.34.verſ. ſed appellato & ſub num.38 verſ at appellato.

An ſit licita etiam de iure ciuili, q.2.ſub oumer.45.verſ ſed appellato.

Eſt prohibita excommunicato, q.2.ſub num.44

Appellatio extraiudicialis ab vno articulo non ſuſpendit in reliquis, q.2.ſub num.37

An, & quando ſit intimanda ad inducendum effectum ſuſpenſiuum, q.6.nu.33

Non impedit poſſeſſorem, quominus poſſit vendere, & alienare rem, quam poſſidet q.3.nu.71

Debet dari in ſcriptis, q.4.num.4

Quoad ſolemnia non differt ab appellatione iudiciali ab interlocutoria, qu.4.num.58

Poteſt interponi à futuro grauamine, q 5.nu.115. & q.2 ſub num.43. Et ratione cauſæ, de futuro, qu.2.num 43.verſic. extraiudicialis.

Poteſt fundari in veriſimili timore grauaminis, q 2.ſub nu. 41.verſ.ratio.

Interponitur à iudice, & à parte, qu.2.num.38 verſ.appellatio. Quando interponitur à iudice procedente extraiudicialiter, interponi debet coram ipſo iudice à quo, q.6.n.5. Et infra decem dies, q.12.num.106. & q 17.lim.1.num 7. Sed propter iuſtum metum poteſt interponi in abſentia iudicis, d.q 9.n.17 Quando interponitur à parte aduerſa, procedente ſine auctoritate iudicis, tunc debet interponi ad iudicem, coram quo appellans deberet reum conuenire in prima inſtantia, q.2.ſub num.46. verſ.at appellatio. Vnde habet naturam citationis, ſub num.34.verſ.ſed appellatio, & oum.39.& clarius ſub d.num.46.& quæſt.17. num.44. Imò habet vim citationis non ſolum contra appellatum, vt teneatur comparere ſine alia citatione, ſed habet vim citationis etiam contra ipſum appellantem, &c.num 45

Iuſtificatio appellationis extraiudicialis quomodo fiat, qu.2. num.42

Intimatio appellationis extraiudicialis debet continere etiã intimationem mandati procuratoris, q.6.ſub nu.34.verſ. intellige primo.

Appellatio extraiudicialis in quor, & quibus differat ab appellatione iudiciali, q 2.nu.33.& ſeqq.

Deſerta appellatione extraiudiciali, appellans noo auditur per viam appellationis, q.17 lim.1.nu.7. Et an poterit agi via querelæ, nullitatis, & reſtitutionis. n.8

Non ſuſpendit niſi ea quæ geruntur contra ipſam appellationem, q.17.lim.47. memb.2.ſub num 15

Extraneus.

Extraneus quilibet, an poſſit appellare pro condemnato ciuiliter, ſi ſequatur ratihabitio infra decem dies, q.5.n.43

Extraneus poteſt appellare pro condemnato criminaliter, etiam condemnato inuito, q.5.num.44. Sub extenditur & reſtringitur, num 45.& ſeqq.& num.51. Imò poteſt etiam proſequi appellationem, num.46. Et poteſt appellare nomine, quo vult, &c.num.47. Non tamen poteſt appellare in caſu in quo nec ipſe condemnatus poſſet, num.51.reſtrict.1.& num.52

Reliqua habes in proprijs nominibus eorum qui poſſunt appellare.

Faber.

FAber malleans prope Doctorem, ſeu prope ſacerdotem, non appellat à ſeotentia de fractando, quæſt.17.limit.6. memb 2.num.36. Idem ſi ſit condemnatus ad recedendum a contrada ſcholarium, lim.7.nu 13

Factio.

In duce factionum, id eſt, duces factionum, qui produnt Principem, vel Remp. noo appellant, qu 17.lim.4.nu.81 Secus tamen ſi exprimatur cauſa rationabilis, nu.84

Factor. vide in verbo, inſtitor.

Factum.

Ab eo, qui poteſt procedere de facto, non appellatur, qu.16. lim.5.num.8

Ab eo, quod quis procurauit fieri, non poteſt appellare, qu. 17.lim.39.num.1. Contrarium, q.5.nu.4

¶ Factum iudicis cenſetur factum partis, q.17.limit.6. memb. 6 num.68

De facto, idem eſt, quod manu regia q.16.lim.1. ſub nu.64. verſ.confirmatur.

Hæc verba (procedas de facto) tribuunt liberam, & abſolutam poteſtatem, q.16.lim 1.n.65

Voluntas magis facto, quam verbis exprimitur, q.17.lim.2. num.23 Plus enim eſt facere facto, quam verbis, quæſt 6. ſub num.41

Falſum.

In crimine falſæ monetæ non datur appellatio, niſi in Francia, q 17.lim.4.num.83. Et quid ſi exprimatur cauſa rationabilis, num.84

In cauſa poſſeſſoria, lata ſuper complicata falſitate, datur appellatio, quæſt.17.lim.6.memb.9.num.48

Fama, vide in verbo. Honor.

Familiaris.

Si appellans efficiatur familiaris iudicis ad quem, appellanti non currunt fatalia, quæſt.15.num.62

Fatalia.

Fatalia currunt à die interpoſitæ appellationis, q.15.nu.162. & dies appellationis nõ computatur, n.171. Et hoc procedit tam in appellationi iudiciali, quam in extraiudiciali, n.172. Et quando fatalia incipiant currere in appellatione conditionali ſeu à futuro grauamine, nu.174. Et quando in appellatione de partibus, nu.175 Et quaodo in appellatione, quæ veniat cognoſcenda à iudice eligendo, nu.176. & ſeqq. Et quando in Auditorio Principis, q.14.ſub n.48. verſ.fin.& d.q.15.nu.131.& 132

An incipiant currere à die primæ, vel à die ſecundæ appellationis, q.13.nu.86.& late q.15.num.163.& ſeqq.& q.17. lim.21. n.4

Currunt etiam pendente termino habito pro ſeruato, & ſic antequam ſubſcribatur ſententia, q.14.ſub nu.11.in 2.reſponſ.& q.15.num.127

Non incipiunt currere niſi à die, quo appellans potuit veriſimiliter committere cauſam appellationis, quæſt.14.nu. 48.in fine.

Fatalia appellationis vnde dicantur, q.25.num.1

Fatalia appellationis quæ ſint, q.15.nu.2. Et quæ ſint in foro

Capi-

Digitized by Google

Capitolino, num.40 Et quæ in Prouincia Marchiæ,& in Abbatia Sublacenſi,nu.41
Fatalia appellationis habent locum in cauſis,quarum prima inſtantia eſt perpetua, q.15.nu.3 in interlocutoria, n.4.In cauſis criminalibus,n.5 Etiam ſi appellãs moreretur,&c. nu.6 etiam ſi prima inſtantia ſit breuior,nu.7. In appellatione extraiudiciali,n.8.& 14 In cauſis beneficialibus,nu. 9.& 10.In appellatione à grauamine futuro, n.11.In ſententia ſuper declaratione iuris . In cauſis ſummarijs & executiuis. In cauſa feudali, ſub eod.num.11. Et quid in cauſa coram Principe,ſub eod.num 11.131.132.& 229.Et coram delegato Papæ, n.133. Et an habeant locum in reductione laudi ad arbitrium boni viri, nu.258
Fatalia habent locum tam in prima, quam in vlteriori appellatione, q.15 num.36
Fatalia diuiduntur in ſeptem tempora,qu.15 nu.12.Et quæ ſint hæc tempora,num.15
Fatalium tempora non omnia dantur ab Initio,& quomodo dentur,q.15.num.27. & ſeqq.
Primum fatale, id eſt,primus annus datur ſimpliciter, q.15. num.27.& 28
Ante lapſum primum fatale nullum tempus concedi poteſt per viam reſtitutionis,q.15. num 30 & 31
Secundum fatale non datur niſi ex cauſa, q 15.ſub nu.27.& 18.Et quæ requirantur, vt detur,num.34.& 35
Secundum fatale non datur ei, qui conceſſa eſt prorogatio fatalium, q.15.num.234
Tertium fatale datur ex cauſa per viam reſtitutionis,qu.15. ſub nu.27.& 28. Et qua vti debeat appellans praxi petendo ſecundum, ſeu tertium fatale,n.29.Et non conceditur integer annus, num.32
Fatalia poſſunt breuiari à Principe,à ſtatuto, & à communi partium conſenſu,& illa ſunt ſeruanda, q.15.n.38.& ſeq. & nu.193.Et quomodo poſſint breuiari a iudice appellationis, nu.217.Et iudex ad quem non poteſt ad iſtantiam appellati breuiare terminum ad proſequendam appellationem,num.240
Fatalia,ſeu inſtantia appellationis non currunt, ſi per errorem fuerit appellatum,omiſſo medio,quæſt.7.ſub numer. 23 verſic.ſed ſecundum. Minuſue currunt,ſi fuerit,omiſſo medio appellatum ad Papam,eod.num.23. & apertius, q.15.num.53
Fatalia an, & quando currant, & quando non currant,qu. 15.num 44.& ſeqq.
Fatalia ſuper petitorio non currunt quando lis durat ſuper poſſeſſorio, q.15.num.85.illat.6
Fatalia ſtatutaria ſubrogantur loco fatalium iuris, & ideò dicta de fatalibus iuris procedunt in fatalibus ſtatutarijs, q.15.num.109
Fatalia an, & quando poſſint ſuſpendi, ſeu prorogari, vide in verbo. Prorogare.
Citatio an ſit neceſſaria in prorogatione fatalium,qu.15.ſub num.220.& ſeqq.& 224
Vt appellanti non detur ſecundum fatale quanta temporis exigatur negligentia,q.15.num.148 & ſeqq. Et vt detur ſufficit, quod appellans in primo fecit committi cauſam, & citauerit partem ad dicendum contra commiſſionem in actis præſentatam,n.151.vbi late declaratur, & n.153
Tempus vnius menſis reputatur ſufficiens ad expediendam cauſam appellationis,qu.15.ſub num.149.verſ.difficultas, & num.55
Lapſo primo fatalis,an ſententia tranſeat in rem iudicatam, q.15.num.179 & 180
Commiſſionis prorogationis fatalium vſus in Romana curia qualis ſit, q.15 ſub num.229.& ſeqq.
Prorogatio fatalium, quæ hic de ſunt, vide in verbo. Prorogare.
Fatalia in quibus differant ab inſtantia primæ cauſæ, q.15.n. 241.& ſeqq.30.& 339
Sententia etiam nulla excuſat à lapſu fatalium, q.15.n.295
Impedimenta fatalium, vide in verbo, Impedimentum, in verbo. Impeditus,& in verbo. Deſertio.
Reliqua vide in verbo. Compromiſſum, verſ. licet, & in verbo. Iter, verſ.vlt.

Fatum.

¶ Fatum ſumitur pro morte, quæſt.15.num.1

Fauorabilis.

Appellatio eſt materia fauorabilis, quæſt.17. limit.6.memb. 9 ſub num 26

Feriæ.

Appellatio poteſt interponi etiam tempore feriato,qu 4.nu. 54 fine,& q.12.ſub num.51
Feriæ excuſant à deſertione cauſæ appellationis non commiſſæ infra legitima tempora, q.14.num.42
¶ Licet quis citatus comparuerit tempore feriatum, & non exceperit, tamen poterit excipere in alijs citationibus, q. 17.lim.47.memb.1.num.126

Feſtinare.

Appellans quando dicatur nimium feſtinare in committendo cauſam appellationis, an relinquantur arbitrio iudicis, q.14.num 57

Ficte, & fictio

A ſententia lata ſuper ficta poſſeſſione,datur appellatio,qu. 17.lim.8 memb 9 num.114.& 115.Et quando non detur, num 124.& ſeqq & dixi in verbo.Hæres,verſ a ſententia verſum finem
Condemnatus ex fictione iuris, &c.non appellat, q 17.lim. 4.num.86
Ficte confeſſus & conuictus appellat, quæſt.17,lim.4.ſub n. 60.confirm.1 Etiam in cauſis criminalibus, dummodo ſe conſtituat in carceribus,&c lim.48.num.17.28.& 29
Fideicommiſſum,vide in verbo.Legatum.

Fideiuſſor, & fideiuſſio.

Fideiuſſor poteſt appellare pro eo,pro quo fideiuſſit,q 5 nu. 31.32 vbi de fideiuſſore iudicij, & qu.17.lim 6, memb 4. ſub num.113. vbi de fideiuſſore contractus.
Fideiuſſor an debeat appellare nomine proprio, q.5.ſub nu. 31.verſ.difficultas.
Fideiuſſor venditoris poteſt appellare,victo.emptore,quæſ. 5.num.33
Fideiuſſor, qui acceſſit promiſſioni de ſtando, & parendo ſententiæ, ſequuta appellatione, ſtatim eſt liberatus a fideiuſſione,q.17 lim.2.num.77. Et hoc eſt verum ſi appellat principalis, cui eſt promiſſum, ſecus ſi appellat principalis, qui pro appellationis diminuit, vel addit ſententiæ, num 76.Et quid miſit,num 78. Et quid ſi appellauit promiſſor, ſed iudex ſi in promiſſione eſſet expreſſum proprium nomen iudicis, num 80. Et quid ſi fideiuſſor promittit parere mandatis Eccleſiæ, ſeu Curiæ, &c.num.81. Et quod non liberetur, ſi promiſſio eſt de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo,num 82
Fideiuſſor de ſoluendo iudicatum non poteſt appellare à ſententia à qua non poteſt appellare principalis condemnatus, q.17.lim 6.memb.4.ſub num.112.verſ.vnde.
Si iudex pronunciat fideiuſſorem eſſe idoneum, datur appellatio q.17.lim 6.memb.8.num.70
¶ Forenſibus difficile eſt inuenire fideiuſſorem, quæſt.15.ſub num 141.confirm.3
Fideiuſſor forenſis an ſit idoneus, q 15.ib & ſub n.143
Sententia lata contra principalem, poteſt exequi ſine alio proceſſu contra fideiuſſorem de ſoluendo iudicatum, quæſt.17.lim.6.memb.4 ſub nu.112.Et poteſt exequi ſine alia citatione ſub eod.num.112.verſic.quare, & quæſt.5. ſub num.32
Fideiuſſor de iudicio ſiſti an poſſit conueniri executiue ex ſententia lata contra principalem, q.17.lim.6.memb.4.ſub num.113.verſ.de fideiuſſore.
Licet obligatio principalis ſit nulla, tamen ſi ſit nulla aliquo fauore ſpeciali, fideiuſſor,qui acceſſit obligationi, tenetur, q.19.rem.1.concl.5.ſub num.33
Sententia lata contra debitorem principalem, non poteſt exequi contra fideiuſſorem cõtractus, q 17.lim.6.memb. 4.num.113.& q.9.num 32
Iudex, volens condemnare fideiuſſorem,qui tenetur repræſentare reum, quomodo debeat procedere,qu.17.limit.6. memb.4.ſub num.513.verſ.caueant.
Poſtquam iudex pronunciauerit,dandum eſſe fideiuſſorem, & datus eſt, non poteſt interlocutoriam reuocare, q.17. lim.47.memb.1.num.61
Fideiuſſor idoneus, vide in verbo. Idoneus.
Fideiuſſor de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo an & quãdo poſſit præſtari extra locum iudicii, q.15.num 141

Mutato

Mutato iudice, euaneſcunt fideiuſſiones, & cautiones de iudicatum ſoluendo, & de non offendendo, quæſt.17.limit 2.ſub num.77

Reliqua vide in verbo. Cautio, & in verbo. Satiſdatio.

Filius, filia, & ſoror.

Filiusfamilias poteſt appellare pro patre, qu.5.ſub num.63. confirmat.1.& verſic.è conuerſo. Et quo nomine debeat appellare, num.65

Regulariter non poteſt appellare, quæſt.5.num.64 Et an,& quando poſſit appellare à ſententia contra ſe lata, numer. 92.lim.6

¶ Filio, litiganti cum patre, decernuntur alimenta, q.17.lim. 7.num.4

Filiusfamilias poteſt agere pro patre, conteſtari litem & producere teſtes ſine mandato, q.ſub n.63.confir.1

Filia, ſeu ſoror, inſtituta hæres, poteſt agere ex l fin. Cod.de edict.diui Adrian.tollend.ad adipiſcendam poſſeſſionem bonorum feudalium, quæſt.17.lim 6.memb.4 num.13.& ſeqq.Et bonorum amphyteuticorum, nu.17.Secus ſi non inſtituta hæres, ſed veniat ab inteſtato, quia, &c.num.16. verſ.tamen.

Finis.

Ad quem finem ſit introducta appellatio, quæſt.3.num. 1

Fiſcalis & fiſcus.

A ſententia, lata ad fauorem fiſci ſuper tributis, ſeu debito fiſcali non datur appellatio, q 17.limit.17 nu.1.Neque à ſententia, lata ſuper collectis, &c.num.2. Et quid ſi condemnatus ad collectam non reperiatur deſcriptus in æſtimo, num.3.Datur appellatio, ſi agatur de lucro captando, vt in pœnis nu.4. Si condemnatus allegat exemptionem, n.5.Si debitor non ſit aperte conuictus, nu.7.Si in Curia appellans faceret actuale depoſitum, nu.8.Item datur appellatio in Regno Franciæ, num.6

Debitor fiſcalis, vel patrimonij Principis non appellat, qu. 17.lim.17.ſub num 4

Fiſcus debet appellare infra decem dies, q.12.nu.99.

Fiſcus an appellet à ſententia, abſolutoria lata in fauorem inquiſiti, vide in verbo. Abſolutio, verſ.fiſcus,& in verbo. Crimen, verſ.in cauſis in fine.

¶ Fiſcus, laudatus in auctorem, tenetur defendere emptorem coram quo emptor moleſtatur qu.7.ſub nu.123.verſ.moueor.ſecundo.

Fiſcus tenetur proſequi inſtantiam coram iudice, coram quo eam inchoauit is, cuius eſt hæres, qu 7.ſub num.133. verſ.confirmatur.

Fiſcus non habet alia priuilegia, quam expreſſa in iure, qu. 17.lim.6 memb.3. ſub num.32

Fragrans crimen, vide in verbo. Fragrans.

Flumen.

Fluminis impetus excuſat non appellantem infra legitima tempora, q.12 num.167

Feudum & Feudatarius.

A Paribus Curiæ appellatur ad ſuperiorem dominum feudi, q.8. ſub num.120

Ad quos,& quo ordine appelletur in cauſis feudalibus, q.8. ſub n.120.verſ.à paribus.

In feudalibus appellatur ad dominum feudi etiamſi appelletur à perſonis eccleſiaſticis, q.8.num.92

Appellanti à ſententia lata, in magno feudo, dantur ſex hebdomadæ ad iter arripiendum, &c.q.15.ſub num 21

A ſententia aliquem eſſe inueſtiendum de feudo datur appellatio, quæſt.17 lim.6.membr.9.ſub num.78.Niſi ſit lata per vtile interdictum quorum bonorum ad fauorem filij, num.79

A ſententia, lata ſuper poſſeſſione feudi, non datur appellatio, q.17.lim.6.memb.3.num.31. & memb.9.num.112

In cauſa feudali debet appellari infra decem dies, qu.12 ſub num 142.ampl.23

Rex ſeu alius dominus ſecularis an, & quando iudicet de cauſa feudali, in qua vna pars ſit perſona eccleſiaſtica, q. 8.ſub num.92

¶ Rex iudicat inter Epiſcopum, & tertium de feudo regio, quæſt.8.ſub num.92.extenſ.1. Secus ſi cauſa ſit inter Regem,& Epiſcopum, ſub eodem num.92. verſic. ſecus, & verſic.declara.

Clericus ratione feudi, quod habeat à laico, ſubijcitur iuriſdictioni illius laici in his, quæ ſpectant ad feudum, qu.8. ſub num 92.exten.1.Subextenditur & declaratur reſtringendo, ſub eod.num 92 verſ.ſeqq.

Licet Prælatus Eccleſiæ committat aliquam culpam, propter quam ſit, impoſita pœna priuationis feudi, tamen Eccleſia non priuatur feudo, q.8.ſub num 93.declar.3

In feudalibus quando iudicet Dominus feudi quando ordinarius,& quando Pares curiæ, remiſſiuè, q.8.ſub nu.120. verſ.cęterum.

Filiæ ſeu alteri fœminæ tranſuerſalis lineæ, vt puta, ſorori inſtitutæ hæredi datur remedium ex l.ſi ad adipiſcendam poſſeſſionem etiam bonorum feudalium, quamuis notoriè conſtat, bona eſſe feudalia, & filia non probet, ſe eſſe eorum capacem, qu 17.lim.6.memb.4.nu.13.Etiam ſi alij agnati opponerent de capacitate, nu.14.Niſi eſſent parati incontinenti docere de eorum iure, num.15.Sed filiæ, vel alteri venienti ab inteſtato non datur hoc remedium, ſed officium iudicis, num.16

Feudatarius, vide in verbo. Baro.

Formula.

Formula appellationis quę ſit, q.2.ſub n.32.verſ.de formula, & q.4.num.55

Formula ſententiæ in cauſa appellationis qualis ſit in genere, q 11.num.112

Fortuna, vide in verbo, Sors.

Fragrans crimen.

Captus in fragranti crimine non appellat, q.17.lim.4.n.88

Frater.

Frater poteſt appellare pro fratre,& quæ requirantur, qu.5. num.62

Fraus.

Fraus vel dolus procuratoris in appellando an,& quomodo præiudicet principali, quæſt.12.num.129.& ſeqq.

¶ Fraus probatur per coniecturas, q.8.ſub num.28

Non debet quis ex propria fraude reportare cōmodum ib.

Frequens.

Appellandi vſus eſt frequens, q.1.num.1

¶ Quæ frequentia ſunt, plenius attingi debent, q.1.num.2

Friuola.

Appellatio friuola quæ dicatur, qu.2.num.48.& ſeqq.

Quando iudex debeat, & quando non arbitrari, appellationem eſſe friuolam, q.2.num.50

Iuſtitia, non defert friuolæ appellationi, neque iudex debet deferre, quæſt.2 ſub num.51.verſ.at appellationi, & quæſ. 17.lim.36.num.5

Iudex, admittens appellationem friuolam, peccat, qu.2.ſub num.51.verſ.imò.Et punitur, q.12.ſub num.1.& ſub nu 4. ſubill.1.& q.17.lim.36 num.3. Si tamen detulerit appellationi friuolæ, abdicat, à ſe iuriſdictionem, num.4

Friuolæ appellans non auditur, q.5.nu.100 Et ideò reijcitur etiam poſteà, quando appellaret à diffinitiua, q 17.lim.36. num.2.& lim.47.memb.1.ſub num.166.ampl.2

Poteſt tanquam contumax excommunicari, qu.2.num.51. in fine.

Non dicitur grauatus, ſed intendit grauare, qu.5.num.100. in fine.

Reliqua vide in verbo. Calumnioſa.

Cauſa friuolæ appellationis ab interlocutoria poteſt delegari eidem iudici à quo, q 8 num.76

Cauſa friuola expreſſa in appellatione, vitiat etiam appellationem, in qua non requiritur expreſſio cauſæ, qu.2.ſub num 51.verſ.& hoc.

Iudex à quo cognoſcit, an appellatio ſit friuola, q.11.num.2

Fructus.

Deſcriptio fructuum conceditur, appellatione pendente, etiam ſi nulla diſſipationis fructuum extet ſuſpicio, q.3. num.31

Condemnatus ad poſſeſſionem, & fructus poteſt appellare quoad condemnationem fructuum, q.17.lim. 6.memb.9. n.22.& ſeqq.& n.33.Etiam ſi ſit condemnatus ad fructus futuros n 34. Et licet ſit condemnatus vnico capitulo, tamen non poteſt appellare, niſi quoad fructus, n.35.& 36. In iudicio recuperandæ poſſeſſionis non poteſt appellare quoad fructus pendentes, num.36.Et quoad fructus perceptus licet poſſit appellare, tamen donec illos non reſtituerit, non poteſt audiri in petitorio, nu.40

Si

Si victus in poſſeſſorio non ſit condemnatus ac fructus, poteſt victor ab omiſſa condemnatione appellare, q. 17. lim. 6. memb. 9. num. 38

Excommunicatus licet appellet à ſententia excõmunicationis tamen poteſt priuari fructibus beneficii, & diſtributionibus quotidianis, q. 17. lim. 22. nu. 8. Etiam ſi in ſententia excommunicationis nihil dictum ſit de fructibus, nu. 9

Si quis ita mittatur in poſſeſſionem, vt interim lucretur fructus aduerſarius poteſt appellare, q. 17. lim. 6. memb. 6. ſub num. 34. Etiam ſi ſit miſſus ex primo decreto, vide in verbo. Decretum.

A liquidatione fructuum Signatura admittit appellationem, q. 17. lim. 10. num. 65

Taxatio fructuum, vide in verbo. Taxatio, verſ. appellatio.

¶ Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, quibus caſibus faciat fructus ſuos, quæſt. 17. lim. 6. membr. 4. ſub num. 126. verſ. caſus.

Fructus ſequuntur naturam iudicii poſſeſſorii, quando veniunt acceſſoriè, q. 17. lim. 6. memb. 9. nu. 30

Fructus eſt res ſeparata à poſſeſſione, qu. 17. lim. 6. memb. 9. ſub num. 36. verſ. at fructus, & num. 37

Fructus, qui veniunt principaliter, poſſunt peti etiam poſt ſententiam, quæſt. 17 lim. 21. ſub num. 45. Secus eſt in fructibus, qui veniunt acceſſorie poſt litem conteſtatam, nu. 40. & num. 37. vbi de vſuris.

Fruſtatorium.

Appellatio fruſtratoria quæ dicatur, q. 2. ſub num. 48

Fruſtra appellat, qui poteſt ex ſola comparatione reuocare grauamen, quæſt. 17. lim. 47. membr. 1. ſub num. 10. verſic. demum.

Fruſtratorie appellans, vide in verbo. Calumnioſa, & in verbo Friuola.

Funeralia.

In funeralibus datur appellatio, q. 17. lim 45. num. 1

¶ Actio funeratitia datur ſoluenti expenſas funerales, & quales debeant eſſe expenſæ, q. 17. lim. 45. num. 1. in fine.

Furti actio.

¶ Actio furti non competit ei, qui non eſt dominus rei, furto ſubtractæ, ſed ſi ſit bonæ fidei poſſeſſor, aget conditione triticaria, &c. q. 17. lim. 6. memb. 6. num. 20

Gabellarius.

Gabellarij, ſeu Datiarii ſententia licet ſit inappellabilis, tamen poteſt appellari à ſententia eius, qui poteſt procedere more datiarii, q. 16. lim. 1. num. 71

Generalis.

¶ Sermo generalis reſtringitur ſecundum ordinem iuris, q. 7. ſub num. 12

¶ Dicere generalia contra productionem, & dicere generalia contra inſtrumenta producta differunt, qu. 11. ſub n. 196. verſ. declara.

Genus.

Appellatio eſt genus, &c. qu. 19. rem. 1. concl. 2. nu. 12. Et genus æquiuocum, num. 13

Genus quomodo cognoſcatur, q. 1. num. 13

Remoto genere, remouentur ſpecies, qu. 19. rem. 1. concluſ. 2. num. 11

Geſta.

Geſta pendente appellatione iudiciali, reuocantur per viam attentati, q. 3. nu. 48. & q. 2. n. 35. Siue ſint geſta contra ipſam appellationem, ſiue non d. q. 3. nu. 49. & q. 2. nu. 37. Limitatur multipliciter, d. q 3. nu. 54. & ſeqq. & q 6. ſub n. 7. verſ. ſubinfero, & nu. 31. vbi quod non reuocantur, ſi appellatio non eſt interpoſita coram iudice à quo.

Geſta pendente appellatione, an & quando inualidentur, ſequuta deſertione appellationis, & quid, ſequuta morte appellantis, q. 3. num. 73

Geſta pendente termino ad appellandum, vide in verb. Terminus, verſ. pendente.

Geſta pendente appellatione extraiudiciali, valent, & non ſunt attentata, q. 2 nu. 35. verſ. ſecus, & nu. 53. Dummodo non ſint geſta contra ipſam appellationem, quia reuocantur, num. 36. & 37

Geſta pendente appellatione ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, reuocantur, tanquam attentata, quæſt. 17. lim. 47. memb. 1. nu. 209. Si ſint geſta in articulo interlocutoriæ, n. 210. & 211

Geſta a falſo procuratore, cenſentur ratificata eo ipſo, quod principalis appellat á ſententia, etiam ſi appellet poſt lapſos decem dies, q. 12. num. 153. & quæſt. 17. limit. 19. nu. 14. Niſi appellando proteſtetur, &c. num. 15. Reliqua vide in verbo. Attentata.

Geſtor negociorum, vide in verbo. Negocium.

Gradatim & gradus.

Appellari an, & quando debeat gradatim, non omiſſo medio, vide in verbo. Medius.

Gradatim appellatum quando dicatur, q. 7 nu. 3. & ſeqq.

Gradatim, non omiſſo medio, dicitur appellari, quando appellatur ad ſuperiorem proximiorem illi, à cuius ſententia appellatur, quæſt. 7. num. 3. Et eſt ſuperior ſubalternatus ſub eod. numero 3. verſ. ſubdeclara. Reliqua inuenies in ſuis ſpecialibus locis.

A iudicibus Romanæ Curiæ appellatur gradatim, qu. 7. numero 82

A iudicibus Status Eccleſiæ appellatur gradatim, qu. 8. numero 125

Appellare gradatim non eſt de ſubſtantia appellationis, q. 7. ſub nu. 93. verſ. ratio.

¶ Inter iudicem eccleſiaſticum, & iudicem ſecularem regulariter non eſt gradus, q 8. ſub num. 100. verſ. prima ratio.

Gratianus.

¶ Gratianus non habuit poteſtatem legis condendæ, & an ſit ei omnino, & ſemper credendum, qu. 17. lim. 6. membr. 3. num. 5. in fine.

Grauamen.

An, & quãdo grauamen, expreſſum in appellatione, debeat probari ad iuſtificandam appellationem, q. 2. num. 42

Appellatio quando dicatur ſine grauamine, relinquitur arbitrio iudicis, q. 2. num. 49

Expreſſio grauaminis in appellatione à diffinitiua, & ab interlocutoria an, & quando ſit neceſſaria, vide in verbo. Expreſſio.

Appellatio conceditur propter grauamen quæſt. 5. ſub nu. 9. verſ. ratio.

Appellatio quandoque tendit ad producendum grauamen, & non ad reparandum, q. 3. n....

Damnum ſeu grauamen illatum in prima ſententia, poteſt reparari in cauſa appellationis, q. 3. ſub num. 2

Reuocato, ſeu ceſſante grauamine, ceſſat appellatio, q. 5. nu. 82. 94. in fine, & 117. Et quando non ceſſet, num. 119

A quolibet grauamine poteſt appellari, & à iudiciali poteſt appellari etiam ſi non ſit illatum, ſed ſit comminatũ, q. 17. num. 35. Et an à grauamine extraiudiciali poſſit appellari etiam de iure ciuili, nu. 36. & ſeqq. Sed dicitur potius prouocatio num. 40. Et quid de iure canonico in grauamine inferendo, ſeu comminato etiam extraiudiciali, n. 25. Et quod de iure canonico poſſit appellari à quolibet grauamine etiam minimo, q. 17. lim. 40. ſub num. 17

Poteſt appellari etiam à grauamine illato à parte, qu. 17. numero 43

Timens grauari poteſt appellare ſi timor futuri grauaminis procedit ab alio grauamine iam illato, q. 5. num 113

A futuro grauamine non poteſt quis appellare, q. 5. nu. 101. & ſeqq. in quibus ponuntur exempla. Reſtringitur, num. 110. & ſeqq.

Grauamen non dicitur probari ex eo ſolo, quod appellans probet ſed ideò appellaſſe, quia iudex noluit admittere exceptionem, q. 11. ſub n. 61. & ſeqq. in quibus limitatur.

Grauamen notorium, vide in verbo. Notorium.

A grauamine ſucceſſiuo poteſt appellari etiam poſt lapſos decem dies, q. 12. nu. 144. & ſeqq. in quibus dantur exempla, & declaratur, quando debeat appellari antequam labantur decem dies.

Fatalia in appellatione à grauamine futuro non incipiunt, niſi à die illati grauaminis, q. 15. num. 174

Damnum, ſeu grauamen in poſſeſſorio, an ſit reparabile per appellationem à diffinitiua, quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. ſub num. 29. verſ. ſed grauamen, & ſub numer. 36. verſ. quia.

A ſententia, lata in cauſa poſſeſſoria, poteſt appellari, quando eius damnum non poteſt reparari in petitorio, qu. 17. lim. 6. memb. 8. nu. 1. Et ſufficit, quod non ſit reparabili in toto, ſeu plene, n. 2 Seu non ſine magna difficultate, nu. 3.

Et ſufficit difficultas tam ex natura rei, quam ex diſpoſitione iuris, num.4. Seu ex parte aduerſarij, num.6
Quando grauamen non eſt reparabile poteſt appellari etiam ab interlocutoria, q.17.lim.47.memb.1.num 84. & ſeqq. Etiam ſi ſit reparabile, ſed cum magna difficultate, ſeu nõ ſine magno præiudicio, nu.86. Et in tantum poteſt appellari, vt ſi iudex velit exequi, non obſtante grauamine, poſſit ei impune reſiſti ſi agatur de executione pœnæ corporalis, n.87. Et ſtatutum, quod ſtatueret, non poſſe appellari, quando grauamen eſt irreparabile, eſſet iniquum, nu. 88. Et poteſt appellari etiam in foro Capitolino, num.89
A grauamen interlocutoriæ quando ſit irreparabile, & ideò poſſit appellari ab interlocutoria, qu.17.lim.47.membr.1, num.90.& ſeqq.
Excommunicatus licet appellet à ſententia excommunicationis tamen poteſt, non obſtante appellatione grauari, & aggrauari, dummodo non excedantur fines excommunicationis, q.17.lim.22.num.7
Grauatus ſeu oppreſſus poteſt appellare, q.5 n.1. Declaratur & extenditur num.2 & ſeqq. Limitatur, nu.75.& ſeqq.
Si vtraque pars ſit grauata an vtraque poſſit appellare, qu. 10.num.5.& ſeqq.
Timens grauari non poteſt appellare iudicialiter, qu.5.nu.2. & 101. Procedit etiam de iure canonico, num.102
Grauatus non ſententia iudicis, ſed ſua propria culpa, quia omiſerit probare poteſt adhuc appellare, q.5, num.3
Non grauatus non appellet, q.5.num 94 Ampliatur nu.101. & ſeqq.& q 10.ſub num.4.verſ.primus. Limitatur, d.q.5, num.119.& ſeqq.
¶ Damnum ſeu grauamen illatum per interlocutoriam in poſſeſſorio quod modis poſſit reparari, q.17.lim.6.memb. 7.ſub num.36.verſ. quia, & latius, num.39
Grauamen interlocutoriæ quot modis ſit irreparabile in petitorio, q.17.lim.6.memb.7.ſub nu.39.verſ ſub declara.
Iudex non is, qui exequitur iudicis mandatum, infert grauamen, q.17.limit 10, num.3
Grauatus à iudice an poſſit illum iudicem recuſare, vti ſuſpenctum in alijs cauſſis, quæſt.17.lim.47.memb.3.nu.2, & ſeqq.
Guarentigia, vide in verbo. Inſtrumentum.

Gubernator Vrbis.

Vrbis Gubernator cognoſcit cauſas appellationum à ſententijs latis a Iudice Curiæ Sabellorum, qu.8.ſub nu.128. verſ.ab eodem.
A Gubernatore Vrbis appellatur ad Papam, q.8.num 142 Et quid in cauſis, in quibus agitur de intereſſe Fiſci, ſub eod, num.142.verſ.ſed in cauſis.
A Locumtenente in ciuilibus Gubernatoris Vrbis, ſi cauſa eſt inappellabilis, datur recurſus ad Gubernatorem, qu.8. nu.143. Sed ſi cauſa eſt appellabilis, appellatur ad Papam, num.142. & q.19.rem.3.num 14
A ſententijs criminalibus continentibus pœnam corporalem, & latis in tribunali Gubernatoris Vrbis, non datur appellatio, q.17.lim.48 ſub num.19
¶ Gubernator Vrbis eſt iudex ordinarius, q.19.rem.1 concl, 6 ſub num.79. Et cognoſcit cauſas mercedis, quæſt.20.nu, 40.in fine.

Gulielmus Durandus.

¶ Gulielmus Durandus, dictus Speculator, fuit vir ſummæ doctrinæ, q.15.num.345.in fine.

Hæreditas.

HÆreditas petitæ ſententia eſt appellabilis, qu.17.lim.6, memb.9.num.76
A ſententia, qua declaratur, hæreditatem non eſſe aditam ſtantibus, &c. poteſt appellari, quæſt 17.lim.47.membr.1, num.183

Hæres.

Inſtantia appellationis tranſit in hæredes, q.15.num 6
A ſententia de mittendo hæredem ex teſtamento in poſſeſſionem ex l fin. C.de edict.diu adr.tollen, denegatur appellatio q.17, lim 6.memb.2, nu 13. & late memb.4.nu.6, & ſeqq. Imò appellans punitur, nu.7. Et denegatur appellatio ſiue mittatur in poſſeſſionem ex d.l.fin. ſiue officio iudicis, ſiue in poſſeſſionem rerum allodialium, ſiue feudalium, nu.16.in fine. Et denegatur etiam ſi contradictor opponeret, teſtamentum eſſe in raſum, &c.n.18. Et hæres deſcriptos in teſtamento eſſet extraneus, num.19. Et maxime denegatur, ſi ſententia ferretur ſine contradictore, &c.nu.20. Et denegatur etiam vbi ſtatutum permitteret, ſemel appellari in cauſis poſſeſſoriis, nu.29.& ſeqq.& ſub num.30. vbi de intellectu ſtatuti. Et an denegetur etiam de iure canonico, ſub num.29. verſ.tertia. Et quod denegetur ad effectum ſuſpenſiuum, n.31. Et de iure ciuili denegatur ad effectum deuolutiuum, nu.30. Secus de iure canonico, ſub num.32.& 33. Non denegatur appellatio ſi poſſeſſio ſit plena, & iudex, non attentis exceptionibus, mittat in poſſeſſionem, & ſimiliter ſi producantur plura teſtamenta, &c.nu.53.verſ.ſecus. An denegetur ad effectum deuolutiuum, n.36.& ſeqq. An denegetur quando iudex pronuntiat negatiue contra actorem, nu.38.reſtr. 3.& nu.39 & 40. Tertio non citato non denegatur appellatio, nu.41.& ſeqq. De tertij appellatione, vide in verbo. Tertius, & in verbo Executio. Non denegatur appellatio quando miſſio in poſſeſſionem eſt euidenter iniuſta, nu. 115.& memb.7.n.100. Similiter ſi fiat ſine cauſæ cognitione, memb.4.n.116. Si poſſeſſor conuentus oſtendat aliud teſtamentum, in quo ipſe ſit ſcriptus hæres n.117 Et quid in ſententia, qua quis declaratur hæres, nu.118.& 119 Si ſententia ſuper miſſione in poſſeſſionem inferat damnum irreparabile, n.120. Si iudex deferat appellationi, appellatio tenet nu 121. Si ſententia ſuper miſſione in poſſeſſionem condemnet ad fructus, &c.nu.122. Si ſententia feratur ſuper nullitati teſtamenti, memb.9.nu.62. Si feratur in fauorem hæredis vigore poſſeſſionis fictæ ex diſpoſitione ſtatuti, continuatæ in hæredem, n.114 non tamen iſto caſu poſſet appellare, ſi reus conuentus fateretur, quod actor eſt hæres, &c.num.124 Neque ſi iudex in ſententia omittit declarare eum eſſe hæredem, nu.125. Nec quando ſtatutum diceret poſſeſſionem defuncti continuari in hæredem ſcriptum, &c.num.126. Idem quando diſponeret, continuari veram poſſeſſionem num.127. Neque de ſtylo Franciæ, num.128
Hæres regulariter non vtitur priuilegio in cauſa inchoata, q.7.num.133
Hæres ex teſtamento etiam ſi ſit ex teſtamento nuncupatiuo redigendo in ſcriptis, &c. agere ex l.fin. Cod.de edict. diu.adr.toll.qu.17.limit.6 memb.4.num.9. etiam ſi hæres non ſit maſculus, ſed ſit fœmina, &c. & agatur de bonis feudalibus, num.13. Et agnati opponant, eſſe incapacem bonorum feudalium, num.14. Seu de bonis emphyteuticis, nu.17. Et etiam ſi contradictor opponeret teſtamentum eſſe raſum, vel, &c.num.18 Et quamuis eſſet hæres extraneus, num.19
Hæredi venienti ab inteſtato non competit remedium executiuum, l.fi.C.de edict.diu.adr.toll. q.17.lim.6.memb.4. n.10. Sed tamen datur ei officium iudicis, nu.11.12.& 16.
Hæres an poſſit conueniri executiuæ, ſicut poterat conueniri ille, cuius eſt hæres, quæſt.17.lim.6.memb.4.ſub num. 72.reſtrict.5
Hæres an, & quando poſſit agere actione ſpolii ad recuperandam poſſeſſionem, vide in verb. Spolium, verſ.hæredi.

Hæreticus.

Si iudex mediatus appellationis ſi hæreticus, appellatur, eo omiſſo, ad magis ſuperiorem, q 7.num 39
Aſſerens poſſe a Papa appellari ad Concilium, eſt hæreticus, q.8.ſub num.63
Condemnatus de hæreſi non appellat, q.17.lim.4.ſub.num. 67.verſ primum. Secus ſi exprimatur rationabilis cauſa, numer 84

Homicidium.

In crimine homicidij an detur appellatio, q.17.lim.4.ſub n. 83.verſ ſunt. Et quid ſi exprimatur cauſa rationabilis, nu. 84.& lim.48 ſub num.29 & 30.

Homo.

¶ Mitius agitur cum lege, quam cum homine, q.15.ſub n 48, verſ.ratio eſt manifeſta.

Honeſti viri.

Appellatio poteſt interponi corã honeſtis viris, quando non poteſt haberi copia iudicis à quo q.6.nu.18. Hoc procedit quando neque iudicis ad quem poteſt haberi copia, n.21. Et etiam ſi eo in loco extet Princeps, num.22
Honeſti viri, coram quibus appellatur, debent eſſe duo, vel

faltem

Digitized by Google

ſaltem vnus honeſtus vir, notarius,& teſtes, qu.6.nu.23. Et nunquid ſufficiat vnus & notorius, num.24
Qui appellauit coram honeſta perſona,eo quia non inuenerit iudicem,an,ſi iudex redierit,teneatur redire ad appellandum coram eo,q.6.num.25.26.& 27
Si quis appellauerit coram honeſtis viris propter metum,& poſtea ceſſet metus, tamen non tenetur iterum appellare coram iudice,q.6.ſub n.27.verſ.confirmatur ſecundo.

Honors.

Iudex appellationis debet conſulere famæ,& honori iudicis à quo q.11.ſub num.112.verſ.aduerte.

Hora, vide in verbo. Dies.

Hypothecaria actio.

Condemnatus actione hypothecaria poteſt appellare, q.17. lim 6.memb.9.n.86.& 87. Etiamſi ſit principalis debitor, nu.96.& 97. Et ſicut poteſt appellare reus condemnatus, ita etiam poteſt appellare actor ab abſolutione rei,nu.95
Actio hypothecaria eſt minus vtilis, quam remedium ex l. fin. C.de acquir poſſeſſ. ad recuperandam poſſeſſionem, & quæ requirantur in actione hypothecaria, 17.limit.6. memb.6.ſub num.48.verſ.ſecus.
In actione hypothecaria requiritur excuſſio debitoria principalis,& non poteſt agi executiue,& datur in ea appellatio,& præſcribitur ſpacio decem vel 20.annotum, qu.17. lim.6.memb.6.ſub num.48.verſ. ſecus.
¶ Actio hypothecaria reſpicit petitorium, q.17.lim.6.memb. 9.num.87
In actione hypothecaria quid ſit probandum, qu.17.lim.6. memb.9.num.91
Quo caſu competat actio hypothecaria, & nō interdictum ſaluianum, quæſt.17.lim.6. membr.9.ſub num.94.verſic. quia reſpondeo.
Quando dicatur intentata actio hypothecaria,& non interdictum ſaluianum, 17.lim.6.memb.9.num.103
Sententia quando dicatur lata ſuper actione hypothecaria, & non ſuper ſaluiano,eod.memb.9.ſub num.101 & 102
Hypothecaria, & ſaluianum interdictum poſſunt cumulari in eodem libello,q.17.lim.6.memb.9.num.106

Idoneus.

IDoneus fideiuſſor dicitur, qui habet bona in territorio, vel prope territorium, & non idoneus, qui non habet, quæſt.15.num.138.& ſeqq.Dicitur etiam idoneus is, qui eſt in tutiſſimo loco, dummodo adſit ſuperior,cuius mādato poſſit facile fieri executio, quæſt.17.limit.6.membr. 7.ſub num.7

Ignorans.

Ignoranti non currit tempus ad appellandum,q.12.num.48

Illuſtris.

Ab illuſtri appellatur ad Superilluſtrem,q.8.num.5.in fine. Vide in verbo. Proconſul.

Impedimentum, & impeditus.

Si appellans non poteſt habere copiam Principis ad introducendam appellationem, debet proteſtari de impedimento,nec ſufficit quod ſemel fuerit impeditus,quia impedimentum debet duraſſe, q 6.num.26.verſ.prima.
Si iudex medius appellationis eſt longo impedimento detentus,poteſt appellari ad eius ſuperiorem, ſecus ſi impedimentum eſt breue,q.7.ſub num.111
Impedimenta excuſant non appellātem infra legitima tempora, q 12.num.167.& 168
Quæ impedimenta excuſent à deſertione cauſæ appellationis,non commiſſæ infra legitima tempora, q 14.nu.41.& ſeqq.Et quæ impedimenta nō excuſent à deſertione cauſæ,vide infra,& in verbo.Deſerta,verſ.impedimentum.
Quale debeat eſſe impedimentum in primo fatali,vt concedatur ſecundum,q.15.num.34
Impedimentum poteſt diuerſimode contingere, q.15.num. 44.& ſeqq.
Impedimentum iniuſtum, cauſatum culpa, & facto ipſius appellantis non retardat curſum fatalium,quæſt.15.num. 86.& ſeqq.
Impedimentum cauſatum ex facto, & culpa iudicis, an retardat curſum fatalium, vel detur ipſo iure ſecundum fatale,& an requiratur proteſtatio, q 15.num 122.& ſeqq. Et quia in ſecundo fatali, n.128.& ſeqq.& ſub nu.174.& q.14.ſub num.11.verſ.primo ceſſ.
Impedimentum,cauſatum ex culpa tertij,non retardat curſum fatalium, ſed ipſe tertius tenetur ad intereſſe, vel, &c.q.15.num.135 & ſeqq.
Impedimentum, procedens à caſu fortuito, an retardet curſum fatalium, q.15.num.145
Onus probandi impedimentum incumbit appellanti,& qualiter debeat illud probare,q.15.num.146.& 147
Impedimentum, propter quod appellanti datur ſecundum fatale, quantum, & quale debeat eſſe, quæſt.15.numero 148 & ſeqq.
Vt appellans habeat ſecundum fatale propter impedimentum, an requiratur impedimentum ineuitabile, q.15.nu. 156.& ſeqq.
Impedimentum voluntarium non excuſat à deſertione cauſæ,q.15.num.160
Impeditus, ſeu infirmus an teneatur appellare infra decem dies q.12. ſub num.142.ampl.22
Impedito non currit tempus ad appellandum, quæſt.12.ſub numer.48
Appellanti impedito an currat primum fatale, ideoque ei concedi debeat ſecundum, q.15.num.44 58 & ſeqq.
Appellans poteſt quinque modis impediri, q.15.num.44 Et qui ſint iſti modi, late examinantur,d.num.44.& ſeqq.
Appellans,cuius nuncius, ſeu procurator fuit impeditus in primo fatali,ipſo iure conſequitur ſecundum, q.15 n.55. iunctis, num.44.& 45. Dummodo impediti fuerint caſu fortuito, num.57. Et idem ſi appellans non potuiſſet habere inſtrumenta facientia ad cauſam, num.56
Appellanti, impedito ex facto, & culpa appellati, non currunt fatalia, quæſt.15.num.61.& ſeqq.in quibus explicatur materia.
Impeditus proſequi appellationem, an, & quando ad euadendam deſertionem debeat proteſtari, q.15.num 185
¶ Non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum,q.8.num.83.& q.13.ſub num.46 ſubdecl.2
Non ſatis eſt probare impedimentum, ſed oportet probare, quod propter impedimentum non potuit fieri, & quod impedimentum non poterat remoueri,q.15 ſub num.34
An attendatur impedimentum, ſi poſt eius ceſſationem remanſit tempus ſufficiens, q.15.ſub nu.148.verſ.primum, & verſ.ſeqq.
Impedimentum, vt excuſet,an debeat eſſe ineuitabilis,q.15. numer.156.& ſeqq.
Non dicitur impeditus, qui poteſt de facili remouere impedimentum, q.15.num 158
Impedimentum excuſat à pęna iudicem, non decidentem cauſam infra terminum ſibi præfixum, quæſt.15.nu.190. & ſeqq
Impedimentum,& quando retardet curſum inſtantiæ,q.15. num.303.& ſeqq. & 316.& ſeqq.
Impeditus quando reſtituatur aduerſus lapſum inſtantiæ, etiam non refectis expenſis, q.15.ſub num.311.& ſeqq.
Impedimēto allegato,ſeu iudice de eo aliter certiorato,nulliter proceditur contra impeditum, q.17.lim.47.memb.2. ſub num.Secus ſi impedimentum ignoretur, num.16

Imperator.

Ab Imperatore non appellatur,quæſt.2.numer.20.qu.16 limit.1.num.2. Et an,& quando appelletur ad Papam, nu. 4.& 126
Non poteſt appellari ad Imperarorem, omiſſo medio, qu.7. numero 30
In feudalibus vltimo loco appellatur ad Imperatorem, qu.8. ſub num.120.verſ.paribus.
A feudatario Imperatoris quando poſſit appellari ad Papam,q.16 lim.1.num.128
A iudicibus Sacri Palatij Imperatoris non appellatur, qu.16. lim.23. num.1
Reliqua vide in verbo. Papa & in verbo Princeps.
¶ Imperator habuit iuriſdictionem à ſubditis, ideo non debet in eos eſſe ingratus, q.7.ſub num 47
Sicut aquila, diſtribuens prædam ſuam, communicat iuriſdictionem, qu.8.num 13
Eſt domious mundi, q.16.lim.5.num.5
Imperator, vide in verbo. Conſtantinus.

Imperialis Camera, vide in verbo. Camera. verſ. poteſt.

Bbb 2 Im-

Digitized by Google

Imperitia.

Imperitia iudicis à quo corrigitur in cauſa appellationis, q. 3.ſub num,8

Imperium.

Vacante imperio appellatur ad Papam, q.7.num.112

Impetrare iudicem.

Quilibet etiam ſine mandato poteſt impetrare pro alio iudicem appellationis,qu.5.ſub num.74.verſ.extende. Neque eſt neceſſaria ratificatio, ſub eod.nu.74.verſ.contra, & qu,14.num 23

Appellatus,ſeu appellans an; & quando poſſit præueniendo impetrare iudicẽ appellationis,vide in verbo.Præuentio.

Improprie appellare.

Appellare improprie quando quis dicatur, q 1 num,4

Impugnatum.

¶ Nemo poteſt facere fundamentum in eo, quod ipſe impugnauit,q.17.lim.2.ſub num 48.& 108

Inanis appellatio.

Appellatio inanis quæ dicatur, q.2.ſub num.48

Incantator, vide in verbo. Malefici.

Incendiarius.

¶ Incendiarius poſtquam eſt declaratus excommunicatus nõ poteſt abſolui ab alio, quam a Papa, ſed ante declarationem poteſt abſolui ab alio q.17.lim.22.ſub num.12

Incidens, vide in verbo. Emergens.

Incompetens, & incompetentia.

Ab interlocutoria lata ſuper incompetentia, datur appellatio, vide in verbo. Competentia.

Proceſſus,factus à iudice incompetenti, qui nullius generis habet iuriſdictionem & ſententia,ab eo lata,ſunt ipſo iure nulli,& nunquam tranſeunt in iudicatum,licet is prius pronunciauerit, ſe eſſe competentem. q.17.lim.6.memb. ſub nu 52. Vnde ſi falſis literis,quæ non ſunt literæ Principis delegetur cauſa,proceſſus ſemper erit nullus,nu.53. At proceſſus factus à iudice omninò incompetenti, ſed tamen eſt iudex,& declarato prius, ſe eſſe competentem, & parte à declaratione non appellante, poteſt regulariter valere,num.54.& ſeqq. vſque ad num.64 in quibus ampliatur & declaratur. Et multo magis tenet proceſſus, quando iudex eſt competens, ſed eius iuriſdictio poteſt per exceptionem elidi,num.65

Iudex, procedendo ad vlteriora poſt oppoſitam exceptionem incompetentiæ tacitè declarat,ſe eſſe competentem, q.17.lim.8.memb.7. num.57.& 59

Incontinenti.

Quando dicatur appellatum viua voce incontinenti, q.4.n. 16. Et quando probatio ad iuſtificandam appellationem dicatur in promptu,ſeu incontinenti,qu.17.lim.6.memb. 7.ſub num.133.verſ.declara.

¶ Probare incontinenti quando quis dicatur, q.19.rem.1.concl.4.num.61. & ſeqq.

Nullitas quando dicatur probari incontinenti,dict.concl.4. num.65.& ſeqq.

Inditia.

¶ Inditia indubitata plene probant, qu.17.lim 4.num.5

Inferior.

¶ Ab inferiori appellatur ad ſuperiorem,vide in verb.Minor. Inferior, vide in verbo. Iniuſtitia, verſ. inferior.

Infinitum.

¶ Res non debet trahi in infinitum,qu.17.lim.10 num.10

Infirmus.

Infirmus, ſeu aliter impeditus, an teneatur appellare infra decem dies,q.12.ſub num.142.ampl.22

Informatio.

A Principe male informato appellatur ad eundem Principem,q.8.num.65.& 66 qu.16.lim.1 num 153. Et quid in Rep.Lucenſi, num.137

Reliqua vide in verbo. Relatio ficta Principi.

Inhabilis.

Si iudex mediatus appellationis eſt inhabilis, poteſt, omiſſo medio, appellari ad magis ſuperiorem, q.7.num.37

Inhibere, & inhibitio.

Iudex, cui cauſa appellationis committitur cum clauſula (quam & quas, & cum toto negocio principali) poteſt inhibere etiamſi non conſtet de appellatione, neque de ſententia,q.3.num.9

Iudex appellationis non poteſt inhibere, niſi prius ſibi conſtet, fuiſſe ad ſe legitime appellatum,alias poſſet ab ipſa inhibitiones appellari, quæſt.3.num 11. Hoc non ſeruatur coram Auditore Camer.dummodo ei conſtet de ſententia,num 12

Iudex a quo poteſt, pendente appellatione in cauſa matrimonij, inhibere ne alteri nubat,q.3.num.33

Poteſt inhibere partibus, ne aliquid innouent in præiudicium appellationis, etiamſi ipſe appellationi detulerit, qu.3.num.36

Inhibitio iudicis ad quem impedit executionem ſententiæ, latæ in cauſa poſſeſſoria, q.17.lim 6 memb.7.numer.102. Sed declaratur,memb.3 num.24.& 25

Si cauſa appellationis ſit delegata cum clauſula (quatenus non ſit inſtructa) & ſententia ſit lata, iudex a quo poteſt eam exequi, non obſtante inhibitione iudicis delegati, q.17.lim.9.ſub num.59. verſ.confirmatur.

Licet iudex appellationis inhibeat,tamen iudex à quo poteſt facere, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, q.3.num.34.vide in verbo. Pendente appellatione.

Inhibitio iudicis appellationis non trahitur ad tertiam, q.3. ſub num.62

Inhibitio iudicis incompetentis, ad quem fuit appellatum, non impedit,quin appellans, & appellatus poſſint adire iudicem competentem,q.7.num.28

Iudex appellationis an, & quando poſſit inhibere iudici a quo poſt interpoſitam appellationem, qu 11.ſub num.34. verſic ad quartum.

Iudex non parendo inhibitioni,punitur, q. 13.nu.106

Iudex ad quem poteſt inhibere iudici a quo, quando is, qui appellauit,eſt ſolum confeſſus,q.17.lim.4 num.56

Inhibitio iudicis appellationis an impediat iudicem à quo, ne poſſit exequi contra confeſſum & conuictum, qu.17. lim.48.num.16

Proceſſus, factus poſt inhibitionem iudicis appellationis,dicitur attentatus,etiam ſi inhibitio emanauerit vigore appellationis, ab interlocutoria, qu.17 lim.47.memb.2 ſub num.11.lim.1 & num.27

Proceſſus, factus poſt inhibitionem, eſt nullus etiam ſi pars renunciaſſet appellationi, quæſt.7. ſub num.28. verſ.nec obijciatur.

Inhibitio, emanata vigore appellationis interpoſitæ ab vno capitulo ſententiæ, non ſe extendit ad alia capitula, q.17. lim.47.memb.2.nu.26. Et quid ſi iudex inhibuiſſet ſuper tota cauſa,num.27 Et quid ſi non clare conſtet an inhibuerit ſuper tota cauſa,num.28

Inhibitio, emanata vigore appellationis ab interlocutoria, quam iudex ad quem confirmauerit pronunciando,fuiſſe male appellatum, non impedit vlterius iudicem à quo, quamuis iudex ad quem eam moderatus non ſit, qu.17. lim.47.memb.3.verſus finem, ſub num.34

Inhibitio iudicis ad quem, emanata vigore appellationis interpoſitæ ab homicida abſente, non impedit iudicem, à quo,q.17.lim.48.ſub num.29.& 30

¶ Inhibitio datur loco ſequeſtri pro rebus immobilibus, qu.3. ſub num.29.verſ.aduerte.

Inhibitio Rotalis eſt obſeruanda etiamſi ſit iniuſta, qu.17. lim.4. ſub num.26.ſubexten.2

Inhibitio, emanata à delegato Papæ in Curiæ,debet obſeruari etiam ſi videretur iniuſta, quia facile eſt adire Principem pro reformatione commiſſionis, &c.qu.17.lim.4. ſub num.26.verſ.ratio.

Inhibitio emanata non à Rota, neque à delegato Papæ, ſed ab alio, ſi non ſit canonica,poteſt impune ſperni, qu.17. lim 4.ſub num 20.verſ.ſubreſtringe.

Inhibitio iudicis dati cum clauſula(ſine præiudicio legitimę executionis) non impedit executionem,q.19.rem.1.concl.4.num.15.& q.20.num.20.in fine.

Inhibitio iudicis cauſæ nullitatis principaliter intentatæ impedit executionem ſententiæ,qu.19.rem.1.concl.4.num. 12. & 13. Secus eſt,quando cauſa nullitatis eſt commiſſa cum clauſulis præſeruatiuis executionis.num.15.& ſeqq. iuncto numer. præced. Vel eſt commiſſa cum clauſula (prout de iure) num.17

Inhibitio iudicis Eccleſiaſtici vigore inſtitutæ querelæ deuiuta an impediat executionem inſtrumẽti publici coram

iudice

iudice ſeculari, quæſt.19.rem.1.concl.4.num.88
Epiſcopus an poſſit inhibere, parte non citata, d.concl.4.ſub n.verſ.an Epiſcopus.
Inhibitio, &c. vide in verbo. viſitatio, verſ.inhibitio.

Iniquitas, & iniqua.

Iniquitas iudicis corrigitur in cauſa appellationis, q.3.nu.1.
A ſententia euidenter iniqua poteſt appellari, non obſtante clauſula (appellatione remota) de vtriuſque partis conſenſu oppoſita, q.16.lim.1.ſub nu.85.exten.2. Secus ſi iniquitas ſit in re modica, verſ.tempera. Et poteſt appellari etiam in cauſa poſſeſſoria, q.17.lim.6.memb.7. ſub num. 79.verſ.ratio.
Iniuria iudicis, vide in verbo. Dolus.

Iniuſta ſententia, & iniuſta appellatio.

A ſententia euidenter iniuſta datur appellatio etiam in cauſa meri poſſeſſorii, q.17.lim.6.memb.6.num.79. Et datur etiam ſi ſtatutum reiiceret appellationem, nu 8
Licet appellatio videatur iniuſta, tamen in Regno Franciæ, ea pendente, non proceditur ad executionem, q.27.limit. 48.ſub num.37. verſ.imo.
¶ Dicens ſententiam eſſe iniuſtam, & probans nullitatem, habet intentum, ſecus eſt, ſi dicat, eſſe nullam, & probet eſſe iniuſtam, q.17.lim.19.ſub num.5.caſ.2

Iniuſtitia notoria, & iniuſtam.

Appellans, ſi non doceat, ſe infra tempus, & legitime appellaſſe, non poteſt obiicere in cauſa appellationis, etiam ſi doceat de notoria ſententiæ iniuſtitia, q.12.num.67
Prohibita appellatione, ſupereſt remedium dicendi de notoria iniuſtitia, q.17.lim.1.num.62
¶ Notoria iniuſtitia, & nullitas æquiparantur, quæſt.17.lim. 1.num.62
Nulla eſt maior iniuſtitia, quam nullitas, q.17.lim.19.ſub n. 4.verſ.ſed notoria.
Iniuſtitia notoria, & nullitas æquiparantur, ſub d.nu.4.verſ. ſed notoria. Et qualis ſit hæc adæquatio, ſub num.5.verſ. ſecundus.
Inferior, cui ſuperioris præceptum videtur iniuſtum, debet ſuperſedere, certiorare, & expectare ſecundam iuſſionem, q.19.rem.1.concl.5.ſub num.13

Innouare.

Appellatione pendente, nihil poteſt innouari, qu.3.num.48. Secus in appellatione extraiudiciali, q.1.ſub num.8
Innouare non dicitur, qui appellatione pendente, facit actũ continuatiuum, q 3.num.70
¶ Qui vtitur ſua poſſeſſione, lite pendente, non dicitur innouare, q.3.ſub num.70
Reliqua vide in verbo. Attentare, & in locis ibi notatis in fine.
Inopia, vide in verbo. Paupertas.

Inordinatus, ſeu peruerſus.

A proceſſu inordinato datur appellatio etiam in iudicio poſſeſſorio, qu.17.lim 6.memb.7.nu.113.& ſub nu.129.verſ. exemplifica demum. Siue ordo ſit aſſignatus ab homine, ſed n.115. Siue ſit aſſignatus à iure, & ſit ordo vnius cauſæ, n.116. Etiam ſi non ſit ſubſtantialis, n.117. Idem etiam ſi peruertatur ordo vnius cauſæ ad aliam cauſam, nu.118. & ſeqq.& nu.128.& 129. Et datur etiam in poſſeſſorio, & ab interlocutoria, num 130. Et datur etiam in poſſeſſorio ſummario, nu.131. Et datur non ſolum deuolutiua, ſed etiam ſuſpenſiua, num.132
Iudex ad quem eſt appellatum ab inordinato proceſſu, debet, conſtito de peruerſione ordinis, ſemẽtiam reuocare, q.17.lim.6. memb.7.num.126
Ab inordinata executione, ſeu non ſeruato ordine executionis an, & quando, & qui poſſit appellare, vide in verbo. Executio.
¶ Inordinatio proceſſus continet grauamen irreparabile, qu. 17.lim.47.memb.1.num.98

Inquilinus.

Inquilinus, ſeu conductor, conuentus pro euacuatione domus, an, & quando poſſit appellare, q.16.lim.1.ſub nu.54. & ſeqq.& q.17.lim 6.memb.6.nu.37. & memb.8.ſub nu. 18.verſ.ratio,& num.24
Vide etiam in verbo. Conductor.
¶ Inquilinus non poteſt reſuſcitare quæſtionem dominij, q 17. lim.6.memb.6.ſub num.37. verſ.ratio.
Quomodo poſſit agere de ſpolio, eod.memb.6.nu.50.& 51
Poteſt ſummarie, & executiue conueniri, eod.memb.6.ſub num.37.verſ. ratio

Inquiſitio, Inquiſitor, & Inquiſitus.

Ab inquiſitione formata an, & quando detur appellatio, q. 17.lim.47.memb.1.num.91
¶ Iuriſdictio Inquiſitoris contra hæreticos morte Papæ non expirat, q.8.num.160.in fine, verſ.reſtringe.
Inquiſitus, vide in verbo. Accuſatus.

Inſtantia.

Proſequutio primæ inſtantiæ comprehendit interpoſitionem appellationis, q.ſub num.12.verſ.ratio.
Inſtantia prima differt in pluribus à fatalibus, ſeu à ſecunda inſtantia, q.15.num.241.& ſeqq.303.330.& 339
De inſtantia appellationis, vide in verbo. Fatalia.
Inſtantia ſupplicationis durat, quantum durat inſtantia appellationis, q.19.rem.3.num 26
¶ Inſtantia incipit à die litis conteſtatæ, q.15.num 339. Et vbi non conteſtatur, incipit ab actu, qui immediate ſequitur litis conteſtationem, n.340 Et quando incipiat ante conteſtationem litis, num.341 & ſeqq.
Partes poſſunt litigare per mille annos ante conteſtatam litem, & nunquam currit inſtantia, q.15.num.345
Quando incipit à die præſentatæ commiſſionis, q.15.n.342. & 343. Et quando à die datarum literarum, num.344
Inchoata cum defuncto, tranſit in hæredem, qui tenetur eam proſequi coram eodem iudice, qu.7 ſub nu.133.verſ. confirmatur.
Non perit, quando actor fuit impeditus facto, ſubterfugijs, & cauillationibus rei, q.15.nu.66.& 316.verſ.tamen. Neque quandiu durat cauſa appellationis interpoſitæ à reo interlocutoria, ſub d.nu.316.verſ.confirmatur, & nu.319. vbi declaratur.
Inſtantia biennalis ſuper petitorio non ſuſpenditur iudicio ſpolij ſi agens in eo ſuccubuerit, q.15.79
Non currit, quandiu diſputatur, an ſit perempta, q.15.nu.82. Neque ſi teſtes accuſentur de falſo, ſub num.291
An currat impedito facto iudicis, q.15.num.123. Et quando in Regno Neapol. dicatur labi facto iudicis, num.326
Non currit in Auditorio Principis, q.15.num.132. Et ideo donec habeatur reſponſum à Principe, quando cauſa eſt ei referenda non currit, nu.269
Inſtantiæ curſus an, & quando retardetur impedimentis, q.15.nu.303.& ſeqq.316.322.324.327.329.330
Inſtantia trium menſium non habet locum in cauſa, in qua petitur dilatio ad examinandos teſtes vltra marinos, &c. q.15.ſub num.291
Inſtantia de iure communi durat triennio in ciuilibus, q.15. ſub nu.241. Et biennio in criminalibus, num.242 Hæcque inſtantia ſeruatur etiam in Regno Neap n.243. Et habet locum etiam in cauſis ſummarijs, n.244.& ſeqq. In cauſa dotis, nu.247. Quid in cauſis executiuis, nu.248.249.251. & 252. Quid in cauſa reuocationis attentatorum, nu.250. Habet etiam locum in cauſis ciuilibus, in quibus proceditur officio iudicis, numer.253. Inſtantia cauſæ criminalis habet locum etiam in proceſſu per inquiſitionem, ſed nõ in cauſis fiſcalibus, num.254 Inſtantia habet locum tam coram ordinario, quam coram delegato, numer.255. Et coram arbitris, numer.256. Sed non coram arbitratore, numer.257. Et quid in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri, numer.258. Habet locum etiam contra hæredem, num.260 Et in cauſa nullitatis, numer.102.verſ.tamen, & num.261.& 262
Inſtantia eſt perpetua in cauſis fiſcalibus, &c. num.264. Siue fiſcus ſit actor, ſiue reus, n.265. In Conciſtorio Principis. nu 266. In rege Francorum, nu.267. In alijs etiam Regibus, n.268 Sed non in iudice, qui iudicat nomine Regis, nu.270. Eſt etiam perpetua coram iudice, qui habet liberum arbitrium in procedendo, ſecus ſi ſolum in ſententiando, num.271.& 277. Eſt etiam perpetua de iure canonico, num.275. Coram arbitris, & in Regno Franciæ, nu. 276. Eſt etiam perpetua in emergentibus, & incidentibus poſt litis conteſtationem d.q.15.ſub num.317 Et quanta ſit inſtantia ex diſpoſitione Sacri Concil. Tridentini, nu. 277 Et in quibus cauſis, num.279. Et cuius naturæ ſit hæc inſtantia, num.278

¶ Coram ſucceſſore in officio augetur inſtantia, num. 273. & 274, vbi de aliquibus ſtatutis.

¶ Inſtantia poteſt eſſe minor ea, quæ eſt de iure cõmuni multis caſibus Primo ſi ſit breuiata à ſtatuto, vel à Principe, & qualis ſit inſtantia exſtat. Vrbis, n. 282. Et in reductione ad arbitrium boni viri, n. 259. In compromiſſo, nu. 283. In Regno Neap. eod. n. 283. In ciuitate, ſtatuque Lucenſi in cauſis criminalibus, n. 284. & ſeqq. in quibus de diuerſitate inſtantiarum illius Ciuitatis, & ſub nu. 274. verſ. ſtatuta, In Abbatia Sublacenſi, nu 287. in fine, & 274. Secundo poteſt eſſe minor ex conſenſu partium, nu. 289. Tertio in cauſis ſyndicatus, in quibus quanta ſit de iure communi, & quanta ſecundum aliqua ſtatuta, num. 299. Quarto in cauſa naufragij, nu. 301. Quinto in cauſa diſcuſſionum, num. 302

Iudex, qui ſub pena tenetur expedire cauſam infra certam inſtantiam, non incurrit illam penam, niſi fuerit requiſitus cum proteſtatione, &c. q. 15. nu 209. Et quibus caſibus non incurrat etiam ſi fuerit requiſitus, num. 290. & ſeqq. Et quibus cautelis vti debeat ad euadendam penam, nu. 292. & ſeqq.

Partes poſſunt reuiniſcere inſtantiam peremptam, repetendo vnico contextu omnia acta, &c. q. 15. nu. 335. Sed non poſſunt, quando talis eſt cauſa, vt cum peremptione inſtantiæ perimatur ius, nu. 338

Sententia diffinitiua non poteſt ferri niſi in cauſis, in quibus habet locum inſtantia, q. 15. num. 246

Partes non poſſunt prorogare inſtantiam, qu. 15. num. 263. & ſub num 330 & 331. Poſſunt tamen breuiare, nu. 298. Et quando poſſint prorogare vide in verbo, Prorogatio, verſ partes.

Inſtantia aliquando præfigitur parti, aliquando cauſæ, & quandoque iudici, & quandoque actioni, &c. q. 15. num. 288. & 351 & ſeq. & cui ex his in dubio præſumatur præfixa, num. 357

Lapſus inſtantiæ non præiudicat ſicut lapſus fatalium, q. 15. ſub nu. 303. & ſub num. 304 & ſub num. 222. verſic. ratio, Et quando præiudicet, num. 33. 2. & 347

Inſtantia perempta, reus abſoluitur ab obſeruatione iudicii, & actor condemnatur ad expenſas, q. 15. num 307

Perempta inſtantia, datur actori reſtitutio in integrum, qu. 15. ſub num. 304. verſ. tamen, & num. 305 Sed datur quandoque refectis expenſis, num. 306 & ſeqq. Et quandoque etiam non refectis, numer. 311. & ſeqq & ſub num 324. verſ. tamen.

De expenſis reficiendis ob peremptionem, ſeu renunciationem inſtantiæ, vide in verbo. Expenſæ.

Lapſo termino inſtantiæ, quando iudex poſſit adhuc valide cauſam decidere, q. 15. nu. 317

Perempta inſtantia, pereunt omnia acta ordinatoria iudicii q. 15. n. 348. Et quæ ſint acta ordinatia, n. 349 Et ad quem effectum non pereant, nu. 359 & 360

Sententia lata poſt peremptam inſtantiam, licet regulariter ſit nulla, q. 15. n. 350. 352 & 354. tamen eſt diſtinguendum. Aut enim inſtantia ſeu tempus præfigitur parti, & tunc pars non poteſt vlterius audiri, n. 351. Aut præfigitur iudici, & iuriſdictioni, & tunc iudex aliquid facere nõ poteſt n. 352. Aut præfigitur iudici, & tunc quod iudex facit, eſt validum, dummodo ſit intra inſtantiam iuris communis, ſed ipſe punitur n. 353. Aut præfigitur cauſæ, & tunc ſententia ferri non poteſt, n 354 Et quid ſi tempus ſtatuitur actioni, num. 355

Perempta inſtantia, liberantur fideiuſſores, qu. 15. nu. 358. & q. 17 lim. 2. ſub num. 77

Perempta inſtantia, non pereunt acta litis deciſoria, ſeu probatoria, q. 15. nu. 361. Et quæ ſint iſta acta, num. 362

Actor quando poſſit, inuicto reo, renunciare inſtantiæ, qu. 17. lim. 6. ſub nu. 46 verſ ſecundo quia.

Perempta inſtantia, & ideò abſoluto reo ab obſeruatione iudicii criminalis, accuſator non poteſt vlterius accuſare, quæſt. 17. lim. 49. num. 6. Etiamſi vellet reficere expenſas, num. 7. Et procederetur per viam inquiſitionis, numer. 8. Sed ſi inſtantia perierit negligentia iudicis, poſſet iterato accuſare, num 9

Inſtitor.

Inſtitor, ſeu factor poteſt obligare banchum, & apothecam domini, qu 17. lim. 9 ſub num. 23. confirm. 3

Dominus obligatur ex eo, quod eſt præſens facto inſtitoris, ſeu factoris, d lim. 9. num. 23

Inſtrumentum.

A ſententia lata in vim publici inſtrumenti, datur appellatio, q. 17. nu. 29. Etiam ſi inſtrumentum ſit iuratum, num. 30. Et ſit inſtrumentum de depoſito, nu. 32. Non datur in inſtrumento teſtamenti non raſi, & non cancellati, ead. qu. lim. 6. memb. 4. n. 6. & ſeq Neque quando inſtrumentum publicum ex diſpoſitione ſtatutorum, ſeu obligatio cameralis, aut guarentigia habet executionem paratam, qu. 17. lim. 10. num 5. & latæ lim 9. ſub num. 6. & ſeqq. Etiam ſi inſtrumentum ſit celebratum in loco, vbi non extet hoc ſtatutum, dummodo agatur in loco, vbi extet, num. 9. & q. 18 n. 8. Et etiam ſi non ſit liquidum, d. lim. 9. num. 24 & ſeqq. Et habet executionem paratam etiam contra ratificantem, ſub nu. 11. Secus autem ſi inſtrumentum non ſit celebratum nomine ratificantis, nu. 13. & ſeqq & nu. 20. Niſi is vltra ratificationem declaret, inſtrumentum eſſe celebratum de ſuo mandato, ſub eod. n. 20. verſ. limita. Vel facit aliquem actum poſitiuum, nu. 22 Et non admittitur appellatio, ſiue appelletur à decreto diffinitiuo, ſiue ab interlocutoria, nu. 43. Et licet Signaturæ committat cauſam appellationis, & iudex commiſſarius inhibeat, tamen, ſi in commiſſione non ſit facta mentio obligationis Cameralis, Auditor Cameræ, etiam commiſſione non reformata, procedit ad executionem, remanẽte commiſſione in ſuo robore, quoad effectum deuolutiuum, n. 59. Datur tamen appellatio, quando iudicium eſſet inchoatum via ordinaria, nu. 44. Datur etiam reſpectu actoris petentis, nu. 50 & 58 Item datur appellatio deuolutiua, n. 51. & ſeq. Et datur hæc deuolutiua etiam ſi in inſtrumento ſit renunciatum appellationi, nu. 56. & datur in Regno Franciæ, num 57. Denegatur tamen etiam deuolutiua, quando reus poſt motam litem, ſeu decretum mandatum, aut poſt commiſſam cauſam appellationis ſuſcipit in ſe mandatum executiuum, ſeu terminum, ſub nu. 59 verſ. reſtringe, & verſ. Amplia Datur appellatio etiam ſuſpenſiua actori, qui in ſecunda inſtantia poſt factam executionem cõdemnatur ad reſtituendum, nu. 58. Hæc ſuſpenſiua datur etiam reo, qui in prima inſtantia fuerit abſolutus, & in ſecunda condemnetur, ſub eod. nu. 58. verſ. ſubextende. Et hoc procedit, quando reus in prima inſtantia fuit abſolutus in meritis, ſecus, quando ex ineptitudine modi agendi, ſub eod. n. verſ. intellige Datur etiam appellatio à mandato de extendendo obligationem cameralem iuxta dicta teſtium, num. 60. & 63. Item à reiectione exceptionis admiſſibilis, nu 61. Et quando in appellatione exprimitur iuſta cauſa, nu. 62. Item, quando obligatio Cameralis, ſeu aliud inſtrumentum probatur per teſtes, num. 63 Niſi eſſet caſus, in quo poſſit procedi, lite non conteſtata, & qui ſint iſti caſus, num 65. & ſeqq. Aut niſi teſtes examinarentur ſuper præambulis, liquidatione, & legitimatione perſonarum, nu. 70 & ſeqq. Et quid ſit teſtes examinentur ſuper aliqua parte inſtrumenti corroſa, ſeu corrupta, num. 73. & 74. Et quid ſi examinentur ſuper defectibus alicuius ſolemnitatis inſtrumenti, num. 76

Ab executione inſtrumentorum quare ſtatuta prohibeant appellari, q. 14. lim. 9. num. 7

Inſtrumentum appellationis, vide in verbo. Repræſentatio.

A pronunciatione de exequendo inſtrumentum an, & quãdo detur appellatio, q. 17 lim. 47. memb. 1 nu. 194. iunctis præcedentibus.

¶ Inſtrumentum publicum communiter ex vi ſtatutorum habet executionem paratam, q. 17. lim 9. ſub nu. 6. Etiam ſi non ſit liquidum, num. 42. & ſeqq. Et etiam contra ratificantem, nu 11 Et quid ſi non ſit celebratum nomine ratificantis, nu 13. & ſeqq. & num. 20. Et quid ſi vltra ratificationem declaret fuiſſe celebratum de ordine ſuo, ſub eodem num. 20. verſ. limita. Vel fecerit aliquem actum poſitiuum, nu. 22. Et habet eam etiam ſi ſit celebratum in loco, vbi deficiat ſtatutum, nu. 9. Habet etiamſi in eo adſit pactum, quod ſi apparuerit non deberi tantum, debeatur ſolum illud, quod apparuerit, &c. nu 30. & ſeqq. Reliqua vide in ſuperiori verſ. à ſententia.

Inſtrumentum, ſeu obligatio Cameralis, non habet viam execu-

Digitized by Google

executiuam in his, quæ non leguntur in inſtrumento, ſed veniunt ex interpretatione iuris, q. 17 lim 9 n. 16
Inſtrumentum, & res iudicata æquiparantur, q. 17. lim. 10. n. 8. verſus finem.
Inſtrumentum, cui deficit aliquid ſubſtantiale, non habet executionem, q 13. rem. 1. concl. 4. n. 3
Sententia lata ſuper executione inſtrumenti, an habeat vim diffinitiuæ, an ſit mera interlocutoria, vel diffinitiua, q. 7. lim 47. memb. 1. n. 191. & ſeqq. Et an poſſit reuocari, q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 32
Inſufflatio inſtantiæ. vide in verbo. Reſtitutio verſ. regiam.

Interdictus, & Interdictum.

Interdictus licet appellet, tamen remanet interdictus, quæſt. 3. num. 65. Hoc procedit in interdicto ſpirituali tantum, num. 67
Interdictis poſſeſſorijs an detur appellatio, vide in proprijs nominibus cuiuſque interdicti.
Interdictum poſſeſſorium diuiditur in multas ſpecies, & quæ ſint q. 16. lim. 6. memb. 1. n. 2 & ſeqq.
Interdicta origine ſunt perſonalia in re tamen ſcripta, q. 17. lim 6. memb. 9. ſub n 123. verſ. oppono.
Reliqua vide in verbo. Poſſeſſorium, & in proprijs nominibus cuiuſque interdicti.

Intereſſe.

Is, cuius non intereſt, non auditur appellans, q 7. num. 95. Et ideo ſi audiretur poſſet is, cuius intereſt, cum non audiri, appellare, q. 18. lim. 6. memb. 4. n. 107. Et de tertio, qui admittatur, non docto de eius intereſſe, vide in verbo. Tertius. Fallit, quando ſententia eſt lata ad fauorem actoris excommunicati d. q. 5. n. 120
Quilibet, cuius intereſt, poteſt appellare, qu 5. n. 68. Etiamſi nullatenus interuenerit in prima inſtantia, n. 69
Intereſſe ad affectum, vt quis admittatur ad appellandum quando adſit relinquitur arbitrio iudicis, q. 5. num. 70. Et quando dicatur probari incontinenti, q 17 lim. 6. memb. 4. ſub n. 90
Intereſſe ſuperioris, appellantis pro ſuo ſubdito, quando ſit conſiderabile, q. 5. ſub n. 57. verſ. ſub declara.
Si appellatio culpa tertij deſeritur, tenetur ad intereſſe, q 15. n. 135. & ſeqq.
Exceptio (tua non intereſt) repellit appellatum, &c. qu. 17. lim. 2. ſub n. 102
Condemnatus ad poſſeſſionem, & intereſſe poteſt appellare quoad condemnationem intereſſe, q 17. lim. 6. memb. 9. n. 22. & ſeqq.
De appellatione tertii habentis intereſſe, vide in verbo. Tertius.
¶ Exceptio (tua non intereſt) repellit agentem, quæſt. ſub numero 95
An, & quando dicatur conſtare de intereſſe tertii, ſe opponentis executioni, relinquitur multum arbitrio iudicis, q. 7. lim. 6. memb. 4. ſub n. 90
Reliqua vide in verbo Damnum, verſ. damna.

Interlocutoria.

Ab interlocutoria poteſt appellari ad eundem iudicem, q. 2. num. 16. Fidem tamen delegari non poſſe, quæſt. 8. num. 75. & 76
Poteſt appellari ad æqualem, habentem eandem iuriſdictionem, 2. n 18. & q. 8. ſub n. 73
Appellatur in ſcriptis indiſtinctè, etiamſi appelletur incontinenti, q. 4. n. 9. & 17. Fallit hoc, ſtante ſtatuto, quod in appellationibus procedatur, ſolemnitatibus non ſeruatis, ſeu ſummariè, &c. n. 10. & 11. vbi infertur ad iura municipalia Regni Neap.
Non appellatur ſine expreſſione grauaminis, ſeu cauſſæ rationabilis, q. 4. n. 30. & ſeqq. in quibus extenditur, & reſtringitur.
Ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, appellatur in ſcriptis ſicut a diffinitiua, q. 4. n. 2. & 12
Ab interlocutoria Vicarii etiam generalis poteſt appellari ad Epiſcopum, q. 8. ſub n. 73
Si iudex a quo reuocet interlocutoriam, irritantur omnia acta, quæ fuerint facta coram iudice appellationis, q. 5. numero 118
Appellatio ab interlocutoria an, & quando poſſit iuſtificari ex alia cauſſa, quam ex cauſſa expreſſa in appellatione, & quando in ea poſſint recipi nouæ probationes, q. 11. n. 87. & ſeqq. & n. 92 & ſeqq.
Quando ſuſcipiat naturam appellationis, à diffinitiua, q. 11. num 97
Debet iuſtificari ex eiſdem actis, q. 11. ſub n 87. & 89
Appellari debet ab interlocutoria infra decem dies, quæſt. 12. num. 84. Etiam ſi ſit interlocutoria tacita, n. 85. Et quando poſſit appellari poſtea, n 86. & ſeq.
Inſtantiæ primæ cauſſæ non currit, quando reus appellat, & durat cauſſa appellationis ab interlocutoria, q. 15. ſub num. 316. verſ. confirmatur.
Inferior Principe an poſſit tollere appellationem ab interlocutoria, q. 16. lim. 1. ſub n. 116. ſubreſtr. 3
Prohibita appellatione in aliqua cauſa, nõ intelligitur prohibita ab interlocutoria, q. 17. lim. 6. memb 7. n. 28 & ſeqq. Et ideo prohibita in cauſſa criminali ſententia diffinitiua, an poſſit appellari ab interlocutoria, lim 4. n. 85
Ab interlocutoria, ante diffinitiuam regulariter prohibetur appellatio, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 1. Etiam in cauſſis Criminalibus n. 2. In cauſſis carceratorum, n. 3. In foro Capitolino, n. 4. Et ex diſpoſitione Concilii Tridentini, dict. q. 17. lim. 6 memb. 3 ſub n. 18
¶ Permittitur de iure canonico, d. lim. 47. memb 1. num. 73 & ſeqq. Et non ſolum ſemel, ſed bis, num. 78. Et quid in terris Eccleſiæ, n 79. Et quid de iure canonico moderno, n. 83. Et quid ſi in appellatione exprimatur iuſta cauſa, num. 81. Permittitur etiam de iure ciuili, ſi agatur de grauamine irreparabili, numer. 84. & ſeqq. & lim. 6. memb. 7. num. 29. & 40. Etiam ſi ſit reparabile, ſed non in totum, aut non ſine magna difficultate, ead. lim. 6. memb. 8. ſub numer. 2. verſ. confirmatur, & num. 3. & ſeqq. & d. lim. 47. memb. 1. num. 86. Et in foro Capitolino, numer. 89 Permittitur etiam appellatio ab interlocutoria, lata poſt ſententiam diffinitiuam, num. 167. Et ab interlocutoria, quæ tangit factum principale, num. 186. Item ab interlocutoriam habente vim diffinitiua, num. 171. Non tamen in foro Capitolino, num. 214 Item ab interlocutoria, quę ingerit difficultatem circa cauſſæ deciſionem, num. 215. Similiter quando de grauamine interlocutoriæ conſtat iuris præſumptione, num 216. Et quando in appellatione exprimitur, & probatur iuſta cauſſa appellandi, num. 217. Idem ſi interlocutoria mereatur executionem, num. 198. in fine, & 199
Ab interlocutoria, quæ decidit articulum principalem, datur appellatio, q. 17. lim. 47. memb. 1. ſub n. 168
Quando poteſt appellari ab interlocutoria expreſſa, poteſt appellari etiam a tacita d. lim. 47. memb. 1. n. 96
Ab interlocutoria in cauſſa poſſeſſoria an, & quando ſit prohibita appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 28. & ſeqq. n. 36. & ſeqq. ſub n. 73. ſubreſtr. n. 7. n. 130. & ſeqq.
Ab interlocutoria, inordinate lata, datur etiam appellatio in cauſſa poſſeſſoria, d. lim. 6. memb. 7. n. 130
Iudex à quo poteſt pendente appellatione ab interlocutoria, procedere ſine vitio attentatorum, q. 17. lim 47. memb. 1. n. 27. & ſeqq. Imo poteſt ipſam interlocutoriam reuocare, vide in verbo. Reuocare.
Terminata cauſſa appellationis ab interlocutoria, quis iudex debeat procedere in negotio principali, d. lim. 47. memb. 3. n. 1. & ſeqq. & n. 14. & ſeqq.
Iudex, ad quem eſt appellatum ab interlocutoria, an, & quãdo poſſit, omiſſo de partium conſenſu articulo appellationis, procedere in negocio criminali, eod. memb. 3. num 9. & ſeqq.
¶ Interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, æquiparatur diffinitiuæ, q. 4. n. 56. Et regulatur ſecundum eius naturam, qu. 17. lim. 47. memb. 1. n. 171. in fine. Quandoque tamen regulatur, vt interlocutoria, ſub n. 194
Proceſſus iudicis ad vlteriora poſt oppoſitam incompetentiam habet vim interlocutoriæ, q 14. lim. 6. memb. 7. num. 57. 59. & ſeqq.
Non omnis vox iudicis eſt interlocutoria, quæſt 12. ſub numero 89
Interlocutoria, ſtrictè loquendo non eſt ſententia, q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 30. & ſub n. 31. verſ. ratio.
Interlocutoria tranſit in rem iudicatam quoad partem, quæſt. 12. num. 95. Et an, & quando quoad iudicem, eod. nume-

numero 95. & ſequentibus.
Sententia, lata ſuper momentanea poſſeſſione, an, & quando ſit interlocutoria, & quare, q 17. lim 6. memb. 3. ſub n. 4. & ſeqq. Er multo mag. a dicitur interlocutoria, ſi ſit lata in adipiſcenda poſſeſſione ſine reo memb. 4. ſub num. 20. 21. & 22. vbi diſtinguitur. Lata etiam in poſſeſſorio ſummario dicitur interlocutoria, ead. lim. 6. memb. 2. ſub n. 2. verſic. ſecunda.
Sententia, quæ fertur, ſeruatis terminis ſubſtantialibus, non dicitur interlocutoria. d. lim. 6. memb. 2. ſub n. 7. verſ. quia reſpondeo quod. Sed contrarium; memb. 3. ſub n 5. verſ. verum.
Interlocutoria, quæ poſt ſe non expectat aliam ſententiam, habet vim diffinitiuæ, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 207
Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto eſt interlocutoria, q. 17. lim. 6. memb. 4. n. 124
Secundum decretum eſt interlocutoria, eod. memb. 4. ſub n. 130. verſ. tario.
Interlocutoriæ, quibus infertur grauamen irreparabile, quæ ſint, quæſt. 17. lim. 47. memb. 1. num. 84. & ſeqq. vſque ad num. 168
Interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, quæ ſint, eod. memb. 1. n. 171. & ſeqq. vſque ad n. 214. incluſiuè.
Interlocutoria quando dicatur tangere factum principale, d. memb. 1. n. 168. & ſeqq.
Interlocutoria mera quæ dicatur, eod. memb. 1. num. 5. 26. & 27
Interlocutoriæ grauamen reparabile, & irreparabile, vide in verbum. Grauamen.
Iudex an, & quando poſſit reuocare interlocutoriam, vide in verbo. Renocare.
Quis iudex debeat cognoſcere nullitatem interlocutoriæ, vide in verbo. Nullitas verſ. interlocutoria.

Interponere appellationem.

Appellatio debet interponi coram iudice à quo qu. 6. num. 1. Et ſententia lata à pluribus iudicibus, coram omnibus interponi debet, vel coram maiori parte eorum, n. 2. Sed coram ambobus, quando ſunt duo tantum, n. 3 Alias, non interpoſita coram iudice à quo, eſt nulla, n. 6. Nec ſufficit Interponere appellationem in tribunali ſine præſentia iudicis à quo, n. 4. Quid ſeruetur in praxi, num. 40. Et quid de ſtylo Auditoris Cameræ in appellationibus de partibus, ſub eod. n. 40. decl. 11. Et quid in appellatione per arreptionem itineris, &c. num. 41. Et quid in appellatione, n. 8. & ſeqq.
Appellatio poteſt interponi coram iudice ad quem, quando non poteſt haberi copia iudicis à quo, vel poteſt interponi coram notario, & honeſtis viris, q. 6. n. 18
Appellatio inſra quantum tempus debeat interponi, vide in verbo Tempus.
Appellatione non interpoſita, cauſa appellationis non poteſt committi, vide in verbo. Commiſſio.
Appellatione non interpoſita, an valeat ſententia, quæſt. 20. num. 29

Interpretatio.

A mala ſententiæ interpretatione datur appellatio, q. 17. lim. 10 n. 52
¶ Ita debemus interpretari dicta prudentum, vt non mereatur reprehenſionem, q. 2. ſub n. 28. Idem in interpretatione legis, & ſtatuti, ibidem.
Debemus interpretari actum, vt valeat, q. 2. n. 29. & q. 3. ſub n. 4. & q. 7. ſub n. 5. & q. 15. num. 225. in fine. Contrarium, ead. q. 3. ſub n. 4. verſ. confirmatur primo.
Iudex an, & quando poſſit interpretari ſuam ſententiam, q. 17. lim 10. n. 53

Intimatio.

Intimatio appellationis interpoſitæ coram honeſtis viris non eſt neceſſaria ad validitatem appellationis, quæſt. 6. num. 30
Eſt neceſſaria ad ſuſpendendam iuriſdictionem iudicis, q. 6. num. 31. Nunquid ſit intimanda iudici, & parti, n. 32. Et quando non ſit neceſſaria, ſub numero 33. ſub decl. 7. & n. 35. & 36
Poteſt fieri à quocunque ſine aliquo mandato, q 6. ſub n. 33. ſubdecl. 2
Debet fieri infra menſem ad effectum, vt deuolat cauſam ad Curiam, q 6. ſub num. 33. ſubdeclar 8.
An, & quando debeat fieri cum ſcriptura authenticæ, qu. 6. ſub n. 33. ſubdeclar 9
Appellatio licet non ſit intimata, tamen deuoluit iuriſdictionem, quæſt. 6. num. 30. Declaratur, ſub numero 33. ſubdeclar 8
Debet imitari principali, vel procuratori ſpecialiter conſtituto in illa cauſa, q. 6. ſub n. 33. ſubdecl. 3
Debet intimari perſonaliter ſi poteſt inueniri, q. 6. ſub num. 33 ſubdecl. 4
Intimatio appellationis inualidæ eſt nullius momenti, qu. 6. ſub n. 33. ſubdecl. 5
Intimatio appellationis extra iudicialis an & quando ſit neceſſaria q. 6. n. 13
Intimatio itineris arrepti, cum habeat vim appellationis, eſt neceſſaria ad effectum, vt ſuſpendat, q. 6. ſub n. 42. ſub declar. 1
Mandati procuratorij intimatio quando ſit neceſſaria intimatione appellationis, qu. 6. n. 34. ſubdeclar. 10. & intelligens 3. & 4
Intimatio ſententiæ operatur, vt ex die intimationis teneatur intimatus appellare inſra decem dies, q. 12. num. 25. & ſeqq. & n. 26. vbi de ſtylo Auditoris Cameræ, & n. 29. & ſeqq. in quib. an ſufficiat intimare, ſententiam eſſe latam, vel requiratur intimatio qualitatis ſententiæ latæ, n. 31. vbi de ſtylo Auditoris Cameræ.
Imitari debet adhæſio appellationis iudici à quo, quæſt. 12. num. 71
¶ Mandatum præceptoris poteſt à quocunque ſine mandato intimari, q. 6. ſub n. 34. intellig. 2

Intruſus.

Intruſus in poſſeſſione licet appellet, non retardat executionem, q. 17. lim. 6. memb. 4. num. 91. Etiam ſi appellaret infra legitima tempora num 93. Imò ei non præſtatur curatio, n. 94. Et non docendo de intereſſe, minus appellat deuolutione ſub eod. n. 94. ampl. 4. Et quando dicatur Intruſus, num. 95. Et qui alij poſſeſſore, vti vniuerſi, non appellant, n. 91
¶ Intruſus, lite pendente, non poteſt impedire executionem, &c. & literæ executoriales eum compræhendunt, qu. 17. lim. 6. memb. 4. n. 91

Inuentarium.

A ſententia de conficiendo inuentarium non datur appellatio, q. 17. lim. 46. n. 1
Tempus conficiendi inuentarium an, & quando currat pendente licet ſuper hæreditate, q. 15. n. 318
Quæ perſonæ teneantur conficere inuentarium, d. lim 46. numero 2

Inueſtitura.

Ad cognoſcendam iuriſdictionem in appellationibus inſpiciendus eſt tenor inueſtituræ, q. 8. n. 106

Inundatio.

Inundatio excuſat non appellantem infra legitima tempora, q. 12 n. 167
Inutilis appellatio. vide in verbo. Friuola.

Ioannes Andr. & Io. Anton.

¶ Io. Andreas non bene expoſuit cap. ex ratione, de appellat. q. 15. initio.
Io. Antonius de S. Georgio, nuncupatus Præpoſitus, ſeu Cardinalis Alexand. multa de verbo ad verbum aliquando tranſcripſit ex Ang Aret. qu. 17. lim. 4. ſub n. 7. verſ. priuſquam.

Irregularitas.

Occidens clericum inuaſorem, ſi aliter ſe defendere non poterat, non incurrit irregularitatem, q. 16. ſub n. 3
Vide in verbo Suſpenſus. verſ. ſuſpenſus, à beneficio.

Iter, & ire.

Arreptio itineris ſeu miſſio nuncii ad Papam poſt litem motam habet vim appellationis, q 6. n. 41. Sed debet eſſe infra decem dies, & ad effectum, vt ſuſpendat, debet intimari, ſub n. 42. ſubdecl. 2
Itineris arreptio ante cauſam cœptam non habet vim appellationis, q 6. n. 43
Arripere iter vltima die termini eſt inchoare proſecutionem cauſæ appellationis, q. 14. ſub n. 48
Appellanti à ſententia, lata in magno feudo, dantur ſex hebdomadæ

Digitized by Google

dumadæ ad iter arripiendum, quæſt. 15. ſub num. 21. verſ. adde.

Si partes cooueniunt ire ad Sanctum Iacobum, fatalia interim non currunt, q. 15. n. 107. & 190

¶ Itineris arreptio ante cauſam cœptam ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, q. 6. n. 43

Itineris arreptio ſuſpendit iuriſdictionem quoad eum, qui vidit, non quoad eum, qui mitrit, q. 6. n. 44

Itinerans ad Curiam Papæ non eſt exemptus à iuriſdictione inferiotis, ſi itinerat poſtquam fuit citatus, vel &c. q. 6. in fine ſub o. 44

Iudeus.

¶ Cootra Iudæos ſeruatur rigor iuris, q. 3. n. 58. in fine.

Princeps ſecularis oon poteſt permittere io ſuo regno, quod iudæi habeaot mancipium Chriſtianum, neque quod deferaut ſignum diſtinctum, q. 1. lim. 1. n. 129

Iudex à quo, & iudex ad quem, ſeu iudex appellationem.

Iudex, coram quo eſt appellandum, vbi ſit requirendus, q. 6. num. 19

Appellari debet coram iodice à quo, q. 6. num. 1. Extenditur, oum. 2. & ſeqq. Declaratur, & reſtringitur, nu. 8. & ſeqq. Poteſt tamen appellari coram iudice ad quem, quaodo noo poteſt haberi copia iudicis à quo, o. 18. Item quando ob iuſtum metum non appellatur coram iudice à quo, numero 20

Iudex, qui ſententiam tolit, poteſt ab ea appellare, q. 5. num. 4. Facit contra, q. 17 lim. 39

Iudex ad quem poteſt in aliquibus eſſe minor iudice à quo, q. 2. ſub n. 25

Noo poteſt appellari ad eundem iudicem, qui tulit ſententiam, quæſt. 2. num. 14. Etiamſi is aſcenderit cathedram iudicis ad quem, num. 15. Ab interlocutoria poteſt appellari, num. 16. Et an, & quando poſſit eidem iudici à quo delegari cauſa appellationis, q. 16. lim. 1 oum. 123. & q. 8. num. 75 & 76

Si iudicent ſimul plures, iodices, appellatur ad ſuperiorem dignioris, q. 8. ſub n. 102. illat. 2. & 5. Et vbi ab altero eorum eſſet prohibita appellatio, & ab altero non daretur appellatio, q. 16 lim. 14. n 3

Iudice à quo abſente, & ideo appellatione interpoſita coram honeſtis viris, an teneatur appellans, eo reuerſo, adire eum, quæſt. 6. ſub oum. 25. verſ. confirmatur, & p. 13. numero 8

Iudex minor poteſt in actu appellationis ex cooſuetudioe reputari maiori, q 2. n. 26

Minor iudex ao eo ipſo, quod ſibi appellatio deſertur, efficiatur maior, quæſt 2. ſub numer. 26. verſ. at quando, & num 27

A iudice, qui habet iuriſdictionem à perſooa eccleſiaſtica, poteſt appellari, omiſſo medio, q. 7. num. 88. & 89. vbi declaratur.

Iudex appellatioonum noo habet ioriſdictionem contra tertium, qui facit aliquid appellatione peodente, quæſt. 3. oum. 62

Iudex cauſæ appellationis impetrari non poteſt, niſi prius fuerit appellatum, qu. 3. n. 4. Reliqua vide in verbo. Commiſſio.

Iudex cauſæ appellationis infra quantum tempus debeat impetrari, q. 14. n. 1 & ſeqq.

Iudex à quo poteſt, appellatione pendente, procedere ad ea quæ tenduot in faciliorem exitum appellationis, q. 3. n. 20. & ſeqq. Et quæ ſint iſta vide in verbo Pendente appellatione verſ. iudex à quo.

Iudicibus pluribus appellatis, &c. vide in verbo. Plures, verſ. pluribus.

Iudex appellationum quandoque non corrigunt ſenteotias iniquas, ſed bene latas male formant, q. 3. n. a

Iudex appellationis ſuccedit io locum iudicis a quo quæſt. 11. num. 17

Iudex ad quem non poteſt cognoſcere, niſi de eo, de quo cognouit iudex a quo, q. 11. ſub n. 17. Et de quibus poſſit cognoſcere, num. 23 & ſeqq. & 34. & q. 17. lim. 1. ſub oum. 46. & 56

Iudicis ad quem iuriſdictio quouſque ſe extendat, qu. 11. ſub num. 17. & ſeqq.

Iudicis appellatioois officium an ſit latius officio iudicis à quo, q 11. n. 17

Iudex ad quem poteſt ex cauſa vera confirmare ſententiam latam ex cauſa falſa, q. 11. n. 22. & ſeqq. in quibus declaratur. Et poteſt ſeotentiam emendare, confirmando io parte, & in parte confirmando, &c. n. 112

Appellatio coram iudice ad quem habet interponi infra decem dies, q. 12. n. 168

Iudex à quo poteſt appellanti præfigere terminum ad committendam cauſam appellationis, quæſt. 14. num 9. & 7. Et ſi non deferat appellationi, n. 15. Et deferendo an poſſit præfigere ex interuallo, vel ſolum eodem contextu, oumer. 21

Si non eſt prouiſum de iudice appellationis, appellandum eſt ad eum, qui dedit iudicem a quo, q. 8. n. 120

Iudex appellationis ſi detur, vt cognoſcat in Curia, datur ex officio arbitrio Regeotis Cancellariæ, ſed ſi detur, vt cognoſcat extra Curiam, datur arbitrio appellantis, niſi contra dicatur, q 14. ſub n. 46. verſ. ratio.

Appellari poteſt regulariter à quolibet iudice tam ordinario quam delegato, q. 16 o. 1. & ſeqq. Siue ex maioribus, ſiue ex minoribus n. 25

A quibus iudicibus non poſſit appellari, quæſt. 16. lim. 1. & ſeqq. & in toto iudice io proprijs nominibus eiuſmodi iudicum.

Iudex a quo ſi detulerit appellationi ab interlocutoria, non recuperat iuriſdictiooem, quamuis appellans renuntiet appellationi, ſeo iudex ad quem pronuntiet, bene iudicatum, q. 17. lim. 2. n. 103

Signatura in commiſſione appellationis io cauſa poſſeſſoria quaodo reſcribat iudici a quo, & quando iodici ad quem, q. 17. lim. 6. memb. 7. ſub n. 142

An iudex a quo, vel ad quem pronuntiet ſuper aſſertione appellationi, q 11. n. 148. & ſeqq.

Appellatio ſimplex, non expreſſo iodice ad quem, valet, quæſt. 7. num. 4 Præſertim ſi iudex appellationis 8. certus, numero 9

Iudex ad queio eſt appellatum ab Interlocutoria, an & quando remaneat iudex io tota cauſa, q. 17. lim. 47. memb. n. 1. & ſeqq. Et an poſſit de conſenſu partium, omiſſo articulo appellationis, cognoſceret in negocio principali, oom. 9. & ſeqq.

Reliqua vide in verbo. Admittere In verbo. Confirmans, in verbo. Deferre.

¶ Iudex interponendo decretum ex neceſſitate officij ſibi, oon præiudicat 17. lim. 2. ſob o. 36

Iudices ſunt poſiti tanquam ſignum ad ſagittam, q. 19. rem. 4. verſus finem.

Iudex Eccleſiaſticus. vide in verbo. Eccleſiaſticus.

Iudicatum.

Promittens, & cum iuramento, & obligatione camerali de ſtando iuri, & iudicatum ſoluere, poteſt adhuc appellare, q. 17. lim. 2. ſub n. 73. verſ. contra.

Iudicialis appellatio.

Appellatio iudicialis dicitur propriè appellatio, q. 1. n. 8. & q. 2. num 33

Appellatio iudicialis quæ dicatur, q. 2. n. 34 & 38

Appellatio iudicialis in vno articulo ſuſpendit iuriſdictionem in totum, & quod totam cauſam, qu. 2. ſub n 37.

Appellatio iudicialis debet eſſe ex vera, & legitima cauſa q. 2. num 41

Iuſtificatio appellationis iudicialis quomodo fiat, quæſt. 2. num. 42

Appellatio iudicialis interponitur à grauamine præterito, & ooo à futuro, q. 2. n. 43

Appellatio iudicialis eſt licita tàm de iure canonico, quam de iure ciuili, q. 2. n. 45

Excommunicatus poteſt appellare iudicialiter, quæſt. 2. numero 44

Appellatio iudicialis in quot, & quibus differat ab extraiudiciali, q. 2. n. 33. & ſeqq.

Iuramentum, & iurare.

Calumnia iuramentum an ſit neceſſarium in cauſa appellationis, q. 11. ſob n. 44. verſ. de iuramento.

Nolens iurare de calumnia, an appellet, quæſt. 17. limit. 34. num. 10

A ſen-

A ſententia, lata virtute iuramenti de mutuo conſenſu litigantium præſtiti, non datur appellatio, q.17.lim.34.num.1. Etiam ſi condemnatus velit per euidentiam rei probare contrarium, num.2. Etiamſi ſententia ſit lata virtute iuramenti relati, num.3. Etiam ſi reus fuerit condemnatus, eo quia noluerit iurare, num.4. Aut actor, cui fuit relatum iuramentum, ſub eod.num.4.verſ. ſuvamplia Datur tamen appellationis, qui recuſat iurare, vel referre, allegat rationabiles cauſas, n.5. Et quid in cauſa matrimoniali, n. 6. Datur etiam a ſententia lata, virtute iuramenti neceſſarij, num.7. Et quid in interlocutoria admitti probationem iuratiuam, num.8. Et quid ſi ſtatutum mandet, in aliquo caſu ſtari iuramento, n.9

Ab interlocutoria, quæ iudex pronuntiat, debere iurare, vel referre, datur appellatio, quæſt.17. lim.47.memb.1. numero 176

A iuramenti delatione non datur appellatio, qu.17.lim.34. ſub num.8. Et quid de ſtylo Cameræ Imperialis, quæſt.12. numero 161

Ab abſolutione, ſeu relaxatione, iuramenti an liceat appellare, q.17.lim.34.in fine, n.10

¶ Statutum, quod in cauſa damni dati ſufficiat iuramentum eius, qui paſſus eſt damnum, intelligitur in omnibus articulis emergentibus in cauſa damni dati ſecus eſt, ſi ſtatutum diſponat, quod iuramentum ſufficiat ad probandum damnum, quæſt.17.lim.6.memb.7.ſub num.35.verſ. in ſimili.

Iuramentum neceſſarium quod dicatur, qu.17.lim.34.ſub n. 7.verſ iuramentum.

Interlocutoria de iurando, vel referendo iuramentum, habet vim diffinitiuæ, quæſt.17.lim.47.memb.1 num.176.& 177. Et ideo iudex eam reuocare non poteſt, numer.178. Etiam ſi iuramentum ſit ſolum acceptatum, & nondum præſtitum, num.179. Et multo minus, ſi fuerit præſtitum, eod. num.179. extenſ. 2. Et circa dubium non reuocare ſententiam latam virtute iuramenti præſtiti, n.180

Iuramentum validat contractum, qu.19. rem.1. concl.5 ſub num.32

Iuramentum de allegando nullitatem, an ſe extendat ad nullitatem ex defectu iuriſdictionis, q.19.rem.1.concl.5.n.47. & ſeqq.

Iuramentum non ſupplet conſenſum, d.concl.5. ſub n.59

Iuriſdictio.

Iuriſdictio iudicis à quo ſuſpenditur per appellationem, & quando non ſuſpendatur, vide in verbo. Suſpenſio.

Concernentibus iuriſdictione mediata, poteſt appellari, omiſſo medio, q.n.106

Iuriſdictio iudicis ad quem ad quæ ſe extendat, vide in verbo. Iudex, verſ. iudicis ad quem.

Licet iudex ad quem pronuntiet, male appellatum ab interlocutoria, & bene iudicatum, ſeu appellans renunciet appellatione, tamen iudex a quo, ſi detulerit appellationi, non recuperet iuriſdictionem, q 17.lim.2.n.103.& verſic, confirmatur.

A ſententia, lata ſuper poſſeſſione iuriſdictionis, an detur appellatis, q.17.lim.6.memb.9.n.108. & ſeqq.

Licet partes compromittant cauſam appellationis, & ſuſpendatur fatalia, tamen remanet iuriſdictio iudicis appellationis, qui propterea poteſt, non obſtante pendentia compromiſſi adiri, vt procedat, quæſt.15. ſub num.19. & ſequentibus.

Feudatario quando cenſeatur data iuriſdictio cauſarum appellationum, q 8.n.115. & ſeqq.

Iudex à quo, non reſpondendo de Apoſtolis, priuatur iuriſdictione, &c. vide in verbo. Apoſtolos.

Deſerta appellatione iuriſdictio iudicis ad quem expirat &c. vide in verbo Apoſtolos.

¶ Iuriſdictio eccleſiaſtica antecellit ſecularem, q.8.ſub n.100. verſ. ſecunda.

Iuriſdictio eccleſiaſtica, & iuriſdictio ſecularis regulariter ſunt ſeparatæ, & vna non ſe intromittit de alia, q.8.ſub n. 100.verſ prima.

Iuriſdictio Balliuorum Baronum non expirat per mortem Baronum, q.8 ſub n 159. verſ. ad ſecundam.

Iuriſdictio Vicarij expirat per mortem Epiſcopi ibidem.

Iuriſdictio ordinaria non expirat per mortem committentis, quæſt.8. num. 158. Et quid ſi data ad beneplacitum, num 161

Iuriſdictio iudicum ordinariorum in Curia Romana non expirat per obitum Papæ, q 8.ſub num.157.verſ prima. Et quid de conſuetudine, n.162

Iuriſdictio delegati an expiret per mortem delegantis, qu.8. num.160

Iuriſdictio dari non poteſt ſuper eo, quod non eſt, q.3 num. 3. in fine.

Iuriſdictiones confundi non debent, q 7 n.2

Iuriſdictionis protogatio, vide in verbo. Prorogatio.

Iuriſdictio niſi cuique ſeruetur, ordo eccleſiaſticus, & neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ confunditur, quæſt.8. ſub numero 51

Iuriſdictio regulariter dicitur excitata, & non delegata, quando cauſa delegatur ei, qui ex ordinaria iuriſdictione poterat illam cauſam cognoſcere, quæſt.8.ſub num 86.extenſ. 2. vbi an, & quando dicatur excitata, vel delegata, remiſſiue.

Papa non intendit præiudicare iuriſdictioni ordinariorum, quæſt 7. num.74.& 75.& quæſt.8.ſub num.125. verſ. oppono.

Inferior non poteſt præiudicare iuriſdictioni ſuperioris, qu. 16. lim 1.n.107

Iuriſdictio datur etiam per litteras obreptitias, & ſubreptitias q.17.lim.6.memb.7.ſub n.54 & 55 & q 14. ſub num. 30.caſ.5. Sed non per literas falſo nomine Principis impetratas, d. memb.7. n 53.& 55

Ex qualitate libelli cognoſcitur ad cuius iuriſdictionem cauſa ſpectet, q.17.lim 6.memb.9. n.7

Partes non poſſunt dare, aut prorogare iuriſdictionem, quam non habent, q 17.lim.47.memb.3.n.10

Iuriſdictio eccleſiaſtica eſt magis prorogabilis, quam ſecularis, q.19.rem.1.concl.2.ſub n.26

Iudices debent initio oſtendere literas ſuæ iuriſdictionis, q. 19.rem.1.concl.4. n.39

Iuriſdictionis defectus conſideratur multipliciter, q.19.rem. 1.concl.5.n.50.& ſeqq.

Mandatum iuriſdictionale ampliatur ratione incidentiæ, q. 19.rem.2.n.46

Ius.

A iuris diſpoſitione poteſt appellari, q.17. lim.20. ſub numero primo, verſ. ratio.

Appellatio eſt ius, &c vide in verbo. Actio.

¶ Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe iure vtatur, q.17. lim.7. n.23

Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito, conualidat iudicium præſens inchoatum, q.5.ſub n.27. verſ. ſecunda.

Ius metitur ex parte actoris, quæſt.17.lim.6. memb.7. ſub num.128. verſ. explica, & memb.9.ſub num.7.verſ. confirmatur.

Ius canonicum, & ius ciuile.

De iure canonico poteſt, omiſſo medio, appellari ad Papam, multoque alios, q.7.n.92

¶ Ius canonicum debet ſeruari in Terris Eccleſiæ, etiam ſi Terræ ſint mediate ſubiectæ, quæſt.7.num.77.& quæſt. 15. num.281

Ius canonicum defenditur à quorundam maledicentia, q 17. lim.47.& ſeqq.

Ius ciuile eſt nomen æquiuocum, & quid ſignificet, quæſt.1. num.12

Ius naturale.

Appellatio profluit à iure naturali, quæſt.16.ſub n.3. verſ. ita etiam.

Iuſta, & iuſte.

¶ Iuſta agere, & iuſte agere differunt, quæſt.17. lim.16. memb. 9 num.59

Iuſta cauſa litigandi. vide in verbo Cauſa.

Iuſtificatio appellationis.

Appellatio an, & quando iuſtificetur ex ſola obligatione probationis, & quando ſit neceſſaria probatio, q.2.n.42.& q.11.n.66.& ſeqq. Et quando ſola oblatio probationis non iuſtificet, n.71.& ſeqq.

Appellans an, & quomodo teneatur iuſtificare cauſam appellationis coram iudice ad quem, q.11.n.70. vbi diſtinguuntur tres effectus.

Digitized by Google

Quando appellatio dicatur iuſtificata abſque alia probatione facienda, q. 15. n. 63. & ſeqq. Et quando iudex, non aliter conſtito de iuſtitia ſententiæ, debeat eam reuocare, q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 126

Iuſtificatio appellat. nõ is quando operetur deuolutionem ſolam negotij, & reuocationem attentatorum, ſed non abſolutionem, q. 11. n. 70. & 71

Appellatio an poſſit iuſtificari ex alia cauſa, quam ex cauſa expreſſa in appellatione, q. 11. n. 84. & ſeqq. & numero 98. & ſeqq.

Appellatio ab interlocutoria debet iuſtificari ex eiſdem cauſis antiquis, & ex eiſdem actis, q. 12. n. 87. & 89

Iuſtificatione appellationis incontinenti oblata, admittitur appellatio, quæ non admitteretur, quæſt. 17. lim. 6. memb. 7. num. 133

Iuſtitia denegata.

Si iudex medius deneget iuſtitiam, appellatur ad eius ſuperiorem, q. 7. n. 43

A denegata iuſtitia an, & quibus interuenientibus poſſit appellari, q. 17. n. 46. & ſeqq.

¶ Iudex recuſans miniſtrare iuſtitiam clerico poſt trinam monitionem, priuatur iuriſdictione, q. 17 n. 47

Si iudex ſecularis denegat iuſtitiam, poteſt recurri ad eccleſiaſticum, q. 7. ſub n. 43. & ſeqq in quibus declaratur.

Denegari iuſtitiam dicitur, quando notorie conſtat, q. 7. n. 78. Et quando dicatur denegata, ſub n. 46

Læſæ maieſtatis.

LÆſæ maieſtatis condemnatus, an appellet, q. 17. lim. 4. n. 78. Et quid ſi exprimatur cauſa rationalis, n. 84

Læſio.

¶ Læſio quando dicatur magna, vel modica in materia reſtitutionis in integrum, relinquitur arbitrio iudicis, quæſt. 19. rem. 2. num. 16. Et quæ veniant conſideranda in iſto arbitrio, n. 17

Læſio ſeu deceptio an, & quomodo poſſit conſiderari in eo, quod terminatur iudicio ſortis, q. 16. lim. 6. ſub nu. 3. verſ. primo quia.

Laicus.

Laicus, litigans in foro eccleſiaſtico, poteſt appellare à quolibet grauamine, q. 18 n. 4

Latro.

Latro famoſus, ſeu inſignis non appellat, qu. 17 lim. 4. ſub numero 79

¶ Latrones ſtatim puniri intereſt Reipub. d. lim. 4. n. 69

Laudatus. vide in verbo. Nominatus.

Laudum.

A laudo, ſeu ſententia arbitri debet appellari infra decem dies, q. 12. n. 114. & ſeqq.

A ſententia lata ſuper nullitate laudi, & ſuper ſpolio datur appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 9. n. 64

¶ Laudum, latum poſt rem iudicatum, eſt nullum, quæſt. 15. num. 200

Legatarius.

Legatarius poteſt appellare, quando fuit victus hæres, quæſt. 5. num. 37

Debet appellare infra decem dies à die ſcientiæ, q. 5. n. 38. & q. 12. n. 155

Legatum in teſtamento.

Hæres condemnatus ad ſoluendum legatum, ſeu fideicommiſſum ex teſtamento, an appellet, quæſt. 17. lim. 37. num. 1. & 2

Legatus Papæ, & de latere.

Legatus Papę poteſt examinare teſtes, & facere alia, tendentia in fauorem appellationis, interpoſitæ ad Papam, quæſt. 3. num. 26

Non cognoſcit cauſam appellationis, in qua iudicauit tanquam Archiepiſcopus, q. 8. ſub num. 86. verſ. confirmatur primo.

Legatus de latere poteſt cognoſcere cauſam appellationis interpoſitæ ad Papam q. 17 lim. 2. n. 66 Et maximè de ea ſe intromittere, partibus conſentientibus, vel ſi velit cauſam ſolum inſtruere, & remittere ad Papam, q. 7. num. 60. Et etiam cognoſcere, n. 71

A ſententia Legati de latere an poſſit appellari, q 16, lim. 10. num. 1

A Legato appellatur ad Papam, q 8 ſub n. 99. verſ. à Legato.

Et loco Papæ poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, q 16. numero 22

Et quid in appellatione ab abuſu in Francia, d. q. 8. ſub n 99

Ad Legatum Papæ poteſt appellari, omiſſo medio, quæſt. numero 103

A delegato Papæ non poteſt appellari ad Legatum Papæ, q. 3. numero 16

Legatus etiam de latere non poteſt delegare cauſam appellatione remota, q. 16. lim. 1. ſub num 106. Etiam ſi Legato conceſſa ſit iuriſdictio cum præfata clauſula, num. 109. Et quando poſſit, n 115. & 116. Et quid in appellatione ab interlocutoriæ, ſub eod. n. 116. ſubreſt. 3

¶ Iuriſdictio Legati non expirat per obitum Papæ, q. 8. n. 58

Gerit vicem Papæ, q 7. ſub n. 103. verſ. ratio.

Concurrit cum quolibet ordinario, ibidem

Eſt gradatim ſupra Patriarcham, qu. 8. ſub num. 96. verſ. e contrariam.

Legitima appellatio, & cauſa.

Appellatio legitima, quæ dicatur, q. 2. n. 47

Appellatio legitima eſt admittenda, & habet effectus ſuos, q. 2. ſub n. 51

Appellatio legitima non præſumitur, ideoque appellans tenetur eam probare, q 3 ſub n. 15. verſ. declara.

Legitima cauſa appellandi quæ dicatur, q. 17. lim. 4. ſub n. 49. verſ. & loquendo.

Legitimatio perſonarum.

Ab interlocutoria, lata ſuper legitimatione principalium comparentium in iudicio, datur appellatio, queſ. 17. lim. 6. memb. 7. num. 70. Siue pronuntietur in litis ingreſſu, ſiue poſtea, n. 73. Et quando non detur appellatio, ſub num. 69. verſ. infero, & ſub n 72. verſ. declara.

¶ Legitimare perſonas, quando petitur executio inſtrumenti publici, eſt deliquidare illud inſtrumentum, qu. 17. lim. 9. numero 26

Lex & legis remedia, à quibus an detur appellatio, & de remedijs poſſeſſorijs legum.

Appellatio non datur in remedio, l. fin. C. de edic. diu. adr. toll vide in verbo. Hæres, verſ. ſententia.

Neque in remedio, l. 3. C. de pign. quæſt. 17. lim. 6. memb. 4. num. 5

Neque in remedio l. fin. C. de acquir. poſſ. ead. lim. 6. memb. 9. ſub n. 80. verſ. in hac n. 92. & ſub n. 100

Neque in remedio l ſi coloni, C. de agric. & cenſ. ead. lim. 6. memb. 6. ſub num. 32

Neque in remedio, l. ſi quis conductionis, C. loc. eod. memb. 6. num. 37

Neque in remedio l. vlt. ff. de rei vend. ead lim. 6. memb. 4. n. 132. Et quando detur, n 133

In remedio, l. meminerint, C. vnde vi an, & quando detur appellatio, qu. 17. lim. 6. memb. 6. numero 14. & memb. 9. numero 50

In remedio, l. inuaſor, C. vnde vi an detur appellatio, eod. memb. 6. n. 25. & 30

In remedio, l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. datur appellatio cum diſtinctione, qu. 17. lim. 6 memb. 6. n. 55. & ſeq. & n. 61. & memb. 9. n. 49

¶ Fruſtra inuocat legis auxilium, qui committit in legem, q 5. numero 74

Lex debet interpretari, vt legislator non mereatur reprehenſionem, q. 2. ſub n. 28

Lex imponitur rebus, non verbis, q. 17. lim. 10. n. 14

Lex quantumuis aſpera eſt ſeruanda, q. 17 lim. 48. num. 11

Mitius agitur cum lege, quam cum homine, qu. 15. ſub num. 148. verſ. ratio eſt manifeſta,

Lex non poteſt omnia exprimere, ideoq; cogitur multum confidere de iudice, q. 17. lim. 4. ſub n. 89. verſ. ratio.

L. 3. C. de pign. dat remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, q. 17. lim. 6. memb. 1 n. 14. Et cui competat, n. 60

L. fin. C. de edict. diu. adr. toll. continet remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, quæſt. 17. lim. 6. memb. 1. n. 15. Et cui competat, n. 79

Remedium dictæ l. fin. datur etiam ex teſtamento nuncupatiuo, redigendo in ſcriptis, &c. ead. lim. 6. memb. 4. n. 9. Et datur etiam filiæ inſtitutæ hæredi, agenti ad adipiſcendam poſſeſſionem bonorum feudalium, n. 13. & ſeqq. & n. 17. Et de remedio huius l. vide in verbo. Hæres. Non tamen

datur

datur venienti ab inteſtato, d.memb.4.n.10
L.vlt.ff. de rei vend continet remedium adipiſcendæ poſſeſſionis,q.17.lim.6. memb.4. n.134
Leges infraſcriptæ continent remedium recuperandæ poſſeſſionis.
L.ſi quis in tantam,C.vnde vi,q.17.lim.6. memb.1.n.27
L.meminerint,C.eod. & qui de ea ſcripſerint, eod.memb.1. num.28. Et cui,& contra quem detur, memb.6. num.14. & 17
L.inuaſor.C.eod d.memb.1. n.31.& memb.6.n.19.Et qui de ea ſcripſerint,eod.memb.1 n.31. Et cui competat, memb. 6.n.25.Et in quo differat a l.fin. & ab interdicto vnde vi, num.27
L.non abs re,C.eod.& qui de ea ſcripſerint,quæſt.17. lim.6. memb.1.n.52
L.auctoritatem,C.eod.& qui de ea ſcripſerint,n.40
L. fin.C.eod.n.43.& memb.6.n.29. Et quid de ea ſcripſerint, eod,n.43. Et in quo differat à l.inuaſor, & ab interdicto, vnde vi,d.memb 6. n.27
L.1.C.ſi per vim, vel al. mod. & qui de ea ſcripſerint, eo, memb.1. num.42
L.ſi coloni,C.de agric.& cenſit,n.33 & memb.6.ſub n.23.Et qui de ea ſcripſerint,d.n.33.Et cui competat, d.num.32.& ſeqq.Et in quo differat ab interdicto vnde vi, eod.memb. 6.n.35.not.1
L.ſi quis conductionis,C.loc.& qui de ea ſcripſerint, d.lim. 6. memb.1.num.34. Et quibus competat, memb.6. num. 36.& 38
L.conductores,C.eod.& qui de ea ſcripſerint,eod. memb.1, num.41
L.ſi.C.de acq.poſſ.& qui de ea ſcripſerint,num.35.Et quibus competat,memb.6.n.42.Et in quibus differat ab actione hypothecaria,ſub n.48.verſ. ſecus.
L.ſi me.& titium,ff.ſi cert.pet.& qui de ea ſcripſerint,d.num.1 numer.39 Et cui,& contra quem detur,memb.6.num.15. & ſequentibus.Et vt competat,quid requiratur,num. 19. in fine.
L.extat,ff. quod met. cauſ. & qui de ea ſcripſerint, memb.1. numero 53
L.ſi conſtiterit,C.fin.regun.& qui ſcripſerint,eodem memb. 1.numero 54
L.2.ff.de cond.tritic.vide in verbo. Condictio triticaria.

Libellus.

In cauſa appellationis an ſit neceſſarius nouus libellus, q.11. numero 35
Libellus non poteſt mutari in cauſa appellationis, quæſt.11. numero 36
Iudex appellationis non poteſt confirmare ſententiam, latam ſuper inepto libello,qu 11.n.24. & ſeqq. & n.135. Et quando poſſit,n 137. & ſeqq.
Si appellans dedit appellationis libellum ineptum, & de eius ineptitudine diſputetur,& ſuccumbat, interim ei currunt fatalia,q.15.num.86. Niſi habuiſſet iuſtam cauſſam diſputandi,numero 87. in fine. Secus ſi ſuccumbat appellatus, num.90
A ſententia,lata ſuper inepto libello,datur appellatio,qu.17, lim.6. memb.7.n.75
Si iudex pronunciet, eſſe reſpondendum libello, ſeu procedendum ſuper eo,aut non eſſe reſpondendum, ſeu procedendum,&c. datur appellatio, quæſt.17. lim.47. memb.1. num.90
Ab admiſſione inepti libelli datur appellatio, qu.17. lim.47. memb.1.ſub n.90
Ab obſcuro,& incerto libello poteſt appellari, ſi iudex, reo inſtante,non facit illum declarari, qu.17.lim 47.memb.1. ſub num.90
Libellus,&c.vide in verbo. Petitio & in verbo Schedula.
¶ Libellus ineptus qui dicatur,q.11.n.25.& ſeqq.
Sententia, non definiens totum negotium deductum in libello,an,& quando ſit nulla,& quando valida,qu.17. lim. 21.n.38. & ſeqq.lim.43 ſub n.3.verſ. primus.
Sententia non conformis libello eſt nulla,q.17.lim.6.memb. 9.ſub n.19
Libellus requiritur in iudicio poſſeſſorio ordinario, q.17. lim.6.memb.1. n 60. Et in recuperanda poſſeſſione, non tamen in reuocatione attẽtatorum,lim.47.memb.1. n.173

Liber.

Liber Tudeſchi,ſeu alterius reuiſoris commiſſionem appellationum non probat diligentiam in committendo cauſam appellationis,q.14. ſub n.38. verſ.aduerte.
¶ Statutum de adbibenda fide libris Theſaurarij non habet locum niſi in his, quæ ſpectant ad officium theſaurariæ, q. 17.lim.16. ſub n.5

Libere.

Condemnatus ad libere dimittendam poſſeſſionem poteſt appellare,q.17.lim.6. memb.9. n.21

Libertas.

A ſententia, lata pro libertate,poteſt appellari, quæſt.17.numero 11.

Libertus.

Libertus an poſſit appellare à ſententia,contra ſe lata,quæſt. 5. ſub num.92.lim.7

Licentia.

¶ Cui eſt præfixum certum tempus ad eligendum, eidemque prohibitum eſt eligere ſine licentia Papę,currit illud tempus,&c. q.15. n 157

Limitata.

Appellatio limitata in parte, & partibus non ſe extendit ad capitula ſeparata,q.17.lim.21.num. 19. Quare non deuoluit omnia ſub n.20. Et non efficitur communis, & ideo eſt appellanti,n.21.& ſeqq.

Liquidatio.

A ſententia ſuper liquidatione, veluti ab exceſſu, poteſt appellari etiam ſi ſit liquidatio materiæ executiuæ,q.17.lim. 9. ſub n.36.& 37.& lim.10.num.54. Sed ſi mutet ſubſtantiam rei iudicatæ non datur appellatio, n.55. Et quando datur,ſemel tantum datur,d.lim.9. n 39
Fructuum liquidatio vide in verbo. Fructus.
¶ Liquidatio inſtrumenti publici,ſententiæ, ſeu alterius obligationis habentis executionem paratam, poteſt fieri in executione quæ dicitur iuria, dummodo ſit pacta ante executionem facti,ad quam,ſicq.ad captionem pignorum non deuenitur,non facta prius liquidatione, qu.17.lim.9. ſub n.24.28.& 32. Sunt tamen aliqui caſus, in quibus ex vi conuentionis poteſt deueniri ad executionem facti etiam ante liquidationem,n.30.& ſeqq.
Executio inſtrumenti, & obligationis cameralis an poſſit peti ante factam liquidationem, qu.17. lim.9. num.25. & ſeqq.
Quomodo procedatur in liquidatione ſententiæ, & inſtrumenti,q.17.lim 9. ſub n.24. & ſeqq.
In liquidatione inſtrumenti, ſeu alterius obligationis, vel ſententiæ requiritur citatio partis,d lim.9. n.41. Non tamen requiritur litis conteſtatio,ſub n.24. & 68. An ſuper liquidatione requiratur declaratoria iudicis,n.42
In liquidatione inſtrumenti ſeu ſententiæ habentis executionem paratam admittuntur exceptiones, quæ admitterentur,ſi ageretur via ordinaria,q 17.lim.9.n.34.Non tamen in eis requiritur ordo iudicij,n.35
Liquidatio quibus probationibus fieri poſſit,quæſt 17.lim.9. numero 40

Lis.

¶ Litibus inquietatur iudex læditur Reſpub. vexantur partes, &c.q.15.ſub num.188. verſ.ratio,& ſub n.243. verſic. ratio. Et ideo lites ſunt minuendæ, qu.17. lim.47. memb.1. numero 75

Literarum.

A comparatione literarum datur appellatio, quæſt.17.lim. 47. memb.1.n.142

Litis conſors.

Litis conſortis appellatio prodeſt alijs litis conſortibus,qu.9. n.58.& q.12.n.77 & 78.Vbi extenditur etiam ſi is,qui appellauit ſe compoſuerit cum aduerſario.
Proſequutio appellationis facta à litiſconſorte,quando proſit alijs litiſconſortibus,q.5 ſub n.58 verſ. ſubextende.
Litis conſortes habent priuilegium miſerabilis perſonæ, q.7. n 121.& 123.vbi reſtringitur.
Litis conteſtatio. vide in verbo. Conteſtatio litis.

Litis pendentis exceptio.

A non admiſſa litis pendentis exceptione datur appellatio, q.17.lim.47.memb.1.n.103
Appellans non poteſt allegare litis pendentiam coram iudice

a quo,

à quo; volente appellató cauſam cognoſci à iudice ad quem, q. 17. lim. 47. memb. 3. n. 9. verſus finem.

Litiſpendentia vide in verbo Emergens.

Litiſpendentia ſuper caducitate non tuetur conductorem à caducitate currenti, q. 5. ſub n. 27. verſ. ſecunda.

Locati actio, locatio & locator.

¶ Conductoribus, & inquilinis ſpoliatis à domino, datur actio locati, ſed ſpoliatis ab alio datur, vt cedat interdictum, qu. 17. lim. 6. memb. 6. ſub n. 50. verſ. contra eandem.

Locationis titulus non probat dominium inter contrahentes, ſed ſolam poſſeſſionem, & alios neutrum, q. 19. lim. 6. memb. 1 n. 56

Locator finita locatione, & conductore non fractante, poteſt agere de ſpolio, q. 17. lim 6. memb. 6. num. 37. Et quid ſi conductor conduxerit ignoranter rem, quam ipſemet poſſidebit n. 40. Et quid ſi poſſet docere de notorio dominio, n. 41

Locumtenens.

A Locumtenente non appellatur ad eum, cuius eſt locumtenens, q. 8. n. 130. in fine.

De Locumtenente Vicarij Gubernatoris, & Auditoris Cameræ, vide in verbo. Vicarius. Gubernator. Auditor Cameræ.

Locus tutus, & non tutus.

Si iudex pronuntiet, locum eſſe tutum, poteſt appellari, q. 12. num. 149. in fine.

¶ Citatus ad locum non tutum tenetur opponere de loci ſuſpitione, alias hoc ignorato, proceſſus tenet, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 16

Locus non tutus non excuſat, ſi poteſt reddi tutus per impetrationem ſalui conductus, q. 15. n. 159

Locus non tutus dicitur propter proprias inimicitias propter inimicitias propriæ ciuitatis, & propter peſtem, vel impetriem aeris, q. 17. lim. 47. memb. 1. ſub n. 22

Exceptio loci non tuti poteſt allegari per quemcumq. etiam ſine mandato, & ſine ſatisdatione, d. lim 47. memb. 1. numero 23

Magus.

MAgi an appellent, q. 17. lim. 4. ſub n. 83. verſ. ſunt. Et quid ſi exprimatur cauſa rationabilis, n 84

Magiſter iuſtitiarius.

Magiſter iuſtitiarius in Regno Neap. eſt iudex ordinarius omnium cauſarum appellationum, q. 8. ſub n. 29

A Magiſtris iuſtitiarijs appellatur ad Capitaneum appellationum, q. 8. n. 132. in fine.

Magiſter viarum.

A Magiſtris viarum ad quem appelletur, q. 8. n. 125

¶ Magna cauſa. vide in verbo Minimæ.

Maior.

A maiori ad minorem etiam ex pacto appellari non poteſt, q. 2. n. 8

Appellatio interpoſita à maiori ad minorem eſt nulla, qu. 2. n. 5. & ſeqq. Etiam ſi ſit interpoſita ignoranter, n. 18

In cauſis maioribus datur appellatio, q. 17. n. 5

Ab interlocutoria aliquem eſſe maiorem, datur appellatio, q. 17. lim. 47. memb. 1. ſub n. 102

¶ Quis dicitur maior, nec minor ratione adminiſtrationis, q 2. ſub n. 30. verſ. & quis.

Maior & minor poteſt quis eſſe diuerſis reſpectibus, qu. 2. numero 27

Vide etiam in verbo. Minor.

Maleficus.

Malefici, & Incantatores an appellent, qu. 17. lim. 4. ſub num. 83. verſ. ſunt. Et quid ſi exprimatur rationabilis cauſa, num. 84

Malitia.

Malitia hominis vertit remedium in noxam, q 3. n. 3

¶ Obuiandum eſt malitijs, & non obuians peccat, quæſt. 3. ſub num. 2

Mancipium.

¶ Chriſtiano licet habere mancipium Chriſtianum, ſed non Iudæo, q. 16. lim. 1. n. 129 in fine.

Mandatum ad appellandum, & mandatum executiuum.

Mandatum ſufficiens ad appellandum quod ſit, q. 5. n. 10. 11. 18. & ſeqq.

Generale ad lites ſufficit ad appellandum, q. 5. n. 10 Et an ſufficiat, ſi poſſet, appellando, facere incidere dominum in pœnam, n. 11 & 16. Et quid in cauſis executiuis, ſub n. 28. reſtrict. 4

Ad conteſtandam litem ſufficit ad appellandum, quæſt. 5. numero 18

Simplex ad expediendam cauſſam appellationis interpoſitæ ab interlocutoria in Curia eſt ſufficiens ad cauſſam principalem, q. 5. n. 20

Ad impetrandum iudicem in partibus, vel ad contra dicendum impetrationi partis non ſufficit ad appellandum, q. 5. n. 28. fol. 50

Ad audiendam ſententiam, non ſufficit ad appellandum, q. 5. numero 26

Si quis conſtituatur procurator ad defendendum, & appellandum, intelligitur habere ſufficiens mandatum ad appellandum etiam a ſecunda ſententia, q. 5. ſub n 24. verſic. ſubextende.

Mandatum bonum, ſuperueniens ad appellandum, non conualidat appellationem interpoſitam, q. 3. n. 27

Mandatum ad impetrandum iudicem appellationis non eſt neceſſarium, vide in verbo. Impetrare, verſ. quilibet.

Mandatum procuratoris eſt pars appellationis, q. 6. num. 34. verſ. ratio

Mandatum procuratoris an, & quando ſit intimandum vna cum intimatione appellationis, q. 6. n. 34

Qui poſſint appellare etiam ſine mandato, quæſt. 5. num. 29. & ſeqq.

Si appellans miſerit procuratorem ſine ſufficienti mandato, & ideo ſuper ſufficientia mandati fuerit diſputatum, & pronuntietur, non eſſe ſufficiens, fatalia interim currunt, niſi fuerit iuſta cauſſa diſputandi, q. 15. n. 87. Secus ſi pronuntietur pro ſufficientia mandati, n 90

Mandatum executiuum quod iudex decernit in ſententia diffinitiua, quæ eſt appellabilis, dicitur attentatum, q. 3. n. 25. Si ſequatur appellatio infra terminum, alias remanet bene decretum, n. 52

¶ Mandatum bonum ſuperueniens ſolet de ſtylo Rotæ validare proceſſum, q. 5. ſub n. 27. verſ. prima. Et validat ſententiam etiam de illo conſtet poſt ſententiam, verſ. comprobatur ſecundo.

Mandatum procuratoris intelligitur ſecundum terminos iuris, q 5. ſub n. 28. verſ. confirmatur tertio.

Mandatum ad delinquendum non præſumitur, q. 17. lim. 3. n. 8. in fine.

Mandatum procuratorium ratione incidentiæ extenditur ad ſpecialiter non commiſſa, q. 19. rem. 2. n 46

Manifeſtum.

In manifeſtis datur appellatio, quæſt. 17. num. 28. & lim. 4. numero 100

Manutenere, & mandatum manutentionis.

¶ Poſſeſſor debet manuteneri, quæſt. 17. lim. 6. memb. 2. num. 20 & 21

Si vnus poſſideat ciuiliter, & alter naturaliter in poſſeſſorio ſummario manutenentur, qui poſſidet naturaliter, ſecus in poſſeſſorio ordinario, d. memb. 2. n. 23. Et quomodo iudex debeat interloqui in manutentione, n. 24

Qui manu tenentur in poſſeſſione, poteſt petere rationem de non moleſtando, q. 17. lim 6. memb. 2 n 25

Mandatum de manutenendo non datur ei, qui conſtituit ſe poſſidere nomine precario, &c. ead. lim. 6. memb. 6. ſub n. 50. verſ. contra iſtam.

Inquilinis, & conductoribus datur mandatum de manutenendo, eod. memb. 6. n. 52

Tertius poſſeſſor licet poſſideat iniuſtè quoad alios, tamen ſi poſſideat iuſtè quoad condemnatum in ſententia, debet manuteneri, q 17. lim. 6. memb 4. n. 63

Manu regia, & manus recognitio.

Ab eo, qui poteſt procedere manu regia, an poſſit appellari, qu. 16. lim. 1. ſub n. 64. verſ. confirmatur, & ſub n. 71. & 75. & lim. 5. n. 6

Manus recognitio. vide in verbo. Contumax.

¶ Manuregia, idem eſt, quod de facto, q. 16. lim. 1. ſub num. 64. verſ. confirmatur.

Marchio.

Marchio an poſſit dare iudicem, appellatione remota, q. 16.

lim.2.n.111.113.114 & ſub n.116.ſubreſtr.3

¶ Marchio habet iuriſdictionem ordinariam,q.19.rem.1.concl.6.num.81

Mare.

Mare non nauigabile excuſat non appellantem infra legitima tempora,q.12.n.167

Mareſcallus.

¶ A iudice Mareſcalli Vrbis ad quem appelletur, q.8.num.128

Mareſcallus Vrbis eſt iudex ordinarius,q.19.rem.1.concl.6.ſub n.79

Maritata, & Maritus.

Maritata, habens virum inutilem, poteſt appellare omiſſo medio,q 7.n.116. iunctis n.præced.

Maritus poteſt ſine mandato appellare pro vxore, ſed cum diſtinctione,q.5,ſub n.65.verſ.maritus.

¶ Maritata, habens maritum inutilem, poteſt in prima inſtantia omiſſo medio ordinario,agere coram Principe,qu.17.n.116, iunctis n.præced.

Maritus inutilis quandu dicatur,ibid.

Maritus adulter non debet ali ex dote, ſecus ſi non ſit adulter,q.5, n.78

Mater.

Mater poteſt appellare pro filio condemnato ex crimine, q.5.n.48.Et etiam in cauſa ciuili,ibid.verſ amplia.

¶ Mater non poteſt in prima inſtantia defendere filium, qu.5.ſub n.48.verſ.amplia.

Medicus.

Medicus poteſt petere ſalarium, quamuis curauerit infirmum inutum,q.17.lim.45.n 3

Medius iudex, & medium.

Appellandum eſt ad iudicem medium, hoc eſt, non omiſſo medio,q.7,n.1.& ſeqq Et quid de iure canonico,num.15. Alias appellatio non tenet,n.16. Et quid parte non opponente,n.17.& ſeqq Et quid ſi appellatum ad Papam, vel Imperatorem,n.21.Et quid ſi per errorem, n.25. Et quid de iure canonico,parte non opponente,n.26 Limitatur,n.36. & ſeqq.Sublimitatur,n.139 & q.8.ſub n 99 verſiculo amplia.

Quando poteſt appellari ad ſuperiorem,omiſſo medio,debet ille ſuperior eſſe ſubalternatus iudici medio, alias appellatio,vti ad incompetentem eſſet nulla q.7.n.139

Medio omiſſo,poteſt appellari ad Auditorem Cameræ, ſicut ad Papam,quæſt 8 num.99. verſ declara,& ſub num.125.concl.3

Appellatio omiſſo medio, tenet, niſi pars opponat,q.7.num,26.105

Quando poſſit appellari, omiſſo medio, inuenies in ſuis ſpecialibus locis, nempe in verbo Abſens, in verbo. Excommunicatus,& ſimilibus.

Quando dicatur appellatum gradatim non omiſſo medio, vide in verbo. Gradatim.

¶ Medius, ſeu mediatus iudex poteſt vocari etiam immediatus,habita diuerſa conſideratione, q.7. in fine ſub n.139. verſ.aduerte.

Probatis extremis,media præſumitur,quæſt.18.rem.1.concl.5.n.56

Melioramenta.

Vide in verbo. Expenſæ, verſ condemnatus ad.

¶ Tertius, retinens rem ratione melioramentorum, iuſtè poſſidet,& impedit executionem, quæſt.17. lim.6. memb.4. num.64

Exceptio melioramentorum an,& quando impediat executionem obligationis formæ Cameræ, & quid ſi agens ad executionem offerat cautionem, &c. eod. membr.4 numero 65

Mendax.

Reus mendax in poſſeſſione non appellat,q.17.lim 6.memb.4.n.1.2.& memb.9.ſub n.77. verſ.contraria. Actor vero appellat,d.memb.4.n.133

Mens.

¶ Magis debet attendi mens,quam verba,q.4. n.21

Mercatores.

In cauſis mercatorum non datur appellatio,quæſt.17.lim 6. numero 3

¶ Mercatori extero,cuius bona ſunt arreſtata, debent præſtari alimenta,q.17.lim.7.ſub n.4 caſ.6

Merces.

A ſententia lata in fauorem petentis ſalarium, ſeu mercedem,non datur appellatio,q.17.lim.8. n.8. Etiam ſi non conſtet de paupertate famuli, n.9. Et quomodo ſoleat reſcribere Signatura,ſub d.n.9 & 10

¶ In cauſa mercedis,ſeu ſalarij poteſt procedi tempore feriato, q 17. lim.8. ſub n.8 verſ.confirmatur.

Metropolitanus. vide in verbo. Archiepiſcopus.

Metus.

Iuſtus metus excuſat non appellantem, dummodo deducat grauamen,&c.q.6. n.8

Qui propter iuſtum metum omittit appellare coram iudice à quo,debet appellare, & proteſtari coram honeſtis perſonis,q.6.n.9.& ſeqq.n.20. Et quo ordine debeat appellare,n.21.28.& 29

Propter iuſtum metum poteſt appellari in abſentia iudicis, q.6 num.10-15 & ſeqq. in quibus ampliatur. Et qualis ſit iuſtus metus,relinquitur arbitrio iudicis, n.13. Et quibus modis probetur;remiſſiue, n.14. Et dicitur iuſtus metus, etiamſi proceſſerit ex facto & culpa propria eius, qui timet,n.15.Et ſiue procedat à iudice, ſiue ab aduerſario, ſiue ab illius conſanguineis,n 16

Metus licet ceſſet poſt interpoſitam appellationem, tamen qui appellauit non tenetur iterum appellare, q 6.ſub n.27. verſ.confirmatur.

Minimæ, & breuiores cauſæ, & minima.

In cauſis minimis an detur appellatio,q.17.num 13.& ſeqq. Et quod de iure ciuili non detur,lim.40 num.1.& 2. Datur tamen de iure canonico, num. 17. Non tamen,quia ſit expediens, num.19. Datur etiam de iure ciuili quo ad effectum deuolutiuum,& quid ſeruetur in Regno Neap. num.16

Quæ ſint cauſæ minimæ, in quibus denegatur appellatio in Curia Vicarij Papæ,q.17.lim.41.In Curia Capitolina,lim.42.In Signatura iuſtitiæ,lim.43.In Regno Neapol.& Ducatu Mediolanen.lim.44

¶ Minima,ſeu,magna cauſſa quæ dicatur,q.17.lim 40. num.4. & 14.Dicitur aliquando inſpecta ſententia, aliquando inſpecta petitione, n.3. Et aliquando inſpectis perſonis litigantibus,n.5

Cauſa minima reſpectu diuitis,& magna reſpectu pauperis, iudicatur prout magis expedit pauperi, quæſt.17. lim.40. num 6

De minimis an curet Prætor,q.17.lim.40.n.18

Miniſter, vide in verbo. Officialis.

Minor.

A minori appellatur ad maiorem,q.2.n.3.& ſeqq. Et vide in verbo.Maior.

In cauſis minoribus datur appellatio,q.17.n.6

¶ Interlocutoria, aliquem non eſſe minorem, habet vim diffinitiuæ,q.17.lim.47.memb.1 ſub n.170

Si ſtatutum diſponat, quod ætas annorum 18. intelligatur ætas perfecta,& legitima,nunquid maior annis, 18. ſed minor 25.poterit alienare bona immobilia, qu.19. rem.2, num.23

Minor non poteſt habere iuriſdictionem in maiorem, q.2. ſub n.6.verſ.ratio.

Vide in verbo. Maior.

Miſerabilis.

Perſonę miſerabiles poſſunt, omiſſis medijs, appellare ad Principem,q.7.n 114

Reliqua de perſona miſerabili, vide in verbo.Vidua, & in verbo.Pupillus.

¶ Perſonæ miſerabiles quæ dicantur, q.7 n.138

Perſona miſerabilis ſi ſua culpa ſit effecta miſerabilis, an habeat priuilegium perſonarum miſerabilium,q.7.ſub num.136. reſtric.9

Agens ex iure ceſſo, an habeat priuilegium legis vnicæ, C. quan imp.&c.q 7. ſub n.133. verſ.contra.

Obligata in forma Cameræ non habet priuilegium legis vnicæ, C.quan.imp &c.q.7. n.134

Non habet priuilegium perſonę miſerabilis in cauſa inchoata,&c.q.7.n.133

Non poteſt renuntiare priuilegio legis vnicæ,C.quan.impe. &c.q.7.n.115

Poteſt, omiſſo medio ordinario, agere coram Imperatore

In

in prima inſtantia,q.7. ſub num.114.

Priuilegium perſonæ miſerabilis circa cauſſam communicatur eius litis conſortibus,quæſt.7.num.122.Reſtringitur, num.123

Miſerabiles perſonæ de conſuetudine Cameræ Imperialis non gaudent priuilegio legis vnicæ,C.quan.imper.&c.q.7.n.136

De perſona miſerabili, vide in verbo.Vidua Pupillus.

Miſſio in poſſeſſionem.

A ſententia,lata de mittendo hæredem in poſſeſſionem ex l.fin.C.de edic.diu.adr.toll.an,& quando detur appellatio, vide in verbo.Hæres,verſ.à ſententia.

Mixtura.

Ratione mixturæ datur appellatio in poſſeſſorio,q.17.lim.6.memb.6. num.54.55.56.& 61.& late memb.9. numero 1.& ſeqq. Et mixtura in ratione appellandi conſideratur in ſententia.d.memb.9. n.6. Et quando conſideretur in his, quæ ſunt extra ſententiam,n.8.& ſeqq. Et non datur appellatio,quando agitur limitate ad poſſeſſionem,d.memb.6. n.57. & ſeqq.

¶ Mixtura iudicii conſideratur ex libello, ex concluſione libelli, ex proſecutis, & ex ſententia, & quid ex his præualet,qu.17.lim.6. memb.6. n.59. & 60.Aliter conſiſteretur, memb.9.n.5

Mixtura petitorii,& poſſeſſorii, &c. vide in verbo. Petitorium.

Monachus.

Monachus an appellet,qu.8.ſub n.100. verſ.à prælato, & an poſſit appellare pro Abbate, q.5. ſub n.54

Monachus,& ſeruus æquiparantur, q 5.n.54

¶ Ad ſui neceſſariam defenſionem poteſt ſumere arma contra Abbatem,q.16. ſub n.3

Tenetur magis obedire Abbati, quam Epiſcopo,qu.15. lim.26. num.10

Monacho,accuſanti Abbatem, ſunt præſtanda alimenta, qu.17.lim.ſub n 4 caſ.2

Monaſterium. vide in verbo. Moniales.

Moneta.

In crimine falſæ monetæ non datur appellatio, vide in verbo. Falſum.

Moniales.

Moniales,ſeu monaſterium poteſt appellare, omiſſo medio, q.7 ſub n.130. ſubreſtrict.3

¶ Monaſterium ſeu moniales habens priuilegium legis vnicæ, C.quan.imper.&c.ibid.

Reliqua,vide in verbo. Vidua.

Monitorium ad comparendum perſonaliter.

¶ Auditor Cameræ non decernit monitorium contra Epiſcopum ad comparendum perſonaliter, q.8. ſub n 98. verſic. ſecus etiam.

Mora.

Quando periculum eſt in mora,non datur appellatio,quæſt.17.lim.38 n.1.& ſeqq.& q.13.num 100. Sed iudex à quo exequendo debeat poſtea ſcribere iudici ad quem, quare, non admiſſa appellatione, fuerit executus, d. limitat.38. num.7

Mortuus.

Si iudex mediatus appellationis eſt mortuus, appellatur ad magis ſuperiorem,q 7. n.40

Licet appellatus moriatur,tamen appellatio efficitur deſerta lapſu fatalium,&c.d.q.15.n.161

Mortuo Barone, an reuocentur officiales, & Ballini ipſius Baronis,q.8.ſub n.159.verſ.ad ſecundam.

Mortuo Epiſcopo, an reuocetur Vicarius, & quando eius geſta valeant,q.8.ſub n.159.verſic.ad ſecundam,& verſic. declara.

Mortuo delegante, an expiret iuriſdictio delegati, quæſt.8. numero 160

Mortuo Papa,quieſcit iuriſdictio Auditorum Rotæ,q.8 ſub n.160.verſ.contra.

Mortuo Papa, non expirat iuriſdictio Inquiſitoris contra hæreticos,q.8. ſub n.160. verſ.reſtringe.

Mortuo Principe, expirat iuriſdictio ordinaria data ad beneplacitum Principis,q.8. n.161

Mulcta.

A mulcta datur appellatio,qu.17. lim.3. ſub n.19. & lim.47. memb.1.n 182 Etiamſi ſit impoſita propter veram contumaciam,q.17.lim.3.ſub n.19

Reus mulctatus eo, quia non eſt paſſus, actorem mitti in poſſeſſionem ex primo decreto,poteſt appellare,q.17.lim.6. memb.4.n.123

¶ Mulctæ interlocutoria habet vim diffinitiuæ, quæſt 17. lim.47. memb.1.n.182

Mulier.

¶ Mulier virgo, &c. habet priuilegium legis vnicæ C. quan.imper.&c q 7.ſub n 130. ſubreſtr.3

Mulier maritata.vide in verbo. Maritata.

Munus. vide in verbo. Officium, verſ. electus.

Mutare.

Actio an,& quando poſſit mutari cauſa appellationis, q.11.n.28.& ſeqq.& ſub n.30.verſ.contra,& n.36

¶ Crebra mutatio non eſt laudabilis,qu.17. lim 47. memb.1.n.32.vide in verbo. Conſilium, verſ. ſapientis.

Naturale.

¶ Naturale nihil magis eſt, quam eo genere diſſolui, quo colligatur, q.17. lim.6. memb.9. ſub n.66

Neapolis, ſeu Sicilia.

In Regno Neap.poteſt appellari,omiſſo medio,q.7.n.99.Limitatur,n.100.& 101

Rex Siciliæ cognoſcit cauſas appellationum in quacunque inſtantia,ſuprema tamen remanet iuriſdictio Papæ,q.8.n.110.& 111

¶ Regnum Siciliæ eſt feudum Eccleſiæ, quæſt.7. ſub num.77. & q 8. ſub n.110. Vnde quolibet anno ſoluit ei cenſum,d.num.110

Neceſſitas.

¶ Actus factus ex neceſſitate,non præiudicat,q.17.lim.2.n 36. & q.13. ſub n.108. verſ. contra.

Negatiua.

¶ Negatiua contra propriam confeſſionem quomodo probetur,q.17. lim.4. ſub n.54. verſ.& licet.

Negligentia, & negligens.

Negligentia ſeu contumacia procuratoris in non appellando,an & quando noceat domino,vide in verbo. Contumacia procuratoris,& in verbo Procurator.

Appellans quando dicatur fuiſſe negligens in proſecutione appellationis,q.15.n.148

A negligentia, ſeu tarditate iudicis in non expediendo cauſam an poſſit appellari, & quæ ſint neceſſaria, q.17. num.46. & ſeqq.

¶ Negligentia ſequens tollit effectum, qui proceſſerat ex impedimento q.15.ſub n.148.verſ.ratio huius.

Negligentia non conuincitur, niſi præceſſerit trina requiſitio,q.17.n.46.47.49.54. 55. 58. & 59. Et nunquid ſufficiat trina requiſitio vnico contextu, n.52. & ſeqq. Et quando ſufficiat vnica requiſitio,n.59

Si iudex ſit negligens in non expediendo cauſam, poteſt via querelæ recurri ad ſuperiorem,q.17.n.56 Et auocari cauſa,ſed qualis requiratur negligentia,q 15. n.280

Negotiorum geſtor, & negotium.

Negotiorũ geſtor poteſt appellare abſq; mandato,dummodo dominus ratam habeat appellationem,q.5 n.29.& 30.Imò tenetur proſequi appellationem,ſi eſt geſtor omnium negotiorum n.41

¶ Negotiorum geſtor, qui non vult admittere poſſeſſionem, poteſt conueniri actione ſpolij, quæſt.17. lim.6. memb.6. ſub num.38. Plura ſunt negotia,quam vocabula,quæſt.1. num.13

Ne vis fiat ei.

In interdicto ne vis fiat ei,non datur appellatio,niſi extaret condemnatio ad intereſſe,q.17. lim.6. memb.5. n.1

¶ Ne vis fiat ei,eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis,qu. 17.lim.6. memb.1 n 18.Et cui competat, n.71. Et cuius naturæ ſit, mem.5 ſub n.1

Nomen.

Nomen appellantis eſt neceſſarium in libello appellationis, q.4.n.39. Et quid ſi plures ſint condemnati, qui deberent appellare ſub eod.n.39.verſ.declara.

Cuius nomen ſit exprimendum in libello appellationis, quando appellat procurator fideiuſſor filiusfam.venditor, & emptor,q.4.ſub n.39.verſ.procurator.

Nomen appellati non eſt neceſſarium in appellatione, qu.4. n.40.

n.40, Extenditur, & declaratur, n.41. & 42

Nomen iudicis a quo debet exprimi in appellatione, qu.4.n. 43. Declaratur, n.44. & 45

Nomen iudicis ad quem non eſt neceſſarium in appellatione, q.4.n.46. & 47. & q.7. n.4 Extenditur, & declaratur, d. q.4.n.48, & ſeqq.

Nomen iudicis à quo, & iudicis ad quem an ſit exprimendum in commiſſione ſeu reſcripto delegationis cauſæ, vide in verbo Reſcriptum.

Reliqua vide in verbo Error.

Nomen appellationis ſumitur ſtrictè, largè, & largiſſimè, q. 1.n 3. Et eſt generale, q. 19. rem. 1. concl. 2. n.12

Nomina, ſeu attributa appellationis ſunt plura, q.2. n.2

Nominatus.

Nominatos in dominum poteſt appellare, &c. quæſt.5. numero 69

Notarius.

Notarius non poteſt dicere, ſe rogatum de appellatione niſi ſit prius dictata, ſcripta, & data ipſi notario, quæſt.4. num. 5. in fine.

Si non poteſt haberi copia iudicis à quo, & in loco non extat ordinarius appellationum, poteſt appellari coram notario, teſtibus cum proteſtatione de abſentia, aut impedimento, q.6. ſub n.22. verſ. confirmatur. Alias poteſt appellari coram iudice ad quem, vel coram notario, & honeſtis viris, n.18

Notarius cauſæ in Curia Capitolina debet ſcribere appellationem interpoſitam ante diffinitiuam, & quid ſi fuerit impeditus, q.4 ſub n.13. verſ. aduerte.

Notarius debet edere copiam actorum appellanti infra menſem alias, &c. q.20. n.35

¶ Notarij dant gratis acta diuiti, ſed pauperi non ſine mercede, &c. q 15. ſub numero 52. verſ. ſed hæc. Et vide in verbo, Pauper.

Notarius an debeat edere acta ſine iuſſu iudicis, quæſt.20. n. 33 & 34

Vide in verbo Regeſtum, verſ. notarius.

Notitia.

Appellatus, qui aſſerit, appellantem appellare poſt lapſos decem dies à die notitiæ latæ ſententiæ, tenetur id probare, q.12. num.24. & quæſt.17. lim.6. memb. 4. numero 103. & & 104 Et poteſt id probare vel per teſtes, vel per ſcripturas, n.102

Notitia ſententiæ in eo, qui tenetur appellare à die habitæ notitiæ probatur per intimationem, quæſt.12. num.25. & ſequentibus & num.29. & ſequentibus. In quibus qualis ſi debeat eſſe intimatio, & num.31. Vbi de ſtylo Auditoris Cameræ.

¶ Notitia ſententiæ probatur per intimationem, q.12. num.25. & ſeqq.

Notorium, & notarius.

Si ſententiæ grauamen eſt notorium appellatio tenet, etiam grauamine non expreſſo. q.4 n.34. & 35

In notorijs non datur appellatio, quæſt. 17. lim 4. num. 1. 3. & ſeqq num. 20 & ſeqq. num.72. & ſeqq. num.86. & ſeqq. Datur tamen ad effectum deuolutiuum, n.91. Item datur appellatio, ſi notorium poſſit puniri arbitrium iudicis, n. 2. & 96 In declaratione notorij num.65. & 92. Item ſi exprimatur, cauſa rationabilis, &c. & offeratur probatio incontinenti, num 93. & 94. Et iudex à quo poteſt deferre, & deferendo, ſunt ligatæ manus, num 95. Item poteſt appellari ab exceſſu pœnæ. n 96. Idem ſi ſententia ſit notoriè iniuſta, n 99. Item ſi non ſit notorium, ſed ſit manifeſtum, n. 100. Et ſimiliter in notorio probationis, ſub eod. n. 100. in fine. Poteſt etiam appellari in Regno Franciæ, lim.48 n.37

Licet in notorijs non detur appellatio ſuſpenſiua, tamen datur deuolutiua etiam cauſa in appellatione non expreſſa, q.17. lim.4. ſub n.55. 58. & 91

In notorio præſumptionis, & fictionis, prout, &c. non datur appellatio, q.17. lim.4 n.86 & 87. Limitatur, ut in n.261, & ſeqq.

In notorij materia an ſit differendum, vel non defferendum appellationi, multum valet arbitrium iudic s, quæſt. 17. limit.4. n.89

Si notorie conſtet iudici à quo, appellationem non eſſe recipiendam, poteſt exequi ſententiam, non obſtante appellatione, q.11. num.11, & q.17. lim.4. ſub n.89. verſ. probatur ſecundo.

¶ Notorium numquam comprehenditur in diſpoſitione excluſiua, q. 19. rem. 1. concl.6. n.28

Conuictus tantum teſtibus an dicatur notorius, q.17. lim.4. num.72

Nouella.

Chi appella, hà la mala nouella, q.5. ſub n.50

Nox.

Appellatio poteſt interponi etiam de nocte quæſt. 12. ſub num.51

Nulla ſententia appellatio, & nullitas,

A ſententia etiam nulla datur appellatio, q.17. lim. 19. n. 1. & 2. Etiamſi ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, ſub eod. num. 2. extenſ. 1. Etiamſi ſit nulla euidenter, n.3. Et quamuis ſit ſententia ex eo genere ſententiarum, à quibus eſt prohibitum appellare, num.4. Et in Regno Franciæ debet appellari, n.6. Et procurator conſtitutus ad appellandum poteſt appellare, n.7

Appellatio à ſententia nulla ad quos effectus ſit neceſſaria, & ad quem ſit ſuperflua, q 17. lim. 19. n.8. & ſeqq. & vide in ſeqq. verſ.

Appellatio à ſententia nulla deuoluit cognitionem cauſæ ad iudicem appellationis, qu. 17. lim. 19. ſub num.8. verſ. primus Et operatur, ne amplius ordinarius poſſit eam reuocare, num.9. Operatur etiam, ut iudex appellationis poſſit pronunciare ſuper nullitate, niſi in appellatione ſit reſeruata nullitas, & quomodo iudex debeat pronunciare, ſub eodem num.9. in 2. effec. Operatur etiam deuolutione totius negotij principalis, n. 11. Operatur ut geſta, pendente, appellatione, ſit attentata, num. 12. Impedit executionem, num.13. Sanat nullitatem ex defectu mandati, num. 14. Niſi appellando proteſtetur de nullitate ſententiæ, numero 14

Appellatio nulla nullum præſtat impedimentum, qu.7. n.27. & q.8. ſub n 83

Iudex appellationis an poſſit confirmare ſententiam nullam iudicis à quo, q. 11. num. 114. & ſeqq. Et quando non poſſit, num. 118. 127. & ſequentibus, n. 135. 141. 143. 144. 146. 147. & 195

Sententia nulla, valida confirmata à iudice appellationis, facit numerum, & dicitur conformis, 17. lim. 1. ſub n.24. 28. & 30

Iudex appellationis niſi poſſit adiri etiam via querelæ, non poteſt cognoſcere de nullitate principaliter intentata, qu. 11. n. 123

Si ſententia in cauſa appellationis, confirmans ſententiam nullam, tranſierit in iudicatum amplius dici non poteſt de nullitate ſententiæ confirmatæ, etiam ſi fuiſſet nulla ex defectu iuriſdictionis, quæſt. 11. n. 115. & ſeqq. & qu. 17. lim. 1. ſub num.24 de hoc vide in verbo. Confirmans, verſic. aliud.

Appellatione non interpoſita infra tempus, ſeu alias non legitime interpoſita, iudex appellationis non poteſt cognoſcere ſententiæ nullitatem, quæ adhærenter ſtat in appellatione q. 12. num.59. Etiamſi ſit nullitas ex defectu iuriſdictionis, num.60. Et etiam ſi ſententia eſſet notoriè iniuſta, n.67

Poteſt dici de nullitate ſententiæ, à qua eſt prohibita appellatio, ſiue ſit prohibita ex natura cauſæ, q. 19. rem. 1. concl. 2. num.1. & ſeqq. Siue ſit prohibita propter excellentiam iudicis, num.7 & ſeqq. declaratur, num. 14. & ſequentib. & num. 33

Poteſt dici de nullitate rei iudicatæ, quamuis ab ea non poſſit appellari, q. 9. rem. 1. concl. 2. ſub num. 1. Et de nullitate ſententiæ latæ in poſſeſſorio, quamuis appellatio ſit prohibita, n.3. Etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo, num. 17. Et de nullitate ſententiæ criminalis, n.6. Et de nullitate ſententiæ Præfecti prætorio, & ſententiæ Principis quamuis ab ea appellari non poſſit, ſub num.9. verſ. quanto, & n. 10 Et hoc dummodo dicatur de nullitate principaliter, ſecus ſi incidenter, num.14. & 15. Et quid in Gallia, n 18. Et dummodo nullitas non ſit prohibita à lege, vel à ſtatuto n.33

Nullitas ſententiæ poteſt expreſſim cumulari cum appellatione

aione,q.19.rem.1.concl.3.n.4. Sed ſi ſententia ſit inappellabilis, remanet ſola nullitas, ac ſi appellatio non fuiſſet interpoſita,n.9

Pendente lite ſuper nullitate proceſſus, ſeu ſententia, an currant fatalia,q.15 n.88 91.& ſeqq.

Cauſſa nullitatis,quæ ſtat adhærenter appellationi,deſeritur cum ipſa appellatione,q.15.n.101

Iudex appellationis a ſententia lata ſuper nullitate ſententia non poteſt cognoſcere de iniuſtitia ſententiæ, ſed ſolum de nullitate,quæſt.17.lim.1. ſub num.46.& 56. & quæſt. 11.n.127

Cauſſæ nullitatis an, & quando præiudicet cauſſæ appellationis,vide in verbo.Deſertio, verſ.deſerta.

A ſententia ſuper nullitate teſtamenti datur appellatio, licet agatur iudicio poſſeſſorio, quæſt.17. limitat.6. memb.9. numero 62

A ſententia, lata ſuper nullitate ſententiæ, ſeu contractus, datur appellatio,licet agatur iudicio poſſeſſorio.q.17. lim. 6.memb.9. n.& ſeqq.

Iudex appellationis poteſt, examinando appellationem cognoſcere etiam nullitatem incidenter deductum quæſt. 19. rem.1.concluſ.3. num.12 Et quando non poſſit num. 16.& 17

Iudex appellationis regulariter non poteſt cognoſcere de nullitate interlocutoriæ q 19 rem.1.concl.6.n.6. & quando poſſit, n.7.& ſeqq.

¶ Dicens ſententiam nullam, & probans iniuſtam, vel è contraria an poſſit obtinere,q.17.lim.19 ſub n.5 caſ.2

Nullitas quid ſit,q.19.rem.1.concl.1. n.1

Nullitas retardat executionem ſententiæ, etiam ſi ſit ſententia Principis.q 19.rem.1.concl 2.ſub n.10

Sententia Principis ſubiacet nullitati, procedenti ex defectu iuris naturalis,q.19 rem.1.concl.2.ſub nu.19. caſ.1. etiam ſi Princeps vſus ſit plenitudine poteſtatis, n.20. Sed non ſubiacet nullitati, procedenti ex defectu iuris poſitiui, quando Princeps voluit vti plenitudine poteſtatis, n.27. Secus ſi conſtat eum noluiſſe vti, n. 28. Aut non conſtat de eius voluntate n 29

Nullitas ex defectu citationis inficit etiam ſententiam Principis,& impedit illius executionem,quæſt.19.remed.1.concluſ.2 num. 21. Et ſimiliter nullitas ex defectu non adhibitæ cognitionis, num.22. Et nullitas ex defectu mandati,num.23

Imperatoris ſententia,lata contra clericum,eſt nulla, qu.19. rem.1. concl.2 n.24

Nullitas poteſt cumulari cum alio remedio, d.rem.1.concl.3. n.5.Et poteſt ſimul cognoſci,n 6.Dummodo non reſultet repugnantia,n.7.Et cumularis,non tenetur is, qui cumulauit alterum eligere,etiam parte inſtante, n.8

Nullitas deducta agendo an impediat executionem, qu.19. rem.1.concl.4.n.1. & ſeqq.

Dicens de nullitate ſententiæ in foro Capitolino, quando teneatur facere depoſitum ead concl.4.ſub num.2. verſ.in foro

Pendente cauſa nullitatis principaliter deductæ, poteſt fieri executio,ead.concl.4.n.2. in fine.

Nullitas deducta principaliter contra tres ſententias conformes, non retardat earum executionem etiam ſi nullitatis probatio offeratur incontinenti,quæſt,17.lim.1 numero 58.& 59. Et quod dicitur de nullitate trium, habet locum in nullitate duarum ſtante ſtatuto, &c. quæſt 19. rem.1.concl.4. num.6. Et in nullitate trium interlocutoriarum num.5. ſubexten. 2 & in nullitate vnius ſeu duarum, quæ ob non interpoſitam appellationem tranſierint in iudicatum, num.6. Et in nullitate vnius ſententiæ appellabilis, num.19. Sed quando hoc ſit verum declaratur, num.20.Et in nullitate aduerſus inſtrumentum,ſeu aliam ſcripturam,habentem executionem paratam, num 7. Et procedit etiam ſi cauſſa nullitatis ſit commiſſa a Signatura ſimpliciter,n.9 Et præcipuè quando in commiſſione nullitatis reſeruationis penſionis adeſt clauſula (ſine retardatione penſionis.)n 10.Neq; eſt neceſſaria reformatio commiſſionis,n.11. Nullitas non retardat executionem ſententiæ interlocutoria, n.84. Et nullitas aduerſus teſtamentum non retardat aditionem hæreditatis ex eo, n.85. Nullitas retardat executionem, quando nullitas eſt notoria ex actis,n.25 & ſeq.num.8.& 88.q.17 lim 1.n.6.N.Et quid ſi iudex nullitatis inhibuerit,d.q.19.rem.1.concl.4.n. 12.& ſeqq. Retardat etiam quando agitur de executione irretractabili, n.73. & 74. Etiam ſi executio ſit ciuilis, & requirat altiorem indaginem n. 75. Et ſit executio trium conformium n.76.Niſi nullitas deducatur calumnioſe, n. 77 & ſeq.Et quid in nullitate contra ſententiam latam in poſſeſſorio, n 89 Retardat etiam de conſuetudine Florentina,&c.n.90.Et in regno Neap &c. num.91. Et quid ſi nullitas deducitur in appellatione n.92.& 93.Et quid ſi nullitas deducta principaliter,deducatur per exceptionis, n.94. Et quid in nullitate procedente ex iuſto, & rationabili impedimento n 95. Retardat etiam nullitas ex defectu iuriſdictionis, n.96. Et quid in nullitate cauſata dolo aduerſarij per falſa inſtrumenta &c.n.97 Et quid ſi nullitas deducatur à tertio n.98 & ſeqq.

Nullitas notoria eſt triplex,q.19.rem.1.concl.4.numero 29. & ſeq.

Nullitates notoriæ retardant executionem,quando ſunt ita notoriæ ex actis,vt nihil probandum ſit q.19. rem.1.concl.4.n.32.iunctis,n.25.& 29.verſ.prima Huiuſmodi nullitates ſunt ex defectu citationis,n.33.Ex defectu mandati, num.36.Ex defectu iuriſdictionis, n.38. Ex defectu terminorum ſubſtantialium n.42.Quando apparet ex facie ſententiæ n 40.Retardant etiam illæ,quæ non ſunt notoriæ ex actis,ſed tamen poſſunt probari incontinenti,n.60. Eiuſmodi nullitas eſt illa quæ poteſt probari per inſtrumentum publicum, n.61. & ſeqq. Retardant etiam illæ, quarum probatio requirit altiorem indaginem, ſi executio ſit irretractabilis, aut nullitas procedat ex defectu iuriſdictionis,n.70

Nullitates,quæ non comprehenduntur in ſtatuto excluſiuo nullitatum,ſunt nullitas ex defectu citationis,q.19.rem.1. concl.4.n.34.Ex defectu citationis q.19.rem.1.concl.4. n. 34. Ex defectu mandati, n.37. Ex defectu iuriſdictionis, concl.5. n.58. Ex defectu terminorum ſubſtantialium, d. concl 4.ſub n 42.Nullitas apparens ex facie ſententiæ, n. 4 Et quæcunq; nullitas, quæ poteſt ſtatim ex actis probari,n 44 Comprehenduntur tamen in ſtatuto, præfigente terminum nullitatibus, n.45. Etiam ſi iudicium nullitatis cœptum fuerit infra terminum, n.48. Non comprehenduntur nullitates per modum excipiendi,quando verba ſtatuti præfigentis terminum ſonant in modum agendi, n.49.& ſeqq. Nullitas apparens ex tenore ſententiæ, vel ineptitudine libelli,ſeu modi agendi, n.56. & concl.5 nu. 12.caſ.1. Cauſata ex perplexitate, ſeu repugnantia d.concl 4.n.57.& concl.5 ſub n.12.caſ.2.Cauſata dolo aduerſarij,d.concl.4.n.58.& concl.5 ſub n.12.caſ.3.Proueniens ab incompetentia iudicis d.concl.4 n.59.& d.concl.5.n.12.in fine.Ex defectu iuris naturalis. Ex capite alterius ſtatuti. Ex defectu poteſtatis.& iuriſdictionis,ead.concl.4. ſub n. 59.ſub exten.9.n.7.& 8.

Nullitas deducta principaliter per modum agendi, eſt actio ordinaria, in qua procedi debet,ſeruata tela iudiciaria, q. 19. rem.1. concl.4.n.24

Nullitas ex defectu iuriſdictionis an, & quando impediat executionem ſententiæ,quæſt.19.rem.1. concluſ 5. n.50. & ſeq.

Nullitas, ſuperueniens ex accidenti,non impedit executionem trium ſententiarum conformium,q.19.rem.1. concl. 5.num.52.

Cauſa nullitatis aduerſus tres ſententias conformes ſuſpenditur donec ſit facta plenaria executio, q.17. lim.1 num. 58.& 59 & quæſt.19. rem.1. concluſ. 4. ſub num 3. Secus eſt in re iudicata ob deſertam appellationem ſub num.6. verſ.nota.

Executio trium ſententiarum conformium non retardatur qualibet notoria nullitate, ſed ſolum ea, quę eſt euidens ex actis, & probabili exceptione non reuocatur in dubium,quæſt.19. rem 1.concl.4.n.71.& 72. & concl.5. ſub nu.6.Executio vero vnius ſententiæ inapellabilis, ſeu inſtrumenti,habentis executionem paratam,retardatur et à ea nullitate, quæ aliter quam ex actis poteſt incontinenti probari. Et executio irretractabilis retardatur etiam ea nullitate,quæ altiorem requirat indaginem,ſub eod.n.72. verſ.aut Et quod nullitas contra executionem inſtrumēti

non dicatur requirere altiorem indaginem, ſi poſſit incontinenti probari etiam aliunde quam ex actis, concl. 5. num. 5

Nullitas notoriæ inſtrumenti impedit illius executionem, q. 19. rem. 1. concl. 4. n. 43

Lapſu termino præfixo à ſtatuto ad dicendum de nullitate, an nec agendo, neque excipiendo de ea dici poſſit, q. 19. rem. 1. concl. 4. n. 46. & 50

Nullitas, quæ opponitur ad impediendam executionem, debet probari infra illud tempus, infra quod examinatur executio, q. 19 rem. 1. concl. 4. num. 65. & 66. Vel infra triduum, ibid. Aut infra decem, vel relinquitur arbitrio iudicis n 67. Quod debet eſſe regulatum, num. 69 Sed quando executio poteſt fieri etiam perſonaliter, tunc debet probari momento per inſtrumentum, n 68

Iudex, qui ob præſumptam calumniæ ſuſpicionem procedit ad executionem irretractabilem, ſpreta nullitatis oppoſitione, ponit ſe in periculo, quæſt. 19. remed. 1. concluſ. 4. num. 82

Nullitas, deducta per viam exceptionis, non retardat executionem rei iudicatæ, quæſt. 19. rem. 1. concl. 5. num. 1. & 3. Hoc procedit, ſi nullitas non eſt euidens, &c. num 4 Si ſit ſuſpecta de calumnia, num. 7. Si nullitatis exceptioni fuiſſet renunciatum num. 8 Etiam tacitè, num. 11. Demptis aliquibus caſibus, num. 12. Si nullitatis exceptio proponatur coram iudici, ſubdito illi iudici, qui tulit ſententiam, num. 13. Si reſcriptum Principis, ſeu ſtatutum remoueat exceptionem nullitatis, numero 14. Demptis caſibus, de quibus remiſſiuè, num. 15. Si agatur de executione trium conformium num. 16. Etiam ſi agatur actione iudicati, n. 18. Si nullitas, quæ obijcitur contra inſtrumentum, fuiſſet cognita in negotio principali, num. 19. Si inſtrumentum, contra quod excipitur de nullitate, habuiſſet alias ſimilem executionem, num. 20. & 21. Retardat tamen executionem nullitas euidens, & notoria ex actis, num. 23. & ſeqq. & num. 29. Etiamſi ſit executio trium conformium, num. 27. Et etiamſi iudex vellet ſuſpicari de calumnia exceptionis nullitatis, num. 26. Nullitas notoria retardat etiam executionem publici inſtrumenti, num. 30. Et executionem vnius ſententiæ, etiamſi non ſit notoria ex actis, num 34. Dummodo non adſit ſuſpicio calumniæ, num. 35. & ſeqq. Nullitas retardat executionem irretractabilem, num. 41. Item nullitas procedens ex defectu iuriſdictionis, num. 43. Etiam ſi requireret altiorem indaginem, num. 44. Et ageretur de executione trium conformium, num 45. Et lex reiiceret nullitates, num. 46. Et quid ſi excipiens, antea iuraſſet non allegare nullitatem, num. 47. & ſeq. Et ſtatutum, excludens nullitates, non comprehendit nullitatem ex defectu iuriſdictionis, num. 58. Sed hæc nullitas quando impediat, & non impediat executionem, late declaratur, num. 50. & ſeqq. Retardat etiam nullitas ex defectu conſenſus, & inhabilitatis perſonæ contrahentis, num. 63. Et nullitas acceſſoria appellationi, num. 64

Nullitas debet allegari in ſpecie, quando ſtatutum prohibet nullitates, præter aliquas q. 19. rem. 1. concl. 5. n. 59

Nullitas, &c. vide in verbo. Iniuſtitia.

Iudex nullitatum poteſt pronunciare etiam ſuper cauſa principali, q. 15. n. 122. Et quando poſſit pronuntiare ſolum ſuper nullitate, n. 127. & ſeqq. Et expedito articulo nullitatis, poteſt aggredi negotium principale, num. 133. Si ſit ſuperior, qui poſſit adiri etiam via querelæ, alias non, n. 138

Cauſa nullitatis, deuoluit totam cauſam, quæſt. 11. ſub numero 122

Inſtantia habet locum etiam in cauſa nullitatis, qu. 15. num. 261. & 262

Nullitas, & notoria iniuſtitia æquiparantur, quæſt. 17. lim. 1. n. 62 Et quomodo æquiparentur, lim. 19 ſub num. 5. verſ. ſecundus.

Aduerſus rem iudicatam trium ſententiarum conformium poteſt dici de nullitate, & protrahi lis in infinitum, qu. 17. lim. 1. n. 55

Statutum Vrbis, præfigens terminum ad dicendum de nullitate ſententiæ habet locum etiam in interlocutoris, q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 34

De nullitate coram quo iudice agere oporteat, q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 1. & ſeqq.

Interlocutoriæ nullitas deduci debet coram eodem iudice, qui protulit interlocutoriam, q. 19. rem. 1. concl. 6. ſub n. 2. verſ. capio. Et coram ſuperiore deduci non poteſt, n. 3. Et ideo etiam delegatus, qui eam tulit, poteſt de ea cognoſcere, etiam ſi habeat vim diffinitiuæ, n. 11. Poteſt tamen adiri etiam ſuperior, qui delegauit, n. 12

Nullitas ſententiæ diffinitiuæ, principaliter agendo poteſt intentari coram eodem iudice ordinario, qui ſententiam tulit, vel coram ſuperiore, quæſt 19. remed. 1. concl. 6. numero 73. Sed nullitas, quæ veniat incidenter, coram quo poſſit cognoſci, num. 87. Et nullitas aduerſus ſententiam de aperiendo teſtamentum ſolum coram eodem iudice, num. 88. Et quando in ſententia verſatæ ſunt ſordes, aut malitia, & iniquitas iudicis, tunc ſolum coram ſuperiore, & non coram eodem iudice, n. 89. Delegatus qui ſententiam tulit, non cognoſcit de eius nullitate. num. 90. & 91. Etiam ſi haberet iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo, num. 92. Et eſſet delegatus Principis, numer. 93. Quia de nullitate ſententiæ delegati cognoſcet ſuperior, num. 95. Quando tamen poſſit, & quid in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, & quid in arbitrio, & arbitratione, vide in verbo, Reuocare verſ. delegatus, & verſic. arbiter.

Qui poteſt cognoſcere de nullitate ſententiæ diffinitiuæ, principaliter intentata, poteſt etiam reformare, & aliam contrariam ferre, q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 109. Etiamſi ſit delegatus, cui Princeps delegauerit cauſam nullitatis, ſub eod. numer. 109. ampl. 2. Sed iudex debet prius pronuntiare ſuper nullitate, & deinde ſuper iuſtitia, numer. 111. Parte inſtante, num. 112. poteſt tamen, omiſſa pronunciatione ſuper nullitate, pronunciare ſuper iniuſtitia, & reformare, num. 113. quando nullitas eſt deducta incidenter num 113. Aut nullitas apparet manifeſte ex ipſa ſententia n. 114

Facultas agendi, & replicandi de nullitate ſententiæ durat vſque 30. annos q. 19. rem. 1. concl. 7. n. 1. Præter quam vbi agitur de periculo animæ, n. 2. Et quid ſi nullitas ſit notoria, n. 3. Sed de nullitate per modum excipiendi poteſt perpetuo opponi, n 4. Et vbi ſtatutum diſponit, illud eſt ſeruandum, n. 5

Inferior an, quando & quomodo poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ ſuperioris, &c. q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 74. & ſeq. vſque ad n. 78. incluſiuè.

Superior, qui non habet iuriſdictionem limitatam, poteſt cognoſcere de nullitate principaliter intentata, q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 84. Secus ſi habeat iuriſdictionem limitatam ad cauſas appellationum, n. 85

Nunciatio noui operis.

¶ Is, cui nunciatur nouum opus, ſit violentus poſſeſſor, & quæ detur cautela, vt non fiat, quæſt. 17. lim. 6. membr. ſexto num. 12

Nuntius.

Miſſio nuntij ad Papam poſt motam litem habet vim appellationis, q. 6. n. 41

Oblatio probationis, & iuſtificationis.

OBlatio probationis grauaminis ſufficit ad iuſtificandam appellationem iudicialem, q 2. n. 42

Si iuſtificatio appellationis offeratur incontinenti, appellatio debet admitti etiam in caſu prohibito, q. 17. lim. 6. memb. 7. num. 133

Obligatio formæ cameræ, & obligatus.

Obligatio formæ cameræ an recipiat appellationem, vide in verbo. Camera, verſ. ab obligatione, & late in verbo. Inſtrumentum.

¶ Obligatio formæ cameræ vnde habeat executionem paratam q. 17. lim. 9. n. 5

Ex quibus componatur, ead. lim 9. ſub n. 9

Poteſt probari per teſtes, non tamen habet tunc executionem paratam, ead. lim. 9. n. 64

Executio obligationis cameralis non retardatur exceptione nullitatis, q. 19 rem. 1. concl. 5. ſub n. 8

Obligatus in forma cameræ non poteſt opponere, niſi tres exceptiones, & reliquæ poſſunt opponi poſt factum executionem, quæſt. 17. lim. 9. num 52. Et eas tres, quas

poteſt

poteſt opponere ante executionem, debet monumento probare per inſtrumenta, eod.n.52. Vel per confeſſionem partis, num.55

Obliuio.

¶ Obliuio quando præſumatur in iudice, q.6.ſub n.32.verſic. confirmatur.

Obſeruatio iudicij.

Ab abſolutoria obſeruationis iudicij in cauſa poſſeſſoria nõ datur appellatio etiam in ciuitate Lucenſi, qu.17.limit.7. memb.7 ſub nu.39.verſ.infero. Neque datur in cauſa criminali, lim.49.num.4

Ab abſolutoria ab obſeruatione iudicii propter lapſum inſtantiæ, ſeu propter ineptum libellum, aut quia non fuit plene probatum, addetur appellatio, & quid ſi ſit lata ex cauſa concernente merita cauſæ, quæſt.17.lim.47.memb. 1.num.27

¶ Abſolutio ab obſeruatione iudicii an, & quando ſit mera interlocutoria, & quando habeat vim diffinitiuæ, ſeu ſit diffinitiua, q.17.lim.47.memb.1.nu.27. Et an iudex poſſit eam reuocare, quæſt.19.rem.1.concl.6.ſub num.27.& ſub num.47.verſ.ſecus, & verſ.contra. Sed cum intelligentia de qua ſub num.41

Officialis.

Officialis non appellat à ſententia contra ſe lata à ſuo Rectore, q.17.lim.16.num.1. Etiam inſpecto iure canonico, num.2. Et quamuis ſit lata ſuper delicto graui, præcipue ſi officialis eſſet legitime conuictus de barattaria, num.3. Et præſertim ſi ſententia contineret remotionem ab officio, quod eſſet ſine iuriſdictione, num.4. Et multo minus appellat condemnatus ad reddendas rationes ſuæ adminiſtrationis, ſub eod num.4.extenſ.4. Poſſet tamen appellare, ſi condemnaretur ex cauſa, non ſpectante ad officiũ, n.5 6.& 7. Poteſt etiam appellare de conſuetudine Franciæ, n.8. Et quid ſi non condemnetur à proprio Rectore, ſed à Syndicatoribus deputatis à Populo, & quid in Regno Neap.& quid de generali conſuetudine, n.9. Et quid in ſententia interlocutoria, num 10

¶ Officiales, & miniſtri Prælatorum Eccleſiaſticorum, habẽtium feudum à domino temporali, ſubijciuntur iuriſdictioni domini feudi, q.8.ſub num.92.verſ.ſubextende.

Officium.

Officium iudicis appellationis an ſit latius officio iudicis à quo q.11.nu.17.& ſeqq.

Iudex appellationis in quibus poſſit procedere ex officio ſine inſtantia partis, q.11.ſub num.34.verſ.declara, & ſeqq. per totum illum articulum.

A ſententia, lata in officio iudicis implorato ad adipiſcendam poſſeſſionem, non datur appellatio, quæſt.17.lim.6. memb.4.num.4

Ab eo, quod poteſt fieri officio iudicis ſi non fiat, non datur appellatio, qu.17.limit.21. ſub num.34.verſ.contra, & ſub num.35

Electus ad officium, ſeu munus, quod auctoritate eſt publicum & vtilitate priuatum, non appellat, qu.17.lim.33.nu. 1 Secus eſt ſi ſit auctoritate, & vtilitate publicum, num. 2.& ſeqq.

Reliqua vide in verbo. Actio, & in verbo. Conſcientiæ.

¶ Sublata exceptione & defenſione, an intelligatur ſublatum officium iudicis, q.16.lim.1.n.47.& ſeqq & n.50

Sublatis cæteris remedijs, ſupereſt ſemper officium iudicis, ne quis locupletetur cum alterius iactura, quæſt.16.limit. 1.num.49

Officium iudicis poteſt implorari contra executionem ſententiæ, euidenter iniuſtæ, quæſt.17.lim.6.memb.7.n.81

Officium iudicis eſt ſpecies adipiſcendæ poſſeſſionis, qu.17. lim 6.membr.1.numer.13. Et cui competat, numer.68 & memb.4.nu.11.12.& 16

Officium iudicis eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis, q.17.lim. 6.memb.1.n.25. Et cui competat, num.78

Officium iudicis eſt ſpecies recuperandæ poſſeſſionis, & qui de eo ſcripſerint, d.memb.1.num.38

Partibus contendentibus de poſſeſſione cum ſuſpicione rixæ, iudex poteſt procedere ex officio, q.17.lim.6.membr. 2.num 27

Officium iudicis datur ex æquitate, quando deficit actio, qu.17.lim.6.memb.4.num.12

Quando ex conditione legis naſcatur actio, & quando officium iudicis, q 17.lim 6 memb.6.ſub num.36

Omiſſa condemnatio.

Ab omiſſa condemnatione quantitatis petitæ an, & quando detur appellatio, q 17.lim.6.memb.9.nu.14.& ſeqq.

Oppreſſus, vide in verbo. Grauatus.

Ordinaria via.

¶ Actor, ſi cœpit agere via ordinaria, non poteſt redire ad executiuam, qu.17.lim.9.nu.45 Et quid, ſi vellet refi care expenſas, nu reſtr.1. Et maxime non poteſt redire ad executiuam, quando ex iam probatis liquet, inſtrumentum eſſe vulneratum, ſub eod.n.46.in fine, verſ.declara. Poteſt redire, quando reus fuit contumax, nu.47 Item quando agendo via ordinaria, reſeruaret ſibi viam executiuam, nu.48. Aut in inſtrumento adeſt pactum, quod creditori liceret veritate, num.49

Ordinarius.

Iudices ordinarij, ſi ab eorum ſententijs non appellatur, poſſunt, eas exequi ſine commiſſione executoriali, q.11. ſub num.173.verſ.contraria.

¶ Iudices ordinarii in Romana Curia qui ſint, qu.19.rem.1. concl.6.num 79

Iudices ordinarii qui ſint, d.concl.6.nu.80.& ſeqq.d.qu.19. rem.2.num.29.& ſeqq.

Iudices ordinarii in Rom. Curia an, & quando exequantur ſuas ſententias, q.11.num.174

Ordinatoria.

¶ Statutum ligat etiam exteros in ordinatoriis, qu.17.limit.9. ſub num.9

In ordinatoriis attenduntur ſtatuta, & ſtylus loci, in quo litigatur, q.18 ſub num.5.& 7

Ordo.

Ordo appellandi, quando non poteſt appellari coram iudice à quo, qualis ſit, q.6.num.21.28.& 29

Ordo appellandi qualis fuerit olim, & qualis ſit hodie, late, qu.8. Et quod ordo, qui ſeruabatur olim, non ſeruetur hodie, num.12.& 13

Ordine omiſſo, ſeu peruerſo, datur appellatio, vide in verbo. Inordinatus.

Si partes expreſſe conſenſerint, quod iudex ſeruet ordinem iudiciarium, non poſſunt, inuito iudice, pœnitere, qu.17. lim.9.ſub num.46.verſ.primo quia.

Ordo quotuplex ſit, q.17.lim.6.memb.6.num.114

Peruerſo ordine tradito ab homine, quod ſit, ipſo iure non tenet, eod.memb.7.num.115.& limit.22.num.28. Idem ſi peruertatur ordo vnius cauſæ, traditus à iure, d.memb.7. num.136. Et ſi ordo ſubſtantialis, ſeu de forma, num.117. Sed ſi peruertatur ordo vnius cauſæ ad aliam, quod ſit, tenet, nu.118.& ſeqq.

Quæ ordinis peruerſio reddat ſententiam nullam, q.17.lim. 6.memb.7.nu.116. Et quæ peruerſio non reddat nullam, num.118.& ſeqq.& num.127

Ordo vnius cauſæ ad aliam in iudicio poſſeſſorio poteſt tripliciter peruerti, eod.membr.7.num.127. verſic. ſecundo reſpondeo.

Pactum.

PActum, quod à maiori poſſit appellari ad minorem, non valet, q.2.num.8

Fatalium curſus poteſt pacto impediri, ſeu poteſt tempus prorogari quæſt.15.numer.106. Et poteſt impediri pacto tacito, &c.num.107

Appellatio ab interlocutoria ſuper pacto de non petendo ſuſpendit iuriſdictionem in tota cauſa, quæſt.17.lim.47. memb.2.num.5

Papa.

Papa, quantumuis feudum Eccleſiaſticum ſit conceſſum cum clauſulis ampliſſimis, tamen retinet penes ſe maiorem, & ſupremam poteſtatem, vt ad ipſum poſſint deferri appellationes, qu.8.ſub num.111.verſ.oppono ſecundo.

Papa quando cognoſcat cauſas appellationum Regni Neap. qu.8.ſub numer.111.verſ.oppono ſecundo, & ſub qua diſtinctione, ſub num.112.verſ.ad ſecundam.

Papa eſt iudex appellationum, quando vacat Imperium, q. 7.n.112.& q.16.lim.1 ſub n.128 verſ.confirmatur.

A Papa non poteſt appellari, quæſt.2.numer.20.& quæſt.16. lim.primo, num.2.& ſeqq. Poteſt tamen appellari ad eundem,

dem, ſi iudicauerit ex relatione alterius, numero 130. & ſeqq. Et quid ſi iudex iudicauerit ſecundum reſcriptum Papæ numer.138. & ſeqq. Poteſt etiam appellari à Papa male informato ad ipſummet Papam, num.153 & qu.8. num.65 & 66

A Papa non appellatur ad Concilium, & aſſerens contrarium, eſt hæreticus,q.8.num.63

A Papa non poteſt appellari ad Cardinales, etiam Sede vacante, qu 8 num.64

A Papa non appellatur ad Deum,q.8.nu.62

Papa non admittit appellationes cauſarum prophanarum extra, ſtatum Eccleſiæ, niſi quando appellanti deficiunt remedia ordinaria,q.7 num.74.& 78. & qu.16.lim.1.nu. 128.Et quare non ſoleat admittere, q.8.ſub numer.125. verſ. reſpondeo.

Ad Papam poteſt appellari à ſententia arbitrorum electorum ſuper recuſatione iudicis ſuſpecti,q.7.num.109.Declaratur, num.110

Ad Papam poteſt appellari, omiſſo medio q.7.nu.46.& 47. Extenditur,num.52.& ſeqq.Declaratur,num.58.& ſeqq. Sublimitatur,num.63.& ſeq.

Ad Papam poteſt appellari, omiſſo medio ſeculari in ſtatu Eccleſiæ,q.7.nu.56. Et quid extra ſtatum Eccleſiæ,nu 74. & ſub nu.77.verſ quia,& q 16.lim.1.nu.128.Et appellari omiſſo medio etiam ſcienter, d.q.7 num.62

Praxis appellandi ad Papam in ſtatu Eccleſiæ, q 7.ſub n.51. verſ.infero.

Poteſt appellari ad Papam non obſtante ſtatuto alicuius ciuitatis, per eum confirmato, quod cauſæ tam in prima, quam ſecunda, & tertia inſtantia cognoſcantur in ipſa ciuitate,q.7.num 54

A Vicario Papæ, vide in verbo Vicarius.

Ab Epiſcopo quando appelletur ad Papam, vide in verbo, Epiſcopus.

A delegato Papæ, appellatur ad Papam,q.8.num.16

A ſubdelegato Papæ ad quem appelletur, vide in verbo. Subdelegatus.

Papa non recipit appellationes in Curia, ſi extant iudices ordinarij appellationum,q.7.num.82

Appellatio inſtante, Papa ſolet remittere cauſam appellationis ad ſuum iudicem, quæſt.7.num.83.Declaratur,nu. 84.& ſeqq.

Si appelletur ad Papam,vel Imperatorem, omiſſo medio,& appellatus non opponat, tenet tam appellatio,quam proceſſus factus etiam ex certa ſcientia,q.7.num.21.Imo appellatio eſt valida etiam appellato opponente, ſed oppoſitio operatur circa remiſſionem cauſæ,nu.22

Papa, & Imperator poſſunt remittere cauſam appellationis etiam poſt legitima tempora ad appellandum, qu.7, num.23

Si ſit appellatum ad Papam, & Metropolitanus vt iudex ordinarius appellationum proceſſerit, proceſſus erit nullus,q.7.num.55

Interpoſita appellatione ad Papam, ſunt ligatæ manus inferiorum q.7.num.59.& q.10.num 9.Declaratur,d.quæſt. 7.num.60.& 61

Licet cauſa appellationis neque de ſui natura, neque ex delatione veniat cognoſcenda in Curia, tamen cognoſcitur, ſi pars allegauerit & iurauerit, quod non ſperat conſequi iuſtitiam in partibus,q 7 num.57

Appellatio ſine ſcriptis, interpoſita ad Papam,an teneat qu. 4.ſub num.1.& 18

Papa non cognoſcit ipſe cauſas appellationum, quæ ad ipſum interponuntur,ſed eas delegat per eius Signaturam, quæſt.7.num.24 & 58

Vna parte appellante ad Papam, & altera parte ad alium præualet appellatio ad Papam,q.10.num 10.& 11

Appellans ad Papam,ſi fuerit citatus coram Archiepiſcopo, ad quem appellauerit aduerſarius, tenetur comparere, alias poteſt vti contumax excommunicari, quæſt.10.numer.15. Hoc eſt verum, ſi Archiepiſcopus ignorabat appellationem interpoſitam ad Papam,alias non, num 16

Appellatione interpoſita ad Papam, Archiepiſcopus quibus caſibus poſſit adhuc ſe intromittere,q.10.num.17

Si appellanti extra Curiam præfigat iudex à quo terminum ad ſe præſentandum coram Papa ſufficit ſe præſentare coram Auditore Cameræ quæſt.13.num.89.& 90.vbi reſtringitur.

An & quando ab Imperatore appelletur ad Papam, qu.16. lim.1.num.4.126.& ſeqq.

A Rege, & alio non cognoſcente ſuperiorem appellatur ad Papam,qu.6 lim.1.ſub num.126

Papa qualis debeat eſſe dum agitur de appellatione ab Imperatore, & Rege, quæſt.16. limit.1. ſub numero 127. verſ.aduerte.

Papa vide in verbo. Signatura.

¶ Papa non intendit præiudicare iuriſdictioni ordinariorum, qu.7.num.74.& ſub num.75.& 76 & qu.8.ſub num.125. verſ.oppono.

Non opponit manum in iuriſdictione Principis ſecularis, quando ille Princeps non poteſt miniſtrare iuſtitiam propter duritiem vaſſallorum,&c.q.7.nu.80

Cognoſcit ſuper his, quæ emergunt ſuper decretis, factis in Concilio generali, q.8 num.100.verſ.tempera.

Non poteſt allegari ſuſpectus,q.16,lim.1. ſub n.7. & 8.Imò Papa poteſt committere cauſam ſine facultate recuſandi, ſub d.num.8 verſ.confirmatur.

In concernentibus periculum animæ, aut honorem,& honeſtatem Chriſtianæ religionis habet iuriſdictionem in omnes Principes,q.16.lim.1.num.129

Electio Papæ non eſt deferenda,qu.8.ſub num.165.verſ.ratio, & num.167

Papa vbi ſemel appoſuerit manum in aliqua cauſa, æquum eſt, vt alius inferior manum non apponat, qu.17.lim.47. memb.3.nu.27.& vide, q.16.lim.1.ſub num.154

Par.

A pari ad parem non appellatur,q.2.n.6 9.& 11

¶ Par in parem non habet imperium, ead q.2 num.10

Pares Curiæ.

A paribus Curiæ appellatur ad proximiorem dominum ſuperiorem feudi, qu.7.ſub num.120.verſ à paribus.

¶ Pares Curiæ iudicant inter Regem, ſeu alium Dominum temporalem, & prælatum Eccleſiaſticum, contendentes de feudo, &c.q.ſub nu.92.verſ.ſecus eſt. Declaratur, ſub eod.num.92.verſ.declara.

Pariſij ſtudij vniuerſitas.

A ſententia, lata inter ſcholares ab vniuerſitate ſtudij Pariſienſis, an appelletur, q.17.lim 22 num.1

Parlamentum.

In Curia parlamenti non appellatur, q.16.lim.13.num.1

Pater.

Pater poteſt appellare pro filio,&c. qu.5.num.42.& 63. Et à ſententia contra ſe lata, an & quando prohibeatur appellare, num.92

¶ Pater poteſt ſine mandato defendere filium, quæſt.5.ſub n. 63.confirm.ſecunda.

Patriarcha.

Ab Archiepiſcopo appellatur ad Patriarcham, q.8.num.97. & ſeqq.

Ad Patriarcham poteſt appellari, omiſſo medio, quæſt.7. num.104

Patriarchæ, ad quos appellatur à ſententia Archiepiſcopi, & ad quos poteſt appellari, omiſſo medio, ſunt quatuor, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus q.8.ſub num 98.declar 2. & ſub num. 99.verſ.quod ſi velimus.

A Patriarcha an appelletur, qu.16.lim.19 num.1. Et an appelletur ad Papam, vel ad Legatum,qu 8.num.99

¶ Patriarcha eſt gradatim ſupra Archiepiſcopum, q.8.ſub nu. 97.verſ.vel, & num.99.verſ.neque.

Primas, & patriarcha idem ſunt, q.8.ſub num.98. declar.1. & num.99. verſ neque.

Patriarchæ, proprie ſumpti ad differentiam primatum, ſunt quatuor tantum, quæſt.8. ſub num.99. verſicul. quod ſi velimus.

Primates, qui improprie dicuntur patriarchæ, qui ſint, ibid. §

Patronus.

Patronus à ſententia contra ſe lata an,& quando prohibeatur appellare,q 5.ſub num.92.lim.7

Paulus Apoſtolus.

Paulus Apoſtolus appellauit ad Cæſarem, & quare, quæſt. 16.num.6

Pauper,

Pauper & paupertas.

Pauper poteſt appellare etiam poſt lapſos decem dies, q.12. num.162.& ſeqq.in quibus dantur exempla.

Appellans,qui ob paupertatem non proſequitur cauſam appellationis,ipſo iure conſequitur ſecundum fatale, qu.15. num.45.& ſeqq.

Paupertas, ſeu inopia excuſat procuratorem ab onere appellandi non tamen ab onere denuntiandi, q.5 num.22

Paupertas, ſeu inopia dicitur impedimentum, proueniens ex facto proprio,& ideo non impedit curſum primi fatalis, ſed operatur vt concedatur ſecundum ipſo iure, q.15. num 45.& 47.Et an pauper debeat proteſtari,num.48 Et quid ſi paupertas eſt notoria, num.49. Et quid ſi in loco pauperibus omnia gratia dati debent,n.50

¶ Pauper habet priuilegium accidentale, quæſt.7.ſub nu.128. ſubreſtr.1

Aduocatus, ſeu procurator pauperum, lite vertente inter pupillum & viduam quem eorum teneatur defendere,q. 7.ſub num.128. verſ.occaſione.

Aduocati, procuratores, notarij,cæterique cauſidici tenentur gratis ſuſcipere defenſionem pauperum litigantium, etiam ſi extent aduocati, & procuratores ſalariati à publico,& notarij tenentur copiam gratis dare etiamſi emerint officium, quæſt.15.numer.11. Et quando,non ſuſcipiendo eorum tutelam, peccent mortaliter, & cogi poſſunt ad ſuſcipiendam, num.52

Paupertas præſumitur,q.17.lim.8.ſub nu.9

Pauper qui dicatur, q.17.lim.40.num.8.& ſeqq.

Paupertatis priuilegia male ſeruantur, q.17.lim 40,num.7

Pendente appellatione, &c.

Appellatione pendente,nihil eſt innouandum, q.3.num.48. & q.17.nu.25. Et in appellatione iudiciali procedit etiam ſi non innouetur contra ipſam appellationem,d.qu.3.nu. 49.Secus in appellatione extraiudiciali,num.53. Reliqua indiuidualia, quando nihil ſit innouandum, & quando poſſit innouari,videbis in ſuis proprijs locis.

Appellatione pendente ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ iudex à quo non poteſt ad ulteriora procedere ſuper articulo illius interlocutoriæ,q.17.lim.47 memb.1. num.208 210.& 211

Appellatione pendente,quis priuari non debet iure ſuo,q.3. num.72.& ſeqq.

Iudex à quo, licet non deferat appellationi tamen, ea, pendente, poteſt procedere,q.3.num.19.& q.11.nu. ...

Appellatione pendente,non omnia ſunt prohibita,q.3.n.80

Iudex à quo poteſt, appellatione pendente à diffinitiua, facere ea,quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, q.3.num.20.Ideò poteſt cognoſcere,an ſit,vel non ſit deferendum appellationi nu.21. Poteſt appellanti præfigere terminum ad redeundum pro Apoſtolis, nu.22.præfigere alios diuerſos terminos, num.23 & q.15.num.17. Et eos, ſi prolixi ſint,denuo ſtatuere,d.num.17.Reuocare grauamen attentatiuum,d.q.3.nu.24.de hoc vide etiam in verbo Vicarius,verſ. vicarius Epiſcopi ſi cognoſcendo examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam,num.26.& q.17. lim.38.num.2. Propter fugæ timorem decernere capturam,d q.3.n.27.Sequeſtrare fructus & res ipſas,&c.num. 28.& ſeqq. prouidere, & inhibere, ne quis in ſua poſſeſſione turbetur,num.33. Abſoluere excommunicatum ab excommunicatione, num.39 & ſeqq. Inhibere alteri nubat,num.33 in fine.Expenſas taxare an poſſit vide in verbo. Taxatio; poteſt facere hæc omnia prædicta etiam ſi iudex ad quem inhibuerit, num.34. Etiamſi ſit iudex delegatus, num.35.& q.15.num.18 Et quia ſi detulerit, appellationi,d.quæſt 3 numer 36.& 38. poteſt multo magis inhibere, & procedere contra tertium innouantem, nu. 37. Non poteſt hæc facere, ſi ſuperior auocauerit ad ſe cauſam,num.79

Iudex à quo poteſt, pendente appellatione ab interlocutoria,procedere ad vlteriora,q.17.lim 47.memb 1.num.28. & ſeqq.quæſt.19.rem.1.concl.5.num.52.Imo poteſt,pendente appellatione,reuocare ipſam Interlocutoriam,vt vide in verbo. Reuocare. Et quando non poſſit,procedere, pendente appellatione ab Interlocutoria, vide in verbo. Attentare,verſ.iudex à quo & in verbo. Grauamen,verſ. quando grauamen.

Iudex à quo ſi notorie apparet, appellationem eſſe nullam ſeu iniuſtam, aut non recipiendam poteſt exequi ſententiam, non obſtante appellatione,qu.11.num.11.& qu.17. lim.4.ſub numer.89. verſic. probatur ſecundo, & lim.47. memb.1.num.166.in fine.

Tertius non dicitur innouare,pendente appellatione, qu.3. num.62.& quæſt.17.lim.2.num.61.Fallit primo in tertio habente cauſam ab appellato, dict.quæſt.3.numer 63.Fallit ſecundo in tertio ſuccedente in ipſa re attentata, &c. num.64

Geſta, appellatione pendente, an reuocentur, vide in verbo. Geſta.

Appellans ſi pendente appellatione,innouat, dicitur renunciare appellationi,q.17.lim.2.num.83

Termino ad appellandū pendente,vide in verb. Terminus.

Penſio.

¶ Penſio ſi ſit reſeruata pro alimentis, non admittit appellationem,q 17.lim 7 num.5

Penſio quando eſt rite impoſita debet ſolui ſine retardatione, &c.q.17.lim.7.ſub num.5

Peremptoria exceptio, vide in verbo. Exceptio.

Periculum.

Vbi periculum eſt in mora,non datur appellatio q.17 lim t. 38.num.1 & ſeqq.

Peſtis.

¶ Peſtis non retardat curſum inſtantiæ ſed datur reſtitutio ſine refectione expenſarum,q.15 num 329

Petitio ſeu libellus.

Ex quantitate contenta in petitione ſeu libello an.& quando pendeat facultas appellandi, q.17.lim 6.mem .9.num. 14.& ſeqq.& lim 43.numer.3 & ſeqq.& videt in verbo. Summa,verſ.licet.

¶ Praxis Romanæ Curiæ eadem die, qua ferenda eſt ſententia,format petitionem,q.11.ſub n.34.verſ.ex his.

Petitorium

¶ Cumulatio poſſeſſorij,& petitorij in cauſa appellationis nō permittitur q.11.ſub n.32.intellig 2

Victus in petitorio ſi deinde condemnetur in poſſeſſorio poteſt appellare, q.17.lim.6.memb.8.numer.13.& 15.vbi declaratur.

Petitorij mixtura non facit ſententiam appellabilem,quando petitorium ſtat acceſſorie, ſeu de eo non cognoſcitur plene,q.17.lim.6.memb.9.n....

Appellatio à ſententia,lata ſuper petitorio,non ſuſpendit litem in poſſeſſorio,q.17.lim.47.memb.2.num 21.Niſi per probationes ſumptas in petitorio poſſit ſtatim excludi ius poſſeſſorij, num.22

Condemnatus in prima inſtantia in iudicio poſſeſſorio,non poteſt in cauſa appellationis dare de petitorio, quæſt.11. num.32

Fatalia petitorij non currunt,quandiu durat lis ſuper poſſeſſorio,q.15.ſub num.85 illat.6

Cumulatio petitorij, & poſſeſſorij admittitur in prima inſtantia,q.11.ſub nu.32.intellig.2.parte tamen opponente, non admittitur,q.17. im.6.memb.7. ſub num. 127.verſic. comprobatur. Et vtrumque cumulari contingit tripliciter,ſub eod.numer.127.in 2.reſponſ. Imò quadruplicitet, membr.6 num.4

Petitorium poteſt intentari ſimul cum poſſeſſorio adipiſcēdæ, eod.memb.9.num.106

Sententia lata ſuper petitorio & poſſeſſorio, ſuſpenſo tamen petitorio, eſt nulla, q.17.lim.6.memb.7.n.127.verſ. comprobatur.

Petitorium poteſt ſuſpendi,etiam ſtante commiſſione,quod procedatur ſimul,& quę ſit praxis ſuſpendendi,q.17.lim. 6.memb.9.ſub num.107

Licet petitorium,& poſſeſſorium legitime cumulata debeāt vnica ſententia terminari,tamen ſententia,quæ terminet vnum ſolum, eſt valida, quæſt.17.limit.6. membr.7 numero 129

Sententia, lata in petitorio,quando obſtet poſſeſſorio,dict. lim.6.memb.9.ſub num.1.verſ.ratio.

Pignus & actio pigneratitia.

A ſententia lata ad adipiſcendam poſſeſſionem pignoris ex l.3. Cod.de pign. non datur appellatio, quæſt.17.limit.6. memb.4.num.5

¶ In

¶ In adiudicatione pignorum requiritur citatio, quæſt.11.ſub num.187.verſ.diſtingue.

Debitor poteſt agere actione pignoratitia, dummodo ante ſententiam offerat ſolutionem, quæſt 5.ſub num.27.comprob.3

Licet quis ratificet pignus rei ſuæ, tamen non poteſt conueniri actione pignoratitia, quæſt.17.lim.9 numer.15. verſus finem.

Pius.

Cauſis pijs an detur appellatio, quæſt.17.num.10. & lim.8. num.1

Condemnatus ad reddendas rationes alicuius loci pij, non appellat, q.17 lim.8.num.2

Plebanus.

¶ Simplex plebanus eſt dignior comite, q.8 num.102.

Plures appellationes, & iudices appellari.

Si latæ ſint plures ſententiæ, plures requiruntur appellationes, quæſt.4.num.23.& melius, quæſt.17.lim.47 membr.2.num.23

Pluribus iudicibus alternatiue, appellatis an valeat appellatio vide in verbo. Alternatiua. Et quid ſi copulatiue ſint appellati vide in verbo. Copulatiua.

Pluribus iudicibus appellatis, vno ab vna parte, & altero ab altera, præualet appellatio ad ſuperiorem, ad quem poſſit appellari, omiſſo medio, q.10.numer.10 & 12. Præſertim quando non apparet, quæ prius ſit interpoſita, nu.13 Sed ſi appellatio continet capitula ſeparata, vtraque appellatio tenet, num 14 & num.10.in fine.

Quando vtraque partes poſſit appellare, vide in verbo. Vterque.

Si ab vno ex duobus iudicibus, ſimul iudicantibus, poſſit appellari, & ab altero non datur appellatio, quæſt.16.lim.24.num.3

Pluribus iudicibus ſimul iudicantibus, appellatur ad ſuperiorem dignioris, q.8.num.102

Plus.

¶ Qui petit ante tempus, plus petit, q.17.lim.10.num.33

Quod plus eſt tantum eſt, q.8.ſub num.4

Pœna.

Si condemnatus ad faciendum aliquid infra certum tempus ſub pœna appellet, & iudex appellationis confirmet ſententiam tamen non tenetur ad illam pœnam quamuis non fecerit illud infra illud certum tempus, q.3.n.83

Non poſſe appellare poſt lapſos decem dies, non eſt pœna, q.12.num.121

Pœna impoſita contra appellantem, non habet locum ſi appellet ſine præſentia iudicis à quo, quæſt 6.numero 7.in fine.

Impoſita contra iudicem non admittentem appellationem, ceſſat ſi iudex admittat cum clauſula (ſi & in quantum) quæſt.17.lim.6.memb.7.ſub numer.100.verſic. ſubdeclara effec.2

Licet condemnatus ad poſſeſſionem non appellet, ſi tamen ſimul condemnetur ad pęnam poteſt appellare, q.17.lim.6.memb 6.num 54.& ſeqq.

Caſus, in quibus punitur appellati. q.2 ſub no 52. & q.5.ſub num.18.reſtr.4.& q.17.lim 5.num.3. & lim.6.memb.4.n.7.& 24.& lim 10.num.7.& lim.36 num.2. & quæſt.11.ſub num.4.ſubillat.1

A ſententia, qua imponitur pęna iuris, non datur appellatio, qu.17.lim.23.num.1.Sed à ſententia, declarante eſſe locum pęnæ impoſitæ à iure, datur appellatio, n.3

Religioſus non appellat a pęna ſibi impoſita ſecundum regulam ſuam, q.17.lim.26.num.8

¶ Pœna debet eſſe in eo genere, in quo eſt delictum, quæſt.7.num.76

Statutum loquens generaliter non comprehendit caſus pęnales, quæſt.17.limit.6.membr.4. ſub numer.28.verſicul. quarta.

Pęna appoſita in compromiſſo an, & quando ſit ſoluenda, vide in verbo Reductio. verſ.pendente.

Pœnitentiarius.

¶ Iuriſdictio ſummi pęnitentiarij non expirat ſede vacante, q 8.num.168

Populus.

¶ Populus, eiuſque nomine Decuriones, quando poſſint ſibi creare iudices, quæſt.8.num.164

Poſitiones.

Capitulum nouum, ſeu poſitiones nouæ an, & quando poſſint dari in cauſa appellationis qu.11.num.28. & ſeqq. & num.34.in appellatione à diffinitiua, non probatum probabe, num.84.& ſeqq. Secus in appellatione ab interlocutoria, num 87.& ſeqq.

Poſitiones, &c. vide in verbo. Contumax.

¶ Vbi iudex pronuntiauerit, non reſpondentem poſitionibus haberi pro confeſſo non poteſt reuocare hanc interlocutoriam, q.17.lim.47 memb 1 num 64

Poſſe, & non poſſe appellare.

Qui poſſint appellare etiam ſine mandato, quæſt.5. Et qui non poſſint appellare, ead.quæſt.5 num.75. & ſeqq.& n.94 & ſeqq.

A quibus iudicibus poſſit, & à quibus non poſſit appellari, q.16.per totam.

A quibus ſententijs poſſit appellari, & à quibus non poſſit, q.17.per totam.

¶ Qui poteſt facere, vt poſſit, dicitur poſſe, q.15.num.158

Poſſeſſio, poſſeſſor, & poſſeſſorium.

Non debet poſſeſſor propter aduerſarii appellationem priuari poſſeſſione, q.3.ſub num.70.procedit etiam in appellatione extraiudiciali, num.71

A ſententia lata in cauſa poſſeſſionis momentanea eſt ſublata appellatio, q.17.lim.6.num.1.& latius memb.3.num.3. Et quare ſit ſublata, ſub num 6.verſ.ſecunda ratio. Et eſt, ſublata etiam ex conſtitutione ægidiana, n.8. Quæ conſtitutio habet locum in toto ſtatu, & terris Eccleſiæ, n.9. Secus quoad loca, quæ ſunt extra terras Eccleſiæ, nu.10. Et ſeruatur eadem conſtitutio etiam inter non immediate ſubiectos Eccleſiæ Romanæ, dummodo litigent in Curia num.11. Et ſeruatur in quolibet poſſeſſorio, numer.12. Et praxis obſeruat, vt victor eam repetat in actis, numer.13. Datur tamen appellatio, & non ſeruatur conſtitutio ægidiana in cauſis beneficialibus, vel alias eccleſiaſticis, n 14. Et quid inter perſonas eccleſiaſticas, num.15.& ſeqq. Neque ſeruatur, vbi extant ſtatuta particularia, num.19. Appellatio in momentanea poſſeſſione non datur ad effectum ſuſpenſiuum num.20. Et quid ſi appellatus in prima inſtantia appellet in ſecunda, numer.21. Et quando detur etiam ad effectum ſuſpenſiuum, nu.26. Non datur etiam in quaſi poſſeſſione rerum incorporalium, nu.28.& ſeqq. Neque in feudis, num.31 & memb.9.numer.112. Neque datur fiſco, d.memb.3.num.32. Neque minori, num.33. Neque alteri perſonę priuilegiatæ, num.34. Et denegatur generaliter in qualibet ſpecie poſſeſſionis, ſiue ſit adipiſcendæ ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ, nu.35. Quando detur appellatio, vide infra verſ.appellatio.

A ſententia cuiuſque interdicti poſſeſſorii regulariter denegatur appellatio In interdicto adipiſcēdæ, vide in verbo. Adipiſcenda, & in verbo. Hæres, verſ.à ſententia. In interdicto retinendæ, vide in verbo. Retinenda. In interdicto recuperandæ, vide in verbo. Recuperanda, & in verbo. Spolium. Quando tamen non denegetur, vide infra verſ.appellatio.

In ſummario poſſeſſorio denegatur appellatio, qu 17.lim.6.memb.2.num.1.& ſeqq.& memb.5.in fine num.8. Etiam quoad effectum deuolutiuum, eod memb.2.ſub n.1.& 3. Et quoad effectum ſuſpenſiuum denegatur etiam de iure canonico, num.4. Sed non quoad deuolutiuum, num.40. Et quid in Regno Franciæ, num.41. Datur tamen appellatio etiam in poſſeſſorio ſummario ab inordinato proceſſu, d.limit 6.memb.7.num.131. & d.memb.2.num.33. & 34

A præcepto, ne quis accedat, ſeu non moleſtet aliquem, ſeu, vt quis manuteneatur in poſſeſſione in ſummariſſimo poſſeſſorio, non datur appellatio, d.memb.2.ſub nu.1

A poſſeſſione decreta per modum prouiſionis, ne partes veniant ad arma, non datur appellatio, q.17.limit.6.memb.6.ſub num.14

Statutum permittens appellari ſemel in cauſis poſſeſſoriis, quomodo ſit intelligandum, q.17.lim.6.membr.4.nu.23. & ſub num.30

Ab obſeruatione iudicii in cauſa poſſeſſoria an detur appellatio, vide in verbo. Obſeruatio iudicij.

In

Digitized by Google

In poſſeſſione bonorum an, & quando detur appellatio, vide in verbo. Bonorum poſſeſſio.

Appellatio à ſententia, lata ſuper poſſeſſorio, non ſuſpendit litem ſuper petitorio, qu. 17. limit. 47. memb. 2. nu. 21

Appellatio in cauſa poſſeſſoria datur de iure canonico, q. 17. lim. 6. memb. 7. num. 1. & 2. Etiam in cauſa ſpolii, num. 3. Et quid in foro ſeculari, & terris Eccleſiæ, nu. 4. Notorio tamen ſpoliatori etiam de iure canonico non datur nu. 5. & 6 Dummodo ſit notorietas ſiue excuſatione, nu. 7. Et appellatio ſine expreſſione legitimæ cauſæ, num. 8. Datur demum appellatio de iure canonico in quolibet poſſeſſorio, nu. 9. Et ſine controuerſia ad effectum deuolutiuum, num. 10. Datur etiam ad effectum ſuſpenſiuum, num. 11. Præterquam in poſſeſſione ex l. fin. C. de edic. diu. adr. toll. num. 12. Et in tantum poteſt de iure canonico appellari ad effectum ſuſpenſiuum, vt pendentia termini ad appellandum ſuſpendat, num. 13. An detur appellatio de iure canonico, quando non exprimitur cauſa, numer. 14. Et quibus in locis, & in rebus ſeruetur ius canonicum, & in quibus non ſeruetur agendo de facultate appellandi, num. 15

In cauſa poſſeſſoria poteſt etiam de iure ciuili appellari ad effectum deuolutiuum, n. 16. & ſeqq. & nu. 22. Et quid in loco, vbi ſtatutum prohibeat appellationem in cauſis poſſeſſoriis, nu. 25. ſeqq. Et quid ſi appellatio ſit prohibita ſub pœna, num. 27

Ab interlocutoria an, & quando ſit prohibita appellatio in cauſa poſſeſſoria, q. 17. lim. 6. memb. 7. num. 28. & ſeqq. & num. 36. & ſeqq & ſub num. 39. verſ. limita, & num. 40. & ſeqq. & ſub nu. 73. ſubreſtr. 3. & n. 74. & 136. & ſeqq.

Prohibita appellatione ab interlocutoria in cauſa poſſeſſoria, intelligitur prohibita ad vtrumque effectum, qu. 17. lim. 6. memb. 7. ſub num. 74. verſ. amplia.

In ficta poſſeſſione datur appellatio, q 17. lim. 6. memb. 9. n. 114. & 115 Et quando non datur, nu. 124. & ſeqq & dixi in verbo. Hæres, verſ. à ſententia in fine.

Datur appellatio, ſi ita conſuetudo, vel ſtatutum diſponat, quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. num 82. Si pars conſentiat appellationi, num 83. & ſeqq. Si exprimatur iuſta cauſa, nu. 130 & ſeqq. Si peruerteretur ordo, num. 113. & ſeqq Si appellans offerat, ſe incontinenti iuſtificaturum appellationem, num. 133. Datur etiam, quoad tertium num. 134. Quando eſſe dubium de admittenda, num. 135. A ſententia negatiua contra actorem, &c. num. 136. Quando grauamen non poſſet reparari in petitorio, num. 137. Quando ſententia continet mixturam, nu. 138. Quando appellatur extraiudicialiter, num. 139

A ſententia lata in cauſa poſſeſſoria datur appellatio, ſi contineat grauamen, quod non poſſit reparari in petitorio, q. 17. lim. 6. memb. 8. nu. 1. Etiam ſi poſſit reparari ſed non in toto, ſeu plene, nu. 2. Seu non poſſit reparari, niſi cum magna difficultate. num 3. & ſeqq. num. 9 & ſeqq.

Statutum, permittens appellari in cauſis poſſeſſoriis, &c. vide in verbo, Statutum.

Clauſula (appellatione remota) in reſcripto iudicii poſſeſſorii, quid operetur, q. 17. lim 6. memb. 7. num. 141

Poſſeſſorii cumulatio, vide in verbo Petitorium.

In poſſeſſorio iuris datur appellatio, quæſt. 17. lim. 6. memb. 9. num. 85

Poſſeſſor mere naturalis, ſeu facti poteſt appellare, qu. 17. lim. 6. memb 8. num. 23

Tertius poſſeſſor, &c. vide in verbo. Tertius.

¶ Cauſa poſſeſſionis nihil habet commune cum cauſa proprietatis, q. 17. lim. 2. ſub num 65

Poſſeſſio ex primo decreto in actione perſonali eſt quædam nuda detentio, quæſt. 17. lim. 6. membr. 4. ſub nu. 123. verſ. imò.

Poſſeſſio amittitur multipliciter q. 17. lim 6. memb. 6. in fine ſub num. 80. verſ. nota.

Poſſeſſionis cauſa eſt præiudicialis, ideoque prius terminanda, q. 17. lim. 6. memb. 7. ſub num. 127. verſ. ſecundus.

Poſſeſſio bonorum differt à bonorum poſſeſſione, qu. 17. lim. 6 memb 9 num. 58

Poſſeſſiones iuris quæ ſint, q. 17 lim. 6. membr. 9. nu 85

Poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem, quæſt. 17. lim. 6. memb. 9. num 116. Etiam ſi hæres adeat hæreditatem, nu. 117 Etiam ſi hæres ipſo iure acquireret dominium, n. 118 Nec tranſit poſſeſſio ciuilis, num. 119

Vbi iudex in ſummariſſimo poſſeſſorio pronuntiauerit, alterum ex contendentibus eſſe in poſſeſſione, non poteſt hanc pronunciationem reuocare, q. 17. limit. 47. memb 1. n. 58. in fine, & n. 65. & vide in verbo. Reuocare.

Poſſeſſio momentanea quæ dicatur, qu. 17. lim. 6. membr. 3. n. 2. & ſub n. 3. verſ. ſed omnes.

Orta controuerſia de adipiſcenda, vel retinenda poſſeſſione inter plures, & ex controuerſia orta ſuſpicione, ne partes veniant ad arma quomodo iudex prouidere debeat, q. 17. lim. 6. memb. 1. n. 10. & ſeqq n. 18. & ſeqq. in quibus agitur de ſequeſtranda poſſeſſione.

Poſſeſſor non debet priuari poſſeſſione dum diſputatur de validitate inſtrumenti, cuius vigore ſtat in poſſeſſione, q. 19. rem. 1. concl. 5. num. 21

Poſſeſſor, qui non interuenit in cauſa, an, & quando poſſit impedire executionem, q. 17 lim. 6 memb. 4. n. 51. & ſeqq. & vide in verbo. Tertius.

Tertio poſſeſſori, ignoranti cauſam agi, non præiudicat ſententia inter alios lata, q. 17 lim. 6 memb. 4 n. 56. Et quid ſi non ignorauit, nu. 57. & 75

Executio contra tertium poſſeſſorem, ſi ſit probatum, quod victus in ſententia eſt dominus quomodo fiat, qu. 17. lim. 6. memb. 4 num. 60. & ſeq.

Poſſeſſor debet manuteneri, vide in verbo, Manutenere.

Poſſeſſorium interdictum diuiditur in multas ſpecies, & quæ ſint, q. 17. lim. 6. memb 1. n. 2. & ſeqq.

Summarium poſſeſſorium eſt ſemper momentaneum, & habet locum tam in retinenda, quam in adipiſcenda, dict. memb. 1. n 3. & memb. 2. n. 9 & memb. 4. n. 10. Et vocatur diuerſis nominibus, d. memb. 1. nu. 56. Et quod ſit, n. 59. & d. memb. 2. n 9. & ſeqq.

Ordinarium poſſeſſorium diuiditur in tres ſpecies, & quæ ſint, d. lim 6. memb. 1. n. 4. & ſeqq. Et quod ſit, n 60

Adipiſcendæ poſſeſſionis, retinendæ, & recuperandæ ſunt tres ſpecies poſſeſſorii. & qui de eis ſcripſerint, d. membr. 1. num. 7. & ſeqq.

Adipiſcendæ poſſeſſionis interdicta ſunt ſeptem, & quæ, eod membr. primo, numer. 10. & ſeq. Et explicantur, nu. 64. & ſeqq.

Retinendæ interdicta ſunt octo, &, quæ, eod. memb. 1. n. 18. & ſeqq. Et explicantur, num. 81. & ſeqq.

Recuperandæ interdicta ſunt circa triginta, & quæ, eod. memb. 1. n 26. & ſeqq. Et agitur de eis, nu. 79

Momentaneum poſſeſſorium quod dicatur, eod. membr. 1. numero 61

Perpetuum, num 62

Mixtum, nu. 63. Et quæ poſſeſſoria non ſint mixta, quamuis contineant mixturam tituli, & proprietatis, ead. q. 17. limit. 6. memb. 9. num. 109 & 110

Quot remedia poſſeſſoria ſint inuenta à iure canonico, eod. memb. 1 num. 83

Quando dicatur intentatum poſſeſſorium ordinarium retinendæ, vel ſummarium, qu. 17. lim. 6. memb. 2 in fine, ſub num. 41

In ſummario poſſeſſorio iudex debet interloqui cum clauſula præſeruatiua iurium partis, qu. 17. lim. 6. memb. 4. ſub num. 6. verſ. ratio, & n. 10. & ſub n. 18

Precarium.

¶ Finito præcario, ſi non dimittatur poſſeſſio, poteſt agi de ſpolio q. 16. lim 6 memb. 6. nu. 49

Præcedentia.

A ſententia lata inter mulieres, contendentes de præcedentia in ſeſſione, & oblatione in eccleſia, non datur appellatio. q. 17. lim. 6. memb. 2. n. 37. Similiter à ſententia Epiſcopi ſuper præcedentia, &c. n. 38

Præceptum.

A præcepto facto ſine cauſæ cognitione poteſt appellari, etiam poſt lapſos decem dies, quæſt. 12. nu. 160. Vbi etiam limitatur.

A præcepto executiuo non datur appellatio, quæſt. 17. lim. 9 num. 6

¶ Præceptum factum in confeſſum, ſeu conuictum, vt ſoluat, quando habeat vim diffinitiuæ, ſeu ſit diffinitiua, & quando ſit mera interlocutoria, quæſt. 17. lim. 47. memb. 1. nu. 187.

187.& 188.Et non poteſt reuocari,quæſt.19.rem.1.concl.6 num.32.in fine.

Præfectus, & Præfectus prætorio.

A Præfecto Ægypti appellatur, q 16.num.10.Et appellatur ad Illuſtrem, q.8.num.5

Ab his, qui cognoſcunt vice Præfectorum,appellatur,q.16.num.9.& 14

A Præfecto prætorio Auguſtali appellatur, q.16 nu.10

A ſententia Præfecti prætorio non appellatur, quæſt.16.lim.7.num.1

Præfectus eſt minor Conſule,q.2.n 23. Quoad dignitatem, ſed non quoad adminiſtrationem, nu.30

Præfectus Ægypti eſt Spectabilis. q.8.ſub nu.1.& 4

Imperator hodie non habet in Curia Præfectum prætorio, q.8.num.11.& q 16.lim.9.num.3

Qui iudices habeantur pro Præfecto prætorio, quæſt.16 limit.9.num.3

Præiudiciale.

¶ Articulus præiudicialis,etiam ſi ſit emergens,debet expediri prius,quam negocium principale, q.17.lim.47.membr.1.num 98.& memb.2.ſub n.10.verſ.ſecundo.

Prælatus.

Prælatus depoſitus poteſt, appellatione pendente, exercere ſuam iuriſdictionem,q.3.ſub num.27

A prælato ſubdito Archidiaconi poteſt appellari ad Epiſcopum,vel ad Papam,omiſſo Archidiacono,q.7.n 106

A prælato regulari an, & ad quem poſſit appellari, qu.8.ſub num.110 verſ.à prælato.

Si prælatus habeat feudum à Domino ſeculari, appellabitur a Prælato ad illum Dominum ſecularem, q.8.n.92

Prælatus Eccleſiæ an, & quando poſſit renonciare appellationi,vide in verbo. Renuntiatio,verſ.procurator.

Reliqua vide in verbo.Archidiaconus.Epiſcopus.Archiepiſcopus,&c.

¶ Prælatus regularis poteſt ipſe ſolus corrigere ſubditum, q.8.lim.26.num 10

Prælati Eccleſiaſtici iudicant vti ſeculares in feudis, quæ tenent a ſæcularibus,q.8.ſub nu.92.verſ.ratio.Et quomodo ſedeant in Conſilijs,& Parlamentis regis,&c.eod.nu.93.cum ſeq.

Prælatus cognoſcit cauſam criminalem contra clericum etiam ſi agatur de feudo,&c.q.8.ſub num.92.declar.2

Præpoſitus, vide in verbo. Ioannes Ant.

Præſcriptio.

Poteſt præſcribi,quod appellatio,omiſſo medio, valeat, qu.7.num.94.

A reiecta præſcriptionis exceptione datur appellatio,qu.17.lim.47.memb.1.ſub num 95

Appellatio interlocutoria ſuper præſcriptione ſuſpendit iuriſdictionem in tota cauſa,quæſt.17.lim.47.membr.2.numer.6

¶ Spatio triginta annorum præſcribitur omnis actio, & ius agendi de nullitate,q 17.lim.1.num.10

Exceptio præſcriptionis poteſt opponi dupliciter,q.17.limit.6.memb.7.ſub n.148.verſ.explica.

Quot ſunt annuæ ſolutiones, ſeu termini, tot requiruntur præſcriptiones,d.lim 6,memb 9.ſub num.17. verſic. confirmatur.

Exceptio præſumptionis an, & quando ſit admittenda in cauſa poſſeſſoria,ead.lim.6.memb.7.n.128.& in ſpecie in verſ.explica.

Præſentia iudicis.

Appellatio an, & quando ſit interponenda in præſentia iudicis vide in verbo Iudex.

Præſes.

A Præſide appellatur.q.16.n.6.Et appellatur ad ſpectabilem, q 8.n.1.Etiam ſi Præſes eſſet Dux, nu.2

A Vicarijs ſubiectis Præſidi prouinciæ appellatur ad Præſidem,q.8 num.84

A Præſide Prouinciæ in Regno Neapolitano, appellatur ad Magnam Curiam,ſeu ſacrum Conſilium, q.8.num.110.in fine.

A Præſidibus Cameræ Apoſtolicæ appellatur ad ipſam Cameram q 8.num.145.in fine,148 & 149

A Præſide Doanarum, & graſciæ appellatur ad Cameram, qu 8.num.148

A Præſide Ripæ, & Ripettæ appellatur ad Cameram,qu.8.num.149

¶ Præſes eſt clariſſimus,quæſt.8.ſub nu.primo.Et eſt inferior Duce, num.2

Præſides Cameræ Apoſtolicæ, proferunt ſententias ſine voto Cameræ, q.8.ſub num.145.verſ.nota.

Præſumptio.

Condemnatur ex præſumptione iuris,& de iure non appellat, q.17.lim.4.num.87.& 86

Prætor, ſeu poteſtas.

A Lucenſi Prætore in cauſis appellabilibus appellatur ad Rotam Lucenſem,q 2.ſub n.24. Sed in cauſis non appellabilibus poſſet ſolum recurri ad Conſilium Generale, q.8.ſub num 129.verſ.ſed hoc.

A ſententijs criminalibus, continentibus pœnam corporalem, & latis à Prætore Lucenſi,non datur appellatio,qu.17.lim.ſub num.18

A prætoribus Vrbano, & Peregrino appellatur,num.8

¶ Prætor Lucenſis eſt in eminentiori, digniorique poteſtate, quam ſit Rota,q.2.num.24

Prætor,ſeu Poteſtas Piſanus eſt dignior Capitaneo,ibid.

Præuenire in committendo cauſam.

Appellatus non poteſt præuenire appellantem,vt contra eũ, non eligentem iudicem,procedatur per audientiam contradictarum,q.9.nu.3.Nec poteſt eum præuenire in committenda cauſa appellationis ſi appellanti ſit præfixus terminus ad proſequendum cauſam appellationis,qu.14.ſub num.17.& q.15.num.240

Appellatus in curia poteſt præuenire appellantem in committendo cauſam appellationis, qu.14.num.46. Non tamen poteſt præuenire, ſi ei daretur iudex,quem eligeret, ſub eod numer.36.verſ.infero. Nec poteſt præuenire, ſi committeret non vt appellatus, ſed vt appellans, ſub nu.47 declar.1

Appellatus extra Curiam non poteſt præuenire appellãtem in committendo cauſam appellationis, q.14.ſub num.46.verſ.ſecus. Et præueniendo, debet facere mentionem in commiſſione de termino,appellanti præfixo,n.52. Quod nullus præfixus ſit terminus, poteſt, præueniendo impetrare,nulla etiam facta mentione de termino legali,dummodo nimium non feſtinet, nu.56.& 57.Vbi declaratur, quæ dicatur nimia feſtinatio.

Non ſolum appellatus non poteſt præueniendo impetrare iudicem, quando eſt appellanti præfixus breuior terminus, ſed neque poteſt ipſe appellans, q.14.n.54.& 45

A præuentionis exceptione non admiſſa datur appellatio, q.17.lim.47.memb.1.num.103

Contumax non allegat præuentionem,qu.17.lim.47.memb.3.num 9.verſ.finem.

Præuentionis exceptione non oppoſita,proceſſus, & ſententia tenent, q.19.rem.1.concl.num.55

Primas.

Ab Archiepiſcopo appellatur ad Primatem,qu.8.ſub n.97

A Primate appellatur ad Papam,vel ad Legatum, q.8.n.99

¶ Primates habent iuriſdictionem ordinariam, q.19.rem.1.concluſ.6.num 80

Princeps.

A Principe, non recognoſcente ſuperiorem, prohibetur appellatio,q.16.lim.1.num.1.& ſeqq.Et prohibetur tam ſuſpenſiua quam deuolutiua,n.117.Et quando poſſit appellari ad Papam, num.126

A Vicario Principis appellatur ad Principem,quæſt.8.num.84.& 130

Princeps an poſſit per reſcriptum tollere appellationem,qu.16.lim.2.numer 21.& ſeqq.Et qui veniant ſub nomine Principis,nu.110.& ſeqq.

A Delegato Principis appellatur ad Principem, vide in verbo. Delegatus.

Reliqua de appellatione à ſententia Principis, vide in verb. Papa & in verbo. Imperator.

¶ Qui dicatur princeps in materia legis vnicæ,C.quan.imper.&c.q.7.ſub num.11. verſ.declara.

Vaſallus non debet ad conſequendam iuſtitiam venire ad principem per ſaltum,q.7.ſub num.2. & ſub num.33

Princeps debet eſſe vnus,q.8.ſub n.167.Princeps eſt ſolutus legibus,q.19.rem.1.concl.2.ſub num.27. verſ.ratio.

Non

Digitized by Google

Non præſumitur, quod Princeps voluerit vti plenitudine poteſtatis, d. concl. 2. numer. 30. Niſi quandu actus peccaret in totum quoad formam iuris, num. 31

Principale.

Appellabilitas ſententiæ pendet ab eo, quod agitur principaliter, & non ab eo, quod venit incidenter, qu. 17. limit. 6. memb. 9. ſub num. 68

Quod principaliter agitur, attenditur, non quod venit in conſequentiam, d. memb. 9. num. 67. & 68

Principalis.

Principalis poteſt appellare, ſi non appellat procurator, qu. 5. num. 39

Priuilegiatus, & priuilegium.

Si appellatus efficiatur priuilegiatus ita vt durante priuilegio non poſſit citari, appellanti non currunt fatalia, quæſt. 15 num 64

Priuilegium, quod poſſit appellari, omiſſo medio, eſt validum, qu 7. num. 97

Priuilegiatus naturaliter, & priuilegiatus accidentaliter, qui dicantur, qu. 7. ſub num. 128. ſubreſtr. 1

Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum, q. 7. n. 128. Secus eſt quando vnus priuilegiatus naturaliter, & alter accidentaliter, ſub eod. num. 128. ſubreſtr. 1. Aut vnus inſiſtit iuri communi, ſub eod. num. 128. ſubreſtr. 2. Aut vnus eſt magis priuilegiatus altero, num. 129.

Renunciare non poteſt priuilegio, dato cauſa miſerationis, q. 7. ſub num. 115

Priuilegium miſerabilium perſonarum in earum cauſis extenditur ad litiſconſortes, qu. 7 n. 122. Reſtringitur, n. 133

Priuilegium legis vnicæ, C. quan. imper. &c. non datur inter ipſos priuilegiatos, qu. 7. num. 128. Limitatur multipliciter, ibidem num. 129

Priuilegium de legis vnicæ an competat Eccleſiæ, q. 7. num. 130. An vniuerſitati, & communitati, ſub eod. num. 120. verſ. extende. Competit, etiam monialibus, vide in verbo. Moniales Competit etiam Virgini per vim defloratæ, ſub eod. nu. 103. in fine. An competat perſonis miſerabilibus conuentis ex delicto ead. q. 7. numer. 132. Non competit obligatis in forma Cameræ num. 134. De conſuetudine non ſeruatur in Camera Imperiali, num. 136

Priuilegium naturale præfertur priuilegio accidentali, q. 7. ſub num. 128. ſubreſtr. 1. & ſubreſtr. 2

Reliqua vide in verbo. vidua, & in verbo. Miſerabilis.

Priuilegium conceſſum iudici ordinario, an tranſeat in eius ſubſtitutum, q. 8. ſub num. 125. verſ. contra.

Probabilis cauſa

Appellatio ex probabili, & rationabili cauſa debet admitti etiam in cauſa, in qua ſit prohibitum appellari, qu. 17. lim. 4. num. 47. & ſeqq.

Probabiles, & veriſimiles cauſæ appellandi quæ ſint, qu. 17. lim. 4. nu. 48. & generaliter, ſub nu. 49. verſ. & loquendo.

Probatio.

Probationes, omiſſæ in prima inſtantia poſſunt fieri, & ſuppleri in cauſa appellationis, qu. 3. ſub num. 1. verſ. facit, & latius, quæſt. 11. num 84. & ſeqq. & num. 87. vbi aliud dicitur in appellatione ab interlocutoria.

Appellans, quæ teneatur probare in cauſa appellationis qu. 11. num. 60. & ſeqq. & num. 83. & q. 20. nu. & ſeqq.

Quando appellatio dicatur iuſtificata eo ipſo, quod eſt appellatum à non admiſſa exceptione, & ideo appellans non teneatur aliud probare, q. 11. num. 63. & ſeqq.

Oblatio probationis incontinenti iuſtificat appellationem interpoſitam à non admiſſa exceptione, q. 11. num. 68. & ſeqq. Et quando non iuſtificet, num. 72. & ſeqq. & nu. 79. Vbi declaratur incontinenti oblata.

Quando probationes in cauſa appellationis recipi non poſſint, & ideò inutiliter offeratur probatio incontinenti, qu. 11. nu. 72 & ſeqq.

In cauſa appellationis à diffinitiua admittuntur nouæ probationes, q. 11. ſub num 84 & ſeqq. & n. 192. & ſeqq.

Secus in interlocutoria, quia debet iuſtificari ex eiſdem actis num. 87. & ſeqq. Fallit vt in num. 92. & ſeqq.

Ab admiſſione probationum omnino impertinentium in cauſa poſſeſſoria non datur appellatio, quæſt. 17. limit. 6. memb. 7. num. 46

In proſecutione appellationis is tenetur probare, qui tenetur in prima inſtantia, quæſt. 20. num. 23

¶ Pars non tenetur recipere probationes alterius partis, qu. 11. num. 74

Executor merus non tenetur recipere probationes, qu. 11. num. 73

Oblatio probationis incontinenti ſi ſit verbalis, &c. quæſt. 11. num. 79

Probationes ſunt recipiendæ antequam feratur ſententia, q. 17. lim. 6. memb. 7. ſub num. 116. exempl. 2

Proceres.

A fideliſſimis Proceribus non dabatur appellatio, q. 8. nu. 9. & q. 16. lim. 1. ſub num. 117. extenſ. 8

A Spectabili quando appellaretur ad Auditorium fideliſſimorum procerum, quæſt. 8. ſub num. 8

Proceſſus, & procedere.

Proceſſus, factus coram Papa in cauſa appellationis interpoſitæ à ſententia eius ſubdelegati, valet, q. 7. num. 65

Factus poſt inhibitionem eſt nullus, etiam ſi appellans renuntiauerit appellationi, quæſt. 7. ſub num. 28. verſic. nec obijciatur, & verſ. quia.

Factus à delegato Epiſcopi in cauſa appellationis interpoſitæ à ſententia Vicarij, partibus ſcientibus, an ſit validus, quæſt. 8. num. 82

Proceſſus in cauſa appellationis quot, & quibus terminis expleatur, q. 11. num. 58. & 59

Publicato proceſſu in prima inſtantia, an, & quando poſſint examinari teſtes in cauſa appellationis, qu. 11. num 103. & ſeqq. Et an vltra publicationem requiratur ſcientia teſtificatorum, d. num. 103. 105. 108. & ſeqq.

Si iudex, non obſtante exceptione, iniuſte pronuntiat, procedendum eſſe ad vlteriora datur appellatio, quæſt 17. limit. 47. memb. primo, num. 94. Siue exceptio oppoſita ſit dilatoria, ſiue peremptoria, num. 95. & hoc ſi pronuntiet in ſecunda inſtantia, reuocando contrariam interlocutoriam de non procedendo, eſt verum etiam ſtante ſtatuto, quod ab interlocutoria detur appellatio, numero 109. & ſeqq. & numer. 227. & ſeqq. in quibus de ſtatuto Lucenſe.

Si iudex pronuntiat, non eſſe procedendum ad vlteriora, datur appellatio, quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. numer. 109. 171 & 190

¶ Proceſſus nomine an, & quando veniat ſententia, q. 16. lim. 1. num. 67. & 68

Proceſſus factus à iudice allegato ſuſpecto an, & quando ſit nullus, quæſt. 14. num. 62

Factus contra impedimentum comparare, conſtituto iudici de legitimo impedimento, eſt nullus, q. 17. lim. 47. memb. 1. ſub num 15. Secus ſi impedimentum ignoretur, nu. 16

Factus à delegato priuſquam haberet exercitium iuriſdictionis, eſt inualidus, & non confirmatur per ſuperuenientiam exercitij iuriſdictionis, qu. 5. ſub num. 27. verſ. moueor primo.

Factus per audientiam contradictarum, non docto de abſentia aduerſarij, ſuſtinetur, ſi poſtea conſtet, quod vere erat abſens qu. 5. ſub nu. 27. verſ. in ſimili.

Factus à iudice incompetenti an, & quando ſit validus, vide in verbo. Competens.

Proceſſus, quando ex ordine non ſeruato ſit nullus, vide in verbo. Ordo, & in verbo. Cognitio.

Iudex propter imminens periculum poteſt exequi, & deinde formare proceſſum, q. 17. lim 38. num. 6

Interlocutoria de procedendo ad vlteriora non habet vim diffinitiuæ, & poteſt reuocari, quæſt. 17. lim. 47. membr. ſub num. 120

Interlocutoria de non procedendo habet vim diffinitiuæ, præſertim ſi ſit fundata in exceptione peremptoria, & reuocari non poteſt, q. 17. memb. 1. num. 120. & 190. & q. 19. rem. 1. concl. 6. num. 40. Contrarium, ſub num. 27

Proconſul.

A Proconſule Auguſtali appellabatur ad illuſtrem, q. 8. nu. 5

A Proconſulibus appellatur q. 16. nu. 9

¶ Proconſul Auguſtalis eſt Spectabilis, q 8. ſub num. 4

Procurator.

Procurator habens mandatum generale ad lites, poteſt appellare q. 5 num. 20. Et quod mandatum ſufficiat, nu. 18. & ſeqq. Non poteſt appellare, ſi dominus ceſſerit liti,

Et quid ſi dominus ex appellatione poſſet incidere in pœnam, num. 16. & ſub numer. 28. reſtrict. 4 quæſt. 17. lim. 6. memb. 4. num. 8

Tenetur appellare, q. 5. nu. 12. Si omiſerit appellare tenetur domino, num. 21. Reſtringitur nu. 22. & ſeqq.

Non tenetur proſequi appellationem, q. 5 ſub num. 12. verſ. contra. Imò ſi veller, non poſſet, ſub eod. n. 12. verſ. extende. Reſtringitur, & declaratur ſub eod. num. 12. verſ. reſtringe, & verſ. tempora. & n. 13. 14. 16. & 17

Licet non teneatur proſequi appellationem, tamen tenetur denuntiare domino, q. 5. n. 13

Si litem conteſtatus eſt, poteſt ſubſtituere procuratorem ad appellandum, q. 5. n. 19

Conſtitutus ad præſentandum aliquem Epiſcopo ad aliquod officium, vel ad petendum beneficium, poteſt appellare, q. 5 num. 23

Ad agendum, defendendum, & appellandum, tenetur appellare non ſolum a prima ſententia, ſed etiam à ſecunda, q. 5. ſub num. 24 verſ. ſubextende.

Reuocatus non poteſt appellare, q. 5. num. 25

Si non habet mandatum ſufficiens, non poteſt appellare, q. 5. numer. 26. Neque conualidatur appellatio per ſuperuenientiam mandati ſufficiens, num. 27

In cauſis executiua poteſt appellare ſine ſpeciali mandato, q. 5. ſub num. 28 reſtrict. 4. Item a ſententia immiſſionis in poſſeſſionem, ſub eod. num 28 verſ. amplia & q. 17. lim. 6. memb. 4. num. 8 in fine.

In rem propriam, an teneatur proſequi appellationem, qu. 5. num. 14

Appellat nomine procuratorio, & quando poſſit appellare proprio nomine, q 5. num. 24

Si bona fide omiſerit appellare, vel quia ex legitima cauſa fuerit abſens; an principalis poſſit appellare, quæſt 12. nu. 137. & ſeqq.

Licet non poſſit renuntiare expreſſe appellationi, poteſt tamen tacite, q. 13. num. 119

Qui omittit appellare, tenetur domino, quæſt. 12. num. 124. Et omittendo dolo, per fraudem, & colludendo, an præiudicet domino, num 129. & ſeqq.

Si eius dolo, vel negligentia eſt deſerta appellatio, tenetur ad intereſſe, q. 15. num. 136

Contumaci procuratoris in non appellando an, & quando præiudicet principali vide in verbo Contumacia.

Procuratoris diligentia, vide in verbo. Diligentia.

A Procuratore Cæſaris appellatur, q. 16. num. 13

Procuratoris confeſſio non impedit appellationem, qu. 17. lim. 4. num. 67. & ſeqq.

Si iudex pronuntiat, procuratorem eſſe, vel non eſſe legitimum datur appellatio etiam de iure ciuili, quæſt. 17. lim. 6. memb. 7 num 67

¶ Procuratori nunquam cenſetur mandatum, vt delinquat, q. 17. lim. 3 num. 8. in fine.

Procurator poteſt facere incidere principalem in præiudicialia, quæ poſſunt eſſe ſine delicto, q. 12. num. 121

Finita inſtantia, non cenſetur procurator, ſed principalis, qu. 11. ſub num. 188. declar. 2

Facilius eruitur claua de manu Herculis, quam recuperetur aliquid à procuratoribus, q. 12. ſub num 126. verſ. ratio.

Iudex vbi pronuntiauerit, procuratorem eſſe legitimum, & ſubſequenter cum eo fuerit lis conteſtata, non poteſt deinde hanc interlocutoriam reuocare, quæſt. 17. lim. 47. memb. 1. num. 59

Pauperum procurator, vide in verbo. Pauper.

Proditor.

Proditores Principis, aut Reipub. non appellant, q. 17. lim 4. num. 61. Secus ſi exprimatur cauſa rationabilis, nu. 84

Productio actorum, vide in verbo. Acta.

Prohibere, & non prohibere appellationem.

Appellatio qua ratione eſſet prohibenda, & qua ratione non prohibeatur, q 17 num. 2. & 3

Appellatio quandoque prohibetur perſonis litigantibus, de quibus in q. 5. num. 75 & ſeqq. & num. 94. & ſeqq & generaliter omnibus his, qui non poſſunt ſtare in iudicantium, & de his, qu. 16. lim 1 & ſeqq. Quandoque ex natura cauſarum, & de his, q 17. lim. 1. & ſeqq.

Prohibita appellatione, non eſt prohibita adhæſio appellationi aduerſarij quæſt. 17. lim 1. numer. 52 & 50. Contrarium in Regno Franciæ, numer 53. Et quando appellatio eſt in parte, & partibus, &c. num. 54

Appellatione prohibita, non cenſetur prohibita appellatio extraiudicialis, q. 1. ſub num. 8

Prohibita appellatione, contumax poteſt ſimul declarari, & condemnari, alias non, q. 5 ſub num. 9. verſ. infero, ſol. 65

Quilibet non recognoſcit ſuperiorem an poſſit prohibere appellationem, quæſt 16 lim. 1 numer. 110. 113 & 114 & ſub num. 116. ſubreſtr. 3. Et qui ſint hi, qui non recognoſcunt ſuperiorem, num. 111

Appellatio quando ſit prohibita ad effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, quando ad effectum ſuſpenſiuum tantum, quæſt. 17. lim 1. num. 14

Appellatione prohibita ob excellentiam iudicis, cenſetur prohibita tam ſuſpenſiua, quam deuolutiua, q. 16. lim. 24. num. 2. & q. 17. lim. 1 ſub n. 14. verſ. ſecus

Appellatio regulariter non eſt prohibita, ſed eſt permiſſa à qualibet ſententia, q. 17. num. 1. & ſeqq. Et ideò qui aliter dicit, tenetur oſtendere, num. 4

Prohibita, & permiſſa appellatione, attenditur permiſſio, q. 16. lim. 24. num. 23

Prohibita appellatione, non cenſetur prohibita, ſi exprimatur rationabilis, & probabilis cauſa, quæſt. 17. lim. 4. num. 47. & latiua num. 84

Appellatione non prohibita, ad neutrum effectum intelligitur prohibita, q. 17. lim. 6. memb 3 num. 26

Appellatione prohibita, cenſetur prohibita ad vtrumque effectum, q. 17. lim. 6. memb. 4. ſub num. 37. verſ. contra iſtam, & memb. 7. ſub num. 74 verſ. amplia.

Appellatione prohibita, an, & quando cenſeatur prohibita etiam tertio, vide in verbo Tertius

Prohibita appellatione à ſententia, intelligitur de ſententia diffinitiua, quæſt. 17. lim. 6. memb. 7. numer. 30. Et quid de interlocutoria, num. 33 35. & ſeqq

Prohibita appellatione in cauſa, intelligitur prohibita tam à diffinitiua, quam ab interlocutoria, qu. 17. lim. 6. memb. 7. ſub num. 35. verſ. tamen & num. 37

Prohibita appellatione in aliqua cauſa, non intelligitur prohibita ſi procedatur inordinate, q. 17. lim. 47. memb. 1. nu. 128. Si ſententia ſit euidenter iniqua, vide in verb. Iniquitas, Si ſit euidenter iniuſta, vide in verb. Iniuſta. Si ſit lata per iniuriam, ſeu dolus iudicis vide in verbo. Dolus. In ſententia interlocutoria, vide in verbo. Interlocutoria, verſ. prohibita. Si ſit lata ſuper inepto libello, vide in verbo libellus. Si appelletur de cōſenſu appellati, vide in verb. Conſenſus. Si iudex deferat appellationi in verbo. Delatio. Si in appellatione exprimatur iuſta cauſa, vide in verbo. Expreſſio. Si appellans offerat, ſe incontinenti iuſtificaturum appellationem, vide in verbo. Iuſtificatio. Si appellet tertius, vide in verbo. Tertius. Si ſententia ſit negatiua contra actorem, vide in verbo. Actor. verſ. actori.

In ſuprema Curijs Franciæ eſt prohibita appellatione, q 16. lim 14. num. 1

Prohibita appellatione in cauſis criminalibus, cenſetur prohibita inquiſito, fiſco, q. 17. lim. 49. num. 3

Prohibita appellatione, non eſt prohibita facultas dicendi de nullitate, q. 19. rem. 1 concl. 2. n. 1. & ſeqq. Declaratur, nu. 14. & ſeqq. Neque facultas petendi reſtitutionem in integrum, rem. 2. ſub num 1

Reliqua vide in verbo. Tollere.

¶ Prohibito vno, cenſetur prohibitum omne id, per quod deuenitur ad illud, quæſt. 17. lim. 10. num. 14

Proprie.

Appellatio proprie, quæ dicatur, q. 1. nu. 7. & 8. & q. 2. n. 33

Proprietas.

¶ Cauſa proprietatis trahit ad ſe cauſam poſſeſſionis, qu. 17. lim. 6. memb. 9. ſub nu. 1. verſ. ratio, & memb. 8. nu. 16

Propoſitum.

¶ Tantum operatur propoſitum in propoſito, quantum oppoſitum in oppoſito, q. 17. lim. 47. memb. 1. num. 114

Prorogatio fatalium, iuriſdictionis, & inſtantia.

Fatalia an, & quando poſſint prorogari, ſeu ſuſpendi facto, & conſenſu partium, quæſt. 15. num 105. & ſeqq. & num. 117 & ſeqq. Et quod partes poſſint prorogare, numero 188. Non tamen per modum duplicationis, aut alterius

mu. ti-

multiplicationis, numer. 189. Et poſſunt prorogare etiam tacitè, num. 190 Et etiam ſi fatalia ſint ſtatuaria, nu. 191. Et quid, ſi ſtatuta nolint, poſſe prorogari, nu. 192. Et quid, ſi prorogatio fatalium ſtatutorum excederet fatalia iuris communis, numer. 193. & 194. Et quid ſi non prorogent, ſed abbreuient, num. 195

Fatalia non poſſunt prorogari multis caſibus. Primus eſt, quando amplius non durant, q. 15. numer. 196. 197. & 226. Secundus, quando procurator non habet mandatum ſpeciale, num. 212. Tertius, ſi non fiat cum ſcriptura, nu. 213. Quartus ſi vellet prorogare iudex, nu. 214. Et quid in auditoribus Rotæ, nu. 220. & ſeqq.

Iudex non poteſt prorogare fatalia, q. 15. num. 214. & 220. & ſeqq. In quibus de auditoribus Rotæ.

Princeps, poteſt prorogare fatalia, q. 15. n. 228. Et dare facultatem iudici, vt poſſit prorogare, num. 229

Commiſſio prorogationis fatalium practicatur in Curia Rom. qu. 15. ſub nu. 229. Et quare ſit inuenta num. 230 Et ad eam impetrandam quid orator debeat narrare, n. 231. Et in ea neceſſaria non eſt citatio, ſed ſolum in eius præſentatione, num. 232

Commiſſio prorogationis fatalium quando dari debeat in Signatura gratiæ, & quando in Signatura iuſtitiæ, quæſt. 15. num. 238

Prima prorogatio fatalium datur ad annum, poſteriores vero ad ſex menſes, q. 15. num. 227

Ad impetrandam prorogationem fatalium quid Principi narrandum ſit, q. 15. num. 231

Data iudici facultate prorogandi fatalia, intelligitur non ſolum de vna vice, ſed de vlteriori vice, & an quid data cum clauſula (toties quoties) poſſint prorogari in infinitum, qu. 15. nu. 233

Iudex non poteſt prorogare, ſeu variare tempus decem dierum, datum ad appellandum, q. 15 num. 216

Citatio an ſit neceſſaria in prorogatione fatalium, q. 15. nu. 220. & ſeqq. & n. 224

Prorogatio fatalium à qua die incipiat, q. 15. nu. 235

Iudex prorogando fatalia, quibus verbis debeat prorogare, q. 15. num. 236

Referendarius an, & quando debeat manum apponere in commiſſione prorogationis fatalium, q. 15 n. 237.

¶ Partes poſſunt ſine conſenſu proprij iudicij prorogare iuriſdictionem alterius iudicis, q 7. nu. 19

Iuriſdictio iudicis incompetentis, an, & quomodo prorogetur, quæſt. 17 lim. 6. membr. 7. ſub num. 54. & ſeqq. vſque ad num. 65

Partes non poſſunt prorogare iuriſdictionem criminalem ad ciuilem, q. 17. lim. 47. memb. 3. ſub num. 10

Prorogatio dicitur fieri, durante primo termino, ſecus poſtea, q. 15. num. 198

Prorogationis natura eſt, vt cenſeatur facta ad tantundem tempus, & non vltra, & cum ſuis qualitatibus, quæſt. 15. ſub num. 227. verſic. ratio, & ſub numer. 148. verſic. ratio eſt manifeſta.

Prorogatio compromiſſi non poteſt excedere tempus compromiſſi, q. 15. ſub num. 227. in fine.

Partes non poſſunt prorogare inſtantiam, quæſ. 15. numero 263. & ſub num. 330. Etiam ſi prorogent cum iuramento, numer. 331. Poſſunt tamen prorogare, quando ius partis periret ex lapſu inſtantiæ, num. 332. Et poſſunt prorogare inſtantiam ſtatutariam vſque eam, quæ eſt de iure communi, num. 333

Proſequutio.

Proſequutio appellationis facta ab vno, &c. vide in verbo. Litis conſors, verſ. proſecutio.

Appellatio eſt de proſecutione primæ inſtantiæ, q. 5. ſub nu. 12. verſ. ratio, & q. 18. nu. 2. in fine. Sed proſecutio appellationis non eſt de appenditijs primæ inſtantiæ ſub eod. nu. 12. verſic. extende.

Procurator an, & quando poſſit, ſeu teneatur proſequi cauſam appellationis, vide in verbo. Procurator.

Proſequutio cauſa appellationis nõ debet eſſe de eo ad quod ſe extendit cauſa principalis, q. 11. num. 23. & ſeqq. & ſub num. 30. illat 3. & nu. 21. & ſeqq.

In appellatione diffinitiua licet proſequi aliam cauſam, quã expreſſam in appellatione, quæſt. 11. num. 84. & ſeqq. Secus interlocutoria, num. 87 & ſeqq. Fallit tamen, vt in nu. 82. & ſequentib.

Proſequutio appellationis, non interpoſitæ infra legitima tempora, an operetur, quæſt. 12. num. 100. & ſeqq. & qu. 20 num. 29

Iudex à quo quamuis deferat appellationi, tamen poteſt appellanti præfigere terminum ad committendum, ſeu proſequendam appellationem, quæſt. 14. num. 6. & 7. Et quid ſi non deferat an poſſit hunc terminum præfigere, num. 15. Deferendo, an poſſit præfigere ex interuallo, vel eodem contextu, num. 21

Iudex à quo poteſt coarctare, & elongare terminum ad proſequendam appellationem, &c. ſed non poteſt arctare, vel elongare in præiudicium ſuperioris, qu. 15. nu. 218. & ſub num. 240. verſ. ratio.

Appellatus non poteſt breuiare terminum ad proſequendam appellationem, q. 15. num. 239

Iudex ad quem non poteſt breuiare terminum ad proſequẽdam appellationem, q. 15. num. 240. Et quomodo poſſit, num. 217

Decem dies, qui dantur ad proſequendam cauſam appellationis, dantur ad inchoandam proſequutionem appellationis, q. 14 ſub nu. 14. verſ. ratio, & ſub nu 39. verſ. ratio, & ſub num. 48. & ſub num. 59

Licet is, qui allegauit iudicem ſuſpectum, & à proceſſu appellauit non proſequatur cauſam appellationis, tamen proceſſus eſt nullus, q 14. num. 62

Terminus præfixus ad finiendam appellationem includit, terminum ad proſequendam, &c. q. 15. num. 16

Si iudex præfixerit appellanti terminum ad faciendam ſibi fidem de proſecutione appellationis termino elapſo, & non facta fide, poteſt procedere ad executionem ſuæ ſententiæ, quæſt. 15. num. 22. Et quid ſi appellans contradixit huic termino, num 24. Et appellatur efficiatur deſerta, num 25 & 26.

Appellans quando dicatur fuiſſe negligens in proſecutione appellationis, q. 15. num. 148

Tempus vnius menſis an ſufficiat ad proſequendam cauſam appellationis, quæſt. 15. ſub num. 149. verſ. difficultas, & num. 155

Licet principalem nolit appellationem proſequi, tamen tertius poteſt proſequi, q. 17. limit. 6. memb. 4. num 45. & qu. 12. num. 74

¶ Sententia generalis reſtringitur, ad proſecuta, qu. 17. lim. 6. memb. 9. ſub num. 9. caſ 2. Quia proſecutio cauſæ declarat ſententiam, ead. lim. 6. memb. 6. num. 60

Proteſtatio.

Quomodo debeat proteſtari is, qui ob iuſtum metum non appellat coram iudice à quo q. 6. n. 9. & 11.

Proteſtatio coram honeſtis viris, &c. debet fieri infra decem dies, q. 12. num. 107

Impeditus appellare debet proteſtari, q. 12. num. 168

Appellans ſi redierit pro Apoſtolis in termino, & iudex illos non tradat, debet proteſtari, q. 13. nu. 52

Appellans ſi non poteſt habere præſentiam Papæ ad faciendum committi cauſam appellationis, debet proteſtari ad euitandam deſertionem, quæſt. 14. ſub numero 5. verſic. nec ſufficit.

Appellans impeditus an, & quando ad euitandam deſertionem cauſæ appellationis debeat proteſtari, & ſæpius proteſtari, q. 15. n. 181. & ſeqq. Et an ſufficiat proteſtatio facta coram prædeceſſore, ſub eod. nu. 181. verſ quinimò.

¶ Actor, videns inſtantiam labi culpa, & facto rei debet proteſtari, &c. q. 15. num 320

Proteſtatio contraria facto, non tenet, q. 17. lim. 2. num. 23. Quando factum perficitur, n. 45. & 47. Et quomodo poſſit iurare proteſtantem, num. 46

Prouiſionalis ſententia.

A ſententia prouiſionali non datur appellatio, qu. 17. lim. 7. ſub num. 3. & 4. limit. 6. memb. 2. ſub num. 14 ibi ſecundo quia, & ideò poteſt exequi, non obſtante appellatione, d. lim. 7. ſub num. 3

Prouocare.

Prouocare ſignificat appellationem extraiudicialem, quæſt. 2. num. 9

Prouocatio eſt genus appellationis, qu. 1. num. 13

Non omnis prouocatio eſt appellatio,q.1.num 13

Quælibet appellatio eſt prouocatio,q.1.num.13

¶ Verbum prouocare eſt æquiuocum,qu.1.num.9.& 14.Et in dubio debet ſumi in ſpecie,eod.num.14

Publicatio proceſſus: vide in verbo. Proceſſus.

Pupillus.

Pupillus poteſt appellare omiſſo medio,qu.7.num.113.Ampliatur num.114.& ſeqq.& num,124 Reſtringitur,num,128 & ſeqq.

Pupillus licet efficiatur maior,tamen cauſa debet remanere apud iudicem,ad quem fuit appellatum,omiſſo medio, q.7.num.118

¶ Pupillus poteſt in prima inſtantia, omiſſo ordinario, agere coram Principe,q.7.num.114.Etiamſi efficiatur maior, n.118,Item etiamſi ſit naturalis legitimatus, num.124. Reſtringitur, num,128.& ſeqq.

Pupillus non poteſt renunciare priuilegio legis vnicæ.Cod, quan.imper.&c,q.7.n.115

Pupillus ſi conueniatur ex delicto, an habeat dictum priuilegium, d.q.7.nu.132

Pupillus dicitur priuilegiatus naturaliter, q.7.ſub num.128. ſubreſtrict.1

Pupillus ſpurius non habet priuilegium legis vnicæ, Codic, quan.imper.&c.q 7.n.135

Quæſtor.

QVæſtor & Præfectus ſunt iudices appellationum à ſententijs Spectabilium, q.8.ſub n.1

In Curia Delphinatus quis ſit ſubrogatus in locum Quæſtoris, qu.8.num.7

Quantitas, vide in verbo. Summa.

Querela.

Quærela eſt remedium contra rem iudicatam eo,quia à ſententia non ſuit appellatum infra legitima tempora,ſeu appellatio eſt deſerta, vel ſunt tres ſententiæ conformes,q.12.num.81.& qu 17.num.41.& limitat.1.num.7.& 8.vbi controuertitur,

Vide in verbo. Conſeruatores.

Querela poteſt inſtitui contra ſtatutum,quæſtio 12.numer, 158

De querela vide in verbo, Supplicatio,quia videntur idem, q.19.rem.3.num.30 & ſeqq.

Quod metus cauſa, vide in verbo Actio.

Quod vi,aut Clam.

In interdicto,quod vi,aut clam, non datur appellatio, q.17. lim.6.memb.6.ſub num.10

¶ Interdictum, quod vi, aut clam, eſt recoperandæ poſſeſſionis,quoad detur ei,qui vi,aut clam fecit,ſeu deſtruxit aliquod opus, &c.q.17.limit.6. memb.6.nu.10. Et quid ſufficiat probare,num.11

Quorum bonorum.

A ſententia in interdicto, quorum bonorum,non datur appellatio,etiam ſi ſit lata in vtili interdicto,quæſ 17.lim.6, memb.4.ſub num.1

Heres putatiuus,qui ſuccumbuit in actione interdicti, quorum bonorum, an poſſit appellare ratione expenſarum in rebus erectis, q.17.lim.32 num.1

Quorum bonorum interdictum eſt ſpecies adipiſcẽdæ poſſeſſionis,q.17.lim.6,memb.1.ſub num.10. Et cui competat, num.65

Quorum legatorum.

A ſententia in interdicto, quorum legatorum, non datur appellatio, q.17.lim.6,mem.4.nu.2

¶ Quorum legatorum eſt ſpecies adipiſcendæ, ead.limit.6. memb.1.num.11.Et cui competat, num.66

Quotidiana.

¶ Quotidiana ſunt plenius attingenda, q.1.num.2,

Raptus virginis.

RAptus virginis condemnatus non appellat,quæſt 17.limit.4.num 77. Secus ſi exprimatur rationabilis cauſa, num.84

Ratificans,ratificatio,& ratum.

Ratificans inſtrumentum, quod habet executionem paratam,non appellat,q.17,lim.9 nu.11.& ſeqq Et quid ſi inſtrumentum non fuit celebratum nomine ratificantis, n.13.& n.20.Et quid,ſi ratificans declaret,fuiſſe celebratum de ſuo ordine ſub eod.nu.20. verſ.lim. Aut vltra ratificationem fecerit aliquem actum poſitiuum, n.22

Ratificatio appellationis eſt neceſſaria,ſi fuit appellatum ſine mandato,q 5.num.67

Ratificatio commiſſionis cauſę appellationis non eſt neceſſaria q.5.ſub num.70.verſ.contra

Appellationis ratificatio an debeat fieri infra eoſdem decem dies,q 12.num.79 & 89.vbi declaratur.

Si quis appellet à ſententia lata cum falſo procuratore, dicitur ratificaſſe illa acta, etiam ſi appellatio ſit poſt lapſos decem dies,q.12 num.153

Ratificatio æquiparatur mandato ſpeciali, q.17.lim.9.n.12

¶ Ratum quis habere non poteſt, quod ſuo nomine geſtum non eſt,q.17.lim.9 num.14

Ratificatio licet aliquando non teneat ad commodum ratificantis tamen tenet ad eius incommodum, quæſt 12.ſub num.80

Ex actu ratificato quis conueniri non poteſt, ſi actus non fuit eius nomine geſtus,q.17 lim.9 ſub num.15

Rationabilis cauſa.

Appellatio ex rationabili cauſa non eſt prohibita etiam in caſu,in quo prohibetur appellari,quæſt.17.lim.4.numero 47.& ſeqq.

Rationabiles cauſæ appellandi quæ ſint,q.17.lim 4.num.48. Et generaliter, ſub num 49 verſ.& loquendo.

Rationes.

Condemnatus ad reddendas rationes non appellat. vide in verbo Adminiſtrator, & in verbo, Tutor.

¶ Ratio dicitur proprium bonum hominis,quæſt.17.limitat. 40,num.12

Rebellis.

¶ Rebellis, largo ſumpto vocabulo, dicitur is, qui non vult parere iudici, &c.q 17.lim.3.ſub num.2

Reclamatio.

A ſententia magni Camerarij in Regno Neap. datur reclamatio,ſeu ſupplicatio ad idem tribunal, q.8.num.55

De reclamatione,vide in verbo. Supplicatio, quia reclamatio, & ſupplicatio videntur idem,quæſt.19.rem.3.numer. 30.& ſeqq.

Reconductio.

¶ Reconductio tacita cenſetur facta ſub eiſdem pactis, & conuentionibus, non tamen ſub obligatione executiua, quæſt,17.lim.9.num.17

Reconuentio.

Reconuentio an,& quando habeat locum in cauſa appellationis,q.11.num.31

Remota appellatione in cauſa conuentionis, cenſetur remota etiam in cauſa recognitionis,q.17,lim,7.ſub n.23

Rector Collegij.

A Collegij Rectore appellatur cum diſtinctione, q.8.num. 121.& ſeqq.

¶ Rector Collegij eſt iudex competens ſcholarium, qu.8.ſub num.124.verſ.nota obiter,

Recuperandæ.

A ſententia, lata in ordinario poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis, an & quando detur appellatio, vide loca citata in verbo. Spoliatur.

¶ Recuperandæ poſſeſſionis interdicta, vide in verbo Poſſeſſio, & in proprijs omnibus interdictorum recuperandæ poſſeſſionis.

Remedium recuperandæ poſſeſſionis quibus competat, & quibus non vide in verbo Spolium.

Recurſus.

Recurſus ad Gubernatorem datur in cauſis ciuilibus inappellabilibus, q.8.ſub n.143.& q 19.rem.3 num.14

¶ Recurſus in quibus Vrbis tribunalibus detur, eod.rem 3.n. 14. & ſeqq.

Recurſus & ſupplicatio videntur idem, quæſt 19.rem.3.nu. 30.& ſeqq.

Recurſus ad Gubernatorem petitur infra decem dies, qu.8. ſub num 143

Petitio recurſus non retardat executionem quouſque non concedatur, ibidem.

Recurſus vide in verbo. Iuſtitia denegata.

Recuſatio.

Recuſatio & appellatio à pari procedunt,qu.16.lim.1.nu.8. Et quomodo vna ſit ſeparata ab altera,num 98

Prin-

Princeps an poſſit dare iudicem cum clauſula (recuſatione remota) q.16.lim.1.num.118 & ſeqq.
Dato iudice cum clauſula (recuſatione remota) an intelligatur remota friuola tantum, ead.lim.1.nu.120.& ſeq
Qui poſſint ex capite ſuſpitionis recuſari, & qui non, vide in verbo. Suſpectus.

Reductio.

A ſententia lata ſuper reductione, datur appellatio, qu.17. lim.13.num.12.& lim.14.nu.3
¶ Reductio ad arbitrium boni viri à laude arbitrorum, quorum alter eſt laicus, & alter clericus, petitur ad Epiſcopum, q.8.ſub nu.102.illat.3.Et quid ſi litigantes ſint ex diuerſia foris, q.17.lim 14.num.5
Reductio ad arbitrium boni viri poteſt peti à laude arbitri, q.17.lim.13.n.11.Et ab arbitramento arbitratoris, lim.14. nu.2.Non obſtante, quod reductioni ſit renunciatum, ſub eod.n.2.extenſ.1.Et obſtante, quod compromittens iurauerit ſtare mandato arbitratoris, ſub eod n.2.extenſ.2. & limit.2 num.74
Pendente reductione ad arbitriũ boni viri ſuſpenditur executio laudi, ſeu arbitramenti, q.19.lim 14.nu.6.præſertim quoad pœnam appoſitam in compromiſſo, n.7.Confirmato autem laude, non auditur is, qui reductionem petijt, niſi ſoluta pœna, nu.8. pendente autem alia reductione à ſententia confirmatoria, non ſuſpenditur executio, nu.9. Item quando partes conuenerint, vt poſſit procedi ad executionem, n 10. Quando laudum ex forma ſtatuti habet executionem paratam, nu.11.& 12 Et quid pendente tempore ad petendam reductionem, nu.14
Inſtãtia an habeat locum in cauſa reductionis ad arbitrium boni viri, q.15.num.258
Prohibita exceptione contra laudum, an intelligatur prohibita reductio ad arbitrium boni viri, q 16.lim.1.nu.46

Referendarius.

An, & quando Referendarius debeat apponere manum ſuam in commiſſione prorogationis fatalium, quæſt.15. num.237
Regens Cancellariæ vide in verbo. Cancellaria.

Regeſtum.

Regeſtum primæ inſtantiæ continet appellationem, qu.18. nu.2.verſus finem, & q.5.ſub n.12.verſ.ratio.
Quando appellans, & appellatus teneantur ſoluere mercedem regeſti, q.20.nu.56.& ſeqq.& n.8.& ſeqq.
Regeſtum in cauſa appellationis an fiat ſine præcepto iudicis, &c.q.20.ſub nu.32.& ſeqq.
Condemnatus ad ſoluendum mercedem regeſti non appellat, q.20.num.41
Regeſtum cauſæ appellationis debet continere omnia acta, q.20.num.43
¶ Notarius ad conſequendam mercedem regeſti poteſt agere etiam contra procuratores, q.20.num 42
Regeſtum in prima inſtantia non eſt neceſſarium, q 20.n.31
Regeſtum an debeat eſſe ſubſcriptum à notario, q.20.ſub n. 35.declar.2
Quomodo procedatur ad confectionem regeſti, qu.29.numero 39.& 40
Reijcere appellationem, vide in verbo. Admittere, & in verbo. Deferre.

Relatio facta Principi.

A ſententia, quam Papa, ſeu Imperator profert ex relatione alterius, poteſt appellari, q.16 lim 1.nu.120. Etiam ſi eſſet relato Cardinalis, num.131.Et etiam ſi pars contra quam fertur ſententia, habuerit prius copiam relationis, n.132. Sed eſt appellandum ad eundem Papam, ſub num.133. Et Princeps non tenetur deferre appellationi, nu.134.Et appellatio non retardat executionem, n.135 Et an poſſit appellari, quando pars conſenſiſſet relationi, nu.136.Et quid in Rep.Lucenſi, num.137
Ex quibus cauſis ſoleat Principi fieri cauſæ relatio, q.16.lim. 1.num.140
Relatio facienda Principi ne poſſit impugnari, debet fieri, partibus non contradicentibus, q.16.limit.1.nu.141

Remedium.

Appellationis remedium quandoque conuertitur ad grauandum, q.3.n.2.vide etiam, q.17.lim.1. ſub num.55.verſ. ſed quiſquis.
In remedio multarum legum an, & quando detur appellatio, vide in verbo. Lex.
In remedio multorum capitulorum iuris canonici an, & quando detur appellatio, vide in verbo. Capitula iuris canonici.
¶ Hominis malitia remedium vertit in noxam, q.3.n.2
Remedia iuris ciuilis & iuris canonici, vide in verbo. Lex & in verbo. Capitula iuris canonici.
Remedia poſſeſſoria, inducta à legibus, & canonibus, vide in verbo. Capitulum, in verbo. Poſſeſſio, & in proprijs cuiuſque interdicti nominibus.

Remiſſio cauſæ.

Iudex, ad quem fuit appellatum ab interlocutoria pronuntiando male iudicatum, & bene appellatum, non remittit cauſam iudici à quo, ſed cognoſcit ipſe, q.17.lim.47.mẽb. 3.ſub n.1.& ſeqq.Et hoc procedit tam in iudice ordinario appellationis, n.5. Quam in delegato, n.6.& ſeqq. Remittet tamen ad idem tribunal, quando mutatus, eſſet iudex à quo, n.14.Item poteſt remittere, quando reuocando interlocutoriam, pronuntiaret, eſſe procedendum ad vlteriora, n.15.Remittit etiam in abſolutione ab excommunicatione, n.18.Indiſtincte remittit in ſtatu Lucenſi, n 17. In caſu appellationis ab interlocutoria, lata ſuper incompetentia aliud eſt dicendum, quia nec iudex appellationis cognoſcet, nec remittet, nu.16. Sed ſi iudex, ad quem fuit appellatum, pronuntiet, bene iudicatum & male appellatum, tunc remittit cauſam iudici à quo, n.19. Etiam ſi iudici ad quem fuiſſet delegata cauſa vna cum toto negotio principali, n.20. Non tamen remittit, quando appellatus conſentit, vt procedat iudex appellationis, n.21 Dummodo iſte iudex non habeat iuriſdictionem illimitatam, n. 22.Minus etiã remittit iudex in curia iudiei de partibus, n.23.& ſeq. Maxime autem ſi in commiſſione ſit clauſula (vna cum toto negotio principali) n.31.Et quid de ſtylo Rotæ, n.32.& 33.Remiſſio autem eſt neceſſaria, quando iudex a quo detulit, tunc cauſa reddit ad eum abſque alia remiſſione, num.24
Appellatio à remiſſione cauſæ ſuſpendit iuriſdictionem in tota cauſa, q.17.lim 47.memb.2.n 9
Si iudex decernat, inquiſitum eſſe remittendum ad ſuum domicilium, fiſcus non appellat, q.17.lim.49. num 5
¶ Iudex laicus, coram quo emergenter diſcutiatur articulus filiationis, & in eo veniat agendum de matrimonio, & ideò cauſam remittit Epiſcopo, poteſt remiſſionem cauſæ reuocare, q.19.rem.1.concl.6.n.58

Remiſſoria.

Pendente remiſſoria conceſſa appellato ad examinandos, teſtes, an appellanti currant fatalia, q.15 n.67

Renuntians, & renuntiatio.

Renuntians appellationi non poteſt appellare, q.17.lim.2 n. 1.Licet renuntiauerit ſine ſcriptura, n.2.Etiam in beneficialibus, nu.3.Simplex renuntiatio compræhendit, etiam appellationem ab interlocutoria, n.4. Et poteſt renunciare expreſſe, n.5.& ſeqq.In quibus dantur exempla Poteſt etiam renuntiare tacite, n.12.& ſeqq.In quibus ponuntur exempla.Et vbi renuntiauerit, cenſetur renuntiaſſe etiam nullitati incluſa appellatione, numer.84. Poteſt appellare (licet renuntiauerit) in cauſis criminalibus, num.91. Siue agatur de morte naturali, ſiue de morte ciuili, &c.nu.92. Secus tamen eſt ſi condẽnatus eſſet notorius delinquens, nu.93.Rebus etiam eſt ſi tacite renuntiet, eod.n.93.reſtr. 2.Poteſt etiam appellare in cauſis matrimonialibus, vel in cauſa ſtatus, &c.nu.94.Licet vnus renuntiet, & ideò ipſe non poſſit appellare tamen non præiudicat eius appellatio, num.94 & ſeqq.
Expreſſa renuntiatio appellationis poteſt fieri per pactum, q.17.lim.2.n.6.Et hæc renuntiatio per pactum habet locum etiam ſi ſit ex parte vnius tantum, n.7. Et poteſt fieri tam appellationi interpoſitæ, quam interponendæ, nu 9. Secus ſi ſit expreſſa aliter, quam per pactum, quia tenet quo ad appellationem interpoſitam, ſed non quoad interponendam ſub num 9.verſ. ſecus.
Renuntiatio appellationis expreſſa per pactum in iudicio valet, etiam ſi ſit facta ab vna parte tantum, & in abſentia alterius partis, ſecus ſi ſit facta extra iudicium, quia non valet, niſi vtraque pars paciſcatur, vel ſit ſaltem,

præſens etiam altera pars, quæſt. 17 limit. 2. numer. 31

Renunciatio expreſſa appellationis per pactum tenet, ſiue fiat ante litem conteſtatam, ſiue poſtea, quæſt. 17. limit. 1. num. 19

Renunciatio tacita appellationis tenet, q. 17. lim. 2. num 12, & ſeqq In quibus dantur exempla,

Appellans redeundo coram iudice, à quo appellauit, tacite renuntiat appellationi, q. 17. lim. 2. num. 14. Etiam ſi iudex nihil fecerit, n. 15 Et quid ſi compareat non coram eodem ſed illius ſuperiore, ad quem tamen non appellauerit, nu. 16. Vel coram æquali, ſub n, 17. verſ ſubampliа. Et quid ſi coram eodem iudice, à quo appellauit, non compareat principalis, ſed eius procurator, num. 18. & ſeqq. Et quando non dicatur renunciare appellationi, nu, 20. & ſeqq. & num. 40. & ſeqq.

Appellans redeundo coram iudice à quo pro reuocatione attentatorum, non renunciet appellationi, quæſt. 17. limit, 2. num. 53. Quid ſi iudex à quo detulerit appellationi, nu, 54. & 55

Non renuntiat appellationi, ſi doloſe iudex à quo eum induxerit ad comparendum, n. 57 Neque ſi cõparuerit non ipſe, ſed eius filius, vel amicus, &c. n. 58. Minus renuntiat ſi redeat pro Apoſtolis, ſeu, &c. nu. 59. Item ſi conueniat aliquem tertium turbantem, nu, 61. Idem ſi lata ſententia ſuper petitorio, & ab ea pendente appellatione ſpolietur appellans ab appellato, quia appellans, agendo pro recuperatione poſſeſſionis, non dicitur renuntiare appellationi, numer. 65. Idem ſi iudex à quo gerat vicem iudicis ad quem, num. 66. Et demum nunquam dicitur renunciare, ſi compareat in caſibus, in quibus à quo poteſt procedere non obſtante appellatione, num. 67

Appellans ſi citatus coram iudice à quo ad videndum ſe aggrauari, compareat, & petat prorogari terminum, non dicitur renuntiare appellationi, quæſt. 17. lim. 2. num. 20. Et generaliter an, & quando comparendo pro reuocatione grauaminis, dicatur renuntiare appellationi, numero 31. & ſeqq.

Appellans, comparendo coram iudice à quo, & pendente termino ad appellandum an cenſeatur renuntiare iuri appellandi, qu. 17. lim. 2, num, 26. 27. & ſeqq.

Appellans, comparendo coram iudice à quo, non dicitur renuntiare appellatione ſi proteſtetur, quod non intendit renuntiare appellationi, q. 17. lim. 2 num. 43. & ſeqq

Appellans faciendo actum contrarium appellationi, dicitur renunciare appellationi, q 17 lim. 2. ſub num. 22 verſ. ſecus, & num. 27. Et quid ſi proteſtatur, num. 46. Et quid ſi, non obſtante proteſtatione faciat deinde contra proteſtationem, num. 49. Et quid ſi in quolibet actu repeteret, vel non repeteret proteſtationem, numer. 50. Et quid actum, quem volebat facere, non fecit, quia fuit impeditus, nu, 48. 51. & 52

Principalis condemnatus, ſeu procurator, petendo terminũ ad ſoluendum, dicitur renuntiare appellationi, q. 17. lim, 2, n, 19. 41. 42. & 68. ſub nu. 28. verſ. pone primo, & nu. 29. & ſeqq. vbi de ſtylo Auditoris Cameræ, concedentis terminum triginta dierum ad ſoluendum vſque ad num, 34. Et quid ſi non petat ſponte, ſed acceptet præceptum ſibi factum, n. 35. & ſeqq. Et dicitur renuntiare etiam appellationi deuolutiuæ, nu. 38 Et quando non dicatur renuntiare appellationi, n. 40. & ſeqq,

Excommunicatus, petendo abſque proteſtatione abſolutionem à iudice a quo dicitur renuntiare appellationi, q 3. n. 44. Secus ſi proteſtetur, qu. 17. lim. 2. ſub nu. 46. Et quando non dicatur renuntiare, etiam omiſſa proteſtatione, n. 60

Licet quis poſt inhibitionem renunciet appellationi, tamen proceſſus, quem facit poſt inhibitionem, eſt nullus, qu. 17, ſub n. 28. verſ. neque obijciatur.

Non appellans infra legitima tempora, renuntiare appellationi, q. 17 lim. 2. num. 69 Non expediens commiſſionem appellationis, ſeu non proſequens, n. 70

Expreſſe approbans ſententiam, dicitur renunciare appellationi, q 17. lim 2. n 72

Appellans, qui pendente ſua appellatione innouat, dicitur renuntiare ſuæ appellationi, q. 17. lim. 2. n. 83

Actus, qui conſiſtunt in patiendo, non inducunt conſenſum & conſequenter neque renuntiationem appellationis, q. 17. lim, 2. ſub nu. 36, confirm. 2. & nu. 56, Secus eſt ſi conſiſtunt in agendo, d. nu. 56

Soluens coacte in caſu, quo tenetur ſoluere, & deinde repetere, non cenſetur renuntiare appellationi, quamuis ſoluat ſine proteſtatione, ſecus ſi ſoluat in caſu, quo poteſt non ſoluere, q 17. lim, 2 ſub n. 41

Promittens, & obligans ſe in forma cameræ parere ſententiæ iudicis, non datur renũciare iuri appellandi, q. 17 lim, 2. ſub num, 37. & 74. Et quid, ſi promiſerit ſtare ſententiæ, qualiſcumque erit, numer 75. Et quid, ſi promiſerit ſtare ſententiæ iam late, num, 76

Procurator non poteſt expreſſe renuntiare appellationi, qu. 17. lim. 2. num. 85. Etiamſi ipſemet appellauerit, num 86. Et eſſet effectus dominus litis, num. 87. Et procedit etiam in ſyndico, num, 88. Et in prælaris eccleſiaſticis, nu. 89. Poteſt tamen tacite renuntiare, q. 12. nu. 119. & d. lim. 2. nu. 71, & ſub nu. 90. caſ, 3. Motiua contraria, dict. lim. 2. num, 18. verſ. contra. Poteſt etiam renuntiare, ſi habeat ſpeciale mandatum ad renunciandum, ſub dict num 90. caſ. 1. Item ſi habens mandatum cum libera conſentit, vt Signatura committat cauſam, cum clauſula (appellatione remota) caſ. 2. Item ſi renuntiet ex noua, & magna cauſa, &c, caſ. 4

Appellationis renuntiatio, quam fecit is, qui appellauit, non præiudicat aduerſario appellato, quæſt, 17. lim. 2. num. 94. & ſeqq Neque præiudicat tertio, qui adhæſit appellationi, neque litiſconſorti num. 95. Etiam ſi ſe compoſuerit, & tranſegerit cum aduerſario, num 96. Et tertius poteſt appellare, licet principales omittat appellare, vel renuntiet appellationis, q. 17. lim. 6. memb. 4. ſub num. 45. verſ. imò, Et qui ſint caſus in quibus venit intereſſe appellati, ſeu alterius tertii, & ideò renuntiatio eis non præiudicet, d. lim. 2. num. 98. & ſeqq. Et qui ſint caſus, in quibus præiudicet, num. 107. & ſeqq. & num. 99, verſ. prima in quibus agitur de renuntiatione, re integra, & re non integra, & de appellatione ſimplici, & de ſententia, continente vnum, ſeu plura connexa, vel ſeparata capitula, & vide in verbo. Expenſæ, verſ. victor,

Appellans poteſt, initio appellato renuntiare appellationi ab interlocutoria, q. 17. lim. 2. nu 109. Etiam quod res non ſit integra nu. 110 Et quid ſi appellatus receperit appellationem, num. 111

Licet quando appellans renuntiat appellationi ab interlocutoria iudex à quo recuperet iuriſdictionem, tamen non recuperat, ſi detulerit appellationi, qu. 17. lim. 6. memb. 7. num, 100. verſ. ſubdeclara, effec, 3

Renuntians appellationi, tenetur ad expenſas, q. 17. lim, 2. n. 112. Etiamſi appellatus non receperit appellationem, reſque ſit integra, n 113 Tenetur ad expenſas, quas appellatus fecit proſequendo appellationem, ſed non ad expenſas, quas non fecit in proſecutione, n. 124. Neque tenetur ad expenſas, ſi habuerit iuſtam cauſam appellandi, n. 122. Neque ſi appellationi renuntiaret conditionaliter, dummodo grauamen reuocetur, n. 123

Renuntiatio appellationis non ſe extendit ad nullitatem, q, 17. lim. 2. n. 125. & q. 19. rem. 1. concl. 3. n. 14. in fine, Etiam ſi ſit renuntiatio tacita per lapſum temporis, d. lim. 2. nu. 126. & 127. Quare adhuc poterit dici de nullitate, quæ ſtat principaliter, n 131. Sed nullitati, quę ſtat acceſſorie, & adhærenter, intelligitur renuntiatum, d. n. 131. verſ. ſecus, & dict. rem. 1. concl. 3. n. 14

¶ Permittens labi terminum, præfixum à ſtatuto ad dicẽdum nullitate, renuntiat iuri dicendi de nullitate, qu. 19. rem. 1. concl. 4. ſub n. 45. verſ. ratio,

Renuntiatio nullitatum ad quas nullitates non extenduntur, q. 16 rem. 1. concl 5. nu. 12

Pacto renuntiari an poſſit nullitati, q. 19. rem. 1. concl. 5. nu. 8. & ſeqq.

Iuri de futuro non renuntiatur ſimpliciter, ſed ſolùm per pactum, q. 17. lim. 2. ſub num. 9. verſ. ſecus. Imò facilius renuntiatur iuri quærendo, quam quæſito, ſub numer. 26, verſ, contra,

Reus, quid poſt oppoſitam exceptionem incompetentiæ, litigat coram eodem iudice, renuntiat illi exceptioni, d. lim, 2. ſub num. 14. verſ. comprobatur. Non tamen renuntiat, ſi præmittat proteſtationem, nu. 44

Renun-

Renuntiare non dicitur iuri ſuo, qui contractæ fecit. q. 16. lim. 1 n. 49. verſus finem.

An, & quando quis dicatur tacitè renuntiare rei iudicatæ, vide in verbo, Res iudicata.

Replicatio.

¶ Replicatio habet naturam actionis reſpectu temporis, q. 19. rem. 1. concl. 4. ſub num. 55 Sed alijs reſpectibus habet naturam exceptionis, eod. rem. 1 concl. 3. n. 20. & d. concl. 4. n. 55. in fine.

Repræſentatio.

Inſtrumentum appellationis, & Apoſtolorum coram Capitaneo appellationum poteſt fieri à quauis perſona etiam ſine mandato, q. 5. n. 74. in fine.

Repugnantia.

¶ Sententia continens repugnantia perplexa, ſeu contrarietatem, eſt ipſo iure nulla, q. 19. rem 1. concl 4. n. 57

Res exprimenda.

Expreſſio rei, ſuper qua lata eſt ſententia, non eſt neceſſaria in appellatione, dummodo aliter demonſtretur, ſententiam eſſe latam, q. 4. n. 51

Reſcindere.

Appellatio non reſcindit iudicatum, q. 3. n. 82

Reſcriptum.

Appellatio extra iudicialis non comprænditur in reſcripto appellationi, q. 1. ſub n. 8

Licet in reſcripto delegationis cauſæ appellationis non ſit expreſſum nomen iudicis à quo tamen reſcriptum valet, q. 4. num. 45

Licet in reſcripto delegationis cauſæ appellationis ſit expreſſa ſolum dignitas iudicis, cui delegatur cauſa & non nomen proprium, tamen reſcriptum valet, ſecus ſi neque dignitas eſſet expreſſa, q. 4. n. 50

A ſententia qua iudex profert ſecundum reſcriptum, ſeu conſilium, vel reſponſionem Principis factum conſultationem iudicantis poteſt appellari cum diſtinctione quatuor caſuum, q. 16. lim. 1. n. 138 & ſeqq. & ſub n. 154 Et poteſt appellari etiam ſi pars habuerit copiam relationis, n. 148. Et conſenſerit relationi, num. 149. Et multo magis poteſt appellari, ſi ſententiam feriet, non expecta reſponſione Principis, n. 150. Etiam ſi iudex de vtriuſque partis conſenſu relationum non expectare, n. 151

Appellatio poteſt tolli reſcripto Principis, q. 16. lim. 1. n. 21. & ſeqq.

Reſcriptum vide in verbo, Commiſſio. in verbo. Clauſula, & in verbo. Imperatore.

¶ Reſcriptum, ſeu commiſſio auocatoria cauſa, ſi ſit ſubreptitia, eſt ipſo iure nulla, quæſt. 14. ſub num. 27. verſ. confirmatur.

Proceſſus, factus vigore reſcripti ſubreptitio an & quando ſit nullus, q. 14. ſub n. 30

Reſcriptum etiam ſubreptitium tribuit iuriſdictionem, q. 14. ſub num. 20. caſ. 5. & quæſt. 17. lim. 6. memb. 7. ſub num. 54. & 55

Valet argumentum a reſcripto Principis ad ſtatutum, qu. 17. lim. 48. n. 10

Sententia, lata contra formam reſcripti, an, & quando ſit nulla, q. 19. rem. 1. concl. 6. n. 102. & ſeqq.

Reſiſtere.

Si iudex à quo velit, pendente appellatione, exequi pœnam irretractabilem, poteſt ei impunè reſiſti, q. 17. lim. 4. n. 52. & lim. 47. memb. 1. n. 87 & n. 147

Res iudicata.

Lapſo primo fatali, an ſententia tranſeat in rem iudicatam, q. 15. n. 179. & 180

Sententia continens capitula ſeparata, ſi ab vno tantum capitulo ſit appellatum, quoad alia tranſit in rem iudicatam q. 10. n. 7. & q. 17. lim. 47. memb. 2. n. 23. Secus ſi ſit appellatum ſimpliciter, d. q. 10. n. 8. & d. memb. 2. n. 24. & lim. 21. ſub n. 19. & 12

Licet ſententia ſit ex illis, quæ non tranſeunt in rem iudicatam, tamen ab ea non poteſt appellari poſt lapſos decem dies, q. 12. ſub n. 67. verſ. confirmo, & n. 81. & qu. 17. n. 41. Neque poſtquam fuit bis confirmata, q. 19 rem. 1, concl 6. n. 62. Et ideo ſupereſt ſolum remedium querelæ, d. qu. 12. n. 81 & d. q. 17. n. 41. & lim 1. num. 7 & 8

Res iudicata interlocutoriæ quando poſſit retractari coram iudice, ad quem eſt appellatum à definitiua, quæſt. 12 n. 93. & 94

Licet iudex appellationis non poſſit infirmare rem iudicatam, tamen nihilominus poſſit eum confirmare, q. 15. n. 209. & ſeqq.

A re iudicata trium conformium non datur appellatio. vide in verbo, Tres ſententiæ.

Stante re iudicata hinc inde, quis debeat appellare, q. 17. lim. 1. ſub n. 73

Victus per rem iudicatam in petitorio, poteſt appellare à ſententia, quæ feratur poſtea in poſſeſſorio, qu. 17. lim. 6. memb. 8 n. 13.

Sententia an tranſeat in iudicatum quoad omiſſam condemnationem expenſarum, ſi neutra pars appellauerit, & ſuppoſito, quod ab illa omiſſione potuiſſet appellari, q. 17. lim. 21. n. 36 & ſeqq.

Sententia a qua non appelletur infra legitima tempora, tranſit in iudicatum ipſo iure abſque alia declaratione, qu. 12. num. 143

¶ Sententia, lata in beneficialibus, an tranſeat in iudicatum, q. 15. n. 10. & ſub n. 21. verſ. tertius.

Exceptio rei iudicatæ quando dicatur obſtare, q. 11. ſub n. 29. verſ. ſubdeclara.

Pronunciatio ſuper re iudicata an, & quando ſit neceſſaria, q. 11. n. 148 & ſeqq.

Actio rei iudicatæ requirit libellum, conteſtationem litis & ordinem iudiciarium, q. 11 ſub n. 164

Sententia tranſit in rem iudicatam quoad non expreſſa in ſententia, ſecus quoad non expreſſa, q 17. lim. 6. memb. 7. num. 11

Sententia, lata contra rem iudicatam, an valeat, q. 11. num. 194. & ſeqq.

Qui patitur, procedit contra rem iudicatam, & non opponit de ea, an dicatur tacitè renuntiare rei iudicatæ, quæſt. 11. num. 196

Opponens generalia contra productionem, dicitur opponere de re iudicata ſecus ſi dicat generalia contra inſtrumenta productæ, q 11. ſub n. 196. verſ. declara.

Res iudicata oritur ex tribus ſententijs conformibus de iure communi, ſed de iure municipali Vrbis Ciuitatis Lucenſis, & aliorum locorum oritur ex duabus, qu. 17. lim. 1. n. 66 Et ideo in illis locis, quæ dicuntur de tribus ſententijs, habent locum in duabus, n. 65. & 67

Signatura ſuper executione rei iudicatæ trium conformium reſcribit ſimpliciter, ſed ſuper executionem duarum reſcribit cum clauſula (quatenus ſit locus ſtatuto) q. 17. lim. 1 num. 68

Reſtitutio.

Si procurator, qui deſijt appellare, non eſt ſoluendo, an debeat principalis reſtitui in integrum ad appellandum, qu. 12. num. 127. & 118

Reſtitutus ad appellandum, debet appellari infra decem dies à die reſtitutionis, q. 12. n. 141

Si tertius, cuius culpæ deſeritur appellatio, non ſit ſoluendo, datur appellanti reſtitutio in integrum, qu. 15. num 135. Et quid, ſi deſeratur dolo, aut negligentia procuratoris, numer. 136

A ſententia qua pronuntiatur, minorem eſſe vel non eſſe reſtituendum in integrum, datur appellatio, q. 17. lim. 47. mem. 1. ſub n. 201

Reſtitutio in integrum datur tam aduerſus ſententiam inappellabilem ex naturæ cauſæ, quam aduerſus in appellationem propter excellentiam iudicis, q. 19. rem. 2. n. 1. & ſeqq n. 5, & ſeqq.

Reſtitutio in integrum ad appellandum peti debet coram iudice à quo, d. rem. 2. n. 39. Et quid ſeruet Signatura, committendo cauſam reſtitutionis, & appellationis, n. 40. & 41 in fine.

Iudex appellationis poteſt reſtituere incidenter, d. rem. 2. n. 62. Vnde reſtituit aduerſus ea, quæ coram ipſo geſta, vel omiſſa ſunt, d. rem. 2. num. 41. & ſeqq.

Iudex appellationum non poteſt reſtituere in integrum principaliter, q. 19. rem. 2. num. 53. & ſeqq. & num 60. & ſeqq. Niſi ſit talis, vt poſſit adiri etiam via querelæ. n. 61. 63. & 68

¶ Reſtitutio in integrum datur minori aduerſus ſententiam

in

in poſſeſſorio iudicio,q.19. rem.1. n.2.verſ. primo. Et datur etiam Eccleſiæ,num.8.Et cuilibet contradictori, n.19. Et datur, quando ex aliquibus ſignis poteſt videri, quod per poſſeſſorium inferatur damnum enormiſſimum,n.11 Non tamen datur in poſſeſſorio ſummariſſimo,num.42, Datur etiam contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, n.3. Et datur contumaci, qui fuit declaratus pro confeſſo,n.4

Datur etiam aduerſus ſententiam Principis,& Papæ, qu.19. rem.2. n.5

Datur etiam ſi ſtatuto eſſet ſublatum remedium appellandi, & dicendi de nullitate, d. rem.2. num.6. Et excipiendi, num 7

Denegata audientia, prohibetur facultas petere reſtitutionem ad poſſeſſionem,q.16.lim.1.n.32

Eccleſia reſtituitur in integrum iure minoris, d, remed. 2. num.9

Reſtitutio in integrum an detur pro damno non enormiſſimo,q.19 rem.2.num.12 & ſeqq. Et an pro modica læſione, num.13. Et pro minimo damno, ſi non ſequatur reſciſſio contractus magnæ rei,n 14. Et datur reſolutio in omnibus, quod eſt recurrendum ad arbitrium recti iudicis n.16 & 17

Minori datur reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam probationem,tam ante latam ſententiam,quam poſt,q. 19.remed.2. n.18. Et datur etiam maiori, n.19

Minori 25.an datur reſtitutio in integrum vti minori etiam ſi ſtatutum diſponat, quod maior annis decem, & octo poſſit valide contrahere,&c. d.rem 2.n.20.Et etiam ſi lex in aliquo actu haberet minorem pro maiori, num.21.Et quid, ſi ſtatutum diſponeret, quod minor haberetur pro maiori in omnibus,& per omnia, n.22. & ſeqq.

Reſtitutio in integrum eſt duplex, quæſt.19. remed.2. num. 26 & 27

Iudex ordinarius poteſt reſtituere in integrum, prout de iure,q.19. rem.2. n.28 Et poteſt reſtituere tam incidenter, quam principaliter,n.43 Sed debet habere etiam adminiſtrationem,n 29

Iudex ordinarius poteſt reſtituere aduerſus id quod ipſe, vel eius prædeceſſor, aut ſuus æqualis, ſeu inferior fecit, vel coram eis factum eſt, & non aduerſus id, quod fecit eius ſuperior, ſeu coram ſuperiore factum eſt,quæſt.19.rem.2. num.31

Iudex ordinarius non poteſt reſtituere aduerſus ſententiam Principis, aut delegati à Principe, d.rem.2. ſub num 31. nor.1.& 2

Princeps reſtituendo prout iure,delegata alteri, vt reſtituat, d.rem.2. n.31.in fine.

Inferior non poteſt reſtituere aduerſus contractum, in quo interuenit auctoritas ſuperioris,d. remed. 2. num. 35. & ſeqq.

Iudex primæ inſtantiæ reſtituit aduerſus id, quod coram ſe geſtum eſt d.rem.2 n.38

Delegatus non reſtituit in integrum principaliter, quæſt. 19. rem.2. num.44 Secus incidenter, num 45. Niſi reſtitutio tendat contra actum factum coram ſuperiore,num. 49. Secus etiam quando eſt ei delegata cauſa reſtitutionis, numero 52. Et quid in delegato Principis, numero 50.& 51

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt reſtituere, d. rem.2.n.56.& ſub n.60

Reſtitutio in integrum incidenter poteſt peti coram quocunque iudice,cognoſcente de cauſa principali, quæſt.19. remed.1, ſub n.45. verſ. imò, & n.46

Reſtitutio in integrum quando dicatur petita principaliter, & quando incidenter, remiſſiuè, d.rem.2. n 47

In reſtitutione principaliter petita requiruntur libellus, & alia ſolemnia iudicij, d.rem.2. n 48

Reſtitutio in integrum impedit executionem rei iudicatæ, quæſt.19. remed.2. num.84.Præſertim ſi cauſa reſtitutionis committatur à Signatura, numero 81. & 83. Idem ſi committatur à Legato, num. 82. Impedit etiam ſi probationes non ſint in promptu, numer.68. & ſeqq. quamuis reſtitutio deducetur excipiendo poſt petitam executionem, &c. ſub num.72. Præſertim impedit per modum exceptionis, oblatis probationibus in promptu, num.67. Imo ſola petitio reſtitutionis impedit, num.65. Et ſola acceptio itineris, aut miſſio nunij, nu.66. Præſertim etiam impedit quando executio eſt irretractabilis, numero 73. Etiam ſi reſtitutio eſſet ſuſpecta de calumnia, num.75. Et quid in cauſis criminalibus,ſub eod.num.75.verſ.declara. Impedit etiam in cauſa poſſeſſoria, num.76. Et quamuis cauſa reſtitutionis eſſet commiſſa cum clauſula (ſi quid exequendum) n.77.Et quid ſi cum clauſula(ſine præiudicio legitimæ executionis) vel (procedat ad legitimam executionem) n.78. Impedit etiam reſtitutio ad appellandum,n.79

¶ Non impediat,ſi ſit calumnioſè petita, num 85. Præſertim ſi calumnia ſit manifeſta,num.83 Etiamſi executio eſſet irretractabilis, num.89. Et quid ſi petens offerret probationem incontinenti, num 90.& 91. Et ſit executio, nulla præſtita cautione,num.92.Non impedit,quamuis calumnia ſit præſumpta,num.94. Vnde non impedit executionem trium conformium,num.95. & ſeqq. Etiamſi Signatura committeret cauſam reſtitutionis, pro vt de iure, n. 101. Et quamuis petens reſtitui allegaret propriam negligentiam,num.102. Et tam in cauſa prophana, quam Eccleſiaſtica vel ſpirituali, num.103.Nec impedit executionem duarum ſtante ſtatuto, &c. num. 104. Niſi executio eſſet irretractabilis, num. 105. Aut læſio eſſet euidens ex actis, num. 106. Neque impedit executionem ſententiæ latæ à Principe, num. 107. Nec executionem ſententiæ beneficiariæ,quę tranſiuit in iudicatum ob lapſa fatalia num.108. Non impedit executionem conſumatam, aut ſaltem cœptam,num.110. 112.& 113. Secus ſi non ſit cœpta,num.110. Sed ſi ſolum mandata à iudice,numer. 111. Præterquam in foro Capitolino, num 114. Non impedit poſt lapſum terminum præfixum à Signatura, nihil docto,n.115.Neque,quando Signatura delegat cum clauſula(patito iudicato)n.116 Qua clauſula vtitur in beneficialibus, ſub n.118. 120 & ſeqq. Nec impedit ſi reſtitutio ſit gratioſe conceſſa,n.131

Minor & Eccleſia an petendo reſtitutionem in integrum aduerſus tres conformes impediant executionem, qu.19. rem.2. n.96.98.& 99

Reſtitutio an impediat executionem, multum relinquitur arbitrio iudicis,eod.rem.2.n.86

Rota cur fuerit varia in articulo, an executio retardetur reſtitutione in integrum,eod.rem.2.n.86. & 87

Commiſſa cauſa reſtitutionis ad appellandum,an,& quando debeat appellari,eod rem 2. n.80

Calumnia quando dicatur manifeſta in petente reſtitui in integrum, eod.remed.2. numero 93. Et quando dicatur præſumpta, numero 95. Et quando dicatur iuris,& de iure, num.97

Cautio de reſtituendo,&c. an, & quando præſtetur petenti reſtitutionem in integrum,eod.rem.2. ſub n.94. verſ.declara,& ſeqq.

Læſio an, & quomodo probetur in cauſa reſtitutionis in integrum eod.rem.2.n.69.& ſeqq.

Signatura reſtituendo aduerſus tres conformes quib. clauſulis reſcribat,eod.rem.2 ſub n.100.illat.1

Signatura in cauſa reſtitutionis aliter reſcribit in cauſis beneficialibus & aliter in cauſis prophanis,eod.rem.2.num. 118.& 119.Et quibus clauſulis in cauſis beneficialibus,numer.118.& 121.& ſeqq.

Reſtitutio in integrum contra publicum inſtrumentum quando non detur,eod.rem.2. n.157

An & quando in prophanis, & beneficialibus detur reſtitutio in integrum ob negligentiam, ſeu dolum procuratoris eod.rem.2.n.130

Praxis omittit pronunciare ſuper reſtitutione in integrum, eod.rem.2.n.32.& 133.Sed ſuper reſtitutione ad appellandum non poteſt omittere,n.134

Epiſcopus poteſt reſtituere aduerſus ſententiam Vicarij, prout poſſet ipſe Vicarius,q.8. n.77.

Petens reſtitutionem,debet probare, ſe eam petijſſe infra legitima tempora,quæſt.12.ſub numero 40. verſ. comprobatur.

Reſtitutio non datur minor ea, quæ contineat tantum pro tanto q.15.ſub n.148.verſ.ratio eſt manifeſta, & ſub num. 227. verſ.ratio.

Reſti-

Digitized by Google

Reſtitutio aduerſus lapſum inſtantiæ, cauſarum ex culpa tertij, datur ſi tertius non ſit ſoluendo, q.15.n.327
Reſtitutio aduerſus lapſum inſtantiæ datur, ſiue lapſus proceſſerit ex iuſto impedimento, ſiue ex iniuſto, q.15.num.305.& ſequentibus. In quibus an, & quando ſint reficiendæ expenſæ, & num.324. verſ.tamen, & num 329. in fine.
Reſtitutio aduerſus lapſum inſtantiæ operatur, vt acta remaneant, q.15 n.309. verſ.reſpondeo.
Regum Conſ. Neap.perempta inſtantia, inſuflat ſpiritum, quæſt.15. ſub num.306. Si tamen actor proteſtatus, fuerit de impedimento ex facto iudicis, inſtantia intelligitur ipſo iure reſtituta, &c. num.325. & 326. Vbi quando dicatur impedimentum proceſſiſſe ex facto iudicis.
Reſtitutio in integrum non datur in poſſeſſorio ſummario q.17.lim.6. memb.2.n.8
Qui vti læſus petit ſibi reſtitui rem a ſe venditam cenſetur prius petiiſſe reſtitutionem in integrum, quæſt.17. lim.6. memb 9. ſub n 9

Retentio.

Condemnatus in iudicio poſſeſſorio, ſi habeat ſolum ius retentionis, poteſt appellare, q.17.lim.6.memb.8. n.18. vide in verbo. Expenſæ, verſ.condemnatus ad.

Retinendæ.

In poſſeſſorio ordinario retinendæ poſſeſſionis non datur appellatio, q.25.lim.6.memb.3.ſub n.35. & latius, memb. 5.n.1 & ſeqq.
Remedium retinendæ an detur hæredi pro turbatione, commiſſa contra defunctum dum viueret, quæſt.17.lim. 6 memb.9. num 123. Et quid de ſtylo Franciæ, ibidem in fine.
Retinendæ poſſeſſionis interdicta, vide in verbo. Poſſeſſio.

Reuiſio cauſæ.

Vide in verbo Supplicatio, & reuiſio cauſæ videantur idem, q.19.rem.3.n. 30.& ſeqq.

Reuocare ſententiam.

Iudex à quo poteſt pendente appellatione ab interlocutoria, reuocare ipſam interlocutoriam, quæſt.17. limitat.47. memb.1.n.30. Imo tunc poteſt reuocare, & ſine appellatione non poſſet, quæſt.19.rem.1. concl 6. num.35 & 59. Et poteſt eam reuocare etiam ſi ſit delegatus, num.36. Et poteſt appellantem citare ad audiendam reuocationem, &c. d.memb.1.num.34. Et poteſt reuocare etiam poſt diffinitiuam ſententiam, num.35.& q.3. & num.24.& 25 Non tamen poteſt reuocare ſi debite requiſitus non dederit Apoſtolos, num.55. iuncto, num.54. Et hoc in delegato, non in ordinario, num 57. Si detulerit appellationi, num. 42.& q.19. rem.1.concl 6.num.66. Siue velit reuocare ante traditos Apoſtolos, ſiue poſt tempus tradendorum Apoſtolorum, eod.memb.1.num 42.in 1.& 2. ſub extenſ. Imò neque poteſt reuocare delationem, nu.47. Niſi ſint plures iudices, quorum alter non detulerit, &c ſub eod n. 47. verſ.reſtringe. Et an poſſit interlocutoriam reuocare, quando res eſt integra licet detulerit appellationis, n. 46. Et quid ſi iudex ad quem inhibuerit, numero 69. & ſeqq. Poteſt tamen reuocare interlocutoriam, & cauſam reaſſumere, quamuis detulerit, quando reuocationi accederet vtriuſque partis conſenſus, numero 43. & 44. Siue ſit iudex ordinarius, d.numero 44. Siue ſit delegatus, vel arbiter, ſub eod num.44.ampl. Siue etiam accedat ſolus conſenſus appellantis, ſub num 43.in fine, & in re integra, n 45
A non reuocatione interlocutoriæ poteſt appellari poſt lapſos decem dies, q.12.n.91
Iudex a quo non poteſt reuocare interlocutoriam poſtquam iudex appellationes inhibuit, q.17.lim 47.memb.1. n.69. Dummodo tamen inhibitio ſit legitima, num.71 Et dummodo interlocutoria ſit valida, n.72
Iudex ad quem non poteſt in appellatione à diffinitiua reuocare interlocutoriam latam in prima inſtantia, ſi illa interlocutoria non reſpicit negotium principale, nec reddit iudicium q.11.ſub n 17.verſ.quinimo. Secus ſi reddat nullum ipſo iure, aut appellatum in fuerit ab ea in prima inſtantia, ſub n.55
Iudex ad quem eſt appellatum à diffinitiua, poteſt reuocare etiam grauamen illatum per interlocutoriam, latam in prima inſtantia, quamuis illa interlocutoria tranſierit in iudicatum, q.11. ſub n.45. extenſ.1. & latius ſub num. 55.verſ. ioſero.
Iudex appellationis poteſt reuocare interlocutoriam, bis confirmatam ſi appellauerit tertius, &c. quæſt 17.lim.6. memb.4. n.48
¶ Iudex ordinarius, cognoſcendo de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ, poteſt eam reuocare, qu.19. rem 1. concl.6 n. 73 & ſeqq.& n 79
Delegatus non poteſt reuocare ſententiam nullam diffinitiuam, quam ipſe tulit, d.conc.6 n.91.& ſeqq. Et quid ſi iudicauit nulliter per errorem facti, n.100.& 101. Et quid, tulit ſententiam contra formam reſcripti, n.102. & ſeqq. Et poteſt reuocare, quod nulliter geſſit, quando non iudicauit ſuper toto n.108
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum poteſt ſuam ſententiam nullam reuocare, q. 9. rem.1. concl.6. n.99
Arbiter, qui tulit ſententiam nullam, non poteſt iterum pronuntiare, q.19.rem.1 concl.6.n 96. Secus eſt in arbitratore, n.98
Iudex an, & quas interlocutorias poſſit reuocare, dantur diuerſæ doctrinæ, quæſt.19.rem.1. concl.6. num.28. & ſequent 6.
Iudex poteſt reuocare ſuam interlocutoriam, qu.19. rem. 1. concl.6. num.13 Etiam parte non inſtante, num. 16. Et etiam, partibus inuitis, & contradicentibus, n.17. Etiam ſi reuocet in deterius, num. 19. Et non refectis expenſis, n. 21. Et etiam delegatus poteſt reuocare, executor mixtus, & arbiter, num.22. Et poteſt iudex reuocare non ſolum interlocutoriam, ſed ipſam reuocationem ſub eod. n.22. ampl.12.& num.37.& q.17.lim.47.memb.1.n.31. Et quoties poſſit reuocare, d.concl 6 n.61. Et poteſt reuocare quandocunque vſque ad ſententiam diffinitiuam, n.20. Et maximè poteſt reuocare, quando fuiſſet ab ea appellatum, n.18 35.& 59
Reliqua vide in peculiaribus nominibus interlocutoriarum, & quando non poſſet reuocare, vide in verſic. ſeqq. & in alijs peculiaribus locis.
Iudex non poteſt reuocare interlocutoriam, mandatam executioni, q.17.lim.47.memb 1. num.58.& ſeqq. & qu. 19.rem.1. concl.6. num. 67. Siue ſit mandata executioni à parte, ſiue a iudice, d memb 1.num.61. Siue ſit talis, quæ ſecum trahat executionem ex ipſa lege, num.62. & ſeqq. & d.q.19.rem.1.concl.6.ſub n.39.& de his in ſuis proprijs locis, & ſedibus. Poteſt tamen reuocare de conſenſu partium, d.lim.47 memb.1.num.66. Cum cauſæ cognitione, numero 67. Et quando interlocutoria fuiſſet inualida, num 68
Nemo poteſt reuocare interlocutoriam vti nullam, niſi idem iudex, qui eam tulit, q.19.rem.1 concl.6. n.5. Et poteſt contrariam ferre, n.4
Delegatus ad vnum articulum, non poteſt reuocare interlocutoriam latam ad deciſionem illius articuli, q.19.rem. 1.concl.6.n.42. Etiam ſi interlocutoria ſit iuxta ſtylum Curiæ, niſi ad p.d. cum intimatione, n.43
Iudex an poſſit reuocare interlocutoriam, quæ habet vim diffinitiuæ, q 19 rem. 1.concl 6.num.26. & ſeqq. & qu.17. lim.47 memb.1.ſub n 178.& 131. Non poteſt eam reuocare, quando per eam eſt finitum officium iudicis, d.concl. 6.num.32. Et eſt lata officio iudicis mercenario ſeu propoſita actione, ſecus ſi officium iudicis nobili, n.33 Vel expectet poſt ſe ſententiam diffinitiuam, n.34 Vel ſit ab ea appellatum, quia poteſt eam reuocare, n.35. Etiam ſi ſit delegatus, n.36
Iudex non poteſt reuocare interlocutoriam, quæ poſt ſe non expectat aliam diffinitiuam, quæſt.19. remed.1. concl.6.num 38. Et hoc ſi iudex, actione, propoſita, pronuntiauit, num.46. Et quid, ſi pronunciet ex cauſa, quæ concernat merita, & quid ſi non concernat merita, numero 47
Iudex poteſt reuocare interlocutoriam, quam protulit officio iudicis nobilis, etiam ſi poſt ſe non expectat aliam ſententiam, q.19.rem.1.concl.6.n.48
Non poteſt reuocare interlocutoriam, bis confirmatam, q. 19.rem.1.concl.6. n.61.& ſeqq.
Non poteſt reuocare interlocutoriam, quam tulit ſimul diffinitiua,

Digitized by Google

finitiua,d.concl.6.num.70.71.& 24
Non poteſt reuocare interlocutoriam,ſeu præceptum emanatum in poſſeſſorio ſummario, niſi cauſa fuerit plene cognita,q.17.lim.6.memb.2.n.5. Sed ſi præceptum emanauerit,non capta prius informatione, poteſt illud reuocare,n.7. Et an,& quando poſſit reuocare ſequeſtrum ſine citatione,n.38.& ſeqq
Reuocatoria etiam in poſſeſſorio ſummario lata ſine libello eſt nulla,q.17 lim.6.memb.2.n.6
Qui promiſit ſtare iuramento,ſeu dicto alicuius,non poteſt promiſſionem reuocare,q.17.lim.47.memb.1.ſub n.178.& 179.extenſ.2

Reus.

Reus, & actor non æqualiter appellant, vide in verbo. Actor.ver. Actori datur.

Rex.

Rex quamuis habeat regnum in feudum, tamen habet iuriſdictionem etiam in cauſis appellationum, quæſt.8. ſub n.110
Licet Rex Siciliæ habeat inueſtituram cum ampliſſimis clauſulis tamen poteſt appellari ad Sedem Apoſtolicam, q.8.n.111.oppoſ.2,& ſub n.112.verſ.ad ſecundam,vbi declaratur.
Rex Franciæ poteſt dare iudicem cum clauſula (appellatione remota) q.16. lim.1.n 110
A Rege non appellatur,q.16.lim.5.n.1. Etiamſi ſit ſubditus Imperio Romano,n.2.Et recognoſcat ſuperiorem, n.3.& 4.A ſententia autem,quam profert vni Comes, appellatur ad ſuperiorem illius Comitatus,n. 9. Item appellatur a ſententia Regis dormitantis, vel minus ſobrij ad eundem Regem,n.10.Et quando appelletur ad Papam, ead.q.16.lim.1.ſub n.126
¶ Rex non poteſt ſe intromittere in cauſis ſpectantibus ad ſuum Baronem,q.7. ſub n.34
Rex iudicat de cauſa feudi inter Epiſcopum, & tertium, quæſt.8.ſub num 92.extenſ.Secus ſi quæſtio ſit inter Epiſcopum,& Regem,ſub eod.num.92. verſ.ſecus, & verſ. declara.
Rex Siciliæ ſingulis annis ſoluit Sedi Apoſtolicæ annuum publicum cenſum.q 8 ſub n.110
Rex Hiſpaniarum,Rex Franciæ, & Rex Angliæ non recognoſcunt Imperatorem in ſuperiorem, q.16. lim 5. ſub n. 4. verſic.falſa.Sed tamen de iure debent eum recognoſcere,num.5
Rex Franciæ in eius conſecratione vngitur ampulla, &c.q. 16, lim.5,n.4.in fine.

Ripæ,& ripettæ iudices.

A Ripæ & Ripettæ iudice appellatur ad Præſidem, quæſt.8, num.129
¶ Iuriſdictio iudicis Ripæ, & Ripettæ quæ ſit, q. 8. ſub n.129. verſ.ratio,

Romana Curia.

A Iudicibus Romanæ Curiæ ad quos appelletur, quæſt.8. num. 127.& ſeqq. Et in hoc iudice in ſingulis proprijs verbis.
De Romana Curia,vide in verbo.Curia, in verbo. Papa,& in verbo, Signatura.

Rota,Rotalis,Rotæ Auditores, & Rotæ deciſio.

Licet à Rota appelletur ad Papam,q.8. n.20. Tamen Papa cauſam appellationis delegat alteri eiuſdem Rotæ auditori,ſub eod.num.20.verſ.nec fit.Quare cauſa ſemel effecta Rotalis, remanet Rotalis,ſub eod.n.20. & q.17. lim. 47. memb.3.n.32
¶ Rota Romana eſt tribunal ſupremum,&c.q.8. ſub num.20. verſ.minus.
Cauſæ matrimoniales, & beneficiales regulariter delegantur Rotæ Romanæ, q.8. ſub n.99. ſubdecl.1
Rex deciſio contra tribunal Auditoris Cameræ hodie non eſt vera,quæſt.8.ſub num.125. verſ.contra,& verſ. non diſcedas,
Rotæ Auditores ſunt delegati Papæ in definiendo, q.8. ſub numero 20
Rotæ Auditor,vide in verbo. Auditor Rotæ.
Rotæ variatio,vide in verbo. Reſtitutio, verſ.rota.

Rota Lucenſis.

Lucenſis Rota cognoſcit cauſas appellationum à ſententijs Prætoris, quæſt.2. ſub num. 27. Et cauſam appellationis ab interlocutoria remitti ſemper iudici a quo, etiam ſi pronunciet, bene appellatum,quæſt.17. lim. 47. memb.3. num.27
Rotæ Lucenſis capitula de appellationibus, quæſt. 17. limit. 47. mem.1.n.110.& 122.& ſub n.121.verſ.igitur, & ſub num.127
Quis appellet in Rota Lucenſi, quando vtraque pars habet duas conformes,quæſt.17. lim 1. ſub num.73. verſ. difficultas.
Rota Lucenſis eſt inferior Prætore, q.2.n.24

Rota Maceratenſis.

An à delegato Papæ in Prouincia Marchiæ appelletur ad Rotam Maceratenſem, quæſt,8. ſub num. 99. verſ.& licet.
Rota Maceratenſis eſt iudex ordinarius omnium appellationum, quæ in Prouincia Marchiæ interponuntur ad Papam,q.8.ſub n.99. verſ.extende. Non tamen appellationum à ſententijs latis in cauſis matrimonialibus, ſeu beneficialibus,ſub eod.n.99. ſubdeclara.
Rota Maceratenſis an cognoſcat cauſas appellationum Prouinciæ Marchiæ priuatiuè ad Auditorem Cameræ,q. 8.ſub n 99. verſ.ſed an facultates.

Ruſticus.

Ruſticus appellans non tenetur neceſſario petere Apoſtolos,q.13. n 33.& 41

Sabellorum.

SAbellorum curia,vide in verbo. Curia.
Salarium. vide in verbo. Merces.

Saluianum interdictum.

A ſententia in ſaluiano interdicto non datur appellatio, q. 17. lim.6. memb.4. num. 3. & memb. 9. num.88. & ſub num.94.verſ. non diſcedo, & num.107. Et quando detur, numero 98.99.101.& 102.& ſeqq.& 107. vbi declaratur.
¶ Interdictum ſaluianum eſt ſpecies adipiſcendæ poſſeſſionis, quæſt.17. limitat. 6. memb. 1. num. 12. Et cui competat, num.67
Magis frequentatur, quam actio hypothecaria, ead.lim.6. memb 4. ſub n.3 verſ.huius.
Eſt iudicium ſummarium,& poſſeſſorium, eod. memb.4. n. 3.in fine.
Directum datur locatori contra conductorem prædii ruſtici, &c. vtile vere datur locatori contra inquilinum prædii Vrbani, & cuilibet creditori contra debitorem, ſiue bona exiſtant apud debitorem, ſiue apud tertium,q.17,lim.6. memb 9. n.89
Datur pro rebus mobilibus,eod. memb.9. n.89
Saluiani interdicti monitorium, q. 17. lim. 6. memb.4. ſub num.3
Saluianum interdictum, & hypothecaria poſſunt ſimul cumulari,q.17. lim.6. memb.9. n.106
Agens ſaluiano interdicto,quam poſſeſſionem debeat probare,eod. memb.9. n.89
In ſaluiano interdicto agitur ſolum de poſſeſſione Ignorantis, & non poteſt deuenire ad diſtractionem pignoris, d. mem.9.n.90.& ſub n.94. verſ.quia reſpondeo.
Saluianum interdictum quo caſu non competat, ſed competat actio hypothecaria, eod. memb.9.ſub n.94. verſic. quia reſpondeo.

Sapiens.

¶ Sapiens non poteſt lædi neque poteſt aliquid accipere loco muneris,cique quis prodeſſe non poteſt,q.17. lim.40. ſub num.12
Solus ſapiens eſt bonus, d.lim.40 ſub n. 12

Satiſdatio.

¶ Qui tenetur præſtare ſatiſdationem neceſſariam, an admittatur ad ſatiſdationem extra locum iudicii, & quid in ſatiſdatione voluntaria ex conuentione,q.15.n.140. & 142. & q.17.lim.2. n.36

Schedula.

Amiſſio ſchedulæ ſeu cedulæ appellationis poteſt teſtibus probari,q.4.n.14
Schedula appellationis debet dari iudici à quo, quæſt.4. numero 38
Non eſt legenda, ſeu recitanda iudici,q.4.n.38

Dici-

Dicitur libellus appellationis, quæſt 4. ſub num. 38. verſ. & hoc.
Copia ſchedulæ appellationis, petita à iudice, an ſit ei tradenda, q.4. ſub n.38. verſ. huius.
Schedula ſeu libellus appellationis quæ debeat continere, q. 4.n.39.& ſeqq.
Schedula appellationis data infra decem dies à die habiti pro ſeruato, ſi ſententia non feratur intra illum terminum, & ideo fiat noua citatio, & nouus terminus habeatur pro ſeruato, an ſufficiat prior ſchedula appellationis data, vel illius repetitio, ſeu requiratur noua ſchedula, q. 12.ſub n.38.verſ.difficultas, & q.17.lim.21.ſub n.23. verſ. & quia.

Scholaris.

Scholaris poteſt appellare, omiſſo medio, ad Imperatorem, q.7. n.102
Scholares ſtudij Pariſij non appellant à ſententia lata ab vniuerſitate ſtudij, q.16.lim.22.n.1
Scholaris, turbans ſocium, ne legendo, nec poſſit ſtudere, non appellat à ſententia de fractando, q 17.lim.6. memb. a n.36.& lim.7.ſub n 13.verſ.amplia.
A ſententia expellitur, qui turbat ſcholarem, ne poſſit ſtudere, non datur appellatio, q.17. lim.7. ſub num.13. verſ. amplia.
¶ Scholaris poteſt eligere iudicem, q. 8.ſub n.124. verſic. nota etiam.
Priuilegia ſcholarium gymnaſij Vrbis, q.7.n.102.in fine, remiſſiuè.

Scientia, & ſcire.

Scientia ſeu notitia ſententiæ latæ, vide in verbo. Notitia.
¶ Scire, & negligere ſcire paria ſunt, q.12 n.10

Scriptura, in ſcriptis, & in ſcribi.

Scriptura eſt de ſubſtantia appellationis à diffinitiua, quare appellatio debet dari in ſcriptis, q.4. num 1. Alias eſt nulla, etiam ſi iudex illi deferret, n 6
Scriptura appellationis poteſt eſſe ſcriptura priuata, quæſt 4. num.13
Vt probet requirit præſentiam duorum teſtium, ibidem.
Et quando debeat eſſe authentica, eod.num 13. verſ.ſubdeclara.
Si appellans dicat incontinenti (ego appello) & faciat per notarium redigi appellationem in ſcriptis, tamen appellatio non dicitur in ſcriptis, q.4 n.5
¶ Scriptura, habens apertum vitium non poteſt teſtibus adiuuari, q.17.lim.9.ſub n.74. verſ. tatio.
Sententia debet prius ſcribi, quam ferri, qu.17.lim 6.memb. 7. ſub n.116. exempl.1

Sed vacante.

Sede vacante, an appelletur ad eoſdem iudices, ad quos appellabatur ante ſedem vacantem, quæſt. 8. ſub num. 157. & n.160
Sede vacante, Cardinales non ſunt iudices appellationum, q.8. ſub n.169.verſ.vnde.
¶ Sede vacante, Vicariatus non tranſit ad Concilium, neque ad Collegium Cardinalium, qu.8. num.64.in fine, & ſub numero 165
Iuriſdictio iudicum Curiæ Romanæ an expiret, Sede vacante.q.8. ſub n.157 & ſeqq.
Iuriſdictio Legati Papæ non expirat, Sede vacante, q.8. ſub numero 158
Caporiones exercent quandam iuriſdictionem, Sede vacante, q.8.ſub n.159.verſ.confirmatur tertio. Et quare exerceant, n.163.& 164
Cardinalium Collegium non poteſt, Sede vacante, exercere ea, quæ ſpectant ad iuriſdictionem Papæ, dum viuit, q. 8. numero 165. Sed imminente neceſſitate poteſt prouidere in neceſſarijs, & quæ ſint iſta neceſſaria, numero 166
Qui Cardinales habeant iuriſdictionem etiam Sede vacante, & in quibus verſetur illa iuriſdictio, quæſt.8. numero 168
Sedes poteſt vacare vel propter obitum Papæ, vel propter ſchiſma, & vtraque vacatio æquiparatur, quæſt.8.numero 178

Seditio.

In concitatione ſeditionis non datur appellatio, quæſt. 17. limitat. 4. numero 80

Semel appellare.

Qui ſint caſus, in quibus licet ſemel tantum appellare, q.17. lim.1.n.70
Reliqua vide in verbo. Ter.

Senator.

A Senatoria ſententia appellatur ad Capitaneum, quæſt.2. ſub num.22.& quæſt.8. num.136. Sed circumducto ſtatuto, controuerſia erat, an a ſententia Senatoris Vrbis daretur appellatio, q.16.lim.4.ſub n.1. verſ vnde.
Appellatio à Senatoria ſententia in ſecunda inſtantia quomodo redeat ad eundem Capitaneum, a quo fuit appellatum ad Senatorem, q 8 ſub n.138. verſ. extende.
A deputato Senatoris in locum Collateralis appellatur ad Capitaneum, q.8. n.137
A delegato Senatoris ad quem appelletur, quæſt.8. numero 138
A Senatoris ſententia infra quam ſummam non detur appellatio, &c. vide in verbo. Collateralis.
¶ Senatus Vrbis eſt maior, & ſuperior, Capitaneo appellationum, q.2. n.23
Hodie eſt loco Prætoris Vrbani, q.16.ſub n.8. verſ.aduerte, & lim.4. ſub n.1. verſ. vnde in fine. Et eſt iudex ordinarius, q.19. rem.1.concl.6. ſub n 79

Senatus, & ſenatores.

A Senatu non appellatur, quæſt.16. lim.4. num.1 Hoc eſt verum in ſententia lata à Senatoribus Imperatoris, num. 2 & in omnibus Senatoribus Principis ſeu alterius Domini, à cuius ſententia non liceat appellare, ſecus ſi a ſententia eius, cuius Senatores ſunt, poſſet appellari, num. 3. Et non poteſt appellari, ſi ſententiam ferant ſub nomine Principis, ſecus ſub nomine Conſilij, & Senatus num. 4. Et ex quo numero debeat conſtare Senatus, & a quot Senatoribus debeat eſſe lata ſententia, vt non poſſit appellari, n.5
A Mediolani Senatu non datur appellatio, q 16.lim.4 ſub n. 6.verſ.primo enim.
A Pedemontano Senatu non appellatur, q.16.lim.4.ſub n.6. verſ.ſecundo extat.
A Senatoribus Montisferrati an appelletur, q.16. lim.4. ſub n.6.verſ.ſed.
¶ Senatus eſt Princeps, &c.q.7.ſub n.114 verſ.declara, & q 16. lim.4. ſub n.6.verſ quinto extat.
Senatorum collegium, quod olim erat in Vrbe, amplius non eſt, q.16.lim.4.n.6

Sententia.

Appellamus à ſententiis, non ab articulis, vel petitione, qu. 17 lim.6.memb.9. ſub n.6. Declaratur, n.8. & ſeqq. & n. 20.& ſeqq.vide in verbo. Summa verſ.licet.
Sententia, a qua quis appellat, exprimi debet in appellatione, q.4.n.31 & ſeqq.in quibus declaratur.
Sententiam latam ex falſa cauſa poteſt iudex ad quem confirmare ex cauſa vera, q.11.n.22.& ſeqq.in quibus declaratur.
An & quando iudex ad quem poſſit confirmare ſententiam, q.11.n.24.& ſeqq.
Sententia in cauſa appellationis quomodo ſit ferenda, q.11. num.112
Appellatus tenetur ad inſtantiam appellantis edere ſententiam, quando appellans non poteſt habere ſententiam, &c.q.12.n.41.verſ.quod ſi.
Sententia excommunicationis, vide in verbo. Excommunicatio.
¶ Sententia poteſt ferri etiam ſine verbo (condemno) dummodo per verbum æquipollens, q.4.n.40
Sententia quando ſit vna, & quando plures, q.4.ſub n.23.& q.17.lim.6. memb.9 n.17. & ſub n 32
Sententia, lata ad fauorem vnius ex litiſconſortibus, prodeſt etiam alijs, q.12.ſub n.77
Sententia, lata contra debitorem an, & quando noceat creditori, q.5.n.59. Et quæ ſententiæ præiudicent etiam tertio non vocato, q.17.lim.6. memb.4. n.71
Sententia diffinitiua debet ferri in ſcriptis, quæſt.4. num.1. in fine.
Sententia cenſuræ eſt medicinalis, q.3. n.76. in fine.
Latis ſententiis contrariis a duobus iudicibus ſimul iudicantibus,

tibus,ad quem debeat recurri, quæſt.8. ſub num.102. illat.1

Sententia in cauſſis ſummariis eſt valida etiam ſi non ſit conformis,petitioni,q.11. ſub n.33,verſ. tamen.

Sententia, lata in poſſeſſorio, valet licet non ſit conformis actioni intentatæ, quæſt.11. ſub num. 33. verſ. tamen in fine.

Sententia lata in cauſſis ordinariis, ſi non ſit conformis petitioni,non valet,q.11. ſub num.33.verſ.contraria,& ſub n.34.verſ. ad adducta. Et quid ſeruet praxis Curiæ Romanæ ſub d.n.34.verſ.ex his.

Mos,ſeu ſtylus ſententiandi prout in cedula valet, q.12. ſub n 38.declar.1.& n.39

Inſtantia perempta,an & quando poſſit ferri ſententia,vide in verbo. Inſtantia,verſ.ſententia lata.

Sententia an,& quando comprehendatur ſub nomine proceſſus,& actorum,q.16.lim.1.n.67 & 68

An,& quando ſit præſumendum pro iuſtitia ſententiæ, qu. 17.n.65

Quæ ſententiæ dicantur conformes,quæue difformes, vide in verbo. Conformes.

Sententia recipit interpretationem potius à proſequutione,quam à libello,&c.q.17.lim.6. memb.6.n.60.& memb.9.ſub n.8.caſ.2

Sententiæ nomine non venit interlocutoria,&c. q.17. lim. 6.memb.7. n 30.& ſub n.11. verſ.ratio.

Sententia non tranſit in rem iudicatam quoad ea,quæ tacitè colliguntur ex ſententia, quæſt.17.lim.6. memb.9. ſub num. 11. Niſi neceſſario colligantur, ſub eod. num.11. in fine.

Sententia eſt ſtricti iuris,&c.q.17. lim.6. memb.9. ſub n.11. confirm 2

Verba ſententia operantur non ſolum quatenus inferunt, ſed etiam quatenus ex ipſis neceſſario infertur, quæſt.17. lim.6. memb.9. n. 12

¶ Sententia,lata contra rem iudicatam, an valeat, q.11. num. 194. & ſeqq. Et quod ſit nulla, q.15. num 202. Et quod ſit ipſo iure nulla,etiam ſi partes conſenſerint, vt ſerretur,num.203.Quia autem ſi partes renuntient ſpecialiter rei iudicatæ,num.204.Quid ſeruetur in Regnis Audientiis Neap. num. 205 Quid ſi appellans allegat impedimentum,& deſertio appellationis non ſit clara,num 207. Quid ſi ſententia cuius appellatio dicitur diſerta ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, n.208. Quid ſi iudex ferat ſententiam confirmatoriam rei iudicatæ, numero 209. & ſeqq.

Sententia etiam nulla excuſat à lapſu fatalium, quæſt. 15. numero 296

Sententia nulla licet pacto partium non poſſit confirmari in vim ſententiæ tamen poteſt, confirmari in vim pacti, q.19. rem.1.concl.5.n 10

Separata.

Separatio in ratione appellandi non conſideratur in verbis, ſed ex parte rerum,q 17 lim.6.memb 9. n 36

Articuli ſeparati, in quibus appellatio ab vno non ſuſpendit in aliis qui ſint,quæſt.17.lim.47.memb.2. num.15. & ſequentibus.

¶ Capitula ſeparata, vide in verbo. Capitula.

Quæ dicantur ſeparata,q.17. lim.21. n.32.in fine.

Sequeſtrum.

Sequeſtrum poteſt concedi, etiam appellatione pendente ſi extet ſuſpitio dilapidationis,q.3. num.28.& ſeqq.Sed circumſcripta ſuſpitione dilapidationis, & in cauſa prophana reuocaretur per viam attentati,qu.17. lim.6. memb.2. ſub n.15.confirm.1.n.17.& n.22

Sequeſtrum quando concedi debeat à iudice à quo, & quando à iudice ad quem eſt appellatum,q.3.n.32

A ſequeſtro ne partes veniant ad arma non appellatur,q.17 lim.6.memb.2.num.14.& 18. Poteſt tamen appellari, ſi ſubuerteretur ordo petitorii,& poſſeſſorii, n.22 & 34. & memb.7.n.131

A non reuocatione ſequeſtri facti, lite pendente, datur appellatio,q.17 lim.6.memb.2. ſub n.17

Si,aſſumptis informationibus,conſtet quis ex contendentibus ſit in poſſeſſione,iudex non debet ſequeſtrare,etiam ſi immineat ſuſpitio rixæ niſi ſequeſtret ex officio q.17. lim.6. memb.2. numero 21

Appellatio tertij quando non impediat ſequeſtrum, qu.17 lim.6. memb.4.n.110

Etiam res immobiles poſſunt ſequeſtrari,&c.q.3. n.29

Reuocatio ſequeſtri debet peti, oblato libello, qu.17. lim 6. memb.2.n.5. & 35. Et quando poſſit ab eodem iudice reuocari ſine libello, ſub n.7

Orta controuerſia, & ex controuerſiæ ſuſpitione ne partes veniant ad arma an,& quando iudex poſſit procedere ad ſequeſtrum,& quæ ſit praxis, & quæ requirantur vt poſſit ſequeſtrare,quæſt.17.lim.6.memb.3.ſub numero 18.& ſeqq.

Quæ clauſula debeat vti iudex in ſequeſtro, qu.17. limit. 6. memb.2.ſub n.18

Sequeſtrum etiam in ſummario poſſeſſorio factum poteſt impugnari de nullitate,q.17.lim.6.memb.2.nu.18.Dummodo nullitas non deducatur incidenter in appellatione, ſed per ſe ſub n. 31.ſubdecl.2.Ea deducta,an impediat executionem ſequeſtri, n.32

Sequeſtrum an,& quando poſſit decerni ſine citatione partis,& ſine cognitione cauſæ, alias poſſit de facto reuocari,q.17. lim.6.memb.2. ſub n.28 & ſeqq.

Licet actori,obtinenti fauorabilem ſententiam contra reum in petitorio, concedatur ſequeſtrum, tamen ſi prius reus obtinuerit abſolutionem in prima inſtantia, non conceditur,q.17.lim.47.memb.1.ſub n.117

Seruiana.

¶ Actio ſeruiana reſpicit petitorium,quæſt.17.lim.6. memb.9. numero 87

Seruus.

Seruus regulariter non appellat,quæſt.5. ſub num.59. verſ. regulariter. Procedit etiam ſi appellaret pro domino,& dominus ratificaret,ſub num.92. verſ.amplia.Non procedit, quando ipſe ſeruus condemnatur ad pœnam corporalem,quia poteſt appellare, ſub dictis num.50. & 92. in fine.

Seruus nihil eſt de iure ciuili,& ideo non poteſt ſtare in iudicio,q. 5. n.50.verſ. regulariter.

Seruus & monachus æquiparantur,q.5.n.54

Sfractare.

¶ A ſententia, lata de ſfractando quando non detur appellatio,q 17.lim.6. memb.2.n.36

Sicilia, vide in verbo. Neapolis,

Signatura,

Signatura cur deleget cauſas prophanas appellationum intra ſtatum eccleſiæ, etiam ſi extent iudices mediati appellationum, & non ſoleat delegare extra ſtatum eccleſię,q.8.ſub n.125. verſ.reſp.

Iuſtitiæ Signatura non ſolet reſcribere in commiſſionibus appellationum, quæ in Romana Curia habent ſuos iudices,q.8.n.154. Vnde non reſcribit in appellationibus Curiæ Capitolinæ,n.155

Quando reſcribat iudici à quo & quando iudici ad quem, quæſt.11.num.180 & ſeqq.quæſt.17. lim.6. memb. 7. ſub num.142

Quando Signatura iuſtitiæ,& quando Signatura gratiæ reſcribat ſuper prorogatione fatalium,q.15. n.238

Signatura non delegat cauſas appellationum, niſi excedant ſedecim ducatos auri de Camera,quæſt.17. lim.43. num.1. Et quid ad effectum deuolutiuum, ſub numero 7. declar.2

Reliqua vide in verbo. Fructus,verſ.à liquidatione,in verbo. Conditionalis,verſ.appellatio à ſententia in fine.in verbo. Clauſula ſine præiuditio,in verbo. Commiſſio, in verbo.Executio verſ. ſignatura.

Signatura iuſtitię an poſſit ſcribere, vt cognoſcatur ſimul de ſpolio,& de proprietate,quæſt.17.lim.6.memb.7.num. 124.& 125

Signatura iuſtitię non præſumitur concedere aliquid in præiudicium alterius,qu.7. ſub n.82.verſ.confirmatur,& d.n.124.& 125

Signatura non ſolet reſcribere in tribunali Cameræ Apoſtolicę,q.8, num.153.Reſcribit tamen in foro Capitolino ſuper reſtitutione in integrum,& prorogatione fatalium n.156

An & quando ſit recurrendum ad Signaturam gratię ea

quia

quia Papa ſemel appoſuerit manum, quæſt.16.limit.4.ſub num.154
Papa habet duplicem Signaturam, q.19.rem.2.num.26

Simonia.

In crimine Simoniæ non datur appellatio, quæſt.17.limit.4.num.82

Simplex appellatio, vide in verbo. Iudex. verſic.appellatio ſimplex in verbo.Res iudicata. verſic.ſententia continens,& in verbo. Deuolutio.verſ.appellatio ſimplex.

Societas.

A ſententia, lata in recuperanda ad effectum proſequendi ſocietatem, datur appellatio, quæſt.17.limitat.6.memb.9.num.61

Soldanus.

A Iudice Soldani Romanæ Curiæ appellatur ad Gubernatorem vel ad Auditorem Cameræ, q 8.ſub num.128

Soluendo, & non ſoluendo, vide in verbo. Idoneus.

Sors.

A ſententia lata iudicio ſortis ſeu fortuna, non datur appellatio, q.16.lim.6.num 1.

¶ Diuiſio bonorum iudicio ſortis, ſeu fortunæ facta non admittit recurſum, non reſcinditur, neque admittit reſtitutionem in integrum, etiam ſi ſit facta cum minori, quæſt. 16.lim.6.num.2. Si tamen extaret enormis læſio, imploraretur officium iudicis, aut peteretur reſtitutio in integrum, num.3

Leſio an poſſit conſiderari in eo, quod ſortis iudicio terminatur, ead.lim.6 ſub nu.3.verſ.primo quid quia.

Species.

Appellationis ſpecies quot,& quæ ſint, q.2.nu.32

¶ Species derogat generi, quæſt.17.limit.6.membr 4.numer. 24.in fine.

Siue ſpecies ſequatur, ſiue præcedat, numer.5. Tam in mandatis, eod.num.25. Quam in legibus, & ſtatutis, num.26. Et in reſcriptis, num.27. Et ſiue derogatio veniat conſideranda in eadem diſpoſitione, ſiue in diuerſa, num.28

Legiſtæ non ſumunt ſpeciem more Dialecticorum, qu.17. lim.6.memb.1.ſub num.2

Spectabilis.

A Spectabilibus non poteſt appellari ad Spectabiles, qu.2. ſub num.9

A Præſide, ſeu Clariſſimo appellabatur ad Spectabilem, q. 8.num.1

A Spectabilibus appellabatur ad Præfectum,& Quæſtorem, quæſt.8.ſub num.1. Declaratur, num 8

A Spectabili appellabatur ad Illuſtrem, qu.8.num.4.& 5

¶ Imperator hodie non habet Spectabiles in Curia, quæſt 8. num.11

Speculator, vide in verbo. Gulielmus.

Spoliator.

Spoliator regulariter non appellat, q.17.lim 6.membr.1.nu. 1.& ſeqq. Et quando poſſit appellare, num.54 & ſeqq & num.63.& ſeqq.num.71 75.& memb.7.nu.28.& memb. 9.num.61.63.& ſeqq. Et quid in ſpoliato, d.memb.6.nu. 76 & ſeqq.& memb.7.num.119

Spoliator licet quoad fructus perceptos, & expenſas audiatur per viam appellationis, nunquam tamen in petitorio ante purgationem ſpolii,& lim.6.memb.9.num.40

Spoliator an, & quando poſſit appellare à non admiſſa præſcriptionis exceptione, quæſt.17.lim.6.membr.7.numero 128

Spoliator, qui vi vſus eſt, incipit in pœnam priuationis dominii, qu.17.lim.6.membr.6.num.54.& 55. Etiam ſi ſpoliatus rem vi ablatam recuperauerit à ſingulari ſucceſſore, num.62

¶ Spoliator non debet audiri, niſi purgato ſpolio, q.17.lim.6. memb.7.num.119.& ſeqq.

Spoliatus, & ſpolium.

Spoliatus poteſt appellare, q.17.lim.6.memb 6.numer.76. Et quid attenta conſtitutione ægidiana, nu.77

Spolio non purgato, poteſt appellari à proceſſu, qu.17.lim.6. memb.19. Etiam ſi conuentus de ſpolio obtuliſſet incontinenti probationes de dominio, n.120. Et niſi ſit purgatum quoad fructus,& expenſas, nu.121. Etiam in ſpolio commiſſo à iudice, num.122. Et quid, ſi Signatura iuſtitiæ reſcripſerit, vt ſimul cognoſceretur de ſpolio, & de proprietate, n.123.& ſeqq. Et adeo poteſt, non purgato ſpolio, appellari vt iudex ad quem debeat abſque alia cognitione circa merita ſententiæ, eam reuocare, n.126

A ſententia, lata ſuper ſpolio commiſſo à iudice, an, & quando detur appellatio, q.17.lim.6.memb.9.num.63.& ſeqq.

¶ Spoliatus debet ante omnia reſtitui, q.17.lim.6.memb.7.n. 119.& ſeqq.

Spoliatus qui dicatur, vide in ſeqq.verſ ſpolij.

Spolij, ſeu recuperandæ poſſeſſionis remedium competit ei, qui non citatus auctoritate nulli, & inualidi decreti, reſcripti, vel ſententiæ eſt eiectus è poſſeſſione, quæſt.17. lim.6.memb.6.num.14.& ſeqq. Competit etiam ex eo ſolo, quod non fuit citatus, ſeu quod fuit inordinatè proceſſum, vel eo, quia ſententia eſt notorie iniuſta, num.16. & 17. Competit cuicumque bonæ fidei poſſeſſori, qui ſine iuſta cauſſa cecidit à poſſeſſione, num.15. Et quoties in aliquem res peruenit ſine cauſſa &c. num.18. Et ei, qui facto proprio, nempe contractu inutili cecidit a poſſeſſione ſub num.19. verſ.prima, & numero 23.& 24. Competit etiam ei, cui res aliena quam bona fide poſſidebat eſt furto ſubtracta, ſeu vi deiectus eſt, vel alius, qui eius nomine poſſidebat, poſſeſſionem interuerterit, numer.20. Competit ei, qui alienos indebite ſoluit nummos, num.22. Et domino rei, cuius poſſeſſio vacans eſt iuſto errore occupata, num.25. Et competit etiam aduerſus eum, qui ſcienter rem habuit à ſpoliante, num.31. Competit ei, cuius ſeruus aufugit, &c. Vel aufugiunt animalia irrationalia, vt ſunt canes, falcones, equi,& ſimilia, numer.33. Imò competit etiam pro rebus inanimatis, etiam quod non probetur ſpoliatio, num 35. Competit etiam actio ſpolij locatori contra inquilinum, ſeu conductorem, qui negat rem reſtituere, num.37 Competit cuicumque aduerſus eum, qui poſſidet eius nomine,& negat rem reſtituere, num.38. Et an competat locatori, ſi conductor conduxerit rem propriam, numer.40. Et quid ſi conductor exciperet de notorio domino, numer.41. Et an competat contra emphyteutam, num.39. 46.& 47. Competit etiam cuilibet domino aduerſus eum, qui occupat poſſeſſionem, quam reliquit ſeruus, vel colonus, num.42.& 43 Imò competit non ſolum ſi relinquant poſſeſſionem, ſed etiam ſi tradant, numero 44. Competit propterea aduerſus hebræum, ſeu alium fœneratorem, cui famulus, ignorante domino, rem pignorauit, num 45. Item competit ſi emphyteuta alienet rem emphyteuticam, num.46. Seu ſi Baro aut vaſallus interuertat poſſeſſionem eiuſdem feudi, numero 47. Et competit creditori aduerſus tertium poſſeſſorem, in quem debitor alienauit rem, quam debitor cum clauſula conſtituti creditori obligauerat. vide in verbo. Creditor 601. Item competit habenti ciuilem poſſeſſionem contra vſufructuarium, ſeu detinentem precario finito vſufructu,&c.num.49. Competit etiam colono, depoſitario, & ſimilibus ſpoliatis, num.50. Quia poſſunt implorare officium iudicis, vt eis reſtituatur poſſeſſio pro eorum intereſſe, n.51

Spolij ſeu recuperandæ poſſeſſionis remedium competit etiam ei, qui eſt ſpoliatus à iudice, nulliter procedente, q. 17.lim 6.memb.6.ſub num.65. Et competit etiam ſi ſit ſpoliatus à Principe, num.67. Et competit etiam ſi à ſententia, qua iudex ſpoliauit, non fuerit appellatum, ſeu &c.n.66. Et non agitur contra iudicem, ſed contra partem, ad cuius inſtantiam ſpolium eſt commiſſum, vide infra verſ actio ſpolii. Et hoc, ſi nullitas ſit notoria ex actis, n.70.in fine.

Iudex, nulliter procedendo, dicitur ſpoliare, q.17.lim 6.ſub num.65. dummodo nullitas ſit notoria ex actis, n 70.in fin. Maximè autem dicitur ſpoliare, ſi procedat extraiudicialiter, d.n 70. caſ.1. Secus ſi iudex procedat, ſeruato iuris ordine, n 69

Actio ſpolii non datur contra iudicem, iudicialiter procedentem, q.17.lim.6.memb 6.n.78. Etiam poſtquam finiuit officium, n.79. Sed datur contra partem, n.68.& d.n. 98. Poſſet tamen agi etiam contra iudicem, quando is

fuiſſet in maxima inobedientia, fauendo nimium parti, num. 80

Spolium ante omnia purgari debet, tam quoad poſſeſſionem, quam quoad fructus, & expenſas, q. 17. lim. 6. membr. 7. numero 121. Etiam ſi ſit commiſſum à iudice, ead. lim. 6. memb. 6. ſub num. 67. ampl. 3. & ſub num. 70. & d. memb. 7. n. 122. Et quid ſi Signatura iuſtitiæ reſcribat, vt de ſpolio cognoſcatur ſimul cum proprietate, n. 124. & 125 Licet autem ante omnia non purgaretur, tamen proceſſus teneret, n. 127

Sententia, ſimpliciter lata ſuper ſpolio commiſſo à iudice, dicitur etiam lata ſuper nullitate ſententiæ, q. 17. lim. 6. memb. 9. n. 69

Hæredi antequam apprehandat corporalem poſſeſſionem non competit remedium recuperandæ poſſeſſionis contra eum, qui hæreditate iacente, occupat poſſeſſionem, q. 17. lim. 6. memb. 9. n. 120. Et quando competat n. 127. & 128. Et quid, ſi fuerit ſpoliatus defunctus dum viueret, num. 122

Sportulæ.

¶ Epiſcopus non habet ſportulas ſententiæ, niſi iudicet tanquam dominus temporalis, q. 8. ſub n. 92. confirm. 1

Statutum.

Statutum non poteſt diſponere, quod à maiori appelletur ad minorem, q. 2. n. 7

Statutum, quod poſſit appellari ſine ſcriptis, an valeat, q. 4. numero 7

Statuto nunquid tolli poſſit appellatio, q. 7 ſub numero 54. verſ. pro intelligentia, & quæſt. 17. lim. 48. ſub num. 19. & ſeqq.

Statutum, prohibens appellationem, debet eſſe conditum à non recognoſcente ſuperiorem, q. 17. lim. 48. num. 22 & 23. Et in cauſſis criminalibus, in quibus agitur de pœna vltimi ſupplicij, aut alia graui pœna reus debet claris, pleniſque probationibus eſſe conuictus, & quid ſeruet praxis, num. 24. Et licet ſtatutum prohibeat appellationem, tamen intelligitur, niſi iudici aliter videatur, num. 25. & ſeqq. ſi reus fuerit condemnatus in contumaciam, num. 28. & ſeqq. Et quid in cauſſis pecuniarijs, &c. num. 34. & 35

Statutum, permittens appellari in cauſſis poſſeſſorijs, quomodo intelligatur, q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 140 & 141. Et quomodo intelligatur, quando permittit ſemel appellare, d. lim. 6. memb. 4. n. 23. & ſub n. 30

A ſtatuto infra quantum tempus poſſit appellari, & infra quantum tempus poſſit impugnari, quæſt. 12. num. 156, & ſeqq.

A ſtatuto generali etiam iniquo non datur appellatio, q. 17 lim. 20. n. 1. Si ſtatutum ſit conditum à non recognoſcente ſuperiorem, num. 2. Poteſt appellari à ſententia lata vigore ſtatuti iniqui, n. 3. Poteſt appellari etiam à ſtatuto condito in præiudicium particularis perſonæ, n. 4. & 5. Etiam ſi ſtatutum ſit conditum per verba generalia, n. 6. Et in præiudicium multarum perſonarum, n. 7. Et poterit appellari etiam à ſententia, n. 8. Et poteſt etiam opponi exceptio doli contra agentem, num. 9 Sed ſi ſit conditum in præiudicium multarum perſonarum ex iuſta, & rationabili cauſſa, non datur appellatio, n. 10. & 11. Poteſt etiam appellari à pronunciatione, qua dicitur, ſtatutum eſſe in viridi obſeruantia, n. 12. Item à ſententia interpretatiua ſtatuti, n. 13

Licet non poſſit appellari à ſtatuto, tamen eius iniquitas nunquam tranſit in iudicatum, &c. quæſt. 17 lim. 20. numero 14

A ſtatuto appellatur ad eum, qui poſſit corrigere illud ſtatutum, d. lim. 20. n. 15

Statuta Lucenſia de appellationibus, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 122 & ſub n. 127

Statutum, quod non poſſit appellari ab interlocutoria trahente ſecum grauamen irreparabile, eſt iniquum qu. 17. lim. 47. memb. 1. n. 88. 131. & 132

Ex pluribus ſtatutis diuerſorum locorum ſuper appellatione, quod iudex primæ inſtantiæ, & quod iudex appellationis attendere debeat, q. 18. n. 1 & ſeqq. n. 7

Iudex appellationis ſequi debet ſtatuta iudicis à quo in ordinatorijs pertinentibus ad proceſſum eiuſdem iudicis à quo, q. 18. n. 1. & 2. & ſub n. 10. illat. 2. Sed in ordinatorijs pertinentibus ad ſuum proceſſum debet ſequi ſtatuta fori, in quo iudicat, n. 13, & ſeqq.

Statutum de appellatione eſt ordinatorium, q. 18. n. 3. & ſub n. 4. 5. 8 & ſeqq. & latius, q. 19. lim. 9. n. 9 Deciſoria autem reſpicit, quando totaliter perimit ius appellandi, ita, vt grauamen illatum non poſſit reparari, ſub n. 11. verſic. ſecus. Et quid de ſtatuto Vrbis, n. 11

¶ Interpretari debemus, vt eius conditor non mereatur reprehenſionem, q. 2. ſub n. 28

Licet durum, ſeruari debet, q. 17. lim. 20. ſub n. 1. verſic. ratio. Dummodo duritia non contineat peccatum, ſub n. 3. verſ. declara.

Iniquum non dicitur ſtatutum, q. 12. n. 158. verſ. contra.

Generale non comprehendit caſum ſpecialem, & priuilegiatum, q. 17. lim. 6. memb. 4. ſub n. 29 Neque caſum pœnalem, ſub eod. n. 29. verſ. quarta.

Statuta condita ex cauſſa contra particulares perſonas, qu. 17. lim. 20. n. 11

Statuta Vrbis ligant etiam perſonas eccleſiaſticas, q. 17. lim. 6. memb. 3. n. 16

Statutum de nullitate, vide in verbo Nullitas.

Statutum ordinatorium ligat eos, qui litigant in foro ipſius ſtatuti, quæſt. 18, num. 5. in fine. Sed ſtatutum Vrbis expreſſa eius diſpoſitione non ligat omnes litigantes in Vrbe, n. 12

Statutum loci contractus attenditur in deciſorijs, &c. q. 18. in fine.

Statutum interpretamur, quominus contrarietur iuri communi, q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 121

Studium.

In cauſſa ſtudij non datur appellatio, q. 17. lim. 6. memb. 2. n. 36. & lim. 7. n. 13

¶ Studium non patitur dilationem, eod. memb. 2. n. 36

Subdelegatus.

A ſubdelegato Papæ, ſeu Principis appellatur, ad delegatum qui ſubdelegauit, q. 8. num 31. & 43. Si ſubdelegando reſeruauit ſibi aliquid in ſubdelegatione, num. 32. & qu. 7. numero 63. & 64. Vel ſi commiſerit vices ſuas, quouſque non reuocauerit eas, d. q. 8. num. 35. verſ. contra. In pluribus tamen caſibus appellatur ad Papam. Primus caſus eſt, quando delegatus nihil ſibi reſeruauit, num. 34. Idem quando ſunt dati duo delegati, quorum vnus ſubdelegauit totaliter vices ſuas, alter vero committit ſolum aliquid, num. 36. Etiam ſi alter alterum ſimpliciter ſubdelegaſſet, num. 37. Et hoc procedit eum, ſi alter committat condelegato vices ſuas, reſeruando ſibi aliquid, numero 38. & 39. Secundus caſus eſt, quando delegatus reſeruauit ſibi aliquos actus, quos expediuit, num. 40. Tertius caſus eſt, quando delegatus reſeruauit ſibi ſolum conſilium, num 41. Quartus caſus eſt, quando pars appellat à ſubdelegato ad Sedem Apoſtolicam, & ſubdelegatus deferat appellationi, n. 42. Quintus caſus eſt in Curia, etiam ſi non ſit ſubdelegatus in totum, q. 7. n. 70. & 71. Et quando proceſſus, factus coram Papa, tentat, n. 65. Et quando appelletur ad Papam, n. 66. 67. & 68. Et quando poſſit appellari, omiſſo medio, nu. 69. Et quid, ſi cauſſa erat commiſſa, appellatione remota, num. 72. Et quid ſi ſine dicta clauſula, n. 73

A ſubdelegato inferioris Papa poteſt appellari ad Papam, omiſſo medio, quæſt. 7. num. 69 & quæſt. 8. ſub num. 45. & 46

A ſubdelegato Regis Franciæ appellatur ad Regem, vel ad ſupremam Curiam, q. 8. n. 33

A ſubdelegato delegati ad vniuerſitatem cauſſarum an appelletur ad ipſum delegatum, q. 8. n. 30

A ſubdelegato non poteſt appellari, omiſſo medio, q. 7. n. 63 Et quando poſſit, n. 65. & ſeqq. & n. 68 & ſeqq.

A ſubdelegato appellatur ad eum, qui ſucceſſit in locum delegati, q. 8 n. 47

A ſubdelegato non appellatus ad delegatum, ſi ſubdelegauit eo, quia erat ſuſpectus, q. 8. n. 48

Subreptio.

Subreptionis exceptio, vide in verbo, Exceptiones.

Subreptitia commiſſio appellationes, &c. vide in verbo, Commiſſio.

¶ Ex

xceptio ſubreptionis contra litteras ad beneficia poteſt opponi in vim dilatoriæ, & in vim peremptoriæ, q. 11. num. 49. & 50

Reſcriptum ſubreptitium, vide in verbo. Reſcriptum.

Subrogatus, ſeu ſubſtitutus.

A ſententia ſubrogati poteſt appellari, licet non poſſit à ſententia eius, in cuius locum eſt ſubrogatus, q. 16. lim. 1. ſub num. 70. & 75 Et ideo à ſubſtituto poteſtatis poteſt appellari, licet non poſſit appellari à Poteſtate, q. 8. num. 56. in fine.

¶ Licet Poteſtas in aliquo caſu ſit ſubſtitutus Capitaneo, tamen Poteſtas debet iudicare ſecundum ordinamenta Capitanei, q. 18. n. 15

Subſidium charitatiuum.

In ſubſidio charitatiuo non datur appellatio, qu. 17. lim. 7. num. 6

Subſtantia, & ſubſtantialia.

Quod minori appelletur ad maiorem eſſe de ſubſtantia appellationis, q. 7 ſub n. 93. verſ. ratio.

¶ Actus non poteſt remanere ſine ſubſtantialibus, q. 2. ſub n. 6. verſ. ratio rationis.

Subſtantialia iudicij non poſſunt partium conſenſu remitti, q. 19. rem. 1. concl. 5. n. 9

Subſtitutus, vide in verbo. Sobrogatus.

Succeſſor.

¶ Succeſſor, reſtituendo aduerſus ſententiam ſui prædeceſſoris, reputatur prædeceſſor, qu. 19. rem. 1 concl. 6. n. 83. & rem. 2. n. 32

Summa.

In appellatione debet exprimi ſumma, ſeu quantitas, contents in ſententia, q. 4. n. 53

Licet plures ſummæ, contentæ in petitione, & condemnatione, ſimul cumulatæ, conſtituant ſummam appellabilem, tamen ſi virtualiter in ſe habeant diuiſionem, & vnaquæque de per ſe diuiſa non ſit ſumma appellabilis, denegabitur appellatio, quæſt 17. limitat. 6. memb. 9 num. 17. & ſub num. 23. in fine, & limit. 43. num. 3. Sed quando plures ſummæ ſeparatim petuntur vnica actione, tunc coaceruantur, & datur appellatio ſi coaceruatæ conſtituant quantitatem appellabilem, d. mem 9. num. 55. Secus ſi ſummæ proficiſcantur ex diuerſis actionibus, num. 32. & d. lim. 43. num. 3. in fine. Sed ſi cum partita, ſeu ſumma in appellabili ſit mixta alia ſumma appellabilis, dabitur appellatio quo ad ſummam appellabilem, num. 4. Siue iſtæ partitæ ſint cumulatæ in prima ſententia, ſiue in vltima, &c. num. 5. Quod ſi in libello petatur ſumma appellabilis, & in ſententia condemnetur ad ſummam in appellabilem, attenditur ſententia præſuppoſito, quod ſententia valeat, ſed ſi non valeret, poſſet ex hoc ipſo appellari, n. 6. verſ. prima. Secus eſt ſi in libello contineantur res, ſeu ſummæ ſeparatæ ex diuerſis actionibus profluentes, quia tunc attenduntur ſententiæ, n. 7

Summaria.

Cauſſa prima ſi eſt ſummaria, erit ſummaria etiam cauſſa appellationis, q 11. ſub n. 17. verſ confirmatur.

In cauſſis ſummarijs datur appellatio, q. 17. n. 7

¶ Cauſſa, quæ eſt ſummaria, quia eſt cauſſa viduæ, remanet ſummaria licet vidua in medio litis nubat, qu. 17. lim. 47. memb. 1. n. 113

Si cauſſa ſit ſummarie commiſſa ad inſtantiam actoris, poteſt etiam reus vti eodem reſcripto, d. memb 1. num. 113. in fine.

Cauſſæ ſummariæ habent inſtantiam, q. 15. n. 244. & ſeqq. Et quando incipiat, ſub n. 245

Si cauſa principalis eſt ſummaria, omnes eius articuli ſunt ſummarij, q. 17. lim. 6. memb. 9. n. 59

Cauſſa ſemel effecta ſummaria, ſemper remanet ſummaria, q. 11. ſub n. 17. verſ. confirmatur.

Inferior Papa, ſeu Principe non poteſt delegare cauſſam ſummarie cognoſcendam, q. 16. lim. 1. n. 108

Superflua.

Appellatio à ſententia nulla an ſit ſuperflua, qu. 17. lim. 19. ſub n. 1

Superflua appellatione infertur iudici iniuria, q. 17. lim. 21. ſub n. 2

Lex reijcit appellationes ſuperfluas, q. 17. lim. 19. ſub num. 1. verſ confirmatur, & lim. 21. num. 1. & 6

Appellatio à ſententia nulla, conſiderato effectu tranſeundi in rem iudicatam eſt ſuperflua, q. 17. lim. 19 ſub n. 2. verſ. non obſtant, & n. 16

Sententia fuiſſe bene appellatum, eſt nulla, ſi appellatio fuit ſuperflua, q. 17. lim 21 n. 3

¶ Statutum, quod tollit dubitationem iuris communis, non dicitur ſuperfluum, q. 17 lim. 48. ſub n. 8

Superilluſtris.

Ab illuſtri appellatur ad ſuperilluſtrem, qu. 8. numero 5. in fine.

Superior.

Appellatur ab inferiori ad ſuperiorem. vide in verbo. Minor. & in verbo. Maior.

Superior, ad quem appellatur, omiſſo medio, debet eſſe ſubalternatus mediu omiſſo, q. 7. n. 139

Ab eo, qui non recognoſcit ſuperiorem, non appellatur, qu. 16. lim. 1. n. 6. iuncta præcedentibus.

Appellatio ſimplex ad ſuperiorem proximum, valet, q. 7. ſub n. 4. 5. & 12

Si iudicauerint ſimul eccleſiaſticus, & ſecularis, & ab eorum ſententia appelletur ad ſuperiorem ſecularis, & ad quemcunque alium iudicem competentem, appellatio valet, q. 7. n. 14

Quilibet ſuperior poteſt appellare pro ſubdito, quæſt. 5. numero 56. Declaratur, quando ſuperior poteſt prætendere intereſſe, alias ſecus, num. 57. Et poteſt appellare tam nomine proprio, quam nomine ſubditi, num 56. verſ. ſubextende.

¶ Superior corrigit factum inferioris, & non è conuerſo, q. 5. num. 4

Superior poteſt agere pro ſubdito iniuſtè moleſtato, q. 5 ſub n. 56. verſ comprobatur.

Superior dicitur is, qui eſt ſubalternate ſuperior, q. 7. ſub n. 3. verſ. ſubdeclara.

Supplicatio.

Sublata appellatione propter excellentiam iudicis, non denegatur ſupplicatio, & recurſus, qu. 19. rem. 3. num. 2. & ſeqq.

Sublata appellatione ex natura cauſſæ, cenſetur prohibita etiam ſupplicatio, eod. rem. 3. numero 4 & ſequentibus, & numero 7. Præſertim quando appellatio eſt ſublata a iure communi, & à ſtatuto, num. 8. Et idem ſi a ſtatuto ſolo, numero 9 Vnde ſupplicari non poteſt aduerſus ſententiam, quæ ob non proſecutam appellationem tranſiuit in iudicatam, numero 11. Neque aduerſus ſententiam iſtam contra verum contumacem, numero 12. Et multo minus aduerſus rem iudicatam trium conformium, n. 10

¶ Poteſt ſupplicari in cauſis minorum, & matrimonialibus, n. 13. Et an, & quando in tribunali Vicarij, & Gubernatoris Vrbis detur recurſus, n. 14. 16 17. & 18. Poteſt ſupplicari in actibus extraiudicialibus, n. 19. Item aduerſus tarditatem iudicis, num. 20. Et indiſtinctè per viam gratiæ, num. 21. Et quando ſupplicatio fundatur in nullitate ſententiæ, n. 22

In cauſſa ſupplicationis proceditur, ſicut in cauſſa appellationis, q. 19. rem. 3 n. 24. & ſeqq. Et in quibus non procedatur, n. 27. & 58

¶ A ſententia Vicarij poteſt ſupplicari Epiſcopo, quæſ 8. num. 79 & 80

Supplicatio debet interponi infra decem dies, q. 12. n. 83. Declaratur, q. 19. rem. 3. ſub n. 27. ſubdecl. 1

Supplicatio non admittitur aduerſus rem iudicatam trium conformium, q. 17. lim. 1. n. 15. Et quid in ſententiis, quæ non tranſeunt in rem indicatam, n. 16

Contumax vere non ſupplicat, q. 17. lim. 3. n. 7

Supplicatio differt à reſtitutione in integrum, q. 19. rem. 3. n. 23 Et à querela, & à remiſſione, n. 34

Supplicatio non retardat executionem, eod. rem. 3. n. 27. Sed recurſus coram Gubernatore retardat, ibidem verſiculo tempora.

Non poteſt quis bis ſupplicare, eod. rem. 3. n. 58

Cautio de reſtituendo an, & quando præſtetur ſupplicanti, & an ſufficiat cautio iuratoris, ead. rem. 3. ſub n. 27. verſ. declara, & ſeqq. Et, ea non præſtita, executio eſt nulla

ead.q.19.rem 2. ſub num.94. verſ.ampla.

Princeps non debet de facili admittere ſupplicationes aduerſus res iudicatas,q.19 rem.3 n.29

Effectus ſupplicationis,remiſſiuè,eod,rem.3.n.29.in fine.

Supplicationis cauſa an reuideatur ex eiſdem,vel poſſit reuideri etiam ex nouis,eod.rem.3 n.25

Suſpectus, & ſuſpitio.

Suſpectus de fuga poteſt capi,etiam pendente appellatione,q.2.n.27

Si iudex ſit ex legitima cauſa allegatus ſuſpectus,& is nihilominus procedat, poteſt appellari, quæſt.5. ſub numero 116

A iudice ſuſpecto non poteſt propter ſolam ſuſpicionem appellari,q.5. n.116

Si ordinarius delegat eo, quia ſit ſuſpectus à delegato non appellatur ad ordinarium, qui delegauit, ſed ad illius ſuperiorem,q.8.n.8.& 19

Si Epiſcopus delegat eo, quia ipſe ſit ſuſpectus, à delegato appellatur ad ſuperiorem Epiſcopi,& non ad Epiſcopum, q.8.n.27

Si delegatus ſubdelegauit eo, quia erat ſuſpectus, non appellatur ad delegantem,ſed ad alium ſuperiorem, quæſt.8. num.48

A proceſſu,quem facit iudex,allegatus ſuſpectus, poteſt appellari etiam poſt decem dies allegatæ ſuſpicionis, dummodo appelletur intra decem ab ipſo proceſſu,actu,quem facit.q.12.n 152

Si iudex,allegatus ſuſpectus, procedat, & appelletur à proceſſu,proceſſus eſt nullus,q 14.n 63

Appellatio ſola an cauſet ſuſpicionem, q.17. lim.47.memb,3 ſub n 3.& 4

¶ Princeps an poſſit dare iudicem ſuſpectum,q.16.lim.1.num.18.& ſeqq.

Inferior Principe an, & quando poſſit dare iudicem ſuſpectum,ead.lim.1.n.122.& ſeqq.& 125

Ex capite ſuſpicionis non poſſunt recuſari Papa,q.16.lim.1, ſub n.7.& 8.Imperator,n 9 Is, qui non recognoſcit ſuperiorem,ſub eod.n.9 Bonus religioſus,ſub num.17 Merus executor, n.10. Secus ſi ſit mixtus n.11. Et qui executores poſſint recuſari ſuſpecti,n.12 & ſeqq.

Si principaliores ſunt ſuſpecti,reliqui poſſunt haberi pro ſuſpectis,q.16.lim.1.n.15. Quare tota Synodus poteſt recuſari ſuſpecta,ſi eſt ſuſpectus Metropolitanus,n 16. Et totum Collegium, & Vniuerſitas, ſi eſt ſuſpectus Rector, ſub eod.n.6

Qui poſſint recuſari ſuſpecti,& qui non qu.16. lim.1, ſub n. 16.& ſeqq

Iudex ſi ſemel grauauit partem, efficitur ſuſpectus de iteratione grauaminis,q.17.lim.47 memb.3. n.2. Vnde poteſt recuſari in alijs cauſis ſeparatis,n.3

Pars non poteſt recuſare iudicem, quem elegit, d.lim.47. mem.3.n.21

Pars poteſt allegare iudicem ſuſpectum etiam quod ſuſpicio procederit ex facto ipſius partis,q 17.lim 47.memb.1. num.18

Suſpicio iuris, & de iure non indiget allegatione, qu.8. ſub num 75

Suſpicionis exceptio contra iudicem an, & quando poſſet opponi poſt litem conteſtatam,queſt.11.ſub num.52.ſub verſ a

De ſuſpicione Epiſcopi,& Vicarij,vide in verbo,Epiſcopus, & in verbo. Vicarius.

Suſpicio,vide in verbo. Timor.

Suſpenſio, & ſuſpenſus.

Appellatio ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo,q,3.num. 36.& 49. Si ſit appellatum a diffinitiua, quæſt.17 lim 47. memb.2 ſub num.11. verſ.confirmatur. Suſpendit etiam ſi ſententia traheret ſecum executionem,d quæſt.3.num. 18.73.& 74. Etiam ſi iudex a quo appellationi non deferret, num.19 Suſpendit ſententiam depoſitionis,num.72. vide in verbo. Canonicus,in verbo Epiſcopus,verſ.Epiſcopus depoſitus.& in verbo, Prælatus. Suſpendit infamiam irrogatam per ſententiam, num.74. in fine, & numero 75

Appellatio, non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo in his,quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, q 3. num.20. Et quæ ſint iſta,vide in verbo. Pendente. Non ſuſpendit,niſi quo ad illam cauſam ſeu articulum, a quo eſt appellatum, num 46. Non ſuſpendit actum futurum, omnino aperſtionis ad ſententiam latam,num 55. Non ſuſpendit effectum ſententiæ cenſuralis eccleſiaſticæ, n. 65. 76. & ſeqq. Procedit hoc in appellatione interpoſita poſt ſententiam,numero 66 Et in ſententijs cenſurarum ſpiritualium,ſecus in alijs, numero 67. Non ſuſpendit, ſi non ſit interpoſita coram ipſo iudice à quo,q.6.n.7.& latius,n.31

Licet condemnatus ad mortem fiat ſeruus pœnæ,tamen appellatio ſuſpendit effectum condemnationis,q.3.n.73. & q.17.lim,22 ſub n.2

Licet iudex à quo non teneatur aliquo caſu deferre appellationi,tamen deferendo ſuſpenditur eius iuriſdictio, q.17. lim 4.n.27

Licet non deferat tamen ſuſpenditur eius iuriſdictio, ſi in appellatione ſit expreſſa cauſa, &c. quæſt.17 limit.4.numero 51

Appellatio in articulis ſeparatis an ſuſpendat quoad omnes, ſi iudex detulerit appellationi,vide in verbo. Deferre, verſ.licet iudex.

Terminus ad appellandum à diffinitiua ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo,q 3. n.17. & 50. Sed non ab interlocutoria,vide in verbo. Terminus.

Appellatio a Papa,ſeu Principe male informato ad eundem non ſuſpendit pronunciatum,q.8.n.66

Appellatio ſuſpendit,ſed non reſcindit iudicatum,q.3.num. 82.& 83

Arreptio itineris ad Papam ſuſpendit iuriſdictionem iudicis,q.6,ſub n.42.ſubdeclar. 1

Appellatio ab interlocutoria non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis a quo.q.3.num.47.& q.17.lim.47. memb.1. num, 28 & memb.2.ſub numero 11.Sed ſi appellatio ſit admittenda, & articulus ſit connexus cum tota cauſa, ſuſpendit non ſolum articulum interlocutoriæ, ſed totam cauſam, d.lim 47. memb.2. ſub numero 1. Siue ſit appellatio ante conteſtatam litem,num 2 & 3. Siue poſt litem conteſtatam,numero 4.& ſequentibus. Sed ſi articulus, a quo appellatur non ſit connexus, non ſuſpendit, niſi quoad illum articulum,num.12 & ſub numero 14. verſ. non recedas, & numero 15.& ſeqq.Praxis tamen ſeruat, vt ſuſpendat in omnibus, ſub numero 14. verſiculo praxis tamen.

Suſpenſio iuriſdictionis, cauſſata ex appellatione ab articulo connexo,non operatur ſimpliciter reuocationem proceſſus quoad connexa, ſed conditionaliter ex futuro euentu,quatenus ſcilicet iuſtificetur appellatio, q.17. lim. 47.memb.2.ſub n. o. decl.2

Appellatio ab vna cauſa ſeparata non ſuſpendit proceſſum alterius cauſæ,q.17.lim.47.memb 2.n.13.conform,1. Et ſi appelletur a ſententia delegati n.30

Qui ſint articuli ſeparati,in quibus appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem, niſi in articulo, a quo appellatur, quæſt, 17.lim.47. memb.2. num.15. & ſequentibus. Et qui ſint articuli connexi,in quibus ſuſpendit quoad omnes, n.5. & ſeqq.

Suſpenſo iudice medio,appellatur ad illius ſuperiorem, q.7. nu10.41

Suſpenſus licet appellet,tamen remanet ſuſpenſus, qu.3 n. 65.& 77.Declaratur,n.66. & ſeqq.

¶ Connexitas,quæ cauſat ſuſpenſionem totius iuriſdictionis, conſideratur tripliciter, quæſt 17. limitat.47. membr.2. num.10

Suſpenſio quid ſit q.3.ſub n.77.verſ.contra.

Suſpenſus a beneficio,ſeu a Pontificalibus,&c. & celebrans non incurrit irregularitatem,q.3.ſub n.68

Suſpenſiua.

Appellatio ſuſpenſiua in poſſeſſione momentanea an habeat locum in caſibus, in quibus ius ciuile permittit appellari,q.17 lim 6 memb.3.nu10.26. Et quid ſi grauamen non poſſit reparari,niſi cum magna difficultate,memb.8, n.5.& 8

In poſſeſſorio ſummario denegatur etiam de iure canonico,q.17.lim.6.memb.2, n.4. Secus in poſſeſſorio ordinario,memb.7.n.11.& 13

In

Digitized by Google

In immiſſione hæredis ſcripti in poſſeſſionem denegatur etiam de iure canonico, q. 17 lim. 6. memb. 4. n 31

Tertij appellatio an admittatur etiam ſuſpenſiue, q. 17. lim. 6. memb. 4. n 46. & ſub n. 47. comprob. 1

Quo caſu detur appellatio ſuſpenſiua, & non deuolutiua, q. 17. lim. 48 n. 33

Reliqua vide in verbo. Prohibere, in verbo. Inſtrumentum, & in verbo. Notorium.

Syndicatus, & Syndicus.

A ſententia, lata in ſyndicatu, an detur appellatio, vide in verbo. Officialis, & in verbo, Barattaria.

Syndicus an, & quando poſſit renunciare appellationi, vide in verbo. Renunciatio, verſ. procurator.

¶ Iudices & officiales ſyndicantur de grauamine, iniquitate, & iniuſtitia ſententiæ, q. 19. rem 4 n. 1. Etiam ſi pars grauata potuiſſet alia via ſe defendere contra aduerſarium, num. 2. Et non ſolum tenetur officialis, ſed etiam Ciuitas, quę ipſum elegit, n. 3

Officiales de conſuetudine Italiæ, & Franciæ non ſyndicantur, niſi de dolo, & barattaria, eod. rem. 4. n. 5. & ſeqq. Et in Vrbe nullatenus ſyndicantur, n. 8

Tacite.

TAcite contenta in ſententia non admittunt appellationem, q. 17. lim. 6. memb. 9. ſub n. 11

¶ Tacitum non operatur quantum expreſſum, quæſt. 12. numero 87

Quæ tacitè colliguntur ex ſententia, non tranſeunt in rem iudicatam, q. 17. lim. 6. memb. 9 ſub n. 11. Niſi colligantur neceſſario, ſub eod. n. 11. in fine.

Sententia habet vim ſententiæ etiam in his, quæ ex ipſa tacitè, & neceſſario colliguntur, eod. memb. 9. ſub n. 70

Quod tacitè, & neceſſario colligitur, dicitur expreſſum, eod. n. 70. & 72

Tarditas.

A tarditate iudicis non expedientis cauſſam an poſſit appellari, & quæ ſint neceſſaria, q. 17. n. 46. & ſeqq.

¶ Tarde producens inſtrumentum, tenetur ad expenſas, vide in verbo. Expenſæ, verſ tarde.

Taxatione expenſarum, & fructuum,

Expenſæ non poſſunt taxari, appellatione pendente, q. 3. n. 54. & ſeqq. Et quid in Iudæis, n. 58. Quid ſi taxentur incontinenti, n. 59. Quid in expenſis regeſti, n. 60. Quid in expenſis cauſſæ attentatorum, n 61

Appellatio a condemnatione fructuum an impediat iudicem à quo, vt non poſſit eos taxare, q. 17. lim. 6. memb. 9. num. 41

A taxatione expenſarum propter exceſſum datur appellatio, q. 17. lim. 10. num. 56. & lim. 21. num. 57. & 58. Et ideo non poteſt appellari à taxatione, præſuppoſita re iudicata in ſimplici condemnatione expenſarum, d. lim. 30 num. 58. Sed requiritur, vt in appellatione exprimatur exceſſus à taxatione, num. 59. & 61. Et eiuſmodi appellatio cum expreſſione exceſſus ſuſpendit, num. 63. Et an vltra expreſſionem exceſſus requiratur aliquis ſumus de exceſſu, & quid ſeruet Signatura, n. 64. & 65. Et quid ſeruetur in foro Capitolino, quando appellatur à taxatione expenſarum, n. 57

A taxatione expenſarum exceſſiua datur appellatio etiam, ſi non ſit appellatum à condemnatione, quæſt. 17. lim. 21. num. 59. Et daretur etiam in obligatione Camerali, ſi expenſæ taxatæ conſtituerent ſummam appellabilem, num. 60 Et etiam in expenſis interlocutoriæ, &c. num. 61. Et datur etiam vero contumaci num. 62. Et in expenſis contumacialibus, num. 63. Et præcipuè datur appellatio, quando taxatio expenſarum fieret in ipſa ſententia diffinitiua, num. 64

¶ Iudex poteſt reuocare taxationem expenſarum, dummodo non ſit facta cum ipſa ſententia diffinitiua, qu. 19. rem. 1. concl. 6. rem. 24. 70 & 71

Taxatio expenſarum non eſt interlocutoria, ſed eſt quædam declaratio, q. 3 n. 54. verſ. ratio.

Temeraria.

Appellatio temeraria quæ dicatur, q. 2. ſub n. 48

Temere appellans, vide in verbo. Calumnioſe.

Tempus,

Tempus ad appellandum in cauſſa propria, & in cauſſa aliena quantum eſſet de iure digeſtorum, & codicis, & qu. 12. n 1

Appellari debet infra decem dies, quæſt. 12. num 2 Etiamſi ſententia eſſet nulla, num. 59. & ſeqq. Etiam ſi appellatus confiteretur de iure non ipſius appellati, num. 62. & ſeqq. Etiam ſi ſententia eſſet notorie iniuſta, num. 67. & 68. Tertius debet adhærere appellationi infra eoſdem decem dies, num 69. & ſeqq. Debet ratificari infra eoſdem decem dies, num. 79 & 80 Neceſſitas appellandi infra decem dies habet regulam pro ſe, tam in ſententijs, quam in perſonis & cauſſis. In ſententia ergo, quæ non tranſit in rem iudicatam, num. 81. & 82. & quæſt 17. lim 1. num. 7. In ſententia lata de conſilio ſapientis, lim. 2. num. 16. In ſupplicatione, num. 83. In ſententia interlocutoria, num. 84. & ſeqq. In quibus ſubampliatur, reſtringitur & declaratur. In rico, num. 99. Nec de conſenſu partium poteſt deinde appellari, num. 100. & ſeqq. In cauſſa beneficiali, num. 103. & ſeqq. In actu iudiciali, & extraiudiciali, num. 106. In proteſtatione interponenda coram honeſtis viris, num. 107. In appellatione coram iudice ad quem, num. 108. In intimatione appellationis, num 109. Etiam ſi intra illos decem dies fieret compromiſſum, numero 110. In ſententia conditionali, num. 111. & 113. vbi limitatur. In laudo, num. 114. & ſeqq In ſententia lata, procuratore præſente, num. 118. & ſeqq. In eo, qui eſt reſtitutus ad appellandum, num. 141. In actu, qui dependet à ſententia, num. 142. In ſententia lata contra infirmum, ſub eod. numero 142 In cauſa feudali. In cauſſa criminali, ſub eod. num 142. Si non appelletur, tranſit in rem iudicatam abſque alia declaratione, num. 143. Supplicari infra quantum tempus debeat, vide in verbo Supplicatio.

Limitatur in multis caſibus, in quibus poteſt appellari etiam poſt lapſos decem dies. In grauamine ſucceſſiuo, num. 144. & ſeqq. Quoad effectum ratificandi geſta per falſum procuratorem, num. 153. In appellatione tertij num. 154. & 155. In appellatione à ſtatuto, numero 156. & ſeqq. In comminationibus, num. 159. In præceptis, num. 160 In appellatione a delatione iuramenti, num. 161. In ſententia lata dolo iudicis, ſub eod. num. 161. In paupere, &c. numero 162 & ſequentibus. In impedito, num. 167. Quandiu pendet cauſſa nullitatis, numero 169. Quandiu pendet articulus an appellatio ſit deſerta, num. 170. In cauſis criminalibus, &c numero 171. In remedijs extraordinarijs, numero 173. In reductione arbitramenti, &c. numero 174

Infra tempus decem dierum eſt appellandum coram iudice competenti licet fuerit prius appellatum coram incompetenti, q. 7. n. 27. & qu. 8. n. 83. Infra idem tempus eſt appellandum coram iudice ad quem, q 6. n. 17. Similiter coram honeſtis perſonis, num. 38. Reſtringitur, quando non poſſet propter iuſtum metum, n. 39

Statutum, ſeu ſtylus poteſt augere, & minuere tempus datum à lege ad appellandum, q. 12. n. 5. & 6

Tempus datum ad appellandum an incipiat currere à die notitiæ latam eſſe ſententiam, & an ſufficiat notitia ſolius prolationis ſententiæ, vel requiratur etiam notitia de qualitate ſententiæ, q. 12 num. 7. Et lato reſoluitur, diſtinguendo duos caſus, n. 9. & ſeqq. & n. 13. & ſeqq. Et quando incipiat currere contra tertium, num. 75 in fine, & numero 154

Tempus ad appellandum contra citatum perſonaliter incipit currere a die habiti termini pro ſeruato, q. 12 ſub n. 38. verſ. declara.

Tempus ad appellandum non currit quandiu pendet cauſſa nullitatis, q. 12. n. 169. Et quandiu pendet articulus, an appellatio ſi deſerta, n. 170

Appellatio præſumitur interpoſita infra legitima tempora à tempore habitę notitię, q 12. n. 24

Appellans tenetur docere non ſolum de appellatione, ſed debet etiam probare ſe appellaſſe infra legitima tempora, q. 12. n. 40 Etiam ſi appellatus confiteretur, fuiſſe appellatum, n. 42. Reſtringitur, & extenditur, n. 44. & 45. Etiam ſi appellatus ore proprio confiteretur de non iure ipſius appellati, n. 62. 64. & 65. Etiam ſi cauſſa appellationis eſſet deuoluta ad Papam, n. 63

Appellans tenetur probare ſe appellaſſe infra legitima tempora, etiam appellato non opponente, quæſt. 12. ſub numero 42

Non ſatis eſt, probare fuiſſe appellatum infra legitima tempora, ſed debent probari alia formalia appellationis, q. 12. ſub n. 43

Arreptio itineris, quæ habet vim appellationis, debet fieri infra tempus decem dierum, quæſt. 6. ſub num. 42. ſubdeclar.

Appellans & dicens ſe à decem diebus citra habuiſſe notitiam an præſumatur appellaſſe infra decem dies, quæſt. 3. num. 46

Appellans non cogitur vltimo momento temporis dati ad appellandum adire iudicem, ſed poteſt adire quandocunque intra illud tempus, &c. q. 12. n. 47

Iudex non poteſt variare, ſeu breuiare tempus decem dierum, datum ad appellandum, q. 15 num. 216. & ſub n. 219. verſ. primus.

Tempus datum ad appellandum, quoad ſui initium eſt vtile, & quando propterea non currat, quæſt. 12. numer. 48. Sed quoad ſui progreſſum eſt continuum, ſub eod. numero 48

Tempus datum ad appellandum, non currit ignoranti, q. 12. ſub num. 48

Impedito non currit tempus ad appellandum, quæſt. 12. ſub num. 48

Tempus datum ad appellandum currit de momento ad momentum, de puncto ad punctum, quæſt. 12. num. 49. Hoc non ſeruatur Romæ neque in alijs locis ſtatus eccleſiaſtici, num 13. & 54. Neque quando tempus datur ad appellandum infra decem dies a die latæ ſententiæ, num. 56. & 57

Dies ſententiæ latæ, & dies appellationis computantur in decem diebus datis ad appellandum, qu. 12. ſub num. 49. Romæ tamen & in alijs locis ſtatus eccleſiaſtici dies latæ ſententiæ non numeratur, num. 55. Neque computatur, quando tempus datur ad appellandum a die latæ ſententiæ, n. 56. & 57

Dies interpoſitæ appellationis non computatur in termino Apoſtolorum, q. 13. n 85. Et ideo non computatur in fatalibus, q. 15. n. 171

Appellatio poteſt interponi quolibet tempore tam feriato, quam non feriato etiam de nocte, q. 12. n. 51. & q. 4. n. 57. in fine.

Tertius infra quantum tempus debeat appellare, & infra quantum tempus debeat adhærere appellationi, qu. 12. n. 69 & ſeqq. & n. 75. & ſeqq.

Tertius, volens appellare, vel adhærere appellationi, debet hoc facere infra decem dies, ſecus ſi velit adhærere proſecutioni appellationis, quia poteſt adhærere etiam poſt lapſos decem dies, q. 12. n. 75

Adhæſio appellationis intra quantum tempus debeat fieri, vide in verbo. Adhæſio, & in verbo. Tertius.

Appellatio vnius ex litisconſortibus facta infra legitima tempora prodeſt alijs non appellantibus, quæſt. 12. num. 77 & ſeqq.

Iudex, vel partes an poſſint præfigere breuius tempus vel longius ad redeundum pro Apoſtolis, vide in verbo. Apoſtoli.

Tempus petendorum Apoſtolorum eſt commune iudici, & appellanti, q. 13. ſub n 39. verſ. contra, & n. 83

Tempus ad reſpondendum de Apoſtolis quantum ſit, qu. 3. ſub n. 42. & n. 92. & ſeqq.

Tempus ad petendum, & reſpondendum de Apoſtolis currit de momento ad momentum, q. 13. num. 42. in fine. Et quando incipiat currere, n. 83

Tempus decem dierum datum ad committendam cauſam appellationis interpoſitæ in partibus quando incipiat currere, q. 14. ſub n 48

Tempus decem dierum qui dantur appellanti ad faciendam committi cauſa appellationis, eſt tempus ad ſubleuandam appellationem, &c. q. 14. ſub n. 14. verſ. ratio. Et dantur ad inchoandum proſecutionem appellationis, ſub n. 39 verſ. ratio Et non eſt de fatalibus, q. 15. n 162

Infra quantum tempus debeat expediri commiſſio cauſæ appellationis vide in verbo. Commiſſio.

Tempora fatalium ſunt ſeptem, qu. 15. n 12. Et quæ ſint, & ſunt ad illaqueandum appellantem, n. 15. Et an, & quando currant, n. 44. & ſeqq.

Reliqua vide in verbo. Fatalia, in verbo. Feriæ, & in verbo. Terminus.

¶ Tempus ad conficiendum inuentarium an currat, pendente lite ſuper hæreditate, q 15. n. 318

Tempora vtilia non currunt ei qui eſt impeditus facto iudicis q. 11. ſub n. 153. & q. 15 n. 124

Tempus ſeu terminus non currit, quandiu diſputatur ſuper eo, cui terminus eſt præfixus, q. 15. n. 82

Tempus ad eligendum currit non obſtante quod ſit impetranda licentia Papæ, &c. q 15. n. 157

Lapſo tempore præfixo an poſſit valide procedi, vide in verbo. Inſtantia verſ. ſententia lata.

Terminus.

Termini ſubſtantiales in cauſa appellationis quot, & qui ſint q. 11 n. 58 & 59

Pendente termino ad appellandum, nihil eſt innouandum, q. 3. num 17. 15. & 50. innouatum tamen remanet in ſuo robore, ſi non ſequatur appellatio infra terminum, num. 52. Et quid de innouatis poſt lapſos decem dies a die ſententiæ latæ contra fictum contumacem ſed pendente alio termino decem dierum ad appellandum à die notitiæ, q. 13 ſub n. 38. verſ. nota, & num. 175. Innouata remanent etiam contra tertium, q 17 lim. 6. memb 4. num. 111. Item remanent in caſu, quo appellatio ſit regulariter prohibita, ead q. 17 lim. 4. num. 53. Et ideo remanent geſta pendente termino ad appellandum ab interlocutoria ead. qu. 17. lim. 47. memb. 1. n. 29. Etiam ſi habeat vim diffinitiuæ, num. 212. Et contineat grauamen irreparabile, ſub num. 149. Quare iudex pendente termino ad appellandum ab interlocutoria ſuper competentia, poteſt procedere, ibidem, verſ. confirmatur.

Terminus ad appellandum aliquando plus impedit, quam ipſa appellatio, q. 3 n. 51. Et quando plus impediat appellatio, q. 17. lim. 4. n. 51

Paria ſunt, pendere appellationem, vel terminum ad appellandum, q. 17. lim. 2. ſub n. 26. comprob. 1. Hæc æquiparatio quando non ſit vera, q 17. lim. 4. n 53. & lim. 47 memb. 1. n. 149 & 151

Termino habito pro ſeruato circumducto, an requiratur noua ſchedula appellationis, vel ſufficiat prioris repetitio, q. 12. ſub n. 38. verſ. difficultas, & q. 17. lim. 21. ſub num. 23. verſic. & quia.

Stylus habendi terminum pro ſeruato ad ſententiam latè impugnatur, & defenditur in commiſſione cauſæ appellationis, q 14 n 9. 10. & ſeq.

Habito termino pro ſeruato, an adhuc appellans debeat facere inſtantiam pro illius aperitione, ne currant fatalia, q. 15. n. 127

Si iudex requiſitus pro Apoſtolis, det terminum iuris, & deinde eidem redeundi in termino iuris det alium terminum iuris, an cenſeatur dediſſe Apoſtolos refutatorios, quæſt. 13 num. 20. & 22. Et non tenetur appellans iterum redire, n. 34. Et tenetur iudex illos dare in ſecundo termino etiam non requiſitus, alias amittit iuriſdictionem, ſub n. 58

Iudex non poteſt monere appellantem ad redeundum pro Apoſtolis in termino anticipato, &c. q. 13. n. 35

Terminus iuris, qui datur pro Apoſtolis in Regno Neap. qualis ſit, q. 13. n. 92. & ſeq. Et qualis in foro Capitolino n. 98 & 99

Iudex dando Apoſtolos dimiſſorios, an poſſit præfigere terminum ad ſe præſentandum cum Apoſtolis, qu. 13. num. 87. & ſeqq.

Iudex, vel partes an poſſint præfigere breuiorem, ſeu longiorem terminum ad redeundum pro Apoſtolis, vide in verbo. Apoſtoli.

Reliqua de termino Apoſtolorum, vide in verbo. Apoſtoli, & in verbo. Tempus, & in Verbo. Renuntians.

Iudex a quo non poteſt appellanti præfigere terminum ad finiendam cauſam appellationis, qu. 14. num. 51. & q 15. ſub n. 15. verſ 9. & n. 218. Sed præfixus remanet validus in proſecutione appellationis n. 16

Iudex à quo, non deferendo appellationi, an poſſit appellanti

lanti

lanti præfigere terminum ad proſequendam appellationem, q.14.num.15. Et, deferendo, an poſſit ex interuallo, vel ſolum eodem contextu præfigere, num.21
Iudex á quo an eo ipſo, quod appellanti præfigit terminum ad proſequendam appellationem, dicatur admittere appellationem, q 14.num 16
Præfixo termino ad proſequendam appellationem, quos effectus operetur, quæſt.14 num.17 Et quod non deuoluat cauſam ad Curiam, numer.18. Et quid in cauſis beneficialibus, num.20
Iudex á quo poteſt præfigere terminum ad proſequendam appellationem, ſed non cogitur præfigere, quæſt.14.numero 22
Regens Cancellariæ poteſt prorogare terminum ad committendam cauſam appellationis, quæſt.13. ſub num.36. verſic.ſecunda.
Terminus quod iudex á quo poteſt præfigere appellanti ad eum illaqueandum, ſunt octo, q.15.num.15
Terminus, quem appellanti aſſignat iudex á quo non retardat terminum aſſignatum a iure, quia terminus hominis venit ad abbreuiandum, q.15.num.20
Iudex ad quem non poteſt ad inſtantiam appellati breuiare terminum ad proſequendam appellationem, q.15.nu 240. Et quomodo poſſit, n.317
Si iudex, lapſo termino, admittat teſtes, poteſt appellari etiam in cauſa poſſeſſoria, quæſt 16.lim.6.memb.7.num. 41.& 42
De termino ad committendam cauſam appellationis, Vide in verbo commiſſio.
Reliqua, vide in verbo. Dilatio, & in verbo. Tempus.
Termini ſubſtantiales ſeruandi coram iudice executoriali, qui ſint, q.11.num.100
Terminus pro ſeruato ad ſententiam quantum durer de ſtylo, Curiæ coram diuerſis iudicibus, q.12.num.8.& q.14 ſub num.11.verſic.aduerte.
Sententia fingitur lata in die termini habiti pro ſeruato, &c. q.14.ſub num.10.verſ.reſpondeo.
Iudex non poteſt prorogare, ſeu breuiare terminum datum á lege, &c.q.15.ſub num.514.& ſeqq.
Idem eſt aſſignare in termino, & ad terminum, qu.13.ſub num.51.aduert.1
Auditor Cameræ an, & quando concedat terminum triginta dierum ad ſoluendum, & quid operetur iſte terminum, q.17.lim.2.num.29.& ſeqq.
Terminus non currit, vide in verbo. Tempus.
Reliqua vide in verbo. Tempus.

Ter prouocare.

Vna, eademque pars non poteſt ter appellare, vtraque tamen poteſt bis appellare, q.27.lim.1.num.42. Quare ſtatutum quod non liceat niſi ſemel appellare intelligitur, ab vna parte, num.43.& 51
A ſententia qua iudex declarat, non poſſe tertio appellari, datur appellatio, q.17.lim 47.memb.1 num.184
Non licet ter prouocare, vide in verbo. Tres ſententiæ.
Interlocutoria, quod non poteſt tertio appellari, habet vim diffinitiuæ, q.17.lim.47.memb.1.num.184
Tertia ſententia, ſeu appellatio, vide in verbo Tres ſententiæ.

Tertius.

Tertius quilibet poteſt appellare pro ſuo intereſſe, q.5.num. 71. Etiam pro quali, quali præiudicio, num.73. Sed non pro intereſſe fundato in ſpe tantum, num 74
Tertius cuius culpa appellatio eſt deſerta, tenetur ad intereſſe, q.15.num.135 & ſeqq.
Tertius faciens aliquid, appellatione pendente, debet conueniri coram ſuo iudice, nulla habita ratione appellationis quæſt.3.num.62.& quæſt.17.lim.2.num.63. Et an, & quando dicatur innouare, appellatione pendente, vide in verbo. Pendente.
A ſententia lata in fauorem actoris excommunicati poteſt tertius, qui nullum habet intereſſe, appellare, quæſt.quinta, numer.120
Tertius quandoque admittitur ad appellandum ab ea ſententia, á qua appellare non poſſunt partes, quæſt.17.lim. 1.num.63
Non poteſt appellare á ſententia diffinitiua propter ſuum intereſſe, niſi exprimat cauſam ſui intereſſe, quæſt.4.ſub numero 49.caſ 4 Imò niſi doceat, etiam ſi vellet appellare deuolutiue tantum, qu 17.lim.6. memb.4. ſub nu.108. verſic.declara.
Poteſt appellare infra decem dies á die notitiæ quæſt.12.numer.154.& 155.& quæſt.17.lim.6. membr.4.num.69.96. & ſeqq.102. & 103
Volens adhærere appellationi, tenetur adhærere infra decem dies q.12.num.69.& ſeqq. Declaratur, nu.75 & ſeq. & 78 reſtr.3 in quibus reſtringitur.
Non poteſt adhærere appellationi, niſi habeat intereſſe, qu. 12.num.72 & q.17.lim.6.memb.4.num.106. & 107
Reliqua de tertij adhæſione, vide in verbo. Adhæſio, & in verbo. Tempus.
Tertius poteſt appellare á ſententia de mittendo hæredem in poſſeſſionem, licet principalia non poſſit, q. 17.limit.6. memb.4.num.41.& ſeq Et, ſi bona ſunt vacantia (impedit executionem) ſub num.74.& ſeqq.
Si tertius petat, reuocari tenutam datam ex primo decreto in ſuæ poſſeſſionis præiudicium, & iudex non reuocet, poteſt appellare, q.17.lim.6. memb.4.num.129
Prohibitio appellationis non ſe extendit ad tertium, qu.17. lim.6.memb.4.nu.42
Tertius poteſt appellare inuito principali, qui litigat, qu.17. lim.6 memb.4.num.44 Et poteſt proſequi appellationem etiam ſi reus principalis ſe concordauerit cum actore, num.45.ead.q.17.lim.2 ſub num.96
Poteſt appellare quamuis principales non appellent, ſeu renuntient appellationi, vide in verbo. Renuntians verſic. appellationis renunciatio.
Tertius appellando, an, & quando impediat executionem ſententiæ contra condemnatum, q 17 lim 6 memb 4.nu. 46.& ſeqq.& ſub num.101.verſ.verum. Et quando etiam non appellando, num 51.& ſeqq. Et volens impedire per viam appellationis, debet appellare infra decem dies á die ſcientiæ, num.69 & 96. Et quæ ſcientia requiratur, num. 98. Et quid præſumatur in dubio, numer 97 Et appellatio non debet præſumi calumnioſa, num.87. Et quando non præſumatur num.88
Nec debet tertius eſſe intruſus in poſſeſſione pendente, nu. 91. Aut aliter clandeſtinus, ſeu violentus &c. nu 92. Quia iſti poſſeſſores fraudolenti non impediunt executionem, etiam ſi appellent infra legitima tempora, nu.93. Neque eis appellantibus præſtaretur cautio, num.94. Et ſunt vitioſi poſſeſſores, quando fuit actum actione reali, & res controuerſa fuit alienata in ipſos, numer.95 Item non appellat, ſi venerit ad cauſam in tertia inſtantia, & feratur tertia ſententia conformis alijs duabus, numer 99 Et etiam ſi non venerit ad cauſam, dummodo ſciuerit quod cauſa agitabatur, num.100.& 101. Et quomodo probetur ſcientia, num.102 Et cui incumbat onus probandi ſcientiam, num.103. Minus etiam poſt appellare et rationaliter & quid in curia, num.105 Item non appellat, niſi exprimat ſuum intereſſe, num.106 & 107. Et de eo doceat incontinenti, num 108 Et quando tertij appellatio non impediat ſequeſtrum, numer.110. Neque appellat, ſi non poteſt appellare principalis condemnatus, & ſententia ſit ex illis, quæ præiudicant etiam tertio non vocato, n 112
Si tertius admittatur ad appellandum, non dicto de eius intereſſe, is, qui eſt principalis in cauſa, poteſt ab hac admiſſione appellare, q.17.lim.6.memb.4.num.107. Et idem ſi admittatur ad impediendam executionem, ead. qu.17.lim. 47 memb.1.num.102
Tertius poſſeſſor, cuius exceptiones non admittuntur ad impediendam executionem, poteſt appellare, q 17.lim.6, memb.4.num 55
Tertio poſſidenti, & ignoranti, cauſam agitari, licet habeat notitiam poſt lapſum tempus, ſententia tamen lata inter alios non præiudicat, quæſt 17.lim.6.membr.4. num.56. Et quid ſi ſciuerit, cauſam agitari, & non appellauerit, num.57
Tertius poſſeſſor condemnatus ex l fin.C.de acq.poſſeſs. ad dimittendam poſſeſſionem rei, quam debitor obligauerat creditori cum clauſula conſtituti, non appellat, quæſt. 17. lim.6.mem.6.ſub num.48.verſ.tertio quia.
Tertius non poteſt agere de attentatis commiſſis pendente termi-

termino ad appellandum, quæſt.17.limitat.6. membr.4. num.111

Tertius quomodo debeat concipere libellum appellationis, q.17.lim.6.memb.4.ſub nu.114.nota.

Iudex appellationis quomodo debet concipere ſententiam reſpectu tertij, ſub eod.num.114 not.2

Sententia in cauſa appellationis lata in fauorem tertij an,& quando proſit victo, ſub eod.num.14. not.3

Tertius, vide in verbo. Extraneus.

¶ Tertius non poteſt conueniri executiue, & ideo poteſt excipere contra inſtrumentum, licet non poſſint principales, q.17.lim.6.memb.4.ſub num.43

Tertius poteſt duplici via ſe opponere liti, & quæ ſint iſtæ viæ,& quomodo differant eod.membr.4. ſub nu.49.verſ. pro.& num.50.& ſeqq.& num 69

Tertius quando admittatur ad litem in ſtatu,& terminis,in quibus reperitur,& quando ſit cum eo initianda à capite, eod.memb.4.num.50.& 72

Opponendo ſe executioni an, & quando eam impediat, eodem memb.4.num.51.& ſeqq.& qu.19.rem.4.concl.4.nu, 98.& ſeqq.

Tertius poſſeſſor impedit executionem, q.17.lim.2.memb. 4.num 51.& ſeqq. Siue ſit actum actione perſonali, ſiue reali,num 53.Etiam ſi non probet, neque alleget poſſeſſionem eſſe iuſtam, numer.54. Præſertim ſi ignorauerit, cauſam agi,num.56.Et quid ſciuit,num.57.& 75.Præſertim etiam ſi alleget, ſe eſſe etiam dominum,num.58 Et quamuis victor vellet probare,victum eſſe dominum, n. 59.& ſeqq.Et quamuis poſſideret iniuſte quoad alios,dũmodo iuſte, quoad victum,num.63. Et quamuis poſſideret ſolum ratione melioramentorum,numer.64.& 65.Et quamuis eſſent tres ſententiæ conformes, num.66.Et victor,qui petit executionem, vellet cauere, &c.ſub eod.n. 66.ampl.11.Vt autem tertius poſſeſſor impediat executionem, debet incontinenti docere de ſua poſſeſſione, num. 68.Et non debet eſſe poſſeſſor clandeſtinus,violentus,aut alter vitioſus,num.70.91. & ſeqq. Alias fieret executio, nulla etiam præſtita ſibi cautione,num.94 Et non dicitur poſſeſſor intruſus, ſeu vitioſus niſi poſſideat rem controuerſiam,nu.95.Item ſententia non debet eſſe ex illis, quæ præiudicant etiam tertio non vocato, num.71.& 112. Et quid ſi tertius poſſeſſor ſit hæres ſub num.72.reſtric.5. Et quid in tertio poſſeſſore cuius actor conſtituerat ſe poſſidere nomine creditoris, qui agit contra ipſum tertium poſſeſſorem, ſub eod.num,72 verſ. extende.

Quomodo fiat executio contra tertium poſſeſſorem,probato,quod victus in ſententia eſt dominus, quæſt.17.lim.6. memb.4.n.60.& ſeqq.

Executio fit ſemper cum clauſula (ſine præiudicio iurium tertij, qui ſe appoſuit) eod.memb.4.nu.84.& 109

Vtilius eſt agere contra tertium poſſeſſorem, &c.q.17.lim. 6.memb.4.ſub num.72

Tertius, docendo de ſuo intereſſe, impedit executionem rei, cuius poſſeſſio eſt vacans,eod.memb.4.nu.74. Si ipſe ignorauit cauſam agi,num.75. Secus ſi ſciuit,nu.76 Aut habet præſumptionem calumniæ contra ſe,num.77.& ſub num.87.lim.1

Si victus ſit in poſſeſsione,tertius non impedit executionẽ, q.17.lim.6 memb.4.n.78. Etiam ſi tertius ante latam ſententiam mouiſſet litem,quia ex hoc victor caueret ſolum de reſtituenda re,n.79.Et quamuis tertius allegaret,quod victus tenet rem illam ab ipſo tertio,niſi hoc probaret incontinenti, num 80.Et quando ſit præſtanda hæc cautio, num.82.& 83.Impediret tamen executionem, quæ fieret ſuper alia re quam ſuper controuerſa, & tertius allegaret ſe habere ius in illa re,num.85.& 86

Clem.1.vt calumnijs de ſenten. & re iud non habet locum contra tertium,eod.memb.4 ſub num.51

Tertius, in quem debitor alienauit in fraudem creditoris, conuenitur actione reuocatoria,quæſt.17.lim.6.membr, 4.ſub num.95

Qui tertij, etiam non opponendo de poſſeſſione, poſſint ex inhabilitate litigantium impedire executionem eodem, memb.4.num.73

Tertius, qui pro ſuo intereſſe vult inchoare nouum iudicium, tenetur totam telam iudiciariam ab initio inchoare, ſecus ſi vult proſequi inchoatum, eodem memb.4.ſub num.114.not.4

Sententia poteſt plus,& minus præiudicare tertio, eodem memb.4. ſub num 114.not.1

Teſtamentum.

Teſtamentum, factum a condemnato ad mortem, eſt nullum, & quod feciſſet antea teſtator, ſed ſi appellet, & pendente appellatione moriatur,remanet validum,qu.3. num.75

A pronunciatione de aperiendo teſtamentum non appellatur,q.17.lim.5.numer.1.Imo appellans punitur,quod non ſeruatur de conſuetudine, num.3

Leges fauore teſtamentorum ſpecialiter prohibent appellari à ſententia de immittendo hæredem ſcriptum in teſtamento, q.17.lim.6.memb.4.num.24

Reliqua de appellatione à ſententia lata de mittendo hæredem in poſſeſſionem, vide in verbo.Hæres, verſic.à ſententia.

A ſententia, lata ſuper nullitate teſtamenti,datur appellatio quamuis actum ſit iudicio poſſeſſorio, q 17 lim.6.memb. 9.num.62

¶ Teſtamentum etiam ſi tempore, quo fit, non redigatur in ſcripturam, ſed redigatur poſtea, tamen habebit executionem paratam,q.17.lim.6.memb.4 ſub num 9

Licet teſtamentum, probatum teſtibus, habeat executionem paratam,dict.num.9. Tamen ſi ſit redactum in ſcripturam, quæ in aliqua parte ſit vitioſa,& illa para teſtibus probetur, non habet paratam executionem, qu.17.lim.9. ſub num.74

Teſtificata.

¶ Teſtificata quando dicantur didicita,& quando non, q.11. num.108.& ſeqq.

Teſtis.

In cauſa appellationis an,& quando poſſit examinari teſtes q.11.num.101.& ſeqq.

Ab admiſſione teſtium inhabilium, ſeu poſt lapſum terminum poteſt appellari etiam in cauſa poſſeſſoria, q.17.lim. 6.memb.7.num.41 & 42.Et quid ſi examinarentur ſuper re omnino impertinenti, numer 46.Et quid ſi iudex pronuntiet, teſtes non eſſe admittendos, num.34.ampl.1.& num.44

Teſtes ad futuri, aut ſuſpecti morte, nempe abſentes, & ſimiles poſſunt examinari à iudice à quo, non obſtante appellatione, q.17.lim 38.nu 3.& q.3.nu.26

Appellatio,ne Titius recipiatur in teſtem,non ſuſpendit iuriſdictionem, vt non poſſint recipi alij, & procedi in negotio, q.17.lim.47.memb.2.num.20

Teſtes ſunt neceſſarii in appellatione, q.4.ſub nu.13

Inhabiles teſtes faciunt adhuc aliquale indicium, & præiudicant, q.17.lim.6.memb.7.nu.42.verſ.ratio.

Theſaurarius.

A Theſaurario appellatur ad Cameram, ſed appellatio non ſuſpendit,niſi fiat depoſitum infra 20.dies, q.8.n.151

A Theſaurarii Auditore, Locumtenente, ſeu alio Miniſtro appellatur ad Cameram, vt ſupra.

Timor.

De timore appellandi, vide in verbo. Metus.

¶ Suſpitio, ſeu timor armorum in contendentibus de poſſeſſione, quando ceſſet, q.17.lim.6.memb.2.,n.31

Tiriaca.

Appellatio eſt tiriaca contra venenum iudicum,quæſt.3.ſub num 1

Tollere appellationem.

Inferior Principe an poſſit tollere appellationem, quæſt.6. lim.1.nu.106.& ſeqq.& num.113.& ſeqq.& ſub nu.116. ſubreſtr.3

Appellatio quibus verbis tollatur, vide in verbo.Clauſulæ.

Reliqua vide in verbo. Prohibere,& in verbo.Statutum.

Tortura.

An poſſit appellari à futura tortura,q.5.nu.112

A decreto de torquendo datur appellatio, quæſt.17.lim.47. membr.1.nu.143. Et etiam à comminatione de torquendo,nu.145. Et à decreto de torquendo pro habenda præcila reſponſione, num.146. Poſſet tamen appellatio ſperni, ſi eſſet friuola, num 148. Non datur appellatio ex legibus, & conſtitutionibus municipalibus, numer.152.

Et

Et quid in ſtatu Lucenſi, numer. 153

Pendente termino ad appellandum à decreto torturę poteſt iudex procedere ad torturam, quæſt. 17. lim. 47. memb. 1. numer. 149. & 151. Secus eſt, pendente appellatione, imò poſſet ei impune reſiſti, num. 147

A decreto de non torquendo an, & quando detur appellatio, d. lim. 47 memb. 1, nu. 154. & 155

In Ciuitate Lucenſi datur tortura etiam ſi agatur de pœna pecuniaria, q. 17. lim. 47. memb. 1. ſub num. 143

Tranſportatio actorum vide in verbo. Acta.

Tres ſententiæ, ſeu appellationes.

A tribus ſententijs conformibus non appellatur, q. 17. lim. 1. num. 1. Nec Papa ex, ordinaria poteſtate poteſt appellationem concedere, num. 2. Sed ſolum per viam priuilegij, num 3. Et prohibetur tertia appellatio etiam ab interlocutoria, num. 4. & 5 Et à ſententijs, quæ non tranſeunt in iudicatum, num. 6. & 7. Et ſuſpenſiua appellatio prohibetur etiam ſi eſſemus in caſu, in quo liceret appellare à tribus ſententijs, num. 11. Et etiam ſi penderet appellatio ab interlocutoria, num. 12. Et prohibetur tam ſuſpenſiua, quam deuolutiua appellatio, nu. 13. & 14 Venditori, ſicq; etiam tertio prohibetur appellatio a tertia ſententia, lata contra emptorem, etiam ſi ipſe venditor, fuerit admiſſus ad cauſam in tertia inſtantia, & quid ſi venditor ignorauit, cauſam agi contra emptorem, nu. 17. & 63

A tribus ſententijs non poteſt appellari quod ad illud, in quo ſunt conformes, ſecus quoad id, in quo non ſunt conformes, quæſt. 17. lim. primo, num. 31 & ſeqq. & numer 44. & ſeqq. In quibus datur exempla. Et in Vrbe, & in Ciuitate Lucenſi procedit etiam ex diſpoſitione ſtatutorum, num. 36

A tribus ſententijs non conformibus, ſed diuerſis poteſt millies appellari ſi millies grauetur, etiam in eadem cauſa, quæſt. 17. lim. primo, num. 40. Et quando non dicatur grauari, num 48

Licet quis non poſſit tertio prouocare, poteſt tamen adhærere appellationi aduerſarij, q. 17. lim 1 num. 50 Contrariam in Regno Franciæ, nu. 53. Et quando eſt appellatum in parte, & partibus, num. 54

Cautela, vt deniturtres, & infinitæ appellationes, quæ ſit, qu. 17. lim. 1. num. 55

¶ Tres ſententiæ conformes quando mittantur executioni, etiam quod conſtet de nullitate vnius ex ipſi, qu. 19. rem. primo, concluſ. 5. ſub num. 52 vide in verbo. Confirmans. verſ. confirmata.

Tribunal.

Iudex, coram quo eſt appellandum, debet requiri in loco ſui tribunalis, vel in eius domo, & non in horto, aut villa, q. 6. num. 19

Turris nona.

A Iudice Turris nonæ appellatur ad Gubernatorem, vel ad Auditorem Cameræ, q 8. ſub nu. 128. verſ. a ſuldani.

Tutor.

Tutor poteſt, & tenetur appellare, q. 5. num. 40

Si iudex pronuntiat, tutorem eſſe, vel non eſſe legitimum, datur appellatio, qu. 17. lim. 6. memb. 7. num. 68 Secus eſt ſi iudex decerneret etiam tatum eſſe, quod cum eo factum erit, num. 69

Si iudex pronuntiat, pecuniam ſoluendam eſſe minori ſine tutore, datur appellatio, q 17. lim. 6. memb. 7. nu. 71

A ſententia, qua quis datur tutor, an detur appellatio, q 17. lim. 8. num. 1 1. & 12. & lim. 33 num 1

Tutor ſeu eius hæredes condemnati ad reddendas rationes tutelæ non appellant, q. 17. lim. 29. ſub num 1

¶ Iudex poteſt, quem dedit tutorem, reuocare, qu. 19. rem. 1. concl. 6. num. 48

Tutor tenetur ad intereſſe, ſi eius facto perit inſtantia, q. 15. num. 328

Tutor poteſt conueniri actione ſpolij, ſi, finita tutela, non reſtituat poſſeſſionem, qu. 17. limit. 6. memb. 6. num. 38

Validitas.

¶ VAliditas actus in dubio præſumitur, vide in verbo. Interpretatio.

Vanum.

Appellatio vana quæ dicatur, quæſt. 2 ſub num. 48

Variatio.

Prima appellatio ſi fuerit nulla, poteſt variari, q 7 nu. 27. & 28. & q. 8. num. 38. & q. 10. ſub n.

Appellans an, & quando poſſit variare proſecutionem appellationis, & mutare voluntatem, q 9. num. 11

Appellans ad vnum an poſſit infra decem dies variare, q. 10. ſub num 3

An, & quando in cauſa appellationis poſſit mutari & variari actio intentata in prima inſtantia, quæſt. 11. num. 28. & ſeqq. & num. 34

Quæ variatio tolleretur in cauſa appellationis, quæſt. 11. num. 28. & 29

¶ In executiuis an, & quomodo poſſit variari, q. 17. lim. 9. ſub num. 45, verſ comprobatur.

Vaſallus.

Intereſt Domini habere vaſallos locupletes, qu. 5. ſub nu. 57. verſ. ſubdec ara.

Venditor, & venditio.

Venditor poteſt appellare, victo tempore, quæſt. 5. num. 34. & ſeqq. in quibus declaratur. Et quo nomine appellet, eodem num. 34

Poteſt appellare à ſententia, qua emptor in vim licentiæ ſibi datæ apprehendit poſſeſſionem propria auctoritate, q. 17. lim 6. memb 9 ſub nu 80. verſ. ad hac.

An teneatur de euictione, ſi emptor non appellauerit, qu. 5. num. 14

¶ Venditor laudatus tenetur ſequi forum emptoris, quamuis venditor ſit clericus, quæſt 7. ſub num. 133. verſ. moueor primo. Et quid ſi lis non ſit conteſtata, ſub eod nu. 123. verſ. cæterum.

Venditio rei alienæ conualidatur, ſi venditor ſuccedat domino rei, q. 5. ſub nu. 27. confirm. 4

Veneficij

In crimine veneficii an detur appellatio, quæſt. 17. lim. 4. ſub numer. 83. verſic. ſunt. Et quid ſi exprimatur rationabilis cauſa, num. 84

Ventus.

Ventorum immenſitas excuſat non appellantem infra legitima tempora, q. 12 nu. 167

Verbum.

Appellare eſt verbum æquiuocum, q. 1. n. 3. verſ. ſic, quoque Verbum appellare, quæ ſignificet, ibid.

Verbum (appello) non eſt de ſubſtantia appellationis, qu. 4. num. 19

Verba (in his ſcriptis) non ſunt neceſſaria in appellatione, q. 4. num. 5. verſ. non tamen.

Verba apta ad appellandum quæ ſint, q. 4. num. 19

¶ Verba in materia pœnali ſunt ſtricte intelligenda, qu 1. n. 8

Verbum (prouocare) vide in verbo. Prouocare.

Verbum, quod poteſt ſumi in genere, & in ſpecie, debet ſumi in dubio in ſpecie, q. 1. n. 14

Verbum (condemno) non eſt neceſſarium in ſententia, quæſt. 4. num 20

Verba, vt deſeruiant intentioni, ſunt impropriãda, quæſt. 4 num. 21

Verba diſpoſitiua, & enuntiatiua. vide in verbo. Diſpoſitiua, & Enuntiatiua

Veritas.

¶ Veritas conſideratur dupliciter, quæſt. 17. lim. 47. membr 1. ſub num. 181

Via.

Via, quam quis elegit, pateat, quæſt. 17. lim 9. ſub num. 45. verſic. confirmatur. In executiuis tamen poteſt de vna executiua tranſire ad aliam executiuam, ſub eod. num. 45 verſ. comprobatur.

Vicaria.

Magna Curia Vicariæ Neap remittit cauſas appellationum ad iudices mediatos, qu 7. n. 100

A delegato Baronis appellatur ad magnam Curiam Vicariæ, q. 8 ſub num. 49

A delegato Regis in Regno Neapol. an appelletur ad magnam Cu. Vicariæ, q 8. num. 50

¶ Magna Curia Vicariæ Neap. eſt Princeps, &c. q. 7. ſub n. 14. verſ. declara.

Vicarius.

A Vicario Præfecti Ægypti, & Comitis Orientis appellatur, qu. 16. num 12

A Vi-

A Vicario Epiſcopi poteſt, omiſſo medio, appellari ad Papam, q.7.num.50
A Vicario Epiſcopi appellatur ad Epiſcopum, qu.8.num.53. Extenditur, num.58.& ſeqq. Et quod neque ex conſuetudine, num.59. Reſtringitur, num.72.& ſeqq. Et quid de iure ciuili, num.78
A Vicario generali poteſt appellari ad Epiſcopum in his, quę Vicarius non potuit cognoſcere ſine ſpeciali commiſſione, q.8.num.81
A Vicario generali appellatur ad Epiſcopum in cauſa, in qua iudicauit vti delegatus Epiſcopi, q.8.num.25
A Vicario in cauſis criminalibus poteſt appellari ad Epiſcopum, qu 8.ſub num.81. verſ.infero.
A Vicario foraneo appellatur ad Epiſcopum, quæſt.8.num. 26.& 72
A ſententia interlocutoria Vicarij poteſt appellari ad Epiſcopum, q.8.n.73
A Vicario generali non appellatur ad eum, cuius eſt Vicarius, etiam loquendo de iure ciuili, q.8.num.61
Si fuerit appellatum à ſententia Vicarij, & Epiſcopus delegauerit cauſam, & partea proceſſerint coram delegato, an proceſſus teneat, q.8 num.82
A Papæ Vicario appellatur ad Papam, q.8.nu 84.& 130. Sed ſi cauſa ſit infra quinque ducatos auri de camera non datur appellatio, q.17.lim.41.num.1
A Locumtenentibus Vicarij Papæ appellatur ad Papam, q. 8.num.130 verſus finem. Si à Locumtenente non poteſt appellari propter modicitatem cauſæ, datur recurſus ad Vicegerentem, q.8.n 131.& q.19.rem.3.num.14
A Vicesgerente Vicarij Papæ appellatur ad Papam quod ſi cauſa ſit inappellabilis propter cauſæ modicitatem, datur recurſus ad Illuſtriſs. Cardinalem Vicarium, q.8.n.132
A Principis Vicario, vide in verbo. Princeps.
A Vicario an poſſit appellari ad iudicem ordinarium, cuius vices gerit, q.8.ſub numer. 103.verſ.confirmatur tertio, & verſ.non obſtant.
Licet à ſententia Epiſcopi non poſſet appellari, tamen poſſet appellari à ſententia eius Vicarij, q.16.lim.1.n.70
A Præfecti prætorio Vicario ad quem appelletur q.8.ſub n. 103. verſ. non obſtant.
A Vicario, ſeu ſubſtituto Poteſtatis poteſt appellari, licet non poſſet appellari à Poteſtate, q.8.nu.56.in fine, & q 16.lim. 1.ſub num.70
Si Vicarius Epiſcopi, cognoſcendo de vſura inſtrumenti inhibuerit iudici ſeculari poſteaque pronunciauerit inſtrumentum non eſſe vſurarum, ideoque reuocauerit inhibitionem, & pars, quæ agebat de vſura, appellauerit, reuocari reuocationem inhibitionis, Vicarius poteſt, & debet reuocationem reuocare, q.3.num.24
¶ A Vicarijs, qui ſubſunt Præſidi Prouinciæ, poteſt appellari ad ipſum Præſidem, q.8.num 84
Vicarius Papæ eſt iudex ordinarius, quæſt.19.rem.concl.6. ſub num.79
Vicarius Epiſcopi non poteſt cognoſcere cauſam delegatam Epiſcopi, q 8.num.56
Non poteſt cognoſcere de cauſa, inchoata ab Epiſcopo, q.8. num.57
Vicario ſuſpecto non ex eo redditur ſuſpectus Epiſcopus, qu.8.num.57.verſ.ſeptimo.
Vicarius de iure canonico habet iuriſdictionem ordinariã, q.8.num.78.& 193
Vicarius vigore mandati generalis, & ordinariæ iuriſdictionis poteſt cognoſcere ſolas cauſas ciuiles, vnde poteſt inquirere delicta, & delinquentes, ſed non punire, qu.8.ſub num.81 verſ.infero.
Vicario recuſato vti ſuſpecto, Epiſcopus poteſt dare alium iudicem, q 8.num.85
Vicarius reuocatur per mortem Epiſcopi, q.8.ſub num.159. verſic.declara.
Iuriſdictio Vicarij ſuſpenditur, ſi ſit ſuſpenſus, vel excommunicatus Epiſcopus, q 8.num.54
Vicarius an poſſit reſtituere in integrum aduerſus ſententiam Epiſcopi, q.19 rem.2. num.34
Vicarius, & Epiſcopus dicuntur æquales, quæſt.19.rem.2. num.33 Et habent vnum tribunal, & vnam iuriſdictionem, quæſt.8.ſub num.159.verſ ad ſecundum.

Reliqua vide in verbo Epiſcopus.

Viceprefectus.

A Vicepræfectis appellatur, quæſt 16.num.14

Vicesgerens.

A Vicesgerente non appellatur ad eum cuius vicesgerit, qu. 8.ſub num.81.extenſ.5
De Vicarij Vicesgerente vide in verbo. Vicarius.

Vidua.

Vidua poteſt appellare, omiſſo medio, q.7.nu.113. Ampliatur in vidua diuite, numer.117. Ampliatur etiam ſi, cauſa cœpta, nuberet, num.119. Ampliatur, & limitatur in vidua, de qua in ſequenti verſ.quia, quæ dicuntur in prima inſtantia, procedunt etiam in cauſa appellationis, n.127
Vidua poteſt in prima inſtantia agere coram Principe, omiſſo ordinario, q.7.num.114. Etiam ſi vidua ſit diues, num. 117. Et cępiſſet iudicium coram ordinario, numer.120. Et fuerit lis conteſtata, eod.num.120.in fine. Et quamuis in ciuitate, ſeu loco poſſent omnes cauſæ cognoſci in prima inſtantia, num.125. Imò etiam ſi poſſent cognoſci primæ, & ſecundæ cauſæ omnium, & quorumcumque, &c.nu. 126. Et poſtquam adiuuit Principem poteſt petere, ſe remitti ad ordinarium, etiam ſi ipſa illius tribunal elegerit, nu.121. Limitatur multipliciter, num.128.& ſeqq.
Vidua non poteſt renuntiare priuilegio legis vnicę C.quan. imper.&c.q 7.num 115
Non poteſt trahi per reſcriptum Principis extra Domicilium, niſi in reſcripto ſit expreſſa qualitas viduitatis, q.7. ſub num.121.verſ.tertio.
Vidua poteſt variare de vno tribunali ad aliud, ſub eod.nu. 121.verſ.contra.
Vidua licet habeat ius eligendi iudicem, non tamen habet ius eligendi iuriſdictionem, q.7.num.137
Non habet ius eligendi alios iudices, quam Principem, vel ſuum ordinarium, eod.num 137
Viuens inhoneſte amittit priuilegium, q.7.no.131
Quæ ſe ipſam viduauit, non habet priuilegium, ſub eod nu. 131.verſ.multoque, & q.11 ſub n.52.verſ.comprobatur.
Si ſit hæres perſonæ non miſerabilis, & cauſa ſit cępta, non habet priuilegium ſecus ſi non ſit cępta, q.7.nu.133
Si conueniatur pro delicto, an habeat priuilegium, quæſt.7. num.132
Obligata in forma cameræ non habet priuilegium, quæſt.7. num.134
Vidua dicitur etiam mulier maritata, quæ habet maritum inutilem, q 7.num.116
Dicitur etiam ea, quæ fecit diuortium, ſub eod.numer.116. verſ.quod.
¶ Dicitur priuilegiata accidentaliter, quæſt.7. ſub num.128. ſubreſtrict.1

Virgo.

Virgo per vim deflorata, volens appellare contra deflorantem, poteſt appellare, omiſſo medio, q.7.num.140.in fine iunctis num.præced.
In crimine raptus virginis an detur appellatio, vide in verbo. Raptus.
Virgo per vim deflorata habeat priuilegium legis vnicæ, C. quan.imper. &c.q 17.num 130 in fine.

Violentia.

In crimine publicæ violentiæ an detur appellatio, q.17.lim. 4.ſub num.83.verſ.ſunt. Et quid ſi exprimatur cauſa rationabilis, num.84

Viſitatio.

In viſitatione, quam facit Epiſcopus, præſertim ad correctionem morum, non datur appellatio, no.17.lim.26.nu. 1. Neque in his, quæ à viſitatione procedunt, num.2. Neque in his, quæ an fuerint geſta in actu viſitationis non conſtat, niſi per aſſertionem ordinarii, num.3. Non datur appellatio, etiamſi appellans allegaret exemptionem, ſed ſi appareat de exceptione, datetur, num.4. Non datur interlocutoria, num.5
¶ A præcepto de reſidendo, quod Epiſcopus facit in viſitatione, non datur appellatio, quæſt. 17.limitat.26 numero ſeptimo.
Inhibitio, aut quærela coram ſuperiore non impedit executionem eorum, quæ Epiſcopus decernit in ſpectantibus ad viſitationem, eod.lim.26.num 6

Vnde

Vnde vi.

A ſententia lata in interdicto, vnde vi, non datur appellatio, qu.17.lim.6.memb.6.num.2. Et quid ſi ſit à à contra mandantem, ſeu ratum habentem ſpolium, ſub num.4 Et quid ſi ſpoliator non poſſideat, neque dolo deſierit poſſidere, num.5 & 6. Neque datur appellatio in vnde interdicto, vnde vi, num.8

¶ In interdicto, vnde vi, fructus peti poſſunt etiam poſt latam ſententiam, &c.q.17.lim.21.ſub num.45

Interdictum vnde vi eſt ſpecies recuperandæ poſſeſſionis, q.17.limit.6.memb.1, num.16. Et quæ debeat continere, & cui, & pro qua re competat, num.79. Et datur non ſolum contra vi ſpoliantem, ſed etiam contra mandatum, & ratum habentem memb.6.nu.4. Et datur etiam ſi ſpoliator non poſſideat, nec dolo deſierit poſſidere, num.5. Et etiam ſi ſpoliatus recuperauerit à ſingulari ſucceſſore num.7. Datur etiam ei, qui nunciauit nouum opus, n.12. Et vtile interdictum, vnde vi, competit etiam contra patrem, & dominum etiam ignorantes pro ſpolio, commiſſo à filiofam. & à mercenario, num.8 Et competit ei, qui ſuſpicatus eſt, poſſe expelli, num 9

Vt competat, quæ requirantur, ead. lim.6.memb.6.nu.13

In quibus differat à remedio canonis reintegranda, eadem lim.6.memb.1.num.79

Vniuerſitas.

¶ Vniuerſitas an habeat priuilegium legis vnicæ, Co.quand. imper.&c.q.7.ſub num.130.verſ.extende.

Vniuerſitas æquiparatur pupillo, &c.ſub eod. numer.130. verſ.contra.

Vnus.

¶ Vnus melius gubernat, quam plures, q.8.ſub num.169

Vox.

Appellatio viua voce incontinenti interpoſita à diffinitiua eſt valida, q.4.num.15. Secus ab interlocutoria, nu.17

Vſufructus.

¶ Finito vſufructu, vſufructuarioque nolente dimittere poſſeſſionem poteſt agi de ſpolio, quæſt.17.limit.6. memb. 6.num.49

Vſura.

¶ Terminato negotio principali, vſuræ, quæ debentur acceſſorie poſt litem conteſtatam, peti non poſſunt, quæſt.17. lim 21.num.37

Vſurarum exceptio, ſeu actio an, & quando impediat executionem inſtrumenti, qu.19.rem.1.concl.4.ſub num 22. verſ.ſecundo quia.

Vterque.

An, & quando poſſit vtraque pars appellare ab eadem ſententia, q 10 nu.4 & ſeqq.& q.17.lim.21. ſub num.6.& 16.

Vtraque parte appellante, vna ad vnum iudicem, & altera ad alium, quis præualeat, qu.10.num 10.& ſeqq & q.17. lim.21. ſub num.25 verſ.prima. Et quid ſeruet Signatura iuſtitiæ, ſub num.28

Vti poſſidetis.

In interdicto vti poſſidetis non datur appellatio, qu.17.lim. 6.memb.5.num.3

¶ Vti poſſidetis eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis, q.17.limit. 6.memb.primo, num.20. Et datur pro poſſeſſione immobilium, num.73

Non datur hæredi pro turbatione commiſſa contra defunctum ead.lim.6.memb.9.num.123. Et quid de ſtylo Franciæ, ibidem.

Vtrubi.

In interdicto vtrubi non datur appellatio, q.17.lim.6.memb. 5.num.2

¶ Vtrubi eſt ſpecies retinendæ poſſeſſionis, q.17.lim.6.memb. 1.nu.19. Et datur pro poſſeſſione mobilium, nu.72

Vxor.

Vxor poteſt appellare pro ſuo intereſſe à ſententia lata contra maritum, q.5 nu.61. Non tamen poteſt appellare pro marito, etiam abſente, niſi agat pro libertate mariti, vel niſi maritus ſit in carcere, num.51.in fine.

¶ Vxori litiganti cum marito, ſunt præſtanda alimenta, q.17. lim.7. num.4.caſ.4


F I N I S.

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
Ex diuerſis Authoribus collectæ.

IN TRACTATV
DE
APPELLATIONIBVS
SIGISMVNDI SCACCIÆ
ALLEGATAE.

Quæ antea ab eodem Authore non fuerunt prælibatæ, eiq; plurimæ ſucceſſerunt poſthumæ, & amplius non impreſsæ.

Cum Indice ſententiarum, & Concluſionum locupletiſsimo.



VENETIIS, Apud Bertanos. M. DC. LXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

612

Digitized by Google

AD LECTOREM.

IN habes (amantiſſime Lector) Iuriſconſultiſſimi tui Sigiſmundi Scacciæ, perutilem Tractatum de Appellationibus, olim non tanto ſtudio impreſſum, nunc verò ſumma quę fieri potuit diligentia, & fide, priuſquam iterum Typis mcuderetur, mendis ferè omnibus repurgatum, ac in quam pluribus locis, nouis,ac per neceſſarijs additamentis ſparſim adauctum, & locupletatum in lucem prodire curaui. Et ne aliquid impoſterum deſiderari poſſet, quod ad plenam perfectionem præſentis operis deeſſe videretur; pro illius Coronide omnes Deciſiones, vna cum earum ſingularibus, tam Sacræ Rotæ Romanæ,quam Diuerſorum,ad eandem materiam pertinentes,non anteà ab eodem operis Authore prælibatas,vel eidem ſanè poſthumas, colligere non prætermiſi, quæ ſummo ſtudioſorum hominum deſiderio,iamdiù expetitæ,atquè efflagitatæ nunc lucem aſpiciunt. Etenim in omnibus rebus natura fert, vt initio minus perfectè prodeant, progreſſu verò temporis, ingenio hominis perficiantur. Tu igitur noſtra induſtria,noſtraq; cura,quæcumque eſt fruere, gratoque animo quæ in tuum iuriſque ſtudioſorum omnium vſum proferuntur, excipias. Perlege, Fruere, Vale.

INDEX

INDEX
LOCVPLETISSIMVS RERVM,

Et verborum omnes Deciſiones tam Sacræ Rotæ Romanæ, quam diuerſorum ad præſentem Tractatum de Appellationibus annexas Complectens.

Prior numerus deciſionem ſignificat, ſecundus numerum ſummariorum.

A

ABſolutus in vna parte cenſetur condemnatus in alia decif.20.n.2
Abſens condemnari non poteſt, niſi ſaltem fuerit per edictum citatus. decif.32.n.2
Actorum releuantia excuſat à traſportatione decif.37.n.4
Acta quæ non fuerunt producta non debent tranſportari, decif.37.n.3
Actio in factum, ſeu rei iudicatę an requirat libellum & conteſtationem litis, decif.2.n.3. Et ſummariè proceditur ib.n.4
Acta in diuerſa cauſa non ſunt traſportanda, decif.10.n.1
Acta coram arbitris à quibus fuit appellatum ſunt traſportanda decif.10.n.2
Æqualitas maximè in iudicijs ſeruanda eſt decif.35.n.3
Appellatio vnius ex conſortibus alteri prodeſt decif.45.n.1
Appellatio dicitur deſerta ex illius non proſecutione infra annum.
Appellatione pendente nihil eſt innouandum decif.49.n.1
Apoſtolorum petitio eſt de ſubſtantia appellationis decif. 38. num.3
Appellatio dicitur deſerta ſi appellans non petijt apoſtolos dec. 38.n.2
Attentata non committuntur abſq; dolo decif.51.n.3
Appellationis cauſa admittit probationes noniter repertas, quia in ea habet locum regula non deducta deducam, & non probata probabo, decif.34.n.8
Appellatio à vno grauamine non deducto in primis ſententijs concedenda eſt, decif.35.n.4
Appellari poteſt de iure Canonico à quocunq; grauamine etiam poſſeſſorio, decif.36.n.3
Appellationi quis renuntiare non poteſt in præiudicium fideiuſſoris, ſeu defenſoris; decif.35.n.10
Appellatio interpoſita poſt decem dies non dicitur legitima, decif.38.n.1
Annus ad expediendam cauſam iuxta regulam de annali incipit currere à die executa citationis decif.15. n.1
Appellatio interpoſita à non legitimo procuratore appellanti non ſuffragatur decif.27.n.13
Appellatio non ſuffragatur tertio appellanti de ſuo intereſſe niſi de pretenſo intereſſe doceat, ibid.
Appellatio non datur à collatione parochialis ad effectum ſuſpenſiuum, decif.28. n.2
Appellare debet quis à ſententia contra eum lata infra decem dies à die ſententiæ, non autem à die notitię, quando fuit perſonaliter citatus, & ſic fuit verus contumax decif.31.n.3
Appellatio non datur à ſententia priuationis ad effectum ſuſpenſiuum decif.32.n.3.
Appellare non licet ab electione facta ab Epiſcopo in concurſu, plurium ad parochialem Eccleſiam niſi conſtet quod Epiſcopus dolosè, & irrationabiliter elegit, & iudicauit decif.33.n.1
Appellatio, & reſtitutio petita in parte, & partibus quatenus contra, non retardat executionem illius partis in qua fuit pro appellante iudicatum, dec.1. n.3
Approbare cenſetur ſententiam quando quis non appellat dec. 1.num.4
Appellatio ac exceſſu ſemel conceditur, & executio interim facta eſt attentata, decif.2.n.10
Appellatio in dubio potius admitti, quam reijci debet dec.4.n.9
Appellatio communis mixtura permittitur ibid.n.10
Appellare ſicut licet actori ita etiam licere debet reo decif. 5. num.1
Appellans ſicut poteſt vti nouis probationibus, ita etiam appellatus debet poſſe vti nouis defenſionibus, decif.5. n.6
Appellatio eſt communis vtriq; collitiganti, ibid.
Appellari poteſt à relatione examinatorum decif. 7. n.2
Appellatio admittitur de iure Canonico in poſſeſſorio, decif. 8. num.4
Appellatio non poteſt tolli etiam per conſtitutionem Synodalem decif.9.n.6
Appellatus poteſt adhærere appellationi interpoſitæ ab aduerſario appellante decif.13.n.4
Appellatio à iudicio ordinarij in materia electionis ad Parochiales ita demum admittitur ſi ſit irrationabile, dec.16.n.5
Appellatio huiuſmodi non admittitur ad effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolum ad effectum deuolutiuum, decif.16.n.6
Appellatio datur à ſententia Iuriſpatronatus, decif.18. n.3
Appellatione friuola non obſtante Iudex ſuſpectus allegatus ad vlteriora procedere poteſt decif.19.n.3
Appellatione deſerta ſententia executioni demandanda eſt dec. 15.num.1
Appellationi cenſetur renuntiatum quando petitur id quod in ſententia pronuntiatum eſt, decif.26.n.2
Appellatio à collatione beneficij non extenditur ad decretum factum ab examinatoribus, decif.26. n.4
Attentata poſſeſſio iuxta ſtylum Rotæ eſt ſequeſtranda decif. 4. num.1
Attentata eſt poſſeſſio, quæ eſt capta poſt appellationem decif. 4. num.2
Attentata eſt poſſeſſio capta ab inſtituto pendente appellatione interpoſita ab inſtitutione, ibidem n.3
Attentatorum reuocatio licet poſt concluſionem in cauſa peti non poſſit, tamen id procedit in illa inſtantia ſecus in alia, ib. num.12
Attentata eſt executio facta pendente termino ad appellandum decif.8.n.5
Attentata an dicantur geſta pendente termino ad appellandum, ſi poſtea non fuerit appellatum, decif.9. n.5
Attentatorum priuilegio renuntiatum cenſetur, quando attentus fuiſſet admiſſus ad probandum bonum ius, & illud probauit decif.11.n.5
Attentata ſi non ad inſtantiam partis, ſaltem ex officio iudicis ſunt reuocanda, decif.11.n.8
Attentans non debet gaudere commodo initioſæ poſſeſſionis decif.11.n.9
Attentata pendente termino ad appellandum reuocanda ſunt, etiam quod non fueris appellatum, decif.18. n.2
Auctoritatem in facto proprio quis interponere non poteſt, dec. 15. n.2

Attentata non cauſantur ex appellatione nulla deciſ.48.n.3
Attentata dicitur poſſeſſio capta intra decem dies datus ad appellandum, deciſ.40.n.
Attentata ceſſant ceſſante appellatione, deciſ.41.num.1
Attentata non poſſunt cauſari à procuratore abſque ſpeciali mandato, deciſ.41.nu.3
Attentatis renunciaſſe dicitur, qui paſſus eſt diſcuti de iuſtitia ſententiæ, deciſ.44.num.4
Attentatorum reuocatio debet peti coram iudice appellationis, cuius fuit læſa maieſtas nec per aliũ fieri poteſt deciſ.44.n.2
Appellare non poteſt non habens mandatum deciſ.51.nu.2
Appellatio non datur à ſententia lata ſuper mandato de manutenendo, deciſ.51.num.3
Appellatio interpoſita ab vno ex colligantibus prodeſt aliis, ib.
Appellatione emanata in partibus, ex ſecuta inhibitione Iudex procedens facit attentata deciſ.52.num.2
Appellatio de iure Canonica datur in re Eccleſiaſtica in quocũque poſſeſſorio, ad vtrumque effectum deuolutiuum, & ſuſpẽſiuum deciſ.55.nu.3
Attentatorum iudicium eſt priuilegiatum, & præiudiciale, deciſ.55.n.8
Acta primæ inſtantiæ ſunt tranſportãda vt Iudex appellationis poſſit inſtrui de Iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ deciſ.56.n.4
A mandato de manutenenda non datur appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum de Iure Canonico deciſ.57.num.1
Appellans ſi non commiſit cauſam infra biennium ſententia contra ipſum lata tranſit in iudicatum deciſ.59
Adulterium probatur ex confeſſione adulteræ deciſ.59
Appellatio datur à relatione examinatorum deciſ.69.n.3
Appellatio numquid detur a ſententia lata in cauſa alimentorum ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, deciſ.70.n.3
Appellationi vbi iudex detulit, etſi deferre non debebat non poteſt ſuam ſententiam exequi, deciſ.73.n.1
Appellationis cedula ſub forma quatenus contra recipit ius ex vſu palatij deciſ.74. n.2
Appellatio ſi fuit interpoſita intra decem dies, Et cauſa appellationis intra annum commiſſa non poteſt dici deſerta, deciſ. 75.num.2
Appellationis cauſa operatur vt in ea non deducta in prima inſtantia deduci poſſunt ibidem.
Appellans habet annum ad proſequendam appellationem, & ex cauſa biennium, deciſ.80.n.14
Appellationis ſcientiam non preſumitur quis habuiſſe ſi conſtituerit procuratorem antequã ſentẽtia lata ſit, deciſ.80.n.53
Appellatione deſerta cauſa redit ad primum iudicem, deciſ.82. num.3
Ab expenſarum exceſſiua taxatione regulariter licitum eſt appellare, deciſ.88.n.4
A non paritione ſententiæ ob ſuſpenſum iudicatum quis excuſatur, deciſ.88.n.15
Appellatio non admittitur aduerſus tres conformes tam reſpectu negotij principalis quam expenſarum deciſ.91.n.1
Appellari non poteſt à ſententia à Papa niſi ad ipſum Papã, ib.
Appellari poteſt à ſententia epiſcopi, vel ſuffraganeo ad Papam, omiſſo medio, ibidem.
Appellatione deſerta, remanet tamen nullitas, ibidem.
Appellatio ad Papam, nunquam cenſetur ſublata ibidem.
Appellatio à nouo grauamine non deducto in primis ſententiis permitti debet deciſ.92. nu.6
Appellationi poſtquam detulit Iudex non poteſt aliud facere ſine vna commiſſione alias attentaret, deciſ.93.nu.3.
Appellari debet in ſcriptis à diffinitiua quando non appellatur incontinenti, deciſ.94.n.4
Appellatio nulla non ſuſpendit ſententiam, nec cauſat attentata, deciſ.100.n.13
Appellationis deſertio operatur vt Iudex appellationis poſſit confirmare ſententiam deciſ.102.n.4.
Appellatio abſque grauamine reucitur deciſ.103.num.2
Appellationi renuntiaſſe cenſetur pars rediens ad iudicem à quo appellauit, deciſ.104.num.3
Apoſtolos petendi tempus currit à die appellationis deciſ.105. num.7
Apoſtoli non ſunt amplius petendi ſi iudex appellationi detulit ibid.
Attentare non dicitur capiens poſſeſſionem poſt appellationem niſi appellans poſſideat, deciſ.107.n.2
Abſens eligi poteſt ſi pro Eccleſiæ vtilitate expedire videtur, deciſ.110.n.9
Appellatio an interlocutoria debet eſſe in ſcriptis de Iure canonico, deciſ.112.n.8
Appellare quis poteſt à decreto de procedendo ad vlteriora in petitorio, ſi prius fuerit proteſtatus de cognoſcendo cauſam poſſeſſorio, deciſ 115.n.5
Appellationes ad ſedem Apoſtolicam tolli non poſſunt per conſtitutiones particulares in contrarium deciſ.115
Attentata ſunt geſta ante appellationem per Papam ſimpliciter admiſſam, Et ideo reuocari debent, deciſ.116
Attentata probari debent concludenter deciſ.117.num.2
Appellari non poteſt à decreto emanato vigore duarum conformium, deciſ.eadem n.4
Attentata eſt poſſeſſio capta pendente appellatione, dec.118.n.1
Appellatio detur à ſententia lata in poſſeſſorio ex remedio, l. fin. C.de Edict. D. Adrian. etiam in foro Eccleſiaſtico, deciſ. 118.n.2
Attentata eſt immiſſio ſecuta intra terminum datum ad appellandum, deciſ.119.n.1
Appellatio non datur à collatione Parochialis ad effectum ſuſpenſiuum, deciſ.119.n.2
Appellatio non datur à mero executore, deciſ.120.n.1
Appellatio ſi non fuit interpoſita intra terminum interis medio tempore geſta non reuocantur, deciſ.120
Appellatio prohibita reo, cenſetur etiã denegata fiſco, & actori, deciſ.143, n.2
Appellatio datur de iure ab inſtitutione illa tamen non admittitur quando cauſa fuit commiſſa appellatione remota, deciſ.122. n.1
Abſolutoria quando, & quomodo concedenda ad fauorem poſſeſſionis, ibid.n.2
Arbitrium regulatur prout de Iure, deciſ.124.n.1
Attentata eſt poſſeſſio capta appellatione pendente, deciſ.125. num.1
A ſententia executoris mixti datur appellatio ſuſpenſiua, & ideo poſſeſſio capta ea pendente eſt attentata, deciſ.126.n.2
Appellatio viua voce ſufficit, quando illa interponitur incontinenti poſt latam ſententiam, & apud acta nec requiritur quod ſit in ſcriptis, deciſ.127.n.1
Appellatio à decreto de quo non conſtat, & commiſſio talis appellationis non valet, deciſ.128.n.1
A mandato de manutenendo nõ datur appellatio de iure ciuili aut Canonico, deciſ.129.num.2
Appellare ſi licet actori licet etiam reo, vt ſeruetur æqualitas, deciſ.130.n.4
Appellationi renuntiare videtur qui non redit pro apoſtolis, deciſ.131.n.1
Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, deciſ.132.n.4
Appellationi non cenſetur renuntiatum per ſuſceptionem termini factam compulſiuè, quæ reſtringitur ad effectum deuolutiuum, deciſ.133.n.4
Appellatio à ſentẽtia priuatoria Beneficij, tunc ſolum nõ datur quando priuatio eſt propter reſidentiam, deciſ.135.n.29
Appellari debet à denegatione probationum, alias cenſetur renuntiatum, deciſ.136.n.8
Arbitrium non intrat pro ſananda ſententia, ex defectu intimationis nulla, deciſ.137.n.1
Appellatio inducit ſcientiam ſententiæ in appellante, deciſione 137.n.3
Agens ante diem non eſt audiendus, alias fit iniuſtitia debitori, ead. deciſ.

Appel-

INDEX.

Appellatio in dubio non iudicatur deſerta.dec.138.n.3

Attentata ſunt geſta poſt interpoſitam appellationem in caſu appellabili etiamſi non fuerit admiſſa decis.139.nu.1.& 2

Appellatione pendente nihil eſt innouandum,alias attentatur. deciſ.140.n.1

Appellatio in poſſeſſorijs non expreſſa cauſſa non admittatur. deciſ.141.n.11.

Poteſt per ſtatutum,& conſuetudinem tolli,eadem.

Appellationem deſerere, & non appellare paria ſunt.eadem n.16.appellationem deſerens dicitur ſententiam approbare. ead.n.18

Apoſtolos ſæpe vnico contextu petere an, & quando ſufficiat. ead.n.40

Attentata etiam poſt deſertionem poſſunt reuocari.ead n.41

Appellans iniuſtè cenſetur proteſtari ſi nolle amplius comparere.deciſ.142.n.47.

Appellans minus rectè ab interlocutoria dicitur verus contumax.ibid.n.47

Appellans friuolè non eſt vlterius citandus.ib.

Affectus etiam non ſecuto effectu ſi deuentum fuerit ad actum proximum punitur in violatione immunitatis Eccleſiæ. ibid.

B

BEneficia præſumuntur ſimplicia non curata,& aſſerenti eſſe curatum incumbit onus probandi.dec.135. n.3

Beneficij ſtatus non mutatur ex quo aliquis illud poſſedit vti tale deciſ.ead.n.6

C

CAuſa quando eſt commiſſa appellatione remota, nihil refert habere vel non habere ſententiam pro ſe,nec quid illa ſit valida,vel inualida. deciſ.12.n.1

Cauſa matrimonialis indiget celeri expeditione. ibid.n.2

Cauſa ſemel effecta appellabilis ſemper eſt appellabilis. dec.22. num.15

Cauſa non poteſt per partes de ordinaria effici ſummaria. deciſ. 37.n.4

Citatio ad ſententiam an ſufficiat domi. dec.60

Citatio eius qui commiſſionem obtinuit, ſufficit ad inhibendum etiam ad effectum attentatorium.dec.97.n.5.

Clauſula cum omnibus incidentibus dependentibus, emergentibus annexis,connexis &c.ampliat iuriſdictionem Iudicis,& videtur totum negotium commiſſum. dec.34.n.6

Clauſula vocati vocandis importat cauſæ cognitionem. dec. 53. num.2

Clauſula quam, & quas in commiſſione appoſita comprehendit petitorium, & poſſeſſorium.dec.56.n.7

Clauſula conſcientiam tuam oneramus refertur ad identitatem promiſſi apoſtolici.dec.58.n.3.

Clauſula(vocatis)facit executorem mixtum.dec.3.n.4

Clauſula(appellatione remota)intelligitur quando iudex ſeruata forma commiſſionis procedit,& partem non grauat. deciſ. 11.n.10

Clericus in concurſu ad beneficium admiſſus non recipitur, quādo conſtat de irrationabili electione per rem iudicatam. dec. 22.n.4

Citatio facta ad primum diem cadit ſub prima die iuridica. dec. 89.n.9

Citatio eſt neceſſaria, etiam vbi proceditur ſummariè, & iuris ordine non ſeruato.dec.2.n.5

Citatio requiritur in executione quando eſt mutata perſona iudicis.dec.2.n.6

Citatio an, & quando requiratur in executione ſententiæ tranſactæ in iudicatum.dec.2.n.6

Citatio non eſt neceſſario vbi ſi quis citatus eſſet nihil apponere poſſet.dec.26.n.6

Clericus, ob non reſidentiam priuari non poteſt niſi expectatus per ſex menſes.deciſ.32.num.4

Citatio partis non eſt neceſſaria in ſubrogatione Auditoris, dec. 51.n.7

Clericus præſumitur idoneus ad beneficia ſimplicia. deciſ. 69. num.3

Citatio ad ſententiam debet eſſe certa, & ſpecifica. deciſ.72. num.2

Citatio vaga ad ſex dies ad ſententiam non valet, ibid.

Citatio incerta, & abſq; expreſſione alicuius diei eſt nulla. dec. 72.n.4

Commiſſio poſt præſentationem eſt communis.dec.1.n.2

Commiſſio an & quando cenſeatur effecta communis.ib.n.2 Et an requiratur citatio ad dicendum contra commiſſionem, ib.n.2

Commiſſio poſtquam eſt effecta communis ſuffragatur vtrique parti, & vigore illius poteſt procedi aduerſus appellantem etiam per contradictas.ibid.

Compenſatio crediti illiquidi non intrat cum eo quod eſt liquidum.dec.1.n.5

Collatio eſt nulla quando eſt facta infra decem dies datos ad appellandum,etiamſi poſtea fuerit appellatum. dec.9.n.4

Concluſio in cauſa circumducitur per productionem iurium, & per decretum iudicis ſubſequens.dec.9.n.4

Connexa articula dicuntur quando vnum pendet ab alio. dec. 13.n.7

Confeſſio facta in precibus plenè probat contra ſupplicantem. dec.14.n.4

Concurſus vbi fit plurium examinatorum ad Parochialem, ſufficit quoad Epiſcopus eligat idoneum etiam quod alter ſit magis idoneus.dec.33.n.4

Commiſſio nullitatis non impedit quin ſententia tranſeat in iudicatum.dec.48. n.8

Confeſſio cedentis non nocet ceſſionario facta poſt ceſſionem. dec.53.n.2

Commiſſio cum clauſula parito iudicato vt conditionalis non tribuit Iuriſdictionem antequam pareatur. dec.54 n.1

Contumax fictus dicitur qui citatus eſt ad ſententiam domi dimiſſa copia.dec.60.n.2.

Conſuetudo irrationabilis, & contra bonum publicum non eſt ſeruanda.dec.61.n.24

Compulſum non datur ſine originalibus.dec.78.n.2.

Citatio prima de iure poteſt quandocumq; reproduci intra annum.dec.82.n.2

Confeſſio contra confitentem plenè probat.dec.87. n.3

Contradictor legitimus ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum dicitur prouiſus ab Ordinario exiſtens in poſſeſſione.dec.93 n.1

Carceratio poſt appellationem ſimpliciter admiſſam eſt attentata.dec.108.n.2

Collatio beneficij facta appellatione pendente eſt attentata deciſ.111.n.1

Conſuetudinem allegans tenetur eam probare ſpecialiter in caſu de quo agitur.dec.111.n.4.

Commiſſio ſufficit quod intra terminum iuris perueniat ad bancum curſoris, etiam ſi non fuerit actu iudici præſentata. dec. 113.n.8

Collatio facta pendente termino ad petendum apoſtolos,& ante illorum petitionem eſt attentata. dec.114.nu.12

Clauſula ſine præiudicio executionis litterarum Apoſtolicarum non impedit reuocationem attentatorum. dec.125.n.3

Cauſa odij videtur iuſta ad recedendum à ſponſalibus, non tamen quando pars iniuriata petit executionem. deciſ. 136. num.10

Continuans non obſtante inhibitione non attentat. deciſ.140. num.2

Continuans poſt inhibitionem ſi poſſeſſio eſt turbida vel mutat modum poſſidendi attentat.dec.ead.n.2.

Cauſa in appellatione exprimenda debet eſſe manifeſta & apparens.dec.141.n.13

Cauſa duobus in ſolidum commiſſa altero præueniente an , & quando alter adiri poſſit ead.deciſ.n.28

Clauſula ſtatum,& merita, an & quando operetur ſpecificatam narrandorum enunciationem, ead.dec.n.37.

Citationis copiam acceptare recuſans habetur pro citato , deciſ. 142.n.36.

Citatio legitima neceſſaria eſt etiam quando conſtitutio excommunicat ipſo facto.dec.142.n.5

D

Deſerta non dicitur cauſa niſi ſuper deſertione lata fuerit ſententia. deciſ.46.n.2

Delegatus debet eſſe certus de ſua Iuriſdictione , alias nulliter agit.dec.50.n.4

Diffinitiuam pronuntiari,& dici interlocutoriam non poſſunt ſimul ſtare.dec.57.n.8

Deſerta cauſæ in dubio ſemper excluditur, & in dubio pronunciatur pro non deſertione.dec.75.n.2

Delegatus attendit,& ſeruat ſtylum delegantis.dec.91.n 13

Delegatus Apoſtolicus non comprehenditur ſub conſtitutione ſimplici loquenti de delegato.dec.91. n. 12

Dolus non committitur contra conſentientem. dec.51.n.1

Donatio omnimoda Iuriſdictionis an ſit fauorabilis, vel odioſa . dec.61.n.12

Deſerta cauſa appellationis , durat cauſa nullitatis vſq; ad 30. annos, ſi æquè principaliter fuerint commiſſæ cauſſæ appellationis, & nullitatis.dec.98 n.1

Dolus Epiſcopi in collatione parochialis non præſumitur niſi probetur inhabilitas inſtituti , vel quod præteretur aliquem exceptionem. dec.103. n.4.

Dignior ex pluribus ad Parochialem concurrentibus ab ordinario eligendus eſt , nec poteſt eligi dignus omiſſo digniori . dec. 103.n.11.

Deſertionem cauſæ non excuſat impedimentum ſuperueniens infra 30.dies ſi non fuit reditum pro apoſtolis dec.105. n.5

Diuini cultus augmentum eſt fauorabile , ac pro eo facienda eſt interpretatio.dec. 110. n.8

Decretum aut ſententia in iudicio ſummario in quibus Iura partium non ſunt plenè aut ſolemniter diſcuſſa non præiudicant in iudicio plenario dec. 113.n 2

Decretum iudicis quod quis non ſit legitimus contradictor habet vim diffinitiuæ.dec.114.n.8

Depoſitum fieri debet ſi creditor recuſet recipere. dec.122.n.24

Depoſitum ſufficit fieri ante executionem ibid.n.25

Dos ſoluto matrimonio deſinit eſſe dos, & fructus non debentur. dec.133.n.1

Delegatio facta Vicario Epiſcopi an tranſeat in ſucceſſorem.dec. 141.n.1

Deſertionis effectus retrotrahitur.eadem dec.n.17.

Delegatus an , & quando ſtylum Curiæ delegantis ſeruare debeat.ead.dec. n.5.

Delegatus ante præſentatam commiſſionem non recipit exercitium Iuriſdictionis. ead.dec.n.31

Doctrina pauca in puncto plus valent quam mille à remotis . ead.dec.n.25

Deſertione reſultante ex actis nullus eſt ad attentata regreſſus. ead.dec. n.46

E

Executor mixtus tenetur aſſumere partes iudicis,& procedere cum cauſa cognitione.dec.53.n.2

Examinatores non coguntur ex pluribus examinatis plures approbare , ſed ſufficit quod vnum tantum approbauerint ſi vnum ſolum idoneum reperierint.dec.69.n 2

Excommunicationis exceptio impedit manutentionem . deciſ. 86.num.5.

Expiſcopus poteſt cui voluerit gratificari, quando in concurrentibus qualitates ſunt pares.dec.103.n.14.

Epiſcopus poteſt quem examinatores magis idoneum renuntiarunt reprobare,& alium eligere.ibid.

Epiſcopi iudicium habet præſumptionem pro ſe.ibid.

Executio poſt ſuperſeſſionem,& inhibitionem Iudicis,eſt attentata.dec.108.n.1

Executio facta appellatione pendente eſt attentata . dec. 121. num.2

Executio præſcribitur ſpatio 30.annorum. dec.122.n.8

Exceptio ſimulationis non retardat executionem obligationis Cameralis.dec.134 n.5

Exceptio de Iure tertij in executiuis non admittitur. ibid.

Electus in concurſu ad beneficium ab Ordinario habet præſumptionem pro ſe,niſi clarè doceatur de dolo, & irrationabilitate Iudicis ordinarij.dec.22.n.14

Executio facta pendente appellatione in poſſeſſorio ſine cauſæ expreſſione interpoſita non eſt attentata deciſ.141.n.14

Executio intra decendium facta,ſi poſtea appellatio fiat deſerta non dicitur attentata ead dec.n.16

Epiſcopus in cauſa commiſſaria in qua Vicarius præuenit audiri poſſit ead.dec.n.27

Epiſcopus abſente Vicario an adiri poſſit in cauſa eidem Vicario commiſſa ead. dec.n.30

Executio quæ dicatur directa, & quæ obliqua ead.dec.

Excommunicatio lata ex falſa cauſa eſt iniuſta imò etiam nulla ſecundum Theologos , ſecus iuxtà Canoniſtas . deciſ. 142. num.26

Excommunicatio non poteſt ferri ex indicijs indubitatis multo minus ex præſumptione,ead.dec.

Extrahens reum ab Eccleſia an ſit excommunicatus vel excommunicandus ead . dec.

Excommunicari poteſt malitioſe latitans quamuis perſonaliter non citatus.dec.ead.

Excommunicatio nulla quomodo differat ab iniuſta deciſio . 142.n.2

Excommunicandus eſt perſonaliter citandus. ibid.n.3.

Excommunicatio lata poſt appellationem eſt ipſo iure nulla . ead.dec.n.7.

Ab excommunicatione non datur appellatio ſuſpenſiua A declaratoria datur appellatio ad vtrumque effectum ead.dec. num.9

Excommunicatio nulla nullum operatur effectum ſiuè quo ad Deum,ſiuè quo ad Eccleſiam ibid.

In excommunicatione ab homine ferenda requiritur contumacia inexcuſabilis,ibid.n.17.

Excommunicatio eſt cum magna circumſpectione et ob peccatum mortale ferenda,ibid.n.8

Excommunicatio quando dicatur lata contra iuſtitiam legalem & quando contra commutatiuam ibid.

Et poteſt ſententia valere quoad vnum caput , licet non quoad alias deciſ.1.n.1

Exceptio non admittenda ſi fuit admiſſa nocet deciſ.45.n.2

Executor datus ad conferendum in forma iuris per vacationem obſimoniam eſt mixtus , et tenetur tanquam iudex procedere cum cauſa cognitione.dec.33.n.1

Ætas annorum 21. non eſt legitima ad ſubdiaconatum dec.81. num.51

Exequi debet ſententia ab eo iudice à quo fuit lata dec.2. n.1

Si executio ſit petita officio iudicis nobilis,procedit,ſecus ſi eſſet intentata actio in factum , ſeu rei iudicatæ , quæ poteſt coram quocumq; iudice intentari. dec.2.n.2

Executor quando adeſt poſſeſſor debet aſſumere partes iudicis dec. 3. numero 5. Ab executoris ſententia datur appellatio ibid.n.7.

Executorem mixtum facit clauſula conſtito , & clauſula dummodo non ſit alteri ius quæſitum dec.11.n.2

Ab executore mixto datur appellatio ibid.n.3

Examen nouum eſt modus detegendi iniquitatem , & iniuſtitiam examinatorum.dec.16.n.2

Executio

Executio vltimæ ſententiæ ſpectat ad iudicem qui illam pronuntiauit decis.22.n.6
Extenſio datur ex identitate rationis ſcriptæ in conſtitutione, deciſ.22.n.12
Executor datus in forma dignum dicitur mixtus, dec.40.

F

Filiatio probanda eſt ab eo qui aſſerit ſe filium ſiue agat, ſiue conueniatur præſertim quando agitur de aliqua hæreditate deciſ.13.n.2
Fructus dotis debentur ex ſola mora irregulari, in qua conſtituitur debitor dotis ea ſola ſuſtentatione onerum matrimonij, deciſ.14.n.7
Fatalia currunt etiam pendente iudicio attentatorumq; quando in illo appellans ſuccubuit, deciſ.38.n.4
Forma quando reſpicit ordinem, et ſubſtantiam actus debet ſeruari & eius omiſſio vitiat actum, deciſ.80

G

Gratia ſufficit quod de facto iuſtificetur, deciſ.48.n.6
Geſta poſt interpoſitam appellationem ſunt attentata, & ideo reuocandæ, deciſ.56.n.7

H

Hæreditatis petitionis iudicium requirit rei conuenti poſſeſſionem, deciſ.24.n.3
Hæres petens ſe immitti contra fideicommiſſarium excluditur, deciſ.41.n.4
Hæreditatis petitio eſt actio realis deciſ.122.n.10

I

Imbecillitas oculorum numquid operetur vt in concurſu ad parochialem ſit præferendus ille qui magis videt, deciſ.53.num.3
Inſtitutio non dicitur vim diffinitiuæ habere niſi quãdo fuit facta citatis vocandis, et cum cauſæ cognitione deciſ.37.n.1
Incontinenti facta dicuntur fieri abſq; cauſæ cognitione, deciſ.37.num.3
Inhibitione iudicis ad quem pendente nihil innouari poteſt à iudice à quo deciſ.60
Inhibitio Rotalis ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt deciſio 62.num.2
Inhibitio non cauſat attentata, quando ille ad cuius inſtantiam emanauit redijt ad iudicem inhibitum deciſ.62.n.7
Iudicialiter agi dicitur quando partes citatæ fuerunt, deciſ.76.num.1
Interlocutoria ſententia habens vim diffinitiuæ, æquiparatur diffinitiuæ, deciſ.76.n.2
Ignorantia excuſat à contumacia, et excommunicatione, deciſ.142.n.16
Inſtructio ſola cauſæ infra annum ſufficit etiam ſi non fuerit cõcluſum in cauſa ad effectum vt cenſeatur ſatiſfactum regulæ de annali, deciſ.15.n.4
Incompatibile beneficium cum eo ſuper quo lis pendet obtinens cenſetur renuntiare liti, dummodo aſſecutio ſit valida, deciſ.17.num.2
Iniuſtitia æquiparatur nullitati, & nunquam tranſit in iudicatum deciſ.30.n.4
Impedimentum quando dicatur præſtitum, ne acta tranſportentur, deciſ.78.n.2
Iudex qui non detulit appellationi, non poteſt præfigere terminũ ad illam proſequendam, deciſ.91.n.29
Iudex deferendo appellationi abdicat à ſe iuriſdictionem, & illam transfert in iudicem ad quem deciſ.100.n.3
Iniuſtitia notoria requiritur ad cauſandum attentata in termi-nis Aegidianæ, deciſ.100.n.11
Impugnatio ad vnum effectum facta non debet, quoad alium operari deciſ.102.n.7
Iudex mandans deponi pecunias ſoluendas ſui de iure perinde habetur ac ſi in ſpecie mandaſſet illas ſolui cui debentur, deciſ.122.n.23
Iudex ex officio tollere debet actus inutiles, dec.142.n.30
Iudex priuat poſſeſſione abſque expulſione, ſi ritè, & rectè procedit ſecus autem ſi nulliter dec.3.n.2
Iura non exhibita parte citata non poſſunt dici de actis, dec.10.num.3
Iudex ſemel approbatus allegari non poteſt ſuſpectus noua non ſuperueniente cauſa dec.19.n.2
Iudex appellationis condemnans, ſeu abſoluens in vna parte ſententiæ latæ à primo iudice, an & quando cenſeatur condemnaſſe, & abſoluiſſe in alia, deciſ.20.n.2
Iudex ritè, & rectè procedens poteſt per ſẽtentiam ſuam poſſeſſione poſſeſſorem priuare, dec.27.n.5
Iudex executor habet præſumptionem pro ſe quod ritè proceſſerit, ibid.n.5
Iudicem non ritè proceſſiſſe qui allegat probare debet ib.
Iudices inferiores non debent iudicare de viribus iudicum ſuperiorum, deciſ.49.n.2
Iuramentum deſtando ſententiæ intelligitur ſi eſt iuſta deciſio, 54.num.2
Iuramentum non debet elidi ſub prætextu enormiſſimæ Læſionis vel notoriæ Iniuſtitiæ, ib.
Iuramenti proprij nemo debet eſſe iudex ibidem.
Iudicium ferri non debet non viſis actis dec.78.n.2
Iudex non reſtituens extractum abſque eius ordine incidit in pœnas Gregorianæ conſtitutionis, deciſ.142
Iudicium ſummariſſimum poſſeſſorium eſt quaſi quædam retentio deciſ.86.n.5
Inferior non poteſt diſponere contra Ius, ibid.
Iudicij natura, & ſubſtantia attendi debet non autem textura verborum, dec.86.n.18
Irregularitas non priuat ipſo Iure, ſed requiritur ſententia declaratoria, deciſ 9.n.7
Irregularis antequam priuetur per ſententiam facit fructus ſuos, ibidem.
Impedimentum non excuſat ſi eo ceſſante actus non fuit expeditus, dec.106.n.5
In iuditio manutentionis ſufficiunt leuiores probationes, deciſio 132.num.1
Inſtantia cauſæ reductionis ad arbitrium boni viri durat quantum inſtantia cauſæ principalis, dec.133.num.7
Intimatio quam Iudex mandauit fieri, debet omnino exequi, & reproduci, dec.137.n.2
Impedimenti tempus non computatur in termino dec.141.n.32
Impedimentum vt excuſet quæ ſint probanda, ib.n.2

L

Laudum quando fertur ſuper actione reali ex eo oritur etiã actio realis vtilis, deciſ.122.n.14
Laudum latum tanquam à perito non tranſit in iudicatum cum poſſit per peritiores reuideri, deciſ.132.nu.5
Legitimatio non procedit ſine filiatione deciſ.13.n.1
Legitimatio perſonæ opponi poteſt in qualibet parte iudicij, & ommiſſa reddit proceſſum nullum dec.13.n.3
Legatæ rei identitas concludenter probanda eſt antequam legatarius in illius poſſeſſionem immittatur dec.35.n 8
Legatarius pro conſequutione legati iure executiuo agere non poteſt, deciſ.35.n.2
Liquidatio præcedere debet executionem, alias executio eſt nulla, deciſ.2.n.7
Litigioſi vitium non inducitur per litem in ſummariſſimo poſſeſſorio, deciſ.31.n.4
Liti renuntiaſſe cenſetur collitigans ſuper beneficio, qui aſſecutus

Digitized by Google

tus eſt incompatibile,deciſ.43.n.4

Lis ſeu iudicium non incipit à commiſſione cauſæ, ſeu decreto citandi,ſed à citatione deciſ.48.n.2

Lis non inducitur per citationem ad videndum compulſari dec. 45.n.3

Lis ſi ſuerit conteſtata per plures, & acta ſuerint ſacta ad inſtantiam vnius tantum, ſuffragatur etiam alteri collitiganti, deciſ.84.n.11.

Lis non dicitur mota ante executum monitorium,deciſ.124.n.4

Lis introducta dicitur ex parte actoris per ſolam relaxationem monitorij ab eo obtenti, deciſ.124.n.6.

Litteræ Apoſtolicæ vulneratæ per ſententiam non habent executionem paratam, & proceditur ordinariè deciſ.130.n.1

Locatori contra conductorem pro affictibus datur manutentio, deciſ.132.n.3

M

Mentis ſanæ quolibet præſumitur ex præſumptione iuris deciſ.89.n.18

Mandatum extenditur ad lites, & cauſas etiam futuras quando conſtat de mente conſtituentis, vt ſi dicat ad omnes, & quoſcumque cauſas.deciſ.101.n.11

Maritus poteſt vxorem leuiter & moderatè verberare præſertim cum cauſa deciſ.109.n.4

Monitio iudicis ſacta partibus eſt vera citatio deciſ.117.n.18

Mandatum relaxatum pendente termino ad appellandum eſt attentatum.deciſ.121.n.1

Manutentio datur poſſeſſori anteriori.deciſ.128.n.1

Manutentio datur pro ciuili poſſeſſione ſaltem omnino retenta deciſ.128.n.9

Mixturam non continet manutentio ſi ſit mentio fructuum qui veniunt in iudicio manutentionis intentato deciſ.129.n.3

Manutentio peti poteſt in qualibet inſtantia. deciſ.132.n.5

Manutentio datur poſſidenti non obſtante ſententia priuatoria beneficij à qua ſuit appellatum.deciſ.135.n.1

Maritus ante ſententiam vt deſiſtat à ſacto publico,vel notorio non appellat.deciſ.142 n.49

Monitio Canonica vbi periculum eſt in mora remittitur non tamen præceptum conditionatum ead.deciſ.n.60

Monitio trina,vel vna pro tribus præcedere debet excommunicationem, vel ſaltem bina, alias eſt valida,ſed iniuſta,& iudex punitur.deciſ.142.n.14

Marito an ſoluto matrimonio debeantur vſuræ lucri dotis.deciſ. 14.n.17

Maritus tenetur pro rata lucri concurrere ad expenſas funeris vxoris.deciſ.14.n.9

Mixtum non continetur ſub ſimplici.deciſ.62.n.2

Mandati deffectus vbi à parte non opponitur non nocet quando re vera adeſt mandatum etiam quod non ſit productum. dec. 63.n.2

Mandatum procuratoris coniecturis probatur. deciſ.63.n.2

Matrimonium metu contractum dicitur ex terrore armorum, & potentia alicuius armati.deciſ.71.n.3

Matrimonium metu contractum dicitur nullum etiam quod præceſſerint voluntaria ſponſalia de futuro.deciſ.71.n.5

Mandatum præſumitur in eo qui iura produxit, & rubricaturam ſoluit.deciſ.82.n.9

Manutentio danda eſt ei de cuius poſſeſſione conſtat tempore motæ litis.deciſ.83.n.1

Manutentionem quis petere non poteſt ſi habuit ſe pro ſpoliato deciſ.82.n.9

Monitorij defectus ſuppletur ex eius certa notitia.deciſ.85.

Minor valide dicitur conſtituere procuratorem ſi id fecerit cum interuentu conſanguineorum curatoris, & decreti iudicis, deciſ.85

Manutentio etiam in gradu reſtitutionis in integrum datur. deciſ.87.n.11

N

Notorium ſat eſt allegari in informationibus iuris. dec.141. num.33

De Notorio poteſt iudex extraiudicialiter ſe informare. ead. deciſ.n.33

Notorium facti tranſeuntis probandum eſt ead.n.34

Notorium probandum ad effectum decidendi cauſam debet ex actis verificari.ead.deciſ.n.35

Notorium alterius ciuitatis plenè probandum eſt.ead.n.36

Notorium facti permanentis non eſt iuris ordine probandum. deciſ.142.n.45

Nuntio teſtificanti de his quæ ad eius officium pertinent credendum eſt.ead.deciſ.n.35

In probando Notorio facti tranſeuntis, iuris ordo ſeruandus eſt. deciſ.142.n.11

O

Ordinarius præſumitur inſtructus de vita, & moribus concurrentium ad beneficia, & alijs vltra doctrinam.dec.22. num.14

Ob releuantes exceptiones retardatur immiſſio.deciſ.56

Omnia geſta poſt interpoſitam appellationem ſunt attentata. deciſ.79.n.2

Ordinarijs circa Iuriſdictionem non aſſiſtit ius contra regulares. ibid.n.10

Ordinaria non deciſoria iudicij reſpicere debet conſtitutio quæ non tollit præcisè appellationem,ſed præfigit terminum ad faciendam fidem de illius proſecutione.deciſ.91.n.6

Obligatio Cameralis habet executionem paratam.deciſ.134.n.1

P

Paria ſunt non appellare,& minus legitimè. deciſ.42. n.1

Parere quis debet rei iudicatæ quam audiatur. deciſ.54.

Pauperis qualitas probanda eſt per eum cuius vnius intentionis,& fundamentum.deciſ.70.n.4

Pars non eſt citanda quando examinatur quis ad effectum obtinendi aliquid beneficium.deciſ.81.n.10

Præcepto negatiuo quis dicitur ſufficienter paruiſſe præſtando patientiam. deciſ.88.n.2

Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis petentis immiſſionem, & amotionem aduerſarij.deciſ. 96.n.1

Proteſtationes fieri non poſſunt à procuratore non habente mandatum.deciſ.77.n.2

Productio quando dicatur facta verbaliter. deciſ.81.n.2

Poſſeſſio ciuilis per ſilentium decenale amplius animus non retinetur.deciſ.85.n.1

Poſſeſſio capta infra decem dies ad appellandum eſt attentata. deciſ.96.n.2

Poſſeſſio alterius non ſuffragatur non habenti cauſam ab eo.dec. 96 n.9

Periti relatio eſt nulla quando eſt facta parte non citata, & quando partes non interuenerunt in examinatione negotiorum. deciſ.2. n.9. Et relatio facta ab vno menſuratore tantum eſt nulla,ſi duo fuerint deputati.ibid.n.8.

Pretium rei venditæ ſi petatur nulliter non inducit venditionis approbationem,ſecus ſi validè.deciſ.102.n.2

Præſentatio, & collatio facta intra tempus ad appellandum ſunt attentata.deciſ.114.n.1

Præſcriptio inchoari non poteſt ſtante mala fide.deciſ.122.n.16

Præſcriptio interrumpitur per interpellationem iudicialem. deciſ.122.n.17

Petitorij ſuſpenſio non releuat ſi illa fuerit poſtea in tempore reuocata.deciſ.123.n.4

Per contradictas procedi non poteſt exiſtente in Curia procuratore,qui proteſtatus fuit nihil fieri niſi ipſo citato. dec.124.n.3

Poſſeſſio inſtrumentalis capta alio non poſſidente eſt manutenibilis.deciſ.126.n.5

Poſſeſſio poſterior,& attentata non eſt manutenibilis.ibid.

Poſſeſſio inſtrumentalis capta exiſtente alio in poſſeſſione,& eo non expulſo,eſt nullius momenti.deciſ.3.num.1

Poſſeſſor non tenetur dimittere ſuam poſſeſſionem ad ſimplex verbum executoris.ibid.

Poſſeſſio ſubrogata eſt eadem cum prima.deciſ.4.n.6

Poſſeſ-

INDEX.

Poſſeſſio quatenus per viam attentatorum non eſſet ſequeſtranda poteſt ſequeſtrari per viam nullitatis. deciſ. 4.n.13.

Poſſeſſione quis non priuatur ex immiſſione nulla.dec.8.n.2

Poſſeſſio non transfertur ex ſola voluntate, & immiſſione iudicis.deciſ.8.n.10

Poſſeſſio attentata eſt ſequeſtranda.deciſ.11.num.1

Poſſeſſio capta per procuratorem æquiparantur poſſeſſioni captę per principalem.deciſ.31.n.1

Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum eſt attentata. deciſ.31. n.3

Poſſeſſione per inſtrumentum dicitur probata, alio non exiſtente in poſſeſſione d e ſ.32.n.1

Poſſeſſio Canonicatus non capta capitulariter non ſuffragatur. deciſ.40.n.5

Poſſeſſor qui non produxit titulum poteſt ſe iuuare poſſibilitate alterius tituli.deciſ.43

Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum dicitur attentata, & priuilegio attentatorum eſt reuocanda. dec.44

Pro ſpoliato quando quis ſe habet non poteſt petere manutentionem.deciſ.8.n.12

Procurator non poteſt facere actum aliquem, ex quo principalis habeat ſe pro ſpoliato, niſi conſtet de ſpeciali mandato.deciſ. 8.n.13

Pro ſpoliato quis non cenſetur ſe habere, quando in primis petit ſe manutenerí, & quatenus opus ſit reintegrari.deciſ.8.n.14

Pro apoſtolis ſi appellans non reddit intra terminum iuris, ſententia tranſit in iudicatum deciſ.14.n.1

Pro apoſtolis non eſt neceſſe redire quando iudex detulit appellatiori deciſ.14.n.2

Præſumptio oriens ex ſententia iudicis an cenſeatur ſublata per contrariam ſententiam deciſ.22.n.17

Præſcribi an poſſit ius exigendi decimas perpetuo debitas deciſ. 34.n.5

Proceſſus per contradictas factus poſt mortem procuratoris, non intimata prius morte procuratoris principali nullus eſt deciſ. 45.n.6

Proteſtatia non facta in tempore, non releuat deciſ.56. n.54

Procuratoris mandatum præſumitur in eo qui habet plures ſcripturas ad cauſam facientes deciſ.63. n.7

Procurator dicitur approbatus ſi per partem aduerſam vti talis fuit ſemper citatus deciſ.74.n.2

Poſſeſſione quis priuatur per decretum iudicis deciſ.128. n.2

Poſſeſſio poſterior præſumitur Clandeſtina ibid.n.2

Probationes non anguſtandæ.deciſ.36.n.5

Probationes in cauſa matrimoniali admittuntur etiam poſt lapſum terminum probatorium.deciſ.ead.n.7

Probationes poſt elapſum terminum probatorium non admittuntur, & illis cenſetur renuntiatum eadem.

Poſſeſſorium terminari poteſt prætermiſſo petitorio abſq; illius ſuſpenſione.deciſ.141.n.8

Proteſtatio in notorio impedimento non eſt neceſſaria ead.deciſ. num.33

Procuratorem mittens ad reſpondendum præſumitur habere notitiam citationis.deciſ.142.n.38.

Pæna ordinaria non infertur ex indicijs indubitatis, ſed extraordinaria ibidem.

Per comparitionem extinguitur prima citatio, ita vt reus ſit ad ſingulos alios actus citandus.deciſ.142.

Q

QValitas perſonarum in beneficij collatione attendenda eſt: deciſ.103.n.5

R

RAtio generalis reddit totam legem generalem. deciſ. 22. num.11

Res iudicata adeſſe dicitur vbi non docetur de interpoſita appellatione deciſ.63.n.1

Ratificatio geſtorum per aliquem vti procuratorem retrotrahitur, & mandato comparatur.deciſ.85.n.12

Remiſſoria non conceditur ad probandum titulum quando fuerunt examinati teſtes: & illorum dicta dicticta, quia titulus cenſetur tacitè articulatus deciſ.98.n.4

Reconuentionis cauſa debet terminari in eadem ſententia alias ſententia eſt nulla deciſ.56 n.11

Reſtitutionis in integrum cauſa terminari debet intra quadriennium à tempore quo lapſum eſt biennium deciſ.89.n.4

Relegato ad tempus bona confiſcari non poſſunt d.20.n.6

Reſtitutio in integrum non impedit executionem rei iudicatæ de qua notoriè conſtat in actis.deciſ 21.n.3.& 4.

Reſcriptum ſubreptitium non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis annullandum eſt, deciſ. 29.n.3

Rei iudicatæ cenſetur renuntiatum ab eo qui patitur diſputari ſuper iuſtitia ſententia, deciſ.30.n.4

Reus excipiens, & exceptionem ſuam non probans, actore plenè probante ſuam intentionem condemnari debet deciſ.34.n.5

Reſtitutio in integrum non datur aduerſus rem iudicatam poſt lapſum quadriennij deciſ.44.n.6

Regulis non ſemper, & indiſtinctè inhærendum eſt.deciſ.90.n. 4

Regulares ſuperiorum vigilantiæ relinquuntur ibid.

Remiſſoria conceditur ſi petatur ad probandum titulum, & primi articuli fuerunt ſolum formato ſuper poſſeſſione, & è contra.deciſ.98.n.5

Reſtitutio in integrum non datur aduerſus rem iudicatam poſt lapſum quadriennij deciſ.99.n.8

Reſcripta delegatoria in dubio fauore ſupplicantis interpretationem recipiunt deciſ.101.n.13

Rota in dubio ſemper tenet pro non deſertione cauſæ. d.ibid.

Res iudicata intrat ſi appellatione non fuit interpoſita in ſcriptis intra decem dies deciſ.112.

Remiſſoria conceditur in prophanis data releuantia articulorum & deficiente calumnia.deciſ.115.n.1

Rota non attendit, nec exequitur ſententias aliorum Tribunalium, niſi conſtito de earum iuſtitia. deciſ.42. n.4

Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione aut iniuſtitia ſententiarum ex qua læſio reſultat, deciſ.131.n.2

Reſtitutio in integrum ſine læſione non datur etiam fiſco, aut Eccleſiæ, aut minori.ibid.n.3

Reſiduum in condemnatione ad ſoluendum denotat alia fuiſſe ſoluta.deciſ.132.n.2

Res iudicata inducitur ex ſententia ritè, & rectè lata quando non fuit legitimè appellatum deciſ.138.n.1

Reſtitutio in integrum retardat executionem rei iudicatæ niſi prius fuerit petita executia.deciſ.ead.n.5

Reus per vim ac metum exiens, vel aufugiens ab Eccleſia etiamſi extra eam capiatur reſtituendus eſt.deciſ.142

Recurſus in cauſis violatæ immunitatis Eccleſiaſticæ non conceditur.deciſ.143.n.7

S

SAnctiſſimus D.N. Vrbanus VIII. fuit creatus Summus Pontifex die 6. Auguſti 1623

Seuitia viri ad inducendam. ſeparationem magna eſſe debet.deciſ.109.n.3

Seuitia viri cu vxorem non inducitur ex vnica actu ſed inſpicitur an adſit conſuetudo, & frequentia.deciſ.109.n.9

Separationis thori cauſa ſufficiens eſt odium capitale ibid. n.20

Scriptura priuata carens teſtibus non probat deciſ.110.n.1

Scriptura vt dicatur publica quæ requirantur ibid.n.2

Sequeſtrum in beneficio apponendum eſt vbi conſtat de attentatis.deciſ.111.n.5

Sententia non probat ſine proceſſu.deciſ.112 n.5

Statutum laicale non intrat in re Eccleſiaſtica quamuis agatur inter laicos, & adhoc vt intret eſt neceſſaria particularis diſpoſitio ſuperioris.deciſ.106.n.2

Sententia lata contra defunctum eſt nulla deciſ 117.

Sententiæ tot eſſe dicuntur, quot ſunt capita ſententiæ inter ſe diuerſa.deciſ 116.n.11

Sententia continens mixturam admittit appellationem non obſtante clauſula appellatione remota deciſ.121

Sequeſtrum appone debet conſtito de attentatis. deciſ. 125. n.4

Sen-

Digitized by Google

Sententia cenſetur conformis libello.deciſ.130.n.2.
Sententia dicitur diffinitiua quæ poteſt tranſire in iudicatum,& perimit totum negotium, etiamſi ſit abſolutoria, & parit ius. deciſ.130.n.3
Sponſalia probatur ex reciproca promiſſione.dec.136.n.1
Sponſalia poſt contracta ſiue iurata ſint ſiue non,poteſt pars cogi ad matrimonium ſub cenſuris.ead.deciſ.n.2
Sententia condemnatoria ad certam rem in ſpecie continet mixturam,& ab ea datur appellatio.dec.139.n.3
Synodalis conſtitutio , an, & quando appellationem tollere poſſit.deciſ.141.n.2
Spoliatus in primis,& ante omnia reſtituēdus eſt.dec.142.n.67
Sententia prima eſt quæ parit ſequeſtrum.dec.95.n.36
Sententia per appellationem inſpecto præſenti ſtatu habetur pro extincta.deciſ.95.n.33
Sententiarum executio ſpectat ad iudicem qui vltimam tulit. deciſ.95.n.8
Sententia ſi ex eiſdem actis apparet notoriè iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.deciſ.87.n.10
Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum. dec. 89. num.6
Sententia ob non interpoſitam appellationem tranſit in indicatum.deciſ.94.n.1
Sententia quando liquidat debitum eſt appellabilis. dec.5. n.2 Etiamſi materia alias eſſet executiua.ibidem.
Sententia continens reſciſſionem tranſactionis dicitur continere complicationem negotij principalis quæ præbet legitimam cauſam appellandi.deciſ.5.n.3
Sententia in parte reformata non cenſetur in reliquis confirmata,quando diuerſa ſunt commiſſiones.dec.20 n.5
Sententia tranſit in iudicatum , quando appellatio non fuit interpoſita à legitima perſona, & quando non ſuit reditum pro apoſtolis.deciſ.14.n.1
Sententia contra ſententiam quæ prius non fuit reuocata non valet deciſ.14.n.2
Sequeſtro non eſt locus quando poſſeſſio alterius collitigantis eſt clara ſed inhibendum eſt alteri ne moleſtet poſſeſſorem. deciſ. 3.n.8
Sequeſtratio poſſeſſionis regulariter eſt probibita.dec.27.n.1
Sequeſtratio poſſeſſionis conceditur in nonnullis caſibus de quibus.ibid.n.3
Sequeſtrum poſſeſſionis non conceditur ad inſtantiam alicuius, qui non docet de iure ſuo.deciſ.27.n,9
Sententia dicitur nulla de ſectu citationis quando quis eſt citatus generaliter ad comparendum, & non ſpecifice ad ſententiam.deciſ.
Sententia,ſeu pronuntia natura non poteſt ex facto vnius partis immutari.deciſ.37.n.4
Sententia interlocutoria executioni demandata non poteſt per iudicem in praiudicium partis appellata reuocari.dec.41.n.2
Sententia quæ non iuſtificatur ex actis , non tranſit in iudicatum.deciſ.42.n.4
Sententia lata contra mortuum eſt nulla.deciſ.43.n.2
Sententia tranſit in iudicatum , quando fuerunt lapſa fatalia appellationis.deciſ.48.n.4
Statutum prohibens appellationem , ſeu nullitatem & reſtitutionem in integrum dicitur reſpicere deciſoria iudicij non ordinatoria.deciſ.35.n.2
Sententia delegati dicitur nulla ſit de delegatione non conſtet. deciſ.50.n.1
Sententia lata ex inſtrumentis non productis, & non recognitis eſt nulla.deciſ.56.n.13
Sententia quanda dicatur lata in iudicio executio,ſeu potius ordinario.deciſ.70.n.1
Sententia lata ſine citatione partis eſt nulla.deciſ.72.n.1
Sententia executio non eſt retardanda quando eſt lata in tertia inſtantia.deciſ.79.n.6
Scientia certa requiritur ad effectum ſanandi nullitatem citationis.deciſ.80.n.59
Sententia lata poſt recuſationem iudicis ſuſpecti eſt nulla.deciſ. 84.n.4
Subrogatio in beneficio debetur ſi concurrant illa tria nempè Clericatus,lis,& obitus.deciſ.84.n.8
Subrogata poſſeſſio eſt attentata , ſicut erat attentata poſſeſſio illius in cuius locum fit ſubrogatio.deciſ.4.n.5
Subrogato gratioſè eſt danda immiſſio in poſſeſſione beneficij litigioſi quando conſtat de obitu defuncti , in poſſeſſione , & de Clericatu.deciſ.17
Statutum laicale nullo modo poteſt extendi ad perſonas eccleſiaſticas,nec ad cauſas illius fori.deciſ.86.n.7
Statuto reſpiciente deciſoria iudicij forenſes gaudere non debent.deciſ.92.n.3
Sententia lata infra breuem terminum eſt nulla. deciſ.97. n.12
Sententia quando dicatur infra breuem terminum lata iudicis arbitrio remittitur.ibidem.
Subreptio non vitiat reſcriptum ipſo iure, ſed per exceptionem. deciſ.101.n.13
Sententia tranſit in iudicatum quando pars non proſequitur appellationem infra terminum à iure præfixum. deciſ. 101. n.3
Sententia tranſit in iudicatum ſi dato termino iuris pro reſponſione appellationis appellans non redijt pro Apoſtolis. deciſ. 106.n.1
Scientia eſt probanda ab eo qui ſe fundat in eo. deciſ. 142.n.22
Scientia explicita, & indiuidua omnium qualitatum requiritur in præiudicialibus.deciſ.142.n.20
Statutum denegans reo appellationem in cauſa capitali procedit etiam in fiſco.deciſ.143.n.3

T

TErminus iuris datur pro commoditate Iudicis , vt poſſit determinare quam reſponſionem dare velit. deciſ.105.n.3
Terminus ad redeundum pro apoſtolis durat de iure per triginta dies.deciſ.112.n.9
Termini non debent confundi , ſed ſingula ſingulis referri.deciſ. 89.n.12
Teſtes examinati in iudicio criminali non probant in ciuili.dec. 89.n.81
Teſtes examinati in iudicio criminali vt probent in ciuili , debent in eo repeti cum interrogatorijs.deciſ.89.n.22
Teſtator præſumendum eſt quod fuerit ſanè mentis ſi fecerit teſtamentum prudenter, & benè ordinatum.deciſ.89.n.25
Teſtis deponens de impenſa funeris , etiam non interrogatus tenetur reddere rationem, cum nō cadat ſub ſenſu.dec.14.n.10
Tempora impedimentorum ſunt deducēda in computatione anni dati in regula de annali ad finiendam cauſam,prout ſunt deducenda in materia appellationis.deciſ.15.n.5
Teſtes quos iudex examinari mandat , & eorum dicto poni ad partes dicuntur examinati ad publicationem deciſ.23.n.4
Tertius habens intereſſe in cauſa omnino admittendus eſt. dec. 34.n.3
Tempus ad appellandum contra reum contumacem , currit à die ſententiæ non à die ſcientiæ.
Teſtis de ſuo iudicio deponens non probat.deciſ.43.n.4
Tot cenſetur ſententia quot ſumma, & capitula in ea contenta deciſ.1.n.1
Tranſportatio ſententiæ non eſt neceſſaria quando non agitur de confirmatione, vel in firmatione illius deciſ.115.n.5

V

VErbum (videbitur) intelligitur de Arbitrio regulato deciſ. 4.n.8
Valor non probatur per teſtes niſi reddat rationem dec.14.n.11
Verba conſtitutionis vbi ſunt clara non eſt vlterius diſputandum.dec.22.n.9
Verba iudicis ſine cauſæ cognitione prolata non habent vim diffinitiuæ.dec.37.n.2
Vt vnus actus alteri praiudicet debent eſſe incompatibiles dec. 54.n.6
Via executiua renuntiatum cenſetur , per electionem viæ ordinariæ.deciſ.70.n.2

F I N I S.

DE-

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ IN TRACTATV DE APPELLATIONIBVS ALLEGATAE·

CARDINALI LVDOVISIA.

Romanæ Mercedis.

Veneris 16. Martij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Tot cenſentur ſententiæ, quot ſumma, & capitula in ea contenta, & n.6.*
Et poteſt ſententia valere quoad vnum caput, licet non quoad alia, & num.6.
2 *Commiſſio poſt præſentationem eſt communis.*
Commiſſio an, & quando cenſeatur effecta communis, plenè num.7.
Et an requiratur citatio ad dicendum contra, ibidem ſub n.7.
Commiſſio poſtquam eſt effecta communis, ſuffragatur vtraque parti, & vigore illius poteſt procedi aduerſus appellantem etiam per contradictas, & n.8.
3 *Appellatio, & reſtitutio petita in parte, & partibus, quatenus contra, non retardat executionem illius partis, in qua fuit pro appellante iudicatum.*
4 *Approbare cenſetur ſententiam, quando quis non appellat.*
5 *Compenſatio crediti illiquidi non intrat cum eo, quod eſt liquidum.*

DECISIO I.

FVit dictum ſententiam Rotalem eſſe exequendam in parte reſpiciente fauorem Bartholomæi, qui cum ſit lata in diuerſis ſummis, quæ diuerſis ex cauſis prætendebantur debitæ,
1 † cenſetur tot ſententiæ, quot ſummæ, & capitula in ea contenta l. etiam, §. ex cauſa, ff. de minor. gloſ. in cap. 2. in verb. eadem de ord. cognit. Angel. & Iaſ. in l. ſcire debemus, ff de verb. oblig. Barbat. conſ. 10. column. pen. in fin. verſ. & ideo dicimus lib. 1. Pariſ. conſ. 66. num. 4. lib. 1. Et propterea non obſtat reſtitutio in integrum commiſſa ad inſtantiam Bartholomæi, quia fuit petita in partibus, in quibus fuit contra ipſum iudicatum,
2 & propterea, † licet poſt præſentationem commiſſio fuiſ-
3 ſet facta communis, attamen † non habet retardare executionem illius partis, in qua fuit pro ipſo iudicatum, cùm ſint ſummæ, & cauſæ omnino diſtinctæ nullam connexitatem inuicem habentes, quo caſu neque etiam appellatio in vna interpoſita, in alia ſuſpenderet. Boer. deciſ. 37. num. 4. Lancell. de attent. lit. pend. limit. 2. num. 12.
4 præſertim quia illi de Signoribus non reclamando, † ſententia videntur illam approbaſſe, iux. not. in l. fin. C. de ſentent. quæ in cert. quant. lib. 1. & ibi gloſ. in verb. obtempera C. de pollul. Non obſtat, quod opponitur de condemnatione expenſarum ad fauorem de Signoribus quia quoad illas pendet reſtitutio, & non ſunt liquidæ, &
5 propterea † neque etiam intrat compenſatio cum eo quod eſt liquidum ad fauorem Bartholomæi, & eſſent potius compenſandæ cum illis, quæ ex aduerſo deberentur pro rata victoriæ.

EODEM.

CARPENTORATEN. BONORVM.

Veneris 19. Decembris 1611.

SVMMARIVM.

1 *Exequi debet ſententia ab eo Iudice à quo fuit lata.*
2 *Procedit, ſi executio ſit petita officio Iudicis nobilis, ſecus ſi eſſet intemata actio in factum, ſeu rei iudicatæ, quæ poteſt coram quocunque Iudice intentari.*
3 *Actio in factum, ſeu rei iudicatæ an requirat libellum, & conteſtationem litis.*
4 *Summariè in ea proceditur.*
5 *Citatio eſt neceſſaria etiam, vbi proceditur ſummariè, & iuris ordine non ſeruato.*
6 *Citatio requiritur in executione, quando eſt mutata perſona Iudici.*
Citatio, an & quando requiratur in executione ſententiæ tranſactæ in iudicatum, vide latè n.11.
7 *Liquidatio præcedere debet executionem, aliàs executio eſt nulla.*
8 *Relatio facta ab vno menſuratore tantùm eſt nulla, ſi duo fuerunt deputati.*
9 *Periti relatio eſt nulla, quando eſt facta parte non citata, & quando partes non interuenerunt in examinatione negotij, & n.12.*
10 *Appellatio ab exceſſu ſemel conceditur, & executio interim facta eſt attentata.*

DECISIO II.

CVm hæc cauſa proponeretur 4. Nouembris præteriti ſuper mandato de manutenendo, cui eſſet dandum, Rota ordinauit, vt videretur ſuper nullitate executionis ſententiarum; ſuper qua dato particulari dubio 19. Decembris informante tantùm Antonio fuit pro nullitate reſolutum. Si enim aduerſarij incumbunt executioni primo loco factæ per Vicelegatum illa ſuſtineri non poteſt, nam tertia ſententia, cui parendum fuit vigore clauſulæ (*parito iudicato*) non fuit ab ipſo Vicelegato, ſed à
1 quodam Ioſepho Suarez lata, vnde † ab ipſo, non ab alio debebat executioni demandari, cap. quoad conſultationem, de re iud. l. properandum, §. ſin autem reus. C. eod. tit. DD. in l. à diuo Pio. §. ſententiam, vbi Iaſ. num. 3. ff de
2 re iudic. cum alijs per Surd. conſ. 204. num. 1. quod † procedit, ſi fuit petita executio officio Iudicis nobili, licet ſecus, ſi eſſet attentata actio in factum, ſeu rei iudicatæ, quæ poteſt coram quolibet alio Iudice intentari, l. fin. in fin.

Cod

Cod.de præſcrip.long.temp.Felyn.cap.poſtulaſti,n.11.de
form.comp.Surd.ibi,n.7. Et vbi coram Vicelegato fuiſſet
intentata actio iudicati, Vicelegatus nulliter proceſſiſſet
3 partem non citando,licet † enim magna ſit inter Docto-
res diſſenſio, an vbi proponitur hæc actio requiratur li-
bellus,& conteſtatio litis cum plena cauſæ cognitione, vt
per Neuiz.conſ.4.n.1. & cum duobus ſeqq.& n.11. & 12.
4 attamen negari non poteſt quin iſto caſu,† in quo ſaltem
ſummariè proceditur ex traditis ibi per Neuiz. nō fuiſſet
5 neceſſario citatio, † quæ requiritur etiam vbi ſummariè
proceditur, & iuris ordine non ſeruato, latè Gabr.de ci-
6 tat.concl.1.n.36.& pluribus ſeqq.† citatio requiritur in
executione,quando eſt mutata perſona Iudicis,ex cumu-
latis per Gabr.d.concl.n.123.Nulla eſt etiam dicta execu
7 tio,quia facta† fuit non præcedente liquidatione, quæ ta-
men præcedere debuit, gloſ. in l.11.vbi Bartol.n.2.& 5.C.
de ſent.ex breu.recitand.Bal.in l.1.ſub n.4.verſ.quædā op
ponuntur,C.de iur.& fact.ignor.cùm cumulatis per Surd.
conſ.248.n.13. Si autem Querelæ nituntur poſſeſſione vi-
gore mandati, vltimo loco relaxati, illa pariter eſt nulla
ex prædicto defectu,quòd non fuit facta à Iudice,qui illud
relaxauit; & quia non præceſſerant liquidationes, & de-
tractiones,nec data cautio in forma depoſiti iuxta formā
ſententiæ,cuius vigore fuit facta executio. Neque ſuſtine-
8 ri poteſt prætenſa allegata liquidatio, quia † ex duobus
menſuratoribus electis,vnus tantùm retulit,& ob id rela-
9 tio eſt nulla, iux. notata in l. ſi in tres, ff. de arbit.eſt †
etiam nulla quia non fuit facta parte citata,nec partes in-
teruenerunt in examinatione negotij, Creſcen.deciſ.2.n.
10 2.de arbitr.Executio etiam eſt attentata,quia†facta pen-
dente appellatione ab exceſſu, quæ ſemel conceditur, l.
ab executione C.quorum appell. non recip. cap. quoad
conſultationem,& ibi DD.de re iud. Quia tamen illi de
Querelis non informarunt forſan aliquo errore capti,
Domini ordinarunt, quod cauſa iterum proponatur, &
audiantur.

EODEM.

Salutiarum Iuriſpatronatus.

Lunæ 1.Iulij 1602.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis capta,exiſtente alio in poſſeſſione,et eo non expulſo,eſt nullius momenti.*
2 *Iudex priuat poſſeſſione abſque expulſione.*
3 *Hoc eſt verum,ſi ritè, & rectè procedit, ſecus autem ſi nulliter.*
4 *Clauſula(* vocatis *)facit executorem mixtum. Contrarium aliàs tenuit Rota,vt n.9.*
5 *Executor, quando adeſt poſſeſſor debet aſſumere partes Iudicis.*
6 *Poſſeſſor non tenetur dimittere ſuam poſſeſſionem ad ſimplex verbum executoris.*
7 *Ab executoris ſententia datur appellatio.*
8 *Sequeſtro non eſt locus quando poſſeſſio alterius collitigantis eſt clara,ſed inhibendum eſt alteri ne moleſtet poſſeſſorem.*

DECISIO III.

Dandum eſt mandatum de manutenendo monialibus
de quarum poſſeſſione conſtat ex reſolutione in hac
cauſa facta 27. Nouemb. 1600. non obſtante prætenſa
1 poſſeſſione Franciſci, quia fuit † inſtrumentalis exiſtenti-
bus in poſſeſſione, & non expulſis monialibus, & ob id
nullius momenti, l.ſi colonus, & ibi notat.ff.de acquir.
poſſeſſ. Dec.conſ.103. ſub num.1.verſ. ſed tamen his non
obſtantibus. Caput.deciſ.333. par.2. Cæſ.de Graſſ. deciſ.
5.in princ.de cauſ.poſſeſſ.& propr. Nec refert, quòd au-
2 thoritas † Iudicis ſufficiat pro expulſione ad trad. per
Ang.in l.qui vniuerſas,§.item cùm prætor.in fin.ff de ac-
3 quir.poſſ.quia id verùm,ſi Iudex ritè,& rectè † procedat,
ſecus autem ſi nulliter Socc.in c.quoniam,§.quod ſi ſuper
num.125.ante med.verſ.ſecus autem in Iudice, vt lit.con-
ſtet.Sarnen.in reg. de annal.q.45. num.3. fuit dictum in
vna Spoletana domus 19. Decem.1580. coram R. P. D.
meo Decano in vna Lucana Cappellaniæ 17. Iunij 1599.
coram R.P.D.meo Pamphilio, & in pluribus alijs. Nulli-
4 tas autem eſt clara,quia † executor literarum erat mixtus
propter clauſulam(*vocatis vocandis,*)Card.conſ.63. in
princ.Rot.deciſ.32 de reſcript.in antiq.& 30.eod.tit.in
nou.Abb.in c.exhibita,num.6.de Iud.Felyn. in c.de cæte-
5 ro,n.10.de re iud. & quia cùm moniales eſſent † in poſſeſ-
ſione,debuit executor partes Iudicis aſſumere,Felyn.in
6 cap.fin.nu.24. de præſumpt. † non enim tenebantur mo-
niales ad ſimplex verbum executoris poſſeſſionem di-
mittere. Achil.deciſ.4.num.12. de ſent. excomm.fuit di-
ctum in vna Piſcien.ſeu nullius 11.Febr.1578. coram San-
7 ctiſs. & propterea † cum a ſententia huiuſmodi executio-
nis fuiſſet appellatum;prout licuit appellare, Card.d.cōſ.
63.Felyn.in d.cap.de cætero,n.10.in fine, executio,& im-
miſſio,poſt appellationem fuit nulla,cap.per tuas,de ſent.
excom.c.licet eod.tit.in 6.Lap alleg.2.n.5.& 7. Ægid.de-
8 ciſ. 707. † Nec eſt locus ſequeſtro cùm poſſeſſio monia-
lium ſit clara,ſed eſt inhibendum Franciſco, ne eas mole-
ſtet. Bal.conſ.244.lib.3.cum alijs in alia Deciſione in hac
cauſa facta adductis.

EODEM.

Florentina Iuriſpatronatus de Ricaſolis.

Veneris 28. Aprilis 1606.

SVMMARIVM.

1 *Attentata poſſeſſio iuxta ſtylum Rotæ eſt ſequeſtranda.*
2 *Attentata eſt poſſeſſio quæ eſt capta poſt appellationem.*
An hoc procedat,quando eſt capta poſſeſſio vigore tituli obtenti ante motam litem, n.13.
3 *Attentata eſt poſſeſſio capta ab inſtituto pendente appellatione interpoſita ab inſtitutione.*
4 *Maximè quando Iudex per ſententiam in iudicio pronunciat.*
Diſtinguendum eſt,quando iudicialiter proceditur,& quando extraiudicialiter primo enim caſu poſſeſſio,& inſtitutio eſt attentata ſecundo verò caſu non, num.13.
5 *Snbrogata poſſeſſio eſt attentata,ſicut erat attentata poſſeſſio illius,in cuius locum fit ſubrogatio,& n.15.*
6 *Poſſeſſio ſubrogata eſt eadem cum prima.*
7 *Conſtitutio prohibens appellationem in materia præſentationis,& inſtitutionis intelligi debet, quatenus extra iudicialiter procedatur.*
8 *Verbum(*videbitur*)intelligitur de arbitrio regulato.*
9 *Appellatio in dubio potius admitti, quam reijci debet.*
10 *Appellatio ratione mixturæ permittitur.*
11 *Delegatus Apoſtolicus non tenetur ſeruare ſtylum,& conſtitutiones loci vbi ſit iudicium, ſed ſtylum, & leges Curiæ Romanæ; vnde eius iuriſdictio profluit: Deelara prout ſub numero 16.*
12 *Attentatorum reuocatio licet poſt concluſionem in cauſa peti non poſſit, tamen id procedit in illa inſtantia ſecus in alia.*
13 *Poſſeſſio quatenus per viam attentatorum non eſſet ſequeſtranda,poteſt ſequeſtrari per viam nullitatis.*

DECI-

DECISIO IV.

DOmini non dubitarunt de legitimatione perſonæ
D.Hieremyæ, quæ eſt prima pars dubij. Quoad ſe-
cundam partem cenſuerunt poſſeſſionem D. Horatij eſ-
1 ſe attendendam, † & iuxta ſtylum Rotæ ſequeſtrandam,
2 † talis enim fuit penes Marium Fanum, qui illam acce-
perat poſt appellationem interpoſitam, c.non ſolùm, de
3 appell. l.6.cap.a. vt lit.pend. eod.l.6.† Quod obtinet lo-
cum etiam in poſſeſſione capta ab inſtituto pendente
appellatione interpoſita ab inſtitutione,vt fuit dictum in
vna Neapolitana Cappellaniæ de menſe Decemb. Anni
1562. coram Oradino, & in vna Calaguritana portionis
4 de Amerita 27 Iunij 1575. coram Cantuccio.† Quod ſi-
ne ſcrupulo procedit quando,vt in caſu noſtro, Iudex ex
proceſſu ordinato procedendo pronuntiat aliquem eſſe
inſtituendum, quo caſu indubitatè permiſſa eſt appella-
tio, quæ cauſat attentata, Gem.in c.auaritiæ,num.7.poſt
med.verſ.tertius, quando fit ordinato iuditio,de elect.in
6.Lancell. de attent.2.p.c.4. in præfat n.613. & ſeq.Gui-
dop.deciſ.104. dixerũt Domini fuiſſe dictum in Aurien.
Parochialis coram R. P. D. meo Lancellotto, de anno
5 1598.† Poſſeſſio autem Marij Fani fuit mediante ſubro-
gatione gratioſa continuata in D.Horatium cum ſuo vi-
tio,& ita adhuc eſt attentata,vt dixit Rota coram Reue-
rendiſſ.Peruſino,in vna Cremonen.Cappellę 24.Ianuarij
6 1590. Poſſeſſio enim ſubrogata eſt eadem cum prima, †
vt fuit dictum in illa Barcharen. de Padrinello,coram R.
P.D. meo Sacrato neque ab attentatis excuſat conſtitu-
tio poſita in reformationibus Curiæ Archiepiſcopalis
Florentiæ, ſub rub.de cauſ.ſummar.& executiuis,quæ vi-
detur tollere appellationem quoad effectum ſuſpenſiuũ.
Nam omiſſa diſcuſſione validitatis dictæ conſtitutionis;
viſum fuit Dominis illam non ſuffragari D. Horatio:
Conſtitutio enim hæc emanauit, vt in ea legitur, ad tol-
lendas tergiuerſationes eorum, qui abutuntur remedio
appellationum,& ita videtur prodita ad cohibendas ap-
7 pellationes friuolas,& alias de iure improbatas.† Et pro-
pterea cùm de præſentationibus loquitur,poterit intelli-
gi,quatenus in eis extraiudicialiter proceditur,prout re-
gulariter proceditur,vt in ſimili conſtitutione dixit Ro-
ta in Calaguritana de Ollaxar.22 Martij 1604.coram R.
P.D.meo Decano, in qua etiam dicitur hanc interpreta-
tionem fuiſſe prius factam in alijs cauſis. Rurſus in con-
ſtitutione ſtatuitur, vt quando ex cauſarum circumſtan-
tijs (quod ſummo ſtudio dicit aduertendum) iudici vide-
bitur, non admittat appellationes, vel admittat ad effe-
ctum tantùm deuolutiuum. Vnde non ſimpliciter tollit
conſtitutio effectum ſuſpenſiuum, ſed remittit arbitrio
8 iudicis,† & quidē à iure regulato, vt denotat verbum il-
lud(*videbitur,*) Bart.in extrauag.ad reprimendũ,in verb.
9 videbitur, † qui Iudex, vt benè deducitur in dicta Cala-
guritan.de Ollaxar, debet eſſe propenſior erga appella-
tionem, quam erga ſententiam, & executionem. In caſu
autem iſto nullæ adſunt circumſtantiæ, nec aliqua ratio
propter quam potuerit moueri Iudex ad impediendum
effectum appellationis, imò multæ rationes ſuadebant
contrarium,quia Iudex à quo nō fuit cōtentus de ſola,&
nuda inſtitutione Marij Fani, ſed vlterius procedendo
pronũciauit narrata in literis eſſe vera,ac DD.Nereo &
Hieremyæ perpetuum ſilentium impoſuit, & ingreſſus
10 fuit petitorium; † ex qua mixtura dabatur appellatio,
quando ex ſola inſtitutione fuiſſet deneganda, ad cumu-
lata per Contar.in l.vnica,in 2.limit.C.de mom.poſſ.fuit
dictum in Elnen. hæreditatis 27.Iun.1603.coram Reue-
11 rendiſſ.Rhodien.& ſæpius in alijs.† Tandē quicquid ſta-
tuat conſtitutio,eam non debuit attendere executor,qui
habebat iuriſdictionem delegatam, Bal.in c.licet, in fin.
vbi etiam Felyn.n.4. circa med. de off.ord. idem Bald.in
materia appellationis loquēs, in l.4.n.3. C.ſi aduerſ.vēd.
Non enim tenebatur ſeruare conſtitutiones,& ſtylũ Flo-
rentiæ, & Curiæ Epiſcopalis ſed ius, & ſtylum,quem ſer-
uat Romana Curia.Put.deciſ.127.lib.1.Ferrer. conſ.190.
n.4.cum alijs allegatis per informantes.Quæ dicuntur de
renunciatione attentatorum ex eo,quod de illis non fue-
rit oppoſitum ante concluſionem in cauſa, non placue-
runt Dominis, quia vltra quod dicitur hoc in facto non
verificari, ſed quod fuit oppoſitum,& datum dubium ſu-
per attentatis, cuius diſputatione pendente mortuus eſt
12 Marius Fanus: † Quod dicitur reuocationem attētato-
rum non poſſe peti poſt concluſionem in cauſa procedit
in illa inſtantia, ſecus in alia. Lancell. de attent.3.p c.23.
n.50. & ſeqq.fuit dictum in Bononien. attentatorum 24.
13 Octob.1588.coram Illuſtriſſ.Card.Mantica.† Et vbi ceſ-
ſaret remedium attentatorum, eſſet ſuccurſum via nulli-
tatis, vt in Calaguritana beneficij d.l.Burg.7.Maij 1574.
corā Illuſtriſſ.Card.Seraphino:Nec eſt verũ,quod quan-
do poſſeſſio reuocatur per viam nullitatis nō ſit locus ſe-
queſtro, & in cōtrariũ eſt dec.Cæſ.de Graſſ.2. de appell.

EODEM.

Rauenaten.Cenſus.

Veneris 16. Decembris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* (ſine præiudicio legitimæ executionis) *præſer-
uat executionem Iudicis, à quo, & latè n.4.*
2 *Sententia quando liquidat debitum eſt appellabilis.
Etiamſi aliàs materia eſſet executiua, & n.5.*
3 *Sententia, continens reſciſſionē tranſactionis, dicitur con-
tinere complicationem negotij principalis, quæ præbet le-
gitimam cauſam appellandi.*
6 *Sententia an, & quando dicatur continere mixturam, &
ſub n.6.*

DECISIO V.

DVbitaui an ſentētia Locumtenentis Vicelegati Ro-
mandiolæ ſit exequenda, intelligendo non de con-
demnatione reſpectu fructuum decurſorũ vſque ad diem
tranſactionis, in quibus ſignatura reſcripſit cum clauſu-
1 la,ſine præiudicio legitimæ executionis, † quæ præſeruat
executionem iudicis à quo; ſed reſpectu decurſorum à
die tranſactionis citra, circa quos fuit reſcriptum cum
clauſula(*ſi quid exequendum*)& Domini dixerunt non eſ-
ſe locum executioni, quia Iudex pronunciando fructus
eſſe ſoluendos iuxta formam inſtrumenti cenſus, non
autem ſecundùm tenorem tranſactionis ex duobus fecit
2 ſententiam ſuam appellabilem. † Primò, quia quodam-
modo liquidauit debitum quo caſu datur appellatio,
3 Galeſ.ad for.cam.in q.de liquid.n.17.cum n.ſeq.† Secun-
dò, quia propter reſciſſionem tranſactionis ſententia
continet complicationem negotij principalis, quæ præ-
bet cauſam legitimam appellandi.Bal.conſ.141.n.7.lib.1.
& ſæpius tenuit Rota, immo non continet ſolùm com-
plicationem, ſed etiam expreſſam implicationem, quia
quoad fructus decurſus vſque ad diem tranſactionis con-
demnat debitores cenſuum ad ſolutionem eorumdem
ad rationē octo pro centenario iuxta conuenta in tran-
ſactione, quo verò ad decurſus poſt tranſactionem con-
demnat ad rationem decem pro centenario,vt cantat in-
ſtrumentum cenſus,cùm tamen in tranſactione non mi-
nus reducantur cenſus futuri, quam præteriti,& non po-
teſt tranſactio eſſe vno caſu valida,alio non.

EODEM.

Calaguritana beneficij de Cuatz,

Veneris 18. Maij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Æqualitas in Iudicio eſt ſeruanda, & ideò vno admiſſo ad probandum etiam aliter admitti debet, & n.7. & ſeq. vbi plura inferuntur.*

Appellare ſicut licet actori, ita etiam licet debere reo, & num.7.

Ægidiana ſicut non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas in eorum præiudicium, ita nec etiam in eorum fauorem, & num.8.

Debitor qui fuit executiuè, & per vnicam ſententiam condemnatus, & exactus, an poſſit vnica ſententia fauorabili obtenta repetere ſolutum, & quid ſeruetur in materia obligationis Cameralis, & n.10.

2 *Reo non debet denegari, quòd fuit actori conceſſum.*

3 *Ideò probationes admiſſæ ad fauorem actoris à fortiori admitti debent ad fauorem Rei.*

6 *Appellans ſicut poteſt vti nouis probationibus, ita etiam appellatus debet poſſe vti nouis defenſionibus.*

5 *Appellatio eſt communis vtrique colitiganti.*

6 *Procedit etiam, ſi appellatus intra decem dies non adhæſerit appellationi.*

Clauſula (ſi quid exequendum) non poteſt iuſtificari ex nouiter deductis, & n 11.

Fallit, ſi debitor fecit nouas probationes, & n.12.

DECISIO VI.

FVit reſolutum ad fauorem Martini eſſe locum nouo examini in partibus ad beneficia curata, quia cum Rot. admiſerit aduerſarium ad nouum examen in Curia,
1 † vtique non poteſt ipſi etiam denegari admiſſio propter æqualitatem ſeruandam, c. nouit. de Iud. & c. in iudi-
2 cijs de reg. iur. in 6. Quòd † enim fuit actori conceſſum, non debet reo denegari, c. non debet. de reg. iuran. in 6. l.
3 non debet ff. eod. l. fi. Cod. de fruct. & lit. expen. † & probationes, quæ fuerunt ad fauorem actoris admiſſæ, à fortiori debent admitti ad fauorem rei, Dec. conſ. 162. ante fin. verſ. præterea aduertendum, præſertim quia illud examen petitum a Martino tendit ad impugnandum illud, quod ex ſuo nouo examine in cauſa appellationis prætendit Michael appellans, vult enim ex eo, quod ipſe ſit approbatus ad beneficia curata præferri Martino, qui vnà cum ipſo fuerat approbatus tantùm ad ſimplicia, & ſub iſto prætextu Martino auferre beneficium, vnde meritò Martinus ad eludendam iſtam intentionem vult ipſe etiam approbari in nouo examine ad curata. Sicut
4 autem appellans, † potuit vti nouis probationibus, ita appellatus debet poſſe vti nouis defenſionibus, Abb. in c. 2. n. 3. in fi. de mut. petit. Nec facit, quòd Martinus non
5 appellauerit, quia † ſufficit illi appellatio aduerſarij, quæ
6 communis eſt l. ampliorem. C. de appell. Et quod † dicitur, eum non adhæſiſſe appellationi infra decem dies, non facit, quia contraria loquuntur in tertio adhærente appellationi; ſecus autem in colitigante, cui ſtatim atque aduerſarius appellauit fuit virtus appellationis a iure communicata.

EODEM.

Calaguritana de benef. de Cuacri.

Veneris 1 Iunij 1611.

SVMMARIVM.

1 *Oppoſitores plures quando dicantur iudicialiter procedere.*

2 *Appellari poteſt à relatione examinatorum, quod declaratur prout, ſub n.4.*

3 *Attentata eſt præſentatio, & collatio facta poſt interpoſitam appellationem oppoſitorum.*

DECISIO VII.

MIchaele Ruiz tantùm informante reſolutum fuit præſentationem cum alijs inde ſecutis eſſe atten-
1 tatam, † quia ex oppoſitione editorum, comparitione plurium, qui non ſolùm de ſua naturalitate, & alijs incumbentibus docuerunt, ſed etiam ſe viciſſim pro legitimis oppoſitoribus habuerunt, & ex multis actis inter ipſos factis appares fuiſſe iudicialiter proceſſum, & cùm dicti oppoſitores fuiſſent remiſſi ad examinatores Synodales, cumque ex ipſis tres tantùm Michael, & Martinus aduerſarius, & Martinus Ruiz fuerint approbati, &
2 ad ſimplicia beneficia tantùm, † cùmque Michael aliàs ad curata beneficia approbatus appellaſſet à relatione examinatorum, prout appellare potuit, vt fuit ſæpius deciſum, ſignanter autem in Calaguritana beneficij de Oliuari 28. Ianuarij 1604. coram R.P.D. meo Decano, in Calaguritana beneficij de Haro coram R.P.D. meo Lancellotto 8. Iunij 1608. & in Calaguritana beneficij de Turre coram Reuerendiſſimo Atrebaten. 15. Februarij
3 1610. ſequitur † præſentationem, & collationem poſt appellationem factas eſſe attentatas. l. 1. & tot. tit. ff. nil nou. appellat. pend. cap. non ſolùm, de appellat. in 6.

EODEM.

Rauenaten. Bonorum.

Lunæ 6. Februarij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Mutare quis ſibi præſumitur cauſam poſſidendi ex ſuperuenienti titulo etiam abſque aliqua animi declaratione, & de hac materia latius, n 15.*

2 *Poſſeſſione quis non priuatur ex immiſione nulla.*

3 *Rauennæ Statutum reducit appellationem ad terminos iuris Canonici.*

4 *Appellatio admittitur de iure Canonico in poſſeſſorio.*

5 *Attentata eſt executio facta pendente termino ad appellandum.*

6 *Sententia lata pro die, pro qua non aderat citatio, eſt nulla.*

7 *Sententia lata, prout in cedula, iuſtificetur, & latius de hac concluſione, n.16.*

8 *Non procedat, quando conſtat tunc temporis nullam fuiſſe ſcriptam, exhibitam, aut publicatam ſententiam.*

9 *Sententia ſine executione non priuat poſſeſſione.*

10 *Poſſeſſio non transfertur ex ſola voluntate, & iuſſu Iudicis.*

11 *Suſpicio ſola ſufficit, vt non ſit fines adhibendæ ſcripturæ, vbi ciuiliter agitur, & plura de hac concluſione ſub num. 17.*

12 *Pro ſpoliato quando quis ſe habet, non poteſt petere manutentionem.*

13 *Pro-*

Digitized by Google

13 *Procurator non poteſt facere actum aliquem ex quo prin-
cipalis habeat ſe pro ſpoliato, niſi conſtet de ſpeciali man-
dato.*
14 *Pro ſpoliato quis non cenſetur ſe habere, quando in primis
petit manuteneri, & quatenus opus ſit reintegrari.*

DECISIO VIII.

RESolutum fuit Iacobæ eſſe dandum mandatum de
manutenendo, quia conſtat de eius poſſeſſione tem-
pore motæ litis ex libello, & poſitionibus partis aduerſæ,
& quia cùm vſque ad obitum Lucretiæ ſororis poſſediſ-
ſet cum d. Lucretia bona, de quibus agitur pro indiuiſo,
1 ſuperueniente morte cæpit inſolidum poſſidere, † præſu-
mitur enim ex ſuperuenienti titulo mutaſſe cauſam poſ-
ſidendi abſq; aliqua animi declaratione, Achil. deciſ. 4.
ad fin. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Creſc. deciſ. 3. num. 3. de
reſtit. ſpol. & fuit ſæpiſſimè reſolutum, & propterea illi
danda eſt manutentio, quam non habet impedire im-
2 miſſio Zambellettis conceſſa, † quia cùm ſit nulla, & at-
tentata non priuauit Iacobam ſua poſſeſſione ciuili, Paul.
de Caſtr. in l. fin. num. 11. & Alex. numer. 16. C. de edict.
Diu. Adr. toll. fuit dictum in vna Gerun. beneficij 21. Iunij
1602. coram R. P. D. meo Coccino in Romana Saluiani
de menſe Decembris proximè præteriti coram R. P. D.
meo Sacrato, & ſæpiſſimè in alijs. Quòd autem immiſſio
3 ſit attentata, patet, † quia cùm Statutum Rauennæ redu-
4 cat appellationem ad terminos iuris Canonici, † quod
illam concedit in poſſeſſorio, Sal. in l. vnic. in 6. oppoſ. C.
ſi de mom. poſſ. Feder. de Sen. conſ. 76. Dec. conſ. 28. ſub
num. 4. verſic. ſecundò reſpondetur. Cur. iun. conſ. 168. n.
5 39. Executio † facta pẽdente termino ad appellandũ, imò
poſt appellationem interpoſitam, eſt attentata, vt fuit in
terminis reſolutum in Rauennaten. attentatorum 20.
Maij 1611. coram R. P. D. meo Coccino. Quòd autem
6 nulliter fuerit proceſſum, oſtenditur, † quia ſententia fuit
lata abſque citatione, cùm fuerit lata die 1. Decembris,
pro qua die nulla aderat citatio, & quamuis die 30. Octo-
bris, & ſic per menſem, Vicelegatus parte citata, vel præ-
ſente pronuntiauerit prout in cedula, attamen dixerunt
7 Domini, † quòd licet modus pronunciandi per cædulam
ſoleat ſuſtineri, Bal in l. 3. num. 12. C. de ſent. quæ ſine
cert. quant. profer. & in l. 1. ad fin. C. de ſent. ex breu. recit.
8 id non † procedit, quando conſtat tunc temporis nullam
fuiſſe ſcriptam, & exhibitam, aut publicatam ſententiam,
Pariſ. conſ. 49. numer. 9. lib. 3. Paleot. deciſ. 350. Accedit,
quod non conſtat ſententiam fuiſſe executam, & ob id
9 Iacoba non amiſit poſſeſſionem: Sententia † enim ſine
executione nõ priuat poſſeſſione, Caſſad. deciſ. 7. de cauſ.
10 poſſeſ. & prop. quia † ſola voluntas, & iuſſus Iudicis
nõ ſufficit pro ea trasferenda, Paleot. deciſ. 215. Inſtru-
mentum autem captæ poſſeſſionis, quod datur non caret
maxima ſuſpicione falſitatis ex congeſtis per informan-
11 tes, † quæ ſuſpicio ſufficit; vt non ſit fides adhibenda,
vbi ciuiliter agitur, Archid. & alij in c. memoriam 19. di-
ſtin. Dec. qui alios congerit in cap. porrecta. ſub num. 1.
verſ. tertio illud dictum. de confirm. Aym. conſ. 134. num.
26. Caputap. deciſ. 298. lib. 1. in manuſcript. Non obſtant,
quæ deducuntur pro parte illorum de Zambellettis ad
oſtendendum repoſitionem, quam fecit Locumtenens
Prouinciæ de perſona Iacobæ in eius anteriori poſſeſſio-
ne, fuiſſe nullam; quia Iacoba non fundat ſe in poſſeſſio-
ne ſibi tradita à d. Locumtenente, neque ex ea petit ma-
nutentionem, ſed ex ea, quam habebat tempore motæ
litis. Non obſtat, quòd ipſa obtinuerit ſententiam ſuper
reintegratione, & reſtitutione poſſeſſionis, & propterea
12 † habendo ſe priùs pro ſpoliata non poſſit modò pete-
re manuteneri, quia ſententia fuit à procuratore obten-
13 ta, † ex cuius facto non potuit declarari animus Iacobæ
admittendi poſſeſſionem ciuilem, & habendi ſe pro ſpo-
liata; hoc enim requirebat ſpeciale mandatum, vt fuit re-
ſolutum in cauſa Barchinonen. confinium 19. Decembris
1605. coram R. P. D. meo Sacrato. Accedit, quod procu-
rator non petijt, nec voluit reintegrationem, niſi quate-
14 nus opus eſſet, † petijt enim manuteneri, & quatenus
opus eſſet, reintegrari, vnde cùm non eſſet neceſſaria re-
integratio, neque etiam procurator illam voluit, & Iaco-
ba non approbauit, neque vſa fuit dicta ſententia, prout
neque fundat ſuam poſſeſſionem in ipſa, vnde illi non ha-
bet obſtare. Quæ dicuntur per informantes pro Zam-
bellettis circa intellectũ Statuti Rauennaten. præferentis
agnatos in ſucceſſione ab inteſtato, reſpiciunt petitoriũ.

EODEM.

Pampilonen. Beneficij de Toloſa.

Veneris 16. Nouembris 1607.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata excluditur ſtante nullitate ſententiæ.*
2 *Concluſio in cauſa circumducitur per productionem iu-
rium, & per decretum iudicis ſubſequens.*
3 *Circumducitur etiam per productionem Commiſſionis fa-
ctam pro parte aliorum litis conſortium.*
4 *Collatio eſt nulla, quando eſt facta infrà decem dies datos ad
appellandum, etiam ſi poſteà non fuerit appellatum, &
ſub n. 5.*
*Attentata an dicantur geſta pendente termino ad appellan-
dum, ſi poſtea non fuerit appellatum, & n. 5.*
6 *Appellatio non poteſt tolli etiam per Conſtitutionem Syno-
dalem.*

DECISIO IX.

1 FVit reſolutum † non conſtare de re iudicata propter
nullitatem ſecundæ ſententiæ, l. 4. §. condemnatum de
re iud. l. ea, quæ & l. vt proponis. C. quomodo, & quan
2 do iud. Nullitas apparet, quia † fuit lata nulla præuia ci-
tatione, & concluſio præcedens fuerat circumducta per
productionem iurium, & decreta iudicis ſubſequentia,
Felyn. in cap. cùm dilectus, n. 17. de fid. inſtrum. Rota de-
ciſ. 1. de teſtibus in antiq. Aufr. ad deciſ. Toloſ. 14. fuit di-
ctum in vna Toletana Vicennij decimarum coram Buba-
lo, in & Clodien. Prioratus 21. Iunij 1596. corã Orano fuit
enim poſt huiuſmodi concluſionem non ſolùm exhibi-
tum mandatum procuræ præſentatorum, quod Iudex
mandauit communicari alteri parti, ſed etiam Procura-
tori eorumdem præſentauit quandam commiſſionem
aliorum pręſentatorum, qui pariter appellauerunt à ſen-
tentia lata per Ordinarium Pampilonen. & Iudex man-
dauit tradi copiam dictę commiſſionis cum termino ad
dicendum contra ad primam diem, in quibus terminis lo-
quitur deciſio Clodien. Et quod ex aduerſo dicitur, Com
miſſionem non fuiſſe admiſſam tollitur ex facto; quia ad-
3 eſt decretum admiſſionis. Non facit, † quòd Commiſſio
fuit pręſentata pro parte aliorum pretendentium, & ſic
non videatur terminus circumductus quoad Petrum;
quia Iudex voluit ſimul, & ſemel contra omnes procede-
re, prout fit, quando tertius venerit ad cauſam, hinc eſt,
quòd tulit ſententiam non ſolũ contra Petrum, ſed etiam
contra alios; vnde non eſt dicendum, quòd voluerit con-
cluſionem reuocari quoad omnes. Prima ſententia non
impugnatur, ſed collatio eius vigore facta, quam Domi-
4 ni dixerunt per viam nullitatis reuocandam, † quia fa-
cta fuit infra decem dies datos ad appellandum, etiam
quòd poſtea non fuiſſet appellatum, Ceſ. de Graſſ

deciſ.2.de appell. & fuit reſolutum in Pampilonen. de Ianzi 2.Martij 1592. coram Illuſtriſſ.Cardinali Mantica, & in Aurien.Parochialis 1.Iulij 1596.coram R.P.D.meo
5 Decano. Non obſtat † Conſtitutio Synodales, quia per eam non poteſt tolli effectus appellationis,vt fuit latè deductum coram me in Florentina iuriſpatronatus de Ricaſolis 28.Aprilis 1606.

E O D E M.

Maceraten. executionis rei iudicatæ.

Veneris 16. Martij 1607.

S V M M A R I V M.

1 *Acta in diuerſa cauſa non ſunt traſportanda.*
2 *Acta coram arbitris, à quibus fuit appellatum, ſunt tranſportanda.*
3 *Iura nō exhibita parte citata nō poſſunt dici de actis et n.4.*

D E C I S I O X.

1 FVit reſolutum pro informante non fuiſſe † neceſſariam traſportationem actorum à coram Laurentino Locumtenente Gubernatoris Maceratæ, quia illa nihil aliud continent, niſi ſæpius iteratam petitionem reuocationis ſequeſtri, & reductionis ad viam iuris, quæ nihil habent commune cum cauſa, quæ tractata fuit in Rota coram.R.P.D.meo Lancellotto inter matrem,& filios,in qua ſolum agebatur de interpretatione legati, an importarent integrum vſumfructum, vel reſtringeretur ad alimenta ex conſuetudine Bulgari, & quia cauſa erat in Rota introducta per viam appellationis à ſententia arbi-
2 trorum, † ſatis fuit producere acta facta coram prædictis arbitris, cap.cupientes. verſ.cum omnibus de elect.in 6.& fuit ſæpius dictum.

Minus facit,quod coram eodem Laurentino reperiantur quædam allegationes iuris, quia concernunt reuocationē ſequeſtri, & ſic ſunt aliena à iudicio, de quo agitur
3 prout alia acta,† vltra quod non ſunt exhibita parte citata, & propterea nullatenus dici poſſunt de actis, Guid. Pap.deciſ.241.

E O D E M.

Cremonen. Iuriſpatronatus.

Mercurij 26. Februarij 1603.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio attentata eſt ſequeſtranda.*
2 *Executorem mixtum facit clauſula,* conſtito, *& clauſula,* dummodo non ſit alteri ius quæſitum.
3 *Ab executore mixto datur appellatio.*
4 *Et ſi vlterius procedat,executio eſt attentata.*
5 *Attentatorum priuilegio renuntiatum cenſetur quando attentans fuiſſet admiſſus ad probandum bonum ius,& illud probauit.*
6 *Hoc procedit, quando paſſus attentata patitur ſententiam tranſire in iudicatum.*
7 *Non autem procedit, quando ille,qui paſſus eſt attentata, dedit de attentatis,& cauſam ſuper eis commiſit.*
8 *Attentata ſi non ad inſtantiam partis, ſaltem ex officio Iudicis ſunt reuocanda.*
Hoc procedit etiam ſi conſtaret de non iure petentis reuocationem,n.12.
9 *Attentans non debet gaudere commodo vitioſa poſſeſſionis.*
10 *Clauſula* (appellatione remota) *intelligitur, quando Iudex,ſeruata forma Commiſſionis procedit. & partem non grauat.*
10 *Clauſula* (ſine retardatione exequutionis literarum Apoſtolicarum) *ſolùm operatur, vt Iudex ad quem non, præſtet impedimentum Iudici, à quo, ſed non operatur quòd ſi Iudex à quo attentat, non ſint attentata per Iudicem ad quem reuocanda,de quo latè n.13.*

D E C I S I O XI.

1 DOmini dixerunt conſtare de attētatis,†& propterea
auocandam, & ſequeſtrādam eſſe poſſeſſionē iuxta
obſeruantia Rotæ,Caſſad.deciſ.3.nu 7. de reſtit.ſpol.Ca-
put. deciſ.157. p.3. fuit dictum in vna Mediolanen. Paro-
chialis 27.Iunij 1587. corā Illuſtriſſimo Platto, & ſæpius
in alijs, nam de attentatis non videtur dubitandum, quia
Ordinarius Cremonen. non erat merus, ſed mixtus Exe-
2 cutor † propter clauſulam (cōſtito de Iurepatronatus,ex
fundatione, & dotatione) & dummodo non ſit alteri ius
quæſitum,& cum narratiua,quòd erat præſentatus à me-
3 dietate Patronorum, & † ab eius ſentētia dabatur appel-
latio,vt fuit dictum in illa Alerien. Attentatorum 20. De-
4 cemb.1593. coram R.P.D. meo Decano; † & propterea
executio facta,pendente termino ad appellandum,eſt at-
tentata,Ant.Ang.Deciſ.3. Chiſſan.deciſ.1. fuit dictum in
vna Toletana Cappellaniæ coram Oradino 9. Iulij 1567.
& in cauſa Tebeſina Beneficij 26. Iunij 1595. coram Illu-
ſtriſſimo Blanchetto,& Deciſio,quæ allegatur in contra-
rium in cauſa Ipporregien. coram Bubalo, fuit ſæpe alle-
5 gata, & reiecta in his terminis.† non obſtat,quòd quādo
attentans fuit admiſſus ad probandum de ſuo bono iure,
& illud probauit, videatur tacitè renunciatum priuilegio
6 attētatorum, † quia vltra quod hoc videtur procedere in
eo,qui patitur ſententiam tranſire in iudicatum, vt per
Cæſar.de Graſſ.deciſ.2.de appellat. & in his terminis lo-
7 quitur Deciſio Creſcētij ex aduerſo allegata,† non habet
etiam locum,quando ille,qui paſſus eſt attentata, dederit
de attentatis,& cauſam ſuper eis commiſit,quia tunc licet
patiatur diſcuti de bono iure, nihilominus eſt ſuper illis
attentatis audiendus, Lancell. de attent.lit.pend.limit.16.
8 n.14. † Et in omnem euentum, ſi non ad inſtantiam pa-
tris ſaltē ex officio Iudicis veniret executio reuocanda, &
ſequeſtranda poſſeſſio.Lancell.vbi ſupra num.22.Caſſad.
9 Deciſ.3.n.3. de reſtit. ſpoliat. † vt attentans non gaudeat
commodo vitioſæ poſſeſſionis, Archid.in c.quę res, n.9.
verſ.Ex quibus iuribus,n.11.q.1.Non obſtat clauſula(*ap-*
10 *pellatione remota)* † quia intelligitur quando Iudex pro-
ceſſit ſeruata forma Cōmiſſionis, & partem non grauat,
11 c.paſtoralis,& ibi Doct. de appell.† Nō etiā obſtat clau-
ſula (*ſine retardatione executionis literarum Apoſtolicarū*)
poſita in Commiſſione appellationis,quia hoc operatur,
vt Iudex ad quem non det impedimentum Iudici à quo,
ſed non efficit quod non poſſit dare de attentatis ſi com-
mittatur,quòd apertè probatur ex ipſa Commiſſione,in
qua conceditur expreſsè facultas reuocandi attentata.

E O D E M.

Hiſpalen. Matrimonij.

Veneris 9. Decembris.1605.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa, quando eſt commiſſa appellatione remota, nihil refert habere,vel non habere ſententiam pro ſe,nec quod illa ſit valida,vel in valida.*
2 *Matrimonialis cauſa indiget celeri expeditione.*

DECISIO XII.

DOmini dixerunt eſſe locum arbitrio ad effectum, vt
ad vlteriora procedatur, & ad diſcuſſionem negotij
principalis; propterea noluerunt attendere prætenſas
1 obiectas nullitates, † quia cùm cauſa ſit commiſſa appel-
latione remota, & vnica ſententia terminanda, parùm re-
fert, ſi D. Lucretia habeat, vel non habeat ſententiam pro
ſe; & ſi ſit valida, vel inualida. Idem ſtatuerunt quoad at-
tentata, tùm quia viſa ſunt ſatis turbida, tùm, quia, in om-
2 nem euentum reſpiciunt alimenta, & † agitur cauſa ma-
trimonialis, quæ indiget celeri expeditione.

EODEM.

Romana hæreditatis de Bonellis.

Veneris 21. Octobris 1605.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio non procedit ſine filiatione.*
2 *Filiatio probanda eſt ab eo, qui aſſerit ſe filium ſiue agat, ſiue conueniatur, præſertim, quando agitur de aliqua hæreditate.*
3 *Legitimatio perſonæ opponi poteſt in qualibet parte iudicij, & omiſſa reddit proceſſum nullum.*
4 *Appellatus poteſt adhærere appellationi interpoſitæ ab aduerſario appellante, de quo etiam vide ſub n. 9.*
5 *Etiam ſi appellatio fuerit interpoſita limitatè in parte, & partibus propter connexitatem, & ſub n. 9.*
6 *Connexa quando ſunt plura capitula, pro vno tantùm habentur.*
7 *Connexa articula dicuntur, quando vnum pendet ab alio.*
8 *Capitula plura reputantur vnicum, quando vnum eſt propter aliud.*

DECISIO XIII.

DOmini perſtiterunt in reſolutis, iudicantes cauſam
non poſſe cognoſci, omiſſa diſcuſſione legitimatio-
1 nis, † & per conſequens etiã filiationis, ſine qua legitima-
tio non procedit, Rol. qui alios refert conſ. 89. num. 39.
lib. 1. & plenius Menoch. conſ. 581. num. 4. cùm præſer-
tim, vt in commiſſione dicitur fuerit adhibitum votum
Rotæ propter difficultates, quæ contingere poſſunt cir-
2 ca legitimationem, † & filiatio probanda eſt ab eo, qui
aſſerit ſe filium, ſiue agat, ſiue conueniatur, præſertim
quando prætendit conſequi hæreditatem, vt filius, Pariſ.
poſt Ang. & alios, quos allegat conſ. 12. num. 240. & ſeq.
lib. 2. Iſta enim concernunt legitimationem perſonæ Ale-
3 xandri, † quæ opponi poteſt in qualibet parte iudicij, &
omiſſa reddit proceſſum nullum, l. ſi quæramus, de te-
ſtam. fuit latè deductum in cauſa Ciuitatis Caſtellanæ
Molendini 26. Nouembris 1599. coram R. P. D. meo
Lancelloto. Non obſtat, quod prætendatur res iudicata
ex eo, quod pro parte Lauræ, & litis conſortum non fue-
4 rit appellatum, † quia poſſunt adhærere, & proſequi ap-
pellationem interpoſitam ab aduerſario, iux. not. in l.
ampliorem. C. de appell. in c. ſi duobus, eod. tit. Rot. De-
5 ciſ. de appellat. in nou. & licet appellatio † fuerit limita-
tè interpoſita in parte, & partibus, adhuc tamen poſſunt
dictæ ſorores appellationi adhærere propter connexi-
tatem Capitulorum ſententiæ, Franch. in d. cap. ſi duobus
num. 5. Felyn in cap ſignificauerunt, ſub num. 5. verſ. ad-
uerte etiam, & verſ. cogitabam tamen, & ibi latè Pariſ.
6 n. 22. de except. Boer. deciſ. 73. n. 6. † Ad iſtum enim ef-
fectum plura capitula connexa pro vno tantùm capitu-
lo habentur, Salyc. in d. l. ampliorem, ſub num. 2. Dec. in
d. c. ſi duobus. num. 55. Quod autem ſimus in connexis,
7 dicebant Domini non eſſe dubitando, † cùm omnia
pendeant ab articulo filiationis, & legitimationis, Aym.
conſ. 232. num. 1. & 2. latè Menoch. de Arbit. caſ. 95. num.
8 15. & ſeq. † imò vnum reputantur, quando vnum eſt pro-
pter aliud, l. Iulianus, ff. de condem. & dem. Bellam. conſ. 4.
in fin facit, quod habetur in deciſ. Rot. 13. ſub nu. 2. verſ.
quartò quando de prob. in nou. à dicto enim articulo
pendet aſſignatio legitimæ matris teſtatoris facta ſoro-
ribus excluſo Alexandro. Nec facit, quod dicitur illam
fuiſſe legatam ipſi matri, quia fuit legata quatenus debe-
retur. Hinc etiam pendet iuſtitia immiſſionis in poſſeſ-
ſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, vt benè
deducunt informantes pro ſororibus; quicquid ex aduer-
ſo dicatur. Ex quibus fuit reſolutum Lauram, & litis con-
ſortes eſſe audiendos ſuper prætenſa filiatione, & legiti-
matione.

EODEM.

Peruſina, ſeu Ciuitatis Caſtelli Dotis.

Lunæ 30. Ianuarij 1612.

SVMMARIVM.

1 *Pro Apoſtolis ſi appellans non reddit intra terminum iuris ſententia tranſit in iudicatum, & n. 12.*
Et nullum impedimentum, nec negligentia procuratoris excuſat, & n. 13.
Sufficeret tamen commiſſio cauſæ infra terminum iuris, & n. 14. vbi vide declarationem.
Pro Apoſtolis non eſt neceſſe redire, quando iudex detulit appellationi, & n. 15.
2 *Res iudicata quando patitur nullitatem circa iuſtitiam non eſt exequenda.*
3 *Emphyteotica an æſtimentur in tertia parte minus, quàm libera, an verò in ſexta parte.*
4 *Æſtimatio bonorum dotalium in dubio facit emptionem, & venditionem de qua materia latè, n. 16.*
5 *Non procedit quando apparet æſtimationem fuiſſe factam ad alium effectum, puta, ad dignoſcendum valorem bonorum.*
6 *Dilatione pendente ceſſat mora, & non debentur vſuræ dotales.*
7 *Fructus dotis debentur ex ſola mora irregulari, in qua conſtituitur debitor dotis ex ſola ſuſtentatione onerum matrimonij.*
8 *Marito an ſoluto matrimonio debeantur vſuræ lucri dotis. Et quòd non debeantur etiam ſi ſuper ſint filij, & numer. 17.*
9 *Maritus tenetur pro rata lucri concurrere ad expenſas funeris vxoris.*
10 *Teſtis deponens de impenſa funeris etiam non interrogatus tenetur reddere rationem cùm non cadat ſub ſenſu.*
11 *Valor non probatur per teſtes, niſi reddat rationem.*

DECISIO XIV.

DOmini dubitarunt de validitate ſententiæ ad fauo-
rem D. Tiberij de Vbaldis latæ; defectus enim ter-
minorum ſubſtantialium appoſitus in facto non ſubſiſtit
1 minus etiam quòd fecerit † tranſitum in iudicatum, quia
Domini Buffalini appellantes, qui obtinuerunt dari ter-
minum iuris, non redierunt pro Apoſtolis infra dictum
terminum, clem. quamuis, de appellatio. Rot. deciſ. 34. eo-
dem tit. in antiq. neque cauſa commiſerunt, Creſcent. de-
ciſ. 2. de appellat. Noluerunt tamen Domini illis conce-

2 dere executionem † propter multas difficultates, quas
patiebatur circa iuſtitiam, & præſertim circa liquidatio-
nem crediti Domini Tyberij, nam quoad valorem bo-
norum Venazzani, à quo præcipuè pendet dicta liquida-
tio, videbatur non benè probari; licet enim Abbas Flo-
rentius illum æſtimauerit 10 ſcut. 1500. attamen videtur à
dicta æſtimatione receſſum per actum, qui datur in Sum.
mario Tyberij num. 5. Vltra quòd partes non benè con-
cordāt ſuper eo, an omnia bona Venazzani ſint emphy-
3 teotica. Non caret etiam ſcrupulo, quòd bona † emphy-
teotica ſint æſtimanda in tertia parte minùs, quàm æſti-
marentur, ſi eſſent libera, prout prætendit Tyberius, cùm
alias Rota in Bononienſ. de Baliis 19 Martij 1607. coram
R. P. D. Marquemontio dubitauerit an ſufficeret diminu
tio ſextæ partis. Altera fuit difficultas circa fructus dotis
conſtante matrimonio, quia aut Tyberius eos prætendit,
vti effectus dominus bonorū, & in hoc Domini nō erant
concordes, aliqui enim putabant illum fuiſſe dominum
4 propter æſtimationem † quæ in dubio facit venditionem
in dote, l. cum gl l. quoties, & in l. interdum, C. de iur.
dot. l. ex conuent. Cod. de pact. Alij autem contrarium
5 ſentiebat, quia illud non procedit, † quando apparet æſti.
mationem fuiſſe factam ad alium effectum quam inducē-
dæ venditionis, puta cognoſcendi valorem bonorum,
Iaſ. poſt Cyn. Bald. & Salyc. in d. l. ex conuent. ſub num. 2.
verſ. limita iſtam regul Couarru. pract. q c 28. ſub num. 2.
verſ. ſed ex contrario; hic autem dicebat fuiſſe factam ad
effectum ſciendi eorum valorem, nempè vt cognoſcere-
tur reſiduum, quod erat ſupplendum, vt in terminis eſt
decio Ferrarienſ. Societatis 20. Decemb. 1591. coram Il-
luſtriſſ. Cardinali Millino, ſed præſuppoſito, quod bona
non tranſijſſent in dominium, an fructus ratione dotis
promiſſæ illi deberentur, adhuc erat inter DD. opinionū
diuerſitas, aliquibus exiſtimantibus ex eo, quòd fuerunt
promiſſi fructus, ſi & quatenus Iulius deficeret in ſolutio-
ne, & Tyberius non fecit inſtantiam, vt æſtimarentur, non
dicitur Iulius defeciſſe in ſolutione, ignorans an, & quid
ſoluendum eſſet pro reſiduo, imo ſecundùm ipſos vide-
6 tur data dilatio, quamdiu fieret æſtimatio, & † propterea
dilatione pendente, ceſſat mora, & non debentur vſuræ
dotales, d. l. lecta, §. ſed cùm fortis, ff. ſi cert. pet. gl. in l. ſi
cum exceptione, in verb. triplici. ff. quod met. cauſ. latè
Surd. de alimen. tit. 1. q. 42. nu. 50. cum pluribus ſeqq. Qui
7 autem exiſtimabant fructus deberi mouebantur † ex mo.
ra irregulari, in qua conſtituitur debitor dotis ex ſola ſu-
ſtentatione onerum matrimonij gl. in l. de euictione. vbi
Bart. Alex. n. 12. Socin. n. 9. & ſeq ff. ſolut matrimon. Bald.
conſil. 94. in princip. lib. 1. Caſtrenſ conſil. 1t. num. 4. verſ.
quatenus autem, lib. 1. Iaſ. in l. ſi donatutus. §. 1. n. 16. ff. de
condit. ob cauſ. Altera fuit difficultas, an ſoluto matrimo-
8 nio Tyberio † deberentur vſuræ lucri dotis, in qua Do-
mini videbantur conuenire, quod non deberentur, quia
tunc ceſſant onera matrimonij, Innoc. in c. ſalubriter. in
9 fin. & ibi Abb. ſub nu. 4. verſ. ſicut etiam. de vſur. † Expen-
ſa etiam funerum, quæ exprimitur ſcutorum 200. non
caret difficultate, quia illa ponitur tota in debito Buffa-
linorum, cum tantum debuiſſet pro rata lucri dotis con-
currere maritus, l. in eum. ff. de relig & ſumpt fun. Vltra
quòd vnus ex Dominis dicebat non probari expenſam
aſcendere ad dictam ſummam, quia pro ea videtur tan-
tùm benè deponere primus teſtis, ſecundus autem non
10 reddit rationem, † quam tamen debuiſſet etiam non
interrogatus reddere, cùm hoc non ſit de ijs quæ ca-
dunt ſub ſenſu, Bald. conſil. 286. numero 3 li. 2. Alex.
conſil. 148. numero 4. lib. 2. † agitur enim de valore pro-
bandi quo caſu teſtis ſemper debet reddere rationem,
Rimin. ſen. conſil. 138. num. 31. Caſſad. deciſ. 19 ſub num.
3. ſuper reg Quæſtio ſuper canonibus ſolutis pendet
ab eo, an bona eſſent in dominio Tyberij, quia tunc
onus illos ſoluendi ad ipſum ſpectaſſet, & Buffalinis
qui illos ſoluerunt, eſſent reſtituendi. Sunt etiam aliæ
difficultates excitatæ per informantes propter quas Do-
mini denegarunt executionem, poterunt tamen ſuper eis
de nouo audiri informantes pro Domino Tyberio.

EODEM.

Pampilonenſ. Beneficij de Nuarte.

Mercurij 13. Iunij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Annus ad expediendam cauſam iuxta regulam de annali incipit currere à die executæ citationis.*

2 *Regulæ de annali requirenti expeditionem cauſæ infra annum ſatisfit inſtruendo cauſam; ita vt expediri poſſit infra annum, & n. 6.*

3 *Procedit ſiue ſit in ſtatu, vt ſententia ferri poſſit pro reo, ſiue actore.*

4 *Inſtructio ſola cauſæ infra annum ſufficit, etiam ſi non fuerit concluſum in cauſa ad effectum, vt cenſeatur ſatisfactum regulæ de annali.*

5 *Tempora impedimentorum ſunt deducenda in computatione anni dati in regula de annali ad finiendam cauſam, prout etiam ſunt ſubducenda in materia appellationis, & num. 7.*

7 *Noua iura poſſunt quandocunque produci ad corroborationem probationis antiquæ, nec non ad eludendas probationes contrarias factas, & latè ſub n. 9.*

DECISIO XV.

ROta cenſuit Bartholomæo de Nuarte non obſtare
regulam de annali, quia citatio fuit executa die 23.
1 Aprilis 1601. † certum eſt autem annum ad expediendam
cauſam currere à die executæ citationis, Guidob. deciſ. 7.
Put. deciſ. 2. ſuper hac regula, & fuit ſæpè deciſum; vnde
cum a dicta die vſque ad diem 15. Decemb. 1601. Bartho.
lomæus fecerit ſuas probatione examinando 27. teſtes,
2 † cauſa ſatis erat inſtructa, ita vt expediri poſſit, quod
ſufficit, & ſatisfecit regulæ; prout fuit deciſum in Egitta-
nienſ. Canonicatus 18. Martij 1578. coram fel. record.
Clem. VIII. in Hiſpalen. Beneficiorum 10. Ianuarij 1603.
coram R. P. D. meo Iuſto, aut enim teſtes probabant in-
ſtitutionem Bartholomæi, & cauſa poterat ad eius fauo-
rem expediri, aut non probabant, & poterat expediri
3 contra ipſum pro Ioanne, ſiue † enim ſententia feratur
pro reo; ſiue pro actore ſemper eſt ſatisfactum regulæ,
vt fuit dictum in vna Burgenſ. 13. Ianuarij 1586. coram
Cantuccio, & in illa Hiſpalenſ. Beneficij. Non obſtat,
quòd Bartholomæus non obtinuerit concludi in cauſa
4 † quia vltra quòd ſola inſtructio citra concluſionem
in cauſa ſatisfacit regulæ, vt dixit Rota in vna Pāpilonenſ.
Beneficij de Aſtēſa 2. Iunij 1553. coram Capiſucco. Capu-
taquen. deciſ. 305. cauſa tunc dicitur, l. 1. in manuſcript. id
prouenit facto Ioannis, qui obtinuit terminos, & dilatio-
nes ad faciendum ſuas probationes, quæ etiam fuerunt
iteratò conceſſæ, & cum pluribus prorogationibus, qui-
bus pendentibus quieſcebat officium iudicis, l. ſiue pars.
C. de dilat. & ſic propter impedimenta præſtita à Ioanne
non potuit peti concluſio, & nihilominus ſubducto tem-
pore impedimētorum dictarum dilationum, vt benè cal.
culant informātes pro Bartholomæo, concluſio facta fuit
5 infra annū, quod ſufficit, † quia clarum eſt tempora im-
pedimentorum eſſe ſubducenda, Sarnen. ſuper hac reg, q.
14. n. 71. & 76. Peregr. deciſ. 98. fuit dictum in illa Hiſpa-
lenſ. & alijs pluribus. Nec facit, quòd Bartholomæus
ſe op-

ſe oppoſuerit concluſioni ex aduerſo petitæ. quia nimis
propere petebatur; cùm adhuc ſupereſſent nouem men-
ſes ad cauſam inſtruendam: vltra quòd Iudex tunc decre-
uit non eſſe locum concluſioni cauſæ concedendo termi-
num vtrique parti ad probandum, & ſic etiam in fauo-
rem partis aduerſæ, quæ dederat articulos, concluſio non
fuit ſortita effectum. Non obſtat, quòd impedimenta pro-
uenerint facto Bartholomæi volentis prius expediri ſuū
examen; quia poſt examen Bartholomæi remanſerunt
aduerſario quatuor menſes, intra quos potuit commo-
diſſime facere ſuas probationes. Non obſtat, quod
poſtmodum pro parte Bartholomæi fuerint noua
6 iura producta, † quia id factum fuit potius ad corrobora-
tionem probationis antiquæ, & ex abundanti, quia illa
ſufficiebat pro iuſtificatione gratię, & ad elidendum con-
trarias probationes poſtea factas; & nihilominus, vt
dictum eſt, ſatis erat, quod cauſa iſta fuiſſet inſtructa,
quòd ſi non pro ipſo, ſaltem contra ipſum ferri potuiſſet
ſententia.

E O D E M.

Calaguritana beneficij de Cuacci.

Mercurij 1. Februarij 1612.

S V M M A R I V M.

1 *Ab examinatorum relatione datur appellatio.*
2 *Examen nouum eſt modus detegendi iniquitatem, & iniu-
ſtitiam examinatorum.*
3 *Maximè procedit, quando non fuerunt deſcriptæ interroga-
tiones, & reſponſiones primi examinis.*
4 *Item quando non fuit lapſum tantum tempus vt ſcientia
per nouum ſtudium acquiri potuerit.*
5 *Appellatio a iudice Ordinario in materia electionis ad Pa-
rochiales ita demum admittitur ſi ſit irrationabile, & la-
tius n.6.*
6 *Appellatio huiuſmodi non admittitur ad effectum ſuſ-
penſiuum, ſed ſolum ad effectum deuolutiuum, & nu-
mero 7.*
7 *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum admittitur à ſententia
Metropolitani, & n.8.*

D E C I S I O XVI.

1 DOmini ſteterunt in deciſis, quia † à relatione exami-
natorum datur appellatio, vt fuit reſolutum in Ca-
laguritana beneficij 21. Februarij 1611. coram R. P. D.
meo Coccino Decano, & in hac cauſa 1. Iulij præteriti;
2 ad docendum † autem de grauamine eſt locus nouo exa-
mini, qui eſt modus attendendi iniquitatem, & iniuſtitiam
examinatorum, & ita fuit factum in cauſa Conchenſ. Be-
3 neficij de Valde Iudios, quod tanto † magis procedit in
caſu illo in quo non fuerunt deſcriptæ interrogationes,
& reſponſiones, aut ſaltem non fuerunt tranſmiſſę, & pro-
ductæ, ita vt cū ex ipſis apparere non poſſit de grauami-
ne, ſi aliunde doceri non poſſet inanis eſſet facultas ap-
pellandi. Præſumptionem habilitatis, quæ per nouum ſtu-
4 dium acquiri potuiſſet, excludit † breuitas temporis quin-
decim menſium in circa, quod tempus totum fuit multis
occupationibus, & curis plenum, ita vt Michael illis im-
plicatus, & diſtentus non facilè valuerit literarum ſtudijs
incumbere, vt latius in deciſione deducitur. Deciſio Ra-
uennaten. coram Illuſtriſſimo Cardinali Arrigonio, &
5 aliæ allegatæ loquuntur in alijs terminis, videlicet, † quan-
do appellatur a iudicio Ordinarij, a quo ſecundùm Con-
ſtitutionem Pij V. ita demum datur appellatio, ſi ſit irra-
tionabilis, quia aliàs pro eo præſumitur, à relatione au-
tem examinatorum eſt permiſſum ſimpliciter, & abſolutè
appellare.

A N N O T A T I O.

De quo dixi ſupra ad deciſ. 515.
Vide ſupra ad deciſ. 157.
6 Ab electione † facta ab Ordinario in Concurſu ad Paro-
chialem non datur appellatio, niſi quando conſtat de do-
loſo, & irrationabili iudicio Ordinarij, Rota deciſ. 40. ſub
n. 1. par. in rec. & deciſ. 654. n. 4. par. 4. in nouiſs. Mareſcot.
variar. lib. 1. c. 52. n. 23. & 24. & de iſta irrationabilitate
& dolo liquidè conſtare debet, Mareſcot. d. cap. 52. n. 24.
& benè conſiderat Rota d. deciſ. 40. ſub n. 1. Et appellatio
7 † admittitur ſolum ad effectum deuolutiuum, non ſuſpen-
ſiuum, vt diſponit Conſtitutio Pij V. ſuper prouiſione Pa-
rochialium. verſ. hæc tamen. Garz. d. c. 2. nu. 246. quod eſt
verum reſpectu appellationis interpoſitæ ab electione
Ordinarij, ſecùs autem reſpectu appellationis à ſententia
8 Metropolitani, † ſeu alterius Iudicis Appellationis reuo-
catoria præelectionis, Ordinarij, Rota deciſ. 537. per to-
tam par. 1. in recent.

Oliuerius Beltraminus.

E O D E M.

Beneuentana Parochialis.

Veneris 30. Martij 1607.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogato gratioſè eſt danda immiſſio in poſſeſſione beneficij
litigioſi, quando conſtat de obitu defuncti in poſſeſſione, &
de clericatu.*
2 *Deſerta cauſa appellationis non cenſetur deſerta cauſa nul-
litatis æquè principaliter commiſſa, & n.3*
*Declara, dummodò conſtet de aliqua nullitate, ſecus ſi nulla
adſit nullitas, n.4.*
*Incompatibile beneficium eo, ſuper quo lis pendet, obtinens
cenſetur renuntiare liti, dummodo, executio ſit valida.*

D E C I S I O XVII.

1 DOmini dixerunt † Marinello dandum eſſe mandatum
de immittendo vigore ſubrogationis gratioſæ, quā
habet ad poſſeſſionem defuncti, de cuius obitu in poſſeſ-
ſione, conſtat, prout etiam de Clericatu Marinelli, quòd
ſufficit, cum ſimus in beneficio litigioſo, Put. deciſ. 495.
lib. 2. Mohed. deciſ. 11. vt. lit. pend. fuit dictum in Legio-
neñ. Prioratus 14. Maij 1584. & in Lucana Manuſcula-
tus 13. Octobris 1586. coram Orano, & in alijs pluribus.
Non obſtat, quòd lis videatur extincta per deſertionem
2 † quia licèt ſit deſerta cauſa appellationis; tamen non fuit
deſerta cauſa nullitatis ſimul, & æquè principaliter com-
miſſa, Bartol in l. ſi expreſſum, numer. 10. ff. de appellat.
Bald. in l. tale pactum, §. qui procurauit, numer. 12. ff. de
pact. Ruin. conſil. 34. numer. 10. lib. 1. & in his terminis di-
xit Rota in Placentina Parochialis de Malpartida 6. No-
uembris, & 12. Decembris 1602, coram bo. mem. Lit-
3 ta. Non obſtat, † quòd Marinellus videatur renunciaſ-
ſe liti per aſſecutionem alterius incompatibilis, iuxta
gloſ. in clem. gratiæ in verb. renunciare de reſcript. cum
concord. quia eſſet videnda talis aſſecutio, ſi ſit valida,
& quomodo ſe habeat, & interim non eſſet retardanda
immiſſio.

ANNOTATIO.

Seraph.deciſ.1485.nu.1.Rota deciſ.512.ſub num.3.& deciſ. 591.num.4.par.2. in rec. & cenſetur commiſſa cauſa nullitatis æquè principaliter eo ipſo, quòd reperitur commiſſa non ſolùm cauſa appellationis, ſed etiam cauſa nullitatis, ita fuit dictum in Toletana decimarum 5. Iunij 1613. coram Cardin.Sacrato, verùm, concluſio firmata in deciſione, quòd deſerta cauſa appellationis non cen-
4 ſeatur deſerta cauſa nullitas, † procedit quando conſtat de aliqua nullitate, ſecùs autem, ſi non conſtat de aliqua nullitate, ita fuit dictum in Cæſaraugustana penſionis 13. Martij 1619.coram R.P.D.Coccino Decano, & in Ciuitatis Caſtelli bonorum 15. Martij 1621. coram R. P. D. Veroſpio, vbi dicitur conſtare debere notoriè de nullitate, & ideo quando re vera nõ adeſſet aliqua nullitas, tunc eo magis de plano procederet, quòd deſerta cauſa appellationis, cenſeretur etiam deſerta cauſa nullitatis, vt eſt optima deciſ. Achil. 15. de reſcript.

Rot.deciſ.160.ſub numer.4.par.2. in rec. vbi fuit conſideratum, quòd ſi per eſſecutionem ſecundi incompatibilis cenſetur renunciatum primo, multò magis liti ſuper primo, cùm faciliùs amittatur actio; quàm res ipſa, & plenè Pariſ. de reſign.lib.1. quæſt.1. num.20.vbi dicit hoc procedere, dummodò poſſeſſio ſecundi fuerit pacifica, & non aliàs.

Oliuerius Beltraminus.

S. R. ROMANÆ COLLECTIS
à Proſp. Farinacio.

VEROSPIO. P. I. T. II.

Hieracen. prætenſi Iuris patronatus.

Mercurij 14. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Attentata poſt appellationem reuocanda ſunt, n.1.
Attentata pendente termino ad appellandum reuocanda ſunt, etiam quod non fuerit appellatum, n.2.
Appellatio datur à ſententia inſtitutionis Iuris patronatus numero 3.

DECISIO XVIII.

1 REuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Hieracencum inſtante ſuo procuratore fiſcali ſuper libertate beneficiorum, de quibus agitur, pronunciaſſet, cauſa per viam appellationis interpoſitæ per Principem Hieracen. prætendentem in eiſdem beneficijs Iuſpatronatus deuoluta fuit ad Metropolitanum, qui præuia dictæ ſententiæ reuocatione non ſolum pendente termino ad appellandum, ſed poſt appellationem etiam interpoſitam ad inſtitutionem & immiſſionem deuenit. Vnde per me dato dubio dicto procuratore fiſcali tantum Informante, fuit reſolutum, conſtare de attentatis, quæ veniant reuocanda, cum inſtitutio, & inde ſequuta pendente termino ad appellandum, & poſt appellationem fuerunt attentata, & per conſequens reuocanda, c.non ſolum de appell.in 6. c.poſt appellationem, 2.qu.6. glo.in c.dilectus in verbo, exequendam de appellat. Rot.diuerſ.deciſ.6. num.1.& 2. par.2. Lancell.de attentatis par.2.cap.11.num.14.& 16. in fine.

2 Quod procederet etiam ſi non fuiſſet appellatum, quia tanquam geſta pendente termino ſaltem, per viam nullitatis eſſent reuocanda. Caſar.de Graſſ.deciſ.2.num.5. de appellat. Lap.alleg.1. Mohed.deciſ.150.n.2. Et fuit dictum in vna Cremonen. Iurispatronatus 26. Februarij 1607. coram Reuerendiſſimo Bononien.

3 Nec poteſt in dubium reuocari, cauſam ad effectum attentatorum fuiſſe appellabilem, ex quo Metropolitanus iudicialiter ad inſtitutionem per diffinitiuam ſententiam proceſſit, à qua propterea dabatur appellatio. Lancell.de attent.cap.12 lim.40.num.10. & lim.49.nu.4. Et fuit dictum in Florentina Iuris patronatus de Ricaſolis 28. Aprilis 1606. coram Reuerendiſſimo Bononien. & coram me in vna Gerund. Beneficij 26.Nouemb.1612.

EODEM

COCCINO

Romana Computorum.

Mercurij 20. Nouembris 1613.

SVMMARIVM.

Peritorum de conſenſu partium electorum relatione ſtandum omnino eſt, n.1.
Iudex ſemel approbatus allegari non poteſt ſuſpectus noua non ſuperueniente cauſa, n.2.
Appellatione friuola non obſtante Iudex ſuſpectus allegatus ad vlteriora procedere poteſt, n.3.

DECISIO XIX.

1 DVbitaui cuinam calculo eſſet ſtandum, & Domini cenſuerunt eſſe ſtandum calculo bonæ memoriæ Alexandri Ruſpoli, non autem Olgiati, quia illud Olgiati eſt particulare, & ab eo fuit receſſum per generalem deputationem Ruſpoli, vt videret ſuper omnibus ad l.pacta nouiſſima.C.de pact.& propterea cum Ruſpolus fuerit deputatus de conſenſu partium, non poteſt ab illius relatione recedi, niſi doceatur de errore, ad text.in l.hac edictali, §.his illud ibi, quos vtraq; pars elegerit. C.de ſecun.nup.Fel.in c.propoſuiſti, num.6. de probat quod eo magis placuit Dominis ſtante legalitate bo mem. Ruſpoli, qui etiam ſibi adiunxit extraiudicialiter D.Cęſarem Rodianum, legalitate, & peritia nemini ſecundum.

2 Neque releuat, quod Domini Herrera, & Coſta allegarunt ſuſpectum Dominum Ruſpolum, quia cum non ſuperuenerit noua cauſa recuſandi poſt conſenſum præſtitum, iſta allegatio redditur friuola. Caſtr. conſil.442. nu. 4.lib.2.Bero.in cap.quoniam contra, num.154. verſi.ſed arbitror.de probat vt fuit latè deductum in cauſa Romana Drogariæ. 12. Decembris 1611. coram R. P. D. Caualerio.

3 Minus etiam facit, quod iudex mandauit referri non obſtante appellatione interpoſita à non admiſſione recuſationis, quia benè iudex fecit procedendo, cum dicta appellatio fuerit friuola ex prædictis, & talem quoq; illam cognouerit Signatura, quæ noluit eam admittere.

4 Non obſtat, quod non fuerit citatus tutor pupilli ad relationes faciendam, quia ſufficit, quod fuerit citatus D. Octauius, vel procurator rationia banchariæ, quia ſatis eſt, quod fuerit legitimè conſtitutus.

5 Reſeruarunt tamen Domini videre, an Domini Herrera, & Coſta probauerint, relationem continere aliquos errores, quia eorum conſenſus non tollit, quin dare poſſint de erroribus, ſi adſunt.

EODEM.

REMBOLDO.

Romana de Cincijs.

Veneris 13. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Abſolutus in vna parte cenſetur condemnatus in alia. numero 2.

Index appellationis condemnatus, ſeu abſoluens in vna parte ſententiæ lata à primo Iudice, an & quando cenſeatur condemnaſſe, & abſoluiſſe in alia. numero 2. & per totam deciſionem.

Clauſula ſublata, &c. appoſita in vna conditione, non trahitur ad aliam diuerſam conditionem, n. 3.

Numerus pluralis non poteſt verificari in numero ſingulari, num. 4.

Sententia in parte reformata non cenſetur in reliquis confirmata, quando diuerſæ ſunt commiſſiones, & petitiones, num. 5.

Relegato ad tempus bona conſiſcari non poſſunt, n. 6.

DECISIO XX.

1 CVm ſuperioribus annis Iacobus, & Bernardus de crimine Parricidij inquiſiti, & Iacobus quidem capitis pœna mulctatus, Bernardus vero ad perpetuas triremes, & ambo in pœnam confiſcationis omnium bonorum, & hæreditatis Franciſci eorum patris, ſiue ablationis, tanquam ab indignis condemnati fuiſſent, filij, & hæredes prædicti Iacobi primum, nec non Bernardi intra legitima tempora à pœna prædictæ confiſcationis, ſiue ablationis coniunctim appellarunt, cauſamque appellationis huiuſmodi Reuerendiſſimo, tunc temporis Vrbis Gubernatori per ſpeciale reſcriptum Sanctiſſimi ſignatum committi obtinuerunt. Deinde appellauit etiam ſeparatim ab alijs Bernardus à pœna perpetuarum triremium ſibi impoſita, & ad eundem fel. rec. Clementem VIII recurſum habuit, qui cauſam appellationis, & recurſus huiuſmodi eidem Domino Gubernatori, cui cauſa confiſcationis, & ablationis commiſſa reperiebatur ad minus partium diſpendium in vim Chirographi commiſit, & ex tunc quamcumque ſententiam vigore huius Commiſſionis ferrendam cum clauſula ſublata, & decreto irritanti confirmauit. Vtroque iudicio ſic pendente filij, & hæredes Iacobi totam hæreditatem Franciſci certa pecuniarum ſoluta ſumma per viam compoſitionis a fiſco ſibi vendicarunt.

2 Poſt hæc inſurrexerunt tres aliæ familiæ de Cyncijs, & prætendentes bona confiſcata ad ipſos ſpectare vigore antiqui fideicommiſſi obtinuerunt cauſam contra prædictos filios, & hæredes Iacobi in Rota committi Reuerendiſs. Bononien. Cumque interea Bernardus per ſententiam iudicis à prædicto D. Gubernatore deputati à triremibus liberatus, & ſpeciali Sanctiſſimi D. N. gratia etiam ad Vrbem reſtitutus fuiſſet, & ad prædictam cauſam inter familias ad Cincijs, & filios Iacobi vertentem vti tertius pro ſuo intereſſe admiſſus. Dubitaui in locum d. Reuerendiſs. Bononien. ſuffectus, an ſi obſtet clauſula ſublata in commiſſione, vt dixi, appoſita; Siquidem Informantes pro filijs Iacobi prætendebant, quod cum Bernardus condemnatus fuerit non ſolum in pœnam triremium, ſed etiam confiſcationis omnium bonorum, & iudex appellationis in eo tantum quo ad triremes condemnatus, & tranſmiſſus fuit, male iudicatum, dictamque pœnam triremium in pœnam exilij arbitrio Gubernatoris commutandam pronunciauerit cenſetur in reliquis priorem ſententiam confirmaſſe, Butr. in cap. cum inter num. 26. verſic. prædicta, & ibid. Imol. num. 12. verſic. idem aduerte. Felyn. num. 13. de ſent. & re iud. Bart. in l. 1. nu. 1. C. ſi aduerſ. rem. iud. & l. 1. C. ſi plures vna ſent. Natt. conſil. 484. num. 20. Alex. conſ. 49. num. 1. & 2. lib. 7. Rot. deciſ. 22. de appell. in antiq. eoque magis, quia viſus fuit dictione taxatiua tantum, Abb. d. c. cum inter. colum. penult. in princ. verſic. tertius caſus, & ibi Felyn. num. 11. verſ. fallit quinto. Bald. in d. l. 1. num. 3. in fi. C. ſi aduerſ. rem iudicatam. Atque hinc inferebant, quod ſicuti Bernardo obſtaret clauſula ſublata reſpectu commutationis pœnæ corporalis, ita etiam pariter ei obſtat reſpectu pœnæ confiſcationis, cum vtraque eadem ſententia comprehendatur, & vigore vnius commiſſionis ab eodem iudice emanauerit.

3 Verum is non obſtantibus Domini contrariam ſententiam amplexi ſunt. Nam dicebant, quod ex ipſamet ſerie facti ſupra relati luculenter apparet, diuerſas adfuiſſe commiſſiones, & priorem quidem, in qua nulla legitur clauſula ſublata, appellationem à pena confiſcationis, alteram verò, in qua adeſt d. clauſula, appellationem Bernardi à pęna corporali tantum continere: Vnde cum certi iuris ſit, clauſulam in vna commiſſione appoſitam non extend. ad aliam omnino diuerſam, ex allegatis per [illegible] n. 70. nu. 17. lib. 5. quem refert, & ſequitur Gabr. de claui. concluſ. 3. n. 84. in 4. limit. non videbatur vllo modo obſtare Bernardo d. clauſula ſublata, quin abſque alia præuia oris apertione appellationem à pęna confiſcationis proſequi poſſit.

4 Neque prædictis refragari putabant, quod Pontifex videtur voluiſſe vtramque cauſam vnica, & poſteriore quidem commiſſione comprehendere, & præſertim, dum in ea mandauit fiſcũ, & alios de Cincijs, qui in cauſa confiſcationis tantum, non autem pęnæ corporalis intereſſe habebant citari, quia placuit reſponſio quod, ſcilicet ex lectura ipſiuſmet commiſſionis apparet illã fuiſſe reſtrictam ad cauſam appellationis à ſolo Bernardo ratione pęnæ corporalis interpoſitæ, nam licet in iſta poſteriori fiat mentio etiam prioris commiſſionis, atque hinc Pontifex motus ſit ad committendum eidem Gubernatori etiam cauſam appellationis a pęna corporali, nihilominus hanc ſolam comprehendi in iſta poſteriori commiſſione apertè demonſtrant verba ibi. Et ideo cum minori partium diſpendio, hæc etiam cauſa appellationis recurſus, atque grauaminis reſpectu Bernardi ad triremes condemnati facile a te pariter cognoſci poterit, atque terminari, &c. & ibi cauſam, & cauſas appellationis recurſus, grauaminis in integrum reſtitutionis, quæ verba, cum ſint ſingularis numeri non poſſunt ambabus appellationibus diuerſo tempore, & a diuerſis perſonis interpoſitis conuenire l. vbi numerus, ff. de teſtib. cum alijs congeſtis per Surd. deciſ. 210. numer. 9. Et dum Papa voluit etiam alios de Cincijs in hac cauſa citari, ideo fuit, quia cognitio cauſæ pęnæ corporalis erat abſque dubio præiudicialis alijs de Cincijs reſpectu bonorũ, quæ ad illos per fiſcũ peruenerant. Nam ſi Bernardum a crimine Parricidij abſolui contigiſſet, eo ipſo detegebatur iniuſta confiſcatio, & iure merito reuocanda, cum confiſcatio præſupponat delictum, ſine quo ſuſtineri non poteſt.

5 Rurſus viſum fuit Dominis, quod dato etiam, quod clauſula ſublata de vna commiſſione influeret in aliam adhuc tamen non obſtaret Bernardo reſpectu pœnæ cõfiſcationis, eo quia articulus confiſcationis videtur fuiſſe potius per iudicem appellationis omiſſus, & ſuper pęna corporali tantum pronunciatum. Regula enim, quod ſententia in parte reformata cenſetur in reliquis confirmata, vltra alias limitationes, quas patitur, & docte proſequitur

ſequitur

ſequitur in ſua allegatione D. Farinacius, fallit, quando eæ ab initio ſunt diuiſæ, & limitationes, quæ loco poſitionũ habentur ſeparatæ, vt poſt Innoc. & alios benè declarat Felyn. in alleg. c. cùm inter. de re iudic. tunc enim iudex poteſt ſuper vno articulo pronunciare reliquis omiſſis. Quod etiam in propoſito caſu eueniſſe aperte colligitur ex ipſamet ſententia, ponderando præſertim narratiuam ipſius, quæ multum confert ad cognoſcendum quid contineatur in ea, & quod taxatiua tantum videtur potius adiecta pronunciationi iudicis, quam liberationi, & abſolutioni, vt optimè aduertit idem D. Farinacius in ſupradicta ſua allegatione, & quod denique in d. ſententia nulla prorſus facta fuit mentio confiſcationis bonorum, ſed pęnæ corporalis tantum.

6 His aliqui ex Dominis addebant, quod quatenus articulus confiſcationis eſſet comprehenſus in ſententia iudicis appellationis cenſeretur potius in ea Bernardus à d. confiſcatione abſolutus. Nam dum iudex declarauit Bernardum non meruiſſe, niſi pęnam exilij arbitrio Gubernatoris, tacitè videtur indicaſſe pęnam confiſcationis male fuiſſe appoſitam. Sententia enim prout iuris eſt, declarari debet, & de iure non poſſunt bona publicari relegato ad tempus l. bona. in princ. ff. de iur. fiſci l. relegatorum, §. ad tempus vbi Bart. & alij ff. de interdic. & releg. Verum in hoc Domini noluerunt pro nunc pedes figere. Iudicarunt enim particulari inſpectione dignum, & Bernardo pro victoria præſentis dubij ſatis, ſuper quæ eſſe ſuperius deducta, cum quibus Domini vnanimiter tranſierunt.

E O D E M.

D V N O Z E T T O.

Salernitana Contributionis.

Lunæ 12. Maij 1614.

S V M M A R I V M.

Appellatio interpoſita coram Notario per dimiſſionem ſchedulæ appellationis, non dicitur legitima, quia appellari debet coram iudice, & non coram Notario, n. 1.

Notarius quilibet de ſtylo Curiæ in abſentia Notarij cauſæ poteſt rogari de actibus iudicialibus ad referendum eidem cauſę Notario, n. 2.

Reſtitutio in integrum non impedit executionem rei iudicatæ, de qua notoriè conſtat in actis, n. 3. & 4.

D E C I S I O XXI.

1 DOmini cenſuerunt conſtare de re iudicata, quæ ſit exequenda, cùm à ſententia lata in Rota non fuerit intra legitimum tempus appellatum, & ita tranſitum fecit in iudicatum, nec poteſt dici appellatum, fuiſſe, licet procurator Monialium ſchedulam appellationis vltima die termini, in manibus Notarij dicatur dimiſiſſe. Debuit enim appellare coram iudice, & non coram Notario, prout de iure requiritur, ca. vt debitus, de appellat. c. cordi eodem tit. lib. 6 Veſtr in prax. cap. 3. numer. 27. & 57. lib. 7.

2 Nec excuſationes allegatæ à dicto procuratore Monialium viſæ ſunt Dominis releuantes, cum notoriè ſit liber acceſſus ad Iudices, quorum benignitas, & facilitas omnibus Informantibus aditum præbet, & ex ſtylo Curiæ, quilibet in abſentia Notarij cauſa, potuit rogare de dicta appellatione ad referendum. De iuſtitia verò ſententiæ, ſtante deciſione coram R. P. D. meo Vbaldo facta, Domini non dubitarunt,

3 Et licet cauſa reſtitutionis mihi commiſſa reperiatur, propterea executio non poteſt impediri, quia conſtat ex reuolutione actorum, & ex proceſſu fuiſſe acceptatam pro parte Abbatis, & Monachorum rem iudicatam. Nam die 16. Aprilis anni 1613. fuit præfixus terminus Monialibus ad docendum de appellatione, eiuſq; legitima proſecutione, ad effectum executionis ſententiæ cum intimatione, deinde 22. eiuſdem menſis, & 10. Maij ſequentis, citatus fuit dictus procurator Monialium, ad taxationem expenſarum, & relaxationem mandati, ſeu literarum executorialium tam pro ſua, quam pro omnibus contentis in dicta ſententia.

4 Quo poſito fundamento non retardatur executio petita per commiſſionem reſtitutionis in integrum. Caſtren. in authen. quæ ſupplicatio. numer. 3. verſ. vel dic melius. C. de precibus Imper offer. Ripa in l. 4. §. condemnatum. num. 30. verſi. aliquando petitur reſtitutio. ff. de re iudi. Put. deciſ. 28. lib. 2. Rota diuerſ. deciſ. 346. num. 6. p. prima, fuit dictum in Bonon. de Ballis 19. Martij 1607. coram Reueren. D. Lug. dunen. & latiſſimè ac doctiſſimè coram R. P. D meo Pamphilio in Ferrarien. Bonorum 26. Iunij 1613. Ex his vna tantum parte informante, cum procurator Monialium ſæpe citatus informare neglexit, ita fuit deciſum.

E O D E M.

B V R A T T O.

Barchinonen. Parochialis.

Veneris 29. Nouembris 1613.

S V M M A R I V M.

Appellatio datur ab electione facta in concurſu ad beneficia, tam ad effectum deuolutiuum, quam ad ſuſpenſiuum, num. 2. & 3.

Clericus in concurſu ad beneficium admiſſus non recipitur, quando conſtat de irrationabili electione per rem iudicatam, n. 4.

Spolium excluditur, vbi conſtat de non iure agentis, & de domino rei canuenti per rem iudicatam, aliter ſecus, n. 5.

Conſtitutio appellationem admittens ſemper intelligenda eſt, ne permiſſa appellatio tollatur, n. 6.

Exequutio vltimæ ſententiæ ſpectat ad iudicem, qui illam protulit, n. 6.

Intellectus ille ſemper vitandus eſt, per quem reſultat abſurdum num. 7.

Appellatio non datur à ſententia, quæ celeritatem deſiderat, & è contra, n. 8. & n. 12. Vbi de materia.

Verba Conſtitutionis, vbi ſunt clara, non eſt vlterius diſputandum, n. 9.

Caſus omiſſus in Conſtitutione remanet in diſpoſitione iuris communis Declara, vt n. 10.

Conſtitutionis mens magis attendenda, quam verba. n. 10.

Ratio generalis reddit totam legem generalem, n. 11.

Extenſio datur ex identitate rationis ſcriptæ in conſtitutione, n. 12. in fine.

Extenſio datur ex identitate rationis, quando illius ratio eſt tantum vnica, quæ propterea habetur pro expreſſa, numero 13.

Beneficij concurſus, quando fit, conſiderandi ſunt vltra doctrinam, mores, prudentia, & alia ad Eccleſiam gubernandam opportuna, n. 14.

Ordinarius præſumitur inſtructus de vita, & moribus concurrentium ad beneficia, & de alijs vltra doctrinam requiſitis, num. 14.

Electus in concurſu ad beneficium ab Ordinario habet præſumptio-

625

ptianem pro ſe, niſi clarè doceatur de dolo, & irrationabilitate iudicij Ordinarij, n. 14.

Cauſa ſemel effecta appellabilis ſemper eſt appellabilis, numero 15.

Extenſio de caſu expreſſo ad caſum ſimilem non expreſſum in Conſtitutione conceditur, nu. 16

Præſumptio oriens ex ſententia iudicis, an cenſeatur ſublata per contrariam ſententiam, n. 7.

DECISIO XXII.

1 PRæuio concurſu ad Parochialem Sancti Stephani Granullorum Barchiononen. Diœceſis de menſe Augusti anni præteriti vacantem electus fuit ab Ordinario Balthaſar Mir, & ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum pro collatione obtinenda remiſſus. Cum vero Frãciſcus Domenech à dicta electione ad Metropolitanum Tarraconenſem prouocaſſet, præuio nouo examine fuit electio primi iudicis reuocata, & ipſe habilis declaratus, Mir verò inhabilis, à qua pronuncia Mir appellauit, & cum inſtaret eius ſupplicationem licet poſt Metropolitani ſententiam ſignatam expediri, Domenech verò aliam per eum porrectam ad ſui fauorem ſignari vigore literarum Metropolitani, Reuerendiſſimus D. Datarius tranſmiſit ad me dubium in Rota proponendum, an eſſet relaxanda ſupplicatio ſignata ad fauorem Balthaſaris, vel potius ſignanda porrecta per Franciſcum. Quod reſolutum fuit pro Balthaſare.

2 Nam ſupplicationem Franciſci non eſſe ſignandã Domini dixerunt, quia cum à ſentẽtia Metropolitani Tarraconen. ſit expreſſe cõceſſa appellatio ex Cõſtitutione fel. record. Pij V. ſuper collatione Parochialium edita in verſ. Et ſi quis à ſenteñtia, quæ intelligitur, tam quo ad effectum deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum. Gratian. conſ. vltim. num. 16. & 17. lib. ſecundo. Pariſ. conſil. 28 numero vigeſimo ſecundo, & ſeq. lib. quarto. Rot. deciſ. 330. num. 4. par. 2. in nouiſſ. cum tamen ſufficeret illam non prohiberi ad hoc, vt diceretur permiſſa. can. omnis. can. ad Romanam. 2. quæſt. 6. l. & in maioribus. & ibi glo. C. de appell. glo. vulg. in l. qui reſtituere, ff. de rei vendicat. ſequitur ea pendente nihil innouari poſſe, c. venientes 19. de iureiur. cap. paſtoralis. 28. §. præterea, verſ. nos autem de offic. deleg. tot. titul. ff. nil. nou. app. interp.

3 Et ſi Bulla voluiſſet tollere appellationem ſuſpenſiuam à ſententia Metropolitani, id expreſſiſſet, prout fecit in appellatione ab electione Ordinarij in verſic. hæc tamen appellatio. ad tex. in l. vnic. §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollend.

4 Nec ſufficiunt illa verba, conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato parochialis per eundem iudicem appellationis conferatur, ſeu conferenda remittatur, de quibus in verſ. Vt autẽ. Quia clauſula, cõſtito, non refertur ad cognitionem, & reuocationem faciendam à Metropolitano, neque illi dirigitur. Vnde intrat concluſio, non poſſe dici conſtare de irrationabili iudicio, niſi per rem iudicatam. Ægid. deciſ. 103. Rot. deciſ. 79. n. ſexto, & ſeptimo, par. 2. diuerſor. Facit tex. in l. furti. vbi glo. in verſic inter famoſos, & Doctor ff. de his, qui not. infam.

5 Sicut licet dicatur conſtare de non iure agentis, & de dominio rei conuenti ad excludendum ſpolium per ſententiam in petitorio, vt poſt Angel. Imol. Alexand. Socin. & Iaſ. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 35. & 39. ff. de acquir. poſſeſſ. qui de communi. Afflict. deciſ. 303. n. 1. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 141. alias 1. num. 7. de locat. Tamen hoc non procedit niſi vbi illa tranſiuit in iudicatam, quia tunc ſolum dicitur conſtare de non iure actoris, & iure rei conuenti. Bero. in c. litteris, num. 4. verſic. ſecundo quia. de reſtit. ſpoliat. Imol. in l. 1. num. 8. ff. de noui oper. nunc. Iaſ. conſil. 9. num. 1. verſ. item cum, lib. 3. Rota coram Robuſterio in Cæſarauguſtana Parochialis 16. Ianuarij 1589.

6 Vnde facultas Metropolitano conceſſa conferendi, vel remittendi pro inſtitutione, poſt rem iudicatam eſt intelligenda, ne tollatur appellatio permiſſa ex eadem Conſtitutione, iuxta not. per Cyn. Angel. & Salicet. in l. ita nobis. C. ad legem Iuliam. de adult. & ne contrarietas in eadem Conſtitutione inducatur Abb. in c. gratum n. 2. & in c. ſuper quæſtionum in 3. notab. de offi. deleg. ita vt operetur Metropolitanum, vti Sedis Apoſtolicæ delegatum exequi poſſe ſuam ſententiam reuocatoriam electionis Ordinarij in iudicatum tranſactam, cum alias executio ſpectaret ad iudicem, qui vltimam ſententiam ferret. Bart. in l. à Diuo Pio, num. 15. verſ. quæro, & reuoco ff. de re iudic. in l. præcipimus §. officijs, num. 1. in 2. notab. & num. 2. C. de appell. quem omnes ſequuntur. Franc. in ca. Romana, §. ſin. n. 31. verſic. aliquando ſententia diffinitiua, de appellat. Et ſufficere debet, conſtitutionem hoc operari contra ius commune, licet poſſet etiam aliud. Grat. conſil. 13. numer. 43. libr. 2. Gozzad. conſil. 19. numero 5.

7 Eo magis, quia ſi aliter intelligeretur, reſultaret hoc abſurdum, executiones, & immiſſiones, iuxta varietatem ſententiarum variari debere, modo pro electo ab Ordinario, modo pro electo à Metropolitano, ſeu iudice appellationis, & ideò intellectus iſte vitandus eſt l. Saluius Ariſto ff. de legat. præſt. Rot. deciſ. 700. numer. 5. part. 2. diuerſor.

8 Neque inconuenit, appellationem ſuſpenſiuam eſſe denegatam ab electione Ordinari, & tamen conceſſam à ſententia Metropolitani, ſeu iudicis appellationis reuocatoria, cum electio Ordinarij celeritatem deſideret, & ſic vigeat in ea ratio tollendæ appellationis ſuſpenſiuæ l. ſina. ff. de appellat. recip. l. quiſquis. C. quorum appell. non recip. cap. final. 2. queſt. 6. quod non eſt in ſententia reuocatoria Metropolitani, ſicuti ratione celeritatis nõ datur appellatio ab immiſſione hæredis ſcripti, dicta l. fin. ff. de appell. recip. d. l. quiſquis, vbi Bartol. Bald. Salyc. & Caſtr. C. quorum appell. glo. in l. fin. in ver. miſſus, & ibi Bar. nu. 21. C. de edict. Diu. Adr. toll. & tamen datur, quando iudex pronunciat denegando immiſſionem, iuxta opinionem Angel. dicta l. quiſquis, num. 3. quam ſe in ſacris audientijs practicaſſe teſtatur Iacob. de Sanct. Georg. dicta l. final. n. 56. C. de edict. Diui Adr. toll. vbi Zuccard. num. 433. cum alijs per Menoch. remed. 4. adipiſc. poſſ. quæſt. 100. numero 876. Lancellot. de attent. par. 3. c. 28. numer. 89. Surd. de alimen. titu. 8. priuileg. 60. num. 26. in fi. & 27. quia ſcilicet ceſſat ratio celeritatis. Menoch. vbi ſupra. verſic. ea eſt ratio, & eadem ratione ſit eadem diſtinctio in ſententia ſuper alimentis, ad tradita per Surd. dict. priuil. 60. numer. 10. 25. & 33. verſic. ideo non eſt curandum.

9 Supplicationem Balthaſaris relaxandam dixerunt, moti ex d. Conſtitutio. verſic. hæc tamen appellatio. cuius verba clariſſima, & præciſa ſunt, quod appellatio interpoſita ab electione Ordinarij interim non impediat, aut ſuſpendat, quo minus electio per illum facta debitæ demandetur executioni. Et vlterius, quod prouiſus ab eadem Eccleſia cauſa huiuſmodi appellationis pendente non amoueatur, non eſt itaque vlterius quærendum. l. Gallus. §. ſi eius. vbi notat. Bald. in 2. not. ff. de liber. & poſthum.

10 Non obſtat, quod conſtitutio loquatur pendente cauſa appellationis ab electione Ordinari, ibi, hæc tamen appellatio, & ibi, cauſa huiuſmodi appellationis pendente. Ideoq; ſecus dicendum videatur ea finita, prout eſt per ſententiam. l. 1. verſic. recepta autem appellatio. ff. nil no. appellat. interp. vel caſus iſte dicatur omiſſus, & ſic in iuris

ris communis diſpoſitione relictus, ad vulgat.l. commodiſſimè. vbi Bar.ff.de liber.& poſthum. prout ita Conſtitutionem intellexiſſe videtur Rota in cauſa Derthuſen. Parochialis coram bonæ memoriæ Gipſio. 30. Martij 1584. Nam Domini reſpiciendam eſſe magis dixerunt mentem Conſtitutionis, quam verba, cum ex lege veniat, quod ſumitur ex mente, l. nominis, & rei §. verbum & ibi Alciat. ff. de verborum ſignificationib. l. cum mulier. la prima. ff. ſoluto matrimonio. Bart. in l. contra in princip. ff. de legat. quæ eſt verbis præferenda. l. non dubium. C. de leg. Bart. in d. l. contra. num. primo. etiam vbi eſt illis contraria. Dyn. in cap. final. de regul. iuris. in 6. Oldrad. conſ. 103. num. 5.

11 Ratio autem, ob quam Summus pontifex ſuſtulit ſuſpenſionem executionis electionis Ordinarij, duplex reddi poteſt. Vna ſecundum Informantes pro balthaſare, ne parochiales diu in ſuſpenſo maneant in maximum animarum periculum, de qua in verſic. inſuper. Quæ licet videatur appoſita in capite diſtincto, negari tamen non poteſt huic etiam conuenire, ratio enim generalis reddit totam legem generalem. l. regula. §. cum quis. vbi Bart. in 2. notab. ff. de iur. & fact. ignoran. & in quacunque parte ſit, numero ſecundo. Quæ ratio diutinæ vacationis tollendæ fuit maximè præ oculis habita, dum voluit Summus Pontifex concurſum, & alia iuxta formam præſcriptam ab Ordinario infra ſex menſes expediri, alias collationem ad ipſum deuolui. Vnde non mirum, ſi ab electione, tanquam celeritatem requirente, non detur appellatio ſuſpenſiua ex præallegatis.

12 Et hæc ratio celeris collationis parochialium conſideratur etiam per canones, vt in cap. ſi Apoſtolica, 32. de præbend. damnoſa eſt enim Eccleſiarum vacatio. capit. quam ſit de elect. in 6. Rebuff. in concor. rub. de collation. §. ſi quis verò verb. ad alium ſuperiorem. verſic. nec. refragatur. Et militat etiam lata reuocatoria, ideo conſtitutio diſponens non retardari electionem per appellationem habet locum, ne dum in prima, ſed in qualibet alia appellatione ob hanc rationis identitatem, ne vacatio proteletur. Compoſtel. in cap. 1. col. 2. verſic. Vnde etiam dicimus. de electio. in 6. dicens ita ſeruaſſe Innocent. & ibi Archid. colum. 3. in fin. verſic. propter hoc. Ioan. And. colum. 1. num. 4. verſic. plus dicit. Gemin. col. 2. numer. 4. poſt med. verſic. imò plus. Anchar. ſub n. 3. verſ. & ſic exponas. Franch. ſub num. 5. verſic. ad hoc, dicens, quod Doctores ſequuntur gloſſ. in Clem. 3. in verb. occanſione. eodem titu. vbi Cardin. ſub num. 5. verſic. quinto quæro. Anchar. ſub num. 4. Imol. num. 40. verſic. quinimo plus dicit. Vital. & Barbat. num. 32. & in hac Bulla. Moder. ſuper reg. 8. gloſ. 6. num. 216. & ſeq. cumque hæc ratio ſcripta ſit in conſtitutione, caſus dicitur comprehenſus per illius identitatem abſq; alia extenſione, gloſſ. in cap. 1. de tempor. ordinan. in ſexto. Oldrad. conſil. 185. in fine. Calder. conſilio primo vt lit. pend. Bald. in l. illud, poſt nu. 6. C. de ſacroſanct. eccleſ.

13 Vel ſi ſecundum Informantes pro Franciſco negetur rationem eſſe prædictam, quæ expreſſæ legitur, ſed dicatur eſſe præſumptionem pro electione Ordinarij, cum iſta tantum reddi poſſet, habetur pro expreſſa, iuxta gl in l. quamuis. vbi Bald. in princ. verſic. & cum vna ſola. C. de fideicomm. & ibi Adden. Caſtr. num. 4. Iaſ. num. 6. adeo vt ab ea, tanquam vnica licita ſit extenſio etiam in correctorijs. Caſtren. in l. ſi verò, §. de viro num. 1. verſ. idem ſi ratio. ff. ſolut. matrim. Adden. ad Bald. in auth. quas actiones litera E, & ibi Iaſ. num. 22. C. de ſacroſan. eccleſ. idem Iaſ. in d. l. quamuis, num. 7. verſ. 2. C. de fideicom. cum concord. per Surd. deciſ. 174. num. 12. & 13. & deciſ. 192. num. 15. & 16.

14 Et hæc præſumptio eſt adeo vehemens, vt non tollatur ex ſententia reuocatoria Metropolitani, quia cum in electione ad Parochiales ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini, ſeſſio. 24. de reform. cap. 18. verſic. peracto, vltra doctrinam, ſint etiam conſiderandi mores, prudentia, & alia ad Eccleſiam gubernan. opportuna, quia ratione dignior non ſimpliciter dicitur ille, qui doctior ſit vel ſanctior, ſed is, qui iuxta munus, cui præficiendus, eſt aptior eius miniſterio apparet, & hic eſt præferendus, vt ex ſententia Diui Thomæ tradit Couarr. in reg. peccatum 2. p. §. 7. ſub num. 4. verſic. dignior vero. & dixit Rota in Beneuentana. Parochialis. 13. Iunij 1590. coram bo. mem. Orano, & in Rauennaten. Parochialis. 2. Decemb. 1594. coram Illuſtriſs. Arigonio, in Nullius Parochialis, ſeu cõcurſus 4. Decemb. 1611. coram R. P. Bononien. Ex quo cenſuit ſacra Congregat. Illuſtriſs. Cardinalium. Concilij interpretum præferendum eum, cuius mores noti, probatique ſunt ei, cuius vita ignoratur, licet doctiori. Ordinarius præſumitur inſtructus de vita, & moribus concurrentium, & alijs vltra doctrinam requiſitis tanquam eius diœceſanorum. Cardin. in Clem. 1. numero 20. verſic. ſic autẽ. vbi Anch. nu. 7. verſ. & hoc ideo de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Veral. deciſ. 406. par. 2. Put. deciſ. 395. num. 2. lib. 3. & conſideratum fuit in terminis huius Bullæ in dictis Rauennaten. coram Illuſtriſſimo Arigonio, & Nullius coram Reuerendiſs. Bononien. Metropolitanus verò per nouum concurſum non poteſt certior fieri, niſi de doctrina, & ſic ceſſat in eo præſumptio, vel ſaltem non æque viget. Et adeo præſumitur pro iudicio Ordinarij, vt debeat clare doceri de dolo, & irrationabilitate illius, vt tenuit Rota in Camerinen. Concurſus 19. Decembris 1603. coram Reuerendiſs. Attrebaten. & in Sabinen. Concurſus 6. Aprilis 1609. coram Reuerendiſs. D. meo Damaſceno. Et ſi quælibet ex prædictis rationibus de per ſe ſufficit, tanto magis ſimul iunctæ, exemplo duorum vinculorum, quæ magis ſtringunt. c. 1. de treug. & pac. cum ſimilibus.

15 Præterea etiam ſi conſtitutio eſſet reſtricta ad primã appellationem, tamen cum à reuocatoria ſententia detur appellatio, quoad vtrumque effectum, vt firmatum fuit, perinde eſt illa interpoſita, ac ſi eſſemus in caſu verbis expreſſo, ante ſcilicet latam reuocatoriam, quę habetur pro extincta inſpecto præſenti ſtatu, iuxta text. in l. 1. in fine, & ibi gloſ. ff. ad Turpill. l. 2. verſic. cæterum, ff. de pœn. Bald. in rubr. C. de appellat. numero 2. & leg. ita demum numero 2. C. de procur. Roman. poſt Imol. in l. 1. num. 30. verſ. quo ad ſecundum vbi Alexand. numero 2. Iaſ. numer. 9. Rip. numer. 10. ff. de re iudic. de communi Felyn. in rubr. de appellat. ſub num. 1. colum. 4. verſ. & adde, & in cap. paſtoralis 18. numero 14. verſic. concluſio ſit de offic. deleg. vbi Adden. de communi dicit veram. Alex. conſ. 36. n. 6. lib. 4. & communem conſil. 188. nu. 10. lib. 2.

16 Et ideo licet verba conſtitutionis videantur reſtricta ad appellationem ab electione Ordinarij, tamen non excluderentur caſus ſimiles gloſſ. in l. ob æs. in ver. alienum in princ & ibi Salyc. C. de præd. minor. & in l. ſerui nomine. vbi Bar. num. 3. ff. de vſucap. gloſ. vulg. in l. illud in verb. alia cauſa, & ibi Bart. in princip. C. de ſacroſanct. eccleſ. præſertim in hac materia fauorabili diutinæ vacationis tollendæ. Bart. in d. l. illud num. 3. Bald. numer. 6. in fine Caſtr. num. 4. verſic. hic eſt vna. Bart. in d. l. ſerui nomine, num. 3. vel qui veniunt in neceſſariam expreſſorum conſequentiam, ex quibus ceſſant dicta de caſu omiſſo.

17 Neque etiam poteſt dici ſublata, vel eliſa præſumptio electionis Ordinarij per contrariam ſententiam, iuxta doctrinam Card. in Clem. 1. q. 4. num. 13. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Nam in quæſtione ibi poſita per Cardinalem non minor militabat præſumptio pro ſecunda ſententia quam pro prima pro poſſeſſione lata, ſed eadem, cum vtraque eſſet lata in curia, vt ipſe inquit, imò in terminis

d.Clem.

d. Clem. ipſa prima ſententia eſt, quæ parit ſequeſtrum. Caſſad. deciſ. 1. eod. tit. ſed in caſu noſtro negari, non poteſt, quin maior ſit præſumptio pro electione Ordinarij, à qua non datur appellatio ſuſpenſiua, quam pro ſententia Metropolitani, à qua datur quo ad vtrumque effectum. Et ideò ſententia, quæ habet maiorem præſumptionem, habet aliquem effectum executiuum non obſtante alia contraria, prout in terminis eiuſdem Clem. primæ ſententiæ lata in curia pro actore operatur effectum appoſitionis ſequeſtri, quamuis adſint contrariæ in partibus pro poſſeſſore, & hoc ratione maioris præſumptionis pro ea, vt ibi explicant Doctores.

18 Prædictis ergo non obſtat allegata deciſio Dertuſen. coram bon. mem. Gipſio vti ſimpliciter fundata in verbis reſtrictiuis, non conſiderata conſtitutionis ratione, & in qua Domini prius ſuſtulerunt præſumptionem pro electione Ordinarij, quam reſoluerunt fuiſſe gratificatoriam & iudicium Ordinarij fuiſſe ſuſpectum, vt in deciſione præcedenti de menſe Decembris 1581. & per ſententiam reuocarunt. Vnde conſiderarunt, quod niſi apponeretur ſequeſtrum, facilè aperiretur via fraudibus contra mentem, & verba dictæ conſtitutionis, in verſic. nos, ad quorum ibi, perſonis minus dignis, &c. Neque colligitur fuiſſe appellatum à ſecunda ſententia lata in curia, quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, in quo præſumptio viget manifeſtè pro electione Ordinarij. Adeſt eadem ratio exequendi, & ſententia reuocatoria non poteſt haberi in aliqua conſideratione, tanquam extincta præſentaneo ſtatu cõſiderato per appellationem. Et ita concluſum vtraque parte informante.

VBALDO. P. I. T. I.

Mantuana Bonorum.

Veneris 20. May 1611.

SVMMARIVM.

Decretum, in quo iudex pronunciat procedendum eſſe ad vlteriora, in examine dicitur interlocutoriam, & ab eo interpoſita appellatio non cauſat attentata. n. 1.

Appellatione ab interlocutoria non obſtante, poteſt iudex a quo recipere teſtes ad perpetuam rei memoriam, n. 2.

Teſtes quos iudex examinari mandat, & eorum dicta poni ad partes dicuntur examinati non ad publicationem.

Sed ne probationes pereant, eoſque examinare ad perpetuam rei memoriam etiamſi examinatio petatur ab Actore, num. 3. & 4.

DECISIO XXIII.

1 CVm Iudex delegatus ad recipiendum teſtes ad perpetuam rei memoriam pro parte D. Æmiliæ fuiſſet interlocutus procedendũ eſſe ad examen, prout proceſſit, à quo decreto fuit appellatum ad A. C. & demum tota cauſa ad Rotam eſſet deuoluta, prætendebatur dictum examen fuiſſe attentatum, & reuocandum. Quare dato de hoc particulari dubio, Domini reſoluerunt non conſtare de attentatis, quæ veniant reuocanda, quia tale decretum, per quod iudex pronunciauit procedendum eſſe ad vlteriora in examine videtur fuiſſe interlocutorium, c. ſignificantibus, de nou. oper. nunc. Franc. in cap. cum ceſſante n. 49. de appell. vnde appellatio ab eo interpoſita non cauſauit attentata, cum adhuc non eſſet inhibitum, c. non ſolum. de appell. in 6. Guid. Pap. deciſ. 136. n. 10. Berous conſ. 106. nu. 9 lib. 3. Lancell. de attent. appell. pend. lim. 1. nu. 6. Maran. de ordin. iud. par. 6. in verbo. Et quandoq; appellatur, n. 172.

2 Et in ſpecie, quod non obſtante appellatione ab interlocutoria poſſit iudex à quo, recipere teſtes ad perpetuã rei memoriam, tradit Felyn. in c. quoniam frequenter, ſub num. 4. verſ. & vt intelligas, vt lit. non conteſt. Marſil. ſing. 158. incipit plura, Maran. vbi ſupra n. 206. Menoch. de recuper. remed. 17. n. 40. Lancell. dicta lim. 1. n. 7. & 8. & limit. 38. num. 1. & 2. & limit. 43. num. 3. & ſeqq. Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 2. n. 4. Roland. conſil. 23. num. 19. libro 3. & adducunt ad hoc Felyn. Marſil. & alij, Rotam deciſ. 2. de teſtib. in antiq. quæ tamen loquitur de Iudice ad quem quod poſſit tales teſtes recipere, non autem de Iudice à quo, vt etiam aduertit Lancellot. dicta limit. 43. num. 7.

3 Atque prædicta eo facilius videbantur procedere in hoc caſu, in quo iudex non attulit parti præiudicium irreparabile, cum oppoſitiones, factas, pro parte D. Caroli contra dictum examen non reiecerit, ſed reſeruauerit ſuo loco, & tempore diſcutiendas, immo mandauerit dicta teſtium poni ad partes, ex quo apparet, fuiſſe illos teſtes examinatos non ad publicationem, ſed ne probationes perirent, quo caſu licet eos examinare etiam ſi examinatio petatur ex parte actoris, Bart. in l. in lege Aquilia, ſi deletum ſub numero 3. in primo caſu ff. ad leg. Aquil. Corn. conſil. 172. numero 1. libro 2. quia parti non preiudicat, & ſaluæ ſunt ſibi exceptiones, & contra perſonas, & contra dictam teſtium. Rolan. dicto conſ. 23. ſub num. 22. libr. 3. & tales teſtes ad partem poſiti habentur pro non examinatis. Veſtr. in prax. lib. 6. cap. 2. numero 24. Surd. conſ. 311. num. 74. lib. 3. & omni caſu poterant dicti teſtes ſuo tempore repeti, ſi ſuperuixerent. Lancell. dicta limit. 38. n. 4.

4 Ex quibus ceſſant, quæ ex aduerſo adducuntur, de grauamine illato ex dicto decreto, cum potuerit Do. Æmilia ſtatim agere via ordinaria, & teſtes formiter inducere, vnde non videbatur ſibi fuiſſe concedendum remedium extraordinarium examinandi ad perpetuam rei memoriam, Ioan. And. in cap. ſignificauit, num. 16. & ibi Addent. in litera cap. de teſtibus, vbi etiam Felyn. num. 6. verſ. ſecunda concluſio, cum alijs allegatis, cum ex prædictis appareat, nullum fuiſſe parti illatum grauamen. Vltra quod dicebatur ex potentia, & oppoſitionibus aduerſarij nunquam potuiſſe deueniri ad litis conteſtationem. Ideoque nullam fuiſſe datam occaſionem D. Æmiliæ petendi dictum examen ad perpetuam rei memoriam, Lanfranc. in capitul quoniam contra concluſ. 8. de prob. Gail. pract. obſeru. libro primo, obſeru. 92. numero 12. Cætera quæ opponebantur circa nullitatem, & iniuſtitiam dicti decreti, non videbantur eſſe præſentis inſpectionis, in qua ſolum agitur de attentatis. Et ita deciſum.

EODEM.

CAVALERIO.

Fauentina Succeſſionis.

Veneris 20. Iunij 1608.

SVMMARIVM.

Sententia tranſit in iudicatum, quando appellatio non fuit interpoſita à legitima perſona, & quando non fuit reditum pro Apoſtolis n. 1.

Sententia contra ſententiam, quæ prius non fuit reuocata, non valet. Declara dummodò fuit oppoſitum de prima ſententia. Item declara, niſi ſecundus iudex exprimat ſe pronunciere. vt in prima, n. 2.

Hæreditatis petitionis iudicium requirit rei conuenti poſſeſſionem.

nem, Declara, vt numero 3.

Confeſſio facta in precibus plenè probatè contra ſupplicantem, num. 4.

Poſſidere dolo deſiens tenetur interdicto, Quorum bonorum, poteſtq; conueniri, ac ſi poſſideret, n. 5.

DECISIO XXIV.

1 PLacuit Dominis deciſio alias in hac cauſa facta ſub die 24. Nouembris 1604. coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Mellino, in qua determinatum fuit conſtare de re iudicata, quia appellatio non fuit interpoſita a perſona legitima, & quia non fuit reditum pro Apoſtolis, vt latius in dicta deciſione, à qua non putauerunt eſſe recedendum.

2 Quo verò ad nullitates, quæ opponebantur, non viſæ ſunt releuantes. Nam quo ad primam, dum dicebatur ſententiam Rotalem eſſe nullam, tanquam latam contra aliam ſententiam latam in partibus ea non reuocata, & ideò videtur ſententia contra ſententiam. l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. Caſſad. deciſ. 1. num. 4. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Gabr. conſ. 54. numero 8. lib. 1. Bona viſa fuit reſponſio, non conſtare in actis fuiſſe oppoſitum de ſententia lata in partibus, vt dicit ibidem Gabr. & Pedemont. deciſ. 1, num. 49. & fuit dictum in vna Perusina executionis 26. Martij 1593. coram R. P. D. meo Decano. Præterea Illuſtriſſimus Dominus meus Cardinalis Pamphilius, qui ſententiam protulit, expreſſit in ea, ſe pronũciare in prima inſtantia, & ideò non tenebatur aliam ſententiam reuocare, Gbriel. vbi ſupra, numero quinto, & 8. vbi refert Felyn. in cap. inter monaſterium. de ſenten. & re iudic.

3 Minus viſa fuit obſtare ſecunda prætenſa nullitas deducta ex eo, quod cum fratres Sancti Dominici non poſſiderent, non videntur potuiſſe condemnari in iudicio petitionis hereditatis, quod requirit rei conuenti poſſeſſionem Bart. in l. vltima, num. 5. C. de edict. Diui Adr. tollen. Ang. Aret. in §. quadrupli numero 55. Inſtit. de action. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. numero 47. Quia vt benè dicitur in deciſione Illuſtriſſimi Mellini, cum ſententia non contineat condemnationem in certis bonis, ſuſtinetur reſpectu eius portionis, quæ à Monaſtero poſſidetur, & poſtea in executione declarabitur, l. regulariter, & lege licet minimam, vbi Bald. ff. de petit. hæredit.

4 Quod autem fratres poſſideant hæc bona, conſtat ex ipſorum confeſſione in præcibus inſertis in Breui Clemẽtis VIII. fel. record. per quod cauſa committitur Epiſcopo Ceſenaten. vbi fatentur fratres ſe fuiſſe immiſſos, & ad præſens reperiri in poſſeſſione omnium, & ſingulorum bonorum hereditariorum. l. cum precum. C. de liber. cauſ. & quod talis confeſſio Syndici præiudicet monaſterio. Dec. conſ. 293. n. 4. Roland. conſ. 70. n. 4. vol. 1. Natt. conſ. 141. n. 22.

5 Nec etiam viſum fuit obſtare, quod dicebatur, confeſſionem hanc fuiſſe erroneam, vt dicitur apparere ex eo, quia Bartholomea poſtea egit contra alios tertios poſſeſſores ex quo reſultare videtur, quod non fratres, ſed illi Tertij poſſiderent. Quia non propterea ſequitur, quod fratres non poſſiderent aliquam portionem. Et potuerunt etiam bona hæreditaria poſſidere, quo caſu tenentur interdicto, quorum bonorum, l. 1. ff. eodem. Paria enim ſunt poſſidere, aut dolo deſiiſſe poſſidere cap. pro poſſeſſore de regul. iur. in 6. l. qui dolo l. parem. ff. eodem titul. & ideo potuerunt conueniri petitione hæreditatis, ac ſi poſſiderent. l. nec vllam. §. vltimo. leg. etiam §. Item ſi quis ff. de petit. hæred. Pretium enim in tali caſu ſuccedit loco rei, l. ſi & rem. ff. eod. l. vltima, §. vltimo. ff. de legat. 2. Alexand. conſilio 134. num. 10. lib. 4. & fuit dictum in vna Romana Palatij 8. Martij 1577. coram bonæ mem. Lauretano. Quæ tanto magis procedunt, cum Bartholomæa proteſtata fuerit, ſe agere contra alios ſine præiudicio iudicij inchoati contra fratres Sancti Dominici.

6 Quo verò ad ſecundam partem dubij, ſuper quibus bonis ſit facienda executio, Domini dixerunt, eſſe particulariter videndum.

EODEM.

REMBOLDO.

Argentina Commendæ.

Mercurij 14. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Appellatione decreta ſententia executini demandanda eſt, numero 1.

Auctoritatem in facto proprio quis interponere non poteſt, numero 2.

DECISIO XXV.

1 DOmini dixerunt, inhibitionem non fuiſse à Rota ſine fraude extortam, quoniam tacitum fuit, appellationem à ſententia bonæ mem. Gipſij contra Præceptorem, & Conuentum Inſulæ Viridis Argentinen. in Rota lata fuiſse deſertam ob non proſecutionem ipſius per plures annos, & inſuper pro parte magni Prioris Alemani Commendatarij commendæ, de qua agitur, fuiſse obtentam commiſſionem executorialem Reuerendiſſimo Domino Bononien. directam, atque in vim illius iam ante aliquot annos executoriales relaxatas, quę ſi expreſſa fuiſsent, vtique dictam inhibitionem vigore Commiſſionis prædictæ appellationis non conceſſiſset. Deſerta enim appellatione ſententia eſt executioni demandanda capit. cum ſit Romana, & ibi Francus numero decimo quinto, verſic. ſed certè de appellation. late Modern. de attentat. ſecunda par. capit. duodecimo, ampliatione prima numero trigeſimo tertio, & ſequen. & propterea cenſuerunt Domini, dictam inhibitionem iure merito eſſe moderandam, ad tradita per Modern. vbi ſupra cap. alim. 7. & 12.

2 Et quia agentes pro magno Priore, & Moderno Commendatario inſtabant pro relaxatione nouarum executorialium, eo quod aliæ à Reuerendiſſimo Domino Bononien. iam relaxatæ directæ reperiuntur felic. recordat. Rodulpho Secundo Roman. Imperat. qui interea, Deo ita volente, diem obijt extremum, ideo facto, per me verbo in Rota memorialium die ſeptima menſis Iulij præſentis anni Domini mandarunt nouas executoriales relaxari illaſque Sacræ Cæſareæ Maieſtati, nunc glorioſè regnanti, dirigi, non obſtante prætenſa concordia inter magnum Priorem, & Conuentum dictæ Inſulæ Viridis inita. Tum quia de dicta Concordia nunquam hactenus ſufficienter fuit doctum, tum quia viſum fuit Dominis, quod magnus Prior non potuiſſet in facto proprio authoritatem ſuam interponere. Clem. 2. & ibi Doct. de rebus eccleſ. non alienan. & executoriales alias relaxatæ remanent iuſtificatiſſimæ ex deciſionibus, & ſententia bonæ mem. Gipſij, contra quas nihil, quod releuet, deducitur. Et ita fuit deciſum, &c.

EODEM.

EODEM.

PIROVANO.

Calaguritana de Brantesilla.

Veneris 9. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Idonei æqualiter in examine reperti duo, ſi vnus eorum conſequitur beneficium, non poteſt dici grauatus, nec à collatione poteſt appellare, n. 1.
Appellationi cenſetur renunciatum, quando petitur id, quod in ſententia pronunciatum eſt, n. 2.
Appellatio à decreto examinis eorum, qui ad beneficium idonei vel non idonei reperti fuerunt, debet eſſe expreſſa, & tacita non ſufficit, cum huiuſmodi decreta habeant vim interloquutorię, n. 3.
Appellatio à collatione beneficij non extenditur ad decretum factum ab examinatoribus, n 4.
Ordinarius ex duobus præſentatis ad beneficium æquè idoneis iudicatis in examine, poteſt vni potius, quam alteri gratificari, & vni, & non alteri beneficium conferre, neq; in hoc dicitur aliquem grauare, n. 5. & n. 7.
Citatio non eſt neceſſaria, vbi ſi quis citatus eſſet, nihil opponere poterat, nu. 6.

DECISIO XXVI.

1 Viſum eſt Dominis collationem factam ad fauorem Gaſparis non fuiſſe nullam, neque attentatam, præceſſerat enim relatio examinatorum, in qua tam Gaſpar, quam Franciſcus fuerunt renunciati idonei æqualiter ad ſimplicia, & exinde beneficiati vtrunque præſentarunt ordinario, iuxta formam Motus proprij Sanctæ memoriæ Clementis Papæ VIII. & procuratores tam dicti Gaſparis, quam Franciſci inſtiterunt pro collatione, & ideo ſiue extraiudicialiter ſiue iudicialiter prætendatur fuiſſe proceſſum, quia ceſſabat grauamen propter rationē æqualitatis, nō videbatur remediū appellationis poſſe deſeruire. Oſaſch. deciſ. 61. num. 3. Surd. conſ. 334. numero 1. vol. 3.

2 Et eo minus propter approbationem relationis ex inſtantia facta pro collatione vigore præſentationis, quæ ſola ſufficeret ad remouendum omnem appellationis effectum Creſcen. de procurat. dec. 1. Crau. conſil. 158. num. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 94. Surd. conſil. 104. num. 1. qui omnes affirmant, appellationi eſſe renunciatum, quando aliquid petitur vigore prioris ſententiæ, vel decreti.

3 Nec reſponſio data pro Franciſco, quod ſcilicet eadem die, qua petijt ſibi fieri collationem petierit fieri nouum examen, quia ſimpliciter petijt ſibi fieri collationem, & ad abundantiorem cautelam etiam fieri nouum examen, quæ reiteratio neceſſaria non erat pro ſubſtantia iudicij gratificationis coram Ordinario, neque quo ad ipſos beneficiatos, cum Franciſcus in paritate cum Gaſparo fuerit præſentatus, ex quibus ſequitur, quod cum à ſententia examinatorum non fuerit appellatum, nec decennium ad appellandum prodeſſe poſſit Franciſco, tam propter approbationem, quam etiam ex eo, quod ſimilia decreta, tanquam habentia naturam interloquutoriæ requirunt ad effectum, de quo quæritur, expreſſam appellationem, vt fuit reſolutum in Calaguritana beneficij de Zurbano. 29. Octobris 1608. 4. Nouembris 1609. 13. Iannuarij 1611. coram bon. mem. Penia, vt inde proceſſus ad inſtitutionem, & collationem dici non poſſit attentatus.

4 Et quamuis poſtea fuerit appellatum à collatione, & alijs decretis, effectus tamen illius appellationis non trahitur ad relationem examinatorum, nec ad electionem examinatorum, tanquam ad actus iam approbatos, & ratificatos, ſed ſuſtinetur, quo ad actum collationis, quatenus de iure ſit admittenda.

5 Cæterum, nec eam eſſe admittendam Domini exiſtimarunt, quia non datur conſiderabile grauamen pro Gaſparo pro ſuſtinenda appellatione, dum Ordinarius potuit eligere idoneum omiſſis illis idoneis, & in hac parte gratificationis iudicium exercere, vt fuit firmatum in Rauennaten. Parochialis menſis Decembris 1591. coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Arragonio.

6 Et propterea ceſſant omnes nullitates, quæ opponuntur contra eandem ſententiam reſpectu omiſſæ citationis, & celeritatis ad iudicandum, quia hæc omnia fuerunt ſublata in ſupradictis Calaguritan. de Zurbano, in quibus fuit dictum, citationem non eſſe neceſſariam, quia contra gratificationem nihil poterat opponi, & iudiciū contentioſum ceſſauerat, & factus erat locus voluntariæ iuriſdictioni.

7 Vltimo pariter non videtur obſtare defectus iuriſdictionis Prouiſoris non habentis facultatem conferendi iure deuoluto, cap. fin. vbi DD. de offic. Vic. in ſexto. Quia ex facto fuit ſublata difficultas, dum renunciantur pares, quo ad identitatem, & pares præſentantes, & Prouiſor non ſe adſtringit ad ius deuolutum, ſed addit clauſulam, & aliàs omni meliori modo, ex quibus patet reſpectu ſubiecti proceſſus, ſequutum fuiſſe magis iudicium gratificationis, quàm iuris deuoluti, & voluiſſe omni meliori modo valere, quod ſufficit. Et ita fuit reſolutum.

VBALDO. P. R. T. I.

Auguſten. Hoſpitalis.

Luna 21. Februarij 1611.

SVMMARIVM.

Sequeſtratio poſſeſſionis regulariter prohibita eſt, nu. 2.
Sequeſtratio poſſeſſionis conceditur in nonnullis caſibus, de quibus, n. 3.
Poſſeſſio probata per inſtrumentum alio non exiſtente in poſſeſſione ſuffragatur ad quoſcunque effectus, n. 4.
Iudex ritè, & rectè procedens, poteſt per ſententiam ſua poſſeſſione poſſeſſorem priuare, n. 5.
Poſſeſſio etiam naturalis perditur per immiſſionem factam à Iudice, & per violentam expulſionem, n. 5.
Iudex ſeu exequutor habet præſumptionem pro ſe, quod ritè proceſſerit, n. 6.
Iudicem non ritè proceſſiſſe, qui allegat, probare debet, numero 6.
Negatiua, vbi eſt fundamentum intentionis actoris, illa probari debet ab ipſo actore, n. 7.
Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina, n. 8.
Sequeſtratio poſſeſſionis non datur, vbi conſtat de poſſeſſione vnius ex partibus, n. 8.
Poſſeſſor non tenetur docere de iure ſuo, ſed ei ſufficit vincere de non iure actoris, n. 9.
Sequeſtrum poſſeſſionis non conceditur ad inſtantiam clientis, qui non docet de iure ſuo, n. 9.
Tertius non attentat, nec vitium litigioſi afficit, niſi partes litigantes, n. 10.
Princeps nunquam dicitur attentare, n. 11.
Vitium litigioſi, & attentatorum tollitur per ſententiam, quæ

Scacciæ de Appellatione.

fecit tranſitum in iudicatum, numero 12.

Appellatio debet interponi coram iudice à quo, & non coram iudice ad quem, n.13.

Appellatio interpoſita à non legitimo procuratore appellanti non ſuffragatur, n.13.

Appellatio non ſuffragatur tertio appellanti pro ſuo intereſſe niſi de prætenſo intereſſe doceat, nu.14.

Inhibitio obtenta in vna cauſa non præſumitur attentata in alia, n.15.

DECISIO XXVII.

1 FVit lata ſententia per Vicarium Epiſcopi Auguſten. contra Bernardum Gonnellam, quia illum priuauit regiminæ, & adminiſtratione Hoſpitalis Beatæ Mariæ de fontibus tinctis, alias ei commiſſa, de quo vti vacante per dictam priuationem fuit à Sede Apoſtolica prouiſus D. Rodulphus Auiſodius Canonicus Auguſten qui vigore literarum Apoſtolicarum fuit etiam in poſſeſſionem immiſſus, ſed Andreas Tillicinus, tanquam reſignatarius Bernardi appellauit a dicta ſententia priuatoria, tam nomine Bernardi, quam pro ſuo intereſſe, & literis etiam ipſe Apoſtolicis expeditis eiuſdem Hoſpitalis poſſeſſionem accepit. Quamobrem lite inter Rodulphum & Andream exorta, & pluribus ſententijs latis in partibus, tandem cauſa in Rota introducta fuit dubitatum, an in dicto Hoſpitali eſſet apponendum ſequeſtrum, & Domini vtraque parte informante negatiuè reſponderunt.

2 Fundamentum præcipuum fuit, quia ſequeſtratio regulariter eſt prohibita præſertim lite pendente, l. vnica, Cod. de prohibit. ſequeſ. pecun. vbi gloſſ. Bald. numer. 2. Curt. num. 7. Salycet. num. 4. & alij DD. cap. 2. vbi gloſſ. in verb. ſequeſtrari, & ibi Abb. num. 7. & ſequentibus de ſequeſ. poſſ. & fruct. gloſ. in l. ſi fideiuſſor, §. vltimo vbi Iaſ. numero 27. ff. qui ſatiſd. cog. DD. in cap. locupletari de reg. iur. in 6. & in cap. examinata de iud. Speculator. in titul. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & numero 1. Pariſ. conſ. 41. num. 17. & ſeqq. lib. 1. Alciat. conſ. 37. num. 8. lib. 6. Iacob. de Aren. in tract. de ſequeſtr. nu. 21. Angel. eod. tract. num. 2. & 4. Curt. eod. tractat. num. 6. Proſdoc. de Comitu in tractatu de differ. iur. Can. & ciu. numero 41. Foller. in tractatu de contract. cenſuali in verbo diſponit, numero 2.

3 Et permittitur tantum in nonnullis caſibus, qui enumerantur per gloſſ. & DD. in d. c. ſecundo de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & alijs locis citatis, quibus additur vnus caſus in Clem. vnica de ſequeſtr. poſſ. & fruct. vbi Card. Vital. & alij, Veſtr. in praxi Rom. Cur. lib. 7. c. ſecundo, n. 2. & ſufficit dicere hunc caſum non eſſe de illis, arg. l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, l. obligationum §. placet ff. de act. & oblig. & in terminis ſequeſtri. Pariſ. dict. conſ. 41. n. 22.

4 Conſtat enim de poſſeſſione Rodulphi per publicum inſtrumentum, quam alio non exiſtente in poſſeſſione, certum eſt, ſuffragari ad quoſcunque effectus, vt fuit ſæpè deciſum, & ſignanter in vna Hipporegien. Cappellaniæ 3. Martij 1478 coram Cantuccio, quæ eſt deciſ. 62. num. 1, par. 2. in impreſ. & Coſentina Parochialis 22. Iunij 1594. coram bo. mem. Card. Pamphilio.

4 Neque obſtat, quod Bernardus eo tempore eſſet in poſſeſſione, & ſic inſtrumentalis poſſeſſio Rodulphi non videatur ſuffragari, quia præterquam quod per annum antea fuerat priuatus per ſententiam Ordinarij Auguſten. dicto Hoſpitali illius poſſeſſione, à qua ſententia non fuit appellatum, legitimo tempore, & modo, vt infra dicetur, fuit etiam reſponſum talem poſſeſſionem à Rodulpho fuiſſe captam authoritate Executoris Apoſtolici, qui ritè, & iuſtè procedens, quatenus immiſit Rodulphum in poſſeſſionem potuit priuare Bernardum poſſeſſione dicti Hoſpitalis, ſi quam habuiſſet, l. iuſtè poſſidet, vbi Bar. ff. de acquir. poſſeſſ. Ang. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas numer. 2. in fin. & ibi Iaſ. nu. 20. Claud. de Seyſell. & alij, ff. eod. tit. & idem Ang. in l. qui vniuerſas, §. item cum Prætor. in fin. eod. tit. vbi dicit immiſſionem in poſſeſſionem factam auctore prætore idem operari, quod operatur violenta expulſio, per quam perditur omnis poſſeſſio, tam naturalis, quam ciuilis. Rot. deciſ. 802. nu. 6. & 7. par. 1. diuerſ. & 4. deciſ. 62. num. 3. & 4. par. 2.

6 Neque obſtat, quod dicitur executorem nulliter proceſſiſſe non citato Bernardo, & ſic non priuaſſe eum ſua poſſeſſione, quia fuit reſponſum, vel quod præſumitur pro executore, quod rite proceſſerit, l. ab ea. in ſecundo reſponſo ff. de probat. l. 2. ibi, quod non arbitramur, C. de offic. ciu. iud. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 10. Surd. alios adducens deciſ. 106. num. 9. & conſ. 39. num. 7. lib. 1. vel quod Rodulphus allegat ſuam poſſeſſionem, auctoritate executoris captam, per viam exceptionis ad excludendum intentionem aduerſarij, qui eſt actor, & petit, apponi ſequeſtrum ſuper Hoſpitali, tanquam eius poſſeſſio ſit vacua, & illa capta per Rodulphum ſit nulla, non citato Bernardo, prætenſo tunc poſſeſſore. Vnde ipſe aduerſarius, qui eſt actor, tenetur docere executorem nulliter proceſſiſſe, vel tranſportare acta integra, ex quibus appareat, prætenſus defectus citationis non autem Rodulphus tenetur oſtendere eum validè proceſſiſſe. Abb. in c. conquerente, num. 8. in fine de reſtit. ſpoliat. Surd. dicto conſ. 39. num. 7. & ſeqq. lib. 1. & fuit latè deductum in cauſa Aſculana prædij 27. Nouembris 1609. & 1. Martij 1610. coram R. P. D. Sacrato in cauſa Anconitana Spolij, de anno præterito, coram Domino meo Ludouiſio.

7 Cum enim negatiua ſit fundamentum intentionis actoris, illam tenetur probare, l. in illa vbi Bart. num. 5. ff. de verbor. obligat. & in l. ergo, numero 2. ff. ex quibus cauſ. maior. & in l. 2. numero 10. Cod. de iur. emphyt. Gab. in tit. de probat. concluſ. 6. numero 1. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 1. numer. 1. qui fil. ſint legit. & in terminis fuit dictum in vna Lamacen. beneficij 21. Iunij 1596. coram Reuerendiſſimo Pacen. cuius copia data fuit, & quod non tranſportatis integris actis per allegantem defectum citationis non ſit probata negatiua tenet poſt Corn. & Crauet. in terminis Rota deciſ. 636. numero 2. & 3. parte 1. diuerſ.

8 Cum igitur conſtet de poſſeſſione Rodulphi auctoritate Iudicis capta, & poſſeſſio Tillerij, tanquam iunior præſumatur clandeſtina, & vitioſa, cap. licet cauſam vbi DD. de probat. Alex. conſ. 110. n. 1. libro primo, & conſil. 76. n. 8. lib. 2. & conſil. 88. numer. 4. lib. 5. Rolandus conſ. 9. n. 30. lib. 3. Rota deciſ. 27. num. 7. & deciſ. 506. num. 5. par. 1. diuerſ. & deciſ. 19. num. 1. part. 2. quam nec etiam ipſe Tillerius auſus eſt defendere pro bona, & valida, merito Domini cenſuerunt denegandum eſſe ſequeſtrum, quod non habet locum, vbi liquido conſtat de vnius ex partibus poſſeſſione. Bald. in l. quidam exiſtimauerunt in fine, & ibi Iaſ. num. 4. verſ. iſtud vltimum limitatur ff. ſi cert. petat. Idem Bald. in d. l. vnica ſub num. 2. verſic. & alia eſt C. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ. Dec. in l. final. numero 7. C. de edict. Diui Adr. tollen. Curt. ſen. conſ. 60. incipit, ſuper, per tot. Marſ. ſingulari 543. incipit, maleficijs, numero 3. Capic. deciſ. 96. num. 11. Plot. in tract. de in lit. iur. §. 3. numero 47. Menoch. de interd. retinendæ remed. vltimo, numer. 45. Conrad. ad l. vnicam C. ſi de momen. poſſ. lim. 16. numer. 12. & fuit dictum in vna Bobien. Iuris patronat. 12. Ianuarij 1598. coram Domino meo Decano.

9 Quod eo magis habet locum in iſto caſu, in quo ſequeſtrum

ſtrum petitur à Tillerio, quia adhuc non docuit de bono iure ſuo, ſed ſolum illud petit ex non iure Rodulphi rei, & poſſeſſoris, qui tamen non tenetur docere de iure ſuo, ſed ſufficit ei vincere ex non iure actoris, l.cogi.C.de petit.hæred. l.final. C.de rei vendicat. & in his terminis denegandum eſſe ſequeſtrum fuit reſolutum in dicta Lamacen.beneficij.coram Reuerendiſſimo Pacen. præſertim cum Rodulphus habeat duas ſententias Canonizatorias ſuæ gratiæ, & reprobatorias gratiæ aduerſarij vnam ab ordinario Hipporegien. alteram à Nuncio Apoſtolico Taurinen.

10 non obſtat, quod prætenditur prouiſionem Sedis Apoſtolicæ in fauorem dicti Rodulphi, & poſſeſſionem ab eo captam eſſe attentatam, quaſi captam lite pendente, vel poſt interpoſitam appellationem, & ideo reuocandam iuxta deciſionem 10.vt lite pendente innou.quia fuit reſponſum, quod aut attentata prætenduntur ex perſona ipſius prouiſi, & non adſunt, quia ipſe nunquam fuit in lite, quæ erat inter Bernardum Ordinarium Auguſtenſem, coram Metropolitano, & certum eſt, quod tertius non attentat, nec vitium litigioſi afficit, niſi partes litigantes, cap. Romana §. in aliam de appellat.in 6. Oldrad. conſil.299. numero 3. Rota deciſ.3. vt lite pendente in nou. & deciſ. 2. eod. titul. in antiq. Sarnen. de triennalib.quæſt.4.numero 3.Felyn in cap.exceptionem. in 5.fall.de except Mohed.deciſ.10.vt lite pendente, & deciſione 21. de cauſ.poſſ. & propriet. Put.deciſio. 74. num.2.lib.2.Lancell.de attent.tit.de attent.num.3.& 4. & ſequentib.

11 Aut prætenduntur ex perſona Pontificis prouidentis, & pari modo attentata non adſunt, quia Princeps non attentat. Ægid.deciſ.794. in fi.Rota deciſ.641. n.12.par. 1.diuerſ.& eius auctoritas tollit vitium litigioſi, iuxta Clem.1. in fi. vt lit.pend. Mohed.deciſ.9. alias 292.eod. titul.præſertim facta mentione litis, vt hic, ex qua videtur Papa voluiſſe diſponere de beneficio, etiam vti litigioſo. Rota deciſ. 70. de reſcript.in nou. Achil. deciſ.9. eod.tit.

12 Accedit, quod ſententia priuatoria tranſiuerat in iudicatum, cum non eſſet à Bernardo, nec ab eius procuratore appellatum in tempore, & ſic ſtante re iudicata non poterat dici poſſeſſio à Rodulpho capta lite pendente, quia res iudicata tollit vitium litigioſi, & attentatorum. Lancell.de attent.2.par.in tit.de attentatis lite pendente, n.213.& ſeq.

13 Non obſtat appellatio interpoſita à Tillerio, tam ſuo, quam Bernardi nomine, quia reſpondebant Domini eam pati multos defectus, tum quia non fuit interpoſita coram Iudice, à quo, ſed ad quem, contra diſpoſitionem text.in c. vt debitus de appellat. vbi DD. tum quia non conſtat de legitimo mandato Bernardi ad appellandum eius nomine, l.2.§.1.ff.appellandum ſit, l.1. ff.de appellat.recipiendis.

14 Nec Tilletius docuit de aliquo ſuo intereſſe, vt erat neceſſarium, quatenus proprio etiam nomine appellauit, vt per Contard.ad l.vnicam, C. ſi de moment. poſſ. limitat. 23. numero decimotertio, & ſequent. Tum quia non fuit interpoſita intra decendium anthent. hodie, C.de appellat.cap.Romana.§.ſi verò,&c.non ſolum, & vtrobique gloſſ. & DD. eod. titul. lib. 6. Et licet per Informantes pro Tillerio fuerit ad hæc replicatum, tamen videbantur Dominis, quæ dicebantur. requirere altiorem indaginem, & poſſe diſcuti in negotio principali.

15 Non obſtat inhibitio emanata à Metropolitano, poſtquam dicitur capta poſſeſſio à Rodulpho, quia illa fuit in diuerſa cauſa, nempè in cauſa, priuationis Bernardi, ratione ipſius delicti, & ideò non potuit cauſare attentata reſpectu Rodulphi, qui non erat in illa cauſa, vt ſupra dictum eſt. Lancell.de attent.poſt inhibitionem, lim.5. Vltra quod illa Inhibitio Metropolitani, tanquam inferioris non potuit impedire executionem literarum Apoſtolicarum. Alciat.conſ.48. num.8.lib.6. Lancellot.vbi ſupra, lim.20.

16 Non obſtat c.cum vos, de officio ord. quia ille tex.procedit ob ſpecialem rationem, quia Eccleſia carebat paſtore, ideò interim deputatur Oeconomus, vt ibi. Sed in hoc caſu Hoſpitale, non caret Rectore, cum de eo fuerit prouiſus Rodulphus à Sede Apoſtolica, & ille cœperit poſſeſſionem, vt dictum eſt.

17 Demum non obſtat ſententia Metropolitani, quia ad effectum ſequeſtrandi requiritur ſententia lata in Curia contra poſſeſſorem. Clem.vnica de ſequeſt. poſſ. & fructuum. Et fuit dictum in dicta Bobien. Iuris optan.coram D.meo Decano. Ex quibus Domini cenſuerunt non eſſe apponendum ſequeſtrum, &c.

PAMPHILIO. P. I. T. II.

Placentina Archipresbyteratus.

Veneris 4. Iulij 1614.

SVMMARIVM.

Attentata lite, & appellatione pendente, reuocanda ſunt, num.1.

Appellatio non datur à collatione parochialis ad effectũ ſuſpenſiuum. Declara, vt n.2.

DECISIO XXVIII.

1 PRo Informante nempè conſtare de attentatis, ita vt ſit locus ſequeſtro, quia à ſententia ordinarij, qui declarauit Comitem Ricardum eſſe inſtituendum, pro parte Comitis Ranutij fuit appellatum, & propterea inſtitutio, quæ illius vigore emanauit, lite, & appellatione pendente, vna cum poſſeſſione ſubſequuta eſt attentata, cap. non ſolum de appellat.in 6.c.2. vt lit.pend. eod.lib. Rot. deciſ.10.vt lit.pend.innou.cum ſimilibus, & conſequenter ſequeſtranda. Caſſad.dec.3.nu.6. de reſtit.ſpol.Caputaq. deciſ.157.par.3.

2 Non obſtat, qood agatur de Parochiali, in qua non admittitur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum ex diſpoſitione Concil. Trid.ſeſſ.24. c.18. verſic.in omnibus de reform.& ex Bulla Pij V.de conferend.Parochialibus. Quia placuit reſponſio, quod Concilium, & Bulla loquuntur quando facto concurſu, appellatur a mala electione, non autem quando prout in caſu iſto agitur inter præſentatos, vel patronos laicos, ſuper pertinentia iuris patronatus, & appellatur ab inſtitutione facta ad præſentationem alicuius ex patronis, quo caſu poſſeſſio, per appellationem ſuſpendi debet, vt de appellatione interpoſita à præſentato habente plures voces patronorum, tenuit Rota in cauſa Compoſtellana Parochialis 3. Iunij 1588. coram bo.mem.Cardin.Plato, & faciunt tradita in cauſa Lucana plebis 18.Iunij 1571. coram bo.mem. Cardin.Lancelloto, cum alijs relatis coram me in cauſa Toletana Parochialis 7.Iunij 1609. Et ita deciſum &c.

E O D E M.

B V R A T T O.

Senen. Bonorum.

Veneris 4. Iulij 1614.

S V M M A R I V M.

Attentata appellatione pendente, & poſt inhibitionem, reuocanda ſunt, n. 1.

Reſcriptum ſubreptitium non eſt ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis annullandum eſt, numero 2. Declara, vt numero 3.

Reſcriptum auocatorium cauſæ à Rota ſi ſubreptitium eſt redditur ipſo iure nullum, n. 4.

D E C I S I O XXIX.

1 FVit dictum, conſtare de attentatis commiſſis per Venturam in capienda poſſeſſione bonorum, de quibus agitur, vigore ſententiarum ad eius fauorem latarum, pendente appellatione Monialium, deinde in Rota commiſſa, atque inhibitione ab hoc Tribunali expedita, & in partibus in præſentia eiuſdem Venturæ præſentata, quæ propterea veniunt in primis & ante omnia reuocanda, ad regulas vulgares, & ex facultate in vltimo reſcripto à Ventura impetrato attributa.

2 Non obſtat, poſſeſſionem fuiſſe captam in vim mandati Archiepiſcopi Florentini delegati pro exequutione ſententiarum ad fauorem Venturæ latarum ſuper ſucceſſione ab inteſtato ſororis Domitillæ excluſo Monaſterio, ex quo reſcripto Apoſtolico tributa fuit iuriſdictio, cum non fuerit coram eo iudice oppoſitum de obreptione, & litis pendentia in Rota. Innocent. in c. cum M. Ferrarienſis in fin. de conſtit. Et reſcriptum ſubreptitium non ſit ipſo iure nullum, ſed ope exceptionis annullandum, c. cæterum, c. ad audientiam, il ſecondo cum ibi notatis de reſcript. latè Paris. conſ. 134. num. 17. & ſeq lib. 4.

3 Nam id poſſe forſan procedere Domini dixerunt, niſi reſcriptum fuiſſet auocatorium cauſæ a Rota, quia tunc eſt ipſo iure nullum. Biſign. deciſ. 13. de reſcrip. Caſſador. deciſ. 1. eod. tit. & deciſ. 2. num. 6. de appellat. Veſtr. in praxi lib. 3. c. 9. nu. 3. Mandoſ. commiſ. 7. in princ. Rota apud bon. mem Cardin. Seraph. deciſ. 763. num. 6. Et in Vrgellen. Archidiaconatus de Andorra, 13. Aprilis 1592. coram bon. mem. Penia, in qua fuit dictum, poſſeſſionem captam vigore Breuis obtenti non facta mentione litis in Rota pendentis eſſe prorſus nullam.

4 Mouit etiam DD. quod commiſſio pro exequutione ſententiarum fuit clam extorta, poſtquam reiecta fuerit ſimilis commiſſio in Signatura, Monialibus etiam tunc informantibus, propoſita, & ita concluſum.

ORTHEMBERGO. P. I. T. I.

Romana Dotis de Trincijs.

5. *Martij* 1608.

S V M M A R I V M.

Deſerta cauſa appellationis ob non prorogata fatalia expirat iuriſdictio iudicis ad quem. Declara vt non per hoc non poſſit cognoſci de cauſa nullitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, nu. 1. & 2.

Iniuſtitia æquiparatur nullitati, & nunquam tranſit in iudicatum, n. 3.

Rei iudicatæ cenſetur renunciatum ab eo, qui patitur diſputari ſuper iuſtitia ſententiæ n. 4.

D E C I S I O XXX.

1 FVit reſolutum ſententiam eſſe confirmandam. Nam de iuſtitia, & validitate conſtat ex duabus deciſionibus coram R. P. D. meo Ludouiſio factis. Nec placuerit nullitates, quæ contra eam fuerunt appoſitæ, quarum prima eſt, quod fuerit lata deſerta cauſa appellationis ob nõ prorogata fatalia, quo caſu expirat iuriſdictio. Clem. ſi appellatione, & ibi glo. in verb. appellationis de appellat.

2 Fuit enim reſponſum, quod deſerta cauſa appellationis adhuc durat cauſa nullitatis, & notoriæ iniuſtitiæ, æquè principaliter commiſſa, cuius inſtantia durat per 30. annos. Andr. Gayl. obſeru. 135. n. 6. lib. 1. fuit dictum in Salamantina Abbatiæ, 14. Ianuarij 1545. coram Peregrino, quæ eſt diuerſ. 33. n. 6. lib. 3. par. 3. & in Placentina Parochialis de Malpartida 6. Nouembris 1602. & in eadem 1. Decembris 1603. coram bo. mem. Litta. Quare ſtante notoria iniuſtitia, ſententia potuit reuocari etiam poſt lapſum fatalium in cauſa appellationis. Marſil. ſing. 473. & fuit deciſum in Corduben. Statutorum. Vener. 21. Iunij 1585 coram bon. mem. Gypſio.

3 Nec obſtat res iudicata. Nam Rota prout alia ſuprema Tribunalia non attendit res iudicatas, quando conſtat de illarum iniuſtitia etiam, quod non ſit notoria, & ratio eſt, quia iniuſtitia æquiparatur nullitati, & nunquã tranſit in iudicatam. Felyn. in c. ſuper literis n. 15. de reſcript. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 2. n. 7. de ſolut. & fuit dictum in Bononien. de Principis 8. Nouembris 1577. & in Gadiccu. Statutorum 19. Nouembris 1580. coram Illuſtris. Cardinali Seraphino, quarum prior eſt deciſ. 311. n. 2. par. 2. altera 644. par. 1. diuerſ.

4 Conſtat autem de iniuſtitia ſententiæ, quia fundatur in Statuto populi Romani confirmato per Pium Quintum, quod poſtea fuit reuocatum per noua Statuta Vrbis, compoſita auctoritate Gregorij XIII. quam iniuſtitiam, cum creditores paſſi fuerint detegi non obijciendo de prima ſententia ad impediendum litis ingreſſum, ſed tolerauerint diſcuſſionem ſuper prima ſententia opponendo contra iura generalia declarando velle ſtare ſimplici copiæ, & diſputando dubia ſuper meritis, videtur renunciaſſe rei iudicatæ Put. deciſ. 202. lib. 2. nec non appellationi ab vlteriori proceſſu, quo caſu non ſolum confirmari, verum etiam infirmari poteſt. Felyn. in c. inter monaſterium, num 23. de ſent. & re iud. & Aret. in conſ. 73. n. 4. verſ. præterea. Dec. in l. res iudicata, num. 4. ff. de reg. iur. & fuit dictum coram me in. Valentina Mercedis, Lunæ 6. Iunij 1605. Ideoq; cauſa grauaminis fuit nulla, friuola, & calumnioſa, & merito R. P. D. Ludouiſius dedit refutatorios. Put. deciſ. 400. n. 2. lib. 3.

B V R A T T O P. I. T. II.

Boianen. Beneficij.

Veneris 6. Iunij 1614.

S V M M A R I V M.

Poſſeſſio capta per procuratorem æquiparatur poſſeſſioni captæ per principalem, n. 1.

Poſſeſſio inſtrumentalis ſufficit ad conceſſionem mandati de manutenendo quando poſſeſſio eſt vacans, n. 1.

Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum dicitur attentata, n. 2.

Appellandi termino durante omnia attentata reuocantur, etiam quod in dicto termino non fuerit appellatum, nu. 2.

Appella-

Digitized by Google

Appellare debet quis à ſententia contra eum lata infra decem dies à die ſententiæ, non autem à die notitiæ, quando fuit perſonaliter citatus, & ſic fuit verus contumax. Declara, vt num.3,

Litigioſi vitium non inducitur per litem in Summariſſimo poſſeſſorio,n.4.

Litigioſi vitium non inducitur in cauſa beneficij, in qua non principaliter agitur, cuius eſſet beneficium, ſed tantum agitur de iure præſentandi inter patronos,n.5.

Attentata lite pendente non ſunt reuocanda, quando attentat litem ignorabat,n.6.

DECISIO XXXI.

1 DIxerunt Domini, manutentionem dandam Paulo Claudio, qui vti prouiſus ab Ordinario per obitum Caroli de Niuerſa vltimi poſſeſſoris de menſe Septembris 1612. defuncti, mediante ſpeciali procuratore 12. eiuſdem menſis conſtituto poſſeſſionē adeptus fuit, vt ex inſtrumento 13. Martij 1613. Quæ idem operatur, ac ſi per ipſum Paulum capta fuiſſet, ad l. 1. §. per procur. & l. communis ſeruus. ff. de acquirend. poſſeſſ. & licet inſtrumentalis ſufficit, cum poſſeſſio eſſet vacans ad vulgarem, l. prædia, & ibi not. glo. & Doctor. ff. eod. & quotidie in Rota practicatur, & tanquam anterior poſſeſſione Caraccioli eſt præferenda, cap. licet cauſam. cum ibi not. ff. de reſcript.

2 Non obſtat, quod Caracciolus vti præſentatus fuerit immiſſus in vim ſententiæ Metropolitani latæ citato Paulo, & ideo videatur amiſſa poſſeſſio, & quæſita Caracciolo, ad l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ. quia cum fuerit capta poſſeſſio pendēte termino ad appellandum, nullius eſt roboris, tanquam attentata, c. non ſolum, de appellat. in 6. Et licet non fuerit intra decendium appellatum, reuocatur tamen per viam nullitatis, licet non per viam attentatorum, vt Rota paſſim ſeruat, teſte Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 4. & 5. de appell. qui ita deciſum refert, in Calaguritana Beneficij de Burgo. 7. Maij 1574. coram bo. mem. Card. Seraph. inter impreſſ. diuerſ. 406. num. 3. par. 1. Pur. deciſ. 27. in fin. in nou. impreſſ. lib. 1. & datur prius poſſidenti manutentio, vt fuit dictum in Ferrarien. Bonorum de Taſſonis. 26. Iunij 1613. coram R. P. Domino meo Pamphilio.

3 Nec dicatur, Paulum Claudium vti perſonaliter peremptoriè citatum dici verum contumacem, & ſic appellare non poſſe, vel ſaltem ex obſeruantia Rotæ, niſi appellauerit intra decendium à die ſententiæ. Felyn. in cap. quo ad conſultationem. num. 28. de ſentent. & re iudic. Veſt. in praxi lib. 7. c. 3. num. 21. Quia cum fuerit citatus in Ciuitate Neapolis, & ſic in alieno Territorio, non videbatur contumax, niſi quo ad effectum, vt poſſit dari immiſſio in poſſeſſionem beneficij, non autem quo ad alios effectus contumaciæ. Soccin. in cap. ſanè, num. 14. de foro compet. Vltra quod ſententia poteſt etiam dici nulla, tanquam lata, à iudice appellationis, cōtra ſententiam latam in prima inſtantia, non ſolum illa non reuocata ſed nec de ea facta mentione. Caſſad. deciſ. 1. num. 4. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. & tenuit Rota in Peruſina Dotis 9. Aprilis 1607. coram bonæ mem. Pegna.

4 Minus obſtat, quod etiam poſſeſſio Pauli fuerit attentata ſtante lite de anno 1607. inter prætenſos patronos, & appellatione à ſententia Ordinarij per Landulphum, vnum ex præſentatis coram Metropolitano introducta, ad text. in cap. 2. vt lite pendent. in ſexto, & in Clement. prima, eodem titul. & vtrobique Doct. Nam pro reſponſione dicebatur non conſtare, litem prædictam, fuiſſe talem, ex qua beneficium fuerit effectum litigioſum, immo decretum Ordinarij fuerit in Summariſſimo poſſeſſorio, & ſic non potuit induci vitium litigioſi. Albet. in auth litigioſa, n. 1. in fin. & ibi Bald. & Angel. in princ. C. de litig. Caſſad. deciſ. 6 nu. 2. de reſcript. Neque impediri Ordinarius quem conferret. Caſſad. deciſ. 4. in princip. vt lite pendent. Franc. in c. 2. in 2. & 3. notab. eod. tit. in 6. Mandoſ. in reg. 47. de ſubrog. q. 13. n. 4. verſ. & quod beneficium. de communi. Lancellot. de attent. p. 1. c. 3. n. 94. 95. & 135.

5 Neque in omnem caſum conſtare videbatur, actum fuiſſe principaliter in ea lite, cuius eſſet beneficium, quia erat ſuper iure præſentandi inter patronos, quæ non facit beneficium litigioſum. Et licet deinde prætendatur etiam inter præſentatus litigatum ſuper titulo, non tamen conſtat, vt dixi hoc fuiſſe principaliter. Quod ſi fuit incidenter, beneficium non remanſit litigioſum. Archidiac in d. cap. 2. in verbo litigatur. vbi Franch. n. 3. vt lite pendente, de communi Lancellot. dicto cap. 3. num. 120. Quæ erunt plenius diſcutienda, vbi agetur de gratia Veterani, qui beneficium ex hoc capite litis a Sede Apoſtolica impetrauit, iterim vero non deneganda manutentio Paulo.

6 Nec etiam viſa fuit attentata collatio Ordinarij ex eo, quod fuerit facta decima quinta Septembris 1612. cum tamen die duodecima præceſſiſſet preſentatio Caraccioli coram. Vicario, qui mandauerat apponi edicta, quia collatio facta fuit ab Epiſcopo in Vrbe commorante, quem non conſtat habuiſſe notitiam præſentationis, & decreti, prout dicitur actum factum lite pendente ab ignorante litem non eſſe attentatam. Late Lancellot. de attent. p. 2. cap. 4. limitat. 27. Et ita omnibus Informantibus concluſum fuit.

EODEM.

COCCINO.

Tullen. Parochialis.

Mercurij 28. Maij 1614.

SVMMARIVM.

Poſſeſſio per inſtrumentum dicitur probata, alio non exiſtente in poſſeſſione, n. 1. Declara, vt n. 5.

Poſſeſſione quis priuatus non cenſetur per mandatum à iudice relaxatum nulliter. n. 2.

Abſens condemnari non poteſt, niſi ſaltem fuerit per edictum citatus. n. 2.

Clericus ob non reſidentiam priuari non poteſt, niſi expectatus per ſex menſes. n. 2. Declara, vt n. 4.

Appellatio nunquid detur à ſententia priuationis beneficij, ob non reſidentiam, ad effectum ſuſpenſiuum. n. 3.

DECISIO XXXII.

1 VIſum fuit Dominis Deſiderio dandum eſſe mandatum de manutenendo. Conſtat enim de eius poſſeſſione tempore litis motæ §. hodie. inſtitut. de interdict. ex inſtrumento, quod alio non exiſtente in poſſeſſione, ſufficit l. prædia. vbi Bartol. num. 1. de acquir. poſſeſſ.

2 Neque obſtat, quod Deſiderius fuit priuatus ſua poſſeſſione, per ordinarium Tullen. & tradita poſſeſſio Nicolao, quia obiectum procederet, ſi ordinarius validè proceſſiſſet, ſecus autem quando nulliter. Doctores in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſſione, prout proceſſit in iſto caſu. Nam cum ageret contra abſentem ad priuationem ob non reſidentiam, requirebatur trina citatio per edictum in loco beneficij, & poſtea tenebatur expectare per ſex menſes. c. ex tuæ. de cleric.

cleric.non reſid.& fuit tale deductum in cauſa Terdonen. Præpoſituræ 1.Decemb.1600. corã me.quæ quidem expectatio per ſex menſes hic non adeſt,cum ordinarius in continenti proceſſerit.

3 Minus facit, quod à ſententia priuationis non datur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, iuxta diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini, ſeſſione.23. c.1 de reformat.& adeſt conſtitutio Pij V.n.64.Quia prædicta ſententia fuit executioni demãdata,& propterea ſi iudex nulliter proceſſit,& Deſiderius non habuit ſe pro ſpoliato, poteſt in cauſa appellationis petere manutentionem,vt in cauſa Nolen.Beneficij,coram me.

4 Neque prædictis reſiſtit textus in c.ex parte,il primo, de cleric non reſident.quaſi in caſu illo non expectentur ſex menſes , quia in caſu illius textus Decanus ab fuerat per decennium, & propterea eius nõ reſidentia erat notoria, & mandatum de priuando proceſſit à Papa, cui licuit præſumere Decanum habuiſſe dignitatem pro derelicta,quod tamen non licet inferiori,vt notat Abb.ibidem,n.4.& 6.qui num.7.in fine.dicit,ipſos inferiores debere ſeruare formam dicti cap. ex tua.de cleric.non reſident.

5 Non obſtat,quod Deſiderius habuerit ſe pro ſpoliato, vt patet ex ſententia Ordinarij Lingonen.ibi,nos dictum Deſiderium redintegrauimus, & reſtituimus in perſonã, qualitates,beneficia,ac bona ab ipſo ablata,&c.quia eſt aduertenda ſeries facti.Deſiderius enim ante ſententiam priuationis fuerat excommunicatus per Ordinarium Tullen.& cauſa ſuper iſta excõmunicationis fuerat commiſſa Ordinario Lingonen. non autem cauſa ſuper priuatione, & ideo iſta ſentẽtia per prædicta verba tollit effectus,quos parit excommunicatio,non autem videtur approbare,quod Deſiderius habuerit ſe pro ſpoliato ob ſentẽtiam priuationis, quia talis cauſa non fuerat introducta coram ipſo Ordinario Lingonen. Et eodem modo reſpondetur ad narratiuam commiſſionis Rotalis, quæ narrat dictam ſententiam Ordinarij Lingonen.

6 Quę dicuntur de recurſibus habitis ad iudices laicos, placuit Dominis, quod Deſiderius obtineret abſolutionem,prout obtinuit,& ſic ceſſat omnis difficultas,&c.

CARDINALE BONONIENSI. P. I. T. I.

Nullius, Canonicatus.

Luna 4. Decembris 1600.

S V M M A R I V M.

Appellare non licet ab electione facta ab Epiſcopo in concurſu plurium ad Parochialem Eccleſiam, niſi conſtet, quod Epiſcopus doloſè,& irrationabiliter elegit, & iudicauit.n.1.

Clauſula conſtito eſt conditionalis, & conditione non probata conceſſio locum non habet,n.1.

Epiſcopus in electione non facit, vt magis idoneus in concurſu ad Parochialem,habeat præſumptionem pro ſe,n.1.

Concurſus quando ſit plurium examinatorum ad Parochialem Eccleſiam quæ qualitates ſint attendendę, & quæ ponderandæ,n.2.

Imbecillitas oculorum nunquid operetur , vt in concurſu ad Parochialem ſit præferendus ille,qui magis videt,n.3.

Concurſus vbi ſit plurium examinatorum ad Parochialem ſufficit,quòd Epiſcopus eligat idoneum etiam quod alter ſit magis idoneus,n.4.

D E C I S I O XXXIII.

1 CVm vacaſſet Parochialis Eccleſia Sancti Alexandri Terræ Durantis, & in concurſu idonei reperti, & approbati fuiſſent inter alios Iacobus Michelonus,& Benedictus Sauinus, Epiſcopus Sempronienſis deputatus à Sacra Congregatione Concilij Tridentini elegit Iacobum vt magis idoneum, cui Abbas dictæ Terræ Durantis, ad quem ius conferendi ſpectat, Parochialem contulit. Benedictus à prætenſa mala electione appellauit, & cauſam appellationis obtinuit committi Reuerendiſſimo Vrbis Vicario, qui decreuit nouum concurſum, in quo cum Iacobus non comparuiſſet fuit Benedictus examinatus,& idoneus declaratus, & poſtea tulit ſentẽtiam, in qua declarauit bene fuiſſe appellatum ab Electione facta per ipſum Sempronienſem, & collationem Iacobo factam reuocandam dictumque Benedictum eſſe ad Abbatem reuocandum, qui ei collationem faciat de edicta Parochiali. Fuit ab hac ſententia appellatum pro parte Iacobi, & Cauſa coram me in Rota introducta, in qua cum dubitaſſem an ſententia Vicarijs eſſet confirmanda, Domini vnanimiter reſponderunt, eſſe reuocandam. Cum enim ex conſtitutione Pij V. non concedatur ſimpliciter appellatio à iudicio Epiſcopi, ſed tunc demum quando doloſè, & irrationabiliter iudicat , vt probant verba conſtitutionis expreſſa aliàs ad hoc ponderata in vna Rauennatenſi Parochialis 2.Decembris 1592. coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Arrigonio, & de nulla apparet irrationabilitate, & dolo Epiſcopi Sempronienſis, quæ tamen liquidatio conſtare deberet,cum in dicta Bulla ponatur in conditione (ibi) conſtito de Prioris eligentis irrationabili iudicio. l.locus, & ibi not. ff.de condit.& demonſtrat Alex.in l.Imperator. ſub n.4. 5.& ff.de leg.1. Dec. in rubr.de probat.num.153. & fuit dictum in vna Pampilonenſis Beneficij 17. Menſis Maij 1577.coram Illuſtriſſimo Domino Cardinali Blanchetto. Pro iudicio enim ordinarij præſumitur. cap.in præſentia.de renunciat.quod etiam colligitur ex dicta Conſtitutione,& fuit dictum in illa Rauennatenſi,& quod de ordinario dicitur cenſuerunt Domini habere locum etiam in Epiſcopi Sempronienſis ſubrogato propter litem inter Archiepiſcopum Vrbinatem,& Abbatem Caſtri Durantis ſuper iure inſtituendi concurſus ad l. ſi eum,§.qui iniurarum,ff.ſi quis caut.

2 Non obſtant qualitates cõſideratæ in Benedicto,quia illæ ſolæ non faciunt illum digniorem pro obtinenda Parochiali,quia intelliguntur cæteris paribus , & potuerunt præponderari qualitates,quæ concurrebant in perſona Iacobi,quod eſſet Philoſophus,Pęnitentiarius,Examinator Synodialis, & Doctor,quæ qualitas Doctoratus magna eſt,l.magiſtros.C.de profeſſ.c.quanto.de magiſtr. & cuius ratione eſſet præferendus,vt fuit dictum in vna Ciuitatis Caſtelli Parochialis. coram bon. mem.Orano. 16.Iunij.1589.Vltra quod aliàs in Vrbe in concurſu Benedicto aduerſatio,& alijs concurrentibus,fuit ad Canonicatum electus. Cum enim Epiſcopus eum elegerit,dicendum eſt cognouiſſe maiores qualitates in ipſo concurrentes circa mores prudentiam, & alia, quæ vltra ſcientiam præ oculis habere debet in huiuſmodi electione tam in iure communi. c. cum in cunctis. de election. quam ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini.cap.18. ſeſſ.24. ſufficit enim quod poſſint in electo concurrere maiores qualitates ad excludendum dolum, quod ſatis eſt in hac materia,vt dicitur in illa Rauennatenſi.

3 Imbecillitas oculorum, quæ obijcitur Iacobo non eſt talis, quæ reddat illum inhabilem ad curam, nec facit, quod Benedictus melius videns ſit illi præferendus,non obſtat quod Benedictus rexerit Eccleſiam Parochialem, quia hoc reſpicit illius ſufficientiam, ſed non concludit, quod in concurſu veniat præferendus,vt fuit dictum in Beneuentana Parochialis 23.Menſis Iunij 1590.coram bo.me.Orano.

4 Dixerunt etiam aliqui ex Dominis ſufficere,quod eligatur

gatur

gatur idoneus, & dignus, omiſſo etiam magis idoneo, & digniori. c. cum nobis, de elec. c. niſi cum pridem. §. pro defectu. de renunciar. c. fina. de presbyt. non baptiz. cum alijs bene adductis per Couarr. in regula peccatum. in ſecunda parte. §. 70. numer. 3. & 4. de reg. iur. in 6. quia alias omnes electiones eſſent litibus, & controuerſijs ſuppoſitæ, & in pluribus, præſentatis fuit deciſum in vna Fauentina Iuris patronatus coram Reuerendiſſimo Domino Peruſino octaua Menſis Iunij 1588. & in terminis noſtris fuit etiam dictum in illa Cauſa Rauennatenſi ſæpius allegata. Et ita fuit deciſum.

PIROVANO. P. II. T. II.

Toletana, ſeu Almerien. Decimarum.

Lunæ 15. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

Iudex Appellationis poteſt cognoſcere nedum ſuper articulo ſuper quo primus iudex pronunciauit, ſed etiam ſuper alio deducto in prima inſtantia, n. 1. & 2. vbi præſertim quando vnus articulus venit in neceſſariam cognitionem, dependentiam, & connexitatem alterius.

Tertius habens intereſſe in cauſa omnino admittendus eſt n. 3.

Iudex non poteſt cauſarum continentiam diuidere. n. 4.

Præſcribi an poſſit ius exigendi decimas, perpetuo debitas numer. 5.

Actore non probante reus abſoluitur, & è contra. num. 5.

Reus excipiens, & exceptionem ſuam non probans, altere plene probante ſuam intentionem condemnari debet. n. 5.

Clauſula cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali adeò ampliat iuriſdictionem iudicis, vt dubitandum non ſit, quin totum negotium ſit commiſſum. n. 6.

Appellationis cauſa admittit probationes nouiter repertas, quia in ea habet locum Regula non deducta deducam, & non probata probabo. n. 8.

DECISIO XXXIV.

1 POſt reſolutionem factam ſuper irreleuantia primæ nullitatis ſpecificatæ coram Nuncio, propoſui diſputationem ſuper ſecunda, quæ deducebatur ex eo, quia fuerit ſententiatum per Cantorem Granaten. Iudicem ſecundæ Inſtantiæ, nedum ſuper Decimis, anni 1596. prout fuerat petitum, ſed etiam ſuper iure perpetuo Decimarum in futurum exigendarum, quod nunquam fuerit petitum, & de quo iudex pro ſua iuriſdictione cognoſcere non poterat. Et Domini eam pariter non releuare cenſuerunt. Viſum eſt enim de hoc iure perpetuo exigẽdi Decimas nouennas actum fuiſſe in iudicio primæ inſtantiæ, & potuiſſe agi, ac ſententiam Prouiſoris comprehendere nedum virtualiter, ſed expreſſe condemnationem Decimarum in futurum, ad fauorem Eccleſiarum, & proinde deuolutâ cauſa per viam appellationis ad Cantorem Granaten. deuoluiſſe etiam cognitionem articuli proprietatis Decimarum, tanquam non diuerſam ab articulo pronunciato, & in hac parte iuriſdictionem iudicis appellationis non deficere. Franc. in cap. vt debitus. n. 5. in 8. notab. de appellat. Dec. in capitulo bonæ mem. ſub n. 19. verſiculo, & ad hoc bene facit. eodem titulo de appellat. Vanr. de nullit. ex defectu. Iuriſdict. ordin. numero 86. Surd. deciſ. 175. numero 1. & ſequentibus.

2 Et quod actum fuerit in illo iudicio de iure perpetuo Decimandi, ſatis patet ex monitorio tranſmiſſo Alphonſo Garciæ, & conſortibus inſtante Martino Guizano conductore redditus Eccleſiaſtici ſeptem nouennarum pro condemnatione, & ſolutione Decimarum, anni 1556. & item ex reſponſione incolarum de Seron facta Monitorio, in qua dixerunt, quod perſoluerunt Decimas illis, ad quos illæ de iure pertinent, & ſpectant, nempe D. Marchioni de Villena Domino Status de Serón, ex quibus etſi incolæ non reuocauerint in dubium Decimas ab eis deberi, cum tamen oppoſuerint de pertinentia iuris Decimarum; & cognitio eſſet neceſſaria, tanquam de articulo præiudiciali ad cauſam exactionis, l. fundum, l. fundi, ff. de except. Crauet. conſ. 280. num. 1. Anchar. conſ. 62. num. 1. latiſſimè Menoch. conſ. 301. n. 26. & ſeqq. ſequitur dicendum fuiſſe actum tam de iure perpetuo proprietatis Decimarum, quam de iure eas exigendi propter neceſſariam cognitionem, dependentiam, & connexitatem, vt dicunt Boer. q. 73. n. 4. Zabarell. conſil. 29. incip. Index, n. 5. & plenius Menoch. de arbit. caſu 95. n. 5. & 16.

3 Potuit etiam, vt dicebam, agi in hoc iudicio de proprietate iuris Decimandi, quia Bernardus Oeconomus Generalis Eccleſiarum venit ad cauſam defenſurus conductorem, & allegauit ius Eccleſiarum; qui propter præiudicium, quod ſibi euenire poterat, ſi conductor ſuccubuiſſet, omnino erat in iudicio admittendus, c. vlt. vt lit. pend. in 6. Couar. pract. q. cap. 13. n. 2. verſ. contrarium vero, Felyn. in cap. cum ſuper, n. 13. de re iud. Ioſeph. Lud. dec. Peruſ. 26. n. 25. Surd. deciſ. 60. n. 6.

4 Demum ſententia Prouiſoris comprehendit hoc ius perpetuum Eccleſiarum exigendi Decimas tam virtualiter, quam expreſſe, virtualiter, quia cauſa huius tertij comparentis dicitur connexa cum cauſa, & iure Conductoris, & ob id ſententia ſuper iure Conductoris infert ad determinationem iuris Oeconomi, & Eccleſiarum, ex quo non potuit a iudice diuidi continentia cauſæ, ſed vtrumque ſimul debuit terminari, l. nulli. C. de Iudic. & ita in ſpecie firmarunt Andr. Gail. lib. 1. pract. obſeru. c. 70. n. 2. & Menoch. conſ. 488. n. 4. lib. 5.

5 Expreſſe autem dum declarat Oeconomum probaſſe ſuam actionem, & incolas non probaſſe eorum exceptionem, & proinde condemnandos ad ſoluendum ſuas Decimas nouennas, tanquam Chriſtianos originarios, ceſſante enim probatione pertinentiæ decimarum inde reſultabat ius liberum, & perpetuum Eccleſiarum exigendi Decimas cum non ſint temporales, ſed perpetuo debitæ Eccleſijs, ita vt contra eas nullo modo poſſint præſcribi, Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 43. & ſæpe fuit reſolutum, & exinde bene conſequitur condemnatio, quia ſicuti actore non probante reus eſt abſoluendus, l. qui accuſare. C. de edend. l. ei qui dicit, ff. de proba. Caputaq. deciſ. 11. p. 1. ita reo non probante ſuam exceptionem poſtquam actor plenè probauit, debet condemnari, l. 1. & 2. ff. de excep. Caſ. de Graſ. deciſ. 2. num. 10. de prob. Crauet. conſ. 226. n. 8. Rot. deciſ. 628. n. 3. p. 1. diuerſ. ſi igitur actum fuit coram Prouiſore de iure perpetuo, & potuit agi, & ſententia comprehendit, & determinat ius perpetuum exigendi Decimas, ſequitur dicendum ſententiam Cantoris Granaten. non laborare vitio nullitatis ex defectu Iuriſdictionis, quia, vt dicebam, ad eum deuoluta eſt cognitio articuli, ſuper quo fuit pronunciatum.

6 Accedunt etiam clauſulæ reſcripti appellationis ampliſſimæ, ibi, vna cum omnibus ſuis incidentijs, dependentijs, & emergentijs, annexis, & connexis, ac toto negotio principali, quæ adeo ampliant Iuriſdictionem Iudicis ad quem, vt ambigendum non videatur, quin totum negotium principale ſub ea comprehẽdatur. Franc. in cap. vt debitus, num. 45. de appellat. Mohed. deciſ. 6. de appell. Caputaq. deciſ. 152. part. 1. quod etiam fuit reſolutum in cauſa Mediolanen. Cappellæ de Valdauo. 3. Iulij, &

Digitized by Google

lij,& 6.Nouemb.1595.& in Cæſaraugustana Pecuniariæ 15. Iunij 1601. coram bo.mem. Cardinali Pamphilio,& Surd.deciſ.175.n.9. dicens idem procedere,ſiue ſit bene, vel male appellatum propter ſtylum Curiarum, cui inhærendum eſt.

7 Et ex prædictis patet reſponſio ad obiecta Marchionis,cum neque ſecundum quid nullitas prædicta ſit releuans per ſuſpenſionem negotij principalis in partibus, ex eo quod fuerit petitum in primis pronunciare ſuper nullitate,& non fuerit pronunciatum,quia detecto,quod vere nullitas non ſubſiſtat poteſt iudex in negotio principali procedere vt fuit firmatum in tertia concluſione præcedentis deciſionis, neque ſimpliciter erat releuans, quia verè non defuit iuriſdictio, atteto tam iure deuoluto,quam ampliato,vigore clauſularum reſcripti appellationis.

8 Nec obſtat, quod Cantor Granaten. iudex ſecundæ inſtantiæ dixerit in ſua ſententia. Et viſis nouiter coram nobis deductis,& probatis per partes,&c.quia data iuriſdictione bene intrat concluſio,non probata probabo,nõ deducta deducam, etiam pro comprobatione iuris deducti, cogniti per iudicem à quo, nec iudex declarando, aut limitando priorem ſententiam videtur inferre nouum grauamen,tribuens nouum ius appellandi,Couarr. pract.quæſt.c.25.n.6.verſ.at ſi tractemus. Anch.conſil. 417.n.2. quinimo poteſt declarare id,quod fuerat omiſſum à Primo Iudice,Rot.deciſ.23.de re iudic.in nou.maximè cum proueniant, vt in præſenti, à neceſſario antecedenti, nempe à declaratione proprietatis Decimarum,quæ poſt ſe exigit condemnationem ſolutionis in perpetuum,ſecundum earum propriam naturam. Et ita fuit reſolutum.

E O D E M.

B V R A T T O.

Ferrarien. pecuniariæ.

Veneris 14. Martij 1614.

S V M M A R I V M.

Statutum prohibens appellationem, ſeu nullitatem,& reſtitutionem in integrum dicitur reſpicere deciſoria iudicij, & non ordinatoria.n.2.

Statuto reſpiciente deciſoria iudicij forenſes gaudere non debent.n.2.

Æqualitas maximè in iudicijs ſeruanda eſt,num.3.

Appellare vbi licuit, vel non licuit vni ex partibus, ita & alteri parte licere, vel non licere debet.n.3.

Appellatio à nouo grauamine non deducto in primis ſententijs, concedenda eſt.n.4.

D E C I S I O XXXV.

1 LAtis Ferrariæ duabus ſententijs ad fauorem Ceciliæ relictæ, quondam Ioannis Mariæ Baroni Veneti, contra Riccios, & litis conſortes,ſuper prioritate,& potioritate pro recuperatione eius dotis, in quibuſdam orizijs, ſeu illorum precio,per dictos conuentos eidem Ceciliæ reſtituendæ, ac alijs duabus ſuper illarum exequutione vti conformium,& ex diſpoſitione ſtatuti, rem iudicatam facientium, Claudius pupillus de Banizatis, contra cuius authores fuerant in dictis ſententijs reſeruata iura condemnatis, pro releuatione, ſeu indemnitate, timens, ne per exequutionem ſententiarum omne damnum in ſe retorqueretur, obtinuit in ſignatura ſanctiſſimi, commiſſionem cauſarum prædictarum in Rota, cum clauſula de procedendo ad legitimam exequutionem ad fauorem hæredum Ceciliæ, pendente lite,defunctæ,& dato dubio, an eſſet locus exequutioni, fuit,nemine pro hæredibus prædictis.Informante, negatiuè reſolutum.

2 Quia licet ex ſtatuto, lib.2.cap.66.à ſententia in cauſa appellationis lata,ſiue in totum confirmatoria primæ, ſiue in parte, pro parte, in qua illi conformis eſt non liceat appellare, de nullitate dicere, vel reſtitutionem petere: tamen cum videatur reſpicere deciſoria, Franc.c.ſi duobus col.mihi 16.in fin. verſic. ſed ſtatutum de appell. Aret.in c.quod clericus,numer.11.& ſeq.de for. compet. Socin.conſ.195.n.2.lib.2. Dec.in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,num.157.de conſtit. Gozad.conſ.76. num.15. non poteſt illo gaudere Cæcilia Forenſis,licet Ferrariæ fuerit litigatum, cum in diuiſorijs, non attendatur locus iudicij, Bald.in l.1.numer.58.& 59.C.de ſumma Trinit.Alex. conſ.164.num.3.in 6.Marzar.conſ.9.numer.9. & in hoc ipſo ſtatuto Ferrariæ Deci.conſi.97.in princ.vol.1.crim. Tantoque.

3 Minus locum habere debet, quod nec contra Ceciliam, ſeruatum fuit, quæ ſecundo prouocauit, licet prius per duas conformes ſuccubuiſſet, vnde ſi deinde duas pro ſe fauorabiles reportauit, aduerſarijs quoque permitti debet appellatio, vt in iudicijs ſeruetur æqualitas, cap. non licet.de reg.iur.in 6.l.final.vbi Bald.C. de fruct. & lit. expenſ.idem Bald.conſil.486. col.2. verſ.4. pone. lib.2.& eo caſu, quo licet vni ex partibus appellare. vel non,debet licere, vel non alteri. c.ſecundo.de mut.petit. Ruin. conſil.85. in fin.verſ. ſicut ergo. lib.5. Bertazol. d. conſ.15.in prin.& conſ.469.num.13.vol.2.crimin.

4 Præterea certum eſt, ſecundam ſententiam declarare pondus, valorem, & quantitatem oriziorum ad quam quilibet ex reis conuentis, teneretur, quod in prima factum non fuerat. Vnde ab hac liquidatione tanquam nouum grauamen inferente, permitti debet appellatio, Rota diuerſ.dec.103.in prin.par.1.Ex quibus reſolutum fuit, locum non eſſe vlteriori exequutioni ſententiarum, &c.

P A M P H I L I O P. II. T. I.

Beneuentana Domus.

Veneris 4. Maij 1612.

S V M M A R I V M.

Executio facta pendente termino ad appellandum reuocanda eſt.num.1.

Legatarius pro conſequutione legati, via exequutiua agere non poteſt.num.2.

Appellari poteſt de iure canonico à quocunque grauamine etiam in poſſeſſorio.num.3.

Appellare, licet in remedio executiuo, quod datur pro vltimis voluntatibus.num.4.

Appellationis prohibitio vigore Ægidianæ non habet locum, quando agitur de rebus Eccleſiæ. n.5. Vbi etiam quod ſufficit Eccleſiam eſſe actricem,licet reus ſit laicus.

Ægidiana non habet locum ſtante nullitate, & iniuſtitia ſententiæ,n.6.

Sententia dicitur nulla defectu citationis,quando quis eſt citatus generaliter ad comparendum,& non ſpecifice ad ſententiam.num.5.

Stylus non præſumitur,ideo probandus per allegantem, num.7. in fine.

Legatæ rei identitas concludenter probanda eſt antequam legatarius in illius poſſeſſionem immittatur,n.8.

Sententia ſine actis non attenditur in Rota, quæ ſemper ſtare

Actu ſtare

ſtare ſolet de illius iuſtitia. numero 9.

Appellationi renuntiare quis non poteſt in praiudicium ſine fideiuſſoris, ſeu defenſoris. num. 10.

Nullitas executionis non ſanatur per ſubſequentem actum. num. 10.

DECISIO XXXVI.

DIxerunt Domini exequutionem eſſe reuocandam, 1 quia fuit facta pendentente termino ad appellandum. c. non ſolum. de appell. in 6. Guido Pap. deciſ. 74. in princip. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 5. de appellat. Modern. de attent. pend. term. ad appellan. p. 2. c. 11. in princip. & per tot.

2 Nec obſtare, quod ſententia fuerit lata in poſſeſſorio, ex quod fuit actum via executiua, quo caſu, neque de iure ciuili, neque vigore Ægidianæ, licet appellare, quia præter id, quod ſecundum opinionem quam ſeruat Rota pro legato non competit via executiua, vt fuit pluries reſolutum, & ſignanter in cauſa Hortana domus 24. Ianuarij 1605. coram R. D. meo Bonon. & in cauſa Romana ſpolij. 9. Iunij 1606. coram Illuſtriſſ. Card. Lancellotto.

3 Fuit etiam dictum de iure Canonico, quod in ciuitate Beneuentana eſt ſeruandum, dari appellationem à quocunque grauamine etiam in poſſeſſorio. Clem. 1. in fin. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. c. cum ad ſedem, vbi late. Abb. de reſtit. ſpoliat. Afflict. deciſ. 269. nu. 2. Couarr. pract. q. cap. 23. num. 8. verſic. prima concluſio.

4 Et in remedio exequutiuo, quod datur pro vltimis voluntatibus, Contard. in l. vnic. nu. 6. limit. 3. C. de mon. poſſ. fuit dictum in cauſa Mediolanen. legati 30. Octobris 1585. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio quod procedit etiam ad effectum ſuſpenſiuum. Contar. in d. l. vnic. limit. 3. n. 2. C. de mon. poſſ. & fuit dictum in cauſa Imolen. Legati. 24. Maij 1595. coram Orano, & in cauſa Rauennaten. Attentatorum. 20 Maij 1611. coram R. P. Domino Coccino.

5 Quo vero ad Ægidianam fuit reſponſum, illam non habere locum in caſu iſto, ex quo agitur de rebus ad Eccleſiam ſpectantibus, vt fuit dictum in cauſa Romana Saluiani interdicti. 12. Iunij 1589. coram Bubalo, & in dicta Imolen. Legati. 24. Maij 1595. coram Orano. Et ad hunc effectum ſufficit, quod Eccleſia ſit actrix, licet reus ſit laicus, metimur enim ius ex parte actoris, Hond. conſil. 20. n. 12. verſ. 2. dicimus, & num. ſeq. lib. 2. qui refert plures deciſiones Rotæ, & fuit dictum in dicta Romana Saluiani interdicti 12. Iunij 1589. coram Bubalo.

6 Præterea fuit dictum, Ægidianam non habere locum ſtante nullitate, & iniuſtitia ſententiæ. Corn. conſ. 10. nu. 2. verſ. niſi forte diceretur. lib. 4. Nat. conſil. 172. num. 4. & in ſpecie de Ægidiana. Contard. in d. l. vnic. limit. 9. n. 22. Put. deciſ. 4. de Ægid. & fuit dictum in cauſa Romana Saluiani. 14. Decemb. 1598 coram Illuſtriſſ. Cardin. Lancell. & in Senogall. Spolij. 10. Ianuar. 1600. coram bon. memor. Pacen.

7 Nullitas autem clara deducitur ex defectu citationis ad ſententiam, quæ fuit ſimpliciter ad comparendum, non autem ſpecifice ad ſententiam, prout requiritur. Gloſſ. in Clem. ſæpe, verb. ad id, vbi Cardin. num. 9. Imol. num. 81. de verbor. ſignif. Rot. deciſ. 17. num. 2. de re iudic. in nou. & fuit deciſum in cauſa Aretina Cappellaniæ 5. Martij 1610. coram Illuſtriſſ. Cardinale Lancellotto. Nec videtur poſſe ſuſtineri ex contrario ſtylo illarum partium pro Eccleſia allegato, quia non probatur prout probari deberet ab Eccleſia, quæ illum allegat, Soccin. conſ. 46. n. 51. verſ. & ideo lib. 4. Dec. conſ. 402. n. 11.

8 Iniuſtitia vero ex eo colligitur, quia præterquã, quod vt dictum eſt, pro legato non competebat via executiua fuit dictum non fuiſſe in actis probatam identitatem rei legatæ prout plene, & concludenter probari debet, antequam ad immiſſionem deueniri poſſit. Corn. conſ. 144. n. 11. lib. 4. Aym. conſil. 198. n. 4. Menoch. conſ. 507. n. 4. lib. 6.

9 Minus obſtare ea quæ de notorio bono iure Eccleſiæ dicebantur ex ſententia lata in iudicio criminali, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & quod propterea appellatio, tanquam friuola in caſu iſto non eſſet admittenda, quia fuit reſponſum non conſtare de iuſtitia dictæ ſententiæ, ex quo eſt ſine actis, & tamen de eis conſtare deberet cum Rota non ſoleat attendere ſententias aliorum iudicum niſi guſtata illarum iuſtitia, maximè quod dicta ſententia fuit lata in iudicio criminali, in quo agebatur principaliter de falſitate.

10 Nec demum obſtare, quod Mariella contra quem fuit lata ſententia appellationi renuntiauerit, quia non poterat illi renuntiare in præiudicium authoris, & defenſoris ſui, quia ante renuntiationem venerat ad cauſam, & iudicium in ſe ſuſceperat ex trad. per Felyn. in c. ex parte, il 2. n. 5. de reſcript. & in omnem euentum, executio fuit facta ante renuntiationem, quæ propterea non poteſt ſuffragari ad euitandam nullitatem iux. deciſ. Cæſ. de Graſſ. 2. nu. 5. de appell. & fuit dictum in cauſa Pampilonen. beneficij. de Tholoſa. 16. Nouemb. 1607. coram Reu. D. meo Bonon. & alias ſæpe.

EODEM.

BVRATTO.

Terulen. Vicariæ.

Veneris 28. Februarij 1614.

SVMMARIVM.

Inſtitutio non dicitur diffinitiua, vel diffinitiua, vim habens, niſi quando fuit facta vocatis vocandis, & cum cauſa cognitione. num. 1. & num. 2. vbi quod idem eſt de inſtitutione denegata.

Confirmatio facta ſine contradictione, & cauſa cognitione non habet vim diffinitiua, ſed dicitur actus extraiudicialis, num. 1.

Argumentum ab oppoſitis valet, n. 2.

Verba iudicis ſine cauſa cognitione prolata non habent vim diffinitiuæ, præſertim vt faciant iudicatum, num. 2.

Incontinenti facta dicuntur fieri abſque cauſa cognitione, numero 3.

Iudicium non dicitur, vbi non adeſt Iudex, & pars. n. 3.

Appellatio admittitur à quocunque grauamine etiam extraiudicialiter illato. n. 4.

Sententia, ſeu pronuncia natura non poteſt ex facto vnius partis immutari. num. 4.

Cauſa non poteſt per partes de ordinaria effici ſummaria. numero 4.

DECISIO XXXVII.

DVbitaui, an conſtaret de tribus conformibus ad fauorem Epiſcopi Terulenſis ſuper concurſu faciendo ad Vicariam Sancti Andreæ, & DD. negatiuè reſponderunt. Non enim habuerunt pro diffinitiua, vel vim diffinitiuę habente ad effectum, vt inter alias duas diffinitiuas ſuper concurſu faciendo ſubſecutas computari poſſet, reſponſionem datam 14. Nouembris 1600. à Vicario pręſentationi coram eo factę nomine Portionariorum de Ioanne Cedrilla, quod non poterant præſentare niſi pręuio examine, & approbatione per examinatores Synodales, iuxta Sacr. Concil. Trid. diſpoſitionem. Neque

aliam

Digitized by Google

aliam 5. Iulij 1601. alteri præſentationi per obitum d. Codrillas, quod erat paratus præſentationem admittere ſeruata forma Concilij.

1 Nam ſicut inſtitutio non eſt diffinitiua, nec diffinitiuæ vim habens, niſi quando facta fuit vocatis vocandis, & cum cauſæ cognitione, ſed interlocutoria, gloſ. in cap. fin. in verbo inanes. de elect. in 6. quam ſequuntur ibi Anchar. num. 4. verſic. quinto quæro, & Franch. num. 7. Lambert. de iur. patron. art. 4. nu. 6. q. 11. principalis ſecundæ par. ſecundi libri, prout etiam confirmatio facta ſine cõtradictione, & cauſæ cognitione, non habet vim diffinitiuæ. Sed eſt actus extraiudicialis. Innoc. in cap. conſtitutis. il ſecundo column. 3. in princ. verſic. illud tamen. de appellat. & ibi Butr. numero 9. verſ. Intelligerem autem, & n. 17. verſic. oppono, quod iuſtificetur circa fin. Abbas n. 14. verſ. ſed contra prædicta. Imol. n. 9. verſ. In ea glo. circa fin. Bellam. n. 10.

2 Ita idem dicendum eſt de Inſtitutione denegata arguendo ab oppoſitis. Et facit ratio verba iudicis ſine cauſæ cognitione prolata, non habere vim ſententiæ, & præſertim, vt faciant iudicatum, l. ex ſtipulatione. Vbi gloſſ. in verbo potuit, & Bartol. in principio. & in 2. notab. C. de ſentent. & interloc. & eſt tex. in l. interlocutio 4. C. commin. epiſtol. &c.

3 Reſponſiones autem prædictæ emanarunt in continenti poſt præſentationem, & ſic abſque cauſæ cognitione. Bar. in d. l. ex ſtipulatione in fine, nemine vocato, & à Vicario nomine Portionariorum adito, non vti iudice, quod conſtet, ſed vti habente facultatem inſtituendi præſentatum ab eis, & non interueniente Procuratore menſæ Epiſcopalis, & ſic contradictore, adeo vt nec etiam poſſit dici iudicium. c. Forus. de verb. ſignific.

4 Neque obſtat, quod Portionarij appellauerint à prædictis reſponſionibus, quia non exinde infertur eas fuiſſe diffinitiuas, vel illarum vim habuiſſe, cum ab omni grauamine etiam extraiudicialiter illato detur de iure Canonico appellatio. ex not. per Doctor. in d. cap. conſtitutionis. il ſecundo. de appellat. Neque poſſit pronuntiæ natura ex facto alicuius partis immutari, prout dicitur de natura cauſæ, quam partes non poſſunt de ordinaria ſummariam efficere. Cardin. in clemen. ſæpe. nu. 13. quæſtione 12. de verborum ſignific. Maranta in ſuo Speculo par. 4. diſt. 9. n. 213.

EODEM.

MANZANEDO.

Calagurritana de Amuzzio.

Veneris 25. May 1612.

SVMMARIVM.

Appellatio interpoſita poſt decem dies non dicitur legitima. num. 1.

Tempus ad appellandum contra verum contumacem currit à die ſententiæ, non autem à die ſcientiæ, n. 1.

Sententiæ notitia arguitur ex receptione alicuius rei vigore ſententiæ, num. 2.

Appellatio debet fieri coram iudice. num. 3.

Paria ſunt non appellare, vel minus legitimè appellare. numer. 3.

Apoſtolorum petitio eſt de ſubſtantia appellationis, n. 3.

DECISIO XXXVIII.

1 DVbitaui, an conſtaret de legitima appellatione, & de illius legitima proſequutione. Et Domini negatiuè quo ad vtramque partem dubij reſponderunt. Cum appellatio fuerit interpoſita poſt decem dies. Vnde non fuit legitima, c. Romana. §. ſi vero. de appellat. Nec obſtat, quod proceſſum fuiſſet per contradictas, & ſic in contumacia. Vnde decem dies eſſent computandi à die habitæ notitiæ ſententiæ. Quia reſpondetur, quod cum perſonaliter fuiſſent citati beneficiati, & œconomus fabricæ, & decuriones Populi, & alij Ciues ad proſequutionem cauſæ, non comparendo fuerunt effecti veri contumaces, quo caſu decem dies ad appellandum currunt à die ſententiæ, non vero ſcientiæ, prout Rota obſeruat, vt in deciſ. 16. circa finem de dol. & contum. in nou. Felyn. in cap. frequenter. numero 19. in fin. vt lit. non conteſt.

2 Vltra quod videbatur, quod veriſimiliter potuiſſent habere notitiam d. ſententiæ de anno 1605. propter intimationem exequutorialium, & propter receptionem ſummæ Ducatorum 809. quos habuerunt vigore d. ſententiæ, & de quibus dederunt quietantiam Rectores, Beneficiati, & Capitulum d. Eccleſiæ. nec non Prætor, decuriones, & reliquæ perſonæ Regiminis d. Loci. Nec non D. Maria Saenz de Venero Vidua quondam Ioannis de Varcitia, & Martinus de Ayala, Dominus domus de Saoria, & multi alij incolæ d. loci pro ſe, & nomine fabricæ Eccleſiæ, & vti illius adminiſtratores.

3 Vlterius quia prædicta appellatio non fuit facta coram iudice, prout fieri debuit, ad text. in cap. vt debitus honor. ibi coram eodem iudice, & cap. fin. de appellat. c. appellatio. eodem tit. in 6. Specul. eodem tit. §. qualiter, num. 8. Soccin. conſil. 45. num. 1. lib. 1. Vnde habetur, ac ſi interpoſita non fuiſſet, cum paria ſint non appellare, vel minus ſolemniter appellare. vt fuit dictum coram Domino meo de Vbaldis, in vna Mediolanenſis, de Alepardis. 16. Ianuarij præſentis anni. Tum etiam quia nec Apoſtoli fuerant petiti, qui ſunt de ſubſtantia appellationis, Rot. deciſ. 50. n. 3. de appellat. in nou. Ex quibus ſic fuit reſolutum.

EODEM.

MANZANEDO.

Conchen. Decimarum del Campillo.

Lunæ 17. Decembris 1612.

SVMMARIVM.

Attentata non cauſantur per appellationem ab interloquutoria, niſi ſubſequuta inhibitione iudicis ad quem. num. 1.

Attentata non dicitur ſententia lata poſt appellationem ab interlocutoria, ſi iudex ad quem non inhibuit. num. 1.

Appellatio dicitur deſerta, ſi appellans non petiit Apoſtolos. num. 2.

Appellationis renunciatio inducitur per reditum ad iudicem à quo. num. 2.

Attentata non cauſantur ex appellatione nulla. n. 3.

DECISIO XXXIX.

1 PRopoſito dubio, an ſententia de partibus ſit attentata. Domini amplexi fuerunt negatiuam, cum ex ea attentata prætenderentur, quia fuerat lata poſt appellationem interpoſitam pro parte Capituli à quodam decreto à Prouiſore. Conchen. facto ſuper decimis conſignandis Tertiario deputato pro parte D. Epiſcopi, quæ appellatio à prędicto decreto interpoſita viſum fuit, non potuiſſet operari, quod dicta ſentẽtia ſit attentata. Tum quia tale decretum fuit quædam ſimplex interlocutoria, à qua

à qua licet de iure Canonico detur appellatio tamen illa non cauſat attentata, niſi ſubſequuta inhibitione iudicis ad quem, iuxta text. in c. non ſolum. de appellat. in 6. Ratio eſt, quia non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo, & ſic talis ſententia poſt d. appellationem non dicitur attentata. Verall. deciſ. 34. p. 1. Lancell. de attent. 2. p. c. 11. limit. 1. n. 1. & 24.

2 In noſtro autem caſu non apparet emanaſſe vllam inhibitionem a iudice ad quem, immo nec iudicem à quo cõſtat appellationi expreſsè, vel tacitè detuliſſe vlterius, quia nec appellans petijt Apoſtolos, nec pro illis fuit reuerſus. Vnde appellatio fuit ſaltem deſerta. cap. 1. Vbi gloſ. in verbo Apoſtolos, & cap. ab eo de appellatio. in 6. Clement. quamuis, eod. tit. Leos. §. Apoſtolos. Vbi Bar. C. eod. tit. Maran. de ordin. iudiciar. 6. p. in verb. & quandoque appellatur. n. 208. & Rolan. deciſ. 50. de appellat. in nou. & fuit reſolutum in vna Peruſina de Vbaldis. 13. Iunij 1588. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & in cauſa Forolinien. de Torellis. 7. Nouemb. 1607. coram Reuerendiſſ. Lugdunen. & in Romana Pecuniaria. 27. Iunij 1611. coram Domino meo Vbaldo. Tum etiam quia idem Procurator, qui appellauerat, poſtea redijt ad eundem iudicem à quo. Vnde inducitur renuntiatio appellationis ad notata in cap. Gratum de offic. deleg. Put. deciſ. 380. lib. 1.

3 Tandem facit, quod prædicta appellatio fuit omnino nulla, cum fuerit interpoſita. 27. Auguſti, & decretum fuiſſet factum ſeptima eiuſdem. Vnde appellatio venit poſt 20. dies elapſos a decreto, & ſic poſt tempora data ad appellandum, & ex eo non potuit cauſare vitium attentati in ſententia poſtea emanata. c. non ſolum. & ibi gloſſ. in verbo, Infra decennium de appellat. in 6. Lancell. vbi ſupra, p. 2. c. 12. limit. 50. n. 1. & 47.

VEROSPIO. P. II. T. II.

Brixien. Canonicatus.

Veneris 21. Maij 1615.

SVMMARIVM.

Attentata dicitur poſſeſſio capta intra decem dies datos ad appellandum. n. 1.
Exequutor datus in forma dignum dicitur mixtus. n. 2.
Appellatio datur à ſententia mixti exequutoris. n. 2.
Exequutor gratiæ certo modo impetratæ dicitur mixtus. n. 2.
Citatus in iudicio dicitur fuiſſe in cauſa. n. 3.
Attentata, vt non purgentur propter bonum ius attentantis, bonum ius debet eſſe clarum per rem iudicatam, vel partis confeſſionem. n. 4.
Poſſeſſio Canonicatus non capta capitulariter non ſuffragatur. numero 5.

DECISIO XL.

1 CLaudius Barbiſonus impetrauit à Sanctiſſimo Canonicatum, de quo agitur, vti deuolutum ex prætextu, quod Auguſtinus Franciſci Coradellæ coadiutor in habitu clericali non incideret, & præſentatis à dicto Barbiſono literis ſuæ prouiſionis in forma dignum, & cum clauſulis ſi ita eſt, ac dummodo non ſit alteri ius quæſitum, Vicarius Brixien. pronunciauit illas eſſe mandandas exequutioni. Verum Conſtantinus Manerba, qui prætendebat in poſſeſſione dicti Canonicatus exiſtere, tanquam ab Epiſcopo Brixien. per obitum Coradellæ prouiſus, ab huiuſmodi ſententia infra legitimum tempus appellauit, ſed appellatione non obſtante Vicarius contulit Claudio Canonicatum, eiuſque poſſeſſionem illi tradidit. Vnde cum inſtaret Conſtantinus in Rota pro attentatorum reuocatione, Claudius obtinuit a Sanctiſſimo mihi reſcribi, vt conſtito de ipſius bono iure procederem in cauſa reiectis arbitrio Rotæ attentatis, quo ſtante propoſiti dubium, an intraret arbitrium, & Dominis placuit, vt Canonicatui ſequeſtrum apponeretur. Nam quo ad Claudij poſſeſſionem, illa capta fuit infra decem dies ad appellandum, & propterea dicitur attentata. c. non ſolum. de appell. in 6. Clem. 2. vt lit. pend.

2 Nec poteſt controuerti, quin daretur hic appellatio, cum Vicarius Brixien. eſſet mixtus exequutor vti datus in forma dignum, & per hoc ab eius ſententia ſuper literarum Apoſtolicarum exequutione poterat appellari. Felyn. in cap. fin. n. 17. & 33. ad fin. verſic. quarto aduerte. de præſumpt. Put. deciſione 202. p. 1. diuerſ. Seraphin. deciſ. 817. in princ. part. 1. Cum præſertim ageretur de exequutione gratiæ, certo modo impetratæ. Seraph. deciſ. 1471. n. 1.

3 Non obſtat Conſtantinum, qui non erat in cauſa, dare non potuiſſet de attentatis. Quia cum fuerit ille citatus ad inſtantiam Claudij, bene dicitur fuiſſe in cauſa. Clem. 2. vt lit. pend. Rot. deciſ. 42. n. 22. par. 2. Lancell. de attent. lit. pend. in præfatione. n. 28.

4 Nec vales dicere, ſequeſtrum non eſſe decernendum ob prætenſum bonum ius Claudij attentatis, cum eius prouiſio, tanquam de beneficio affecto ſuſtineatur. Nam ad hunc effectum illius bonum ius debet per rem iudicatam, vel partis confeſſionem apparere. Ægid. deciſ. 107. Rot. deciſ. 3. de reſtit. ſpol. in nouis. Lancell. de attent. par. 3. c. 24. q. 1. num. 65. de quibus in præſenti caſu non conſtat.

5 Quo vero ad Conſtantini poſſeſſionem, illa pariter non ſuffragatur, tanquam non capta capitulariter in Eccleſia Cathedrali, vt requirebatur. Caſſad. deciſ. 8. de cau. poſſeſſ. & propr. Put. deciſ. 20. lib. 2. Than. deciſ. 35. Vltra quod illa poſſeſſio fuit viſa Dominis etiam turbida, quia propterea ſequeſtrum eſſe apponendum cenſuerunt.

EODEM.

BVRATTO.

Forolinien. Fideicommiſſi.

Lunæ 16. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Attentata ceſſant, ceſſante appellatione. n. 1.
Iudex deferendo appellationi abdicat à ſe iuriſdictionem illam transferendo in iudicem ad quem. n. 1.
Attentata non poſſunt conſiderari reſpectu iudicis, qui poſt delationem appellationi nihil innouauit. n. 1.
Attentata non poſſunt conſiderari reſpectu partis, quæ ignorauit, quod iudex detulerit appellationi. n. 2.
Sententia interlocutoria exequutioni demandata non poteſt per iudicem in præiudicium partis appellatæ reuocari, n. 2.
Appellationis relationi conſentire videtur pars appellata per impetrationem commiſſionis cauſæ appellationis. n. 3.
Attentata non poſſunt cauſari à procuratore abſque ſpeciali mandato. num. 3.
Filius quando poſſidet, eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem fideicommiſſarij ratione legitimæ ſibi debitæ, niſi tamen fideicommiſſarius velit concedere retentionem pro legitima. n. 4.
Hæres petens ſe immitti contra fideicommiſſarium excluditur, quando quarta, quam vult detrahere, eſt certa, quia ſufficit illam ſibi à fideicommiſſario reſtitui. n. 4.
Fideicommiſſario poteſt concedi immiſſio pro indiuiſo, quando

hæres debet detrahere legitimam, & Trebellianicam nu 5.
Attentata in terminis Ægidianæ non cauſantur ex iniuſtitia, niſi ſit notoria.n.5.

DECISIO XXXXI.

1 CONcluſum fuit pro non attentatis, quia poſſeſſio fuit capta in vim mãdati pro fideicommiſſarijs expediti, vigore ſententiæ Rotalis ſuper immiſſione ad eorum fauorem latæ. Et ideo intrat Ægidiana prohibens appellationem, qua ſublata ceſſant attentata ex vulgar. Et licet poſt expeditum, ante tamen exequutum mandatum fuerint Oliuerijs appellantibus dati reuerentiales, tamen ex hoc non fuit effecta cauſa appellabilis, nec cauſata attentata, quia iudex, qui per delationem abdicauit ſolum à ſe iuriſdictionem illam transferendo in iudicem ad quem, c.cum appellationib.§. ſi vero. Vbi Doctor.de appell.in 6.Maran.in ſuo Spec.3. par.6. par.principalis. quæſt 2.n.146. cum allegatis per Lancel.2. par.c.12.de attent appell. pend.limitat.6.& limitatt.1.nu.66. & ſeq. nihil vlterius innouauit.

2 Et ideo poſſeſſionis adeptio reſpectu iudicis non fuit attentata, nec reſpectu partis, quæ delationem ignorauit, & cui poſt expeditum mandatum iudex dando reuerentiales præiudicare non potuit, cum expeditio mandati ſit interlocutoria executioni demandata, quam iudex in præiudicium partis appellatæ reuocare non potuit, gloſſ.vlt.ad fin.in l.1 §.fin.ff.de præt.ſtipul.Vbi Bart. n.4.Caſtren.num.2.verſic. Tertio modo. Roman.conſil. 226.in prin. Iaſ.in l. quod iuſſit.n.32. ibique Rip.nu.33. dicens, gloſſam illam ab omnibus approbatam. ff.de re iudicat.

3 Non obſtat commiſſio cauſæ appellationis Interpoſitæ pro parte Eliſabethæ,& Armellinæ impetrata per appellatos, ex qua videntur conſenſiſſe delationi, ad notat. per Lancell.d.par.2.cap.12. n.27.cum ſeq. Quia fuit obtenta per procuratorem generalem ad lites, qui non potuit ſine ſpeciali mandato actum facere, ex quo cauſarentur attentata. Rot.deciſ.81. alias 7.vt lit.penden.in nouis.cum alijs per Lancell. de attent.par.1.c.1.num.13. & ſeqq.

4 Minus facit prætenſa iniuſtitia ſententiæ ex eo, quod cum eſſet detrahenda legitima iuxta deciſionem factam 9.Maij 1611.coram R P.D.Pamphilio non potuerit dari immiſſio, pro duabus ex tribus partibus pro indiuiſo ne appellantes inuiti inciderẽt in communionem. Quia licet filius ſit legitimus contradictor, quando poſſidet ad impediendam immiſſionem ratione legitimæ ſibi debitæ, Zuccar.in l.fin.n.429. & 430.C.de edic.Diui Adrian. tollen.Menoch.de adipiſcend.remed.4.num.642.& 643. Tamen ſicuti hæres petens ſe immitti contra fideicommiſſarium poſſidentem vt detrahat quartam, excluditur, quando quarta eſt certa, quia ſufficit illam ſibi à fideicommiſſario reſtitui. Corn. conſilio 232. num.15. libro quarto.Zuccard.dict.l.fin.n.428. Menoch. d.remed. 4.n.641. Surd.deciſ.333. n.7.in 4.vol.conſil. Ita non poteſt impediri immiſſio fideicommiſſarijs volentibus concedere retentionem pro legitima.

5 Et hanc opinionem vti valde æquam ſeruat Rota cõcedendo immiſſionem fideicommiſſario pro indiuiſo non obſtante detractione legitimæ, vel Trebellianicæ, vt in Interamnen.de Paradiſis. 1.Iulij 1607. coram R.P.D. meo Pamphilio, & in Celeuaten. de Aldinis. 24. Iunij 1611.coram R.P.D.meo Decano. Et ita excluditur prætenſa iniuſtitia, quæ deberet eſſe notoria ad cauſandum attentata, vt ſunt verba eiuſdem Ægidianæ. Et late declarat Contardus de momentanea poſſeſſ. limitat. 9. ratione notoriè iniuſtitiæ. Ceſſat etiam motiuum non præſtitæ cautionis refectionis melioramentorum, quia illa fuit præſtita in partibus ante adeptam poſſeſſionem. Et ita concluſum non conſtare de attentatis.

EODEM.

DVNOZETTO.

Salernitana Contributionis.

Veneris 14. Nouembris 1614.

SVMMARIVM.

Paria ſunt non appellare, & minus legitimè.n.1.
Appellatio debet fieri coram iudice.num.2. Vbi etiam de Stylo Rotæ, & nu.3. Vbi quid ſit agendum vbi Notarius non vult adire iudicem.
Fallit vbi iudicis præſentia haberi non poſſet.n.3.
Rota non attendit nec exequitur ſententias aliorum Tribunalium, niſi conſtito de earum iuſtitia.n.4.
Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, non tranſit in iudicatum n.4.

DECISIO XLII.

1 PRopoſito dubio vtraque parte informante, an conſtet de re iudicata ſententiæ Rotalis alias ſub die 12. Maij præteriti informante ſolum Monaſterio reſoluto, Domini ſteterunt in deciſis, nempe conſtare de re iudicata, eodem fundamento in deciſione deducto, quod per Procuratorem Monialium non fuerit legitimè appellatum, cum paria ſint non appellare, & minus legitimè, vt fuit etiam dictum in vna Mediolan. iuris patronatus 16. Jan.1612. coram R. P. D.meo Vbaldo,& in Calagurritana de Amoneo 25. Maij eiuſdem anni coram Reuer. P. D.meo Manzanedo.

2 Fuit etiam minus legitimè appellatum ex quo appellationis ſchedula fuit dimiſſa in manibus Notarij vltima die termini, cum tamen coram iudice appellari debuiſſet, nedum ex diſpoſitione Iuris Cæſarei,& Canonici,l.1. §.dies,ff.quando appellan.ſit.canonizata in c.biduum 11. q.6.c.vt debitus, de appellat.c.cordi.eod.tit.lib.6. clem. 1.eod.tit.gloſ.in c. appellatio. in verbo Iudici.& ibi poſt alios Franc.ſub n.3.eod.tit.cum alijs per Mandoſ.in add. ad Lap. alleg.38. in verb.in præſentia. Sed etiam ex ſtylo huius, & aliorum Vrbis Tribonalium, vt atteſtantur Primarij Curiæ Procuratores, non placeret Dominis hunc ſtylum laudabilem iuri conformem immutari, eſſetque res periculoſi exempli, ſi Notarijs facultas daretur recipiendi appellationes interiectas in abſentia Iudicum.

3 Vnde nõ viſum fuit hoc caſu eſſe locum doctrinæ Bal. in auth.quæ ſupplicatio, n.3. C.de precibus imper.offeren. quã ſequitur Alex. in add.ad Bar.in l.1.§.libel.in litera g. ff.de appell.& alijs allegatis per Informantes pro Monialib. Nam vt declarat Grauat. in add. ad Veſtr.lib.7. cap. 3. n. 58. verſ.cæterum Bald. Et dicta doctrina procedit, vbi iudicis præſentia haberi non poſſet, & idem tradit poſt alios, Guid. Pap. deciſ.436.n.64. verſ.in abſentia tamen iudicis, Mandoſ.ad Lap.in d.allegat. 38.in verſic. ſiquis. Hoc vero caſu ne dum non fuit probatum non potuiſſet haberi acceſſum ad iudicem, ſed ex facto conſtare de contrario, cum eadem die, qua Procurator dimiſit ſchedulam penes Notarium adierit Iudicem, & licet Notarius noluiſſet adire iudicem, tamen ob id Procurator non excuſaretur, quia alius poterat adhiberi, qui rogaretur de dicta appellatione ad referendum iuxta ſtylum Curiæ, vt fuit dictum in alia deciſ. Nec obſtare viſum fuit Dominis, quod dicebatur pro parte

Monia-

531

Monialium Sententiam Rotalem ex duplici capite laborare vitio nullitatis, quia ſcilicet reuocauerat ſententiam vltimo loco in hac cauſa extra Rotam latam, quæ tranſitum fecerat in rem iudicatam etiam parte opponente, deinde, qua integra acta non fuerunt coram R. P. D. Vbaldo tranſportata.

4 Reſponſum enim eſt quo ad primum caput, tritum eſſe, Rotæ Tribunal non attendere, nec exequi ſententias extra Rotam latas prætextu rei iudicatæ, niſi conſtito de earum iuſtitia, quod tantum abeſt vt conſtet, quin potius coram bo. memor. Illuſtriſſ. Card. Pamphilio, die 21. Iunij 1599. fuit dictum, d. Sententiam extra Rotam latam eſſe reuocandam, deinde coram R. P. D. Vbaldo fuit reſolutum, non conſtare de bono iure Monialium. Vnde intrat iuris regula, ſententiam nullam, vel iniuſtam, quæ non verificatur ex actis non tranſire in rem iudicatam. Quo ad ſecundum caput attinet, viſum fuit non verificari in facto. Verum antequam ad executionem huius rei iudicatæ procedatur, exiſtimarunt Domini, ex ſolita benignitate Moniales ſuper deciſione facta coram R. P. D. Vbaldo ſine prǫiudicio iurium partium iterum poſſe audiri. Et ita deciſum.

E O D E M.

M A N Z A N E D O.

Nouarien. Canonicatus.

Lunæ 22. Iunij 1615.

S V M M A R I V M.

Narratiua vacationis ob priuationis ſententiam, quæ tranſitum fecit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem, ſeu illius non proſequutionem debet iuſtificari per exhibitionem ſententiæ, vna cum proceſſu. n. 1.

Appellatio quo ad effectum ſuſpenſiuum non datur à ſententia priuationis ob non reſidentiam, niſi tamen iudex nulliter, & iniuſtè proceſſerit. n. 1.

Sententia lata contra mortuum eſt nulla. n. 2.

Clauſula prǫterquam per obitum ſolet apponi in odium impetrantium. n. 2.

Poſſeſſor, qui non produxit titulum, poteſt ſe iuuare poſſibilitate alterius tituli. n. 3.

In beneficialibus datur multiplicatio titulorum. n. 3.

Valor non probatur per arrendamenta. n. 4.

Teſtis de ſuo iudicio deponens non probat. n. 4.

D E C I S I O XLIII.

1. PRo non iuſtificatione gratiæ Marchetti Domini reſponderunt. Primo, quia narrauit Canonicatum, de quo agitur, vacare ob priuationem Benedicti Eurghi factam ab ordinario ſeruatis ſeruandis per ſententiam diffinitiuam, quæ tranſiuit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem, ſeu illius non proſequutionem, & tamen hǫc vacatio, in qua illius gratia fundatur, nullatenus apparet iuſtificata, cum non exhibeatur ſententia, nec proceſſus deſuper fabricatus, ex quo apparere poſſit de prǫdictis, & præſertim, quod non fuerit appellatum, iux. deciſ. Mohed. 11. de præbend. Nam licet a ſententia priuationis ob non reſidentiam non detur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum cap. relatum, & cap. conquǫrente, de cler. non reſidend. Concil. Trid. ſeſſ. 24 cap. 1. de reformat. Tamen id intelligitur, quando fuit ritè, & rectè lata, iuxt. dec. Seraph. 1346. per totum. Qualis an ſit illa ordinarij, diſcerni non poteſt, cum non detur proceſſus, vt ſupra deductum eſt.

2 Immo ex teſtibus examinatis datur maximus fumus, quod de tempore ſententiæ priuationis latæ dictus Benedictus eſſet mortuus. Vnde ſententia diceretur lata contra mortuum, & ſic non poſſet excuſari à vitio nullitatis. l. ſecunda. ff. quan. ſent. ſine app. reſcin. l. de qua re §. cum abſentem. ff. de re iudic. Caputaq. deciſ. 140. part. 3. Ex qua morte Benedicti, ſi de illo tempore certificaretur, ſequeretur etiam Canonicatum vacare per obitum, nō autem per priuationem, prout Marchettus narrauit, à qua vacatione per obitum fuit expreſsè ille excluſus propter clauſulam præterquam per obitum apponi ſolitam in odium impetrantium Rot. deciſ. 624. n. 5. part. 3. lib. 3. Moder. Hiſp. ad reg. 8. Gloſ. 23. numer. 33. & ſeq.

3 Secundo principaliter non iuſtificatur gratia in eo, quod narrauit Seram fuiſſe ab Epiſcopo prouiſum, nec alium legitimum titulum haberi. Cum enim Sera non produxerit aliquem titulum Epiſcopi, & ſic reus, & poſſeſſor ad excludendum Marchettum actorem, poteſt ſe iuuare poſſibilitate alterius tituli, quia in beneficialibus datur multiplicatio titulorum, vt fuit dictum in vna Cæſarauguſtana de Maella. 8. Nouembris 1599. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & in alia Caſalen. Canonicatus 29. Nouembris 1613. coram me, qua poſſibilitate ſtante, non poteſt dici iuſtificata narratiua, quod Sera alium titulum non haberet.

4 Vltimo viſum fuit DD. non iuſtificari valorem Canonicatus narratum per non exceſſum 80. Ducat. cum teſtes aliqui ſe referant ad arrendamenta, quæ non probant. Ruin. conſ. 35. n. 36. lib. 1. Ferret. conſ. 354. nu. 16. & alij dicant nihil ſcire, alij vero loquantur de ſuo iudicio, Curt. iun. conſ. 144. n. 3.

Scaccia de Appellatione.

E O D E M.

B V R A T T O.

Valentina Cappellaniæ.

Veneris 14. Nouembris 1614.

S V M M A R I V M.

Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum dicitur attentata, & priuilegio attentatorum eſt reuocanda. n. 1.

Attentatorum reuocatio debet peti coram iudice appellationis, cuius fuit læſa maieſtas, nec per alium fieri poteſt. nu. 2. & num. 3.

Ampliat etiam ſtante commiſſione cum facultate reuocādi attentata, quia intelligitur prout de iure, & hi non niſi per iudicem appellationis.

Commiſſio debet intelligi prout de iure. n. 3.

Executio facta pendente appellatione non reuocatur tanquam attentata appellatione deſerta, ſi executio fuit directa. nu. 3.

Attentatis renunciaſſe dicitur, qui paſſus eſt diſcuti de iuſtitia ſententiæ. n. 4.

Appellatio nulla non cauſat attentata. n. 5.

Reſtitutio in integrum non datur aduerſus rem iudicatam poſt lapſum quadriennij. n. 6.

Executio facta ante obtentam reſtitutionem in integrum non reuocatur tanquam attentata. n. 6.

D E C I S I O XLIV.

1 LIcet poſſeſſio Cappellaniæ capta per petrum pendente termino ad appellandum a Sētentia Ordinarij Palētini ad eius fauorem lata ſubſequuta Andreæ eius aduerſarij legitima appellatione fuerit attentata c. non ſolum. de appellat. in 6. Et ibi gl. & priuilegio attentato-

rum reuocanda, Franc. ibi. n. 7. Seraph. deciſ. 1583. n. 1. Tamen contrarium concluſerunt Domini in præſenti caſu.

2 Primò, quia dicta reuocatio attentatorum pendente tempore ad appellandum erat peten. ſicut etiam attentatorum poſt appellationem coram Metropolitano iudice appellationis, dicto, c. non ſolum ibi, Ante omnia per appellationis iudicem, &c. vt poſt Io. And. notat ibi Franc. & in 2. notab. & Gemin. 5. n. 4. Et ſic per iudicem cuius fuit læſa maieſtas Rot. deciſ. 10. n. 4. vt lit. pend. in nouis. Et eſt deciſ. Illuſtriſſimi Cardinalis Lancellot. in Vlixbonen. Beneficij. 24. Nouembris 1597. cum allegat. per Lancell. de attent. qui de communi, 2. p. cap. 27. n. 32. & ſeqq. præſertim n. 35. & 36.

3 Non obſtat commiſſio cum facultate reuocandi quęcunq; attentata, quia intelligitur prout de iure. Creſc. deciſ. 1. de reſcript. Et ſic non niſi per iudicem appellationis. Secundo, quia poſt rem iudicatam non eſt locus reuocationi attentatorum. Executio enim facta pendente appellatione illa deſerta conualeſcit, quando exequutio eſt directa, vt beneficij controuerſi poſſeſſionis adeptio. Sublata enim appellatione tollitur ſuſpenſio iudicati iam inducta, & executio firma manet, & licet male facta non reuocetur, cum de nouo fieri deberet, & firmato principali, videlicet ſententia, firmatur acceſſorium, quod eſt ipſa exequutio, vt Io. Monach quem refert Io. Andr. & vtramque Franc. cap. licet. num. 4. verſi. quod autem. de ſent. excomm. in 6. Anch. c. non ſolum, nu. 7. de appellat. Milis in verbo exequutio facta pendente. Lancell. de attent. appell. penden. 2. p. c. 12. ampl. 1. num. 14. & ſeqq Ad quod facit optimè tex. à contrario ſenſu in l. cum ex cauſa, ff. de appellat. quem adducit Monach. d. c. licet. num. 1. verſ. Sed quæro in principio.

4 Et inde etiam cum Andreas non dederit de attentatis coram iudice appellationis, ſed eo non contradicente Petrus obtinuerit ſententiam confirmatoriam primę, videtur tacitè renuntiaſſe attentatis, & ab eis excluſus. Bar. in l. 1. §. Sed, & ſi is, cui, num. 2. ff. de nou. oper. nunc. Pariſ. conſ. 41. volum. 1. Lancell. 2. par. cap. 12. de attent. appell. pend. n. 3. limit. 24.

5 Vnde cum Andreas non appellauerit à ſententia Metropolitani confirmatoria primæ, prætenſa enim appellatio eſt interpoſita coram Notario illam ſtatim. non autem coram iudice, ideo eſt nulla. c. vt debitus. de appellationibus. Nec cauſat attentata. Lancellot. d. c. 12. limit. 59. n. 184.

6 Et quatenus fuiſſet legitimè interpoſita, fuit deſerta ob lapſum, nedum biennij, ſed etiam quinquennij, Et ſic non poteſt iuuari commiſſione cauſæ reſtitutionis in integrum. l. final. C. de temp in integrum reſt. cap. 1. de reſtitutione in integrum. Vltra quod exequutio facta ante obtentam reſtitutionem in integrum non reuocatur tanquam attentata. Lancell. d. cap. 12. limita. 50. n. 25. Ex quibus dixerunt Domini, non applicari huic caſui deciſ. Cæſar. de Graſſ. 3. de appellat. Et propterea recedendum eſſe à deciſis.

LVGDVNEN. P. II. T. I.

Aurien Parochialis de Pao.

Luna 11. Decembris 1606.

SVMMARIVM.

Appellatio vnius ex conſortibus alteri prodeſt. n. 1.

Ampliа etiamſi appellationi poſtea renunciet. n. 1.

Promiſſio de ſtando vnicæ non excludit ipſo iure, ſed ope exceptionis, n. 2.

Exceptio non admittenda ſi fuit admiſſa nocet, n. 2.

Nullitatis cauſa, vbi eſt commiſſa auditor cognoſcens de nullitate poteſt cognoſcere de negotio principali, et reuocare priorem ſententiam iniuſtam. n. 3.

Liti ſuper beneficio renunciaſſe cenſetur collitigans, qui aſſequutus fuit incompatibile. n. 4.

Recurſus, vbi potuerunt haberi à pluribus non probant contra certum aliquem, niſi in illis ſit nominatus. n. 5.

Proceſſus per contradictas factus poſt mortem procuratoris nō intimata prius morte procuratoris principali nullus eſt. n. 6.

Contrarium vero ſcilicet id non ſeruari in praxi. n. 6.

Citatio partis nō eſt neceſſaria in ſubrogatione Auditoris, n. 7.

DECISIO XLV.

1 FVit concluſum, ſententiam Rotalem eſſe validam, neque obſtare allegatas nullitates Nam quo ad defectū iuriſdictionis, qui deducebatur, ex quo reſpectu Ludouici cauſa, nec fuerat commiſſa, nec committi potuerat, cum ipſe ad remiſſoriam obtinendam ſe obligaſſet de ſtando vnicæ, fuit reſponſum ſufficere, quod cauſa fuerit commiſſa per Franciſcum, quia cum in vna eademque cauſa fuiſſet lata ſententia contra Franciſcum, & Ludouicum, atque contra ambos declarata libertas beneficij, ad quod vterque eorum, licet à diuerſis patronis fuerat præſentatus, appellatio vnius alteri profuit. cap. ſententia ibique Franc. & alij de appell. l. ſi quis ſeparatim. §. vlt. ff. eod tit. l. 1. & 2. C. ſi vnus ex plurib. appell. Bart. in l. quoties C. ſi plur. vn. ſent. Put. deciſ. 459. lib. 2.

2 Neque obſtat prædictum pactum de ſtando vnicæ, quia cum huiuſmodi pacta, & promiſſiones, non excludant aliquem ipſo iure. ſed tantum ope exceptionis. l. ſi vnus. §. pactus. ibique Bartol num. 18. & ſeq. & Iaſ. n. 2. de pact. quādo Ludouicus in iudicio appellationis per Frāciſcum interpoſitæ, comparuit cum Proceſſu remiſſoriali, Alphonſus debuerat excipere Ludouicum non eſſe audiendum. Idque cum non fecerit, ſequitur, quod detecta primæ ſententiæ iniuſtitia ob probationem iuris patronatus ea etiam, quæ prius admittenda non fuiſſent, ſi tamen fuerint admiſſa, ſuum operantur effectum. Abb. in c. 1. n. 8. circa finem. de confir. vtil. vel inutil. ſicuti paſſim dicitur exceptionem non eſſe admittendā, nocere tamen ſi fuerit admiſſa. latè Alex. conſ. 77. n. 13. vol. 2. Et Iaſon. in l. patre furioſo, n. 28 de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Idque in caſu, de quo agitur eo magis videtur admittendū, quia promiſſio de ſtando vnicæ fuit facta ad habendum remiſſoriam. Ideoque intelligenda videtur, quatenus promittens potuiſſet vti remiſſoria, Ludouicus autem in prima inſtantia vti non potuit remiſſoria, quia cauſa fuit expedita. Equidem poſt plures dilationes ad illam producendam conceſſas, ſed tamen ante illius productionē.

3 Non obſtat, quod inſtantia eſſet deſerta per non prorogationem fatalium. Nam fuit reſponſum, ſententiam non eſſe latam ſuper appellatione, quæ forſan erat deſerta, ſed ſuper negotio principali, & ſuper iniuſtitia prioris ſententiæ, quod fieri potuit vigore commiſſionis, quæ vltra clauſulam, quam & quas & cum toto negotio principali, continet etiam expreſſe clauſulam nullitatis, quo caſu Auditor cognoſcens de nullitate, poteſt cognoſcere dę negotio principali, & reuocare priorem ſententiam cōſtito de eius iniuſtitia, vt tradit Imol. in l. ſi expreſſim. de appell. Et tenuit Rota coram Oradino in cauſa Taruiſina Penſionis Mercurij 10. Maij 1570. In qua etiam, vt hoc caſu appellatio erat deſerta,

4 Non obſtat, quod Frāciſcus, qui cauſam commiſit cēſeatur renunciaſſe liti per aſſequutionem beneficij incōpatibilis, cum Parochiali, de qua agitur. Gloſ. in Clementina gratię, in verbo renunciare, de reſcript. Nam quicquid ſit de iſta pacifica aſſecutione, de qua in actis non conſtat, huiuſmodi renunciatio non potuit obſtare Ludouico,

douico, cui, vt dictum eſt, fuerat ius quæſitum per cauſæ commiſſionem, Felyn. in c. cum ſuper num. 8. de re iudic. Rota deciſ. 52. de appellat. in nou. Gabr. conſ. 38. num. 5. lib. 1. qui alios allegat.

5 Non obſtant recurſus habiti ad iudices laicos, ad Rot. deciſ. 7. de re iud. in nou. quia hoc caſu non probantur. Et vbi probarentur potuerunt fieri per patronos laicos. Dum autem recurſus haberi potuerunt à pluribus, non probant contra certum aliquem niſi in illis eſſet nominatus, vt fuit dictum in cauſa Pampilonen. Prioratus de Arguidas, coram R.P.D. meo Ludouiſio 5. Martij 1603.

6 Non obſtat, quod poſt obitum procuratoris Alphonſi fuit proceſſum per contradictas non intimata principali prius morte procuratoris, ad deciſ. Bellam. 494. Nam fuit dictum illam deciſionem in praxi non ſeruari. Vltra quod ille Procurator Alphonſi fuit conſtitutus dum eſſet abſens, nec vnquam comparuit, nec conſtat, quod mandatum acceptauerit, ideoque intrare poſſet alia deciſ. Bellam. 680.

7 Poſtremo non obſtat, quod in ſubrogatione Auditoris non fuerit citatus Alphonſus, vel eius Procurator, quia nec Alphonſus, nec aliquis pro illo aderat, qui citari potuiſſet. Et notum eſt in illis ſubrogationibus, quæ pendent a natu R.P.D. mei Decani, non eſſe neceſſariam citationem.

CAVALERIO. P. II. T. II.

Piſtorien. Beneficij.

Lunæ 23. Iunij 1615.

SVMMARIVM.

Appellatio dicitur deſerta ex illius non proſequutione infra annum. n. 2.

Deſerta non dicitur cauſa, nec lis dicitur extincta per deſertionem cauſa, niſi ſuper deſertione fuit lata ſententia, eaque exequutioni demandata.

DECISIO XLVI.

1 IN Deciſione alias in hac cauſa facta die 10. Ianuarij præteriti dicebatur, quod cum duraret adhuc lis, non obſtante Ceſſione Laurentij Ghibellini propter ſuperexiſtentiam Petri Biſcontij alterius Collitigantis, nō poterant patroni (pendēte lite) præſentare Lazarum, prout præſentarunt, & propterea non fuit neceſſe Andreæ Sanctino ſubrogato in iuribus Laurentij, & Petri facere mētionem de præſentatione Lazari, tanquam nulla, & inualida ex deductis in deciſione. Hoc fundamentum impugnabatur ab Informantibus pro Lazaro qui dicebant, uno litem fuiſſe extinctam, quia poſt præſentationes factas à diuerſis patronis de Laurentio, & Petro, Laurentio fuit ab ordinario inſtitutus, & vigore huiuſmodi inſtitutionis fuerat etiam immiſſus in poſſeſſionem Parochialis, de qua agitur.

2 Ab hac autem præſentatione, & inſtitutione, licet Petrus appellaſſet, tamen non fuerat proſequutus appellationem intra annum. Vnde ob eius deſertionem, & non prorogata fatalia dicta inſtitutio tranſierat in iudicatū, & ſic lis fuerat extincta. Rot. deciſ. 10. n. 3. vt lit. pend. in nou. & conſequenter præſentatio Lazari non fuerit attentata. Rot. dec. 1. de appell. in nou. Verum reſpondebatur non iuſtificari ea, quę dicebantur de inſtitutione, & immiſſione Laurentij. Præterea adòebatur nō poſſe dici litē extinctā per ſolā deſertionem, niſi adſit etiā ſentētia. Rot. d. deciſ. 10. n. 3. quæ fuerit plenariè exequutioni demandata. Sarn. in reg. de Annal. q. 44. in princ. per totū

Mohed. dec. 3. n. 3. vt lite pend. Fuit dictū in Salmantina. Cappellaniæ del Vore. 5. Iulij 1593. corā bo. me. Cardinale Pāphilio. Et ex his reſolutum ſtandū eſſe in deciſis, &c.

MANZANEDO. EOD.

Illerden. Portionis.

Lunæ 16. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Appellatio dicitur deſerta, vbi inſtantia fuit perempta, & fatalia non fuerunt prorogata. n. 1.

Inſtantia perempta videre debet ſolum pronunciare ſuper peremptione inſtantia, & deſertione appellationis. num. 1.

Sententia nulla, & iniuſta non tranſit in iudicatum. n. 2.

Acta, quæ non fuerunt producta non debent tranſportari. n. 3.

Actorum releuantia excuſat à tranſportatione. num. 4. Contrarium. n. 5. Licet ibi poſtea firmetur prima opinio.

Teſtes dicuntur falſi, quando deponunt contra confeſſionem partis. n. 6.

DECISIO XLVII.

1 PRopoſui dubium an ſententiæ Rotales venirent confirmandæ, & affirmatiuam Domini fuerunt amplexi, cum de dictarum ſententiarum Iuſtitia ſatis conſtet ex deciſionibus in prima, & ſecunda inſtantia factis, coram Domino meo Pirouano. 22. Aprilis 1613. & coram Domino meo Buratto. 11. Decembris eiuſdem anni. Quo vero ad nullitates, in quibus potiſſime pro parte Domini Ludouici fundamentum fiebat illas non obſtare viſum fuit. Prima enim deſumpta ex eo, quod ſententia per Dominum meum Pirouanum fuiſſet lata perempta inſtantia, cum fatalia non fuiſſent prorogata, & ſic appellatio eſſet deſerta, clem. ſi appellatum, de appell. quo caſu partes iudicis ſunt tantum in pronunciando ſuper peremptione inſtantiæ, & deſertione appellationis, l. 1. & ſecunda. C. vt infr. cert. temp. Crauet. conſ. 270. n. 7. ex qua nullitate inducebant alias duas nempe ex examine teſtium coram eodem Domino Pirouano, & productione iurium coram ipſo in eadem ſic perempta inſtantia.

2 Quibus fuit reſponſum dictas nullitates non intrare, non enim docetur de dicta deſertione, nec fuit vnquam oppoſitum de illa præſertim in cauſa appellationis coram Domino meo Pirouano. Vltra quod ſtante probatione iuris patronatus laicorum, vt in prædictis deciſionibus fuit dictum, quod ſententia Auditoris Cameræ ſuper reſeruatione fundata fuit deſerta iniqua, & nulla, & non potuit tranſire in iudicatum, & ſic nec appellatio ab illa interpoſita poteſt dici deſerta, nec inſtantia perempta, & Dominus meus Pirouanus potuit tanquam ſuffectus in locum bo. me. Penię, pronunciare prout in prima, ſtante clauſula commiſſionis quam, & quas. Et quamuis in eadem commiſſione adſit clauſula parito literis arbitrio Rotę cum fuerit diſputatum arbitrium, & reſolutum pro ſequeſtro dictæ clauſulæ, parito amplius non operatur tanquam iam ſortita ſuum effectum, & remanſit iuriſdictio Domini mei Pirouani firmata ad hoc, vt poſſet procedere ad vlteriora, prout proceſſit. Quibus ſtātibus ceſſant aliæ nullitates examinis, & productionis iurium coram eodem D. Pirouano.

3 Alia nullitas deſumebatur ex eo, quod non fuerat trāſportatus actus dimiſſionis poſſeſſionis factus per Ioannem Reſpondebat autem, quòd prædictus actus non potuit tranſportari coram Domino meo Buratto, quia nunquam fuit productus prius, ſed ſolum in hac vltima inſtantia coram me.

4 Ad illud vero, quod acta facta coram Auditore Cameræ non fuerunt integre tranſportata in Rota, nempe proceſſus compulſorialis fabricatus coram eodem Auditore Cameræ, fuit reſponſum, quod omnia acta Auditoris Cameræ fuerunt poſita in actis ſtatim commiſſa cauſa in Rota coram bo.me. Penia, & cum illis fuit diſputatum dubium, an intraret arbitrium, & alia poſtea. Vltra quod ille proceſſus compulſorialis non continet, niſi probationem obitus Martini in menſe Aprilis, quod cõfeſſus fuit Ioannes in Montorio, cuius confeſſione ſtante ſatis apparet declara irreleuantia prædicti proceſſus compulſorialis, quæ excuſare videtur ab illius non tranſportatione.

5 Et quamuis in illa Mauricen. officij penitentiariæ 21. Iunij 1591. coram bon. mem. Blanchetto fuerit dictam irreleuantiam actus non eſſe admittendam pro excuſatione non tranſportationis illius, nam cum tranſportatio ſit inducta a lege, non poteſt omitti, nec excuſari per irreleuantiam, nihilominus in alijs deciſionibus, prout in vna Albanen. Beneficiorum 4. Nouembris 1609. coram Illuſtriſſimo Lancelloto, & in alia Placentina de Malpartida 4. Martij 1611. coram Reuerendiſſimo Bonopien. Rota ex capite irreleuantiæ excuſauit, non tranſportationem actus irreleuantis, ac ex eo cenſuit intrare arbitrium pro ſanatione nullitatis nõ tranſportationis actorum, quod & videtur æquitati conſonum, nec præſumitur quod lex expoſcens actorum tranſportationem, intellexerit de ſuperfluis & non releuantibus, vltra quod ad maiorem cautelam in caſu noſtro iſte proceſſus compulſorialis fuit tranſportatus in ſecunda inſtantia, coram Domino meo Buratto. Ad aliam nullitatem, quod ſupradicta iura producta non eſſent in forma probanti fuit reſponſum originalia fuiſſe exhibita, & recognita coram Domino meo Buratto.

6 Tandem opponitur contra teſtes, quatenus videntur teſtificaſſe iſtud ius patronatus eſſe ex dotatione, & fundatione, & ſic contra confeſſionem partis nempe iuratos, qui confeſſi fuerunt eſſe ex priuilegio, & indulto Apoſtolico, vnde non videbantur attenden. iuxta DD. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. pet. Aym. conſil. 171. num. 10. Verall. deciſ. 283. num. 6. & ſeq. p. 3. Sed reſpondebatur iuratos non ſe reſtrinxiſſe ad priuilegium, & ſic non excluſos fuiſſe ex donatione, & fundatione prout eſſe reſolutum fuit. Vltra quod illa confeſſio procedit ex eo, quia Paulus Tertius confirmauit reformationem iſtius Eccleſiæ, & in particulari iſtud ius patronatus, & in literis productis, de quibus etiam fit mentio in dicta deciſione, coram Domino meo Pirouano non tamen ex eo negarunt ius patronatus iſtud eſſe ex fundatione, & dotatione. Ex quibus ſic reſolutum fuit.

LVGDVNEN. P. II. T. I.

Abulen. Cappellaniæ.

Veneris 9. Decembris 1605.

SVMMARIVM.

Sententia dicitur tranſiſſe in iudicatum, quando poſt terminum præfixum ad dicendum de appellationis proſequutione exequutioni mandata fuit num. 1.

Lis, ſeu iudicium non incipit à commiſſione cauſæ, ſeu decreto citandi, ſed à citatione. n. 1.

Lis non inducitur per citationem ad videndum compulſari. numer. 1.

Tempus proſequendæ appellationis non currit impedito, nu. 2. vbi quod non ſufficit impedimentum in vna parte anni, quando in alia parte eiuſdem anni non fuit facta diligentia.

Impedimentum debet probari ab allegante. num. 2.

Appellatio, vt non dicatur deſerta ex proſequutione cauſæ ſufficit qualibet diligentia. n. 3.

Sententia tranſit in iudicatum, quando fuerunt lapſa fatalia appellationis num. 4.

Fatalia currunt etiam pendente iudicio attentatorum, quando in illo appellans ſuccubuit. n. 4.

Appellatio admittitur à collatione Ordinarij. num. 5.

Appellatio admittitur à denegata inſtitutione. n. 5.

Gratia ſufficit, quod de facto iuſtificetur. n. 6.

Dic verum, ad effectum euitandi obreptionem, quæ oritur ex narratis factis, quando ſubreptio conſiſtit in eo, quod fuerat aliquod tacitum. n. 6.

Narratiua litis non ſufficit pro expreſſione rei iudicatæ. n. 6.

Rei iudicatæ renunciatum non cenſetur, quando fuit actum pro illius confirmatione. n. 7. maximè ſi illa fuit per eaſdem, non autem per nouas probationes confirmata.

Rei iudicatæ renunciatum non cenſetur ex eo, quod quis dicit malè appellatum.

Commiſſio nullitatis non impedit, quin ſententia tranſeat in iudicatum, nec impedit, quo minus appellatio per lapſum fatalium deſeratur, quando re vera non adeſt nullitas. n. 8.

Nullitatis actio durat vſque ad 30. annos. n. 8.

DECISIO XLVIII.

1 FVit dictum conſtare de re iudicata ſententiæ latæ à Nuncio, quandoquidem ea mandata fuit exequutioni, poſtquam in termino præfixo, & prorogato, Franciſcus non docuit de diligentijs factis in proſequenda appellatione. Rot. deciſ. 13. & 25. de appellat. in nou. Federic. de Sen. conſil. 28. n. 2. Et quamuis appellationis cauſa commiſſa forſitan fuiſſet: Tamen non fuit intra annum exequuta citatio aduerſus Petrum, ad dicendum contra commiſſionem cauſæ, Cum enim iudicium incipiat non à commiſſione cauſæ vel à decreto citandi, ſed à citatione. gloſ. in §. final. inſtit. de pen. temp. lit. Et in rubr. ff. de in ius vocand. ad conſtituendum iudicium appellationis non ſufficiebat commiſſio. Achil. deciſ. 11. de appellat. Verum etiam citatio ad cauſam erat neceſſaria. Bald. in l. final. § illud. C. qui ſatiſd. cogan. Caſtrenſ. in rubr. de in ius vocand. Neque Franciſcus iuuari poteſt citatione ad videndum compulſari, vt tenuit Rota in quadam Arboren. Canonicatus coram Accorambono, quæ eſt 106. p. 3. diuer.

2 Non obſtat, quod ſtantibus impedimentis tempus non curreret Franciſco ad deciſ. 25. in fine. verſ. quod intelligo. de appellat. in nou. & deciſ. Put. 151. num. 6. & ſequent. libro ſecundo. Quia cum impedimenta deducuntur, ex quo citatio, & inhibitio, cum in Hiſpaniam mitterẽtur, ablatę fuerunt à Piratis, eſſet neceſſe probare, quod Tabellarius, qui de menſe Februarij dicitur deperditus, prędictas citationem, & inhibitionem habuiſſet, vt in ſimili caſum dictum in Collen. Penſionis 9. Iunij 1604. coram Reuerendiſſ. Patre Domino meo Coccino. Prętera probata etiam illa deperditione potuerat Franciſcus, ex tunc alias expedire, & exequi facere, vſque ad menſem Iunij, quo tempore Nuncij ſententia fuit demandata exequutioni. Vnde non ſufficit probatio impedimenti in vna parte anni, quando in alia eiuſdem anni parte non fuit facta diligentia. Put. deciſ. 154. num. 5. lib. 2.

3 Non refragatur deciſio Illuſtriſſimi Seraphini 17. Nouembris 1599. In qua fuit dictum Franciſcum excuſari a deſertione cauſę propter impedimenta allegata. Nam illa procedit, quatenus deſertio fundaretur tantum in non proſecutione cauſę intra tempus prefixum, quia ex caſu quęuis diligentię ſufficeret. Caſtad. deciſ. 4 de appellat, numer. 1. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. fin. Verum in hac

Digitized by Google

in hac cauſa deſumitur tres iudicata, præcipuè ex quo intra annum nulla fuit exequuta citatio.

4 Accedit, quod fatalia lapſa fuerunt, nec vnquam prorogata, authent.ei, qui & l.fin.C.de temp.appellat. eorumque tempora concurrerunt etiam pendente Iudicio attentatorum, quia in illis Franciſcus ſuccubuit, Rot. deciſ. 115. in fin.de appellat. in nouis.cumulat Modern. de priuileg.attent.numero 49.& 93. Vbi Franciſcus forſan excuſaretur propter probabilem cauſam procedendi ſuper attentatis. Tamen ſubducto etiam tempore, quo de illis fuit actum, adeſt lapſus fatalium, nempe à die ſententiæ, & appellationis, quæ fuit de menſe Octobris 1595. vſque ad productionem Proceſſus, in Rota de menſe Februarij 1598.

5 Non obſtat, quod Nuncius de cauſa beneficiali cognoſcere non poſſit. Patet enim contrarium ex facultatibus illis conceſſis, ſicut, quod dicitur illum non potuiſſe ad ſe cauſas auocare ab ordinarijs, obſtante Concil. Trid. Tollitur ex facto, quia conſtat cauſam deueniſſe ad Nuncium per viam appellationis interpoſitæ à collatione ſpreto patrono, facta ab Epiſcopo Abulen. Poteſt enim appellari à collatione ordinarij. Veſtr.in prax.lib.3.c.7. in princ. & à denegata inſtitutione. Lambertin. de iure patron.2. per.lib.2 quæſt.11.ar.5.

6 Subreptio gratiæ Franciſci non poteſt euitari eo prætextu, quod lis de facto pendebat, & ſufficit iuſtificatio gratiæ de facto. Ægid. deciſ.116. in fine Nam id verum eſt, ad effectum euitandi obreptionem, quæ oritur ex narratis, ſubreptio autem gratiæ Franciſci conſiſtit in eo, quod is non narrauit rem iudicatam, cum pro ea narratiua litis non ſufficiat, vt fuit reſolutum in cauſa Auximana Molendini 14. Nouembris 1578. coram Robuſterio.

7 Non obſtat, quod videatur renunciatum rei iudicatæ per proſequutionem cauſæ in Rota. Nam cum fuerit actum pro confirmatione ſententiæ Nuncij, id abſque renunciatione rei iudicatæ fieri potuit. Auguſtin. inter deciſ.impreſſ.1434. par.3.diuerſ. Et ex eo, quod quis dicit malè appellatum non renunciat rei iudicatæ. Clem.ſi appellationem de appellat. Accedit, quod per eaſdem, non autem per nouas probationes ſententia fuit confirmata, vt fuit conſideratum in vna Valentina Mercedis, coram Reuerend. Patre Domino meo Ortemberg. 20. Decembris 1604.

8 Non obſtat Commiſſio Nullitatis, quia quando re vera non adeſt nullitas, illa Commiſſio non impedit, quin ſententia tranſeat in rem iudicatam, nec impedit etiam quo minus appellatio per lapſum fatalium deſeratur, quamuis ipſa nullitatis actio duret vſque ad 30. annos.

Non obſtant, quæ dicuntur de iniuſtitia ſententiæ Nũcij. Nam illa ſententia fuit confirmata duabus ſententijs Rotalibus, & coram Reuerendiſſimo Rodien. 20. Iunij 1603. fuit dictum, conſtare de tribus ſententijs conformibus iuſtis, & validis, ſaltem quo ad non ius Franciſci, & antea coram Illuſtriſſimo Seraphino 17. Maij 1600. fuerat dictum, nec eſſe agendum de iure Petri, cum illi reo, & poſſeſſori, ſufficeret obtinere ex non iure Franciſci. Atque ex his fuit concluſum conſtare de re iudicata ad effectum de quo agitur. Idque eo magis, quia in hac cauſa coram R.P. Domino meo Lancellotto cauſa ex alio capite fuit detecta nulla, & ſubreptitia gratia noua, qua nunc Franciſcus experitur.

ANDREA. P. II. T. II.

Anconitana Computorum.

Veneris 27. Martij 1615.

SVMMARIVM.

Appellatione pendente nil innouandum, n.2.

Inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda. n.1.

Iudices inferiores non debent iudicare de viribus iudicum ſuperiorum, n.2.

Obligatio Cameralis vulneratur per conſenſum in iuriſdictionem alterius iudicis, n.3.

DECISIO XXXXIX.

1 DOmini omiſſis alijs circa nullitatem, & iniuſtitiam ſententiæ, quæ non percutiebant dubium principale, conſtare de attentatis cenſuerunt. Cum enim ſententia Illuſtriſſimi Legati ad fauorem Comitis lata fuiſſet die 20. Februarij 1612. & eadem die interpoſita appellatio, cauſaque commiſſa in Rota ſub die 23. Martij eiuſdem anni, & exinde relaxata citatio cum inhibitione in forma & in partibus exequuta ſub die 18. Martij 1613. nulli dubium eſt, quod attentata excuſari non poſſunt, tum ratione generalis regulæ, nil nouari, appellatione pendente, quam tritam, & quaſi pro adagio vſurpatam firmat Lancell. de attent. 2. p. cap. 12. in præfat. num. 83. & ſeq. Quam etiam vigore inhibitionis, quæ cum fuerit Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt timenda. Rot. deciſ. 26. in fi. de appel. in antiq. Put. deciſ. 395. lib. 2. Verall. deciſ. 23. p. 2. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 3. n. in eod. tit. Lancell. vbi ſupra 2. par. cap. 20. amplia 11. nu. 2. cum alijs adductis in vna Romana iuris nominandi 5. Nouembris 1613. coram Reu. P. D. meo Dunozetto.

2 Et ratio eſt, quia ſi ſumus in Curia duo ſunt remedia in promptu, videlicet reformatio commiſſionis adeundo ſignaturam, vel moderatio inhibitionis ab ipſomet Auditore facta. Si vero in partibus, tunc non eſt aperienda via inferioribus iudicibus, vt de inhibitionibus ſuperiorum iudicent, & eas facile negligant. Achil. deciſ. 29. nu. 6. de appellat. Put. dicta deciſione 395. in fine, lib. 2. Lancell. dicta ſecunda parte, cap. 12. limit. 1. numero 110 & latius ampliat. 11. nu. 4. 10 ſi. & num. 5. & ſæpius fuit in Rota reſolutum.

3 Neque obſtare, quod videretur agi de obligatione Camerali, quia ommiſſo, quod etiam in caſibus, in quibus non datur appellatio ſtante inhibitione Rotali procedit dicta Regula, vt plures cumulat Lancellot. d. ampliat. 11. num. 9. & ſequ. fuit reſponſum, quod per ſententiam Vicarij Ariminen. in quem Comes conſenſerat, dicta obligatio Cameralis fuerat vulnerata. Rota deciſ. 132. ante numerum primum, par. 2. diuerſ. cum alijs per Muder. ſuper. reg. 8. gl. 6. n. 202.

LVGDVNENSI. P. II. T. I.

Dertuſen. Decimarum.

Lunæ 3. Martij 1608.

SVMMARIVM.

Sententia delegati dicitur nulla ex defectu iuriſdictionis, ſi de delegatione non conſtet, numer. 1.

Delegatus debet eſſe certus de ſua iuriſdictione, alias nulliter agit. n. 2.

Reſcriptum

Digitized by Google

Reſcriptum vti ſtricti iuris non porrigitur ad perſonas in eo expreſſas, n.3.

Appellatio admittitur ab interloquutoria continente grauamen irreparabile, n.4.

Sententia lata pendente termino ad appellandum, eſt attentata. num.4.

Derogatio cap. nuper. de decim. raro conceditur, n.5.

Communicationes priuilegiorum non extenduntur ad ea, quæ non ſolent concedi, vel ſaltem cum magna difficultate, & in quibus agitur de præiudicio tertij. n.5.

DECISIO L.

1 DOmini dixerunt, ſententiam Guardiani Sancti Franciſci eſſe infirmandam vti nullam, attentatam, & iniuſtam. Nullitas reſultat ex defectu iuriſdictionis, quia dictus Guardianus proceſſit vti conſeruator, cum tamen in toto proceſſu non conſtet de aliqua conſeruatoria illi directa c. cum in iure, & ibi DD. de offic. deleg. l. vnic. C. de mand. Princ. latè Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num.16. & ſeq.

2 Nec obſtat, quod prima citatio per eum decreta habeat relationem ad mare magnum, & alia Priuilegia Apoſtolica, & ſignanter ad quoddam Priuilegium Sixti IV. Incipiens. Regimini Vniuerſalis Eccleſiæ, in quo dicitur adeſſe Clauſulam, Et nihilominus cuilibet in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto, &c. Quia cum huiuſmodi priuilegia nunquam fuerint in actis exhibita, dictus Guardianus nunquam fuit certus de ſua iuriſdictione, & quicquid egit, nulliter egit. c.2. & ibi Felyn. n.1. & Dec. in primo notab. de offic. deleg. in nou. Fuit dictum in cauſa Abulen. Penſionis 11. Maij 1687. coram R.P.D. me Sacrato. Vbi aliæ deciſiones allegantur.

3 Idque tanto magis procedit, quia poſt dictam citationem procurator Monaſterij B. Mariæ redemptionis captiuorum, ad cuius fauorem lata eſt ſententia ad probandam iuriſdictionem dicti Conſeruatoris, & exemptionem monaſterij a ſolutione decimarum produxit tria tantum priuilegia Nicolai V. Sixti IV. & Greg. XIII. in quibus nulla mentio de Conſeruatore, præterquam in Bulla Nicolai Quinti, quæ dat Conſeruatores ad fauorem Ordinis Sanctiſſimæ Trinit. Redemptionis captiuorum Abbates Sancti Facūdi de Viles, ac Sancti Marci. Vnde cum reſcripta vti ſtricti iuris non porrigantur ad perſonas in illis non nominatas, & non comprehenſas, C.P.G. de offic. delegat. illud priuilegium non conceſſit dicto Guardiano iuriſdictionem.

4 Hinc etiam influunt attentata, quia cum his ſtantibus procurator Capituli Dertuſen. oppoſuiſſet de incompetentia iuriſdictionis, & Guardianus pronūciaſſet ſe competentem, appellauit dictus Procurator, & bene cum illa interlocutoria contineret grauamen irreparabile. gloſſ. & Doctor. in anthentica habita. Vbi Bolognet. num.289. dicit communem C. ne fil. pro patr. Bal. conſ.277. num.3. libr.1. Iaſ. in l.2. num.38. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Dec. conſ.360. in princ. & num.3. Guid. Pap. deciſ.11. in princ. latè Rolan. conſ.33. per tot. lib.8. & propterea cum nihilominus dictus Guardianus datis refutatorijs proceſſerit in cauſa, & ſuper negotio principali pronunciauerit ſententiam fuit attentata. c. non ſolum. de appellat. in 6. l. appellat. C. eodem tit. Lancell. de attent, appell. pend. in præfat. num.75. & ſeqq. Denique ſententiæ iniuſtitia non poteſt euitari. Nam cum peterentur à monaſterio decimæ ex prædio, quod tunc de recenti fuerat acquiſitum Guardianus male pronunciauit monaſterium eſſe exemptum vigore conceſſionum Apoſtolicarum, quia ex priuilegijs ſupradictis, quæ ſola legūtur in proceſſu primum Nicolai V. non loquitur de decimis. Secundum Sixti IV. habet expreſſam clauſulam ſalua ſuper dictis decimis moderatione Concilij Generalis, & ſic non comprehendi prædia acquiſita. c. nuper. de decim. Vltimum autem Priuilegium, quod fuit conceſſum à fel. record. Greg. XIII. nullam etiam de decimis facit mentionem.

5 Itaque licet in illo Priuilegio contineatur communicatio priuilegiorum, in qua maximè ſententia fundata eſt, vt patet ex illius lectura. Tamen dicta Communicatio non pertinet ad exemptionem à ſolutione Decimarum, ſeu ad derogationem d. cap. nuper. quia huiuſmodi exemptio, & derogatio, raro, & vix conceditur, atque huiuſmodi communicationes, ſeu adæquationes non extenduntur ad ea, quæ non ſolent concedi, vel ſaltem cum magna difficultate conceduntur. Et in quibus agitur de præiudicio tertij, ad not. per Doct. in l.1. ff. de legat. 1. Vbi Iaſ. num.21. & 22. Soccin iun. conſ.4. & 49. Alciat. numer. 4. Et ita in alijs ſimilibus decimarum cauſis fuit ſæpius in Rota deciſum, vt in Valentina 28. Nouembris 1603. coram R.P.D. meo Lancellotto. In qua hic articulus fuit latè diſcuſſus. Deinde in Tolletana 16. Nouembris 1605. coram Reu. P.D. meo Iuſto, & in Mediolanen. 10. Aprilis 1606. coram Reuer. P. D. meo Coccino. Atque ex his, &c.

EODEM.

MANZANEDO.

Bergomen. Præmioentiarum.

Veneris 16. Iunij 1606.

SVMMARIVM.

Attentata dicuntur omnia actitata appellatione pendente. numero 1.

Attentata excuſantur ex conſenſu partis non ſolum expreſſo, ſed etiam tacito. n.1.

Attentata non committuntur abſq; dolo n. 1.

Dolus non committitur contra conſentientem, n 1.

Appellare non poteſt non habens mandatum. n.2.

Legitimatio perſonarum eſt neceſſariam in quolibet iudicio. numero 2.

Sententia à quo non eſt appellatum, tranſit in iudicatum, et exequutioni demandatur, n.3.

Appellatio non datur à ſententia lata ſuper mandato de manutenendo. n.3.

Declara procedere, quando proceditur in poſſeſſorio manutentionis per decretum, ſecus vero quando per viam ſententia definitiua. n.4. vbi adducitur ratio.

Attentata ceſſant, vbi eſt phohibita appellatio. n.3.

Appellatio interpoſita ab vno ex colliti gantibus prodeſt alijs num.5.

Appellatione interpoſita per vnum ex pluribus condemnatis, et illa pendente, non poteſt fieri executio contra alios, qui non appellauerunt, numero 5. Vbi quod talis executio etiam reſpectu conſortium dicitur attentata, & venit reuocanda.

Fallit primo, quo ad eos conſortes, qui ſententia acquieuerunt. numero 6.

Fallit ſecundo, quando ſunt diuerſæ perſonæ litigantes reſpectu diuerſi iuris, nec eſt vna, ac eadem cauſa defenſionis omnium numero 6.

DECISIO LI.

1 DOmini dixerunt, executoriales eſſe attentatas quo ad Parochum Sueri tantum, quia iſte appellauit, legitimè, à ſententia Vicarij Cremen. Vnde appellatione pendente executoriales, & reliqua actitata inducunt attentata.

Digitized by Google

tentata.c.non ſolum de appell.in 6.quantum vero attinet ad Parochos vtriuſque Cereti alti, & inferioris non cenſuerunt adeſſe attentata, quia Parochus Cereti alti expreſsè acceptauit prędictam ſententiam, illique acquieuit ex quo reſultat illius expreſſus conſenſus, quin & tacitus ſufficiebat ad excuſanda attentata ex Creſcent. deciſ. 2.vt lit.pend. Lancellot.de attent.2. par.cap.4. limit.6. numero 2.cum ſequentib.& cap.12. limit.42.numer.12. poſt Panormitan.& Card.in cap. conſtitutus de appellat. & ratio eſt, quia cum in attentatis requiratur dolus, ex deciſio 5.alias 25.de reſtitut.ſpoliat.innou ille non committitur contra conſentientem, vt in regula ſcienti. de reg.iur.in 6.

2 Quantum vero attinet ad Parochum Cereti inferioris, pro quo Bigoninus appellauit, cum ille non haberet mãdatum à dicto Parocho, non potuit dici legitima perſona ad appellandum. Verall.deciſ.36. num 6 par.1. Et fuit dictum in vna Ariminen. Bonorum 29. Nouembris 1602. coram D.meo Litte, præcipuè cum in quolibet iudicio, quantumuis Summario requiratur legitimatio perſonarum, ex Menoch.qui plures citat, de recuper remed.15 q. 24.n.272.cum ſequent.

3 Ex quibus conſtat, Rectores vtriuſq; Cereti à prædicta ſententia non appellaſſe, vnde illa tranſiuit in rem iudicatam, & executioni potuit mandari. cap.quo ad conſultationem.de re iudic.& cap. cum Eccleſia. de appellat.c. Romana §.ſi vero eod.titu.lib.6.auth.hodie.C. de appellat.Barr.in l.ſi cui ad ciuilia, & in litigatoribus per illum textum. C. eodem & per conſequens executoriales quo ad præfactos duos Parochos non fuerunt attentatæ, ſecus vero, quo ad Parochum Sueri, circa quem poteſt eſſe difficultas cum ſententia fuerit lata ſuper mandato de manutenendo, a qua tanquam in iudicio poſſeſſorio regulariter eſt prohibita appellatio.ad tex in c.fin.§. de poſſeſſ. 2.q.6.l.1.C.ſi de moment.poſſeſſ.dicit communem. Dec. conſ.28.num.5.Vnde appellatione prohibita non dantur attentata.ad text.& ibi notant omnes.in dicto cap.non ſolum de appellat.in 6.ibi exceptis caſibus, in quibus iura poſt ſententiam prohibent appellare. Roland. alijs citatis conſ.77.numero 20 libro 2. Lancellot.vbi ſupra, part.2. capit. 12. limitat. 25. numero 1. cum ſequentibus, & dicit magis communem Benintend. deciſio. 17. numero quinto.

4 Prædicta tamen procedunt, quando proceditur in poſſeſſorio manutentionis per decretum, ſecus vero quando per viam ſententiæ diffinitiuæ; vt in noſtro caſu. Tunc namque intrat appellatio, vt notat Benintend.d. deciſ. 79.per totam.& Contard.de mom.poſſ.limitat.3.numer. 48. quam diſtinctionem amplexa fuit Rota in vna Valentina Decimarum 27. Octobris 1598.coram Illuſtriſſimo Cardinale Seraphino, tunc Rotæ Auditore, ea ratione, quia quando per decretum datur manutentio, decretum illud quantum ad iudicem, nunquam tranſit in rem iudicatam, ita vt retractari non poſſit ab eodem iudice, quoties altera pars docuerit de ſua poſſeſſione, quod ſecus eſt, quando proceditur, per viam ſententiæ diffinitiuæ, qua lata iudex functus ex officio ſuo, & illam non poteſt reuocare, vnde non mirum ſi ab illa detur appellatio, & per conſequens ab iſta ſententia potuerunt illi Parochi appellare, & cum conſtet tantum de appellatione Parochi Sueri, quo ad illam executoriales fuerunt attentatæ, ex ſupradictis.

5 Quibus non obſtat, quod appellatione interpoſita ab vno ex collitigantibus prodeſt alijs, ex text. in capit.vna ſententia, de appellat.l.ſi quis ſeparatim.§. finsl ff.de appellat.& l.1. & l.final. Cod ſi vnus ex pluribus, & vtrobique Doctores. Tradit Lancellotro vbi ſupra 2. par.capit. 12.de attentat.appellat.penden.ampliat.11.dicens, quod ſi appellatio fuerit interpoſita per vnum ex pluribus cõdemnatis illa pendente, non poteſt fieri executio contra alios, qui non appellauerunt, ſecundum Imol.in d.l.ſi qui ſeparatim, §.final. Bartol.& alios ibi relatos, quin vt ibidem, numero 4.traditur, talis executio etiam reſpectu conſortium dicitur attentata, & venit reuocanda, vt tenuit Rota in vna Anconitana attentatorum 26. Iunij 1566. coram bonæ memoriæ Oradino. Vnde videbatur appellationem interpoſitam per Parochum Sueri profuiſſe alijs parochis collitigantibus, ita vt illa pendente non ſolum reſpectu parochi Sueri executio fuerit attentata, quin & reſpectu cæterorum Parochorum collitigantium.

6 Reſpondetur namque, quod prędicta quo ad Parochum Cereti alti non procedunt, cum ipſe prædictæ ſententiæ acquieuerit, vt tradit Guido Pap. de appellatio. quæſtio.110. verſic.ſed fallit primo. & Lancellot. dicta ampliat. 11. numero 10. quin tam quo ad Parochum Cereti alti, qui ſententiæ acquieuit, quam quo ad Parochum Cereti inferioris, qui non appellauit, prædicta non procedunt, vt benè deducit Dominus Fabius Carandinus ex eo, quod ſint diuerſæ perſonæ litigantes reſpectu diuerſarum Parochiarum, & non ſit vna, & eadem cauſa defenſionis omnium, cum Rector Sueri prætendat ſe Præpoſitum illius Eccleſiæ, & ſibi ſubditos eſſe Rectores vtriuſque Cereti, & ſic fuiſſe per ſententiam tantum in Rota coram Domino meo Ludouiſio in cauſa vertente inter dictum Præpoſitum illius Eccleſiæ.& dictum Archipresbyterum ex alia, qua declaratum fuit, dictum Præpoſitum non teneri in Sabbatho Sancto accedere ad Eccleſiam Cluſoni, & ibi benedictioni fontis baptiſmalis aſſiſtere, & à dicto Archipresbytero oleum Sanctum recipere. Immo dictas functiones baptiſmales dicto Præpoſito in ſua Eccleſia, cum aſſiſtentia dictorum Rectorum vtriuſque Cereti explere licuiſſe, & licere. Vnde cum huiuſmodi Rector Sueri prætendat ſe Præpoſitum ſuæ Eccleſiæ, & in ea prædictas Præeminentias habere, quæ defenſio eſt diuerſa ab illis, quibus vtuntur Parochi vtriuſque Cereti, qui nullatenus prædictam ſuperioritatem prætendunt, ſequitur, quod data inter ipſos collitigantes diuerſitate defenſionum appellatio vnius, nempè Præpoſiti Parochi Sueri non profuit alijs Parochis collitigantibus, & diſpoſitio textus.in dicto capit. vna ſententia.& dicta l.ſi qui ſeparatim §.final.& in dicta l.final. C. ſi vnus ex pluribus, procedit, quando eadem cauſa defenſionis omnium exiſtit, vt expreſsè in dicto cap. vna ſententia.in fin.notatur.& ibi gloſſ.& Abb.numero 4.verſ quinto requiritur. & Doctores. & Felyn.in cap.cum ſuper numero 5.verſic.3.vbi de ſenten.& re iudic.per text.in l.ſi quis ſeparatim, §.final.verſic.cęterum.ff.de appellat.Bald. in l.1. C.ſi vnus ex pluribus.notatque Guido Papæ, vbi ſupra, dicta quæſt.120.numero 96. verſic. Tertio fallit.& Lancellotto dicta ampliat.11 numero 12. An vero hic tranſitus ſententiæ in rem iudicatam quo ad dictos Parochos vtriuſque Cereti obfuerit Præpoſito parocho Sueri, quo ad ſubiectionem, quam prætendit à dictis Parochis vtriuſque Cereti, ſibi, & non Archipresbytero deberi, & an iſto reſpectu parochus Cereti inferioris appellationem non interponendo potuerint præiudicare Præpoſito Parocho Sueri, ita vt etiam hoc eodem reſpectu executoriales ſint attentatæ, particulariter eſſet videndum.

MARTINI ANDREÆ.

Ariminen. Fructuum.

Veneris 13.Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Appellatione pendente nihil eſt innouandum, n.1.

Inhibitio

Inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta cauſat attentata, numero 2.

Pari contra quam, vt appellatum in Curia habet duo remedia in promptu, vnum reformationis commiſſionis per ſignaturam aliud moderationis inhibitionis, n. 3.

Appellatione emanata in partibus, & ſequuta inhibitione Iudex procedens facit attentata ſub, n. 3.

Regula appellatione pendente, nihil eſt innouandum, procedit etiam in caſibus in quibus non datur appellatio, ſtante inhibitione Rotali, n. 4.

Obligatio Cameralis vulneratur per ſententiam, n. 5.

DECISIO LII.

DOmini omiſſis alijs circa nullitatem, & iniuſtitiam
ſententiæ, quæ non percutiebant dubium principa-
le, conſtare de attentatis cenſuerunt. Cum enim ſententia
Illuſtriſſimi Legati ad fauorem Comitis lata fuiſſet die
20. Februarij 1612. & eadem die interpoſita appellatio,
cauſaque commiſſa in Rota ſub die 21. Martij eiuſdem
anni, & exinde relaxata citatio cum inhibitione in for-
ma, & in partibus exequuta ſub die 18. Martij 1613. nul-
li dubium eſt, quod attentata excuſari non poſſint, tam
ratione generalis regulæ, nil nouari, pendente appella-
1 tione, quam tritam, & quaſi pro adagio vſurpatam,
firmat Lancellot. de attent. 2. par. cap. 12. in præfat. nu-
2 mero 83. & ſeq. Quam etiam vigore inhibitionis, quæ
cum fuerit Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt timenda.
Rot. deciſ. 26. in fin. de appellat. in antiq. Put. deciſ. 395.
lib. 2. Verall. deciſ. 23. par. 2. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 3. nu-
mero 10. eod. titul. Lancellot. vbi ſupra 2. par. capit. 20.
amplia. 11. num. 2. cum alijs adductis in vna Romana iuris
nominandi 5. Nouembris 1613. coram Reuer. P. D. meo
Dunozetto.

3 Et ratio eſt, quia ſi ſumus in Curia duo ſunt remedia in
promptu, videlicet reformatio commiſſionis adeundo
ſignaturam, vel moderatio vel inhibitionis ab ipſomet
Auditore facta. Si vero in partibus, tunc non eſt aperien-
da via inferioribus iudicibus, vt de inhibitionibus ſupe-
riorum iudicent, & eas facile negligãt Achil. deciſ. 29. n. 6.
de appell. Put. dicta deciſione 395 in fine lib. 2. Lancellor.
dicta ſecunda par. cap. 12. lim. 1. n. 110. & latius amplia. 11.
n. 4. in fi. & n. 5. & ſæpius fuit in Rota reſolutum.

Neque obſtare, quod videretur agi de obligatione Ca-
merali, quia ommiſſo, quod etiam in caſibus, in quibus
non datur appellatio ſtante inhibitione Rotali procedit
dicta Regula, vt plures cumulat Lancell. d. ampliat. 11. n. 9.
& ſequ. fuit reſponſum, quod per ſententiam Vicarij Ari-
minen. in quem Comes conſenſerat, dicta obligatio Ca-
meralis fuerat vulnerata. Rota deciſ. 132. ante numerum
primum, par. 2. diuerſ. cum alis per Moder. ſuper reg. 8.
gloſ. 6. n. 202.

EODEM.

Vercellen. Parochialis.

Veneris 20. Maij 1616.

SVMMARIVM.

Executor datus ad conferendum in forma iuris per vacationem ob ſimoniam eſt mixtus, & tenetur tanquam Iudex procedere cum cauſa cognitione, nu. 1.

Clauſula vocatis vocandis importat cauſæ cognitionem. numero 2.

A ſententia executoris mixti datur appellatio, & capta poſſeſſio aliaque interca facta ſunt attentata, & nulla, numero 3. & 7.

Executor datus ſuper cognitione, criminis ad effectum priuandi & conferendi dicitur mixtus, & poteſt dubitari, an beneficium ſit litigioſum, n. 4.

Beneficium non eſt litigioſum, ergo non datur appellatio à ſententia executoris non ſequitur, n. 5.

Lis ſuper priuatione facit beneficium litigioſum, n. 6.

A ſententia in crimine ſimoniæ non datur appellatio, nu. 8. Verum in ordine ſecus in beneficiis, n. 9.

Appellatio datur à collatione ſtante priuatione ex ſimonia ſub. numer 8.

Simoniacus Notarius, vel confeſſus, vel occultus reſpectu ordinis non appell. n. 9.

Confeſſio cedentis non nocet ceſſionario facta poſt ceſſionem, numero 10.

Collitigans poteſt appellare, & appellatione pendente nihil eſt innouandum, n. 11.

Ad reuocandum attentata potius contemptus iudicis, quam intereſſe partis attenditur, n. 12.

Ad impediendum reuocationem attentatorum, debet notoriè conſtare de non iure partis, vel per eius confeſſionem, vel per rem iudicatam, n. 13.

DECISIO LIII.

1 CVm executor in gratia Nicolai datus ad conferen-
dum iſtam Parochialem in forma iuris per vocatio-
nem ob Simoniam eſſet mixtus, & propterea teneretur
aſſumere partes Iudicis, & procedere, cum cauſæ cogni-
tione iux conſ. Card. 63. & dec. in terminis bo. memoriæ.
Card. Seraph 1045. num. 1. Stante maximè clauſula voca-
tis vocandis, quæ importat cauſæ cognitionem vocatis ijs
quorum intereſt iudicialiter procedendo cap. exhibita,
& ibi Panorm. num. ſexto. Felynus num. 4. & comm. alij
2 de iudic. idem Felyn. in cap. dudum num. 23. de præſumpt.
& in cap. de cætero, num. 10. de re iudic. Rota deciſ. 30. de
reſcript. in nou. cum alijs per Modern. de clauſula in vlti-
ma impreſſ. clauſul. 196. numero ſecundo, & in puncto
Card. vbi ſupra in principio d. conſ. & Seraphinus dicta
deciſ. 1045. num. 1. verſic. Præſertim ſtante clauſula. & de-
3 ciſ. 1056. num. ſecundo. Domini pro certo habuerunt,
quod à ſententia talis mixti executoris daretur appella-
tio, & conſequenter mandatum de immittendo, & illius
vigore ſequuta immiſſio captaque poſſeſſio pro parte
Nicolai, poſt appellationem Bocchetti fuerint nulla, &
attentata capitulo venientes in fine de iure iurando, cap.
non ſolum. in principio de appellat. in ſexto, Puteus deciſ.
30 num. 1. libro primo Mohed. deciſ. 11. num. ſecundo de
præben. Guidob. deciſ. 104. Rot. dec 616 num. 2. par. 1. &
deciſ. 6. num. 1. par. 2. diuerſ. Moder. vbi ſupra, num. 4. in
fin. verſ. ſtante hac clauſula, & in indiuiduo huiuſmodi
gratiæ in forma iuris tradit Cardin. d. conſ. 63. nu. primo
verſicul. Et hoc præſuppoſito. Seraph. dicta deciſ. 1045.
numero 2.

Nec obſtat exceptio, quod beneficium non eſſet liti-
gioſum, quia non agebatur ſuper titulo beneficij, ſed de
4 priuanda perſona beneficiati propter crimen, Sarnen. in
regula de ſubrog. collitig. quæſt. 7. nu. 2 verſ. Tamen ad-
uertendum eſt, & in reg. de annal. quæſt. 42. in princ. Biſi-
gnet. deciſ. vltima in fine de reiud. Rebuff. in prax. de in-
fir. reſign. gloſ. 12. n. 19. verſ. ſed an poſſit, Ferret. conſilio
13. num primo in fin. verſic, Nec ex eo cum alijs alle-
gatis. Quia omiſſo, quod Nicolaus ad præſcriptum
ſuæ gratiæ, non ſolum petijt Bartolomæum priuari, ſed
5 etiam in euentum priuationis d. beneficium ſibi confer-
ri, & aſſignari, quo caſu dubitari poteſt, an illud fuerit ef-
fectum litigioſum, iux. terminos gloſ. in capitulo 2. verbo
6 finita in fin. & ibi Franc. num. fin. vt lit. pend. in 6. Ferret.
conſ. 110. num. 7. duplicato infra conſil. 192. num 11. Pur.
deciſ. 496. numero 2. & ſeq. lib. 2. cum alijs per Lancellot.

de

de attentat. 1. parte, cap. 3. num. 126. & deductis in Placen-
tina Canonicatus 26. Nouembris 1593. coram bo. mem.
Orano, & in Terdonen. præpoſituræ 26. Octobris 1601.
coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, in propo-
7 ſito non rectè ſequitur beneficium non fuit effectum li-
tigioſum, ergo non dubitatur appellatio a ſententia exe-
cutoris, quia licet non eſſet lis ſuper beneficio tamen erat
lis ſuper priuatione Bocchetti, & cum ipſe fuerit priuatus
in ſententia quæ declarauit gratiam Nicolai eſſe iuſtifica-
tam, bene potuit appellare, & ceſſat difficultas ex tenore
gratiæ Cum enim vigore clauſulæ vocatis dicto Bartho-
lomeo, & alijs, qui fuerint vocandi Iudex iudicialiter pro-
ducere teneretur, vt ſupra dictum fuit in neceſſarium
conſequens ab eius ſententia dabatur appellatio, dicto
capitulo exhibita in fin. de iudic. & in vltra allegatos
ſupra tradit per hanc rationem, Felyn. ibi, numero 5.
Lancellot. de attent. 2. par. cap. 11. num. 30. Modern. ſupra
reg 8. gloſ. 9. §. primò in annot. num. 226. & eſt caſus ex-
preſſus, & deciſus in dicto conſ. Card. 63. & dicta deciſ. Se-
raph. 1045.
9 Quod autem hic ageretur de Crimine Simoniæ in quo
à ſententia lata non datur appellatio. Viſum fuit non ſub-
ſiſtere, tum quia vt ſupra dictum eſt, appellatio dabatur à
collatione, vt in terminis reſpondet Seraphinus vbi ſupra
num. 5. Tum quia obiectum procedit, quando Simonia-
cus eſt notorius, vel confeſſus, non quando eſt occultus,
Simonia fuit commiſſa reſpectu tantummodo ordinis,
non autem prout in caſu iſto prætenditur ſuper beneficio
iuxta diſtinctionem Anan. in cap. ſicut. ap. fin. verſiculo
forte poteſt dici de Simonia, quam ſequuta eſt Rota in
dicta deciſione Seraph. 1045. num. 5. verſiculo Præterea
Farinacius quæſt. crimin. quæſt. 101. limitatione 3. nu. 47.
verſic. Vide tamen, hic autem non conſtat de huiuſmodi
notorietate ex actis, neque de Confeſſione Bocchetti re-
ſignatarij.

Non obſt. conſtaret de confeſſione cedentis, & reſi-
gnantis, qui faſſus fuit in iudicio ſe reſignaſſe ad fauorem
Bocchetti. vt liberaret Nepotem à vexatione criminali,
ita veniendo cum Domino illius loci, quia confeſſio ce-
dentis non nocet ceſſionario, quando fuit facta poſt ceſ-
10 ſionem, ſeu reſignationem, Afflict. deciſ. 165. numero 5.
Verall. deciſ. 185. in princ. parte 1. & in terminis Simo-
niæ, Alciat. conſil. 2. numero 2. lib. 1. Modern. de confi-
fiden. quæſt. 68. numero 22. Seraphin. deciſ. 1029. numero
3. & 13.

Minus etiam faciebat, quod Bocchettus non eſſet poſ-
ſeſſor beneficij quaſi propterea ceſſaret illius intereſſe,
Nam ſatis illud apparebat ex litteris apoſtolicis reſignã-
tis, & ſufficit, quod eſſet colligans ad effectum, vt poſſit
11 appellare, & appellatione pendente nihil eſſet innouan-
dum dicto capitulo, non ſolum de appellatione in 6. cum
alijs allegatis, & in omnem euentum hæc exceptio non
12 impedit reuocationem attentatorum, cum non tam
partis intereſſe quam contemptus Iudicis attendatur,
Rot. deciſ. 5. num. 5. vt lit. pend. in antiq. Caſſador. deciſ. 3.
n. 6. de reſt. ſpol. Veral. deciſ. 57. par. 1.

Nec placuerunt deducta ſuper non Iure Bocchetti ad
excludendam reuocationem Attentatorum, quia ad iſtũ
effectum debet notoriè conſtare de non iure per confeſ-
ſionem partis, vel per rem iudicatam, Lancell. de attentat.
3. par. cap. 24. q. 1. nu. 65. & ſeq. Vbi allegat plures deciſio-
nes, & fuit dictum in Cæſarauguſtana diſmembrationis
23. Ianuarij 1610. coram Reuerendiſſimo D. meo Da-
maſceno.

Ex quibus ita concluſum vnanimiter poſſeſſionem eſ-
ſe attentatam.

EODEM

Firmana Altaris.

Lunæ 19. Iunij 1616.

SVMMARIVM.

Commiſſio cum clauſula, parito iudicato, vt conditionalis, & non tribuit iuriſdictionem antequam pareatur, nu. 1. & 9.

Iuramentum de ſtando ſententiæ intelligitur, ſi eſt iuſta, numero 2.

Iuramentum non debet elidi, ſub prætextu enormiſſimæ læſionis; vel notoriæ iniuſtitia, n. 3.

Iuramenti proprij nemo debet eſſe iudex, n. 4.

Procurator non poteſt remittere ius principali quæſitum, numero 5.

Vt vnus actus alteri præiudicet debent eſſe incompatibiles, numero 6.

Parere quis debet prius rei iudicatæ, quam audiatur, numero 7.

Appellatio non datur ab vltima trium conformium, n. 10.

Arbitrium relaxat aliquid de rigore, n. 11.

Clauſula, parito iudicato, intelligitur de ſententia iuſta, & valida, num. 8.

Per clauſulam, parito iudicato, cenſetur data iuriſdictio conditionalis, num. 9.

DECISIO LIV.

Reſolutum fuerat ſub die 11. Ianuarij præteriti coram
me, Ricchardum non eſſe audiendum, & cum aſſi-
duis importunitatibus, & lacrymis, nec ſine colore boni
iuris, iterum cauſam proponi obtinuiſſet hodie 20. Iunij
1616. illa repropoſita Domini in deciſis vnanimiter per-
ſtiterunt eiſdem fundamentis, de quibus in deciſ. Tum
quia illi obſtabat exceptio periurij; Tum quia cauſæ fue-
1 rat commiſſa cum clauſula parito iudicato, quæ eſt con-
ditionalis, & non tribuit iuriſdictionem antequam pa-
reatur ex latè deductis in deciſione. Nec ad excludendum
Periurium viſa fuerunt releuare ea, quæ deducebantur cir-
ca iniuſtitiam ſententiæ cum iuramentum de ſtando vni-
cæ ſit intelligendum de vnica ſententia quatenus ſit iuſta
ad Rom. conſ. 334. numero 7. Nam vltra quod illius iuſti-
2 tia ex tot deciſionibus bene probabatur ſuppoſita etiam
tali iniuſtitia debuiſſet nihilominus Ricchardus ante-
quam ageret petere abſolutionem à iuramento, nec ſub
prætextu enormiſſimæ læſionis, vel notoriæ iniuſtitiæ iu-
4 ramentum eludatur, cum non debet quis eſſe Iudex pro-
prij iuram. Gram. conſil. 30. num. 32. lib. 1. & in term. fuit
dictum in Roman. legit. de Vrſin. 20. Maij 1588. coram
Bubalo.

Non etiam obſtabat quod pars remiſerit hanc exce-
ptionẽ obtinendo reformati Commiſſionẽ reſt. in integr.
vt ſtaret cum clauſ. Parito, quia quicquid ſit, an pars poſ-
ſit remittere periurium in caſu iſto non poteſt dici remiſ-
5 ſum per d. reformationem. Tum quia fuit obtenta à Proc.
qui non poterat remittere ius principali quæſitum ex al-
6 leg. in dec. Tum quia d. reformatione non eſt contraria
exceptione periurij, vt ſimul cum ea ſit incompatibilis,
prout eſt neceſſe vt ex vno actu, alteri præiudicetur, l. hæc
verba 124. ff. de ver. ſign. Si quidem reformatio fuit ob-
tenta, vt Ricintto obſtaret non ſolum exceptio periurij,
7 ſed etiam rei iudicatæ, cui deberet parere antequam au-
diretur, & tunc etiam opponi poſſet de periurio, vnde
non videbant Domini quomodo poſſit dici talem exce-
ptionem ei fuiſſe remiſſam.
8 Quo vero ad aliud fundamentum de clauſ. Parito iud.
dum

Digitized by Google

dum dicebatur prout ſup.eſſe intelligendam de ſententia
iuſta,& valida, ex Rom.d.conſ.334.num.7. & late deduc.
in Fauent. Monaſt.13.Iun.1607. coram Penia, viſum fuit
non obſiſtere.
9 Quia per talem clauſ. cenſetur data iuriſdictio condi-
tionalis, nec ante purificatam conditionem iudex poteſt
in cauſa ſe intromittere, nec cognoſcere de iuſtitia, vel
iniuſtitia ſententiæ, vnde non poteſt pars audiri ſuper iu-
ſtitia niſi prius conſtito de paritione, iuxta deciſ. Put.
429.lib.1. cum alijs adductis in dec. & conſ. Rom. loqui-
tur in caſu in quo ſententia non fecerat tranſitum in iu-
dicatum,quia per appellationem fuerat ſuſpenſa,vel legi-
tur in toto illo conſilio, non autem vbi prout hic adſunt
10 tres conformes, a quarum vltima non datur appellatio,
l.1.C.ne lic.3. prouoc.ſed exequutioni mandari debet,
Clemen.vt calumnijs. de re iudic.ad cuius præſcriptum
in commiſſione reſtitut.in integr. fuit appoſita d.clauſu-
la, Parito iudicato, Lancellot.de attentat.2.parte, capit.
18. num.142.
Deciſio autem Fauentina,intelligitur vbi reperitur co-
11 niuncta dicta clauſula cum clauſula Arbitrio,quæ relaxat
aliquid de rigore clauſulæ Parito. Et nihilominus ille ca-
ſus fuit ſpecialis,in quo ſanctiſſimus per eius memoriale
ita ordinauerat.
Ex quibus Domini dixerunt eſſe ſtandum in deciſis.

E O D E M

Romana deuolutionis Domus.

Lunæ 22. Iunij 1615.

S V M M A R I V M.

Facta intra terminum ad appellandum,ſunt attentata, & ve-niunt reuocanda,n.1.
Verum niſi doceatur cauſam eſſe inappellabilem, ſub n.1.
Ægidiana prohibet appellationem in poſſeſſorio, n.2.
Ægidiana habet locum in Curia propter confirmation. Pontif. ſub n.2.
Fallit vbi agitur de re Eccleſiaſtica in foro Eccleſiaſtico,numero 3. & 4.
Appellatio de iure Canonico, datur in re Eccleſiaſtica in quocunque poſſeſſorio,ad vtrumque effectum deuolutiuum,et ſuſpenſiuum, ſub n.3.
Vt conſtet de bono iure attentatis, vt non ſit locus purgationi debet eſſe, vel confeſſio partis, vel res iudicata, numero 5.
Immiſſio in poſſeſſionem, & aſſociatio pendente termino ad appellandum, tanquam attentata eſt reuocanda, nu.6.
Attentata in primis, & ante omnia ſunt purganda, nu.7.
Attentatorum iudicium eſt priuilegiatum, & præiudiciale, numero 8.

D E C I S I O LV.

CONſtare de attentatis, fuit reſolutum, quia manda-
tum de immitten.& aſſocian.ad fauorem Lampadij
Rectoris,fuit relaxatum per Dominum Locumtenentem
Illuſtriſs.Cardinalis Vicarij die 3.Iulij 1612.& aſſociatio,
ſeu immiſſio fuit exequuta die 5.eiuſdem menſis, atque
ita intra tempora, & decem dies datos ad appellandum
quo fit vt niſi doceatur Lampadium verſari in caſu non
1 appellabili actus ille exequutionis, attentatus dicatur,
& veniat reuocandus,c.non ſolum,vbi gloſ.in verb.Inno-
uata,Ioan.Andr. & Dominic.num.6. Anchar.num.10. de
appellat.in 6.Lancellot.de attent.2.part.cap.11.num.17.
& ſeq.vbi firmat hanc regulam,Mohed.deciſ.11.num.2.de
præben.Seraphin.deciſ.983.numer.12.& in terminis man-
dati de aſſociando,& immittendo,fuit dictum in Regien.
bonorum 20.Decembris 1613. coram Reuer. P. D. meo
Dunozet.
Nec ad euitandum huiuſmodi attentata,Lampadius ſe
tueri poteſt Ægidiana conſtitutione,quę prohibet appel-
2 lationem in poſſeſſorio, quæ conſtitutio ligat etiam in
Curia propter confirmationem Pauli Tertij, Rot. deciſ.
120.num.2.par.1. quia dicta conſtitutio non habet locum
3 vbi prout hic agitur de re Eccleſiaſtica, & in foro Eccle-
ſiaſtico, quo caſu eſt locus appellationi ad vtrumque ef-
fectum, quia de iure Canonico, datur appellatio in quo-
cunque poſſeſſorio. Abb.in cap.cum ad ſedem, num.30.
de reſtit.ſpol. Dec.conſ.28.num.4. ad fin.verſic. De iure
enim Canonico,Put.deciſ.293.num.5.lib.2.Beninten.de-
ciſ.79.num.1.Rota in Camerinen.iuriſpatronatus 15.No-
uembris 1599.coram Reuerendiſ. D. meo Damaſceno, &
in dicta Regien.bonorum coram R. P. D. meo Dunozet.
& quod Ægidiana non procedat in bonis, & rebus Ec-
4 cleſiæ, & in foro Eccleſiaſtico tradit Seraph.deciſ.424. &
fuit ſæpiſſime reſolutum, & in ſpecie in dicta Cameri-
nen. & in alia Romana Saluiani interdicti 1. Iun. 1609.
coram Reu. P.D.meo Manzanedo, & latius in Romana
domus de Scapuccijs 19.Ianuarij 1611.coram Reu. P. D.
meo Decano.
Minus etiam releuat non eſſe locum purgationi atten-
tatorum vbi notoriæ conſtat de bono iure illius; qui at-
tentauit prout conſtare prætendit Lampadius Rector de
bono ipſius iure,& de malo Biſotti;nam vltra,quod vnus
5 ex DD. contrarium ſentiebat circa prætenſum bonum
ius Rectoris,ad hunc effectum requiritur confeſſio partis,
vel res iudicata, Lancellot.de attent.par.3. capit.24.q.1.
numero 65.vbi allegat plures deciſiones, & idem fuit di-
ctum in Nucerina hæreditatis 15. Nouembris 1595. co-
ram bon. mem. Iuſto, & in Cæſarauguſtana diſmembra-
tionis 23. Ianuarij 1610. coram Reuerend. D. meo Da-
maſceno.
6 Igitur cum dicta aſſociatio, & immiſſio facta per Reu.
P.D. Locumtenentem fuerit nulla, & attentata, & de hu-
iuſmodi attentatis fuerit oppoſitum coram R.P.D.Roc-
cio, & proteſtatum expreſsè ipſum Rectorem non poſſe
audiri niſi purgatis attentatis ſumm.num.1. ſequitur ma-
nifeſte ſententiam dicti D.Roccij ex hoc capite fuiſſe nul-
lam,quia omnes iuris regulæ clamant,quod in primis, &
7 ante omnia purgentur attentata,cap.ex parte,il ſecondo
de appellat. capit. non ſolum, & ibi Doct. eodem titulo
in 6.Lancellot.de attentat.part.3.capit.30. num.168. Et
8 ideo dicitur hoc iudicium attentatorum priuilegiatum,
quia non poteſt procedi in negotio principali ante eo-
rum purgationem,Put.deciſ.51.lib.3.Vetall.deciſ.56.par.
1. Fab.deciſ.48.in princip.par.3. lib.3. cum alijs adductis
in dicta Nucerina hęreditatis, & Cæſarauguſtana diſ-
membrationis,Ex quibus ita cenſuerunt DD.conſtare de
attentatis.

E O D E M.

Bononien.de Capacellis.

Veneris 27. Nouembris 1615.

S V M M A R I V M.

Acta omnia ſunt tranſportanda, alias ſententia eſt nulla,nu.1.
Acta de partibus ſunt tranſportanda, quando influunt quocunque modo in cauſam pendentem in curia,n.2.
Acta primę inſtantiæ ſunt tranſportanda, vt Iudex appellationis poſſit inſtrui de iuſtitia vel iniuſtitia ſententiæ, n.3.
Concil.Trid.ſeſſ.24.cap.20.quod omnia acta ſint tranſportanda non habet locum in prophanis, n.4.

Acto-

Digitized by Google

Actorum tranſportatio, quæ non concernunt merita cauſæ, nec impugnant iniuſtitiam ſententiæ non eſt neceſſaria de iure communi, n.5.

Sententia debet eſſe conformis libello, n.6.

Clauſula, quam, & quas, in commiſſione appoſita comprehendit petitorium, & poſſeſſorium, n.7.

Clauſula, & quam, & quas, in commiſſione facit, vt ſuſtineatur ſententia in poſſeſſorio, quamuis libellus fuerit in petitorio, ſub num.6.

Commiſſa cauſa appellationis à ſententia ſuper petitorio in prophanis tribuit ſolum iuriſdictionem in petitorio, n.8.

Fallit, quando eſt commiſſa cauſa cum clauſula (quam, & quas) num.9.

Petitorium non poteſt ſuſpendi in cauſa appellationis ſuper poſſeſſorio, n.10.

Fallit cum eſt commiſſa cauſa cum clauſula quam, & quas, ſub num.10.

Per clauſulam quam, & quas, intelligitur agens deduxiſſe omne ius ſuum, nec ſe arctaſſe magis ad vnam cauſam, quam ad aliam, ſub n.10.

Reconuentionis cauſa debet terminari in eadem ſententia conuentionis, alias ſententia eſt nulla, n.11.

Iudici, quando liquet de iuſtitia in conuentione prius quam de reconuentione poteſt ferre ſententiam ſuper conuentione omiſſa reconuentione, n.12.

Sententia lata ex inſtrumentis non productis, & non recognitis eſt nulla, n.13.

Proteſtatio non facta in tempore non releuat, n.14.

Non conſtito de identitate bonorum retardatur immiſſio, n.15.

Ob releuantes exceptione retardatur immiſſio, ibi.

DECISIO LVI.

Contra ſententiam Rotalem opponebatur de multiplici nullitate, & iniuſtitia, quibus tamen non obſtantibus eam eſſe confirmandam maior pars Dominorum cenſuit.

Prima erat nullitas, ob non integram tranſportationē
actorum ex quo non fuerant tranſportata acta coram
Rangono, cum tamen, acta omnia ſint tranſportanda
non ſolum attentata diſpoſitione Concilij Tridentini,
ſeſſ.24.c.20. ſed etiam iuris communis, aliter ſententia eſt
1 nulla Bart. in l.2.n.5.& communiter alij, C.de eden. Felyn.
in c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, n.16. ad fin. verſ. Et idem ſi acta
de conſtit. Vant. de nullit. rubr. a quo, & quib. mod. n.
21.& ſeq. Caſ. de Graſſ. deciſ.9 n.5. de cauſ. poſſ.& propr.
& fuit dictum in Vrbeuetana Legati 5. Decemb. 1603. coram
bo. mem. Litta.

Non obſtabant hæc acta non fuiſſe facta coram iudice
à quo, ſed coram Rangono Iudice ſecundæ inſtantiæ, quia
2 nihilominus acta de partibus ſunt tranſportanda quando
influunt quocunque modo in cauſam pendentem in curia
vt fuit deciſum in Bracharen. Parrochialis 8. Martij 1602.
coram Iuſto, & quod in hac materia ſolum debeat attendi,
an acta in cauſam influant, dictum fuit in Romana de
Cincijs 1. Iunij 1607. coram Reuerendiſs. Bononien.

Dicta autem acta coram Rangono influere in cauſam
ex eo conſtabat, quia relationes peritorum factæ coram
ipſo, erant de appendicibus iudicij facti coram Martinello
primo Iudice, cum illi periti fuerint electi in prima inſtantia,
licet tunc relationem non fecerint, vnde non eſt
3 dubium, quod ex illa iudex appellationis inſtrui poterat
de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, quæ eſt ratio cur acta
primæ inſtantiæ tranſportari debeant, Caſtr. conſ.117.
n.2. lib.1. Vant. vbi ſupra nu.21.& fuit dictum in Placentina
adminiſtrationis S Sacramenti 1. Decembris 1597. coram
Gipſio.

4 Verum fuit reſponſum, quod decretum Concilij, vbi ſupra,
non habet locum in cauſis prophanis non Eccleſiaſticis,
vt ſacra Congregatio illius Interpres ſæpius declarauit;
& Rota ſequuta fuit in Romana Lignorum 28. Iunij
1603. coram Reuerendiſs. Domino meo Damaſceno, &
in Peruſina liquidationis fructuum 21. Maij 1610 coram
R. P. D. meo Decano, & in Romana Domorum 10. Iunij
1611. coram Reuerendiſſimo Bononien. De iure autem
5 communi non eſt neceſſaria actorum tranſportatio, quæ
non concernunt merita cauſæ nec impugnant iuſtitiam
ſententiæ, Caſtren. dicto conſil.117. numero 1. & dixit
Rota in dicta Romana Lignorum; Præfatę autem relationes
ſolum pertinent ad cauſam tranſactionis inter Iuliam,
& Hyppolitam, quę nihil commune habet cum hac
cauſa in quo Hieronymus egit vigore fideicommiſſi, &
primogenituræ Ioannis Baptiſtæ & Tanarini vti primogenitus
ab eis vocatus, & ſuper qua dicta ſententia lata
fuit, & ſic tanquam ſuper re diuerſa non fuit neceſſaria
illarum tranſportatio, ſed ſatis fuit tranſportare acta in
hac cauſa facta, vt fuit dictum in Conchen. limitum 17.
Iunij 1596. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & in
Albanen. ſucceſſionis 20. Maij 1602. coram Reuerendiſſimo
Bononien.

6 Secunda nullitas ex eo deducebatur, quia ſententia nō
erat conformis libello, nam in prima inſtantia fuit intentatum
tum petitorium, & in cauſa appellationis fuit pronunciatum
in poſſeſſorio, ſed hæc nullitas ceſſabat ex clauſula
7 quam & quas in commiſſione appoſita, quæ comprehendit,
tam petitorium, quam poſſeſſorium, Mohedan.
deciſ.6. ante num.1. verſic. Inſuper de reſcript. & fuit pluries
reſolutum, & ſignanter in Cæſaraugusta præceptoriæ
16. Martij 1607. cora bon. mem. Iuſto, & in Nucerina
Iuriſpatronatus 14. Maij 1612. coram Reu. P. D. meo
Caualerio.

Prout etiam ceſſabat id quod dicebatur non potuiſſe,
dictam ſententiam ferri in poſſeſſorio ſtante quod in Ro-
8 ta fuerat commiſſa cauſa appellationis interpoſitæ à ſententia
lata ſuper petitorio, cum ſimus in prophanis, in
quibus huiuſmodi commiſſio tribuit iuriſdictionem tantummodo
in petitorio, non autem in poſſeſſorio, Caſtr.
278. num.2. in fin.& ſeq lib.1. vbi reſpondit ad rationem
quod petitorium habet in ventre poſſeſſorium, quia in
caſu Caſtren. non erat commiſſa cauſa cum clauſula qua,
9 & quas cuius vigiore vtrumque cenſetur deductum, vt
ſupra dixi, & poteſt procedi prout in prima, Seraphin.
deciſ.1327. numero 3. Barz. deciſ. Bonon.47. num.28. Rot.
deciſ.74. par.3. lib.2. diuerſ. cum aliis adductis in Alerien.
beneficij 12. Maii 1614. coram Reu. P. D. meo Buratto,
& in iſtis terminis fuit dictum in Peruſina fideicommiſſi
6. Februarii proximè præteriti coram Reuer. P. D. meo
Decano.

Vnde etiam corruebant late hic deducta per informātes
pro Claudio ſuper eo, quod petitorium ſuſpendi non
10 potuit in cauſa appellationis, Rom. conſ.381. cum aliis
allegatis, quia totum hoc prouenit ex natura clauſulæ
quam, & quas per quam apparet, quod agens a principio
non ſe arctauit magis ad vnam cauſam, quam ad aliam,
ſed omne ius ſuum à principio deduxit Rota in cauſa
Romana Donationis quinquaginta millium 29. Maii, &
30. Iulii 1580. coram fel. rec. Clem. viij. & in Romana Pecuniaria,
ſiue Societatis 26. Iunii 1606. coram Reuerendiſ.
Bononien. quo caſu proſequutio ex vno capite non tollit
aliud, Seraph. deciſ.630. n.3. par.1.

Tertia nullitas, aut ſaltem notoria iniuſtitia fundabatur
in eo, quod in eadem ſententia non fuit terminata etiam
cauſa reconuentionis cap.1. in fin.& ibid. Abb. n.4.
Socin. in 6. notab. de mut. pet. Sed placuit reſponſio, quod
contra Hieronymum non fuit motum aliquod iudicium
reconuentionis, ſed ſolum contra Hyppolitam eius matrem,
quæ in iſta cauſa nihil habet agere, ſed ſolum in cauſa
tranſactionis inter ipſā, & Iuliam. Et nihilominus obiectum

12 ctum ceſſabat in caſu iſto, in quo Iudici prius liquit de poſſeſſorio, quod propterea omiſſa reconuentione ſolum potuit terminari, Abb. vbi ſupra n. 9. verſ. nam ſi longe prius. Socc. in cap. 2. num. 17. eodem verſ. Nam ſi longe dicto tit.

13 Iniuſtitia verò (omiſſo articulo principali ſuper Primogenitura) deducebatur. Primo ex non productione inſtrumentorum, & non recognitione illorum in partibus, ſed fuit reſponſum hoc ceſſare, quia poſtea in Curia fuit facta noua productio in actis, & debita cognitio, Nec ſuffragari proteſtationem D. Riuani, quod non fieret recognitio, niſi ſibi intimato. Quia emanauit poſt audientiam, ſub qua cadebat citatio, & poſtquam iam fuerat facta legitima recognitio dictorum inſtrumentorum. Bart. in l. 1. §. Item ſi prædixerit, ff. de naut. caup. ſtab. Hond. conſ. 24. n. 45. lib. 2. Surd. dec. 346. n. 4.
14

Secundo opponebatur non fuiſſe probatam identitatem bonorum Ioannis Baptiſtæ, & Tanarini prout nec fuiſſe factas detractiones, quæ competebant Iuliæ, quibus
15 caſibus retardatur immiſſio tam de iure communi, quam iuxta laudabilem huius S. Tribunalis conſuetudinem, & ſtylum. Quæ exceptiones, quia viſæ fuerunt releuantes, ideo fuit reſolutum, vt ſupra ſententiam eſſe confirmandam, niſi obſtent exceptiones identitatis bonorum, & detractionum, de quibus erit particulariter videndum.

EODEM.

Eboren. Promiſſionis.

Veneris 15. Aprilis 1616.

SVMMARIVM.

A mandato de manutenendo non datur appellatio, quoad effectum ſuſpenſiuum de iure canon. n. 1.
Perpetuo in Rota ſeruatum, n. 2.
Verum cum Iudex proceſſit per decretum ſecus, ſi per diffinitiuam, n. 3.
A mandato de manutenendo per viam diffinitiuæ datur appellatio ad vtrumque effectum de iure canonico, n. 4.
Iudicem proceſſiſſe per modum diffinitiuæ, quomodo conſtet, 5.
A ſententia diffinitiua in iudicio poſſeſſorio ordinario datur appellatio, n. 6.
Geſta poſt interpoſitam appellationem ſunt attentata, & ideò reuocanda, n. 7.
Diffinitiuam pronunciari, & dici interlocutoriam non poſſunt ſimul ſtare, n. 8.

DECISIO LVII.

1 Licet à mandato de manuten. in ſummariſſimo poſſeſſorio, non detur appellatio, quoad effectum ſuſpenſiuum etiam de iure Canonico, Benint. deciſ. 79. nu. 2. & ſeq. Menoch. de retin. rem. vlt. n. 49 Lancell. de attent. 2. par. c. 12. lim. 25. n. 28. Gutier. cano. queſt. lib. 1. c. 34. num. 96. & 109. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 30. num. 11. Card. Seraph. dec. 1295. num. 3. Vbi quod ita perpetuo fuit in
2 Rota obſeruatum, hoc tamen intelligitur quando Iudex
3 proceſſit per decretum, ſecus verò quando prout in
4 noſtro caſu per viam ſententiæ diffinitiuæ. Tunc enim intrat regula quod à tali ſententia in poſſeſſorio de iure Canonico licet appellare, quoad vtrumque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, Clem. 1. vbi Card. in 1. oppoſit. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Abb. in cap. cum ad Sedem numero 30. de reſt. ſpoliat. Couarr. pract. cap. 23. nu 8. verſic. Prima concluſio, Gutierez. dicto. cap. 34. n. 95. Beninten. vbi ſupra num. 1. Ioſeph Ludouic. dicta deciſ. 30. numero 19. Vbi quod hæc opinio de iure Canonico nullum habet contradictorem, & in terminis ita diſtinxit Rota in Bergomen. Præeminentiarum 16. Iunij 1606. & in Aquilegien. Penſionis 21. Maij 1610. coram Reu. P. D. meo Manzanedo.

5 Quod autem iſto caſu Iudex proceſſerit per viam ſententiæ diffinitiuæ patet ex tenore dictæ ſententiæ, quæ fuit promulgata per cedulam, Chriſti nomine inuocato, & in diſpoſitiua dicitur bene appellatum, & malè iudicatum, & ipſemet Iudex in relatione quam fecit illam, vocat ſententiam diffinitiuam, vt nullius dubitationi locus eſſe
6 videatur quin dicta ſententia dicatur lata in iudicio poſſeſſorio ordinario, à quo datur appellatio ſaltem de iure Canonico ex ſupradictis.

7 Hinc Domini cenſuerunt conſtare de attentatis, quæ veniant reuocanda, quia literæ exequutoriales mandata aggrauatoria cenſurarum, & declaratoriæ, fuerunt relaxata poſt interpoſitam appellationem à diffinitiua, cap. non ſolum de appellat. in 6. Contard. de mom. limit. 73. nu. 48. & fuit dictum in illa Bergomen. & in terminis cenſurarum tradit Lancell. dicto cap. 12. ampliatione 8. & 3. par. c. 20. nu. 13. & 14.

Non obſtat quod quamuis fuerit ceptum declarari per cedulam, & per præambulum Chriſti nomine inuocato, nihilominus pronuncia fuit interloquutoria, quia non videntur poſſe hæc ſimul ſtare, quod diffinitiue pronun-
8 cietur, & quod interloquutoria dicatur ad tex. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iuris.

Nec placuit Dominis, quod dicebatur non eſſe amplius neceſſariam aliquam reuocationem, poſtquam Didacus fuit abſolutus à cenſuris, nec fuit deuentum ad aliam exequutionem, quia intereſt Didaci, quod omnia declarentur attentata, vel pars eis renunciet, reficiendo etiam expenſas, ſi quæ factæ fuerunt. Et ita concluſum.

EX DECISIONIBVS P. FARINACEI reſpicientibus materiam Criminalem. Tom. I.

CORAM CARD. SERAPHINO.

Auerſana Beneficij.

Lunæ 5. Iulij 1593.

SVMMARIVM.

Exequutor datus ad conferendum beneficium in forma iuris per vacationem ob ſimoniam contractam, dicitur mixtus exequutor, n. 1.
Exequutor mixtus tenetur aſſumere partes iudicis, et procedere cum cauſa cognitione, n. 2.
Exequutor mixtus cenſetur deputatus per clauſulam, vocatis &c. n. 1.
Appellare licet à ſententia lata per exequutorem mixtum. numero 1.
Exequutoris mixti poteſtas eſt tantum contra contradictores de facto, non autem contra contradictores de iure. n. 1.
Exequutor mixtus ſi pendente tempore ad appellandum à ſua ſententia proceſſerit ad illius exequutionem, dicitur attentare, & omnia per ipſum geſta ſunt nulla, numero 1. in fine.
Appellare regulariter non licet à ſententia ſimoniæ, declara quia datur tamen appellatio à ſententia collationis beneficij vacantis propter ſimoniam, lata à mixto exequutore; declara ſecundo, vt non detur appellatio, quando ſimoniacus eſt notorius, vel confeſſus, vel ſi eſt occultus, ſimonia eſt reſpectu ordinationis; ſecus quando eſt occultus, & ſimonia eſt ſuper beneficio, quia tunc datur appellatio, n. 2.

Clauſula.

62 t

Clauſula, conſcientiam tuam oneramus, appoſita in deputatione mixti exequutoris ad conferendum beneficium propter ſimoniam, refertur tantum ad idonitatem prouiſi Apoſtolici, & non ad alia, n. 3.

DECISIO LVIII.

1 DOmini concordes fuerunt, vt detur mandatum de manutenendo Ioanni Andreæ, de cuius anteriori poſſeſſione conſtat, non obſtantibus turbationibus Michaelis, cuius poſſeſſio eſt attentata; quia exequutor datus ad conferendum in forma iuris per vacationem ob ſimoniam contractam, dicitur mixtus exequutor, & tenebatur aſſumere partes iudicis, & procedere cum cauſæ cognitione, cap. exhibit. de iud. Abb. & Felyn. in c. dudum, num. 24. de præſumpt. & fuit reſolutum in vna Neapolitana Sancti Andreæ de menſe Februarij 1569. coram bo. mem. Finetto, præſertim ſtante clauſula, vocato Io. Andr. c. licet vbi glo. de præben. in 6. Rot. deciſ. 30. de reſcript. in nou. Felyn. vbi ſupr. n. 23. & à ſententia illius licuit appellare, cum nõ teneatur poſſeſſor ad verbum mixti exequutoris derelinquere ius ſuum, cum eius poteſtas ſit tantum cõtra contradictores de facto, non autem contra contradictores de iure. Franc. in capit. 1. numero 6. & Gemin. numer. 11. de conceſſ. præb. in 6. Staphil. in tractat. de liter. grat. in tit. de vi, & effect. clauſ. § competenter, nu. 7. Reb. de for. noui proui. in verbo, contradictores. Put. deciſ. 271. lib. 3. Achil. cap. 4. de ſentent. excommun. & fuit dictum in cauſa Piſcien. ſeu nullius Capellaniç de anno 1578. coram Sanctiſs. D. N. & ideo cum exequutor pendente tempore ad appellandum, proceſſerit ad immiſſionem in poſſeſſionem omnia geſta ſunt nulla, & attentata & reuocanda, Lap. alleg. 1. Mohed. deciſ. 150. & fuit dictum in vna Nolana, 3. Maij 1589. coram R. P. D. meo Penia, & Ioannes Andreas, qui nunquam habuit ſe pro ſpoliato, manutenendus eſt.

2 Non obſtat, quod à ſententia in crimine ſimoniç lata, non detur appellatio, quia à collatione datur, vt ſupra dictum eſt. Præterea licet à ſententia ſuper ſimonia non detur appellatio, vt per Felyn. in c. ſicut. il 1. de ſim. Maran. in Spec. tit. & quandoque appellatur, num. 298. tamen hoc intelligendum eſt, quando ſimoniacus eſt notorius, vel confeſſus, vel ſi eſt occultus, ſimonia eſt reſpectu ordinis ſecus, quando eſt occultus, & ſimonia eſt ſuper beneficio; tunc enim datur appellatio ita declarat Ioan. de Anan. in d. c. ſicut circa finem.

3 Non obſtant illa verba, conſcientiam tuam oneramus, quia referuntur tantum ad idoneitatem prouiſi Apoſtolici, & ita concluſum.

EODEM

IVSTO.

Aſſiſien. Canonicatus.

5. *Iunij* 1595.

SVMMARIVM.

Appellans ſi intra terminum iuris ſibi datum pro Apoſtolis, non redierit, facit tranſire ſententiam in rem iudicatam, nu. 1. & in addit. lit. A. vbi de materia.

Appellans ſi non commiſit cauſam infra biennium, ſententia contra ipſum lata, tranſit in iudicatum, n. 1.

Apoſtolos petens ſi terminum iuris habuerit, debet pro illorum reſponſione redire infra triginta dies, n. 1. & in addit. lit. B. vbi an iſti dies triginta currant à die ſententia; An verò à die appellationis.

Scacria de appellatione.

Fatalia non currunt, ſubſequnta tranſactione, declara, vt nu. 2

Adulterium probatur ex confeſſione adulteræ, & depoſitionibus teſtium, n. 3.

Papa aſſertionis de crimine alicuius creditor, nu. 2. concurrentibus tamen adminiculis, de quibus ibidem.

Papa præſumitur motus ex rationabili cauſa, n. 3.

DECISIO LIX.

1 SEntentia A. C. lata de Anno 1575. tranſiuit in rem
iudicatam, de qua conſtare deciſum fuit, cum licet
a fuerit appellatum, attamen Laurentius non redijt *a* pro
Apoſtolis, poſtquam habuit primum terminum iuris, à
b quo numerantur triginta dies, l. Iudicibus, *b* C. de appell.
cap. ab eo de appellat. in 6, vbi habetur, quod qui non redijt, cenſetur appellationi renunciaſſe. Præterea nõ commiſit cauſam infra biennium. Et hoc modo etiam inducitur res iudicata Authen. ei qui. C. de temp. appell. Clem. ſi appellatio, de appellat. Dec. conſ. 346. Et dictum fuit coram Reu. P. D. meo. Litta in vna Romana Pecuniaria 17. Maij proximè præteriti.

2 Non obſtant nullitates & iniuſtitia, quæ opponitur aduerſus ſententiam Commiſſarij quia de ea non tractatur, ſed de ſententia Auditoris Cameræ, quia pronunciatum fuit, Motum proprium Pij Quinti non eſſe ſubreptitium Prout. nec etiam obſtat concordia, quæ & ſi impediat curſum temporis Clem. quamdiu. de appellat. Nihilominus deberet conſtare de concordia ante rem iudicatam, quia nullibi dicitur, quod reſtituat aduerſus eam, quinimò ex actis conſtat de contrario. Nam ſententia Auditoris Cameræ lata fuit anno 1575. Sed cauſa fuit commiſſa in Rota anno 1597. quo anno de menſe Martij fuit facta, vel tractata concordia. Et ſic poſt rem iudicatam. Et de paupertate, quæ impedit rem iudicatam, nullibi conſtat.

3 De notoria autem iniuſtitia ſententiæ Auditoris Cameræ dici non poteſt, cum fundetur in confeſſione adulteræ, in dictis teſtium, & in alijs: & adſit præterea motus proprius Pij Quinti, vbi dicit, ſatis apertè & clarè ſibi cõſtitiſſe de d. Laurentij crimine; & Papa præſumitur motus ex cauſa rationabili Abb. in cap. cum veniſſent cum ibi allegatis ſub numero 8. de iud. præſertim cum ad ſententiam Commiſſarij non ſe referat, ſed aſſerat ſibi conſtitiſſe; vnde non obſtant, quæ dicuntur aduerſus rem iudicatam.

ADDITIONES.

a Non redijt. Regulariter ſi appellans quando Iudex dedit terminum iuris, non redierit in d. termino pro reſponſione Apoſtolorum, cenſetur appellationi renunciaſſe, Clementina. quamuis rigor. de appellat. & notant Doct. in c. perſonas extra eod. Boer. conſil. 43. incipiente videtur num. 2 ſeqq. & num. 17. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum Lancell. de attent. cap. 12. lim. 50. num. 297. & ſeqq. vbi ex Boer. in loco præcitato, & alijs per eum relatis, hanc regulam ampliat duobus modis. Limita eandem regulam duobus alijs modis. Primo, quando in d. termino iuris cauſa fuit commiſſa, abſque eo quod pro reſponſione Apoſtolorum appellans redierit. Creſcen. deciſ. 75. incipiente appellanti, ſub rubr. de appellat. in manuſcrip. idem Lancellot. d. capit. 12. ead. limitat. 50. numero 204. & ampl. 1. numero 24. & in præfat. eiuſd. cap. 12. numero 55. ſeqq. vbi præſertim hanc limitationem procedere affirmat, quando in vim d. Commiſſionis fuerit inhibitum. Limita ſecundo, quando Iudex petenti ſibi de Apoſtolis reſponderi, non reſpondeat, ſed taceat, vel etiam dicat, quod audiuit: Tunc enim habetur pro negante: & propterea non tenetur amplius pro illi redire. &

non redeundo appellatio non deſeritur, vt per eundem Lancell.d.capit.12.in præfat,num.54.Pract. Corrad.in titul. de appellat. numero 15. & 17. fol. mihi 205. cum alijs allegatis per eos, ad quam materiam, Iudicis ſcilicet non reſpondentis petenti ſibi de Apoſtolis reſponderi, vide Lancell.c.12.lim.1.n.60.& ſequentibus.

b Triginta dies. Terminus iuris triginta dierum eſt; ſed an currat à die ſententiæ, an vero à die appellationis, eſt controuerſia inter Doct. Nam Hoſtien.in c.cordi. de appell.in 6.& Cardin.in Clem.quamuis nu.5. eod.tit.à die appellationis currere aſſeruerunt, & hanc Hoſt. ſententiam in palatio ſeruandam eſſe, dixit Rota deciſ.5.alias 29.fuit dubitatum, de appellat.in nouis, contrariam tamen ſententiam quod immo terminus iſte currat à die ſententiæ, non autem à die appellationis, magis communiter receperunt eſſe poſt alios, quos recenſent, antiquiores. Guido Pap.in tract.de appell.quæſt.27. ad med. Myſinger.obſer.36. incipiente quando aliquis centur.4. Nicol.Grauat.in addit.ad Veſtr.lib.7.cap.3.rub.de appellatione,&c.n.65.Michael Craſſ.in commun.opin.lib.2.cap. fin.quæſt.9. Lancell.de attent.cap.13.n.3. Dummodo tamen appellans ſententiæ notitiam habuerit, aliàs non à die ſententiæ, ſed à die ſcientiæ terminus prædictus currere incipiet, ex relatis per Veſtr. & Craſſ.in locis præallegatis.

Fam. Cent. V.I.D.Galeſ.

EODEM,

ORANI.

Bononien. Attentatorum.

Veneris 10. Nouembris 1595.

SVMMARIVM.

Contumax fictus dicitur ille, qui citatus eſt ad ſententiam, domi, dimiſſa copia, etiam ſtatuto ſic permittente citationem fieri poſſe, n.1.in princ.

Appellare quis poteſt etiam poſt decem dies à die habita notitiæ à ſententia contra ipſum lata, quando fuit citatus domi, dimiſſa copia, nu.1.poſt principium, & in addit.lit.A.vbi de materia.

Appellare, quis poteſt poſt decem dies à die ſcientiæ, quando eſt fictus contumax, etiam quod citationis habuerit notitiam, & proteſtando comparuerit in iudicio, niſi etiam ſciuerit ſententiam fuiſſe latam, n.1. verſic.vnde nihil.

Attentata pendente termino ad appellandum etiam poſt decem dies à die latæ ſententiæ ſunt reuocanda ad fauorem ficti contumacis, n.2.

Iudex à quo ſi ante exequutionem ſuæ ſententię admiſit appellationem dando reuerentiales, dicitur abdicaſſe à ſe iuriſdictionem; & propterea non poteſt iſto caſu ad exequutionem procedere, n.2.verſic.Maximè cum Iudex.

Inhibitione Iudicis ad quem, pendente, nihil innouari poteſt à Iudice à quo, n.2.in fine.

Citatio ad ſententiam, an ſufficiat domi, dimiſſa copia, vide in addit.lit.A.

DECISIO LX.

1 Licet ſtatuto Bononienſi fuerit pro parte D. Aloyſij in eo ſatisfactum, quo voluit, per binos Nuncios citationem ad ſententiam, domi, dimiſſa copia, fieri, nihilominus haud amplius operatur, quam quod ſententia in vim repetitæ citationis lata, valida ſit; non autem quod D. Angelus citatus propterea dicatur verus contumax, & non fictus; ita quod non potuerit poſt decem dies a appellare, à die habitæ ſcientiæ a ſententiæ latæ. Rot.deciſ.2.de dol.& contuma.in nou.vnde nihil etiam releuat quod Procurator D. Angeli habuerit ſcientiam citationis, comparendo in iudicio & proteſtando, quia ad effectum, vt non poſſit appellari à die ſcientiæ, non ſufficit quod habuerit ſcientiam citationis, niſi etiam ſciuerit ſententiam fuiſſe latam. Felyn.in cap.quoad conſultationem, numero 24.de re iudic.Natt.conſ.51. numer.1.cum relat.per Modern.de attentat.2. par.cap.12. limit.50.nu. 158.& ſeq.

2 Quare Domini perſiſtendo in reſolutis, dixerunt, immiſſionem in poſſeſſionem, & ſequeſtrum in vim præfatæ ſententiæ obtentum, non poſſe ab attentatis excuſari. Rot.deciſ.51. de appellat.in nou. Modern. de attent.d.c. 12.limit.50. num.128.Maximè, cum Iudex à quo, ante exequutionem admiſerit appellationem, dando Angelo reuerentiales; per quas abdicauit à ſe iuriſdictionem; Ideoque non potuit procedere ad exequutionem; Multo autem minus, ſi liqueret ſuperueniſſe inhibitionem Iudicis, cui appellationis cauſa fuerat commiſſa. Franc.in c. dilectus de appellat.

ADDITIO.

a Scientiæ. Notabilis eſt iſta deciſio, volens, tempus ad appellandum currere a die ſcientiæ, etiam quod ſtatutum permittat citationem ad ſententiam fieri domi, dimiſſa copia: ſic & idem crederem quando eadem citatio domi, dimiſſa copia, ſufficeret de ſtylo, & conſuetudine, prout hodie ſufficere teſtantur Mohed. deciſ.161. Put.deciſ.15. de Iudic.Peregr.deciſ.51.in manuſcript.

Et quod citatus domi poſſit a die notitiæ appellare eo, quia reputatur fictus contumax, & non verus, voluit etiam Rota deciſ.2.alias 49.ſi feratur, de dolo, & contumacia in nouis, & deciſ.46. alias 500. ſi feratur de appell.in antiq.prout eas refert Lancell. de attent.c.12. lim.50.nu. 143.Ad idem vide Crot conſ.7.Veſtr.in prac.lib.7.cap.3. n.21.Capye.deciſ.139.per tot.vbi de materia.Vant.in tit. de nullit.ex defect.Citationis n.92.Peregrin.deciſ.31.lib. 1.Cæphal.conſ.241.nu.55.& ſeq.vbi ampliat, etiam quod fuerit actum manu Regia & ordine omiſſo.

Fam. Cent. I.V.D.Galeſ.

EX TOMO II.

ROBVSTERII.

In materia Iuriſdictionis Bonorum Status Eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

Donatio facta à Principe Eccleſiaſtico in fauorem alicuius, non impedit quin illa non obſtante donans retineat pœnes ſe prioritatem ex ſuprema poteſtate prouenientem ad effectum cognoſcendi cauſas appellationum, licet ſecus ſit in donatione facta à Principe ſeculari, n.2.

Dominus ſupremus in ſuis terris habet duplex ius, vnum tanquam Dominus particularis, aliud tanquam vniuerſalis, & ſupremus Princeps, & concedendo vnum, remanet aliud n.3.

Dominus ſupremus quando dat alicui ſupremam poteſtatem nõ tantam dat alijs, quantam pœnes ſe retinet, cum illam det cumulatiuè, non autem priuatiuè, n.3.

Verba quantumuis vniuerſalia, & prægnantia reſtringuntur ex paſſiua interpretatione ad id quod iuris eſt ac probabile, & veriſimile, n.3.

Verba vniuerſalia, & prægnãtia nõ cõprehẽdũt inſolita, vel exceſſiua, nec id quod à ſapientibus reprehendi poſſit, n.3.in fine.

Iuriſdictio ſecularis, poteſt ex cauſa remunerationis abſq; magna regni læſione in alium priuatiuè transferri, n.4.vbi declaratur hæc concluſio.

Eccleſia

Ecclesia Sedis Apoſtolicæ difficilius transfert in alium priuatiuè quoad ſe ſupremum iuriſdictionem, quam facit ſecularis, poteſtas, n.4.

Actus quilibet perficitur ex poteſtate, & voluntate, numer.4. in fine.

Donatio, ſeu conceſſio omnimodæ iuriſdictionis, & ſuperioritatis An ſit fauorabilis, vel odioſa, n.5.& 12.

Feudum differt à conceſſione, & donatione n.6. vbi declaratur hæc concluſio.

Iuriſdictio ſuprema cognoſcendi cauſas appellationum non præſcribitur.n.7.

Imperium merum, & mixtum, & alia regalia non veniunt in ſimplici conceſſione iuriſdictionis, vel omnium iurium numero 8. Declara niſi aliud ſuadeatur ex verbis inueſtituræ, & inſolitis concedi ex cauſa remunerationis, & qualitate perſonarum, ibidem.

Ius creandi magiſtratus eſt de regalijs Principis, ſub n.8.

Iuriſdictione omnimoda conceſſa cum mero, & mixto imperio, cenſetur tantummodo conceſſa facultas cognoſcendi primas cauſas, et primas inſtantias non autem cauſas appellationum niſi nominatim fuerint expreſſæ cauſſæ appellationum nu.9. quod quando verum ſit n.10. & ſeq.

Regalia cenſentur conceſſa in generali conceſſione, quando in ea aliqua ſpecies regalium fuerit excepta, n.11.

Exceptio extenditur ad caſus ſui natura, vel probabile coniectura ſimiles, n.11.

Diſpoſitio quando eſt fauorabilis verificatur vltra primam vicem, n.12.

Appellationum cauſæ veniunt in generali conceſſione iuriſdictionis, quando ſumus in terris in quibus adſunt diuerſa tribunalia, declara vt n.13.& ſeq.

Oſernantia ſeu vſus ſubſequutus declarat, & interpretatur conceſſionum præcedentem, n.13.

Conſuetudo irrationabilis, & contra bonum publicum non eſt ſeruanda, n.14.

Territoria dicuntur de iuriſdictione illius Domini, intra cuius limites poſita ſunt, n.15.

Ius canonicum attendi debet in terris Eccleſiæ, n.15. in fine.

Verba vbi non ſunt omnino clara non poteſt in eis fieri fundamentum, n.16.

Princeps ſuperior poteſt ſe intromittere in cauſis eorum, qui ad ipſum recurrunt, & ſupplicant amiſſo medio, nu.17.& ſeqq. vbi præſertim de iure canonico, & in terris Eccleſiæ.

Appellare, an & quando liceat ad ſuperiorem omiſſa medio, n.17. & ſeqq. vbi etiam declaratur, quod vigorè Ægidianæ conſtitutionis.

Conſtitutiones Ægidianæ vigore Bullæ Pauli III. ſeruandæ ſunt in omnibus terris immediatè Eccleſiæ ſubiectis, non autem mediatè, n.18.

Appellare, ao liceat de iure canonico, ad Papam omiſſo medio & quando n.19.& ſeqq.

Papa non debet ſe intromittere, nec inferiorem Dominum impedire in primis cauſis, vel in ſecundis inſtantijs, quando illas inueſtituras expreſſè conceſſit, n.22. vbi declaratur.

Conceſſiones omnes referuntur ex paſſiua interpretatione, ad ordinem iuris, & ad id quod iuris eſt, n.22.

Appellare, quando liceat ad Papam omiſſo medio in prophanis, num.23.

Appellare quando liceat à ſententia ſindicatus, n.24. & in additione litera, A.

Appellare an liceat officiali condemnato pro delicto commiſſo in officio in additione litera. A, verſ. & facit.

Auditor Cameræ poteſt cognoſcere cauſas eorum, qui ad ipſum recurrunt omiſſo medio, n.24.& in additione litera, B. vbi de materia.

Appellatione ſublata non cenſetur ſublata ſupplicatio, vel recurſus, num.24. in fine, quod quando verum ſit in Additione, litera, C.

Appellatio, recurſus, ſupplicatio, querela, ſeu reclamatio, quomodo inter ſe differant, & an valeat argumentum de vno ad aliud, & de forma procedendi in cauſa ſupplicationis, & recurſus in additione litera, C. verſ. penult. & ſeq.

Scaccia de appellatione.

DECISIO SEV VOTVM. LXI.

1 PRopoſita quæſtio, An ſcilicet appellatio, ſeu recurſus Benedicti Caroſij deuoluerit cauſam criminalem ad Sedem Apoſtolicam, ita quod inferior ſe in ea intromittere non poſſit, in caſu de quo agitur, plures virtualiter continet difficultates; Prima, An vigore donationis fel. recor. Clementis VII. fuerit totaliter conceſſa ſuprema poteſtas, quam Sedes Apoſtolica vti vniuerſalis Domina Patrimonij Beati Petri habebat in iſtis locis donatis; Secunda. An fuerint conceſſa aliqua regalia, quandoque concedi ſolita, ſaltem omnimoda Iuriſdictio, cum mero, & mixto Imperio; Tertia, an ſit conceſſa facultas cognoſcendi de primis cauſis tantum, non etiam, de ſecundis, & ſic de primis appellationibus; Quarta, An iſta loca poſita in diſtrictu Beati Petri, vt præfertur donata dicantur amplius de temporali Iuriſdictione Eccleſiæ, ita quod attendi debeat ius Canonicum in appellationibus ad Sedem Apoſtolicam omiſſo medio interpoſitis Quintò, An Sedes Apoſtolica poſſet abſque inferioris Domini iniuria de cauſis primarum appellationum omiſſo medio ſe intromittere. Vltima, An huiuſmodi cauſa ſit ad Sedem Apoſtolicam legitimè deuoluta ita quod inferior de iure ſe intromittere non poſſit, in caſu de quo agitur.

2 Ad primam reſpondetur negatiuè, quoniam vt inquit Io. Andr. in addit. ad Specul. de iuriſdict. omn. iud. in addit. magn. ante fin. & ſequitur Alber. Ang. Rim. & alij in l. 1. in fine de officio, eius cui mandata eſt iuriſdictio, quicquid ſit in donationibus, Principum ſecularium factis in fauorem Eccleſiæ, quæ habent primæua iura, in donatione tamen facta per Eccleſiam Romanam ad fauorem aliorum illa non obſtante ſemper ipſa Eccleſia retinet ſuperioritatem ex ſuprema poteſtate prouenientem, & poteſt de cauſis appellationum cognoſcere, dictam ſuperioritatem exercere, idem tenent Alber. in l. final. C. de iuriſd. omn. iudic. & ferè omnes in l. imperium, præſertim Io. Baptiſta de S. Seuerino quæſt. 14. verſicul. item dicunt, & quæſt. 15. poſt med. Gaſpar. Valla num. 30. verſ. tertio principaliter limitatur. Io. Bologn. nu. 43. verſ. & nota de iuriſd. omn. iud. Martin. Laudenſ. in tract. de princip. notab. 15. & de Caſtel. & Caſtr. notab. 22. Bald. in l. à procuratore, col. 1. & 2. C. mandat. Flor. de S. Petro in l. 1. §. 1. ff. ſi vſusfructus petatur, Lucas de Penna in l. 1. num. 18. verſic. vel dicas plenius, C. de priuileg. Scholar. & in l. contra publica num. 8. in fine, verſic. & contra videtur de re militari, & in l. 1. num 5. verſic. ſed pone de veteran. lib. 12. Paris de Puteo in tract ſindicatus ſub rub. de exceſſib. Baron. num. 12. cum ſeq. Rot. in antiq. de conſuetud. deciſ. 10. circa finem, Matth. de Afflict. in conſtit. Neapol. incip. ea quæ ad decus ſub tit. quod nullus Prælatus, n. 22. cum pluribus ſeqq. & num. 27. Iacob. de S. Georgio in inueſtitura feudali in ver. de Caſtro Rubei Montis n. 4. Ægid. Boſſ. tract. de regalijs, n. 23. & 25. Iaſ. conſ. 161. in fine primi dubij in ſecundo. Socin. iun. conſil. 98. num. 31. in 3. Calcan. conſ. 102. col. 1. & 2. Pedemont. deciſ. 102. nu. 11. cum ſeqq. latè Couarr. pract. quæſtio cap. 4. col. 1. ferè per totam Roland. à Valle conſ. 4. præſertim nu. 134. vſque 144. lib. 2.

3 Pro qua opinione facit, quod ſupremus Dominus habet duplex ius in terris ſuis, alterum tanquam Dominus particularis illius loci, alterũ vti vniuerſalis, & ſupremus Princeps totius ſtatus, & concedendo vnum, remanet aliud ſupremũ, vt per Io. Andr. Alber. Lucã de Penna, C. I-can. Pedem. & alios ſupra allegatos, & quando dat ſupre-

Digitized by Google

mam poteſtatem, non tantam dat alijs, quantam penes ſe retinet, cum illam det cumulatiuè, non priuatiuè, capit. dudum, §. nos igitur de præbendis in 6. cum alijs per Grammat. deciſ. 50. Dec. conſil. 3. num. 3. Roland. conſ. 1. num. 134. cum ſeq. & verba quantumuis vniuerſalia, & prægnantia reſtringuntur ex paſſiua interpretatione, ad id quod iuris eſt, ac probabile, & veriſimile l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. l. obligatione generali. ff. de pignor. gloſ. in l. tale pactum. ff. de pact. cum alijs per Calcan. conſ. 102. ante med. Ant. Gabr. de reg. iur. concluſ. 12. nec comprehendunt inſolita, vel exceſſiua, nec id quod à ſapientibus reprehendi poſſit, l. Saluius Aruto. ff. de legat. præſt. l. ex pacto in princip. ff. de vulg. & pupill. cum alijs per Aym. conſ. 3. num. 23. per tot. & conſ. 5 num. 14. & conſil. 192. n. 3. Soc. iun. conſ. 1. num. 128 & conſ. 8. n. 22. & conſil. 15. n. 9. in primo, quæ omnia multo magis applicantur ad donationem de qua agitur. cum in ea nulla fiat mentio de regalijs, nec appareat, quæ iura tunc remanerent Sedi Apoſtolicæ.

4 Non obſtat, quod ſuprema iuriſdictio ſecularis poſſit ex cauſa remunerationis, abſque magna Regni læſione in aliud priuatiuè transferri ad trad. per Claud. Seiſel. in ſpec. feud. ſub tit. qui feudum dare poſſunt in 8. limit. de regalijs, & late cumulat Menoch. conſ. 2. num. 63. cum ſeq. in princ. quoniam non agimus de ſuperioritate ſeculari, ſed eccleſiaſtica. Sedis Apoſtolicæ quæ difficilius priuatiuè transfert vt in extrauag. vnam ſanctam de maior. & obed. Io. Andr. in capit. cum inſtantia numero 9. & ibi etiam Abb. & alij de cenſ. Felyn. in cap. cum non liceat ante finem. & ibi etiam Pariſ. numero 42. cum ſeq. de præſcript. Bal. in tract. præſcriptionum 2. par. 5. par. princip. quæſt. 2. præcipuè, num. 5. cum ſeq. Præterea quæſtio noſtra non eſt de poteſtate, ſed de voluntate. Duo ſunt enim quæ perficiunt actum, poteſtas, & voluntas, l. nolle, vbi Bald. de acquir. hæred. cum alijs per Aym. de antiq. temp. par. 1. nu. 94. & ex ſupra allegatis patet quod Sedes Apoſtolica, non intendit ex clauſulis quod prægnantibus comprehendere, & abſolutè transferre plenitudinem poteſtatis.

5 Non obſtat, quod huiuſmodi donatio ſit fauorabilis, & latè interpretanda, quoniam Curt. Iun. & alij in l. imperium præſertim. Bulog. nu. 41. poſt princ. de iuriſd. omn. iudic. id non impliciter admittunt propter læſionem ordinariæ iuriſdictionis, & præiudicium ſubditorum, & idem Claud. in l. fin. de conſt. princ.

6 Non obſtat, quod iſta conceſſio ſit donatio, non feudum, vt per Oldr. conſil. 159. numero 3. Alex. conſil. 24. numero 11. in 5. Dec. conſil. 498. col. 3. Ruyn. conſil. 38. num. 2. in princ. quoniam, & ſi dici poſſit quod donatarius ſit maior Dominus cap. imperialem de prohibit. feud. alien. non ideo eſt maximus, & ſupremus, & quo minus ſuprema iuriſdictio remanet penes Sedem Apoſtolicam,

7 Non obſtat allegata præſcriptio, nam vltra quod non probatur, dico, quod non poteſt probari aliqua præſcriptio in caſu iſto quæ releuet, nam hæc ſuprema iuriſdictio vt ad Supremum Principem appelletur ab inferiore, qui vt ad ſupremum Principem appelletur ab inferiore, qui non inficiatur ſe illi eſſe ſubiectum nullo vſu, nulloue modo auferri poteſt, ideo non poteſt præſcribi, ne ad Sedem Apoſtolicam appelletur, Bald. in auth. quas actiones. nu. 14. verſic. tertio quæritur. & verſ. ex his apparet C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. ſi aquam. num. 22. ver. 6. quæritur. C. de ſeruit. & aqua. Oldr. conſ. 172. nu. 3. cum ſeq. & conſ. 244. n. 4. & conſ. 214. n. 1. cum ſeq. Bald de præſcript. in 2. par. 5. par. princ. q. 1. & 2. Siluan. conſ. 96. n. 17. Couarr. pract. quæſt. cap. 4. col. 1. & in reg. poſſeſſ. par. 2. §. 2. n. 8. in princ. & verſ. ex his vero de reg. iur. in 6.

8 Ad ſecundum affirmatiuè reſpondetur, nam licèt iuriſdictione, vel omni iure ſimpliciter conceſſis, non veniat merum, & mixtum imperium, nec alia regalia ſolita concedi, Alber. in l. fin. in fine. C de iuriſd. omn. iud. Martin. Lauden. in tract. de princip. notab. 115. & de Caſtr. num. 22. & plenè not. d. l. imperium. tamen vbi adſunt tam prægnantia verba prout hic, & veriſimiliter ad alia quam regalia referri non poſſunt, tunc venit merum, & mixtum imperium, & omnimoda iuriſdictio, & ſic ius creandi magiſtratum, quod eſt de regalijs, cap. 1. quæ ſint regalia, vt in regalijs, quæ quandocunque concedi ſolent ex cauſa remunerationis, & qualitate perſonarum, conſiderant. Oldr. conſ. 252. numero 7. & 8. & in fine, & Cuman. conſil 161. colum. 1. & 2. Paul. Caſtr. conſil. 62. circa fin. verſic. 5. lib. 1. Soccin. iun conſil. 280. numero 39. lib. 2. vbi quod per verba tam prægnantia veniunt regalia, Seiſel. in Specul. feud. ſub tit. qui feudum dare poſſunt in pluribus limitationibus, Iaſ. conſil. 45. colum. 2. verſic. & moueor, lib. 1. Aym. conſ. 294. num. 2. verſ. ſed magis in terris,

9 Ad tertiam reſpondetur, quod circumſcripta obſeruantia de erectione duorum tribunalium res videtur clara, quod conceſſa omnimoda iuriſdictione cum mero, mixto imperio ex interpretatione iuris cenſetur conceſſa facultas cognoſcendi primas cauſas tantum ſeu primas inſtantias, non autem ſecundas, & ſic appellationes primas, iuxta l. boues §. hoc ſermone de verb. ſignif. & ibi latè in limitationibus, & ampliationibus, Andr. Tiraq. & Ant. Gab. de legib. & conſtit. concluſ. 2. per. tot. & hoc communiter tenent Doctores, vt colligitur ex Ang. in d. l. 1. in fine de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio, Iacob. de S. Georgio in dicta ſua inueſtitura feudali, in verb. cum mero & mixto imperio, numer. 9. inquiens niſi nominatim in conceſſione exprimatur cauſæ appellationum non veniunt, vt refert, & ſequitur Ægid. Boſſ. in ſua tract. de princ. & priuil. eius num. 281. cum plur. ſeqq. Martin. Lauden. de princ. not. 115. de Caſtro notab. 22. Guido Pap. quæſt. 518. in fin. & quæſt. 551. numer. 4. Aym. conſ. 209. num. 9. Alber. Brun. conſ. 47. numer. 7. & conſil. 102. col. 1. & 2. Ant. Capic. in inueſtitur. feud. in verb. cauſæ appellationum, fol. 15. cum alijs per Couarr. d. capit. 4. num. 6. cum ſeq. pract. quæſt. & idem ſentiunt omnes ſupra in quæſtione prima citati, ex quibus patet clarè hanc eſſe communem opinionem, vt atteſtantur Brun. & Couarr. vbi ſupra,

10 Non obſtat Curt. Iun. conſ. 2. & in tract. de feud. primæ vlt. q. 12. vbi tenet, quod conceſſa omnimoda iuriſdictione cum mero, & mixto imperio cenſetur conceſſa cognitio cauſarum primarum appellationum, & idem videntur tenere Pariſ. conſ. 8. nu. 31. in princip. quoniam Aym. d. conſ. 209. in ſpecie reprehendit, Curt. iun. & Pariſ. & Couarr. d. c. 4. num. 6. Calcan. d. conſ. 102 col. 2. & Alber. Brun. d. conſ. 102. colum. 1. & 2. ſaluari tamen poſſunt vbi reperiuntur duo tribunalia, vnum pro Locumtenente ad vniuerſitatem cauſarum aliud pro ipſo Domino feudi, quia verba non ſunt ita clara, quominus poſſint recipere interpretationem, ex vſu ſubſequuto, vt dicetur alioquin, vbi adſunt diuerſa tribunalia impoſſibile eſt, quod ad ſe ipſum appelletur, l. à proconſulibus. C. de appell. cap. 3. de conſuet. in 6.

11 Non obſtat Iaſ. conſil. 161. in fine primi dubii, Menoch. conſil. 2. num. 73. in princ. Rub. Alex. conſ. 50. num. 1. Pedem. deciſ. 102. num. 9. Pariſ. d. conſ. 8. numer. 31. in princ. quoniam vt dictum eſt communis opinio eſt in contrarium, & iſti non percutiunt caſum de quo agimus, quoniã ipſi faciunt fundamentum in caſu excepto, tenentes quod vbi aliqua ſpecies regalium excipitur, aliæ cenſentur conceſſæ, Dec. conſ. 197. col. penul. Dectan. conſ. 124 numero 11. in 3. & adhuc talis ratio eſt periculoſa cum opinio communis fundetur in regula, l. boues §. hoc ſermone, vt

per

Digitized by Google

per Aym.conſ.209. n.2.& exceptio extendatur ad caſus ſui natura,vel probabili coniectura ſimiles,c.qui ad agendum de procurat. Clem.non poteſt eodem titu. Dec.in l. 1.de reg.iur.& in c.1.de confir.vtil vel inut.

12 Non obſtat, quod in fauorabilibus, vel vbi verba ſunt prægnantia non habet locum regula, l.Bones.§. hoc ſermone,quoniam vt dictum eſt,neque conceſſio huiuſmodi poteſt dici ſimpliciter fauorabilis, cum tendat in præiudicium vaſſallorum, quorum valde intereſt vt potius ſubijciantur ſupremo principi, quam inferiori Domino, neque adſunt aliqua verba vniuerſalia reſpectu numeri, ſeu vnitatis tribunalium, ſed tantum quoad qualitatem, vel naturam iuriſdictionis,vt conſiderari poſſit prægnantia verborum.

13 Verum cũ præſupponatur in iſtis terris adeſſe diuerſa tribunalia, vnum pro ipſo Domino alterum pro Vicario, ſeu Locumtenente, credo bene poſſe dici, quod res iſta non ſit ex verbis ita clara, An voluerit Princeps dare etiam primam vel etiam ſecundam cognitionem, quominus poſſit eſſe locus declarationi interpretatiuè ex vſu ſubſequuto, vt in ſimili Bart.& alij in l.ab exequutore.n. 7.de appel.Aret.conſ.84.n.5. Socin.conſ.141. col.1.& 2. in 2. propter quam obſeruantiam dici poteſt, quod vigore dictæ conceſſionis cenſetur data iſta poteſtas cognoſcendi de ſecundis cauſis,& ſic de primis appellationibus,& etiam in hoc Doctores in l. imperium.de iuriſd. omn.iud.poſt Bald.in c.1.nu.9 de capi. qui curiam vendidit. Iacob.de S.Georg.in d.inueſtitura feudali verb.dictiq; vaſſalli.n.3. cum ſeq. in fine remittunt ſe ad conſuetudinem,& obſeruantiam.

14 Non obſtat, quod non valet quæuis conſuetudo vti irrationabilis,& contra bonum publicum, vt ad ſe ipſum appelletur d.c. 3.de conſuet.in 6.quoniam verum eſt,vbi eſt vnũ, & idẽ tribunal,ſecus vbi ſunt diuerſa tribunalia, Guido Pap.dec.518. & 551. Brun.d.conſ.102. colum.2. prout nec etiam obſtant tot Doctores dicentes non eſſe datam hanc poteſtatem,quia intelligo,vbi non adeſt ſpecialis conceſſio harum cauſarum, vel aliqua obſeruantia ex conſtitutione diuerſorum tribunalium in contrarium,prout dicitur hic adeſſe.

15 Ad quartum reſpondetur, quod cum iſta loca ſint in diſtrictu Patrimonij B. Petri, dicuntur de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, quamuis omnimoda iuriſdictio ſit alteri conceſſa, nam quoad territorium Sedes Apoſtolica habet fundatam intentionem eo ipſo, quod illud eſt intra limites ſuos, quamuis iuriſdictio omni modo, cum mero,& mixto imperio ſit alteri data, quia ex vno non inferunt ad aliud, Bald. in d.l.à procuratore, col.2. C.mandat. & fuit plenè dictum in Salamantiñ.de Medina del Campo,& in alia Colleñ Volateräñ,ſeu Nullius cum enim id ſolum probetur ex aduerſo, quod illa loca ſint inferiori Domino principaliter,& de per ſe donata,& non acceſſoriè,vti vnirentur alteri territorio,vel magnæ dignitati, remanent iſta loca ſub iiſdem legibus, quibus prius regebantur,Bart.in l.ſi conuenerint,§.ſi nuda in fine de pignor. actio. Alex. conſil.151.num.5.in 2. de commun.Felyn.in cap.tranſlata,col.4.verſ.& eius dictum de conſtit.& ideo cum ſimus in territorió Eccleſiæ debet attendi ius canonicum. c.ſi duobus §. denique, & ibi Abb.Franc.Dec.& alij, & in c.dilecti 3.de appell.Calder.conſ.18. de conſtit.& notatur in c. Eccleſia S.Mariæ eod.tit.

16 Non obſtat, quod iſta loca ſint vnita,& acceſſoriè applicata contractui fundi, vt in donatione ibi,& illorum, vt Comes fundorum, quoniam prædicta verba referri poſſunt ad alia loca proximè expreſſa magis, quam ad iſta, & cum verba non ſint omnino clara non poteſt in eis fieri fundamentum, Oldr.& alij per Aym. conſil.29. col. 2. & de antiqu.temp.par.1. num.80. & ſi qua in eis erat dubitatio illa fuit ſublata ex obſeruantia ſubſequuta, ex qua apparet, quod iſta loca, vti de territorio Romanæ Eccleſiæ mediatè ſubiecta fuerunt habita, tenta, reputata,& tractata, vt præſupponitur eſſe notorium, & quamuis nuper contrauertatur inter iſtos magnos Dominos,quis ipſorum ſit Dominus,tamen vt præſupponitur nunquam fuit quæſtio de Territorio Beati Petri, & ſufficit ad illum effectum, quod Eccleſia ſit in poſſeſſione dicti territorij vſque ad limites Regni Neapolitani, quamuis non ſit diſcuſſum de iuribus ipſius,Innoc.& alij in c.tranſmiſſa, & in c.nihil de electione, Achil de Graſſ. de ſucceſſ.d.vnic.

17 Ad quintam reſpondetur, quod quandocunque laici de iſtis locis in primis appellationibus legitimis omiſſo medio eorum Domini inferiores appellant, vel ſupplicant,aut alias recurſum habent ad Sedem Apoſtolicam, poteſt ipſa Sedes ex ſuperioritate, quam retinuit iure ſuo, & abſque alicuius iniuria de dictis cauſis primarum appellationum cognoſcere, & ſuam iuriſdictonem exercere, quia de iure canonico, quod ſeruandum eſt in iſtis terris Sedes Apoſtolica poteſt cognoſcere omiſſo medio de primis appellationib & recurſibus,non ſolum inter Eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas,& de re ſpirituali,vel eccleſiaſtica,ſed etiam inter laicos,& de rebus prophanis,quamuis de iure ciuili,niſi adſit conſtitutio non liceat omiſſo medio ad ſecularem Principem appellare, d.c.ſi duob.§.denique, vbi poſt Abbatem,& alios Franc. n.11.cum ſeq. Dec.n.6. & in d.c.cum dilecti.3.n.25. cum ſeqq.de appell.Marant. in Specul.de ordin.iudic.ver.appellatio.num.358.cum plurib.ſeqq Couarr.pract.quæſt. cap.4.col.2. cum ſeq.& ideò quoniam omiſſo medio veniunt ad Sedem Apoſtolicam non poſſunt inferiores Domini ſe intromittere latè poſt alios Io. de Neuiz. conſ.44.n.10.

18 Non obſtat Ægidiana conſtitutio ſub tit. quod non appelletur ad Papam omiſſo medio, quoniam licet ex confirmatione Pauli III. Ægidianæ conſtitutiones ſint extendæ ad terras immediatè ſubiectas Eccleſiæ,non tamen ad alias mediatè ſubiectas, prout ſunt iſtę, vt patet ex præmiſſis, & ex lectura d.confirmationis, & quotidie ita practicatur.

19 Non obſtat, quod quando pars opponit, prout hic etiam de iure canonico, non poteſt appellari ad Papam omiſſo medio. c.ſi delegatus, vbi Franch. & alij de offic. deleg. in 6.cum alijs per Rotam dec.387. circa medium, quoniam verum eſt, quod de iure canonico in aliquibus caſibus non liceat appellare ad Papam omiſſo medio,vt per Dec.in c cum te.col.1.de appell.& in caſibus,in quibus non licet appellare omiſſo medio, ſi pars opponat tunc Papa non ſe intromittit,ſecus regulariter vbi de iure canonico admittitur iſta appellatio omiſſo medio, & ita declarant Marant.& Couarr.in locis ſupra citatis,vnde cum verſemur in caſu regulæ, & non in caſu alicuius limitationis verum erit,quod licita eſt appellatio ad Papam omiſſo medio, & inferiores non poſſunt ſe intromittere.

20 Non obſtat obſeruantia,quę allegatur in contrarium, quoniam & ſi verum eſſet, quod iſti Domini cognouiſſent de primis, & de ſecundis cauſis nihil ex hoc inferri ad caſum de quo agimus, in quo hoc non negamus, ſed dicimus, quod cum iſta loca ſint de Territorio Diui Petri in eo eſt attendendum ius canonicum & non ius ciuile, quo attento regulariter licita eſt appellatio omiſſo medio ad Sedem Apoſtolicam,nec in hoc datur,nec dari poteſt obſeruantia in contrarium quæ percutiat illum caſum,prout percutere dicitur,vt poſſit releuare,vt poſt alios latè Aym,conſ.197.cum ſeq.

21 Nob obſtat, quod non admittitur appellatio omiſſo medio à poteſtate ſeculari ad Eccleſiam vt in aliquibus

Prouin-

Prouincijs fieri conſuluiſſe dicunt Guido Pap. Rebuff. & alij relati per Couarr. pract. quæſt. d. c. 4. quoniam verum eſt, vbi conceſſio facta per Eccleſiam perſonis ſecularibus, ita facta ſit, vt vel ſit ſpecialiter in hoc prouiſum, vel territorium etiam eſt ab Eccleſia totaliter alienatum ſimul cum iuriſdictione, ita vt Ius ciuile ibi ſeruari debeat, & non ius canonicum, quamuis etiam Couarr. referat etiam plures Prouincias, videlicet Hiſpaniæ, & Neapolim, in quibus cautum eſt per conſtitutionem expreſſam, vt ad Regem omiſſo medio appellari poſſit.

21 Non obſtat, quod ſicut Papa non debet ſe intromittere, nec inferiorem Dominum impedire in primis cauſis, vbi illas in inueſtitura conceſſit. Bal. in l. 2. n. 35. & 43. de rer. diuiſ. Io. Fab. de Attiliano tit. in princ. n. 8. Ægid. Boſſ. in tract. de Principe, & priuil. eius n. 284 cum ſeq. Iacob. de S. Georgio in quæſtionibus feudalibus poſitis poſt tract. de Roidis n. 42. ita nec in alijs inſtantijs, quando illas conceſſit Capic. in inueſtit. feud. verb. cognitione primarum cauſarum fol. 127. Curt. iun. conſil. 2. in princ. quoniam reſpondetur, quod illæ omnes conceſſiones referuntur ex paſſiua interpretatione ad ordinem iuris, & ad id, quod iuris eſt. cap. cauſamq; de reſcript. Gemin. conſil. 47. col. 2. & benè Calcan. d. conſ. 102. colum. 9. præſertim vbi poſſunt aliquid operari, & Alex. in l. fin. §. in computatione. n. 9. de iure deliber. intelligendę itaq; ſunt illæ conceſſiones ſecundum ordinem iuris, videlicet vt illi partes habeant recurſum ad Papam in caſibus à iure permiſſis.

23 Non obſtat quod ita demum appellatur ad Papam omiſſo medio, quando ſumus in rebus ſpiritualibus, vel Eccleſiaſticis, ſed non quando ſumus in prophanis, & in iudicibus laicis, à quibus non appellatur, niſi in defectum iuſtitiæ, Franc. in d. c. duobus, §. fin. numér. 14. Boſſ. de for. compet. num. 166. & ſeq. Menoch. de arbit. iud. q. 70. num. 21. cum ſeq. Curt. iun. conſ. 2. in princ. & n. 6. Ant. Capic. in d. inueſtitura verſ. appellationum cauſæ fol. 15. nam verum eſt, quod etiam à Iudice ſeculari non recognoſcente ſuperiorem, & à quo alias non poteſt appellari, poteſt nihilominus, ad Eccleſiam appellari ex cauſa iniuſtitiæ, ſed adhuc etiam dicitur, quod ſicut valet appellatio ab inferiori omiſſo medio in ſpiritualibus, & eccleſiaſticis, ita in prophanis, & inter laicos, vbi ſumus inter ſubditos iurſdictione temporali, Eccleſiæ prout ſumus nos, vt patet ex præmiſſis.

24 Ad vltimum reſpondetur, quod licet Doct. in l. nulli quor. appell. non recip. vario modo loquantur de ſenten-
A tia lata in ſindicatu *a* vbi quis non eſt verè conuictus, vel ſententia non eſt corporis, vel honoris afflictiua, vt animaduertunt Paris de Put. in tract. ſindicat. in verb. appellatio n. 16. & 17. & in pract. Crimin. in prin. n. 79. verſ. octauus caſus. Antonius Vicellius de concordantijs, gl. fallent. 20. nihilominus ad effectum de quo agitur, vt de cauſa criminali cognoſci poſſit in curia per R. P. D.
B *b* A. C. ſufficit, quod iſte habuerit recurſum, ad Sedem Apoſtolicam, vel ſupplicauerit, & ſublata appallatione,
C non eſt ſublata ſupplicatio, vel recurſus, *c* Iaſ. in l. ſi quis aduerſus, C. de precib. imper. offer. Neuzan. conſ. 44. & conſ. 3. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 70. num. 21. cap. 23. intelligendo tamen, vt cauſæ pecuniariæ remaneant apud Iudicem à quo, & illius ſententia in illis, exequutioni demandetur.

A D D I T I O

A De ſententia lata in ſindicatu. Regulariter appellari non poteſt, ſicut per tex. in l. nulli. C. quorum appellationes adnotauit ibidem Alber, num. 1. à quo diſſentire non videtur Paris de Put. in tract. ſindic. in verb. appellatio, num. 18. col. fin. in prin. verſ. & idem tenet ibi Alber. fol. mihi 159. vbi licet ſupra affirmauerit veriorem, & magis communem Doctorum opinionem eſſe, quod à ſententia ſindicatorum poſſit appellari, eam tamen ex Alber. & Salyc. in d. l. nulli videtur declarare, niſi officialis, ſeu poteſtas eſſet legitimè de delicto, & barattaria conuictus, Caret. in pract. crimin. in tract. de appellat. verſ. octauus caſus eſt nu. 1. Viu. opin. 423. num. 1. vbi de communi Lancel. de attent. par. 2. c. 12. limit. 20. nu. 1. & ſeqq. vbi quod pendente appellatione in cauſa ſindicatus ſit exequutio, & ad hoc plures allegat concordantes, Et pro hac opinione extat conſtitutio Marchiæ, quæ omnes dirimit controuerſias lib. 6. cap. 2. vbi generaliter cauetur, quod à ſententia ſindicatus non datur appellatio, & ibi addent in verb. ſindicatu alios refert de iure concordantes Doctores, & rationem reddit.

Et facit, quia nec pariter admittitur appellatio, quando officiales ſunt condemnati pro delictis commiſſis in officio ſecundum Bellapert. in dict. l. nulli. in princ. & ibi etiam Cyn. n. 1. reddens rationem, quia ſcilicet iura præſumunt iſto caſu contra officiales, quod re vera deliquerint, ſi in aliquo fuerint condemnati, Alber. num. 1. in fine, verſicul. item hac lex, Salycet. n. 1. vbi pariter, & hanc concluſionem admittit, quando officialis fuit conuictus de barattaria, ſeu alio delicto commiſſo in officio, & ita etiam declarat Bal. ibidem tenentem contrariam, & reprehendentem Cyn. volentem etiam in officio delinquentem poſſe appellare, quando non eſt conuictus cum non ſit verum (prout Cyn. videtur aſſerere) quod ſemper contra officialem condemnatum ſit præſumptio, quod de liquerit. Verùm ſi de delicto conuictus eſt tunc condemnatus non appellat per illum tex. vt ibi per eum Bellam. in c. ei. qui §. nulli quoque. il ſecundo. num. 1. 2. q. 6. vbi videtur tenere, quod officialis conuentus, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter pro delicto in adminiſtratione commiſſo non auditur appellans, quod, & idem dixit ibi Io. de Turrecrem. num. 2. in fin. verſic. item nota, & latius ibid. proſequitur Præpoſ. in prin. & num. 1. Specul. in tit. de appell. §. in quibus, n. 4. Paris de Put. in trac. ſindic. in verb. appellatio. cap. 1. num. 16. & ſeqq. in diſcurſu, vbi in hoc benè refert antiquorum Doctorum dicta Caret. in prac. in tract. de appell. verſ. octauus caſus eſt, n. 6. & 7. vbi infert, ad officialem condemnatum de barattaria, & qui mundas non habuit manus, Amed. in tract. ſind. num. 236. verſ. an autem. Viu. opin. 423. n. 1. vbi de comm. opin.

Et licèt, quod immo officiales in ſindicatu condemnati poſſint appellare expreſsè voluerit Bart. in d. l. nulli, verſ. 2. in eo, & ibi etiam Ang. num. 1. verſ. & hoc intellige. & Paul. de Caſtr. numer. 2. C. quor. appel. Paris de Put. de ſindic. in verbo appellatio. c. 1. n. 16. & ſeqq. vbi relatis, & ponderatis dictis Doctorum in d. l. nulli, & alibi concludit veriorem eſſe opinionem, quod officialibus in ſindicatu condemnatis non ſit deneganda appellatio, Amad. in tract. ſindic. num. 236. verſ. an autem à ſententia lata vbi dixit, quod lectura, & intellectus, Bart. ad l. 1. nulli valdè conuenit.

Tu tamē in ocurrenti caſu non recedas à propoſita limitatione, quæ ſine dubio magis communiter recepta videtur ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum, & quando in aliquo loco adſunt ſpecialia ſtatuta prout in Statu Eccleſiaſtico habemus ſupradicta conſtitutionem Marchiæ Tunc res omni prorſus caret difficultate ſecūdum Amedeum in tract. ſindicat. poſt n. 237. verſic. aduertè tamen quia communiter, & num. 238. vbi relatis, & reprobatis contrarijs hanc defendit concluſionem, benè verum eſt, quod plures ſunt caſus, in quibus etiam à ſententia ſindicatus datur appellatio, ſeu ſaltim ſupplicatio, vel recurſus de quibus lectorem remitto, ad tradita per D. meum Farinac, in ſua pract. crim. part. 2. tit. de varijs, &

diuerſis

diuerſis quæſtion. quæſt.101. numer.93. & 94.

Auditor Cameræ. Et hinc nota tu procurator in Curia fundari practicam, vt etiam in prima inſtantia, quando ſubditi Baronum, & feudatariorum Eccleſiæ ſuſpectos habentes ſuos Dominos recurrunt ad Vrbem, & Auditorem Cameræ offerentes ſe etiam in carceribus conſtituere, ſi delicti qualitas hoc expoſcit, non debet idem A. C. ipſis ſic confugientibus, & recurrentibus ſuas aures denegare, ſed libenter eos ſuſcipere, & eorum cauſas cognoſcere, ac terminare, & ita ſemper obſeruatum vidi, præſertim tempore, quo D. meus Farinacius fuit per quinque annos Locumtenens dicti tribunalis, & ego eram illius pariter ſubſtitutus Locumtenens.

C Supplicatio, vel recurſus. Appellatione prohibita an, & quando cenſeatur prohibita ſupplicatio, recurſus, aut quærela, eſt materia, quæ patitur multas ampliationes, & limitationes, ideò ad eam videas Cæpol. caut.80.num.2. Pariſ.conſ.54.num.39.lib.3.Corſer.ſingul.verb. quærela. 12.Marſil.ſing.88.n.288.& 295.Diaz.reg.719.Natt.Foller.conſ.17. n.11. in prac.crim.in verb. pœnis debitis feriantur.n.83.Beniot.deciſ.Bonon.78.Rolan.conſ.38.per tot.lib.2.Menoch.de arbitr. q.lib.1. q.70.nu.18.& ſeqq. Contar.de mom.poſſeſſ.q.8. Rol.conſ.94.lib.1. Plot. inter conſ.diuerſ.130.nu.64. & ſeq.lib... Lancell. de attent. c.29.in diſcurſu.Menoch.in l.fin.C.de edict.diu. Adrian. tolleo.n.93.895.& ſeqq.

Et de pluribus differentijs inter appellationem recurſum, ſupplicationem, quærelam, ſeu reclamationem, videas per Menoch.de arbitr. quæſt.d.quæſt.70.num.18.& ſeqq.lib.1. Contard.de momen.poſſ.d.quæſt.8. num.11. Lancell.de attent.d.c.19.num.1.& ſeqq.Roland.conſ.94. num.1. & ſeqq. lib.1. vbi in ſpecie an vaicat argumentum de ſupplicatione ad appellationem, & è contra, & an verum ſit, quod recurſus habeat vim appellationis, & quod illius loco ſuccedat, vide Lancell.d.c.19. num.7. & n.21.

Quomodo autem ſit procedendum in cauſa reuiſionis conceſſæ per ſupplicationem, ſeu recurſum videas Benintend.d.deciſ.Bonon.78.Menoch. de arbitr.d.q.70. num. 27. vbi quod cauſa recurſus regulatur ſecundum appellationem, quoad tempus exercitij, & determinationis, quod, & idem voluit Lancell.d.c.18.nu.11.& ſeq.vbi alios refert concordantes, ſed an in cauſa ſupplicationis poſſint adhiberi nouæ probationes habeatque locum regula non deducta deducam, vide Rol.d. conſ.94.ſub n. 1.& ſeq. Contar.d.q.8.nu.37.& Menoch.de arbit. quæſt. lib.1.q.72.per tot. quę autem ſit formal alis ſupplicationis ponit Rol.conſ.38.num.19.& 20.lib.2. & ante cum Prob.in c. t.n.20.de reſtitut.in integr.lib.6.vbi quod debet continere cauſam grauaminis, & quanto tempore duret inſtantia ſupplicationis videas per Rol.d.conſ.94. & per Contar.d.q.8.num.36.& ante iſtos per Rom.conſ. 325.num.14.& per Marſil.ſing.84. incipiente ſtante,&c. & an ſupplicatio, ſeu recurſus debeat interponi infra decem dies, in quibus interponitur appellatio, dic quod ſic ad tex. vbi notant omnes in auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imper. offeren. cum alijs de quibus per Lancell.de attent.cap.12.limit.50. numer.56. & ſeqq.vbi declarat tribus modis, ſed vide Contard. de moment. poſſeſſ.d.q.8.num.35. vbi quod immo iſta ſupplicatio, poteſt quandocumque offerri, & quod à ſententia lata in hac cauſa reuiſionis per ſupplicationem, vel recurſum non detur vlterior appellatio voluit idem Contard. d. q. 8.num.39.

EODEM.

LANCELLOTTI IVN.

Romana Saluiani Interdicti.

Lunæ 14. Decembris 1598.

SVMMARIVM.

Appellare licet vigore Ægidianæ non liceat à ſententia in cauſa poſſeſſorijs non tamen prohibetur dici de nullitate ſententiæ, n.1.

Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt, & ideò ſententia lata poſt inhibitionem nulla reputatur, num.2. & 3. vbi hoc ampliatur etiam non cognito, An inhibitio fuerit canonica, nec nè.

Inhibitio etiam emanata vigore commiſſioni ſubreptitiæ timenda eſt, & cauſat attentata, n.4. vbi præſertim quando in commiſſione adeſt clauſula, quam, & quas, n.6. & 8.

Inhibitio per contrauentionem cauſę attentata parti intimata etiam quod non fuerit intimata iudici, n.5.

Mixtum non continetur, ſub ſimplici, n.6.

Inhibitio non cauſat attentata, quando is ad cuius inſtantiam emanauit redijt ad iudicem inhibitum, n.7.

DECISIO LXII.

1 CVm cauſa appellationis à ſententia per R. P. D. Vice Auditorem Cameræ lata in Saluiano ad fauorem Excellentiſſimi D. Philippi fuiſſet mihi commiſſa cum clauſula, vt conſtito, quod eſſet locus Ægidianæ, vel alias exequutioni ſententiam prædictam exequetur, Dubitaui, An eſſet locus exequutioni quo dubio die 2. Decembris propoſito, nihil fuit firmatum, ſed iterum die 14. eiſdem menſis, cauſa maturè diſcuſſa, DD. negatiuè reſponderunt, & circumſcriptis meritis cauſæ, ſuper quibus pro parte Illuſtriſſimi Cardinalis non fuerat informatum, moti fuerunt ex capite nullitatis ipſius ſententiæ, quo ſtante, non intrat Put. deciſ.4. de Ægid. A. Auguſt. de prohib. appell. n.6.

2 Et quamuis plures nullitates deductæ fuiſſent ab informantibus, tamen omnes Dominis viſæ fuerunt turbidæ, vna excepta, à qua proceſſus ſaluari non potuit, reſultans ex eo, quia ſententia lata fuit poſt inhibitionem Rotæ, quæ ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, Rot. deciſ. 26. de appell. in antiq. Put. deciſ.295. lib 2. itaut omnia poſt eam geſta vti attenta veniant reuocanda, Caputaq; deciſ.93. par. 2. cum ſimil.

3 Quod procedit etiam non cognito An inhibitio emanata fuerit canonica, ne ſub clipeo cognoſcendi An inhibitio fuerit iuſta, vel nè contemnantur inhibitiones, prout eſſe de ſtylo Rotæ teſtantur, Achil. deciſ.7. de attentat. in manuſcript.& 29. de appellat. in impreſſ. Accorambon. deciſ.53. lib.3 Mandoſ. de inhibit. quæſt.20. fuit dictum coram R.P.D. meo Pamphilio in cauſa Toletana fructuum 16. Maij 1586.

4 Et licet in hoc caſu fuiſſet commiſſa cauſa appellationis à ſententia nondum lata, nihilominus etiam ſi reſcriptum ſit ſubreptitium, & nullam tribuat iuriſdictionem, adhuc tamen inhibitio eius vigore emanata cauſat attentata, iuxta obſeruantiam Rotæ ſecundum quam bis fuiſſe reſolutum coram Puteo refert Pereg. dec.94. lib.1. incipit fuit concluſum relata inter impreſſas deciſ. 373. lib 3. Achil. deciſ 7. de attent. & d. deciſ.29. de appell. quicquid alias Rota antiqua tenuerit, vt in deciſ.58 de appell. in nouis, & apud Ægidium deciſ.239. maximè quia in commiſſione aderat clauſula, quam, & quas cuius

vigore

vigore poterat Iudex procedere, prout in prima etiam ſi nulla præceſſerit ſententia, nec appellatio, Peregr. d. deciſ. 94 & totum negotium principale commiſſum cenſebatur, Sarnen. de iuſtitm. quæſt. 34. n. 4. additiò ad deciſ. Rotæ 23. n. 2. de reſcriptis in nouiſſ.

5 Non obſtant ea, quæ in contrarium opponebantur. Et primò quod inhibitio non fuerit iudici intimata, quia ſufficit intimationem fuiſſe factam parti iuxta dictam deciſionem Ant. Auguſt. 373. incipit Thomas. lib. 3.

6 Secundò non obſtat regula Cancellariæ 36. expreſsè prohibens appellationes ante diffinitiuam ſententiam illaſq; vna cum commiſſionibus, & omnibus inde ſequutis annullatis, quia cum illa regula loqoatur in caſu ſimplici non debet extendi ad caſum mixtum, quando non ſolum cauſa appellationis, ſed etiam negotium principale committitur, vt in termini huius regulæ tradit Sarnen. de impetr. benef. vacan. per obit. fam. Cardin. q. 15. in fine.

7 Tertiò non obſtat deciſio Peregrini 136. lib. 2. ſecundum, quam inhibitio non cauſat attentata, quando is ad cuius inſtantiam emanauit, rediſſet ad Iudicem inhibitum quia hoc tollitur ex facto, cum nullus actus coram Iudice inhibitio factus fuerit, licet enim a ſententia lata fuerit iterum appellatum, & alia commiſſio non deuoluebat cauſam appellationis, & nullitatis huius ſententię, & licet in termino citationum ad ſententiam procurator Illuſtriſſimi Cardinalis comparuerit, tamen ſemper appellauit, & de nullitate proteſtatus fuit.

8 Demum non obſtat deciſio coram Illuſtriſſimo Cardinali Platto in cauſa Romana de Ruſpolijs 10. Maij 1589. tum quia in illa commiſſione, cuius vigore fuerat inhibitum, non aderat clauſula, quam & quas, tum quia illa eſt fundata in deciſionibus Rotæ antiquis, quæ ex ſupra deductis apparet pluries fuiſſe à Rota moderna reprobatas, tum quia hoc modo aperiretur via contemnendi inhibitiones Rotales, quod non eſt ferendum: Nā iudices in curia exiſtentes facilè poſſunt adhibere remedium curando, vel quod moderentur inhibitiones, vel quod adeatur ſignatura pro reformatione commiſſionum, iudices verò de partibus non debent iudicare ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia inhibitionum Rotalium quas facilè negligerent, vt dicit Achill. d. deciſ. 7. de attentat. in manuſcript. Et ex his fuit concluſum pro nullitate ſententiæ.

DECISIONES R. R. COLLECTÆ A P. Farinacio ex Opere poſthumo. P. I.

CORAM MANZANEDO.

Piſtotien. Beneficij.

Lunæ 14. Decembris 1615.

SVMMARIVM.

Res iudicata adeſſe dicitur vbi non docetur de interpoſita appellatione. n. 1.

Appellatio quatenus contra recipitur ex vſu palatij, ibid.

Appellatio dicitur circumducta, vbi non pronunciatur in termino, in quo appellatio producta fuit, ibid.

Appellatio dimiſſa in actis penes Notarium, non autem interpoſita coram iudice, appellanti non prodeſt, n. 2.

Mandati defectus vbi a parte non opponitur, non nocet quando reuera adeſt mandatum, etiam quod non ſit productum, n. 3.

Mandatum Procuratoris coniecturis probatur, n. 4.

Procuratoris mandatum præſumitur in eo, qui in manibus habet plures ſcripturas ad cauſam facientes, ibid.

Mandatum præſumitur in eo, qui ſportulas depoſuit, & alias expenſas fecit in lite, ibid.

Citatus vbi quis fuit tanquam Procurator non poteſt ampliùs contra ipſum excipi de defectu mandati, n. 4. in fine.

DECISIO LXIII.

1 CONſtare de re iudicata Domini dixerunt, cùm non doceatur de appellatione ſaltim intra legitima tempora interpoſita, cap. Romana. §. ſi verò, de appellat. in 6. Rot. deciſ. 30. de appell. in nou. Lancell. de attent. appell. penden. limit. 50. n. 37. Seraph. deciſ. 422. num. 5. licet enim die 8. Aprilis præteriti fuerit data Notario ſchedula appellationis ſub formula, quatenus contra, quæ recipitur ex vſu palatij, iuxta Veſt. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 29. in fine. Put. deciſ. 102. num. 2. lib. 3. Rota diuerſ. deciſ. 391. n. 2. par. 3. lib. 3. Tamen, quia non fuit pronunciatum ſub termino, infra quem fuerat appellatum, ſed die 29. eiuſdem menſis appellatio remanſit circumducta, & inutilis, proinde ac ſi interpoſita non fuiſſet & ideo erat de nouo interponenda in termino alterius citationis ad ſententiam, ſub quo fuit pronunciatum.

2 Vltra quod dicta ſchedula appellationis fuit dimiſſa tantummodo in actis penes Notarium, non autem interpoſita coram iudice à quo, prout requiritur ad text. in cap. vt debitum, de appellat. Rota deciſ. 50. de appell. in nou. Grammat. deciſ. 36. n. 76. Cephal. conſ. 185. n. 5. Veſtr. vbi ſupra, n. 29. Lancell. loco citato, n. 184.

3 Non obſtat defectus mandati eius, qui obtinuit ſententiam, & in cauſſa comparuit, quia adeſt mandatum ad lites, & cum contra illud nihil vnquam fuerit oppoſitum, non poteſt hodie agi de illius defectu, iuxta deciſion. Mohed. 1. de procurat.

4 Maximè, quia concurrunt plures coniecturæ in caſu noſtro, ex quibus illud probatur. Gozad. conſ. 11. num. 13. Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 5. de reb. Eccleſ. non alienan. Rota diuerſ. deciſ. 18. num. 1. par. 1. & deciſ. 32. num. 2. par. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 6. num. 1. Ille enim, qui comparuit, habebat plures ſcripturas ad cauſam facientes, quas in actis produxit Iaſ. in l. 1. ſub num. 12. verſ. item vltra. C. de procur. Caſſad. deciſ. 3. ſub num. 5. verſ. & ſi apud aliquem. de procurat. Caputaq. deciſ. 185. n. 3. par. 2. Item in huiuſmodi cauſa ſportulas depoſuit, & alias expenſas fecit. Rot. diuerſ. deciſ. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in antiq. Socin. conſ. 86. num. 3. lib. 3. Gabr. de procur. concluſ. 1. num. 6. & tandem vti Procurator fuit ſemper citatus per partem aduerſam, & ſic approbatum pro tali. Sutd. deciſ. 104. num. 12. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. n. 611. Ex quibus ita reſolutum, &c.

EODEM.

MANZANEDO.

Ciuitatis Ducalis nullitatis vnionis.

Lunæ 12. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

Appellatio interpoſita à Procuratore non habente mandatum non ſuffragatur; nec impedit ſententiam tranſire in iudicatum, num. 1.

Appellatione interpoſita, ſi ea proſequuta non fuerit, illa remanet deſerta, ibid. in fine.

Vnio non effectuata habetur pro reuocata per regulam reuocatoriam Leonis XI. & Pauli V. etiam quod haberet clauſulas ampliſſimas præſeruatiuas. n. 2.

Vnio quod non habuerit effectum præſumitur a iure, & ideo qui contrarium dicit, probare debet, & quomodo, n. 3.

DECI-

Cui

DECISIO LXIV.

1 COnſtare de re iudicata quæ veniat exequenda, Domini dixerunt; licèt enim a ſententia in hac cauſa lata fuerit in tempore appllatum, tamen non conſtet de mandato illius qui appellauit, appellatio redditur inutilis, perinde ac ſi interpoſita non fuiſſet, Caputaq. deciſ. 35. n. 6. part. 1. Achill. deciſ. 10. de appellat. Lancell. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 50. num. 22. ita vt intret res iudicata, vt fuit reſolutum in vna Fauentina ſucceſſionis 24. Nouembris 1604. coram Illuſtriſſimo Mellino, & 20. Ionij 1608. coram Domino meo Caualerio; maximè quia appellatio non fuit proſequuta, & ſic remanſit deſerta. Crauet. conſil. 103. n. 1. Rota deciſ. 1. de appellat. in nou. & deciſion. 76. eodem tit. in antiq. Sarnen. in regula de trienn. quæſt. 54. n. 2.

2 De iuſtitia verò Iunæ dubitari non poteſt, cùm vnio per Capitulum prætenſa tanquam non effectuata remanſerit reuocata per regulam reuocatoriam vnionum Leonis X I. & S. D. N. Pauli V. etiam quòd illa haberet clauſulas ampliſſimas, & præſeruatiuas & derogatorias ad futuras regulas, vt fuit reſolutum in vna Toletana Cappellaniæ 23. Ianuarij 1608. coram D. meo Pamphilio.

3 Quòd autem vnio non fuerit effectum ſortita, vltra quod tanquam quid facti non præſumitur. l. in bello. §. factæ ff. de cap. & poſtlim. reuerſ. deducitur ex eo, quod non fuerit facta poſt ceſſum, vel deceſſum, præſentis Rectoris vnionis effectus eſt ſuſpenſus donec illè viuit. Calder. conſil. vlt. n. 2. de reb. cred. non alien. Mandoſ. ſup. d. regula quæſt. 5. Et ita reſolutum.

EODEM.

PIROVANO.

Ferrarien. Decimarum.

Veneris 12. Decembris 1614.

SVMMARIVM.

Sententia lata ſine citatione parte præſente valet, numero 1. etiam Procuratore non monito ad comparendum, & intelligendum quę gerebantur contra ſuum principalem, numero 2.

Sententiam nullam parte non opponente iudex confirmare poteſt, num. 3.

Scriptura vna, quando eſt contraria alteri ſcripturæ, neutri creditur, n. 4.

Relato magis ſtandum quàm ſententiæ, ib. in fine.

Citatio incerta, & ambigua, & de qua non conſtat qua die fuerit executa, non valet, n. 5.

Argumentum ab antecedenti, & ſubſequenti, neceſſariò validum eſt in iure, ib. in fine.

Actus vt ſuſtineatur, verba ſemper fauorabiliter interpretanda ſunt, ibid.

DECISIO LXV.

1 FVit reſolutum ſub die 11. Ianuarij præteriti non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum per Sereniſſimum Mutinę Ducem petitę, niſi obſtet defectus citationis ad ſententiam, de quo particulariter erat agendum. Hodie propoſita diſputatione ſuper parte reſeruata, Domini dixerunt non adeſſe defectum citationis. Nam ſi quæratur de prima ſententia lata per Locumtenentem Cardinalis Legati, citatio ad ſententiam non deficit, quia lata reperitur Galuano Procuratore Sereniſſimi Ducis præſente, quo caſu alia citatione opus non eſt, vt dicant Angel. & Imol. in l. de vnoquoque ff de re iud. & poſt alios latiſſimè Gabr. de citat. concl. 1. num. 396. Vant. de nullit. ex defect. cit. n. 17. & eſt tex. in l. etiã n §. 1. verſ. parte præſente, vel euocata, ff. de minor.

2 Nec requiritur quod ex proceſſu conſtet Procuratorem fuiſſe monitum, vt intelligeret, quæ gerebantur in præiudicium ſui principalis, ſecundum opinionem Bart. in l. furioſo ff de re iud. & aliorum, qui eum ſequuntur, quod refert idem Gabr. verſic. prima tamen, numer. 398. quia Iaſ. Alex. Imol. & alij relati per Capicium in deciſ. 1. num. 37. intelligunt Bartolum, quando appareret Procuratorem eſſe præſentem in Curia ad aliũ effectum; interim autem donec contrarium non probatur, tenet ſententia, quia præſentes præſumuntur ſcire actum gerendum, & pro decretis, & ſententijs audiendis aſſiſtere, & hanc partem ſequuta eſt Rota in Conchen. decimarum 4. Decembr. 1600. coram bo. mem. Cardin. Pamphilio, inhærendo prædictæ deciſioni Capicij.

3 Præterea alia etiam ratione ſuſtinebatur validitas prædictæ ſententiæ, ex quo de nullitate dictum non fuit coram Iudice appellationis, qui propterea potuit parte non opponente ſententiam nullam confirmare, & viam iterum dicendi de nullitate præcludere. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 9. numero 8. & 11. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Gabr. conſil. 48. numero 1. Rota in Almerien. decimarum coram me 23. Iunij 1604. vbi latiſſimè fuit firmata hæc concluſio.

4 Non obſtat quòd dies ſententiæ ſit incerta, cùm ex proceſſu legatur Montanum pronunciaſſe die 26. Iunij 1610. & ex alia fide Notarij actuarij conſtet ſententiaſſe die 22. Decembris eiuſdem anni, ac demum ex proceſſu compulſato appareat eodem die 22. Decembris Iacobum Spinulam eandem ſententiam protuliſſe, qua contrarietate attenta neutri ſcripturæ ſtandum videatur. Quia fuit reſponſum ceſſare incertitudinem, & contrarietatem ex quo poſtquam Montanus tulit ſententiam, prout in ſchedula, & dicto die 26. Iunij in actis ea non fuit dimiſſa, & per conſequens tanquam relata ad id, de quo non apparet, non meretur nomen ſententiæ. Secunda verò de die 22. Decembris non ex proceſſu, ſed ex fide Notarij actuarij legitur prolata, quæ fides cùm ſe retulerit ad proceſſum, & proceſſu exinde in forma probanti transportato appareat non à Montano, ſed à Spinula fuiſſe pronunciatum, viſum eſt illi magis, quam fidei eſſe ſtãdum, l. eſſe toto. ff. de hæred. inſtit. Dec. conſ. 563. n. 6. Rota diuerſ. par. 1. deciſ. 121. n. 6.

5 Si verò ſecundo loco agatur de ſententia Pretoris Ferrariæ iudicis appellationis, & illa appareat lata præuia citatione ad audiendam ſententiam, & legitime exequuta in perſonam Galuani Procuratoris Sereniſſimi Ducis; nec viſum eſt obſtare quod ex relatione Nuncij non conſtet, qua die fuerit exequuta citatio ad ſententiam, & relatio nuncij incerta, & ambigua non releuat, cum citatus non ſit certus de hora comparendi, vt in terminis viſus eſt firmare Spec. titul. de cit. §. ſequitur videre, numero 10. verſic. facta igitur citatione, ideo cum citatio fuerit decreta die 26. Martij pro die ſecunda iuridica, & potuerit exequi eadem die, nuncius verò die 27. retulit ſe citaſſe Galuanum, non expreſſo tempore citationis, dies ad audiendam ſententiam cadere poterat ſub 28. & tamen ſententia fuit lata die Iouis 29. euiſdem menſis Martij, & ſic veriſimiliter extra terminum datum ad audiendam ſententiam. Prædicta enim æquiuocatio ex facto fuit ſublata, quia citatio fuit decreta ſub die 26. de ſero, in quo terminus iuris pro citatione non ſupererat; relatio autem fuit facta die 27. in mane, quia inter decretum citationis, & relationem nuncij vnicus terminus dabatur, &

conſe-

conſequenter benè adaptatur terminus ad ſecundum iuris cadens in die 26. in quo ſententia fuit lata, & hæc ipſa probatio ab antecedenti, & ſubſequenti neceſſario non eſt noua in iure, vt benè probat Euerard. in ſua centur. legal. in loco A. conceſſione antecedentis, maximè cum agatur de ſuſtinendo actu, pro quo ſemper ſolet ſumi fauorabilis interpretatio, Seraph. deciſ. 115. Creſc. deciſ. 1. num. 1. de cauſ. poſſ. & propr. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 35. Surd. deciſ. 233. n. 16. Et ita fuit reſolutum.

EODEM.

PAMPHILIO.

Mediolanen. Legati.

Mercurij 30. Octobris 1585.

SVMMARIVM.

Agi regulariter non poteſt executiuè, ſed tantum ordinariè, n. 1

Legatum peti poteſt via executiua, n. 2. declara vt n. 5.

Agens via ordinaria non poteſt redire ad viam executiuam, num. 3.

Appellari poteſt de iure Canonico à quocunque grauamine etiam in poſſeſſorio, & in caſibus, in quibus aliàs de iure ciuili non appellatur, n. 4.

Sententia quæ ob lapſum fatalium fecit tranſitum in iudicatum exequi poteſt abſque alio, n. 6.

Fatalia non currunt Mediolani, pendente cauſa in Senatu, numero 6.

DECISIO LXVI.

1 FVit per Dominos reſolutum in caſu de quo agitur, ordinariè, non autem executiuè eſſe procedendum, ex regula l. minor 25. annorum, cum fideic. cum ibi not. per Bart. & alios, ff. de minor. Ang. ibi ſequuntur Paul. de Caſtr. & Alex. in l. ait Prætor, §. ſi videtur, ff. de re iud. latè Boer. deciſ. 295. n. 5

2 Et quamuis Angelus in §. illud, num. 57. in auth. de hæred. & falcid. illam limitetur in legato pio, quo voluit poſſe executiuè procedi, ac Angel. ſequuntur Iaſ. in l. final. n. 6. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Soc. conſ. 103. in princ. lib. 3. Dec. in l. in teſtamentis, num. 6. de reg. iur. Natt. conſil. 206. num. 4. lib. 1. cum alijs allegatis per Moder. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpræt. 2. dub. 3. n. 1489. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem.

3 Hanc tamen limitationem dixerunt Domini non procedere in hoc caſu, tum quia in partibus fuit cœptum agi via ordinaria, & lata ſententia diffinitiua, inde non poteſt modò redire ad viam executiuam, cui ordinariè agendo cenſetur renuntiaſſe, ca. vt qui duas, de elect. in 6. via enim quam elegit, ſequi poterat, l. ſi mulier, §. fin. ff. quod met. cauſ. auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iud. Dec. conſ. 46. col. 1. Aym. conſ. 74. num. 8. bene Moder. de obligat. in forma Cameræ, p. 34. num. 3. & in proprijs terminis Guil. de Bened. in cap. Rainutius, in verſ. & abſq; liberis il 2. in tit. de legat. & fideicom. n. 197. extra de teſtam. Boer. dicta deciſ. 295. n. 12.

4 Tum etiam attenta diſpoſitione iuris Canonici, quod in hoc caſu eſt inſpiciendum, ſecundum quam datur appellatio à quocunque grauamine, etiam in poſſeſſorio, & in caſibus, in quibus alias de iure ciuili non appellatur. Clem. 1. in fin. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. cap. cum ad ſedem, vbi latè Abb. de reſt. ſpol. Curt. iun. conſ. 168. n. 39. Afflict. deciſ. 269. n. 2. Couar. pract. quæſt. c. 23. n. 8. & in remedio executorio, quod datur in vltimis voluntatibus, ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. fuit reſolutum 7. Iunij proximè præteriti, in vna Spoletana bonorum coram R.P.D. Blanchetto.

5 Et tanto magis quia opinio Angeli maximam patitur difficultatem, vt apparet ex not. ab Alexand. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ſub num. 6. verſ. 4. limita. ff. ſolut. matrim. Dec. & alijs addit. in l. fin. numer. 16. & Iauard. num. 136. C. de edict. diu. Adrian. tollen. Ripa in d. l. ait Prætor. §. ſi iudex, n. 6. qui tenet contrariam opinionem, quam etiam latè comprobant Moder. de adipiſc. poſſ. rem. 3. n. 693.

6 Quòd ſententia in partibus lata ob lapſum fatalium fecerit tranſitum in iudicatum, l. fin. C. de temp. appell. & ſic ſaltem ex hoc capite ſit locus executioni, l. 4. ſine executione, ff. de re iud. non placuit Dominis ſtante ſtylo ciuitatis Mediolanen. quòd pendente cauſa in Senatu fatalia non currant, quia non repugnat iuri communi, cap. ex inſinuatione, ibi, à proceribus dirimi, extra de appell. & cap. ex ratione, vbi Dec. num. 6. eodem tit. poſtquam verò fuit auocata, & introducta in Rota, ſemper fuerunt prorogata fatalia.

EODEM.

DAMASCENO.

Toletana Cappellauiæ.

Veneris 10. Decembris 1609.

SVMMARIVM.

Declaratoria cenſurarum, & excommunicationis datur contra non parentem litteris Apoſtolicis, & earum exequutorialibus, n. 1. Vbi tamen quòd hoc procedit, quando ſeruatis terminis ſubſtantialibus non docetur de paritione.

Appellatio datur à declaratoria excommunicationis conditionaliter lata, niſi infra tot dies paruerit pendente d. termino, declara vt n. 2.

Appellare non licet ab exequutione rei iudicatæ, ibid.

Appellare non licet à declaratoria excommunicationis lata pro exequutione rei iudicatæ, ibid.

Abſurdum vt euitetur ſemper facienda eſt interpretatio, ibid.

Appellatione prohibita à ſententia, non cenſetur prohibita appellatio à ſententia interloquutoria, declara vt n. 3.

Reſtitutio in integrum petita poſt cœptam exequutionem, & poſt decretas & relaxatas exequutoriales, exequutionem non impedit, n. 4.

DECISIO LXVII.

1 CEnſuerunt Domini dandam eſſe declaratoriam, quia de renitentia Capituli in parendo mandatis Rotalibus, immo potius Apoſtolicis, conſtat nedum ex eo quod intimatis ſibi litteris exequutorialibus, & ſeruatis terminis ſubſtantialibus non docetur de paritione, iux. not. per Felyn. in c. ad probandum, num. 6 de re iud. Creſcen. deciſ. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. Mohed. deciſ. 1. de ſent. excom. Verùm etiam de dicta renitentia apparet ex actibus poſitiuis in facto relatis pro parte Ioſephi, qua renitentia ſtante ritè proceditur ad cenſuras Eccleſiaſticas, gloſ. in c. duo, verb. videbatur 96. diſtinct. Abb. in cap. 1. num. 10. de iud. vbi etiam Rip. num. 29. latè Couarr. in c. alma mater, par. 1. relect. §. 9. num. 3. verſ. quintò hic apertur; iſte enim eſt vnus ex præcipuis modis, quibus ſancta Mater Eccleſia conſueuit renitentes deducere ad viam ſalutis, c. dilecto, vbi gloſ. in verb. Eccleſiaſtico, Gemin. num. 3. Franc. num. 2. & in 4. notab. de ſent. excomm. lib. 6.

2 Non obſtat quod cenſuræ non fuerint ſimpliciter fulmina-

Digitized by Google

minatæ contra Capitulum, ſed conditionaliter, niſi infra tot dies paruerit, quo termino pendente licuit Capitulo appellare,& inde ſuſpeodere effectum cenſurarum,c.præterea il 2.vbi latè ſcrib.de appell.qoia ille text.non loquitur de cenſuris latis pro executione rei iudicatæ,quo caſu cum materia de ſui oatura non ſit appellabilis, l.ab executore,vbi ſcrib. ff. de appell. appellatio interpoſita nihil operatur,vt dicit io ſpecie Gemin.cooſ.99 nnm. 1. io fin. & facit, quia in qualibet materia illa ſemper eſt capienda interpretatio,per quam abſurdum euitetur, l.non abſurdum,vbi ſcrib.ff.de boo.libert. Abſurdum autem eſſet dicere, quod Papa per dictum textum voluerit quòd iudicium ſemel terminatum, denuò mediante appellatione interponenda à cenſuris ferendis pro executione rei iudicatæ reuiuiſcat, & per nouas inſtantias protrahatur, contra regulam,l.certi iuris. C.de iud. Hinc videtur quòd licet ponatur regula,quòd liceat appellare à declaratoria incurſus cenſurarum; limitatur tamen ſi declaratoria eſt lata vigore executorialium,& rei iudicatæ.Lancell. de attent.p.2.c.12.lim.21 n.27.

3 Non obſtat quòd declaratio incurſus cenſurarum ſit interlocutoria, & conſequenter per commiſſionem Rotalem prohibentem appellationem non cenſeatur prohibita appellatio ab ioterloquutoria. Abbat. in c. Paſtoralis,n.6. de appell. cum concord. qoia allegata procedunt quando eſt prohibita appellatio à ſententia, ea ratione quod ſub nomine ſententiæ in materia ſtricta non venit interloquutoria, ſecus ſi ſimpliciter, & indefinitè ſit prohibita appellatio,vt in hoc caſu, ita diſtinguit Abb. quem alij ſequuntur, loco ſupra citato, & in omnem euentum concluſio eſſet intelligenda de alia interloquutoria,quam illa quæ venit pro exequutione rei iudicatæ ſuper negotio principali, quia alias eſſet per indirectum tollere omnem efficaciam reſcripti auferentis facultatem appellandi.

4 Minus facit quòd Capitulum in actu executionis implorauerit beneficium reſtitutionis in integrum, quod non cenſetur ſublatum per prohibitionem appellationis: nam præter quòd euentus Signaturæ Sanctiſſimi docuit, quod iſta exceptio non poterat retardare virtutem executorialium Rotalium, in omoem caſum iſta reſtitutio debebat fieri ante cęptam executionem, aliàs noo habuit vim retardandi. Rip.in l.4.§. condemnatum, n.30. ff.de re iud.Put.deciſ.285.lib.2.Cæſ.de Graſſ. deciſ.1. num.14. de reſtit.in integr. Cępta autem dicitur exequutio ex ipſo quod ſunt decretæ,& relaxatæ executoriales, vt tenuit Rota in vna Carthagin.Decanatus 18. Decembris 1587. coram bo.mem.Bubalo.

Minus facere viſum fuit qood dicitur ad Capellanos, non autem ad Capitulum ſpectare tradere poſſeſſionem, quia contraria obſeruantia viſa fuit probari, ex multis in facto relatis pro parte Ioſeph.

E O D E M.

D A M A S C E N O.

Calaguritana de Branteuilla.

Lunæ 2. Iulij 1604.

S V M M A R I V M.

Attentata poſt appellationem cenſentur nulla, & reuocanda veniunt, n.1.

Appellare quis poteſt, & quando à denegatione prorogationis termini dati pro ſubijciendo ſe examini,n.1.

Appellare licet de iure Canonico à quocunque grauamine, concurrente rationabili cauſa, n.1.

Scaccia de Appellatione.

Appellare licet etiam de iure ciuili à grauamine interloquutorio,quod non poteſt per deffinitiuam ſententiam reparari,n.1. in fine.

Iudex non admittendo probationem de ſui natura releuantem, dicitur grauare; & ab hoc grauamine licitum eſt appellare, num 2.

Sententia interloquutoria dicitur habere vim diffinitiuæ, quando per illum terminatur negotium,de quo agitur, n.3.

Appellare licitum eſt ab interloquutoria habente vim diffinitiuæ,abſque eo,quod vlla cauſa exprimatur in appellatione,n. 3. in fine.

Appellatione prohibita ab aliqua conſtitutione, non inde cenſetur prohibita appellatio à pronunciatione iudicij ſuper dicta conſtitutione, n.4.

Appellare licitum eſt à ſententia iudicis declaratoria ſuper facto notorio, n.4.

Appellatio nunquam cenſetur prohibita, niſi expreſsè dicatur, num.5.

D E C I S I O LXVIII.

1 EXamen,prouiſio,& poſſeſſio, omnia hæc viſa fuerunt nulla, quia attentata, c. ad audientiam, ibi denuncies,non tenere de appell. c. 2. ibi eo ipſo irritum habeatur, vt lit.pend.io 6. Attentata autem, quia poſt legitimam appellationem,c.non ſolum,de appell. in 6. Poſt legitimam verò appellationem ex duobus. Primò,quia licuit Ioanni per ſuum Procuratorem appellare à denegatione prorogationis termini pro ſubijciendo ſe examini, cum expreſſerit cauſam rationabilem, propter quam non poterat in tempore ſibi aſſignato comparere ad dictum examen; nempe quia fuit ſibi prohibitus ingreſſus in ciuitate Caluatenſi propter ſuſpectum peſtis in loco de Anguſiana, à quo ipſe Ioannes veniebat, concurrente autem rationabili cauſa,de iure Canonico à quocunque grauamine datur appellatio,c.vt debitus,de appell. Card. in Clem. vnica in 1.not.de dolo,& contum.Quinimo quia ſublato examine, Ioaones propter conſtitutionem S.D. N. ſuper collatione beneficiorum iſtius Dięceſ. remanebat inhabilis ad beneficium,de quo agitur,licuiſſet etiam de iure ciuili appellare, cum grauamen eſſet tale, quod non poterat per diffinitiuam ſententiam reparari,l.2.vbi Bart.& alij,ff.de appell.recip.vel non.

2 Noo obſtat,quòd Ioannes coram Iudice, à quo non iuſtificauerit ea,quæ allegauit de peſte, & ſua mora in loco de Anguſiana, immo quod nec adhuc de prædictis conſtet,niſi per ſimplicem fidem,quæ de iure non facit fidem, quia ad hunc effectum ſufficit oblatio, quam fecit Ioannes de illis probandis:eo enim ipſo,quòd Iudex non admiſit probationem de ſui natura releuantem, apparet de grauamine,etiamſi nihil aliud iuſtificetur,c.interpoſita,de appell.Bart.in l.eius,num.8. verſic.ſed eſt recurrendum,ff.de appell.recipiend.

3 Secundò, principaliter licuit Ioanni appellare à pronuntia, quam fecit Iudex, qoòd ſolus Petrus erat admittendus, Ioannes verò & alij cum eo oppoſitores pro illa vice habendos pro excluſis. Hæc enim pronuntiatio habuit vim diffinitiuæ, cùm per illam terminaretur negotium concurſus,l.1.de re iud.gloſſ.in l.qui reſtituere.verb. reſtituere,ff.de rei vendic.& ideò tanquam a diffinitiua nulla fuit neceſſaria expreſſio cauſæ, vel aliæ ſolemnitates,de quibus in d.c.vt debitus.Ita DD.in l.ſcio, ff. de appell.Card.in d.Clem.vnic. de dolo, & contum.

4 Non obſtat, quod ordinarius proceſſerit tanquam deputatus exequutor conſtitutionis S.D.N. ſuper collatione beneficiorum iſtius Dięceſ. Quam quidem conſtitutionem idem S.D.N. mandat firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, omni & quacunque appellatione, recurſu,

Digitized by Google

ſeu alio remedio ordinario, vel extraordinario ſemper ſemotis, quia Ioannes non appellat ab ipſa conſtitutione, ſed à facto iudicis, in exequendo dictam conſtitutionem, quod poteſt, non obſtante, quod conſtitutio de ſui natura ſit inappellabilis, quia non impugnatur ipſa Conſtitutio, ſed factum iudicis, qui potuit decipi. Card. in Clem. 1. §. ſi quis autem, quæſt. 11. num. 10. de ſequeſt. poſſeſſ. Achil. decil. 4. num. 7. de ſent. excomm. ſicut in ſimili contingit in facto verè notorio, in quo licet de iure non detur appellatio, c. cum ſit Romana, de appell. tamen à ſententia iudicis declarantis, factum eſſe notorium benè datur appellatio. Abb. conſ. 100. n. 3. in fin. par. 1. Fel. cap. fin. o. 43. de reſcrip.

4 Non obſtat Conſtitutio ſynodalis, per quam mandatur, quod præſentato à maiori parte ſtatim debeat fieri collatio, & tradi poſſeſſio, quia iſta difficultas fuit ſublata per deciſiones factas in duabus cauſis Calaguritanis coram R. P. D. meo Decano, in quibus fuit dictum; per d. Conſtit. non tolli beneficium appellationis, cum per illam hoc expreſsè minimè caueatur per gloſſ. in l. qui reſtituere, verbo reſtituitur, in fin. ff. de rei vend. faciunt not. per Alex. conſ. 113. n. 1. & 2. lib. 5.

EODEM.

DAMASCENO.

Calaguritana beneficij de Fuen. maior.

Lunæ 22. Aprilis 1613.

SVMMARIVM.

Auditor Rotæ poterit abſque commiſſione prouidere de beneficio coram eo præſentatum, n. 1.

Approbatus idoneus ad beneficium curatum ab examinatoribus, ſi ſolus approbatus fuerit, admitti debet ad beneficium, ſuper quo fuit examinatus, ibid.

Examinatores non coguntur ex pluribus examinatis plures approbare, ſed ſufficit, quod vnum tantùm approbauerint, ſi vnum ſolum, idoneum reperierint, ibid. & per totum.

Si verò dictio eſt aduerſatiua præcedentium, n. 2.

Clericus præſumitur idoneus ad beneficia ſimplicia, ibidem, in fine.

Appellatio datur à relatione examinatorum, n. 3.

DECISIO LXIX.

1 FVit reſolutum beneficium præuia noua præſentatione coram me fienda per beneficiatos de partibus eſſe adiudicandum Andreæ, iuxta form. Clem. auditor. de reſcript. Quòd autem Andreas ſit ſolus præſentandus, & illi adiudicandum beneficium, fuit per DD. reſolutum, quia ipſe ſolus fuit per examinatores ſynodales approbatus ad curata, vnde illi ſoli debetur beneficium vigore motus proprij Clementis PP. VIII. quæ approbatio minimè viſa fuit vitiari, ex eo quòd examinatores non retulerint etiam ſuper alijs oppoſitoribus examinatis, vt in hac eadem cauſa fuit dictum 13. Februarij 1612. coram bon. mem. Penia, quia Domini diligentius ponderatis verbis Clementis VIII. exiſtimarunt quod quando examinatores reperiunt vnum tantùm idoneum ad curam animarum, quòd illum ſolum poſſit approbare, nulla de alijs facta mentione, verba enim Breuis ſunt iſta, & abſoluto examine omnes idoneos reſpectu ſcientiæ ad curam animarum exercendam in d. examine repertos quotquot fuerint, licet ætas in eis deſit, referre teneatur, &c. ſi verò nullus inter oppoſitores ad curam animarum exercendam idoneus extitat, vt præfertur, referant omnes quotquot ex dictis oppoſitoribus ad beneficium ſimplex, & ſine cura obtinendum idoneum iudicauerint, &c.

2 Ex quibus verbis duo colliguntur, primum, quòd examinatores non tenentur facere mentionem niſi de idoneis, ibi, omnes idoneos, &c. referre teneantur, eo enim ipſo, quòd Papa iſtos tantum excludit, cæteros videtur excludere, ad l. cùm prætor. de iud. cum concord. Secundum eſt, quòd examinatores non teneantur facere mentionem de exiſtentibus in ſecundo gradu idoneitatis, nempe de idoneis ad beneficia ſimplicia, donec adſit idoneus in primo gradu, nempe ad curam animarum, vt colligitur, ibi, ſi verò nullus, &c. dictio enim, ſi verò, eſt aduerſatiua, l. ſi verò, ff. mand. l. ſi verò, ff. ſolut. matrim. l. ſi ita ſcriptum, in princ. & ibi Bart. in 2. ff. de liber. & poſth. Bald. conſ. 412. num. 1. lib. 1. Abb. conſ. 63. in fin. lib. 1. vnde non obſtat, quòd Thomas ſaltem eſſet idoneus ad ſimplicia, prout eſt illud, de quo agitur. cùm ad ſimplicia quilibet Clericus præſumatur idoneus. Abb. in cap. fin. num. 5. verſ. vlt. noto. Felyn. num. 2. de præſ. Lambert. de iur. patr. part. 1. lib. 2. art. 2. quæſt. 10. princ. num. 3. Rota in cauſa Caputen. beneficij 16. Iunij 1600. coram me, quia, vt dictum eſt, examinatores non tenebatur facere mentionem de idoneis ad ſimplicia, donec extabat aliquis idoneis ad curata.

3 Voluerunt autem Domini fieri nouam præſentationem à beneficiatis antequam deueniatur ad adiudicationem, quia, vt alias fuit reſolutum coram bon. mem. Penia in deciſ. ſupra alleg. præſentatio, & inſtitutio factæ in partibus de perſona Andreæ fuerunt attentatæ tanquam factæ poſt appellationem interpoſitam pro parte Thomæ à relatione examinatorum, quæ appellatio fuit illi de iure licita, vt Rota cenſuit in cauſa Calaguritana portionis de Amarita 27. Iunij 1375. coram Cantuccio relata inter diuerſ. impreſſ. deciſ. 6. num. 1. part. 2. in Neapolitana Capellaniæ de menſe Decembris 1562. coram Oradino, & alijs in deciſion. dictis Peniæ relatis. Et ex hoc quòd fiat noua præſentatio, ceſſat obiectum attentatorum, de quibus in prædicta deciſ. D. Peniæ, quia attentata ſubſequuta non vitiant anteriorem relationem ad fauorem Andreæ.

EODEM.

BVRATTO.

Romana exceſſus legati.

Mercurij 16. Nouembris 1616.

SVMMARIVM.

Sententia quando dicatur lata in iudicio exequutiuo, ſeu potius ordinario, n. 1.

Appellare licet à ſententia lata in iudicio ordinario, etiam quòd agens potuerit Cameralem obligationem experiri, ibidem.

Via exequutiuæ renunciatum cenſetur per electionem viæ ordinariæ, n. 2.

Legatarius pro conſequendo legato non poteſt intentare viam exequutiuam, ibidem.

Appellatio nunquid detur à ſententia lata in cauſa alimentorum, ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, n. 3. & 4.

Paupertatis qualitas probanda eſt per eum, cuius intentionis eſt fundamentum, n. 4.

DECISIO LXX.

1 A Sententia A. C. lata ad fauorem Azeuedi legatarij alimentorum bon. memor. Cardin. Dezæ ſuper

aug-

Digitized by Google

augmento æſtimationis coquinæ, & habitationis ſibi in vrbe, dum in ea moram traxerit, per DD. hæredes præſtan. ab obitu D. Cardinalis, fuit ex parte dictorum hæredum appellatum, cauſaque in Rota commiſſa cum clauſula, ſi quid exequendum, &c. Dubitaui an dicta ſententia eſſet exequenda? Et negatiuè Domini reſponderunt. Illa enim eſt appellabilis, quia fuit via ordinaria monitorij, & ſeruatis terminis ſubſtantialibus petitum, & declaratos dictos hæredes teneri, & obligatos eſſe ad ſolutionem dictæ annuæ præſtationis, quæ verba non faciunt iudicium exequutiuum ſed, ordinarium, & appellabile, etiam in obligatione Camerali, vt declarauit Rota in Cæſenaten de Cacciaguerris 9. Maij 1598. coram Peregrino.

2 Ideoque videtur renunciatum viæ exequutiuæ, quatenus illa competijſſet ad text. in c. vt quis dicas, de elect. in 6. Coller. plures allegans, de proceſſ. exequutiu. par. 3. c. 5. num. 35. & ſeqq. Rot. deciſ. 551. num. 5. lib. 3. par. 3. diuerſ. In Mediolanen. legati 30. Octobris 1585. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio in Romana pecuniaria 28. Iunij 1593. coram bo. mem Litta. Et in Peruſina pecuniaria 28. Nouemb. 1612. coram R. P. D. meo Manzanedo. Et ſic etiam ceſſat, an pro legato competat via exequutiua: in qua tamen Rota tenet negatiuam, contra Ang. in §. illud auth. de hæred. & falcid. vt in Vrbenetana legati 6. Martij 1595. coram bo. mem. Card. Blanchetto in Romana legati 5. Maij 1599. coram Corduba, & in Romana ſpolij 9. Iunij 1606. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Lancellotto, & comprobat Menoch. de adipiſcend. remed. 4. numero 644.

3 Nec obſtat, quod dicta ſententia lata fuerit pro alimentario, ideoque non detur appellatio ſaltem ſuſpenſiua ex priuilegio alimentorum, vt latè poſt alios Surd. de alimentis tit. 8. priuileg. 60. num. 5. quia imò contrarium eſt verius in propoſito, tam reſpectu decurſorum à die mortis dicti Cardinalis vſque ad litem motam, quia dicuntur præterita. Alberic. qui dicit communem, in l. ſi iudex, num. 4. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Iaſ. in l. de alimentis, n. 5. in fine Cod. de tranſaction. & ibi Dec. num. 10. verſ. & pari ratione. Atet conſ. 97. num. 3. Pontan. de alimentis cap. 19. num. 3. latè Surd. d. priuileg. 60. num. 15. Caputaq. deciſ. 24. num. 2. par. 1. Rota deciſ. 764. numer. 4. par. 1. diuerſ. & in Anconitana alimentorum 4. Decembris 1585. coram bon. mem. Orano, quam etiam reſpectu decurſorum, & decurrendorum à die litis conteſtatæ, quia fuerunt petita iure actionis, & non iudicis officio, nec propter inopiam, vt tenent Gul. de Curt. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur Specul. in tit. de appellat. §. in quibus autem, num. 11. verſ. tu dic, & ibi Ioan Andr. in verbo aliorum. Bart. in l. fin. num. 1. ff. de appellat recipien. Atet d. conſ. 97. num. 3. verſic. 2. ratio. Lancellot. de attent. cap. 28. num. 67. Contard. ad l. vnic. C. ſi de mom. poſſeſſ. ampliat. 141. Surd. vbi ſupra, num. 22. & 23. Caputaq. deciſ 39. par. 1. Rota d. deciſ. 764. num. 1. & 2. part. 1. in dicta Anconitana alimentorum coram Orano, & in Peruſina legati 30. Octobris 1585. coram bon. mem. Gipſio, & latè Barzar. deciſ. Bonon. 69. numero 17. verſic. certè illa opinio, & numero 18. 19. & 20. & 32. qui etiam à num. 22. vſque ad 33. ſigillatim ad omnia contraria reſpondet.

4 Et tanto magis, quia non conſtat de inopia legatarij, & quod non habeat vnde ſe alat; immò ex deductis, videtur de contrario apparere. Nam ipſe à die obitus dicti Cardinalis vſque in præſens ex dicto eius teſtamento côſequutus fuit menſtruam prouiſionem ſcutorum nouem, nec oſtendit illam non ſufficere pro ſuis alimentis. Quod tamen cum ſit fundamentum ſuę intentionis ad excludendam appellationem ſuſpenſiuam, ad quod iſta qualitas paupertatis neceſſariò requiritur, Bar. in d. l. fin. numero 1. ff. de appellat. recip. Bald. nouell. in l. 1. numero 485. verſic. circa primum tamen, ff. ſolut. matrim. Surd. vbi ſupra, & Collect. de alimen. lib. 3. cap. 15. num. 3. ei incumberet onus præciſè proban. gloſſ. in l. ſi vero, §. qui pro rei, in verbo dubitetur verſic. aut vult. excuſari, ff. qui ſatisd. cog. cum cumulatis per Couarr. var. reſolut. lib. 2. cap. 6. num. 2. & Menoch. præſumpt. 25. numero 14. lib. 6. & faciunt tradita per Rot deciſ. 48. numer. 3. & 4. part. 2. diuerſ. & in Romana grani 11. Aprilis 1614. coram me. Et in terminis, quod in hoc caſu onus probandi paupertatem ſpectet ad alimentarium, Bart. d. deciſ. 69. numero 21. 34. 35. & 36. Ideoque bene intrat appellatio ſuſpenſiua, etiamſi actum fuiſſet pro alimentis principaliter. Surd. d. priuileg. 60. numero 24. verſic. ſed hæc initia, & conſequenter non eſt locus executioni. Et ita deciſum, &c.

EODEM.

BVRATTO.

Colimbrien. Matrimonij.

Veneris 2. Decembris 1616.

SVMMARIVM.

Metus mortis, vel cruciatus corporis inducitur ex ſolo armorum terrore, & ſic ex aſſiſtentia alicuius armati, num. 1. Vbi ampliatur hæc concluſio, etiam quòd non adſit vſus armorum, et etiam quod arma ſint depoſita, quando poſſunt de facili reaſſumi.

Matrimonium metu contractum dicitur ex terrore armorum, et præſentia alicuius armati, n. 1. & 2.

Matrimonium dicitur metu factum ab eo qui iacens in lecto cum puella, & repertus à conſanguineis, puellam in matrimonium duxit, n. 3.

Metus cadens in conſtantem virum, qui ſit, coniecturis, & præſumptionibus probatur, de quibus ſtatur arbitrio iudicis, num. 4.

Matrimonium metu contractum dicitur nullum, etiam quòd præceſſerint voluntaria ſponſalia de futuro, n. 5.

DECISIO LXXI.

1 EXiſtimarunt Domini ſtandum eſſe in deciſis 19. Decembris 1614. matrimonium vltimum reſpectu D. Emanuelis fuiſſe meticuloſum, & ſic nullum. Et inter cætera fundamenta viſa fuerunt ſatis clara. Primo, aſſiſtentia Philippi generi D. Blanchæ de tempore contracti matrimonij, & ante & poſt armati enſe, & archibuſio. Nam ſolus terror armorum inducit iuſtum mortis, vel cruciatus corporis metum, l. 3. §. qui armati, & ibi gloſs. in verbo armorum, & Bart. in §. armis. in 1. notab. ff. de vi, & vi armat. gloſs. magna in l. 1. verſic. item nunquid. C. vnde vi, quam vidiſſe indiſtinctè ſeruari dicit ibi Alber. numero 14. & cum ea tranſire communiter Doct. teſtantur. Salyc. numero 5. verſic. item dubitari poteſt. & latè Hippol. Rimin. in l. vt vim num. 61. 83. 87. & 201. & ibi Bologuet. num. 27. ff. de iuſtit. & iur. qui metus non ceſſat ex non vſu armorum. Immo nec ex illorum depoſitione quando poſſint de facili reaſſumi & exerceri. gloſs. in d. §. qui armati, in verſic. ſi deiecerint, verſ. aut côuaniſſent, & ibi Odofred & Ang in princ. & num. 3. Bart. in d. §. armis in 2. notab. Monter. deciſ. Aragon. 45. numero 19. & in ſpecie noſtra Corn. conſil. 41. numero 11 lib. 2. Alex. conſil. 98. num 3. verſ. & hoc procedit. lib. 3. & conſ. 21. num. 3. inter matrimonialia. Grat. conſil. 38. num. 10. in fine, & conſ 43. n. 12. & 13.

lib.2.Io.Franch.de Ponte,conſ.49. n.18. verſ.tametſi, & latè Ferret.conſ.311.n.1.& plurib.ſeq.

2 Et ideo huiuſmodi armorum terrorem ad annullandum matrimonium inter cætera præcipuè conſiderant Alex.d,conſ.98.num.3.& conſ.156, num.4. & 5. lib.1.Pariſ.conſ.60. num.15. verſ.ex quo enim,volum.4.Corn.d, conſ.41, n.10.& ſeqq.Ferret.d.conſ.311.ſub num 6. verſ. ex quibus applicatis.Grat.d.conſ.43. num.12. Io. Franc, de Ponte d.conſ 44.n.8. & 18.in princ.& Rota in Hiſpal. matrimonij 8.Iunij 1607. coram Illuſtr. D.Cardinali Ludouiſio cum pluribus per Sanchez de matrim. lib.4, diſp, 5.num.5.& per Menoch.præſumpt.4 num.8.lib,3.Et in propoſito viſum fuit Dominis tanto magis conſiderabilis,cum vltra Philippum, vt ſupra,armatum, adſtiterint etiam duo filij Blanchæ, & multi famuli, & ancillæ, licet inermes; Emanuel verò eſſet ſolus inermis,& nudus in lecto, nec alio vllo modo propriæ ſaluti poſſet conſulere, quam matrimonium contrahendum, prout tunc fuerat requiſitus,

3 Secundo, deprehenſio Emanuelis in lecto iacen. cum Blancha à dictis eius filijs & Philippo genero,de quorum honore agebatur. Nam hæc pariter inducit iuſtum mortis,vel cruciatus corporis metum, etiamſi iure quis non poſſit occidi,l.nec timorem, 7. §. proinde ff. quod met, cauſ.& ibi gloſ. in verbo,non iure, & Bald. in addit. verſ. non occidi iure, & Ang.in princ.& n.1.Azor.in rubr.C. de his quæ vi,&c.n.5. verſ.Nam ſi adulter.Odofred.in l.3, n.2.verſ.ſed ſi aliquis deprehenditur, ff. quod met. cauſ. Monter.d,deciſ 45. num.18 & ita in ſpecie annullandum matrimonium inter alia ponderat Alex. d. conſ.98. n.4. Alex de Neuo poſt d.conſ.Alex.num.2.lib.3.Cepol.conſ, 1. in 2.coniect. iuncto num.18. verſ.2. etiam coniectura, Vbi nititur hoc fundamentum in facto vitare. Pariſ. d, conſ.60. n.19. &c.Ioan,de Franc. de Ponte d. conſ.44. n. 9.10.& 11. & Menoch.de præſumpt 4. num.7. iuſta enim cauſa timendi eſt quando quis iniuriam, vel offenſam illis feciſſet,à quibus nunc videt ſe poſſe offendi, vt in puncto Alex.d.conſ.98. num.5. verſ.& iuſta cauſa,& verſ. Nam D.Hieronymus,& Pariſ.conſ.58.n.65.verſ.addens etiam, lib.4,

4 Sed quamuis etiam prædicta neceſſariò non concluderent metum probabilem, & in conſtantem virum cadentem,nihilominus in omnem caſum retenta illa concluſione, quod committatur arbitrio iudicis, quando ille dici poſſit cadens in conſtantem virum, de qua per gloſ. Innoc.& Doct.in c.cum dilectus,quod met.cauſ.Nauarr.de communi in Manual.c.22.num.11.verſ.quod vera,& alios in d.Hiſpalen.23. Iunij 1608. coram eodem Illuſtriſſimo Domino Card. Ludouiſio, Domini arbitrati ſunt de illo etiam conſtare ex coniecturis, præſumptionibus veriſimilitudinibus, & alijs facti circunſtantijs cumulatis in deciſ.videlicet inimicitia filiorum Blanchæ, & Philippi eiuſdem generi cum Emanuele,tractatus eorundem de ipſum compellen. ad matrimonium contrahen. verbaque per eos ante illud contractum prolata, & quia fuit celebratum in villa à ciuitate diſtante,in domo,cubiculo, & lecto ipſius Blanchæ de media nocte, & ſic hora valdè intempeſtiua; parochus verò vocatus fuit ſub falſo prætextu infirmitatis eiuſdem D.Blanchæ, poſteaque coactè retentus,& Philippus armatus, vt ſupra, imperiosè dixit Emanueli, quod ibi coram parocho D.Blancham duceret in vxorem, & demum Emanuel quamprimum potuit è lecto receſſit, vt de his omnibus vltra alios teſtes benè deponit idem parochus hinc inde examinatus, & poſtea cum ſummo manè diſceſſiſſe etiam de dicta domo ſtatim ægro animo cum ſuis amicis, & Epiſcopo Colimbrien. & poſtmodum iudicialiter coram iudice oppidi de Formoſellæ conqueſtus fuit de matrimonio per metum contracto, vt deponunt quamplures teſtes in veteri ſummario Emanuelis num.14.& in nouo,num.1.

5 Nec obſtare viſum fuit, quod matrimonium dici debeat voluntarium tanquam contractum poſt ſponſalia de futuro ſpontanea & iurata, per duas deciſiones, iux, doct.Butr.in c.requiſitus,n.3. & Prepoſiti n.2.verſ.ſoluit D.Anton.de ſponſal. Quia cum conſtet metum in illo interueniſſe, ſponſalia voluntaria præcedentia nihil operantur,ſed matrimonium remanet nullum,vt in dict.cap. requiſiuit, declarant Abb. num. 2. verſ, per loc.infero,& Alex.de Neuo num.2.Iaſ.in Titia, num.5.verſ.tertio ampliа,ff.de verbor. oblig,Fortun.Tarz. in repetit.cap.1. n. 121. verſ. contra à ratione,de pact.Ferrer.conſ.171. n.6, & per totum,Couar.in epit. de ſponſal in princ. eod. tit, par.1. cap.4. num.6. Gabr. conſ, 186. n.12. lib.2. Card, Mantic.de tacit. & ambig. lib.3. tit.17. num.9. & fuit dictum etiam in alia deciſione in fine,quod procedit etiamſi metus ex propria culpa interuenerit. Tex.in d. cap.veniens,il 2.& ibi expreſſe gloſ.fin. verſ. & eſt ſic, de ſponſ. & Iaſ.in d.l.Titia,n.5. verſ. notabiliter. Monter. d. deciſ, 45. n.21. verſ. Nec obſtat, Alij verò, qui in contrarium adduci ſolent, procedunt quando iudex remedijs iuris communis cogeret adimplere ſponſalia,non autem quando pars de facto,prout hic, incuteret metum qui cadere poſſit in conſtantem virum,vt per tex.in d.c.veniens il 2, & poſt Hoſtienſ.& alios ibidem, declarat Sanchez vbi ſupra,lib.4.diſp.13.n.9. verſ.ad primum.

6 Cætera quæ pro D. Blancha deducebantur, viſa fuerunt,vel reſpectiuè non indigere, vel eſſe ſublata in alia deciſione,à qua ideo Domini non receſſerunt, &c.

EODEM.

CAVALERIO,

Gerunden. præeminentiarum,

Mercurij 27. Ianuarij 1610.

SVMMARIVM.

Sententia lata ſine citatione partis eſt nulla, n.1.

Citatio ad ſententiam debet eſſe certa, & ſpecifica, n.1. & 2.

Citatio ad videndum mandari ad vlteriora procedi non dicitur ſufficiens ad ſententiam, n.2. Vbi idem citatione facta ad videndum fieri quancunque ordinationem, ſeu prouiſionem.

Concluſio in cauſa habet vim citationis ad ſententiam in partibus Hiſpaniæ, n.2 in fine,

Citatio incerta, & abſque expreſſione alicuius diei eſt nulla, num.4.

Citatio vaga ad ſex dies ad ſententiam non valet,ibid. in fin.

DECISIO LXXII.

1 Domini cenſuerunt ſententiam Metropolitani eſſe infirmandam, vti nullum, & inualidam ex defectu citationis ad ſententiam,clem.paſtoralis,de re iud.Ceſ.de Graſſ.deciſ.1 t.n.2,eod.tit.quæ debet eſſe certa, & ſpecifica,gloſſ.in clem.ſæpe,in verſ.ad id, de verb. ſignif. Rot, deciſ.17. de re iudic, in nou. & debet præcisè fieri Roni, conſ,369. n.8. & ibi adden.

2 Talis autem citatio deficiebat in caſu propoſito, in quo oſtendebatur tantummodo quædam citatio, ſeu intimatio,quod iudex mandabat proceſſum regulari, & regulatum ad ſe deferri, quo viſo prouidebatur, quid iuris fuerit, & rationis, quæ non viſa fuit poſſe dici citatio ad ſententiam,vt in ſimili alias Rot. non cenſuit ſufficere citationem ad videndum reproduci preces, videndum pronunciari ſe iudicem competentem, & mandari ad vlteriora procedi, tenuit alias Rota eadem ratione in vna

Cæſe-

Cæſenaten. bonorum 4. Martij 1602. coram bo. me. Iuſto, & de alia citatione, ad videndum fieri quemcunque ordinem in Mediolanen. decimarum 27. Ianuarij 1592. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & de alia citatione ad videndum fieri prouiſionem, quæ de iure locum haberet in Salamantin. decimarum 4. Decembris 1600. coram eodem Iuſto, quas omnes ipſe recenſet in d. Cæſenaten. & licet in partibus Hiſpaniarum ſufficiat concluſio in caſu, tanquam habens vim citationis, vt in Toletan. admiſſionis feneſtræ 2. Iunij 1582. coram bon. mem. Bubalo, & in Aurien. diſmembrationis 29. Martij 1597. coram Penia, & aliàs ſæpiùs reſolutum, tantùm ex verbis huius citationis DD. non putabant poſſe induci concluſionem vllam neceſſariam ad hunc effectum.

3 Nec obſtare dixerunt, quod ſententia de qua agitur non eſſet diffinitiua, ſed reuocatoria atteſtatorum, quæ videtur potius interlocutoria, quia placebat reſponſio ſententia ſuper attentatis ſaltem habere vim diffinitiuæ. Rot. deciſ. 1. vt lit. pend. in nou. Ægid. deciſ. 148. & 786. Menoch. de recup. remed. vltim. numero 51. Quæ tanto magis viſa fuerunt procedere in hac ſententia, in qua iudex mandauit Capitulum reſtituere omnia in priſtinum, & reddere diſtributiones Archidiacono, quibus eum priuauerat, & damna, & expenſas, vt per Veſtr. lib. 8. cap. 4. num. 22.

4 Inſuper talis prætenſa citatio viſa fuit etiam nulla tanquam, & incerta, & abſque expreſſione alicuius diei. Cardin. Seraph. deciſ. 597. num. 6. & licet tales citationes ſuſtineantur pro prima die, Put. deciſ. 207. lib. 2. Seraphin. deciſ. 857. n. 23. & aliquot ſeqq. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 9. n. 6. de ſent. & re iud. & dictum fuit in Caſalen. domus 17. Aprilis 1612. coram R. P. D. meo Vbaldo, tamen ibi aderat clauſula, & ſucceſſiuè, &c. & dd. deciſiones loquuntur in citatione ad videndum intrare teſtes, quæ eſt minoris præiudicij, quam citatio ad ſententiam, qua omiſſa dicitur tolli naturalis defenſio, vt in Mantuana bonorum coram D. meo Vbaldo, & in Zamoren. pecuniaria 20. Martij 1609. coram me. Et in omnem euentum nullibi cauetur citationem vagam ſuſtineri ad ſex dies, prout in hoc caſu factum fuit, in quo prætenſa citatio emanauit die 11. Iulij, & ſententia fuit lata die 17. eiuſdem menſis. Et ex his fuit reſolutum pro nullitate ſententiæ, &c.

CORAM LITTA. P. II.

Tullen. bonorum, & attentatorum.

Lunæ 6. Nouembris 1600.

SVMMARIVM.

Appellationi, vbi iudex detulit, etſi deferre non debebat, non poteſt ſuam ſententiam exequi, n. 1. per tot.

DECISIO LXXIII.

1 DOmini vna parte tantùm informante reſoluerunt conſtare de attentatis, ex eo quod cum iudices de partibus tanquam delegati ab Epiſcopo Tullen. condemnaſſent Dominicum Bridart, & Ioannem illius nepotem ad reſarciendum Alberico Bricchio hæredi Nirolai fratris francos 250000. monetæ, illarum partium, & a dicta ſententia, & condemnatione pro parte illorum de Bridart fuiſſet appellatum ad ſedem Apoſtolicam, & prædicti iudices dictæ appellationi ſimpliciter in reuerentiam D. S. Alberici detulerint, non potuerunt propterea ex poſt defectu eorum iuriſdictionis, quæ ex tunc ceſſauit, procedere ad exequutionem dictæ condemnationis, abſque noua delegatione, ſeu remiſſione iudicis ad quem. Ita gloſſ. in cap. cum appellat. §. ſi vero, ibi, in verbo remittenda, de appellat. in 6. vbi Pet. de Anch. ſub numero 1. inquit, 3. not. quod iniuſta delatio iudicis à quo, defert totius cauſæ cognitionem ad ſuperiorem, quod eſt verum, etiamſi ob reuerentiam ſuperioris detulerit; & Archid. ibi ſub num. 3. dicit quòd poſtquam appellatio à iudice eſt recepta, quantumcunque alias iniquà eſſet, ex quo tamen eam recipit, & Apoſtolos partibus dedit, tam partes, quam cauſam principalem, & acceſſoriam a manu ſua dimiſit, & ad ſuperiores remiſit examen, vnde non firmant omnes ſcribentes; quo fit, vt cum poſtea dicti Iudices vlterius proceſſerint ad dictæ condemnationis exequutionem non minus nulliter, quam etiam attendendum præceſſiſſe videntur, cap. non ſolum, de appell. in nou.

EODEM.

MANZANEDO.

Piſtorien. Beneficij.

Lunæ 4. Decembris 1615.

SVMMARIVM.

Res iudicata dicitur probata quoties non conſtat de appellatione intra legitima tempora interpoſita, num. 1.

Appellationis ſchedula ſub forma quatenus contra recipitur ex vſu palatij, n. 2.

Appellationis ſchedula quatenus contra remanet circumducta, & inutilis, ſi non fuit pronunciatam ſub illo termino, & citatione, & venit de nouo interponenda in termino alterius citationis ad ſententiam, n. 3.

Appellationis ſchedula debet interponi coram iudice, nec ſufficit dimitti in manibus Notarij in actis, n. 4.

Mandato ad lites, ſi in cauſa non fuit oppoſitum, non poteſt amplius dari de illius defectu poſt latam ſententiam, n. 5.

Mandatum præſumitur ex coniecturis: ea ſunt habere ſcripturas ad cauſam in manibus, facere plures expenſas, & depoſitare ſportulas, n. 6.

Procurator dicitur approbatus, ſi per partem aduerſam vti talis fuit ſemper citatus.

DECISIO LXXIV.

1 COnſtare de re iudicata Domini dixerunt, cùm non doceatur de appellatione ſaltim intra legitima tempora interpoſita, cap. Romana, §. ſi verò de appellat. in 6. Rot. deciſ. 30. de appell. in nou. Lancell. de attent. appell. pendent. lim. 50. n. 37. Seraph. deciſ. 422. n. 5.

2 Licet enim die 8. Aprilis præteriti, fuerit data Notario ſchedula appellationis ſub formula, quatenus, contra quæ recipitur ex vſu palatij, iuxta Veſtr. in praxi, lib. 7. cap. 3. num. 19. in fine. Put. deciſ. 102. n. 2. lib. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 391. num. 3. p. 3. lib. 3.

3 Tamen quia non fuit pronunciatum ſub termino infra quem fuerat appellatum, ſed die 29. eiuſdem menſis, appellatio remanſit circumducta, & inutilis, perinde ac ſi interpoſita non fuiſſet, & ideo erat de nouo interponenda in termino alterius citationis ad ſententiam, ſub quo fuit pronunciatum.

4 Vltra quod dicta ſchedula appellationis fuit dimiſſa tantummodo in actis penes Notarium, non autem interpoſita coram iudice a quo prout requiritur, ad text. in c. vt debitus, de appellat. Rot. deciſ. 50. de appellat. in nou. Grammat. deciſ. 36. n. 76. Cephal. conſ. 185. n. 5. Veſtr. vbi ſupra, n. 27. Lancell. loco cit. n. 184.

Non obſtat defectus mandati eius qui obtinuit ſententiam, & in caſu comparuit, quia adeſt mandatum ad lites, & cum contra illud nihil vnquam fuerit oppoſitum, non poteſt hodie dari de illius defectu, iuxta deciſ. Mohed. 1. de procuratorib.

6 Maximè, quia concurrunt plures coniecturæ in caſu noſtro, ex quibus mandatum præſumitur. Gozadin. conſil. 11. num. 13. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. n. 5. de reb. Eccleſ. non alienan. Rot. diuerſ. deciſ. 187. n. 1. par. 1. & deciſ. 32. par. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 6. num. 1. ille enim qui comparuit, habebat plures ſcripturas ad cauſam facientes, quas in actis produxit, Iaſ. l. 1. num. 12. verſ. item vltra, C. de procurat. Caſſad. deciſ. 3. ſub num. 5. verſ. & ſi apud aliquem, de procurator. Caputaq. deciſ. 185. num. 3. par. ſecunda.

Item in huiuſmodi cauſa ſportulas depoſuit, & alias expenſas fecit. Rot. deciſ. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propr. in antiquis, Socin. conſ. 86. num. 3. lib. 3. Gabr. de procur. concl. 1. num. 6

7 Et tandem vti Procurator fuit ſemper citatus per partem aduerſam, & ſic approbatus, Surd. dec. 104. num. 12. Menoch. de adipiſc. rem. 4. num. 611.

Ex quibus ita reſolutum.

E O D E M.

V B A L D O.

Romana Dotis.

Lunæ 27. Februarij 1615.

S V M M A R I V M.

Appellatio ſi fuit interpoſita intra decem dies, & cauſa appellationis intra annum commiſſa, non poteſt dici deſerta, n. 1.

Reſcripti verba strictè ſunt intelligenda, & ſi in reſcripto mandatur dari cautionem, non eſt neceſſarium fieri depoſitum, vel ſequeſtrum, etiamſi alias ex forma ſtatuti fieri deberet, num. 2.

Reſcripti verba ſi ſunt dubia, opus eſt pro declaratione iterum adire ſignaturam Principis, n. 3.

Recurſu pendente, maximè citata parte, nullum currit tempus ad inducendam deſertionem, num. 4.

Fatalia non currunt pendente cauſa in conſiſtorio Principis, ib. in fine.

Diligentia per partem adhibita excludit omnem deſertionem cauſæ, n. 5.

Statutum vrbis inducens deſertionem, niſi ſeruetur certa forma in appellatione, tanquam ordinatorium, non habet locum extra forum Capitolinum, n. 6.

Deſertio cauſæ in dubio ſemper excluditur, & in dubio pronunciatur pro non deſertione, n. 7.

D E C I S I O LXXV.

1 RElaxato mandato Rotali ad fauorem D. Annæ Proy de pro conſequutione, ſeu reſtitutione ſuæ dotis, & exequendo ſuper domo, & vinea per D. Vincentiam Buriam detentis, fuit pro parte Vincentiæ appellatum, & ſignatura cauſam appellationis commiſit cum reſcripto, data cautione iuxta formam ſtatuti vrbis; quæ cautio cum ad formam a ſtatuto præſcriptam præſtita non fuiſſet, prætendebatur pro parte Annæ, appellationem fuiſſe deſertam; vnde dato ſuper hoc, & propoſito dubio, Domini negatiuam partem amplexi ſunt; fuit enim appellatum intra decem dies, & cauſa appellationis intra annum commiſſa. auth. hodie, C. de appellat. auth. ei qui, C. de tempor. appellat. cap. cum ſit Romana, de appellat. Seraph. deciſ. 565. numero 5.

2 Nec videtur obſtare quòd non fuerit ſatisfactum reſcripto de quo ſupra, per quod mandabatur, vt per Vincentiam appellantem daretur cautio iuxta formam ſtatutorum vrbis; quia ſtatutum lib. 1. cap. 169. mandat, vt in cauſa executionis inſtrumenti dotalis debeat intra triduum a die repræſentationis appellationis computandum, fieri depoſitum, vel ſequeſtrum alias appellatio ſit deſerta: vnde cum reſcripti verba, quæ ſunt ſtrictè intelligenda, gloſſ. in cap. ſignificante, in fin. de reſcript. Abb. in c. Rodulphus num. 1. eod. tit. loquantur de cautione, non videbantur extendenda ad propoſitum, vel ſequeſtrum.

3 Vel ſaltim negari non poteſt, quin ſaltem dubium eſſet, quomodo eſſent intelligenda verba reſcripti, itaut eſſet opus pro declaratione iterum adire ſignaturam cap. cum contingat, de reſcript. cap. cum veniſſent, de iud.

4 Et cùm ante lapſum tridui, & die ſequenti poſt præſentatam in actis commiſſionem appellationis fuerit per Vincentiam citata parte habitus recurſus ad ſignaturam, vt in eius ſummario num. 10. Dominis viſum fuit dicto recurſu pendente, nullum cucurriſſe tempus ad inducendam deſertionem Luc. de Pen. in l. 2. num. 21. poſt med. verſ. ex quo enim negotium, C. de naufrag. lib. 11. Afflict. ſuper conſtit. Regn. rubr. 39. num. 6. lib. 1. Maran. in Specul. 5. part. num. 38. vt in ſimili dicitur fatalia non currere pendente cauſa in conſiſtorio Principis, l. cùm anterioribus, §. ſi tamen, C. de tempor. appell. Lancellot. de attent. c. 12. in præfat. n. 40.

5 Et hoc eo magis, cum Vincentia adhibuerit ex parte ſua omnem diligentiam, vt ſignaturæ declaratio quanto citius haberetur, vt conſtat ex actibus, de quibus in dicto eius ſummario num. 10. & ſeqq. quæ diligentia omnem excludit deſertionem, cap. ex parte, cap. dilectus 2. de reſcript. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. fin. n. 5.

6 Quibus accedebat quod prædictum ſtatutum non videbatur habere locum extra forum Capitolinum, vel quia ordinatorium, iuxta deciſ. Achill. 12. n. 1. de appell. Gemin. conſ. 73. in principio, vel quia loquitur poſt repræſentationem appellationis, de qua tractatur in præcedenti capitulo 168. & fit coram Capitaneo appellationis, vt ibi.

7 Vel ſaltem ſi hoc eſſet dubium, ratione iſtius dubietatis mulier videretur excuſanda, ne incideret in deſertionem, contra quam alias in dubio eſt pronunciandum. Caſtr. in l. 1. n. 3. in fin. ff. ſi quis caut. Caſſad. deciſ. 4. in fin. de appell. Rota diuerſ. deciſ. 100. num. 7. par. 1. & deciſ. 32. n. 3. p. 2. Veſtr. d. cap. fin. num. 11. & fuit nouiſſimè dictum in vna Cluſina poſtæ 13. Februarij præſentis, coram R. P. D. meo Buratto. Ex quibus fuit concluſum non conſtare de deſertione, &c.

E O D E M.

C O C C I N O.

Calaguritana beneficij de Luna.

Mercurij 7. Februarij 1618.

S V M M A R I V M.

Iudicialiter agi dicitur, quando partes citatæ fuerunt, n. 1.

Appellandi termino durante facta collatio beneficij dicitur attentata, ibid.

Appellatio vnius ex conſortibus litis prodeſt etiam adhærentibus, ibid.

Nullitas ſententiæ intentari poteſt etiam quòd ab ea non fuerit appellatum, ibid. in fine.

Inter-

Digitized by Google

Interloquutoria ſententia habens vim diffinitiuę, æquiparatur diffinitiuæ, num.2.

DECISIO LXXVI.

1 CVm ad prouiſionem beneficij de quo agitur, actum fuerit iudicialiter, vt patet ex tenore proceſſus, quia oppoſitores fuerint citati, & facti ſimiles actus iudiciales, vt fuit conſideratum in cauſa Calaguritana de Olliuari 28. Ianuarij 1604 coram bo.mem. Penia, ſequitur collationem factam Andreæ pendente termino ad appellandum eſſe attentatam cap.non ſolùm, de appellat. in ſexto cum aliqui ex oppoſitoribus appellauerint, licèt non ipſe Franciſcus, quod videtur ſufficere, cùm illis d. Franciſcus adhæreat. Imol. in leg. ſi quid ſeparatim, §. fin. numer. 4. ff. de appellat. Lancell. de attent. appell. pend. ampl. 11. num. 6. & fuit dictum in cauſa Calaguritana iuriſdictionis de Zurbano 14. Maij 1604. coram bon.mem. Penia, & in alia Calaguritana beneficij de Yurre 15. Februarij 1610. coram Reu. Attrebaten. & in alia Calaguritana beneficij de Suaza 1. Iulij 1611. coram Illuſtriſſimo Ludouiſio, vel ſaltim cùm non fuerit appellatum per Franciſcum dicta collatio debet reuocari per viam nullitatis. Lapus alleg. 1. num. 11 verſ. concludit. Præpoſ. in cap. ſæpe contingit, num. 19. de appellat. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 5. eodem tit. de appellat. & in puncto fuit reſolutum in dicta cauſa Calaguritana de Ollauari, & prius in alia Calaguritana beneficij 18. Aprilis 1603. coram Illuſtriſſimo Lancellotto.

2 Non obſtat quòd dicatur de mera interlocutoria, quia nihilominus ad effectum de quo agitur, eſt habenda ratio huius interlocutoriæ, cùm habeat vim diffinitiuæ, quia facta relatione deuenitur ad collationem. Felyn. in capit. quod ad concluſionem, n. 20. verſ. non obſtat arg. & verſ. nam per prædicta, de re iud. prout non ſubſiſtit, quod nõ conſtet de poſſeſſione aduerſarij, quia de eo conſtat ex eius confeſſione, & ſufficit quòd collatio fuerit facta pendente termino ad appellandum, &c.

EODEM.

DECANO.

Romana pecuniaria de Cæſarinis.

Lunæ 14. Maij 1618.

SVMMARIVM.

Clauſulæ appoſitæ in prima commiſſione cenſentur repetitæ in alijs commiſſionibus durante eadem cauſa num.1.

Nullitatum ſanatoria commiſſio non datur poſt latam ſententiam, ſuffragatur etiam in cauſa appellationis, num.2.

Appellatio conſeruat omnia in eodem ſtatu, in quo erant ante ſententiam, ita vt ex ea nullum ius parti acquiſitum cenſeatur, ibid.

Appellationis cauſa operatur, vt in ea non deducta in prima inſtantia deduci poſſunt, num.3.

Proteſtationem Rota admittere ſolet, ſi & in quantum, ſed non ſolet mandare afficere abſque cauſæ cognitione, ib. vbi etiam quòd hæc ſunt decreta interloquutoria, quæ poſſunt quandocunque reuocari.

Proteſtationes fieri non poſſunt à Procuratore non habente mandatum, ibid.

DECISIO LXXVII.

1 REſoluit decretum A.C. eſſe nullum, quare in Signatura gratiæ fuit reſcriptum R.P.D. meo Dunozetto quod reijceret nullitates conſtito de bono iure, & facta obligatione per Dominos de Cæſarinis de reſtituendo pecunias, quòd cùm ipſi coram d. D. Dunozetto non adimpleuiſſent, ipſe tulit ſententiam reuocatoriam A.C. Cauſa deinde ad me deuoluta dubitaui, an in cauſa appellationis Domini de Cæſarinis poſſent facere prætenſam obligationem? & Domini affirmatiuè reſponderunt, quia dubitari non poteſt clauſulas appoſitas in prima commiſſione cenſeri repetitas in alijs, cùm durat eadem cauſa. Caſſad. deciſ. 8. numer. 5. de reſcr. Aegid. deciſ. 41. Non enim repugnant naturæ iudicij, nam videmus in ſimili quòd cautiones, quæ debent præſtari pro validitate iudicij, iuxta titulum, qui ſatisdare cogantur, & ſimiles, poſſunt etiam præſtari appellatione pendente, vt per Lancellot. de attent. appellat. penden. lim. 10. nu. 5. & cap. 12. limit. 15. nu. 1. & propterea idem dicendum eſt de iſtis cautionibus, quæ ponuntur in reſcripto Principis, cum recipiant interpretationem à iure, cap. cum dilectus de conſuet.

2 Non obſtat quòd commiſſio ſanatoria non datur poſt ſententiam, cùm Papa non intendat præiudicare parti, quia in caſu de quo agimus ſanatoria non fuit conceſſa poſt latam ſententiam, ſed ante, & ideò ſuffragatur etiã in cauſa appellationis, vt patet ex prætenſis, & quia appellatio operatur quod cauſa ſit in eodem ſtatu, in quo erat ante ſententiam, leg. ſciendum, ibi, omnia in eodem ſtatu, ff. de appellatione recipiend. l. appellatione, Cod. de appellat. Lancellot. de attent. capit. 12. in præfat. num. 89. & ſeqq. vbi numer. 118. probat. quòd appellatio tollit effectum ſcientiæ, ita vt non cenſeatur acquiſitum ius parti.

3 Minus etiam obſtat quòd reſcriptum contineat clauſulam, conſtito de bon. iure, & tamen apparet ex deciſionibus Rotalibus ſaltem reſpectu fructuum, quia bonum ius deduci poteſt in ſecunda inſtantia, & intrat concluſio non deducta deducam, & non probata probabo, de qua in l. per hanc. C. de temp. appellat. Nec afficit proteſtatio facta, in qua petitur dari cautionem, & iudex mandauit afficere, quia Rota admittit proteſtationes, ſi & in quantum, nec ſolet mandare afficere abſq; cauſæ cognitione, & ita ſunt decreta interloquutoria, quæ poſſunt quandocũque reuocari ad l. quod iuſſit, ff. de re iudicata. Inſuper non conſtat de mandato illius, qui fecit proteſtationem, quod requiritur ad proteſtandum. Surd. deciſ. 215. n. 2. & ſeqq. verum certiſſimum eſt huiuſmodi decretum, & tanquam interloquutorium, & quia Rota ſolet admittere proteſtationes, ſi & in quantum, non afficere in hoc caſu, ex ſupradictis. Et ita fuit reſolutum, &c.

EX PAVLO RVBEO AB ANNO 1626. vſque ad Annum 1630.

PIROVANO.

Toletana Habitus.

Mercurij 10. Iunij 1626.

SVMMARIVM.

1 *Acta debent transportari tam vigore Concil. Trident. quam etiam ex diſpoſitione iuris communis.*

2 *Iudicium ferri non debet, non viſis actis.*

3 *Appellans, vel appellatus ad vlteriora procedere volens liberatur ab obligatione transportandi acta, ſi præſtitum fuerit impedimentum, ne ea transportentur.*

4 *Impedimentum, quando dicatur præſtitum nè acta transportentur, vide num.6.*

5 *Compulſum non datur ſine originalibus.*

6 Reli-

6 *Religio Hieroſolymitana obſequens ſemper fuit Sedi Apoſtolicæ, & illius mandatis, & literis paret.*
8 *Concil. Tridens. ſeſſ. 24. c. 20. non arctat appellantem quærere acta tranſportando ab alio, quam à Notario Iudicis à quo.*

DECISIO LXXVIII.

QVæſitum fuit an conſtet de ſufficienti actorum tran-
ſportatione, itaut ſit procedendum ad vlteriora, &
affirmatiue fuit reſolutum.
1 Nam, & ſi acta debeant † tranſportari tam vigore Con-
cilij Trident. Seſſion. 24. capit. 20. de reformatione, quam
2 etiam ex diſpoſitione Iuris communis, ne feratur iudi-
cium, † non viſis actis contra l. 2. C. de eden. & de actis co-
ram quocumque Iudice Eccleſiaſtico ſit intelligendum;
prout hæc omnia latiſſimè fuerunt firmata in Leodien. fi-
deicommiſſi de Steuard. coram D. meo Decano 3. Iulij
1623. & dictum fuit in Maioricen. Pœnitentiatiæ 21. Iunij
1591. coram bona memoria Card. Blanchetto, & in Pla-
centina Adminiſtrationis Sacramentorum prima De-
cembris 1567 coram Cardinali Lancellotto Seniore. At-
tamen vera eſt etiam huius concluſionis limitatio appel-
3 lantem, † vel appellatum ad vlteriora procedere volen-
tem liberari à prædicta obligatione, ſi præſtitum fuerit
impedimentum, ne acta tranſportare poſſit. Bald. in cap.
quoniam frequenter, §. porrò num. 2. vt lit. non conteſt.
Seraph. deciſ. 1305. num. 7. Rota in Tullen. Coadiutoriæ
17. Februarij, & in Abulen. Parrochialis 14. Aprilis 1614.
coram bona memoria Cardin. Sacrato, & in Panormita-
na Archidiaconatus 15. Iunij coram D. meo Buratto de-
dictu anno 1614. coram Papa Gregorio XV. deciſ. 341.
n. 2. vbi adden. alias deciſiones referunt.
Impedimentum autem Antonio præſtitum tranſpor-
4 tationi † actorum viſum fuit concludenter probari ex eo
quod ex proceſſu appareat literas compulſoriales fuiſſe
expeditas, & præſentatas in partibus coram Sebaſtiano
Godouer in Iudicem aſſumpto, & exinde Didacus de
Gongera, & Raphael Ortiz exequutores cuiuſdam man-
dati de tranſportando acta præſentis cauſæ ad Curiam
Militen. per ſupremum Magiſtrum relaxati, acceſſerunt
ad domum Raphaelis Ruſini Secretarij, penes quem acta
originalia extabant, & illę non obſtantibus literis & iu-
riſdictione Iudicis Compulſoris aſportarunt, & eis ſubla-
tis nulli dubium, quod impedimentum ineuitabile rema-
5 neat; Quia ſine † originalibus non datur compulſum, &
quod fuerit etiam cauſa immediata propter quam mini-
mè præſtitum fuerit, quod præſtare debebat optimè
probatur, quia alio remedio Antonio ſuccurſum non
erat quam per literas compulſoriales, quorum effectus,
cum per Antonium omni meliori modo, etiam per cen-
ſuras fuerit tentatus dubitari non poteſt de diligentia
in præſtando quod præſtare non debebat, atque ita ſem-
6 per intrat † impoſſibilitas remouendi impedimentum, &
diligentia ad illud remouendum, quæ ſunt præcipua re-
quiſita ad hunc effectum pōderata per Menoch. de arbit.
iud. caſ. 118. n. 8 & recepta per Rotam in dicta deciſione
Tullen. Coadiutoriæ 17. Februarij 1614. coram bo. mem.
Card Sacrato.
Non obſtat quod impedimentum poſſit remoueri ex
7 quo religio † Hieroſolimytana obſequens ſemper fuit
Sedi Apoſtolicę & illius mandatis & literis pareat, vt pro-
pterea acta à curia Meliteuſi debeant tranſportari.
8 Quia Concilium ſeſſ. 24. cap. 20. † non arctat appellan-
tem quęrere acta tranſportanda ab alio, quam a Notario
iudicis à quo, cui ſi impedimentum probatur præſtitū ad
remotiora remedia non erit recurrendum in odium oc-
cupantium acta, ne tamen Religioni aliquot inferatur
præiudicium ſi forſan parata eſſet exhibere acta aſporta-
ta. Domini ordinarunt vt Oratori eiuſdem Religionis
dum pendent vacationes generales communicarem Rotę
reſolutionem; prout feci. Et ita, &c.

EODEM.

DVRANO.

Terulen. Prætenſæ erectionis beneficij.

Lunæ 5. Iunij 1627.

SVMMARIVM.

1 *Geſta poſt inhibitionem Rotalem omnia ſunt attentata, & ideò veniunt reuocanda.*
2 *Inhibitio Rotalis ſiue ſit iuſta, ſiue iniuſta, eſt timenda.*
3 *Si enim ſimus in Curia facile eſt adire ſignaturam pro remedio.*
4 *Si vero in partibus non eſt aperienda via inferioribus cognoſcendi de viribus inhibitionis.*
5 *Geſta omnia poſt interpoſitam appellationem, ſunt attentata.*
6 *Sententię executio non eſt retardanda, quando eſt lata in tertia inſtantia.*
7 *Sententia lata in iudicio ſummariſſimo non facit numerum.*
8 *Executio trium conformium poſt inhibitionem Rotalem eſt attentata.*

DECISIO LXXIX.

FVit reſolutum ad fauorem Beneficiatorum; ſenten-
tiam Nuncij Hiſpaniarum, & alia omnia inde ſequu-
1 ta † poſt inhibitionem Rotalem eſſe attentata, & ideò re-
uocanda ad l. primam. §. 1. ff. de nou. oper. nunc. Cap. ſigni-
ficantibus extra de appell. Lancell. de attent. poſt inhibit.
ampl. 6. n. 2. Caputaq. deciſ. 93. par. 3.
Neque obſtat, quod per dictos Beneficiatos eſſet in-
troducta cauſa appellationis coram Nuntio, antequam
per eoſdem committeretur in Rota, & concederetur in-
hibitio, nulla etiam facta mentione litis, nec præuia auo-
2 catione; quia † inhibitio Rotalis ſiuè iuſta, ſiue iniuſta eſt
3 timenda. Si enim † ſumus in Curia facile eſt adire ſigna-
turam pro remedio, ſi verò in partibus vt hic, non
4 † eſt aperienda via inferioribus cognoſcendi de viribus
inhibitionis. Achil. deciſ. 29. de appellat. Greg. XV. de-
ciſ. 435. & ibi Add. num. 4. Rot. deciſ. 519. num. 10. par. 1.
recent.
Et in omnem caſum, ex quo à dicta ſententia Nuntij
fuit legitimè appellatum, relaxatio executorialium, exe-
cutio earumdem, declaratoria, interdictum inuocatio
Brachij ſecularis, præceptum ceſſationis à Diuinis, & alia
5 † omnia in executionem dictæ ſententiæ ſequuta, fuerunt
attentata, c. non ſolum, de appellat. in 6. Lancellot. de at-
tent. par. 2. cap. 12. in præfat. in fin. Rot. deciſ. 598. num. 1.
par. 1. recent.
6 Non obſtat ſi dicatur, quod executio † non erat retar-
danda, ex quo Nuntij ſententia fuit lata in tertia inſtantia
quia vltra quod, non eſt verum; quia immò fuit lata in
7 ſecunda, cum † prima ordinarij Terulen. fuerit dumtaxat,
ſuper Summariſſimo poſſeſſorio retinendæ, etiam execu-
8 tio † trium conformium poſt inhibitionem Rotalem, eſt
attentata. Lancell. de attent. poſt inhibit. ampl. 6. n. 3. Rot.
apud Greg. XV. dicta deciſ. 435. numero 3. & alibi ſæ-
pius. Et ita &c. vtraq: &c.

EO-

Digitized by Google

EODEM.

Ab Anno 1631. Vſque ad Annum 1634.

COCINO DECANO.

Ianueñ ſeparationis Thori.

Die Veneris 5.Maij 1632.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula poſteaquam fuit commiſſa in Curia cenſetur ad illam, cauſa deuoluta, & habet vim peremptorij ad totam cauſam, pracedente intimatione, abſque alia citatione, & num.2. vbi quid ſeruetur de ſtylo Rotæ.*
3 *Principalis cenſetur habuiſſe notitiam appellationis interpoſitæ, ſi eius procurator producat mandatum in actis illius cauſa,*
4 *Priuati non poſſunt dare iuriſdictionem non habenti.*
5 *Citationis nullitas ſaluatur ex ſcientia citati, & nu.65.*
6 *Appellationis admiſſio, quando habeat vim peremptorij, et num.8. 17.*
7 *Cauſa cenſetur prophana etiam, quod ſit ſpiritualis, dum non agitur ſuper titulo beneficij.*
9 *Appellans ad Papam tenetur proſequi cauſam in Curia, vel ad eam tranſmittere procuratorem cum ſufficienti mandato.*
10 *Iudex à quo, quando non poſſit procedere ad executionem ſua ſententiæ.*
11 *Appellationi, quando per Iudicem, aut per partem non defertur, tunc non dicitur cauſa deuoluta ad Curiam, vt in ea poſſit tractari.*
12 *Termini ſola præfixio ad proſequendam appellationem habet vim peremptorij.*
13 *Cauſæ beneficiales de ſui natura per appellationem ſunt tractandæ in Curia.*
14 *Appellans habet annum ad proſequendam appellationem, & ex cauſa biennium.*
15 *Et poſt hoc tempus pars amplius non auditur, niſi ex cauſa, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum.*
16 *Iudex poteſt ex cauſa abbreuiare terminum appellationis, à lege præfixum.*
18 *Appellationis termini præfixio eſt tantæ conſiderationis, vt ex ea ſolùm cauſetur deuolutio, & edictum peremptorium abſque alia dilatione.*
19 *Alij contrarium ſentiunt, maximè quando appellatio interpoſita eſt à diffinitiua.*
20 *Notitia alicuius rei, quando ad aliquem non peruenit, ipſe diuinare non poteſt.*
21 *Clem. cauſam, de appel. expreſsè induxit intimationem appellationis.*
22 *Iudex delegatus non poteſt procedere contra abſentem abſque noua citatione.*
23 *Et quando eſt citatus, & non comparet, tunc incipit illius contumacia, & non antea.*
24 *Iudex appellationis ſemper eſt certus, Iudex verò delegatus ſemper eſt incertus.*
25 *Cauſa, ſiuè per appellationem, ſiuè per citationem, ſiuè ex ſpeciali mandato ſit in Curia, partes ſunt citanda ad totam cauſam, & ſingulos actus, vſque ad diffinitiuam ſententiam excluſiuè.*
26 *Clem. vt cauſam, de appellat. quare emanauerit.*
27 *Cauſam deuoluens ad Curiam Romanam, cum plena notitia principalis, tenetur intra menſem iter arripere ad Papam.*
30 *Cauſa beneficiales citò debent expediri, ne ex diuturna vacatione damnum ſentirent Eccleſiæ.*
31 *Text. in cap. 1. de elect. in 6. procedit tantùm in beneficialibus, & num.32.*
33 *Rot. deciſ. 1. de elect. nouu. & alia plures in quibus terminis loquantur.*
34 *Deciſiones Rotæ vbi faciunt mentionem de Clem. cauſam, de appellat. omnes debent intelligi de cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus, hoc eſt matrimonialibus.*
35 *Statutum in cauſis beneficialibus, cenſetur idem ſtatutum in cauſis matrimonialibus, quando agitur de fœdere matrimonij.*
36 *Clem cauſam, de appellat. non habet locum, niſi quando agitur ſuper titulo beneficij.*
37 *Cauſa matrimonialis, quando æquiparetur cauſa beneficiali.*
38 *Appellatio ad Curiam, vt teneat, requiritur; vel quod ſit interpoſita parte præſente, vel quod interuenerit intimatio, & num 43*
39 *Appellans iuxta formam cap. vt circa, de elect. in 6. quid ſeruare teneatur.*
41 *Forma inducta ad certum effectum, poteſt ſperni, dummodò habeamus effectum.*
42 *Forma, quando reſpicit ordinem, & ſubſtantiam actus debet ſeruari, & eius omiſſio vitiat actum.*
44 *Speculator in §. qualiter, de appell. numer. 11. quando procedat.*
45 *Appellationis ſcientia debet eſſe plena, & certa, itaut æquipolleat præſentiæ, & intimationi.*
46 *Vital. in Clem. cauſam, §. intimatio de appellat. numer. 33. declaratur.*
47 *Appellationis ſcientiam, non præſumitur quis habuiſſe, ex conſtitutione procuratoris, ſi non adſit clauſula reſtrictiua ad cauſas deuolutas.*
48 *Nam reſtrictiua iſta, inducit ſcientiam per neceſſe, & vide num. 49. 50. & 51.*
52 *Cauſa non cenſetur deuoluta ad Curiam, niſi ad appellatam, eius notitia certa, & plena intra tempus præfixum peruenerit.*
53 *Appellationis ſcientiam non præſumitur, quis habuiſſe, ſi conſtituerit procuratorem, antequam ſententia lata ſit.*
54 *Cauſa deuoluta ad Curiam, poſtquam eſt commiſſa, tunc ſufficit partis ſcientia quoquo modo probata, dummodo ſit plena, & certa.*
55 *Et vnus ex modis probandi iſtam ſcientiam, eſt quando nulliter citatus conſtituit procuratorem ad illam cauſam.*
56 *Ægid. deciſ. 364 declaratur.*
57 *Procurator habens generale mandatum ſi compareat in aliqua cauſa, cenſetur deducere illud mandatum ad ſpeciem, & num. 58.*
59 *Scientia certa requiritur ad effectum ſanandi nullitatem citationis, & num. 68.*
60 *Achill. deciſ. 16. de dol. & contum. intellectus.*
61 *Creſcent. deciſ. 10. numer. 1. & 5. de dol. & contum. declaratur.*
62 *Procuratoris conſtitutio generalis eſt ambigua, & indifferens, itaut ex hoc non poteſt argui ſcientia appellationis, niſi aliud concurrat.*
63 *Rot. deciſ. 1. de procurat. inuou. & aliæ declarantur.*
64 *Card. Seraph. deciſ. 1441. numer. 4. in quibus terminis loquatur.*
66 *Rot. deciſ. 500. num. 2. coram Cardin. Caualer. intellectus,*
67 *Rot. deciſ. 736. num. 1. par. 2. in recent. declaratur.*

DECISIO LXXX.

IN Deciſione in hac cauſa facta 16. Februarij huius anni † fuit reſolutum, quod ſententia Rotalis lata contra ſeparationem Thori ad fauorem D. Marchionis cum inde ſecutis, erat nulla, ex duplici fundamento. Primò, quia proceſſus fuit nullus, cum Iudex non haberet iuriſdictio-

nem

nem procedendi per edictum, vt proceſſit, & ſic non pre-
uia legitima citatione, non potuit poſtea proceſſus agi-
tari per contradictas, & quatenus iudex habuiſſet talem
facultatem; nihilominus proceſſus ex alijs capitibus, non
fuit legitimè factus Secundò, quia citatio prætenſi pro-
curatoris non ſuſtinebatur, ſiue attendamus citationem
factam Cabellæ, cum acceptauerit mãdatum ad effectum
ſubſtituendi tantum, ſiue attendamus citationem factam
Lactantio ſubſtituto à dicta Cabella, cum nunquam ſub-
ſtitutionem acceptauerit ex late deductis in dicta deci-
ſione Ad euitandum huiuſmodi fundamenta, duo prin-
cipaliter deducebantur, Vnum, quod fuit lata ſententia in
partibus ſuper ſeparatione Thori ad fauorem D. Mar-
chioniſſæ, à qua procurator D. Marchionis appellauit ad
Papam, & prætenditur, quod dicta appellatio fuerit inti-
mata procuratori D. Marchioniſſæ, quæ ſola intimatio
1 abſque alia citatione, poſtquam cauſa † fuit commiſſa in
Coria facit, vt ad illam cenſeatur cauſa deuoluta, & habet
vim peremptorij ad totam cauſam, & operatur, quod cõ-
tra appellatum poſſit procedi abſque alia citatione.
2 Clem cauſam de elect. vel ex vrbanitate, † ſecundum ſty-
lum Rotæ, per contradictas, vt per Put. deciſ. 371. in fin.
lib. 2. in correctis. Alterum, quod non ſit curandum, an
Cabella, & Lactantius fuerint legitimè citati, cum ex alio
capite citatio per edictum, etiam nulla, ſuffragetur, vt po-
tuerit procedi per contradictas, ex quo D. Marchioniſſa
poſt dictam citationem per edictum, cõſtituit Cabellam
procuratorem, qui licet non fuerit ſpecialiter conſtitutus
3 ad iſtam cauſam, ſed generaliter, † hoc ſufficit, cum pro-
duxerit mandatum in actis illius cauſæ, ex quibus præſu-
mitur ſcientia D. Marchioniſſæ, citationis nulliter execu-
tæ. Achill. deciſ. 16. de dol. & contum. Caualer. deciſ. 500.
n. 2. Rot. deciſ. 136. nu. 1. par. 2. recent. cum alijs pluribus
allegatis.

Neque dicatur nullitatem citationis factę per edictum
minime potuiſſe ſaluari ex ſcientia Dominæ Marchio-
niſſæ, cum Iudex non haberet iuriſdictionem proceden-
4 di illo modo; priuati † enim nõ poſſunt dare iuriſdictio-
nem non habenti. Verall. deciſ. 97. n. 2. & 164. n. 1. & ſeqq.
par. 1. Achill. deciſ. 2. n. 4. & 5. ſuper Reg. de trienn. Man-
doſ. in reg. de annal. q. 33. nu. 2. Lancell de attent. lit. pen-
dent. in præfat oom. 142. verſ. 4. intelligo; quia hoc pro-
cederet, ſi Iudex nullam haberet iuriſdictionem, ſed cum
haberet iuriſdictionem procedendi de iure ordinario, li-
cet citatio per edictum eſſet nulla ex defectu iuriſdictio-
5 nis procedendi illo modo, tamen nullitas † illius citatio-
nis ſaluatur ex ſcientia D. Marchioniſſæ, quæ operatur,
vt iure ordinario, Iudex potuerit procedere, cum iuriſdi-
ctionem haberet, quam non reaſſumebat ex ſcientia di-
ctæ D. Marchioniſſæ, ſed ex commiſſione ſignata manu
Papæ.

His tamen duobus non obſtantibus Domini perſtite-
runt in reſolutis, ex rationibus deductis in dicta deciſio-
ne 16. Februarij præteriti. Et pro dilucidatione primi
6 oppoſiti, quando admiſſio † appellationis habeat vim
peremptorij, ita vt poſſit procedi abſque alia citatione,
& ex vrbanitate per contradictas; Diſtinguendum eſt in-
ter cauſas prophanas, & inter cauſas beneficiales, quando
agitur ſuper titulo beneficij, & matrimoniales, quando
pariter agitur de fœdere coniugij, de quibus infra dice-
tur; Vtroque enim caſu iura diuerſimodè diſponunt; Et
7 quantum attinet ad caſum noſtrum, in quo cauſa † cen-
ſetur prophana, etiam quòd ſit ſpiritualis, cum non aga-
tur ſuper titulo beneficij. Verall. deciſ. 99. par. 1. Bellam.
deciſ. 617. vel non comprehenditur ad hunc effectum ſub
cauſis matrimonialibus, vt ſuo loco demonſtrabitur, li-
cet Iudex admiſerit appellationem, & præfixerit termi-
num ad faciẽdum fidem de introductione appellationis,
8 non tamen iſta ſola admiſſio habet † vim peremptorij,
vt potuerit ex vrbanitate procedi per contradictas, ſed
ſolum operatur. vt cauſa dicatur eſſe in Curia, vt loquen-
do de appellatione ab interlocutoria, & diffinitiua de-
clarant Franc. in cap. Nicolao 64. num. 1. verſ. ſed quæri-
tur primò, & verſ. aliquando, & quinto, & apertius Præ-
poſitus ſub num. 6. de appellat. idem Franc. in cap. inter-
poſita. §. eidem not. 2. num. 2. eodem tit. de appellat. ſed
9 ſolum Marchio appellans † tenebatur proſequi cauſam
in Curia, vel ad eam tranſmittere procuratorem, cum
ſufficienti mandato ad proſequendum, Præpoſitus vbi
ſupra, & ſi de prædictis fidem non feciſſet, Iudex a quo,
10 potuiſſet procedere ad executionem ſuæ ſententiæ, † li-
cet appellatio non cenſeretur deſerta. Franc. in cap. per-
ſonas n. 3. & 4. verſ. 5. ſtatuit, & verſ. ſeptimo aliquando,
de appellat. Cardinalis, n. 2. Abb. n. 11. Alex. de Neuo, nu.
38. in fi. Dec. n. 3. Cardin. in cap. ex inſinuatione, in fin. de
appell. Rot. deciſ. 13. n. 2. de appellat. in nouis. Marant. in
prax. verſ. & quandocunque appellatum, nu. 205. verſ. ſe-
ptimus eſt terminus Add. ad Rot. deciſ. 25. col. 2. nu. 3. de
appellat. innou. Feder. de Sen. conſil. 28. Et ſi appellationi
11 † non fuiſſet delatum per Iudicem, aut per partem, cauſa
non eſſet deuoluta ad Curiam, vt in ea poſſet tractari,
Franc. in cap. interpoſita, 70. §. eidem, not. 1. nu. 1. eod. tit.
12 de appell. Nec etiam ſola † præfixio termini ad proſe-
quendum appellationem, habet vim peremptorij, itaut
poſſit procedi per contradictas, ſed ſolum ex iſta præfi-
xione termini, appellans tenetur impetrare, vel mittere
procuratorem ad impetrandum in Curia Iudicem appel-
lationis, qui cognoſcat in partibus, non in Curia. Præpo-
ſitus vbi ſupra. Franch. in d. c. interpoſita, §. eidem, n. 1. de
13 appellat Niſi tamen cauſa † eſſet beneficialis, quæ de ſui
natura per appellationem ſunt tractanda in Curia, Franc.
in d. cap. Nicolao, num. 4. in fin. ibi, & intellige prædicta
de alijs cauſis, quam beneficialibus, Præpoſitus numero
6. ibidem.

Ad effectum igitur peremptorij ad totam cauſam, vt
potuiſſet procedi in cauſa abſque alia citatione, & ex vr-
banitate per contradictas, duo copulatiuè requireban-
tur; Primum, quod Iudex, ſeu pars appellata detuliſſet
appellationi, ſeu illam approbaſſet; Secundam, quod Iu-
dex appellanti terminum ad proſequendam appellatio-
14 nem præſcripſiſſet; licet enim † appellans ad proſequẽ-
dam appellationem habeat annum, & ex cauſa biennium,
c. cum ſit Romana 5. de appellat. & poſt hoc tempus non
15 auditur niſi ex cauſa, ſaltem per viam † reſtitutionis in
integrum, d. c. cum ſit Romana, & c. ex ratione eod. tit.
16 Poteſt tamen Iudex ex cauſa abbreuiare dictum † termi-
num, prout etiam poteſt pars appellata, c. reprehenſibi-
lis, 26. c. ſæpe, 44. cap. oblatæ, 57. cap. perſonas, 4. eodem
tit. de appellat.

Et tunc quando iſta duo ſimul iuncta concurrunt ha-
17 bent vim peremptorij † ad totam cauſam, adeò quod
abſque alia citatione poſſit procedi ad inſtantiam vnius
ex partibus contra abſentem, tanquam contumacem per
contradictas, vt habetur extra de appell. in c. perſonas, 4.
ibi, appellationi ſuæ prolixum terminum præfixerit, & in
cap. reprehenſibilis 26 ibi, competens ad proſequendam
appellationem terminus præfigatur, & in capit. ſæpe 44.
ibi, poſt terminum appellationis edicti peremptorij vires
obtineat, & in c. ex inſinuatione, 50. ibi: appellationi ter-
minum non præfigens, & ibi: & hunc terminum appella-
tioni præfixit, & in c. oblatæ 57. ibi: quando certus termi-
nus ab appellante, vel Iudice appellationis præfigitur, &
ibi: ſi verò non ſit aliquis terminus à Iudice, vel appellã-
te, præfixus, & in c. Nicolao 64. ibi: ſi vobis conſtiterit d.
Abbatem, & Conuentum appellationi ſuæ terminum
præfixiſſe, & in cap. 1. de appell. in 6. ibi: tempore proſe-
cutionis indulto, & quicquid dubitatiuè dixerit, Alex. de
Neuo in d. c. ſæpè, de appellat. num. 32. 54. 57. verſ. ſed ad-
uertè, hoc expreſsè tenuerunt ibidem Franc. nu. 7. & 13.
Bellam.

Bellam.num.18.Abb.num.22.Butr.num.22.Imol.nu.19.
& in d.c.Nicolao, de appellat.Abb.num.5. Bellam.nu.2.
& 3.Butr.num.8.Rot.deciſ.32.num.5. & ſeqq.de appell.
in nou.Specul.de appell.§.qualiter, nu.25.26. & 27.& eſt
18 tantę conſiderationis † termini prefixio, vt aliqui volue-
rint, quòd ex ea ſola cauſetur deuolutio, & edictum pe-
remptorium abſque alia delatione, vt per Imol.in cit.c.
Nicolao,n.2.& 14.Butr.ibid.n.3. licet alij ibidem contra
19 teneant, maximè † quando appellatio interpoſita eſt à
diffinitiua. Specul. de appell.§.qualiter, n.25.Franc.in d.
c.ſæpè, num.30.

Sed admiſſo, quòd omnia prædicta fuiſſent adimpleta,
quòd tamen factum non fuit, adhuc D.Marchio non po-
tuit procedere per contradictas contra D.Marchioniſ-
ſam abſentem ex duplici capite. Primò, quia ipſi Mar-
chioniſſæ non fuit, vt pro parte D.Marchionis ſuppone-
batur, notificata appellatio, vt infra demonſtrabitur, &
20 propterea nõ dicitur habere † vim citationis iuris, cum
non teneatur appellatus diuinare, vt ſingulariter aduertit
Archid.in c.1.de elec.in 6.nu.5.in fin.verſ. ſed tu hoc in-
tellige, qui hoc probat ex iure antiquo, cum de tempore
ſuo nondum emanauerit, clem.cauſam, de elec.de qua
21 ſtatim dicetur, quæ † expreſſe induxit intimationem ap-
pellationis, & hoc dictum ſequitur Monach. ibid.num.8.
Ancar.num.6.Io. Andr.num.14 in princ.& idem notauit
Ægid.deciſ.25.in fin.quæ incipit, Licet conſenſus Secun-
do, quia cum cauſa non cognoſceretur per Summum Pō-
tificem, ſed à Iudice per ipſum deputato, non poterat d.
22 Iudex procedere † contra abſentem abſque noua cita-
tione, quia abſens non poterat diuinare coram quo de-
beret comparere, & propterea debuiſſet citari à d. Iudi-
23 ce, & † tunc ſi non comparuiſſet, incepiſſet illius contu-
macia, & non ante. Innoc.in c.per tuas il primo, per illũ
tex.in verb.contumacia, de appell.ibi: & non aliter, quia
in nulla culpa eſt abſens, cum non ſciat hunc Iudicem,
ſecus autem dicemus in Iudice, ad quem appellatum eſt,
quia ibi terminus præfixus ab homine habetur pro pe-
remptorio, & ibi: Ratio diuerſitatis † eſt, quia ſemper
24 certus eſt Iudex appellationis, Iudex vero delegatus ſem-
per incertus eſt. Hoſtien. ibid.per ead. verba nu.1.2.& 3.
Io.And.n.3.Ancar.nu.3.Abb.antiquus,nu.1.qui licet di-
ſtinguat inter cauſam commiſſam in Curia, & extra; ta-
men intrat eadem ratio in vtroque caſu, præſertim in
noſtro, cum appellator, & appellatus eſſent extra Curiã.
Henric.Boich.nu.11.Bellam.n.4.Alex.de Neuo in d.cap.
ſæpè, num.40.verſ.tertia limitatio.de appell.& hinc Rot.
in dec.8.nu.2.de teſtib.in antiq.dixit, quod ſiuè cauſa ſit
25 per appellationem, † ſiue per citationem, ſiue de ſpeciali
mandato in Curia, partes ſunt citandæ ad totam cauſam,
& ſingulos actus, vſque ad diffinitiuam ſententiam ex-
cluſiuè, & cum non agatur de cauſa beneficiali, quę de ſui
26 natura † in cauſa appellationis eſt tractanda in Curia, vt
ſupra dictum fuit, valdè arridet ad propoſitum id, quod
dicit Io. Andr. in cap.1. num.6. de appellat.in 6.in illis
verbis: Hæc Curia non ſeruat, quod cogat partes, ibi pro-
ſequi cauſas quæ de ſui natura non ſunt in Curia, etiam
ſi altera pars id petat; Vndè oportet de gratia id impe-
trare à Papa, vt pars citetur ad Curiam ſuper cauſa, quæ
de ſui natura non eſt in Curia, & idem dicit Anchar. nu.
6.col.2.ad fin.verſ.quod non tenet.Franc.in §.poſt hoc,
n.4.& Gemin.in d.§.n.11.ad medium Bellam.in d.c. Ni-
colao, n.3.

In cauſis verò beneficialibus eſt concluſio fundata in
c.1.de elect.in.6.cum quo concordat.text.in c.cupientes,
eod.tit.vt aduertit gloſſ.ibid.in princ.in verb.arripere,
27 & in clem.† cauſam eod.tit.quæ emanauit ad declaratio-
nem d.c.1.& c.cupientes, vt dicunt gloſ.in d.c.1.§.1.in
ver.infra menſem, de elect.in 6.Card.in d.clem.cauſam,n.
4.in fin.& n.5.ver.quinto quæro, Imol.nu.12.& 40. Bar-
batia col.2.ad medium, & col.3.poſt principium, Vital.
num.36.& ſeqq.& in 9 intimatio,num.39.quod appella-
tio iudicialis, vel extraiudicialis interpoſita ad Papam,
28 vel in præſentia † partis, vel eius procuratoris ſpecialis,
vel vtriuſque aut alteri eorum intimata infra menſem à
die interpoſitionis appellationis, vel ſaltem poſt men-
ſem, quando commodè fieri poterit, porrecto appellato
tenore appellationis authentico, ſi petitum fuerit, vel
perlecto illius tenore ſecundum formam dictæ clem. vel
alias deducta ad plenam, & certam notitiam ipſius prin-
cipalis, deuoluit cauſam ad Romanam Curiam, & opera-
29 tur, vt † non arripiente appellante iter ad Papam intra
menſem, iuxta d.c.1.de elect.in 6.vel appellatio iuxta d.
clem.cauſam, poteſt contra contumacem procedi abſque
alia citatione, vt probatur in dictis iuribus, & notat ibidē
gloſs.& DD.de elect.Rot.deciſ.1.de elect. in nou.Specul.
de appell.§.qualiter, n.9.& ſeqq.& n.21.& 23.ad medium
& in dictis iuribus datur breuior terminus ad inducendā
30 deuolutionem, † & expeditionem cauſæ in beneficiali-
bus, quam antea contingerat, nè ex diuturna vacatione
damnum ſentirent Eccleſiæ. Ioann.Monac.in d.c.1.nu.1.
de elec.in 6.Io.Andr.num.13.col.2.poſt principium.Ho-
ſtien.num.3.11.12.& 17.Gemin.num.19. Rot.deciſ.4.de
dol.& contum.in nou.& debent ad hunc effectum ſeruari
alia, de quibus in cap.1.de elect.in 6.& in cap.vt circa de
elect.in 6.

Prædicta autem non ſuffragantur D.Marchioni ex du-
plici fundamento: Primo, quia habent ſolum locum in
beneficialibus, quando agitur de titulo beneficij, & ex
identitate rationis in matrimonialibus, quando agitur
de fœdere matrimonij, non autem, quando agitur ſuper
ſeparatione Thori. Secundo, quia nec fuit ſeruata forma
dictæ clemen.cauſam. Quod autem prædicta habeat ſolũ
31 locum in beneficialibus, † & ita procedere, tex.in c.1.de
elect.in 6.dicunt ibidem Hoſtien.n.21. & 22. Archid.n.2.
vbi quod ſic ſeruat curia, & n.4.& 5.& n.6. Io.Andr.n.3.
& 13.Gemin.n.4.in fin.& ſeqq.& num.10.ad fin.Monac.
num.9.in fin.& ſeqq.Franc.n.1.& in terminis dictæ clem.
cauſam. Anchar ibidem num.2.verſ nota quod iſtud ca-
pitulum. Vital.num.40. Barbat.col.3.in princ.& col.8.in
fin. Ægid.deciſ.223.in princ. Scraph.deciſ.1123. nu 2.&
32 quod in beneficialibus procedat etiam † tex.in cap.1.de
appellat.in 6.dicit ibidem Hoſtien.n.21. Et in beneficia-
libus quando agitur de titulo beneficij, loquuntur deci-
33 ſiones Rotales, † Rot.in nou deciſ.1.de elect. & ibi Ad-
den.& deciſ.22.de reſcript.& 4.de dolo, & contum.& 10.
13.17.18.21.22.23.26. de appellat. nec non addit.ad de-
ciſ.32.n.4.in litera A.& de dol.& contum.deciſ.1.3.5.11.
33.num.3.39.58.83. & 18.numer.2. & de procuratoribus
deciſ.1.num.primo, col.2.in fin.& de re iud. deciſ.10.n.1.
& in antiquis in tit.de appellat.deciſ.36.43.53.54.56.64.
Verall.deciſ.35.& 100.par.1.& deciſ.392. part.2. Falloi.
34 dubio duodecimo, & generaliter vbi deciſiones † fa-
ciunt mentionem de dict.clem.cauſam, & alijs iuribus ſu-
pra ponderatis, ad effectum deuolutionis debent intelligi
de cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus, hoc eſt matri-
monialibus, vt aduertit Achill. deciſ.5.numer.3.de ap-
pellat.

Et quod prædicta etiam ex identitate rationis exten-
35 dantur ad cauſas matrimoniales † tantum, quando agi-
tur de fœdere matrimonij, dicunt; Monac.in cap.1.nu.10.
de elect.in 6.Hoſtien.num.21.& quamuis gloſ.in d.cap.1.
& Gemin.num.4.Archid.nu.6.generaliter dicant, quod
prædicta extendantur ad cauſas matrimoniales; tamen
ſunt etiam ipſi intelligendi, quando agitur de fœdere ma-
trimonij, non autem de ſeparatione Thori, & hoc euidēti
ratione. Nam ſicuti dicta clem.cauſam de election. &
36 alia iura † non habent locum, niſi quando agitur ſuper
titulo beneficij, hoc eſt ſuper fœdere coniugij ſpiritualis,
vt

vt ſupra probatum fuit ita etiam non debent habere lo-
cum , niſi agatur de fœdere coniugij matrimonialis , cum
37 in iſtis † terminis cauſa matrimonialis æquiparetur be-
neficiali, & ideò ſtatutum in vna, debet cenſeri ſtatutum
in alia, etiam contra iuris communis regulas , gloſ. in l. ſi
quis ſeruo alieno, in verbo, corrumpi, & ibi notat Bartol.
C. de furt. & in l. quod verò contra, ff de legib. & in l. vt tã-
tum, §. 1. ff de ſeru. corrupt. Hart. Pičton. obſeru. 192. n. 13.
& ſic iura prædicta non fauere huic cauſæ , In qua agitur
de ſeparatione Thori.

Quod verò in omnem euentum non fuerit ſeruata for-
ma dictæ Clem. cauſam de elect. ſatis patet, quia appella-
tio non fuit interpoſita in præſentia D. Marchioniſſæ
principalis, aut eius procuratoris ſpecialis, nec alteri eo-
rum fuit intimata infra menſem , iuxta formam præſcri-
ptam in dicta clem. cauſam; nec ſufficit, quòd, ſi procura-
tor D. Marchioniſſæ non fuit præſens appellationi , ſal-
tem comparuit in eadem audientia paulò poſt , & con-
tradixit dictæ appellationi, quod videtur ſufficere, vt in
his terminis, Specul. de appell. §. qualiter, nu. 11. quia etſi
ex hoc conſtet de ſcientia dicti procuratoris , illa tamen
38 non ſufficit, niſi ſit vno ex duobus modis ſupradictis , †
vel per præſentiam quando interponitur appellatio , vel
per intimationem ſibi factam; quod clarè probatur, nam
dum in §. inſinuatio, dicitur ſufficere etiam, quod ad ap-
pellatum plena, & certa notitia infra tempus prædictum
peruenerit, dicit gloſ. ibidem in verb. appellatum non
ſufficere, quod ſcientia deuenerit ad procuratorem , ibi:
Non reperit de procuratore, per quod videtur, quod hoc
caſu, vbi non per modos prædictos (ſcilicet ſi procurator
non fuit præſens , aut illi appellatio non fuit intimata)
non ſufficiat procuratorem ſciuiſſe, & gloſſam ſequuntur
Cardinalis in d. §. intimatio, n. 4. Imol. num. 78. Vital. nu.
39 30. 37. & ſeqq. & videmus in ſimili, † quod ſi quis appel-
lat , iuxta formam cap. vt circa , de elect. in 6. pro forma
requiritur, vt iuret duo, videlicet, quòd credit obiecta
eſſe vera , & quod credit illa poſſe probare , & ſi non
iurauit ſuperinde , appellatio corruit. Oldrad. conſ. 304.
in princ. & etiam numer. 3. verſic. conſtat enim, vbi quod
40 non ſufficit atteſtatio in † genere per Notarium facta,
ſi dicat prædictis omnibus interfuit, quia debet diſtinctè
de vtroque iuramento atteſtari, ſequitur. Aym. in conſil.
88. numero 19. Et quamuis poſſet replicari , quod præ-
ſentia procuratoris, dum appellatur, & intimatio appel-
lationis illi facienda requiratur ad effectum ſcientiæ , &
ideò ſufficit , quod aliunde ſcientiam habuerit , forma
41 enim inducta † ad certum effectum poteſt ſperni, modo
habeamus effectum ex adductis per Cardin. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 2. titul. 4. numero 45. quia hæc for-
ma non fuit inducta reſpectu procuratoris ad effectum
ſcientiæ , ſed reſpicit ordinem , & ſubſtantiam , & ideo
42 omiſſio iſtius † formę facit corruere actum , Dec. in
capit. de appellationibus, numero 13. & ſequen. eodem
tit. de appellat. maximè , quia iſta competunt de iure ex-
traordinario cõtra diſpoſitionem iuris communis Dec.
dicto loco, num. 28 Et quod iſta reſpiciant ordinem , &
ſubſtantiam probatur , quia tex. in d. clemen. cauſam ſo-
lùm diponit ſufficere, quod appellatio interponatur prę-
ſente principali, vel Procuratore, aut quod alteri eorum
intimetur, dum verò agitur de plena, & certa notitia lo-
quitur de plena , & certa notitia principalis tantum , er-
43 go firma remanet diſpoſitio , quod in Procuratore †
requiratur præſentia, dum appellatur , vel ſit intimatio
ipſius appellationis , l. Imperator. ff. de poſtul. l. ſtatu li-
ber. §. Stichum. de legat. 2. & ſic prædicta reſpectu Procu-
ratoris reſpiciunt ordinem , & ſubſtantiam non autem
44 effectum. Vnde dictum † Specul. eſt intelligendum dum
loquitur de ſcientia Procuratoris , quod loquatur cumu-
latiuè ad ſcientiam principalis , modo de qua in dicta
clem. non autem ſimpliciter, quod ſola ſcientia Procura-
toris ſufficiat .

Nec ſcientia D. Marchioniſſæ dictæ appellationis pro-
batur , ad hunc enim effectum , vt dicitur in text. debet
45 † eſſe plena, & certa, & vt dicunt gl. & DD. debeat eſſe
talis, quæ æquipolleat præſentiæ, & intimationi, vt decla-
rat gloſ. ibi in ver. intimatio, & in ver. plena, & certa ,
ibi. Nota quod non ſufficit talis, qualis, &c. & plena dicit,
vt totius appellationis, & omnium obiectorum in illa ,
notitiam habuerit, &c. certa dicit, vt indubitatum ſibi ſit,
vel eſſe debeat ſic appellatum , &c. quam gloſ. ibidem ſe-
quuntur , Cardinalis in §. intimatio , num. 1. & 5. Imol.
num. 11. & 79. Barbat. col. 5. in fin. & col. 15. Vital. in §.
quod ſi in princ. & num. 10. & in §. verum, num. 1. & in §.
intimatio , num. 13. & 24. & in §. idemq. num. 4. Anchar.
num. 10. Verall. deciſ. 35. num. 7. par. 1. Rot. deciſ. 26. de
appell. in nou. Scientia autem , quę deducitur ex conſti-
tutione Procuratoris generalis longè poſt appellatio-
46 nem , non videtur ſufficere , nam etſi † Vital. in d. clem.
cauſam , §. intimatio , num. 33. dicat , ad hunc effectum
ſcientiæ ſufficere ſolam conſtitutionem Procuratoris po-
ſtea factã, ſiuè ſit ſpecialis, ſiue generalis, modo adſit in
mandato clauſula reſtrictiua ad cauſas deuolutas , Rot.
deciſ. 1. de procur. in nou. verſ. ſecundo non obſtat deci-
ſio, & in antiq. deciſ. 33. eodem titulo, & 13. de reſcript.
Caſtad. deciſ. 2. in fin. eodem titulo. Tamen illa conſtitu-
47 tio Procuratoris generalis , † nihil poteſt operari , cùm
in illius conſtitutione non adſit clauſula reſtrictiua ad
cauſas deuolutas , ſed ſit mandatum ſimpliciter generale
ad omnes ſuas cauſas , cum facultate comparendi coram
Iudicibus Eccleſiaſticis , reſtrictiua enim illa, ad cauſas
deuolutas, inducit pernceſſe ſcientiam, cum mandatum,
48 † etſi generale, ſit reſtrictum ad cauſas deuolutas, & hinc
Verall. in deciſ. 252. num. 1. & 4 parte 1. videtur require-
re vltra conſtitutionem Procuratoris aliquid aliud rele-
uans, & Doctores ex alijs etiam inferunt ad ſcientiam, vt
49 ſi † appellatus conſuluerit Aduocatum ſuper tali appel-
latione, vt dicit gloſ. in d. §. intimatio in ver. plena , & ibi
Imol. num. 79. Vital. num. 36. Guglicl. de Monte Lauduſio
50 num. 23. vel ſi † idem principalis confeſſus fuerit, appel-
lationem fuiſſe interpoſitam, Verall. dec. 35. num. 7. gloſs.
in d. clem. cauſam , §. intimatio ver. plena, & ibi Imol nu.
79. Vital. n. 35. Cardinalis, n. 6. Guglicl. de Monte Laudu-
ſio nu. 23. vel quando appellatio præſentatur alicui præ-
ſente appellato. Achill. deciſ. 16. de appell quando de ap-
51 pellatione fuit habita † relatio a perſona , cui appellans
credere tenebatur, Vital. vbi ſupra, n. 6. vel quando appel-
lati amicus, vel appellantis id appellato ſignificauit. gloſs.
vbi ſupra, quod tamen negant ibidem Vital numer. 36. &
Imol num. 79. in fin. niſi talis amicus inſinuauerit dictam
appellationem , cum traditione copiæ in forma authen-
tica, nec ſola fama ſufficit .

Sed in hoc caſu ceſſat omnis difficultas, quia ſecundum
terminos d. clem. ſi ſentẽtia non feratur parte, vel Procu-
ratore præſente, debet alteri eorum, intra menſem ab in-
terpoſitione illius appellationis , vel ſaltem poſt lapſum
eiuſdem menſis , quam citò commodè fieri poterit inti-
52 mari, & in tertio caſu diſponitur , quod cauſa † non cen-
ſeatur deuoluta ad Curiam, niſi ad appellatum eius plena
ac certa notitia infra tempus prædictum aliter peruene-
rit , & ibi gloſ. in §. intimatio, ver. prædictum , explicat
verbum, tempus, ſcilicet menſis , & poſtquam commodè
fieri poſſet, ſed ſic eſt, quod cum D. Marchioniſſa exiſte-
ret in Ciuitate Ianuæ, nec probetur aliquod impedimen-
tum, intimatio potuit fieri intra menſem, & propterea
53 etiam intra menſem requirebatur ſcientia, quæ etſi † in-
duceretur ex conſtitutione Procuratoris non ſuffraga-
tur, cùm fuerit facta, longè ante ſententiam, cum dicta
ſententia fuerat lata 5. Martij 1625. & mandatum fuerit
datum

datum 25. Februarij 1623. & ſic non applicatur gloſ. in
dict. clem. cauſam, in d. §. intimatio, ver. tempus, & ibi
Cardinalis, numer. 7. Imol. num. 11. 76. in fin. & 80. Ro-
ta deciſ. 1. num. 1. de elect. in nou. & ibi add. in litera C.
Veſtr. in prax. lib. 6 cap. 6. num. 7. poſt medium. Felyn.
in cap. cum contingat, num. 7. de reſcript. Aegid. deciſ. 59.
num. 2.

Quantum attinet ad ſecundum principale obiectum.
An probetur ſcientia D. Marchioniſſæ, ex eo, quod poſt
commiſſam cauſam in Rota conſtituit Procuratorem
generalem. Pro reſolutione huius articuli dixerunt Do-
54 mini ſufficere † ſcientiam quoquo modo probata, dum-
modo tamen ſit plena, & certa, vt ex clem. cauſam,
de elect. deducit Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 2. numer. 3.
in fin. & lib. 7. cap. 1. num. primo, & vnus modi pro-
bandi iſtam ſcientiam plenam, & certam, eſt, quando
55 nulliter † citatus conſtituit Procuratorem ad illam cau-
ſam, & tunc proceſſus agitatus, cum dicto Procuratore
tenet Rot. deciſ. 11. de dol. & contum. in nou. Achill. deciſ.
7. nu. 3. de dol. & contum. Sarnen. in compend. vtriuſque
Signaturæ, num. 68. Staphil. de literis grat. fol. 145. à ter-
go, ſecundum antiquam impreſſionem, & tit. comm. an
detur, &c. num. 2. fol. 278. ſecundum paruam modernam
impreſſionem. Lancell. de attent. lit. pend. in præfat num.
132. ſecundum vltimam impreſſionem, Seraph. dec. 1366.
Verall. deciſ. 252. par. 1. Creſcent. deciſ. 6. de cauſ. poſſeſſ.
& propriet. Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſent. nulla repar.
nu. 123. Aegid. deciſ. 238. qui ſic etiam eſt intelligendus in
56 dec. 364. † dum loquitur de Procuratore legitimè con-
ſtituto poſt citationem, qui comparuit, & fuit dictum in
cauſa Lauden. deuolutionis 23. Maij 1594. coram bo.
mem. Corduba.

Inſuper dixerunt Domini ſufficere, quod poſt cita-
tionem conſtituatur Procurator generalis, qui compa-
57 reat † in cauſa, hoc tamen non ſimpliciter, ſed tali mo-
do, vt mandatum generale, quod eſt indifferens, ſcilicet,
quod poteſt ſpectare ad iſtam, & aliam cauſam, cenſeatur
deductum ad ſpeciem, vt inquit Seraph. in deciſ. 654.
numer. 3. quæ quidem deductio ad ſpeciem non poteſt
inferri in caſu, de quo agitur, ex ſola productione facta
58 per Cabellam procuratorem † conſtitutum, cum pro-
ductio non fuerit facta, vt cauſam defenderet, ſed ad ef-
fectum ſubſtituendi Lactantium, qui cum nunquam acce-
ptauerit ſubſtitutionem, & cum D. Marchioniſſa habe-
ret aliam cauſam in Rota ſuper alimentis, non poteſt ex
iſto mandato, & productione prædicto modo, facta ab-
ſque alio actu induci plena, & certa ſcientia D. Marchio-
niſſæ, introductionis litis in Rota ſuper ſeparatione Tho-
59 ri, quæ quidem plena, & certa ſcientia † requiritur ad
effectum ſanandi nullitatem citationis, vt ſupra dedu-
ctum fuit. Hinc deciſiones admittentes, quod ſufficiat
mandatum generale ad præſumendam ſcientiam, vi-
dentur aliquid vlterius requirere, vt illud mandatum
60 generale cenſeatur deductum ad ſpeciem; nempè † Achill.
deciſ. 16. de dol. & contum. loquitur de Procuratore ge-
61 nerali comparente, cùm proteſtationibus, Creſcent. † de-
ciſ. 10. num. 1. & 5. de dol. & contum. loquitur de procu-
ratore, qui cauſam defendit, & merito quidem, quia cum
62 conſtitutio Procuratoris † generalis, ſit ambigua, &
indifferens, vltra productionem mandati debet decla-
rari per aliquos actus, & ſine difficultate, quando Do-
minus conſtituens habet aliam cauſam, prout in caſu
iſto, qui quidem actus declarant ſcientiam Domini, vt
not. per Caſſador. deciſ. 1. in fin. num. 1. & 2. de procur.
63 Rot. † verò in nou. deciſ. 1. de procur. & ibi addit. nu-
mer. 5. & in antiq. deciſ. 13. de reſcript. & 33. de procur.
& Caſſad. deciſ. 2. eodem tit. in fin. nihil faciunt ad pun-
ctum, loquuntur enim de Procuratore conſtituto an-
tè commiſſam cauſam, cum reſtrictione ad cauſas deuolu-
tas tantùm, ex hoc enim conſtat clarè, quod ille eſt legi-
timus Procurator, quia illa cauſa eſt deuoluta, nec adeſt
alia cauſa, qui nullatenus ſunt termini noſtri, Seraph. de-
64 ciſ. 1441. num 4. † non loquitur de Procuratore gene-
rali, aut ſpeciali, ſed quatenus loqueretur de generali, ibi
Procurator comparuerat ad effectum excipiendi de nul-
litate dictarum citationum, & propterea ex illa compari-
tione dando de nullitate conſtabat de notitia, & ideo
65 ſtante † notitia defectus nullitatis citationis tollebatur,
& allegat Myſinger. & Lancell. & ſic in caſu illo vltra
productionem mandati, aderat proteſtatio, quod cita-
66 tiones erant nullæ, Caual. deciſ. 500. n. 2. † ponit obiectū
de conſtitutione Procuratoris ſpecialis, vel generalis poſt
citationem, & dicit in caſu ſuo non obſtare, quia conſti-
tutio Procuratoris fuit facta, longè ante citationem,
quare obiectum de Procuratore ſpeciali, & generali ſim-
pliciter factum, debet tamen intelligi ſano modo, Rota
67 verò dec. 736. n. 1. par. 2. in recent. † non firmat, quod ſo-
la cõparitio Procuratoris generalis ſufficiat abſque alio
actu, imò ex tenore deciſionis apparet, quod aliquid ege-
rat ille Procurator, & ſecundum diſtinctionem prædi-
ctam, deciſiones non ſunt contrariæ, vt putant Addentes
ad ſan. me. Greg. deciſ. 27. n. 14. ſed omnes ſunt veræ in ca-
ſu ſuo, & in omnem euentum, cùm Procurator generali-
ter fuerit conſtitutus, & D. Marchioniſſa haberet aliam
cauſam in Rota ſuper alimentis ex illa ſola productione
ad effectum prædictum, nullatenus poteſt declarari indif-
68 ferentia mandati, ita ut inferatur † ad ſcientiam certam,
& plenam citationis, quę, vt dictum eſt, ad ſaluandam nul-
litatem citationis requiritur.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

* Eſt deciſ. 104. ſupra in hac eadem parte, & vide ibi in fi-
ne. Apoſtilla, in qua citantur aliæ deciſiones in hac cauſa.

EODEM.

PIROVANO.

Seneñ. Coadiutoriæ.

Die Veneris 25. Iunij 1632.

SVMMARIVM.

1 *Acta præſumuntur integrè tranſportata.*
2 *Productio, quando dicatur facta verbaliter.*
3 *Acta producta verbaliter, non egent tranſportatione.*
4 *Contradictor legitimus, non dicitur is, ad aliquid impedien-*
dum, dum non tangitur ſuum ius.
5 *Aetas annorum 21. non eſt legitima ad Subdiaconatum.*
6 *Beneficium requirens aliquam qualitatem in accipiente,*
ſufficit, quod iſta habilitas interueniat intra annum etiam
à die adeptæ poſſeſſionis pacificè.
7 *Beneficium requirens literaturam in Clerico, requiritur,*
quod iſta qualitas interueniat de tempore examinis, &
non poſt. vide num. 9.
8 *Appellari poteſt à reprobatione examinatorum.*
10 *Pars non eſt citanda, quando examinatur quis, ad effectum*
obtinendi aliquod beneficium.

DECISIO LXXXI.

CAuſa iterum * ſuper eiſdem propoſita, dictum fuit,
ſtandum eſſe in deciſis quoad ſecundam partem, &
quoad primam recedendum.

Viſum enim fuit gratia Creſcentij in omnibus nar-
ratis eſſe iuſtificatam, prout in deciſione cauſæ fuit fir-
matum.

Neque obſtant, quæ replicantur de non integra tran-

portatione Actorum, cum deficiant Indulta, & alia in productione ſpecificata.

1 Quia regula eſt contra † dantem de non integra tranſportatione, niſi contrarium probauerit, Crau. de antiq. temp. par. 2. num. 55. Rot. deciſ. 59. num 1. coram Papa Gregorio XV. Contrarium autem probatum dici non 2 poteſt eo ipſo, quod non docetur de productione † reali per verba, tenoris, vel facto producit vel animo rehabendi, vel Inſtrumentum incipit ſic &c. quibus circum3 ſcriptis, productio † remanet verbalis, quæ in tranſportatione non eſt neceſſaria, Rota deciſ. 561. n. 10. par. 1. recent. & Add. ad ſupradictam deciſ. 59. coram Papa Gregor. XV latiſſimè comprobant.

Non obſtat falſitas narratiuæ ſeruitij Eccleſiæ Coadiuti per. 35. annos, nec obſtare gratiam, Perinde valere, ac ſi expreſſum fuiſſet per 27. annos, cùm non fuerit facta mentio litis, dum adhuc penderet.

Quia cum ſanatio, & ſeu reualidatoria non tangat ius 4 Capituli ex quo non eſt † legitimus Contradictor, quando Canonicatus non vacant, vt in præſenti, tunc non eſt neceſſaria litis mentio, Innoc. in cap. mandatum, num. 7. de reſcript. Rota coram Papa Gregorio XV. deciſ. 221. numero 4. & coram bo. mem. Card. Caualerio in deciſ. 450. num. 3.

Denique non obſtat, quod Creſcentius, non habeat 5 ætatem ſufficientem ad Subdiaconatum, † tanquam natus anno 1610. 11. Auguſti, & gratia eſt expedita de anno 1630. 26. Auguſti, itaut vix attigerit annum vigeſimum primum.

6 Quia ſufficit, quod habilis fuerit † ad faciendum ſe promoueri intra annum etiam à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis, cap. commiſſa de elect. in 6. c. ſi pro Clericis pauperibus de præben. eod. lib. 6. Abb. in c. cum in cunctis, §. inferiora n. 10. de elect. de qua habilitate reſpectu temporis hodie dubitari non poteſt.

Receſſerunt autem Domini à prima parte, quia conſtat Creſcentium fuiſſe examinatum, & approbatum, quatenus Canonicatus non habeat annexam præbendā Theologalem, vel Curam animarum, & ideò, cum non appareat Canonicatum habere dictas qualitates, examē ſuffragatur.

Non obſtat, quod idem Coadiutor fuerit examinatus de menſe Septembris præteriti in partibus, fueritq; reprobatus; vnde ad nouum examen de menſe Maij ſequē7 tis in Curia non debuiſſet admitti, cum habilitas † requiratur de tempore examinis, non autem poſt. de quo tempore potuit addiſcere, c. ſi eo tempore cum gloſa in verbo, effectus, de reſcript. in 6.

Quia, & ſi iſta qualitas litteraturæ ſit talis, quæ poſſit ſuperuenire, nec inferatur ex tempore præſenti in præteritum, vt dicit Menoch. de præſumpt. 24. n. 5. lib. 1. atta8 men quando reprobatus ſtatim † appellauerit, & Iudicem adiuerit, & ſe obtulerit examini, non eſt, quod ei im9 putetur, etiam † ſi examen ſequatur ex interuallo, Rota deciſ. 527. num. 3. coram Papa Gregor. XV. & 968. num. 7. coram bo. mem. Seraphino, in quibus ponderatur tempus quod conſumitur in obtinenda citatione, cum Inhibitione in compulſandis Actibus, in itinere de partibus ad Curiam, antequam deueniatur ad ſecundum examen.

Nec releuat, quod poſtremum hoc examen factum 10 fuerit abſque partis citatione: quia partem † non eſſe citandam apertè ſenſerunt, Innoc. in cap. finali in fine de translat. Prælat. Felyn. in cap. fin. num. 36. de præſumpt. & ratio eſt, quia huiuſmodi clauſulæ magis ſonant in monitionem, quam in conditionem, vt aduertit idem Felyn. n. 18. vt propterea magis ſit ſatisfaciendum conſcientiæ Executoris, quam parti opponenti in actu extraiudiciali.

Et ita &c.

* Cauſa hæc fuit propoſita ſub die 24. eiuſdem menſis, & anni, & eſt deciſ. 138. ſupra in hac eadem parte.

EODEM.

VEROSPIO.

Beneuentana Attentatorum.

Die Lunæ 26. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum dicitur quicquid geritur poſt introductionem cauſæ appellationis, & inhibitionem ſubſequutam, Non obſtante quacunque re iudicata, ſiue appellationis deſertione, n. 2. Et quare, n. 4.*

3 *Appellatione deſerta, cauſa redit ad primum Iudicem.*

5 *Cauſa an ſit deſerta, cognoſci debet à ſolo Iudice, cui, commiſſa fuit cauſa appellationis.*

6 *Iudex appellationis ex ſtylo Rom. Cur. ſuper deſertione non pronunciat, ſed vel moderando inhibitionem, declarat cauſam eſſe deſertam, vel procedendo ad vlteriora, declarat illam durare.*

7 *Scientia partis non infert ſcientiam Iudicis ad effectum attentatorum: ſed declara, vt n. 8.*

9 *Mandatum præſumitur in eo, qui iura produxit, et rubricaturam ſoluit.*

10 *Mandatum, quo Procurator vtitur nomine principalis, ex æquitate debet ſuffragari parti, vt illa poſſit contra talem Procuratorem exequi citationes, et inhibitiones, quæ exequendæ eſſent contra principalem.*

DECISIO LXXXII.

Reſponderunt Domini in dubio, quod hodiè propoſui, conſtare de Attentatis. Etenim actus carcerationis Conſtantini, qui dicebatur attentatus, exequutus fuerat ad inſtantiam Camillæ occaſione mandati, quod illa obtinuerat A. C. pro credito, quod habebat occaſione ſuæ dotis contra hæreditatem Viti patris Conſtantini; Cum autem idem mandatum expeditum fuiſſet in exequutionem ſententiæ, à qua Conſtantinus appellauerat, non poterat non dici attentatum, tàm dictum mandatum, quam carceratio facta in illius exequutio1 nem, poſtquam introducta fuerat in Rota cauſa † appellationis, & illius vigore ſequuta fuerat inhibitio, vt habetur in c. non ſolum, & notat. ibi gloſ. in fin. de appellat. lib. 6. Rot. dec. 20. eod. tit. in nou. & deciſ. 26. eod. tit. in antiq. Cæſ. de Graſſ. dec. 6. n. 5. de cauſ. poſſ. & propr. Et quidem non obſtante quacunque re iudicata, ſiue deſer2 tione appellationis, propter † quam cauſa videretur re3 diſſe ad primum Iudicem, † iuxta notata l. eos, C. de ap4 pellat. quia propter ſolam dubietatem articuli, † An cauſa eſſet deſerta, poterat de eadem deſertione cognoſcere 5 ſolus Iudex, cui fuit commiſſa cauſa † appellationis, vt notat Bart. in l. eos, n. 8. & in l. properandum. §. illo. C. de Iudic. Vital. in Clem. ſi appellationem, de appell. Mohed. deciſ. 9. eod. tit. & deciſ. 3. de ſent. & re iud. in fin. Quod maximè procedere viſum fuit, attento ſtylo Romanæ Curiæ, quia cum in ea ſuper deſertione pronunciari non 6 ſoleat, † niſi quatenus, vel per moderationem inhibitionis, vel per proceſſum ad vlteriora tacitè declaratur, cauſam aut eſſe deſertam, aut adhuc durare, Non poterat Index datus ſuper appellatione de cauſa iudicare, quin etiam non cognoſceret ſuper ipſa deſertione, vt aduertit Veſtr. in prax. lib. 8. c. vlt. n. 9. §. ſed hodie, in fin. Felyn. in c. ex parte 1 a. n. 10. verſ. ſecundò. declara de reſcript. Rot. deciſ. 59. de appell. in nou.

Neque

Neque Domini dubitarunt, vtrum inhibitio, quæ pro-
babatur hoc caſu facta Procuratori Camillæ, afficere po-
7 tuerit Iudicem, à quo fuerat appellatum, † quia licèt ex
ſcientia partis regulariter non infertur ad ſcientiam Iu-
dicis ad hunc effectum attentatorum, vt tradit Lancellot.
de attent. lit. pend. par. 2. cap. 12. ampliat. 15. num. 26. poſt
Franc. in c. ſi iuſtus metus 73. nu. 50. de appell. Hoc tamen
8 verum eſt, ſi ipſe † Iudex actum fecerit ex ſuo officio, ſe-
cus ſi ad partis inhibitæ inſtantiam, vt declarat idem Lã-
cellot. de attent. poſt inhibitionem, ampliat. 59. Lap. alle-
gat. 38. & tenuit Rot. coram Greg. deciſ. 360. num. 2. & in
Romana Saluiani 14. Decembris 1598. coram Card. Lan-
cellot. Et viſum fuit ſatis eſſe mandatum, quod præſumi
debebat habuiſſe eumdem Procuratorem, cui fuit inhibi-
tum, quia cum nomine Camillæ produxiſſet proceſſum
9 factum in partibus, & ſoluiſſet illius rubricaturam, † ex
ea iurium productione, & ſolutione, quam fecit, poterat
idem mandatum præſumi ex his, quæ notat Iaſon in l. 1.
n. 12. C. de procurat. Caſſad. deciſ. 3. nu. 5. eod. tit. Roman.
ſingul. 643. nu. 4. & conſ. 446. num. 11. Et equum erat pro-
10 pterea, vt mandatum, quo ille vſus erat ad eam † produ-
ctionem faciendam ſuffragari deberet Conſtantino, vt
poſſet eumdem Procuratorem citare loco ipſius Camil
læ, illique inhibere, vt firmauit Rota in his terminis in
deciſ. 185. nu. 3. par. 2. recent. auctoritate textus in l. ſer-
uum quoque, §. æquum, ff. de procurat. & regulam ponit
Capt. concluſ. 62. num. 1.

Et ita &c.

E O D E M.

D V N O Z E T T O.

Romana Vineis de Capocephalis.

Die Veneris 26. Ianuarij 1629.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio danda eſt ei, de cuius poſſeſſione conſtat de tempore motæ litis.*
2 *Poſſeſſio bene probatur ex confeſſione partis aduerſa.*
3 *Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum eſt nulla, & attentata.*
4 *Poſſeſſio attentata non eſt manutenibilis.*
5 *Appellatio in iudiciis poſſeſſoriis non datur ex diſpoſitione Aegidianæ.*
6 *Aegidiana non intrat, quando ſumus in re Eccleſiaſtica.*
7 *Decretum tranſit in rem iudicatam ob non interpoſitam à parte appellationem.*
8 *Decreto contra ſe lato, videtur quis acquieuiſſe, ſi ab eo non appellanit.*
9 *Manutentionem, quis petere non poteſt, ſi habuit ſe pro ſpoliato.*
10 *Pro ſpoliato ex acquieſcentia alicuius decreti, contra ſe lati, vt non dicatur, quis ſe habuiſſe, ſufficit, quod à die notitiæ reclamauerit, quando domi dimiſſa copia, & non perſonaliter ad illud fuerit citatus.*

D E C I S I O LXXXIII.

Cenſuit Rota Capocephalis, dandum eſſe mandatum
de manutenendo in poſſeſſione Vineæ, de qua agi-
tur, quia de eorum poſſeſſione tempore motæ litis viſũ
fuit conſtare, nedum ex depoſitione teſtis pro Strinis ex
1 aduerſo examinati: † quæ ſola ſufficit ad effectum manu-
tentionis, Menoch. de retinen. rem. vltim. numero. 34.
Rota coram Greg. XV. deciſ. 438. num. 2. verum etiam ex
confeſſione eorumdem de Strinis deſumpta ex poſitio-

2 nibus, ſeu articulis † per ipſos exhibitis, Crauett. conſ.
150. num. 5. Rota coram Greg. XV. deciſ. 458. nu. 4. & 5.
& alias ſæpiſſimè.

Non obſtat poſſeſſio dd. de Strinis capta auctoritate
Iudicis vigore decreti, ſeu mandati de immittendo, quia
cum à d. decreto daretur appellatio poſſeſſio inde ſequu-
3 ta † pendente termino ad appellandum dicitur nulla &
attentata, c. non ſolum, de appell. in 6. Rot. coram Greg.
XV. deciſ. 503. num. 1. & deciſ. 618. num. 2. par. 2. recent. &
4 conſequenter † non eſt manutenibilis, Rota deciſ. 225. n.
4. par. 2. recent. & in Rom. melioramẽtorum 1. Decemb.
1616. coram D. meo Vbaldo.

Quod autem à decreto prædicto daretur appellatio
5 patet, nam licet fuerit actum poſſeſſorio, ex interdicto †
quorum bonorum, in quo ex diſpoſitione Aegidianæ nõ
datur appellatio, tamen cum ageretur de vinea emphy-
teotica Eccleſiaſtica, prout inter partes non controuer-
6 titur, † ceſſabat Ægidiana, & dabatur appellatio, Rot.
deciſ. 32. nu. 2. par. 1. & deciſ. 472. par. 2. recent. & in Ro-
mana domus ad S. Honufrium 29. April. 1626. & 16. Mar-
tij 1627. coram R.P.D. Durano.

7 Minus obſtat, quod † decretum prodictum ob non in-
terpoſitam appellationem per dd. de Capocephalis tran-
8 ſiuerit in iudicatum, & ſic videantur acquieuiſſe, † & ſe
9 habuiſſe pro ſpoliatis, & propterea non poſſint nunc †
petere manutentionem, quia reſpondetur, quod cum
Capocephali non fuerint perſonaliter citati, ſed tantum
10 domui dimiſſa † copia, ſatis eſt ad hoc vt non cenſean-
tur ſe habuiſſe pro ſpoliatis, quod à die habitæ notitiæ
reclamauerint, & petierint manutentionem. Rot. coram
Greg. XV. deciſ. 307. num. 12. & deciſ. 546. nu. 14. & deciſ.
555. num. 1.

Et ita vtraque, &c.

E O D E M.

Ab Anno 1635. vſque ad Annum 1637.

C A R I L L O.

Aretina Capellaniæ.

Die Lunæ 19. Ianuarij 1635.

S V M M A R I V M.

1 *Principalis citatus perſonaliter, ſi per ſe, vel per eius procuratorem, non compareat, merito proceditur per contradictas.*
2 *Citatio prima emanata vigore Commiſſionis, de iure poteſt, quandocumque reproduci intra annum.*
3 *Actorum tranſportatio non eſt neceſſaria, ſtante diuerſitate cauſæ, & hoc tam ſecundum ius commune, quàm ſecundum Concil. Trid.*
4 *Sententia lata poſt recuſationem Iudicis, ſuſpecti eſt nulla.*
5 *Iudex, ſi fuerit allegatus ſuſpectus non ſufficit d. allegatio, niſi etiam fuerit appellatum ab vlteriori proceſſu, prout requiritur.*
6 *In Iudicis iuriſdictionem, ſi fuerit conſenſum per plures actus, non poteſt allegari ſuſpectus, ſine expreſſione cauſæ ſuperuenientis poſt illos actus.*
7 *Sententia, non poteſt dici præcipitanter lata, ſi lis durauerit per menſem, & plus.*
8 *Subrogatio in beneficio debetur, ſi concurrant illa tria requiſita, nempe Clericatus, Lis, & obitus in poſſeſſione.*
9 *Subrogatio in beneficio, ſi lis non eſt ſuper titulo beneficii, nullatenus conceditur.*
10 *Beneficium, vt dicatur litigioſum ad effectum ſubrogatio-*

nis, ſufficit, ſi duo ſint præſentati ad idem beneficium, & vterque inſtat coram Ordinario ſuper inſtitutione obtinẽda, & lata fuerint ſententiæ deſuper.

11 *Lis, ſi fuerit conteſtata per plures, & proſecuta, ſi poſtea aliqua acta fuerint facta ad inſtantia vnius tantùm partis, ſuffragatur etiam alteri colligiganti.*

DECISIO LXXXIV.

DOmini reſponderunt ſententiam Rotalem R.P.D.
mei Pirouani confirmandam eſſe, in qua pronun-
ciatum fuit ſententias latas contra Grazinium eſſe infir-
mandas, & mandatum de immittendo in poſſeſſionem
Capellaniæ, de qua agitur dandum eſſe eidem Grazinio
vigore ſubrogationis in forma dignum commiſſæ Vica-
rio Aretino, & obtentæ in iuribus, & poſſeſſione Comitis
Rotelli colligigantis, qui deceſſerat pendente lite in Ro-
ta, non obſtantibus nullitatibus, & iniuſtitia contra dictã
ſententiam Rotalem oppoſitis.

Fundamentum fuit, quia prædicta ſententia eſt valida,
& iuſta. De validitate conſtat ex commiſſione Rotali, &
ex citatione cum inhibitione contra Franciſcum Rotel-
1 lum perſonaliter † executa, vnde d. Rotello per ſe, aut per
eius procuratorem non comparente meritò fuit proceſ-
ſum per contradictas iuxta ſtylum de quo, Caput. deciſ.
262. part. 2. Vant. de nullitat. ex defect. iuriſdict. delegat.
num. 1. & 2.

Nec obſtant nullitates oppoſitæ contra validitatem.
Non prima quod citatio emanata vigore commiſſionis
Rotalis non fuerit intra annum reproducta in actis, quia
tollitur ex facto cum præſentata fuerit in partibus de
menſe Martij 1632. & reproducta in actis de menſe Ia-
2 nuarij 1633. & † de iure poteſt intra annum quandocun-
que reproduci, nec dicitur circumducta, Vant. de nullit.
ex defect. cit. num. 11. Veſtr. in prax. libr. 4. num. primo,
Rot. deciſ. 14. de dol. & contum. in nou. & dec. 21. de ap-
pell. eod. tit.

Non obſtat ſecunda ex defectu tranſportationis acto-
rum præcedentis cauſæ inter Comitem Rotellum, & Gra-
zinium, quoniam ſufficit integrè tranſportata eſſe acta
facta ſuper ſubrogatione in iuribus d. Comitis, nec erat
neceſſe tranſportare acta præcedentia cum dicto Comite
3 perſona diuerſa, & ſuper diuerſo titulo agitata, quia † ſtã-
te diuerſitate cauſæ ceſſat obligatio tranſportandi, tam
ex diſpoſitione iuris communis, quam Concil. Trid. Se-
raph. deciſ. 1305. Greg. XV. deciſ. 55. per tot.

Minus ſubſiſtit tertia nullitas deducta ex eo quod ſen-
tentia Rotalis confirmet ſententiam d. Decani Aretini,
4 quæ dicitur nulla ex duplici capite eo quia † lata fuit poſt
recuſationem Iudicis, cauſa ſuſpicionis, & quia lata fuit
5 præcipitanter. Nam allegatio ſuſpicionis non releuat, †
cum non fuerit appellatum ab vlteriori proceſſu, prout
de iure requiritur, Ruin. conſ. 61. n. 36. lib. 5. Curt. iun. cõſ.
175. n. 2. Lancelot. de attent. cap. 4. limit. 2. num. 71. Rot.
deciſ. 563. nu. 2. part. 1. diuerſ. Greg. deciſ. 466. num. 7. vbi
6 add. Imò cum fuerit † conſenſum in iuriſdictionem dicti
Decani per plures actus, non potuit allegari ſuſpectus ſi-
ne expreſſione cauſæ ſuperuenientis poſt illos actus, Natt.
conſ. 532. n. 9. Bero. conſ. 16. n. 27. Grat. diſcep. 100. nu. 31.
& ſeq. Rot. diuerſ. deciſ. 2. nu. 2. part. 2. & coram Caualer.
deciſ. 158. n. 2. Nec adeſt vlla præcipitantia, cum lis dura-
7 uerit coram dicto Iudice per menſem cum dimidio, † &
ad iſtum effectum tempus attenditur à die deputationis,
vt in ſpecie tenet Rot. deciſ. 743. numer. 5. part. 2. recent.
vbi defenditur ſententia lata intra 30. dies à die deputa-
tionis.

Iuſtitia verò ſentẽtiæ patet, quia in ſubrogatione pro-
8 bata fuerunt tria neceſſaria requiſita, nempe clericatus, †
lis, & obitus in poſſeſſione, quibus concurrentibus man-
datum de immittendo concedendum eſt, & executioni
mandatum, c. ſi quando de reſcr. Garz. de benef. 6. part. c.
4. in princ. nu. 4. & 16. cum ſeqq. Greg. deciſ. 32. & deciſ.
103. vbi add. Seraph. deciſ. 990. per tot.

Præterea quia narrata in literis ſubrogationis fuerunt
verificata, nempe Capellaniam eſſe beneficium ſimplex,
& de iurepatronatus, & ſolitam obtineri per Clericos ſe-
culares, & valorem beneficij non excedere 24. ducatos, &
idoneitatem Grazinij, vt latè conſtat ex deciſione in hac
cauſa facta coram D. meo Pirouano.

Neque obſtat obiectum factum contra iuſtitiam dictæ
ſententiæ Rotalis, nempè quod lis quæ vertebatur con-
tra Grazinium, & Comitem non fuerit ſuper titulo bene-
9 ficij, † & ideò ceſſare vnum requiſitum dictæ ſubrogatio-
nis, quia cum dicti Grazinius, & Comes, eſſent ambo præ-
ſentati ad d. beneficium, & vterque inſtaret coram Ordi-
nario ſuper inſtitutione obtinenda, & latæ fuerint de ſu-
10 per ſententiæ ſufficit, † vt dicatur beneficium litigioſum
ad effectum obtinendi ſubrogationem Sarn. in reg. de
ſubrog. collit. quæſt. 13. ſub numer. 1. Garz. de benef. part.
11. capit. 3. §. 1. numer. 82. & 83. Seraphin. dict. deciſ. 990.
numero 3.

Nec releuat, quod citatio vigore commiſſionis obten-
tæ pro Grazinio, & Monacis aſſertis patronis contra di-
ctum Comitem, fuerit tantùm præſentata ad inſtantiam
Monacorum, & non ad inſtantiam Grazinij, nam vltra
quod ex atteſtatione Nuncij conſtat de contrario, tolli-
tur difficultas, quia cum lis fuerit in partibus per Mona-
11 cos, & Grazinium cœpta, & proſecuta, † euenit vt acta
poſtea facta ad inſtantiam vnius patris tantùm, ſuffragẽ-
tur etiam alteri colligiganti, vt latè probat Crau. conſ. 45.
n. 2. Rot. deciſ. 579. n. 1. & 3. par. 1. diu. & dec. 191. nu. 1. in
fin. par. 2. Put. deciſ. 459. lib. 2. in correct.

Et ita deciſum vtraque &c.

EODEM.

BVCCABELLA.

Maceraten. Fideicommiſsi.

Die Lunæ 10. Decembris 1635.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ciuilis per ſilentium decennale amplius animo non retinetur, & num. 19.*

2 *In poſſeſſione, quis non debet manuteneri, ſi pro derelicta illam habuerit.*

3 *Iudex ritè, & rectè procedens poteſt poſſeſſores rorum anteriori poſſeſſione priuare, & illam in alios transferre, num. 4.*

5 *Hæredi proximiori ab inteſtato debetur immiſſio ex interdicto, quorum bonorum quod competit contra poſſidentes pro hæredibus, vel poſſeſſoribus, & num. 15.*

6 *Monitorij defectus, ſuppletur, ex eius certa notitia.*

7 *Articuli in iudicio ſummario deſeruire poſſunt loco monitorij, & petitionis.*

8 *Procurator præſumitur habere mandatum ſi iura producat, & litem ſuſtineat.*

Mãdatum procura præſumitur habuiſſe procurator ex pluribus, & notabilibus expenſis in cauſa factis, nu. 8.

9 *Expenſæ in litibus non ſolent fieri, ſine mandato illius, cuius intereſt.*

10 *De Mandati procura defectu amplius dari non poteſt, ſi quis eumdem procuratorem, vt talem citauerit.*

11 *Minor, validè dicitur conſtituiſſe procuratorem, ſi id fecerit cum interuentu conſanguineorum curatoris, & decreti Iudicis.*

12 Rati-

Digitized by Google

12 *Ratificatio geſtorum per aliquem vti procuratorem, retro-
trahitur, & mandato æquiparatur.*
13 *ante Sententiæ executionem ſeruandi ſunt quatuor termini
ſubſtantiales adducendum de appellatione.*
14 *Appellatio in mero poſſeſſorio denegatur, & executio illius
vigore retardanda non venit.*
16 *Sententia an ſit lata in mero poſſeſſorio, attenditur eius te-
nor. amplia n.17.*
18 *Identitas bonorum probatur per duas demonſtrationes.*

DECISIO LXXXV.

IACOBO de Leonardis Anno 1616. in Vrbe defuncto,
DD. de Bidullis in vim ſententiæ A.Cam. ſuper bonis,
de quibus agitur immiſſionem obtinuerunt contra DD.
de Archangelis, & litis conſortes, eorumdemq. bonorum
detentores, qui licèt ab initio appellaſſent cauſam tamen
appellationis, tunc proſequi non curarunt, & non priuſ-
quam Anno 1631. eam committi petierunt cuius com-
miſſionis vigore Iudex præfatam ſententiam A.C. cum
omnibus inde ſequutis confirmauit. Et cum Archan-
geli, & litis conſortes cauſam appellationis in tertia in-
ſtantia, cum facultate manutenendi quem de iure com-
muni obtinuiſſet, & Iudex eiſdem appellantibus manda-
tum de manutenendo conceſſiſſet, ac ſententias reuocaſ-
ſet, Bidulli vltimo loco cauſam in Rota ſimiliter cum fa-
cultate manutenendi, quem de iure commiſerunt.

Ideo propoſito pluries per me dubio. Cui ſit dandum
mandatum de manutenendo. Hodie DD. Bidullis dan-
dum eſſe reſponderunt, nedum quia Archangeli, & litis
conſortes per taciturnitatem ſubſequutam à dicto Anno
1 1616. vſque ad Annum 1631. ſicq. per decennium. † & vl-
tra ciuilem poſſeſſionem quam alias animo retinere po-
2 tuiſſent amiſiſſe, & pro † derelicta habuiſſe cenſentur, ita
ut in ea manuteneri non poſſint l. ſi de eo, §. ſi fortè ff. de
acq. poſſeſſ. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina ſub nu. 23.
de cauſ poſſeſſ. & propriet. Put. deciſ. 279. lib. 4 Rot. de-
ciſ. 427. num. 2. par. 3. recent. ſed etiam quia ipſi Bidulli
adepti ſunt poſſeſſionem dictorum bonorum auctorita-
3 te Iudicis qui ritè, & rectè procedens † potuit Archan-
gelos, & litis conſortes eorum anterioriori poſſeſſione
priuare, Angel in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas nu.
2. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. deciſ. 802. n. 7. par. 1. di-
4 uerſ. & deciſ. 341. num. 2. par. 3. recent. illamq. in † Bidul-
los transferre ex reg. in l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſ-
ſeſſ. de qua per Gabr. de reſt. ſpoliat. concluſ. 1. n. 108. &
per Rot. in cauſa Eugubina beneficij 13. Iunij 1594. co-
ram bo. mem. Cardinali Pamphilio.

Præſertim quia ex arbore, & teſtibus pro Bidullis exa-
minatis apparet; quod Archangeli, & litis conſortes ſunt
in tertio gradu Iacobo coniuncti Bidulli verò in ſecundo
5 ſicq; proximores in vno gradu; Quibus propterea † de iu-
re debetur immiſſio in bonis dicti Iacobi ab inteſtato
defuncti ex interdicto quorum bonorum, quod compe-
tit contra poſſidentes pro hæredibus, vel pro poſſeſſori-
bus, iuxta l. primam, & ibi Bart. & alij ff. quorum bonorũ,
l. 1. C. eod. tit. Menoch. de adipiſc. remed. 1. n. 33. & 49. Pe-
regr. de fideicom. art. 46. nu. 11. & 15. Rota coram Card,
Caualer. deciſ. 386. n. 1. deciſ. 401. n. 3. & 4.

Non obſtat, quod A. C. nulliter proceſſerit ex defectu
monitorij, quia vltra quòd illud fuit factum Archangeli
6 aſſeruerunt ſe de eo habuiſſe certam, notitiam, † quæ
ſupplet illius defectum, c. cum qui de reg. iur. in 6. Rot. de-
ciſ. 11. de dol. & contum. in nou. & coram Reuerendiſs. D.
meo Decano dec. 10. n 3. & in cauſa Bononien. iuriſpa-
tronatus coram Gipſio, quę eſt apud March de commiſſ.
par. 2. fol. 294. num. 3. Pro reſponſione ponderatum fuit,
quod fuerunt ante ſententiam dati hinc inde articuli,
7 † qui in iſto iudicio ſummario poſſunt deſeruire loco
monitorij, & petitioni, Oldrad. conſ. 244. in princ. Neui-
zan. conſ. 30. nu. 12. Rota in cauſa Romana ſeu Interam-
nen. hæreditatis 1. Iulij 1605. coram Eminentiſs. Card.
Pamphilio.

Minus obſtat defectus mandati procuratorum; Nam
quoad Bidullos illud deducitur ex quo Procurator ne-
8 dum iura produxit, † & litem diu ſubſtinuit, ſed etiam,
9 quia fecit in ea plures, & notabiles expenſas, quæ † ſine
mandato illius, cuius, intereſt fieri non ſolent, Bart. in l.
cum ſeruus ff. de verb. oblig. Put. deciſ. 27. nu. 1. lib. 2. Ca-
puraq. deciſ. 190. n. 4. par. 1. Gregor. XV. deciſ. 44. n. 5. ſed
etiam quia idem procurator vti talis citatus fuit pro Ar-
10 changelis, qui propterea de defectu † mandati amplius
opponere non poſſunt, Surd. deciſ. 104. n. 12, Rota coram
Card. Seraph. deciſ. 1193. n. 1. Gregor. XV. deciſ. 180. Quo
vero ad Archangelos, & litis conſortes, quorum aliqui
erant minores, mandatum bene ſubſiſtere viſum fuit; tum
11 quia fuit factum cum interuentu † conſanguineroum,
curatoris, & decreti Iudicis, iuxta l. quod pupillus; l. non
eo minus C. de procurat. Rota coram Card. Sraph. deciſ.
1259. n. 2. tum etiam quia ipſi conſtituentes effecti maio-
res omnia antea geſta per Marcellum expreſſe ratifica-
12 runt, quæ † ratificatio retrotrahitur, & mandato æqui-
paratur, c. rathabitionem, de reg. iur. in 6. Couar. var. re-
ſol. lib. 3. & 16. n. 5.

13 Neque ſubſiſtit quod ante executionem † ſententiæ
eſſent ſeruandi quatuor termini ſubſtantiales ad docen-
dum de appellatione; Quia placuit reſponſio quod cum
ſententia A. C. vt in mero poſſeſſorio lata per Ægidianã
14 lib. 16. c. 2. denegaretur † appellatio, & executio illius vi-
gore retardanda non erat, vt poſt Pariſ. conſ. 108. nu. 23.
lib. 1. cum alijs allegat tenuit Rota deciſ. 173. nu. 3. par. 1.
recent. Quòd facilius procedit, cum dicta ſententia fuerit
lata non contra aliquem titulo particulari poſſidentem,
15 ſed contra Archangelos poſſidentes pro † hæredibus ſeu
pro poſſeſſoribus, contra quos interdictum poſſeſſorium
quorum bonorum competit ex ſupradictis; Et quia licet
emanauerit pro Bidullis vti proximioribus; Iudex tamen
cognita incidẽter proximitate ad effectum ſolius poſſeſ-
ſorij nihil de ea expreſſit in ſententia quæ propterea
16 dicitur † lata in poſſeſſorio ex ipſius tenore, qui ad iſtum
effectum attenditur, Corn. conſ. 10. n. 3. lib. 4 Seraph. dec.
452. n. 2. Nec dicitur continere mixturam, ſicut ſi aliquid
17 de proximioritate, vel aliud expreſſiſſet, quod † cum pe-
titorio complicationem haberet in quibus terminis lo-
quitur Bald. conſ. 141. & conſ. 331. lib. 1. & fuit ſæpiſſimè
deciſum.

Quod autem bona de quibus agitur, & quorum poſ-
ſeſsio per Bidullos fuit vt ſupra capta, ſint illa eadem, quæ
in hæreditate Iacobi permanſerunt ſatis conſtare viſum
fuit ex teſtamento aui qui Iacobum hæredem inſtituit, &
bona quæ in eo ſpecificauit conueniunt cum iſtis in plu-
18 ribus confinibus, & demonſtrationibus, quarum † duæ
ſtante maximè inuentari per Bidullos de Anno 1616. fa-
cto ac etiam quòd Archangeli, & litis conſortes eadem
bona vti proximiores prætendunt ſine difficultate ſuffi-
ciunt, iuxt. l. forma in princ. & ibi gloſ. verb. vicinos, ff de
cenſib. cum alijs adduct. per Rot. deciſ. 277. nu. 4. & deciſ.
313. n. 2. in fin. par. 1. recent.

Præterea fuit etiam per DD. ponderatum quod quic-
quid ſit in caſu iſto. An A. C. ritè, & rectè proceſſerit ad
effectum denegandi manutentionem Archangelis, & litis
19 conſortibus, ſufficit quod ipſi poſt lapſum † decennium, &
vltra ciuilem poſſeſſionem amiſerint, & pro derelicta ha-
buerint ex ſupradictis, &c. Et ita vtraq; &c.

EODEM.

ROIAS.

Bononien. fideicommiſſi de Blanchis.

Die Lunæ 14. Ianuarij 1636.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio nec de iure ciuili datur in iudicio ſummariſſimo manutentionis.*

2 *In ſententiæ executionem geſta, non poſſunt dici attentata, ſi ab ea prohibita ſit appellatio.*

3 *Statutum Bononienſ. ſub rubr. de appellat. §. præterea, diſponit, quod in quocumque poſſeſſorio ſemel appelletur.*

4 *Statutum deferens appellationi in quocumque poſſeſſorio, non habet locum in remed. leg. fin. Cod. de edict. D. Adr. tollen.*

5 *Iudicium ſummariſſimum poſſeſſorium eſt quaſi quædam retentio.*

6 *Manutentio facilius datur, quam immiſſio.*

7 *Statutum laicale, nullo modo poteſt extendi ad perſonas Eccleſiaſticas, nec ad cauſas illius fori.*

8 *Confirmatio ſtatutorum facta à Sede Apoſtolica in forma communi ſi ſit contra ius commune, nihil aut parum operatur.*

9 *Inferior non poteſt diſponere contra ius.*

10 *Confirmatio non validat, quod eſt in ſe nullum.*

11 *Statutum iuri communi contrarium, licet à Papa ſit confirmatum, nedum per Cardinalem Legatum declarari poteſt, dummodo tamen reducatur ad ius commune, ſed etiam reuocari.*

12 *Ordo iudiciarius ſemper eſt ſeruandus iuxta ſtylum, et conſuetudinem fori, vbi cauſa ventilatur.*

13 *Statutum laicorum deferens appellationi, cum ſit ordinatorium, trahitur de foro, ad forum, & num. 14.*

15 *Sententia lata in poſſeſſorio per cedulam, eſt appellabilis.*

16 *Quod intelliget ad effectum deuolutiuum ſolum non autem ſuſpenſiuum.*

17 *Iudicium non alteratur per ſolam cedulam, nec ſententia, quæ alias non eſt appellabilis fit appellabilis.*

18 *Iudicii natura, & ſubſtantia attendi debet, non autem textura verborum.*

19 *Sententia non ex eo dicitur diffinitiua, ſi Iudex dicat, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, ſi ſui natura eſt interlocutoria.*

20 *Sententia lata in iudicio poſſeſſorio, vt non dicatur diffinitiua, ſufficit, vt ex verbis ſententiæ non colligatur fuiſſe diffinitiuè pronunciatum.*

DECISIO LXXXVI.

SVper ſucceſſione, & poſſeſſione bonorum Comitis Pirri de Blanchis orta lite & controuerſia inter Moniales Sanctæ Mariæ Nouæ dicti Pirri hæredes, Comites de Blanchis prædicta bona tanquam ſubiecta fideicommiſſo Alexandri Senioris ad ſe ſpectare prætendentes, fuit per Auditorem generalem Legati Bononien. Dominis de Blanchis conceſſa immiſſio in præfatis bonis, & per Vicarium Archiepiſcopalem pronunciatum Comites in poſſeſſione anteriori dictorum bonorum fore manutenendos, & ad illorum fauorem ſequeſtra reuocanda, & alias prout in ſententia, à qua interpoſita appellatione per Moniales cauſa in Rota introducta mihi commiſſa dubitaui, An geſta per Vicarium Archiepiſcopalem eſſent attentata, & Domini negatiuè reſponderunt, ex eo

1 præcipuè quod in iudicio † ſummariſſimo manutentionis, neque de iure ciuili datur appellatio ſuſpenſiua, l. vnica, C. ſi de momen. poſſeſſione, vbi communiter Doctores, neque de iure canonico, cap. fin. §. de poſſeſſione, 3. quæſt. 6. latè Menoch. de retinen. rem. vltim. num. 48. & ſeqq. Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 6. membr. 3. numer. 1. Seraph. deciſ. 1245. numer. 1. Caualer. deciſ. 88. numer. 2. Rota deciſ. 287. numer. 7. part. 2. rec. & confirmatur ex Conſtitutione bon. memor. Cardin. Iuſtiniani olim Bononiæ Legati, quæ expreſſe prohibet appellationem à ſententijs in ſummariſſimo poſſeſſorio latis; Vn-

2 de geſta in executionem † ſententiæ Vicarij prohibita appellatione dici attentata non valent. Pariſ. conſil. 108. num. 21 lib. 1. Rolan. conſ. 77. num. 20. lib. 2. Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 25. à num. 1. vſque 10. Card. Caualer. deciſ. 42. num. 4.

Non obſtat Statutum Bononienſ. ſub rubrica de ap-

3 pellation. §. præterea, diſponens, † quod in quocumque poſſeſſorio ſemel liceat appellare; Etenim fuit reſponſum, quod cum Comites fuerint immiſſi in poſſeſſionem bonorum de quibus agitur per Auditorem generalem Legati Bononien. ex remedio, l. fin. C. de edict. Diu. Adr.

4 tollen. quo † caſu prædicti ſtatuti diſpoſitio non ſuffragatur ex traditis per Menoch. de adipiſ. rem. 4. num. 833. & ſeqq. Scaccia de appellat. quæſt. 17. limit. 6. memb. 4. nu. 23. & fuit reſolutum in Bononien. fideicommiſſi de Manzolis 16. Aprilis 1627. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, & in Bononien. bonorum de Barzellinis 30. Nouembris 1634. coram Reu. P. D. meo Buccabella. Minus poſſit habere locum illius diſpoſitioni ſummariſ-

5 ſimo † manutentionis cum ſit quaſi quædam retentio, l. 1. §. vti poſſidetis, §. retinendæ inſtit. de interdictis, quæ

6 facilius datur † quam immiſſio, ex Surd. conſil. 253. num. 22. Guidop. deciſ. 60. num. 4. Rot. deciſ. 295. num. 1. & 2. par. 2. diuerſ.

Vlterius fuit reſponſum, dictum Statutum tanquam

7 laicalem nullo modo poſſe extendi, † vt comprendat perſonas Eccleſiaſticas, nec cauſas illius fori ex defectu poteſtatis ſtatuentium; c. cum Eccleſia B. Mariæ vbi not. omnes de conſtit. Et licet opponatur quod ſit confirmatum

8 à Sede Apoſtolica, cum tamen talis confirmatio † ſit in forma communi, vt fuit reſolutum in Bononien. ſucceſſionis 9. Decembr. 1632. coram bo. mem. Vbaldo, parum aut nil operatur, cap. quia diuerſitatem, vbi Abb. num. 9. de conceſſ. præben. Caſſad. deciſ. vnic. de confirm. vtil. vel inutil. Rot. in Ferrarien. de Taſſonis 14. Iunij 1621. coram Vbaldo ſeniore; ideò cum dictum ſtatutum tanquam à populo conditum Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecto

9 non poteſt ſubſiſtere, cum inferior † nō poſſit contra ius diſponere l. ille a quo, §. tempeſtiuum, ff. ad Trebell. l. nam magiſtratus, ff. de arbitr. hinc eſt quod de illo non ſit curandum, etiam quod ſit confirmatum in forma commu-

10 ni, quæ † confirmatio non validat quod in ſe nullum eſt, Molina, & ab eo citati lib. 2. de Hiſpanorum primogenijs cap. 7. num. 7.

Tandem fuit reſponſum prædictum ſtatutum per poſteriorem Conſtitutionem Cardinalis Iuſtiniani fuiſſe

11 ſublatum, cum ſtatutum iuri † communi cōtrarium licet à Papa confirmatum nedum per Cardinale Legatum declarari (quando tamen reducitur ad ius commune) ſed etiam reuocari valeat, Felyn. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 5. verſic. an declarationem, de conſtit. Iaſ. in l. omnino, num. 10. Cod. de teſtam. Mareſcot. variar. cap. 38. numer. 4. lib. 2. Villadiego de legatis quæſt. 10. num 13. & in omnem caſum difficultatem tolli ex ſtatuto particulari Curiæ Archiepiſcopalis, quod datur in ſummario Comitis num. 8. diſponente quod à decretis, ſeu ſententijs in ſummariſſimo poſſeſſorio non admittatur appellatio;

quod

quod attendi debet , cum ſententia fuerit lata à Vicario
12 Archiepiſcopi , † ſemper enim ordo iudiciarius eſt ſer-
uandus iuxta ſtylum , & conſuetudinem fori vbi cauſa fuit
expedita iuxta doctrinam Bart.in l.conſuetudinis , num.
39.C.quæ ſit longa conſuetudo, Vant.de nullit.ex defectu
numero 57.Caualer.deciſ.553.num.5.Seraph.deciſ.1493.
num.3. Rota poſt ſecundum volumen conſ. Farin. deciſ.
13 305.ſub num.8.non autem ſtatutum laicorum deferens †
appellationi,quod cum ſit ordinatorium, Rota deciſ.452
num.6. par.1.& deciſ.330. ſub num.4.par.2.diuerſ.cum
14 alijs in præallegata Bononien. de Manzolis . non † tra-
hitur de foro ad forum , vt fuit dictum in d.Bonien.de
Barzellinis coram D.meo Buccabella,& ſæpè in alijs.
15 Nec facit quod ſententia Vicarij lata † ſit per cedu-
lam,& ſic appellationi locus ſit.Rota deciſ.183.num 4.&
deciſ.187.num.17.par.2.recent. quoniam vltra quod in
hoc iudicio nil refert per tex.in d.l. vnica, ibi, ſententia
ſortitur effectum,C.ſi de momen.poſſ.cap.fin.§.ſi de poſ-
ſeſſione 2.quæſt.6. ibi lata ſententia ſortiatur effectum,
16 quoniam ad intelligendum eſt ad effectum † deuoluti-
uum dumtaxat,non autem ſuſpenſiuum vt declarat, Lan-
cellot.de attent.par.2.cap.12.limit.25.num.1. & firmauit
Rota apud Caualer.deciſ.42. & in Aſſiſien. bonorum 27.
Iunij 1627.coram Cardin. Virili ; reſpondetur quod per
17 ſolam † cedulam non alteratur iudicium, nec ſententia
ſit appellabilis ex latè deductis coram R. P.D. meo Epi-
ſcopo Vrgellen.in Firmana penſionis 23.Ianuarij 1627.
regiſtrata apud Modern.de iurepatronatus deciſ. 94. ſub
18 num.31. vbi quod ſubſtantia , & natura Iudicij † non au-
tem contextura verborum inſpici debet , & in propoſito
benè Felyn.in cap.ſignif n.6.verſ.ſimiliter de reſcript.t 2.
docet quod licèt Iudex dicat , per hanc noſtram diffiniti-
19 uam ſententiam , non † ex eo dicitur ſententia diffiniti-
ua, ſi ſui natura eſt interlocutoria , quem ſequuntur Cra-
uett.conſ.186.num.5.Magon.deciſ.Lucen.18. num.28. &
ſeq. ſatis enim eſt quod ex verbis ſententiæ non colliga-
20 tur fuiſſe diffinitiuè pronunciatum, † & in petitorio ſer-
uando requiſita iudicij Ordinarij , vt materiam diſtin-
guendo reſpondit Rota apud Benintend.deciſ.79.per to-
tam,& apud Seraph.deciſ.1259.n.3.

Ex quibus non conſtare de attentatis vtraque parte
informante cenſuerunt Domini.

EODEM.

BVCCABELLA.

Leodien̄ Caſtri de Monbech.

Die Veneris 9. Maij 1636.

SVMMARIVM.

1 *Filij , ſi poſt mortem patris non exiſtentibus liberis deceſſe-
rint mater eis ex diſpoſitione iuris communis ab inteſtato
ſuccedit.*
2 *Poſſeſſionis cauſam ex ſuperuenienti titulo cenſetur quis
mutaſſe etiam abſque alia declaratione.*
3 *Confeſſio contra confitentem plenè probat.*
4 *Confeſſio partis aduerſæ ſufficit ad effectum manutentionis.*
5 *Mandatum de euacuando per ſe præſupponit poſſeſſionem.*
6 *Litem , ſi quis ante ſuam mortem inteniauerit , non eſt du-
bium quod in illius hæredes eadem lis , & inſtantia conti-
nuata dicitur, poſſunt illam proſequi, et obtinere manuten-
tionem, quam actor, ſi viueret obtinuiſſet, n 7.*
8 *Appellationis cauſa ſi ſit commiſſa cum clauſula ſine præiu-
dicio legitimæ executionis, &c. licèt operetur, quòd Iudex
à quo ad executionem ſuæ ſententiæ procedere poſſit.*
9 *Non tamen impedit quin Iudex ad quem , poſtea detecta
iniuſtitia , & nullitate ſententiæ , ad illius executionis
reuocationem deuenire valeat, etiam per viam manuten-
tionis.*
10 *Sententia , ſi ex eiſdem actis apparet notoriè iniuſta , nun-
quam tranſit in iudicatum.*
11 *Manutentio etiam in gradu reſtitutionis in integrum datur.*
12 *In Feudalibus bonis fœminæ non ſuccedunt.*
13 *In Feudis Leodienſibus ex particulari conſuetudine admit-
tuntur etiam fœminæ in defectu maſculorum.*
*Et hoc præſertim procedit ſi non agatur de feudo ſeruitium
perſonale exquirente, aut tali, quòd per fœminam præſtari
non valeat.*
14 *Petitorium ea, quæ reſpiciunt, petitam manutentionem im-
pedire nullatenus poſſunt.*

DECISIO LXXXVII.

POſt reſolutiones ſuper validitate renũciationis Adria-
næ in hac cauſa factas , exceptione præcipuè fatuita-
tis,ſeu dementiæ eiuſdem, non obſtante, & poſt remiſſo-
riam vltimo loco ſuper eadem exceptione cum retarda-
tione , vel ſine arbitrio Rotæ conceſſam ; quia vtraque
pars prætendebat in poſſeſſione Caſtri , & bonorum de
quibus agitur manuteneri , dato deſuper, ac hodie ſecun-
da vice propoſito dubio , cui ſit dandum mandatum de
manutenendo ? Domini pro hæredibus Cæciliæ reſpon-
derunt. Quia de ipſius Cæciliæ poſſeſſione viſum fuit
ſufficienter conſtare ex pluribus: Et præcipuè quia ex in-
ſtrumento diuiſionis anno 1565.facta inter filios Guliel-
mi Senioris , apparet quòd in portionem Valtheri obue-
nit Caſtrum cum alijs ſupradictis bonis de quibus fit etiã
mentio in alio inſtrumento pactorum dotalium inter
Valtherum,& Cæciliam initorum : ac etiam quia ex alijs
iiſdem hæredibus deductis , conſtat ; quod idem Valthe-
rus deceſſit relictis duobus filijs , qui in infantili ætate
poſt patrem deceſſerunt , ex quibus propterea Cæcilia
1 mater † in eodem Caſtro, ac alijs ſupradictis bonis ab in-
teſtato, ex iuris communis diſpoſitione, ſucceſſit iuxta
text.in Auth.defuncto,C.ad Senat.Concil. Tertul.ac in §.
ſi igitur defunctus,in Auth.de hæred. ab inteſt.

Itaut cauſam familiaritatis , quam alias iure familiari-
tatis ipſa Cæcilia habebat, ſtatim poſt filiorum obitum
2 ex huiuſmodi † ſuperuenienti titulo , etiam abſque alia
declaratione mutaſſe cenſetur, l.non ſolum,§.1. ff de vſu-
cap. Achill.deciſ.4. de cauſ. poſſ. & propriet. Rota deciſ.
143. num.4. part.2. diuerſ. & deciſ.245. num.4. coram
Mantic. & deciſ.130. num.6. coram Reuerendiſs. D.meo
Decano.

Rurſus quia non ſolùm concurrit in caſu iſto , quòd
Godefridus in libello , & poſitionibus pro eius parte da-
tis, petijt Cæciliam cogi , & compelli ad euacuandam ſeu
3 dimittendam poſſeſſionem eorumdem bonorum , † quæ
confeſſio contra ipſum confitentem poſſeſſionem , pro-
bat Gloſ.in l.ab emptione,verb.conſtituantur, & ibi An-
gel.n.4.ff. de pact.& in l.2. verb tradita , ff.de acquiren.
4 poſſeſſ. etiam ad effectum manutentionis , † Rota deciſ.
802.num.1.par.1.diuerſ.& deciſ.525.n.2.p.2. rec. & dec.
432.num.1.coram Card.Caualer.& deciſ.200.n.2.coram
Greg.XV.

Verùm etiam quia in exequutionem dictæ petitionis
idem Godefridus obtinuit contra Cæciliam relaxari mã-
5 datum de euacuando,quod ſimiliter cum priuatio † præ-
ſupponat habitum per ſeipſum poſſeſſionem probat Ro-
land.conſ.32.num.52.lib.4 Rota coram Greg.XV.deciſ.
402.num.1.deciſ.458. n.2.& coram Card.Caualer. deciſ.
106.num.1.

Stante autem huiuſmodi poſſeſſione Cæciliæ, quæ etiã
mediante particulari commiſſione , dum ante eius obi-
tum, introduxit litem in Rota tam in petitorio, quam in
poſſeſ-

6 poſſeſſorio ; non eſt dubium quod † illius hæredes, cum
quibus eadem lis, & inſtantia continuata dicitur, l. hæres
abſens, in princ. ff. de iudic. cap. quia V, & ibi Doct. eod.
tit. Soccin. conſ. 81. num. 8. lib. 1. potuerunt, ac poſſunt
7 poſt eius obitum, illam proſequi, † & obtinere manu-
tentionem, quam eadem Cæcilia, ſi viueret obtinuiſſet, vt
per Menoch. de retin. rem. 3. num. 62. & tenuit Rota dec.
315. in princ. par. 4. diuerſ. & in cauſa Bononien. de Car-
nalibus 11. Ianuarij 1602. coram bon. mem. Card. Pam-
philio, poſt Pacific. de Saluian. deciſ. 88. n. 3. & 4. ac in An-
conitana prędij 29. Nouemb. 1630. & coram R. P. D. meo
Veroſpio.

Non obſtat, quòd cauſa appellationis fuerit aliàs com-
miſſa à Nuntio Colonień. Decano Sancti Ioannis cum
clauſula; citra præiudicium poſſeſſionis obtentæ, & citra
retardationem vlterioris executionis: Quia placuit re-
8 ſponſio quod licet huiuſmodi clauſula operetur, † quod
Iudex à quo, ad executionem ſuæ ſententię procedere
poſſit, non tamen impedit, quin Iudex ad quem, ſi poſtea
iniuſtitia, vel nullitas ſententię detegatur ad illius execu-
tionis reuocationem deuenire valeat, etiam per viam ma-
9 nutentionis, † maximè quando, prout in caſu iſto, ſuper-
uenit alia commiſſio ſignaturæ cum facultate; explicita
manutenendi, vt per Rotam coram Gregor. XV. deciſ. 91.
num. 11. & 13. & in cauſa Romana vineæ 13. Iunij 1624.
coram Reu. P. D. meo Merlino.

Nec viſum fuit adeſſe prętenſam deſertionem; Quia
ex deductis in facto apparet de appellationis debito tem-
pore interpoſitione, & de illius proſecutione, vltra quòd
10 ſententia ex hactenus deductis apparet ex iiſdem actis †
notoriè iniuſta, quę propterea nunquam tranſit in rem
iudicatam, Felyn. in cap. ſuper litteris, num 15. de reſcrip.
Cæſar. de Graſſ. deciſ. 2. num 8. de ſolut. Rot. deciſ. 49. n. 5.
11 par. 4. diuerſ. & manutentio † datur etiam in gradu re-
ſtitutionis in integrum, Ceſ. de Graſſ. deciſ. 4. de cauſ. poſ-
ſeſſ. & propriet. Rota deciſ. 111. num. 8. par. 1. recen. & co-
ram Greg. XV. deciſ. 458. num. 8. & 10. & in qualibet in-
ſtantia, c. cum teneamur, de appellat. Bero. conſ. 45. num.
2. lib. 3. Seraph. deciſ. 299. n. 2. Rota deciſ. 404. num. 3. p.
2. recent.

12 Ad id autem quod in bonis feudalibus † de iure non
ſuccedant fęminæ, ſed maſculi ex c. vnic. de natur. ſucceſſ.
feud. fuit reſponſum quòd in feudis Leodienſibus ex par-
13 ticulari † conſuetudine admittuntur etiam fęminæ in
defectu maſculorum, præſertim dum non agitur de feudo
ſeruitium perſonale exquirente, aut tali quod per fęmi-
nam præſtari non valeat prout hanc conſuetudinem ap-
probauit Rota in cauſa Leodien. nominis, quæ eſt coram
Caualer. deciſ. 172. ſub num. 2. verſ. conſtabat in feudis, &
num 3. ac recent. deciſ. 362. ſub num. 2. cum ſeq. part. 2.
Ac etiam in omnem euentum huiuſmodi exceptionem
14 † reſpicere petitorium, & ideo petitam manutentionem
impedire nullatenus poſſe, Rota coram Greg. XV. de-
ciſ. 549. num. 6. & deciſ. 537. n. 2. par. 3. & deciſ. 408. n.
5. par. 4. recent.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

¶ Infra in eadem cauſa adſunt duæ aliæ deciſiones, hoc eſt ſub diebus 29. Aprilis 1637. coram R. P. D. Carrillo, & 22. Martij 1638. coram eodem, ſed hæc erit in ſequenti volumine, & infra in Additione habetur alia deciſio in eadem cauſa ſub die 15. Decembris 1634. coram R. P. D. Pirouano.

EODEM.

MERLINO.

Gerundeń Iuriſdictionis.

Die Veneris 24. Aprilis 1637.

SVMMARIVM.

1 *Præcepto negatiuo quis dicitur ſufficienter paruiſſe, præſtando patientiam.*

2 *Præceptis Iudicis, ſi quis parendo, reſeruet ſibi ius &c. ex hoc non dicitur impugnare obedientiam.*

3 *Ius ſuum ſponte deſerere nemo cogitur.*

4 *Ab expenſarum exceſſiua taxatione regulariter licitum eſt appellare.*

5 *Sententia per appellationem dicitur ſuſpenſa, & quodammodo tunc extinctum iudicatum, itaut paritionem, ſiue exequutionem non mereatur.*

6 *Contumacia, vbi non eſt concludenter probata, non eſt locus cenſuris.*

7 *A Sententia tertia non eſt licitum appellare.*

8 *Condemnatio ad expenſas eſt pars ſententiæ.*

9 *Clauſula, omni meliori modo operatur, vt actus ſubſtineatur eo modo, quo validius ſubſtineri poteſt.*

10 *Appellatio in vim clauſulæ, omni meliori modo, eſt interpretanda eo modo, quo magis, & melius appellanti expedit.*

Voluntas à poteſtate eſt metienda, num. 10.

11 *A Sententia tertia ſuper negotio principali non eſt permiſſum appellare, ideò ſi ſit appellatum, cenſendum eſt ab exceſſiua taxatione expenſarum fuiſſe appellatum.*

12 *Appellatio interpoſita ab omnibus grauaminibus, ſub eis, & liquidatio expenſarum comprehendi poteſt.*

13 *Appellationis ſpecificæ vim habet forma commiſſionis obtenta à Principe.*

14 *Clauſula reſtitutionis in integrum aduerſus quæcumque præiudicialia appoſita in commiſſione quid operetur.*

15 *A non Paritione ſententiæ ob ſuſpenſum iudicatum quis excuſatur, & n. 16.*

17 *Fructus, vt quis faciat ſuos, non requiritur bona fide, ſed ſat eſt, quod abſit mala.*

DECISIO LXXXVIII.

CEnſuerunt Domini conſtare de ſufficienti paritione; quoniam ſententiæ Rotales, & litteræ exequutoriales contra Beneficiatos Eccleſiæ S. Fęlicis relaxatæ duo capita continebant.

Primum non licere Beneficiatis ſe congregare, neque
ius ſtatuendi illis competere, ſed priuatiuè ad Capitulum
1 ſpectare, & cum hoc ſit præceptum † negatiuum, non au-
tem poſitiuum, præſtando patientiam, nullaſq. Capitulo
turbationes, aut moleſtias inferendo, Beneficiati ſuffi-
cienter paruiſſe dicuntur, iuxta diſtinctionem deſum-
ptam ex Mohed. deciſ. 9. de re iudic. & in recent. deciſ.
319. num. 1. par. 2. latè comprobatam in Leodien. Ca-
nonicatus S. Pauli 8. Aprilis 1622. coram me, & in hac
eadem cauſa ſub die 22. Iunij 1633. itidem coram me, ac
ſæpè in alijs, & nuper in Cæſarauguſtana diſtributionum
28. Ianuarij 1636. coram Reuerendiſſ. D. D. meo Deca-
no. Quamuis etiam in verbali paritionis oblatione Be-
2 neficiati ſibi ius reſeruauerint † tam in poſſeſſorio,
quam in petitorio, per quam cautelam non impugnari
obedientiam mandatis Rotalibus debitam, cum nemo
3 cogatur † ius proprium ſpontè deſerere, cenſuit Rot. in
Cæſarauguſtana Canonicatus 15. Martij 1610. coram
R.P.D.

Digitized by Google

R.P.D.meo Pirouano,& in recent.deciſ.319.nu.1.ad fin.
par.2.atque in Vicen. Canonicatus 19. Nouembr.1623.
coram me,

Alterum vero caput erat, eoſdem Beneficiatos teneri
ad refectionem expenſarum, & licet hoc ſit præceptum
verè poſitiuum, actus poſitiuos ad ſui implementum re-
4 quirens, tamen cum ab exceſſiua † expenſarum taxatio-
ne fuerit appellatū, prout regulariter fieri poteſt. Clem.
appellanti, de appellat. Rot.deciſ.636.ſub num.5.par.2.
recent. vtique ſuſpenſa dicitur ſententia, & quodammo-
5 do† tunc extinctum iudicatum; adeo vt paritionem, ſiue
exequutionem non mereatur, l.1.§.fin.vbi Bart.num.1.
ff.ad Turpillian cap.paſtoralis.§.præterea de offic.deleg.
Lancellot. de attent.in præfat.num.108. Rot.deciſ.23.
num.2. de re iudic.in nou.& deciſ.65. ad med.verſ.ſed vt
ponitur de appellat. in nou. & conſequenter ceſſat con-
6 tumacia,† quæ vbi non eſt concludenter probata, non
eſt locus cenſuris, cap.nemo Epiſcoporum, c.certum 11.
quæſt.3.Couar.in cap.alma mater.par.1.§.9.num.1.Aui-
la de cenſur.par.2.c.5.diſp.1.dub.8. Caſſad.dec.12.ſub n.
3.de reſcript.cum alijs,

Neque obſtare viſum fuit, quòd ſolum fuerit appel-
latum à tertia ſententia Rotali, † contra diſpoſitionem
totius tt. C. ne liceat tertio prouocare, non autem
fuerit expreſsè appellatum ab exceſſiua taxatione ex-
penſarum,

Quoniam cum in eadem ſententia contineatur con-
8 demnatio ad expenſas, & ſic hæc † ſit pars ſententiæ, vti-
que ad hanc partem referri debet appellatio in vim clau-
9 ſulæ omni meliori modo † quæ operatur vt actus ſuſti-
neatur eo modo, quo validius ſuſtineri poteſt, Fe-
lyn.in cap.cum ſuper, num.11.de offic.delegat.Dec.conſ.
11.n.20. Rot.deciſ.229.n.9.& deciſ.342.nu.13.par.5.re-
cent.& in terminis appellationis quod in vim dictæ clau-
10 ſulæ ſit interpretanda † eo modo, quo magis, & melius
appellanti expedit, ſcripſit Neguſ.iun.reſponſ.135.nu-
mer.106.metiendo etiam voluntatem à poteſtate, cum
enim à tertia ſententia ſuper negotio principali non eſ-
11 ſet permiſſum appellare, † ſolum ab exceſſiua taxatione
expenſarum Beneficiatos prouocare voluiſſe cenſendum
eſt, argum.gloſ.in l.peto, in princ.ff de leg.2.Crauet.conſ.
76.num.4.cum alijs per Surd.conſil.431.num.41.& ſeqq.
Præſertim attenta generalitate verborum, qua fuit ap-
pellatum, nempè ab omnibus grauaminibus, ſub quibus,
12 † & liquidatio expenſarum rectè comprehendi potuit,
ex trad per Crauett.conſil 308.numer.6.Surd.deciſ.265.
numer.30.Gonzal ad reg.8.gloſ.6.num.30. Et ipſa com-
miſſio expedita ſuper hac taxatione expenſarum, atq; re-
13 curſus ad Principem habitus † in hoc caſu vicem ſpecifi-
cæ appellationis ſubſtinere videtur, Bald.in cap.ſancimus
ſub nu.3.tit.quo tempor.mil.inueſtit, pet.deb. Scacc.de
appellat.quæſt 17.rem 3.num.30.& 33. & fuit dictum
in Senen.Canonicatus 15. Martij.1624. coram bo.mem.
Vbaldo Atque in omnem caſum ſuffragatur clauſula re-
ſtitutionis in integrum aduerſus quæcumque præiudicia-
14 lia appoſita in dicta commiſſione, quæ † eam vim habet,
vt commiſſio ſuſtineatur, & inhibitio afficiat, donec co-
gnoſcatur de iuſtitia ſententiæ, l.vnica, C.de in integr.re-
ſtit.poſtul Lancell.de attent reſtit.in integr. pend.ampl.
2.nu.22. Rot.apud Cæſ.de Graſſ.deciſ.1.n.3.de reſtit.in
integr.

Minus obſtat, quod deinde ſignatura reſcripſerit pro
moderatione inhibitionis in vim dictæ appellationis ob-
tentæ. Quia ſat eſt de tempore intimatæ declaratoriæ Be-
neficiatis, appellationem, atque inhibitionem quoad ta-
15 xationem expenſarum in ſuo robore permanſiſſe, † itaut
à paritione ob ſuſpenſum iudicatum excuſarentur,
quia propter inhibitionem erat ab exequutione abſti-
nendum, iuxta tradita per Lancell.de attent.poſt inhibit.
ampl.6.n.2.Rot.coram ſanct.mem. Greg.XV.deciſ.435.
n.6. Vnde tunc non poterat conſiderari contumacia, ſeu
16 non paritionis defectus; & ſaltem non poteſt negari †
quin ipſi Beneficiati habuerint aliquam cauſam coloratæ
excuſationis non parendi, dum exequutorialia erat ſuſ-
penſa per commiſſionem, & inhibitionem ſubſequutam,
17 maximè ad effectum faciendi fructus ſuos, † pro quibus
non requiritur bona fides, ſed ſat eſt abeſſe malam.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

¶ Plures Deciſiones in hac cauſa annotaui ſupra ad de-
ciſionem 32.

E O D E M.

C A R I L L O.

Tiburtina Hæreditatis.

Die Lunæ 22. Iunij 1637.

S V M M A R I V M.

1 *Appellans, ſi intra terminum iuris, non redijt pro Apoſto-
lis, nec cauſa reperitur commiſſa infra d. terminum, ſen-
tentia tranſit in iudicatum.*

2 *Appellationis cauſa, quando infra annum, & ex cauſa
infra biennium non fuerit proſecuta, ſententia tranſit in iudi-
catum.*

3 *Fatalia omnia, quin ſint lapſa, & cauſa deſerta remanſerit,
quando non poſſit dubitari.*

4 *Reſtitutionis in integrum cauſa peti, & terminari de-
bet intra quadriennium à tempore quo lapſus fuit annus,
vel biennium datum ad proſequendam appellationem.*

5 *Appellationis cauſa, quando non fuit proſecuta, tunc res
iudicata venit omninò exequenda, non ſecus ac ſi à princi-
pio non fuiſſet appellatum.*

6 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

7 *Procurator conſtitutus ad aliquam litem, quando reuoca-
tur, debet intimari reuocatio parti, & procuratori conſti-
tuto, alias ſi tanquam talis citetur, ſuſtinetur citatio in
præiudicium conſtituentis, n.8.*

9 *Citatio facta ad primam diem cadit ſub prima die iuri-
dica.*

10 *Citatio facta ad hodie per totam, tenet ſtante citatione per-
ſonali.*

11 *Sententia, ſi ſit lata eadem die, qua fuit præſentata Iudici
inhibitio, vt actus ſubſtineatur, præſumendum eſt inhibi-
tionem ſententiæ fuiſſe ſubſecutam.*

12 *Termini non debent confundi, ſed ſingula ſingulis re-
ferri.*

13 *Commiſſio ſi ſit directa alicui cum præciſo reſcripto, vt
quandam certam perſonam ſubſtituat, tunc pro eius depu-
tatione non requiritur aliqua citatio.*

14 *Procurator, quod acceptauerit mandatum, quando dubita-
ri non poſſit. amplia n.15.*

16 *in Commiſſione, quando adeſt clauſula, quam, & quas, tunc
pronunciatio optimè ſuſtinetur prout in prima.*

17 *Cauſæ merita non ſunt amplius controuertenda ſtante ſen-
tentia, & re iudicata.*

18 *Mentis ſanæ quilibet præſumitur ex præſumptione iuris.
Mentis compotem quemcumque cenſeri, naturale eſt,
numero 18.*

19 *Teſtator præſumitur ſanæ mentis, niſi contrarium probe-
tur, & alleganti fauorem ac tempore teſtamenti, vel alte-
rius actus, incumbit onus probandi, & quidem concluden-
tiſſimè.*

20 *contra Præſumptionem iuris naturalis requiritur exactiſſi-
ma probatio.*

21 *Teſtet*

Digitized by Google

21 *Teſtes examinati in iudicio criminali, non probant in ciuili.*

22 *Teſtes examinati in iudicio criminali, vt probent in ciuili, debent in eo repeti cum interrogatorijs.*

23 *Ingenium imbecille vt quis habeat, vel imaginationem læſam, aut actus faciat non omninò conuenientes homini ſanæ mentis, & nihilominus quod non ſit in ſtatu dementiæ, iſta ſimul ſtare poſſunt, vide rationem, n. 24.*

24 *Homines ſanæ mentis, etiam ſi ex accidenti faciant aliqua leuia, non reputantur dementes.*

25 *Teſtatoris dementia non releuat, niſi fuerit probata de tempore teſtamenti, & quidem concludenter.*

26 *Teſtes qui deponunt ſuper furore teſtatoris debent interrogari, quę ſigna, quos motus, vel actus fecerit teſtator, vt ex illis percipi poſſit furor teſtatoris, vt ex illis percipi poſſit furor teſtatoris.*

27 *Teſtator an fuerit furioſus, id percipi non poteſt ex momento temporis, ſed ex quodam diſcurſu, & multitudine actuum.*

28 *Teſtibus deponentibus de dementia alicuius non creditur, niſi aſſignent rationem, licet non fuerint interrogati.*

39 *Teſtator pręſumendum eſt, quod fuerit ſanę mentis, ſi fecerit teſtamentum prudenter, & benè ordinatum.*

30 *Et hoc ſufficit ad eius validitatem, etiam ſi fuiſſet factum ab eo, qui aliquando habuit dilucida internalla.*

31 *Teſtator, quod fuerit mentis ſanæ nulla maior coniectura dari poteſt, quam ea, quæ deſumitur ex qualitate teſtamentariæ diſpoſitionis.*

32 *Notario aſſerenti teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, ſtandum eſt, quando ſigna, & actus ſani iudicij præceſſerint.*

33 *Teſtamentum, quando eſt validum, cum omnibus ſolemnitatibus iuris conditum, conſequenter hæredem in eo inſtitutum dicitur fuiſſe validè, & ritè inſtitutum.*

DECISIO LXXXIX.

POſtquam Ioan. Baptiſta Zacconius ſub die 5. Aprilis 1610. ſuum vltimum condiderat teſtamentum, in quo hęredem vniuerſalem inſtituerat Petrum Paulum de Angelis, Franciſcus Crucius, & alij venientes ab inteſtato præuia porrectione querelæ coram A. C. obtinuerunt condemnari Notarium tanquam culpabilem, & de iure puniblem, teſtamentumque ab eo ſtipulatum eſſe falſum, ac vti tali nullam fidem in iudicio, nec extra eſſe adhibendam, ſed interpoſita appellatione ab iſta ſententia per dictum D. Paulum hæredem inſtitutum, fuit cauſa commiſſa D. Cardinali Vicario, & Vicemgerens ab eo deputatus Notarium abſoluit à crimine falſi, ac teſtamentum validum declarauit, vt in ſententia ab eo prolata ſumm. num. 4. A qua licet fuerit pro parte Crucij, & aliorum appellatum, & per Iudicem fuerit terminus iuris aſſignatus, tamen nihil ſuit poſtea in cauſa actum niſi de anno 1634. de quo tempore fuit cauſa commiſſa in Rota ſuper intereſſe ciuili dumtaxat. Quare cum pro parte Petri Pauli fuerit obtenta alia commiſſio mihi directa ſuper præfixione termini ad docendum de appellatione, eiuſque legitima proſequutione propoſui dubium. An conſtaret de re iudicata, quæ veniret exequenda, & DD. affirmatiuè reſponderunt.

Ratio reſolutionis fuit; tum quia fuit appellatum à ſententia lata ſuper validitate teſtamenti, & appellantes
1 intra terminum aſſignatum, † ſcilicet 30. dierum non rediderunt pro Apoſtolis, nec cauſam appellationis committi curarunt, cap. ab eo in princip. vbi gloſ. de appell. in 6. clem. quamuis, 9. ſimiliter, eod. tit. Rot. deciſ. 57. n. 4. de appell. in nou. verſ. moueor. Mantic. deciſ. 92. num. 1. Creſcent deciſ. 2. n. 1. de appell.

Tum etiam quia cauſam appellationis non fuerunt
2 proſequuti intra † legitima tempora, hoc eſt intra annum, & ex cauſa intra biennium. Nam 10. Iulij 1611. appellarunt, & de anno 1634. commiſerunt cauſam in Rota quoad intereſſe ciuile itaut per 20. circiter annos ſi-
3 luerint. Vnde non poteſt dubitari, † quin ſint lapſa omnia fatalia, & cauſa deſerta remanſerit, Auth. ei qui. C. de tempor. & reparat. appellat. cap. perſonas, cap. cum ſit Romana, de appell. Clem. ſicut, eod. tit. Alex. conſ. 164. num. 2. Surd. conſ. 139. Veſtr. de ſtil. Cur. lib. 7. cap. fin. n. 8. Mantic. deciſ. 276. num. 2. Immo quod fuerit lapſum omne tempus reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum
4 terminum ad proſequendam appellationem, † quia reſtitutio peti, & terminari debet intra quadriennium à tempore, quo lapſus fuit annus, vel biennium, l. fin. C. de temp. in integr. reſtit. Clem. 1. de reſtit. in integr. gloſ. in c. 1. verb. quadriennij, eod. tit. in 6. Morl. de integr. reſtit. in pręlud. n. 15. & 16. cum ſeqq. Oſaſch. conſ. 30. n. 62. Rota deciſ. 13. n. 2. p. 2. recent.

5 Ex quibus res iudicata venit † omninò exequenda, non ſecus, ac ſi ab initio prouocatum non fuiſſet, ex d. c. cum ſit Romana, l. 1. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. l. 2. C. de execut. rei iudic. Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. fin. par. 1. §. 1. n. 6. Mauſon. de execut. lib. 1. ampl. 35. per tot. Boer. deciſ. 295. num. 8. in fin. maximè cum proueniat ex ſententia valida & iuſta.

6 Validitas detegitur ex reuolutione actorum, † in quibus apparet concurrere omnia, quæ huic effectum requirit, Rot. apud Caputaq. vulg. dec. 260. par. 2. & deciſ. 204. par. 1. recent. non obſtantibus nullitatibus ex aduerſo oppoſitis.

Non obſtat prima nullitas deducta ex eo, quod fuerit citatus Barattanus, quem prætendebatur nunquam acceptaſſe mandatum procuræ, immo quod fuiſſet reuocatum, quia acceptatio mandati procuræ clarè apparet in comparitione facta in actis cauſæ per ipſum Barattanum procuratorem conſtitutum, vt ex fide publica Notarij
7 data in reſponſionibus pro Petro Paulo, cui non † officit reuocatio, cum non fuerit ſibi, nec procuratori conſtitutio intimata, prout requirebatur, cap. inſinuatione 3. C. mandat. 13. de procur. Gonzal. in reg. 8. gloſ. 63. n. 51. Gratian. diſcept. forenſ. c. 18. n. 37. Ximen. Toletan. in concordan. vtriuſq. iur. par. 1. & 2. in tit. de procur. Vant.
8 de nullit. tit ex defect. mandat. & citatio † in præiudicium conſtituentium ſuſtinetur. Felyn. in cap. ex parte Decani, n. 24. de reſcript.

Nec obſtat ſecunda principalis nullitas deſumpta ex citatione ad ſententiam exequuta ad hodie per totam ſub prima Iulij cum expreſſione ad p. d. & nihilominus ſententia fuerit prolata ſub eadem die 1. Iulij. Quia ex lectura ipſius citationis data in ſummario Crucij num. 3. tollitur obiectum. Etenim curſor in pede eiuſdem citationis retulit illam fuiſſe exequutam contra fiſcum ſub die 28. Iunij ad p. d. & ſic ad oculum patet, quod illa ca-
9 debat ſub † die prima Iulij, quæ fuit prima dies iuridica ob feſta SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & Commemorationis S. Pauli præcedentia. Vnde contra eum vti in cauſa principalem non poteſt dubitari, quin ſententia fuerit ritè, & rectè prolata; reſpectu verò fiſco adhærentium curſor retulit citationem fuiſſe exequutam ſub ea-
10 dem die prima Iulij per tot. † ſicut fieri potuit, ſtante executione perſonali, Seraph. deciſ. 1115. in qua deciſione licet dubitaretur de validitate ſententiæ ex alio capi-
11 te, ſcilicet quia fuerat lata eadem die, † qua Iudici erat præſentata inhibitio, & Rota reſoluit pro ſuſtinendo actus præſumendum eſſe inhibitionem fuiſſe ſententiæ ſubſequutam, tamen neque negari poteſt, quin in caſu d. deciſionis ſententia fuiſſet lata vigore citationis exequutæ ad hodie per totam, & Rota pro eius validitate reſpondit, vt ibi ſub num. 2. verſ. maximè cum citatio. Ideò
12 prædicti † termini citationum non debent confundi, ſed ſingulis ſingula referri, gloſ. in l. ſi negotium, verb. geſtorum,

rum,C.de negot.geſt.Surd.conſ.376. n.20.Rot. dec.750.
n.1. p.1.diuerſ.

Minus releuat tertia nullitas ex defectu citationis pro
deputatione Vicemgerentis, ex quo inferri prætenditur
13 non adfuiſſe iuriſdictionem, quia cum commiſſio † fuiſ-
ſet directa D. Cardinali Vicario cum præciſo reſcripto,
vt Vicemgerentem deputaret, nulla alia requirebatur ci-
tatio, Vicarius enim fuit in hoc merus exequutor, Rot.
deciſ.191. n.7. p.2.recent. & in omnem euentum prædi-
ctis defectus tollerentur per ſeruationem terminorum
ſubſtantialium poſtea factam citatis alijs procuratoribus
14 à Crucijs,& litis conſortibus conſtitutis, de † quorum
acceptatione non dubitatur ex traditis per Rot. in To-
letana penſionis 10.Nouembr.1628. coram R.P.D. meo
Dunozeto, maximè cum non fuerint producta iura de
15 † nouo,Rot.coram Reuerend.D.meo Decano,dec.319.
n.8.& in Bracharen.de Garſei 27.Nouemb.1600. coram
Sacrato.

Prout etiam potuit Vicemgerens pronunciare ſuper
validitate teſtamenti, eiuſq; executione, tum quia ſen-
tentia lata in prima declarauit teſtamento nullam fidem
eſſe adhibendam, tum etiam quia in commiſſione ade-
16 rat † clauſula quam, & quas, pro caſu optimè ſuſtinetur
prounnciatio,prout in prima, Rot. deciſ.23. de reſcript.
in nou.Mart.de clauſ.p.1.clauſ.120.n.2.Marcheſ.de com-
miſſ.p.2.& p.1.pag.200.n.59.pag.62.vbi deciſiones Ro-
tales refert,Seraph.deciſ.1241.n.2.& 3.Achill.deciſ.14.n.
1.& ſeqq. de reſcript. & ex his dixerunt DD. nullitates
prædictas non obſtare.

Iuſtitia verò conſtat ex teſtamento nuncupatiuo facto
à publico Notario rogato coram Vicario, & ſeptem te-
ſtibus, & alijs ſolemnitatibus iuris, cuius validitas non
17 poteſt amplius controuerti ſtante † dicta ſententia, &
re iudicata non obſtante prætenſa dementia teſtatoris,
quia de ea non conſtat, & regula ſtat in contrarium, vt
18 quilibet † præſumatur ſanæ mentis ex præſumptione iu-
ris,ſiquidem naturale eſt vnumquemque cenſeri mentis
compotem, l.nec codicillos,C.de codicill.Dec.in l.furio-
ſam,n.30.C.qui teſtam.fac. poſſ Hondod. conſ.78.n.53.
lib.2.Menoch.præſumpt.181.n.7.lib.1.Caual.dec.366.n.
3. & fuit dictum in Meliten. teſtamenti 17. Februarij
1612. coram bo.mem.Manzanedo, vbi Rota firmat pro
19 indubitato teſtatorem ſanæ mentis præſumi, † niſi con-
trarium probetur, & alleganti furorem de tempore te-
ſtamenti, vel alterius actus, incumbit onus probandi, &
quidem concludentiſſimè. Nam contra præſumptionem
20 iuris † naturalis requiritur exactiſſima probatio,l.fin.C.
de teſtam.d.l.nec codicillos, C.de codicill. gloſ. in c.cum
dilectus de ſucceſſ.ab inteſt.Bald.in l furioſum, C. qui te-
ſtam.fac.poſſ.Spin de teſtam.gloſ.10.in rubr.n.9.10.& 11.
Anton.Gomez in l.3.tauri,n.7.& 8.Rot.deciſ.525 n.1.p.
4.recent.& coram Reuerend.D. meo Decano deciſ.178.
n.8.in fi.& n.9.

Nec releuant teſtes in iudicio criminali examinati,
21 quia vltra † quod tanquam examinati in iudicio crimi-
nali non probant in ciuili,Bald.in l.2.num.23.Alex.num.
26.C.de eden.Felyn.in cap. cauſam, quæ il 1.num.4. de
teſtibus nec ſubſiſtit in facto, quod fuerint ritè, & rectè
examinati, ſed potius ſaluis exceptionibus contra eorum
22 dicta,& perſona adducendis,† animo eos repetendi cum
interrogatorijs,prout de iure debebat,Caual.in punct.d.
deciſ.366. num.5. euacuatur eorum fides, ex quo benè
23 poſſunt ſtare ſimul,vt quis habeat † ingenium imbecille,
vel imaginationem læſam, aut actus faciat non omninò
conuenientis homini ſanæ mentis, & nihilominus quod
non ſit in ſtatu dementiæ, vt ex auctoritate Galeni lib.3.
de loc.affect.firmat Menoch.conſ.683.num.14. ad fin. &
ratio eſt, quia prædicta omnia non excludunt vſum ra-
24 tionis, † ſeu intellectum, nec mentis alienationem indu-
cunt, quandoque viri ſanæ mentis, etiamſi ex accidenti
faciant aliqua leuia,non reputantur dementes,Rot.d.de-
ciſ.525.n.5.par.4.recent.& deciſ.178. num.18.19. & 21.
coram Reuerendiſs. D.meo Decano.

25 Et vlterius probatio dementię non releuat, † niſi pro-
bata concludenter de tempore teſtamenti,vt ſuperius di-
xi, nec ſuffragatur aliqua probatio percutiens tempus
antea, vel poſt teſtamentum, quoniam teſtis deponens
26 ſuper furore debet interrogari quid vidit, † quæ ſigna,
quos motus, vel actus fecerit teſtator, vt ex illis percipi
poſſit furor,& dementia teſtantis, nam hęc accidentia
27 nõ poſſunt percipi ex momento † temporis, ſed ex quo-
dam diſcurſu,& multitudine actuum, Bald.in c.cauſamq;
de teſtib.Aretin.in l.1.ſi cert.pet.col.3. Immo teſtibus de
28 dementia deponentibus non creditur, † niſi aſſignent
rationem eorum dicti,licet non fuerint interrogati, Rot.
deciſ.107.n.4.p.2.diuerſ.vbi plures DD.refert, & d.de-
ciſ.525.n.3. p.4. recent. & coram Reuerendiſſimo Do-
mino meo Decano d.deciſ 178.n.10.

Vnde cum ex qualitate teſtamenti reſultent ſigna, &
actus ſanę mentis,ex quo teſtator reliquit plura legata
locis,& cauſis pijs,omnes nepotes venientes ab inteſtato
inſtitutionibus particularibus, & legatis honorauerit di-
ctumq. D. Petrum Paulum hæredem inſtitutum de ſua
familia de Zacconibus vocari mandauerit, abſque dubio
29 præſumendum eſt teſtatorem fuiſſe ſanę † mentis cum
fecerit teſtamentum prudenter, & rectè ordinatum, vt
patet ex eius lectura ſummæ Petri Pauli n. 1. quod ſuffi-
cit ad eius validitatem, etiamſi fuiſſet factum ab eo, qui
30 † aliquando habuiſſet dilucida interualla, quia nulla ma-
ior ſanæ mentis coniectura datur, quàm illa quæ deſumi-
31 tur ex qualitate teſtamentariæ † diſpoſitionis, l.patro-
nus, §.fin. ff.de legat.3. Bart. in l.2. de bonor.poſſeſſ. fu-
rioſ.& infant.delat.Bald.in l.furioſum, C.qui teſtam.fac.
poſſ. Anton.Gom.in d.l.3.tauri,num.8. degum. text. in l.
Titia,in fin.ff.de legat.3.Rota coram Caual. d.deciſ.366.
num. 7.& d. deciſ.525. num.7. par. 4. & recent. & in ter-
minis in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Decembr.
1618. coram bon. mem. Remboldo. Maximè quia Ta-
32 bellioni aſſerenti teſtatorem † fuiſſe ſanæ mentis, prout
hic, ſtandum eſt, cum prædicta ſigna, & actus ſani iudicij
præceſſerint,Spin.de teſtam.in d. gloſ.10. in rubr. nume-
ro 11.

Ex quibus vtraque parte informante reſponderunt
DD. pro re iudicata quoad partem ſententiæ,quæ fuit in
Rota commiſſa ſuper negotio ciuili,quia teſtamentum
33 eſt validum † cum omnibus ſolemnitatibus iuris condi-
tum,& conſequenter hæredem in eo inſtitutum fuiſſet ri-
tè,& rectè inſtitutum.

¶ Aliæ deciſiones in eadem cauſa habentur in ſequenti
parte, ideſt ſub diebus 15. Martij 1639. & 16.Maij eiuſ-
dem anni coram eodem R.P. D.Carillo.

EODEM.

PIROVANO.

Oſcen̄ Iuriſdictionis.

Veneris 11. Decembris 1637.

SVMMARIVM.

1 *Contra ordinarios, cum habeant intentionem fundatam in iure ſuper exercitio iuriſdictionis in ſua Diœceſi non eſt inhibendum, donec cognoſcatur de iuribus prætendentium exemptionem, aut præſcriptionem, n.2.*

3 *In Viſitationis, & executionis piarum voluntatum materia,*

Digitized by Google

teria, plura in iure ſancita ſunt.
4 *Regulis non ſemper, & indiſtinctè inhærendum eſt.*
5 *Ordinarijs circa iuriſdictionem non aſſiſtit ius contra Regu-
lares, quod procedit etiam ſi Ordinarij ſint Sedis Apoſto-
licæ delegati, n 6.*
6 *Regulares ſuperiorum vigilantiæ relinquuntur.*
7 *Titulus vigore priuilegij allegari poteſt.*
8 *in Poſſeſſione ſua, quis turbari non debet, dum cognoſcitur
de eius releuantia.*
9 *Concilio Tridentino cenſetur derogatum, licet de Tri-
dentino non ſit facta mentio, ſtante derogatione Conci-
liorum.*
10 *Ordinarius, quando dicatur proceſſiſſe vti piæ operis execu-
tor in caſibus à iure conceſſis.*
11 *Ordinarij tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati in caſibus à
iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tàm in vlti-
ma voluntate, quam inter viuos ſunt executores.*
12 *Ordinarius ceſſante negligentia non poteſt priuare exequu-
tores teſtamentario ſuis facultatibus.*
13 *Appellatio de iure ſemper datur ad vtrumque effectum,
ſcilicet deuolutiuum, & ſuſpenſiuum.*
14 *Iudex pro ſua iuriſdictione tuenda, & partium ſecuritate,
debet inhibere partibus inſtantibus.*

DECISIO LXXXX.

Patres Societatis prætendentes ſe eſſe grauatos ex
proceſſu, & ſententia Ordinarij Oſceñ. appellarunt,
& cauſa ad Rota delata cum facultate inhibendi cauſa
cognita hodie fuit dubitatum, an eſſet inhibendum, &
Domini affirmatiuè reſponderunt.
Nam etſi vera ſit concluſio, & per Rotam ſæpè rece-
1 pta contra Ordinarios † nedum de iure communi haben-
tes fundatam intentionem in exercitio eorum iuriſdi-
ctionis, cap. conquærente de off. Ordinarij, c. cum perſo-
næ. de priuil. in 6. c. cum venerabilis, c. cum de Xenodo-
chijs de relig. domibus, ſed etiam ex decretorum Triden-
tini diſpoſitione, c. 8. ſeſſ. 21. cap. 8 ſeſſ. 22. cap. 20. ſeſſ. 25.
2 non eſſe inhibendum, donec † cognoſcatur de iuribus
prætendentium exemptionem, aut præſcriptionem, Ca-
putaq. deciſ. 201 par. 2. Toletana iuriſdictionis, quæ eſt
396. par. 1. & in eadem 493. par. 2. recent. & Theatina iu-
riſdictionis 501. ead par. 2. & 525. par. 3. recent.
3 Attamen quia tàm in materia viſitationis, quàm † exe-
cutionis piarum voluntatum, vtroq; iure plura ſancita
fuerunt, c. tua nobis de teſtam. clem. 1. & vnica eod. tit.
clem. 2. de relig. domib. & cap. 8. ſeſſ. 21. cap. 8. ſeſſ. 22. non
4 ſemper, & indiſtinctè regulæ † inhærendum eſt, ſed viden.
dum quo iure Ordinarius proceſſit contra Rectorem, &
alios executores, vel tanquam piæ operis exequutor, vel
tanquam Viſitator.
Si de hac poſtrema parte materiam viſitationis tan-
gente ageretur, & qui non eſt caſus, nec Ordinarius, & ſeu
eius Vicarius ex tenore monitorij tranſmiſſi intendit vi-
ſitare Collegium Patrum, quoad regimen & regularem
diſciplinam, aut bonorum Eccleſiaſticorum conſerua.
tionem, tunc indiſtinctè eſſet inhibendum, quoniam
5 ius † non aſſiſtit Ordinarijs contra Regulares quinimo
in decretis ſupradictis excipiuntur propter regularem
obſeruantiam, quæ in eorum Monaſterijs viget, quo-
6 rum † Superiorum vigilantiæ relinquitur, & de iure
competit etiam quod Ordinarij ſint Sedis Apoſtolicæ
delegati, Clem. 2. vbi gloſ. in verbo alia, & ibi Vitalin.
in §. hoc igitur, numero 4. & ſeq. de ſtatu Monac. & in
clem. quia contingit numero 73. de relig. domib. quæ iu-
ris aſſiſtentia eo minus Ordinarijs deſeruire poſſet con-
tra Patres Societatis, habentes priuilegia Pauli Tertij,
Pij Quarti, & Gregori Decimitertij, cum clauſulis am-
pliſſimis exemptionis ab omni ſuperioritate, exemptio-
ne, & viſitatione quorumcunque Ordinariorum, cum
7 ſuſceptione ſub protectione Sedis Apoſtolicæ cum †
quibus poſſunt allegare titulum, & à die datæ illorum
obſeruantiam, & dum cognoſcitur de releuantia in eo-
8 rum libertatis, † & exemptionis poſſeſſione turbari non
poſſunt; c. cum perſonæ, in fin. de priuil. in 6. & compro-
bant Anchar. ibid. num. 12. Gemin. n. 3. & 4. Franch num.
2. Hancq; declarationem ſequuta eſt Rota deciſ. 491. nu.
4. & 5. 685. num. 2. par. 1. 382. nu. 5. par. 2. recent. Seraph.
deciſ. 595. num. 3. & 1279. in fine, & idem fuit firmatum
in Lauretana iuriſdictionis 12. Maij 1631. coram Epiſco-
po Vrgellen. & ſeruari debet, cum priuilegia Patrum poſt
Concilium Tridentinum ſuperuenerint cum derogatio-
9 nibus † Conciliorum, quæ ſufficiunt etiam quod de Tri-
dentino in indiuiduo mentio facta non fuerit, vt in cauſa
Sancti Angeli penſionis 16. Decembris 1594. coram
Card. Hieronymo Pamphilio 179. numero 6. par. 2. re-
cent. & in Alerien. penſionis 20. Martij 1626 coram D.
meo Decano.
Rectius igitur exiſtimarunt Domini inſpecto tenore
10 monitorij dici poſſe Ordinarium † proceſſiſſe vti piæ o-
peris exequutorem in caſibus a iure conceſſis, cap. tua
nobis, de teſtam. clem. vnica, eod. tit. cap. quia contigit
de relig. domib. ad quæ iura, Concilium Tridentinum ſe
remiſit in cap. 8. ſeſſ. 22. ibi, Epiſcopi etiam, tanquam Se-
11 dis Apoſtolicæ delegati in caſibus à iure conceſſis † om-
nium piarum diſpoſitionum tàm in vltima voluntate,
quàm inter viuos ſint exequutores.
Cæterum quia iura prædicta prouident in caſum ne-
gligentiæ abuſus diſſipationis, & dilapidationis bonorũ
quicquid ſit, an etiam in hoc ſecundo caſu intrent priui.
legia Societatis; attamen de negligentia Rectoris Colle-
gij adhuc non conſtat, & eo minus aliorum exequutorũ,
12 qui nominati fuerunt in teſtamento Ludouici, quos †
Ordinarius ſuis facultatibus priuare non poteſt, Bald.
conſ. 39. numero 2. lib5. Caſtr. conſ. 456. numer. 1. lib. 2.
Alex. conſ. 106. num. 6. lib. 6. meritò ceſſante cauſa, &
culpa aliorum exequutorum ius in hac parte non aſſi-
ſtit Ordinarijs, ad ſuſtinendum inordinatum proceſ-
ſum, & grauamen diſſimulari non poteſt propter,
13 quod de iure ſemper datur appellatio † ad vtrumque
effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, cap. non ſolum.
c. Romana, §. ſi autem de appellat. in 6. l. appellatio, ne,
C. eod. tit. & Iudex pro ſua iuriſdictione tuenda & par-
14 tium ſecuritate † ne aliquid innouetur poteſt, & debet
inhibere partibus inſtantibus, Lancell. de attent. cap. 4.
ampl. 10. num. 2. & cap. 20. nu. 7. & ſeqq. Menoch. conſ. 35.
num. 14. lib. 1.
Et ita concluſum fuit.

COLLECTÆ A BVRATTO. EXT. I.

Piſtorien. Beneficij.

Veneris 22. Aprilis 1616.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur aduerſus tres conformes tàm
reſpectu negotij principalis, quam expenſarum, & num. 2.
Limita, vt num. 4. & 5.*
3 *Sententia dicitur feciſſe tranſitum in iudicatum, iuxta con-
ſtitutionem Florentinam, in tit. de iudic. cap. 16. ſi appel-
lans infra bimeſtre non fecit fidem Iudicis à quo de com-
miſſione, & præſentatione reſcripti coram Iudice ad quẽ.*
6 *Ordinatoria non deciſoria iudicij reſpicere dicitur conſtitu-
tio, quæ non tollit præciſè appellationem, ſed præfigit ter-
minum ad faciendam fidem de illius proſecutione, & nu. 7.*
8 In

Digitized by Google

8 *In ordinatorijs ſeruantur ſtatuta loci iudicij, non autem iu-*
dicis à quo.
9 *Conſtitutio Florentina in tit. de iudic. cap. 16. habet locum*
in appellatione, à ſententia à qua poteſt appellari ad Pa-
pam, & Archiepiſcopum, non autem in appellatione in-
terpoſita à ſententia delegati à Papa.
10 *Appellari non poteſt à ſententia delegati à Papa niſi ad*
ipſum Papam.
11 *Appellari poteſt à ſententia Epiſcopi, vel ſuffraganei ad*
Papam, omiſſo medio.
12 *Delegatus Apoſtolicus non comprehenditur ſub conſtitu-*
tione loquente ſimpliciter de delegato, niſi de eo fuerit fa-
cta ſpecialis mentio. Limita vt n. 14.
13 *Delegatus attendit, & ſeruat ſtylum delegantis.*
15 *Confirmatio non extenditur ad caſum, & perſonam in con-*
ſtitutione confirmata non comprehenſam, nec comprehen-
dit confirmantem, n. 16.
17 *Sententia, licèt certa forma per conſtitutionem introducta,*
non fuerit ſeruata, non tamen dicitur feciſſe tranſitum in
iudicatum, ſi ſit nulla, vel fuerit commiſſa cauſa reſtitu-
tionis in integrum.
18 *Appellatione deſerta ex forma conſtitutionis, remanet ta-*
men nullitas.
19 *Fatalia non currunt, durante tempore nullitatis.*
20 *Appellanti de iure communi conceditur annus, & ex cau-*
ſa biennium ad proſequen. appellationem.
21 *Appellans de iure communi non tenetur exhibere fidem*
præſentationis cõmiſſionis, ſeu proſecutionis appellationis.
22 *Iudex à quo non poteſt præfigere terminum ad faciendam*
ſibi fidem de præſentatione, ſeu proſecutione, præſertim
parte non conſentiente, ſed contradicente.
23 *Iudex à quo non poteſt præfigere terminum ad finiendam*
cauſam appellationis, nec ad faciendam ſibi fidem de præ-
ſentatione cum cõminatione, quòd cauſa erit deſerta, n. 24
25 *Iudex, qui non detulit appellationi, non poteſt præfigere ter-*
minum ad illam proſequendam.
26 *Conſtitutio recipit interpretationem à iure communi.*
27 *Conſtitutio debet ſtrictè interpretari ſi ſit correctoria iuris*
communis.
28 *Appellatio ad Papam nunquam cenſetur ſublata.*
29 *Remiſſoria denegatur ad probandam conſuetudinem, quòd*
appellari non poſſit ad Papam.

DECISIO LXXXXI.

EX duobus prætendebat Gabriel eſſe locum clauſulæ
parito iudicato, etiam quoad expenſas, in quibus
Landius fuerat condemnatus in tertia ſententia Archi-
diaconi Florentini. Primò quia ſicuti ab ea non erat per-
1 miſſa appellatio reſpectu negotij principalis iuxta clem.
vt calumn. de re iud. ita nec reſpectu expenſarum, Alex.
2 in l. patris, & filij, n. 4. in fin. verſ. nec obſtat alia, ff. de vulg.
& pupill. Couar. pract. quæſt. c. 25. n. 6. verſ. tamen ex hoc
3 ſequeretur, Card. Seraph. deciſ. 891. num. 5. & 6. Secundo,
quia dicta tertia ſententia fecit tranſitum in iudicatum,
ex quo Landius infra bimeſtre non fecit fidem Iudici à
quo de commiſſione cauſæ, & præſentatione reſcripti
coram iudice ad quem, iuxta conſtitutionem Florenti-
nam in tit. de iudicijs, cap. 16. verſic. interpoſita autem
appellatione. Contrarium tamen Domini reſoluerunt.
Ceſſat enim primum motiuum: quia licet dicta tertia
ſententia vti conformis duabus antecedentibus reſpectu
negotij principalis pro nunc dicatur inappellabilis, d.
4 clem. vt calumn. ſecus tamen eſt quoad expenſas, quarum
reſpectu illatum fuit nouum grauamen, Angel. in l. vnic. n.
1. C. ne lic. in vna eademque cauſ. 3. prou. Franch. in c. di-
lectæ 39. n. 4. verſ. tertia concluſio, ex de appell. & alij per
Theſaur. deciſ. 122. num. 7. tanto magis cum Landius in
5 prioribus ſententijs ab eis fuerit abſolutus, Couarr. dicto
cap. 25. n. 6. verſ. ego verò, vſque ad fin. Ad ſecundum ve-
rò motiuum DD. dixerunt, dictam conſtitutionem Sy-
nodalem ex pluribus non intrare. Et primo, quia non re-
ſpicit deciſoria, cum non tollat præcisè appellationem à
6 diffinitiua, & ſic non extinguat ius partis quo ad proce-
dendum, Franch. in c. ſi duobus, §. denique, n. 4. verſ. ſed
ſtatutum, de appell. Aret. in c. quod clericis, num. 13. verſ.
non videtur verum, & num. 14. de for. compet. quem ſe-
quitur Dec. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ à num. 154. vſque
ad 158. de conſtit. Contar. in l. vnic. limit. 4. num. 8. C. ſi
de momen. poſſ. ſed præfigit ſolum terminum ad facien-
dum fidem de appellatione, & illius proſecutione, & ſic
7 loquitur de inſtantia Iudicij, & conſequenter reſpicit or-
dinatoria, vt ex mente Calder. tradunt in d. c. quod cleri-
cis, Butr. col. 5. verſ. & ideo dixit, & Abb. num. 10. verſ. hoc
ſatis voluit, Franch. in d. c. ſi duobus, §. denique, n. 5. Con-
8 tar. dict. lim. 4. n. 7. verſ. quia qualiter. Et ideo erat ſeruan-
da tantùm Florentiæ, & in eius diœceſi, non autem Piſis
vbi fuerat commiſſa cauſa appellationis Landij: ibi enim
erant ſeruanda eius Statuta, vel conſuetudo: cum in ordi-
natorijs ſeruentur Statuta, & conſuetudo loci iudicij, non
autem iudicis à quo, l. 3. §. fin. & ibi not. Bart. ff. de teſtib.
& notat. communiter in d. cap. quod clericis, & in d. cap.
Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. Et in ſpecie Alex. conſ.
164. n. 3. & n. 4. verſ. & finaliter, & n. 7. verſ. vult ergo ibi
tex. lib. 6. Achill dec. 13. de appell. Rot. deciſ. 182. n. 8. lib.
A 3. par. 3. diuerſ. A, Vel cum ſimus in Iudice delegato, ſty-
9 lus delegantis, vt infra. Secundò, quia dicta conſtitutio
procedit tantùm in cauſis pendentibus coram Iudicibus
appellationum, iuxta dictas conſtitutiones deputatis, vt
apertè colligitur ex eius lectura, loquitur enim in appel-
latione à ſententia, à qua poſſet appellari nedum ad Pa-
pam, ſed etiam ad Archiepiſcopum, ſtatuendo quid in
vtroq; caſu, ſcilicet appellationis ad Archiepiſcopum, &
appellationis ad Papam interpoſitæ ſit obſeruandum; &
propterea non poteſt intelligi de appellationibus à ſen-
10 tentijs delegatis à Papa, quia ab eo appellari non poteſt,
B niſi ad ipſum Papam B, c. cum te conſulente 18. & c. ſuper
quæſtionem 27. §. porro, & vtrobiq; not. de offic. deleg.
Fulgoſ. conſ. 167. col. 3. verſ. cauſæ autem, Gozad. conſ.
76. n. 6. ſed eſt intelligenda de appellationibus interpoſi-
tis ab Epiſcopis ſuffraganeis, vel eorum Vicarijs, à quibus
11 licèt regulariter appelletur ad Archiepiſcopum, c. Ro-
mana, §. debet autem, & ibi Franch. n. 1. & alij de appell.
in 6. Poteſt tamen etiam omiſſo Archiepiſcopo appellari
ad Papam, cap. ad Romanam, cum tribus ſequentibus 2.
quæſt. 6. Specul. in tit. de appellat. §. nunc tractemus, in
princip. verſ. excipitur tamen, & n. 3. verſ. vt autem in
C hoc articulo. Biſignet. deciſ. 21. num. 4. de appell. C, Ter-
12 tio, quia dicta conſtitutio non habet locum in delegatis
Apoſtolicis, quales erant tam Iudex à quo, quam Iudex
D ad quem D, Nam licèt loquatur de delegatis, non tamen
debet comprehendere Apoſtolicos, cum de illis expreſ-
ſam mentionem non faciat per ea, quę in puncto tradunt
Fulgoſ. d. conſ. 167. col. 2. verſ. rurſum & ſi nominatim,
Gozad. d. conſ. 76. n. 9. & ſeqq. & propè fin. verſ. non ob-
13 ſtat. qui delegati attendunt, & ſeruant ſtylum delegan-
tis, iuxta deciſ. Put. 122. lib. 1. comprobatam in Florenti-
na iuriſpatronatus de Ricaſolis 28. Aprilis 1606. coram
E Reuerend. Bonon. E Nec obſtat, quod cũ ſit confirmata
14 à Sede Apoſtolica dicatur conſtitutio Papalis F, & ideo
F ab omnibus Iudicibus delegatis à Papa ſit obſeruanda,
Rom. conſ. 2. circa fin. verſ. ad hæc omnia, Creſc. 1. num.
2. de conſtit. & Rota in terminis huius conſtitutionis
in Collen. penſionis 9. Iunij 1604. coram Reuerendiſs.
15 D. meo Decano. Quia confirmatio non extenditur ad
caſum, & perſonas in conſtitutione confirmata non
comprehenſas, Bald. in puncto in l. 3. num. 3. verſ. ſed
quid ſi iſte, C. ſi aduerſ. rem iudic. Corn. conſ. 9. num. 5
verſ. quia confirmata, volum. 3. Nec comprehendit con-

Digitized by Google

16 firmantem,idem Bald.in authent.quibuſcunque,num.8.
C.de ſacroſanct.Eccleſ.Gozad.d.conſ.76. num.14.Rom.
autem d. conſ. 2. non loquitur in appellatione à Iudice
delegato, ſed ab Ordinario : & deciſ. Creſc.facit potius
pro hac parte, quia fundatur ſuper conſuetudine inter-
pretatiua decennij,quæ diſputatum fuit,an ſufficeret;de-
ciſio autem Collen. non poteſt applicari, quia in eius
cauſa fuerat per Iudicem admiſſa appellatio cum præfi
xione termini, & incidenter dicit, potuiſſe præfigi ter-
minum ex conſtitutione illarum partium: & ſic non col-
ligitur, an loquatur in terminis ſupradictæ conſtitutio-
nis,& delegati Apoſtolici. Quartò, quia prædicta conſti-
17 tutio loquitur tantùm appellatione, quæ non ſolum fuit
in hoc caſu interpoſita, ſed etiam fuit principaliter com-
miſſa cauſa nullitatis, & reſtitutionis in integrum, & ſu-
per illis expreſsè pronunciatum:& ideo vel non compre-
hendit caſum nullitatis,Guidopap.q.38.nec reſtitutionis
in integrum,Gloſ.& Doct.in l.vnic.C.ſi de mom.poſſ. &
de communi Odd.de reſtit.par.1.q.15.art.2.n.32 & 33,
in fin.& art.3. num. 35. Vel deſerta appelatione ex for-
ma dictæ conſtitutionis,remanſiſſet tamen nullitas,Bart.
in l. ſi expreſſum, num.10.de appell. Bald. in l. tale pa-
ctum 40.§ qui prouocauit in repetit.ſub n.26. verſ. ſed ſi
expreſſe,ff.de pact.Franch.in repetit.c. dilecto 63. ſub n.
114.& num.171.cum ſeq.de appell.Papaz.in addit.ad de-
ciſ 23.num.9. de reſcript in nou.Ruin. conſ.114. num.6,
lib.4.Corn.in puncto ſimilis conſtitutionis conſil.323.n.
5.verſ.nam per deſcriptionem lib. 4. cum alijs in Toleta-
na decimarum de Vetecal. 14. Martij præteriti coram
18 me.Vel demum durante tempore nullitatis non concur-
riſſent fatalia appellationis,Bald.in l,contra maiores 16,
n.4.verſ.ecce aliam quæſtionem, C. de inoffic. teſtam.
Franch.in d.c.dilecto,q.6.num.12.verſ,ſecundo modo,&
num.13.verſic. tertio modo, Put.deciſ.106 & 168.lib.2.
in nouiſ, & fuit tentum in Regien. Prioratus 10. Ian.
1597.coram bo.mem.Penia, & in eadem 16.Decemb.
1602.coram D.meò Decano. Quintò tandem, quia de
20 iure communi tempus fatalium eſt annus, & ex cauſa
conceditur etiam biennium,auth.ei qui, C.de temp. ap-
pell.c.cum ſit Romana, de appell. vbi not. communiter
ſcribentes, & appellans, non tenetur fidem facere Iudici
21 à quo de præſentatione,ſeu proſecutione appellationis,
Abb.in c.perſonas,n.11.verſ.dubitari tamen videtur, de
appell.per tex.in c.ſi à Iudice,eod.tit.in ſexto, Aufr. ad
Capell.Tholoſ.dec.446.verſ.vnde Sic. Nec Iudex à quo,
22 præſertim parte non conſentiente, ſed contradicente,
poteſt præfigere terminum ad faciendam ſibi huiuſmodi
fidem,& ſe præſentandum,Feder.de Sen.conſ.28.verſ.ſed
non videtur,Butr.in c.ex inſinuatione, n.11.propè fin.
verſ.Feder.ſuo conſ.Bero.in d.c.cum ſit Romana, n.27.
verſ præterea, de appell. Aufr. vbi ſup.verſ.& maximè
quia.Et ſicuti non poteſt præfigere appellanti terminum
23 ad finiendam cauſam appellationis, quia eſſet Superiori
ſuo legem imponere,d.cap.ex inſinuatione, de appellat,
vbi Innocent.verſ.certus eſt,Ioan.Andr.in princip. Butr.
num.3. & num.11.in fin.verſ.ſi quæris an poſſit, & alij
communiter, Lap.in clem.1. num.10 eod. tit. & ibi An-
charan.num.4.verſ.tertius terminus, Imol. num.13. in
fin & Card quæſt.22. num.19. verſ.eſt autem, nec poteſt
præfigere terminum ad redeundum, qui eſt idem cum
termino ad finiendum,Card.in d.clem.1. de appell. dicto
24 num.19. verſ, & eſt quartus. Nec ad faciendam ſibi fi-
dem de præſentatione, cum comminatione,quod appel-
latio erit deſerta, Anchar.in d.clem.1. num.4. verſ. ego
credo,Imol.num.14. verſic hoc vltimum, & Card, n.20.
25 verſ.Per.de Anchar. Immo quando (prout in hoc caſu)
non detulit appellationi, nullum poteſt præfigere termi-
num,nec etiam ad proſequendam appellationem iuxta
doctr.Innoc.in cap.fin.poſt princip.verſic.item dicimus,
de accuſat.Rot.deciſ.16.alias 181.Nota quod Iudex, de
appellat.in antiq Roman. ſingul. 167. vbi quòd ita tene-
tur in Conſiſtorio Papæ, quem Felinus in d.cap perſo-
nas,n.1.verſ.ſed omnes iſtæ cautelæ, eod.tit,Bero.in d.
cap.cum ſit Romana, num.17. verſic.ſed tamen, vbi di-
cit, hanc opinionem eſſe magis communem, & num.18.
Apoſtill.ad Rom.d.ſing.167. Et propterea dicta conſti-
26 tutio recipit interpretationem à iure communi, vt in-
telligatur quando Iudex detulit appellationi, non autem
27 quando (prout hic) dedit refutatorios iuxta not. in l.2.
de noxal. & vti in omnibus prædictis correctoria iuris
communis ſtrictè venit interpretanda, quod ſupradictos
caſus non comprehendat,Fulgoſ.d. conſ.167. col.2, verſ.
ſed & aliter reſpondetur. Corn. d.conſ.323. n.4. verſ. &
dicta conſtitutio,vol.4.

Et ex his,vtraque parte informante, fuit reſolutum,
non conſtare de re iudicata quoad expenſas.

EODEM.

Ferratien. Pecuniaria,

Die Veneris 14. Martij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ conformes Ferrariæ, ex diſpoſitione ſtatuti, rem iudicatam faciunt.*

2 *Statutum prohibens appellare, de nullitate dicere, vel re- ſtitutionem petere, dicitur reſpicere deciſoria, non ordina- toria iudicij.*

3 *Statuto reſpiciente deciſoria iudicij foreſes gaudere non debent.*

Iudicij locus non attenditur in deciſorijs.

4 *Æqualitas in iudicijs ſeruanda eſt.*

5 *Appellare vbi licet vni ex partibus, licere etiam debet al- teri, vel non.*

6 *Appellatio à nouo grauamine non deducto in primis ſen- tentijs permitti debet,*

DECISIO LXXXXII.

Latis Ferrariæ duabus ſententijs ad fauorem Cæciliæ
relictæ quondam Ioannis Mariæ Baroni Veneti cô-
tra Riccios,& litis conſortes ſuper proprietate,& potio-
ritate pro recuperatione eius dotis, in quibuſdam Ori-
zijs, ſeu illorum pretio per dictos conuentos eidem Cæ-
ciliæ reſtituendæ, ac alijs duabus ſuper illarum exequu-
1 tione vti conformium, & ex diſpoſitione ſtatuti rem iu-
dicatam facientium;Claudius pupillus de Banizatis,con-
tra cuius auctores fuerant in dictis ſententijs reſeruata
iura pro releuatione,ſeu indemnitate timens,ne per exe-
quutionem ſententiarum omne damnum in ſe retorque-
retur,obtinuit in Signatura Sanctiſſimi commiſſionem
cauſarum prædictarum in Rota, cum clauſula, de proce-
dendo ad legitimam exequutionem ad fauorem hære-
dum Cæciliæ pendente lite defunctæ, & dato dubio, an
eſſet locus exequutioni,fuit, nemine pro hæredibus præ-
dictis informante, negatiuè reſolutum,

Quia licet ex ſtatuto lib.2.cap.66. à ſententia in cauſa
appellationis lata, ſiue in totum confirmatoria primæ,
ſiue in parte, pro parte, in qua illi conformis eſt, non li-
ceat appellare, de nullitate dicere, vel reſtitutionem pe-
tere;tamen cum videatur reſpicere deciſoria, Franc.cap.
2 ſi duobus, col.mihi 16.in fin.verſ.ſed ſtatutum, de appel-
lat.Aret.in cap.quod Clericus, n.11. & ſeq. de foro com-
pet.Soccin.conſ.195. n.2. lib.2. Decius in cap.Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ,n.157. de conſtit.Gozadin. conſ.76.num.
15. non poteſt illo gaudere Cæcilia forenſis, licet Ferra-

3 riæ fuerit litigatum: cum in deciſorijs non attendatur lo-
cus iudicij, Bald. in l. 1. num. 58. & 59. Cod. de ſumma Tri-
nit. Alex. conſ. 164. num. 3. lib. 6. Marzar. conſ. 9. num 9. &
in hoc ipſo ſtatuto Ferrariæ, Dec. conſ. 97. in princ. Hip-
pol. Rimin. conſ. 450. n. 9. lib. 4 Bertaz. conſ. 15. in princ.
4 vol. 1. crimin. Tantoq; minus locum habere debet, quod
nec contra Cæciliam ſeruatum fuit, quæ ſecundò prouo-
cauit, licet prius per duas conformes ſuccubuiſſet, vnde ſi
deinde duas pro ſe fauorabilis reportauit, aduerſarijs
quoque permitti debet appellatio, vt in iudicijs ſeruetur
A æqualitas A, cap. non licet, de regul. iur. in 6. l. final. vbi
Bald. C. de fruct. & lit. expenſ. idem Bald. conſ. 486. col. 2.
5 verſ. quarto pone, lib. 2. & eo caſu, quo licet vni ex parti-
bus appellare, vel non, debet licere, vel non alteri, c. 2. de
mut. petit. Ruin. conſ. 85. in fin. verſ. ſicut ergo, l. 5. 5. Ber-
B taz. d. conſ. 15. in princip. & conſ. 469. n. 13. vol. 2. crim. B.
Præterea certum eſt, ſecundam ſententiam declarare
pondus, valorem, & quantitatem Oriziorum, ad quam
quilibet ex reis conuentis teneretur, quod in prima fa-
6 ctum non fuerat; vnde ab hac liquidatione, tanquam no-
uum grauamen inferente permitti debet appellatio, Rot.
diuerſ. deciſ. 100. in princ. p. 1.

Ex quibus reſolutum fuit, locum non eſſe vlteriori exequutioni ſententiarum, &c.

E O D E M.

Reatina Beneficiorum.

Lunæ 2. Maij 1616.

S V M M A R I V M.

1 *Contradictor legitimus, ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum, dicitur prouiſus ab Ordinario exiſtens in poſſeſſione.*

2 *Executorem mixtum faciunt literæ Apoſtolicæ in forma Dignum, cum clauſulis, Vocatis vocandis, & Amoto, &c. adeo quòd ab eius ſententia datur appellatio, & latè num. 8.*

3 *Appellationi poſtquam detulit Iudex non poteſt aliud gerere abſque noua commiſſione, alias attentaret. Limita, vt num. 9.*

4 *Apoſtolis reuerentialibus datis, cenſetur in Curia datus terminus decem dierum ad cauſam committendam, quo elapſo appellatio remanet deſerta. Limita, vt n. 6.*

5 *Attentata non dicitur poſſeſſio capta poſt deſertionem.*

7 *Clauſula, Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum arbitrio Rotæ, adiecta in commiſſione operatur, vt executio iam facta non debeat reuocari.*

D E C I S I O LXXXXIII.

INterpoſita pro parte Herculis 8. Iulij 1610. appella-
tione à mandato de immittendo decreto ſub die 5.
1 eiuſdem menſis per Reuerendiſſimum D. Bononien. cui
cauſa commiſſa erat cum facultate de nouo exequendi
literas Apoſtolicas in forma, Dignum, à Io. Baptiſta ex-
peditas, & datis per eum reuerentialibus, cum fuerit ni-
hilominus die 29. dicti menſis deuentum ad executionem
dicti mandati: in gradu appellationis dubitaui, an con-
ſtaret de attentatis, quæ eſſent reuocanda; & Domini re-
ſponderunt, geſta poſt appellationem eſſe reuocanda.
Moti, tùm quia licet ageretur vigore literarum Apoſto-
licarum, dabatur tamen appellatio, ex quo aderat proui-
ſus ab Ordinario in poſſeſſione exiſtens, qui titulum ſuæ
prouiſionis produxerat, & ſic erat legitimus contradi-
ctor, Rot. in Elnen. beneficij S. Saluatoris 16. Decembris
1602. coram bo. mem. Penia in Paderbonen. Canonica-
tus 24. Nouembris 1608. coram Reuerend. D. meo De-
2 cano, & in alijs paſſim, & ex quo literæ erant in forma,
Dignum, cum clauſulis, vocatis vocandis, & amoto, &c.
A A, quæ faciebant executorem mixtum, adeo vt poſſe ſlo-
ri liceret ab eius ſententia appellare, c. exhibita, vbi Abb.
n. 6. & Felyn. n. 4. de iudic. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 9. in
annot. contra nullitat. n. 236. Rot. in Mediolanen. benefi-
cij 10. Martij 1614. coram R. P. D. meo Andrea, & in ter-
minis literarum in forma Dignum deciſ. 202. p. 1. diuerſ.
3 Card. Seraph. deciſ 817. Tum etiam, quia cum Iudex dan-
do apoſtolos reuerentiales appellationem admiſerit, eo
ipſo, quamuis alias appellatio eſſet illegitima omnem iu-
B riſdictionem exequendi à ſe abdicauit, B. itaut poſtea
geſta abſque noua commiſſione fuerint nulla, & attenta-
ta, cap. cum appellationi, §. ſi vero, de appell. in 6. Archid.
n. 3. & ceteri Rot. deciſ. 49. n 4. de appell. in nou. Roland.
conſ. 77. n. 2. lib. 2. Lancell. de attent. cap. 2. lim. 1. n. 67. &
69. & limit. 6. num. 20. & fuit reſolutum in Tullen. bono-
rum, & attentatorum 6. Nouembris 1600. coram bo. me.
Litta.

4 Nec obſtare dixerunt, quod appellatio remanſerit de-
ſerta tanquam non commiſſa intra terminum decem
dierum, qui datis reuerentialibus in forma cenſetur in
Curia datus a Iudice, Caſſad. deciſ. 4. de appell. Lancellot.
5 d. cap. 12. in præfat. num. 59. 60. & 61. Ideoque poſſeſſio
capta die 29. & ſic poſt deſertionem non poſſet dici at
tentata, cap. cum ſit Romana, vbi Franc. in vltim. notab.
de appellat. Rot. deciſ. 1. eodem tit. in nou. cum alijs per
6 Lancell. d. cap. 12. ampliat. 1. num. 27. 32. & 38. cum ſeq.
Quia placuit reſponſio, quod cum non poſſet obtineri
commiſſio, niſi in plena Signatura, quæ propter ſolitas
ferias non fuerit niſi die 9. Auguſti, ſatis fuit, intra termi-
num decem dierum porrigere commiſſionem in prima
Signatura proponendam, & obtinere de more fidem
Prælati, quodque deinde in prima Signatura obtenta
1 fuerit commiſſio, prout in propoſito factum fuit. Ex illis
enim conſtat de diligentia infra debitum terminum ad-
hibita, & de impedimento, quæ excludunt deſertionem,
C Lancell. d. cap. 12. in præfat. num. 66. & 70. C, & ſufficit
quælibet diligentia, Veſtr. in prax. lib. 7. cap vlt. num. 5.
ſicuti dicitur, ſufficere ſolam itineris arreptionem pro
commiſſione appellationis obtinenda, quando Curia eſt
abſens, Rot. deciſ. 13. & deciſ. 25. in princip. de appellat.
in nou. Ægid. deciſ. 719. Creſcent deciſ. 8. n. 4 eodem tit.
7 & Veſtr. vbi ſupra. Minus obſtare viſum fuit, quod clau-
ſulæ, Sinè præiudicio executionis literarum Apoſtolica-
rum arbitrio Rotæ, adiectæ in commiſſione appellatio-
nis non ſit locus ad reuocandam executionem iam fa-
ctam, vt fuit dictum in Aquilana beneficij 28 Maij 1599.
coram bon. mem. Penia, & in alijs Gonzal. ſuper reg. 8.
gloſ. 9. in annotat. contr. nullit. num. 296. Quia id proce-
8 dit quando iudex ritè, & rectè proceſſit, ſecus quando
D nulliter, D, vt hic, ſicuti declarauit Rot. in Gerunden. be-
neficij 21. Iunij 1602. coram Reuerend. D. meo Decano,
& in Tarraconen. parochialis 4. Februarij 1604. coram
bon. mem. Litta.

Et ita deciſum, &c.

E O D E M.

Lucana Iuriſpatronatus.

Veneris 1. Julij 1616.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia ob non interpoſitam appellationem tranſit in iudicatum.*

2 *Appellatio interponi debet coram Iudice à quo, & n. 5.*

3 *Appellatio interpoſita in abſentia Iudicis non valet, niſi conſtet, illius præſentiam haberi non potuiſſe, de quo etiam debet proteſtari.*

4 *Appellari debet in ſcriptis à diffinitiua, quando non appellatur incontinenti, tunc enim fieri poteſt viua voce.*

DECISIO LXXXXIV.

1 SEntentia Rotalis declarans, quod Laurentius præſen-
tatus ad Eccleſiam, de qua agitur, tanquam de iure
patronatus laicorum ſit inſtituendus: & condemnans in
fructibus, & expenſis Felicem prouiſum ab Ordinario,
tranſiuit in iudicatum ob non interpoſitam appellatio-
nem, l. hi qui ad ciuilia, vbi not omnes, C. de appellat.
Gloſ. in cap. in præſentia, in verbo ſtandum, circa me-
2 dium, de renunc. Nec obſtat repetitio facta pro parte Fe-
licis in termino citationis ad ſententiam cedulæ appella-
tionis datæ Notario in termino alterius citationis ad
ſententiam circumductæ. Quia non fuit facta coram
Iudice, prout requirebatur, l. omnem honorem, C. quan.
prouoc. non eſt neceſſ. cap. vt debitus 59. de appell. & in-
diſtinctè tenendum eſſe dicit Gloſſ. in cap. appellatio 9.
A in verb. Iudici, & ibi Apoſtill. de appellat. in 6. A, & ap-
3 pellatio interpoſita in abſentia Iudicis non valet, niſi
conſtet illius præſentiam haberi non potuiſſe, de quo de-
bet fieri proteſtatio, iuxta tex. in d. cap. vt debitus, & in
cap. fin. de appellat. Soccin. conſ. 45. num. 1. lib. 1. Veſtr.
in praxi lib. 7. cap. 3. num. 27. & ibi Adden. ad eum, &
fuit in ſpecie noſtra deciſum coram R. P. D. meo Dunoz-
zet. in Salernitana contributionis 12. Maij, & 14. No-
uembris 1614. ad quæ latè Gratian. diſcept. forenſ. cap.
4 10. lib. 1. & cap. 260. num. 27. & 28. lib. 2. Nec per repeti-
tionem cedulæ dicitur interpoſita appellatio in ſcriptis,
prout interponi debet à diffinitiua, quando non appel-
latur incontinenti viua voce, Ægid. deciſ. 121. quæ eſt ea-
dem cum deciſ. 30 de appellat. in antiq. & Veſtr. vbi ſu-
pra. Neque dubitarunt DD. de validitate ſententiæ, cum
ſit lata per Iudicem ſpecialiter delegatum, & fuerint le-
gitimatæ perſonæ hinc inde interuenientes, & ſeruati
termini ſubſtantiales, parte ad ſingulos actus, & præſer-
tim ad ſententiam legitimè citata. Minuſque de iuſtitia,
quæ DD. viſa fuit notoria ex tribus deciſionibus R. P. D.
mei Manzanedi tam ſuper dicto iurepatronatus, quam
ſuper eo, quod Laurentius fuit à veris patronis, & intra
legitima tempora præſentatus. Et propterea fuit conclu-
ſum, conſtare de re iudicata, quæ venit exequenda, ſolo
Laurentio informante, Felice tamen pluries cita-
to, &c.

ANNOTATIO.

A Appellatio coram Iudice à quo interponi debet, & ideo
5 non dicitur legitimè appellatum per dimiſſionem cedu-
læ apud notarium, Rot. deciſ. 396. num. 3. & deciſ. 594. n.
2. par. 2. recent. Card. Caualer. deciſ. 495. num. 2. & fuit
dictum in Neapolitana ſeparationis thori 5. Maij 1625.
coram R. P. D. meo Pirouano, latè Scacc. de appell. lib. 3.
cap. 2. quæſt. 6 per tot. niſi Iudicis præſentia haberi non
potuit, vt firmatur in deciſione, & tradit Scacc. d. quæſt. 6.
num. 18. vbi quod hoc caſu appellari poteſt coram Iudi-
ce, ad quem, vel etiam coram honeſtis viris, & num. 8. &
ſeq. quod idem procedat, quando condemnatus habet
iuſtum, vel probabilem metum Iudicis a quo, & ſuper
hoc videndus eſt etiam Gratian. hic citat. diſcept. 10.

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

EODEM.

Barchinonen. Parochialis,

Veneris 29. Nouembris 1613.

SVMMARIVM.

1 *Appellare licet à ſententia Metropolitani ſuper concurſu ad Parochiales habito tàm quoad effectum deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum, & n. 38.*

2 *Appellatio vt permiſſa dicatur, ſufficit illam nō prohiberi.*

3 *Appellatione pendente nihil innouari poteſt.*

4 *Prohibitum non cenſetur id, quod non eſt expreſſum, quando facilè exprimi potuiſſet.*

5 *Conſtare de irrationabili iudicio dici non poteſt, niſi per rem iudicatam.*

6 *Conſtare dicitur de non iure agentis, & de dominio rei conuenti, ad excludendum ſolum, per ſententiam in petitorio, dummodo ſententia in iudicatum tranſierit, & n. 40.*

7 *Facultas ex conſtitutione Pij V. Metropolitano conceſſa conferendi, vel remittendi pro inſtitutione poſt rem iudicatam, quomodo intelligenda ſit.*

8 *Sententiarum executio ſpectat ad iudicem, qui vltimam tulit.*

9 *Statutum, ſufficit, quòd aliquid operetur contra ius commune, licèt poſſet etiam aliud operari.*

10 *Intellectus, ex quo reſultat abſurdum, ſemper vitandus eſt.*

11 *Appellatio ſuſpenſiua non datur ab electione Ordinarij, quia celeritatem deſiderat, & n. 15. vbi quod prouiſus ab eadem Eccleſia, appellatione pendente, amouendus non eſt, & n. 39.*

12 *Appellatio ſuſpenſiua non datur ab immiſſione hæredis ſcripti ratione celeritatis.*

13 *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum datur à ſententia iudicis, in qua denegat immiſſionem hæredi ſcripto.*

14 *Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum quando detur à ſententia ſuper alimentis.*

16 *Statuti determinatione extante, non eſt vlteriùs quærendum.*

17 *Appellatione recepta tandiù nihil innouandum, quamdiu cauſa finita non fuerit.*

18 *Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.*

19 *Mens conſtitutionis attendenda magis, quam verba.*

20 *Mens verbis præferenda eſt, etiam vbi illis aduerſaretur.*

21 *Appellatio ſuſpenſiua quare non detur ab electione Ordinarij.*

22 *Ratio generalis reddit totam legem generalem, & in quacunque parte ſit, regulat totam diſpoſitionem.*

23 *Vacatio Eccleſiarum damnoſa eſt.*

24 *Conſtitutio Pij V. diſponens, non retardari electionem per appellationem, habet locum nedum in prima, ſed in qualibet alia appellatione.*

25 *Extenſio datur ex identitate rationis ſcripta in conſtitutione.*

26 *Ratio habetur pro expreſſa, vbi vnica tantum aſſignari poteſt.*

27 *Extenſio admittitur etiam in correctorijs, quando ratio habetur pro expreſſa.*

28 *Beneficij concurſus quando fit, vltra doctrinam, conſiderandi ſunt mores, prudentia, & alia.*

29 *Dignior ad beneficia curata quis dicatur.*

30 *Ordinarius præſumitur inſtructus de vita, & moribus concurrentium ad beneficia, & de alijs vltra doctrinam requiſitis, & n. 41.*

31 *Electus ad beneficium ab Ordinario in concurſu habet præſumptionem pro ſe, adeò vt debeat clarè doceri de dolo, & irrationabilitate ipſius Ordinarij.*

32 *Vin-*

Digitized by Google

32 *Vincula duo magis ſtringunt.*
33 *Sententia per appellationem, inſpecto præſenti ſtatu, habetur pro extincta.*
34 *Extenſio de caſu expreſſo ad caſum ſimilem non expreſſum licita eſt in ſtatutis, præſertim in materia fauorabili.*
35 *Præſumptio oriens ex ſententia iudicis an cenſeatur ſublata per contrariam ſententiam.*
36 *Sententia prima eſt, quæ parit ſequeſtrum.*
37 *Sententia lata in Curia pro actore, operatur effectum appoſitionis ſequeſtri, quamuis adſint contrariæ in partibus pro poſſeſſore.*

DECISIO LXXXXV.

PRæuio concurſu ad parochialem S. Stephani Granullorum Barchinonen. Diœc. de menſe Auguſti anni præteriti vacantem, electus fuit ab Ordinario Balthaſſar Mir, & ad Sanctiſſimum D.N. pro collatione obtinenda remiſſus. Cum verò Franciſcus Domenech à dicta electione ad Metropolitanum Tarraconenſem prouocaſſet, præuio nouo examine fuit electio primi Iudicis reuocata, & ipſe habilis declaratus, Mir verò inhabilis; à qua pronuncia Mir appellauit, & cum inſtaret, eius ſupplicationem, licèt poſt Metropolitani ſententiam ſignatam expediri, Domenech verò, aliam per eum porrectam ad ſui fauorem ſignari vigore literarum Metropolitani; Reuerendiſs. D. Datarius tranſmiſit ad me dubium in Rota proponendum, An eſſet relaxanda ſupplicatio ſignata ad fauorem Balthaſſaris, vel potius ſignanda porrecta per Franciſcum; quod reſolutum fuit pro Balthaſſare.

Nam ſupplicationem Franciſci non eſſe ſignandam
1 DD. dixerunt; quia cum a ſententia Metropolitani Tarraconen. ſit expreſsè conceſſa appellatio ex conſtitutione fel. record. Pij V. ſuper collatione Parochialium edita in verſ. & ſi quis a ſententia, quæ intelligitur tam quoad
A effectum deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum A, Grat. conſ. vlt. num. 16. & 17. lib. 2. Pariſ. conſ. 28. num. 22. & ſeq. lib. 4. Rota deciſ. 330. num. 4. par. 2. in nouiſs. cum tamen ſuf-
2 ficeret, illam non prohiberi ad hoc, vt diceretur permiſſa, can. omnis, can. ad Romanam 2. quæſt. 6. l. & in maioribus, & ibi gloſ. C. de appell. gloſ. vulg. in l. qui reſtituere, ff. de rei vendicat. ſequitur, ea pendente nihil innouari poſſe, cap. venientes 19. de iure iur. cap. paſtoralis 28. §. præterea, verſ. non autem de offic. deleg. tot. tit. ff. nil. nou. appell. interp. Et ſi Bulla voluiſſet tollere appellationem
3 ſuſpenſiuam à ſententia Metropolitani, id expreſſiſſet, prout fecit in appellatione ab electione Ordinarij, in
4 verſ. hæc tamen appellatio, ad tex. in l. vnic. §. ſin autem ad deficientes, C. de caduc. toll. Nec ſufficiunt illa verba, conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, Parochialis per eundem Iudicem appellationis conferatur, ſeu conferenda remittatur, de quibus in verſ. vt autem, Quia clauſula, Conſtito, non refertur ad cognitionem, & reuocationem faciendam à Metropolitano, neque illi dirigitur: vnde intrat concluſio, non poſſe
5 dici conſtare de irrationabili iudicio, niſi per rem iudicatam, Ægid. deciſ. 103. Rota deciſ. 79. num. 6. & 7. par. 2. diuerſ. facit tex. in l. furti, vbi gloſ. verſ. inter famoſos, &
6 Doct. ff. de his, qui not. infam. Sicuti licet dicatur conſtare de non iure agentis, & de dominio rei conuenti ad excludendum ſpolium per ſententiam in peritorio, vt poſt Angel. Imol. Alexand. Soccin. Iaſ. & Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 35. & 39. ff. de acquir. poſſeſſ. qui de communi Afflict. deciſ. 303. num. 1. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 141. alias 1. num. 7. de locat. Tamen hoc non pro-
B cedit, niſi vbi illa tranſiuit in iudicatum B, quia tunc ſolum dicitur conſtare de non iure actoris, & de iure rei conuenti, Bero in cap. literis, num. 3. verſ. ſecundò quia de reſtit. ſpol. Imol. in l. 1. num. 8. ff. de nou. oper. nunc. Iaſ. conſ. 9. num. 1. verſ. item cum lib. 3. Rota coram Ro-
7 buſterio in Cæſaraugustam Parochialis 16. Ianuarij 1589. Vnde facultas Metropolitano conceſſa conferendi, vel remittendi pro inſtitutione, poſt rem iudicatam eſt intelligenda, ne tollatur appellatio permiſſa ex eadem conſtitutione, iuxta not. per Cyn. Angel & Salycet. in l. ita nobis, C. ad l. Iuliam de adult. & ne contrarietas in eadem Conſtitutione inducatur Abb. in cap. gratum, num. 2. & in cap. ſuper quæſtionum in 3. not. de offic. delegat. ita ut operetur, Metropolitanum vti Sedis Apoſtolicæ delegatum exequi poſſe ſuam ſententiam reuocatoriam ele-
8 ctionis Ordinarij in iudicatum tranſactam, cum alias executio ſpectaret ad Iudicem, qui vltimam ſententiam ferret, Bart. in l. a Diuo Pio num. 15. verſ. quæro, & reuoco, ff. de re iudic. in l. præcipimus, §. officijs num. 1. in 2. notab. & n. 2. C. de appellat. quem omnes ſequuntur Franch. in c. Romana, §. fin. num. 31. verſ. aliquando ſententia diffinitiua de appellat. & ſufficere debet, conſtitutionem hoc operari contra ius commune, licet poſſet etiam
9 aliud Grat. conſ. 13. num. 43. Gozad. conſ. 19. num. 5. Eo magis, quia ſi aliter intelligeretur, reſultaret hoc abſurdum, executiones, & immiſſiones iuxta varietatem ſententiarum variari debere modo pro electo ab Ordinario, modo pro electo à Metropolitano, ſeu Iudice appellationis, & ideo intellectus iſte vitandus eſt, l. Saluius Ari-
10 ſto, ff. de leg. præſt. Rot. deciſ. 170. num. 3. par. 2. diuerſ.
11 Neque inconuenit, appellationem ſuſpenſiuam eſſe denegatam ab electione Ordinarij, & tamen conceſſam à ſententia Metropolitani, ſeu Iudicis appellationis reuocatoria, cum electio Ordinarij celeritatem deſideret, & ſic vigeat ratio tollendæ appellationis ſuſpenſiuæ, l. final. ff. de appell. recip. l. quiſquis, C. quorum appell. non recip. cap. fin. 2. quæſt. 6. quod non eſt in ſententia reuocatoria Metropolitani; ſicuti ratione celeritatis non datur ap-
12 pellatio ab immiſſione hæredis ſcripti d. l. fin. ff. de appellat. recip. d. l. quiſquis, vbi Bart. Bald. Salycet. & Caſtr. C. quor. appell. gloſ. in l. fin. in ver. nullus, & ibi Bart. num. 21. C. de edict. Diu. Adr. tollen. & tamen datur, quando
13 Iudex pronunciat denegando immiſſionem, iuxta opinionem Angel. d. l. quiſquis, num. 3. quam le in ſacris audientijs practicaſſe teſtatur Iacob. de S. Géorg. d. l. fin. n. 56. C. de edict. Diu. Adr. tollen. vbi Zuccard. n. 433. cum alijs per Menoch. remed. 4. adipiſc. poſſeſſ. quæſt. 100. n. 876. Lancell. de attent. p. 3. cap. 28. n. 89. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 60. num. 26. in fin. & 27. Quia ſcilicet ceſſat ratio celeritatis, Menoch. vbi ſupra, verſ. ea eſt ratio, &
14 eadem ratione fit eadem diſtinctio in ſententia ſuper alimentis ad trad. per Surd. d. priuil. 60. n. 10. 25. & 33. verſ. ideo non eſt curandum. Supplicationem Balthaſſaris re-
15 laxandam dixerunt, moti ex d. Conſtitutione, verſ. hæc tamen appellatio, cuius verba clariſſima & præciſa ſunt, quod appellatio interpoſita ab electione Ordinarij interim non impediat, aut ſuſpendat, quo minus electio per illum facta debitæ demandetur executioni: & vlterius quod prouiſus ab eadem Eccleſia, cauſa huiuſmodi appellationis pendente, non amoueatur; non eſt itaque vl-
16 terius quærendum, l. Gallus, §. ſi eius, vbi not. Bald. in 2. not. ff. de liber. & poſthum.

Non obſtat, quod conſtitutio loquatur pendente cauſa appellationis ab electione Ordinarij, ibi, hæc tamen appellatio, & ibi, cauſa huiuſmodi appellationis penden-
17 te. Ideoq; ſecus dicendum videatur, ea finita, prout eſt per ſententiam, l. 1. verſ. recepta autem appellatio, ff. nil
18 nou. appell. interp vel caſus iſte dicatur omiſſus, & ſic in iuris communis diſpoſitione relictus ad vulgat. l. commodiſſimè, vbi Bar. ff. de liber. & poſthum. prout ita conſtitutionem intellexiſſe videtur Rota in cauſa Dertuſen. Parochialis coram bon. mem. Gipſio 30. Martij 1584. Nam

Digitized by Google

19 Domini reſpiciendam eſſe magis dixerunt mentem con-
ſtitutionis, quàm verba, cum ex lege veniat, quod ſumitur
ex mente, l.nouimis, & rei, §.verbum, & ibi Alciat, ff. de
verb.ſignific.l.cum mulier la prima, ff.ſolut.matrim.Bart.
in d.l.contra, num.1.etiam vbi eſt illis contraria, Dyn.in
20 cap.fin.de regul.iur. in 6.Oldrad. conſ.103. num.5. Ra-
tio autem, ob quam Summus Pontifex ſuſtulit ſuſpenſio-
21 nem executionis electionis Ordinarij, duplex reddi po-
teſt. Vna ſecundùm informantes pro Balthaſſare, ne Pa-
rochiales diu in ſuſpenſo maneant in maximũ animarum
periculum, de qua in verſ.inſuper; quæ licèt videatur ap-
poſita in capite diſtincto, negari tamen non poteſt, huic
22 etiam conuenire: ratio enim generalis reddit totam le-
gem generalem, l.regulas, §.cum quis, vbi Bart.in 3. no-
tab ff.de iur.& fact. ignorant. & in quacunque parte ſit,
regulat totam diſpoſitionem, Io.de Anan.conſ.4. num.2.
Quæ ratio diutinæ vacationis tollendæ fuit maximè præ
oculis habita, dum voluit Summus Pontifex concurſum,
& alia iuxta formam præſcriptam ab Ordinario infra
ſex menſes expediri, aliàs collationes ad ipſum deuolui.
Vndè non mirum, ſi ab electione tanquam celeritatem
requirente non detur appellatio ſuſpenſiua, ex prealle-
gatis. Et hæc ratio celeris collationis Parochialium con-
23 ſideratur etiam per canones, vt in cap.ſi Apoſtolica 32,
de præben. damnoſa eſt enim Eccleſiarum vacatio cap.
quam ſit de elect.in 6.Rebuff.in Concord. rubr.de colla-
tione, § ſi quis verò, verb. ad alium Superiorem verſ. nec
refragatur. Et militat etiam lata reuocatoria, ideo con-
ſtitutio diſponens, non retardari electionem per appel-
24 lationem, habet locum nedum in prima, ſed in qualibet
alia appellatione ob hanc rationis identitatem ne vaca-
tio protelетur Compoſt.in c.1.col.2.verſ. vnde etiã dici-
mus, de elect.in 6.dicens ita ſeruaſſe Innoc. & ibi Archid.
col.3.in fin.verſ.propter hoc, Io.And.col.1. num.4. poſt
med.verſ.immo plus, Ancharan.verſ.& ſic exponas, Fran-
ch.ſub num.5. verſ. ad hoc dicens, quod Doct. ſequuntur
gloſ.In Clem.3.in ver. occaſione eod.tit. vbi Card. ſub n.
5.verſ.quinto quæro, Ancharan. ſub num.4. Imol.num,
40.verſ quinimo plus dicit, Vital.& Barbat.num.32.& in
hac Bulla Modern.ſuper reg.8. gloſ.6. num.216. & ſeq.
cumque hæc ratio ſcripta ſit in conſtitutione, caſus dici-
25 tur comprehenſus per illius identitatem abſque alia ex-
tenſione, gloſ.in cap.1.de tempor.ordinan in 6. Oldrad.
conſ.185.in fin.Cald.conſ.1.vt lit.pend Bald. in l.illud,
poſt n.6.C.de ſacroſanct.Eccleſ. Vel, ſi ſecundum infor-
mantes pro Franciſco, negetur, rationem eſſe prædictam,
quæ expreſſa legitur, ſed dicatur eſſe præſumptionem
26 pro electione Ordinarij, cum iſta tantùm reddi poſſet,
habetur pro expreſſa iuxta gloſ.in l.quamuis, vbi Bald. In
princ.verſ.& cum vna ſola, C.de fideicomm. & ibi adden,
Caſtr.n.4.Iaſ. num.6. adeo vt ab ea tanquam vnica licita
ſit extenſiu etiam in correctorijs, Caſtr. in l.ſi vero, §.de
27 viro num.1 verſ.idem ſi ratio, ff.ſolut.matrim.Adden.ad
Bald.in auth.quas actiones, litera E, & ibi Iaſ. num.22. C.
de ſacroſ.Eccleſ, idem Iaſ.in d.l.quamuis num.7.verſ.2.C,
de fideicomm.cum concord.per Surd.deciſ.174.num.13.
& 13.& deciſ.192.num.15.& 16. Et hæc præſumptio eſt
adeo vehemens, vt non tollatur ex ſententia reuocatoria
Metropolitani, quia cum in electione ad Parochiales ex
28 diſpoſitione Sacri Concilij Trid.ſeſſ.24. de reform.cap.
18.verſ.peracto, vltra doctrinam, ſint etiam conſideran-
di mores, prudentia, & alia ad Eccleſiam gubernandam
C opportuna C, qua ratione dignior non ſimpliciter dici-
29 tur ille, qui doctior ſit, vel ſanctior, ſed is, qui iuxta mu-
nus cui præficiendus eſt, aptior eius miniſterio apparet,
& hic eſt præferendus, vt ex ſententia Diui Thomæ tra-
dit Couar.in reg.peccatum 2 par.§.7. ſub num 4.verſ.di-
gnior verò, & dixit Rota in Beneuentana parochialis 13.
Iunij 1590.coram bon. mem. Orano, & in Rauennaten.
parochialis 2.Decembris 1594. coram Illuſtriſſimo Ari-
gonio, io Nullius Parochialis, ſeu concurſus 4. Decem-
bris 1610.coram Reuerendiſs.D.Bononien. Ex quo cen-
ſuit Sacra Congreg. Illuſtriſſimorum Cardinalium Con-
cilij interpretum præferendum eum, cuius mores noti,
30 probatique ſunt ei, cuius vita ignoratur, licèt doctiori.
Ordinarius præſumitur inſtructus de vita & moribus cõ-
currentium, & alijs vltra doctrinam requiſitis tanquam
D eius diœceſanorum D.Card.in clemen.1.num.20. verſ.ſic
autem, vbi Anch. num.7. verſ. & hoc ideo, de ſequeſtr.
poſſ.& fruct. Verall.deciſ.406. par.2. Put.deciſ.395. n.2.
lib. 3. & conſideratum fuit in terminis huius Bullæ in di-
ctis Rauennaten.coram Illuſtriſſimo Arigonio, & nullius
coram Reuerendiſs.Bononien.Metropolitanus verò per
nouum concurſum non poteſt certior fieri, niſi de do-
ctrina, & ſic ceſſat in eo præſumptio, vel ſaltem non æquè
viget. Et adeo præſumitur pro iudicio Ordinarij, vt de-
31 beat clarè doceri de dolo, & irrationabilitate illius, vt
tenuit Rota in Camerinen. concurſus 19. Decembris
1605.coram Reuerend. Attrebaten. & in Sabinen. con-
curſus 6.Aprilis 1609. coram Reuerendiſs. D. meo Da-
maſceno. Et ſi quælibet ex prædictis rationibus de per ſe
ſufficit, tanto magis ſimul iunctæ, exemplo duorum vin-
32 culorum, quæ magis ſtringunt, cap.1.de treg.& pac.cum
ſimilib. Præterea etiam ſi conſtitutio eſſet reſtricta ad
primam appellationem, tamen cum à reuocatoria ſen-
tentia detur appellatio, quoad vtrumque effectum, vt fir-
matum fuit, perinde eſt illa interpoſita, ac ſi eſſemus in
caſu verbis expreſſo, ante ſcilicet latam reuocatoriam,
33 quæ habetur pro extincta inſpecto præſenti ſtatu, iuxta
text.in l.1.in fin.& ibi gloſ.ff.ad Turpill.l.2.verſ.cæterum,
ff.de pen.Bald.in rubr.C.de appell.n.2.& in l.ita demum
n.2.C.de procur.Rom.poſt Imol.in l.1.n.30.verſ.quo ad
ſecundum, vbi Alex.n.2.Iaſ.n 9. Rip.num.10.ff.de re iud.
de communi Felyn.in rubr.de appellat.ſub num.1.col.4.
verſ.& adde, & in cap.paſtoralis 18. n.14. verſ. concluſio
ſit, de offic.deleg.vbi Adden.de communi dicit veram,
Alexan.conſ.36.num.6.lib.4.& communem conſ.188.n.
10.lib.2.

34 Et ideò licet verba conſtitutionis videantur reſtricta
ad appellationem ab electione Ordinarij, tamen non ex-
cluderentur caſus ſimiles, gloſ. in l.ob æs, in ver. alienum
in princ.& ibi Salyc. C.de præd.minor.& in l.ſerui nomi-
ne, vbi Bart.num.3.ff.de vſucap.gloſ.vulg. in l.illud, in
verb.alia cauſa, & ibi Bart.in princ.C.de ſacroſan.Eccleſ.
præſertim in hac materia fauorabili diutinæ vacationis
tollend.Bart.in d.l illud, num.3.Bald.num.6.in fin. Caſtr.
num,4. verſ.hic eſt vna, Bart. in d.l. ſerui nomine num.3.
vel qui veniunt in neceſſariam expreſſorum conſequen-
tiam, ex quibus ceſſant dicta de caſu omiſſo. Neq; etiam
35 poteſt dici ſublata, vel eliſa præſumptio electionis Ordi-
narij, per contrariam ſententiam iuxta doctr. Card. in
clem.1.quæſt.4. num.13.de ſequeſtrat.poſſ.& fruct.Nam
in quæſtione ibi poſita per Cardinalem non minùs mili-
tabat præſumptio pro ſecunda ſententia, quàm pro pri-
ma, pro poſſeſſione lata, ſed eadem cum vtraque eſſet la-
36 ta in Curia, vt ipſe inquit, imò in terminis d.clem.ipſa
prima ſententia eſt quæ parit ſequeſtrum, Caſſad. deciſ.1.
eodem tit.Sed in caſu noſtro negari non poteſt, quin
maior ſit præſumptio pro electione Ordinarij, à qua non
datur appellatio ſuſpenſiua, quam pro ſententia Metro-
politani, à qua datur quo ad vtrumque effectum: Et ideò
ſententia, quæ habet maiorem præſumptionem habet ali-
quem effectum executiuum, non obſtante alia contraria,
prout in terminis eiuſdem clem.primæ ſententia lata in
Curia pro actore operatur effectum appoſitionis ſeque-
ſtri, quamuis adſint contrariæ in partibus, & hoc ratio-
ne maioris præſumptionis pro ea, vt ibi explicant Do-
ctores.

Præ-

Prædictis ergo non obſtat allegata deciſ. Dertuſen. coram bo. mem. Gipſio, vti ſimpliciter fundata in verbis reſtrictiuis, non conſiderata conſtitutionis ratione, & in qua Domini prius ſuſtulerunt præſumptionem pro electione Ordinarij, quam reſoluerunt fuiſſe gratificatoriã, & iudicium Ordinarij fuiſſe ſuſpectũ, vt in deciſione præcedenti de menſe Decembris 1581. & per ſententiam reuocarunt. Vndè conſiderarunt, quod niſi apponeretur ſequeſtrum, facilè aperiretur via fraudibus contra mentem, & verba dictæ conſtitutionis, in verſ. nos, ad quorum ibi, perſonis minùs dignis, &c. Neque colligitur, fuiſſe appellatum à ſecunda ſententia lata in Curia; quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, in quo præſumptio viget manifeſtè pro electione Ordinarij, adeſt eadem ratio exequẽdi, & ſententia reuocatoria non poteſt haberi in aliqua conſideratione tanquam extincta præſentaneo ſtatu conſiderato per appellationem.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Quod à ſententia Metropolitani, ſeu alterius Iudicis appellationis reuocatoria electionis prius factæ ab Ordinario in concurſu ad Parochiales detur appellatio ad effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, notant etiam Guttier. canonicar. q. lib. 2. c. 11. num. 25. & practic. q. lib. 1. q. 146. Garc. de benef. par. 9. c. 2. n. 247. Beltramin. ad deciſ. 538. Greg. XV. num. 8. Gonzal. latè ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. à num. 163. vſque ad num. 222.

Licet non detur appellatio ab huiuſmodi electione per
39 Ordinarium, niſi vbi conſtaret de doloſo, & irrationabili eius iudicio, vt firmatum etiam fuit infra in Hieracen. iuriſpatronatus 20. Maij 1622. nu. 4. & 5. & in Pampilonen. Parochialis de Leya 30. Ianuarij 1626. nu. 2. adde Rotam deciſ. 40. ſub nu. 1. par. 1. recent. Mareſcot. variar. reſolut. lib. 1. cap. 52. n. 23. & 24. Gonzal. ad reg. 8. in annot. ad gl. 9. num. 209. Greg. XV. d. deciſ. 538. ad fin. vbi Adden. n. 6. Quæ appellatio à mala Ordinarij electione admittitur ſolum ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum; quia interim prouiſus appellatione pendẽte à Parochiali amoueri non debet, vt ex d. conſtitutione Pij V. verſ. hoc tamen, notant Garc. alijs adductis d. c. 2. nu. 236. & 246. &
B Beltram. loc. cit. num. 8. Adde Seraph. deciſ. 75. num. 1. & deciſ. 973. n. 7. & fuit etiam dictum infra in Virdunen. Ab-
40 batiæ 22. Iunij 1615. n. 11. & in Romana ſpolij domus de Ximenes 4. Maij 1620. coram Illuſtriſs. Cardinali Caualerio, in qua hæc deciſio, & dicta Virdun. canonizantur. Idẽ
C firmauit Rota in Fauentina parochialis 28. Iunij 1613. & 13. Ianuar. 1614. coram R. P. D. meo Pirouano, Beltra. in addit. ad dec. 11. Greg. XV. ſub lit. D. Adde Gonzalez ſu-
D per reg. 8. Cancell. gl. 4. n. 117. 125. & 132. Put. deciſ. 331.
41 n. 3. lib. 1. in correct. Beltram. vbi proximè ſub lit. B. Rota in d. Fauentina parochialis 28. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pirouano, & coram eodem in Amerina iuriſpatronatus 17. Nouemb. 1614. in qua hæc deciſio allegatur, & infra in d. Regien. concurſus 10. Iunij 1622. num. 8.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

EODEM.

Caietana beneficiorum.

Veneris 9. Februarij 1618.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex confeſſione partis petentis immiſſionem, & amotionẽ aduerſarij.*

2 *Poſſeſſio capta infra decendium ad appellandum, eſt attentata, ac nullius momenti, & ea non obſtante, datur priori poſſeſſori manutentio.*

3 *Sententia continens priuationem dicitur continere mixturam, & eſt appellabilis.*

4 *Attentata, appellatione deſerta, reuocantur per viam nullitatis.*

5 *Excommunicationis exceptio impedit manutentionem.*

6 *Fides adminiculata probat.*

7 *Irregularitas non priuat ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria.*

8 *Irregularis antequam priuetur per ſententiam facit fructus ſuos.*

9 *Poſſeſſio alterius non ſuffragatur non habenti cauſam ab eo.*

10 *Immiſſionem petens fatetur, ſe non poſſidere, & quando procedat.*

DECISIO XCVI.

INtroducta cauſa appellationis die 6. Februarij, anni præteriti interpoſitæ ab Angelo à ſententia 30. Ianuarij per Vicarium Caietanum contra eum lata ſuper priuatione beneficiorum, de quibus agitur, & illius collatione facta Ioanni Dominico in vim literarum ſuæ impetrationis certo modo, dubitaui, an dicto Angelo danda eſſet manutentio, & Domini affirmatiuè reſponderunt. Conſtare namque clariſſimè viſum fuit de eius poſſeſſione tempore motæ litis, nedum ex implicita confeſſione Ioãnis Dominici, qui egit contra ipſum, petendo eum bene-
1 ficijs priuari, & realiter amoueri cum amotio ſupponat exiſtẽtiam ad tex. in cap. ad diſſoluen. de deſponſ. impub.
A Et quod ex petita cõtra aliquem immiſſione A, & amotione reſultet confeſſio poſſeſſionis eiuſdem, fuit dictum in Rauennaten. Magazeni 17. Decembris 1604. coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, & in Roman. domorum de Roncionibus 4. Martij 1616. coram me. Sed ex acceptata collatione Vicarij, in qua Angelus aſſeritur vltimus, & immediatus beneficiorum poſſeſſor. Quæ adminiculantur ex alijs deductis per informantes. Non obſtat poſſeſſio capta per Io. Dominicum vigore ſententię, & collationis Ordinarij, quia tanquam infra decendium
2 ad appellandum fuit nulla, attentata, & nullius momenti, c. non ſolum, de appell. in 6. cum vulg. Et ea non obſtante datur priori poſſeſſori manutentio, vt fuit ſæpiſſimè deciſum, & præſertim in Mediolanen. beneficij 10. Martij 1614. coram R. P. D. meo Andrea, in Virdunen. Vicariæ 1. Iulij 1616. & in Boianen. beneficij 6. Iunij 1614. coram me. Nec eſt dubium, quin ſententia Vicarij eſſet appellabilis; tum quia ex forma literarum apparet mixtus exe-
3 quutor, tùm quia continet priuationem, & ſic mixturam. Nec facit prætenſa deſertio appellationis; quia, vltra quod conſtat de diligentijs vltra menſem, non impedit reuocationem attentatorum via nullitatis, Cæſ. de Graſſ.
4 deciſ. 2. de appellat. Et in ſpecie quòd detur priori poſſeſſori manutentio, fuit deciſum in d. Boianen. beneficij 6. Iunij 1614. & 4. Decembr. 1615. coram me, & in alijs. Exce-
5 ptio excommunicationis Angeli promulgata per A. C. ob non ſolutionem penſionis debitæ cuidam Vrſolino, quæ impedit manutentionem, vt in Valentin. penſionis 31. Februarij 1600. coram Litta, & in alijs, ceſſabat ex facto, quia docebatur de abſolutione conceſſa à Priore Annunciatæ Traiecti vigore ſpecialis facultatis A. C. expeditæ ſub ea die, quæ in abſolutione enunciatur. Et licèt de
6 abſolutione conſtet ex fide prædicti Prioris, tamen ea fidem facit, tãquam adminiculis ſuffulta, Verall. deciſ. 234. par. 1. Rot. deciſ. vlt. par. 1. diuerſ. vt in Mediolanen. decimarum 24. Maij præteriti coram R. P. D. meo Andrea. Nam vltra quod eſt ſigillo Prioris, rogitu Notarij, teſtiũque ſubſcriptione munita, & recognita; adminiculatur

ex

Digitized by Google

ex dicta facultate abſoluendi in dicta fide enunciata. Ex-
ceptio irregularitatis deducta ex quadam ſententia de
partibus, ab Angelo (vt ſupponitur) acceptata, nec etiam
videbatur obſtare, cum in ſententia non priuetur benefi-
cijs, & tamẽ irregularitas non priuet ipſo iure, ſed requi-
7 ratur ſententia declaratoria, Nauar. conſ. 13. n. 2. & conſ.
41. n. 4. de homicid. conſ. 69. & 91. nu. 2. & 97. nu. 14. de ſi-
mon. cum alijs per Pariſ. de reſignat. lib. 5. qu. 4. nu. 182. &
cum pluribus per Modern. de benef. par. 11. c. 10. n. 47. Et
8 proinde ante priuationem poſſidet, & facit fructus ſuos,
Felyn. in c. de quarta, n. 33. extr. de præſcript. cum relatis
per Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 15. n. 150. & latè Modern. de
benefic. d. c. 10. n. 47. Nec denique obſtare viſa fuit poſſeſ-
ſio capta per quendam Commiſſarium: quia fuit merè
inſtrumentalis non citato Angelo, nec habuit effectum, vt
conſtat ex confeſſionibus Ioannis Dominici, qui petijt
illum priuari, & amoueri, & ſe immitti ipſo citato, & ac-
ceptauit collationem per priuationẽ Angeli vltimi poſ-
ſeſſoris, & eius vigore poſſeſſionem cępit. Ex quo etiam
conſtat, Io. Dominicum tanquam non habentem cauſam
9 à d. Commiſſario dare non poſſe de illius poſſeſſione,
Soccin. conſ. 59. ſub n. 11. verſ. 3. libr. 4. Crauett. conſ. 258.
ſub num. 12. verſ. ex quibus.

Et ita deciſum fuit vtraque parte informante, &c.

ANNOTATIO.

A Quod immiſſionem petens, fateatur ſe non poſſidere, &
10 ideo amittat vtramque poſſeſsionem naturalem, ſcilicet,
& ciuilem dixi ſupra ad dec. 160. ſub lit. A, & ſemper quã-
do quis ſimpliciter petit immitti, fatetur ſe non poſside-
re, vnde amittit poſſeſsionem, ſi quam habet, quia licet
etiam poſsidens intentare poſsit interdictum adipiſcen-
dæ, ad confirmationem ſuæ poſſeſsionis, vel adeptionem
naturalis, dum habet ciuilem, & ideò hoc caſu ex petitio-
ne immiſsionis reſultare dici non poſsit ammiſsio prio-
ris poſſeſsionis: tamen hoc procedit, quando expreſsè
petitur confirmatio, vel immiſsio in naturalem, ſecus
verò vbi petita eſt immiſsio ſimpliciter, tunc enim ſequi-
tur, quòd petens vult acquirere, & ſic animo conſtituat
ſe non poſsidere, & conſequenter amittat poſſeſsionem,
ita declarat Rota apud Cardin. Mantic. decii. 20. num. 5.
& in Romana de Cincijs 1. Iulij 1624. coram R. P. D. Pi-
rouano.

Io. Franciſcus Ferentillius.

EODEM.

Piſtorien. Beneficij.

Lunæ 16. Nouembris 1615.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata, pendente appellatione à pronuncia ſuper competentia, eſt attentata.*
2 *Appellatio datur à pronuncia ſuper competentia, ſiue expreſsè fiat, ſiue tacitè procedendo ad vlteriora, nu. 3. limita, vt num. 13.*
4 *Iudex, vbi opponitur de incompetentia, procedendo ad vlteriora cenſetur pronunciaſſe ſe competentem.*
5 *Citatio eius, qui commiſsionem obtinuit, ſufficit ad inhibendum etiam ad effectum attentatorum.*
6 *Procurator præſumitur dominium ſuum in partibus intra tempus competens certioraſſe.*
7 *Ignorantia ſupina nihil prodeſt.*
8 *Tranſportatio iurium neceſſaria eſt in cauſa appellationis.*
9 *Productio iurium facta, ſine partis citatione, non ſufficit ad probationem, & num. 14. limita, vt num. 15.*
10 *Productio iurium verbalis non ſufficit ad probationem.*
11 *Productio iurium generalis non ſufficit ad probationem.*
12 *Sententia lata infra breuem terminum eſt nulla. Limita, vt num. 16.*
17 *Sententia quando dicatur infra breuem terminum lata, Iudicis arbitrio remittitur.*

DECISIO LXXXXVII.

SEntentia Iudicis de partibus dicta fuit per Dominos
attentata, & nulla, & ideo reuocanda. Attentata, quia
cum pro parte Gabrielis fuiſſent oppoſitæ contra com-
miſsionem Apoſtolicam exceptiones ſubreptionis, ob-
reptionis, & incompetentiæ, ac repetitæ in termino ci-
tationis pro aſſignatione termini, petita pro parte Ro-
dulphi, iuxta formam Conſtitutionum Synodalium; & il-
lis non obſtantibus Iudex ad vlteriora proceſſerit, aſsi-
gnando terminum, & committendo citationem ad ſen-
tentiam; & ab hoc proceſſu ad vlteriora, & ſic à pronũcia
ſuper competentiam fuerit pro parte Gabrielis, median-
te ſpeciali procuratore appellatum, & de nullitate dictũ,
cum expreſsione cauſarum, & à non delatione dictæ ap-
pellationis rurſus appellatum toties quoties, &c. ſequitur
ſententiam diffinitiuam exinde dicta appellatione pen-
1 dente fuiſſe attentatam, iuxta titulum ff. & Cod. nil inno.
uat. appellat. pend & vulg cap. non ſolùm, de appellat. in
2 6. A pronuncia enim ſuper competentia datur appella-
tio, Gloſſ. fin. in fin. verſ. item quid ſi iudex, in auth. habi-
ta C. ne fil. pro patre, & ibi Cyn. numer. 53. Bart. numer. 8.
Bald. num. 70. ſubdens, dictam Gloſſam ab omnibus com-
muniter approbari, & Angel. num. 14. idem Cyn. in l. 2.
num. 12 & ibi Bart. in prima lect. num. 10. & in repet. nu-
mer. 14. ff. ſi quis ius vocat. non ierit, & latè idem Bart. in
l. 2. num. 13. ff. de appell. recipien. & Bald. in l. 2. numer. 13.
C. de Epiſcop. audiend. cum pluribus per Becc. conſil. 31.
A num. 2. & ſeqq. & Rolan. conſ. 33. per totum, volum. 4. A,
3 ſiuè expreſsè fiat, ſiuè tacitè procedendo ad vlteriora,
Ruin. conſ. 117. num. 18. vbi de communi lib. 5. quem ſe-
quitur Becc. dict. conſil. 31. in fin. Præſertim quando op-
ponitur de incompetentia, quia Iudex procedendo ad
4 vlteriora cenſetur pronunciaſſe ſe competentem, Franc.
in c. ſi duobus, num. 30. verſ. ex quibus, de appellat. Dec.
conſil. 107. in princ. verſ. non obſtat, quod Iudices, Gabr.
lib. 2. tit. de except. concluſ. 1. num. 2. ampliat. 1. & num. 6.
& de communi teſtatur Scacc. de appellat. libr. 3. capit. 2.
quæſt 17. limitat. 6. memb. 7. num. 51. & 60. fol. mihi 580.
Tantò magis, quia fuerat etiam propoſita recuſatio Iudi-
cis vti ſuſpecti, & repetita in termino citationis ad ſen-
tentiam, licet ſine expreſſione cauſæ, & iuramento, & al-
legata auocatione cauſæ facta per Signaturã 4. Iulij 1613.
mediante commiſſione pro Gabriele porrecta, in qua
idem iudex fuit allegatus ſuſpectus tanquam familiaris
Rodulphi: quamuis de illa tunc doctum non fuerit, prout
doceri non potuit, quia commiſſio adhuc expedita eſſe
non poterat. In Vrbe autem citata fuit pro Signatura
pars Rodulphi, ſeu ille, qui obtinuerat primam commiſ-
ſionem, quod ſufficit iuxta reformationem Sanctiſſimi in
5 titulo de Signatura Gratiæ & Iuſtitiæ, in princ. etiam ad
effectum attentatorum. Lancell. de attentat. lit. pendent.
par. 2. cap. 4. in præfat. numer. 80 & fuit dictum in Lucana
parochialis 4. Iulii 1601. coram bon. mem. Cardin. Pam-
philio. Præſertim, quia ſtante (iuxta loci diſtantiam) com-
petenti temporis interuallo, quo Rodulphus poterat
certiorari, prout apparet, certioratum fuiſſe procurato-
rem Gabrielis, ex quo, (vt dictum eſt) allegauit coram Iu-
dice de partibus diem præciſum auocationis, præſumi-
6 tur, dictam citationem ad illius notitiam perueniſſe, iux-
ta conſil. Roman. 481. num. ſeptimo, ſæpius à Rota ſer-
uatum, vt in deciſ. 396. num. 3. part. 1. & melius deciſ. 131.
num.

B num.7.part. 2.diuerſ & in dicta Lucana parochialis B, &
tandem apparet, ipſum ſi non ſpreta Signatura, ſaltem
non habita illi debita reuerentia, nimis properè feſtinaſ-
ſe pro ſententiæ prolatione; & ex prædictis prætenſa il-
7 lius ignorantia videtur ſupina, quæ nihil prodeſt ad text.
in l.ſupina, & in l.regul.§.ſed facti ignorantia, ff.de iur.&
fact.ignor.

Nullitas verò eſt euidens. Primò, ex defectu tranſpor-
8 tationis actorum, quæ eſt neceſſaria iuxta diſpoſitionem
Sacri Concil.Trident.ſeſſ.24.capit.20.§.præterea, & fuit
ſæpius reſolutum. Nec eſt attendenda productio facta
11.Iulij 1614.quia non ſolum (vt ex actis probatur) eſt
9 ſine partis citatione, Bartol.in l.Iudices, in quarto oot.C.
de fid inſtrum. Caſtrenſ.conſ.382.col.2. verſ.nec obſtat,
C quod Lazarus, lib.2.Cardin.Seraph.deciſ.697. num.8.C.
10 ſed etiam fuit verbalis, vt ex eius lectura, Roman. conſil.
156.num.3.verſ.clarum eſt enim. Et nimis generalis vi-
11 delicet, omnia, & ſingula acta, &c.Papien.in form.pro-
ductionis inſtrumentorum in gloſs. & primò quidem,
pag.mihi 85.Aufret.ad Capell.Tholoſ.quæſt.199. verſic.
ſecus ſi produceretur, Aſio.in praxi iudic.§.22.capit.6.
num.1.& 6. Secundò, quia dicta ſententia fuit lata poſt
dictam prætenſam iurium productionem die 16.eiuſdem
12 menſis Iulii, & ſic infra breuiſſimum terminum quinque
D dierum D, ad text.in l.ſi finita, §.non autem ſtatim, ff.
de damn.infect.l.2.& l.3.C.de ſentent.ex pericul.recitan.
Bartol.in l.prolatam, num.10.Cod. de ſentent.& inter-
locut.&c.Put.deciſ.334.lib.primo, in nouiſs. cum aliis la-
tè per Gabr.de ſenten.concluſ.6.numer.quinto, verſic.&
hinc eſt. Tanto magis, quia eſt reuocatoria trium con-
formium, & Signatura commiſerat cauſam cum clauſula,
parito iudicato; & ideò indigebat maturiori, & longiori
cauſæ cognitione.

Et ideò fuit ita deciſum, &c.

ANNOTATIO.

A Adde Fulu.Pacian.in tractat.de probation.lib.1.cap.38.
num.47.Gonzal.ad reg.8.Cancell. gloſs.9.in annot.§.1.
num.196.Grauat.in addit.ad Veſtrum lib.3. capit.10.ſub
num.6.verſic.ſimiliter quando quis Iudicem competen-
tem, Cardin.Canaler.deciſ.2.num.8. limitatur tamen, vt
13 non procedat quando orta diſcordia inter duos Iudices
Ordinarios, vel delegatos ſuperior, vel arbiter electi ſu-
per iſta diſcordia pronunciant, quis eorum ſit compe-
tens: quia ab hac pronuntiatione partes non poſſunt ap-
pellare; ita plures, quos referunt, & ſequuntur Ruginell.
in tract.de appell.§.2.cap.3.nu.188.Scacc.d.memb.7.nu.
B 66.Vide infra deciſ.307.
C Productio iurium, parte non citata ad dicendum contra
14 nihil releuat Honded.conſil.75.num.34.lib.2.Greg.XV.
deciſ.209.num.5.& ibi Beltramin.num.8, & hoc proce-
dit etiam reſpectu inſtrumentorum, quæ ſunt rogata in
actis eiuſdem Notarii cauſæ, quia requiritur ſaltem illo-
rum repetitio cum partis citatione Greg. XV.deciſ.508.
15 num.6.Beltramin.loco cit. Limita quando tertius petit
admitti ad cauſam, quia tunc ad docendum de eius inte-
reſſe ſufficit productio iurium, etiam parte non citata ad
dicendum contra, Rot.deciſ.109.libr.1. & deciſ.71.nu.4.
lib.2.par.3.diuerſ.in Giennen.Cappellaniæ 8.Iunii 1605
coram Cardinali Lancellotto, & in Egitanien.commen-
dæ 26.Aprilis 1624.coram bo.mem.Vbaldo Limita ſe-
cundò, vbi pars comparuit, & ea præſente facta eſt pro-
ductio, hoc enim ſufficit, licet non fuerit citata, cum ci-
tatio non fiat, niſi vt pars compareat; notat Caſtr.dict.
D conſ.382.ſub num.3.circa med Sententia lata præcipi
tanter, & infra breuem terminum, eſt ipſo iure nulla, ve-
rùm hoc non procedit, quando infra illud tempus Iudex
potuit eſſe de cauſa inſtructus Aym.conſ.179.nu.1.Me-
noch.aliis adductis, de arbit.iud.q.42.num.9. Verall.dec.
238.lib.1.in manuſcr. Rota deciſ.125. nu.2.par.2.recent.
in Bononien.Portoni 8.Martij 1610. coram Reuerendiſſ.
D.meo Patriarcha Pamphilio, quæ loquitur in termino
ſex dierum, & in termino 13.vel 15.dierum. Rot.in Ro-
mana pecun.13.Februarij 1612. coram Cardinali Sacra-
to, & in Mediolanen.bonorum 11.Aprilis 1622.coram
R.P.D.meo Pirouano; & hoc habet locum etiam quando
breuitas temporis fuit talis, in qua Iudex adhibere potuit
aliqualem cauſæ cognitionem, licet non plenam, vt no-
tat Abb.in cap.ex literis, n.6.de reſtit.in integr.Put.deciſ.
4 de iudic.Verall d.deciſ.238.in manuſcription.Gabr.de
ſentent.concluſ.6.num.19.Mantic.deciſ.84.in fine. Iudi-
cis tamen arbitrio remittitur, quando ſententia dica-
17 tur intra breue tempus, & celeriter lata, Pariſ.conſil.79.
num.14.lib.1.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

EODEM.

Toletana Decimarum de Verceal.

Lunæ 14.Martij 1616.

SVMMARIVM.

1 *Deſerta cauſa appellationis, durat cauſa nullitatis vſque
ad 30.annos, ſi æquè principaliter fuerat commiſſa cauſa
appellationis, & nullitatis.*
2 *Deſerta cauſa appellationis, deſeritur etiam cauſa nullita-
tis, ſi notorium eſt, non adeſſe nullitatem.*
3 *Remiſſoria con[illegible]tur, non obſtante quòd fuerint examina-
ti teſtes ſuper aliis articulis, & eorum dicta publicata, ſi
articuli, qui de nouo dantur, contineant materias diuerſas
nec comprehendantur expreſsè, vel tacitè ſcilicet de ne-
ceſſitate, vel facti, vel probationis, vel vtriuſque ſimul ſub
primis, & num.7.*
4 *Remiſſoria non conceditur ad proban. titulum, quando fue-
runt examinati teſtes ſuper præſcriptione, & illorum di-
cta deducta, quia titulus cenſetur de neceſſitate tacitè ar-
ticulatus.*
5 *Remiſſoria conceditur, ſi petatur ad probandum titulum,
& primi articuli fuerunt ſolum formati ſuper poſſeſſione,
& è contra.*
6 *Remiſſoria conceditur, licèt fuerint examinati alii teſtes, &
eorum dicta publicata: ſi primi admiſſi fuerunt in poſſeſſo-
rio, & poſtea porrigantur alij articuli diuerſi in petitorio.*
8 *Immemorabilis nunquam dicitur fuiſſe articulata, niſi ar-
ticuli continuerint requiſita per Gloſ.in c.1.de præſcript.*

DECISIO XCVIII.

PLacuit DD.reſolutio facta 4.Decembris preteriti co-
ram R.P.D.Dunozetto pro conceſſione remiſſoriæ
1 non obſtan.in contrarium adductis. Nam primò quoad
defectum iuriſdictionis ex capite (vt prætenditur) deſer-
tæ appellationis, dixerunt, quod cum fuerint æquè prin-
cipaliter commiſſæ cauſæ appellationis, & nullitatis, etiā
ſi appellatio eſſet deſerta, nihilominus vſque ad 30.annos
durat cauſa nullitatis, iuxta opinionem Bartol.in l.ſi ex-
preſſim.num.14.de appell. cum plur. per Couar.pract.q.
cap.24.in fin.Lancellor.de attent.nullit pend.c.17.n.71.
Put.deciſ.178.libr.2.in nouis, & fuit dictum in Elnen.de-
cimarum 26.Februarij 1587.coram Orano.in Carthagi-
nen.penſionis 13.Martij 1600. coram Illuſtriſs. D.Card.
Lancellot, & in Placentina parochialis 1.Decembr.1603.
A coram bo.mem.Luta. A Nec obſtare viſum fuit, ſenten-
tias de partibus non eſſe nullas, & ſic eſſe etiam deſertam
2 cauſam nullitatis ad deciſ.Achill.15. de reſcript.& conſe-
quen-

Digitized by Google

quenter ceſſare iuriſdictionem; quia dicta deciſio expreſ-
sè, & in verbis loquitur, quando notorium eſt, nullitates
non adfuiſſe, & procedit ſolum, quando conſtat notoriè
de non iure committentis cauſam, vt declarauit Rota in
Regien. Prioratus 16. Ianuarij 1597. coram bo. mem. Pe-
B nia. B & ideò cum de his non appareat, applicari non
poteſt.

Secunda verò oppoſitio, quod remiſſoria petatur ſu-
per eiſdem articulis, ſuper quibus teſtes fuerunt recepti,
& (vt præſupponitur) publicati, continebant ſolũ, quod
Hoſpitale ex Regijs, & Pontificijs priuilegijs ſolitum erat
percipere decimas ab eius arrendatariis, & eas non ſolue-
re de bonis non arrendaris, & ſemper in hac quaſi poſſeſ-
ſione extitiſſe; articuli verò, ſuper quibus hodie petitur
remiſſoria, formiter continent immemorabilem cũ qua-
dragenaria de viſu, & fama, & alijs requiſitis per Gloſ. in
c. 1. de præſcript. in 6. circa perceptionem dictarum deci-
marum, & exemptionem ab earum ſolutione, & etiam ſu-
per eo, quòd prędium de Verceal eſt extra limites Cathe-
dralis Toletanæ: & ideò nõ poſſunt dici comprehenſi ſub
primis articulis, nec expreſsè, vt apparet indubitatum ex
eorum lectura, nec tacitè ſcilicet de neceſſitate, vel facti,
vel probationis, vel vtriuſque ſimul, quia immemorabilis
nunquam dici poteſt incluſa ſub primis ſolam poſſeſſio-
nem, & ſolitum ſimpliciter continentibus; & tamen ad ef-
3 fectum ne produci, & examinari poſsint noui teſtes poſt
publicatas atteſtationes, requiritur, nouos articulos ali-
quo ex prædictis modis includi de neceſsitate ſub primis
iuxta doctr. Bart. in auth. at qui ſemel, n. 24. C. de probat.
Angel. in Authent. de teſt. §. quia verò, num. 19. poſt med.
verſ. breuiter veritas eſt, Abb. ex mente Innocen. & Ioan.
Andr. in c. fraternitatis, n. 8. verſ. ſed breuiter, de teſtib. &
ibi Imol. nu. 9. verſ. nouum autem, latè Soccin. nu. 21. in 7.
principali articulo, & Felin. nu. 11. verſ. illud autem nota,
Anchar. in clem. 2. nu. 10. de teſt. & ibi Vital. nu. 122. ante
fin. verſic. illud autem eſt, & Lanfranc. de Orian. in tract.
4 de teſt. nu. 40. prout quando prius fuerunt inducti teſtes
ad probationem præſcriptionis, nec fuit probatus titu-
lus; tunc enim, quia titulus etiam cenſetur de neceſſitate
articulatus, ex quoad probationem pręſcriptionis eſt ne-
ceſſarius, non poſſunt amplius ad eius probationem noui
teſtes admitti poſt publicatas atteſtationes, vt exemplifi-
cant Bart. in d. authent. at qui ſemel, d. nu. 24. verſ. exem-
plum, & ibidem Ang. num. 3. & Sichard. nu. 24. idem Ang.
in d. §. quia verò, d. n. 18. verſ. tertio caſu, Innoc. in d. cap.
fraternitatis, verſ. ſed quidam dicunt, & ibi Ioan. And. nu.
92. Butr. nu. 16. verſ. per hoc deciditur, nu. 13. & 14. Abb.
d. nu. 8. verſ. exemplum, Card. num. 3. verſ. tertiam conclu-
ſionem, Imol. nu. 9. poſt med. verſic. vbi autem articulus,
Bellam. num. 8. & Soccin. d. num. 21. verſ. circa ſeptimum,
Ancharan. in d. clem. 2. numer. 10. verſ. in primo de teſt. &
5 ibi Vitalin. nu. 122. circa fin. & prout etiam quando pri-
mi articuli ſolum fuerunt ſuper poſſeſſione formati, non
prohibentur teſtes de nouo induci ſuper titulo, & è con-
uerſo quando ſuper titulo fuerunt inducti, poſſunt de no-
uo alij ſuper poſſeſſione examinari, vt tradit Io. And in
d. cap. fraternitatis ante num. 21. verſ. ſi verò, & ibi Felyn.
d. num. 11. verſ. & in eo quod dicitur, tantò magis, quia in
caſu iſto primi articuli videntur reſtricti ad probandam
poſſeſsionem de tempore motæ litis, & ſic per triennium
ante annum 1605. ad effectum obtinendi manutentionẽ,
ſuper qua ad fauorem Hoſpitalis fuit à primo Iudice pro-
nunciatum; hodie verò dantur alij articuli ad excluden-
dam intentionem Illuſtriſs. D. Cardinalis Archiepiſcopi
6 in petitorio; & ideò cum teſtes fuerint ad finem diuer-
ſum ab eo, de quo modo agitur, examinati, non poteſt
impediri quin alij teſtes ſuper alijs, & diuerſis articulis
recipiantur, Bald. in d. authent. at qui ſemel, nu. 5. Ex qui-
bus etiam ceſſat conſil. Roman. 479. quia expreſsè loqui-
7 tur quando primi articuli continent tempus ſufficiens ad
præſcriptionem, & ſic ſecundi ſpeciales erant ſub primis
generalibus comprehenſi; & ita d. conſ. intelligit Aym.
conſil. 134. num. 46. quem Gab. de teſt. concluſ. 21. nu. 17.
8 Nec poteſt dici, immemorabilem fuiſſe articulatam in
primis, cum in eis appoſita legatur dictio, ſemper, quia
non ideò continent requiſita, de quibus per Gloſ. in d. c.
1. de pręſcript. in 6. ſine quibus immemorabilis ceſſat, nec
poteſt dici articulata.

Et ideò fuit concluſum, ſtandum eſſe in deciſis, &c.

ANNOTATIO.

A Quod deſerta appellatione non ſit deſerta cauſa nullita-
tis ſimul, & æquè principaliter commiſſa, præter hic alle-
gatos Seraphin. deciſ. 1485. num. 1. Scacc. de appellat. lib.
3. cap. 2. quæſt. 17. limit. 2. nu. 126. Veſtr. in prax. lib. 8. c. 1.
Rota deciſ. 512. ſub num. 3. & deciſ. 591. num. 4 par. 2. re-
cent. Greg. XV. deciſ. 306. num. 2. & ibi Adden. numer. 3.
Marcheſ. de commiſs. par. 3. de commiſs. ſanator. nullit. §.
1. numer. 9. & ſeqq. Gaill. variar. obſeruat. lib. 1. obſeruat.
235. num. 6. & fuit dictum in Ariminen. fideicommiſſi 31.
Maij 1624. coram R. P. D. meo Merlino, & quod duret
vſque ad 30. annos, fuit dictum in Elboren. iuris conferen-
di 24. Ianuarij 1614. coram bon. mem. Patriarcha Man-
zanedo; & in Romana pecuniaria 17. Iunij 1620. coram
bo. mem. Dunozetto, & infra coram Domino meo deciſ
836. num. 9.
B Rota in Ciuitatis Caſtelli bonorum 15. Martij 1621. co-
ram Illuſtriſſimo Domino meo Cardinali Veroſpio.
C Poſt publicatas atteſtationes, & didicita teſtificata con-
ceditur remiſſoria, ſi articuli, qui de nouo dantur, conti-
neant materias diuerſas, vt hic, & infra deciſ. 392. nu. 3. &
deciſ. 827. num. 4. latè Farinac. de teſtibus, quæſt. 75. n. 92.
& 136. & ad hunc effectum excludendi remiſſoriam ſuffi-
cit, ſi articuli noui contineant eamdem materiam licèt
ſub diuerſis verbis conceptam; non ſtructura enim, & ſo-
nus verborum, ſed ſubſtantia, & virtus articulorum attẽ-
di debet, Aym. conſ. 134. num. 47. Pariſ. conſ. 122. num. 1.
lib. 1. Greg. XV. deciſ. 497. num. 3. Rota in Ianuen. pecu-
niaria 5. Iunij 1614. coram bon. mem. Vbaldo, & in Pam-
pilonen. iuris viſitãdi 15. Martij 1624. coram R. P. D. meo
Merlino, & infra deciſ. 180. num. 3. quando autem articu-
li dicantur noui, & quando antiqui, vel ab antiquis de-
pendentes, tradunt Farinac. & alij ab eo cumulati d. qu.
75. à nu. 29. vſque ad 32.

Io. Franciſcus Ferentillius.

EODEM.

Palentina Capellaniæ.

Veneris 14. Nouembris 1614.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta, pendente termino ad appellandum eſt at-
tentata, & priuilegio attentatorum reuocanda.*
2 *Attentatorum reuocatio petenda eſt coram Iudice appel-
lationis, cuius fuit læſa maieſtas.*
3 *Commiſſio intelligitur prout de iure.*
4 *Executio directa facta, pendente appellatione, illa deſerta,
non reuocatur.*
5 *Attentatis renunciaſſe, & ab eis excluſus videtur, qui in-
tra terminum ſibi præfixum, non dedit de attentatis co-
ram Iudice appellationis.*
6 *Appellatio coram Iudice non interpoſita, nulla eſt.*
7 *Appellatio nulla non cauſat attentata.*

8 Re-

8 *Reſtitutio in integrum non datur aduerſus rem iudicatam*
poſt lapſum quadriennij.
9 *Executio facta ante obtentam reſtitutionem in integrum*
non reuocatur tanquam attentata.
11 *Inſtitutio facta pendente tempore ad appellandum, & poſ-*
ſeſſio inde ſecuta, licet non iuſtificata legitima appella-
tione, non reuocentur tanquam attentata, reuocantur per
viam nullitatis.

DECISIO LXXXXIX.

1 Licet poſſeſſio Cappellaniæ capta pro Petrum, pen-
dente termino ad appellandum à ſententia Ordina-
rij Palentini ad eius fauorem lata, ſubſecuta Andreæ eius
aduerſarij legitima appellatione, fuerit attentata, c. non
ſolum, de appell. in 6. & ibi Gloſ. & priuilegio attentato-
rum reuocanda, Franch. ibi numer. 7. Seraph. deciſ. 1583.
num. 1. Tamen contrarium concluſerunt DD. in præſenti
caſu.
Primò, quia dicta reuocatio attentatorum pendente
tempore ad appellandum erat petenda, ſicut etiam attẽ-
2 tatorum poſt appellationem, coram Metropolitano Iu-
dice appellationis, d. c. non ſolum, ibi, ante omnia per ap-
pellationis Iudicem, &c. vt poſt Io. Andr. notant ibi Frãc.
& Anchar. in 2. notab. & Gemin. ſub num. 4. & ſic per Iu-
dicem, cuius fuit læſa maieſtas, Rot. deciſ. 10. num. 4. vt lit.
pend. in nouis, & eſt deciſ. Illuſtriſſimi Cardinalis Lancel-
lotti in Vlixbonen. beneficij 24. Nouembris 1597. cum
allegat. per Lancell. de attent. qui de communi 2. par. cap.
27. num. 32. & ſeqq. & præſertim num. 35. & 36 Non ob-
ſtat commiſſio cum facultate reuocandi quæcumque at-
tentata, quia intelligitur prout de iure, Creſc. deciſ. 1. de
3 reſcript. & ſic non niſi per iudicem appellationis. Secun-
dò, quia poſt rem iudicatam non eſt locus reuocationis
A attentatorum A, executio enim facta, pendente appella-
4 tione, illa deſerta, conualeſcit, quando executio eſt dire-
cta, vt beneficij controuerſi poſſeſſionis adeptio. Sublata
enim appellatione, tollitur ſuſpenſio iudicati iam indu-
cta, & executio firma remanet, & licet male facta non re-
uocatur, cum de nouo fieri deberet, & firmato principa-
li, videlicet ſententia, firmatur acceſſorium, quod eſt ipſa
executio, vt poſt Io. Monach. quem refert Io. And. & vtrũ-
que Franch. cap. licet, num. 4. verſ. quod autem de ſenten.
excomm. in 6. Anchar. cap. non ſolum, n. 7. de appell. Mi-
lis in verb. executio facta pendente, Lancell. de attent. ap-
pell. pendent. 2. par. cap. 12. ampl. 1, n. 14, & ſeqq. Ad quod
facit optimè text. à contrario ſenſu in l. cum ex cauſa, ff.
de appellat. quem adducit Monach. dict. cap. licet, numer.
primo, verſ. ſed quæro in principio. Et inde etiam cum
5 Andreas non dederit de attentatis coram iudice appella-
tionis, ſed eo non contradicente, Petrus obtinuerit ſen-
tentiam confirmatoriam primæ, videtur tacitè renun-
ciaſſe attentatis, & ab eis excluſus, Bart. in l. 3. §. ſed & ſi
is cui, num. 2. ff. de nou. oper. nunc. Paris. conſ. 41. num. 37.
vol. 1. Lancell. 2. par. cap. 12. de attent. appell. pend. nu. 3.
limit. 14.
Vnde cum Andreas non appellauerit à ſententia Me-
tropolitani confirmatoria primæ: prætenſa enim appel-
latio eſt interpoſita coram Notario illam intiman. non
6 autem coram iudice, & ideo eſt nulla, capit. vt debitus, de
appellat. nec cauſat attentata, Lancell. d. cap. 12. limit. 50.
num. 184.
Et quatenus fuiſſet legitimè interpoſita, fuit deſerta
ob lapſum, nedum biennij, ſed etiam quinquennij: & ſic
8 non poteſt iuuari, commiſſione cauſæ reſtitutionis in in-
tegrum, l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit. cap. 1. de reſt.
in integr. vltrà quod executio facta ante obtentam reſti-
tutionem in integrum non reuocatur tanquam attẽtata,
Lancell. d. c. 12. limit. 50. nu. 23. ex quibus dixerunt DD.
non applicari huic caſui deciſionem, Cæſar. de Graſſ. 2. de
appell. & propterea recedendum eſſe à deciſis.

EODEM.

Foroliuien. fideicommiſſi.

Lunæ 16. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ceſſant, appellatione ſublata, & num. 12.*
2 *Attentata conſiderari non poſſunt reſpectu Iudicis, qui poſt*
delationem appellationi, nihil innouauit.
3 *Iudex deferendo appellationi abdicat à ſe iuriſdictionem,*
& illam transfert in Iudicem, ad quem.
4 *Attentata conſiderari non poſſunt reſpectu partis, quæ*
ignorauit, Iudicem appellationi detuliſſe.
5 *Sententia interlocutoria executioni demandata nequit à*
Iudice in præiudicium partis appellatæ reuocari.
6 *Appellationis delationi conſentire videtur pars appellata*
per impetrationem commiſſionis cauſa appellationis.
7 *Procurator non poteſt, ſine ſpeciali mandato, actum facere,*
ex quo cauſarentur attentata.
8 *Filius quando poſſidet eſt legitimus contradictor ad impe-*
diendam immiſſionem fideicommiſſariorum, ratione legi-
timæ ſibi debitæ: niſi fideicommiſſarij velint retentionem
pro legitima concedere.
9 *Hæres petens ſe immitti contra fideicommiſſarium, exclu-*
ditur, quando certum eſt, quid ſit detrahendum, quia ſuffi-
cit, illud ſibi à fideicommiſſario reſtitui.
10 *Fideicommiſſario conceditur immiſſio pro indiuiſo, non ob-*
ſtante detractione legitimæ, & Trebellianicæ, & nu. 15.
11 *Iniuſtitia notoria requiritur ad cauſandum attentata in*
terminis Aegidianæ.
13 *Appellatio nulla non ſuſpendit ſententiam, nec cauſat at-*
tentata.
14 *Attentata an dicantur geſta pendente termino ad appel-*
landum, ſi poſtea appellatum non fuerit.

DECISIO C.

Concluſum fuit pro non attentatis, quia poſſeſſio
fuit capta in vim mandati pro fideicommiſſarijs ex-
pediti, vigore ſententiæ Rotalis ſuper immiſſione ad eo-
1 rum fauorem latæ. Et ideò intrat Ægidiana prohibens
A appellationem, qua ſublata, ceſſant attentata A, ex vul-
gar. Et licet poſt expeditum ante tamen exequutũ man-
datum fuerint Oliuerijs appellantibus dati reuerentiales:
2 tam ex hoc non fuit effecta cauſa appellabilis, nec cauſata
attentata: quia iudex, qui per delationem abdicauit ſolũ
3 à ſe iuriſdictionem illam transferendo in iudicem, ad quẽ
cap. cum appellationibus, §. ſi verò, vbi Doct. de appell.
in 6. Marant. in ſuo Spec. 3. par. 6. par. principalis. quæſ. 2.
num. 146. cum allegatis per Lancell. 2. par. c. 12. de attent.
appell. pend. limit. 6. & limit. 1. n. 66. & ſeqq. nihil vlterius
innouauit. Et ideò poſſeſſionis adeptio reſpectu iudicis
non fuit attentata, nec reſpectu partis, quæ delationem
ignorauit, & cui poſt expeditum mandatum iudex dan-
4 do reuerentiales præiudicare non potuit, cum expeditio
mandati ſit interlocutoria executioni demandata, quam
iudex in præiudicium partis appellatæ reuocare non po-
5 tuit, Gloſ. vltim. ad fin. in l. 1. §. fin. ff. de prætor. ſtipul. vbi
Bart. num. 4. Caſtrenſ. num. 2. verſ. tertio modo, Roman.
conſ. 226. in princ. Iaſ. in l. quod iuſſit, nu. 32. ibique Rip.
num. 33. dicens gloſſam illam ab omnibus approbatam,
ff. de re iud.
Non obſtat commiſſio cauſæ appellationis interpoſi-
6 tæ pro parte Eliſabethæ, & Armelinæ, imperrata per ap-
pella-

Digitized by Google

pellatos, ex qua videntur conſenſiſſe delationi, ad notat.
per Lancell.d par.2.cap.12. num.27.cum ſeqq. Quia fuit
obtenta per procuratorem generalem ad lites, qui non
7 potuit ſine ſpeciali mandato actum facere, ex quo cauſa-
rentur attentata, Rot.deciſ.81.alias 7.vt lit. pend.in no-
uis, cum alijs per Lancell.de attent.par.1.cap.1.num.13.
B & ſeqq.B

Minus facit prætenſa iniuſtitia ſententiæ ex eo, quod
cum eſſet detrahenda legitima, iuxta deciſionem factam
9.Maij 1611.coram R.P.D.Pamphilio, non potuerit da-
ri immiſsio pro duabus ex tribus partibus pro indiuiſo,
ne appellantes inuiti inciderent in communionem.Quia
8 licet filius ſit legitimus contradictor quando poſsidet,ad
impediendam immiſsionem ratione legitimæ ſibi debi-
tæ,Zuccar.in l.fin.n.429.& 430.C.de edict. Diu.Adrian.
tollen.Menoch de adipiſc.rem.4. nu.642.& 643. Tamen
ſicuti hæres petens ſe immitti contra fideicommiſſarium
poſsidentem, vt detrahat quartam, excluditur, quando
9 quarta eſt certa, quia ſufficit illam ſibi à fideicommiſſa-
rio reſtitui, Corn.conſil.232.num.15. Zuccard.d.l.fin.n.
428.Menoch.d.remed.4.num.641. Surd. deciſ.333.nu.6.
in quarto volum.conſ. Ita non poteſt impediri immiſsio
fideicommiſſarijs volentibus concedere retẽtionem pro
legitima. Et hãc opinionem vti valde æquam ſeruat Ro-
ta, concedendo immiſſionem fideicommiſſario pro in-
10 diuiſo,non obſtante detractione legitimæ,vel Trebellia-
nicæ, vt in Interamnen.de Paradiſis 1.Iulij 1607. coram
R.P.D.meo Pamphilio, & in Cæſenaten. de Aldinis 24.
C Iunij 1611.coram R.P.D.meo Decano C, & ita excludi-
11 tur prætenſa iniuſtitia, quæ deberet eſſe notoria ad cau-
ſandum attentata,vt ſunt verba eiuſdem Ægidianæ, & la-
tè declarat Contardus de moment.poſſ.limit.9. ratione
notoriæ iniuſtitiæ. Ceſſat etiam motiuum non præſtitæ
cautionis refectionis melioramentorũ,quia illa fuit præ-
ſtita in partibus ante adeptam poſſeſſionem.

Et ita concluſum non conſtare de attentatis.

ANNOTATIO.

A Quod appellatio interpoſita in caſibus, in quibus non
licet appellare, non cauſat attentata, quia illa ceſſant ap-
12 pellatione ceſſante,tradunt Rota Bononien. deciſ.76.n.
1.diu.Cabed.deciſ.120.nu.5.par.1. Surd.de aliment.tit.8.
priuileg.10.n.11.Roland.alijs citatis conſ.77. nu.20.lib.2.
Lancell.de attent.par.2.cap.12.limit.25.nu.1.& ſequent.
Surd.deciſ.160.n.54.Rota deciſ.183.ſub n.3.in fin.par.2.
recent.& fuit dictum in Taruiſina feudi 15.Ianuar.1624.
coram bo.mem.Remboldo,in qua hæc deciſio allegatur:
13 & idem procedit, quando appellatio eſt nulla, quia non
ſuſpendit ſententiam, nec cauſat attentata, paria enim
ſunt non appellare,vel nulliter appellare,ita Pariſ.108.n.
26.vol.1. Surd.d.conſil.160.nu.55.Rota deciſ.75.de ap-
pellat.in antiq. quæ loquitur etiam poſt præſentatam in-
hibitionem. Pari ratione,quamuis regulariter geſta pen-
14 dente tempore ad appellandum ſint attentata, quando
tamen appellatio non interponitur intra eundem termi-
num,non dicuntur attentata,Lancell.d.par.2.cap.11.nu.
42.licet autem non reuocentur ex priuilegio attentato-
rum,reuocantur ſaltem per viam nullitatis,Seraph.deciſ.
406.num.3. Rota deciſ.598.nu.2.& 618.num.2.par.1.re-
cent.& deciſ.406.n.2.par.2.diuerſ.Greg.XV. deciſ.91.n.
8.& deciſ.339.nu.4.& ibi Adden.n.6.& fuit dictum in Pi-
ſcien.beneficij 20.Maij 1628.coram R.P.D.meo Vbaldo
iuniori,& infra in alijs coram D.meo.

B Caputaque deciſ.184.part.1.Rota deciſ.705.ſub numer.
4.part.1.& deciſ.201.num etiam 4.part.2. recent.in qui-
bus redditur ratio, quia attentata ſapiunt delictum, &
mandatum nunquam datum cenſetur ad delictum, niſi
exprimatur.

C Quòd Rota ſoleat fideicommiſſario immiſſionem pro
indiuiſo concedere, non obſtante detractione legitimæ,
vel Trebellianicæ, quando quantitas eſt certa ratione
loci,& quotæ fuit etiam dictum infra in Tudertina prædij
1.Iunij 1615.in Recanaten.ſucceſſionis 28.Iunij 1617.in
fine, & in Spoletana fideicommiſsi 2.Decembris 1620.
etiam in fine coram D.meo, & in Bononien. fideicom-
miſsi de Lambertinis 29.Maij, & 15.Nouembris 1624.
coram bon.memor.Patriarcha Hieroſolimitano, in Bo-
nonien. de Catancis 27.Nouembris 1620. & 13.Februa-
rij 1623. coram R.P.D.meo Pirouano, in Tuſculana fi-
deicommiſsi 4.Iunij 1618.in Bononien.fideicommiſsi de
Manzolis 16.Aprilis 1627. & in Montis Faliſci fideicom-
miſsi 21 Aprilis 1627. coram Reuerendiſsimo D.meo
Coccino Decano, in quibus Rota hanc deciſionem ca-
nonizauit,& ſequitur Beltramin.ad deciſ.185.Greg.XV.
num.4.

Io.Franciſcus Ferentillius.

E O D E M.

Cloſina poſtæ puteoli.

Lunæ 13. Febrarii 1617.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non eſt deſerta, quando cauſa fuit commiſſa intra terminum decem dierum datum pro reſponſione de Apoſtolis reuerentialibus.*

2 *Commiſſio expedita ante prolationem ſententiæ,non ſuffragatur,& num.19.Limita,vt nu.21.*

3 *Sententia tranſit in iudicatum, quando pars non proſequitur appellationem infra terminum à Iudice præfixum.*

4 *Commiſſionis præſentatio, & non impetratio attendenda eſt.*

5 *Clauſula, quam,& quas, &c.comprehendit cauſam appellationis.*

6 *Clauſula, quam, & quas, &c. comprehendit etiam cauſas mouendas, & futuras circa idem negotium, ita ut impetrans ſpecificare poſſit cauſas, quas vult.*

7 *Verba,habere poteſt,comprehendunt etiam ius de futuro.*

8 *Quomodolibet, dictio quid importet.*

9 *Reſcripta delegatoria in dubio fauore ſupplicantis interpretationem recipiunt.*

10 *Commiſſio ſuper futura cauſa valet, quando conſtat de voluntate Papæ concedentis.*

11 *Mandatum extenditur ad lites, & cauſas etiam futuras, quando conſtat de mente conſtituentes, vt ſi dicat ad omnes, & quaſcumque lites.*

12 *Clauſula, quam, & quas, &c.operatur, vt procedi poſſit prout in prima,non autem,vt in cauſa appellationis. Declara vt ibi.*

13 *Subreptio non vitiat reſcriptum ipſo iure,ſed per exceptionem.*

14 *Subreptionis exceptio tanquam dilatiua opponi, & probari debet ante litem conteſtatam,& incontinenti.*

15 *Subreptionis exceptio vbi oppoſita non fuit ante litem conteſtatam,ſententia ſubſecuta valida eſt.*

16 *Reſcripta ad cauſas appellationis non ſunt odioſa, nec requirunt illam ſubtilitatem circa expreſſionem, vel ſuppreſſionem veritatis, quæ in aliis deſideratur.*

17 *Rota in dubio ſemper tenet pro non deſertione cauſæ, & num.22.*

18 *Deſertione non obſtante, Rota appellantem audire conſueuit, attenta qualitate, & grauitate cauſæ.*

20 *Commiſſio ſi fuit expedita eadem die, qua fuit appellatum, præſumitur, appellationem præceſſiſſe.*

DE-

DECISIO CI.

NOn conſtare de re iudicata Domini reſponderunt.
Nam ex parte Excellentiſs. Domini Ducis Sforti æ
1 fuit appellatum à ſententia Rotali diffinitiua, & appella-
bili, & commiſſio cauſæ appellationis producta parte
citata infra terminum decem dierum datum pro reſpon-
ſione de apoſtolis reuerentialibus iuxta ſtylum, de quo
per Caſſador.deciſ.4.in princ.de appellat. Caputaq.de-
ciſ.31.par.1. Lancellot.de attent.par.2.cap.12. in præfat.
num.59. Veſtr.in prax.lib.3.cap.5.num.4. & lib.7.capit.
vlt.nu.6.Nec viſum fuit obſtare fundamentum Excellen-
tiſſimi Domini Marchionis à Cornea appellati, quòd
2 commiſſio fuerit expedita per duos dies ante prolatio-
nem ſententiæ, & ſic non potuerit comprehendere cau-
ſam appellationis nondum interpoſitæ, Bellam.deciſ.28.
Cæſar.de Graſſ.deciſ.2.de reſcript.Lancell.de attent.cap.
A 2.par.2. num.1. A cum alleg.ideoq.ex capite non proſe-
quutæ appellationis infra terminum à Iudice præfixum
3 tranſiuerit in iudicatum, cap.perſonas, & c. cum ſit Ro-
mana,& ibi omnes de appellat.cum ſupra allegat.Quia
omiſſo an probetur expeditio commiſſionis ante ap-
4 pellationem ex ſola annotatione diei à tergo dictæ com-
miſſionis C. vt dicitur,manu magiſtri Curſorum facta, &
quæ fides in hoc ſit adhibenda dictæ annotationi,præſer-
tim cum agatur de inducen. deſertione, ex quo in com-
miſſionibus appellationum in Curia interpoſitarum non
apponitur data,& ideo præſentatio,(quæ cum hic facta
fuerit eadem die interpoſitæ appellationis, præſumitur
præceſſiſſe)& non impetratio illarum attenditur, Rot.
deciſ.2.nu.4.de except.in nou. Reſpondebatur, commiſ-
5 ſionem habere clauſulam ac quam,& quas orator contra
aduerſarium quomodolibet habet, & mouet, habereque
& mouere vult & intendit, quæ non ſolum de per ſe
comprehendit cauſam appellationis, Rota deciſ 34.alias
493. de reſcript. & deciſ.11. alias 343. de offic.deleg.in
nou. Mandoſ.de commiſs. forma prima in verb.quam &
quas, & Card. Seraph.deciſ.644. in fin.& vti concepta
per verba futuri temporis etiam cauſas mouendas, Man-
doſ.vbi ſupà, & ſenſit Cæſ.de Graſſ.deciſ.2.num.4. & 5.
de reſcript. & futuras circa idem negotium, Rot.deciſ.
18. in addit.num.2. de reſcrip. in nou.& in Calagurritana
7 beneficij de Ariola 17. Iunij 1594 coram bo.mem.Gip-
ſio, ita vt impetrans ſpecificare poſſit cauſas, quas vult
Achill. deciſ.22. numero 2. de appellat. prout ſimilia
verba habere poteſt, comprehendunt etiam ius de futu-
ro,Bart.in l.qui Romæ,§.duo fratres,num.19.verſ.ad ſo-
lutionem, & ibi Alexand. de communi nu.56. ff.de verb.
oblig.Bero.conſil.130.num.24.vol.2.Peregr.de fideicom.
8 art. 52. ſub num.32. ponderata præſertim dictione illa
vniuerſali quomodolibet, quam in ſimili conſiderant
Bero.ſub d.num.24. verſic.ſed in caſu noſtro, & Peregr.
vbi ſupra n.33.quod tanto magis videtur dicendum,quia
in dubio reſcripta delegatoria fauore ſupplicantis in-
9 terpretationem recipiunt, Caſſad.deciſ.6.numero 4.de
reſcript. Honded.conſ.94.num.66. vol.1. Nec dubitari
poteſt, quin valeat commiſſio ſuper futura cauſa, quan-
do conſtat de voluntate Papæ concedentis, Ioan. Andr.
10 ad Speculat.tit.de reſcript.præſentatione §.fin.lit. D.vbi
de commiſſione cauſarum contra debitores præſentes,&
futuros,Butr.in cap.fin.num.21.de reſcript & ibi Cardi-
nalis num.67. in 6.oppoſ.Imol.col.3.num.8. Barbat.nu.
38.Adden.ad Rot. deciſ.18. alias 148. eodem tit.in nou.
Innoc. in cap. cum olim in princ. verſ.nec abſurdum de
officit deleg. ſicuti quando conſtat de mente conſtituen-
11 tis procuratorem, mandatum extenditur ad lites, &
cauſas etiam futura, dummodo non requirant ſpeciale
mandatum,vt ſi dixerit ad omnes, & quaſcunque lites, &
cauſas,Rot.deciſ.1.num.1. verſ.hoc verum de procur.in
nou.Grauat.ad Veſtr.lib.4.c.5.n.38. De tali autem men
te Sanctiſſimi clarè hic videtur conſtare,tum ex præfatis'
tum etiam quia dicta clauſula,quam,& quas,non videtur
poſſe referri ad appellationem interpoſitam cum de illa
ſupra facta eſſet expreſſa mentio in commiſſione,ideoq;
ad euitan.ſuperfluitatem intelligenda eſt de appellatione
interponenda.

Non obſtat,quòd in vim dictæ clauſulæ procedi poſſit
12 vt in prima,non autem vt in cauſa appellationis;Docto-
res enim ad hoc allegati loquuntur, vbi non conſtat de
appellatione,vel illa eſt deſerta, non autem negant pro-
cedi poſſe in cauſa appellationis vigore commiſſionis
præcedentis cum dicta clauſula, quam, & quas, appella-
tione deinde intra decem dies interpoſita,vt in hoc caſu.
Præterea dicebatur, quod vbi etiam commiſſio fuiſſet
ſubreptitia, ex quo fuit impetrata ante appellationem
tamen tribuebat iuriſdictionem etiam reſpectu cauſæ fu-
13 turæ: quia ſubreptio non vitiat reſcriptum ipſo iure
B B, Cardin.in d.cap.fin.de reſcript.num.4. ſed per exce-
ptionem, vt not.omnes in cap.cæterum, eod.tit.& præ-
ſertim de communi Butr.num.4. & Dec.num.24. & 33.
Rot.deciſ.13.alias 362.num.2.de offic.deleg. in nou.Me-
noch.de arbitr.caſ.201.num.3. & 4. & Card.Seraph.dec.
313.n.7.& in commiſſione cauſæ appellationis,Innoc in
d.cap.cęterum, Gemin.in cap.ab eo, num.4.verſic.ego
crederem de appellat.in 6.Pariſ.conſ.124.numero 19.20.
& 22. volum.4. exceptio autem ſubreptionis tanquam
14 dilatiua opponi,& probari debet ante litem conteſtatã,
Abb.in cap.ad audientiam il ſecondo, num.15.verſ.quæ-
dam eſt de reſcript Aym.conſ.79 num.9.& incontinen-
ti,Gloſ.in cap.ex parte in verb.tacitè,in fin.de teſtibus,
Lap.allegat.112.num.2. Oldrad.conſ.320.n.2. verſ.ſed ſi
quis, quod tamen hic factum non fuit pro parte dicti
Marchionis citati ad dicendum contra commiſſionẽ:&
15 ideo ſi eſſet ſubſecuta ſententia, illa fuiſſet valida, vt in
d.cap.fin.de reſcript.not.Innoc.ante num.1.Oſt.col.3.in
princ.verſ.valet tamen,Collect.numero 4.verſ.ſed quid ſi
fiet,Card num.4.circa princ.Anchar.num.2.in 3. not.&
Imol. n.16. maximè quia reſcripta ad cauſas appellatio-
16 nis non ſunt odioſa,cum impetrentur ad defendendum,
nec requirant illam ſubtilitatem circa expreſſionem, vel
ſupreſſionem veritatis,quæ in alijs requiritur, Io.Andr.
in cap.ex literis,col.2.in princ.verſ.ſi verò,de offic.deleg.
Felyn.in d.cap. cæterum in fin. verſ.reſtringitur, de reſ-
cript. Quæ tanto magis DD. placuerunt attenta obſer-
18 uantia Rotæ, quæ in dubio ſemper tenet pro non deſer-
tione, Caſſad.deciſ.4.in fin.& deciſ.9.de appellat.Veſtr.
lib.3.cap.5.n.4.circa fin.& qualitate, & grauitate cauſæ,
18 ob quam Rotam ſolitam eſſe audire appellantem non
obſtante deſertione, refert Lancell.de atten.par.2.cap.
13.in præfat.n.74.

Et ita deciſum.&c.

ANNOTATIO.

A Marcheſ.de commiſſ.par.1. de commiſſ.appell. diuerſ.§.
19 2.n.3.pag.1319. Scacc.de appell.quęſt.3.num.3. & ideo
licet inhibitio Rotalis ſiuè iuſta ſiuè iniuſta timenda ſit;
tamen inhibitionem vigore talis commiſſionis obten-
tam ſperni poſſe, nec cauſare attentata, fuit dictum in
Romana pecuniaria de Ruſpolis 20 Maij 1589.coram
Cardinali Platto apud Marcheſ.d.par.1.pag.1217.num.2.
& part.3.pag.43. contrarium tamen tenuit Rota in Ro-
mana Saluiani interdicti 4. Decembris 1598. coram
Cardin. Lancellot. Iuniori quæ eſt deciſ.762. parte 4.di.
20 uerſ.reprobatis alijs contrarium aſſerentibus,& dixi ſu-
pra ad deciſ.177.ſub lit.A. Verùm ſi commiſſio reperia-
tur expedita eadem die,qua fuit appellatum,præſumitur

appellationem præceſſiſſe, & ſic pro validitate commiſ-
ſionis, & parti appellatæ contrarium aſſerenti incumbit
21 onus probandi, Marcheſan.d.§.2.num.5. Scacc.d.quæſt
3.num.4.limitatur tamen principalis concluſio, quando
in commiſſione adeſt clauſula, quam, & quas, eius enim
vigore, ſuſtinetur commiſſio, licet expedita, appellatione
non interpoſita, vel interpoſita à ſententia nondum lata,
vt firmatur in hac deciſione, & tradunt Marcheſ.d.par.1.
cap 5.de appellat.in Rom Cur.num.68. pag.201. Scacc.
d.quæſt.3.num 5.& 9. Mareſcott.var.reſolut.lib.1. cap.
20.num.6.& 8. Rota d.deciſ.762. num.2.par.4. diuerſ.&
hoc præcipuè procedit in Rota, de cuius ſtylo ſtante d.
clauſula, quam, & quas, poteſt Auditor cognoſcere nego-
tium principale, licèt non adſit appellatio, vel ſit nulla,
Honded.alijs relatis conſil.27.nu.63.lib.2.Cardin.Canal.
deciſ.292.n.3.

B Reſcripta ad lites non ſunt ipſo iure nulla, ſed ope ex-
ceptionis annullanda, vt fuit etiam dictum infra deciſ.
405.n 8 & dixi ſupra ad deciſ.74.lit.A.

C Quod in dubio ſit pronunciandum, appellationem non
eſſe deſertam, tradunt Caſtren.in l.1.num.3. in fin.ff.ſi
quis caution. Tiraquel. qui alios citat in tract. le mort.
ſaiſit.par.6.num.10.in fin.Scacc.de appellat.q.17. lim.1.
num.18.Rot.diuerſ.deciſ.32.num.3.part.2.& fuit dictum
in Rom. dotis 27. Februarij 1617. coram bon. mem.
Vbaldo.

Joannes Franciſcus Ferentillius.

EX TOM. II.

Romana ſpolij Domus.

Mercurij 15. Ianuarij 1620.

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur approbata ex pretij petitione, & conſequenter inducitur ratificatio translationis poſſeſſionis in emptorem, ſine qua ad pretij ſolutionem cogi non poteſt.*

2 *Pretium rei venditæ ſi petatur nulliter, non inducit venditionis approbationem, ſecus ſi validè.*

3 *Poſſeſſio non cenſetur amiſſa, niſi acquiratur illi, in quem transfertur, vel niſi iuxta eum modum, ad quem reſtrictus fuit animus transferentis.*

4 *Appellationis deſertio operatur, vt Iudex appellationis poſſit confirmare ſententiam.*

5 *Appellationis deſertio facit, vt cenſeatur appellans à ſua impugnatione receſſiſſe, prout potuit.*

6 *Spolij actio non competit ei, qui facto proprio à poſſeſſione ceſſit.*

7 *Impugnatio ad vnum effectum facta, non debet quo ad alium operari.*

DECISIO CII.

DOmini perſtiterũt denuo in ſententia pro negatiua
ſpolij iuxta reſolutionem factam ſub die 29. Ianua-
rij 1618.ex fundamento, quod Corneliæ actrici obſtaret
exceptio proprij conſenſus, & renunciationis reſultantis
ex ſequeſtro pro ſcutis 30. in Curia Capitolina per ipsã
vti Aurelij filij creditricem obtento penes Ruffinellum
emptorem domus, de qua agitur, & tanquam debitorem
eiuſdem Aurelij venditoris in maiori ſumma pro reſi-
duo pretij d.domus; ex ea namque pretij petitione ven-
ditio fuit approbata, & conſequenter inducta ratificatio
1 ſolutionem cogi non poterat, ex allegais in deciſione.
Quibus non obſtare viſa fuit replicatio, quod dictum ſe-
queſtrum, & decretum de conſignando ſubſecutum non
habuerit effectum, cum dicta Cornelia eorum vigore ni-
hil conſequi potuerit, & propterea nullam hinc indu-
ctam fuiſſe approbationem venditionis domus, & renun-
ciationem iuris recuperandi illius poſſeſſionem, Bald.in
l.mater, n.8.verſ.tu die, quod gloſ.C.de rei vendic. Nam
Bald loquitur in petitione pretij nulla, eo quia dominus
2 agere non poterat, cum ſuo nomine non eſſet facta vẽdi-
tio, & ideò quod nullum eſt, &c.& ſic non applicatur ca-
ſui noſtro, cum petitio pretij per Corneliam vti creditri-
cem venditoris facta fuerit valida, quia potuit agere con-
tra debitorem debitoris, ideoq; tacita inde reſultauit d.
venditionis approbatio, iuxta gloſ.in d.l.mater, verſ.non
pro liberis, & ibi Butrig.col.1.& Salic.num.5 verſ.tertio
facit, vbi quod dicta gloſ.eſt communiter recepta. Nec
viſum fuit applicari tex.in l.ſi me in vacuam, ff.de acquir.
poſſeſſ. & l.cum fundum circa med. ff.de vi, & vi arm.
cum allegatis, quia non dicitur ex dicta petitione, ſeu
3 ſequeſtro amiſſum fuiſſe poſſeſſionem, in quibus termi-
nis procedunt dd.iura, quod non cenſeatur amiſſa, niſi
aquiratur illi, in quem transfertur, vel niſi iuxta eum mo-
dum, ad quem reſtrictus fuit animus transferentis, vt lo-
4 quitur Barboſ. in l.ſi alienam, num.108. ff.ſolut.matrim.
ſed ex dicta petitione fuiſſe approbatam dictam vendi-
tionem, & translationem poſſeſſionis in Ruffinellum an-
tea factam per Aurelium venditorem Similiter non ob-
ſtare cenſuerunt, quòd decretum de conſignando non
fuerit purum, ſed conditionale, data cautione de euictio-
ne, vnde dici non poterat Corneliæ facta ſolutio libera, &
conſequenter nec ſequeſtrum ſuum ſortitum eſſe effectũ,
quia dicta conditio fuit acceptata per eandem Corneliã;
nam die 17.Octobris 1597.Iudex relaxauit dictum man-
datum de conſignando cum dicta conditione data cau-
tione, &c. illoque ad inſtantiam Corneliæ die 22. Aurelio
intimo, ac pro illius parte facta proteſtatione, nihil fieri,
niſi prius per ipſammet iurato de calumnia, quæ iurauit,
& parti intimauit die 11. vt in proceſſ.fol.48.49. & 50.&
ſic in eodem conſenſu ſemper perſeuerauit. Ad Bellam.
deciſ.207. num.3.quod deſertio operetur, ac ſi non fuiſ-
ſet appellatum in præiudicium appellantis, non appellati,
reſponſum fuit, illam loqui, & procedere ad effectum, vt
Iudex appellationis poſſit confirmare ſententiam; hic
vero agitur ad effectum, vt per eam deſertionem cenſea-
5 tur, appellantem à ſua impugnatione receſſiſſe, prout po-
tuit, l.pupillus meminiſſe, ff.de inof.teſtam. Rot.deciſ.
512.num.2.& 3.par.1.diuerſ.& ſic ceſſaſſe omne impedi-
mentum ex parte ipſius præſtitum, itaut Cornelia appel-
lata non proſequendo poſtea petitionem dicti pretij vi-
6 deatur ſua ſponte, & ex propria negligentia deſtitiſſe.
Ideoque re amplius non integra, ſcilicet, poſt dictum
conſenſum Ruffinelli ex d. deſertione reſultantem ipſam
non potuiſſe ad contrariam viam remedij ſpolij confu-
gere.tex.doctr.Bart.in l.nihil intereſt, §.cum filius, ff.de
inoff teſtam.in deciſ.alleg.Conſiderabatur etiam, quòd
Ruffinellus non denegauit, ſe pretium debere, ſed tan-
7 tum inſtetit, ſeu proteſtatus fuit, ſibi caueri de euictio-
ne totius domus; vnde impugnatio ad vnum effectum
facta non debet, quoad alium operari, Gabr.de regul,
iur.concluſ.1. numero 62. limitat.11, Cardin. Seraphin.
deciſ. 1282. numero 4. & 5. imò potius conſenſit dictæ
ratificationi Corneliæ emptionis ab ipſo factæ ex di-
cti pretij petitione, faciendo ſe emptorem, pretijque
debitorem.

Ex quibus Domini ſteterunt in deciſis vtraque parte
informante.

Digitized by Google

E O D E M.

Regien. Concurſus.

Veneris 10. Iunij 1622.

S V M M A R I V M.

1 *Parochialis debet conferri approbatis ab examinatoribus.*
2 *Appellatio abſque grauamine reijcitur.*
3 *Parochialis collatio præcedente concurſu non poteſt dici irrationabilis, niſi conſtet clarè de dolo Epiſcopi.*
4 *Dolus Epiſcopi in collatione Parochialis non præſumitur, niſi probetur inhabilitas inſtituti, vel quod pateretur aliquam exceptionem.*
5 *Qualitas perſonarũ in beneficij in collatione attendenda eſt*
6 *Dignior ſimpliciter non dicitur, nec eſt præferendus doctior, et ſanctior, ſed qui iuxta munus, cui præficiendus eſt, aptior illius miniſterio appareat.*
7 *Epiſcopi iudicium habet præſumptionem pro ſe, & n. 10.*
8 *Epiſcopus præſumitur elegiſſe, & inſtituiſſe magis prudentem, & aptum ad gubernum.*
9 *Abiurans de leui non fit inhabilis ad beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas.*
11 *Dignior ex pluribus ad Parochialem concurrentibus ab Ordinario eligendus eſt, nec poteſt eligi dignus, omiſſo digniori.*
12 *Epiſcopi iudicium ad ſuſtinendum ſufficit, quòd in electo ad parochialem poſſint concurrere qualitates, quæ alijs digniorem reddant.*
13 *Epiſcopus poteſt, quem examinatores magis idoneum renunctarunt, reprobare, & alium eligere.*
14 *Epiſcopus poteſt, cui voluerit, gratificari, quando in concurrentibus qualitates ſunt pares.*

D E C I S I O CIII.

CONtra Federicum informantem Domini reſponderunt, non conſtare de irrationabili iudicio bon. mem. Reuerendiſs. Rangoni Epiſcopi Regien. qui poſtponendo d. Federicum contulit Camillo parochialem Eccleſiam, de qua agitur; moti ſunt autem. Primò, quia cum in concurſu de ſuper facto fuerit per examinatores Synodales approbatus Camillus, & reiectus Federicus, vt in fide dicti Epiſcopi in ſummario numero 1. & vt fatetur idem Federicus in appellatione coram eodem Epiſcopo interpoſita d. ſummario numero 2. Non poterat propterea dictus Epiſcopus ferre aliquod iudicium pro
1 Federico, nec alium eligere, quam Camillum a dictis examinatoribus approbatum, iuxta præſcriptum ſacroſancti Conc. Trid. de reform. cap. 18. verſ. peracto, & iuxta formam conſtitutionis ſanctæ mem. Pij V. ſuper collatione parochialium ſub die 14. Kal. Aprilis 1566. Et conſequenter illius iudicium non poteſt de aliqua irrationa-
2 bilitate redargui; & prætenſa appellatio Federici dicitur friuola, & à nullo grauamine interpoſita, & ideo reijcienda, cap. vt debitus de appell. cap. quamuis de elect. in 6. Rot deciſ. 58. num. 3. verſ. & in caſu, de appell. in nou. cum vulgar. Secundò, moti fuerunt DD. quia de dicta irrationabilitate dici non poteſt conſtare, niſi quando concur-
3 rit, & clarè apparet dolus ipſius Epiſcopi, vt colligitur ex dicta conſtitutione Pij V. tum in proœmio, ibi. Carnalitatis, aut alium humanæ paſſionis affectum, non rationes ſequentes. Tùm etiam in diſpoſitiua, ibi, conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, & tenuit Rota in Rauennaten. parochialis 2. Decẽbris 1592. coram bo. mem. Cardinali Arigonio, impreſſa apud Garz. de benef par. 9. cap. 2. num. 250. & coram S.D.N. in Nullius parochialis, *Scaccia de Appellatione*, ſeu concurſus 4. Decembris 1600 quæ eſt deciſ. 40. par. 1. in recent & duplicata decn. 37. par. 2. in eiſdem, & in Aquen. Parochialis 6. Aprilis 1612. coram R. P. D meo Vbaldo, in Barchinonen. parochialis 29. Nouembris 1613. coram me, & in Cremonen. concurſus 15. Ianuarij anni præteriti coram R.P.D. meo Manzanedo, & in alijs paſſim. Hic autem nullus videtur poſſe conſiderari dolus in dicto Epiſcopo, cum non probetur aliqua inhabilitas
4 Camilli, nec quod ille pateretur aliquam exceptionem. Et quam Federicus eſſet maior natu, Doctor in ſacra
5 Theologia, Diœceſanus, & de nullo prouiſus beneficio quæ qualitates ſunt valde conſiderabiles, vt ex trad. per Abb. in c. 1. de maiorit. & obed. & per Dec. conſil. 542. nu. 12. & 13. & in Panormitana Archipresbyteratus 3. Decembris 1618. coram me. Non tamen dici poteſt, illum debuiſſe præferri, cum in illis electionibus ad Parochiales ex ſupradicta diſpoſitione Concilij in dicto §. peracto, vltra doctrinam ſint quoque conſiderandi mores, prudentia, & alia pro regimine Eccleſiæ neceſſaria; ita vt dignior ſimpliciter non dicatur, nec veniat præferendus is, qui ſit doctior, vel ſanctior, ſed qui iuxta munus, cui præficiendus eſt, aptior illius miniſterio appareat, vt ex pluribus tenuit Rot. in dicta Rauennaten. coram Arigonio, & in dicta Nullius parochialis coram Sanctiſſimo, cum alijs in eadem Barchinonen. corã me, & in Pampilonen.
8 beneficij de los Arcos, 9. Decembris 1619. coram R.P.D. meo Vbaldo. Vnde cum Epiſcopus pro cuius iudicio
A præſumitur A, cap. in præſentia de renunc. elegerit dictũ Camillum: dicendum, eſt maiores qualitates cognouiſſe
9 in eo præponderare, quàm in Federico circa mores, & prudentiam, & alia pro gubernan. parochiali Eccleſia opportuna, vt dixit Rota in præcitatis deciſionibus, & ſignanter in dicta Rauennaten. in qua omnibus cõtrarijs reſpondetur. Nec obſtare viſum fuit, quod prætendatur Federicum fuiſſe reiectum ex eo, quod de leui abiurauerit in Officio Sanctę Inquiſitionis, cuius contrarium dicitur conſtare ex fide Inquiſitoris Mantuani data in ſummario nu. 5. Quia hæc non fuit vnica cauſa reiectionis illius, vt patet ex reſpõſione Epiſcopi ad eius appellationẽ in dicto ſummario n. 2 ibi; (Immo fuit reprobatus pluribus forſan de cauſis animum eorum (ideſt examinatorũ) mouentibus.) Nec ex ſupradicta fide Inquiſitoris conſtare dici poteſt, ipſum Federicum de leui non abiuraſſe; fides enim hoc non dicit, ſed ſolum quod ex actis Inquiſitionis non apparet de aliquo decreto, ex quo conſtet, Federicum commiſiſſe tale delictum, propter quod debeat iudicari inhabilis, aut quoquo modo impediri à conſecutione alicuius officij beneficij, ſeu dignitatis Eccleſiaſticę quę verba non excludunt dictam abiurationem de leui, cum per eam quis reddatur inhabilis ad huiuſmodi be-
9 neficia, & dignitates Eccleſiaſticas, Nauar. conſ. 16. & 18. lib. 5. tit. de hæret. Pariſ. de reſign. benefic lib. 4. quæſt. 3. n. 17. Sanch. in Summa lib. 2. c. 25. nu. 12 Farinac. de hæreſ. quæſt. 192. n 80. Et ideo ex hoc potius magis iuſtificata, & rationabilior apparet electio Epiſcopi in præferen. dictum Camillum, qui nec talem, nec vllam aliam exceptionem patiebatur.

Et ita reſolutum.

A N N O T A T I O.

A Pro iudicio Epiſcopi multũ præſumitur quo ad electio-
10 nes per ipſũ factas ad Parochiales, vt in hac deciſione, &
21 ſupra dec. 22. n. 30. cum concordan ibi adductis, lit. D. Et
ideo licet in beneficijs curatis, nec etiã in foro exteriori
ſufficiat electio digni, omiſſo digniori: cum per Concil.
Tridentinũ, & Conſtit. Pij V ex pluribus ab examinatoribus approbatis non detur Ordinario facultas eligendi, quem velit, ſed quem magis idoneũ iudicauerit, alias ele-

Digitized by Google

ctio eſſet nulla, vt aduertit Rota in Benenentana Parochialis 13.Iunij 1590.coram Orano,& in Dertuſen.parochialis 18.Decembris 1581.corã Gipſio in Tuden.parochialis 28.Aprilis 1603.coram Cardinali Sacrato, & in Vrbinaten.parochials 12.Februarij 1629 coram R.P.D. Veroſpio, & in alijs. Tamen ſuper electi habilitate tam Concilium, quam d.conſtitutio plurimum deferant iudicio Ordinarij: maiorem enim electi habilitatem non ex vna potius, quam ex alia qualitate dijudicandam voluit;ſed quod dignior is reputetur,qui inſpecta ętate,doctrina, prudentia, moribus alijſque qualitatibus vacantis Eccleſiæ adminiſtrationi aptior viſus fuerit. Hæc autem ſoli Epiſcopo nota eſſe poſſunt, qui de ſuorum Clericorum Diœceſanorum qualitatibus præſumitur informatus,vt in hac deciſione,& in alijs ſupra allegat. Et ideo ad
12 ſubſtinendum ejus iudicium ſufficit, quod poſſint in electo concurrere maiores qualitates, & quæ alijs digniorem reddant Rot.coram Greg.XV.deciſ.11. numero 6. & in Eugubina parochialis Sancti Vincentij 13. Januar.
13 1623. coram Remboldo. Neque ad illud redarguendum de irrationabilitate, aliquid facit, quod Ordinarius reprobauerit, quem examinatores magis idoneum renunciauerant;quoniam ad examinatores non ſpectat,iudicare de maiori aptitudiue, ſed id per Concilium;& conſtit. Pij V.relinquitur iudicio Ordinarij: adeo quod reiecto magis idoneo per examinatores renunciato, poteſt aliũ ex concurrentibus, qui ſibi magis idoneus videbitur eligere,vt per Garzias de benef.par.9.c.2.nu.108.& ſeqq.& fuit etiam dictum in allegata Eugubina Parochialis corã Remboldo; & quando in concurrentibus qualitates eſſent pares,eſt in arbitrio Epiſcopi,cui voluerit gratificari
14 vt Rota in d. Vrbinaten.parochialis coram R.P.D. Veroſpio,in qua alijs allegantur. Vnde optimè dixit Gonzal.ad reg.8.gloſſ.4.n.124. appellantes ab iniuſta electione,& irrationabili Epiſcopi iudicio, difficile docere poſſe de grauamine, & electionem iam factam euertere.

Joannes Franciſcus Ferentillus,

EODEM.

Burgi S.Domini Eccleſiæ S.Iuliani,

Veneris 21. Iunij 1619.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt præſentatio, inſtitutio, & poſſeſſio tradita poſt appellationem interpoſitam,& inhibitionem præſentatam, etiam ſi pars tacitè, vel expreſsè appellationi renunciauerit,& n.3.*

2 *Attentata afficiũt tertiũ,quando habet cauſã ab eo,qui eſt in lite,etiã ſi dictus tertius poſſideat cũ titulo,et bona fide.*

4 *Appellationi renunciaſſe cenſetur pars rediens ad iudicem à quo appellauit,*

DECISIO CIV.

DIxerunt DD. conſtare de attentatis tam ex parte D.Caſalis, qui vti patronatus præſentauit Angelicum ad Eccleſiam Archipresbyteralem, de qua agitur, coram Mareſcotto tanquam Præpoſito Eccleſiæ Sancti Laurentij, quam ex parte ipſiuſmet Mareſcotti, qui eundem præſentatum inſtituit, ac in poſſeſſionem immiſit. Nam de tempore dictæ præſentationis,& poſſeſſionis ad fauorem d. Anglerij pendebat lis in Rota ſuper pertinẽtia iurispatronatus d.Præpoſituræ inter eundem Caſalẽ, & Mareſcottum ab eo præſentatum ex vna, & DD.Marchiones Alexandrum, & Alphonſum de Pallauicinis, ac Dominicum de Scortia ab illis præſentatum ex altera, per appellationem à ſententia Vicarij ad fauorem dd. Caſalis,& Mareſcotti lata ipſius præſentibus per dd.DD. de Pallauicinis,& Dominicum ſub die 29. Ianuarij 1617. interpoſitam, cuius vigore fuit poſtea inhibitum in forma,& reſoluto ſub die 28.Nouembris eiuſdem anni, non intrare arbitrium pro reiectione attentatorum, fuit appoſitum ſequeſtrum ſuper d.Præpoſitura,eiuſque poſſeſ-
1 ſione. Et ideo lite huiuſmodi nondum finita,ſed adhuc indeciſa pendente in Rota,etiam ſi pars tacitè,vel expreſsè renunciaſſet appellationi, non potuit citra attentatum procedi ad dictam præsẽtationem,inſtitutionem,ac poſſeſſionis traditionem,Rot deciſ.130.alias 20.ſi poſt inhibitionem, de appell.in nou. Didac.pract.quæſt.cap.24. num.5.verſic.4.hæc inhibitio, Boer.deciſ.256.nu.3. Lan-
A cell.de attent.poſt inhibit. ampl.2. A Non obſtat, quod lis amplius non pẽderet ſuper Archipresbyterali, de qua agitur, cum extincta fuerit per ſententiam Vicarij ad fauorem dicti Caſalis,& Bireti primo præſentati in iudicatum tranſactam ob non interpoſitam ex aduerſo appellationem intra decendium, Quia quicquid de hoc ſit, attentata hic deducuntur ex lite pendente non ſuper Archipresbyterali, ſed ſuper Præpoſitura, cuius reſpectu licet Anglerius, qui in ea cauſa non fuit, ſit tertius: ſufficit tamen, quod habeat cauſam à dd,Caſali, & Mareſcotto attentan.vt ex Abb. Imol. Franc.Præpoſ.& alijs in capit. bonæ de appellat.Rota deciſ.1147.l.3.par.3.diuerſ.Lancellot.par.1.c.3.de attent.à tertio nu.16.& ſeqq.vbi n.20. ampliat.etiam ſi ille tertius poſſideat cum titulo,& bona fide.

ANNOTATIO.

A Et quòd geſta poſt appellationem,& inhibitionis præsẽ-
3 tationem ſint attentata,& vti talia per iudicem ex officio reuocari poſſint,licet pars appellationi expreſsè, vel tacitè renunciauerit, Rot.deciſ.235.nu.7.par.1.& deciſ.79. num.2.par.2.recent, & in Barchinonen.beneficij Sanctæ Mariæ 15.Martij 1620.coram bo.mem.Patriarcha Manzanedo,in qua attentata declarata fuit ſententia lata poſt præſentatam Iudici inhibitionem, licet pars poſtea corã
4 eodem Iudice comparuerit,quo caſu tacite appellationi, & inhibitioni renunciaſſe uidetur Gab. tit. de appellat. concluſ.2.n.1.Scacc.eod.tract.quæſt.17.lim.2.n.14 & fuit dictum in Ferrarien decimarum 28. Iunij 1621. coram bo.mem.Vbaldo ſeniori,

Jo.Franciſcus Ferentillus.

EODEM.

Aſten. fructuum,

Lunæ 5. Iunij 1621,

SVMMARIVM.

1 *Appellatio dicitur deſerta,ſi in termino iuris non fuerit reditum pro Apoſtolis,*

2 *Apoſtoli petendi ſunt expreſsè infra 30. dies,nec ſufficit, ſi fiat noua comparitio abſq;ſpeciali illorum petitione.*

3 *Terminus iuris datur pro commoditate Iudicis vt poſſit determinare,quam reſponſionem dare velit.*

4 *Præſentata obtenta intra iuris terminum non excuſat ab inſertione appellationis ob non reditum pro Apoſtolis.*

5 *Præſentationes,quæ fiunt Regenti,ſolent ſubſcribi.*

6 *Appellatio non dicitur deſerta ob non reditum pro Apoſtolis,ſi intra terminum fuerit commiſſa cauſa appellationis.*

7 *Apoſtolos petendi tempus currit à die appellationis.*

8 *Deſertionem cauſa non excuſat impedimentum ſuperuenienti*

nienti infra 30.dies,ſi non fuit reditum pro Apoſtolis.
9 *Deſertio non euitatur , ſi procurator fuit negligens in redeundo pro Apoſtolis.*
10 *Commiſſionis præſentatio coram Regente Cancellariæ non excuſat à deſertione, quando fuit datus terminus iuris, ſed tantùm Iudex reſpondit reuerentiales.*
11 *Deſerta non eſt cauſa, quando reperitur commiſſa infra terminum iuris, etiam ſi appellans non redierit pro Apoſtolis, dummodo Apoſtoli fuerint in appellatione petiti, numero 12.*
13 *Apoſtolorum petitio eſt de ſubſtantia appellationis.*
14 *Apoſtoli non ſunt amplius petendi, ſi Iudex appellationi detulit.*
15 *Apoſtolos reuerentiales ſi dederit Iudex, cenſetur detuliſſe appellationi.*
16 *Apoſtoli reuerentiales in forma à Iudice dati, ſi appellationi locus non ſit, videntur continere refutatorios, & operatur talis conceſſio effectum deuolutiuum tantùm, nec Iudex facit hoc modo cauſam appellabilem in præiudicium partis.*
17 *Iudex, qui dedit Apoſtolos, non poteſt exequi ſententiam ſed exequenda eſt per Iudicem ad quem, & ſi exequeretur, eſſe attentata.*
18 *Apoſtolorum loco in Hiſpanijs ſufficit petere teſtimonium appellationis.*

DECISIO CV.

PRima pars dubij fuit per DD. reſoluta, videlicet, conſtare de re iudicata: ſecunda vero reſeruata. An ſcilicet conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum. Nam licet à ſententia Rotali fuerit intra debitum tempus appellatum, & Reuerendiſſimus D. meus Decanus Iudex, à quo, dederit terminum iuris, & interim quandocunque pro Apoſtolis: tamen pars appellans amplius non redijt infra 30. dies pro reſponſione, & Apoſtolis: & ideò dictæ appellationi videtur renunciatum, iux. tex. in verbis in capit. ab eo, de appellat. in 6. & in clemen. quamuis rigor, §. verum, eod. tit. & vtrobique ſcribentes Bart. in l. 1. numero 3. verſic. quæro quid ſi Iudex, ff. de libell. dimiſſ. Rot. deciſ. 357. alias 41. fuit dubitatum de appell. in nou. Crecent. deciſ. 2. alias 63. de appell. Rot. deciſ. 144. in princ. p. 2. diuerſ. & in Ariminen. Canonicatus 17. Iunij 1597. coram Iuſto, & Marant. Veſtr. Lancell. & alij al-
A leg. à Soccin. iun. conſ. 31. in princ. vol. 3. A. Non obſtat
2 prætēſus reditus pro Apoſtolis 6. Auguſti, & ſic infra 30.
dies, quia non ſufficit noua comparitio, ſed eſt neceſſaria
ſpecialis petitio Apoſtolorum, gloſſ. dicta Clem. quamuis, §. verum, in verb. nec petat. vbi Cardin. in princip. & num. 2. in fin. Imol. in 2. Anchar. in 6. Franch. in vlt. notab. Anchar. dicto cap. ab eo in 3. not. Archid. cap. 1. de appellat. in 6. col. 4. verſ. & ſi petierit. Qui Apoſtoli non ſolum non fuerunt petiti, ſed quod daretur alius terminus iuris ad redeundum: quæ petitio videtur contraria petitioni
5 reſponſionis Apoſtolorum, cum terminus iuris detur
pro commoditate Iudicis, vt poſſit deliberare pro reſponſione danda, vt not. Doctor. in cap. ab eo, & in d. clem. quamuis rigor, & in d. §. verùm, & ideo rectè fuit reſponſum per Reuerendiſſimum D. Decanum, non eſſe ſolitum concedi ſimilem terminum; imò nec excuſatur
4 appellans, ſi infra terminum obtineret præſentatam à D.
Regente, niſi quando ſunt dati reuerentiales, Rota in Peruſina de Vbaldis coram Cardin. Pamphilio 17. Iunij 1570. Quæ dicuntur de diligentijs adhibitis, & de præſentata commiſſione Regenti Cancellariæ non iuſtificantur quia tales præſentationes ſubriſcribuntur à Regente, prout quotidie practicatur, & latè per Lancell. de attent. appell. pend. 2. par. c. 12. in præfat. num. 63. & ſeq Moder. Rom. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 14. n. 36. poſt Veſtr. in praxi lib. 7. cap. vlt. num. 5. & 6. Marcheſan de commiſſ. tit. de offic. Viceeanc. par. 1. cap. 4. n. 27. Et ideo non applicantur deciſiones Rotæ 54. de appellat. in antiq. Caputaq. deciſ. 115. par. 2. Creſcent. deciſ. 2. alias 65. Caſſad. dec. 4. n. 1. de appell. quæ procedunt, quando pendēte termino ad redeundum pro Apoſtolis fuit commiſſa cauſa appellationis.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

ANNOTATIO.

A Rota deciſ. 178. par. 1. A 144. num. 1. par. 2. diuerſ & dec. 420. nu. 2. par. 2. recen. in qua aliæ allegantur, late Scacc. de appellat. lib. 2. quæſt. 13. num. 24. & ſequentib. ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 573. num. 1. & Beltram. ibi num. 12. & fuit dictum in Leodien. parochialis 20. Maij 1622. coram bo. mem. Cardinali Caualerio, in Caſtren. pecuniaria 25. Aprilis 1627. coram R. P. D. Merlino, & in alijs.
Tempus autem triginta dierum ad redeundum pro Apo-
7 ſtolis currit à die appellationis, Rot. deciſ. 5. de appellat,
in nou. in fin. vbi quod Palatium ita ſeruat. Nec excuſatur
quis à deſertione propter impedimentum infirmitatis
8 ſuperuenientis in dicto termino, vt per Bald. in l. eos, §.
Apoſtolos, in princ. C. de appellat. Bocc. conſil. 43 nu. 9. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 14. num. 2. Veſtrum praxi lib. 7. cap. 3. num. 19. Creſcent. deciſ. 7. de appellat. Rot. deciſ. 27. eod. tit. in antiq. & dicta deciſ. 144. num. 2. par 2. diuerſ. & fuit dictum in Foroliuien. fideicommiſſi 21. Aprilis 1581. coram Cantuccio, in Salutiarum penſionis 14. Nouembris 1616. coram Illuſtriſſimo Cardinali Veroſpio, quam ſequuta eſt Rota in Meten. Canonicatus 21. Iunij 1628. coram R. P. D. Veroſpio.
Minus excuſat procuratoris negligentia, quia ſibi im-
9 putare debet, qui procuratorem negligentem elegit, vt in
his terminis dixit Rota in dicta Salutiarum penſionis coram Illuſtriſſimo Cardinali Veroſpio, quam refert, & ſequitur Beltram. ad d. deciſ. Greg. n. 13. & in alijs, quas adduxi infra ad deciſ. 585. litera A.

Nec etiam ſuffragatur præſentatio commiſſionis coram Domino Regente, quia illa ſuffragaretur quando fuiſſent dati reuerentiales, quo caſu ſufficit oſtendere diligentiam pro cauſa committenda infra 30. dies; ſecus quādo datus fuit terminus iuris, quia tunc appellans omnino tenetur redire pro Apoſtolis, Caſſad. deciſ. 4. de appellat. & in hac deciſ. nu. 4. Rota in Foroliuien. de Torellis impreſſ. per Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. 79. & in d. Caſtren. pecuniaria coram R. P. D. Merlino.
At ſi cauſa fuerit commiſſa infra terminum iuris, non
eſt deſerta, etiam ſi appellans pro Apoſtolis non redierit
11 Creſcen. dec. 2. de appell. Caputaq. deciſ. 38. in 2. par. 1. &
deciſ. 115. par. 2. Rota deciſ. 734. par. 4. diuerſ. & Beltramin. d. deciſ. Gregor. 573. n. 14. refert, ita fuiſſe reſolutum in Ariminen. bonorum 22. Maij 1606. coram Litta, & ita dixit Rota in Veneta ſequeſtris 26. Iunij 1626. coram R. P. D Durano. Quod intellige verum, ſi Apoſtoli fuerint
12 in ipſa appellatione petiti, vt ad declarationem dictæ de-
ciſionis, Caputaq. aduertit Rota in Legione in parochialis 1. Februarij 1589. coram bo. mem. Comitulo, ea ratio-
13 ne, quod petitio Apoſtolorum eſt de ſubſtantia appella-
tionis, vt per Grauatium ad Veſtr. lib. 7. c. 3. nu. 63. in fin. Maran. in Specul. par. 6. tit. & quandoq; appellatur, n. 417. Rota deciſ. 41. de appell. in nou. & deciſ. 50. nu. 3. eodem tit. & fuit dictum in ſuperius allegata Meten. Canonicatus 21. Iunij 1628. coram R. P. D. Veroſpio.
Et ſi Iudex appellationi detulit, non eſt amplius pro
14 Apoſtolis redeundum, Lancell. de atten. par. 2. c. 50. num.
203. Seraph. deciſ. 565. n. 1. & fuit dictum in Compoſtellana parochialis 26. Iunii 1619. coram bonæ memoriæ Seleucienſi.

Prout ſi dederit Apoſtolos reuerentiales, quia defert
15 appellationi,& abdicat a ſe omnem iuriſdictionem,cap.
cum appellantibus,§.ſi verò,& ibi gloſs.verb.renittenda
Anchar.num.1.in tertio not.de appellat.in 6. gloſ.in c.1.
in verb.exhiberi eod.tit.& lib.Lancellot.de attent.appel.
penò.lim.6.num.25.& limit 53.& 55. Rot.deciſ.5.de ap-
pellat.in nou.Gabr.conſil.35.num 10.lib.1. & fuit dictum
in Romana damnorum,& intereſſe 10.Iunij 1591.coram
Penia.

Limita quando ſumus in caſu non appellabili, quia,
16 ſub reuerentialibus in forma continentur etiam refuta-
torij,quatenus appellationi locus non ſit, Caſſad.deciſ 7.
num.5.de appellat.Rot.deciſ.61.eodem tit.in antiq. Ve-
ſtr.in prax.lib.7.cap.vlt. num.2. Rota in Anconitana,
de Gozzis 1.Iulij 1592. coram Cardinali Pemphilio ſe-
niori,& hoc caſu conceſſio reuerentialium non operatur
effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolum deuolutiuum. Benin-
tend. deciſ.17. fuit dictum in proximè allegata Romana
damnorum, & intereſſe coram Penia, & in Vlixbonen.
penſionis 23. Maij 1603. coram Cardinali Pamphilio ſe-
niori, Gabr.conſ.34 num.5.lib.1. vbi num.3.ad fin.& ſe-
17 ſequentib. quod non facit cauſam appellabilem in præ-
iudicium partis: imò Iudex,qui conceſſit reuerentiales in
caſu non appellabili, non poteſt exequi ſententiam, ſed
exequenda eſt per Iudicem ad quem,vt in dicta Romana
damnorum,& intereſſe,& ſi exequatur dicitur attentata,
vt in Tullen.bonorum, & attentatorum 6. Nouembris
1600. coram Litta. In reliquis vide late ad materiam,
Scace.de appellat.lib.3.quæſt.13.& 14.per tot.

Notandum autem eſt, quod in Hiſpanijs de ſtylo illa-
18 rum partium loco Apoſtolorum ſufficit petere teſtimo-
nium appellationis,Seraph.deciſ.1261.n.2.& fuit dictum
in Calagurítana beneficij de Querenna 28. Maij 1625.
coram R.P.D.Durano.

Ioannes Franciſcus Ferentillus.

EX TOM. III.

Cæſarauguſtana electionis.

Lunæ 11. Decembris 1623.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi dato termino iuris pro reſponſione appellationis appellans non redijt pro Apoſtolis.*
2 *Sede Apoſtolica vacante iuriſdictio dicitur finita, vel ſuſpenſa in iudicibus Romanæ Curię.*
3 *Iudex an poſſit reſpondere de Apoſtolis Sede vacante.*
4 *Sanctiſſimus D. N. Vrbanus VIII. fuit creatus Summus Pontifex die 6. Auguſti 1623.*
5 *Impedimentum non excuſat ſi eo ceſſante actus non fuit expeditus, vel non fuerunt adhibitæ diligentiæ, n.6.*

DECISIO CVI.

PRima pars dubij viſa fuit Dominis indubia; conſtare
videlicet de re iudicata: nam ſententia Rotalis fuit
lata 5. Iulij præteriti ad fauorem Capituli, ſeu Prioris, &
trium Canonicorum Capitularium ſuper confirmatione
electionis de duobus alijs Canonicis facta, appellatio
autem ex aduerſo interpoſita ſub die 12. eiuſdem, & pro
reſponſione datus fuit terminus iuris,& interim quando-
cumque infra quem pars appellans nunquam redijt pro
Apoſtolis, & ideo appellatio fuit deſerta,& ſententia
tranſiuit in iudicatum, tex. capit. ab eo, de appellat.
in 6. Clem. quamuis eodem tit. Rot. deciſ. 54. eodem
tit.in antiq Caputaq.deciſ.38.par.1. Veſtr.in prax.lib.1.
cap.3.n.37.fuit dictum in Firmana tutelæ 23. Maij 1622.
coram R.P.D.Vbaldo,& per Rot.deciſ.144.num.1.par.
2.diuerſ.& in Cæſarauguſtana dedicationis 28 Iunij pręteriti coram Reuerendiſſimo Patriarcha. Non obſtat
prætenſum impedimentum ſedis vacantis ſuperuen-
tum 9.Iulij,propter quod allegatur ſuperfluum fuiſſe re-
ditum pro Apoſtolis, cum reſponſio eſſet actus iuriſdi-
2 ctionis qui exerceri non poterat ſede vacante cum iuri-
ſdictio eſſet finita,vel ſuſpenſa, vt poſt Speculat Bertach.
& alios tradit Scacc.de appellat.lib.3. cap.2. quæſt.8. ſub
numero 160. verſic.contra, & num.162.in fin. Nam quia
3 omiſſo, An potuerit Iudex d.tempore reſpondere de A-
poſtolis propter defectum iuriſdictionis,ad not.per Rot.
deciſ.57.num 3.de appellat.in nou.ceſſat difficultas. Quia
Sanctiſſimus D. N. fuit creatus die 6.Auguſti, & ſic intra
terminum iuris, qui adhuc durabat, vſque ad diem 18.
eiuſdem menſis, & tamen non redijt pars pro Apoſtolis,
vnde intrat concluſio,quod non ſufficit probare impedi-
mentum quando eo ceſſante actus nihilominus non fuit
5 expeditus,Caputaq.deciſ.72.numer.4.part.2. Surd.con-
ſil.223.ſub numer.26.lib.2. Ex quibus etiam ceſſat aliud
prætenſum impedimentum defectus Præfecti Signaturæ,
quia hoc nihil facit quo minus potuerit pars intra ter-
minum redire pro Apoſtolis, ſed ſolum faceret ad ef-
fectum, vt non potuerit expediri commiſſio appellatio-
nis intra menſem; & nihilominus pars debuiſſet pro-
bare, feciſſe ſuam diligentiam, cum non ſufficiat pro-
bare ſolum impedimentum, l. qui commeatus, vbi Bart.
ff.de re milit.cum alijs per Caputaq.d. deciſ.72. numero
6. Secunda vero pars dubij, An conſtet de cauſis reſti-
tutionis in integrum,fuit reſeruata ad aliam inſpectionē.

Et ita fuit deciſum vtraque parte informante.

EODEM.

Gerunden. attentatorum.

Veneris 16. Maij 1625.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non cauſat appellatio extraiudicialis, niſi poſſeſſio capta fuerit contra, & poſt appellationem, & numero 5.*
2 *Attentare non dicitur capiens poſſeſſionem poſt appellationem, niſi appellans poſſideat.*
3 *Attentatus non dicitur actus conſequutiuus actui antecedenti appellationem, præſertim, ſi Iudex ſuperior non incepit de appellatione cognoſcere n.4.*
5 *Achilis de Graſſis doctrina deciſ. 32. & 34. de appellat. quando procedat.*

DECISIO CVII.

VAcante per obitum Præpoſitura eleemoſynaria, nuncupata in Eccleſia Gerunden. vſque de anno 1228.inſtituta,& de qua per Rotam deciſ.50.de conceſſ. præben.in antiq. Capitulum vt ſupponitur deputauit œconomum dictæ eleemoſynariæ Matthiam, & Sacriſta, maior dictæ Eccleſiæ prætendens ad ipſum ſpectare illius deputationem, prout in euentum vacationis ſpectat nominatio Præpoſiti, vt legitur in particula fundationis pro eius parte data in ſummario num.1. & admiſit Rota dicta deciſ.50. conſtituit procuratorem ad eleemoſynas eius nomine adminiſtrandas ſummario nu.2. & habita, notitia deputationis factæ per Capitulum plures interpoſuit appellationes extraiudiciales,coram Capitulo, & Canonicis eorum ſindico, & œconomo deputato. Qui-

bus

Digitized by Google

bus non attentis Matthias prædictus vt dicitur poſſeſſio-
nem dictæ eleemoſynariæ adeptus fuit. Poſtea coram Vi-
cario qui nihil reſpondit iterum appellato, & demum
cauſa commiſſa in Rota dubitatum fuit an talis poſſeſſio
eſſet attentata, & Domini negatiuè reſponderunt. Tum
quia Capitulum non prouidit de œconomo vti Iudex
ſed vti pars prætendens vti iure ſuo Tum quia præſuppo-
ſito etiam quod conſtaret de aliqua appellatione extra-
iudiciali tamen poſſeſſio capta non poteſt dici attentata
1 cum duo requirantur. Primo, quod ſit contra appellatio-
nem. Secundo, quod fuerit capta poſt appellationem, c.
cum nobis, de elect. vbi Ioan. Andr. 2. col. verſic. ſed eſt
ſcien. Zabarell num. 1. Franch. in cap. 1. num. 4. & in cap.
bonæ num. 23. de appellat. & ibi Dec. num. 34. in 12. dif-
ferentia, Achill. deciſ. 34. de appellat. numer. 2. Modern.
Rom. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 17. lim. 47. memb. 2.
Neutrum autem verificatur, non primum, quia præten-
ſa appellatio non eſt interpoſita à traditione poſſeſſio-
nis, ſed ab electione œconomi. Non ſecundum, quia non
iuſtificatur poſſeſſionem fuiſſe traditam, vel captam per
deputatum à Capitulo poſt interpoſitam appellationem
2 poſſidente Sacriſta, vel eius procuratore, quo caſu non
poſſe dari de attentatis in puncto, Abbat. d. cap. cum no-
bis, num. 4. & 7. verſ. & ego. Et apprehenſio poſſeſſionis
3 tanquam conſequutiua ad actum electionis ante præten-
ſam appellationem iam factam, non fuit attentata iuxta
notat. per Innoc. in cap. conſtitutis il 2. num. 2. Anchar.
in princip. Imol. ibid. num. 13. de appellat. Franch. d. cap.
bonæ, nu. 3. eodem tit. Quod maximè procedit quando
4 (prout in propoſito) Iudex ſuperior non incœpit de ap-
pelatione cognoſcere, vt in d. c. conſtitutis, notant ijdem
Innocen. num. 4. Imol. num. 14. verſic. & hæc dicit vera,
& fuit deciſum in Leodien. Abbatiſſatus 31. Maij 1606.
coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & in Cæſaraugusta-
na portionis 3. Iulij eiuſdem anni coram Reuerendiſs. D.
meo Decano. Nec obſtare viſa fuerunt tradita per Achill.
deciſ. 32. & 34. de appellat. Quia procedunt ſolum quo
5 ad ea, quæ fiunt contra appellationem, vt declarat idem
Achill. dicta deciſ. 32. num. 1. qui loquitur in appellatione
interpoſita à Iudice, vt num. 2. verſ. quia reſpondebatur,
& ita etiam loquuntur Lancellot. & Modern. Roman. de
appellat. ex aduerſo allegati. Non autem quoad illa,
quæ (vt ſupradicta poſſeſſio) ſunt conſecutiua ad actum
de præterito, in quibus procedunt ſuperius allegata. Præ-
terea etiam aduertebatur, quod Achill. loquitur quando
poſſeſſio aufertur ab appellante, non autem quando
(prout in caſu iſto) poſſeſſio eſſet vacua, & transfertur vi-
gore collationis, vt conſiſiderauit Abb. dict. cap. cum no-
bis dicto num. 7.

Ex quibus Sacriſta tantùm informante reſolutum fuit
non conſtare de attentatis.

E O D E M.

Vrbeuetana attentatorum.

Veneris 16. Februarij 1626.

S V M M A R I V M.

1 *Executio poſt ſuperſeſſoriam, & inhibitionem Iudicis eſt at-
tentata.*
2 *Carceratio poſt appellationem ſimpliciter admiſſam eſt at-
tentata.*
3 *Attentata ſunt quæ innouantur, iudicio in Rota pendente.*
4 *Inhibitio Rotalis iuſta vel iniuſta timenda eſt.*
5 *Inhibitio reſpicit futura, non præterita ideo geſta ante inhi-
bitionem non ſunt attentata.*
6 *Appellatio per Signaturam ſimpliciter admiſſa cauſat at-
tentata, etiam ſi alias non eſſet admittenda, & haberi de-
bet perinde ac ſi à principio admiſſa fuiſſet ad vtrumque
effectum.*
7 *Appellatio ſimpliciter commiſſa per Signaturam, vbi agi-
tur vigore obligationis Cameralis, operatur ſolum effe-
ctum deuolutiuum, ſi in commiſſione non adeſt ſpecialis
mentio obligationis Cameralis.*

D E C I S I O CVIII.

INtroducto iudicio coram A. C. pro euictione cenſus
per Pantaleonem extincti mediante pretij reſtitutio-
ne facta Carolo, qui illam promiſerat, & cui cenſus obue-
nerat in portione ſibi aſſignata à Franciſco fratre d. cen-
ſus emptore: & obtento per d. Pantaleonem decreto re-
laxationis mandati ſub die 23. Auguſti 1622. illoque ex-
pedito, antequam ad aliquam illius executionem deue-
niretur, Carolus obtinuit per eundem Iudicem ſub die
22. Ianuar. 1623. mandari ſuperſederi in executione il-
lius; & dicta ſuperſeſſoria non obſtante die 2. Martij ſe-
quentis ſuper quibuſdam ſtabilibus d. D. Caroli manda-
tum prædictum exequutum fuit, & deinde d. Pantaleo
prima Septembris obtinuit reuocari prædictam ſuper-
ſeſſoriam; à quo decreto pro parte Caroli appellato, &
cauſa commiſſa in Rota, præſentataque in actis commiſ-
ſione die 20. Decembris 1623. cum facultate purgandi
attentata, & cum die, die 7. Ianuarij 1625. Carolus fuiſſet
in vim eiuſdem mandati carceratus, & de ordine Signa-
turæ poſtea liberatus, prætendens tam exequutionem
realem ſuper dictis ſtabilibus factam, quàm eius carcera-
tionem fuiſſe attentatas Dubitaui, an conſtaret de atten-
tatis, quæ venirent reuocanda, & cum ex ſupra relatis ap-
pareat quod exequutio in bonis fuit facta poſt ſuperſeſ-
ſoriam, & inhibitionem Iudicis excuſari non poteſt ab
1 attentatis latè Lancellot. de attent. poſt inhibit. ampl. 6.
Rota deciſ. 435. Greg. XV. num. 3. in recent. 464. num. 1.
637. num. 3 & 5. & 715. num. 1. par. 1. Et cum pariter car-
ceratio euenerit poſt interpoſitam appellationem quæ
2 fuit ſimpliciter admiſſa in Signatura ſatis clara reſultant
attentata, cap. non ſolum, de appellat. in 6. l. vnica, ff. nil
nou. appellat. pend. Lancell. cap. 12. ampl. 19. num. 1. Ro-
ta deciſ. 360. num. 1. coram Gregor. XV. & deciſ. 545. nu.
10. coram eodem, & 598. num. 1. par. 1. recent. Et multo
magis poſt præſentatam commiſſionem, & iudicium
iam cœptum in Rota, quia ipſo pendente nihil erat in-
3 nouandum tot. Tit. vt lit. pend. Lancell. vbi ſupra cap.
4. per tot. Rota in recent. deciſ. 478. numer. 3. 514. num.
3. 393. num. 1. par. 1. recent. cum concordan. Et ſine du-
bio ea omnia quæ poſt inhibitionem Rotalem geſta
fuerunt, nam iuſta vel iniuſta timenda eſt, Put. deciſ. 395.
lib. 2. Caputaque deciſ. 93. par. 2. Cæſ de Graſſ. deciſ. 6. n.
3. de cauſ. poſſ. & propr. & coram Greg. d. deciſ. 435. n. 4.
& paſſim ſeruatur.

Et ita reſolutum d. Carolo ſolo informante, parte plu-
ries citata.

E O D E M.

Neapolitana ſeparationis thori.

Veneris 28. Iunij 1624.

S V M M A R I V M.

1 *Vxori ſæuitiam viri allegante onus probandi incumbit.*
2 *Sæuitia viri ad effectum ſeparationis thori, quæ eſt grauis,
& ardua, plenè, & concludenter probari debet.*
3 *Sæuitia viri ad inducendam ſeparationem magna eſſe
debet.*

4 *Ma-*

Digitized by Google

4 *Maritus poteſt vxorem leuiter, & moderatè verberare, præſertim cum cauſa.*

5 *Vxor verberata à marito ſolis pugnis, & alaphis non autem cum baculo, vel alio inſtrumento ad offendendum apto, non dicitur immoderatè verberata.*

6 *Verbera illata vxori à marito, an fuerit ad correctionem, vel animo doloſo, & odio dignoſcitur ex inſtrumento, cum quo illata ſunt, niſi aliter conſtet.*

7 *Vxorem à marito doloſè percuſſam fuiſſe, non præſumitur, licèt cum baculo, & ſanguinis effuſione, niſi probetur.*

8 *Percuſſio facta cum pugno in naſo vndè multum ſanguinis exiuit, non eſt conſiderabilis.*

9 *Sæuitia viri in vxorem non inducitur ex vnico actu, ſed inſpicitur an adſit conſuetudo, & frequentia.*

10 *Impetus primi non ſunt in poteſtate noſtra.*

11 *Vxor ſemper debet eſſe ſub timore, & reuerentia viri.*

12 *Reconciliatio impedit thori ſeparationem.*

13 *Chirurgus, & obſtetrix deponentes de ijs, quæ ad eorum officium ſpectant plenè probant.*

14 *Teſtem inducens nihil poteſt contra eum obijcere.*

15 *Morbus contagioſus non ſufficit ad thori ſeparationem, ſed ſolùm ad debiti negationem, & quando.*

16 *Clauſula, quam, & quas, operatur, vt procedi poſſit prout in prima.*

17 *Appellatio interponi debet infra decem dies coram Iudice, alias ſententia tranſit in iudicatum.*

18 *Sententia in cauſis matrimonialibus de ſui natura non ſubiacent præſcriptioni temporis, & rei iudicatæ; quia trahunt ſecum continuatum grauamen, fallit quando lata ſunt pro conſeruatione thori, & ſi multanea coniugum habitatione, num. 19.*

20 *Separationis Thori cauſa, ſufficiens eſt odium capitale.*

21 *Metus iuſtus qui cadat in mulierem conſtantem, eſt cauſa ſufficiens pro ſeparatione thori.*

22 *Separationi thori eſt locus quando adeſt timor peccati, & agitur de inualiditate matrimonij, propter minorem ætatem vxoris quo caſu eſt nullum, numer. 23. & eſſent paratæ probationes in incontinenti contra nullitatem. num. 25.*

Fallit quando ſuper ætate fuit obtenta diſpenſatio Apoſtolica, & Iudex præuia cognitione ſuper potentia ad copulam, & diſcretione, ſeù prudentia ad percipiendam coniugij vim, illam exequi mandauit. num. 24.

26 *Separationi thori non eſt locus, pendente iudicio ſuper nullitate à tertio allegata, ſed interim coniuges in poſſeſſione coniugi ſunt manutenendi.*

DECISIO CIX.

INtroducta de anno 1618. in foro Archiepiſcopali Neapolitano cauſa ſeparationis thori ad inſtantiam nobilis mulieris contra virum, & nulla per eam probata cauſa, lataque ſententia viro fauorabili, & cauſa in gradu appellationis in Rota commiſſa, fuit de menſe Nouembris 1622. eidem actrici conceſſa remiſſoria, tàm ad Ciuitatem Neapolis, quàm ad oppidum Madrid per eam petita, & lapſis ſolitis terminis etiam prorogatis, ac reportato proceſſu Neapoli cum teſtibus examinatis, fuit repropoſitum dubium reſolutum 26. Maij anni 1623. & dictum dictam Matronam teneri ad reuertendum & habitandum cum viro, prout prima vice concluſum fuerat; fundamentum fuit defectus probationum vtriuſque cauſæ ſeparationis propoſitæ, videlicet prætenſæ ſæuitiæ, nec non morbi contagioſi. Indubitata enim eſt concluſio
1 vxori alleganti ſæuitiam viri, onus probandi incumbere. Pariſ. conſ. 54. num. 14. lib. 1. Natt. conſ. 616. in princip. & probationem requiri plenam & concludentem cum
2 cauſa ſit grauis, & ardua, Pariſ. & Natt. proximè relati, & cumulat Farin. de delict. cam. quæſt. 143. 5. probatio ſæuitiæ, Rot. deciſ. 441. numer. 2. par. 1. recent. & coram fel. record. Greg. XV. deciſ. 294. num. 12. & in Romana ſeparationis thori coram bon. mem. Cardinali Sacrato 28. Ianuarij 1613. in princ. imp. poſt conſil. d. Farin. 157. in ſecundo vol. & fuit etiam dictum in hac cauſa dicta die 16. Maij. Prout etiam indubitatum eſt ſæuitiam viri debere (ad inducendam ſeparationem) eſſe magnam, Abb. in cap. ex tranſmiſſa per illum text. in princ. & num. 4. de
3 reſtit. ſpol. leuis enim verberatio eſt permiſſa, & præſer-
4 tim cum cauſa, vt poſt gloſ. fin. in cap. quemadmodum de iure iur. notant ibi omnes Alex. conſil. 113. num. 2 & 3. vol. 4. idem notant Doct. in cap. cum contingat, de for. compet. vbi poſt alios Felyn. num. 7. cum cumulatis per Farinac. dicta quæſt. 142. num. 195. & ſeqq. & præſertim num. 198. & d. conſ. 157. num. 4. lib. 2. & Rota poſt dictum vol. conſ. deciſ. 371. num. 4. Triuiſ. deciſ. Ciuil. 45. numer. 14. & 15. In propoſito autem non fuit viſa DD. facta probatio alicuius verberationis, vel offenſionis conſiderabilis, & ſine cauſa. Nam teſtes examinati nihil deponunt de aliqua iniuria vel offenſione illata exceptis 2. & 12. qui de viſu de pugnis in faciem illatis cum effuſione ſanguinis, ex naſo, de quibus etiam deponunt 9. & 13. de confeſſione tamen extraiudiciali eiuſdem viri, & quicquid ſit de perſonis dictorum teſtium; præſuppoſito etiam citra veri præiudicium quod probent in dicto, tamen non exinde reſultat verberatio, vel offenſa immoderata ſufficiens ad thori ſeparationem. Primò, quia non fuit cum baculo, flagellis, vel alio inſtrumento ad offen-
5 dendum apto, ſed ſolis pugnis, & alaphis, & ſic non poteſt dici immoderatè verberata, vt in ſpecie conſuluit Bertazz. conſ. 228. num. 13. & 16. lib. 1. crimin. Farin. dicta
6 quæſt. 142. num. 204. & ex inſtrumento dignoſci an fuerit ad correctionem, vel animo doloſo, & odio, Signor. conſ. 63. num. 8. Rim. iun. conſ. 174. num. 40. in fin. Farin. d. conſ. 157. num. 9. niſi conſtet quod doloſè percuſſa fuerit quod non præſumitur etiam ſi cum baculo, & ſanguinis effuſione, Guidop. de præſ. num 91. Surd. de alim. lib. 7. quæſt. 16. num. 9. Rolan. conſil. 27. num 17. & ſeqq. lib. 3. Lud. Morot. conſ. 41. num. 9. & 10. Et quod non ſit con-
8 ſiderabilis percuſſio cum pugno ex qua exiuit ſanguis de naſo, quia ex illo de facili exit multum ſanguinis, gloſ. margin. in cap. cum illorum 32. lit. E, de ſent. excomm. vbi Hoſt. num. 10. in fin. Abb. nu. 10. & alij Victor. in Summ. Sacram. tit. de Euchar. quæſtio. 99. Secundo, quia non probatur aliqua alia iniuria durante matrimonio illata,
9 & ex vnico actu non inducitur ſæuitia, ſed inſpicitur an adſit conſuetudo, & frequentia, Card. conſ. 9. in princ. & num. 9. 12. & 18. Bald. conſ. 136. col. 2. lib. 1. Aldobr. d. conſ. 71. num. 8. 9. 10. & ſeqq. Rol. conſ. 27. num. 12. lib. 3. Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 19. num. 16. verſic. ſecundo exiſtimo, Farin. dicta quæſt. 142. num. 203. & 304. Rot. dicta deciſ. 371. num. 5. verſic. & tanto minus, poſt ſecundum vol. conſ. Farin. Tantò minus quia rixa inter dictos Coniuges orta fuit inter prandium in familiaribus ſermonibus, & ex leuibus cauſis, quia vxor prætendebat virum deficere in obſeruantia pactorum, & præſertim de retinendo eius nepotem in domo, & è conuerſo maritus conquærebatur de nimia expenſa in victu facta, & inde venerunt ad iurgia, vt deponunt 1. 11. 12. & 14. teſtes, & ita res habuit originem a leuibus cauſis, & ſine fundamento, & potuit maritus ex primo impetu, qui non eſt
10 in poteſtate noſtra moueri, vt conſiderat Bald. d. conſ. 136. lib. 1. & Bertaz. d. conſ. 283. num. 14. referens verba Bald. ex Ariſt. quod vxor ſemper debet eſſe ſub timore, & reuerentia viri. Imo etiam probatur ex confeſſione
11 mulieris in quodam eius memoriali, quod maritus exiſtimauit ſibi per eam datam fuiſſe mentitam. Et quod vxor prædicta non reuocauerit ad animum, ſed rediiſſet

ad

ad cohabitandum cum viro, ſi ipſe recepiſſet nepotem in
domo, vt prætendebat eum teneri iuxta conuentionem
deponunt 13.& 14.teſtes, & inde etiam arguitur recon-
ciliatio ſi quæ iniuria, vel offenſio illata fuiſſet, quæ re-
12 conciliatio impedit thori ſeparationem, Bertaz. d. conſ.
228.num.12.verſ.reſpectu verò, Rimin. iun. d. conſ.174.
numer.8. Minus etiam fuit probatus prætenſus morbus
contagioſus, nec quoad ipſum virum, nec quoad mulie-
rem, & omiſſis teſtibus qui nihil penitus deponunt, qui
ſunt 3.11.14.15. & 16. vel de auditu à prima vxore dicti
viri qui ſunt 7.9. & 12. vel ex relatione, & aſſertione
ipſius ſecundæ mulieris, & aliorum qui ſunt 8.9. & 10.
& alijs qui ignorant qualitatem morbi qui ſunt 1. 2.
& 6.

Ceſſat difficultas, quia ex depoſitionibus aliorum te-
ſtium inter quos ſunt Chirurgus, & obſtetrix, conſtat
etiam per ocularem inſpectionem corporis, eum fuiſſe
ſanum, & ab omni morbo mandatum, vt deponunt ijdem
13 teſtes ſummario viri num.13. qui plenè probant, eiſque
ſtandum eſt tanquam de viſu, & peritis in arte, l.1. ff. de
ventr.inſp.l.ſeptimo menſe, vbi Bald in vlt.add.ff. de ſtat.
hom.maximè cum pars nihil poſſit contra illos tanquam
14 à ſe inductus obijcere, l.ſi quis teſtibus, vbi Doct.C.de te-
ſtib.Mantic.deciſ.274.ſub nu.1. & fuit ſæpiſſime dictum.
Quo verò ad mulierem nihil penitus probatur, quod ex
carnali commixtione, & commercio cum viro ipſa inci-
derit in morbum contagioſum, & teſtes aliqui nihil de-
ponunt videlicet dicti 3.11.14.15. & 16. nec non 1.5. &
10. aliqui verò ex mulieris aſſertione videlicet 2.6.7 8.9.
12.13.& 17. & de auditu ab alijs videlicet dicti 7.9 12. &
13. Nec de huiuſmodi prætenſo morbo conquæſita fuit,
dum amicabiliter tractabatur de reuerſione ad matrimo-
nialem cohabitationem Inſuper dicebant DD.huiuſmo-
di morbum non ſufficere ad ſeparationem, ſed ſolum ad
15 debiti denegationem, quatenus tamen periculum mortis
ſuæ perſonæ immineret, quod hic non probatur, Nauarr.
in Manual. cap.22. ſub num.23. verſ. quarto coniugem,
Io.Boſcheus de iniuſt.nupt.lib.2 num.14. Barboſ.ad rubr.
ff.ſol.matrim.par.2. num.28. verſ. quod etiam recipien-
dum, Claud.ad conſ.Bertaz.conſil.228.ſub lit.D.cit.med.
verſ.his vtrinque. Neque viſa fuit. DD.releuans oppoſitio
ex aduerſo facta pendentiæ termini remiſſorialium cum
conſtet de lapſu terminorum, & vltima prorogatio fuit
facta cum clauſula, ſine retardatione, vt in ſummario mu-
lieris num.... Non obſtat nullitas ſententiæ de partibus
16 ex defectu citationis, quia in omnem caſum dum in
commiſſione adeſt clauſula, quam & quas pronuncia-
ri poterit, prout in prima, Achill. deciſ 17. de reſer.
Seraph. deciſ.1241. numero 2. cum alijs in Bonon. de
Capacellis 27. Nouembris 1615. coram bon. memor.
Andrea, & Imolen. bonorum 21. Iunij 1619. coram me.
Et ita reſolutum, &c.

ANNOTATIO.

A Hanc deciſionem D. mei cum ſententia approbauit Ro-
ta coram R. P. D. Pirouano 5. Maij 1625. in qua reſo-
lutum fuit conſtare de re iudicata ob non interpoſitam
appellationem intra decem dies coram iudice, cap.
17 vt debitus, de appell, Rot. deciſ.595.par.1.& 594. par.
2.recent.

Et concluſioni quod ſententiæ in cauſis matrimonia-
18 libus de ſui natura non ſubiaceant præſcriptioni tempo-
ris, & ſic rei iudicatæ, ex quo trahit ſecum continuatum
grauamen, reſpondit quod ex quo ſententia lata fuerat
pro conſeruatione thori, & ſimultanea coniugum habita-
tione non habet locum, Felyn.in cap.lator, n.3.de ſent. &
19 re iud. Rom.conſ.67.num 1. Angel.conſ.319.col.3. verſic,
item non obſtat.

B Sæuitia mariti non præſumitur, vt præter allegata cum
hac deciſione dixit Rota in Cæſenaten. ſeparationis tho-
ri 12. Februarij 1618. coram bon.mem. Dunozetto ſenio-
re Ianuen. ſeparationis thori Ven.31. Ianuarij 1625. co-
ram Remboldo.

C Cauſa ſufficiens pro ſeparationis thori eſt odium capi-
pitale, §. mitiores, auth. de nupt. Doct. in cap. 1. vbi
20 Abb.num.4. Præpoſ.num.2.& Alex.de Neu. numer.4.de
diuort. Item querela data ſuper criminibus arduis, vt re-
ſpondit Rota in Romana, ſeu Interamnen. ſeparationis
thori 11. Decembris 1602. & 27. Iunij 1603. coram
Cardinale Pamphilio ſeniore, & alias recenſet Rota in
Romana ſeparationis thori 1. Martij 1630. coram R.P.D.
Merlino.

Ideo ſtante ſæuitia viri ex qua vxor habeat iuſtum me-
21 tum, qui cadat in mulierem conſtantem, ſufficit ad hunc
effectum ſeparationis thori, Præpoſit. in cap. cauſam, il
primo, num.7.de offic. deleg. Gregor. deciſ.374. num.7.
& 8.& non eſt locus cautioni, ſed thori ſeparationi, cap.
ex tranſmiſſa, §.ſi autem capitali odio, & cap. litteras, §.
ſi vero tanta, de reſtit. ſpol. vbi Abb. numer.7. Menoch.
conſ 299.per tot. Barboſ.in rubr.ff. ſolut. matrim.2. par.
num.26.& 27. Guttier.quæſt.can.quæſt.24. num.7. lib.1.
Aldobr.conſil.71.numer.1. & ſeqq. Farinac. quæſt.crim.
143.num.119.& conſ.193. numer.4. poſt ſecundum vol.
conſ. Farinac.& latè fuit dictum in Toletana ſeparationis
thori 20. Nouembris 1596. coram Cardinali Pamphilio
ſeniore, & in dicta Romana, ſeu Interamnen. coram eo-
dem, quas refert, & ſequuta eſt Rota in dicta Romana
ſeparationis thori coram R.P.D. Merlino.

Eſt etiam locus ſeparationi thori quando adeſt timor
22 peccati, & diſputatur de validitate matrimonij, cap. litte-
ras, & ibi Canoniſtæ omnes, de reſtitut. ſpol. Gabr. con-
cluſ.1.nu.168. eod. tit. Rota in Neapolitana matrimonij
30. Martij 1629. coram R.P.D. Merlino.

Et præcipuè quando de validitate dubitatur propter
23 minorem ætatem vxoris, quo caſu matrimonium eſt nul-
lum, cap. tua, de ſponſal. cap. nobis, cap. de illis, il ſecondo,
cap.fin.de deſponſ.impub.c.vnico, §.idem quoque eod.
tit.in 6. Rot.deciſ.246.n.8. par.4. diuerſ. Sanchez de ma-
trim.lib.7.diſput.104.n.1.& 4. & Rota in dicta Neapoli-
tana coram R.P.D. Merlino.

Fallit concluſio quando ſuper ætate fuit obtenta di-
24 ſpenſatio Apoſtolica, & Iudex præuia cognitione ſuper
potentia ad copulam, & diſcretione, ſeu pendentia ad
percipien. connubij vim (quæ requiruntur pro validitate
matrimonij, c.fin. de deſponſ. impub. Diuus Thomas ſu-
per 4.ſentent.diſtin.389.vnica, art.5.in corpore, Sanchez
de matrim.lib.7. d. diſp.104. numer.21. Rota deciſ.246.
numer.3.par.4.diuerſi) mandauit exequi diſpenſationem
Apoſtolicam, vt in dicta Neapolitana coram Reuer.P.D.
Merlino.

Secus autem dicendum eſſet ſi probationes circa nulli-
25 tatem eſſent paratæ, & oſtenderentur in continenti, in
quibus terminis loquitur text.in d.cap. litteras, vt bene
declarat. Abb.in cap.laudabilem, nu.4. verſic.ſed die cla-
rius, vt lit. pend & admiſit Rota in dicta Neapolitana
matrimonij, & fortius ſi alter ex coniugibus tanquam
conſcius impedimenti daret de nullitate matrimonij, &
ſic probabilis eſſet ſuſpicio peccati, vt ponderauit Achill.
deciſ. vnica de ſponſ. & Rota in ſæpius allegata Neapoli-
tana, in qua nullitas allegabatur a tertio.

Et ideo reſoluit, quod pendente iudicio ſuper nullitate
coniuges non erant priuandi quaſi poſſeſſione coniugij,
26 & exercitio matrimoniali, d.cap.laudabilem, & ibi Abb.
& alij idem Abb.in cap.2.numero 4. qui fil ſint legitimi,
Menoch.conſ.446.numero 45. Sanchez de matrim.d. lib.
7.diſput.2.num.15.verſic.quod ſi opponas, & lib.2. diſp.
41.numet.56.ad fin.verſ.quod expreſsè, Franc.deciſ.130.
num.4.

Digitized by Google

numer.4.Achill. d. deciſ. vnic. de ſponſal. quæ emanauit
in alia Neapolitana matrimonij, Put. deciſ. 248. lib.3.
in corr. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 850.numero 5. &
fuit dictum in Parmen. ſeu Lunen. Sarzanen. ſepara-
tionis thori 18. Iunij 1628. coram Reueren. P. D. Ghi-
ſilerio.

Ioannes Franciſcus Ferentillius.

E O D E M.

Cæſarauguſtana electionis.

Veneris 8.*Martij* 1624.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura priuata carens teſtibus non probat.*
2 *Scriptura vt dicatur publica, quæ requirantur, remiſ-
ſiuè.*
3 *Apellatio etiam extraiudicialis debet in ſcriptis inter-
poni.*
4 *Attentata vt inducantur ex appellatione extraiudiciali,
non ſufficit allegatio cauſarum, ſed de earum veritate con-
ſtare debet.*
5 *Electio facta poſt appellationem extraiudicialem venit ir-
ritanda, quando appellatio fuit legitima, appellatio iuſtifi-
catur, vel fuit oblata probatio cauſarum in appellatione
allegatarum.*
6 *In appellatione interpoſita ab electione Eccleſiarum Ca-
thedralium, & Regularium, ſufficit allegatio cauſarum
probabilium.*
7 *Benedicti Duodecimi Conſtitutio circa præfixionem termi-
ni vnius menſis electioni celebrandæ, in Hiſpania in de-
ſuetudinem abijt.*
8 *Diuini cultus augumentum eſt fauorabile, ac pro eo facien-
da eſt interpretatio.*
9 *Abſens eligi poteſt, ſi pro Eccleſiæ vtilitate expedire vi-
detur.*

D E C I S I O CX.

DIxerunt Domini non conſtare de cauſis reſtitutio-
nis in integrum aduerſus ſententiam Rotalem
reſeruata tamen particulari inſpectione articuli, an in
electione duorum Canonicorum, de qua agitur, inter-
uenerit maior pars Capituli. Nam prima cauſa reſtitu-
tionis adducta, quod electio fuerit attentata, tanquam
facta poſt, & contra appellationem per tres Canonicos
ſe opponentes à futura electione interpoſitam ceſſat.
Primò, quia non conſtat de dicta appellatione, & il-
la verba, quod dd. tres Canonici dicebant ſe appellare,
& appellabant, & dabant ſuam cedulam appellationis
coram Notario, ſeu Secretario Capituli, ſunt ſimplex,
& nuda, & verbalis illorum aſſertio, non autem inter-
poſitio apellationis. Neque conſtat de aſſerta exhibi-
tione cedulæ, nec illius tenore. Et ſcriptura huiuſmo-
1 di caret teſtibus, & ſic non probat. Gemin. in cap.1.
ſub numero 15.poſt med. verſic.tu dic. & ibi Franch. ſub
numero 11. de appellat. in ſexto. idem Franch. in cap. vt
debitus, ſub numero 13.quæſt.5.eodem tit. in decretal.
2 Nec dici poteſt publica, cum in ea deficiat rogitus No-
tarij, & alia requiſita, de quibus per gloſ. in l. genera-
li, C.de tabell. lib.10. & plenè per Rot. in Burgi S. Do-
nini Præpoſituræ 19. Decembris 1612. coram me. Se-
3 cundò, quia appellatio etiam extraiudicialis debuit in-
terponi in ſcriptis, gloſ in cap.cum cauſam, in verſ. dum-
modo, in fin.de appellat. Abb.in c bonæ, num.10. propè
fin.verſ. conueniunt autem. eodem tit. Bredetod. de ap-
pellat.par.1. tit.22. col.2. in fin. Non conſtat autem de
appellatione in ſcriptis; immo quod non fuerit in ſcriptis
interpoſita reſultat ex clauſula illa; cum reſeruatione de
appellando in ſcriptis, vt in proceſſu fol.90.à tergo, iuxta
cautelam, de qua per Bart. in l.cum procurator, §. ſi Do-
minus, num.4.de oper.nou. nunciat. Tertiò, quia ad effe-
ctum, vt ex appellatione extraiudiciali inducantur atten-
4 ta, non ſufficit allegatio cauſarum; ſed de earum veritate
conſtare debet, gloſ.in cap.non ſolum, de appellat. in 6.
in verb.ante diffinitiuam, verſ.eſt igitur neceſſe, quam
ſequuntur ibi Doct. vt per Apoſtill.ad eam, & eam in ap-
pellatione extraiudiciali loqui, dicit Abb. in c.cum no-
bis, num.8.de elect.poſt Præpoſ. & Franch. atteſtantes de
communi relatos per Didac. practic. quæſtion. cap.24.
num.5. & quod electio facta poſt appellationem extraiu-
5 dicialem non veniat irritanda, niſi quando appellatio
fuit legitima, eſt tex. in c. conſiderauimus, & ibi gloſ.in
verb.appellationem, de elect.& ibi Butr.num.2.3.& num.
5. quod ante iuſtificatam appellationem non reuocan-
tur, Abb.in primo not.Compoſtellan. num.4. in fin. Bel-
lam.num.3.Dec.in cap.dilecti, il 2.in princip de appellat.
vel ſaltem requiritur oblata probatio earundem cauſa-
rum, Rot. deciſ.44. de appellat. in nou. Nec applicatur,
6 quod hæc non ſint neceſſaria in appellatione interpoſita
ab electione Eccleſiarum Cathedralium, & Regularium,
iuxta cap.ſi poſtquam, de elect.in 6. Butr. in d. c. bonæ,
num.15.propè fin verſic.dicunt tamen, ibi, de appellat.
cum alijs per Lancellot.de attent.par.2. cap.12. limitat.
3.num.20.Rot.dicta deciſ.44.num.4.de appellat. in nou.
Quia diſpoſitio d.cap.procedit in electione Prælati, & in
appellatione interpoſita ad Sedem Apoſtolicam, & in
ſcriptis, & poſt electionem ſequutam, quæ in propoſito
ceſſant. Secunda item cauſa adducta ex eo, quod in huiu-
ſmodi electione ſeruata non fuerit forma Conſtitutionis
Benedicti Duodecimi circa præfixionem termini vnius
menſis, diluitur ex deductis in alia deciſione coram Re-
7 uerendiſs.D. meo Decano: Vltra quod in Hiſpania præ-
dictam Benedicti Conſtitutionem in deſuetudinem abijſ-
ſe teſtatur Trull. ollim eiuſdem Eccleſiæ Canonicus, in
tract.de Canon.regul.cap.11.num.1.in fin. Tertia, ob de-
fectum trium præcedentium tractatum requiſitorum, iu-
xta conſuetudinem huius Eccleſiæ, ſublata fuit in alia de-
ciſione Reuerendiſſimi D.mei Decani facta ſuper dene-
gatione Remiſſoriæ die 28 Iunij præteriti, in quæ firma-
tum fuit de illis ſatis conſtare ex iuribus productis, & da-
tis in ſummario Capituli 17.Iunij 1622.num.1. & 2.& re-
ceptis 20. Martij 1623. Quarta demum cauſa ratione
prætenſæ iniuſtitiæ dictæ electionis ſubſiſtere viſa non
fuit, quia immo illa fuit iuſtiſſima, cum ex ea augeretur
numerus Canonicorum, & ſic tenderet in maiorem Ec-
8 cleſiæ decorem, ac Diuini cultus augumentum, quod eſt
fauorabile, ac pro eo facienda interpretatio, Rot.coram
fel.record.Greg.XV.deciſ.483.n.6.

Nec obſtat quod electus fuerit abſens, quia qualitas,
9 electi talis eſſe poterat, vt pro Eccleſiæ vtilitate magis
conduceret illum etiam à longinquis partibus expectare,
quam alium præſentem eligere. Vltra quod tunc de iſta
abſentia oppoſitum non fuit, ſed ſolum de tenuitate fru-
ctuum, & de Eccleſiæ de pauperatione, quæ in facto non
verificabatur, quin etiam de contrario conſtabat, vt ex
deductis in dicta deciſione 28.Iunij præteriti.

Et ita reſolutum vtraque parte informante prædicto
articulo, vt ſupra reſeruato.

E O-

Digitized by Google

EODEM.

Valentina beneficij.

Veneris 16. Ianuarij 1626.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij facta appellatione pendente, eſt attentata.*
2 *Collatio beneficij, ex quibus cognoſcatur, quod ſit iudicialiter facta.*
3 *Collatio beneficij quando iudicialiter facta fuit, ab ea datur appellatio.*
4 *Conſuetudinem allegans, tenetur eam probare ſpecialiter in caſu, de quo agitur.*
5 *Sequeſtrum in beneficio apponendum eſt, vbi conſtat de attentatis.*

DECISIO CXI.

Collatio beneficij de quo agitur, per Vicarium ad fa-
uorem Ludouici facta, ac eiuſdem appreheuſa poſ-
ſeſſio tanquam ſubſequutæ, nedum infra terminum ad
appellandum, ſed immo etiam poſt duplicatas appellatio-
nes pro parte Damiani præſentati, & Clauerij, ac Maio-
ralium Artis Aurificum præſentantium à ſententia pri-
mò dicti Vicarij ſuper dicta Collatione lata, & deinde à
reiectione huiuſmodi appellationum quoad effectum
deuolutiuum per eundem Vicarium facta interpoſitas,
& intimatas, vt in ſummario num. 1. & 2. viſæ fuerunt Do-
1 minis attentatæ, cap. non ſolum, de appellat. in 6. cum
vulg. Cum etenim iudicialiter proceſſum fuiſſet, vt appa-
2 ret ex comparitione plurium oppoſitorum, & ex citatio-
nibus, reſponſionibus, articulis interrogatorijs, examine
teſtium, & alijs actis pro iuſtificatione huiuſmodi oppo-
ſitionum factis, de quibus in proceſſu, Gemin. in cap. aua-
ritiæ, num. 2. & ibi Franch. n. 5. de elect. in 6. Rot. coram
felic. record. Greg. XV. deciſ. 515. num. 1. Et d. Vicarius ad
d. Collationem vti Iudex, & per viam ſententiæ deuene-
3 rit, non fuit dubitatum, quin ab ea appellatio daretur,
Lambert. de Iurepatronatus lib. 2. par. 2. quæſt. 11. princ.
art. 4. n. 1. & 4. Lanceil. de attent. cap. 12 limit. 3. in fin. &
limit. 5. n. 4. & limit. 49. in fin. Gonzal. ad reg 8. gloſ. 9. in
adnot. nu. 36. & ſeqq. Rot. deciſ. 266. lib. 3. par. 3. diuerſ. &
deciſ. 598. n. 3. par. 1. recen. & in Calaguritana de Oliuari
28. Ianuarij & 22. Martij 1604. coram bon. mem. Penia, &
in Lunen. Sarzanen. Iuriſpatronatus 22. Iunij 1615 coram
R. P. D. meo Remboldo, vt in copia data, & nuper in Bri-
xien. Iuriſpatronatus 3. Aprilis 1623. coram R. P. D. Na-
uarro. De mandatis autem procuratorum, qui nomine
dd. præſentati, & præſentantium appellarunt, doctum fuit
per publica inſtrumenta cum ſpecifica facultate ad ap-
pellandum, vt in ſummario ſub d. n. 1. Prætenſa verò con-
ſuetudo illarum partium non admittendi appellationes
ſuſpenſiuas in collationibus beneficiorum, non probatur
4 deberet ſpecialiter in hoc caſu, quando ad collationem,
ſeu inſtitutionem iudicialiter proceditur, Oldrad. conſ.
237. n. 3. cum alijs pluribus cumulatis per Surd. conſ. 74. n.
13. & conſ. 371. n. 2. Et ideo pro d. Damiano tantum in-
formante reſponderunt Domini, conſtare de attentatis,
5 & ſequeſtrum apponendum eſſe, Caſſad. deciſ. 3. de reſtit.
ſpol. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 2. de appellat. & ſæpiſſimè de-
ciſum fuit, &c.

CORAM PAVLO DVRANO.

EX TOMI. I.

Peruſina Spolij.

Mercur. 27. Iunij 1629.

SVMMARIVM.

1 *Res Iudicata intrat, ſi appellatio non fuit in interpoſita in ſcriptis, intra decem dies.*
Declara procedere in appellatione à diffinitiua ex interuallo, num. 7.
2 *Res Iudicata intrat ſi non fuit reditum pro Apoſtolis, licèt appellatum fuit intra terminum iuris.*
3 *Rurſus intrat ob lapſum fatalium.*
4 *Tranſportatio integri proceſſus fieri debet ab eo qui prætendit rem Iudicatam: itaut non ſufficiat productio ſolius ſententia.*
5 *Sententia non probat ſine proceſſu.*
6 *Appellatio viua voce, incontinenti interpoſita, ſufficit de iure.*
8 *Appellatio ab interlocutoria debet eſſe in ſcriptis de Iure Canonico.*
9 *Terminus ad redeundum pro Apoſtolis durat, de iure, per triginta dies.*
10 *Appellatio proſequi poteſt intra biennium, in Curia.*
11 *Fatalium prorogatio, à quo tempore ſit computanda.*

DECISIO CXII.

1 Dominus Perſianus de Anſideis † prætendebat rem
iudicatam, ſententiæ ad eius fauorem latæ per Gu-
bernatorem Peruſiæ, con. DD. de Alphanis ex triplici ca-
pite: Primò, quia Alphani infra decem dies non appella-
2 runt in ſcriptis, iuxt. l. 1. §. fin. ff. de Appellat. † Secundò
quia, quatenus appellauerint intra terminum, non redie-
runt pro Apoſtolis, c. ab eo de appellat. in 6. & Clem.
3 qualium eod. tit. Et demum † ob lapſum fatalium, Auth.
ei qui, C. de temp. appellat. & cap. cum ſit Romana, de
appellat. Vnde dedi dubium. An conſtet de re iudicata:
Et DD. hodie reſoluerunt eam non probari.

Nam primum de appellatione non interpoſita in ſcri-
ptis, ceſſat pœnitus, tum quia non conſtat, de ſententia
in proceſſu actorum per Auſideum tranſportato, ex cu-
ius reuolutione prætendit conſtare de non appellatione
in ſcriptis; quinimò ex ea conſtat non adeſſe ſententiam
4 in dicto proceſſu; & clarum eſt † quod Anſideo qui præ-
tendit rem iudicatam, incumbit onus tranſportandi in-
tegrum proceſſum, itaut neque ſufficiat productio ſolius
ſententiæ, Modern. de appell. q. 2. art. 4. num. 19. verſ. con-
5 contrarium ſeruat: † Et hoc ex eo quia ſententia non
probat ſine proceſſu, Paul. de Caſtr. in l qui ad ciuilia, ff.
de appellat. Caputaq. deciſ 128. part. 3. Tum etiam quia
quatenus conſtaret de ſententia, illa, vt vtrinque dicitur,
6 fuit lata die 15. Octobris 1626. † & tamen Alphani do-
cent de appellatione, viua voce, incontinenti interpoſi-
ta; prout de iure, l. 2 & ibi gloſſ. ff de appellat. Bart. in d.
l. 1. §. fin. ff. eodem, Specul. eod. tit. §. qualiter autem in
princip. lib. 2. Veſtr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 28. Achill.
deciſ. 2. in princip. de appell. & Put. deciſ. 102. num. 1. lib.
7 3. † Nec aduerſatur, tex. in d. l. prima, §. fin. Quia proce-
dit in appellatione à diffinitiua ex interuallo, vt ibi de-
8 clarat Bart. num. 4. † prout de iure canonico idem eſt in
appellatione ab interlocutoria, à qua indiſtinctè appel-
landum eſt in ſcriptis, cap. 1. vbi gloſ. verb. Interlocuto-
ria, de appellat. in 6. Franc. in c. vt de debitus, col. 11. verſ.
vltimò

Digitized by Google

vltimò pones, eodem tit. Veſtr. vbi ſupra, Rot. deciſ. 54.
de appellat. in nou. & apud Put. dicta deciſ. 102. vbi ra-
tionem differentiæ aſſignat inter appellationem à diffi-
nitita, & interlocutoria.

Secundum quod non fuit reditum pro Apoſtolis; ex
facto tollitur, tum quia vt dictum eſt, in proceſſu non
conſtat de ſententia; tum etiam quia Aphani appella-
runt, vt ſupra, die 15. Octobris, qua vt dicitur, fuit lata
ſententia, & Index dedit terminum iuris; die verò penul-
tima eiuſdem menſis, redierunt pro Apoſtolis, quos Iu-
9 dex eadem die penultima dedit, † & ſic intra terminum
iuris, qui durat per triginta dies, cap. ab eo, vbi Archid.
de appell. in 6. l. Iudicibus, C. eod. Bart. in d. §. fin. num. 8.
verſic. quærit. gloſ. Specul. in tit. de Apoſt. in rubr. num.
15. verſic. ſed numquid libello, lib. 4. Marant. in Specul. p.
6. art. 2. num. 416. verſ. 4. caſus, Marcheſ. de commiſſ. part.
2. c. 1. de Apoſt. petit. n. 28. & Rota deciſ. 80. de appell. in
antiq.

Tertium de prætenſa deſertione ob lapſum fatalium,
ſimiliter non releuat, non docto de ſententia; & in om-
10 nem caſum ceſſat etiam ex facto, † quia durante adhuc
biennio, quod paſſim datur in Curia, vt teſtatur Put. de-
11 ciſ. 385. lib. 1. † fatalia, vt apparet ex actis fuerunt proro-
gata ad ſex menſes, qui non ſunt computandi, vt Anſi-
deus prætendit, à die prorogationis, quæ facta fuit die 3.
Iulij 1628. & ſic per tres menſes, & dies duodecim ante
lapſum dicti biennij, quod currebat vſque ad diem 15.
Octobris eiuſdem anni, ſed à die finiti biennij, Mandoſ.
in tract. de Commiſſ. prorog. fatal. verb. lite & cauſa,
Marcheſ. eod. tit. cap. 1. §. 1. n. 58. & Put. dicta deciſ. 385.

Et ita &c. vtraque &c.

E O D E M.

Veneta Sequeſtri.

Veneris 26. Iunij 1626.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ conformes an, & quando dicantur ad effectum,*
vt intret res iudicata ex tribus conformibus.
2 *Decretum, aut ſententia in iudicio ſummario, in quibus iu-*
ra partium non ſunt plenè, & ſolemniter diſcuſſa, non præ-
iudicant in iudicio plenario.
3 *Res iudicata non intrat ex capite deſertionis ſi appellatio*
fuit interpoſita intrat decem dies, & fuerunt petiti apo-
ſtoli, & datus terminus iuris, & intra illum cauſa com-
miſſa.
4 *Amplia, etiam ſi non fuerit reditum pro Apoſtolis intra*
terminum iuris: quia ſufficit, quod intra illum petiti fue-
rint, & quòd cauſa commiſſa fuerit.
5 *Appellant à diffinitiua poteſt de ſtylo, non expectato re-*
ſponſo, ſuper apoſtolis impetrare iudicem, qui interim po-
teſt procedere in cauſa: & rationem habes, n. 6.
7 *Clauſula, quod orator amplius pro apoſtolis redire non te-*
neatur, non eſt neceſſe, quod apponatur in commiſſione
cauſa, ſed ponitur ſolum ad cautelam.
8 *Commiſſio ſufficit, quod intra terminum iuris perueniat*
ad bancum curſoris, etiam ſi non fuerit actu Iudici præ-
ſentata.
9 *Afflict. in conſtit. Regn. tit. de appellat. rubr. 45. numer. 24.*
verſ. decimo nota, declaratur.

D E C I S I O CXIII.

Die 15. Maij præteriti dubitaui: An conſtet de re
iudicata. Et cum ex duplici capite prætenderetur,
nempe ex tribus conformibus, & ob deſertionem, dice-
bant Domini caput ex tribus conformibus penitus care-
1 re fundamento: † Quia decretum reuocationis ſequeſtris
Illuſtriſſ. Patriarchæ Antiocheni, quod prætenditur eſſe
computandum pro prima ſententia, nec condemnatio-
nem continet, nec abſolutionem, nec quicquam aliud
his æquipollens. Et quamuis ſententia D. mei Buratti,
quæ prætenditur quod habenda ſit pro ſecunda, confir-
met dictum decretum quoad reuocationem ſequeſtri;
progreditur tamen vlterius, dum ſuper meritis cauſæ de-
clarat nullum ius Ioſepho competere: & ideo in hac par-
te non poteſt dici conformis decreto: Et propter ean-
dem cauſam quamuis vltima ſententia D. mei Pirouani
ſit conformis ſententiæ D. mei Buratti, non tamen de-
creto, iuxta latè tradita per Couarr: pract. quæſt. cap. 25.
nu. 5. & 6. Crauet. conſ. 183. per tot. Et accedit quod de-
cretum fuit ſuper articulo reuocationi ſequeſtri: in quo
quando fuiſſet habita ratio de mente cauſæ principalis,
2 ea habita fuit incidenter, & ſummariè tantum. † Decre-
tum autem, aut ſententia in iudicio ſummario in quibus
iura partium non ſunt plenè, & ſolemniter diſcuſſa, non
præiudicant, nec in eis poteſt fieri fundamentum in iu-
dicio plenario, l. penult. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.
& ibi gloſ. l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, verſ. memi-
niſſe, & ibi Bart. ff. de liber. agnoſc. Vinc. de Franc. deciſ.
289. per tot. Barz. deciſ. 82. n. 25.

Quapropter fuit tunc difficultas reſtricta ad caput de-
3 ſertionis; Quæ hodie fuit negatiuè reſoluta: † Quia ſen-
tentia Domini mei Pirouani fuit lata ſub die 22. Decem-
bris, & die 30. eiuſdem menſis fuit ab ea appellatum, &
petiti apoſtoli, & datus terminus iuris, & ſic intra decem
dies, Auth. hodie, de appell. cap. anteriorum 2. quæſt. 6. &
die 26. Ianuarij ſequentis fuit mihi cauſa commiſſa, & ſic
intra menſem à die dati termini iuris.

Non obſtat, quod non fuerit reditum pro apoſtolis
4 intra terminum iuris: † Quia ſat eſt, quod à principio
fuerint apoſtoli petiti intra dictum terminum, & cau-
ſa in Rota commiſſa; quæ idem operantur, ac reditus
pro apoſtolis ad effectum euitandi deſertionem, Rot.
5 deciſ. 54. de appell. in antiq. † vbi quod de ſtylo appellans
à diffinitiua, poteſt, non expectato reſponſo ſuper apo-
ſtolis, impetrare iudicem, qui interim poteſt procedere
6 in cauſa. † Et ratio eſt, quia ex quo ius huiuſmodi ap-
pellationi defert, & terminum ſtatuit, cap. cum ſit, de ap-
pellat. ſtatim proſequi poteſt, cap. oblatæ, de appell.
etiam reſponſo non expectato, Rot. deciſ. 41. verſ. nam
ex quo ius, de appell. in nou. Caſtad. deciſ. 8. & Creſcent.
deciſ. 2. eod. tit. Verall. deciſ. 38. par. 1. & deciſ. 115. part.
2. Rot diuerſ. deciſ. 734. part. 4. Lancellot. de attent. par.
2. c. 13. n. 28. verſ. & propterea, Adden. ad Greg. XV. de-
ciſ. 573. num. 14.

Non obſtat, quod in commiſſione non fuerit appoſi-
ta clauſula; Ita quod orator amplius pro apoſtolis redi-
7 re non teneatur, † Quia cum redire ad iudicem pro apo-
ſtolis nihil aliud ſit, quam reportare voluntatem iudicis
in deferendo appellationi, cui lex ipſa iam defert: prædi-
cta clauſula non eſt neceſſaria, ſed ſolum ad cautelam,
Lancellot. d. c. 13. n. 28. & 29.

Non obſtat, quod commiſſio intra terminum iuris
non fuerit iudici præſentata, nec pars citata ad dicen.
8 contra: † Quia ſufficit, quod intra illud tempus perue-
nerit ad Bancum Curſoris, vt eam præſentet, ex quo ſa-
tis de diligentia conſtare dicitur, Caſtad. deciſ. 4. in
princ. de appellat. Creſcen. deciſ. 1. eod. tit.

Demum non obſtat deciſio Peruſina de Vbaldis 17.
Iunij 1576. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio, da-
ta per partem aduerſam: Quia nullam mentionem facit
de citatione ad dicen. contra, nec de præſentatione co-
ram iudice; immo innuit ſufficere quod intra iuris ter-
9 minum cauſa committatur. † Afflict. verò etiam ex
aduer-

Digitized by Google

aduerſo alleg.in conſtit.titul.de appellat.rub.45. numer. vigeſimoquarto, verſic.decimo nota, loquitur ſecundum terminos illius conſtitutionis, non de iure communi, in quo verſamur.

Et ita &c. vtraque &c.

E O D E M.

Calaguritana Benef. de Guerenna.

Veneris 28. Maij 1628.

S V M M A R I V M.

1 *Præſentatio, & collatio facta intra tempus ad appellandum, ſunt attentata.*
2 *Item ſi fuerint facta poſt appellationem interpoſitam, & illa adhuc pendente.*
3 *Præſentatio, & collatio ſunt actus extraiudiciales, & ideo non cauſat attentata, num.4.*
5 *Fallit, ſi fuit actum iudicialiter, quia tunc cauſant attentata: & quando dicatur iudicialiter actum.*
6 *Comparitio extra terminum, quando non noceat.*
7 *Breue Clem.VIII.motu proprio emanatum, dat facultatem prorogandi terminum ad probandum datum oppoſitoribus contra præſentatum; & quid ſi prorogatio dicti termini fuerit petita, & denegata, num.9.*
8 *Decretum Iudicis, quod quis non ſit legitimus contradictor, habet vim diffinitiua.*
10 *Apoſtolorum loco ſufficit fuiſſe petitum teſtimonium appellationis, ex ſtylo Hiſpaniarum.*
11 *Apoſtoli peti debent intra terminum 30. dierum de iure communi.*
12 *Collatio facta pendente termino ad petendum apoſtolos, & ante illorum petitionem, eſt attentata.*
13 *Attentata reuocari quando debeant per viam nullitatis.*
14 *Appellationes effectus tolli non poteſt per Conſtitutionem ſynodalem.*

D E C I S I O CXIV.

DOmini dixerunt conſtare de attentatis; quia Ordinarius die 15. Aprilis 1625. declarauit pro legitimo oppoſitore Ioannem de Oro aduerſarium, & diu ſequenti dedit mandatum de præſentando eumdem: qui die 18. vigore dicti mandati fuit præſentatus, & 21. obtinuit collationem; Sebaſtianus vero appellauit die 16. eiuſdem,
1 † Vndè videtur non poſſe dubitari, quin hæc omnia, cum inde ſequutis fuerint attentata, tam facta intra tempus datum ad appellandum, capit.non ſolum, in princip. & ibi gloſs. & Franch.de appellat. in 6. Cæſar. de Graſs. deciſ.2.numer.quinto, de appellat. cum alijs per Addent.
2 ad Gregor.XV.deciſ.251. numer.14. † quam poſt appellationem interpoſitam, & ſic appellatione pendente, l.1. ff.nihil nouand. Rot.deciſ.78. de appell.in antiq.& alibi paſſim.

Non obſtat, quòd prædicta, ex quibus prætenduntur
3 attentata, nempè † præſentatio, collatio, & alia ſint actus extraiudiciales, cap.concertationis 8.de appellat.in 6. & ibi Franch.num.3. Gonzalez.in adnot. contra nullitat.n.
4 14.cum pluribus ſeqq. † qui propterea non cauſant attentata, Lancellot.de attent.part.2.cap.4.limit.5.numer. 29.& fuit dictum in Lunen. Sarzanen. beneficij 13.Iunij 1625. coram me; Quia licet regulariter hoc ſit verum,
5 † tamen in caſu iſto ex publicatione edictorum; & comparitione plurium oppoſitorum; qui fuerunt per Iudicem admiſſi, cum aſſignatione, & prorogatione termini ad probandum: nec non ex productione plurium iurium, ac intimatione decreti circa admiſſionem oppoſitorum eiuſdem facta in vim motus proprij Clementis VIII. dubio procul fuit iudicialiter actum, iuxta requiſita capit. forus, §.in omni quoque negotio, de verb. ſign. Gonzal. vbi ſupra num.38. & in puncto Greg.XV. deciſ.515.nu. 1.& fuit dictum in Parmen. beneficij 30. Maij 1609. coram bon.memor.Iuſto, & in Calaguritana Beneficij de Merilla 11. Februarij 1611. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.

6 Non obſtat, † quod Sebaſtianus comparuerit extra terminum, Quia ſufficit, quod re integra comparuerit,
7 & fuerit admiſſus, eiuſque iura recepta, † ex quo in dicto motu proprio datur facultas prorogandi Gonzal. vbi ſupra nu.180.cum ſeqq.

Non etiam releuat, quod Sebaſtianus non docuerit de
8 ſuo iure intra terminum, Quia † ſufficit, quod Iudex declarauerit, illum non eſſe legitimum oppoſitore, quod decretum habet vim diffinitiuæ, vt in Calaguritana Beneficij de Luna 7.Februarij 1608.coram Reuerendiſſimo D.meo Decano, quæ eſt in impreſsis apud eumdem de-
9 ciſ.407.num.2. † & in omnem caſum ſufficit, quod petierit prorogationem, quæ ei fuit denegata, ex Gonzal. vbi ſupra num. 181.

Non obſtat, quod apoſtoli non fuerint petiti, Quia
10 vltra quod † fuit petitum teſtimonium appellationis, quod ſufficit loco apoſtolorum de ſtylo Hiſpaniarum,
11 Seraph.deciſ.1261.nu.2. † cum de iure communi dentur 30.dies ad illos petendum, l.Iudicibus, Cod. de appellat.
12 Grauat.ad Veltr.lib.7. cap.3.n.63. † Sufficit ad effectum attentatorum, quod pendente dicto termino, & ante petitionem fuerit facta collatio, Lancellot.de attent.2.par.
13 cap.13.num.19. † & in omnem caſum intrat reuocatio per viam nullitatis, Gregor.XV. deciſ.339. num.6.& ibi Addictio.

Non obſtat demum Conſtitutio Synodalis, Quia †
14 non eſt verum, quod illa tollat effectum appellationis, prout prætenditur ad aduerſo, vt dixit Rot.in Calaguritana quartæ portionis de Zurbano 24.Maij 1604.coram bo.mem.Penia, & apud Greg.XV. deciſ.339. in fin.&c.

Et ita vtraque &c.

E O D E M.

Parmen. Penſionis.

Sabb. 23. Ianuarij 1627.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſoria conceditur in propbanis data releuantia articulorum, & deficiente calumnia.*
Amplia, vt ſufficiat releuantia vnius ex articulis, nu.8.
2 *Appellare quis poteſt à decreto de procedendo ad vlteriora in petitorio, ſi prius fuerit proteſtatus de cognoſcenda cauſa in poſſeſſorio.*
3 *Confeſſio procuratoris, vt præiudicet principali, debet eſſe omnino certa.*
4 *Clauſula, quam, & quas, operatur, vt poſſit procedi tanquam in prima.*
5 *Tranſportatio ſententiæ non eſt neceſſaria, quando non agitur de confirmatione vel infirmatione illius.*
6 *Amplia procedere etiam in cauſis fori Eccleſiaſtici, & ſic in terminis Concilij Trident.*
7 *De iure conſtare dici non poteſt, quouſque conſtare poteſt de non iure.*

D E C I S I O CXV.

DIe 25.Maij anni præteriti fuit reſolutum dandam eſſe remiſſoriam Dominico Mariæ Amitæ ex fundamen-

damentis, de quibus in deciſione deſuper extenſa,quæ cũ
hodie reuideretur, Domini perſtiterunt in deciſis: quia
1 articuli ſunt releuantes,& materia eſt prophana, nec ad-
eſt calumnia ex aduerſo prætenſa, ſed potius fumus de
contrario,ex teſtibus datis.

Neque obſtat prætenſus defectus iuriſdictionis,ex de-
fectu tranſportationis actorum, ex quo Dominicus non
tranſportauit ſententiam, cuius meminit in commiſſio-
ne; quia vltra reſponſiones datas in prædicta deciſione,
placuit Dominis,quod dicta confeſſio,ſaltim ad effectum
integræ tranſportationis, verificatur in decreto iudicis,
a quo,quod fuit tranſportatum;iudicio enim introducto
in partibus per D.Nicolaum Aduerſarium ſuper nullita-
te penſionis, Dominicus proteſtatus fuit, ſe velle manu-
teneri in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi dictam penſio-
nem; & iudex nihilominus decreuit, procedendum eſſe
ad vlteriora in cauſa nullitatis.

2 Vnde a dicto decreto † potuit appellari, Rot.deciſ.
383.numero octauo,apud Seraphin, prout ab eo Domi-
nicus appellauit; in cuius appellationis executionem,
præſumendum eſt,impetratam fuiſſe pro parte Domini-
ci commiſſionem, non autem ad iudicem grauantem re-
diſſe.

3 Et in omnem caſum, vt prætenſa † confeſſio procura-
toris præiudicet, debet eſſe, omninò certa,itaut recipere
nequeat aliam interpretationem,Rot.deciſ.685.num.3,
part.1.diuerſ. Cum itaque illa poſsit, quoad effectum in
decreto prædicto verificari,non poteſt Dominico noce-
re, maximè ſtante dicta appellatione, ac reuocatione di-
ctæ confeſsionis:& præſertim cùm appareat de veriſimili
errore procuratoris, cui dictum decretum cauſam de-
dit.

Non obſtat, quod reuocata confeſsione, ceſſet funda-
mentum commiſsionis,quæ fuit impetrata ſub narratiua
quod fuerat à decreto diffinitiuo appellatum, quia pro-
cedit eadem reſpõſio, vt narratiua verificetur in decreto
procedendi ad vlteriora; & ita intellexit Signatura, dum
in ea fuit de hoc per Nicolaum oppoſitum, quæ nihilo-
minus cauſam remiſit ad Rotam.

Et remouetur omnis difficultas ex clauſula, quam, &
4 quas, † cuius vigore poteſt procedi tanquam in prima,
Seraph.deciſ.1241.num.2 Rot.deciſ.731,num.5. part.2.
recent.& apud Pacif.de Saluan. deciſ.72. numer.7.Vnde
quamuis etiam hoc caſu acta ſint integriter tranſporta-
5 ta; cum tamen † non agatur de ſententiæ confirmatione,
vel infirmatione,illius tranſportatio,tanquam irreleuãs
non fuit neceſſaria, Greg.XV.deciſ.508.num.10. & Rot.
in Auinionen.bonorum 22.Maij 1626. coram me: quod
6 † procedit etiam in cauſis fori Eccleſiaſtici, & ſic in ter-
minis Concilij, vt fuit dictum in Illerden. penſionis 16.
Iunij 1624. coram Illuſtriſsimo Patriarcha Hieroſoly-
mitano.

Non obſtat prætenſa iuſtitia carcerationis; quia ad-
7 huc de ea non eſt pronunciatum, † & ideo non poteſt
dici conſtare de iure, quouſque poteſt conſtare de non
iure, Ægid.deciſ.103.

Nec obſtat demum allegata calumnia,dum articulatur
de tempore prætenſi metus,D.Nicolaum fuiſſe Vicarium
Epiſcopi: inde enim non inſurgit calumnia, quia Domi-
nicus prætendit hoc poſſe probare vel verè,vel apparen-
ter, ex quo Nicolaus gerebat omnia negotia Epiſcopa-
tus: Et in omnem caſum ſufficit releuantia vnius ex arti-
8 culis, Seraph.deciſ.1364.num.3.& apud Greg.XV.deciſ.
124.num.3.& deciſ 403.num.6.

Et ita vtraque &c.

EODEM.

Mantuana Iuris paſcendi.

Lunæ 26. Martij 1629.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio,licet admiſſa fuerit cum clauſula,ſi & in quan-
tum, tamen cenſetur ſimpliciter admiſſa,quando à ſenten-
tia dabatur appellatio quo ad vtrumque effectum.*
2 *Statutum laicale non intrat in re Eccleſiaſtica quamuis a-
gatur inter laicos,& ad hoc vt intret eſt neceſſaria parti-
cularis diſpoſitio Superioris,nu.3.*
4 *Appellationes ad Sedem Apoſtolicam tolli non poſſunt per
conſtitutiones particulares in contrarium.*
5 *Appellatio cenſetur admiſſa quoad vtrumque effectum, ſi
Signatura cauſam appellationis ſimpliciter commiſit.*
6 *Attentata ſunt, geſta ante appellationem per Papam ſim-
pliciter admiſſam, & ideò reuocari debent,*
7 *Continuans non attentat.*
8 *Attentata vltima purganda ſunt,*

DECISIO CXVI.

DOmini cenſuerunt eſſe confirmandam ſententiam
Rotalem D.mei Virilis, qua fuit declaratum omnia
geſta in hac cauſa poſt ſententiam Iudicum ab Epiſcopo
Mantuano deputatorum, latam die 17.Aprilis 1626. &
poſt appellationem per D.de Valentibus ab ea interpo-
ſitam die 29.prædictorum menſis, & anni, eſſe nulla, &
attentata; Quia de validitate non hæſitabatur, Iuſtitia
autem viſa fuit clara, ex rationibus, & fundamentis deci-
1 ſionis deſuper factæ 26.Iunij 1628. coram eodem, † vbi
quod à d.ſententia dabatur appellatio quoad vtrumque
effectum, & ideò quod licet illa non fuerit admiſſa, niſi ſi
& in quantum, tàmen ſimpliciter admiſſa cenſetur, ex
doctrina Bald.in l.edita n.98.in ſecunda lectura, Cod. de
edend.Roman.conſ.501.nu.3.Mart.de clauſ. par.1.clauſ.
136.nu.1 & Seraphin. deciſ.499.num.2. cum allegatis in
deciſione in hac cauſa facta.

Neque obſtat quòd appellatio non fuerit proſequuta
intra quindecim dies, vt diſponit ſtatutum Mantuanum,
2 Quia illud vti laicale non intrat in caſu noſtro, cum ver-
ſemur in lite ſuper emphyteuſi Eccleſiæ, quamuis inter
laicos, Abb.in cap.inter alia num.16. de immun. Eccleſ.
Grat.conſ.110.nu.36.lib.1.Rot.in Rom. Domus de Sca-
puccis 19.Ianuarij 1611.coram Reuerendiſs. D.meo De-
cano,quæ in impreſſ.poſt,Pacif.de Saluian.eſt deciſ.238.
& fuit dictum in romana Domus ad S.Honuphrium 29.
Aprilis 1626.coram me.

Non obſtat etiam Breue Clementis Octaui, nec quòd
Congregatio ſuper Cõſultationibus Epiſcoporũ, impar-
tita fuerit licentiam Epiſcopi mantuanis recipiendi in
ſua curia d ſtatutum, quia vltra quod in ijs,quæ data ſunt
pro parte Communitatis Campitelli ſub numer.8.ſolum
enunciantur duæ litteræ Congregationis Epiſcoporum,
3 quid autem contineant illæ litteræ, ibi non legitur,† cùm
tamen ſit neceſſaria particularis diſpoſitio, vt communi-
ter notant DD.in cap. Eccleſ. S Mariæ de conſtit. Quid-
quid ſit,nec Breue, nec prætenſæ litteræ tollunt appella-
tiones ad Sedem Apoſtolicam, cap.dudum de præben.in
6.& rot.deciſ.196.part.2.diuerſ. cum alijs optimè dedu-
ctis in prædicta deciſione D.mei Virilis. Et in omnem
caſum ex ſubiecta materia,tam Breui, quã litteris, obſtat
defectus voluntatis, ex ipſomet ſtatuto dum præfigit ter-
minum octo dierum in criminalibus, & quindecim in ci-
uilibus ad docendum coram Iudice à quo de proſecutione
appel-

appellationis, quod propterea non poteſt comprehen-
dere appellationes interpoſitas ad Curiam Romanam,
quia per indirectum idem eſſet, quod illis penitus tolle-
re, cùm penè impoſsibile ſit quod intra tam breue tem-
pus poſsit in curia cauſa committi, & in Ciuitate Man-
tuana doceri de cauſa appellationis commiſſa in Curia,
& ſic de illius proſecutione, ad text. in cap. erit autem lex
4. diſtin. cum vulgar.

Prætereà dicebant Domini ex hoc vno prorſus tolli
5 omnia ſupradicta: † nam ex quo cauſa appellationis per
Signaturam fuit ſimpliciter commiſſa, etiam quod alias
intrarent ſtatutum, & litteræ ſupradictæ, perinde haberi
debet, ac ſi ab initio illis circumſcriptis appellatio ha-
buiſſet vtrumque effectum, ex doctrina gloſ. in l. appella-
tione, in verbo deliberationis, & ibi Bald. C. de appellat.
Io. Andr. in capit. ſi à iudice de appellat. in 6. Iaſ. in l. 1. nu.
1. C. de bon. poſſ. ſecund. tab. & in terminis Rot. in Rom.
Domorum de Zaſconis 17. Maij 1621. coram bon. mem.
Vbaldo, & in Vrbeuetana bonorum 26. Ianuarij, & 27.
Mart. 1624. coram eodem, & in Rom. Domus 27. Octo-
6 bris 1625. coram Reuerendiſsimo D. meo Decano: † Et
in d. caſu omnia geſta ante appellationem per Papam
ſimpliciter admiſſam, eſſent attentata, & vti talia eſſent
reuocanda, reſoluit Rot. in Leodien. Dominij de Hollo-
gna 25. Iunij 1627. coram me.

Demum quæ dicebantur, quod d. Communitas, & li-
7 tes Conſortes continuarunt poſſeſsionem, † & continuãs
non attentat: nec non quod Domini de Valentibus pri-
mo attentarunt: ad rem non faciunt, quia non quæritur
an poſſeſsio ſit attentata, ſed ſolum an attentata ſint acta
iudicialia, facta poſt ſententiam, & appellationem, vt ſu-
pra interpoſitam, quæ prorſus diuerſa ſunt à poſſeſsio-
ne, cum poſsit vnum ſine alio ſtare: Prætenſa verò atten-
tata Dominorum de Valentibus, quando adſint non tol-
lunt quin poſtea Communitas, & litis conſortes attenta-
8 uerint; † Vltima autem attentata ſunt purganda, cap.
fin. de ordinat. cognit. & Rota deciſ. 27. in fine, de appel-
lat. innou. cum alijs in dicta deciſione in hac cauſa facta,
allegatis.

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

EODEM.

Ferrarien. Attentatorum.

Lunæ 7. Maij 1629.

SVMMARIVM.

1 *Attentare eſt delictum.*
2 *Attentata probari debent concludenter.*
3 *Attentata ſunt mandatum, & poſſeſsio capta pendente ad-
huc termino appellationis.*
4 *Appellari non poteſt à decreto emanato vigore duarum
conformium.*
5 *Statutum Ferrariæ prohibet appellationem à duabus con-
formibus.*
6 *Appellatio ſuſpenſiua non datur à Decreto de exequendo.*
7 *Clauſula, vocatis vocandis, & Clauſula, conſtito de duabus
conformibus, in commiſſione appoſitæ, faciunt Executo-
rem mixtum, & quando ſecus, num. 9.*
8 *Appellatio datur à Decreto executoris mixti, itaut extra
vitium attentatorum non poſſit deueniri ad executionem.
Declara, vt num. ſeqq.*
9 *Executor reducitur ad inſtar aliorum Iudicum per clauſu-
las vocatis vocandis, & conſtito de duabus conformi-
bus, quando Decretum illius eſt appellabile de ſui natura,
alias ſecus.*
10 *Sententiæ duæ, conformes dicuntur, ſi ſecunda contineat
vnum caput confirmatorium primæ ſententiæ, licet conti-
neat etiam aliud caput ſeparatum, de quo in prima ſen-
tentia mentio non fit, dicuntur enim conformes in eo capi-
te, in quo concordant.*
*Sententiæ approbari, & exequi ſeparatim poſſunt in capi-
te, & in quo ſunt conformes.*
11 *Sententiæ tot eſſe dicuntur, quot ſunt capita ſententiæ, in-
ter ſe diuerſa.*
12 *Sententia lata contra defunctum eſt nulla.*
*Fallit ſi lata fuerit contra illius Procuratorem, & Domi-
num litis effectum, contra quem procedi poteſt, & ſen-
tentia proferri, num. 14.*
13 *Statutum de exequendis duabus conformibus intelligitur
de ſententijs validis.*
15 *Continuans non attentat.*
16 *Poſſeſsio probatur ex inſtrumento adeptæ poſſeſsionis.*
17 *Iudex nulliter, aut iniuſtè procedens non priuat poſſeſ-
ſione.*
18 *Monitio Iudicis facta partibus, dicitur vera citatio.*
19 *Appellatio datur à Sententia reintegratoria.*
20 *Executio exceſſiua eſt nulla.*

DECISIO CXVII.

D. Virginia vti hæres Cæſaris Palmiroli eius Patris,
obtinuit per duas ſententias, vnam Locumtenentis
ciuilis, aliam Rotæ Prætoris Ferrariæ, D. Violantem eius
ſororem, ſeu eius procuratorem condemnari ad ſibi re-
ſtituendum duo prædia, de quibus agitur, Quæ ſententiæ
virtute Decreti emanati, & mandati relaxati die 28. No-
uembris 1623. in vim ſpecialis commiſsionis, cum clau-
ſulis vocatis vocandis: Et conſtito de duabus conformi-
bus, &c. fuerunt executioni demandatæ per V. Legatum
Ferrariæ, cum poſſeſsione ſubſequuta ad fauorem Do.
Virginiæ die 2. Decembris eiuſdem anni. Cum autem
D. Comes Alphonſus filius, & hæres Violantis prætende-
ret etiam nomine proprio, executionem prædictam fuiſ-
ſe attentatam, obtinuit committi cauſam Rotæ Ferratien.
cum expreſſa facultate reuocandi dicta prætenſa atten-
tata, quæ vti talia, Rota prædicta declarauit eſſe reuo-
canda: A cuius ſententia cùm Virginia appellaſſet, & D.
Comes, Vice verſa, etiam dicta bona poſsidere præten-
deret, fuit tandem de conſenſu partium cauſa in Rota
mihi commiſſa in ſtatu, & terminis, &c. Vnde hodie de
ordine rotæ dubitaui. An conſtet de attentatis prætẽn-
ſis per dictum Comitem Alphonſum, An verò Virginiæ
ſit dandum mandatum de manutenendo; Et quoad pri-
1 mam Dubij partem fuit negatiuè reſolutum, † Quia cum
attentare ſit delictum; Lancellot. de attent. in præfat. nu.
2 102. Bellam. deciſ. 18. numer. primo, † debent attentata
concludenter probari, ad tex. in l. meritò ff. pro Soc. cap.
ſuper his, vbi Felyn. nu. 17. de accuſat. & rota deciſ. 411. n.
1. part. 2. recent. Quæ tamen non probantur per d. Al-
phonſum.

Neque obſtat ſi dicatur Decretum V. Legati fuiſſe ap-
3 pellabile, & quod † mandatum, & poſſeſſio inde ſequuta
fuerint pendente termino ad appellandum, quæ ideò vi-
4 dentur attentata, c. non ſolum, & ibi gloſ. de appell. in 6. †
Quia cum decretum emanauerit in vim duarum confor-
5 mium, non potuit ab eo appellari: † Tu ex ſtatuto Ferra-
riæ prohibente appellationem à duabus conformibus:
6 Tum etiam quia † de iure à Decreto de exequendo non
datur appellatio ſuſpenſiua, l. ab executore ff. de appellat.
concl. 4. n. 1. in fi. Surd. conſ. 358. n. 2. Moder. de appellat.
q. 17. limit. 10. n. 9. Rota deciſ. 610. nu. 2. part. 1. recent. &
alibi ſæpius. Et tandem quia alias dicta Commiſſio ſeu
reſcriptum Papæ V. Legato directum, quo mãdauit exe-
qui duas ſententias conformes, eſſet ſuperfluum, quia
eius virtute non poſſet fieri executio.

7 Minùs obſtat † quod dicta commiſſio, ex qua emana-
uit Decretum de exequendo contineat clauſulas vocatis
vocandis, & Conſtito de duabus conformibus, quæ fa-
ciunt Executorem mixtum, ac propterea quòd à ſenten-
8 tia, ſeu decreto V. Legati dabatur appellatio, † ita vt ci-
tra vitium attentatorum non potuerit deueniri ad exe-
cutionem, Staphil. de Litte. Gratian, in tit. de nou form.
mandat. num. 3. Seraph. deciſ. 1045. num. 2. & Greg. XV.
9 deciſ. 91. num. 3. & 4. † Quia hoc procederet ſi Decretum
V. Legati de ſui natura fuiſſet appellabile, quò caſu exe-
quutor per dd. clauſulas reducitur ad inſtar aliorum iudi-
cum, Abb. in c. exhibita nu. 6. & ibi Felyn. nu. 4. de Iudice.
Sed cũ appellabile non ſit ex ſupradictis, huiuſmodi clau-
ſulæ, nõ alterant, nec mutant ius commune, & diſpoſitio-
nem dicti ſtatuti Ferrarienſis, quæ imò vt dictum fuit, in
dicta commiſſione expreſsè præſeruantur.

Non obſtat etiam ſi dicatur dictas duas ſententias
Locumtenentis, & Prætoris Rotæ non fuiſſe conformes,
ex quò in prima D. Violans, ſeu eius Procurator con-
demnatur ad reſtitutionem dictorum prædiorum dum-
taxat, iuxta petitionem, Do. Virginiæ; in ſecunda autem,
illa etiam abſoluitur à reconuentione, qua D. Comes Al-
phonſus iure proprio ſe oppoſuit pretendens d. prædia
ad ſe ſpectare, ex fideicommiſſo, dict. quæſt. Cæſaris Pal-
miroli eius Aui, ac ideò non ſtantibus duabus confor-
mibus Decretum V. Legati fuiſſe appellabile; Quia fuit
10 facile reſponſum † quòd dictæ duæ ſententiæ fuerunt
conformes in eo quòd mandant dicta duo prædia reſti-
tui D. Virginiæ hæredi dict. q. Cæſaris, ex quo; Dom. Vio-
lans, cui illa fuerunt ſpecialiter legata, aut iure inſtitutio-
nis relicta, cum eò tamen quod non poſſet amplius pete-
re pro legitima, aut eius ſupplemento, nihilominus ſup-
plementum petijt, & obtinuit. Vnde cum dicta ſecunda
ſententia contineat duo capita diſtincta, & ſeparata,
vnum confirmatorium primæ ſententiæ, aliud verò con-
tinens abſolutionem à dicta reconuentione, in capite in
quo fuerunt conformes, potuerunt etiam ſeparatim ap-
probari, & exequi, ad l. etiam §. ex cauſa, ff. de minor. leg.
cùm quæritur cum duabus ſeqq. ff. de except. rei iudicat.
Bartol. in l. appellanti ff. de appellat. Couarr. pract. quæſt,
cap. 25. num. quinto. Dec. conſil. 385. num. primo, Boer.
deciſ. 28. num. primo, & ſeqq. Guidopap. deciſ. 436. num.
74. Vinc. de Franch deciſ. 173. Ant. Theſ. deciſ. 122. num.
7. & Rota in Bononien fideicommiſſis de Mazzochis 19.
11 Febr. præteriti coram Reuerendiſs. Do. meo Decano. †
Et ratio eſt quia tot ſunt ſententiæ, quot ſunt capita ſen-
tentiæ inter ſe diuerſa Rebuff. de ſent. prouiſ. art. 2. gloſs.
4. tom. primo, ad l. Regn. Lancell. de attent. cap. 12. limit.
2. num. 22. Io; Bapt. Coſta in tract. de port. rat. qu. 137. &
Rot. coram Greg. XV. deciſ. 552. nu. 1. & in recent. deciſ,
427. ſub num. 2. p. 3.

12 Non † obſtare ſimiliter viſa fuit prætenſa nullitas ſen-
tentiæ Locumtenentis, ex quò fuit lata contra Violan-
tem iam defunctam, ad l. eius qui in Prouincia verſ. quòd
ſi ſtipulatus, ff. ſi cert. pet. vbi Callrenſ. Alexan, & Iaſ. poſt
Bart. in l. ſi ſumma, § ſi quis ex edicto, ff. de re iudicand, &
Rota in Maleuitana fideicommiſs. 9. Decembr. 1620. co-
13 ram bo. mem. Seleuicien. † Statutum autem de exequen-
dis duabus conformibus eſſe intelligendum de ſententijs
validis, Surd. conſil. 99. num. 18. Mareſcot. variar. reſolut.
cap. 86. num. 30. lib. 1. Mohed. dec. 11. de re iudic. & Rota
in Mediolanen. Reſciſsionis contractus 4. Iulij 1601. co-
14 ram Lancellot. Quia facilè tollitur ex facto, † cum dict.
ſententia fuerit etiam lata contra Nigriſolium Procura-
torem Violantis, & Dominus litis effectum; contra quem
de iure procedi potuit, & ſententia proferri, ad l. non ſo-
lum §. morte ff. de nou. oper. nunc. l. nulla dubitatio, vbi
Alexand. Cod. de procur. Surd. dict. conſil. 99. nu. 5. Vant.
de nullitat. ex defec. citat. numero 85. & Greg. XV. deciſ,
396. numer. primo, & ibi Add.

Tandem non obſtat, quod poſt inhibitionem Rota-
lem fuerit ad inſtantiam D. Virginiæ præceptum depoſi-
tario fructuum, ne illos D. Comiti Alphonſo, aut alijs
conſignaret: Quia vltra quòd dictum præceptum videtur
obtentum in conformitatem inhibitionis Rotalis, qua
ſtante, nihil erat innouandum circa fructuum conſigna-
tionem; illud D. Virginia obtinuit pro coadiuuanda, &
continuanda poſſeſſione, quam habebat, vt non dicetur:
15 Qui autem continuat non attentat gloſ. in d. c. non ſolũ,
de appellat. in 6. & in Clement. 2. in verb. innouari, vt lit.
pend. Lancell. de attent. lit. pend. limit. 1. num. 1. & Rota
apud Greg. XV. deciſ. 557. num. 1.

Quo verò ad ſecundam partem Dubij Domini dixe-
runt Manutentionem eſſe dandam D. Virginiæ, Quia de
eius poſſeſsione conſtat ex publico Inſtrumento poſſeſ-
ſionis adeptæ, vigore duarum conformium, & mandati
16 de exequendo d. V. Legati, † ex quò inſtrumento proba-
tur poſſeſsio, iuxta l. iuſtè poſsidet, ff. de acquir poſſ. Luc-
carũ, in l. fin. nu. 433. C. de edict. d. Adr. toll. Abb. in c. cùm
nobis, nu. 5. verſ. ego verò dico, de præſcript. Menoch. de
retinen. remed. 3. n. 375. verſ. 9. probatur, & Rota deciſ 6.
num. 2. par. 1. diuerſ.

Neque obſtat ſi dicatur quod Decretum de exequen-
do V. legati, cuius vigore Virginia fuit immiſſa, fuit nul-
lum defectu citationis: Et quod iudex nulliter, ſeu iniuſtè
procedens non priuat aliquem ſua poſſeſsione, Abb. in
cap. conquerente de reſtit. ſpol. Rip. in l. naturaliter, §. ni-
hil commune, ff. de acquir. poſſ. & Rota deciſ. 802. num. 7.
part. 1. diuerſ. Quia fuit reſponſum, quod cum adſit mo-
nitio V. legati, facta partibus præſentibus habetur, ac ſi
citatio interueniſſet, Marant. in Spec. part. 6. tit. de citat,
num. 48. Roland. conſil. 40. num. 29. volum. 3. Seraph. de-
ciſ. 1118.

Non obſtat etiam quod Comes Alphonſus vltimo lo-
co fuerit reintegratus ad poſſeſsionem dictorum prædio-
rum per Rotam Ferrarienſem vigore particularis com-
miſsionis, Quia in primis cum dicta Rota illum reinte-
grauit, declarando poſſeſsionem D. Virginiæ fuiſſe at-
tentatam, iniuſtè proceſsit, quia non aderant attentata,
ex ſupradictis.

19 † Deinde dicta ſententia Reintegratoria erat appella-
bilis, & cum effectu fuit ab ea legitimè appellatum, &
conſequenter, ſi quæ poſſeſsio in executionem illius fuit
capta per D. Alphonſum, fuit attentata: Et tandem di-
cta ſententia fuit nulla defectu iuriſdictionis, quia Rotæ
Ferrarien. ſi non fuit commiſſa cauſa ſuper immiſsione
petita per D. Victoriam, iam finita per dictas duas ſen-
tentias conformes executioni demandatas per dictum
V. Legatum, ſed cauſa reconuentionis ſuper dicto præ-
tenſo fideicommiſſo à qua D. Virginia fuerat abſoluta
in dicta ſecunda ſententia lata per Prætorem Rotæ Fer-
rarien, reſpectu cuius fuit etiam dictæ Rotæ ad inſtan-
tiam Comitis commiſſa cauſa attentatorum, quæ ni-
hil commune habet cum attentatis, de quibus nunc a-
gitur.

20 Tandem non obſtat, † quòd executio vigore dicti de-
creti prætendatur exceſsiua, & ideò nulla, ex Iaſ. in l ſi nõ
Sortem, §. ſi centum num. 2. ff. de cond. indeb. Quia nulli-
bi in facto de exceſſu conſtat, imò de contrario, cum de-
cretum de exequendo, & immiſſio in poſſeſsionem inde
ſequuta emanauerit, iuxta tenorem dictarum duarum
ſententiarum conformium.

Et ita deciſum vtraque, &c.

E O D E M.

Peruſina Fideicommiſſi de Meniconibus.

Mercur. 20. Febrarii 1630.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata eſt poſſeſſio capta pendente appellatione.*

2 *Appellatio datur à ſententia lata in poſſeſſorio, ex rem. l. fi. C. de Edict. Diu. Adrian. etiam in foro Eccleſiaſtico, iuxta veriorem opinionem.*

3 *Attentata ſunt, geſta vigore ſententia, tam ante appellationem quàm poſt; ſi Signatura commiſit ſimpliciter cauſam appellationis.*

4 *Cauſa commiſſa cenſetur ſuper omnibus contentis in ſententia, ſtantibus clauſulis, rebuſque alijs &c. & Clauſula. Quam & quas &c.*

D E C I S I O CXVIII.

FVit reſolutum conſtare de attentatis, quæ veniunt reuocanda, Quia Vicarius Illuſtriſſimi Cardinalis Epiſcopi Peruſ. die 9 Iunij tulit ſententiam, ſuper immiſſione, ex remed. l. fin. C. de edict. Diu Adr. toll. ad fauorem D. Octauiani Meniconi, à qua fuit appellatio interpoſi-
1 ta die 28. ſequenti: vnde cum die 22. eiuſdem menſis, † & ſic poſt appellationem, poſſeſſio, vigore ſententiæ capta fuerit, attentata, non poſſunt excuſari, l. 1. ff nihil innou. Grat. conſ. 123. num. 9. libr. 1. Bero. conſ. 116. nu. 10. lib. 3. Rota deciſ. 78. de appellat. in antiq. & apud Seraph. deciſ. 530. in princ. & alibi ſæpius, Lancellot. de attent. part. 3. cap. 26. de probat. attent. num. 15.

2 Neque obſtat † quod non detur appellatio à ſententia lata in poſſeſſorio, ex remed. l. fin. etiam in foro Eccleſiaſtico: Quia contraria opinio eſt verior, de qua per Couard. de momentan. poſſeſſ. limit. 3. n. 6. quam etiam Rota paſſim fuit ſequuta, vt in Rauennaten. Attentatorum 20. Maij 1611. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, in qua aliæ Deciſiones allegantur.

Non obſtat etiam quod Peruſiæ, in foro Eccleſiaſtico locum habeat Ægidiana, vt prætenditur, Quia quicquid
3 de hoc ſit, tollitur, prout etiam omnia alia tolluntur, † ex quo Signatura commiſit cauſam appellationis ſimpliciter, quo caſu non eſt aliud inueſtigandum, ſed indiſtinctè, tam antea, quam poſt appellationem, vigore ſententiæ facta, ſunt attentata, & nulla, Gardin. in Clemen. prima, quæſt. 8. prope fin. de re iudic. Gloſ. in l. appellatione, in verb. deliberat. & ibi Bald. Cod. de appell. Ioan. Andr. in c. ſi à Iudice, de appellatione in 6. Lancellot. de attent. parte ſecunda, c. 12 limitat. 6. num. 27. cum ſequentibus, & parte tertia, capit. 24. quæſt. 31. num. 9. Et in terminis, Rota in Romana Domorum de Zacconis, 17. Maij 1621. & in Vrbeuetana Bonorũ 26. Ianuar. & 27 Martij 1624. coram bon. memor. Vbaldo; Et in longè fortioribus terminis, in cauſa Leodien. Dominij de Hellonia 25. Iunij 1627. coram me.

Tandem non obſtat prætenſus defectus iuriſdictionis, ex quo ſententia Vicarij fuerit lata ſuper immiſſione, &
4 Commiſſio cantant de melioramentis, † Quia cùm adſit clauſula rebuſque alijs &c. tam in narratiua quam in diſpoſitiua: nec non clauſula: Quam, & quas &c. non poteſt dubitari quin commiſſa fuerit cauſa ſuper omnibus contentis in ſententia, vt in ſpecie dixit Rota in cauſa nullitatis de Carrettis 13. Nouembris 1587. coram Comitulo, impreſs. apud Marcheſin. de Commiſs. part. prima, cap. 5. fol 231.

Et ita deciſum vtraque, &c.

Scaccia de Appellatione.

E O D E M.

Florentina Iuriſpatronatus de Infigliaccis.

Lunæ 3. Iulij 1628.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata eſt immiſſio ſequuta intra terminum datum ad appellandum, & num. 6.*

2 *Appellatio non datur à collatione Parochialis ad effectum ſuſpenſiuum.*

3 *Declara id procedere in Parochialibus, quæ prouidentur per concurſum, non autè quando agitur inter Patronos, aut præſentatos, & appellatur ab inſtitutione facta ad præſentationem vnius ex Patronis.*

4 *Attentata eſt poſſeſſio capta, poſtquam cauſa appellationis fuit à Papa ſimpliciter commiſſa.*

5 *Appellatio datur à ſententia lata ſuper ſubreptione Commiſſionis cauſæ. & ſic ſuper incompetentia Iudicis.*

D E C I S I O CXIX.

FVit reſolutum, poſſeſsionem Parochialium S. Mariæ, & S Andreæ vnitarum, captam per Stephanum de Bonfantibus die 15. Septembris 1627. vigore mandati de immittendo, Ordinarij Florentini, fuiſſe attentatam: Nã ex quo ab inſtitutione dicti Ordinarij facta die 26. Nouembris 1626. de d. Stephano vti præſentato ab Horatio tàm nomine proprio, quam procuratorio aliorum familiæ de Ianfigliaccis, fuit appellatum die 27. eiuſdem men-
1 ſis: † immiſsio poſtea ſequuta, fuit attentata, cap. non ſolum, & ibi gloſ. de appell. in 6. cum vulgar.

2 Neque obſtat, quòd agatur in parochiali, † in qua appellatio non admittitur, niſi ad effectum deuolutiuum, iuxt. Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. verſ. in omnibus de re-
3 for. & ea Bulla Pij V. de conferen parochialibus, † Quia Sacrum Concilium, & Bulla diſponunt in parochialibus, quæ prouidentur per concurſum, non autem, prout in caſu noſtro, quando agitur inter patronos, aut præſentatos, & appellatur ab inſtitutione facta ad præſentationem vnius ex patronis, prout in puncto ſic diſtinguit; Rota deciſ. 656. nu. 2. part. 1. recent. vbi etiam aliæ Rotæ Deciſiones recenſentur.

Et tantò magis dicebant Domini, dictam poſſeſsio-
4 nem fuiſſe attentatam, † quia cauſa dictæ appellationis ab Ordinario interpoſitæ, fuit per Signaturam vtraque parte Informante ſimpliciter commiſſa vni ex Iudicibus Synodalibus Florentiæ; Vnde quamuis non conſtet, Ordinarium fuiſſe inhibitum ſeu habuiſſe notitiam de iſta Commiſsione, ſatis eſt, quod Papa cauſam ſimpliciter commiſerit ad effectum, vt poſſeſsio poſtea capta, ſit attentata; vt fuit in terminis reſolutum in Romana Domorum de Zanonibus 17. Maij 1621. coram bon. mem. Vbaldo, & in Leodien. Dominij de Hollonia 25. Iunij 1627. coram me.

Neq; obſtat, quòd Iudex Synodalis declarauerit Commiſsionem fuiſſe ſubreptitiam, itaut, remoto obſtaculo Commiſsionis, Ordinarius potuerit procedere ad im-
5 miſsionem, † Quia nihilominus Ordinarius hoc facere non potuit ſine vitio attentatorum, tùm vigore appellationis ab eodem Ordinario, vt dictum eſt interpoſitæ; tùm etiam quia à Sententia Iudicis Synodalis ſuper ſubreptione lata, & ſic ſuper incompetentia dabatur appellatio, Bart. in l. 2. nu. 10. verſ. quæro vtrum à Sententia, ff. ſi quis in ius vocatus non iuerit, Bellamer. in capit. ſuper 10. num. 16. de appellat. Vndè cum fuerit poſtea appellatum, poſſeſsio deinde per Stephanum capta fuit attẽtata;

etiam vigore dictæ appellationis à Iudice Synodali in-
terpoſitæ,gloſ.in d.cap.non ſolum, de appellat.in 6.
Et ita vna tantum parte informante, &c.

E O D E M.

Corduben. Cappellaniæ.

Luna 15.Ianurij 1629.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non datur à mero Executore. Declara vt n.2.*
2 *Appellatio conceditur quoad vtrumque effectum à ſenten-
tia mixturam continente.*
3 *Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum eſt at-
tentata.*
4 *Appellatio ſi non fuit interpoſita intra terminum iuris,me-
dio tempore geſta non reuocantur.*
5 *Declara quod licet non reuocentur ex priuilegio, & per
viam attentatorum, reuocantur tamen per viam nullita-
tis ex officio Iudicis,*
6 *Poſſeſſio attentata, eſt ſequeſtranda de ſtylo Rotæ.*
7 *Recurſus ad Iudices Laicos quando non præiudicent.*

D E C I S I O CXX.

PEndente lite coram Ordinario Corduben. ſuper Ca-
pellania, de qua agitur inter Joannem Baptiſtam à
Patrono præſentatum,& Ioannem Sanchez, Laurentium
Paz, alioſque oppoſitores; Io.Baptiſta præfatus, narrata
lite, obtinuit à Papa de ea prouideri, vt in litteris Apo-
ſtolicis deſuper emanatis, & Exequutor earum vigo-
re,die octaua Februarij 1622.pronunciauit, ei Cappella-
niam competere,& eſſe debitam collatione,& poſſeſſio-
ne etiam eadem die ſequutis;lata deinde ſentẽtia per or-
dinarium ad fauorem Laurentii,& commiſſa mihi appel-
lationis cauſa,dubitaui. An poſſeſſio vt ſupra per Io:Ba-
ptiſtam capta ſit attentata, & fuit affirmatiuè reſolutum,
1 quia etiam dato,quòd † exequutor iuxta formã litterarũ
eſſet merus, à quo non datur appell. c.nouit, de appell.l.
ab exequutore,ff.eod.tamen cum explicitè pronunciaue-
rit,Cappellaniam eſſe debitam, & cõpetere Io.Baptiſtæ,
2 & ſic formaliter ſuper petitorio,† eius ſententia contine-
bat mixturam, à qua propterea de iure dabatur appel-
latio quoad vtrumque effectum Bald. conſil.141. num.7.
lib.1.Contard.in l.vnic.in 2.lim.C.de mom.poſſ.Seraf.de-
ciſ.603.num.1.& Rota apud Greg.XV. deciſ.232.num.3.
& in impreſſ.apud Pacit.de Salu.deciſ.229. nu.4.& deciſ.
3 242,& 243. Vnde † cum poſſeſſio fuerit capta eodem
die,quo fuit lata dicta ſententia exequutoris, & ſic pen-
dente termino ad appellandum, fuit attentata c.non ſo-
lùm vbi gloſ.de appell.in 6.Seraph.deciſ.1045. n.4.& Ro-
ta deciſ.592.nu.1.p.2.recent.
4 Non obſtat, † quòd poſtea intra terminum iuris non
fuerit appellatum, quo caſu medio tempore geſta non
reuocantur,gloſ.in d.cap.non ſolum, Felyn.in cap. quod
ad conſultationem num.26.verſ.quinta concluſio de re
5 iudic.Lancellott.de attentat.2. cap.11.numer. 50. † Quia
quamuis non reuocentur ex priuilegio, & per modum
attentatorum, in quo ſenſu loquuntur gloſs.& DD.ſu-
pracitati, tamen reuocantur per viam nullitatis ex offi-
cio Iudicis, vt diſtinguit Lancellot. ibidem num.51. Put.
deciſ.27.num.6.libr.1.Cæſar.de Graſs deciſ.2.num.4.&
ſeqq.de appellat. Rot.deciſ.406.numer.2. part.1.diuerſ.
& deciſ.513.num.8.part.1. recent. & apud Greg.XV. de-
ciſ.339.numer.4.vbi etiam Aditio nu.6.Ex quibus etiam
6 Domini cenſuerunt, † poſſeſſionem eſſe ſequeſtrandam
iuxta ſtylum Rotæ,de quo atteſtantur deciſ.2. circa fi.de
reſtit.ſpoliat.in nou.Caſſad. deciſ.3.in fin.eod.tit. Capu-
traque deciſ.70.par.1.& deciſ.157.p.3. & Rot.apud Greg.
XV.deciſ.30 num.1.
7 Non obſtant † prætenſi recurſus ad Iudices Laicos,
quia cum potuerint haberi ab alijs collitigantibus, non
probant contra Ioannem Sanchez, qui non fuit in illis
nominatus,Rot.deciſ.29.nu.5.p.3.recent, & apud Greg.
XV.deciſ.96.n.3.Nec mandatum fiſci Regij in perſonam
illius pro executione recurſuum,probatur ab eo accepta-
tum, qui conſequenter vigore dicti mandati non proba-
tur cooperaſſe in dictis recurſibus, clem.eu 1.à contrario
ſenſu,cum ibi notat.de procur.Paul.de Caſtr. in l.abſenti
num.4.& ſeqq.ff.de donat.Bart.conſ.37. An procurator
conſtitutus, Hiero.Laur.deciſ.Auen.69.n.4.& Rot.deciſ.
8.de procur.in nou.
Et ita deciſum vtraque &c.

E O D E M.

Leodien Dominij de Hollona.

Veneris 25. Iunij 1627.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum relaxatum pendente termino ad appellandum
eſt, attentatum.*
2 *Executio facta appellatione pendente, eſt attentata.*
3 *Sententia continens mixturam admittit appellationem;
non obſtante, quòd cauſa fuerit commiſſa* appellatione
remota.
4 *Attentata ſunt,geſta medio tempore poſt appellationem in-
terpoſitam, dum fuit habitus recurſus ad Signaturam, &
diſcutiebatur, an appellatio eſſet admittenda nec ne.*

D E C I S I O CXXI.

1 DOmini dixerunt † conſtare de attentatis, & appo-
nen.eſſe ſequeſtrum; ex quò mandatum non ſolum
fuit relaxatum pendente termino ad appellandum, cap.
non ſolùm, in princip. & ibi gloſs.& Franch.de appellat.
in 6.gloſs.in leg.1.ff.nihil innou.appellat. pendent. Ale-
xandr. conſil.99.num.3.lib.5.Guid.Papa, deciſ.74. Cæ-
2 ſar.de Graſs.deciſ.2.num.5.de appellat. † Sed etiam exe-
cutio facta poſt appellationem interpoſitam, & ſic ap-
pellatione pendente, dict l.1.ff.nihil innou. Bero. conſil.
116.numer.10.libr.3. Rot.deciſ.78.de appellat. in antiq.
Lancellott.de attentat. part.3.cap.26. dè probat.attent.
num.15.
Neq; obſtat,quòd in Commiſſione, vigore cuius præ-
tenditur ſententiam fuiſſe latam, adſit clauſula appella-
tione remota, quia Commiſſio fuit,reſtricta ad ſpolium:
quæ ideò non ſuffragatur in caſu noſtro, in quo fuerunt
etiam reuocatæ tres aliæ ſententiæ ſuper petitorio latæ:
3 † Vndè ratione mixturæ datur appellatio; non obſtante
dicta clauſula, Bald.in l.vnica nu.8.C.de moment. poſſeſ.
& conſil.141.num.7.lib.1. Henric.Boich. in cap. cum ad
ſedem,& ibi Bellam.de reſtit.ſpoliat.Bero. conſ.52.num.
7.& conſ.110.num.8.lib.3.Contard de moment. poſſeſſ.
limit.2.rationem mixturæ numer.27.& 29.& fuit dictum
in Mediolanen.Parochialis 10.Maij 1624.coram R.P.D.
meo Merlino.
4 Et ceſſat difficultas, Quia † ex quò Papa commiſit
cauſam appellationis ſimpliciter, omnia medio tempo-
re geſta, nempè dum habitus fuit recurſus ad Signatu-
ram, & diſcutiebatur, an appellatio eſſet admittenda
nec ne, ſunt cenſenda attentata; perinde ac ſi ab initio
fuiſſet appellatio admiſſa, gloſ. in l.appellatione in verb.
deliberationis,& ibi Bald.C.de appellat. Ioann. Andr.in
capi-

Digitized by Google

capitul.ſi à Iudice de appellat.in 6.Iaſ.in l.1. num.1.Cod. de bonor.poſſeſſ. ſecund.tabul.& in terminis Rot.in Romana domorum de Lauonis 17.Maij 1621. coram bo.me. Vbaldo,& in Vrbeuetana Bonorum 26. Ianuarij, & 27. Martij 1624. coram eodem, & in Romana Dominus 27. Octobris 1625. coram Reuerendiſſ. Domino meo Decano.

Et ita vtraquè,&c.

E O D E M.

Romana Executionis Laudi.

Merc.13.Iunij 1629.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio de iure ciuili non ſuſpendit executionem in iudicio poſſeſſorio.*
2 *Ægidiana in terris Eccleſiæ, appellationes à poſſeſſorijs interpoſitas, reducit ad terminos Iuris Ciuilis.*
3 *Appellatio ſuſpenſiua datur à Laudo, iuxta ſtatutum Vrbis cap.178.lib.1. Fallit, ſi Laudum, emanauit ex compromiſſo vallato iuramento, & obligatione Camerali, n.5.*
4 *Ægidiana non intrat in Laudo, quod ex ſtatuto admittit appellationem ſuſpenſiuam. Intellige, vt n.ſeq.*
6 *Immiſſio datur Creditori in bonis debitoris ex inſtrumento guarentigio.*
7 *Executio præſcribitur ſpatio 16. annorum, ex ſtatuto Vrbis c.158.lib.1 Fallit, quando ceſſat præſumptio ſatisfactionis, in qua dictum ſtatutum ſe fundat, n.15.*
8 *Executio præſcribitur ſpatio 30.annorum.*
9 *Præſcriptio ſtatutaria non procedit in actione reali.*
10 *Hæreditatis petitio eſt actio realis.*
11 *Item actio familiæ erciſcundæ.*
12 *Per Laudum non nouatur actio primæua.*
13 *Item nec per ſententiam.*
14 *Laudum quando fertur ſuper actione reali, ex eo oritur etiam actio realis vtilis.*
16 *Præſcriptio inchoari non poteſt ſtante mala fide.*
17 *Præſcriptio interrumpitur per interpellationem iudicialem.*
18 *Relutio bonorum hæreditariorum facta ab hærede, non operatur nouam acquiſitionem ad fauorem ipſius, ſed bona permanent in eadem cauſa & qualitate.*
19 *Statutum præferens Conſanguineos in emptione rerum patrimonialium, procedit etiam in patrimonialibus venditis, & poſteà redemptis in vim pacti redimendi.*
20 *Bona recuperata per hæredem grauatum, in vim pacti de retrouendendo, cenſentur hæreditaria, & veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*
21 *Hæredes tenentur conſeruare in priſtinam cauſam res hæreditarias redemptas, alioquin de mala fide argui poſſunt.*
22 *Hæres præſumitur in dubio ſolutiſſe Creditoribus de proprijs pecunijs, non autem de hæreditarijs.*
23 *Iudex mandans deponi pecunias, ſoluendas cui de Iure, perinde habetur ac ſi in ſpecie mandaſſet illas ſolui cui debentur.*
24 *Depoſitum fieri debet, ſi creditor recuſet recipere.*
25 *Depoſitum ſufficit fieri ante executionem.*
26 *Executio ſi ſuſpenſa fuit de conſenſu partium, durante earum voluntate, & ſine præiudicio quorumcunque, iurium cenſentur reſeruata iura primæua perinde, ac ſi ſuſpenſio nunquam facta fuiſſet.*

DECISIO CXXII.

Alexander, & Angelus de Petronijs, mutuas prætenſiones, circa hæreditatem, & bona quondam Tiberij eorum Patrui, compromiſerunt in Bernardinum Biſciam, & Coronatum de Incoronatis quorum Laudo ſtare promiſerunt ſub Iuramento, & Camerali Obligatione; Qui Arbitri in Laudo lato, inter alia declararunt per dictum Angelum circa decem dies à notificatione Laudi computandos eſſe acceptanda, ſeu dimittenda prædium apud Pontem retortum, & aliud apud Turrim Vagni; pro ſcutis 35.& prędium in loco, vulgo. Campo di S. Valentino pro ſcutis 100. pro quolibet rubro reſpectiuè: prædictis autem decem diebus elapſis, & non facta per Angelum acceptatione, dicta tria prædia eſſe debere Alexandri pro eiſdem pretijs; Effluxit decendium nulla facta per Angelum declaratione, nec dimiſſione prædiorum ab eo detentorum; Vndè introducta lite per Alexandrum ſuper Laudi executione, R.p.d.Alterius, ab A. C.deputatus, mandatum de immittendo in poſſeſſionem dictorum prædiorum Paulo, & fratribus de Petronijs Alexandri hæredibus conceſſit; A quo Lelius Angeli hæres appellauit; Et commiſſa mihi cauſa, Dubitaui, iuxta formam Commiſſionis; An ſit locus Ægidianæ, Et fuit affirmatiuè reſolutum; Quia mandatum emanauit
1 † in Iudicio poſſeſſorio, in quo de Iure ciuili appellatio
non ſuſpendit executionem, l.vnica C.de mom.poſſ.Soccin.Iun.conſ.182.num.15.lib.2.Pariſ.conſ.108.n.13 lib.
1. Vndè cum de mandati validitate non poſſit dubitari
cum habeat omnia iuris requiſita, de quibus Caputaque
2 decil.260.p.2. † conſequenter intrat Ægidiana, quæ in
Terris Eccleſię, remoto Iuris Canonici obſtaculo, appellationes à poſſeſſorij interpoſitas reducit ad terminos
Iuris Ciuilis, Pariſ.vbi ſupra, Benintend.deciſ.17.in hoc
Caputaq. decil.223.lib.1.Seraphin.deciſ.603.in princip.
Rota in Romana Saluiani Interdict. 26. Nouembr.1605.
coram bo.m.Patriarcha Manzanedo, quę eſt decil 150.&
324.p.1.p.2.recent.
3 Neque obſtat † quod data fuerit immiſſio vigore
Laudi, à quo datur appellatio ſuſpenſiua, iuxta ſtatutum
4 Vrbis cap.178.lib.1. † ideo non intrare Ægidianam, vt
5 in ſimili Rota deciſ.248. apud Pacif. d.tract.de Saluia. †
Quia ceſſat in pręſenti, ex quo Laudum emanauit ex
compromiſſo, cum Iuramento, & obligatione Cam.
quod habet executionem paratam, Io.de Anan.conſ.50.
num.8.Rota poſt Zacch.de oblig.Cam.deciſ.152.num.2.
Vbi autem eſt parata executio, multo magis dari debet
immiſſio: maximè in pręſenti, poſtquam dictus Lelius
fuit citatus ad relaxandum prędia in executionem Laudi, & eo renitente, cauſa fuit diſcuſſa, & tandem Iudex
6 mandauit immitti † prout datur Creditori in bonis debitoris ex Inſtrumento guarentigio, Bar.in l.à Diuo Pio
§.ſi ſuper rebus, num.1.ante fin.ff.de re iud.
Non obſtat etiam quòd executio Laudi fuerit petita
poſt annum 45.ex quo Laudum fuit de anno 1581.& im-
7 miſſio petita de anno 1627. † & ſic intrare tam præſcri-
8 ptionem 16. annorum ſtat. Vrbis cap.158. lib.1. † quam
etiam præſcriptionem legalem 30. annorum; cuius temporis ſpatio executioni præſcribitur Abb. in c.fin. n.30.
de præſcript.Felyn.in c.inter Monaſterium, de re Iud.Pariſ.conſil.111.num.58. lib.1. Anto.Gom. ad l.Taur.63.
n.1. verſ.ex quo inferas, & Achil.deciſ.5 num.1. de præſcript.
9 Quia reſpondetur quòd † præſcriptio ſtatutaria non
procedit in actione reali, vt in ſimili Roman. conſil.201.
num.2.Felyn.in c fin.num.6.in princip.de præſcript.Couar.lib. 2.var.cap.14.num.1.Mareſc. variar. reſolut. cap.
67.& num.27.lib.2. Seraph.deciſ.69.num.9.& Rot.deciſ.
727. num.5.par.1.& deciſ.454.num.2.par.4. diuerſ. Dicta autem tria prædia vti ſpectantia ad hæreditatem Ti-
10 berij fuerant prius petita actione reali, nempè † petitione hæreditatis; quæ actio realis eſt, l.ſed & ſi lege, § petitio, & ibi Bar. de petit.hæredit.l.1. & l.ſin autem §.ſed &
ibi

ibi Bart.de petit.hæredit.l.1. & l.ſin autem §. ſed & is ff.
11 de re vend.aut † actione fam. erciſc. quæ etiam eſt realis
12 §.quædam inſtit.de act.& ibi Iaſ.num.19.† Et per Lau-
dum non nouatur primæua actio, Bar.in l.1.num.7. C.de
13 Iud.† Prout nec per ſententiam Afflict. deciſ.93. num.3.
14 † Quinimò,quando Laudum,vt hic,fertur ſuper reali,ex
eo oritur etiam actio realis vtilis Bart. in l.ne in arbitris
num.5.C.de arbitr. Et tollitur pęnitus difficultas, † quia
15 præſcriptio ſtatuti fundatur in præſumptione ſatisfactio-
nis,quæ ideò non intrat vbi conſtat de contrario, vt ver-
bis expreſſis idem ſtatutum dicit, Rota d.deciſ.727.num.
5.part.1.diuerſ.& Seraph.d.deciſ.692.num.4. hic autem
verſamur in claris quòd dicta, tria prædia, vigore Laudi,
in caſu ſequuto, ſpectantia ad Alexandrum, fuerint per
Angelum,& eius hæredes retenta, non ſolùm ex litis ſu-
ſtentatione,ſed etiam expreſſa confeſſione.

Minùs intrat præſcriptio 30. annorum; Quia vltra
quod de anno 1583. fuit deſuper lis conteſtata cum An-
16 gelo; † qui propterea vti in mala fide conſtitutus nun-
quam potuit præſcriptionem inchoare, cap.fin.de præ-
ſcript.c.mala fides de reg.iur.in 6.Ancharan. conſ.5. n.6.
17 † illa fuit interrupta per formalem interpellationem iu-
dicialem,factam de anno 1608. l.fin. C. de præſcript. 30.
vel 40. annorum,vbi Bart.& Doctor. Franc.Marc.quæſt.
327.par.2.Andr.Gail.obſer.74. lib.5.Seraph. deciſ.926.
num.1.& 2.

18 Non etiam † releuat quòd prædia controuerſa ante
Laudum deſierint eſſe de hæreditate Tiberij; ex quo illa
Angelus reluit in actu deliberationis, quæ inſtabatur per
creditores, qui ideò videtur ſibi, non autem hæreditati
acquiſiuiſſe, Quia cum reluerit ſeu redemerit vigore ſta-
tuti Ciuitatis Caſtellanę non dicitur noua acquiſitio, ſed
ſemper prædia fuerunt in eadem cauſa,& qualitate, l.vo-
luntate,§. creditor quoq; ff.quibus mod.pign.vel hypot.
ſolu. ibi, in priſtinam cauſam res redit reſoluta venditio-
ne,l.peculium 4.§. ſi ære alieno,& ibi gloſ.verb. manent,
ff.de pecul.arg.tex.in l.ſi vnus, §.quod & in ſpecie, ff.de
pact.& l.filio,quem pater, ff.de lib.& poſthum. Bart.in l.
in diem,num.2.ff.acq.plu.arc.Dec.conſ.53.& conſ.88. n.
19 3.† vbi quod ſtatutum præferens conſanguineos in em-
ptione rerum patrimonialium;habet locum in patrimo-
nialibus venditis, & poſteà redemptis in vim pacti redi-
mendi appoſiti in contractu venditionis,idem Dec.conſ.
238.num. 5. vbi quod bona recuperata per hæredem
20 grauatum in vim pacti de retrouendendo ſunt apud hæ-
redem tanquam hæreditaria, & ideò veniunt in reſtitu-
tione fideicommiſſi, Tiraq.de retract.§.19.gloſ.2.num.5.
& §.32.gloſ.1. num.29. Vinc.de Franc. deciſ.39. num.1.
& deciſ 84. num.11. Et rationem aſſignat, Dec. d. conſ.
88.num.3.verſ.ſicut ergo; Cui alia accedit, quod alio-
quin daretur occaſio debentibus reſtituere colludendi
cum Creditoribus, patiendo viliori prætio rem diſtrahi,
vt poſtea eodem pretio recuperata ſit, & non hæreditati
21 acquireretur;† cùm tamen hęredes, rem redemptam
in priſtinam cauſam conſeruare teneantur, alioquin de
dolo,& mala fide argui poſſunt,ad l.Paulus 60. ff.de fide-
iuſſor.& facit Text.optim.in l.1.C.de dol.

Non obſtat prętereà, ſi dicatur decretum fuiſſe iniu-
ſtum,dum Iudex iuſſit deponi ſcuta 135.per Angelum
Creditoribus ſoluta in actu reluitionis, conſignanda po-
ſtea cui de iure, qui potiùs mandare debuit Angelo ſolui,
ſeu reſtitui tanquam ſoluta Creditoribus de proprijs
22 eius pecunijs, † prout in dubio pręſumitur,non autem
hęreditarijs;l.& magis de ſolut.& l.cum pecuniam, ff.de
neg.geſt.& not.Bart.in l.2.per illum text.C.pro ſoc.& in
l.ſi patres, C.comm.vtri.iud.Bald.in l.pen. C. ſi quis alt.
vel ſibi & Dec.d.conſ.238.num.5.Crauett.conſ.129. nu-
23 mero 2.† Quia dum Iudex mandauit deponi ſoluenda
cui de iure, perinde eſt, ac ſi iuſſerit deponi ſoluenda di-
cto Angelo, cui de iure; vt dictum eſt, debent reſtitui,
Paul.de Caſtr.conſ.11.num.2.verſ. ſed dicet aliquis lib.1.
& Rota in Romana reſtitutionis in integrum 16. Iunij
24 1628.coram me.† Quia tamen Angelus,ſeu eius hęredes
contendebant non eſſe locum reſtitutioni prędiorum ex
cauſis ſupradictis, & ſic virtualiter certo certiùs, ac in
conſequentiam neceſſariam recuſabant dicta ſcuta 135.
recipere,meritò Iudex ordinauit illa deponi, non autem
realiter ſolui,l.acceptam,C. dę vſur.& l.Creditor, C.de
pignor.Bart.in l.qui ſolidum in princip.ff. de leg.2. Cum
Alex.& Caſtr.in l.qui Romæ,in princip.ff.dę verb. oblig.
Dec.in l.quidam ęſtimauerunt,num.2. ff. ſi cert.pet. latè
Crau.conſ.1. pro gener. n.210. & latiùs n.256. & Vrſill.
ad Afflict.deciſ.205.n.8.

Vnde nihil facit quòd non fuerint ſoluta nec dępoſita-
ta prætia terrarum determinata in Laudo, Quia vltra
quod intrat eadem reſponſio, nempè quòd dum Ange-
lus, ſeu eius hęredes recuſant prędia conſignare, iuxta
formam laudi, non debuit præcedere depoſitum pro iu-
25 ſtitia decreti,† in omnem caſum ſufficit,vt illud fiat ante
executionem,vt in puncto diſtinguit, & reſoluit Cancer.
var.reſol.c.8.n.27.lib.3.

26 Demùm † non obſtat quòd fuerit ſuſpenſa executio
Laudi dę conſenſu partium quòad dicta tria prędia,
Quia ſuſpenſio fuit facta ſolum durante partium volun-
tate,& ſine pręiudicio quorumcunque iurium, & non re-
cedendo à dicto Laudo, nec à Iudicio iam cępto; Vnde
iura primæua ſunt reſeruata, perindè ſi ſuſpenſio nun-
quam facta fuiſſet, Pariſ.conſ.5.num.4.lib.1.& Put. deciſ.
34.lib.2.

Et ita deciſum vtraque,&c.

EX TOM. II.

Lunen.Sarzanen. Capellaniæ.

Merc.3. Iunij 1630.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur de iure ab Inſtitutione: illa tamen non admittitur, quando cauſa fuit commiſſa, appellatione remota.*

2 *Abſolutoria,quando, & quomodo ſit concedenda, ad fauorem poſſeſſoris.*

3 *Præſentandi quaſi poſſeſſio ſufficit quoad petitorium adiudicationis beneficij,ad fauorem pręſentati,quicquid ſit inter Patronos,quoad petitorium Iuriſpatronatus.*

4 *Petitorij ſuſpenſio non releuat, ſi illa fuerit poſteà in tempore reuocata.*

DECISIO CXXIII.

PEr duas deciſiones conformes, vtraque parte Infor-
mante emanatas,die vltima Maij 1627. & 24. Ianua-
rij 1628.fuit reſolutum; Hieronymum Furlanum eſſe in-
ſtituendum, vti pręſentatum à maiori parte Patrono-
rum,exiſtentium in quaſi poſſeſſione pręſentandi, qua-
tum vigore fuit ei data inſtitutio, & poſſeſſio per viam
1 Decreti: † à qua inſtitutione,licet de iure daretur appel-
latio, quia tamen cauſa fuit commiſſa, appellatione re-
mota,non fuit admiſſa. Quapropter hodiè in relationi-
bus Memorialium idem Hieronymus poſſeſſor petijt cau
2 ſam expediri ad eius fauorem, † per viam abſolutorię in
forma, cum impoſitione perpetui ſilentij ſuper petito-
rio, quòad obtentum dicti beneficij, & adiudicationis
Capellę: Et Domini etiam vtraque parte per Memo-
rialia informante, attento quòd bonum ius fuit plenè di-
ſcuſſum,& de eo conſtat ad fauorem dicti Hieronymi,ex
dedu-

Digitized by Google

deductis in dictis duabus Deciſionibus; quòdque poſt il-
las elapſi ſunt iam duo anni,& alia pars nihil deduxit; or-
dinarunt cauſam,ſuper dicta abſolutoria, prout fuit peti-
tum,expediri in forma,& iuxta ſtylum de quo,Rot.deciſ.
3.de re iud.in non.& Caſſad.deciſ.1. num.1. & deciſ.2. in
princ.eodem titulo.

Neque obſtat obiectum in Memoriali ex aduerſo fa-
ctum,videlicet quod non poſſit cauſa expediri, niſi prius
deſuper diſputato dubio; maxime cum Hieronymus ſu-
3 ſpenderit petitorium, † Quia, quicquid ſit inter Patro-
nos,quoàd petitorium Iuriſpatronatus, diſputatio dubij
ſuper petitorio adiudicationis, quoàd præſentatos eſt
ſuperflua, cum ex Deciſionibus deſuper emanatis clarè
conſtet de quaſi poſſeſſione præſentandi eorum qui Hie-
ronymum præſentarunt;quę quaſi poſſeſſio ſufficit quo-
ad petitorium adiudicationis, capitulo conſultationibus
4 cum vulg. de Iurepatr. † quòd verò ſuſpenſum fuerit pe-
titorium, nihil releuat, cum poſteà ſuſpenſio fuerit in
tempore reuocata.

Et ita &c,

E O D E M.

Gerunden. Cappellæ.

Lunæ 21. Februarij 1633.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur prout de Iure.*
2 *Sententia notoriè nulla non eſt exequenda, ſed ab ea datur appellatio,quoad vtrumque effectum.*
3 *Per contradictas procedi non poteſt, exiſtente in curia, Procuratore, qui proteſtatus fuit nihil fieri, niſi ipſo citato.*
Amplia procedere, etiam ſi proteſtatio procuratoris facta fuerit ante executum monitorium, n.5.
4 *Lis non dicitur mota ante executum monitorium.*
6 *Lis introducta dicitur ex parte actoris per ſolam relaxationem monitorij ab eo obtenti.*
7 *Amplia hoc adeo verum eſſe, vt Actor exinde nihil agere poſſit in præiudicium d.monitorij ſine vitio attentatorum, licet ſecus ſit reſpectu Rei, niſi poſt executum monitorium.*

D E C I S I O CXXIV.

FRanciſcus Auinyo obtinuit ſibi à Sanctiſſimo proui-
deri de Cappella, de qua agitur, tanquam de reſer-
uata,& deſuper literas in forma Breuis, de capienda poſ-
ſeſſione nomine Cameræ,expediuit,& intimari fecit Ga-
brieli prætenſo Cappellano dictæ Cappellæ, quas A.C.
declarauit non eſſe iuſtificatas. Obijt deinde Gabriel, &
idem Franciſcus ſubrogari obtinuit in iuribus d.Gabrie-
lis, & litterarum ſubrogationis vigore, monitorium ex-
pedire fecit contra Raphaelem Bernò prætenſum mo-
dernum Cappellanum, quo reproducto ſententiam de-
claratoriam contra illum, per contradictas reportauit,
non citato Petro Procuratore dicti Raphaelis,qui multò
prius in actis comparuit, & mandatum procuræ exhi-
buit, cum proteſtatione nihil fieri, niſi ipſo in quolibet
actu citato: cauſa autem mihi commiſſa in gradu appel-
lationis à d.ſententia declaratoria,cum clauſula vt procede-
rem, ac ſi fuiſſet reſcriptum Parito Breui, Dubitaui ho-
die: An intret arbitrium: Et Domini illud intrare,pro
non executione reſponderunt: Ratio reſolutionis fuit.
1 † Quia arbitrium regulatur prout de Iure, Rot,dec.547.
num.1. par.1. recent. & coram Gregor.XV. deciſ.189.
2 num.3. † De Iure autem; ſententia notoriè nulla,qualis
fuit illa, de qua agitur per contradictas lata, non eſt exe-
quenda,ſed ab ea datur appellatio,quoad vtrumque effe-
ctum,c.inter cæteras,& ibi Ant.de Butr. & Abb. de ſent.
& re iud. Alex.conſil.106.num.27.l.3. Natt. conſ.51. n.
21. Put.deciſ.107. lib.3. in correct. Quod autem dicta
ſententia fuerit notoriè nulla, viſum fuit Dominis cla-
3 rum, & indubitatum, Quia † cum adeſſet,in Curia Pro-
curator Raphaelis,qui fuit in actis per multos dies ante
proteſtatus,vt ſupra, non poterat procedi per contradi-
ctas,ſed debebat ille in quolibet actu citari, gloſ.in cap.
inter quatuor in verbo citati,vbi DD.de maior. & obed.
Rot.deciſ.179. n.1. par.1. & deciſ.486. n.2.in fin.p.2 re-
cent.Greg.XV.deciſ.430.n.7.

Neque obſtat vnicum fundamentum Franciſci, videli-
cet quod comparitio, & proteſtatio d. Procuratoris fue-
4 runt factæ ante executum monitorium,† & ſic ante litem
5 motam,Clem.2. vt lit.pendent. † Quia vltra quod moni-
torium fuit pluries executum, & dictę comparitio; &
proteſtatio Procuratoris fuerunt factæ poſt primam in-
timationem monitorij; in omnem caſum ſufficit quod
poſt relaxatum monitorium ad inſtantiam actoris,etiam
quod illud non ſit adhuc executum Reus compareat ad
effectum,vt audiri debeat,ex quò lis ex parte actoris, qui
6 impetrauit monitorium,† & quoad ipſum, ſtatim dicitur
introducta per ſolam relaxationem monitorij. Menoch.
de arbitr.caſ.201.num.5. Lancellott.de attent.par.2.cap.
7 4.impreſſ. num. 36. Caſtad. deciſ.6. ſuper reg. Cancell †
Adeo vt actor exindè nihil agere poſſit, in præiudicium
d.monitorij,ſine vitio attentatorum,licèt ſecus ſit reſpe-
ctu Rei,niſi poſt executum monitorium, Roman. conſ.
330 n.2.ante fin. verſ.illud autem,Lancell vbi ſupra,Rot.
deciſ.6.vt lit.pend.in nou.& deciſ.42.n.19.& ſeqq.par.1.
diuerſ.

Et ita deciſum &c.

E O D E M.

Ventimilien. Cappellæ.

Veneris 9. Decembris 1633.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata eſt poſſeſſio, capta appellatione pendente.*
2 *Executor fit mixtus,ſi litteræ Apoſtolicæ ſint in forma Dignum,& cum clauſula,Dummodo à data præſentium non ſit alteri ius quæſitum,& cum clauſula, Amoto, &c. & ab eius ſententia datur appellatio ſuſpenſiua, Et executio ea pendente facta eſt attentata.*
3 *Clauſula, ſine præiudicio executionis litterarum Apoſtolicarum non impedit reuocationem attentatorum.*
4 *Sequeſtrum opponi debet,conſtito de attentatis.*

D E C I S I O CXXV.

CArolus Pirrus obtinuit à Sede Apoſtolica prouideri
de hac Cappellania, cum derogatione Iuriſpatro-
natus, ſub narratiua vacationis apud Sedem. Et cum ab
executore fuerit in poſſeſſionem immiſſus, expulſo Mi-
chelangelo Sperono,prouiſo ab Ordinario,non obſtante
appellatione intra legitima tempora ab eo interpoſita.
Dubitaui hodie, An conſtaret de attentatis & An eſſet
apponendum ſequeſtrum: Et Domini affirmatiuè re-
ſponderunt.

Attentata enim viſa fuerunt clara: Quia ſententia ab
Executore,lata fuit 9. Iulij,& appellatio fuit interpoſita
17.eiuſdem menſis: Poſſeſſio vero capta fuit 6. Auguſti
1 ſubſequentis,& ſic appellatione pendente, †. Et propte-
rea fuit manifeſtè attentata, tot.tit.nihil innou. appell.
pend.

Digitized by Google

pend.Rot.deciſ.10. de appell.in antiq.Seraph.dec.1045.
num.4.

Nec dicatur Litteras Apoſtolicas non admittere ap-
2 pellationem ſuſpenſiuam, Quia imò, † cum ſint in for-
ma Dignum, & habeant in ventre clauſulam dummodo
de tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum,
& clauſulam amoto,&c. executor erat mixtus, & ab eius
ſententia dabatur appellatio ſuſpenſiua; Et conſequen-
ter executio, illius vigore facta appellatione pendente,
fuit attentata, Staſil.de Lit.Grat tit. de nou.for. mandat.
num.3.Scacc.de appell.quæſt.12.limit.12.num.1.Gon-
zal.ad reg.8.in ad not.nullit. & attent. num.236. Seraph.
dict. deciſ.1045.num.4. Gregor.XV. deciſ. 91. numero
2.& 3.

3 Non obſtat † quòd in Commiſſione fuerit à Signatu-
ra appoſita clauſula ſine præiudicio executionis Litte-
rarum Apoſtolicarum; Quia dicta clauſula non impedit
quin de Iure non ſit locus executioni nec poſſit deueni-
ri ad reuocationem attentatorum, Mart. de clauſ.159.
num.4. Seraph. deciſ.845. num.2. & 3. Greg. XV. deciſ.
91. num.11. & ibi Add. num. 13. & in Bertinorien. Ca-
nonicatus 6. Martij 1626. coram bo.mem. Patriarcha
Manzanedo.

4 Stantibus † autem attentatis, locus eſt ſequeſtro, Caſ-
ſad. deciſ.3.in fin.de reſtit. ſpoliat. Caputaq. deciſ.7. par.
prima,& deciſ.153. par.3. & fuit ſæpiſſimè deciſum.

Et ita vtraq; &c.

E O D E M.

Ventimillien. Beneficij.

Ven.17. Martij 1637.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata eſt poſſeſſio capta appellatione pendente.*
2 *A ſententia Executoris Mixti datur appellatio ſuſpenſi-
ua;& ideo poſſeſſio capta ea pendente eſt attentata, num.
ſeqq.*
3 *Executor Mixtus quando dicatur.*
4 *Poſſeſſio attentata eſt ſequeſtranda.*
5 *Poſſeſſio Inſtrumentalis,capta alio non poſſidente, eſt ma-
nutenibilis.*
6 *Poſſeſſio poſterior,& attentata non eſt manutenibilis.*

D E C I S I O CXXVI.

IN Deciſione in hac cauſa facta ſub die 9. Decembris
1 1633. fuit reſolutum: † Poſſeſſionem Cappellæ, de
qua agitur, captam per Carolum Portum prouiſum
Apoſtolicum, fuiſſe attentatam; ex quò idem Carolus
immiſſus fuit in poſſeſſionem dict. Cappellæ, vigore ſen-
tentiæ latę per Executorem Litterarum Apoſtolicarum,
pendente adhuc appellatione interpoſita pro parte Mi-
chaelis Angeli Speroni aduerſarij. Qui fuit de eadem
2 Cappella prouiſus ab Ordinario Ventimilien. † A qua
3 ſententia, cum daretur appellatio ſuſpenſiua, ex quò †
Executor erat Mixtus, ſtantibus Litteris in forma Di-
gnum, cum clauſulis Dummodo datæ præſentium, Amo-
to,&c.non potuit, ea pendente capi poſſio, citra vitium
attentatorum, Staſil.de Litt.Grat.tit. de nou.form.mand.
n.3.Gonz.ad reg.8. in annot.nullit.n.330.Greg. deciſ.91.
n.2.& 3.cum alijs in dicta deciſ.alleg.Sed quia in eadem
4 deciſione dictum fuit † præfatam poſſeſſionem vti atten-
tatam eſſe ſequeſtrandam, Ideò repropoſui hodie cauſam
ſuper eiſdem; Et DD. quò ad attentata per Carolum
commiſſa, ſteterunt in Deciſis, ex eiſdem rationibus in
deciſ.deductis; Quo verò ad ſequeſtrum, receſſerunt à de-
ciſis, & firmarunt dàdum eſſe mandatum de manutenen-
do prædicto Sperono; Quandoquidem ex hodie datis
conſtitit de illius Inſtrumentali poſſeſſione capta ſub die
5 10. Septembris 1631. † Quæ Inſtrumentalis poſſeſſio,
cùm capta fuerit, alio non poſſidente de eo tempore,
manutenibilis eſt vulg.l.prædia,ff.de acqu.poſſ. Rot.dec.
661.n.1.p.1.recent.Caual.deciſ.487.n.1.& 2.

Neque obſtat poſſeſſio Caroli, capta 4.Auguſti 1632.
6 † Quia vti poſterior, & attentata, ex prædictis, non eſt
manutenibilis, Rot.diu.deciſ.19.n.1.p.2.& p.4.deciſ.164.
n.1.& 7.Reu.D.Decanus deciſ.492. n.5.

Quæ dicuntur de affectione huius Cappellæ;& de præ-
uentione Papæ in conferendo, reſpiciunt petitorium, &
ideò non ſunt diſcutien.in hoc ſummariſſimo manuten-
tionis Iudicio.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum.

E O D E M.

Perusina fructuum.

Ven.2.Maij 1631.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio viua voce ſufficit; quando illa interponitur in
continenti poſt latam ſententiam,& apud acta: nec re-
quiritur quòd ſit in ſcriptis.*

D E C I S I O CXXVII.

COmmiſſa mihi cauſa appellationis quò ad exceſſi-
uam liquidationem dumtaxat à ſententia liquida-
toria, in hac cauſa, lata per R.P.D.meum Dunozet, qua
fructus, de quibus agitur fuerunt liquidati in ſcutis 997.
n.73. Domini die 9.Decembris 1630. reſoluerunt. Non
conſtare de exceſſu, & deinde repropoſita cauſa ſuper
eiſdem 27.Ianuarij 1631. fuit receſſum à deciſis, & reſo-
lutum: Conſtare de exceſſu: fundamentum fuit, quod di-
cti fructus, iuxta Decretum Eminentiſſimi D. Cardinalis
Pamphilij, debuerunt liquidari contra Dominos de
Bontempis à die appellationis interpoſitæ à Dominis
de Oddis, quæ cum fuerit præſuppoſitum quod eſſet in-
terpoſita ſub die 2.Aprilis 1613.fructus autem liquidati,
non ſolum à dicta die,ſed etiam per ſex annos ante; ſcili-
cèt ab anno 1607. propterea exceſſus viſus fuit indubi-
tatus.

Conceſſa autem Dominis de Oddis noua audientia:
dubitaui cui deciſioni ſit ſtandum, & an cauſa ſit expe-
dienda:& Domini receſſerunt ab vltimo loco deciſis, &
reſoluerunt ſtandum eſſe in deciſis primo loco;& ſic non
conſtare de exceſſu; cum enim hodie clarè conſtiterit
Dominos de Oddis appellaſſe die 2. Maij 1607. corruit
penitus ſupradictum fundamentum ſecundæ deciſionis,
& ſtat firmum illud, cui nititur prima deciſio, iuxta mo-
dum præſcriptum in dicto Decreto Eminentiſſimi D.
1 Cardinalis Pamphilij: † & non obſtat, quòd appellatio
interpoſita dicta die 2.Maij non fuerit in ſcriptis, ſed vi-
ua voce; quia cum fuerit appellatum incontinenti poſt
latam ſententiam,& apud acta, non fuit opus appellare
in ſcriptis, ſed ſat fuit viua voce appellare, l.2. vbi nota-
tur, ff.de appell.Veſtr.in prax.lib.7.c.3,n.28. Achill.dec.
9. n.1. de appell.

Ex quibus, ſtantibus ſupradictis, fuit etiam reſolutum
cauſam eſſe expediendam ad fauorem DD. de Oddis,
iuxta primam,& tertiam deciſionem.

Et ita vna tantum &c.

Digitized by Google

CORAM IACOBO CAVALERIO.

Licien. Beneficiorum.

Mercurij 6. Junij 1607.

SVMMARIVM.

Manutentio datur poſſeſſori anteriori, num.1. etiam quod ſit Inſtrumentalis poſſeſſio alio non exiſtente in poſſeſſione, num.2.

Poſseſſio poſterior præſumitur clandeſtina, n. 3.

Poſſeſſione quis priuatur per decretum Iudicis, n.4.

Poſſeſſione, vt quis priuetur ex decreto Iudicis debet eſſe rite, & rectè factum, n.5.

Appellatio à decreto de quo non conſtat, & Commiſſio talis appellationis non valet, n.6.

Litteræ Apoſtolicæ, contra quarum executionem fuit pronunciatum non poſſunt exequi per Iudicem ad quem, aliàs poſſeſſio earum vigore capta vti in caſu appellabili eſt attentata, n.7.

Appellari poteſt à pronuncia Iudicis per quam declarat ſe competentem, n.8.

Exequutor dicitur mixtus ſtante clauſula, vocatis vocandis, & ab eo poteſt appellari, n.9.

Manutentio datur pro ciuili poſſeſſione ſaltem animo retenta, num. 10.

DECISIO CXXVIII.

DOmini dixerunt eſſe dandum mandatum de manutenendo Iacobo Antonio, & Vinc. Mariæ. Moti ſunt.

1 Quia conſtat de eorum poſſeſſione † anteriori, Pariſ.
conſ.112. num.73. vol.1. Felyn. in c.licet cauſam, num.8,
verſ. Tertia cauſa, de probat. Couarru. pract. qu. cap.17.
verſ. duodecimo, in hac controuerſia, num.6. & ita tenuit
Rot. in vna Ceruien. bonorum 20. Nouemb. 1578. coram Brauo, & coram Cantuccio in vna Rom. Cappellaniæ S. Mariæ Magdalenæ Vener. 24. Februar. 1576.

Et licet eſſet inſtrumentalis, tamen cum capta fuerit
2 alio non exiſtente in poſſeſſione, † eſt manutenibilis, vt
fuit dictum in vna Rom. de Benefacere, Merc. 11. Decembr. 1574. coram Illuſtriſs. Card. Blanchetto, & in vna Calaguritan. Theſaurariæ 14. Maij 1576. coram D. de Graſſis, Bart. & Alex. in l. quamuis, §.1. ff. de acquir. poſſ. & idem fuit reſolutum in vna Calaguritan. Beneficij 11. Decemb. 1591, coram Illuſtriſs. D. meo Cardinale Pamphilio.

Non obſtat poſſeſſio Ioannis Andreæ, quia eſt poſte-
3 rior, & ideò cenſetur † clandeſtina, c. licet cauſam, de probat. Menoch. de retin. rem. 3. n.726. & fuit dictum in ſuperius cit. Rom. Cappellaniæ.

Non obſtat, quod ſit capta auctoritate Iudicis, qui
4 priuat poſſidentem. Ang. in l. clam poſſidere, §. qui ad
nundinas, num.2. in fin. quem ibi ſequitur Imol. ante n.2.
& Rom. n.3. ff. de acquir. poſſ. Quia id procedit quando
Iudex ritè, & rectè proceſſit aliàs ſecus, Ang. in l. qui vni-
5 uerſas, §. item cum prætor, in fin ff. de acquir. poſſ. & Rota tenuit in vna Ipporeg. Cappellaniæ 3. Martij 1578. coram Cantuccio bon. mem. & fuit dictum in vna Meliten. Prioratus 17. Iun. 1603. coram D. meo Coccino.

Quod autem Ordinarius Neritonen. nulliter proceſſerit in hoc caſu, patet, quia commiſſio ſibi directa erat ſubreptitia, nam Ioannes Andreas obtinuerat committi d. Ord. Neritonen. cauſam appellationis ſub falſo prætextu, quod Ordinarius Licienſis executor ſuarum litterarum declaraſſet, eas non eſſe executioni demandandas de quo
6 decreto non conſtat; & conſequenter appellatio, † & ſic neque commiſſio ſubſiſtit, Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 1. & ſeq. de reſcript. Oſtien. & Felin. & alij, quos refert, & ſequitur Caſſad. deciſ. 1. de reſcr.

Accedit, quòd etiam ſi commiſſio fuiſſet bona, & conſtaret de decreto præcedente Licienſis, non tamen poterat Neritonenſis procedere ad executionem litterarum
7 Apoſtolicarum, quæ per tale † decretum remanſerant vulneratæ, & conſequenter iſta poſſeſſio fuit attentata, cap. non ſolum, de appell. in 6. Dec. 10 conſ. 200. n.1. Lancell. de atten. c. 12. in præfat. n.83.

Non potuit etiam Neritonen. procedere poſt appel-
8 lationem interpoſitam † à pronuncia, qua declarauerat ſe Iudicem competentem, poteſt enim à tali pronuncia appellari Bart. in l.1. n.13. ff. de appell. recip. Rol. conſ. 33. n.2. & per tot. lib.4.

Stante igitur validitate appellationis non poterat Iudex ſine vitio attentatorum procedere ad traditionem poſſeſſionis toto tit. ff. Nil nouari appell. penden.

Confirmantur prædicta, quia idem Neritonen. ſtante
9 clauſula, vocatis vocandis, † erat mixtus executor, à quo licet appellare, cap. exhibita de iudic. Oldrad. conſ. 227. num. 2. & ſeq. & ſic non poterat ad executionem ſuæ ſententiæ procedere, & poſſeſſionem tradere, ad not. in l.1. in fin ff. ad Tertull. & in l. ſi cauſa cognita, C. de tranſact.

Et talis executio non priuauit Iacobum Ant. & Vinc.
10 Mariam ſua poſſeſſione ſaltem ciuili † cuius retentio ſufficit ad manutentionem, iuxta not. per Iaſ. in d. §. qui ad nundinas, num.62 Menoch. de retinen. remed. 3. num. 22. & in d. Rom. Cappellaniæ ſuperius relata coram Cantuccio.

Et ex his fuit reſolutum eſſe dandum mandatum de manutenendo Iacobo Antonio, & Vincentio Maria, &c.

EODEM.

Seguntina Canonicatus.

Sabbathi 23. Ianuarij 1610. in Rota Martiniana.

SVMMARIVM.

Arbitrium regulatur à iure, n.1.

A mandato de manutenendo non datur appellatio de iure ciuili, aut Canonico, n.2.

Mixturam non continet manutentio, ſi ſit mentio fructuum, qui veniunt in iudicio manutentionis intentato, n 3.

DECISIO CXXIX.

R. P.D. meus Lancellotus, relaxauerat mandatum de manutenendo Franciſcum in poſſeſſione Canonicatus, & percipiendi fructus, redditus, & diſtributiones quotidianas ad dictum Canonicatum ſpectantes, & pertinentes. Cùm autem pro parte Capituli Seguntini fuiſſet appellatum, & cauſa mihi commiſſa cum clauſula, non retardata executione d. mandati arbitrio Rotæ; Dubitaui, An intraret arbitrium. Et Domini reſponderunt non intrare, quia clauſula. Arbitrio, intelligitur prout de iure,
1 & à iure † regulatur, Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur, verſ. Tertio caſu, Cæſar. de Graſſ. deciſ. 8. n.2. de ſentent. & re iudic.

De iure autem à mandato de manutenendo non da-
2 tur appellatio ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, † non ſolum de iure Ciuili, vt in l. vnica, C. ſi de moment. poſſ. fue. appell. vbi Contar. limit. 3. n.48. ſed etiam de iure Canonico, c. vlt. §. de poſſeſſione, 2. q.6. vbi Gratianus regiſtra-

giſtrauit, & canonizauit d.l.vnica, Beni nten.deciſ.79.n.
6.Menoch.de retin.rem.vlt.n.48.& 49.

Nec viſum fuit Domiois obſtare, quod dicebatur,
mandatum, relaxatum à D.meo Lancellotto,eſſe relati-
uum ad deciſionem Rotalem præcedentem, in qua fie-
bat mentio fructuum,& diſtributionum;Vndè videbatur
continere mixturam, cuius ratione non eſſet appellatio
deneganda.

Quia benè reſpondebatur, fructus, & diſtributiones
expreſſas in deciſione, & mandato non induxiſſe vllam
3 mixturam, † ſed mandatum,& deciſionem loqui, & eſſe
intelligenda tantummodo de illis fructibus, & diſtribu-
tionibus, quæ veniunt in interdicto retinendæ,& in con-
ſequentiam poſſeſſorij ſummariſſimi, vt fuit alias di-
ctum in vna Licien.Redecimæ 14.Octobris 1588.coram
bon.mem.Illuſtriſſimo Seraphino,&c.

EODEM.

Cremonen. Penſionis.

Lunæ 6. Iunij 1611,

SVMMARIVM.

Litteræ Apoſtolicæ vulneratæ per ſententiam non habent exe-cutionem paratam,& proceditur ordinariè,n.1.

Litteræ Apoſtolicæ vulnerantur per ſententiam latam contra libellum,continentem petitionem iuxta literas,n.2.

Sententia cenſetur conformis libello, n.2.

Sententia dicitur diffinitiua, quæ poteſt tranſire in iudicatum, & perimit totum negotium, etiam ſi ſit abſolutoria, & parit ius,num.3.

Cauſa ſemel effecta appellabilis ſemper durat appellabilis, numero 4.

Appellare ſi licet actori,licet etiam reo, vt ſeruetur æqualitas num.4.

Æqualitas in iudicio ſeruanda eſt,num.4.

DECISIO CXXX.

Ex tribus oppoſitionibus, quæ fiebant contra exe-
cutionem literarum Apoſtolicarum penſionis,Duæ
viſæ fuerunt non ſubſiſtere, & placuerunt Dominis re-
ſponſiones datæ in deciſione facta ſuper hoc eodem du-
bio die 15. Aprilis proximè præteriti, à qua Domini
quo ad præmiſſa noluerunt recedere.

Tota difficultas reducebatur ad illud, quod hæ literæ
1 Apoſtolicæ fuerunt vulneratæ † per ſententiam abſolu-
toriam ab A. C. latam contra penſionatium, iuxta deci-
ſiones allegatas in Roma cenſus 17. Iunij 1580. coram
bo.mem. Lauretano, & in Anconitana Aſſecurationis
prima Iulij 1602.coram R.P.D.meo Coccino.

Nec ſatis fecit reſponſio data in deciſione, quòd for-
taſſe dicta ſententia abſolutoria fuerat lata ob inhabili-
tatem, & incapacitatem penſionarij, vel alia de cauſa;
Quia antea emanauerat monitorium ſuper ſolutione
2 penſionis iuxta formam litterarum, † & illius vigore fuit
lata illa ſententia, quæ cenſetur conformis libello, c.licet
Heli di Simon.Surd.deciſ.295 num.20.Aymol.conſ.231.
num.7. cuius libelli loco deſeruit monitorium. Mandoſ.
de monit.q.38.

Et licèt dicta ſententia fuerit abſolutoria, fuit tamen
3 diffinitiua, diffiniens totum negotium, & perimens ius,
potuit tranſire in iudicatum,& facere ius, ita vt non poſ-
ſet ſuper, illo iure, in proceſſu deducto, amplius agi,Co-
uar.var.reſol.lib.1.c.1.num.8.Neuiz.conſ.19.n.15.Curt.
Iun.in l.edita,n.157.C.de eden.

Quare Domini putabant, dictam ſententiam vulne-
raſſe executionem litterarum, ea potiſſimum ratione,
quia per eam cauſa fuerat effecta appellabilis ad fauorē
penſionarij,qui appellauit,vnde debebat etiam remane-
4 re † appellabilis ad fauorem alterius partis, quia cauſa
ſemel effecta appellabilis, ſemper remanet appellabilis,
ad ſeruandam æqualitatem iudicio, cap.non licet,&c.in
iudicijs de reg.iur.in 6. & in dicta deciſ. Anconitana Aſ-
ſecutationis,per doctrinas in ea allegatas.

Ex quibus Domini concluſerunt; Non eſſe receden-
dum à deciſis, ſed in hac cauſa eſſe procedendum via or-
dinaria,&c.

EODEM.

Lucana Iuriſpatronatus.

Veneris 30. Martij 1612.

SVMMARIVM.

Appellationi renunciare videtur, qui non redit pro Apoſtolis, num.1.

Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione,aut iniuſtitia ſententiarum,ex qua læſio reſultat,num.2.

Reſtitutio in integrum ſine læſione non datur, etiam Fiſco, aut Eccleſiæ,aut minori,num.3.

DECISIO CXXXI.

In præſenti dubio, an ſit locus executioni ſententia-
rum Rotalium,vel reſtitutioni in integrum, Domini,
vna tantùm parte informante, reſoluerunt, eſſe locum
executioni, nec eam poſſe impediri per petitam reſtitu-
tionem in integrum. Dicebant enim, conſtare de re iu-
dicata, quia, licèt Promotor curiæ Epiſcopalis appella-
uiſſet ab vltima ſententia lata per R.P.D. meum Manza-
nedum, & habuiſſet terminum iuris, tamen non redijt
pro Apoſtolis, vnde ſententia tranſiuit in iudicatum,
1 quia appellans non † redeundo videtur appellationis in-
terpoſitæ renunciare, Clemen.quamuis vbi gloſ.in ver.
videtur,& Doct.communiter de appell.

Neque ex eo, quod fuit commiſſa cauſa reſtitutionis
in integrum, viſum fuit, executionem eſſe retardandam,
cum, termino præfixo, & elapſo, non fuerit doctum,ne-
neque doceri poſſit de aliqua cauſa reſtitutionis, nempe
2 de læſione, † ſine qua reſtitutio non conceditur, l.nam
poſtea, §.ſi minor, ff.de iure iur.l.minoribus, C.de in in-
tegr.reſtit.Salyc.in l.1.n.9. C.ſi aduer.rem iudic.Odd.de
reſtit.in integ. part.1.quæſt.4. art.1. Ceſſat enim omnis
iniuſtitia,quæ ſolet eſſe potiſſima cauſa læſionis, & con-
ſequenter reſtitutionis in integrum, per plures deciſio-
nes Rotales coram R.P. D. meo Coccino in quibus re-
ſolutum fuit conſtare de iure patronatus familiæ de An-
telminellis; Eccleſiam non recuperaſſe libertatem, ne-
que crimen perduellionis, de quo fuerat condemnatus
pater Lucretiæ, eidem Lucretiæ nocere ſuper iurepatro-
natus.

Minus Domini putabant obſtare, quod dicebatur,
Fiſcum gaudere priuilegio Eccleſiæ, vel minoris, & pro-
pterea, eſſe reſtituendum,quia, ſtante iuſtitia ſententia-
rum Rotalium, Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis
3 non oſtendit aliquam læſionem,ſine qua, † nec Eccleſia,
nec minor reſtituitur, l.cum & minores & leg. vlt.Cod.
ſi aduer. rem iud. capit. 1. de integr. reſtitut. Bero.
conſilio 102. numero 33. lib. tertio, cum alijs ſupra al-
legatis.

E O-

EODEM.

Bononien. Affictus.

Veneris 14. Decemb. 1612.

SVMMARIVM.

In iudicio Manutentionis ſufficiunt leuiores probationes, nu.1.
Reſiduum in condemnatione ad ſoluendum, denotat, alia fuiſſe ſoluta, num.2.
Locatori contra conductorem pro affictibus datur manutentio, num.3.
Quæ non negatur, niſi vbi ſunt tres conformes, n.4.
Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, n.
Manutentio peti poteſt in qualibet inſtantia, n.5.

DECISIO CXXXII.

FActa fuit reſolutio pro Informante, videlicet D. Budriolo dandum eſſe mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi affictus ab illis de Canonicis, conductoribus; Conſtat enim ex teſtibus examinatis ſuper primo, ipſum exegiſſe penſiones pro primo anno nempe 1609 & ſic ante motam litem: Vnde non videtur, ei poſſe denegari manutentio, §. retinendæ inſtit. de interdict. Quibus etiam accedunt ſolutiones factæ, lite pen-
1 dente, & nihilominus in hoc interdicto † ſummariſſimo ſufficiunt leuiores probationes, Dec. conſ. 56. nu. 1. Alex. conſil. 103. num. 3 lib. 7. cum alijs adductis per Menoch. de retin. remed. vlt. num. 34. Nec viſum fuit obſtare, quod dicebatur, Budriolum non eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi totum, & integrum affictum, vnde non videretur ei ſimpliciter concedenda manutentio, quia, cum D. Vicelegatus Bononiæ condemnauerit Stephanum ad ſoluendum libras 1848. pro reſiduo liberarum 11000. pro affictibus duorum annorum, apparet ante motam litem,
2 fuiſſe ſolutas libras 9152. illud enim verbum, † Reſiduum, ſignificat, reliquum fuiſſe ſolutum, l. ſi ex pluribus, vbi gloſ. in ver. reliquum, ff. de ſolutio. Alex in l. 2. num. 4. C. de hæred. inſtit. Natt. conſ. 102. n. 2. lib. 1.

Quod autem hoc interditum competat locatori con-
3 tra † conductorem ſentit Pract. Papienſ. in forma libelli quo agitur ad fictus præſtationem, in verſic. 6. ſuper ſolutione, nu. 5. Specul. in tit. de Emphyt. §. 1. n. 80. verſ. 63. Bero. conſil. 119. num. 5. lib. 3.

Non obſtant moderationes, de quibus in ſententijs
4 Vicelegati, quia, ſtante appellatione interpoſita, † earum effectus fuit ſuſpenſus, præſertim, cùm non conſtet de cauſa, nec de quantitate reductionis, l. ſciendum, ff de appellar. recip. Alex. conſil. 93. num. 1. poſt med. lib 4. Et donec adſit liquidatio per tres conformes non dicitur facta liquidatio, nec impeditur manutentio, Rot. diuerſ. deciſ. 269. n. 7. par. 2. Alex. dict. conſil 93. n. 1. cum alijs ſupra allegatis.

Minus viſa fuit obſtare litis pendentia ſuper nullitate contractus, quia reſpicit petitorium, nec impedit iudi-
5 cium hoc ſummariſſimum, manutentionis, quæ † in qualibet inſtantia peti poteſt, Cæſar. de Graſſ. deciſio. 4. de cauſ poſſeſſ. & propr. Fuit dictum In Mediolanen. Penſionis 11. Decembris 1600. coram bon. memor. Illuſtriſſimo Pamphilio, &c.

EODEM.

Nepeſina Laudi.

Luna 10. Martij 1614.

SVMMARIVM.

Dos ſoluto matrimonio deſinit eſſe dos, & fructus non debentur, num. 1.
Clauſula, quam, & quas, comprehendit cauſam appellationis, et negotium principale, n. 2.
Clauſula, quam & quas, operatur, vt iudex poſſit cognoſcere, etiamſi non adſit appellatio, vel ſit minus legitima, n. 3.
Appellationi non cenſetur renunciatum per ſuſceptionem termini factam compulſiuè, quæ reſtringitur ad effectum deuolutiuum, n. 4.
Laudum latum, tanquam à Perito non tranſit in iudicatum, cum poſſit per peritiores reuideri, n. 5.
Semper datur recurſus à laudo, non obſtante qualibet renuntiatione, n. 6.
Inſtantia cauſæ reductionis ad arbitrium boni viri, durat quantum inſtantia cauſæ principalis, n. 7.

DECISIO CXXXIII.

INſtante D. Gieronima iterum propoſui dubium, alias reſolutum contra ipſum die 27. Nouembris præteriti, videlicet, An exceptio rei iudicatæ obſtaret Cerebellis, & Rota reſpondit affirmatiuè, inhærendo deciſioni, alias factæ, cuius fundamenta, licet apud aliquos ex Dominis pateretur difficultatem in ea parte, quæ reſpiciebat nullitatem laudi, in quo arbiter non videbatur eſſe ſecutus votum Conſultoris, quia videbatur poſſe ſaluari, & laudum cum voto conciliarij; Nam votum, dum in eo dicebatur, non deberi fructus dotales, intelligendum erat de fructibus dotis Hieronymæ, non autem de fructibus dotis Violantis, quos arbiter, deberi pronunciauit.

Verùm non propterea laudum ſaluari poterat ab iniuſtitia, dum condemnabat Cerebellos, ad ſoluendum fructus dotis Violantis, iam mortuæ, per cuius mortem, ſoluto matrimonio, non amplius fructus debebantur,
1 cù dos deſierit eſſe † dos ad tradita per Affiict. deciſ. 284.

Præterea dicebatur, quod aut prætenditur res iudicata pro Hieronyma contra Cerebellos decreti A. C. ex capite non interpoſitæ appellationis, Aut quia fuerit appelationi renunciatum per ſuſceptionem termini.
Quoad primum, dicebatur, tolli ex facto, quia à decreto A. C. fuit appellatum die 27. Iulij 1601. & commiſſa cauſa nullitatis, & reductionis ad arbitrium boni viri, cum
2 clauſula quam & quas, &c. quæ † comprehendit cauſam appellationis, & negotium principale, Honded. conſ. 27. num. 44. & ſeq. lib. 1 & de ſtylo Rotæ, ſtante dicta clauſu-
3 la, Auditor † poteſt cognoſcere negotium principale, etiam quod non adſit appellatio, vel ſit nulla in vim Innocentianæ, vt atteſtatur Staph. Papaz. Lancell. & alij collati per Honded. num. 63.

Minus videtur poſſe dici, fuiſſe appellationi renunciatum per ſuſceptionem termini, quia, cum fuiſſet actum vigore obligationis Cameralis & in vltima commiſſione directa Illuſtriſſ. Card. Millino adeſſe clauſula, ſine præiudicio legitimę executionis, talis renunciatio in omnem
4 euentum † erat intelligenda quoad effectum ſuſpenſiuum tantum, non autè quoad deuolutiuum; præſertim, cum hæc ſuſceptio termini ſonaret in partem, non autem in agere, & terminus fuiſſet ſuſceptus per compulſionem, ad allegata copioſè per Gabr. de appellat. concl. 2. limit. 9. & concl. 3. n. 8. & 10.

Digitized by Google

7 Minùs obſtat † quod dicta commiſſio, ex qua emana-
nit Decretum de exequendo contineat clauſulas vocatis
vocandis, & Conſtituto de duabus conformibus, quæ fa-
ciunt Executorem mixtum, ac propterea quòd à ſenten-
8 tia, ſeu decreto V. Legati dabatur appellatio, † ita vt ci-
tra vitium attentatorum non potuerit deueniri ad exe-
cutionem, Staphil. de Litte. Gratian. in tit. de non form.
mandat. num. 3. Seraph. deciſ. 1045. num. 2. & Greg. XV.
9 deciſ. 91. num. 3. & 4. † Quia hoc procederet ſi Decretum
V. Legati de ſui natura fuiſſet appellabile, quò caſu exe-
quutor per dd. clauſulas reducitur ad inſtar aliorum iudi-
cum, Abb. in c. exhibita nu. 6. & ibi Felyn. nu. 4. de Iudice.
Sed cū appellabile non ſit ex ſupradictis, huiuſmodi clau-
ſulæ, nō alterant, nec mutant ius commune, & diſpoſitio-
nem dicti ſtatuti Ferrarienſis, quæ imò vt dictum fuit, in
dicta commiſſione expreſsè præſeruantur.

Non obſtat etiam ſi dicatur dictas duas ſententias
Locumtenentis, & Prætoris Rotæ non fuiſſe conformes,
ex quò in prima D. Violans, ſeu eius Procurator con-
demnatur ad reſtitutionem dictorum prædiorum dum-
taxat, iuxta petitionem, Do. Virginiæ; in ſecunda autem,
illa etiam abſoluitur à reconuentione, qua D. Comes Al-
phonſus iure proprio ſe oppoſuit; prætendens d. prædia
ad ſe ſpectare, ex fideicommiſſo, dict. quæſt. Cæſaris Pal-
miroli eius Aui, ac ideò non ſtantibus duabus confor-
mibus Decretum V. Legati fuiſſe appellabile; Quia fuit
10 facilè reſponſum † quod dictæ duæ ſententiæ fuerunt
conformes in eo quòd mandant dicta duo prædia reſti-
tui D. Virginiæ hæredi dict. q. Cæſaris, ex quo; Dom. Vio-
lans, cui illa fuerunt ſpecialiter legata, aut iure inſtitutio-
nis relicta, cum eò tamen quod non poſſet amplius pete-
re pro legitima, aut eius ſupplemento, nihilominus ſup-
plementum petijt, & obtinuit. Vnde cum dicta ſecunda
ſententia contineat duo capita diſtincta, & ſeparata,
vnum confirmatorium primæ ſententiæ, aliud verò con-
tinens abſolutionem a dicta reconuentione, in capite in
quo fuerunt conformes, potuerunt etiam ſeparatim ap-
probari, & exequi, ad l. etiam §. ex cauſa, ff. de minor. leg.
cum quæritur cum duabus ſeqq. ff. de except. rei iudicat.
Bartol. in l. appellanti ff. de appellat. Couarr. pract. quæſt.
cap. 25. num. quinto. Dec. conſil. 385. num. primo, Boer.
deciſ. 23. num. primo, & ſeqq. Guido pap. deciſ. 436. num.
74. Vinc. de Franch deciſ. 173. Ant. Theſ. deciſ. 122. num.
7. & Rota in Bononien fideicommiſſis de Mazzochis 19.
11 Febr. præteriti coram Reuerendiſs. Do. meo Decano. †
Et ratio eſt quia tot ſunt ſententiæ, quot ſunt capita ſen-
tentiæ inter ſe diuerſa Rebuff. de ſent. prouiſ. art. 2. gloſs.
4. tom. primo, ad l. Regn. Lancell. de attent. cap. 12. limit.
2. num. 22. Io: Bapt. Coſta in tract. de port. rat. qu. 137. &
Rot. coram Greg. XV. deciſ. 552. nu. 1. & in recent. deciſ.
427. ſub num. 2. p. 2.

12 Non † obſtare ſimiliter viſa fuit prætenſa nullitas ſen-
tentiæ Locumtenentis, ex quò fuit lata contra Violan-
tem iam defunctam, ad l. eius qui in Prouincia, verſ. quòd
ſi ſtipulatus, ff. ſi cert. pet. vbi Caſtrenſ. Alexan. & Iaſ. poſt
Bart. in l. ſi ſumma, § ſi quis ex edicto, ff. de re iudicand. &
Rota in Maſcuitana fideicommiſs. 9. Decembr. 1620. co-
13 ram bo. mem. Seleuicien. † Statutum autem de exequen-
dis duabus conformibus eſſe intelligendum de ſententijs
validis, Surd. conſil. 99. num. 18. Mareſcot. variar. reſolut.
cap. 86. num. 30. lib. 1. Mohed. dec. 11. de re iudic. & Rota
in Mediolanen. Reſciſſionis contractus 4. Iulij 1601. co-
14 ram Lancellot. Quia facilè tollitur ex facto, † cùm dict.
ſententia fuerit etiam lata contra Nigriſolium Procura-
torem Violantis, & Dominus litis effectum; contra quem
de iure procedi potuit, & ſententia proferri, ad l. non ſo-
lum §. morte ff. de nou. oper. nunc. l. nulla dubitatio, vbi
Alexand. Cod. de procur. Surd. dict. conſil. 99. nu. 5. Vant.
de nullitat. ex defec. citat. numero 83. & Greg. XV. deciſ.
396. numer. primo, & ibi Add.

Tandem non obſtat, quod poſt inhibitionem Rota-
lem fuerit ad inſtantiam D. Virginiæ præceptum depoſi-
tario fructuum, ne illos D. Comiti Alphonſo, aut alijs
conſignaret: Quia vltra quòd dictum præceptum videtur
obtentum in conformitatem inhibitionis Rotalis, qua
ſtante, nihil erat innouandum circa fructuum conſigna-
tionem; illud D. Virginia obtinuit pro coadiuuanda, &
continuanda poſſeſſione, quam habebat, vt mox dicetur:
15 Qui autem continuat non attentat gloſ. in d. c. non ſolū,
de appellat. in 6. & in Clement. 2. in verb. innouari, vt lit.
pend. Lancell. de attent. lit. pend. limit. 1. num. 1. & Rota
apud Greg. XV. deciſ. 557. num. 1.

Quo verò ad ſecundam partem Dubij Domini dixe-
runt Manutentionem eſſe dandam D. Virginiæ, Quia de
eius poſſeſſione conſtat ex publico Inſtrumento poſſeſ-
ſionis adeptæ, vigore duarum conformium, & mandati
16 de exequendo d. V. Legati, † ex quo inſtrumento proba-
tur poſſeſſio, iuxtà l. iuſtè poſsidet. ff. de acquir. poſſ. Tuc-
card. in l. fin. nu. 433. C. de edict. d. Adr. toll. Abb. in c. cùm
nobis, nu. 5. verſ. ego vero dico, de præſcript. Menoch. de
retinen. remed. 3. n. 375. verſ. 9. probatur, & Rota deciſ. 6.
num. 2. par. 1. diuerſ.

Neque obſtat ſi dicatur quod Decretum de exequen-
do V. legati, cuius vigore Virginia fuit immiſſa, fuit nul-
lum defectu citationis: Et quod iudex nulliter, ſeu iniuſtè
procedens non priuat aliquem ſua poſſeſſione, Abb. in
cap. conquerente de reſtit. ſpol. Rip. in l. naturaliter, §. ni-
hil commune, ff. de acquir. poſſ. & Rota deciſ. 802. num. 7.
part. 1. diuerſ. Quia fuit reſponſum, quod cum adſit mo-
nitio V. legati, facta partibus præſentibus habetur, ac ſi
citatio interueniſſet, Marant. in Spec. part. 6. tit. de citat.
num. 48. Roland. conſil. 40. num. 29. volum. 3. Seraph. de-
ciſ. 1118.

Non obſtat etiam quod Comes Alphonſus vltimo lo-
co fuerit reintegratus ad poſſeſſionem dictorum prædio-
rum per Rotam Ferrarienſem vigore particularis com-
miſsionis, Quia in primis cum dicta Rota illum reinte-
grauit, declarando poſſeſſionem D. Virginiæ fuiſſe at-
tentatam, iniuſtè proceſsit, quia non aderant attentata,
ex ſupradictis.

19 † Deinde dicta ſententia Reintegratoria erat appella-
bilis, & cum effectu fuit ab ea legitimè appellatum, &
conſequenter, ſi quæ poſſeſsio in executionem illius fuit
capta per D. Alphonſum, fuit attentata: Et tandem di-
cta ſententia fuit nulla defectu iuriſdictionis, quia Rotæ
Ferrarien. ſi non fuit commiſſa cauſa ſuper immiſsione
petita per D. Victoriam, iam finita per dictas duas ſen-
tentias conformes executioni demandatas per dictum
V. Legatum, ſed cauſa reconuentionis ſuper dicto præ-
tenſo fideicommiſſo a qua D. Virginia fuerat abſoluta
in dicta ſecunda ſententia lata per Prætorem Rotæ Fer-
rarien. reſpectu cuius fuit etiam dictæ Rotæ ad inſtan-
tiam Comitis commiſſa cauſa attentatorum, quæ ni-
hil commune habet cum attentatis, de quibus nunc a-
gitur.

20 Tandem non obſtat, † quòd executio vigore dicti de-
creti prætendatur exceſſiua, & ideò nulla, ex Iaſ. in l ſi nō
Sortem, §. ſi centum num. 2. ff. de cond. indeb. Quia nulli-
bi in facto de exceſſu conſtat, imò de contrario, cum de-
cretum de exequendo, & immiſſio in poſſeſſionem inde
ſequuta emanauerit, iuxta tenorem dictarum duarum
ſententiarum conformium.

Et ita deciſum vtraque, &c.

EO

Digitized by Google

E O D E M.

Peruſina Fideicommiſſi de Meniconibus.

Mercur. 20. Febrarii 1630.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata eſt poſſeſſio capta pendente appellatione.*
2 *Appellatio datur à ſententia lata in poſſeſſorio, ex rem. l. fi. C. de Edict. Diu. Adrian. etiam in foro Eccleſiaſtico, iuxta veriorem opinionem.*
3 *Attentata ſunt, geſta vigore ſententiæ, tam ante appellationem quàm poſt; ſi Signatura commiſit ſimpliciter cauſam appellationis.*
4 *Cauſa commiſſa cenſetur ſuper omnibus contentis in ſententia, ſtantibus clauſulis, rebuſque alijs &c. & Clauſula. Quam & quas &c.*

D E C I S I O CXVIII.

FVit reſolutum conſtare de attentatis, quæ veniunt
reuocanda, Quia Vicarius Illuſtriſſimi Cardinalis E-
piſcopi Peruſ. die 9. Iunij tulit ſententiam, ſuper immiſ-
ſione, ex remed. l. fin. C. de edict. Diu Adr. toll. ad fauorem
D. Octauiani Meniconi, à qua fuit appellatio interpoſi-
1 ta die 28. ſequenti: vnde cum die 22. eiuſdem menſis, † &
ſic poſt appellationem, poſſeſſio, vigore ſententiæ capta
fuerit, attentata, non poſſunt excuſari, l. 1. ff nihil innou.
Grat. conſ. 123. num. 9 libr. 1. Bero. conſ. 116. nu. 10. lib. 3.
Rota deciſ. 78. de appellat. in antiq. & apud Seraph. deciſ.
530. in princ. & alibi ſæpius, Lancellot. de attent. part. 3.
cap. 26. de probat. attent. num. 15.
2 Neque obſtat † quod non detur appellatio à ſententia
lata in poſſeſſorio, ex remed. l. fin. etiam in foro Eccleſia-
ſtico: Quia contraria opinio eſt verior, de qua per Con-
tard. de momentan. poſſeſſ. limit. 3. n. 6. quam etiam Rota
paſſim fuit ſequuta, vt in Rauennaten. Attentatorum 20.
Maij 1611. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, in qua
aliæ Deciſiones allegantur.
Non obſtat etiam quod Peruſiæ, in foro Eccleſiaſtico
locum habeat Ægidiana, vt prætenditur, Quia quicquid
3 de hoc ſit, tollitur, prout etiam omnia alia tolluntur, †
ex quo Signatura commiſit cauſam appellationis ſimpli-
citer, quo caſu non eſt aliud inueſtigandum, ſed indiſtin-
ctè, tam antea, quam poſt appellationem, vigore ſenten-
tiæ facta, ſunt attentata, & nulla, Gardin. in Clemen. pri-
ma, quæſt. 8. prope fin. de re iudic. Gloſ. in l. appellatione,
in verb. deliberat. & ibi Bald. Cod. de appell. Ioan. Andr.
in c. ſi à Iudice, de appellatione in 6. Lancellor. de attent.
parte ſecunda, c. 12 limitat. 6. num. 27. cum ſequentibus,
& parte tertia, capit. 24. quæſt. 31. num. 9. Et in terminis,
Rota in Romana Domorum de Zacconis, 17. Maij 1621.
& in Vrbeuetana Bonorũ 26. Ianuar. & 27 Martij 1624.
coram bon. memor. Vbaldo; Et in longè fortioribus ter-
minis, in cauſa Leodien. Dominij de Hellonia 25. Iunij
1627. coram me.
Tandem non obſtat prætenſus defectus iuriſdictionis,
ex quo ſententia Vicarij fuerit lata ſuper immiſſione, &
4 Commiſſio cantant de melioramentis, † Quia cùm adſit
clauſula rebuſque alijs &c. tam in narratiua quam in di-
ſpoſitiua: nec non clauſula: Quam, & quas &c. non poteſt
dubitari quin commiſſa fuerit cauſa ſuper omnibus con-
tentis in ſententia, vt in ſpecie dixit Rota in cauſa nul-
litatis de Carretis 13. Nouembris 1587. coram Comitulo,
impreſs. apud Marcheſin. de Commiſs. part. prima, cap.
5. fol 231.
Et ita deciſum vtraque, &c.

Scaccia de Appellatione.

E O D E M.

Florentina Iuriſpatronatus de Inſigliaccis.

Luna 3. Iulij 1628.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata eſt immiſſio ſequuta intra terminum datum ad appellandum, & num. 6.*
2 *Appellatio non datur à collatione Parochialis ad effectum ſuſpenſiuum.*
3 *Declara id procedere in Parochialibus, quæ prouidentur per concurſum, non autè quando agitur inter Patronos, aut præſentatos, & appellatur ab inſtitutione facta ad præſentationem vnius ex Patronis.*
4 *Attentata eſt poſſeſſio capta, poſtquam cauſa appellationis fuit à Papa ſimpliciter commiſſa.*
5 *Appellatio datur à ſententia lata ſuper ſubreptione Commiſſionis cauſæ. & ſic ſuper incompetentia Iudicis.*

D E C I S I O CXIX.

FVit reſolutum, poſſeſsionem Parochialium S. Mariæ,
& S Andreæ vnitarum, captam per Stephanum de
Bonfantibus die 15. Septembris 1627. vigore mandati de
immittendo, Ordinarij Florentini, fuiſſe attentatam: Nã
ex quo ab inſtitutione dicti Ordinarij facta die 26. No-
uembris 1626. de d. Stephano vti præſentato ab Horatio
tàm nomine proprio, quam procuratorio aliorum fami-
liæ de Ianſigliaccis, fuit appellatum die 27. eiuſdem men-
1 ſis: † immiſsio poſtea ſequuta, fuit attentata, cap. non ſo-
lum, & ibi gloſ. de appell. in 6. cum vulgar.
2 Neque obſtat, quòd agatur in parochiali, † in qua ap-
pellatio non admittitur, niſi ad effectum deuolutiuum,
iuxt. Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. verſ. in omnibus de re-
3 for. & ex Bulla Pij V. de conferen parochialibus, † Quia
Sacrum Concilium, & Bulla diſponunt in parochialibus,
quæ prouidentur per concurſum, non autem, prout in
caſu noſtro, quando agitur inter patronos, aut præſenta-
tos, & appellatur ab inſtitutione facta ad præſentationem
vnius ex patronis, prout in puncto ſic diſtinguit; Rota
deciſ. 656. nu. 2. part. 1. recent. vbi etiam aliæ Rotæ Deci-
ſiones recenſentur.
Et tantò magis dicebant Domini, dictam poſſeſsio-
4 nem fuiſſe attentatam, † quia cauſa dictæ appellationis
ab Ordinario interpoſitæ, fuit per Signaturam vtraque
parte Informante ſimpliciter commiſſa vni ex Iudicibus
Synodalibus Florentiæ; Vnde quamuis non conſtet, Or-
dinarium fuiſſe inhibitum ſeu habuiſſe notitiam de iſta
Commiſsione, ſatis eſt, quod Papa cauſam ſimpliciter
commiſerit ad effectum, vt poſſeſsio poſtea capta, ſit at-
tentata; vt fuit in terminis reſolutum in Romana Do-
morum de Zanonibus 17. Maii 1621. coram bon. mem.
Vbaldo, & in Leodien. Dominij de Hollonia 25. Iunii
1627. coram me.
Neq; obſtat, quòd Iudex Synodalis declarauerit Com-
miſsionem fuiſſe ſubreptitiam, itaut, remoto obſtaculo
Commiſsionis, Ordinarius potuerit procedere ad im-
5 miſsionem, † Quia nihilominus Ordinarius hoc facere
non potuit ſine vitio attentatorum, tum vigore appella-
tionis ab eodem Ordinario, vt dictum eſt interpoſitæ;
tùm etiam quia à Sententia Iudicis Synodalis ſuper ſub-
reptione lata, & ſic ſuper incompetentia dabatur appel-
latio, Bart. in l. 2. nu. 10. verſ. quæro vtrum à Sententia, ff.
ſi quis in ius vocatus non fuerit, Bellamer. in capit. ſuper
10. num. 16. de appellat. Vndè cum fuerit poſtea appella-
tum, poſſeſsio deinde per Stephanum capta fuit attẽtata;

Digitized by Google

etiam vigore dictæ appellationis à Iudice Synodali interpoſitæ, gloſ. in d. cap. non ſolum, de appellat. in 6.
Et ita vna tantum parte informante, &c.

E O D E M.

Corduben. Cappellaniæ.

Lunæ 15. Ianuarij 1629.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio non datur à mero Executore. Declara vt n. 2.*
2 *Appellatio conceditur quoad vtrumque effectum à ſententia mixturam continente.*
3 *Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum eſt attentata.*
4 *Appellatio ſi non fuit interpoſita intra terminum iuris, medio tempore geſta non reuocantur.*
5 *Declara quod licet non reuocentur ex priuilegio, & per viam attentatorum, reuocantur tamen per viam nullitatis ex officio Iudicis.*
6 *Poſſeſſio attentata, eſt ſequeſtranda de ſtylo Rotæ.*
7 *Recurſus ad Iudices Laicos quando non præiudicent.*

D E C I S I O CXX.

PEndente lite coram Ordinario Corduben. ſuper Capellania, de qua agitur inter Ioannem Baptiſtam à Patrono præſentatum, & Ioannem Sanchez, Laurentium Paz, aliosque oppoſitores; Io. Baptiſta præfatus, narrata lite, obtinuit à Papa de ea prouideri, vt in litteris Apoſtolicis deſuper emanatis, & Executor earum vigore, die octaua Februarij 1622. pronunciauit, ei Cappellaniam competere, & eſſe debitam collatione, & poſſeſſione etiam eadem die ſequutis; lata deinde ſententia per ordinarium ad fauorem Laurentii, & commiſſa mihi appellationis cauſa, dubitaui. An poſſeſſio vt ſupra per Io: Baptiſtam capta ſit attentata, & fuit affirmatiuè reſolutum,
1 quia etiam dato, quòd † executor iuxta formã litterarũ eſſet merus, à quo non datur appell. c. nouit, de appell. l. ab exequutore, ff. eod. tamen cum explicitè pronunciauerit, Cappellaniam eſſe debitam, & cõpetere Io. Baptiſtæ,
2 & ſic formaliter ſuper petitorio, † eius ſententia continebat mixturam, à qua propterea de iure dabatur appellatio quoad vtrumque effectum Bald. conſil. 141. num. 7. lib. 1. Contard. in l. vnic. in 2. lim. C. de mom. poſſ. Seraf. deciſ. 603. num. 1. & Rota apud Greg. XV. deciſ. 232. num. 3. & in impreſſ. apud Pacif. de Salu. deciſ. 229. nu. 4. & deciſ.
3 242. & 243. Vnde † cùm poſſeſsio fuerit capta eodem die, quo fuit lata dicta ſententia exequutoris, & ſic pendente termino ad appellandum, fuit attentata c. non ſolùm vbi gloſ. de appell. in 6. Seraph. deciſ. 1045. n. 4. & Rota deciſ. 592. nu. 1. p. 2. recent.
4 Non obſtat, † quod poſtea intra terminum iuris non fuerit appellatum, quo caſu medio tempore geſta non reuocantur, gloſ. in d. cap. non ſolum, Felyn. in cap. quod ad conſultationem num. 26. verſ. quinta concluſio de re
5 iudic. Lancellott. de attentat. 2. cap. 11. numer. 50. † Quia quamuis non reuocentur ex priuilegio, & per modum attentatorum, in quo ſenſu loquuntur gloſ. & DD. ſupracitati, tamen reuocantur per viam nullitatis ex officio Iudicis, vt diſtinguit Lancellot. ibidem num. 51. Put. deciſ. 27. num. 6. libr. 1. Cæſar. de Graſs deciſ. 2. num. 4. & ſeqq. de appellat. Rot. deciſ. 406. numer. 3. part. 1. diuerſ. & deciſ. 513. num. 8. part. 1. recent. & apud Greg. XV. deciſ. 339. numer. 4. vbi etiam Aditio nu. 6. Ex quibus etiam
6 Domini cenſuerunt, † poſſeſsionem eſſe ſequeſtrandam iuxta ſtylum Rotæ, de quo atteſtantur deciſ. 2. circa fi. de reſtit. ſpoliat. in nou. Caſſad. deciſ. 3. in fin. eod. tit. Caputaque deciſ. 70. par. 1. & deciſ. 157. p. 3. & Rot. apud Greg. XV. deciſ. 10 num. 1.
7 Non obſtant † prætenſi recurſus ad Iudices Laicos, quia cum potuerint haberi ab alijs collitigantibus, non probant contra Ioannem Sanchez, qui non fuit in illis nominatus, Rot. deciſ. 29. nu. 5. p. 3. recent. & apud Greg. XV. deciſ. 96. n. 3. Nec mandatum fiſci Regij in perſonam illius pro executione recurſuum, probatur ab eo acceptatum, qui conſequenter vigore dicti mandati non probatur cooperaſſe in dictis recurſibus, clem. en 1. à contrario ſenſu, cum ibi notat. de procur. Paul. de Caſtr. in l. abſenti num. 4. & ſeqq. ff. de donat. Bart. conſ. 37. An procurator conſtitutus, Hiero. Laur. deciſ. Auen. 69. n. 4. & Rot. deciſ. 8. de procur. in nou.
Et ita deciſum vtraque &c.

E O D E M.

Leodien Dominij de Hollona.

Veneris 25. Iunij 1627.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum relaxatum pendente termino ad appellandum eſt, attentatum.*
2 *Executio facta appellatione pendente, eſt attentata.*
3 *Sententia continens mixturam admittit appellationem; non obſtante, quòd cauſa fuerit commiſſa* appellatione remota.
4 *Attentata ſunt, geſta medio tempore poſt appellationem interpoſitam, dum fuit habitus recurſus ad Signaturam, & diſcutiebatur, an appellatio eſſet admittenda nec ne.*

D E C I S I O CXXI.

1 DOmini dixerunt † conſtare de attentatis, & apponendum eſſe ſequeſtrum: ex quò mandatum non ſolùm fuit relaxatum pendente termino ad appellandum, cap. non ſolùm, in princip. & ibi gloſs. & Franch. de appellat. in 6. gloſs. in leg. 1. ff. nihil innou. appellat. pendent. Alexandr. conſil. 99. num. 3. lib. 5. Guid. Papa, deciſ. 74. Cæ-
2 ſar. de Graſs. deciſ. 2. num. 5. de appellat. † Sed etiam executio facta poſt appellationem interpoſitam, & ſic appellatione pendente, dict. l. 1. ff. nihil innou. Bero. conſil. 116. numer. 10. libr. 3. Rot. deciſ. 78. de appellat. in antiq. Lancellott. de attentat. part. 3. cap. 26. de probat. attent. num. 15.
Neq; obſtat, quòd in Commiſsione, vigore cuius prætenditur ſententiam fuiſſe latam, adſit clauſula appellatione remota, quia Commiſsio fuit, reſtricta ad ſpolium: quæ ideò non ſuffragatur in caſu noſtro, in quo fuerunt etiam reuocatæ tres aliæ ſententiæ ſuper petitorio latæ:
3 † Vndè ratione mixturæ datur appellatio, non obſtante dicta clauſula, Bald. in l. vnica nu. 8. C. de moment. poſſeſ. & conſil. 141. num. 7. lib. 1. Henric. Boich. in cap. cum ad ſedem, & ibi Bellam. de reſtit. ſpoliat. Bero. conſ. 52. num. 7. & conſ. 110. num. 8. lib. 3. Contard de moment. poſſeſſ. limit. 2. rationem mixturæ numer. 27. & 29. & fuit dictum in Mediolanen. Parochialis 10. Maij 1624. coram R. P. D. meo Merlino.
4 Et ceſſat difficultas, Quia † ex quò Papa commiſiſſe cauſam appellationis ſimpliciter, omnia medio tempore geſta, nempè dum habitus fuit recurſus ad Signaturam, & diſcutiebatur, an appellatio eſſet admittenda nec ne, ſunt cenſenda attentata; perinde ac ſi ab initio fuiſſet appellatio admiſſa, gloſ. in l. appellatione in verb. deliberationis, & ibi Bald. C. de appellat. Ioann. Andr. in capi-

Digitized by Google

capitul.ſi à Iudice de appellat.in 6.Iaſ.in l.1. num.1.Cod. de bonor.poſſeſſ. ſecund.tabul.& in terminis Rot.in Romana domorum de Lauonis 17.Maij 1621. coram bo.me. Vbaldo,& in Vrbeuetana Bonorum 26. Ianuarij, & 27. Martij 1624. coram eodem, & in Romana Dominus 27. Octobris 1625. coram Reuerendiſſ. Domino meo Decano.

Et ita vtraquè,&c.

E O D E M.

Romana Executionis Laudi.

Merc.13.Iunij 1629.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio de iure ciuili non ſuſpendit executionem in iudicio poſſeſſorio.*
2 *Ægidiana in terris Eccleſiæ, appellationes à poſſeſſorijs interpoſitas,reducit ad terminos Iuris Ciuilis.*
3 *Appellatio ſuſpenſiua datur à Laudo, iuxta ſtatutum Vrbis cap.178.lib.1. Fallit,ſi Laudum, emanauit ex compromiſſo vallato iuramento,& obligatione Camerali, n.5.*
4 *Ægidiana non intrat in Laudo, quod ex ſtatuto admittit appellationem ſuſpenſiuam.Intellige,vt n.ſeq.*
6 *Immiſſio datur Creditori in bonis debitoris ex inſtrumento guarentigio.*
7 *Executio præſcribitur ſpatio 16. annorum, ex ſtatuto Vrbis c.158.lib.1 Fallit, quando ceſſat præſumptio ſatisfactionis,in qua dictum ſtatutum ſe fundat, n.15.*
8 *Executio præſcribitur ſpatio 30.annorum.*
9 *Præſcriptio ſtatutaria non procedit in actione reali.*
10 *Hæreditatis petitio eſt actio realis.*
11 *Item actio familiæ erciſcundæ.*
12 *Per Laudum non nouatur actio primæua.*
13 *Item nec per ſententiam.*
14 *Laudum quando fertur ſuper actione reali, ex eo oritur etiam actio realis vtilis.*
16 *Præſcriptio inchoari non poteſt ſtante mala fide.*
17 *Præſcriptio interrumpitur per interpellationem iudicialem.*
18 *Reluitio bonorum hæreditariorum facta ab hærede, non operatur nouam acquiſitionem ad fauorem ipſius, ſed bona permanent in eadem cauſa & qualitate.*
19 *Statutum præferens Conſanguineos in emptione rerum patrimonialium, procedit etiam in patrimonialibus venditis,& poſteà redemptis in vim pacti redimendi.*
20 *Bona recuperata per hæredem grauatum, in vim pacti de retrouendendo,cenſentur hæreditaria,& veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*
21 *Hæredes tenentur conſeruare in priſtinam cauſam res hæreditarias redemptas,alioquin de mala fide argui poſſunt.*
22 *Hæres præſumitur in dubio ſolutiſſe Creditoribus de proprijs pecunijs,non autem de hæreditarijs.*
23 *Iudex mandans deponi pecunias, ſoluendas cui de Iure, perinde habetur ac ſi in ſpecie mandaſſet illas ſolui cui debentur.*
24 *Depoſitum fieri debet, ſi creditor recuſet recipere.*
25 *Depoſitum ſufficit fieri ante executionem.*
26 *Executio ſi ſuſpenſa fuit de conſenſu partium, durante earum voluntate,& ſine præiudicio quorumcunque, iurium cenſentur reſeruata iura primæua perinde, ac ſi ſuſpenſio nunquam facta fuiſſet.*

D E C I S I O CXXII.

ALexander,& Angelus de Petronijs, mutuas pretenſiones,circa hæreditatem,& bona quondam Tiberij eorum Patrui, compromiſerunt in Bernardinum Biſciam,& Coronatum de Incoronatis quorum Laudo ſtare promiſerunt ſub Iuramento, & Camerali Obligatione; Qui Arbitri in Laudo lato, inter alia declararunt per dictum Angelum circa decem dies à notificatione Laudi computandos eſſe acceptanda, ſeu dimittenda prædium apud Pontem retortum, & aliud apud Turrim Vagni; pro ſcutis 35.& prędium in loco,vulgo,Campo di S. Valentino pro ſcutis 100. pro quolibet rubro reſpectiuè: prædictis autem decem diebus elapſis, & non facta per Angelum acceptatione, dicta tria prædia eſſe debere Alexandri pro eiſdem pretijs; Effluxit decendium nulla facta per Angelum declaratione, nec dimiſſione prædiorum ab eo detentorum; Vndè introducta litè per Alexandrum ſuper Laudi executione, R.p.d.Alterius, ab A. C.deputatus, mandatum de immittendo in poſſeſſionem dictorum prædiorum Paulo, & fratribus de Petronijs Alexandri hæredibus conceſſit;A quo Lelius Angeli hæres appellauit;Et commiſſa mihi cauſa, Dubitaui, iuxta formam Commiſſionis; An ſit locus Ægidianæ, Et fuit affirmatiuè reſolutum; Quia mandatum emanauit
1 † in Iudicio poſſeſſorio, in quo de Iure ciuili appellatio
non ſuſpendit executionem,l.vnica C.de mom.poſſ.Soccio.Iun.conſ.182.num.15.lib.2.Pariſ.conſ.108.n.13 lib.
1.Vndè cum de mandati validitate non poſſit dubitari
cùm habeat omnia iuris requiſita, de quibus Caputaque
2 deciſ.260.p.2. † conſequenter intrat Ægidiana, quæ in
Terris Eccleſię,remoto Iuris Canonici obſtaculo,appellationes à poſſeſſorij interpoſitas reducit ad terminos
Iuris Ciuilis, Pariſ.vbi ſupra, Benintend. deciſ.17. in fine
Caputaq. deciſ.223.lib.1.Seraphin.deciſ.603.in princip.
Rota in Romana Saluiani Interdict. 26. Nouembr.1605.
coram bo.m.Patriarcha Manzanedo,quę eſt deciſ 150.&
324.n.1. p.2.recent.
3 Neque obſtat † quod data fuerit immiſſio vigore
Laudi,a quo datur appellatio ſuſpenſiua, iuxta ſtatutum
4 Vrbis cap.178.lib.1. † ideo non intrare Ægidianam, vt
5 in ſimili Rota deciſ.248. apud Pacif. d.tract.de Saluia. †
Quia ceſſat in pręſenti, ex quo Laudum emanauit ex
compromiſſo, cum Iuramento, & obligatione Cam.
quod habet executionem paratam,Io:de Anan.conſ.50.
num.8.Rota poſt Zacch.de oblig.Cam.deciſ.152.num.2.
Vbi autem eſt parata executio, multo magis dari debet
immiſſio: maximè in pręſenti, poſtquam dictus Lelius
fuit citatus ad relaxandum prędia in executionem Laudi,& eo renitente, cauſa fuit diſcuſſa, & tandem Iudex
6 mandauit immitti † prout datur Creditori in bonis debitoris ex Inſtrumento,guarentigio, Bar.in l.a Diuo Pio
§.ſi ſuper rebus,num.1.ante fin.ff.de re iud.
Non obſtat etiam quòd executio Laudi fuerit petita
poſt annum 45.ex quo Laudum fuit de anno 1581.& im-
7 miſſio petita de anno 1627. † & ſic intrare tam præſcri-
8 ptionem 16. annorum ſtat. Vrbis cap.158. lib.1. † quam
etiam præſcriptionem legalem 30. annorum; cuius temporis ſpatio executioni præſcribitur Abb. in c.fin. n.30.
de præſcript.Felyn.in c.inter Monaſterium,de re Iud.Pariſ.conſil.111.num.58. lib.1. Anto.Gom. ad l.Taur.63.
n.1. verſ.ex quo Inferas, & Achil.deciſ.5 num.1. de præſcript.
9 Quia reſpondetur quòd † præſcriptio ſtatutaria non
procedit in actione reali,vt in ſimili Roman. conſil.201.
num.2.Felyn.in c fin.num.6.in princip.de præſcript.Couar.lib.2.var.cap.14.num.2.Mareſc. variar. reſolut. cap.
67.& num,27.lib.2. Seraph.deciſ.69.num.9.& Rot.deciſ.
727. num.5.par.1.& deciſ.454.num.2.par.4. diuerſ. Dicta autem tria prædia vti ſpectantia ad hæreditatem Ti-
10 berij fuerant prius petita actione reali,nempè † petitione hæreditatis;quæ actio realis eſt,l.ſed & ſi lege,§ petitio,& ibi Bar.de petit.hæredit.l.1. & l.ſin autem §.ſed &
ibi

Digitized by Google

ibi Bart.de petit.hæredit.l.1. & l.ſin autem §. ſed & is ff.
11 de re vend.aut † actione fam. erciſc. quæ etiam eſt realis
12 §.quædam inſtit.de act.& ibi Iaſ.num. 19.† Et per Lau-
dum non nouatur primæua actio,Bar.in l.1.num.7. C.de
13 Iud.† Prout nec per ſententiam Afflict. deciſ.93.num.3.
14 † Quinimò,quando Laudum,vt hic,fertur ſuper reali,ex
eo oritur etiam actio realis vtilis Bart. in l.ne in arbitris
num.5.C.de arbitr.Et tollitur pęnitus difficultas, † quia
15 præſcriptio ſtatuti fundatur in præſumptione ſatisfactio-
nis,quæ ideò non intrat vbi conſtat de contrario, vt ver-
bis expreſſis idem ſtatutum dicit,Rota d.deciſ.727.num.
5.part.1.diuerſ.& Seraph.d.deciſ.692.num.4. hic autem
verſamur in claris quòd dicta, tria prædia, vigore Laudi,
in caſu ſequuto, ſpectantia ad Alexandrum, fuerint per
Angelum,& eius hæredes retenta, non ſolum ex litis ſu-
ſtentatione,ſed etiam expreſſa confeſſione.

Minùs intrat præſcriptio 30. annorum; Quia vltra
quod de anno 1583. fuit deſuper lis conteſtata cum An-
16 gelo; † qui propterea vti in mala fide conſtitutus nun-
quam potuit præſcriptionem inchoare, cap.fin.de præ-
ſcript.c.mala fides de reg.iur.in 6.Ancharan. conſ.5. n.6.
17 † illa fuit interrupta per formalem interpellationem iu-
dicialem,factam de anno 1608. l.fin. C. de præſcript. 30.
vel 40. annorum,vbi Bart.& Doctor. Franc.Marc.quæſt.
327.par.2.Andr.Gail.obſer.74. lib.5.Seraph. deciſ.926.
num.1.& 2.

18 Non etiam † releuat quòd prædia controuerſa ante
Laudum deſierint eſſe de hæreditate Tiberij; ex quo illa
Angelus reluit in actu deliberationis, quæ inſtabatur per
creditores, qui ideò videtur ſibi, non autem hæreditati
acquieuiſſe, Quia cum reluerit ſeu redemerit vigore ſta-
tuti Ciuitatis Caſtellanę non dicitur noua acquiſitio, ſed
ſemper prædia fuerunt in eadem cauſa,& qualitate, l.vo-
luntate,§. creditor quoq; ff.quibus mod.pign.vel hypot.
ſolu. ibi, in priſtinam cauſam res redit reſoluta venditio-
ne,l.peculium 4.§. ſi ære alieno,& ibi gloſ.verb. manent,
ff.de pecul.arg.tex.in l.ſi vnus, §.quod & in ſpecie, ff.de
pact.& l.filio,quem pater, ff.de lib.& poſthum. Bart.in l.
in diem,num.2.ff.acq.plu.arc.Dec.conſ.53.& conſ.83. n.
19 3.† vbi quod ſtatutum præferens conſanguineos in em-
ptione rerum patrimonialium;habet locum in patrimo-
nialibus venditis, & poſteà redemptis in vim pacti redi-
mendi appoſiti in contractu venditionis,idem Dec.conſ.
238.num. 5. vbi quod bona ręcuperata per hæredem
20 grauatum in vim pacti de retrouendendo ſunt apud hæ-
redem tanquam hæreditaria, & ideò veniunt in reſtitu-
tione fideicommiſſi, Tiraq.de retract.§. 19.gloſ.2.num.5.
& §.32.gloſ.1. num.29. Vinc.de Franc. deciſ.39. num.1,
& deciſ 84. num.11. Et rationem aſſignat, Dec. d. conſ.
88.num.3.verſ.ſicut ergo; Cui alia accedit, quod alio-
quin daretur occaſio debentibus reſtituere colludendi
cum Creditoribus, patiendo viliori prætio rem diſtrahi,
vt poſtea eodem prętio recuperata ſit, & non hæreditati
21 acquireretur;† cum tamen hęredes, rem redemptam,
in priſtinam cauſam conſeruare teneantur, alioquin de
dolo,& mala ſide argui poſſunt,ad l.Paulus 60. ff.de ſide-
iuſſor.& facit Text.optim.in l.1.C.de dol.

Non obſtat prętereà, ſi dicatur decretum fuiſſe iniu-
ſtum,dum Iudex iuſſit deponi ſcuta 135.per Angelum
Creditoribus ſoluta in actu reluitionis, conſignanda po-
ſtea cui de iure,qui potiùs mandare debuit Angelo ſolui,
ſeu reſtitui tanquam ſoluta Creditoribus de proprijs
22 eius pecunijs, † prout in dubio pręſumitur,non autem
hęreditarijs;l.& magis de ſolut.& l.cum pecuniam, ff de
neg.geſt.& not.Bart.in l.2.per illum text.C.pro ſoc.& in
l.ſi patres, C.comm.veri.Iud Bald.in l.pen. C. ſi quis alt.
vel ſib. & Dec.d.conſ.238.num.5.Crauett.conſ.129. nu-
23 mero 2.† Quia dum Iudex mandauit deponi ſoluenda
cui de iure, perinde eſt, ac ſi iuſſerit deponi ſoluenda di-
cto Angelo, cui de iure, vt dictum eſt, debent reſtitui,
Paul.de Caſtr.conſ.11.num.2.verſ. ſed dicet aliquis lib.1.
& Rota in Romana reſtitutionis in integrum 16. Iunij
24 1628.coram me.† Quia tamen Angelus,ſeu eius hęredes
contendebant non eſſe locum reſtitutioni prędiorum ex
cauſis ſupradictis, & ſic virtualiter certo certiùs, ac in
conſequentiam neceſſariam recuſabant dicta ſcuta 135.
recipere,meritò Iudex ordinauit illa deponi, non autem
realiter ſolui,l.acceptam,C. dę vſur.& l.Creditor, C.de
pignor.Bart.in l.qui ſolidum in princip.ff. de leg.2. Cum
Alex.& Caſtr.in l.qui Romæ,in princip.ff.dę verb. oblig.
Dec.in l.quidam ęſtimauerunt,num.2. ff. ſi cert.pet. latè
Crau.conſ.1. pro gener. n.210. & latiùs n.256. & Vrſill.
ad Afflict.deciſ.205.n.8.

Vnde nihil facit quòd non fuerint ſoluta nec depoſita-
ta prætia terrarum determinata in Laudo, Quia vltra
quod intrat eadem reſponſio, nempè quòd dum Ange-
lus, ſeu eius hęredes recuſant prędia conſignare, iuxta
formam laudi, non debuit præcedere depoſitum pro in-
25 iuſtitia decreti,† in omnem caſum ſufficit,vt illud fiat ante
executionem,vt in puncto diſtinguit, & reſoluit Cancer.
var.reſol.c.8.n.27.lib.3.

26 Demùm † non obſtat quòd fuerit ſuſpenſa executio
Laudi de conſenſu partium quòad dicta tria prędia,
Quia ſuſpenſio fuit facta ſolùm durante partium volun-
tate,& ſine pręiudicio quorumcunque iurium, & non re-
cedendo à dicto Laudo, nec à Iudicio iam cepto; Vnde
iura primæua ſunt reſeruata, perindè ſi ſuſpenſio nun-
quàm facta fuiſſet,Pariſ.conſ.5.num.4.lib.1.& Put. deciſ.
34.lib.2.

Et ita deciſum vtraque,&c.

EX TOM. II.

Lunen.Sarzanen. Capellaniæ.

Merc.3.Iunij 1630.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur de iure ab Inſtitutione: illa tamen non admittitur, quando cauſa fuit commiſſa, appellatione remota.*

2 *Abſolutoria,quando, & quomodo ſit concedenda, ad fauorem poſſeſſoris.*

3 *Præſentandi quaſi poſſeſſio ſufficit quoad petitorium adiudicationis beneficij,ad fauorem præſentati,quicquid ſit inter Patronos,quoad petitorium Iuriſpatronatus.*

4 *Petitorij ſuſpenſio non releuat, ſi illa fuerit poſteà in tempore reuocata.*

DECISIO CXXIII.

PEr duas deciſiones conformes, vtraque parte Infor-
mante emanatas,die vltima Maij 1627. & 24. Ianua-
rij 1628.fuit reſolutum; Hieronymum Fotlanum eſſe in-
ſtituendum, vti pręſentatum à maiori parte Patrono-
rum,exiſtentium in quaſi poſſeſſione pręſentandi, qua-
rum vigore fuit ei data inſtitutio, & poſſeſſio per viam
1 Decreti: † à qua inſtitutione,licet de iure daretur appel-
latio, quia tamen cauſa fuit commiſſa, appellatione re-
mota,non fuit admiſſa. Quapropter hodiè in relationi-
bus Memorialium idem Hieronymus poſſeſſor petijt cau
2 ſam expediri ad eius fauorem, † per viam abſolutorię in
forma, cum impoſitione perpetui ſilentij ſuper petito-
rio, quòad obtentum dicti beneficij, & adiudicationis
Capellę: Et Domini etiam vtraque parte per Memo-
rialia informante, attento quòd bonum ius fuit plenè di-
ſcuſſum,& de eo conſtat ad fauorem dicti Hieronymi, ex
dedu-

deductis in dictis duabus Deciſionibus; quòdque poſt il-
las elapſi ſunt iam duo anni, & alia para nihil deduxit; or-
dinarunt cauſam, ſuper dicta abſolutoria, prout fuit peti-
tum, expediri in forma, & iuxta ſtylum de quo, Rot. deciſ.
3. de re iud. in non. & Caſſad. deciſ. 1. num. 1. & deciſ. 2. in
princ. eodem titolo.

Neque obſtat obiectum in Memoriali ex aduerſo fa-
ctum, videlicet quod non poſſit cauſa expediri, niſi prius
deſuper diſputato dubio; maximè cum Hieronymus ſu-
3 ſpenderit petitorium, † Quia, quicquid ſit inter Patro-
nos, quoad petitorium Iuriſpatronatus, diſputatio dubij
ſuper petitorio adiudicationis, quoad præſentatos eſt
ſuperflua, cum ex Deciſionibus deſuper emanatis clarè
conſtet de quaſi poſſeſſione præſentandi eorum qui Hie-
ronymum præſentarunt; quę quaſi poſſeſſio ſufficit quo-
ad petitorium adiudicationis, capitulo conſultationibus
4 cum vulg. de Iurepatr. † quòd verò ſuſpenſum fuerit pe-
titorium, nihil releuat, cum poſtea ſuſpenſio fuerit in
tempore reuocata.

Et ita &c.

E O D E M.

Gerunden. Cappellæ.

Lunæ 21. Februarij 1633.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur prout de Iure.*
2 *Sententia notoriè nulla non eſt exequenda, ſed ab ea datur appellatio, quoad vtrumque effectum.*
3 *Per contradictas procedi non poteſt, exiſtente in curiæ, Procuratore, qui proteſtatus fuit nihil fieri, niſi ipſo citato.*
Amplia procedere, etiam ſi proteſtatio procuratoris facta fuerit ante executum monitorium, n. 5.
4 *Lis non dicitur mota ante executum monitorium.*
6 *Lis introducta dicitur ex parte actoris per ſolam relaxationem monitorij ab eo obtenti.*
7 *Amplia hoc adeo verum eſſe, vt Actor exinde nihil agere poſſit in præiudicium d. monitorij ſine vitio attentatorum, licet ſecus ſit reſpectu Rei, niſi poſt executum monitorium.*

D E C I S I O CXXIV.

FRanciſcus Auinyo obtinuit ſibi à Sanctiſſimo proui-
deri de Cappella, de qua agitur, tanquam de reſer-
uata, & deſuper literas in forma Breuis, de capienda poſ-
ſeſſione nomine Cameræ, expediuit, & intimari fecit Ga-
brieli prætenſo Cappellano dictæ Cappellæ, quas A.C.
declarauit non eſſe iuſtificatas. Obijt deinde Gabriel, &
idem Franciſcus ſubrogari obtinuit in iuribus d. Gabrie-
lis, & litterarum ſubrogationis vigore, monitorium ex-
pedire fecit contra Raphaelem Bernò prætenſum mo-
dernum Cappellanum, quo reproducto ſententiam de-
claratoriam contra illum, per contradictas reportauit,
non citato Petro Procuratore dicti Raphaelis, qui multò
prius in actis comparuit, & mandatum procuræ exhi-
buit, cum proteſtatione nihil fieri, niſi ipſo in quolibet
actu citato: cauſa autem mihi commiſſa in gradu appel-
tionis à d. ſentetia declaratoria, cum clauſula vt procede-
rem, ac ſi fuiſſet reſcriptum Parito Breui, Dubitaui ho-
die: An intret arbitrium: Et Domini illud intrare, pro
non executione reſponderunt: Ratio reſolutionis fuit.
1 † Quia arbitrium regulatur prout de Iure, Rot. dec. 547.
num. 1. par. 1. recent. & coram Gregor. XV. deciſ. 189.
2 num. 3. † De Iure autem; ſententia notoriè nulla, qualis
fuit illa, de qua agitur per contradictas lata, non eſt exe-
quenda, ſed ab ea datur appellatio, quoad vtrumque effe-
ctum, c. inter cæteras, & ibi Ant. de Butr. & Abb. de ſeur.
& re iud. Alex. conſil. 106. num. 27. l. 3. Natt. conſ. 51. n.
21. Put. deciſ. 107. lib. 3. in correct. Quod autem dicta
ſententia fuerit notoriè nulla, viſum fuit Dominis cla-
3 rum, & indubitatum, Quia † cum adeſſet, in Curia Pro-
curator Raphaelis, qui fuit in actis per multos dies ante
proteſtatus, vt ſupra, non poterat procedi per contradi-
ctas, ſed debebat ille in quolibet actu citari, gloſ. in cap.
inter quatuor in verbo citati, vbi DD. de maior. & obed.
Rot. deciſ. 179. n. 1. par. 1. & deciſ. 486. n. 2. in fin. p. 2 re-
cent. Greg. XV. deciſ. 439. n. 7.

Neque obſtat vnicum fundamentum Franciſci, videli-
cet quod comparitio, & proteſtatio d. Procuratoris fue-
4 runt factæ ante executum monitorium, † & ſic ante litem
5 motam, Clem. 2. vt lit. pendent. † Quia vltra quod moni-
torium fuit pluries executum, & dictę comparitio; &
proteſtatio Procuratoris fuerunt factæ poſt primam in-
timationem monitorij; in omnem caſum ſufficit quod
poſt relaxatum monitorium ad inſtantiam actoris, etiam
quod illud non ſit adhuc executum Reus compareat ad
effectum, vt audiri debeat, ex quo lis ex parte actoris, qui
6 impetrauit monitorium, † & quoad ipſum, ſtatim dicitur
introducta per ſolam relaxationem monitorij, Menoch.
de arbitr. caſ. 201. num. 5. Lancellott. de attent. par. 2. cap.
7 4. impreſſ. num. 36. Caſſad. deciſ. 6. ſuper reg. Cancell. †
Adeo vt actor exindè nihil agere poſſit, in præiudicium
d. monitorij, ſine vitio attentatorum, licèt ſecus ſit reſpe-
ctu Rei, niſi poſt executum monitorium, Roman. conſ.
330 n. 2. ante fin. verſ. illud autem, Lancell. vbi ſupra, Rot.
deciſ. 6. vt lit. pend. in nou. & deciſ. 42. n. 19. & ſeqq. par. 2.
diuerſ.

Et ita deciſum &c.

E O D E M.

Ventimilien. Cappellæ.

Veneris 9. Decembris 1633.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata eſt poſſeſſio, capta appellatione pendente.*
2 *Executor fit mixtus, ſi litteræ Apoſtolicæ ſint in forma Dignum, & cum clauſula, Dummodo à data præſentium non ſit alteri ius quæſitum, & cum clauſula, Amoto, &c. & ab eius ſententia datur appellatio ſuſpenſiua, Et executio ea pendente facta eſt attentata.*
3 *Clauſula, ſine præiudicio executionis litterarum Apoſtolicarum non impedit reuocationem attentatorum.*
4 *Sequeſtrum opponi debet, conſtito de attentatis.*

D E C I S I O CXXV.

CArolus Pirrus obtinuit a Sede Apoſtolica prouideri de hac Cappellania, cum derogatione Iuriſpatronatus, ſub narratiua vacationis apud Sedem. Et cum ab executore fuerit in poſſeſſionem immiſſus, expulſo Michelangelo Sperono, prouiſo ab Ordinario, non obſtante appellatione intra legitima tempora ab eo interpoſita. Dubitaui hodie, An conſtaret de attentatis & An eſſet apponendum ſequeſtrum: Et Domini affirmatiuè reſponderunt.

Attentata enim viſa fuerunt clara: Quia ſententia ab
Executore, lata fuit 9. Iulij, & appellatio fuit interpoſita
17. eiuſdem menſis: Poſſeſſio vero capta fuit 6. Auguſti
1 ſubſequentis, & ſic appellatione pendente, † Et propte-
rea fuit manifeſtè attentata, tot. tit. nihil innou. appell.
pend.

pend.Rot.deciſ.10. de appell.in antiq.Seraph.dec.1045.
num.4.

Nec dicatur Litteras Apoſtolicas non admittere ap-
3 pellationem ſuſpenſiuam, Quia imò, † cùm ſint in for-
ma Dignum, & habeant in ventre clauſulam dummodo
de tempore datæ præſentium non ſit alteri Ius quæſitum,
& clauſulam amoto,&c. executor erat mixtus, & ab eius
ſententia dabatur appellatio ſuſpenſiua; Et conſequen-
ter executio, illius vigore facta appellatione pendente,
fuit attentata, Staſil.de Lit.Grat.tit. de nou.for. mandat.
num.3.Scacc.de appell.quæſt.12.limit.11.num.1.Gon-
zal.ad reg.8.io ad not.nullit. & attent. num.236. Seraph.
dict. deciſ.1045. num.4. Gregor.XV. deciſ. 91. numero
2.& 3.

3 Non obſtat † quòd in Commiſſione fuerit à Signatu-
ra appoſita clauſula ſine præiudicio executionis Litte-
rarum Apoſtolicarum; Quia dicta clauſula non impedit
quin de Iure non ſit locus executioni nec poſſit deueni-
ri ad reuocationem attentatorum, Mart. de clauſ.159.
num.4. Seraph. deciſ.845. num.2. & 3. Greg. XV. deciſ.
91. num.11. & ibi Add. num. 13. & in Bertinorien. Ca-
nonicatus 6. Martij 1626. coram bo.mem. Patriarcha
Manzanedo.

4 Stantibus † autem attentatis, locus eſt ſequeſtro, Caſ-
ſad.deciſ.3.in fin.de reſtit. ſpoliat. Caputaq.deciſ.7. par.
prima,& deciſ.153. par.3. & fuit ſæpiſſimè deciſum.

Et ita vtraq; &c.

EODEM.

Ventimillien. Beneſitij.

Ven.17. Martij 1637.

SVMMARIVM.

1 *Attentata eſt poſſeſſio capta appellatione pendente.*
2 *A ſententia Executoris Mixti datur appellatio ſuſpenſi-
ua;& ideo poſſeſſio capta ea pendente eſt attentata, num.
ſeqq.*
3 *Executor Mixtus quando dicatur.*
4 *Poſſeſſio attentata eſt ſequeſtranda.*
5 *Poſſeſſio Inſtrumentalis,capta alio non poſſidente,eſt ma-
nutenibilis.*
6 *Poſſeſſio poſterior,& attentata non eſt manutenibilis.*

DECISIO CXXVI.

IN Deciſione in hac cauſa facta ſub die 9. Decembris
1 1633. fuit reſolutum: † Poſſeſſionem Cappellæ, de
qua agitur, captam per Carolum Portum prouiſum
Apoſtolicum, fuiſſe attentatam; ex quò idem Carolus
immiſſus fuit in poſſeſſionem dict.Cappellæ, vigore ſen-
tentiæ latę per Executorem Litterarum Apoſtolicarum,
pendente adhuc appellatione interpoſita pro parte Mi
chaelis Angeli Speroni aduerſarij. Qui fuit de eadem
2 Cappella prouiſus ab Ordinario Ventimilien. † A qua
3 ſententia, cum daretur appellatio ſuſpenſiua, ex quò †
Executor erat Mixtus, ſtantibus Litteris in forma Di-
gnum,cum clauſulis Dummodo datæ præſentium, Amo-
to,&c.non potuit, ea pendente capi poſſio, citra vitium
attentatorum,Staſil.de Litt.Grat.tit. de nou.form.mand.
n.3.Gonz.ad reg.8. in annot.nullit.n.330.Greg. deciſ.91.
n.2.& 3.cum alijs in dicta deciſ.alleg.Sed quia in eadem
4 deciſione dictum fuit † præfatam poſſeſſionem vti atten-
tatam eſſe ſequeſtrandam,Ideò repropoſui hodie cauſam
ſuper eiſdem; Et DD. quò ad attentata per Carolum
commiſſa, ſteterunt in Deciſis, ex eiſdem rationibus in
deciſ.deductis;Quo verò ad ſequeſtrum,receſſerunt à de-
ciſis, & firmarunt dādum eſſe mandatum de manutenen-
do prædicto Sperono; Quandoquidem ex hodie datis
conſtitit de illius Inſtrumentali poſſeſſione capta ſub die
5 10. Septembris 1631. † Quæ Inſtrumentalis poſſeſſio,
dùm capta fuerit, alio non poſſidente de eo tempore,
manutenibilis eſt vulg.l.prædia,ff.de acqu.poſſ. Rot.dec.
661.n.1.p.1.recent.Caual.deciſ.487.n.1.& 2.

Neque obſtat poſſeſſio Caroli, capta 4.Auguſti 1632.
6 † Quia vti poſterior, & attentata, ex prædictis, non eſt
manutenibilis,Rot.diuerſ.deciſ.19.n.1.p.2.& p.4.deciſ.164.
n.1.& 7.Reu.D.Decanus deciſ.492. n.5.

Quæ dicuntur de affectione huius Cappellæ;& de præ-
uentione Papæ in conferendo, reſpiciunt petitorium, &
ideò non ſunt diſcutien.in hoc ſummariſſimo manuten-
tionis Iudicio.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum.

EODEM.

Peruſina fructuum.

Ven.2.Maij 1631.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio viua voce ſufficit, quando illa interponitur in
continenti poſt latam ſententiam,& apud acta: nec re-
quiritur quòd ſit in ſcriptis.*

DECISIO CXXVII.

COmmiſſa mihi cauſa appellationis quò ad exceſſi-
uam liquidationem dumtaxat à ſententia liquida-
toria,in hac cauſa,lata per R.P.D.meum Dunozet,qua
fructus, de quibus agitur fuerunt liquidati in ſcutis 997.
n.73. Domini die 9.Decembris 1630. reſoluerunt. Non
conſtare de exceſſu, & deinde repropoſita cauſa ſuper
eiſdem 27.Ianuarij 1631. fuit receſſum à deciſis, & reſo-
lutum: Conſtare de exceſſu: fundamentum fuit, quod di-
cti fructus, iuxta Decretum Eminentiſſimi D. Cardinalis
Pamphilij, debuerunt liquidari contra Dominos de
Bontempis à die appellationis interpoſitæ à Dominis
de Oddis, quæ cum fuerit præſuppoſitum quod eſſet in-
terpoſita ſub die 2.Aprilis 1613.fructus autem liquidati,
non ſolum à dicta die,ſed etiam per ſex annos ante; ſcili-
cèt ab anno 1607. propterea exceſſus viſus fuit indubi-
tatus.

Conceſſa autem Dominis de Oddis noua audientia:
dubitaui cui deciſioni ſit ſtandum, & an cauſa ſit expe-
dienda:& Domini receſſerunt ab vltimo loco deciſis, &
reſoluerunt ſtandum eſſe in deciſis primo loco;& ſic non
conſtare de exceſſu; cum enim hodie clarè conſtiterit
Dominos de Oddis appellaſſe die 2. Maij 1607. corruit
penitus ſupradictum fundamentum ſecundæ deciſionis,
& ſtat firmum illud, cui nititur prima deciſio, iuxta mo-
dum præſcriptum in dicto Decreto Eminentiſſimi D.
1 Cardinalis Pamphilij: † & non obſtat,quòd appellatio
interpoſita dicta die 2.Maij non fuerit in ſcriptis, ſed vi-
ua voce; quia cum fuerit appellatum incontinenti poſt
latam ſententiam,& apud acta, non fuit opus appellare
in ſcriptis,ſed ſat fuit viua voce appellare, l.2. vbi nota-
tur, ff.de appell.Veſtr.in prax.lib.7.c.3.n.28. Achill.dec.
2.n.1. de appell.

Ex quibus,ſtantibus ſupradictis, fuit etiam reſolutum
cauſam eſſe expediendam ad fauorem DD. de Oddis,
iuxta primam,& tertiam deciſionem.

Et ita vna tantùm &c.

CO-

CORAM IACOBO CAVALERIO.

Licien. Beneficiorum.

Mercurij 6. Iunij 1607.

SVMMARIVM.

Manutentio datur poſſeſſori anteriori, num. 1. etiam quod ſit Inſtrumentalis poſſeſſio alio non exiſtente in poſſeſſione, num. 2.

Poſseſſio poſterior præſumitur clandeſtina, n. 3.

Poſſeſſione quis priuatur per decretum Iudicis, n. 4.

Poſſeſſione, vt quis priuetur ex decreto Iudicis debet eſſe rite, & rectè factum, n. 5.

Appellatio à decreto de quo non conſtat, & Commiſſio talis appellationis non valet, n. 6.

Littera Apoſtolicæ, contra quarum executionem fuit pronunciatum non poſſunt exequi per Iudicem ad quem, aliàs poſſeſſio earum vigore capta vti in caſu appellabili eſt attentata, n. 7.

Appellari poteſt à pronuncia Iudicis per quam declarat ſe competentem, n. 8.

Exequutor dicitur mixtus ſtante clauſula, vocatis vocandis, & ab eo poteſt appellari, n. 9.

Manutentio datur pro ciuili poſſeſſione ſaltem animo retenta, num. 10.

DECISIO CXXVIII.

DOmini dixerunt eſſe dandum mandatum de manutenendo Iacobo Antonio, & Vinc. Mariæ. Moti ſunt.

1 Quia conſtat de eorum poſſeſſione † anteriori, Pariſ. conſ. 112. num. 73. vol. 1. Felyn. in c. licet cauſam, num. 8, verſ. Tertia cauſa, de probat. Couarru. pract. qu. cap. 17. verſ. duodecimo, in hac controuerſia, num. 6. & ita tenuit Rot. in vna Ceruien. bonorum 20. Nouemb. 1578. coram Brauo, & coram Cantuccio in vna Rom. Cappellaniæ S. Mariæ Magdalenæ Vener. 24. Februae. 1576.

Et licet eſſet inſtrumentalis, tamen cum capta fuerit
2 alio non exiſtente in poſſeſſione, † eſt manutenibilis, vt
fuit dictum in vna Rom. de Benefacere, Merc. 11. Decemb. 1574. coram Illuſtriſs. Card. Blanchetto, & in vna Calaguritan. Theſaurariæ 14. Maij 1576. coram D. de Graſſis, Bart. & Alex. in l. quamuis, §. 1. ff. de acquir. poſſ. & idem fuit reſolutum in vna Calaguritan. Beneficij 11. Decemb. 1591. coram Illuſtriſs. D. meo Cardinale Pamphilio.

Non obſtat poſſeſſio Ioannis Andreæ, quia eſt poſte-
3 tior, & ideò cenſetur † clandeſtina, c. licet cauſam, de pro-
bat. Menoch. de retin. rem. 3. n. 726. & fuit dictum in ſuperius cit. Rom Cappellaniæ.

Non obſtat, quod ſit capta auctoritate Iudicis, qui
4 priuat poſſidentem. Ang. in l. clam poſſidere, §. qui ad
nundinas, num. 2. in fin. quem ibi ſequitur Imol. ante n. 2. & Rom. n. 3. ff. de acquir. poſſ. Quia id procedit quando Iudex ritè, & rectè proceſſit aliàs ſecus, Ang. in l. qui vni-
5 uerſas, §. item cum prætor, in fin ff. de acquir. poſſ. & Ro-
ta tenuit in vna Ipporeg. Cappellaniæ 3. Martij 1578. coram Cantuccio bon. mem. & fuit dictum in vna Meliten. Prioratus 17. Iun. 1603. coram D. meo Coccino.

Quod autem Ordinarius Neritonen. nulliter proceſſerit in hoc caſu, patet, quia commiſſio ſibi directa erat ſubreptitia, nam Ioannes Andreas obtinuerat committi d. Ord. Neritonen. cauſam appellationis ſub falſo prętextu, quod Ordinarius Licienſis executor ſuarum litterarum declaraſſet, eas non eſſe executioni demandandas de quo
6 decreto non conſtat; & conſequenter appellatio, † & ſic
neque commiſſio ſubſiſtit, Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 1. & ſeq. de reſcript. Oſtien. & Felin. & alij, quos refert, & ſequitur Caſſad. deciſ. 1. de reſcr.

Accedit, quòd etiam ſi commiſſio fuiſſet bona, & conſtaret de decreto præcedente Licienſis, non tamen poterat Neritonenſis procedere ad executionem litterarum
7 Apoſtolicarum, quæ per tale † decretum remanſerant
vulneratæ, & conſequenter iſta poſſeſſio fuit attentata, cap. non ſolum, de appell. in 6. Dec. in conſ. 200. n. 1. Lancell. de atten. c. 12. in præfat. n. 83.

Non potuit etiam Neritonen. procedere poſt appel-
8 lationem interpoſitam † à pronuncia, qua declarauerat
ſe Iudicem competentem, poteſt enim à tali pronuncia appellari Bart. in l. 1. n. 13. ff. de appell. recip. Rol. conſ. 33. n. 2. & per tot. lib. 4.

Stante igitur validitate appellationis non poterat Iudex ſine vitio attentatorum procedere ad traditionem poſſeſſionis toto tit. ff. Nil nouari appell. penden.

Confirmantur prædicta, quia idem Neritonen. ſtante
9 clauſula, vocatis vocandis, † erat mixtus executor, à quo
licet appellare, cap. exhibita de iudic. Oldrad. conſ. 227. num. 2. & ſeq. & ſic non poterat ad executionem ſuæ ſententiæ procedere, & poſſeſſionem tradere, ad not. in l. 1. in fin ff. ad Tertull. & in l. ſi cauſa cognita, C. de tranſact.

Et talis executio non priuauit Iacobum Ant. & Vinc.
10 Mariam ſua poſſeſſione ſaltem ciuili † cuius retentio ſuf-
ficit ad manutentionem, iuxta not. per Iaſ. in d. §. qui ad nundinas, num. 62 Menoch. de retinen. remed. 3. num. 22. & in d. Rom. Cappellanię ſuperius relata coram Cantuccio.

Et ex his fuit reſolutum eſſe dandum mandatum de manutenendo Iacobo Antonio, & Vincentio Maria, &c.

EODEM.

Seguntina Canonicatus.

Sabbathi 23. Ianuarij 1610. in Rota Martiniana.

SVMMARIVM.

Arbitrium regulatur à iure, n. 1.

A mandato de manutenendo non datur appellatio de iure ciuili, aut Canonico, n. 2.

Mixturam non continet manutentio, ſi ſit mentio fructuum, qui veniunt in iudicio manutentionis intentato, n. 3.

DECISIO CXXIX.

R. P. D. meus Lancellotus, relaxauerat mandatum de manutenendo Franciſcum in poſſeſſione Canonicatus, & percipiendi fructus, redditus, & diſtributiones quotidianas ad dictum Canonicatum ſpectantes, & pertinentes. Cùm autem pro parte Capituli Seguntini fuiſſet appellatum, & cauſa mihi commiſſa cum clauſula, non retardata executione d. mandati arbitrio Rotæ; Dubitaui, An intraret arbitrium. Et Domini reſponderunt non intrare, quia clauſula. Arbitrio, intelligitur prout de iure,
1 & à iure † regulatur, Bart. in extrauag. ad reprimendum
in verb. videbitur, verſ. Tertio caſu, Cęſar. de Graſſ. deciſ. 8. n. 2. de ſentent. & re iudic.

De iure autem à mandato de manutenendo non da-
2 tur appellatio ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, † non ſo-
lum de iure Ciuili, vt in l. vnica, C. ſi de moment. poſſ. fue. appell. vbi Contar. limit. 3. n. 48. ſed etiam de iure Canonico, c. vlt. §. de poſſeſſione, 2 q. 6. vbi Gratianus regultra-

giſtrauit, & canonizauit d.l.vnica, Beni nten.deciſ.79.n.
6.Menoch.de retin.rem.vlt.n.48.& 49.

Nec viſum fuit Dominis obſtare, quod dicebatur,
mandatum, relaxatum à D.meo Lancellotto, eſſe relati-
uum ad deciſionem Rotalem præcedentem, in qua fie-
bat mentio fructuum,& diſtributionum; Vndè videbatur
continere mixturam, cuius ratione non eſſet appellatio
deneganda.

Quia benè reſpondebatur, fructus, & diſtributiones
expreſſas in deciſione, & mandato non induxiſſe vllam
3 mixturam, † ſed mandatum,& deciſionem loqui, & eſſe
intelligenda tantummodo de illis fructibus, & diſtribu-
tionibus, quæ veniunt in interdicto retinendæ,& in con-
ſequentiam poſſeſſorij ſummariſſimi, vt fuit alias di-
ctum in vna Licien.Redecimæ 14.Octobris 1588.coram
bon.mem.Illuſtriſſimo Seraphino,&c.

E O D E M.

Cremonen. Penſionis.

Luna 6. Iunij 1611.

S V M M A R I V M.

*Litteræ Apoſtolicæ vulneratæ per ſententiam non habent exe-
cutionem paratam,& proceditur ordinariè,n.1.*

*Litteræ Apoſtolicæ vulnerantur per ſententiam latam contra
libellum,continentem petitionem iuxta literas,n.2.*

Sententia cenſetur conformis libello, n.2.

*Sententia dicitur diffinitiua, quæ poteſt tranſire in iudicatum,
& perimit totum negotium, etiam ſi ſit abſolutoria, &
parit ius,num.3.*

*Cauſa ſemel effecta appellabilis ſemper durat appellabilis, nu-
mero 4.*

*Appellare ſi licet actori,licet etiam reo, vt ſeruetur æqualitas
num.4.*

Æqualitas in iudicio ſeruanda eſt,num.4.

D E C I S I O CXXX.

EX tribus oppoſitionibus, quæ fiebant contra exe-
cutionem literarum Apoſtolicarum penſionis, Duæ
viſæ fuerunt non ſubſiſtere, & placuerunt Dominis re-
ſponſiones datæ in deciſione facta ſuper hoc eodem du-
bio die 15. Aprilis proximè præteriti, à qua Domini
quo ad præmiſſa noluerunt recedere.

Tota difficultas reducebatur ad illud, quod hæ literæ
1 Apoſtolicæ fuerunt vulneratæ † per ſententiam abſolu-
toriam ab A. C. latam contra penſionarium, iuxta deci-
ſiones allegatas in Romana cenſus 17. Iunij 1580. coram
bo.mem. Lauretano, & in Anconitana Aſſecurationis
prima Iulij 1602.coram R.P.D.meo Coccino.

Nec ſatis fecit reſponſio data in deciſione, quòd for-
taſſe dicta ſententia abſolutoria fuerat lata ob inhabili-
tatem, & incapacitatem penſionarij, vel alia de cauſa;
Quia antea emanauerat monitorium ſuper ſolutione
2 penſionis iuxta formam litterarum, † & illius vigore fuit
lata illa ſententia, quæ cenſetur conformis libello, c.licet
Helt di Simon.Surd.deciſ.295 num.20.Aymol.conſ.231.
num.7. cuius libelli loco deſeruit monitorium. Mandoſ.
de monit.q.38.

Et licèt dicta ſententia fuerit abſolutoria, fuit tamen
3 diffinitiua, diffiniens totum negotium, & perimens ius,
potuit tranſire in iudicatum,& facere ius, ita vt non poſ-
ſet ſuper, illo iure, in proceſſu deducto, amplius agi,Co-
uar.var.reſol.lib.1.c.1.num.8.Neuiz.conſ.19.0.15.Curt.
Iun.in l.edita,n.157.C.de eden.

Quare Domini putabant, dictam ſententiam vulne-
raſſe executionem litterarum, ea potiſſimum ratione,
quia per eam cauſa fuerat effecta appellabilis ad fauorē
penſionarij,qui appellauit,vnde debebat etiam remane-
4 re † appellabilis ad fauorem alterius partis, quia cauſa
ſemel effecta appellabilis, ſemper remanet appellabilis,
ad ſeruandam æqualitatem iudicio, cap.non licet,&c.in
iudicijs de reg.iur.in 6. & in dicta deciſ. Anconitana Aſ-
ſecurationis,per doctrinas in ea allegatas.

Ex quibus Domini concluſerunt; Non eſſe receden-
dum à deciſis, ſed in hac cauſa eſſe procedendum via or-
dinaria,&c.

E O D E M.

Lucana Iuriſpatronatus.

Veneris 30. Martij 1612.

S V M M A R I V M.

*Appellationi renunciare videtur, qui non redit pro Apoſtolis,
num.1.*

*Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione,aut iniuſtitia ſen-
tentiarum,ex qua læſio reſultat,num.2.*

*Reſtitutio in integrum ſine læſione non datur, etiam Fiſco, aut
Eccleſiæ,aut minori,num.3.*

D E C I S I O CXXXI.

IN præſenti dubio, an ſit locus executioni ſententia-
rum Rotalium,vel reſtitutioni in integrum, Domini,
vna tantùm parte informante, reſoluerunt, eſſe locum
executioni, nec eam poſſe impediri per petitam reſtitu-
tionem in integrum. Dicebant enim, conſtare de re iu-
dicata, quia, licèt Promotor curiæ Epiſcopalis appella-
uiſſet ab vltima ſententia lata per R.P.D. meum Manza-
nedum, & habuiſſet terminum iuris, tamen non redijt
pro Apoſtolis, vnde ſententia tranſiuit in iudicatum,
1 quia appellans non † redeundo videtur appellationis in-
terpoſitæ renunciare, Clemen.quamuis vbi gloſ.in ver.
videtur,& Doct.communiter de appell.

Neque ex eo, quod fuit commiſſa cauſa reſtitutionis
in integrum, viſum fuit, executionem eſſe retardandam,
cum, termino præfixo, & elapſo, non fuerit doctum,ne-
neque doceri poſſit de aliqua cauſa reſtitutionis, nempe
2 de læſione, † ſine qua reſtitutio non conceditur, l.nam
poſtea, §.ſi minor, ff.de iure iur.l.minoribus, C.de in in-
tegr.reſtit.Salye.in l.1.n.9. C.ſi aduer.rem iudic.Odd.de
reſtit.in integ. part.1.quæſt.4. art.1. Ceſſat enim omnis
iniuſtitia,quæ ſolet eſſe potiſſima cauſa læſionis, & con-
ſequenter reſtitutionis in Integrum, per plures deciſio-
nes Rotales coram R.P. D. meo Coccino in quibus re-
ſolutum fuit conſtare de iure patronatus familiæ de An-
telminellis; Eccleſiam non recuperaſſe libertatem, ne-
que crimen perduellionis, de quo fuerat condemnatus
pater Lucretiæ, eidem Lucretiæ nocere ſuper iurepatro-
natus.

Minus Domini putabant obſtare, quod dicebatur,
Fiſcum gaudere priuilegio Eccleſiæ, vel minoris, & pro-
pterea, eſſe reſtituendum,quia, ſtante iuſtitia ſententia-
rum Rotalium, Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis
3 non oſtendit aliquam læſionem,ſine qua, † nec Eccleſia,
nec minor reſtituitur, l.cum & minores & ſeq. vlt.Cod.
ſi aduer. rem iud. capit.1. de integr. reſtitut. Bero.
conſilio 102. numero 33. lib. tertio, cum alijs ſupra al-
legatis.

E O-

672

EODEM.

Bononien. Affictus.

Veneris 14. Decemb. 1612.

SVMMARIVM.

In iudicio Manutentionis ſufficiunt leuiores probationes, nu.1.
Reſiduum in condemnatione ad ſoluendum, denotat, alia fuiſſe ſoluta, num.2.
Locatori contra conductorem pro affictibus datur manutentio, num.3.
Quæ non negatur, niſi vbi ſunt tres conformes, n.4.
Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, n.
Manutentio peti poteſt in qualibet inſtantia, n.5.

DECISIO CXXXII.

FActa fuit reſolutio pro Informante, videlicet D. Budriolo dandum eſſe mandatum de manutenendo in
quaſi poſſeſſione exigendi affictus ab illis de Canonicis,
conductoribus; Conſtat enim ex teſtibus examinatis ſuper primo, ipſum exegiſſe penſiones pro primo anno
nempe 1609 & ſic ante motam litem: Vnde non videtur,
ei poſſe denegari manutentio, §. retinendæ inſtit. de interdict. Quibus etiam accedunt ſolutiones factæ, lite pen-
1 dente, & nihilominus in hoc interdicto † ſummariſſimo
ſufficiunt leuiores probationes, Dec. conſ. 56. nu. 1. Alex.
conſil. 103. num. 3 lib. 7. cum alijs adductis per Menoch.
de retin. remed. vlt. num. 34. Nec viſum fuit obſtare, quod
dicebatur, Budriolum non eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi totum, & integrum affictum, vnde non videretur
ei ſimpliciter concedenda manutentio, quia, cum D. Vicelegatus Bononiæ condemnauerit Stephanum ad ſoluendum libras 1848. pro reſiduo liberarum 11000. pro
affictibus duorum annorum, apparet ante motam litem,
2 fuiſſe ſolutas libras 9152. illud enim verbum, † Reſiduum, ſignificat, reliquum fuiſſe ſolutum, l. ſi ex pluribus,
vbi gloſ. in ver. reliquum, ff. de ſolutio. Alex in l. 2. num. 4.
C. de hæred. inſtit. Natt. conſ. 102. n. 2. lib. 1.
Quod autem hoc interditum competat locatori con-
3 tra † conductorem ſentit Pract. Papienſ. in forma libelli
quo agitur ad fictus præſtationem, in verſic. 6. ſuper ſolutione, nu. 5. Specul. in tit. de Emphyt. §. 1. n. 80. verſ. 63.
Bero. conſil. 119. num. 5. lib. 3.
Non obſtant moderationes, de quibus in ſententijs
4 Vicelegati, quia, ſtante appellatione interpoſita, † earum
effectus fuit ſuſpenſus, præſertim, cùm non conſtet de
cauſa, nec de quantitate reductionis, l. ſciendum, ff. de appellat. recip. Alex. conſil. 93. num. 1. poſt med. lib 4. Et
donec adſit liquidatio per tres conformes non dicitur
facta liquidatio, nec impeditur manutentio, Rot. diuerſ.
deciſ. 269. n. 7. par. 2. Alex. dict. conſil 93. n. 1. cum alijs ſupra allegatis.
Minus viſa fuit obſtare litis pendentia ſuper nullitate
contractus, quia reſpicit petitorium, nec impedit iudi-
5 cium hoc ſummariſſimum, manutentionis, quæ † in qualibet inſtantia peti poteſt, Cæſar. de Graſſ. deciſio. 4. de
cauſ poſſeſſ. & propr. Fuit dictum in Mediolanen. Penſionis 11. Decembris 1600. coram bon. memor. Illuſtriſſimo
Pamphilio, &c.

EODEM.

Nepeſina Laudi.

Lunæ 10. Martij 1614.

SVMMARIVM.

Dos ſoluto matrimonio deſinit eſſe dos, & fructus non debentur, num.1.
Clauſula, quam, & quas, comprehendit cauſam appellationis, et negotium principale, n 2.
Clauſula, quam & quas, operatur, vt iudex poſſit cognoſcere, etiamſi non adſit appellatio, vel ſit minus legitima, n.3.
Appellationi non cenſetur renunciatum per ſuſceptionem termini factam compulſiuè, quæ reſtringitur ad effectum deuolutiuum, n.4.
Laudum latum, tanquam à Perito non tranſit in iudicatum, cum poſſit per peritiores reuideri, n.5.
Semper datur recurſus à laudo, non obſtante qualibet renuntiatione, n.6.
Inſtantia cauſæ reductionis ad arbitrium boni viri, durat quantum inſtantia cauſæ principalis, n.7.

DECISIO CXXXIII.

INſtante D. Gieronima iterum propoſui dubium, alias
reſolutum contra ipſum die 27. Nouembris præteriti,
videlicet, An exceptio rei iudicatæ obſtaret Cerebellis,
& Rota reſpondit affirmatiuè, inhærendo deciſioni, alias
factæ, cuius fundamenta, licet apud aliquos ex Dominis
pateretur difficultatem in ea parte, quæ reſpiciebat nullitatem laudi, in quo arbiter non videbatur eſſe ſecutus
votum Conſultoris, quia videbatur poſſe ſaluari, & laudum cum voto conciliarij; Nam votum, dum in eo dicebatur, non deberi fructus dotales, intelligendum erat de
fructibus dotis Hieronymæ, non autem de fructibus dotis Violantis, quos arbiter, deberi pronunciauit.
Verùm non propterea laudum ſaluari poterat ab iniuſtitia, dum condemnabat Cerebellos, ad ſoluendum
fructus dotis Violantis, iam mortuæ, per cuius mortem,
ſoluto matrimonio, non amplius fructus debebantur,
1 cū dos deſierit eſſe † dos ad tradita per Afflict. deciſ. 284.
Præterea dicebatur, quod aut prætenditur res iudicata pro Hieronyma contra Cerebellos decreti A. C. ex
capite non interpoſitæ appellationis, Aut quia fuerit appelationi renunciatum per ſuſceptionem termini.
Quoad primum, dicebatur, tolli ex facto, quia à decreto
A. C. fuit appellatum die 27. Iulij 1601. & commiſſa cauſa nullitatis, & reductionis ad arbitrium boni viri, cum
2 clauſula quam & quas, &c. quæ † comprehendit cauſam
appellationis, & negotium principale, Honded. conſ. 27.
num. 44. & ſeq. lib. 1 & de ſtylo Rotæ, ſtante dicta clauſu-
3 la, Auditor † poteſt cognoſcere negotium principale,
etiam quod non adſit appellatio, vel ſit nulla in vim Innocentianæ, vt atteſtatur Staph. Papaz. Lancell. & alij relati per Honded. num. 63.
Minus videtur poſſe dici, fuiſſe appellationi renunciatum per ſuſceptionem termini, quia, cum fuiſſet actum
vigore obligationis Cameralis. & in vltima commiſſione
directa Illuſtriſſ. Card. Millino adeſſe clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, talis renunciatio in omnem
4 euentum † erat intelligenda quoad effectum ſuſpenſiuum tantum, non autē quoad deuolutiuum; præſertim,
cum hæc ſuſceptio termini ſonaret in partem, non autem
in agere, & terminus fuiſſet ſuſceptus per compulſionem,
ad allegata copioſè per Gabr. de appellat. concl. 2. limit.
9. & concl. 3. n. 8. & 10.

Neque videbatur, poſſe prætendi res iudicata ex laudo, eo quia ab eo non fuit reclamatum, ſeu petita reductio ad arbitrium boni viri, nam laudum fuit latum ad conſilium ſapientis, & ſuper æſtimatione terrarum, quin etiam facta fuit per ipſum arbitrium, vti petitum, ideo ta-
5 li laudum nunquam † poteſt tranſire in iudicatum, quia per peritiores reuideri, & retractari poteſt, Afflict. deciſ. 33. n. 6. vbi Vrſill n. 4. Butr. in cap. propoſuiſti, num. 8. & ibi Felyn. nu. 10. verſ. 4. concluſio de probat. Rom. conſ. 328. n. 15. & ſeq.

Nec obſtare viſæ ſunt clauſulæ illæ, de non reclamando, cum renunciatione reductionis ſub quacunq; verbo-
6 rum multitudine, quia non propterea impediunt † recurſum ad nota. per Felyn. in cap. cauſam quæ, num. 3. in fi. de ſent. & re iud. Contar. ad l. vnic. limit. 10. n. 4. C. ſi de momen.

Hinc dicebatur, etiam ceſſare obiectum deſertionis
7 cauſæ, quia inſtantia cauſæ reductionis durat, † quantum inſtantia cauſæ principalis, Lanfran. de Orian. in tract. de arb. ſect. 7. q. 21. n. 53.

Statutum Vrbis lib. 1. c. 176. quo cauetur, A ſententijs arbitrorum, & arbitratorum appellari debere intra decem dies, dictum fuit, non intrare, quia, cum in eo præfigatur inſtantia trium menſium ad finiendum cauſam, videtur reſpicere ordinatoria, & ſic habet locum tantum in foro Capitol.

Tandem non viſum fuit, poſſe euitari iniuſtitia d. laudi, dum in eo condemnantur Cerebelli ad ſoluendum illa ſcuta 200. vltra pretium æſtimatum contra expreſſam conuentionem partium in inſtrumento, vt ſcilicet illud plus, non niſi poſt annum à die æſtimationis ſolui deberet.

Ex quibus, & alijs adductis Domini ſteterunt in deciſis, &c.

EODEM.

Æſina Pecuniaria.

Lunæ 9. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Obligatio Cameralis habet executionem paratam, n. 1.

Appellatio non datur ad effectum ſuſpenſiuum à decreto de exequendo, num. 2. ſi præſertim non contiaet plus, quam mandatum, n. 3.

Exceptio de iure tertij in executiuis non admittitur, n. 4.

Exceptio ſimulationis non retardat executionem obligationis Cameralis, n. 5.

DECISIO CXXXIV.

PRomiſerat Antonius, mediante legitimo procuratore, ad hoc ſpecialiter conſtituto, ſoluere Papirio mercatori in Ciuitate Anconæ ſcuta 3000. intra ſpatium menſium 22. pro pretio mercium cum obligatione Camerali, ex quibus ſoluit ad bonum computum ſcuta 1180. Mortuo Antonio, egit Papirius pro reſiduo vigore obligationis Cameralis coram A. C. contra Alexandrum eius filium, & hæredem, & obtinuit mandatum executiuum contra bona hæreditaria Antonij, quod poſtea executioni demandari fecit contra Franciſcum filium, & hæredem eiuſdem Alexandri, ad effectum deponendi; Fuit ab huiuſmodi decreto appellatum, & cauſa commiſſa in Rota Illuſtriſſ. D. meo Millino, tunc Auditori, cum clauſula, ſi quid exequend. Dubitatum fuit coram me, vti ſubrogato, An d. mandatum ſit exequendum, & Domini affirmatiuè reſponderunt; Satis enim conſtare videbatur de iuſtitia mandati ex publico Inſtrumento, cum
1 obligatione Camerali, quod habet † executionem paratam, Caſtrenſ. conſ. 360. num. 4. par. 1. & in l. poſt rem iudicatam, in fin. ff. de re iudic. Cephal. conſ. 439. num. 16. Theſaur. deciſ. 26. n. 11. fuit reſolutum in Romana Executionis Laudi 26. Iunij præteriti coram Reu. P. D. meo Vbaldo.

Nec obſtare dicebatur, quòd à d. decreto fuerit appel-
2 latum, quia à decreto de exequendo † non datur appellatio, ad effectum ſuſpenſiuum, l. ab executore, ff. de appel. l. ab executione, C. quorum appell. non recip. & hæc eſt communis opinio, & obſeruantia Palatij, vt fuit dictum in Regien. S. Thomæ 10. Decembris 1576. coram bo. mem. Oriolen, quæ eſt relata inter impreſſas diuerſ. 100. nu. 13. part. 1. & in Fauentina de Paſijs 28. Nouemb. 1603. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, præſer-
3 tim cum in decreto nihil plus contineatur, † quam in mandato Roma. conſ. 45. num. 3. dicitur in dicta Regien. n. 15. & in Mantuana Bonorum 17. Ianuarij 1611. coram R. P. D. meo Vbaldo.

Minus obſtabat, quòd dicebatur, creditum hoc ſpectare ad Faſſitellum, quia in inſtrumento non legitur eius nomen, & in omnem euentum, hoc eſſet excipere de Iure tertij, quæ exceptio in executiuis non admittitur, ad ef-
4 fectum impediendi executionem † ad tradita per Menoch. conſ. 585. num. 37.

Ad allegatam decoctionem Papirij placebat reſponſio, quod non probabatur: nam aſſertum Inſtrumentum, quod ad eam probandam allegabatur, erat inter alios actum, & in omnem euentum ceſſabat omnis difficultas, quia decretum de exequendo non erat ſimplex ad fauorem Papirij, ſed vt pecuniæ deponerentur ad effectum conſignandi, cui de Iure; Vnde per tale decretum conſultum eſt, tam creditoribus Papirij, quam Faſſitelli, quatenus pecuniæ ſpectent ad ipſos.

Allegatus exceſſus excludebatur, quia promiſſio erat de ſoluendo in moneta Papali, & ſolutio ſcutorum 1180. fuit facta in moneta Veneta, quæ non æquiualet monetæ Papali, & ideò reſiduum erat vltra ſcuta 1820 & propterea in quietantia fuit oppoſita clauſula, ſine præiudicio conſequendi valorem paulorum.

Tandem ad allegatam exceptionem ſimulationis, reſpondebatur, exceptionem hanc tanquam requirentem altiorem indaginem non admitti ad retardandam exe-
5 cutionem † Inſtrumenti obligatione Camerali vallati, vt in puncto Galleſ. ad formul. oblig. Camer. p. 4. q. 2. num. 3. verſic. ſimulationis ergo.

Placuerunt etiam Dominis reſponſiones datæ per Informantes ad ſingulas coniecturas, pro ſimulatione adductas.

Ex quibus concluſum fuit, mandatum eſſe exequendum, ad effectum deponendi pecunias, & eas conſignandi, cui de Iure iuxta formam decreti Auditor. Cam. &c.

EODEM.

Terdonen. Beneficij.

Veneris 20. Iunij 1614.

SVMMARIVM.

Manutentio datur poſſidenti, non obſtante ſententia priuatoria beneficij, à qua fuit appellatum, n. 1.

Appellatio à ſententia priuatoria Beneficii tunc ſolùm non datur, quando priuatio eſt propter non reſidentiam, num. 2.

Beneficia præſumuntur ſimplicia non curata, & aſſerenti, eſſe curatum,

Digitized by Google

curatum,incumbit onus probandi,num.3.
Beneficij ſtatus non mutatur, ex quo aliquis illud poſſedit, vt ſale,num.4.
Negatiua eſt probanda per eum,qui in illa ſe fundat,num.5.

DECISIO CXXXV.

RESolutum fuit pro informante,videlicet Petro Paulo
dandum mandatum de manutenendo; Conſtabat
enim ex publico Inſtrumento de eius poſſeſſione inſtru-
mentali, capta die 2.Martij 1609. quæ alio non exiſten-
te in poſſeſſione eſt manutenibilis, Seraph. deciſ. 1605.
num.2. fuit dictum in Hipporegien.Cappellaniæ 3.Mar-
tij 1568.coram bon.mem.Lauretano,quæ eſt 62.part. 2.
diuerſ.& pluries reſolutum.

Nec viſa fuit obſtare ſententia priuationis contra
ipſum lata per Vicarium de menſe Ianuarij 1613. quia
eum ab ea fuiſſet appellatum, & per appellationem ſen-
1 tentia † fuerit ſuſpenſa, non poteſt dici, Petrus Paulus
priuatus ſua poſſeſſione, & ſi quid poſt appellationem
actum fuit in eius præiudicium, fuit attentatum,cap.non
ſolum de appellat. in 6.in fortioribus terminis in ſenten-
tia executioni de mandata, etiam ante appellationem
tenuit Rota in Tullen. Parochialis 28.Maij præteriti co-
ram Reuerendiſſimo D.meo Decano.

Minus videbatur poſſe applicari Conſtitutio Pij V. fe-
lic.mem.prohibens appellationem à ſententia priuatio-
nis beneficij,quæ eſt 64.inter conſtitutiones d.Pontificis
in Bullario, quia eſt reſtricta tantum vbi priuatio, fit ob
2 non reſidentiam; † At in caſu propoſito ſententia priua-
tionis lata fuit ex eo,quod Petrus Paulus ſubreptitiè im-
petrauerit beneficium, non exprimendo, illud eſſe cura-
tum.

Dabatur etiam de notoria iniuſtitia eiuſdem ſenten-
tiæ, vnde reſultabat etiam nullitas,quia non probabatur,
Beneficium hoc eſſe curatum: Nam præſumptio eſt pro
Petro Paulo,cum regulariter omnia beneficia præſuman-
3 tur ſimplicia, † & non curata, Ægid.deciſ.675. Staph.de
liter.Gratiæ, ſub Rubr.de ætat. & qualitat.Benefic.ſub n.
1.& ideò aſſerenti, eſſe curatum, incumbit onus proban-
di, Rebuff.in praxi, ſub titulo ſeculare Beneficium quo-
tuplex, num.11. Præſertim cum hoc beneficium de anno
1552. fuerit collatum, nulla facta mentione de cura
Ioanni Antonio Lugano, qui illud poſtea reſignauit Pe-
tro Paulo,in quo ſtatu fuit gubernatus poſt quadraginta
annos.

Et, licet Petrus Paulus illud acceptauerit cum onere
4 exercendi curam,non propterea † eius ſtatum immutare
potuit ad notat.in c.cum de beneficio de præb.in 6.

Quæ dicebantur de non publicatione reſignationis,
iuxta formam conſtitutionis Gregorij Decimitertij fel.
mem.neque viſa fuerunt obſtare,tum,quia hæc negatiua
5 eſt probanda † per illum, qui in ea ſe fundat, Bart.in l.il-
la, n.5.ff.de verb. oblig.Dec.conſ.649.n.9. Tùm etiam
quia hæc omnia de non publicatione, & de ſtatu benefi-
cij reſpiciunt petitorium.

Sed interim non viſum fuit, poſſe denegari Petro Pau-
lo mandatum de manutenendo,&c.

EODEM.

Tullen. Matrimonij.

Luna 17.Aprilis 1617.

SVMMARIVM.

Sponſalia probantur ex reciproca promiſſione,n.1.
Sponſalia poſt contracta, ſiue iurata ſint, ſiue non poteſt pars ad matrimonium cogi ſub cenſuris,num.2.
Scaccia de Appellatione.
Si cauſa iuſtà ſubeſt, non contrahendi, poſt ſponſalia,ſuperſedetur in cenſuris,& remittitur Iudicis arbitrio,n.3.
Diffamatio impudicitiæ eſt iuſta cauſa recedendi à ſponſalibus, num.4.
Probationes non ſunt anguſtandæ,num.5.
Probationes, poſt elapſum terminum probatorium, non admittuntur,& illis cenſetur renunciatum,num.6.
Probationes in cauſa matrimoniali admittuntur, etiam poſt lapſum terminum probatorium,n.7.
Appellari debet à denegatione probationum,aliàs cenſetur renunciatum,num.8.
Probationibus poſtquam fuit renunciatum,ſi de nouo petantur, videtur petitio calumnioſa,n.9.
Cauſa odij videtur iuſta, ad recedendum à ſponſalibus, non tamen quando pars iniuriata petit executionem,n.10.

DECISIO CXXXVI.

FVerant in partibus latæ duæ ſententiæ pro effectua-
tione ſponſaliorum in fauorem Catharinæ contra
Nicolaum, vna ab Ordinario Tullen in prima, altera ve-
rò à Metropolitano Treuerenſi in ſecunda inſtantia; De-
inde cauſa commiſſa in Rota, dubitaui, An ſententiæ eſ-
ſent confirmandæ,& poſt plures propoſitiones huius du-
bij,tandem Domini reſponderunt, eſſe confirman. Nam
ſatis videbatur conſtare de ſponſalibus, ex depoſitioni-
bus quatuor teſtium pro parte Catharinæ examinato-
rum nempè 2.3.4.& 5.qui vno ore deponunt,fuiſſe præ-
ſentes, & audiuiſſe Nicolaum dicentem Catharinæ, Da
mihi tuum monile pro confirmatione promiſſionum
matrimonialium à me antea factarum, & ipſam illud,
quod collo geſtabat accepiſſe, & in eius brachio poſuiſ-
ſe,dicendo,illud tibi dono pro legalitate matrimonij,ip-
ſumq; Nicolaum illud accepiſſe,&, cùm Catharina ab ip-
ſo petijſſet, quid ſibi reciprocè daret, reſpondiſſe ei,ha-
bes meam fidem; quid amplius velles? ego mallem cum
quingentis dæmonibus damnari, quam meam fidem
frangere,& aliam, quàm eam deſponſare. Ex quibus ver-
1 bis † reciprocæ promiſſiones probari ſponſalia non vi-
debatur dubitandum Sanch. de matrim.lib.1. diſput.5.n.
1.& ſeq. vbi, quod etiam ſufficit tacita repromiſſio per
aliqua ſigna,& diſp.16.nu.5.& diſp.22. per tot.ex his au-
tem reſultat promiſſio de nubendo, in qua conſiſtunt
ſponſalia,l.1.& ſeqq.ff.de ſponſal.

Stantibus igitur huiuſmodi ſponſalibus, videbatur
Dominis, quod eſſent confirmandæ ſententiæ de parti-
bus,in quibus Nicolaus condemnabatur ad contrahen-
2 dum † ſub pœna excommunicationis, cum regula ſtet
pro Catharina, quod ſcilicet ſponſalia, ſiue ſint iurata,ſi-
ue non,ſint effectuanda per contractum matrimonij iux-
ta tex. in c.ſicut,in c.ex literis,il ſecondo,& in cap.requi-
ſiuit, de ſponſal.Card.Seraph.deciſ.1112.n.1.& 2.

Et, licèt ab hac regula recedatur,quando allegatur ali-
qua iuſta cauſa non nubendi, quæ remittitur arbitrio Iu-
3 dicis,qui arbitrari debeat, An ſit procedendum † ad coa-
ctionem, vt ex pluribus allegatis in d. deciſ.1112.nu.4.&
in deciſ.1258. vbi in margine plures deciſiones allegan-
tur, & in ſpecie deciſ.497.par.1. diuerſ.& fuit dictum in
Vlixbonen matrimonij 7.Ianuarij 1599.coram bo.mem.
4 Litta,&,licèt etiam allegata † cauſa diffamationis impu-
dicitiæ, & inflationis propoſita per Nicolaum videretur
iuſta,ad effectum receden. à ſponſalibus, iuxta text.in c.
quemadmodum de iur. iur. Vnde videbatur, quod Iudex
grauaſſet Nicolaum, dum in ſententia condemnauit ip-
ſum ad contrahendum, nulla habita ratione articulorum
additionalium,quos dederat,& ſic denegando ei proba-
5 tiones, quæ nunquam ſunt denegandæ, vel anguſtandæ †
ex adductis per Surd.deciſ.153.n.25.

Digitized by Google

Tamen reſpondebatur, talem exceptionem non fuiſſe
per Nicolaum oppoſitam in tempore, ſed poſt lapſos
omnes terminos probatarios, & poſt concluſum in cau-
ſa, vnde non poterant amplius admitti probationes, qui-
6 bus cenſebatur † renunciatum, c. auditis de procurat. c.
cum dilectus, vbi Felin prin. de fid. inſtrum. Maran. in
Spec. part. 6. verſ. & etiam concl. & not. in l. admonendi,
ff. de iur. iur.

Neque viſum fuit obſtare, quod dicebatur, hæc non
7 procedere in cauſa † matrimoniali ex traditis per ad-
den. ad Veſtr. lib. 4. cap. 4. num. 25. verſic. item regula, &
hoc fauore matrimonij, Io. Andr. in cap. ad hoc, numero
18. vt lit. non conteſt. & ibid. Felyn. num. 2. Nam præter-
quam quòd aliqui ex Dominis dubitabant, An hæc limi-
tatio eſſet extendenda ad cauſam ſponſaliorum; Reſpon
debatur etiam, partes ipſas habuiſſe cauſam pro con-
cluſa, dum Nicolaus non ſolum non appellauit a dene
8 gatione probationum, & ab vlteriori † proceſſu, quod
tamen erat neceſſarium, vt per Cardin. Seraph. deciſ. 383.
num. 8. ſed ipſimet Nicolaus, & Catharina perſonaliter,
vna cum ipſorum Procuratoribus comparuerunt coram
Iudice, & ius fieri petierunt, & ſtatim Iudex in fauorem
Catharinæ actricis ſententiam tulit, & promulgauit, vt
apparet ex proceſſu de partibus, fol. 72. & ſic fuerat re-
9 nunciatum vlteriori † probationi Capell. Tholoſ. deciſ.
148. & propterea videntur poſtea fuiſſe calumnioſè pe-
titæ nouæ probationes ad protelandam expeditionem
cauſæ, Rot. diuerſ. deciſ. 322. par. 3. neque conſtat, huiuſ-
modi probationes fuiſſe de nouo petitas coram Iudice
ſecundæ inſtantiæ.

Demum non viſa fuit obſtare allegata cauſa odij Ca-
tharinæ contra Nicolaum, ex querela, contra ipſum por
10 recta ſuper prætenſa diffamatione, quæ ratio † odij con-
ſiderata fuit in d. deciſ. Seraph. 1112. n. 5. quia non viſa
fuit ſufficiens ad inducen. odium capitale, præſertim cum
ipſamet Catharina, quæ ſe prætendebat iniuriatam, agat
hodie pro executione ſponſalium, & ſic videatur remi-
ſiſſe omnē iniuriam, & nihilominus in illo iudicio iniu-
riarum declarauerit, ſe nunquam habuiſſe intentionem
offendendi reputationem honorem, & famam Cathari-
næ, quam declarationem Iudex declarauit, eſſe ſufficien-
tem addendo, quod Nicolaus tenet Catharinam pro filia
bonæ vitæ, & honoris.

Et ideo concluſum fuit pro confirmatione ſententia-
rum, &c.

E O D E M.

Romana Spolij Domus.

Lunæ 10. Decembris 1618.

S V M M A R I V M.

*Arbitrium non intrat pro ſananda ſententia ex defectu inti-
mationis nulla, n. 1.*
*Intimatio, quam Iudex mandauit fieri, debet omnino exequi, et
reproduci, n. 1.*
Appellatio inducit ſcientiam ſententiæ in appellante. n. 2.
*Appellatio interpoſita ab vno, ſuo nomine, non inducit ſcien-
tiam decreti in alio, n. 3.*
*Agens ante diem non eſt audiendus, aliàs fit iniuſtitia debitori,
num. 4.*

D E C I S I O CXXXVII.

STrictè ad duas nullitates, in commemoratione expreſ-
ſas, Domini non cenſuerunt intrare arbitrium.

Prima erat, quia iudex adiudicauerat Dario, & Ange-
læ coniugibus domum pro concurrenti quantitate do-
tis, ipſis promiſſæ ab Octauio; Reſiduum verò deponi
mandauerat ad effectum conſignan. alijs Creditoribus
cum intimatione, quæ intimatio non fuerat facta Octa-
uio. Altera erat, quia dicebatur, coniuges egiſſe ante diē,
& durante termino conuento, cum autem arbitrium
reijcietur a iure, Bart. in extrauag. ad reprimendum in
verbo videbatur, & pluries Rota tenuit, Domini non
1 credebant, de iure talem nullitatem poſſe ſanari, † cum
intimatio de iure eſſet neceſſario facienda, & interim Iu-
dicis officium conquieſceret, itaut omnia geſta ante d.
Intimationem ſint nulla Put. deciſ. 168. lib. 1. & etiam re-
produci debebat, ad effectum euit. indæ nullitatis, vt in
caſu ſubhaſtationis eſt deciſio Cardin. Seraph. 1100. num.
9. & in his terminis dictum fuit in Romana domorum
de Roncionibus 17. Iunij 1615. coram R. P. D. meo Bu-
ratto.

Neque viſus fuit poſſe tolli hic defectus ex appellatio-
2 ne, poſtea interpoſita à d. decreto adiudicationis, † ex
qua videbatur induci præſumpta ſcientia illius, ex dedu-
ctis in Romana viridarij 14. Decembris 1612. coram R.
P. D. meo Veroſpio, quia reſpondebatur, quod id benè
procederet, ſi appellatio fuiſſet interpoſita ab ipſo Octa-
uio, cui erat intimatio facienda, ſiue ab ipſius procura-
tore, qui ſuo nomine comparebat, & citabatur in cauſa,
ſed hæc appellatio fuerat interpoſita per vnum ex Octa-
uij Creditoribus, licet eſſet etiam procurator aliorum
creditorum, qui omnes citabantur pro ſuo intereſſe;
Vnde non videbatur, hanc appellationem ab alio inter-
3 poſitam poſſe † ſupplere defectum intimationis, facien-
dæ ipſi Octauio principali debitori, & inducere in ipſo
præſumptionem notitiæ d. decreti, quæ notitia præcipuè
requirebatur, vt in d. deciſione Put. ad effectum præſer-
tim, vt intimatus poſſet deducere, ſi quid releuans habe-
bat & Iudex poſſit reponere, vel ſuperſedere in executio-
ne decreti, vt in d. Romana de Roncionibus conſidera-
tur.

Quo verò ad alteram, nullitatem, quod fuerit actum
ante diem, videlicet ante triennium conceſſum ad ſoluen.
dotem, Domini cenſebant pertinere potius ad iniuſtitiā,
4 † quam ad nullitatem: Nam dos fuerat ab initio promiſ-
ſa ſimpliciter, & pro ea obligata domus, ſed exercitium
huius obligationis, & hypothecæ fuerat dilatum, & actio
erat orta ante diem, ſed elidebatur per pactum, §. præte-
rea debitor inſtit. de except. l. cedere diem cum ibi not. ff.
de verb. ſignif. Vnde fuit actum potius inefficaciter, &
iniuſtè, quam nulliter, cum fuerit exactum ante diem,
ſtante etiam latitatione, vel decoctione debitoris. Et ſu-
per hoc non videbatur poſſe peti, vel interponi arbi-
trium, de quo in Commiſſione.

Et ita concluſum, &c.

E O D E M.

Romana expenſarum.

Mercurij 20. Februarij 1619.

S V M M A R I V M.

*Res iudicata inducitur ex ſententia ritè, & rectè lata, quando
non fuit legitimè appellatum, n. 1.*
*Appellatio non dicitur legitimè interpoſita, ſi dimittatur ſolùm
cedula coram Notario, n. 2.*
Appellatio in dubio non iudicatur deſerta, num. 3.
Debet tamen eſſe cauſa rationabilis, n. 4.
*Reſtitutio in integrum retardat executionem rei iudicatæ, niſi
prius fuerit petita executio, num. 5.*

DE-

Digitized by Google

674

DECISIO CXXXVIII.

1 REſolutum fuit, conſtare de re iudicata, † ſententiæ
Rotalis, cum fuerit ritè, & rectè lata, & ſeruatis
omnibus requiſitis de Iure, de quibus per Caputaqu. de-
ciſ. 260. part.2. Iuſtitia autem ſatis viſa fuit apparere ex
deciſionibus in cauſa factis coram R.P. D. meo Pamphi-
lio.

Neque viſa fuit obſtare appellatio interpoſita, quia
2 non fuit coram Iudice, ſed per dimiſſionem † cedulæ
apud Notarium, quod non ſufficit, c. vt debitus de ap-
pellat.Clem.1. eod.tit. & fuit in puncto reſolutum in Ca-
laguritana de Amulio 25. Maij 1612 coram R.P.D. meo
Manzanedo, & in Salernitana Contributionem 12. Maij
1614.R.P.D.meo Dunozet.Paria autem ſunt non appel-
lare,& minus legitimè, vel ſolemniter appellare,vt in Me
diolanen. de Aliprandis 16.Ianuarij 1612.coram Reuer.
P.D.Vbaldo,& in dicta Calaguritana.

Minus refragari videbatur, quod dicebant informan-
3 tes pro fratribus de Gotor, Rotam † in dubio ſolere pro
non deſertione appellationis iudicare per Doctr. Paul.
de Caſtr.in l.1. n.3.in fin.ff. ſi quis cant. vt refert Caſſad.
dec.8. de appell.in fin.& Veſtr.in prax.lib.7. cap.3.n.27.
qui loquuntur in caſu, quando in termino citationis ad
ſententiam pars comparuit coram iudice in vltimo mo-
mẽto decendij, & non inuenit Iudicem; Nam reſponſum
fuit in caſu propoſito,rem aliter ſe habere:nam in termi.
no primæ citationis ad ſententiam, Procurator fratrum
interpoſuit quidem appellationem coram Iudice,ſed ſub
illo termino non fuit lata ſententia,& emanauit alia cita-
tio ad ſententiam,ſub cuits termino fuit pronunciatum;
& in hoc termino pars non tomparuerit coram Indice,
ſed appellationem interpoſuit coram Notario, qui ſunt
4 † termini valde diuerſi à deciſione Caſſad. & à Caſu Ve-
ſtr. licet ibidem Veſtr.moneat vt iterum redeatur ad Iu-
dicem,verſ.admoneo tamen,&c.

Deducebatur etiam pro fratribus, fuiſſe commiſſam
5 cauſam reſtitutionis in integrum, † quæ retardat execu-
tionem rei indicatæ, l.vnic.C.in integr.reſtit. poſtula.ne
quid noui fiat. Sed reſpondebatur, fuiſſe prius petitam
executionem, quam reſtitutionem in integrum,quo caſu
petita reſtitutio non retardat executionem, iuxta opi-
nionem, quam ſemper Rota ſequuta eſt,vt in Ferrarien.
Bonorum 26. Ianuarij 1613. coram R. P. D. meo Pam-
philio.

Inſuper opponebatur, ſententiam Rotalem fundatam
eſſe in ſcripturis priuatis Adnocatorum, Copiſtarum, &
Birruariorum aſſerentium, ſibi fuiſſe ſatisfactum à Bar-
tholomæo de ſuis honoraris,& mercedibus,cum tamen
non fuiſſent recognitæ, parte opponente, & quod pro-
pterea nullam fidem faciebant: Verum reſponſum fuit,
Rotam non ſe fundaſſe in dd.ſcripturis, ſed in coniectu-
ra deſumpta ex neceſſitate expenſarũ,quę in litibus fieri
ſolent, & ex diuturnitate litis,vt apparet ex deciſionibus
factis.

Cæteris placuerunt reſponſiones datæ per Informan-
tes,&c.

EODEM.

Tropien. Iuriſpatronatus.

Luna 9.Maij 1622.

SVMMARIVM.

Attentata ſunt geſta poſt interpoſitam appellationem in caſu appellabili,etiam ſi non fuerit admiſſa,num.1.& 2.

Scaccia de Appellatione.

Sententiæ, condemnatoria ad certam rem in ſpecie, continet mixturam,& ab ea datur appellatio,n.3.

DECISIO CXXXIX.

REſolutum fuit pro informante nempè conſtare de
attentatis, itaut ſit locus ſequeſtro: Sententia
enim pro inſtitutione Iacobi fuerat lata per Vicarium
Tropien. die 6. Octobris anni 1621. & eadem die inter-
poſita, & admiſſa appellatio, & Iacobus die 8.ſequenti
fuerat immiſſus in poſſeſſionem; Vnde,cum à d.ſenten.
1 tia ſuper inſtitutione daretur appellatio, Lambert.de Iu-
repatr.lib.2.par.2. quæſt.11. princ.art.5.num.1.Non vi-
debatur dicta ſententia poſſe ab attentatis excuſari, tan-
quam executioni demandata, non ſolùm intra tempus
2 datum ad appellandum, † ſed etiam poſt interpoſitam,
& admiſſam appellationem, c.non ſolum,de appellat.in
6.Rot. deciſ.406. num.2. part. 1. diuerſ. Cæſar.de Graſſ.
deciſ.2.num.5.de appellat. Et ideò poſſeſſio erat ſeque-
3 ſtranda † iuxta ſtylum Rotæ, Cæſar.de Graſſ.deciſ.2. n.
1.Caputaq.deciſ.57.in fin.par.1.& deciſ.157.part.3.Caſ-
ſad.deciſ.3.in fin.de reſtit.ſpol.Rot.deciſ.616. in fin.par.
1.diuerſ.& alias paſſim.

Et ita deciſum,&c.

EODEM.

Peruſina Hæreditatis de Veglis.

Mercur. 16. Nouembris 1622.

SVMMARIVM.

Appellatione pendente nihil innouandum, alias attentatur, num.1.

Continuans,non obſtante inhibitione,non attentat. n.2.

Continuans poſt inhibitionem, ſi poſſeſſio eſt turbida, vel mutat modum poſſidendi, attentat,n.3.

DECISIO CXXXX.

REſolutum fuit,conſtare de attentatis:Nam à manda-
to de manutenendo per Calidoniam obtento ab
A.C.ſeu Iudice ab eo deputato, fuit per Balthaſſarem, &
Octauianum de Veglis appellatum, & cauſa appellatio-
nis fuit in Rota commiſſa ſimpliciter,& abſque vlla clau-
ſula præſeruatiua iuriſdictionis Iudicis, à quo, & cum fa-
cultate manutenendi eum, qui de iure. Vnde non viſum
1 fuit quod Calidonia potuerit poſtea † agere tontra co-
lonos bonorum per Balthaſſarem, & Octauianum peti-
torum.appellatione pendente, cap.non ſolum, de appel-
lat.in 6.Lancellot.de attent.part.2. cap.12. num.134. in
fine.

Nec viſum fuit poſſe excuſari attentata ex eo quod
2 Calidonia continuauerit † ſuam poſſeſſionem, Lancell.
de attentat.cap.4 lim.1.n.2. Cardin.Seraphin. deciſ.432.
n.4. Non obſtante etiam inhibitione, Lancellot. dict. li-
mitat.1.num.11.Rota coram S.D.N.deciſ.203.n.3.& ibi
adden.n.7.

3 Reſponſum enim fuit, hoc non procedere, † quando,
ſicut in caſu præſenti, poſſeſſio à Signatura habita fuit
pro turbida,quæ propterea etiam reſcripſit cum faculta-
te manutenendi eum qui de iure, Lancellot.dict.limit. 1.
numero 12.& 101.Vltra quod,cum actum fuerit iudicia-
lites pro executione mandati, nnn videbatur continua-
ta poſſeſſio eo modo, quæ erat ante litem,& appellatio-
nem, & ſic neque videbatur applicari regula, quod qui
continuat non attentat;Nam intelligitur de continuante
eo modo, quo ante poſſidebat, gl.magna circa medium

in d.cap.non ſolum,Lancell d.limit,1.numero 92,
Et ita,&c,

EX ALEXANDRO SPERELLO.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio ſacta Vicario Epiſcopi an tranſeat in ſucceſſorem.*
2 *Appellatio de iure Canonico datur in poſſeſſorijs.*
3 *Synodalis Conſtitutio an, & quando appellationem tollere poſſit.*
4 *Appellatio in poſſeſſorijs poteſt per ſtatutum & conſuetudinem tolli,*
5 *Delegatus an, & quando ſtylum curiæ delegantis ſeruare debeat.*
6 *Appellationis prohibitio ad effectum ſuſpenſiuum reſpicit ordinatoria.*
7 *Poſſeſſorium adipiſcendæ cauſam petitorij annexam habens remanet merum poſſeſſorium.*
8 *Poſſeſſorium terminari poteſt prætermiſſo petitorio abſque illius ſuſpenſione.*
9 *Appellatio ratione mixturæ datur etiam in poſſeſſorio,*
10 *Immiſſio datur ſine retardatione, appellatione quoad fructus effectum ſortiente.*
11 *Appellatio in poſſeſſorijs non expreſſa cauſa nõ admittitur.*
Quæ cauſa debet eſſe manifeſta, & apparens, n.13.
12 *Exprimenda neceſſariò non veniunt in generali nominatione.*
13 *Cauſa in appellatione exprimenda, debet eſſe manifeſta, & apparens.*
14 *Executio facta pendente appellatione in poſſeſſorio ſine cauſæ expreſſione interpoſita, non eſt attentata.*
15 *Executio intra decendium facta, ſi poſtea appellatio fiat deſerta, non dicitur amplius attentata.*
16 *Appellationem deſerere, & non appellare paria ſunt.*
17 *Deſertionis defectus retrotrahitur.*
18 *Appellationem deſerens dicitur ſententiam approbare.*
19 *Appellante non redeunte in tempore pro Apoſtolis, cauſa deſerta remanet.*
20 *Appellanti non currit tempus ſi culpa iudicis non redijt pro Apoſtolis.*
21 *Proteſtatio tamen impedimenti requiritur, & quidem geminata, & n.25.*
22 *Et quid ſi aliunde impedimentum exoritur.*
23 *Impedimentum non excuſat abſque proteſtatione ſi actus in tempore continuo non erat gerendus,*
24 *Appellans, ſi ob iudicis abſentiam non redijt pro Apoſtolis, non excuſatur niſi proteſtetur.*
25 *Doctrina pauca in puncto plus valeat, quam mille à remotis.*
26 *Impedimentum vt excuſet, quæ ſint probanda, & num.39. in fin.*
27 *Epiſcopus an & quando in cauſa commiſſaria, in qua Vicarius præuenit, adiri poſſit.*
28 *Cauſa duobus in ſolidum commiſſa, altero præueniente, an & quando alter adiri poſſit.*
29 *Alternatiua cuilibet in ſolidum diſpoſitionem tribuit.*
30 *Epiſcopus abſente Vicario an adiri poſſit in cauſa eidem Vicario commiſſa.*
31 *Delegatus ante præſentatam commiſſionem non recipit exercitium iuriſdictionis,*
32 *Impedimenti tempus non computatur in termino.*
33 *Proteſtatio in notorio impedimento non eſt neceſſaria. Declara vt num.ſeqq.*
Notorium ſat eſt allegare in informationibus iuris. Declara vt num.ſeqq.
De Notorio poteſt Iudex ſe extraiudicialiter informare. Declara vt num.ſeqq.
34 *Notorium facti tranſeuntis probandum eſt.*
35 *Notorium probandum ad effectum decidendi cauſam, debet ex actis verificari.*
36 *Notorium alterius ciuitatis plenè probandum eſt.*
37 *Clauſula ſtatum, & merita an, & quando operetur ſpecificatam narrandorum enunciationem.*
38 *Clauſula prout iuris totam commiſſionem reſpicit, & limitat.*
39 *De Apoſtolis non debet eſſe ſollicitus appellans à diffinitiua, à qua datur appellatio.*
40 *Apoſtolos ſæpe vnico contextu petere, an, & quando ſufficiat.*
41 *Attentata etiam poſt deſertionem poſſunt per viam nullitatis reuocari, & n.ſeq. Declara vt n.43. & ſeqq.*
42 *Appellare nulliter, & non appellare paria ſunt.*
43 *Executio directa etiam attentata, poſt cauſæ deſertionem non reuocatur.*
44 *Executio quæ dicatur directa, & quæ obliqua.*
45 *Attentata nec per viam nullitatis reuocantur, ſi tempore commiſſionis cauſa erat deſerta.*
46 *Deſertione reſultante ex actis, nullus eſt ad attentata regreſſus.*
47 *Attentatorum cognitio quando facienda ſit ordine iuris ſeruato, & libello porrecto.*

DECISIO CXXXXI.

D. Io. Chriſtophorus Sanſeuerinus præfectus militum fuit à D. Vicario Parmenſi delegato Apoſtolico in poſſeſſionem quorumdam bonorum emphyteoticorũ aduerſus D.Cap.Robertum etiã Sanſeuerinum intra decendium datum ad appellandum actualiter immiſſus. Cum autem parti appellanti idem Iudex terminum iuris ad redeundum pro Apoſtolis dederit, ille rediuit non niſi termino elapſo.

Cauſa in ſecunda inſtantia mihi tunc Vicario Regienſi commiſſa cum facultate reuocandi attentata prout de iure, & altercantibus partibus tam ſuper dictorum attentatorum reuocatione quam ſuper deſertione cauſæ appellationis. Ad fauorem dicti D.Io.Chriſtophori pronuntiaui ex tribus. Primo quia cauſa non erat appellabilis ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum. Secundo quia quatenus appellabilis, non fuit ritè appellatum. Tertio eſtò fuiſſet bene appellatum, appellationis cauſa deſerta remanſerat.

Quoad primum caput præſuppoſita Iuriſdictione dicti D. Iudicis a quo, non obſtante, quod non ſibi, ſed alio Vicario anteceſſori dicta cauſa commiſſa fuerit: nam,
1 † licet ſecundum com. opin. delegatio facta à Papa Vicario Epiſcopi, per obitum vel remotionem ipſius ab officio non tranſeat in Vicarium ſucceſſorem, eſtò ſub nomine officij facta fuerit, cum Vicarius propriè non dicatur ſucceſſorem habere vt per Butr. Abb. Felyn. Dec. Mant.& Bero. in c.quoniam Abb.de officio deleg. Id tamen de conſuetudine minimè ſeruatur, præſertim quoties delegans habuit reſpectum ad Tribunal Epiſcopi, vt in caſu noſtro Card. in Clem.2 numer.6. in fin. de reſcript.Gamb.de officio,& poteſt,legat à later.lib.8.num. 97.Prax.Archiep. Neapolit.cap.85.numer.1. ſecundum primam impreſſionem Sbrozz. de offic. Vicarij lib. 3. quæſt. 49. Pariſ. de reſignat.lib 1. q 11. Sanchez de matrim.lib.8.diſp.27.num.41.& ſeq.Put.deciſ.487.lib.2.per tot. vbi ita fuiſſet iudicatum in Romana Curia affirmat Cucc Inſt. Iuris Canon.Rub.de Vicario n.12.& ſeq. lib. 1 Capr.concl.37.n.32.& latiſſimè omnium, Gabr.concl.32. numer.7.& 8. cum ſeq.vſque ad fin. lib. 2. vbi hanc opinionem eſſe veriorem, & æquiorem affirmat, Rot. deciſ.12.numer.3.& per tot.par.2.diuerſ.vbi quod contraria opinio eſt rigoroſa, & vſu non recipitur.

Et ſic

Digitized by Google

Et ſic data ſententia validitate, duxi cauſam hanc eſſe in-
2 appelabilem ; † quamuis enim de iure canonico in cauſis
poſſeſſorijs admittatur appellatio , Bart.in l.2. colum.3.
C.de appellat.Mench.de recuperand.remed.15. numero
641. Lancellot.de attentat.appellat.pendent.limit.25.in
princip.& num.18. Gratian.diſcept.cap.483. Bald.deciſ.
245.Greg.XV.deciſ.335.numero 18 & deciſ.456. cum
alijs per Rot.in Æſina bonorum 10. Iunij 1633. D. Ve-
roſpio. In curia tamen Eccleſiaſtica Parmen. adeſt pecu-
liaris conſtitutio Synodalis ſub tit.47.prohibens appella-
tionem in cauſis Summarijs , & poſſeſſorijs ad effectum
ſuſpenſiuum, illamq;ad effectum dumtaxat deuolutiuum
3 admittens, † quæ quidem conſtitutio valet & ſeruanda
eſt, Rot.deciſ 641.par.4.diuerſ.quæ citat aliam deciſ.535.
par.3. & Lancellot.de attentat par.2.lib.13. limitat.48.
qui loquuntur de conſuetudine, & ſtatuto, & in terminis
de conſtitutione Synodali prohibente appellationem
fuit dictum in Pamphilonenſi Parrochialis 16. Iunij
1597. coram Litta.

Cui rationi non obſtat primo,quod imò dicta cõſtitutio
Synodalis effectum appellationis tollere minime poſſit,
vt per Greg.deciſ.339. in fin.& quod huiuſmodi Conſti-
* tutiones contra Canones non valeant niſi fuerint aucto-
ritate Summi Pontificis confirmatæ , ex doctrina Felyn.
in c.quod ſuper his num.4.num.11. verſic.dixit etiam mi-
rabiliter de maiorit. & obed. quia reſpondebam in di-
cta deciſione Gregorium ſe remittere ad latè deducta
in Florentina Iuriſpatronatus de Ricaſolis 28 Aprilis
1606. quæ eſt deciſ.ipſius 251. quia non dicitur ſimplici-
ter dictam Conſtitutionem eſſe nullam , licet eius validi-
tas reuocetur in dubium; ſed tantum dicitur eam in ma-
teriam præſentationum , (de qua materia in vtraque de-
ciſione agitur)intelligendam eſſe quateous extraiudicia-
liter agatur;non autem ſi iudicialiter,& non obſtante di-
cta doctr. Felyn.pro validitate ſimilis Conſtitutionis fuit
tentum in dicta Pamphilonen.Parochialis coram Litta
& in Calaguritana de Ollauaritan. 22. Martij 1604. co-
ram Penia in fine, & ſic cum habeamus ſupradictas deci-
ſiones claras pro validitate dictæ Conſtitutionis non eſt
4 iudicanda nulla † præſertim quia communi calculo te-
nent DD. appellationem in cauſis poſſeſſorijs tam per
ſtatutum,quam per conſuetudinem tolli poſſe. Alber.de
Roſat.tract.de ſtatut.par.5. quæſt.53. verſic.ſed quid ſi
verbis, num.3.verſ.fin.& num.4 to.2. Breder.& ab eo ci-
tati in tract.de appellat.par.1. tit.10. col.22. litt.B. & ſub
litt.D. Scacc.de appellat.quæſt.17.limit.48 num.9. Lan-
cellot.d.limit.48.A.Aug.deciſ.9. incipit vacante , Rot.in
Tolet.Cappellan.9. Iulij 1567. coram Oradino , & in
vna Aſtoricen.S.Auguſtini,coram Sarmiento 10.Decẽb.
1563.& in Mutinen. Iuriſpatr.27. Nouembris 1619. co-
ram bon.mem. Remboldo,vbi tamen in fine quoad con-
ſuetudinem contrarium reſoluitur Conſtitutio autem
Synodalis nulli dubium , quin [illegible] Eccleſiaſti-
cum.

5 Non† obſtat,ſecundo deleg[illegible] Principis prout erat
Vicarius Parmen. teneri ad ſeruandum ſtylum Curiæ
delegantis , & ſic ius, & ſtylum , quem ſeruat Romana
Curia non autem Conſtitutionem Synodi Parmen. Fer-
ret.conſ.190.numero 4.Put.deciſ.127.num.1.in terminis
Greg.deciſ.251.numero 11.Rot.deciſ.74.par.4.diuerſ.&
in Toletana decimarum de Fateden.5.Maij 1589.coram
Penia , & in Piſtorien.beneficij 22. Aprilis 1616.coram
Buratto.

Id enim procedit in deciſorijs, in quibus re vera dele-
gatus conſuetudinem delegantis ſeruare tenetur; at con-
tra in ordinatorijs , loci conſuetudinem ſeruare debet, l.
teſtium,de teſtib.in fin.Bal.in l.1.num.4.ne filius pro pa-
tre,& in l.1.num.2. C.de exequut.rei iud. Roland.conſil.
48.num.3.& ſeq.vol.3. Contard.in l.vnica lim.4. vbi latè
C.ſi de moment.poſſ. Surd.conſ.204. ſub num.9. verſ.ſe-
cundo moueor,Beltram.ad d.deciſ.Greg.251.num.16.&
fuit actum in Papien. Bonor. 14. Februarij 1578. coram
Card.Lancell.& in d.Toletana decimarum coram Penia
* Scacc.de com.de Iudic.lib.2.cap.2.num.652. Greg.deciſ.
352. num.7. vbi Beltram. alios adducit Prax. Archiep.
Neap.cap.25.n.13. ſtatutum autem auferens appellatio-
nem à ſententia ex quia non ſequitur finis litis, eſt ordi-
narorium, non deciſorium, Put.deciſ.mihi 480.in vltima
impreſſione 469. num.4. 6.& 7. par.2. vbi ſecus ſi aufert
appellationem à ſententia ſuper petitorio , cuius præiu-
dicium in alio Iudice reparari neqoit ; tunc enim ibi de-
ciſorium ſequitur Fenzon.ad ſtat. Vrbis c.180. num.31.
& ſeq.& de materia vide Crauett.de Antiq. temp.par.4.
num.33.

6 Et quod prohibitio † appellationis quoad effectum
ſuſpenſiuum de qua hic agitur, ordinatoria Iudicij reſpi-
ciat,Cæſar.Barz.in Bonon.decim.41.n.16. Scacc.latè plu-
ra cumulans de appellat.lib.3. c.2.q 17.lim.9.n.9.& q.18.
nu.3.cum ſeqq.vſque ad n.8. & in puncto quod ſtatutum
tollens appellationem in cauſis poſſeſſorijs ſit ordinato-
rium,Puteus loco cit.

Non etiam refragatur , quod imò cumulatum fuerit
petitorium cum poſſeſſorio ex plurimis verbis libelli à
7 ſcribentibus pro D. Capitaneo Roberto ponderatis . †
Nam præterquam quod poſſeſſorium adipiſcendæ de
quo agitur, habere poteſt annexam cauſam petitorij ,
Sarnen.ſuper reg.queſt.66. in fin. Greg.XV. deciſ.213.
num.3.& deciſ.335.num.6. & fuit reſolutum in Leodien.
Canonicatus 7. Iunij 1596 coram tunc Decano , & 23.
Iunij 1507.coram Gipſio, & in Conchen. Parochialis 11.
Decembris 1602.coram Penia. Ex qua connexione non
deſinit eſſe merum & ſimplex poſſeſſorium, Bero. quæſt.
93.num.7. & 8. cum alijs latè per Contard.in l.vnic.in 2.
limitat. cap.1. num.9. & 18. C.ſi de moment .poſſeſſ.
Gregor.XV.dicta deciſ.335.num.6. Reſpondetur quod
dato eſſet etiam intentatum petitorium , cum tamen
quoad prædia controuerſa D. Vicarius Parmenſis ſen-
tentiauerit dumtaxat ſuper poſſeſſorio,appellatio non
admittitur ; cum vulgata ſit Iuris concluſio , Iudicem
8 † poſſe poſſeſſorium ſolum definire prætermiſſo petito-
rio etiam abſque illius ſuſpenſione,Bart.in l naturaliter ,
§.nihil commune , in 4.quæſt.num.36. de acquir.poſſeſſ.
Innocen.in cap.ſuborta , & ibi Butr num.4. & 11. Imol.
num.2. Abb.num.7. & Felyn.in princ.de re iudic. Alex.
conſil. 117.numero 3.lib.2.. Ægid.deciſ.506. Capic.deciſ.
86.n.6. Curt.Iun.aſſerens à doctrina Bart.neminem diſ-
* crepare,conſ.123.n.27.lib.2.& communiter ab omnibus
recipi teſtatur Rota Bartolum ſequens deciſ. 34. num.5.
& ſeqq.vſq;ad 11.par.2.vbi latè contraria diluit. Scacc.
de appellat. quæſt.17. lim.6.memb.7. num.129 Vltra
quod ad cognoſcendum an adſit mixtura necnè , non
tenor libelli ſed ſententiæ inſpici debet iuxta conſil.
Corn.10. nu.3. lib.4. ſæpius à Rota canonizatum præſer-
tim in Aſſiſien.bonor.2. Iunij 1627.verſ.8. non conſtat
curam bo.mem.Cardin. Virili. vbi plures aliæ deciſiones
referuntur.

Minus refragabatur quod cum Iudex à quo in eadem
ſententia condemnauerit Robertum etiam in magna
quantitate fructuum perceptorum , quoad illos dicatur
9 continere petitorium ; † ac proinde ratione mixturæ ab
vtroque capite, & ſic à tota ſententia detur appellatio ,
in termiois Bart.in lege fin.num.4. de appellat. Bald.in
l.vnica,colum.2.numero nono,verſic.ſed pone . Salycet.
in fin. Nicell. de concord. gloſ. concord.6. fall.6. mod.
2.ſub numero 26.fol.191. Gregor.d.deciſ.251. numero
10. qui tamen loquitur ſimpliciter de ſententia petito-
rij,& poſſeſſorij , Scacc.de appellat.quæſt.17.limitat.6.
10 membr.9.numero 22. verſic.explica. Quia † in terminis
noſtris

Digitized by Google

noſtris recepta eſt contraria opinio ſcilicet immiſſionem
ſine retardatione dandam eſſe; quo verò ad fructus ap-
pellationem ſortiri effectum; Marant.par.6. act.2.prin-
cip.in verbo,& quandoque appellatur,num.309. Couar.
pract.qq.cap.23.num.8.in fin. verſic.idem erit, Menoch.
de adipiſcend. remed.4. quęſt. 100. declarat.7. num.869.
& 870. Contard.in d.vnica limit.1.num.28. Vrſil.in an-
notat.ad Afflict.deciſ.269.ſub num.1. Veſtr.in Prax.lib.7.
cap.3.ſub num.8.verſic.addo alios caſus, Marcheſ.de
commiſſ.parte ſecunda, in commiſſ.appellat.cap,2.ſub
num 60. Ruginell.de appellat.§.2. cap.3. numero 723.
Afflict.deciſ.77.ſub numero 8.& de ſtylo Romanę Curię
teſtantur Contard.in dicta lege vnica, limitat.prima,
numero 29.Marcheſ.parte 1.de commiſſ.in poſſeſſ.Salu.
interd.cap.21.numero 32.& 33.Scacc.de appellat.quęſt.
17.lim.6.memb.9.n.33.ſiue ſententia contineat commix-
tionem ſeparatim, ſiue vnico capitulo cum connexio
non conſideretur in verbis,& ſtructura orationis,Scaccia
& relati dicto membro nono, n.36.

Quoad ſecundum caput, quod nempe non fuerit rite
11 appellatum probatur, quia in † ipſa appellatione non
fuit expreſſa cauſa, quę de iure Canonico in poſſeſſorijs
ſpecificè exprimi debet ad hoc,vt appellatio admittatur,
Bald.in dicta l.vnica, num.6.& ibi Salicet.nu.1. Contard.
limit.3.numero 27.C.ſi de moment.poſſeſſion.Menoch.
de adipiſcend.remedio 4. num.840. antę medium, & nu.
844. Couar.pract.quęſt.cap.23. numero 8. Auffrer.ad
Capell. Tholoſan.deciſione vlt.num.5. Acchill. Perſo-
nalis de adipiſcen. numero 345. Zuccard. in lege final.
numero 441. verſic.hanc fallentiam, C. de edict. Diu.
Adr.tollen. Roman.conſ.324.num.4.& 6. Rubr. Alex.
conſil.51. ad fin.verſic.item ſatis eſt, quod ius Canoni-
cum, Bald.conſil.141. colum.2. poſt med. verſic.& ad
eundem tamen,numero primo lib.primo, conſil.217. in
fine, verſic.aduertendum, num.9.lib.2.conſil.203. ad fin.
verſic. præterea expreſsè, lib.quarto. Gratian.diſceptat.
foren.cap.183. num.10. Scacc.de appellat.quęſt.17. li-
mitatione 6.memb.7.numero 14. & 105. Farinac.& per
eum relati de delict. & pœn. dicta quæſt. 21. numero
120.qui hanc doctrinam vniuerſaliter tradunt in quo-
cumque caſu, quo appellatio ſpecialiter permitti-
tur.

12 Nec ſufficiens fuit † generalis cauſæ expreſſio per illa
verba,ſentiens ſe grauatum. Ea enim quę neceſſario ſunt
exprimenda in generali nominatione non veniunt lege
13 Pomponius de procurat.† quę adeo vera ſunt,vt cauſa
expreſſa debeat eſſe manifeſta,& apparens,vt notat Bald.
dicto conſil.141.Menoch.de adipiſcen.rem.4. quęſt.100.
ſub num.840.Contard.in lege vnica limitatione tertia,
ſub numero 33.C.ſi de moment.poſſeſſ. vbi dicit Ius Ca-
nonicum non attendere, an grauamen in ſententia
poſſeſſorij illatum poſſit reparari, vel non in alio iudi-
cio; ſed an aliquo modo de grauamine conſtet in actis,
14 † ita vt exequutio facta pendente eiuſmodi appellatió-
ne non retractetur vti attentata, Geminian.in capitulo
non ſolum, de offic. delegati, in ſexto, Addent. ad
deciſ. Tholoſ.quæſt.vltima, numero 4.& Iudex à quo
deferre eo caſu appellationi non debet, imò ſtatim exe-
qui idem ibi numero 5. cum per eum relatis vſque ad
finem.

Tertium caput, in quo verſatur Cardo preſentis cau-
ſæ,eſt quod data,non tamen conceſſa,attentatorum exi-
ſtentia appellationiſque validitate, ea tamen in nulla ha-
betur conſideratione vbicumque deſerta remanſerit cau-
15 ſa appellationis † ita vt exequutio iudicati facta intra
decendium per cauſę deſertionem non poſſit amplius
dici attentata, Surd conſil.160.numero 58. Vant.in tit.
quoties, & intra quod temp.num.48. Lancell.de attent.
appellat.penden. in præfatione num.287. & cap.12. am-
pliat.1. numero 8. & limit.14. per tot. Mareſcot.variar.
reſolut.lib.2.cap.120.numero 63 Ægid.deciſ.420.Guid.
Pap. deciſ.213. numero 6. & multi alij per Lancellot.d.
ampliat.1.numero 8. Rot.deciſ.prima de appell.& apud
prima de appellat.& apud Seraph.deciſ.777.numero 1.&
in Regien. prioratus 16. Decembris 1602. coram Reu.
P. D. Decano.Per deſertionem enim res deuenit ad eum
ſtatum, à quo potuit habere efficax principium, Surd.
16 d.conſil.160. Rota in d.deciſ.1. † pariaque ſunt non ap-
pellare, vel appellationem interpoſitam deſerere argum.
l.furt.§.1. de eis qui not.infam.l.fin.§.illud C. de tempor.
appellat. ibi tanquam ſi ab initio non fuiſſet prouoca-
tum, Iaſ.d.l.præſens, in fin.ff.de re iud.& ideo tali caſu
ſententia mandatur exequutioni, non ſecus atque ſi ap-
pellatum non fuiſſet,d.l.fin.§.illud,l.ſi contra maiorem,
vbi Bar.C.de appellat.Aug.Imola, Caſtr.Alex.& Iaſ.in
dict.l.præſens, ad idem eſt gloſ.in l.2.in verſic. executio-
nem,C.de temp.appellat.Cardin.in clem.ſi appellatione,
in 1.quæſt.de appellat. & dicit Bal.in l.eos,num.7.verſic.
eſt,& alia,C.de appellat.& fingitur retrò nunquam fuiſſe
appellatum, Decian.reſponſ.24. numero 100. lib.1.&
conſil.181.num.29.& conſil.223.num.14 Honded.conſil.
4.num.9.volum.1.Ruginell.de appellat.§.9. gloſ.1.cap.1.
numero 3.& ſeq.& §.11.gloſ.1. cap.2.numero 21. Barz.
deciſ. Bonon.51. per tot.Surd.conſil.129. numero 10.vbi
17 probat effectum deſertionis retrotrahi quoad omnia,&
dixit in conſ.223.numero 14. Afflict.in Conſtit.appella-
tionum tempor.num.52.Randenſ.conſ.15. num.5.vol.1.
18 Franch. deciſ.301. num.1. † & denique appellationem
deſerens dicitur facto ſuo ſententiam à qua appellauit
confirmare leg.hi qui, & ibi Caſtrenſ. num.8. C.de ap-
pellat.l.fin.in fin.C.de ſententijs,quę ſine certa quantita-
te.Rota deciſ.119.num.30.par.2.nouiſſimè, Maſtrill.de-
ciſ.166. numero 11. Surd.d.conſ.223. Maximeque hæc
procedunt in caſu notoriæ ex actis deſertionis, vt præci-
tati Doctores affirmant; eiuſmodi autem eſt ea,de qua
agitur ex eo,quod procurator dicti D. Roberti appella-
uerit à ſententia delegati die 21.Februarij,cui eadem die
fuit à dicto Iudice aſſignatus terminus iuris ad redeun-
dum pro apoſtolis & ſic terminus 30. dierum, quo ter-
mino durante nullatenus comparuit, ſed per alios plu-
19 ries dies diſtulit,† propter quod cauſam eſſe deſertam,
immo deſertiſſimam manifeſti iuris eſt,l.iudicibus C.de
appellat.cap. ab eo eodem tit.in ſexto, clemen. quamuis
rigor.de appellation.Doctores in cap.perſonas, eod.tit.
Bald.in l.eos, §.apoſtolos,C.de appellation.Boer.conſil.
43.numero tertio, & ſeqq.& num.17. Surd.conſil.223.
num.11. & ſeqq. Lancellot.dict. parte 2.cap.12. in præ-
fat num.53.& limit.50.num.189.Mynſing.centur.3.ob-
ſeruat.22. numero 5. Scacc. de appellat, lib.2. quæſt.13.
numero 24. Marant. de ordine Iudic.6. par.in verbo,&
quando appellatur,num.208.Creſcent.deciſ.2.de appell.
& fuit reſolutum in Barchinonen. Canon. 12. Februarij
1574.coram Lancellotto in Peruſina de Vbaldis 13.Iun.
1588. coram Cardin. Pamphilio in Foroliuienſ. de To-
rellis coram Cardin M.Montio 7. Nouembris 1607. in
Romana pecuniaria 27. Iunij 1611. coram Reuer. P. D.
Vbaldo in Conchen.decim.17.Decembris 1612.coram
Reu. P. D. Manzanedo in Peruſina ſeu Ciuitatis Caſtelli
dotis 30. Ianuarij 1612. coram Gregorio XV. ita vt im-
pedimentum ſuperueniens appellantem non excuſet,
Rota deciſ.144.numero 2.parte ſecunda, diuerſor.& fuit
dict.in Salut.penſionis 14.Nouembris 1616. coram Emi-
nentiſs. Card.Veroſpio, & in dicta Peruſina, ſeu Ciuita-
tis Caſtelli dotis, & in Aſſiſienſis Canonicatus 5. Iunij
1595.coram Iuſto,quæ eſt deciſione 108 numero primo
ex impreſſis poſt primum volum. conſil. Farinac. vbi
Addentes bifariè limitant, & docent quando d. terminus
incipiat,

Contra

Digitized by Google

Contra hanc ratinnem objiciebatur Primo Vicarium
intra dictum terminum Iuris ex improuiſo Paroia Ro-
mam, conceſſiſſe ac proinde per eum ſtetiſſe quominus
Procurator rediert pro apoſtolis, ita vt ſuccederet vul-
20 gata Ioris concluſio † tempus non currere appellanti,
quando ſtat per Iudicem,& non per appellantem,gloſ.&
Doctores,in cap.ex ratione de appellationib.& in l.C.de
tempor.appell. Caſtrenſ.conſ.334. viſa appellat.num.8.
verſ.circa vlt.lib.1.Butr.in d.c.ex ratione de appellat.ſub
num.6.

Sed hæc obiectio facili eliditur negocio, tum quia nul-
lo modo conſtat in actis,de abſentia Vicarij in dicto ter-
mino,immo nec quidem in proceſſu allegata reperitur;
tum etiam qoia quatenus abſentia iuridicè probata
21 fuiſſet, adhuc non releuaſſet, cum Procurator nec di-
ligentias adhibuerit, oec proteſtatus fuerit, quæ prote-
ſtatio neceſſaria erat ad hoc vt impedimentum ſuffraga-
* retur alleganti, vt firmant communi calculo Doctores,
& eſt text. expreſſus in cap. fin.de appell. & in cap.iuſtus
vbi notant Doctores de appellat. & in l.cum quidam,
eod.tit.Corn.conſ.292. colum.2.verſic.2.videtur volum.
3.Soccin.conſil.45.num.1.vol.1. & conſ 39. num.32.lib.
4. Ruin.conſil.113. num.9. volum.4. conſil.85. num.4.
volom.5.vbi dicit eſſe neceſſariam proteſtationem,& ré-
quiri pro forma, Cęphal.conſ.185. num.6.& conſ.708.
num.43.& ſeqq. Alex.conſil 164. num.6. verſic.vnde di-
cit,Ioan.de Imola lib.2. Surd.conſil.228. num.8.& ſe in
facto obtinuiſſet affirmant Imol.Domin.& Ant.de Butr.
in cap.cupientes, §.qui ſi per viginti, & ibi per gloſ.in
ver. propoſitam de electionib. in 6. & hanc partem in
practica tutiorem videri atteſtatur, Iaſ.in l.de pupillo,
§.ſi quis ipſi Prætori col.4. verſic.verum quia multa iura
de noui operis nunciat. & refert Cæphal. dicto conſil.
708. Maranta in praxi part.6. verſicul.& quando appel-
latur,numero 219.& ſeq. vbi reddit optimam huius pro-
poſitionis rationem, quia leges non tam conſiderant Iu-
dicis defectum,quam diligentiam appellantis, & ſequitur
Gail.pract.obſeruat.lib.1. obſeruat 143. Boer.deciſ.40.
* vbi de communi Theſaur.deciſ.10. num 12. & ab omni-
bus ferè eſſe receptam teſtatur Afin.in prax.§.2. capit.6.
* ante finem, & vſu receptam eſſe affirmat, Mynſing.cen-
turia 2.obſeruat.2.quæ opinio adeo vera eſt, vt vnica
proteſtatio non ſufficiat ad excuſandum, ſed repetita
debeat eſſe.Franch.in cap.ex ratione ſub oum.46.ibi, ſed
tu teneas in caſu noſtro de appellat. Marant. in prax. d.
verbo,& quando appellatur,num.230. & facta inſtanter,
& inſtantiſſimè Gramm. voc.31. ſub num.12. Theſaur.d.
* deciſ.10. numero 12. & ſecundum hanc opinionem tan-
quam communem fuiſſe iudicatum in Senatu pedemon-
tano,teſtatur Oſaſch deciſ.12.ſub num.5 & n.11.in fio &
ſequitur Ioſ.Cumia ſuper ritib.Sicil.c.88. nu.68. verſic.2.
intelligendum.

22 Non†obſtat DD.in contrarium adducti, tum quia
loquuntur in caſu,quo impedimētū exoritur ex alia cau-
ſa quā ex perſona Iudicis, ſecus autem quando ex Iudicis
perſona procedit,vt diſtinguit Cæph. contrarias opinio-
nes conciliaus dicto conſil.708. num. 51. affirmans id
Iaſonem tradidiſſe in d.§ ſi quis ipſi prætori, & eſſe de
23 mente aliorum quos refert.† Tum etiam quia ſcribentes
ex aduerſo adducti loquuntur de actu, qui faciendus non
erat in tempore continuo, vt ſunt dies dati ad acci-
piendum apoſtolos, quia tunc neceſſaria eſt proteſtatio
ad hoc,vt impedimentum excuſet;terribilis eſt diſtinctio
Minſing.obſeruat. centuria 3. obſeruat. 39. quam ante
eum tradidere gloſ.in cap fin.de appellat.Abb.conſ.200.
lib.7. Zabar.conſil.128.num.4. Dec.conſ.356.colum.fin.
& Card.conſil.128. dubio 2.elidens iura, & auctoritates
in contrarium allatas, quæ vel indeffinitè loquuntur, vt
Carpan. & Soccin. & ſic in hanc diſtinctionem adducun-
tor, iuxt.Bart.in l.3.§. prætor ait de damn.infect. & Cæ-
ph.in præcit.conſ.708.vel loquuntur in terminis tempo-
ris vtilis.

24 Et in noſtris præciſis terminis nempe in tempore ad
accipiendum apoſtolos aſſignato, proteſtatione opus
eſſe ad hoc,vt impedimentum propter abſentiam Iudicis
excuſet textus eſt notabilis in l.vnica,iunct.gloſſ.in verbo
conteſtetur de lib dimiſſ. & affirmat,in puncto pract.
Maran.d.par.6. verſ.& quando appellatur, numero 420.
Ægid.concl.343. Grauat.ad Veſtr.cap.3. num.71.& ſeq.
lib.7.Marius Anton.lib.2.reſolut.cap.11.num.16.cum
25 ſeq. Surd.conſ.223. num.11. † quare plus valent iſtę do-
ctrinæ in puncto, quam mille à remotis, quæ in contra-
rium poſſent afferri Caualcan.deciſ.nu.13. p.4. Gramat.
voto 198.n 4.& cum in terminis ſuis indiuiduis nullum
habeant contradictorem,habent vim legis, & tanquam
leges ſunt obſeruandæ,vt poſt Caſtren. Iaſ.& alios notat.
Canalc.deciſ.44.n.39. par.1.

Reſpondet .r inſuper abſentiam dicti Iudicis delegati,
etiam vbi legitimè probata foret,non ſolum non excuſa-
re à proteſtatione; ſed per ſe ſolam nec legitime impedi-
26 mentum probare; † quia ad illud probandom duo copu-
latiuè requiruntur, prius quod impedimentum ſit tale,
vt remoueri minimè potuerit l.ſed,& ſi prætor ex quibus
cauſis maio. vbi Bartol.& in l. quibus diebus vidi Soccin.
3.notabili de condi, & demonſtrat.Dec.l.1.in fin.Cod.
de bonorum poſſeſſ.contra tabul. & conſil.677. num.4.
Gozad.conſil.38.num.11. Socc.Iun.conſ.76. num 79 lib.
1.Crauetr.conſ.170. num.3. ita vt qui facilè impedimen-
tum remouere poterat non dicatur impeditus l.qui po-
teſt de regul.iur.cap.fin.de elect. Feiyn.in c.ex tranſmiſſa
in princ.de præſcript. Vaſq.controuerſ.c.60. lib.5 num.
10. Seraphin.deciſ.1206. num.1.poſterius eſt vt impedi-
mentum, fuerit cauſa immediata, propter quam minimè
præſtitum fuerit, quod præſtari debebat l. qui commea-
tus de re milit, DD.in l.2.§. quod diximus ſi quis cautio-
nibus vbi Alex.num.6. & Iaſ.num.5. Grauett.conſ.151.
num.22.& conſ.179. num.6. Decius conſ.454. num.6.&
& conſ.552.num.7.Boer.quæſt.40.num.4.Vant.de nullit.
ſent.ex defect.Iuriſdict.ordin num.166.verſ.& erit,& de
vtroque ſimul Menoch.de Arbitr.caſo 118.num.7.cent.2.
Bart.in d.l.qoi commeatus Afflict.deciſ.19.& fuit dictum
in Tullen.Coadiutoriæ 17. Febr.1614. coram bo.mem.
Card.Sacrato,& in Romana de Mareſcot 20.Mart.1615.
coram eod.

Quod verò impedimentum fuerit cauſa immediata
propter quam minimè præſtitum fuerit, quod præſtari
debuerat tunc probatum cenſetur,quando ille qui facere
tenebatur, accinxit ſe, deueniendo ad actus proximos
Bart. quem alij ſequuntur in l. 2. §. quod diximus num.2.
ſi quis caut. vbi ponit exemplum de illo qui allegat ſe
impeditum venire non potuiſſe propter tempeſtatem
maris, qui debet inſuper probare ſe acceſſiſſe ad litus
maris, quem refert, & ſequitur Rota in d. Tullens.Coa-
diutoriæ, & ſic debet vltra impedimentum reale proba-
re ſuam diligentiam Rubr.in l.non ſolum §. morte num.
450. de operis noui nunciat Becc. conſ. 104. num. 13.
Alex conſ.49.num.5.lib.2. Narta conſ.258 num.6. Surd.
* conſ.369 num.42. Card.Alb.in lucubr.ad Bart.ad l.qui-
bus n.2. de condit.& demonſtr. vbi communiter ab om-
nibus hoc eſſe receptum teſtatur Maſcar. & in numeri
relati per eum de prob.concl.885. n.9. Caputaquen.dec.
72.n.& 6.par.2.Surd.deciſ.4.n.3.& 203.n.17.& probatio
iſta debet eſſe clara, & liquida Rota in Placentina Pa-
rochial.coram Bubalo,& in alia coram Lancellotto quas
refert,& ſequitur coram Gregorio XV.deciſ.501.num.1.
& ſeqq.

In caſu verò noſtro vtrumque deficit. Nam hoc po-
ſterius requiſitum non adeſt, quia procurator non ſe ac-
cinxit,

Digitized by Google

cinxit,nec comparuit, nec ad actus proximos progreſſus
fuit,vt ex proceſſu liquet, & deficit etiam prius , quia
poterat hoc Impedimentum remoueri;cum enim cauſa
27 commiſſa fuerit Epiſcopo Parmę ſeu eius Vicario,† Epi-
ſcopus in caſu infirmitatis,& cuiuslibet iuſti impedimen-
ti Vicarij poterat adiri vt affirmant Zabarel. conſil. 54.
num.2.verſic.ad quartum Tuſch.litt.C.concluſ.231.num.
1.Marcheſan.de Commiſſ.extra Roman. Curiam part.1.
28 c 6.num.24.& 25.fol.7.prout etiam† quando committi-
tur duobus inſolidum Gemin. io cap. cum plures num.
10.Franch.num.3.Butr.num.9.qui eum textum in ſupra-
dictis caſibus limitant , & fuit reſolutum in Maceraten.
dotis, 10. Martij 1581.coram Seraphin.& eſt eius deciſ.
29 506.num.4.vti videtur in caſu noſtro: † cum alternatiua
tribuat de ſui natura cuilibet in ſolidum diſpoſitionem ,
& vocationem, Gratian.& relati diſcept.capitul.741.nu-
mero 7.& in terminis Alexandr.conſil.93.volum.7.Abb.
conſ.33.num.5.verſ.ad hoc non obſtante par.2. Gemin.
conſil 24. num.11.& eo magis, quo ad deſertionem eui-
tandam ſufficit quælibet intra terminum diligentia , vt
alijs relatis tradit Burati, longè poſt hæc ſcripta ſub præ-
30 lo adhuc exiſtens in deciſ.171. num.6.† & quando etiam
cauſa commiſſa fuiſſet Vicario ſimpliciter, adhuc in caſu
abſentię eius poterat Epiſcopus à dicto Procuratore adi-
ri Bald.in l.a num.6.C. quando Fiſc.vel priuat per text.
quem dicit ſingularem in §. & hoc peruenit verſic. pri-
matibus Ciuitatis Authent. vt nul.Iud. DD. in cap.cæte-
rum de iud.& in l.teſtament.C.de teſtament. & in l.ſi va-
cant.vbi Angel.in repet.num.59. C.de bonis vacant.lib.
10. Felyn.in c.paſtoralis num.5. col.3. verſ.tempera iſtas
limit.de offic.ord.Surd.latè conſ.56. à num.23.ad 28.lib.
1. præſertim quando (prout in caſu noſtro) commiſſa eſt
cauſa ſub nominè dignitatis Franch. in c. dilecti 66. in
quæſt.5.num.40 de appellat.Bertach.de Epiſc.lib.4. par.
5.quæſt.32.numero 59. & par.7. q.4.num.4. inter tract.
diuerſ.tom.13. par.2.fol.350.& 357. Scacc.de appellat.q.
8.num.56.

Neque obſtat impoſſibilitas accipiendi reſponſum
ab Epiſcopo tempore pręfixo,cum ipſe non haberet in
cauſa tunc temporis aliquod iuriſdictionis exercitium
31 eo quod † nondum accepiſſet cauſæ commiſſionem ci-
tata,& intimata à parte,prout requirebatur ad hoc vt Epi-
ſcopus poſſet vti delegatus ſe in cauſa intromittere Gra-
tian.cap.170. num.18. & ſeqq. cum cæteris adductis .
32 † Quia ſi ſaltem in vltima die termini procurator par-
tem coram eo citaſſet , vtique illa dies ſtante legitimo
impedimento,non fuiſſet in termino computata, ſed de-
duci debuiſſet,& ſic benè poterat impedimētum euitare,
Bald.in l.1.n.4.C.de iur.calumn.Tiraquel.de retract. lign.
§.10.gloſ.2.n.3.Greg.XV.deciſ.327.nu.7.& ſeqq.ſed hæc
dicta ſint ex abundanti.
33 Minus † obſtat,quod dicebatur proteſtationem non
eſſe neceſſariam quando impedimentum eſt notorium
Afflict.deciſ.50.num.5.Bero.deciſ.40.num.7.Cacher.de-
ciſ.9.num.4.& deciſ.177.num.12. Odd.de teſtit.in integ.
par.1.q. 28.art.4. num.26. Carpan ad ſtatu Mediolan.
vol.1.cap.131.num.447.& ſeqq. Theſaur.deciſ.10.num.1.
cum alijs per eo adduct. nec probationem in actis , ſed
ſufficere illud allegare in informationibus Iuris , & poſſe
Iudicem ſuper illo extraiudiciales informationes ſumere
Rot.deciſ.278. par.4.diuer. Gratian.diſcept. cap.442.
num.8.Surd.conſ.371. num.45.& 46. Beltram.ad Greg.
deciſ.224.num.6.cum alijs per eos citatis.Quamuis enim
concluſio iſta ſit in ſe vera plurimas tamen patitur limi-
tationes, quarum prima † eſt,vt non procedat in Noto-
34 rio facti tranſeuntis,prout fuit diſceſſus D.Vicarij à loco
iudicij Maſcard. & relat. concl.1108. de illo enim debet
conſtare Iudici, vt Iudici ex actis Clar.§.ſi quæſt.9. num.
5.in fin. Gail.lib.2.obſeruat.3.num.13. Farinac.cum.latè
cumulat , quæſt.21.numero 95.
35 Secunda eſt, quando agitur de notorio, quod eſt pro-
bandum ad effectum decidendi cauſam , vt in terminis
noſtris, quia tunc debent ſemper plenè probari, ita di-
ſtinguunt , & declarant Maſcard.d.concl.1108.num.13.
Farinacc.d.q.21.ſub num.98.quos refert, & ſic intelligit,
& declarat Scacc. videndus lib.9. cap.de iud. cauſ.ciuil.
num.89. cum ſeqq. & licet actus qui faciendus erat à di-
cto Procuratore nempe reditus pro Apoſtolis,reſpiceret
ordinatoria proceſſus, vt ego admittebam;non tamen
iſtud aſſertum notorium erat probandum ad effectum
ordinandi proceſſum, quia iam completus erat , & de-
uentum à ſententiam, vt de ſe patet, nec vllo pacto, ne-
gari poteſt.
36 Tertia eſt quando non agitur de Notorio eiuſdem
Ciuitatis, ſed de alterius vt in caſu noſtro, in quo diſce-
ptabatur Regij coram me de allegato notorio Ciuitatis
Parmen.Salicet.in l.ea quidem num.79. C.de accuſat.vbi
dicit, quod licet Iudex de Notorio alterius loci benè in-
formatus eſſet non tamen debet iudicare niſi de illo fiat
plena probatio Bald.in Authen.qui ſemel numero 10.C.
quomodo, & quando Iudex Aretin. & alij per Maſcard.
eos ſequentem d.concl.1108.num.27. Speculat.in tit.de
Notor.crimin.in Rubr.num.10. vbi propterea dicit dari
octo dies parti ad probandum Notorium extra locum
iudicij Ant.de Butr.in cap.fin.ſub numero 67.verſ. venio
ac ſecundum extra de conſuetud. Pacian. conſil. 26.
numero 53.cum alijs multis per Farinac. q. quæſt. 21.
numero 91.

Quarum limitationum cum vnica tantùm ſat fuiſſet ,
hic tamen ſingulæ concurrebant,ac proinde de prætenſo
notorio nullo pacto de iure extraiudicialiter me infor-
mare poteram. Nihilominus vt Actoribus D. Capitanei
morem gererem, ac æquitatem vt ſoleo, ſequerer, pœnè
coegi D.Collonellum Chriſtophorum.quatenus conſen-
tiret,vt dictas aſſumerem informationes,ac proinde miſi
litteras D. Vicario Parmen.eiuſq;Cancellario, qui in E-
piſtolis ſuis reſponſiuis aſſeuerant non modo dictum diſ-
ceſſum nō fuiſſe notorium, ſe immo per plurium dierum
ſpatium occultiſſimum.
37 Non etiam † refragabatur clauſula ſtatum,& merita
cauſæ in commiſſione appellationis appoſita,quam ope-
rari dicebatur, ac ſi ſpecificè S. Pontifici narratus fuiſſet
non reditus pro Apoſtolis , & cætera quæ in indiuiduo
erant ad ſubreptionem vitandam exprimenda iuxta
conſ.Butr.2.canonizatum à Rota,teſte Mareſcot variar.
reſolut.cap.47.num.6. & eſt deciſ. Rot.20.de reſcript.in
nou.quibus addi poſſunt ſcribentes, & deciſiones cumu-
latæ per Martam de clauſul.p.1.clauſul.15. quia reſpon-
deri poterat d. Clauſulam eiuſmodi ſortiri effectum ,
quando apponitur in gratia motu proprio facta,ſecus in
ea,quæ ad preces partis conceditur Angel.in l. ſed etiam
ſi quis §.quæſitum in fin.verſ.itidem dicas ſi quis caut.&
ibi fulgoſ.col.fin.verſ.dubitat. Angel.Iaſ.col.1. verſ.limi-
tat.tamen Dec. conſ.541. col.fin. verſic.non obſtat clau-
* ſula idem Deci.qui hanc dicit communem conſil. 373. in
fin.Rip.cap.1.num.80.verſ.2. caſus de reſcript. Crauett.
conſil. 296. & de veriori opinione Gabriel. de clauſul.
concluſ.5.numer.4. Prout nec procedere in præiudicium
tertij, Grauett.dicto conſil.296.colum.5.verſ.2. reſpon-
deo Ferret. conſ.32. numero 46. & ſeqq. Summus enim
Pontifex per hanc clauſulam,& ſimiles non cenſetur vel-
le tertio inferre præiudicium Gozad. conſil.14. colum.3.
verſic. 12. conſidera iuncta colum.final. verſic. non ob-
ſtat clauſula Gabriel concl.5.numero 22.Honded.conſil.
39. numero 45. & ſeqq. volum. 2. prout expreſsè decla-
rauit in dicto breui obtento pro parte D. Capitanei vbi
committit cauſam appellationis prorogationemque
fatalium concedit quatenus lapſa non ſint, & ſic condi-
tionaliter,

Digitized by Google

38 tionaliter,† accedente clauſula prout Iuris, quę totam
commiſſionem reſpicit, & limitat Seraph.deciſ.896. nu.
4.Rot.in recent.p.2.deciſ.208.num 3. & fuit dictum in
Romana S.Thomę 4.Februarij 1608.coram Scotto, &
inducit diſpoſitionem conditionalem ita vt ſi de Iure
concedendum ſit quod petitur habeatur pro conceſſo,
ſin minus habeatur pro denegato Matth. Brun. conſil.
17.ſub num.5.Surd.conſ.379. num.34. Seraph.deciſ.530.
num.5.Beltram.ad Greg.XV.deciſ.378.num.4. Parum
etiam vrgebat quod cum d. Procurator in ipſa appella-
tionis interpoſitione inſtanter,& inſtantiſſimè petijſſet
Apoſtolos, non videbatur neceſſarium pro eis habendis
39 redire,† eo quod cum agatur de appellatione à diffiniti-
ua,à qua de neceſſitate Apoſtoli ſunt dandi,non multum
de eis curandum ſit poſtquam lex ipſo Iure defert appel-
lationi ſine aliquo Iudicis facto Rota deciſ.41. alias 357.
verſ.nam ex quo de appellat. in nou. Caſſad.deciſ.4. in
princip.eod.tit. Veſtr.in prax.lib.7.cap.3.in vltimis ver-
bis, & latè in cap.vltim.num.1. & 2. Franch. in cap.44.
ſępè ſub num.30.verſ.in eadem gloſ.ibi ſtatum, & Card.
Alex.conſ.35.de appellat.& propterea cum Iudex ex de-
bito teneatur deferre non habetur in conſideratione,
an deferat, Put.deciſ.103. ſub num 1.& 2.lib.3.quando
40 præſertim fuerunt ſæpè petiti vno contextu, † quaſi per
talem petitionem videatur iuri ſatisfactum, ita vt appel-
lans non teneatur amplius redire ad Iudicē gloſ. in Clem.
quamuis vbi etiam Zabarel. num.3. de appellat. Caſſad.
deciſ.8.appellauerat num.10. verſ.adde clemen.quamuis
eod. titul. licet petitio facta fuiſſet ſimul cum appellatio-
ne(prout in hoc caſu)Zabarel.vbi ſupr.in fi.verſ.6.quęro.
Quia hoc facilè tollitur ex ſupra latè deductis, cū nō ſuf-
ficiat Apoſtolorum petitio ſed neceſſaria ſit eorum ac-
ceptatio in termino præfixo,alias ſi qui comparere tene-
batur,in dicto termino non comparuit tunc quia cenſe-
tur appellationi renunciaſſe cauſa dicitur deſerta,vt ſupr.
ſatis ſuperque dictum eſt, & allegata in contrarium non
negant hanc diligentiam adhibendam eſſe,vt eſt videre
vnicuique legenti.

41 Denque † non afficit quod dicebatur data cauſæ de-
ſertione, adhuc locum eſſe attentatorum reuocationi, ſi
non remedio eorum proprio ac priuilegiato, ſaltem re-
medio nullitatis,& iniuſtitiæ; eorum præſertim quæ in
termino decendij ad appellandum commiſſa ſunt, lite
etiam deſerta,quoad hoc enim durat officium Iudicis ad
quem c.cum veniſſent, & ibi Ant.de Butr. de eo qui mit.
in poſſeſſ.Mil.in verb.attentata DD.in c.ſępè, & præſer-
tim Franch num.30. propè finem, & Præpoſit.num.37.
de appellat.Lancellot.de attentat.dicta ampliat.1.num.2.
vbi pluribus cumulatis, hoc tanquam regulam ampliat,
limitat, & de ſtylo Rotæ eſſe affirmat Mareſcot. Variar.
lib.2.cap.121.num.46.& ſeqq. & fuit reſolutum à Rota,
vt apud Graſſ.deciſ.2. de appellat.& in d.Calaguritana
portionis 27. Iunij 1575. coram Cantuccio in alia Bene-
ficij de Burgo 7.Maij.1574 coram Seraphino, vt in eius
deciſ.224.ſub nom.1.& 2. & in diuerſ.par.1. deciſ.406.
42 quę procedunt etiam ſi non fuiſſet appellatum intra †
decendium, cum paria ſint non appellare, vel nulliter
appellare, ita fuit deciſum in Mediolanen. Iuriſpa-
tronatus 17. Ianuarij 1612, coram Reuer. P. D. Vbal-
do,. in Boian. Beneficij 6. Iunij 1614 coram Reuer.
P.D.Buratto, in Hieracenſ. prætenſ. Iuriſpatronat. 14.
Maij 1614 coram Card. Veroſpio in Cremonen.iuriſpa-
tronat.26.Feburarij 1607.coram Gregorio XV.& quod
dicitur non reuocari attentata lite deſerta, eſt verum
per viam attentatorum, ſecus per viam nullitatis ita de-
clarat,& huic tacitæ obiectioni reſpondet, Seraph.d.dec.
224.num.3.

43 Reſpondebam† enim id procedere quando executio,
quæ prætenditur attentata, eſt obliqua, ſecus vero ſi di-
recta, nam hoc caſu poſt cauſæ deſertionem amplius de
attentatis per viam nullitatis non agitur, Mill. in verbo
executio facta pendente fol.130. poſt Ioan. And.in cap.
licet in gloſ.penult.num.30.de excommunicat.in ſexto,
44 †.vbi declarat, quæ dicatur directa executio, & quę in-
directa;vt directa ſit illa per quam traditur poſſeſſio, vel
ſoluitur id quod eſt iudicatum, & in directa,qua mediā-
te poteſt perueniri ad traditionem, vel ſolutionem iudi-
cati:quem refert, & ſequitur Lancellot. de attent.appell.
penden.par.2.cap.12.ampliat.1.num.14.& ſeqq. & fuit
reſolutum à Rota in Placentina Cappellaniæ 14.Nouem-
bris 1614.coram R.P.D.Buratto, vbi agitur de poſſeſ-
ſione Capellaniæ capta pendente termino ad appellan-
dum, redditurque ratio cur hæc executio non reuocetur
per hoc remedium,quia ſublata appellatio tollitur ſuſpē-
ſio iudicati iam inducta,& executio firma manet, & licet
male facta, non reuocatur, cum de nouo fieri deberet, &
firmato principali, videlicet ſententia, firmatur,& acceſ-
ſorium, quod eſt ipſa executio Io. Mōnac. qui refert Io.
Andr.& vtrumque Franc.in cap.licet num.4. ver. quod
autem de ſent. excommunicat.in 6. cum alijs inhibi per
Rotam allegatis.

45 Præterquam quod † obiectum procederet ſi cauſa ſu-
per reuocatione attentatorum commiſſa fuiſſet ante de-
ſertionem,nam illa poſtea ſuperueniente, adhuc ex capi-
te nullitatis in vim commiſſionis pręcedentis attentata
reuocari poſſint. Secus autem ſi tempore commiſſionis,
iam cauſa erat deſerta prout in caſu noſtro tunc enim
non poteſt amplius dari de attentatis, quia videtur illis
renunciatum, vt per Lancellot.d.ampl prima num.17.&
18.Creſcent.deciſ.7.de ſent & re iudic.& fuit tentum in
vna Neapolitan. Capellaniæ de Syllegijs menſe Decem-
bris 1562.coram Oradino.

46 Quod † præſertim procedit, quando deſertio con-
ſtat ex actis, tunc enim poſt eam nullus eſt ad attenta-
ta regreſſus Guid. Papa deciſ.213. numero 6. & conſil.
66.numero 3. Lancellot.& relati d.amplia.1. numero 8.
ratio eſt, quia petenti hoc caſu attentatorum reuocatio-
nem obſtat doli exceptio Rota deciſ.1.num.3.de appell.
in nou.

47 Et† quando etiam locus fuiſſet,eorum tamen cognitio
fieri debebat ordine Iuris ſeruato, & porrecto libello.
Viu.commun. opin.lib 2.opin.30. incipit attentata in 3.
ampliar.Lancellot.latè dicta ampliat.1.n.20. Petr.de Be-
ninten.deciſ.40. in fin.& fuiſſet tentum in vna Barchino-
nen. Monaſterij coram Iuſto 13. Martij 1558. teſtatur
idem Lancellot. dicto loco.

E O D E M.

S V M M A R I V M.

1 *Formula citationis contra eum, qui declarandus eſt ex-
communicatus.*

2 *Excommunicatio nulla quomodo differat ab iniuſta, re-
miſſiuè.*

3 *Excommunicandus eſt perſonaliter citandus.*
Fallit ſi malitioſè latitat,n.34.
Vel ſi citatio deuenit ad eius notitiam, n.37.

4 *Nec ſufficit præſumpta ſcientia citationis.*

5 *Citatio legitima neceſſaria eſt etiam quando conſtitutio ex-
communicat ipſo facto.*

6 *Per comparitionem extinguitur prima citatio, ita vt reus
ſit ad ſingulos alios actus citandus.*

7 *Excommunicatio lata poſt appellationem eſt ipſo iure
nulla.*
Niſi appellatio fuerit friuola,n.39.
Vel cauſa non expreſſa,n.40.
Vel à Iure lata,n.41.

Digitized by Google

Vel niſi feratur declaratoria, n.42.
Vel niſi quando factum ſit notorium, n.43.
Vel niſi quis fuerit verus contumax.
8 *Ab excommunicatione non datur appellatio ſuſpenſiua.*
9 *A ſententia declaratoria datur appellatio ad vtrumque effectum.*
Riccius in deciſ.203.n.3.par.3.reprehenditur.
10 *Etiam in ſummarijs teſtes examinandi ſunt parte citata.*
11 *In probando notorio facti tranſeuntis, iuris ordo ſeruandus eſt.*
12 *Excommunicatio nulla nullum operatur effectum, ſiue quo ad Deum, ſiue quo ad Eccleſiam.*
13 *Excommunicatio quando dicatur lata contra iuſtitiam legalem, & quando contra commutatiuam.*
14 *Monitio trina, vel vna pro tribus præcedere debet excommunicationem, vel ſaltem bina, alias eſt valida, ſed iniuſta & iudex punitur.*
Niſi agatur de periculo animarum.n.51.
Vel cenſuræ ferantur pro defenſione violatæ iuriſdictionis n.12.& ſequent.
Et modo agatur de excommunicatione ab homine ferenda, ſecus ſi lata eſt à Canone, n.54.& 57.
15 *Excommunicatio non eſt præcipitanter ferenda, ſed cum debito dierum interuallo.*
Niſi vbi facti qualitas aliter ſuadet.n.58. vel vbi eſt periculum in mora, n.60.
Terminus prædictus eſt Iudici arbitrarius.n.59.
16 *Ignorantia excuſat à contumacia, & excommunicatione.*
17 *In excommunicatione ab homine ferenda requiritur contumacia inexcuſabilis.*
18 *Excommunicatio eſt cum magna circumſpectione, & ob peccatum mortale ferenda.*
19 *Scire quis non dicitur, ſi ſcit actum, & illius qualitatem ignorat.*
20 *Scientia explicita, & indiuidua omnium qualitatum requiritur in præiudicialibus.*
21 *Præſertim ſi agitur de incurſu pœnæ.*
22 *Scientia eſt probanda ab eo, qui ſe fundat in ea.*
Ignorantia de iure præſumitur.
23 *Excommunicatio non poteſt ferri ex indicijs indubitatis, multo minus ex præſumptione.*
24 *Pœna ordinaria non infertur ex indicijs indubitatis, ſed extraordinaria.*
25 *Iudex laicus retinere poteſt captum in loco immuni abſq; eius mandato.*
Contrarium eſt verius.n.61.
26 *Excommunicatio lata ex falſa cauſa eſt iniuſta, immo etiam nulla ſecundum Theologos, ſecus iuxta Canoniſtas.*
27 *Curia ſecularis capit reum, quem Epiſcopus in caſibus exceptis renuit tradere.*
Dummodo ſuper hoc præceſſerit cognitio Epiſcopi, numero 65.
28 *Dolo facit, & fruſtra qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt.*
29 *Fruſtratorium actum nemo facere tenetur.*
30 *Iudex ex officio tollere debet actus inutiles.*
31 *Circuitus inanes abhorret lex.*
Niſi aliquid operentur, nec ſint omninò inutiles 66.
32 *Extrahens reum ab Eccleſia an ſit excommunicatus, vel excommunicandus.*
Suarez de relig.tom.1.tract.2.lib.5.cap.13. numero 7.& Duard.in Bulla Cœnæ lib.2.cap.15.quæſt.16. numero 21. reijciuntur.
33 *Clauſula, ſublata omnem extraneam interpretationem tollit.*
34 *Excommunicari poteſt malitioſè latitans, quamuis perſonaliter non citatus.*
35 *Nuntio teſtificanti de his, quæ ad eius officium pertinent credendum eſt.*
36 *Citationis copiam acceptare recuſans, habetur pro citato.*
37 *Citatus ad domum poteſt excommunicari, ſi citatio ad eius notitiam peruenit.*
38 *Procuratorem mittens ad reſpondendum, præſumitur habuiſſe notitiam citationis.*
44 *A Declaratione notorij datur appellatio licet non detur ab ipſo notorio.*
45 *Notorium facti permanentis non eſt iuris ordine probandum.*
46 *Contumax verus non appellat.*
47 *Appellans iniuſtè cenſetur proteſtari, ſe nolle amplius comparere.*
48 *Appellans minus rectè ab interlocutoria, dicitur verus cõtumax.*
49 *Monitus ante ſententiam, vt deſiſtat à facto publico, vel notorio non appellat.*
50 *Appellans friuole non eſt vlterius citandus.*
51 *Quãdo agitur de periculo animarum procedi poteſt ex probationibus receptis lite non conteſtata.*
52 *Cenſura pro defenſione violatæ iuriſdictionis ferri poſſunt non ſeruatis ſeruandis.*
53 *Et ſine Canonica monitione, dummodo precedit citatio, vel præceptum.*
54 *In declaratoria cenſura à Canone latæ non requiritur trina monitio.*
55 *Citatio iudicialis, in declaratoria abſque alia monitione ſufficit.*
56 *Differentia inter excommunicationem ab homine ferẽdam, & declaratoriam.*
57 *Denunciatio non eſt noua cenſura.*
60 *Monitio canonica vbi periculum eſt in mora remittitur; non tamen præceptum conditionatum.*
61 *Iudex non reſtituens extractum abſque eius ordine; incidit in pœnis Gregorianæ conſtitutionis, Suarez de ſtatu religioſo to.primo lib.3.c.13. in fin.reijcitur.*
62 *Reus per vim, ac metum exiens, vel aufugiens ab Eccleſia, etiam ſi extra eam capiatur, reſtituendus eſt.*
63 *Affectus etiam, non ſequuto effectu, ſi deuentum fuit ad actum proximum, punitur in violatione immunitatis Eccleſiæ.*
64 *Confeſſio coram Iudice incompetenti eſt nulla, ſi iuriſdictio non erat prorogabilis.*
65 *Extractus ab Eccleſia an & quando reſtituendus ſit, etiam ſi conſtet commiſiſſe crimen exceptum.*
67 *Spoliatus in primis, & ante omnia, eſt reſtituendus.*
68 *Extractus ſi nouum delictum committat, prius eſt Eccleſia reſtituendus, poſtea puniendus. Contra Gramma. deciſ.52.*

DECISIO CXXXXII.

SAtellites D. Iudicis laici, abſque tamen illius mandato, extraxerunt ab Eccleſia quendam iam pridem vti aſſaſſinum in curia laicali inquiſitum, & in contumaciam condemnatum. Cumque idem Iudex renueret illum loco ſacro reſtituere, ſub quibuſdam prætextibus, infra dicendis & potius ſe iactaret velle in perſonam carcerati ſententiam condemnationem exequi, fuit à curia Epiſcopa-
1 li † citatus ad illum Eccleſiæ reſtituendum; alias ad comparendum legitimè infra terminum ſex horarum, & dicendum cauſam, quare non deberet declarari incidiſſe in excommunicationem latam in conſtitutione Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiæ, alijſque Summorum Pontificum, ac Sacr. Conciliorum conſtitutionibus contra violatores Eccleſiaſticę immunitatis & ad deducendum quidquid vult, & poteſt infra dictum terminum,

quare

quare declarari non debeat; quo termino elapſo, ſi nihil
legitimè deduxerit, hora immediatè ſequenti compareat
ad videndum ſe declarari excommunicatum, & pro ex-
cõmunicato publice denuntiari, cedulonibſque decerni,
& affigi per loca ſolita, & conſueta ciuitatis pro vlterius
non monito, nec citato, niſi ſi & quatenus opus fuerit;
iuxta formulam traditam à Genuenſ. in Praxi Archiepiſ-
cop. cap. 29. n. 20.

Cumque Nuntius Curiæ Epiſcopalis ad eiuſdem Iudi-
cis laici conſpectum admiſſus non fuerit, ſed à famulis
eiectus, citationem ipſam in ædibus eiuſdem dimiſit, qua
propter ſtatim Iudex ipſe ex perſona cuiuſdam Procu-
ratoris interpoſuit appellationem. Et quia nihilomi-
nus deuentum fuit contra ipſum ad ſententiam decla-
ratoriam iterum appellauit. Vnde dubitatum fuit in
curia Archiepiſcopali nunquid eadem ſententia decla-
ratoria contra Iudicem laicum detinentem reum abſ-
que ſuo ordine extractum ab Eccleſia, eſſet ritè, & rectè
lata.

Ex parte vero eiuſdem Iudicis dicebatur dictam ſen-
2 tentiam multifariè eſſe nullam, & iniuſtam; † quomodo
autem excommunicatio nulla differat ab iniuſta, vide per
Menoch. de arbitrar. Iudic. cap. 542. per totum.

3 Nulla † autem dicebatur primo ex defectu legitimæ ci-
tationis, quæ debet perſonaliter exequi, vt ad hunc effe-
ctum afficiat citatum, eumque reddat verum contuma-
cem, prout requiritur, vt excommunicari quis poſſit. In-
nocentius communiter receptus in cap. fin. de eo qui
mittitur in poſſ. Felin. in cap. cum ſit Romana, num 13.
de appellat. Couarru. in cap. alma mater part. 1. §. 9. num.
4. Leon. in Theſau. for. Eccl. par. 2. cap. 17. nu. 27. Genuen.
in prax. Archiep. cap. 29. num. 12. Caſſad. deciſ. 2. num.
4. tit. de penſion. Bellamer. deciſ. 186. & 188. Acchill. de
Graſſ. de dolo & contum. deciſ. 7. numero ſecundo Mo-
hed. vt lit. pend. deciſ. 7. Rota deciſ. 2. de reſcript. & deciſ.
1. numero quarto de ferijs in nouis, & deciſ. 202. lib. 3.
part. 3. diuer. & in Alexanen. penſionis. 20. Februarij
1606. coram Marcomontio, Guttier. lib. 2. Canonic. qq.
cap. 16. numer. 15. Menoch. de arbitr. Iud. cent. 6. caſ. 541.
num. 4.

4 Ita † vt nec quidem ſufficiat ſcientia præſumpta ipſius
citationis, Caſſad. deciſ. 12. in fin. de reſcript. Acchil. de-
ciſ. 5. de cit. & deciſ. 7. de dolo, & contum. Tiraq. de re-
tract. lignag. §. 9. gloſ. 2. num. 4. Rot. dec 90. num. 1. par. 1.
recent.

5 Adeo † vt legitima citatio neceſſaria ſit, etiam quan-
do lex vel conſtitutio excommunicat ipſo facto, Dec.
in cap. peruenit, il primo de appellat. Nauarrus in Ma-
nuali cap. 27. numer. 10. & lib. 5. conſiliorum, tit. de ſent.
excomm. conſ. 20. num. 4. plurimos refert, & ſequitur Co-
uarr. in cap. Alma mater, parte 1. §. 9. num. 5. circa fi-
nem, Aula de cenſuris part. 2. cap. 5. diſp. 1. dub. 5. con-
cluſ. 2.

6 Rurſus ex alio capite videbatur obſtare defectus legi-
timæ citationis, quia nimirum Iudex dici non poterat
contumax, ex quo ſtatim miſerat procuratorem, per
quam comparitionem extincta fuit prima citatio, l. poſt
edictum de Iudic. Suar. de Paz. tom. 2. part. 1. cap. 3. per
totum, & præcipuè n. 9.

Et ſic circunducta prima citatione, iterum ad ſingulos
actus ipſe citandus erat l. de vnoquoque, de Iudic. & in
terminis Gemin. videndus in cap. fin. de dolo & contu-
macia, quod tamen nequaquam factum fuit, vt ex proceſ-
ſu apparet.

7 Secunda † nullitas dicebatur reſultare ex eo, quia ex-
communicationis ſententia lata fuit poſt primam appel-
lationem occaſione citationis interpoſitam; excommu-
nicatio enim lata poſt appellationem eſt ipſo iure nulla;
Achill. de Graſſ. deciſ. 4. de ſent. excomm. Genuen. in Pra-
xi Archiep. cap. 28. ſub num. 2. verſ. declara 60. prout etiam
ex ſecunda appellatione, interpoſita poſt ſententiam de-
claratoriam, dicebatur conſtare de nullitate affixionis
8 cedulonorum. † Quamuis enim ab ipſa ſententia excom-
municationis iam lata non detur appellatio ſuſpenſiua,
cap. Paſtoralis, §. verum, & ibi gloſ. & DD. de appellat.
(vbi in textu affertur ratio, quia huiuſmodi ſententia
cẽſuræ, ſecum trahit executionem) Io. Andr. in cap. is cui
n. 4. de ſent. excommun. in 6. cum alijs latè congeſtis per
Antonium Gabr. comm. concluſ. lib. 6. tit. de regulis Iu-
ris concluſ. 3. num. 59. & per Farinac. q. 104. limit. 13. nu.
66. & 68. & per Scacc. in tractatu de Appellationibus
quæſt. 17. limit. 22. num. 1. quibus addo Rotam. deciſ. 3.
num. 1. parte 2. in recent. Suarez de cenſu. diſput. 3. ſect.
16. num. 5.

9 A † ſententia tamen declaratoria datur appellatio ad
vtrumque effectum, ita vt interim impediatur denuntia-
tio, ex quo inuoluit factum, ſuper quo Iudex decipi po-
teſt, cap. peruenit il primo de appell. Franch. in cap. Pa-
ſtoralis, §. verum quia num. 27. de appell. Felyn. in cap.
cum non ab homine, num. 12. de Iudic. Capic. deciſ. 1. n.
19. Ricc. deciſ. 102. n. 1. & 2. par. 3. Scacc. de appellat. q.
17. limit. 22. num. 36. Rot. diuerſ. deciſ. 100. ex nouem n.
3 & 31. in fine parte prima diuerſ. & d. deciſ. 3. ſub num.
1. parte 2. recentior. Achill. deciſ. 4. de ſent. excom. Puteus
decis. 271. lib. 3. Suarez dict. ſect. 16. num. 6. Vgolin. de
cenſuris tab. 1. cap. 20. §. 2. num. 10. Aula de cenſur. par.
2. diſp 5. dub. 11. concl. 2.

Maximè in caſu noſtro, in quo grauamen prætende-
batur euidens, ex breuitate temporis ex horarum contra
tex. in cap. conſtitutionem de ſent. excomm. in 6. vt infra
latius dicetur.

Ac proinde tali appellatione pendente dicebatur non
potuiſſe appellantem denuntiari excommunicatum per
cedulonorum affixionem, vel alio quouis modo, Franc. in
cap. Paſtoralis 53. §. verum quia nu 27. de appellat. Lan-
cellot. de attent. part. 2. cap. 12. de attent & innou. appell.
pend. limit. 21. n. 21. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 22.
num. 4. qui dupliciter extendit hanc propoſitionem; &
ſucceſſiue prætendebatur præceptum fieri D. Vicario
Epiſcopali a curia metropolitana vt cedulonos amoue-
ret, & eidem Iudici laico ingreſſum Eccleſiæ permitte-
ret, vt in ſimili fuiſſe ordinatum cuidam Vicario, refert
Riccius deciſ. 102. parte 3.

Tametſi appellatio non præceſſerit ſed ſubſequuta
fuerit declaratoriam, quicquid ſecus cenſerit Ricc. in de-
ciſ. 203. n. 3. par. 3. qui loquitur contra communem DD.
theoricam & contra Felyn. ab eo citatum.

Tertia nullitas videbatur inſurgere ex eo, quia teſtes
pro informatione curiæ Eccleſiaſticæ contra Iudicem
fuerint examinati parte minimè citata, nec habiti fue-
10 runt pro ritè, & rectè examinatis, & ſic nulliter † quia in
quocunque iudicio, etiam ſummario in examine teſtium
requiritur partis citatio, Clem. ſæpe de verb. ſignif. vbi
DD. & alibi paſſim.

Etiam ſi daretur, extractionem, de qua agitur, fuiſſe
11 notoriam, † cum in probando notorio facti tranſeuntis,
iuris ordo ſeruandus ſit, & ſic per teſtes iuratos, & parte
citata examinatos, Io. Andr. ad ſpecul. in tit. de Notor.
crim. §. iam de notorio verb. teſtis quoque, Bald. in cap.
1. §. damna. de Pace. conſtant. Imol. Gemin. & Franch. in
cap. 1. de offic. deleg. in 6. cum alijs, quos referunt & ſe-
* quuntur Viuius commun. opin. in verbo notorium
quamuis, verſ. immo Iudex, Maſcard. de probation. con-
cluſ. 1103. numero 12. Farinac. de delictis & pœnis queſt.
21. numer. 91. & ſeqq. vbi innumeros concordantes con-
gerit.

12 Cum † igitur ex præmiſſis excommunicatio lata videa
tur nulla, nullum quoque dicebatur operari effectum, &

Digitized by Google

nec quoad Deum, nec quo ad Eccleſiam, fusè Sayrus de
cenſuris lib.1.cap.16.n.42. Auila de cenſuris parte.2.c.6.
diſp.1.dub.1.ante finem. Guttier. lib.2. Canon.qq.cap.4.
num,36. Salzedo in addit.ad Diaz.in pract.can.crim.cap.
33.verb.eſt etiam.

13 Quo † vero ad caput iniuſtitiæ (vt omittam diſtin-
ctionem gloſę in cap. Epiſcopus.§.ſi ergo,& in cap.non
debet,§.cum ergo 11.q.3.& in cap.ſacro, in ver.iuſta fue-
rit extr. de ſententia excomm. dicentis tripliciter ex-
communicationem dici iniuſtam, nempe ex cauſa, ex
animo, & ex ordine) ſententia excommunicationis in
hac facti ſpecie videbatur eſſe tam contra iuſtitiam lega-
lem, quam contra iuſtitiam commutatiuam: contra legá-
lem quidem quia ſubſtantialis iuris ordo ſeruatus non
fuit; contra commutatiuam verò, quia deficit cauſa iuſta,
vt per Suar. de cenſur. diſp 4. ſect.7.n.2.

14 Quod † autem ſit iniuſta contra iuſtitiam legalem, ſua-
detur quia non fuit præmiſſa trina canonica monitio, vel
vna pro tribus, pro vt requiritur, cap. ſacro extra de
ſenten. excommun.& cap. Romana eodem tit.in 6. & v-
* trobique DD. & eſt communis opinio, vt, pluribus rela-
tis, teſtatur. Couar.in cap.Alma mater, §.9.num.5.de
ſenten.excommun. innumeros etiam congerit, Sayr.de
cenſuris libro primo, cap.duodecimo, num.trigeſimo
ſecundo.

Adeo, vt ſi Iudex ſine monitione præſumpſerit excō-
municationis ſententiam ferre, quantumuis ex iuſta cauſa,
ſit per menſem ab Eccleſiæ ingreſſu interdictus, & arbi-
traria pœna plectendus, tex. expreſſus in cap. ſacro in
principio extra de ſentent. excommun. & ex præſcri-
pto Concilij Tridentini, requiritur ſaltem bina moni-
tio, vt expreſſis verbis cauetur in cap.3. ſeſſ.25. de re-
formatione.

Ex hac enim omiſſione tametſi cenſura non ſit nulla
eſt tamen iniuſta, vt probat text. in cap.Romana Eccle-
cleſia de ſenten. excommun.in 6. vbi cauetur, ne Iudices
ferant ſententias excommunicationis ſine competenti
monitione,& ſic contra præſumpſerint iniuſtas nouerint
illas eſſe: Et ſic quamuis non dicat nullas, dicit tamen
iniuſtas, vt ibi ponderat Gloſ.in verbo iniuſtas, quam
* ibi, & alibi Doctores communiter recipiunt. Nauarrus
in Manuali cap.27.nu.8.Couarruuias, qui plurimos con-
* gerit, & de communi teſtatur in dicto capitulo Alma
mater,§.9.n.7. Auila de cenſuris parte 2.capite quinto,
dubio nono, Menoch.de arbit.iud.lib.ſecundo, cenſur.6.
caſ.542. nu.18. & tradit Sayrus de cenſuris lib.1. cap.12.
vbi ponit regulam cum ſuis ampliationibus, & limita-
tionibus.

Eiuſmodi verò non erat monitio d. Iudici miſſa; in
15 qua † non fuit aſſignatus terminus competens, cum ali-
quo dierum interuallo, ſed præcipitanter ſententia lata
intra anguſtias ſex horarum, contra textum in cap. con-
* ſtitutionem de ſenten excommun. in 6. & ibi Doctores
communiter. Soccin.ſen.in cap.perpendimus, num.112.
de ſentent.excommun. Nauarr.in Manual.cap.27. num.
11.Couarru.in dicto cap. Alma mater, §.9.n.5.Sayr.cum
per enim congeſtis dicto cap.12. n.33. & dixit Rota in
terminis ſex horarum in Leodien. Abbatię conuen. 6.
Nouembris 1620.coram bon.memor. Card. Sacrato in
fine. Hinc Diuus Gregorius lib.12. epiſtolarum epiſt.26.
redarguit Mauritium Epiſcopum, quod nimis feſtinus
fuerit in quadam excommunicatione ferenda. Cuius
Sancti Doctoris verba ita cantant. Frequenter me admo-
nuiſſe vos recolo, vt in proferenda ſententia eſſe præcipi-
tes nullatenus debeatis &c.

Contra iuſtitiam commutatiuam etiam videbatur ſē-
tentia tanquam ex falſa cauſa lata, primo quidem, quia
non conſtabat in proceſſu dictum Iudicem habuiſſe no-
16 titiam extractionis ipſius Rei factæ ab Eccleſia, † igno-
rantia vero excuſat ab excommunicatione, quia fertur
tantum ob contumaciam, cap.nemo 11. quæſtio tertia
cum alijs per me congeſtis in deciſ.29. numero.... quæ
contumacia non cadit in ignorantem, lege qui ignarus
17 ff.locat.facit capit.ſecundo de conſtitut. in 6. † licet hoc
maximè procedat in cenſuris ab homine ferendis, in qui-
bus inexcuſabilis contumacia requiritur, cap. ſacro,
capit.contingit, il ſecundo de ſentent.excommunic. cap.
Romana, ver. ſed nec; eod. tit. in 6. capit. repre-
henſibilis, & ibi Doctores extr.de appellation.Soccin.
ſenior.in capit.perpendimus, numero 67. & 91. de ſen-
tent. excommunic. Couarruuias in cap. Alma mater
1.parte, §. nono, numero quarto, & tradunt omnes
* ſummiſtæ, quos recenſet, & ſequitur Sayrus de cen-
ſuris libro primo, capit.12. numero quinto, & cap. 9.
numero 32.

18 Nec † ſunt ferendæ niſi cum magna circunſpectione,
vt cauetur in Concilio Tridentino ſeſſione 25. cap.3. de
reformat. & non niſi ex magna cauſa continente pecca-
tum mortale, quod aliter corrigi nequeat, vt colligitur
ex pluribus locis Sancti Euangelij relatis à Sayr. de cen-
ſuris lib.primo, cap.9.n.1. & 2. vbi plurimos Theologos,
& Canoniſtas congerit.

Nec videbatur ſufficere ſciontia quam Iudex laicus
habebat extractum illum in ſuis reperiri carceribus, quod
negari non poterat, ex quo, illum iam conſtituerat; quia
requirebatur explicita ſcientia illius qualitatis, de qua
19 agitur, captum ſcilicet fuiſſe in Eccleſia, † ſcire enim
quis non dicitur, ſi ſcit actum, & ignorat qualitatem,
gloſ.in cap. conſultationis, in verbo, ſciuerit de appella-
tio.in 6. Borgn.deciſ.duodecima, num.37. Maſcard.de
probat.lib.tertio, concluſ.1293.num.decimotertio. Alex.
conſ.20.nu.9. lib.quarto. Marſil.ſing.38.verſ.emptio Ti-
raq.de retract.lignag.gloſ.2.num.30.& rurſus de legibus
conub.gloſ.octaua, num.183. cum alijs per Rot. in Ro-
mana de Mateſcottis 29.Ianuarij 1618.coram Cardinali
Sacrato.

20 Et † eſt regulare, vt in omni materia præiudiciali re-
quiratur ſcientia, explicita, & indiuidua omnium quali-
tatum, dicto cap.conſultationi,& ibi Doctores, cum alijs
per Alexand,in conſil.154.numero quarto, volum.1. &
latius per Surdum deciſ.565.num.octauo, cum ſequenti.
Rota in Bononien. fideicommiſſi de Pancratij 17. No-
uembris & 15. Decembris 1889. coram Gipſio, & in
Romana de Mareſcottis 20.Martij 1605.coram Cardin.
Sacrato Cardin. Caualerius in deciſ. 489. numero ſe-
cundo, & tertio, in qua cauſa ſcripſi, & obtinui ego
qui tunc Iunior aduocationi in Alma Vrbe vaca-
bam.

21 Maximè † vero quando agitur de incurſu pœnæ, vt per
Rot. inter impreſſas à Pacif. in calce eius tractatus de
Saluian.interdict.deciſ.decimaſeptima, in fin. vbi fuit di-
ctum, quod quando non agitur de incurſu pœnæ, licet
agatur de alio præiudicio, ex ſcientia partis reſultat prę-
ſumptio ſcientiæ totius quę eſt pulchra limitatio ad prę-
cedentem concluſionem.

Porrò cum dictus Iudex, haberet pręſumptionem iuris
22 pro ſe, † ex quo in dubio quis præſumitur actum ignora-
re; fiſcus Epiſcopalis, qui in illius ſcientia ſe fundat, illam
probare debebat, gloſ.per illum text.in lege verius, ff.de
probat.& lege vltima in fin.ff. pro ſuo text.in cap.præſu-
mitur extr. de regulis iuris, & tradunt plurimi relati à
Maſcardo, qui latè materiam explicat in tractat. de pro-
bat.tom.2.concluſ.879. n.1.& ſequentibus.

Quin etiam ſi adeſſet præſumptio ſcientiæ, ſufficeret;
23 † quia cenſuræ infligi non poſſunt ex præſumptionibus,
vt per Nouarium in tractatu de priuilegijs miſerabilium
perſonarum, priuileg.4. numero 7. Immo nec ex indicijs
indubitatis dicit Riccius deciſ. 8. per totam parte 3.

24 ductus ex regula generali, † quod ex indicijs indubitatis
nemo plecti poſſit pœna ordinaria ſed tantum extraor-
dinaria, vt poſt alios tradit Clar. in §. fin. quæſtione 20.
verſ. ſcias tamen, Menoch. de arbitrar. Iudicum, caſ. 279.
Gramm. deciſ. 42. Ioſ. Ludou. concluſ. 45. Maſcard. de
probat. concluſ. 1223. n. 10.

Secundo contra iuſtitiam commutatiuam, & ex falſa
25 cauſa dicebatur lata eadem ſententia, † quia vbi ab alio
quis per vim vel deceptionem extractus fuit ab Eccleſia,
abſque ſcientia vel participatione Iudicis, vtique Iudex
poteſt illum capere, & retinere, nec tenetur reſtituere;
cum extra locum ſacrum illum inueniat, & ibi incipiat
exercere iuriſdictionem ſuam, & ideò non violat immu-
nitatem, neque tenetur reſtituere: benè teneretur ipſe
extractor, ſed ſi id non poteſt, eſt per accidens, & ſa-
tisfaciet reſtituendo expenſas & damna. Ita tradit Fran-
ch. Suarez tom. 1. de ſtatu religionis lib. 3. capitul. 13.
in fine.

Cum igitur Iudex non teneatur reſtituere, vtique ex-
26 communicatio lata dicitur ex falſa cauſa; † quando autē
cauſa non eſt vera & realis, vel nō ſufficienter probata,
* communis ſchola Theologorum tenet excōmunicationē
eſſe nullam, & iniuſtam, & quamuis quoad nullitatem
Canoniſtæ non videantur conſentire, vt poſt alios videri
poteſt apud Suar. de cenſuris diſputat 4. ſectione 7. n. 4. 5.
& 6. tamen nullius etiam Canoniſta negat talem excom-
municationem eſſe iniuſtam, vt fusè per Sayr. cum per
eum congeſtis de cenſuris lib. primo, cap. 17. numero 4.
7. & infra.

Tertio dicebatur contra iuſtitiam commutatiuam,
quia tam per ſententiam latam in contumacia, quam per
propriam eiuſdem Rei capti confeſſionem conſtat illum
eſſe aſſaſſinum, & ſic ſumus in crimine ab ipſa Conſtitu-
tione Gregoriana excepto; vnde eſto captura à birrua-
rijs facta nulla fuerit; in quo actu Iudex non participauit,
retentio tamen videtur iuſta. & ſic quod male captus
27 bene fuerit retentus, † ex nonnullorum ſententia qui
opinati ſunt Curiam Eccleſiaſticam in ſimilibus caſibus,
velit nolit, teneri eundem ad Eccleſiam confugientem
tradere Iudici ſeculari petenti, alias ordinario eum tra-
dere recuſante poſſe miniſtros laicos illum propria
authoritate extrahere, ponderando illa verba eiuſ-
dem conſtitutionis, niſi, eo caſu, vt aduertunt Ge-
nuen. in Praxi Archiepiſcop. capit. 22. ſub num. 5. verſic.
& hoc hodie, Marius Ital. in tractat. de immunit. Ec-
cleſ. lib. primo, capitulo ſexto, §. ſecundo, numero
80. & ſequenti, Farinacium eodem tractatu nume-
ro 366. (quod tamen eſt contra mentem Sacr. Congre-
gationis.)

28 Et † ſic perperam Eccleſia videtur petere eum, quem
ſtatim reſtitutura eſt, lege dolo, ff. de doli mali, except.
lege 1. in princip. ff. quorum legatorum, Bart. in lege ſi
ſocer. §. lucius, num. 2. ff. ſolut. matrimon. Rota deciſ. 770.
ſub num. 1. part. 2. recentior. Et fruſtra expectamus id,
cuius euentus nihil operatur, lege aliquando, §. fin. ff.
ad Velleian l. cum hæres, §. 1. ff. de acquit. hæred. l. apud
Iulianum, §. final. & lege ille à quo in princip. ff. ad Tre-
bellian. Crauett. conſilio 685. numero 9. Cephal. con-
ſilio 370. numero 109. Beccius conſilio 17. numero 4.
Sard. deciſ. 184. numero 8. Neuiz. conſilio 51. numero
18. Magon. deciſ. Lucenſ. 41. num. 2. & deciſ. 17. ſub nu-
mero 5.

29 Et † nemo tenetur facere actum fruſtratorium, le-
ge 2. in fin. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. Bartol. in
ſua quæſtione 18. Pupillos in fine princ. ſub num. 3. verſic.
4. ſic.

30 Imò † iudex ex officio tollere debet actus inutiles, &
fruſtratorios. Roman. conſ. 67. in fin. vbi plenè Mando-
ſius in addit.

31 Præſertim † quia lex abhorret inanes circuitus, Clem.
auditor de reſcript. Bald. conſ. 100. circa fin. lib. 4. Tira-
quel. de retract. conuenct. ad fin. tituli num. 61. Dec. conſ.
408. Afflict. dec. 8. n. 4. ad fin. Rota deciſ. 770. ſub n. 1. par.
2. recentiorum.

His tamen minimè refragantibus dixi cedulonos ritè
& rectè affixos fuiſſe, & ſentētiam declaratoriam à quo-
cunque vitio nullitatis, & iniuſtitiæ fuiſſe immunem, ac
propterea confirmandam eſſe, vti fundatam in Bulla
Gregoriana, alijſq; canonibus, & conſtitutionibus ſatis
claris, & expreſſis.

32 Quamuis † enim ante tempora Gregorij Decimiquar-
ti, extractio, & omnis immunitatis Eccleſiaſticæ violatio
interdicta eſſet ſub pœna excommunicationis ferendæ,
capit. minor, capit. ſi quis contumax, capit. quiſquam 17.
quæſt. 4. cum ſimilibus; per eiuſdem tamen Pontificis
Conſtitutionem determinatur, vt violatores, & quo-
modocunque præter vel contra illius formam atten-
tantes, ipſo facto omnes excommunicationes, &
cenſuras, incurrant, quæ à iure contra violantes im-
munitatem, aut libertatem Eccleſiæ ſtatutæ ſunt,
vt ibi legitur in §. quod ſi quis, ibi, declaramus eum
ipſo facto cenſuras, & pœnas incurrere, quæ con-
tra libertatis iuris & Immunitatis Eccleſiaſticæ viola-
tores, per Sacros Canones, Conciliorum generalium,
noſtrorumque Prædeceſſorum conſtitutiones ſunt pro-
mulgatæ, quamobrem hodie extrahentes non ſunt ex-
communicandi, ſed veniunt dumtaxat declarandi ex-
communicati: vt per Genuen. in Praxi Archiepiſcop. c.
22. numero primo, Marius Ital. tractatu de Immunitate
Eccleſiaſtica lib. primo, capit. ſexto, §. ſecundo, numero
vigeſimonono, & ſequenti. Alexand. Peregr. eodem
tractatu capit. decimoquinto, numero quinto, Fa-
rinac. de Immunitate Eccleſ. numero 313. vbi ait hoc
eſſe verius, & ita ego in omnibus cauſis Eccleſiaſticis
praticari vidi.

Quarè ſaluandi ſunt ſecundum priora tempora, Sua-
rez de relig. tom. primo, tractatu ſecundo, lib. tertio, cap.
decimotertio, numero ſeptimo, circa finem, & Duard. in
Bulla Cœnæ lic. ſecundo, cap. decimoquinto, quæſt. 16.
numero vigeſimoprimo, dicentes probabile eſſe, vt di-
ctę cenſuræ non incurantur niſi poſtquam extrahentes
requiſiti, vt extractum reſtituant, id implere tenuerint.
Nam immo cum etiam attentantęs aliquid præter, vel
contra formam dictæ conſtitutionis, ipſo facto ex-
communicentur, certè hodie dicta opinio eſt impro-
babilis tanquam expreſſis verbis Conſtitutionis repu-
gnans.

33 Præſertim † ſtante clauſula, ſublata, quæ omnem pror-
ſus extraneam interpretationem excludit, Dec. conſil. 61.
num. 2. l. 1. Aymo. conſ. 201. num. 43. Put. deciſ. 50. num. 5.
lib. 1. Farinac. conſ. 76. num. 14. & millies decidit Rota
Romana, vt ex Marta in d. tractat. de Clauſul. in cla. ſu-
blata. & in terminis huius Bullæ aduertit peregr. de Im-
munitate Eccleſiaſtica cap. 10. num. 44. & hinc omnia
fundamenta ſupra in contrarium adducta attenta d. Bul-
la corrunt. Sed quod magis eſt, etiam ſecundum tempora
antiqua corruerent.

Non enim obſtat defectus citationis perſonalis, regu-
lariter ad hunc effectum requiſitę: id enim non eſt per-
34 petuò verum † & ſignanter fallit, ad rem noſtram, quo-
ties excommunicandus dolo latitat, vel ſubter fugit cita-
tionem perſonalem, vel alio modo abſentia eſt malitio-
ſa, tunc enim ſufficit citatio ad domum, vel per edictum,
vt eſt tex. in Clemen. cauſam circa finem de elect. &
poſt alios, quos citat, tradit Gail. in practic. obſeruat.
* lib. 1. obſeruat. 55. numero. 2. vbi teſtatur de commun.
Scacc. de Iudic. lib. 1. cap. 45. ſub n. 21. Tiraq. de retract. §.
9. gloſ. 2. num. 7. & in terminis cenſurarum. tradunt. Ge-

nuen.in Prax.Archiepiſc. Neapol.cap.29.num.12. Couarru.in cap. Alma Mater, part.1.§.9.num.4.verſ.primo caſus.Sayr.de cenſuris lib.1.cap.12.num.12. & 36, Suarez de cenſur. diſputat. 3. ſect.11. numero 6. Vgolinus de cenſur.tab.1. cap. 18. §.1, Bonacci,etiam de cenſur. diſputat.1.quæſt.1.puncto 9.ſub.n.9. ver.primus caſus,
* vbi teſtatur de commun.opin.Alter.de cenſuris diſput.3, lib.3.cap.3 verſic.excipiuntur; & ratio eſt in promptu, quia nempe doloſus non permittens ſe citari,non debet ex hoc dolo commodum reportare,ſed habendus eſt perinde ac ſi perſonaliter citatus fuiſſet, l.dies cautioni, §. toties, ff. de damn.infect.& tradunt Gaill.& Scacc. locis citatis.

In caſu verò noſtro conſtat, Nuntium non fuiſſe admiſſum ad præſentiam ipſius Iudicis,immò reiectum,
35 & ſic Iudicem latitaſſe vt ex relatione ipſius Nuntij, † cui credendum eſt, tanquam teſtificante de his, quæ ad ſuum officium pertinent l. 1. §. cura carnis,vbi Bald.ff.de offic.præfect.vrb.latè Roman.conſ.497. num.5. Tiraqu. cum per eum congeſtis de retract.lignag.§.8 gloſ.9. numero 10.& 11. Franch.& Dec.in cap.cum parati, de appellat.Gratian,diſcept.forenſ.tom.quarto, capit.697. num, 13.

36 Sic † in ſimili dicimus quod quando cittatus noluit copiam citationis acceptare, idem eſt ac ſi ei tradita fuiſſet ad l.iure ciuili, & ibi Socc.de cond. & demonſtr. latè Tiraq.de retract §.1.gl.1.n.9. & in terminis citationis Rota deciſ.11.de dolo & contumacia in nou.Lancell, de Attent.par.2.cap.4. de attent.lit.pend.numero.106. & ſeqq.

37 Prout † nec eadem concluſio procedit quoties citatio quocunque modo deuenit ad notitiam citati, quia notitia citationis ad domum, æquiparatur citationi perſonali,Felyn.in cap.cum ſit,de Appellat. Tiraq.de retract. §.9.gloſ.2.num.16. Couarru.d.§.9.num.4.verſic.tertius caſus.Tiraqu.de vtroque retract.tit.1.§.9.gloſ.2.num 4. Genuen.d.cap.29.num.12. Leo.Theſau.for.Eccleſ.part. 2.cap.17.numero 33. Antonin.var.reſol.lib.1.reſol.71. numero 9.Vgolinus de cenſur.tabula 1, cap.18.§.1 in fine,Sayr.de cenſur.lib.1.cap.12.numero 14. Suarez eodem tract.diſp.3.ſect.11.numero 6.& ita poſt Vaſquez, & alios tradit Bonaccina de cenſuris diſp.1. quæſt.1.ſub numero 9.verſic.tertius eſt. Alterius loco citato Caſſad. deciſ.6. numero 11. de cauſ.poſſeſſ & propr. Rot.deciſ. 11.de dol.& contum.in nou.& in Lunen. Sarzanen. coram Cardin. Seraphino relata in deciſ.90. num.2. par 1, recent, vbi dictum fuit citationem perſonalem, aut certam ſcientiam, & indubitatam notitiam eſſe neceſſariã; quibus addo eandem Rotam in Bracaren. Archidiaconatus 10. Maij 1625. coram Coccino, & ratio eſt, quia certus certior fieri non poteſt, cap. eum qui de regul.iuris in 6.

38 Quod † autem Iudex habuerit certam, & indubitatam notitiam citationis manifeſte patet ex eo, quod miſit Procuratorem ad appellandum ab eadem citatione, vt in puncto aduertunt Felyn.in dicto cap.cum ſit Romana, num.15.de appell.Ægid,deciſ.538. Ro.d.deciſ.11.de dolo & contum. in nouis, & fuit etiam conſideratum in d. deciſ.90.n.3.par.1.recentior.

Non pariter ſubiacet nullitati d ſententia, quia lata poſt interpoſitam appellationem,id enim procederet in
39 appellatione legitima,† ſecus in friuola, quæ non annullat excommunicationem poſtea latam, vt poſt alios tradit Marant.Soccin,in ca.nulli, n.40.de ſenten.excommunicationis,Vgolinus de cenſuris tab.1.cap.13.§.18.n. 13. plurimos refert & ſequitur Sayr. de cenſu.lib.1.cap. 16.n.27.

Friuola verò fuit eiuſdem Iudicis appellatio,tum quia interpoſita à citatione legitima, tranſmiſſa à Iudice Eccleſiaſtico, ad quem ſolum ſpectat congnitio, an quis ſit excommunicandus, vel veniat declarandus, Concil. Trident.ſeſſ.25.cap.3.ver.nefas autem, de reform. Tum etiã quia fuit interpoſita vel ad denegandam, vel ad protrahendam obedientiam, quæ propterea veniebat reijcienda, cap.cum appellationibus de appell.in 6. Verall. deciſio.328.n.2.par.prima, Rota in Verdunen. Iuriſdictionis 23,Iunij 1600.coram Penia.

40 Tum † & tertio quia in ea nulla fuit expreſſa cauſa, prout in hac materia requiritur ad hoc, vt appellatio non ſit friuola, Mar. Socc. in cap. à nobis 28. numero 39. & in cap.ſacro 48.numero 166. de ſentent. excommun.

41 Quinimò † etiam ſi appellatio non fuiſſe friuola, non tamen in caſu noſtro potuiſſet ſuſpendere effectum ſententiæ poſtea latæ,ex quo agimus de excommunicatione lata à iure,ſeu per viam ſtatuti,à qua minimè appellatur, Anchar.in cap.quicunque,n.3.de ſenten. excomm in 6, arg.l.ſi qua pœna, ff de verb. ſignif. ſententia enim iuris ſemper præſumitur iuſta, arg.capitul. erit autem lex, diſtin.4.

Prout nec etiam terret appellatio à declaratoria interpoſita;per quam dicebatur impediri affixionem cedu-
42 lonorum, Tum † quia hodie a declaratoria non datur amplius appellatio ad effectum ſuſpenſiuum iuxta nouas ordinationes Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium Congregationis ſuper Controuerſijs Iuriſdictionalibus.

43 Tum † etiam quia ſumus in facto notorio, in quo procedi poteſt ad denuntiationem, appellatione non obſtãte,Franch.in cap.Paſtoralis, §.verum quia, num 27.de appellat.poſt Ioan. And. Lapum Imol. & Gemin.ab eo relatos,Lancell.de attent.par 2.cap.12.limit.2.n.30.tit. de attent, appellat. penden. & fatetur Ricc. ex aduerſo citatu. deciſ.102. n.6 par.3. & admittit Scacc.de appellat. quæſt. 17. limitat. 23. ſub primo 37. ver. confirmatur 4.

44 Tametſi † à declaratione Notorij detur appellatio, vt per eundem Scacc.d. quæſt.17. limit.4. num.65. vbi plurimos congerit, Vnde cautela eſt vt condemnatus non dicat appello ab illa pœna; ſed appello quia non ſum culpabilis, vel quia non eſt probatum me incidiſſe in iſtã pœnam, Bald.in l.1.C.ne ex delict.defunct.colum 6.ſequitur Felyn.in c.cum non ab homine ſub numero 12. de Iudicibus.

Nec agebatur dumtaxat de notorio facti tranſeuntis,
45 neque de ipſa extractione,† ſed de notorio facti permanentis, nempe de retentione, quod notorium non eſt iuris ordine probandum, cap tua nos & ibi Innoc.num.2. ad fin.de cohab. clericor.& mulier.cap.3. de teſtibus cogen.cap.euidentia, de accuſat.gloſ.& Bart in l.1.C.qui & aduerſ.quos. Cæphal.conſil.82 numero 52. Capella Tholoſ.deciſ.590.numero 1. Soccin.iun.conſilio 65.numero tertio, lib. primo. Menochius de recuper. poſſeſſ.remed.15. numero 264. Farinacc. cum per eum congeſtis in tit. de delict. & pœn. queſtio 21. numero 81. & 88.

46 Tum † & tertio quia ſumus in vero contumace, qui de iure non appellat,l.properandum,§.ſin autem, C.de Iudic.l.1.C.quando appellatio non recipiat.Rota deciſ.16. alias 364.num 1.de dolo, & contumacia, Marant.in ſuo ſpecu.par.6.memb.2.num.19. & actu 2.princ.in verbo, & quandoque appellat.num.41. & num.289. Dec.conſil. 34.numero 1.& ſeqq.Capic.deciſ.139.numero 2.Scaccia cum per congeſtis tract. de appellat.quæſt.17. limitat.3. numero 1.& ſeqq.vbi rationem reddit, & latè materiam
* proſequitur, & eſt communis opinio, quam ſequuta fuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cadinalium negocijs Epiſcoporum, an Regularium præpoſitorum

Digitized by Google

corum in Decreto approbato à felicis recordat. Clem. VIII. impreſſo in terminis noſtris à Genuen. in Prax. Archiep.cap.88. in additio.in fin.num.47. cuius etiam meminit in cap.28. id addit.num.9. quam etiam (eo non citato) reſcripſit. Sccac.loco ſupra relato, n.1. & Belletus diſqui.cleric.tit.de fauore Clericorum. Canonis §. quinto,n.26.

47 Quod † autem d. Iudex fuerit verus contumax, ex eo ſuadetur, quia à citatione, vel interlocutoria iniuſtè appellauit, & ſic cenſetur proteſtaſſe ſe nolle amplius corā illo Iudice comparere, cap.cum qui de dolo, & contum. in 6.clemen.1.eodem tit.

48 Et † in indiuiduo quod is, qui minus ritè ab interlocutoria appellauit dicatur verus contumax. Mattheſil. in ſing.59.& ibi adden. Lancell.in tract.de atten. tit.de ſenten.in cauſ.atten.feren.par.3.c.28.n.52.& eſt textus in d. clem.1.de dolo,& contum.

49 Quarto quia retentio eius, qui ab Eccleſia fuerat extractus erat notoria, & publica, & Iudex laicus commonitus fuerat, ideo ei non licebat appellare textus eſt rotundus, in cap.cum ſpeciali 61.§.porrò de appell.vbi redditur optima ratio.

Ceſſat etiam tertia nullitas, quæ dicebatur reſultare ex
50 quo teſtes examinati fuerunt parte non citata, † Tum quia friuolè appellans non eſt alterius citandus niſi, appellationi renuntiet. Put.deciſ.582. & ex textus omninò videndus in cap.cum qui de dolo & contum. in 6. & in Clemen.1.eod.tit.Gemin.conſil.102.n.2.& 3. Vantius de Nullit.tit.quib.mod.ſent.null.repar.poſſell.numero 112. Ant.Gabr.in tit.de citat.concluſ.1.num.413. Marant.in Prax.par.6. actu 2. num.mihi 172. Mattheſil.in ſing.59. numero 14.

51 Tum † etiam quia quando agitur de periculo animarum (vt in caſu noſtro) procedi poteſt ad declaratoriam contra contumacem vel abſentem, etiam ex teſtibus receptis lite non conteſtata tex. notab. in cap. quoniam frequenter, §.porrò, vt lit.non conteſt. & ibi Marian. Soccin.in fall.58.iuncta fall.8.Præpoſit.in c.de accuſationibus 3. quæſt. 9. & in terminis excommunicationis tradunt Genuen.in Prax.Archiepiſc.cap 29.num.20.Bellet. diſqui. Cleric. tit. de fauore Clericorum, Canon.§. 5. numero 25.

52 Tunc † & tertio quia quando cenſuræ feruntur pro defenſione violatæ iuriſdictionis, & ad reſiſtendum executioni de facto, ſubſiſtunt etiam ſi de facto relaxentur non ſeruandis; eſt textus in cap.reprælienſibilis, vbi gloſ.in ver.proferatur, & Abbat.num.13. extr.de appellat.gloſ. c.in ſacro, verb. iuſta de ſentent. excommun. & in cap. primo,verb.ſine ordine,vbi etiam Abbat. numero 3. extr.de exceſſ.prælat.plenè Sayrus de cenſuris lib.1.cap.12. numero 26.

53 Et † poteſt Iudex Eccleſiaſticus pro violata iuriſdictione ſine monitione ad excommunicationem procedere text.in capitulo dilecto de ſent. excommun.in 6. & poſt Innoc.& Ioan.Andr.tradit Lapus alleg.73. n.3. ver.item quando,vbi Adden.littera t. Marian. Soccin.in cap.perpendimus,n.22.de ſent.excommun. Genuen.cum per eū relatis in Prax.Archiep.cap.18.n.2.& c.30.ſub n.4. Ricc. in Prax.fori Eccleſ.par.3 reſol.23.Sayr.de cenſur.lib.1.c. 12.num.20.Fainad.in tract.de Iuſtitia interdicti par.4.in. 3.obiectione,ver.hoc enim,Menoch.de Arbit. Iud.centur.6.caſ.543.n.29.

Et quamuis Couarruuias in cap. Alma Mater par.1.§. 9.ſub num.6.ver.hinc denique, pluribus pro hac ſententia citatis,illam non probet; & in effectu contrarium expreſsè ſenſerit Abbas (licet ſoleat pro hac ſententia citari) in cap. venerabili num.3. de cenſibus poſt Hoſtienſem; quem citat. Nihilominus cum hoc caſu execommunicatio feratur dumtaxat ad hoc vt ille deſiſtat à violentia, vel à contradictione, ac reſiſtētia; vtique non verſamur in terminis, in quibus iura requirunt monitionem, ac proinde illa non eſt neceſſaria; ſed benè debet fieri præceptum ſub aliquo breui termino peremptorio, vt ſi intra illum non pareat, vel deſiſtat, ſtatim ipſo facto cenſura incurratur, vt egregiè philoſophatur, Suarez de cenſuris diſputatione 3. ſectione 8. num. 10. idemque tenuit Alterius de cenſuris diſputatione 3. lib.3. c.1.ſolutione vltima, verſ.ſolent, & ſubdit Suarez eo loci terminum illū tantum debere eſſe, quantum ad deliberandum, & humano modo agendum moraliter ſufficiat, quod iuxta cauſæ & negotij qualitatem Prælati prudentiæ remittitur.

Et ſic ceſſat etiam id, quod dicebatur ſententiam; de qua agitur fuiſſe contra iuſtitiam legalem, ex quo non præceſſit canonica monitio; quæ, vt dicebam non eſt neceſſaria vbi cenſuræ feruntur pro iure ſuo tuendo.

54 Sicut † etiam ceſſat idem obiectum vbi, vt in caſu noſtro, excommunicatio lata eſt à Canone. Trina enim monitio præmittenda eſt, & requiritur in excommunicatione ab homine ferenda, non autem in lata à Canone, vel ſtatuto legitimè promulgato. Ipſa namque lex, quæ ita maturè cenſuram hanc indixit, quotidiè admonet ſubditos ne prohibitum crimen comittant, vel rem lege vetitam agant; ideo alia ſpecialis monitio neceſſaria non eſt, vt probatur in cap.ſi qui ſuadente 17. qu.4. vbi gloſ.& in cap.2.de conſtit.in 6.tradunt Doctores in cap.ſacro de ſentent.excommun.& in cap.1.eodem tit.in 6. Iaon. Lupus in cap.per veſtras, §.18. num.19. de donat.inter virum & vxorem.Couarruuias in cap. Alma Mater part.1. §.9. ſub num.5.ver. Trina vero Soccin.in cap. perpendimus num. 262. de ſenten.excommun. Menoch. de arb. Iudi.caſ.541.num.7. & caſ.543. num. 26. & ex Theologis Victoria in ſumm. in tractatu de excommun.num.6. Soto in 4.diſt.22.quæſt. 1.art.2. conclu.3. Suarez de cenſur. diſputatione 3.ſectione 8.num.3. & diſput.18. ſect.3. nu. 28.& ſequentibus. Alterius de cenſuris diſp.3.lib.3.cap.1. circa princip.& eſt textus expreſſus in cap. reprehenſibilis extr.de appellation. & ibi notat gloſs. & Abb. num. 6. & 7.

Et tamen in hac facti ſpecie canonica monitio ex vrbanitate præmiſſa fuit, quæ quamuis paucarum horarum ſpatio fuerit coarctata, non tamen eſt reprehendenda,
55 † quia in hoc caſu, in quo agitur de cenſura iam à Canone lata declaranda, requirebatur vnica citatio, non in vim monitionis, nec propter emendationem, vel nouam contumaciam expectandam, ſed propter iudiciarium ordinem ſeruandum, vt bene conſiderat, Suarez de cenſ. diſput.3.ſect.10.ſub num.17.in fin.& licet neminem alleget tamen ante eum quod ſcilicet hoc caſu non requiratur monitio, ſed citatio in formando proceſſu pro iuſtificatione facti tradunt Couarru. & Socc. quos refert & ſequitur Menoch.de arbi.Iudi.lib.2.centur.6.caſ.541.num. 7.& rurſus caſu 543.numer.27.& ſeq.vt plurimos congerit, & benè declarat.

Cuius tamen citationis omiſſio redderet declarato-
56 riam nullam, † vnde obiter aduertendum eſt hanc reſultare notabilem differentiam inter excommicationem ab homine ferendam, & declaratoriam cenſuræ à canone latæ: vt nempe in illa canonicę monitionis omiſſio regulariter reddat ſententiam iniuſtam non autem nullam; in iſta verò omiſſio citationis reddat ſententiam nullam, Imol.in cap.extirpandæ col.6.in princip.præbend.egregiè Aretin.in conſil.163.ſub num.10.& ſequenti, Felyn. in cap. Rodulphus, numero 11. ver. nihilominus de reſcript. Couarru.in capit.Alma Mater par.1.§.9. numero 5. ver.etenim, Gigas de penſion.quæſt.78. numero 5. Menoch.conſil.9.num.10. & in tract.de arbitr. Iudic.caſ. 542.nu.19.& ſeq.vbi poſt Aretin. rationem diſcriminis reddit.

noſtris recepta eſt contraria opinio ſcilicet immiſſionem
ſine retardatione dandam eſſe; quo verò ad fructus ap-
pellationem ſortiri effectum; Marant.par.6. act.2.prin-
cip.in verbo,& quandoque appellatur,num.309. Couar.
pract.qq.cap.23.num.8.in fin.verſic.idem erit, Menoch.
de adipiſcend. remed.4. quęſt.100. declarat.7. num.869.
& 870. Contard.in d.vnica limit.1.num.28. Vrſil.in an-
notat.ad Afflict.deciſ.269.ſub num.1.Veſtr.in Prax.lib.7.
cap.3.ſub num.8.verſic.addo alios caſus, Marcheſ.de
commiſſ.parte ſecunda, in commiſſ.appellat.cap.2.ſub
num.60. Ruginell.de appellar.§.2. cap.3. numero 723.
Afflict.deciſ.77.ſub numero 8.& de ſtylo Romanę Curię
teſtantur Contard.in dicta lege vnica, limitat.prima,
numero 29.Marcheſ.parte 1.de commiſſ.in poſſeſſ.Salu.
interd.cap.21.numero 32.& 33.Scacc.de appellat.quęſt.
17.lim.6.memb.9.n.33.ſiue ſententia contineat commix-
tionem ſeparatim, ſiue vnico capitulo cum connexio
non conſideretur in verbis,& ſtructura orationis,Scaccia
& relati dicto membro nono, n.36.

Quoad ſecundum caput, quod nempe non fuerit rite
11 appellatum probatur, quia in † ipſa appellatione non
fuit expreſſa cauſa, quę de iure Canonico in poſſeſſorijs
ſpecificè exprimi debet ad hoc,vt appellatio admittatur,
Bald.in dicta l.vnica, num.6.& ibi Salicet.nu.1. Contard.
limit.3.numero 27.C.ſi de moment.poſſeſſion.Menoch.
de adipiſcend.remedio 4. num.840. ante medium, & nu.
844. Couar.pract.quęſt.cap.23. numero 8. Auffrer.ad
Capell. Tholoſan.deciſione vlt.num.5. Acchill. Perſo-
nalis de adipiſcen. numero 345. Zuccard. in lege final.
numero 441. verſic.hanc fallentiam, C. de edict. Diu.
Adr.tollen. Roman.conſ.324.num.4.& 6. Rubr. Alex.
conſil.51. ad fin.verſic.item ſatis eſt, quod ius Canoni-
cum, Bald.conſil.141. colum.2. poſt med. verſic.& ad
eundem tamen,numero primo lib.primo, conſil.217. in
fine, verſic.aduertendum, num.9.lib.2.conſil.203. ad fin.
verſic. præterea expreſsè, lib.quarto. Gratian.diſceptat.
foren.cap.183. num.10. Scacc.de appellat.quęſt.17. li-
mitatione 6.memb.7.numero 14. & 105. Farinac.& per
eum relati de delict. & pœn. dicta quæſt. 21. numero
120.qui hanc doctrinam vniuerſaliter tradunt in quo-
cumque caſu, quo appellatio ſpecialiter permitti-
tur.

12 Nec ſufficiens fuit † generalis cauſæ expreſſio per illa
verba,ſentiens ſe grauatum. Ea enim quę neceſſario ſunt
exprimenda in generali nominatione non veniunt lege
13 Pomponius de procurat.† quę adeo vera ſunt,vt cauſa
expreſſa debeat eſſe manifeſta,& apparens,vt notat Bald.
dicto conſil.141.Menoch.de adipiſcen.rem.4. quęſt.100.
ſub num.840.Contard.in lege vnica limitatione tertia,
ſub numero 33.C.ſi de moment.poſſeſſ. vbi dicit Ius Ca-
nonicum non attendere, an grauamen in ſententia
poſſeſſorij illatum poſſit reparari, vel non in alio iudi-
cio; ſed an aliquo modo de grauamine conſtet in actis,
14 † ita vt exequutio facta pendente eiuſmodi appellatió-
ne non retractetur vti attentata, Geminian.in capitulo
non ſolum, de offic. delegati, in ſexto, Addent. ad
deciſ. Tholoſ.quæſt.vltima, numero 4. & Iudex à quo
defer re eo caſu appellationi non debet, imò ſtatim exe-
qui idem ibi numero 5. cum per eum relatis vſque ad
finem.

Tertium caput, in quo verſatur Cardo pręſentis cau-
ſæ,eſt quod data,non tamen conceſſa,attentatorum exi-
ſtentia appellationiſque validitate, ea tamen in nulla ha-
betur conſideratione vbicumque deſerta remanſerit cau-
15 ſa appellationis † ita vt exequutio iudicati facta intra
decendium per cauſę deſertionem non poſſit amplius
dici attentata, Surd conſil.160.numero 58. Vant.in tit.
quoties, & intra quod temp.num.48. Lancell.de attent,
appellat.penden. in præfatione num.287. & cap.12. am-
pliat.1. numero 8. & limit.14. per tot. Mareſcot.variar.
reſolut.lib.2.cap.120.numero 63 Ægid.deciſ.420.Guid.
Pap. deciſ.213. numero 6. & multi alij per Lancellot.d.
ampliat.1.numero 8. Rot.deciſ.prima de appell.& apud
prima de appellat.& apud Seraph.deciſ.777.numero 1.&
in Regien. prioratus 16. Decembris 1602. coram Reu.
P. D. Decano.Per deſertionem enim res deuenit ad eum
ſtatum, à quo potuit habere efficax principium, Surd.
16 d.conſil.160. Rota in d.deciſ.1. † pariaque ſunt non ap-
pellare, vel appellationem interpoſitam deſerere argum.
l.furt.§.1. de eis qui not.infam.l.fin.§.illud C. de tempor.
appellar. ibi tanquam ſi ab initio non fuiſſet prouoca-
tum, Iaſ.d.l.præſens, in fin.ff.de re iud.& ideo tali caſu
ſententia mandatur exequutioni, non ſecus atque ſi ap-
pellatum non fuiſſet,d.l.fin.§.illud,l.ſi contra maiorem,
vbi Bar.C.de appellat.Ang.Imola, Caſtr.Alex.& Iaſ.in
dict.l.præſens, ad idem eſt gloſ.in l.2.in verſic. executio-
nem,C.de temp.appellar.Cardin.in clem.ſi appellatione,
in 1.quæſt.de appellat. & dicit Bal.in l.eos,num.7.verſic.
eſt,& alia,C.de appellat.& fingitur retrò nunquam fuiſſe
appellatum, Decian.reſponſ.24. numero 100. lib.1.&
conſil.181.num.29.& conſil.223.num.14 Honded.conſil.
4.num.9.volum.1.Ruginell.de appellar.§.9. gloſ.1.cap.1.
numero 3.& ſeq.& §.11.gloſ.1. cap.2.numero 21. Barz.
deciſ. Bonon.51. per tot.Surd.conſil.129. numero 10.vbi
17 probat effectum deſertionis retrotrahi quoad omnia,&
dixit in conſ.223.numero 14.Afflict.in Conſtit.appella-
tionum tempor.num.52.Raudenſ.conſ.15. num.5.vol.1.
18 Franch. deciſ.301. num.1. † & denique appellationem
deſerens dicitur facto ſuo ſententiam à qua appellauit
confirmare leg.hi qui, & ibi Caſtrenſ. num.8. C.de ap-
pellat.l.fin.in fin.C.de ſententijs,quę ſine certa quantita-
te.Rota deciſ.119.num.30.par.2.nouiſſimè, Maſtrill.de-
ciſ.166. numero 11. Surd.d.conſ.223. Maximeque hæc
procedunt in caſu notoriæ ex actis deſertionis, vt præci-
tati Doctores affirmant; eiuſmodi autem eſt ea,dę qua
agitur ex eo,quod procurator dicti D. Roberti appella-
uerit à ſententia delegati die 21.Februarij,cui eadem die
fuit à dicto Iudice aſſignatus terminus iuris ad redeun-
dum pro apoſtolis & ſic terminus 30. dierum, quo ter-
mino durante nullatenus comparuit, ſed per alios plu-
19 ries dies diſtulit,† propter quod cauſam eſſe deſertam,
immo deſertiſſimam manifeſti iuris eſt,l. iudicibus C.de
appellar.cap. ab eo eodem tit.in ſexto, clemen. quamuis
rigor.de appellation.Doctores in cap.perſonas, eod.tit.
Bald. in l.eos, §.apoſtolos,C.de appellation.Boer.conſil.
43.numero tertio, & ſeqq.& num.17. Surd.conſil.223.
num.11, & ſeqq. Lancellot.dict. parte 2,cap.12. in præ-
fat num.53.& limit.50.num.189.Mynſing.centur.3.ob-
ſeruat.22. numero 5. Scacc. de appellat. lib.2. quæſt.13.
numero 24. Marant. de ordine Iudic.6. par.in verbo, &
quando appellatur,num.208.Creſcent.deciſ.2.de appell.
& fuit reſolutum in Barchinonen. Canon. 12. Februarij
1574.coram Lancellotto in Peruſina de Vbaldis 13.Iun.
1588. coram Cardin. Pamphilio in Foroliuienſ. de To-
rellis coram Cardin M.Montio 7. Nouembris 1607. in
Romana pecuniaria 27. Iunij 1611. coram Reuer. P. D.
Vbaldo in Conchen.decim.17.Decembris 1612.coram
Reu. P. D. Manzanedo in Peruſina ſeu Ciuitatis Caſtelli
dotis 30. Ianuarij 1612. coram Gregorio XV. ita vt im-
pedimentum ſuperueniens appellantem non excuſet,
Rota deciſ.144.numero 2.parte ſecunda, diuerſor.& fuit
dict.in Salut.penſionis 14.Nouembris 1616. coram Emi-
nentiſs. Card.Veroſpio, & in dicta Peruſina, ſeu Ciuita-
tis Caſtelli dotis, & in Aſſiſienſis Canonicatus 5. Iunij
1595.coram Iuſto,quæ eſt deciſione 108.numero primo
ex impreſſis poſt primum volum.conſil. Farinac. vbi
Addentes bifariè limitant, & docent quando d. terminus
incipiat,

Contra

Digitized by Google

Contra hanc rationem obijciebatur Primo Vicarium
intra dictum terminum Iuris ex improuiſo Parma Ro-
mam, conceſſiſſe ac proinde per eum ſtetiſſe quominus
Procurator redierit pro apoſtolis, ita vt ſuccederet vul-
20 gata Iuris concluſio † tempus non currere appellanti,
quando ſtat per Iudicem, & non per appellantem, gloſ. &
Doctores, in cap. ex ratione de appellationib. & in l. C. de
tempor. appell. Caſtrenſ. conſ. 334. viſa appellat. num. 8.
verſ. circa vlt. lib. 1. Butr. in d. c. ex ratione de appellat. ſub
num. 6.

Sed hæc obiectio facili eliditur negocio, tum quia nul-
lo modo conſtat in actis, de abſentia Vicarij in dicto ter-
mino, immo nec quidem in proceſſu allegata reperitur;
tum etiam quia quatenus abſentia iuridicè probata
21 fuiſſet, adhuc non releuaſſet, cum Procurator nec di-
ligentias adhibuerit, nec proteſtatus fuerit, quæ prote-
ſtatio neceſſaria erat ad hoc vt impedimentum ſuffraga-
* retur allegaNti; vt firmant communi calculo Doctores,
& eſt text. expreſſus in cap. fin. de appell. & in cap. iuſtus
vbi notant Doctores de appellat. & in l. cum quidam,
eod. tit. Corn. conſ. 292. colum. 2. verſic. 2. videtur volum.
3. Soccin. conſil. 45. num. 1. vol. 1. & conſ 39. num. 32. lib.
4. Ruin. conſil. 113. num. 9. volum. 4. conſil. 85. num. 4.
volum. 5. vbi dicit eſſe neceſſariam proteſtationem, & re-
quiri pro forma, Cæphal. conſ. 185. num. 6. & conſ. 708.
num. 43. & ſeqq. Alex. conſil 164. num. 6. verſic. vnde di-
cit, Ioan. de Imola lib. 2. Surd. conſil. 228. num. 8. & ſe in
facto obtinuiſſet affirmant Imol. Domin. & Ant. de Butr.
in cap. cupientes, §. qui ſi per viginti, & ibi per gloſ. in
ver. propoſitam de electionib. in 6. & hanc partem in
practica tutiorem videri atteſtatur, Iaſ. in l. de pupillo,
§. ſi quis ipſi Prætori col. 4. verſic. verum quia multa iura
de noui operis nunciat. & refert Cæphal. dicto conſil.
708. Maranta in praxi part. 6. verſicul. & quando appel-
latur, numero 219. & ſeq. vbi reddit optimam huius pro-
poſitionis rationem, quia leges non tam conſiderant Iu-
dicis defectum, quam diligentiam appellantis, & ſequitur
Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 143. Boer. deciſ. 40.
* vbi de communi Theſaur. deciſ. 10. num 12. & ab omni-
bus ferè eſſe receptam teſtatur Aſin. in prax. §. 2. capit. 6.
* ante finem, & vſu receptam eſſe affirmat, Myning. cen-
turia 2. obſeruat. 1. quæ opinio adeo vera eſt, vt vnica
proteſtatio non ſufficiat ad excuſandum, ſed repetita
debeat eſſe. Franch. in cap. ex ratione ſub num. 46. ibi, ſed
tu teneas in caſu noſtro de appellat. Marant. in prax. d.
verbo, & quando appellatur, num. 230. & facta inſtanter,
& inſtantiſſimè Gramm. voc. 31. ſub num. 12. Theſaur. d.
* deciſ. 10. numero 12. & ſecundum hanc opinionem tan-
quam communem fuiſſe iudicatum in Senatu pedemon-
tano, teſtatur Oſaſch deciſ. 12. ſub num. 5 & n. 11. in fin &
ſequitur Ioſ. Cumia ſuper ritib. Sicil. c. 88. nu. 68. verſic. 2.
intelligendum.

22 Non † obſtat DD. in contrarium adducti, tum quia
loquuntur in caſu, quo impedimētū exoritur ex alia cau-
ſa quā ex perſona Iudicis, ſecus autem quando ex Iudicis
perſona procedit, vt diſtinguit Cæph. contrarias opinio-
nes concilians dicto conſil. 708. num. 51. affirmans id
Iaſonem tradidiſſe in d. §. ſi quis ipſi prætori, & eſſe de
23 mente aliorum quos refert. † Tum etiam quia ſcribentes
ex aduerſo adducti loquuntur de actu, qui faciendus non
erat in tempore continuo, vt ſunt dies dati ad acci-
piendum apoſtolos, quia tunc neceſſaria eſt proteſtatio
ad hoc, vt impedimentum excuſet; terribilis eſt diſtinctio
Minſing. obſeruat. centuria 3. obſeruat. 39. quam ante
eum tradidere gloſ. in cap fin. de appellat. Abb. conſ. 200.
lib. 7. Zabar. conſil. 128. num. 4. Dec. conſ. 356. colum. fin.
& Card. conſil. 128. dubio 2. elidens iura, & auctoritates
in contrarium allatas, quæ vel indefinitè loquuntur, vt
Carpan. & Soccin. & ſic in hanc diſtinctionem adducun-
tur, iuxt. Bart. in l. 3. §. prætor ait de damn. infect. & Cæ-
ph. in præcit. conſ. 708. vel loquuntur in terminis tempo-
ris vtilis.

24 Et in noſtris præciſis terminis nempe in tempore ad
accipiendum apoſtolos aſſignato, proteſtatione opus
eſſe ad hoc, vt impedimentum propter abſentiam Iudicis
excuſet textus eſt notabilis in l. vnica, iunct. gloſſ. in verbo
conteſtetur de lib. dimiſſ. & affirmat. in puncto pract.
Maran. d. par. 6. verſ. & quando appellatur, numero 420.
Ægid. concl. 342. Grauat. ad Veſtr. cap. 3. num. 71. & ſeq.
lib. 7. Marius Anton. lib. 2. reſolut. cap. 11. num. 16. cum
25 ſeq. Surd. conſ. 223. num. 11. † quare plus valent iſtę do-
ctrinæ in puncto, quam mille à remotis, quæ in contra-
rium poſſent afferri Caualcan. deciſ. nu. 13. p. 4. Gramat.
voto 198. n. 4. & cum in terminis ſuis indiuiduis nullum
habeant contradictorem, habent vim legis, & tanquam
leges ſunt obſeruandæ, vt poſt Caſtren. Iaſ. & alios notat.
Caualc. deciſ. 44. n. 39. par. 1.

Reſpondetur inſuper abſentiam dicti Iudicis delegati,
etiam vbi legitimè probata foret, non ſolum non excuſa-
re à proteſtatione; ſed per ſe ſolam nec legitimè impedi-
26 mentum probare; † quia ad illud probandum duo copu-
latiuè requiruntur, prius quod impedimentum ſit tale,
vt remoueri minimè potuerit l. ſed, & ſi prætor ex quibus
cauſis maio. vbi Bartol. & in l. quibus diebus vidi Soccin.
3. notabili de condi, & demonſtrat. Dec. l. 1. in fin. Cod.
de bonorum poſſeſſ. contra tabul. & conſil. 677. num. 4.
Gozad. conſil. 38. num. 11. Socc. Iun. conſ. 76. num 79 lib.
1. Grauett. conſ. 270. num. 3. ita vt qui facilè impedimen-
tum remouere poterat non dicatur impeditus l. qui po-
teſt de regul. iur. cap. fin. de elect. Felyn. in c. ex tranſmiſſa
in princ. de præſcript. Vaſq. controuerſ. c. 6n. lib. 5 num.
10. Seraphin. deciſ. 1206. num. 1. poſterius eſt vt impedi-
mentum, fuerit cauſa immediata, propter quam minimè
præſtitum fuerit, quod præſtari debebat l. qui commea-
tus de re milit, DD. in l. 2. §. quod diximus ſi quis cautio-
nibus vbi Alex. num. 6. & Iaſ. num. 5. Grauett. conſ. 151.
num. 22. & conſ. 179. num. 6. Decius conſ. 454. num. 6. &
& conſ. 552. num. 7. Boer. quæſt. 40. num. 4. Vant. de nullit.
ſent. ex defect. Iuriſdict. ordin num. 166. verſ. & erit, & de
vtroque ſimul Menoch. de Arbitr. caſu 118. num. 7. cent. 2.
Bart. in d. l. qui commeatus Afflict. deciſ. 29. & fuit dictum
in Tullen. Coadiutoriæ 17. Febr. 1614. coram bo. mem.
Card. Sacraro, & in Romana de Mareſcot 20. Mart. 1615.
coram eod.

Quod verò impedimentum fuerit cauſa immediata,
propter quam minimè præſtitum fuerit, quod præſtari
debuerat tunc probatum cenſetur, quando ille qui facere
tenebatur, accinxit ſe, deueniendo ad actus proximos
Bart. quem alij ſequuntur in l. 2. §. quod diximus num. 2.
ſi quis caut. vbi ponit exemplum de illo qui allegat ſe
impeditum venire non potuiſſe propter tempeſtatem
maris, qui debet inſuper probare ſe acceſſiſſe ad litus
maris, quem refert, & ſequitur Rota in d. Tullens. Coa-
diutoriæ, & ſic debet vltra impedimentum reale proba-
re ſuam diligentiam Rubr. in l. non ſolum §. morte num.
450. de operis noui nunciat Becc. conſ. 104. num. 13.
Alex conſ. 49. num. 5. lib. 2. Natta conſ. 258 num. 6. Surd.
* conſ. 369 num. 42. Card. Alb. in lucubr. ad Bart. ad l. qui-
bus n. 2. de condit. & demonſtr. vbi communiter ab om-
nibus hoc eſſe receptum teſtatur Maſcar. & in numeri
relati per eum de prob. concl. 885. n. 9. Caputaquen. dec.
72. n. & 6. par. 2. Surd. deciſ. 4. n. 3. & 203. n. 17. & probatio
iſta debet eſſe clara, & liquida Rota in Placentina Pa-
rochial. coram Bubalo, & in alia coram Lancellotto quas
refert, & ſequitur coram Gregorio XV. deciſ. 501. num. 1.
& ſeqq.

In caſu verò noſtro vtrumque deficit. Nam hoc po-
ſterius requiſitum non adeſt, quia procurator non ſe ac-
cinxit,

Digitized by Google

38 tionaliter,† accedente clauſula prout Iuris, quę totam
commiſſionem reſpicit, & limitat Seraph.deciſ.896. nu.
4.Rot.in recent.p.2.deciſ.208.num 3. & fuit dictum in
Romana S.Thomę 4.Februarij 1608.coram Scotto, &
inducit diſpoſitionem conditionalem ita vt ſi de Iure
concedendum ſit quod petitur habeatur pro conceſſo,
ſin minus habeatur pro denegato Matth. Brun. conſil.
17.ſub num.5.Surd.conſ.379. num.34. Seraph.deciſ.530.
num.5.Beltram.ad Greg.XV.deciſ.378.num.4. Parum
etiam vrgebat quod cum d. Procurator in ipſa appella-
tionis interpoſitio.ne inſtanter,& inſtantiſſimè petijſſet
Apoſtolos, non videbatur neceſſarium pro eis habendis
39 redire,† eo quod cum agatur de appellatione à diffiniti-
ua,à qua de neceſſitate Apoſtoli ſunt dandi,non multum
de eis curandum ſit poſtquam lex ipſo Iure defert appel-
lationi ſine aliquo Iudicis facto Rota deciſ.41. alias 357.
verſ.nam ex quo de appellat. in nou. Caſſad.deciſ.4. in
princip.eod.tit. Veſtr.in prax.lib.7.cap.3.in vltimis ver-
bis, & latè in cap.vltim.num.1. & 2. Franch. in cap.44.
ſępè ſub num.30.verſ.in eadem gloſ.ibi ſtatum, & Card.
Alex.conſ.35.de appellat.& propterea cum Iudex ex de-
bito teneatur deferre non habetur in conſideratione,
an deferat, Put.deciſ.103. ſub num 1.& 2.lib.3.quando
40 præſertim fuerunt ſæpè petiti vno contextu, † quaſi per
talem petitionem videatur iuri ſatisfactum, ita vt appel-
lans non teneatur amplius redire ad Iudicē gloſ. in Clem.
quamuis vbi etiam Zabarel. num.3. de appellat. Caſſad.
deciſ.8.appellauerat num.10. verſ.adde clemen.quamuis
eod. titul. licet petitio facta fuiſſet ſimul cum appellatio-
ne(prout in hoc caſu)Zabarel.vbi ſupr.in fi.verſ.6.quęro.
Quia hoc facilè tollitur ex ſupra latè deductis, cū nō ſuf-
ficiat Apoſtolorum petitio ſed neceſſaria ſit eorum ac-
ceptatio in termino præfixo,alias ſi qui comparere tene-
batur,in dicto termino non comparuit tunc quia cenſe-
tur appellationi renunciaſſe cauſa dicitur deſerta,vt ſupr.
ſatis ſuperque dictum eſt, & allegata in contrarium non
negant hanc diligentiam adhibendam eſſe,vt eſt videre
vnicuique legenti.

41 Denque † non afficit quod dicebatur data cauſæ de-
ſertione, adhuc locum eſſe attentatorum reuocationi, ſi
non remedio eorum proprio ac priuilegiato, ſaltem re-
medio nullitatis,& iniuſtitiæ; eorum præſertim quæ in
termino decendij ad appellandum commiſſa ſunt, lite
etiam deſerta,quoad hoc enim durat officium Iudicis ad
quem c.cum veniſſent, & ibi Ant.de Butr. de eo qui mit.
in poſſeſſ.Mil.in verb.attentata DD.in c.ſępè, & præſer-
tim Franch num.30. propè finem, & Præpoſit.num.37.
de appellat.Lancellot.de attentat.dicta ampliat.1,num.2.
vbi pluribus cumulatis, hoc tanquam regulam ampliat,
limitat, & de ſtylo Rotæ eſſe affirmat Marſcot. Variat.
lib.2.cap.121.num.46.& ſeqq. & fuit reſolutum à Rota,
vt apud Graſſ.deciſ.2. de appellat.& in d.Calagnritana
portionis 27. Iunij 1575. coram Cantuccio in alia Bene-
ficij de Burgo 7 Maij.1574 coram Seraphino, vt in eius
deciſ.224.ſub num.1.& 2. & in diuerſ.par.1. deciſ.406.
42 quę procedunt etiam ſi non fuiſſet appellatum intra †
decendium, cum paria ſint non appellare, vel nulliter
appellare, ita fuit deciſum in Mediolanen. Iuriſpa-
tronatus 17. Ianuarij 1612, coram Reuer. P. D. Vbal-
do,. in Boian. Beneficij 6. Iunij 1614 coram Reuer.
P.D.Buratto, in Hieracenſ. prætenſ. Iuriſpatronat. 14.
Maij 1614 coram Card. Veroſpio in Cremonen.iuriſpa-
tronat.26 Feburarij 1607.coram Gregorio XV.& quod
dicitur non reuocari attentata lite deſerta, eſt verum
per viam attentatorum, ſecus per viam nullitatis ita de-
clarat,& huic tacitæ obiectioni reſpondet, Seraph.d.dec.
224.num.3.

43 Reſpondebam† enim id procedere quando executio,
quæ prætenditur attentata, eſt obliqua, ſecus vero ſi di-
recta, nam hoc caſu poſt cauſæ deſertionem amplius de
attentatis per viam nullitatis non agitur, Mil. in verbo
executio facta pendente fol.130. poſt Ioan. And.in cap.
licet in gloſ.penult.num.30.de excommunicat.in ſexto,
44 † vbi declarat, quæ dicatur directa executio, & quę in-
directa;vt directa ſit illa per quam traditur poſſeſſio, vel
ſoluitur id quod eſt iudicatum, & in directa,qua mediā-
te poteſt perueniri ad traditionem, vel ſolutionem iudi-
cati:quem refert, & ſequitur Lancellot. de attent.appell.
penden.par.2.cap.12. ampliat.1.num.14.& ſeqq. & fuit
reſolutum à Rota in Placentina Cappellaniæ 14 Nouem-
bris 1614.coram R.P.D.Buratto, vbi agitur de poſſeſ-
ſione Capellaniæ capta pendente termino ad appellan-
dum, redditurque ratio cur hæc executio non reuocetur
per hoc remedium,quia ſublata appellatio tollitur ſuſpē-
ſio iudicati iam inducta,& executio firma manet, & licet
male facta, non reuocatur, cum de nouo fieri deberet, &
firmato principali, videlicet ſententia, firmatur,& acceſ-
ſorium, quod eſt ipſa executio Io. Mōnac. qui refert Io.
Andr.& vtrumque Franc.in cap.licet num.4. ver. quod
autem de ſent. excommunicat.in 6. cum alijs inhibi per
Rotam allegatis.

45 Præterquam quod † obiectum procederet ſi cauſa ſu-
per reuocatione attentatorum commiſſa fuiſſet ante de-
ſertionem,nam illa poſtea ſuperueniente, adhuc ex capi-
te nullitatis in vim commiſſionis pręcedentis attentata
reuocari poſſunt. Secus autem ſi tempore commiſſionis,
iam cauſa erat deſerta prout in caſu noſtro tunc enim
non poteſt amplius dari de attentatis, quia videtur illis
renunciatum, vt per Lancellot.d.ampl prima num.17.&
18.Creſcent.deciſ.7.de ſent & re iudic.& fuit tentum in
vna Neapolitan. Capellaniæ de Sylegijs menſe Decem-
bris 1562.coram Oradino.

46 Quod † præſertim procedit, quando deſertio con-
ſtat ex actis, tunc enim poſt eam nullus eſt ad attenta-
ta regreſſus Guid. Papa deciſ.213. numero 6. & conſil.
66.numero 3. Lancellot.& relati d.amplia.1. numero 8.
ratio eſt, quia petenti hoc caſu attentatorum reuocatio-
nem obſtat doli exceptio Rota deciſ.1.num.3.de appell.
in nou.

47 Et†quando etiam locus fuiſſet,eorum tamen cognitio
fieri debebat ordine Iuris ſeruato, & porrecto libello.
Viu.commun. opin.lib 2.opin.30. incipit attentata in 3.
ampliat. Lancellot.latè dicta ampliat.1.n.20. Petr.de Be-
ninten.deciſ 40. in fin.& fuiſſet tentum in vna Barchino-
nen. Monaſterij coram Iuſto 13. Martij 1558. teſtatur
idem Lancellot. dicto loco.

E O D E M.

S V M M A R I V M.

1 *Formula citationis contra eum, qui declarandus eſt ex-
communicatus.*
2 *Excommunicatio nulla quomodo differat ab iniuſta, re-
miſſinè.*
3 *Excommunicandus eſt perſonaliter citandus.*
Fallit ſi malitioſè latitat, n.34.
Vel ſi citatio deuenit ad eius notitiam, n.37.
4 *Nec ſufficit præſumpta ſcientia citationis.*
5 *Citatio legitima neceſſaria eſt etiam quando conſtitutio ex-
communicat ipſo facto.*
6 *Per comparitionem extinguitur prima citatio, ita vt reus
ſit ad ſingulos alios actus citandus.*
7 *Excommunicatio lata poſt appellationem eſt ipſo iure
nulla.*
Niſi appellatio fuerit friuola, n.39.
Vel cauſa non expreſſa, n.40.
Vel à Iure lata, n.41.

Vel

Vel niſi feratur declaratoria, n.42.
Vel niſi quando factum ſit notorium, n.43.
Vel niſi quis fuerit verus contumax.

8 *Ab excommunicatione non datur appellatio ſuſpenſiua.*

9 *A ſententia declaratoria datur appellatio ad vtrumque effectum.*
Riccius in deciſ.203.n.3.par.3.reprahenditur.

10 *Etiam in ſummarijs teſtes examinandi ſunt parte citata.*

11 *In probando notorio facti tranſeuntis, iuris ordo ſeruandus eſt.*

12 *Excommunicatio nulla nullum operatur effectum, ſiue quo ad Deum, ſiue qua ad Eccleſiam.*

13 *Excommunicatio quando dicatur lata contra iuſtitiam legalem, & quando contra commutatiuam.*

14 *Monitio trina, vel vna pro tribus precedere debet excommunicationem, vel ſaltem bina, alias eſt valida, ſed iniuſta & iudex punitur.*
Niſi agatur de periculo animarum.n.51.
Vel cenſuræ ferantur pro defenſione violatæ iuriſdictionis n.12.& ſequenti.
Et modo agatur de excommunicatione ab homine ferenda, ſecus ſi lata eſt à Canone, n.54.& 57.

15 *Excommunicatio non eſt præcipitanter ferenda, ſed cum debito dierum interuallo.*
Niſi vbi facti qualitas aliter ſuadet, n.58. vel vbi eſt periculum in mora, n,60.
Terminus prædictus eſt Iudici arbitrarius.n.59.

16 *Ignorantia excuſat à contumacia, & excommunicatione,*

17 *In excommunicatione ab homine ferenda requiritur contumacia inexcuſabilis.*

18 *Excommunicatio eſt cum magna circumſpectione, & ob peccatum mortale ferenda.*

19 *Scire quis non dicitur, ſi ſcit actum, & illius qualitatem ignorat.*

20 *Scientia explicita, & indiuidua omnium qualitatum requiritur in præiudicialibus.*

21 *Præſertim ſi agitur de incurſu pœnæ.*

22 *Scientia eſt probanda ab eo, qui ſe fundat in ea.*
Ignorantia de iure præſumitur.

23 *Excommunicatio non poteſt ferri ex indicijs indubitatis, multo minus ex præſumptione.*

24 *Pœna ordinaria non infertur ex indicijs indubitatis, ſed extraordinaria.*

25 *Iudex laicus retinere poteſt captum in loco immuni abſq; eius mandato.*
Contrarium eſt verius.n.61.

26 *Excommunicatio lata ex falſa cauſa eſt iniuſta: immo etiam nulla ſecundum Theologos, ſecus iuxta Canoniſtas.*

27 *Curia ſecularis capit reum, quem Epiſcopus in caſibus exceptis renuit tradere.*
Dummodo ſuper hoc præceſſerit cognitio Epiſcopi, numero 65.

28 *Dolo facit, & fruſtra qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt.*

29 *Fruſtratorium actum nemo facere tenetur.*

30 *Iudex ex officio tollere debet actus inutiles.*

31 *Circuitus inanes abhorret lex.*
Niſi aliquid operetur, nec ſint omninò inutiles 66.

32 *Extrahens reum ab Eccleſia an ſit excommunicatus, vel excommunicandus.*
Suarez de relig.tom.1.tract.2.lib.5.cap.13. numero 7.& Duard.in Bulla Cœnæ lib.2.cap.15.quæſt.16. numero 21. reijciuntur.

33 *Clauſula, ſublata omnem extraneam interpretationem tollit.*

34 *Excommunicari poteſt malitioſè latitans, quamuis perſonaliter non citatus.*

35 *Nuntio teſtificanti de his, quæ ad eius officium pertinent credendum eſt.*

36 *Citationis copiam acceptare recuſans, habetur pro citato.*

37 *Citatus ad domum poteſt excommunicari, ſi citatio ad eius notitiam peruenit.*

38 *Procuratorem mittens ad reſpondendum, præſumitur habuiſſe notitiam citationis.*

44 *A Declaratione notorij datur appellatio licet non detur ab ipſo notorio.*

45 *Notorium facti permanentis non eſt iuris ordine probandum.*

46 *Contumax verus non appellat.*

47 *Appellans iniuſtè cenſetur proteſtari, ſe nolle amplius comparere.*

48 *Appellans minus rectè ab interlocutoria, dicitur verus contumax.*

49 *Monitus ante ſententiam, vt deſiſtat à facto publico, vel notorio non appellat.*

50 *Appellans friuole non eſt vlterius citandus.*

51 *Quando agitur de periculo animarum procedi poteſt ex probationibus receptis lite non conteſtata.*

52 *Cenſuræ pro defenſione violatæ iuriſdictionis ferri poſſunt non ſeruatis ſeruandis.*

53 *Et ſine Canonica monitione, dummodo precedit citatio, vel præceptum.*

54 *In declaratoria cenſura à Canone latæ non requiritur trina monitio.*

55 *Citatio iudicialis, in declaratoria abſque alia monitione ſufficit.*

56 *Differentia inter excommunicationem ab homine ferēdam, & declaratoriam.*

57 *Denunciatio non eſt noua cenſura.*

60 *Monitio canonica vbi periculum eſt in mora remittitur; non tamen præceptum conditionatum.*

61 *Iudex non reſtituens extractum abſque eius ordine; incidit in pœnis Gregorianæ conſtitutionis, Suarez de ſtatu religioſo to.primo lib.3.c.13.in fin.reijcitur.*

62 *Reus per vim, ac metum exiens, vel aufugiens ab Eccleſia, etiam ſi extra eam capiatur, reſtituendus eſt.*

63 *Affectus etiam, non ſequuto effectu, ſi deuentum fuit ad actum proximum, punitur in violatione immunitatis Eccleſiæ.*

64 *Confeſſio coram Iudice incompetenti eſt nulla, ſi iuriſdictio non erat prorogabilis.*

65 *Extractus ab Eccleſia an & quando reſtituendus ſit, etiam ſi conſtet commiſiſſe crimen exceptum.*

67 *Spoliatus in primis, & ante omnia, eſt reſtituendus.*

68 *Extractus ſi nouum delictum committat, prius eſt Eccleſiæ reſtituendus, poſtea puniendus. Contra Gramma deciſ.52.*

DECISIO CXXXXII.

SAtellites D.Iudicis laici, abſque tamen illius mandato, extraxerunt ab Eccleſia quendam iam pridem vti aſſaſſinum in curia laicali inquiſitum, & in contumaciam condemnatum. Cumque idem Iudex renueret illum loco ſacro reſtituere, ſub quibuſdam prætextibus, infra dicendis & potius ſe iactaret velle in perſonam carcerati ſententiam condemnationem exequi, fuit à curia Epiſcopa-
1 li † citatus ad illum Eccleſiæ reſtituendum; alias ad comparendum legitimè infrà terminum ſex horarum, & dicendum cauſam, quare non deberet declarari incidiſſe in excommunicationem latam in conſtitutione Gregorij XIV. ſuper immunitate Eccleſiæ, alijſque Summorum Pontificum, ac Sacr. Conciliorum conſtitutionibus contra violatores Eccleſiaſticæ immunitatis & ad deducendum quidquid vult, & poteſt infra dictum terminum,

quare

quare declarari non debeat, quo termino elapſo, ſi nihil legitimè deduxerit, hora immediatè ſequenti compareat ad videndum ſe declarari excommunicatum, & pro excõmunicato publicè denuntiari, cedulonoſque decerni, & affigi per loca ſolita, & conſueta ciuitatis pro vlterius non monito, nec citato, niſi ſi & quatenus opus fuerit; iuxta formulam traditam à Genuenſ. in Praxi Archiepiſcop. cap. 29. n. 20.

Cumque Nuntius Curiæ Epiſcopalis ad eiuſdem Iudicis laici conſpectum admiſſus non fuerit, ſed à famulis eiectus, citationem ipſam in ædibus eiuſdem dimiſit, qua propter ſtatim Iudex ipſe ex perſona cuiuſdam Procuratoris interpoſuit appellationem. Et quia nihilominus deuentum fuit contra ipſum ad ſententiam declaratoriam iterum appellauit. Vnde dubitatum fuit in curia Archiepiſcopali nunquid eadem ſententia declaratoria contra Iudicem laicum detinentem reum abſque ſuo ordine extractum ab Eccleſia, eſſet ritè, & rectè lata.

Ex parte vero eiuſdem Iudicis dicebatur dictam ſen-
2 tentiam multifariè eſſe nullam, & iniuſtam; † quomodo autem excommunicatio nulla differat ab iniuſta, vide per Menoch. de arbitrar. Iudic. cap. 542. per totum.

3 Nulla† autem dicebatur primo ex defectu legitimæ citationis, quæ debet perſonaliter exequi, vt ad hunc effectum afficiat citatum, cumque reddat verum contumacem, prout requiritur, vt excommunicari quis poſſit. Innocentius communiter receptus in cap. fin. de eo qui mittitur in poſſ. Felin. in cap. cum ſit Romana, num 13. de appellat. Couarru. in cap. alma mater part. 1. §. 9. num. 4. Leon. in Theſau. for. Eccl. par. 2. cap. 17. nu. 27. Genuen. in prax. Archiep. cap. 29. num. 12. Caſſad. deciſ. 2. num. 4. tit. de penſion. Bellamer. deciſ. 186. & 188. Acchill. de Graſſ. de dolo & contum. deciſ. 7. numero ſecundo Mohed. vt lit. pend. deciſ. 7. Rota deciſ. 2. de reſcript. & deciſ. 1. numero quarto de ferijs in nouis, & deciſ. 202. lib. 3. part. 3. diuer. & in Alexanen. penſionis. 20. Februarij 1606. coram Marcomontio. Guttier. lib. 2. Canonic. qq. cap. 16. numer. 15. Menoch. de arbitr. Iud. cent. 6. caſ. 541. num. 4.

4 Ita † vt nec quidem ſufficiat ſcientia præſumpta ipſius citationis, Caſſad. deciſ. 12. in fin. de reſcript. Acchil. deciſ. 5. de cit. & deciſ. 7. de dolo, & contum. Tiraq. de retract. lignag. §. 9. gloſ. 2. num. 4. Rot. dec. 90. num. 1. par. 1. recent.

5 Adeo † vt legitima citatio neceſſaria ſit, etiam quando lex vel conſtitutio excommunicat ipſo facto, Dec. in cap. peruenit, il primo de appellat. Nauarrus in Manuali cap. 27. numer. 10. & lib. 5. conſiliorum, tit. de ſent. excomm. conſ. 20. num. 4. plurimos refert, & ſequitur Couarr. in cap. Alma mater, parte 1. §. 9. num. 5. circa finem, Aula de cenſuris part. 2. cap. 5. diſp. 1. dub. 5. concluſ. 2.

6 Rurſus ex alio capite videbatur obſtare defectus legitimæ citationis, quia nimirum iudex dici non poterat contumax, ex quo ſtatim miſerat procuratorem, per quam comparitionem extincta fuit prima citatio, l. poſt edictum de Iudic. Suar. de Paz. tom. 2. part. 1. cap. 3. per totum, & præcipuè n. 9.

Et ſic circunducta prima citatione, iterum ad ſingulos actus ipſe citandus erat. l. de vnoquoque, de Iudic. & in terminis Gemin. videndus in cap. fin. de dolo & contumacia, quod tamen nequaquam factum fuit, vt ex proceſſu apparet.

7 Secunda † nullitas dicebatur reſultare ex eo, quia excommunicationis ſententia lata fuit poſt primam appellationem occaſione citationis interpoſitam; excommunicatio enim lata poſt appellationem eſt ipſo iure nulla; Achill. de Graſſ. deciſ. 4. de ſent. excomm. Genuen. in Praxi Archiep. cap. 28. ſub num. 2. verſ. declara 60. prout etiā ex ſecunda appellatione, interpoſita poſt ſententiam declaratoriam, dicebatur conſtare de nullitate affixionis
8 cedulonorum,† Quamuis enim ab ipſa ſententia excommunicationis iam lata non detur appellatio ſuſpenſiua, cap. Paſtoralis, §. verum, & ibi gloſ. & DD. de appellat. (vbi in textu affertur ratio quia huiuſmodi ſententia cēſuræ, ſecum trahit executionem) Io. Andr. in cap. is cui n. 4. de ſent. excommun. in 6. cum alijs latè congeſtis per Antonium Gabr. comm. concluſ. lib. 6. tit. de regulis Iuris concluſ. 3. num. 59. & per Farinac. q. 104. limit. 13. nu. 66. & 68. & per Scacc. in tractatu de Appellationibus, quæſt. 17. limit. 22. num. 1. quibus addo Rotam. deciſ. 3. num. 1. parte 2. in recent. Suarez de cenſu. diſput. 3. ſect. 16. num. 5.

9 A † ſententia tamen declaratoria datur appellatio ad vtrumque effectum, ita vt interim impediatur denuntiatio, ex quo inuoluit factum, ſuper quo Iudex decipi poteſt, cap. peruenit il primo de appell. Franch. in cap. Paſtoralis, §. verum quia num. 27. de appell. Felyn. in cap. cum non ab homine, num. 12. de Iudic. Capic. deciſ. 1. n. 19. Ricc. deciſ. 102. n. 1. & 2. par. 3. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 22. num. 36. Rot. diuerſ. deciſ. 100. ex nouem n. 3 & 31. in fine parte prima diuerſ. & d. deciſ. 3. ſub num. 1. parte 2. recentior. Achill. deciſ. 4. de ſent. excom. Puteus decis. 271. lib. 3. Suarez dict. ſect. 16. num. 6. Vgolin. de cenſuris tab. 1. cap. 20. §. 2. num. 10. Aula de cenſur. par. 2. diſp 5. dub. 11. concl. 2.

Maximè in caſu noſtro, in quo grauamen prætendebatur euidens, ex breuitate temporis ex horarum contra tex. in cap. conſtitutionem de ſent. excomm. in 6. vt infra latius dicetur.

Ac proinde tali appellatione pendente dicebatur non potuiſſe appellantem denuntiari excommunicatum per cedulonorum affixionem, vel alio quouis modo, Franc. in cap. Paſtoralis 53. §. verum quia nu. 27. de appellat. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. de attent. & innou. appell. pend. limit. 21. n. 21. Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 22. num. 4. qui dupliciter extendit hanc propoſitionem; & ſucceſſiuè prætendebatur præceptum fieri D. Vicario Epiſcopali a curia metropolitana vt cedulonos amoueret, & eidem Iudici laico ingreſſum Eccleſiæ permitteret, vt in ſimili fuiſſe ordinatum cuidam Vicario, refert Riccius deciſ. 102. parte 3.

Tametſi appellatio non præceſſerit ſed ſubſequuta fuerit declaratoriam, quicquid ſecus cenſerit Ricc. in deciſ. 203. n. 3. par. 3. qui loquitur contra communem DD. theoricam & contra Felyn. ab eo citatum.

Tertia nullitas videbatur inſurgere ex eo, quia teſtes pro informatione curiæ Eccleſiaſticæ contra Iudicem fuerint examinati parte minimè citata, nec habiti fue-
10 runt pro ritè, & rectè examinatis, & ſic nulliter † quia in quocunque iudicio, etiam ſummario in examine teſtium requiritur partis citatio. Clem. ſæpe de verb. ſignif. vbi DD. & alibi paſſim.

Etiam ſi daretur, extractionem, de qua agitur, fuiſſe
11 notoriam, † cum in probando notorio facti tranſeuntis, iuris ordo ſeruandus ſit, & ſic per teſtes iuratos, & parte citata examinatos, Io. Andr. ad ſpecul. in tit. de Notor. crim. §. iam de notorio verb. teſtis quoque, Bald. in cap. 1. §. damna. de Pace conſtant. Imol. Gemin. & Franch. in cap. 1. de offic. deleg. in 6. cum alijs, quos referunt & ſequuntur Viuius commun. opin. in verbo notorium, quamuis, verſ. immo iudex, Maſcard. de probation. concluſ. 1103. numero 12. Farinac. de delictis & pœnis quæſt. 21. numer. 91. & ſeqq. vbi innumeros concordantes congerit.

12 Cum† igitur ex præmiſſis excommunicatio lāta videatur nulla, nullum quoque dicebatur operari effectum, &

nec quoad Deum, nec quo ad Eccleſiam, fuſè Sayrus de cenſuris lib. 1. cap. 16. n. 42. Auila de cenſuris parte. 2. c. 6. diſp. 1. dub. 1. ante finem. Gutier. lib. 2. Canon. qq. cap. 4. num. 36. Salzedo in addit. ad Diaz. in pract. can. crim. cap. 33. verb. eſt etiam.

13 Quo † vero ad caput iniuſtitiæ (vt omittam diſtinctionem gloſę in cap. Epiſcopus. §. ſi ergo, & in cap. non debet, §. cum ergo 11. q. 3. & in cap. ſacro, in ver. iuſta fuerit extr. de ſententia excomm. dicentis tripliciter excommunicationem dici iniuſtam, nempe ex cauſa, ex animo, & ex ordine) ſententia excommunicationis in hac facti ſpecie videbatur eſſe tam contra iuſtitiam legalem, quam contra iuſtitiam commutatiuam: contra legalem quidem quia ſubſtantialis iuris ordo ſeruatus non fuit; contra commutatiuam verò, quia deficit cauſa iuſta, vt per Suar. de cenſur. diſp 4. ſect. 7. n. 2.

14 Quod † autem ſit iniuſta contra iuſtitiam legalem, ſuadetur quia non fuit præmiſſa trina canonica monitio, vel vna pro tribus, pro vt requiritur, cap. ſacro extra de ſenten. excommun. & cap. Romana eodem tit. in 6. & vtrobique DD. & eſt communis opinio, vt, pluribus relatis, teſtatur. Couar. in cap. Alma mater, §. 9. num. 5. de ſenten. excommun. innumeros etiam congerit, Sayr. de cenſuris libro primo, cap. duodecimo, num. trigeſimo ſecundo.

Adeo, vt ſi Iudex ſine monitione præſumpſerit excõmunicationis ſententiam ferre, quantumuis ex iuſta cauſa, ſit per menſem ab Eccleſiæ ingreſſu interdictus, & arbitraria pœna plectendus, tex. expreſſus in cap. ſacro in principio extra de ſentent. excommun. & ex præſcripto Concilij Tridentini, requiritur ſaltem bina monitio, vt expreſſis verbis cauetur in cap. 3. ſeſſ. 25. de reformatione.

Ex hac enim omiſſione tametſi cenſura non ſit nulla, eſt tamen iniuſta, vt probat text. in cap. Romana Eccleſia de ſenten. excommun. in 6. vbi cauetur, ne Iudices ferant ſententias excommunicationis ſine competenti monitione, & ſic contra præſumpſerint iniuſtas nouerint illas eſſe: Et ſic quamuis non dicat nullas, dicit tamen iniuſtas, vt ibi ponderat Gloſ. in verbo iniuſtas, quam ibi, & alibi Doctores communiter recipiunt. Nauarrus in Manuali cap. 27. nu. 8. Couarruuias, qui plurimos congerit, & de communi teſtatur in dicto capitulo Alma mater, §. 9. n. 7. Auila de cenſuris parte 2. capite quinto, dubio nono, Menoch. de arbit. iud. lib. ſecundo, cenſur. 6. caſ. 542. nu. 18. & tradit Sayrus de cenſuris lib. 1. cap. 12. vbi ponit regulam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus.

Eiuſmodi verò non erat monitio d. Iudici miſſa; in
15 qua † non fuit aſſignatus terminus competens, cum aliquo dierum interuallo, ſed præcipitanter ſententia lata intra anguſtias ſex horarum, contra textum in cap. conſtitutionem de ſenten excommun. in 6. & ibi Doctores communiter. Soccin. ſen. in cap. perpendimus, num. 112. de ſeotent. excommun. Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 11. Couarru. in dicto cap. Alma mater, §. 9. n. 5. Sayr. cum per enim congeſtis dicto cap. 12. n. 33. & dixit Rota in terminis ſex horarum in Leodien. Abbatię conuen. 6. Nouembris 1620. coram bon. memor. Card. Sacrato in fine. Hinc Diuus Gregorius lib. 12. epiſtolarum epiſt. 26. redarguit Mauritium Epiſcopum, quod nimis feſtinus fuerit in quadam excommunicatione ferenda. Cuius Sancti Doctoris verba ita cantant. Frequenter me admonuiſſe vos recolo, vt in proferenda ſententia eſſe præcipites nullatenus debeatis &c.

Contra iuſtitiam commutatiuam etiam videbatur ſẽtentia tanquam ex falſa cauſa lata, primo quidem, quia non conſtabat in proceſſu dictum Iudicem habuiſſe no-
16 titiam extractionis ipſius Rei factæ ab Eccleſia, † ignorantia vero excuſat ab excommunicatione; quia fertur tantum ob contumaciam, cap. nemo 11. quæſtio tertia cum alijs per me congeſtis in deciſ. 29. numero. . . . quæ contumacia non cadit in ignorantem, lege qui ignarus
17 ff. locat. facit capit. ſecundo de conſtitut. in 6. † licet hoc maxime procedat in cenſuris ab homine ferendis, in quibus inexcuſabilis contumacia requiritur, cap. ſacro, capit. contingit, il ſecundo de ſentent. excommunic. cap. Romana, ver. ſed nec: eod. tit. in 6. capit. reprehenſibilis, & ibi Doctores extr. de appellation. Soccin. ſenior. in capit. perpendimus, numero 67. & 91. de ſentent. excommunic. Couarruuias in cap. Alma mater 1. parte, §. nono, numero quarto, & tradunt õmnes ſummiſtæ, quos recenſet, & ſequitur Sayrus de cenſuris libro primo, capit. 12. numero quinto, & cap. 9. numero 32.

18 Nec † ſunt ferendæ niſi cum magna circumſpectione, vt cauetur in Concilio Tridentino ſeſſione 25. cap. 3. de reformat. & non niſi ex magna cauſa continente peccatum mortale, quod aliter corrigi nequeat, vt colligitur ex pluribus locis Sancti Euangelij relatis à Sayr. de cenſuris lib. primo, cap. 9. n. 1. & 2. vbi plurimos Theologos, & Canoniſtas congerit.

Nec videbatur ſufficere ſcientia quam Iudex laicus habebat extractum illum in ſuis reperiri carceribus, quod negari non poterat, ex quo, illum iam conſtituerat; quia requirebatur explicita ſcientia illius qualitatis, de qua
19 agitur, captum ſcilicet fuiſſe in Eccleſia, † ſcire enim quis non dicitur, ſi ſcit actum, & ignorat qualitatem, gloſ. in cap. conſultationis, in verbo, ſciuerit de appellatio. in 6. Borgn. deciſ. duodecima, num. 37. Maſcard. de probat. lib. tertio, concluſ. 1293. num. decimotertio. Alex. conſ. 20. nu. 9. lib. quarto. Marſil. ſing. 38. verſ. emptio Tiraq. de retract. lignag. gloſ. 2. num. 30. & rurſus de legibus conub. gloſ. octaua, num. 183. cum alijs per Rot. in Romana de Mareſcottis 29. Ianuarij 1618. coram Cardinali Sacrato.

20 Et † eſt regulare, vt in omni materia præiudiciali requiratur ſcientia, explicita, & indiuidua omnium qualitatum, dicto cap. conſultationi, & ibi Doctores, cum alijs per Alexand. in conſil. 154. numero quarto, volum. 1. & latius per Surdum deciſ. 565. num. octauo, cum ſequenti. Rota in Bononien. fideicommiſſi de Pancratij 17. Nouembris & 15. Decembris 1889. coram Gipſio, & in Romana de Mareſcottis 20. Martij 1605. coram Cardin. Sacrato Cardin. Caualerius in deciſ. 489. numero ſecundo, & tertio, in qua cauſa ſcripſi, & obtinui ego qui tunc Iunior aduocationi in Alma Vrbe vacabam.

21 Maximè † vero quando agitur de incurſu pœnæ, vt per Rot. inter impreſſas à Pacif. in calce eius tractatus de Saluian. interdict. deciſ. decimaſeptima, in fin. vbi fuit dictum, quod quando non agitur de incurſu pœnæ, licet agatur de alio præiudicio, ex ſcientia partis reſultat præſumptio ſcientiæ totius quę eſt pulchra limitatio ad precedentem concluſionem.

Porrò cum dictus Iudex, haberet pręſumptionem iuris
22 pro ſe, † ex quo in dubio quis præſumitur actum ignorare; fiſcus Epiſcopalis, qui in illius ſcientia ſe fundat, illam probare debebat, gloſ. per illum text. in lege verius, ff. de probat. & lege vltima in fin. ff. pro ſuo text. in cap. præſumitur extr. de regulis iuris, & tradunt plurimi relati à Maſcardo, qui latè materiam explicat in tractat. de probat. tom. 2. concluſ. 879. n. 1. & ſequentibus.

Quin etiam ſi adeſſet præſumptio ſcientiæ, ſufficeret;
23 † quia cenſuræ infligi non poſſunt ex præſumptionibus, vt per Nouarium in tractatu de priuilegijs miſerabilium perſonarum, priuileg. 4. numero 1. Immo nec ex indicijs indubitatis dicit Riccius deciſ. 8. per totam parte 3.

ductus

24 ductus ex regula generali, † quod ex indicijs indubitatis
nemo plecti poſſit pœna ordinaria ſed tantum extraor-
dinaria, vt poſt alios tradit Clar. in §. fin.quæſtione 20.
verſ.ſcias tamen, Menoch.de arbitrar. Iudicum, caſ.279.
Gramm.deciſ.42. Ioſ. Ludou.concluſ.45. Maſcard.de
probat.concluſ.1223.n.10.

Secundo contra iuſtitiam commutatiuam,& ex falſa
25 cauſa dicebatur lata eadem ſententia, † quia vbi ab alio
quis per vim vel deceptionem extractus fuit ab Eccleſia,
abſque ſcientia vel participatione Iudicis, vtique Iudex
poteſt illum capere, & retinere, nec tenetur reſtituere;
cum extra locum ſacrum illum inueniat, & ibi incipiat
exercere iuriſdictionem ſuam, & ideò non violat immu-
nitatem, neque tenetur reſtituere: benè teneretur ipſe
extractor, ſed ſi id non poteſt,eſt per accidens, & ſa-
tisfaciet reſtituendo expenſas & damna. Ita tradit Fran-
ch. Suarez tom.1. de ſtatu religionis lib.3. capitul. 13.
in fine.

Cum igitur Iudex non teneatur reſtituere, vtique ex-
26 communicatio lata dicitur ex falſa cauſa; † quando autē
cauſa non eſt vera & realis,vel nō ſufficienter probata,
* communis ſchola Theologorum tenet excōmunicationē
eſſe nullam, & iniuſtam, & quamuis quoad nullitatem
Canoniſtæ non videantur conſentire,vt poſt alios videri
poteſt apud Suar.de cenſuris diſputat 4.ſectione 7.n.4.5.
& 6.tamen nullius etiam Canoniſta negat talem excom-
municationem eſſe iniuſtam, vt fusè per Sayr. cum per
eum congeſtis de cenſuris lib.primo, cap.17. numero 4.
7.& infra.

Tertio dicebatur contra iuſtitiam commutatiuam,
quia tam per ſententiam latam in contumacia,quam per
propriam eiuſdem Rei capti confeſſionem conſtat illum
eſſe aſſaſſinum, & ſic ſumus in crimine ab ipſa Conſtitu-
tione Gregoriana excepto; vnde eſto captura à birrua-
rijs facta nulla fuerit;in quo actu Iudex non participauit;
retentio tamen videtur iuſta. & ſic quod male captus
27 bene fuerit retentus, † ex nonnullorum ſententia qui
opinati ſunt Curiam Eccleſiaſticam in ſimilibus caſibus,
velit nolit, teneri eundem ad Eccleſiam confugientem
tradere Iudici ſeculari petenti, alias ordinario eum tra-
dere recuſante poſſe miniſtros laicos illum propria
authoritate extrahere, ponderando illa verba eiuſ-
dem conſtitutionis, niſi, eo caſu, vt aduertunt Ge-
nuen. in Praxi Archiepiſcop.capit.22.ſub num.5.verſic.
& hoc hodie, Marius Ital. in tractat. de immunit.Ec-
cleſ.lib.primo, capitulo ſexto, §.ſecundo, numero
80. & ſequenti, Farinacium eodem tractatu nume-
ro 366.(quod tamen eſt contra mentem Sacr. Congre-
gationis.)

28 Et † ſic perperam Eccleſia videtur petere eum, quem
ſtatim reſtitutura eſt, lege dolo, ff.de doli mali, except.
lege 1. in princip.ff. quorum legatorum, Bart.in lege ſi
ſocer.§.lucius,num.2.ff.ſolut.matrimon. Rota deciſ.770.
ſub num.1.part.2. recentior. Et fruſtra expectamus id,
cuius euentus nihil operatur, lege aliquando, §.fin.ff.
ad Velleian l.cum hæres, §. 1. ff. de acquir. hæred.l.apud
Iulianum, §.final. & lege ille à quo in princip.ff. ad Tre-
bellian. Crauett. conſilio 685. numero 9. Cephal. con-
ſilio 370. numero 109. Beccius conſilio 17. numero 4.
Surd. deciſ. 184. numero 8. Neuiz. conſilio 51. numero
18. Magon. deciſ. Lucenſ.41.num. 2. & deciſ. 17. ſub nu-
mero 5.

29 Et † nemo tenetur facere actum fruſtratorium, le-
ge 2. in fin. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. Bartol. in
ſua quæſtione 18.Pupillos in fine princ.ſub num.3.verſic.
4. ſic.

30 Imò † iudex ex officio tollere debet actus inutiles, &
fruſtratorios. Roman.conſ.67. in fin. vbi plenè Mando-
ſius in addit.

31 Præſertim † quia lex abhorret inanes circuitus, Clem.
auditor de reſcript. Bald.conſ 100. circa fin.lib.4. Tira-
quel.de retract.conuenct.ad fin.tituli num.61. Dec.conſ.
408. Afflict.dec.8.n.4.ad fin.Rota deciſ.770.ſub n.1.par.
2.recentiorum.

His tamen minimè reſtagantibus dixi cedulonos ritè
& rectè affixos fuiſſe, & ſentētiam declaratoriam à quo-
cunque vitio nullitatis, & iniuſtitiæ fuiſſe immunem, ac
propterea confirmandam eſſe, vti fundatam in Bulla
Gregoriana, alijſq;canonibus, & conſtitutionibus ſatis
claris,& expreſſis.

32 Quamuis† enim ante tempora Gregorij Decimiquar-
ti,extractio,& omnis immunitatis Eccleſiaſticæ violatio
interdicta eſſet ſub pœna excommunicationis ferendæ,
capit.minor,capit.ſi quis contumax, capit.quiſquam 17.
quæſt. 4. cum ſimilibus; per eiuſdem tamen Pontificis
Conſtitutionem determinatur, vt violatores, & quo-
modocunque præter vel contra illius formam atten-
tantes, ipſo facto omnes excommunicationes, &
cenſuras, incurrant, quæ à iure contra violantes im-
munitatem, aut libertatem Eccleſiæ ſtatutæ ſunt,
vt ibi legitur in §. quod ſi quis, ibi, declaramus eum
ipſo facto cenſuras, & pœnas incurrere, quæ con-
tra libertatis iuris & Immunitatis Eccleſiaſticæ viola-
tores, per Sacros Canones, Conciliorum generalium,
noſtrorumque Prædeceſſorum conſtitutiones ſunt pro-
mulgatæ, quamobrem hodie extrahentes non ſunt ex-
communicandi, ſed veniunt dumtaxat declarandi ex-
communicati: vt per Genuen. in Praxi Archiepiſcop. c.
22.numero primo, Marius Ital.tractatu de Immunitate
Eccleſiaſtica lib.primo, capit.ſexto, §.ſecundo, numero
vigeſimonono, & ſequenti. Alexand. Peregr. eodem
tractatu capit. decimoquinto, numero quinto, Fa-
rinac. de Immunitate Eccleſ. numero 313. vbi ait hoc
eſſe verius, & ita ego in omnibus cauſis Eccleſiaſticis
praticari vidi.

Quarè ſaluandi ſunt ſecundum priora tempora, Sua-
rez de relig.tom.primo, tractatu ſecundo,lib.tertio, cap.
decimotertio,numero ſeptimo, circa finem, & Duard.in
Bulla Cœnæ lic.ſecundo, cap. decimoquinto, quæſt.16.
numero vigeſimoptimo, dicentes probabile eſſe, vt di-
ctę cenſuræ non incurrantur niſi poſtquam extrahentes
requiſiti, vt extractum reſtituant, id implere renuerint.
Nam immo cum etiam attentantęs aliquid præter, vel
contra formam dictæ conſtitutionis, ipſo facto ex-
communicentur, certè hodie dicta opinio eſt impro-
babilis tanquam expreſſis verbis Conſtitutionis repu-
gnans.

33 Præſertim† ſtante clauſula, ſublata, quæ omnem pror-
ſus extraneam interpretationem excludit, Dec.conſil.61.
num.2.l.1.Aymo.conſ.201.num.43.Put.deciſ.50.num.5.
lib.1. Farinac.conſ.76. num.14. & millies decidit Rota
Romana, vt ex Marta in d. tractat.de Clauſul. in cla.ſu-
blata. & in terminis huius Bullæ aduertit peregr. de Im-
munitate Eccleſiaſtica cap. 10. num. 44. & hinc omnia
fundamenta ſupra in contrarium adducta attenta d. Bul-
la corruunt.Sed quod magis eſt,etiam ſecundum tempora
antiqua corruerent.

Non enim obſtat defectus citationis perſonalis, regu-
lariter ad hunc effectum requiſitę: id enim non eſt per-
34 petuò verum † & ſignanter fallit,ad rem noſtram, quo-
ties excommunicandus dolo latitat, vel ſubter fugit cita-
tionem perſonalem, vel alio modo abſentia eſt malitio-
ſa,tunc enim ſufficit citatio ad domum, vel per edictum,
vt eſt tex. in Clemen. cauſam circa finem de elect. &
poſt alios, quos citat, tradit Gail. in practic. obſeruat.
* lib. 1. obſeruat. 55. numero. 2. vbi teſtatur de commun.
Scacc.de Iudic.lib.1.cap.45.ſub n.21. Tiraq.de retract.§.
9.gloſ.2.num.7. & in terminis cenſurarum. tradunt. Ge-

nuen.in Prax.Archiepiſc. Neapol.cap.29.num.12. Co-
uarru.in cap.Alma Mater, part.1.§.9.num.4.verſ.primo
caſus.Sayr.de cenſuris lib.1.cap.12.num.12. & 36. Sua-
rez de cenſur. diſputat. 3. ſect.11. numero 6. Vgolinus
de cenſur.tab.1. cap. 18. §.1, Bonacci.etiam de cenſur.
diſputat.1.quæſt.1.puncto 9.ſub.n.9. ver.primus caſus,
* vbi teſtatur eſſe commun.opin.Alter.de cenſuris diſput.3,
lib.3.cap.3 verſic.excipiuntur; & ratio eſt in promptu,
quia nempe doloſus non permittens ſe citari,non debet
ex hoc dolo commodum reportare,ſed habendus eſt pe-
rinde ac ſi perſonaliter citatus fuiſſet, l.dies cautioni, §.
toties, ff. de damn.infect.& tradunt Gaill.& Scacc. locis
citatis.

In caſu verò noſtro conſtat, Nuntium non fuiſſe ad-
miſſum ad præſentiam ipſius Iudicis,immò reiectum,
35 & ſic Iudicem latitaſſe vt ex relatione ipſius Nuntij, †
cui credendum eſt, tanquam teſtificante de his, quæ ad
ſuum officium pertinent l. 1. §. cura carnis, vbi Bald.ff.de
offic.præfect.vrb.latè Roman.conſ.497. num.5. Tiraqu.
cum per eum congeſtis de retract.lignag.§.8 gloſ.9. nu-
mero 10.& 11. Franch.& Dec.in cap.cum parati, de
appellat.Gratian,diſcept.forenſ.tom.quarto, capit.697.
num. 13.

36 Sic † in ſimili dicimus quod quando citatus noluit
copiam citationis acceptare, idem eſt ac ſi ei tradita
fuiſſet ad l.iure ciuili, & ibi Socc.de cond. & demonſtr.
latè Tiraq.de retract §.1.gl.1.n.9. & in terminis citatio-
nis Rota deciſ.11.de dolo & contumacia in nou.Lancell.
de Attent.par.2.cap.4. de attent.lit.pend.numero.106.
& ſeqq.

37 Prout † nec eadem concluſio procedit quoties citatio
quocunque modo deuenit ad notitiam citati, quia noti-
tia citationis ad domum, æquiparatur citationi perſo-
nali,Felyn.in cap.cum ſit,de Appellat. Tiraq.de retract.
§.9.gloſ.2.num.16. Couarru.d.§.9.num.4.verſic.tertius
caſus.Tiraqu.de vtroque retract.tit.1.§.9. gloſ.2.num 4.
Genuen.d.cap.29.num.12. Leo.Theſau.for.Eccleſ.part.
2.cap.17.numero 33. Antonin.var.reſol.lib.1.reſol.71.
numero 9.Vgollinus de cenſur.tabula 1, cap.18.§.1 in
fine,Sayr.de cenſur.lib. 1.cap.12.numero 14. Suarez eo-
dem tract.diſp.3. ſect.11.numero 6. & ita poſt Vaſquez,
& alios tradit Bonaccina de cenſuris diſp.1. quæſt.1.ſub
numero 9.verſic.tertius eſt. Alterius loco citato Caſſad.
deciſ.6. numero 11. de cauſ.poſſeſſ & propr. Rot.deciſ.
11.de dol.& contum.in nou.& in Lunen. Sarzanen. co-
ram Cardin. Seraphino relata in deciſ.90. num.2. par 1,
recent, vbi dictum fuit citationem perſonalem, aut cer-
tam ſcientiam, & indubitatam notitiam eſſe neceſſariã;
quibus addo eandem Rotam in Bracaren. Archidiaco-
natus 10. Maij 1625. coram Coccino, & ratio eſt,
quia certus certior fieri non poteſt, cap. eum qui de re-
gul.iuris in 6.

38 Quod † autem Iudex habuerit certam, & indubitatam
notitiam citationis manifeſte patet ex eo, quod miſit
Procuratorem ad appellandum ab eadem citatione, vt in
puncto aduertunt Felyn.in dicto cap.cum ſit Romana,
num.15.de appell.Ægid.deciſ.538. Ro.d.deciſ.11.de do-
lo & contum. in nouis, & fuit etiam conſideratum in d.
deciſ.90.n.3.par.1.recentior.

Non pariter ſubiacet nullitati d ſententia, quia lata
poſt interpoſitam appellationem,id enim procederet in
39 appellatione legitima,† ſecus in friuola, quæ non annul-
lat excommunicationem poſtea latam, vt poſt alios
tradit Marant.Soccin.in ca.nulli, n.40.de ſenten.excom-
municationis,Vgolinus de cenſuris tab.1.cap.13.§.18.n.
13. plurimos refert & ſequitur Sayr. de cenſu.lib.1.cap.
16.n.27.

Friuola verò fuit einſdem Iudicis appellatio,tum quia
interpoſita à citatione legitima, tranſmiſſa à Iudice Ec-
cleſiaſtico, ad quem ſolum ſpectat congnitio, an quis ſit
excommunicandus, vel veniat declarandus, Concil. Tri-
dent.ſeſſ.25.cap.3.ver.nefas autem, de reform. Tum etiã
quia fuit interpoſita vel ad denegandam, vel ad pro-
trahendam obiedientiam, quæ propterea veniebat reij-
cienda, cap.cum appellationibus de appell.in 6. Verall.
deciſio.328.n.2.par.prima, Rota in Verdunen. Iuriſdi-
ctionis 23.Iunij 1600.coram Penia.

40 Tum † & tertio quia in ea nulla fuit expreſſa cau-
ſa, prout in hac materia requiritur ad hoc, vt appel-
latio non ſit friuola, Mar. Socc. in cap. à nobis 28.
numero 39. & in cap.ſacro 48.numero 166. de ſentent.
excommun.

41 Quinimò † etiam ſi appellatio non fuiſſe friuola, non
tamen in caſu noſtro potuiſſet ſuſpendere effectum ſen-
tentiæ poſtea latæ,ex quo agimus de excommunicatione
lata à iure,ſeu per viam ſtatuti,à qua minimè appellatur,
Anchar.in cap.quicunque,n.3. de ſenten. excomm in 6.
arg.l.ſi qua pœna, ff de verb. ſignif. ſententia enim iuris
ſemper præſumitur iuſta, arg.capitul. erit autem lex,
diſt.in.4.

Prout nec etiam terret appellatio à declaratoria in-
terpoſita;per quam dicebatur impediri affixionem cedu-
42 lonorum, Tum † quia hodie à declaratoria non datur
amplius appellatio ad effectum ſuſpenſiuum iuxta nouas
ordinationes Eminentiſſimorum Dominorum Cardi-
nalium Congregationis ſuper Controuerſijs Iuriſdictio-
nalibus.

43 Tum † etiam quia ſumus in facto notorio, in quo pro-
cedi poteſt ad denuntiationem, appellatione non obſtã-
te,Franch.in cap.Paſtoralis, §.verum quia, num 27.de
appellat.poſt Ioan. And. Lapum Imol. & Gemin.ab eo
relatos,Lancell.de attent.par 2.cap.12.limit.2.n.30.tit.
de attent, appellat, penden. & fatetur Ricc. ex aduerſo
citatu. deciſ.102. n.6.par.3. & admittit Scacc.de appel-
lat. quæſt.17. limitat. 22. ſub primo 37. ver. confir-
matur 4.

44 Tametſi † à declaratione Notorij detur appellatio, vt
per eundem Scacc.d. quæſt.17. limit.4. num.65. vbi plu-
rimos congerit, Vnde cautela eſt vt condemnatus non
dicat appello ab illa pœna; ſed appello quia non ſum
culpabilis, vel quia non eſt probatum me incidiſſe in iſtã
pœnam, Bald.in l.1.C.ne ex delict.defunct.colum 6.ſe-
quitur Felyn.in c.cum non ab homine ſub numero 12. de
Iudicibus.

Nec agebatur dumtaxat de notorio facti tranſeuntis,
45 neque de ipſa extractione,† ſed de notorio facti perma-
nentis, nempe de retentione, quod notorium non eſt iu-
ris ordine probandum, cap tua nos & ibi Innoc.num.2.
ad fin.de cohab. clericor.& mulier.cap.3. de teſtibus co-
gen.cap.euidentia, de accuſat.gloſ.& Bart in l.1.C.qui
& aduerſ.quos. Cæphal.conſil.82 numero 52. Capella
Tholoſ.deciſ.590.numero 1. Soccin.iun.conſilio 65.nu-
mero tertio, lib. primo. Menochius de retuper. poſ-
ſeſſ.remed.15. numero 264. Farinacc. cum per eum con-
geſtis in tit. de delict. & pœn. queſtio 21. numero 81.
& 88.

46 Tum † & tertio quia ſumus in vero contumace, qui de
iure non appellat,l.properandum,§.ſin autem, C.de Iu-
dic.l.1.C.quando appellatio non recipiat.Rota deciſ.16.
alias 364.num.1.de dolo, & contumacia, Marant.in ſuo
ſpecu.par.6.memb.2.num.19. & actu 2.princ.in verbo,
& quandoque appellat.num.41. & num.289. Dec.conſil.
34.numero 1.& ſeqq. Capic.deciſ.139.numero 2.Scaccia
cum per congeſtis tract. de appellat.quæſt.17. limitat.3.
numero 1.& ſeqq.vbi rationem reddit, & latè materiam
* proſequitur, & eſt communis opinio, quam ſequuta
fuit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cadina-
lium negocijs Epiſcoporum, an Regularium præpoſi-
torum

Digitized by Google

torum in Decreto approbato à felicis recordat. Clem. VIII. impreſſo in terminis noſtris à Genuen. in Prax. Archiep.cap.88. in additio.in fin.num.47. cuius etiam meminit in cap.28. id addit.num.9. quam etiam(eo non citato)reſcripſit. Sccac.loco ſupra relato, n.1. & Belletus diſqui.cleric.tit.de fauore Clericorum. Canonis §. quinto,n.26.

47 Quod † autem d.Iudex fuerit verus contumax, ex eo ſuadetur, quia à citatione,vel interlocutoria iniuſtè appellauit, & ſic cenſetur proteſtaſſe ſe nolle amplius corã illo Iudice comparere, cap.cum qui de dolo, & contum. in 6.clemen.1.eodem tit.

48 Et † in indiuiduo quod is,qui minus ritè ab interlocutoria appellauit dicatur verus contumax.Mattheſil. in ſing.29.& ibi adden. Lancell.in tract.de atten. tit.de ſenten.in cauſ.atten.feren.par.3.c.28.n.52.& eſt textus in d. clem.1.de dolo,& contum.

49 Quarto quia retentio eius, qui ab Eccleſia fuerat extractus erat notoria, & publica, & Iudex laicus commonitus fuerat, ideo ei non licebat appellare texrus eſt rotundus,in cap.cum ſpeciali 61.§.porrò de appell.vbi redditur optima ratio.

Ceſſat etiam tertia nullitas,quæ dicebatur reſultare ex
50 quo teſtes examinati fuerunt parte non citata, † Tum quia friuolè appellans non eſt alterius citandus niſi, appellationi renuntiet. Put.deciſ.282. & ex textus omninò videndus in cap.eum qui de dolo & contum. in 6. & in Clemen.1.eod.tit.Gemin.conſil.102.n.2.& 3.Vantius de Nullit.tit.quib.mod.ſent.null.repar.poſſeſſ.numero 112. Ant.Gabr.in tit.de citat.concluſ.1.num.413. Marant.in Prax.par.6. actu 2. num.mihi 172. Mattheſil.in ſing.29. numero 14.

51 Tum † etiam quia quando agitur de periculo animarum(vt in caſu noſtro)procedi poteſt ad declaratoriam contra contumacem vel abſentem, etiam ex teſtibus receptis lite non conteſtata tex. notab. in cap. quoniam frequenter, §.porrò, vt lit.non conteſt. & ibi Marian. Soccin.in fall.58.iuncta fall.8.Præpoſit.in c.de accuſationibus 3. quæſt. 9. & in terminis excommunicationis tradunt Genuen.in Prax. Archiepiſc.cap 29.num.20.Bellet. diſqui. Cleric. tit. de fauore Clericorum, Canon.§. 5. numero 25.

52 Tunc † & tertio quia quando cenſuræ feruntur pro defenſione violatæ iuriſdictionis, & ad reſiſtendum executioni de facto, ſubſiſtunt etiam ſi de facto relaxentur non ſeruandis; eſt textus in cap.repræhenſibilis, vbi gloſ.in ver.proferatur, & Abbat.num.13. extr.de appellat.gloſ. c.in ſacro, verb. iuſta de ſentent. excommun. & in cap. primo,verb.ſine ordine,vbi etiam Abbat. numero 3. extr.de exceſſ.prælat.plenè Sayrus de cenſuris lib.1.cap.12. numero 26.

53 Et † poteſt Iudex Eccleſiaſticus pro violata iuriſdictione ſine monitione ad excommunicationem procedere text.in capitulo dilecto de ſent. excommun.in 6. & poſt Innoc.& Ioan.Andr.tradit Lapus alleg.73. n.3. ver.item quando,vbi Adden.littera 1. Marian. Soccin.in cap.perpendimus,n.22.de ſent.excommun. Genuen.cum per eũ relatis in Prax.Archiep.cap.18.n.2.& c.30.ſub n.4. Ricc. in Prax.fori Eccleſ.par.3 reſol.23.Sayr.de cenſur.lib.1.c. 12.num.20.Fainad.in tract.de Iuſtitia interdicti par.4.in. 3.obiectione,ver.hoc enim,Menoch.de Arbit. Iud.centur.6.caſ.543.n.29.

Et quamuis Couarruuias in cap. Alma Mater par.1.§. 9.ſub num.6.ver.hinc denique, pluribus pro hac ſententia citatis,illam non probet; & in effectu contrarium expreſsè ſenſerit Abbas(licet ſoleat pro hac ſententia citari)in cap. venerabili num.3. de cenſibus poſt Hoſtieſem; quem citat. Nihilominus cum hoc caſu excommunicatio feratur dumtaxat ad hoc vt ille deſiſtat à violentia, vel à contradictione,ac reſiſtẽtia; vtique non verſamur in terminis, in quibus iura requirunt monitionem, ac proinde illa non eſt neceſſaria; ſed benè debet fieri præceptum ſub aliquo breui termino peremptorio, vt ſi intra illum non pareat,vel deſiſtat, ſtatim ipſo facto cenſura incurratur,vt egregiè philoſophatur, Suarez de cenſuris diſputatione 3. ſectione 8. num. 10. idemque tenuit Alterius de cenſuris diſputatione 3. lib.3. c. 1.ſolutione vltima,verſ.ſolent, & ſubdit Suarez eo loci terminum illũ tantum debere eſſe,quantum ad deliberandum, & humano modo agendum moraliter ſufficiat,quod iuxta cauſæ. & negotij qualitatem Prælati prudentiæ remittitur.

Et ſic ceſſat etiam id, quod dicebatur ſententiam; de qua agitur fuiſſe contra iuſtitiam legalem,ex quo non præceſſit canonica monitio; quæ, vt dicebam non eſt neceſſaria vbi cenſuræ feruntur pro iure ſuo tuendo.

54 Sicut † etiam ceſſat idem obiectum vbi, vt in caſu noſtro,excommunicatio lata eſt à Canone. Trina enim monitio præmittenda eſt,& requiritur in excommunicatione ab homine ferenda,non autem in lata à Canone, vel ſtatuto legitimè promulgato. Ipſa namque lex,quæ ita maturè cenſuram hanc indixit, quotidiè admonet ſubditos ne prohibitum crimen comittant, vel rem lege vetitam agant;ideo alia ſpecialis monitio neceſſaria non eſt, vt probatur in cap.ſi qui ſuadente 17. qu.4. vbi gloſ.& in cap.2.de conſtit.in 6.tradunt Doctores in cap.ſacro de ſentent.excommun.& in cap.1.eodem tit.in 6. Iaon. Lupus in cap.per veſtras, §.18. nom.19. de donat.inter virum & vxorem.Couarruuias in cap. Alma Mater part.1. §.9. ſub num.5.ver. Trina vero Soccin.in cap. perpendimus num. 262. de ſenten.excommun. Menoch. de arb. Iudi.caſ.541.num.7. & caſ.543. num.26. & ex Theologis Victoria in ſumm. in tractatu de excommun.num.6. Soto in 4.diſt.22.quæſt.1.art.2. conclu.3. Suarez de cenſur. diſputatione 3.ſectione 8.num.3. & diſput.18.ſect.3. nu. 28.& ſequentibus. Alterius de cenſuris diſp.3.lib.3.cap.1. circa princip.& eſt textus expreſſus in cap. reprehenſibilis extr.de appellation. & ibi notat gloſs. & Abb. num. 6. & 7.

Et tamen in hac facti ſpecie canonica monitio ex vrbanitate præmiſſa fuit, quæ quamuis paucarum horarum ſpatio fuerit coarctata,non tamen eſt repræhendenda,
55 † quia in hoc caſu,in quo agitur de cenſura iam à Canone lata declaranda, requirebatur vnica citatio, non in vim monitionis,nec propter emendationem, vel nouam contumaciam expectandam, ſed propter iudiciarium ordinem ſeruandum,vt bene conſiderat, Suarez de cenſ. diſput.3.ſect.10.ſub num.17.in fin.& licet neminem alleget tamen ante eum quod ſcilicet hoc caſu non requiratur monitio,ſed citatio in formando proceſſu pro iuſtificatione facti tradunt Couarru. & Socc. quos refert & ſequitur Menoch.de arbi. Iudi.lib.2.centur.6.caſ.541.num. 7.& rurſus caſu 543.numer.27.& ſeq.vt plurimos congerit,& benè declarat.

Cuius tamen citationis omiſſio redderet declarato-
56 riam nullam, † vnde obiter aduertendum eſt hanc reſultare notabilem differentiam inter excommunicationem ab homine ferendam, & declaratoriam cenſuræ à canone latæ: vt nempe in illa canonicæ monitionis omiſſio regulariter reddat ſententiam iniuſtam non autem nullam; in iſta verò omiſſio citationis reddat ſententiam nullam, Imol.in cap.extirpandæ col.6.in princip.præbend.egregiè Aretin.in conſil.163.ſub num.10.& ſequenti, Felyn. in cap. Rodulphus, numero 11. ver. nihilominus de reſcript. Couarru.in capit.Alma Mater par.1.§.9. numero 5. ver.etenim, Gigas de penſion.quæſt.78. numero 5. Menoch.conſil.9.num.10. & in tract.de arbitr. Iudic.caſ. 542.nu.19.& ſeq.vbi poſt Aretin. rationem diſcriminis reddit.

57 Ratio † autem cur in denunciatione non requiratur trina monitio, ea eſſe poteſt, quia denuntiatio non eſt noua cenſura, neque amplius ligat vt dicitur in cap. paſtoralis §. verum de Appell.

58 Vltra † quod etiam in ſententia excommunicationis ferenda, non ſemper in canonica monitione ſunt neceſſaria aliquorum dierum competentia interualla quæ præcipiuntur in cap. conſtitutionem, §. fin. de ſententia excommun. in 6. Nam vt ibi ſtatim Summ. Pontifex ſubiungit, id obſeruandum eſt niſi facti neceſſitas aliter ſuaſerit moderanda, quandoque enim res celeritatem deſiderat, vt inquit ibi glo. ex l. 1. ff. de damn. infect. & tra-
* dunt ibi Doctores communiter.

59 Hinc † firmant ſcribentes eundem terminum pro facti, & rerum qualitate eſſe iudici arbitrarium, Holtien. in c. repræhenſibilis num. 2. de appellar. Beller. diſqui. cleric. tit. de fauore Clericorum. Canonis, §. 4. ſub num. 39. Tiraqu. in l ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos, nu. 265. Cod. de reuocat. donat. Suar. de cenſur. diſputat. 3. ſectio. 9. n. 4. Sayr. de cenſuris cap. 13. nu. 36. Bonaccina de cenſ. dip. 1. puncto 9. n. 7.

Vnde cum in caſu noſtro eſſet periculum in mora nimirum ne Iudex laicus, qui iam mentem ſuam propalauerat, ſuſpendi faceret reum extractum, non modo excuſabilis fuit monitio cum termino ſex horarum ex vrbanitate aſſignata ad reſipiſcendum, ſed imò illa temporis breuitas fuit neceſſaria, & ſi Vicarius expectaſſet dierum curricula, malè feciſſet, & potuiſſet illud vulgatum contingere, dum Romæ conſulitur Saguntum expugnatur.

60 Et ſignanter quod † vbi periculum eſt in mora, etiam in excommunicatione ab homine ferenda, non modo tempus canonicæ monitionis anguſtiari poſſit, ſed etiam omnino ommitti, tradunt communiter Doctores, & no-
* tat glo. in cap. medicinalis verb. temerarius de ſentent. excommun. in 6. Felyn. in cap. cum ſit Romana num. 21, de appellation. & in cap. ſacro num. 4. Nauarr. in capit. cum contingat in 5. cauſ. nullit. num. 1. de reſcript. Beller. diſquiſ. Cler. tit. de fauore Clericorum. Canonis §. 1. num. 33. Suarez de cenſur. diſput. 3. ſectione 10. num. 7. vbi aduertit id intelligi de canonica monitione, non autem de ea, quæ in præcepto conditionato includitur, ſine quo nulla ferri poteſt excommunicatio, vt ibi per eum poſt Nauarr. loco ſupra citato; & hoc eſt in effectu, quod voluit dicere Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 12. num. 18. dum inquit, quando quis eſt commiſſurus delictum, vel alias Periculum eſt in mora, præmittendam eſſe ſaltem vnicam monitionem, idemque tradit Bonacc. de cenſuris quæſt.
* 1. puncto 9. ſub numero 5. in fine, vbi teſtatur de communi opinione, & ibi num. 7. poſt alios firmat dictum termini, nuni poſſe eſſe minus vno die pro qualitate negotij & periculi; Alterius de cenſuris diſp. 3. lib 3. cap. 4 verſ. ſecundus caſus. vbi poſt Nauar. quem citat inquit tunc ſaltem præmitti debere præceptum ſub comminatione ſi hoc fecerit, vel omiſerit.

Nec pariter eadem ſententia redargui poteſt, tanquã contra iuſtitiam commutatiuam ſub prætextu quod Iudex Laicus ignorauerit Reum ab eo detentum fuiſſe ab Eccleſia extractum, quia immò, de ſcientia conſtat tum ex teſtibus in Curia Epiſcopali examinatis, tum etiam ex notificatione ſibi ab eadem Curia facta, & ſic ſumus in ſcientia vera, & explicita, & conſequenter ceſſant omnia in motiuis adducta, Prout non poterat declaratoria dici contra iuſtitiam commutatiuam ex alio capite, nempe quod ex mente Suarez, Iudex laicus non reſtituens extractum abſque ſuo ordine non incurrat in d.
61 Bullam Gregorianam, † quia (pace tanti viri) Suarez loquitur ſine lege & ſine ratione, eiuſque opinio eſt peregrina & reijcienda, & contra verba & mentem Bullæ; contra verba quidem, quia Bulla eſt directa non ſolum contra ipſos extrahentes, ſed contra alios quauis dignitate præfulgeant, & ſic etiam contra detinentes. Rurſus cenſuræ in ea latæ ſunt contra attentantes aliquid contra vel preter formam ipſius Bullæ, quæ verba ſine dubio compræhendunt ipſos non reſtituentes. Contra mentem quidem, quia intentio Conſtitutionis eſt, vt Eccleſia ſpoliata libero homine, omninò ſit reſtituenda, & vbi reſtitutio non fieret ſub prætextu quod Iudex non mandauerit extractionem, vtique Conſtitutio redderetur eluſoria, multaque ſcandala orirentur, quæ omnes rationes, ac aliæ latius deducuntur ex Genuen. in Praxi Archiep. cap. 32. num. 6. & 7. qui propterea in puncto tenet d. Conſtitutione ligari etiam Iudicem laicum renuentem reſtituere extractum abſque eius ſcientia à ſatellitibus vel etiam à conſanguineis occiſi. Idemque tenuit Mar. Italia in tract. de Immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 38. & ſeq. Alex. Peregr. de immun. Eccleſ. cap. 14. num. 10. Bona-
* c. to. de legib. diſput. 3. quæſt. 7. §. 6. nu. 8. & hæc commun. opinio in iudicando, & conſultando tenenda eſt alias tota Eccleſiaſt. Immunitas deſtrueretur.

62 Prout † etiam quoties Eccleſia ſpoliata fuit libero homine per vim compulſiuam, vel etiam quando Reus per metum aufugit, timens in ea capi ſi poſtea extra eam capiatur reſtituendus eſt, vt poſt alios firmat Farinac. de Immun. Eccleſ. ſua num. 53. quod nota, quia poſt hæc ſcripta habui de facto in Ciuitate Genuæ, cum enim quidam Bannitus confugiſſet ad templum Diuæ Mariæ de Vineis, ibiq; crumenam cuidam ſuffurari tentaſſet deprehenſus à populo omnibuſque contra eum irruentibus territus, è templo exiuit & in ſatellites incidit, à quibus conіectus in vincula, ego illum eidem Eccleſiæ reſtitui mandaui per prædictas doctrinas, non obſtantibus oppoſitionibus fiſci ſereniſs. Reipubl.

63 Et † hęc omnia adeò vera ſunt, vt ſtante verbo illo, attentare, de quo in Conſtitutione, Doctores velint, vt in odium violantium Eccleſiaſticam immunitatem contra regulas communes puniatur affectus, etiam non ſequuto effectu, dummodo ad actum proximum deuentum fuerit. Mar. Ital. de immunit. Eccleſ. cap. 6. §. 2. num. 60. Alex. Peregr. eodem tract. cap. 16. num. 39. Id quod etiam de iure ciuili ſtatutũ fuit à Leone Imperatore in l. præſenti, C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, vt obſeruant Menoch. in tractat. de arbit. Iudic. caſ. 360. nu 68. Farinacc. quæſt. 28. numero 4. Mar. Ital. loco ſupra citato numero 55. & ante eum Alex. Ambroſi. de immun. Eccleſ. capit. 15. numero 6.

64 Denique † non obſtat quod verſemur in crimine excepto, & de eo conſtet etiam per confeſſionem extracti: quia vltra quod eiuſmodi confeſſio nulla eſt, & inefficax, tanquam facta coram Iudice incompetenti. Oldrad. conſ. 157. in fin. Feder. de ſenis conſil. 135. factum tale eſt quidam ex Bannitis. Alex. conſil. 13. ſub numero 10. lib. 1. maximè in hac materia in qua iuriſdictio Iudicis laici nõ eſt prorogabilis, quo caſu dicta regula eſt veriſſima iuxta diſtinctionem Bolognini in addit. ad conſ. Io. de Anan. 12. n. 8. ver. & ſi diceretur.

65 Etiam † ſi notoriè conſtet ipſum captum commiſiſſe crimen exceptum, adhuc enim ſeruanda eſt forma Bullæ, vt ſcilicet Epiſcopus ſuper dicta qualitate cognoſcat vt patet euidenter ex illis verbis Bullæ, Niſi cognito primum per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint, & ita firmant Genuen. in Praxi Archiep. d. cap. 22. ſub num. 5. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 27. num. 34. Remigius de immun. Eccl. q. fin. Cabal. reſol. crimin. centur. 2. caſ. 194. num. 12. Guazzin. in tract. defenſ. reorum defenſ. 1. c. 30. n. 3. & ſeqq. Giurb. conſ. 20. ſub num. 17. cum per eum relatis, Mattill. deciſ. 169. nu. 12. Mar. Ital. de immun. Eccleſ.

l.c.cap.6.§.2.num.13.& ſeq. Vbi quod ſi Iudex laicus aut
fiſcus petat terminum probandi delictum commiſſum
eſſe de numero exceptorum nihilominus ei negari de-
bet, & ante omnia facienda eſt reſtitutio, etiamſi per con
feſſionem ipſius extracti id appareat, vt latius per eum;
ex quibus patet reſtitutionem non eſſe actum fruſtato-
rium, nec circuitum inanem, ſed ex ea conſeruari Eccle-
ſiarum reuerẽtiam, & Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ autho-
ritatem: alias Iudices ſeculares in hac materia ſibi ius di-
66 cerent, & immunitas Eccleſiaſtica periret; † & ſic circui-
tus non poteſt dici inutilis, ac propterea non eſt vitan-
dus, Card. in Clem. Auditor, quæſt. 14.n.16.de reſcript.
Dec. in l.cum fundus, §.ſeruum tuum, n.5.ff.ſi cert.peta.
& alij paſſim.

67 Vltra † quod regula eſt ſatis trita, & vniuerſalis, ſpo-
liatum in primis, & ante omnia eſſe reſtituendum, cap.
conquerente &c. item cum quis de reſti. ſpol.l. ſi quis ad
ſe fundum, C.ad l.iul.de vi public.cum vulg.

Etiam à Iudice nulliter procedente, vt in caſu noſtro,
* Bart. & ſcribentes commun. in l. iuſtè poſſidet ff. de ac-
quir.poſſ. Aym.in conſ.140.n.2.& 3.& conſ.124.num.4.
68 Verall.deciſ.112.part.2.Vnde † cauendum eſt a Gama-
dum in deciſ. 52. ait delinquentem nulliter vel indebitè
ab Eccleſia extractum, ſi interim aliquod delictum com-
miſerit, puta quia in reſiſtendo birruarijs illos percuſſit,
prius eſſe puniendum pro iſto nouo delicto, & poſtea
Eccleſiæ reſtituendum, quia immò totum oppoſitum eſt
verum, cum Eccleſia ſpoliata in primis & ante omnia ſit
reſtituenda, vt nominatim eum reprobando ita firmat,
Mar. Ital.de immun.Eccleſ.lib.1.cap.6.§.2.n.42. & ſeqq.
& ibi num.45. oſtendit nullum fuiſſe delictum birruarijs
iniuſtè capientibus reſiſtere, quod impunè fieri poteſt
vt tradunt Doct. ab eo congeſti, quibus addi poſſent in-
numeri, quos conſultò ad prolixitatem vitandam præ-
tereo.

EODEM.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio conceditur fiſco à ſententia remiſſionis rei ad locum immunem, vnde fuerat extractus.*

Contrarium eſt verius, n.3.

2 *Appellatio prohibita reo, cenſetur etiam denegata fiſco, & actori.*

3 *Statutum denegans reo appellationem in cauſa capitali, procedit etiam in fiſco.*

4 *Fiſcus non appellat à ſententia lata ſuper remiſſione rei ad locum immunem.*

5 *Gambacurt. de Immun. Eccleſ.lib.6.cap.17.confutatur.*

6 *Fiſcus de generali conſuetudine non appellat.*

7 *Recurſus in cauſis violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ non conceditur.*

DECISIO CXXXXIII.

PRætendebat curia ſecularis Genuenſis, quendam ab
Eccleſia oppidi Recchi extractum, tanquam prodi-
torem homicidam eidem eſſe conſignandum. Verum,
cum ego tunc eiuſdem Vrbis Vicarius Archiepiſcopalis
pronunciaſſem non conſtare de eiuſmodi qualitate, ac
propterea illum eſſe Eccleſiæ reſtituendum; fiſcus Sere-
niſſimæ Reipublicæ appellationem interpoſuit; quam
ego cum ad effectum ſuſpenſiuum admittere denegaſ-
1 ſem, iterum vrgebat pro admiſſione † afferens in ter-
minis doctrinam Gambacurt. in tract.de Immun.Eccleſ.
lib.6. cap.17.per totum, vbi contendit iure denegatam
fuiſſe reo appellationem per Gregorium XIV.in ſua Cõ-
ſtitutione ſuper immun. Eccleſ. fiſco vero, vel actori ne-
quaquam, eo quia reus præſumatur tali caſu per calum-
niam appellare fiſcus vero vel actor non ita, vt ibi latius
per eum.

Cæterum ea doctrina minimè attenta, ſteti in decre-
2 tis; † eſt enim regula ſatis trita, vt quoties reo interdici-
tur appellatio, cenſeatur, & fiſco, vel actori prohibita, vt
ſeruetur in iudicijs æqualitas, quæ ſi ad alicuius fauorem
labefactanda eſſet, profecto, potius ad rei, quam ad fiſci
fauorem id fieri deberet, vt pluribus comprobat Magon.
3 deciſ. Lucenſ. 58. per totam, † vbi rationibus, & auctorita-
tibus ita firmat in materia ſtatuti prohibentis reo appel-
lationem in cauſa capitali, per quod fuit deciſum, etiam
fiſco cenſeri prohibitam, vt ibi latius per eum, quem ſe-
quitur Baiar. in addit. ad Clar. q. 94.n.36. & Farinac. q.
101.n.34.

4 Et † in terminis noſtris præciſis, quod fiſcus à ſenten-
tia ſuper remiſſione rei lata appellare nequeat, tenet
Alex. Peregrin.de immun.Eccleſ.cap.16.num.33. & Dia-
na reſolut. moral.tract.1.reſol.38. in fine p.3. Vbi quam-
uis referat Farinaccium: tanquam contrarium tenen-
tem de immunit.cap.22.n.372.ille tamen hoc nullatenus
dixit, imò ibidem n.369.in ſuis originalibus ſcriptis hanc
noſtram ſententiam firmauit, vt conſtat ibi ex Summa-
rio, licet in nigro, forte typograforum errore, id non re-
periatur.

5 Non † obſtat auctoritas Gambacurtæ, quia præter
quam quod ob ſimiles non bene fundatas ſententias fuit
eius tractatus à Sac. Congregatione Eminentiſſimorum
Cardinalium ad indicem deputatorum, ſub die 3. Iulij
1623. prohibitus donec expurgaretur, vt patet ex catalo-
go librorum prohibitorum; ipſe ea vnica ratione moue-
tur, quod probabiliter timeri poſſit reum calumnioſè
appellare ad euitandum, vel ſaltem prorogandum, aut
mitigandum vltimum ſupplicium, ſibi pro admiſſo cri-
mine imminens: hanc autem præſumptionem non cade-
re in fiſco, vel actore illi adhærente, eo quod nihil inde
lucri conſequatur, nec reo damnum magnum cauſetur,
cum ſibi ſuæ defenſiones, & appellationes in cauſa prin-
cipali coram Iudice laico agitandæ, integræ maneant;
hæc autem ratio multipliciter euerti poteſt.

Primò, quia maximam continet fallaciam, præſuppo-
nit enim ſimul & ſemel, & ſtatim lata ab Epiſcopo ſuper
immunitatis articulo ſententia, reo imminere vltimum
ſupplitium, ac proinde ad illud vel euitandum, vel proro-
gandum, per calumniam appellaturum. Et vice verſa nõ
imminere, ſed ipſi remedia defenſionum, & prouocatio-
nis à ſententia in cauſa principali ferenda integra ma-
nere, ac proprea conceſſa fiſco laico appellatione non
niſi diuturnioris carceris tedio grauari, & ſic variatis,
ſuppoſitis, argumentum ſuo marte ſubuertitur.

Secundò. Quia eſtò verum eſſet primum præſuppoſi-
tum, vt ideo prohibita eſſet reo appellatio, quia præſu-
meretur interpoſita ad euitandam, vel protrahendam
mortem, conſequentia tamen inde deſumpta, vt propte-
rea liceat fiſco, & actori appellare; eſt contra iuris regu-
las æqualitatem in iudicijs nutrientes, & aduerſatur, Do-
ctorum traditioni firmantium, etiam in caſu prohibitæ
reo appellationis à ſententia capitali in cauſa principali
lata, & ſtatim exequenda cenſeri prohibitam fiſco in caſu
abſolutionis, vt ex Magon. Baiar. & Farinac. ſupra relatis.

Tertiò. Quia ratio Gambacurtæ ſupponit ſemper im-
munitati controuerſiam incidere in cauſis capitalibus;
cum tamen ſæpenumero pro leuibus cauſis diſputari cõ-
tingat, an reus fuerit in loco immuni, vel in prophano
captus, itaut quandoque plus incommodi illi afferat car-
cetatio diuturna, reſultans ex altercationem & compe-
tentia iuriſdictionum, quam ſententia condemnatoria in
cauſa principali; vnde cum in his terminis ceſſet dicta ra-
tio, vel decendium eſſet in leuibus cauſis concedendam
eſſe

eſſe reo appellationem à ſentẽtia in qua ordinarius pronunciat illum tradendum eſſe Curiæ ſeculari , non item in grauibus, quod eſſet abſurdum intollerabile,& contra ipſam Gregotianam Conſtitutionem , vel fatendum eſt Gambacurtæ diſcurſum non eſſe iuriſdicum.

Quartò. Denique, quia ille præſupponat calumnioſas appellationes, & cauillationes, non niſi ex parte rei prodire poſſe;cum tamen nos,qui in tribunalibus verſati ſumus ſæpe comperiamus illas oriri etiam ex parte fiſci,vel actoris. Conſtitutio itaque Gregoriana ſatagens nè per huiuſmodi remiſſionis emergentem articulum nimium differatur principalis cauſa , prudentiſſimè appellationem hinc inde prohibere voluit.Sed quoniam magis dubium erat ao reus poſſet appellare; cum regula generalis ſtet pro ipſo; ideò ſatis fuit appellationem eidem prohibere , quia ſi non conceditur reo , qui ſemper (ni prohibeatur) appellat; multo fortius cenſetur prohibita fiſco,
6 † qui etiam in caſibus,in quibus reo conceditur appellatio,de generali conſuetudine non appellat,vt per Ioſ.Ludou.deciſ.lucenſ.1.n.41.& ſeqq.& per Farinac.quæſt.101. num.32.

Et ſic prouiſio facta in caſu magis dubitabili,procedit à fortiori in caſu minus dubio, & conſequenter non erat fiſci appell atio per me admittenda.

Cum autem ſubinde Miuiſtri Sereniſſimæ Reibublicæ petijſſent ſaltem concedi recurſum illudque denegan-
7 dum cenſuerim, † non ignarus à Sac. Congregatione ſuper controuerſijs Iuriſdictionalibus ſub die 6. Iunij 1629. Vicarium Licienſem monitum fuiſſe vt in futurum ſe abſtineat concedere terminum & recurſum in cauſis violatæ Immunitatis Eccleſiaſticæ : & nihilominus,quaſi alijs præpeditus negocijs , cum cauſæ expeditionem ob reuerentiam per aliquot dies protelaſſem , propoſito dubio ſub fine anni 1634. eadem Sacra Congregatio reſoluit, iure meritò per me appellationem fuiſſe reiectam, ideoque reum ſtatim eſſe Eccleſię reſtituendum,quod & executioni demandaſſem, niſi ille interim,fracto carcere,fugam arripuiſſet.

Poſt hæc ſcripta cum humanitate S.D.N. Vrbani Papæ Octaui, Sanctitatis ſuæ colloquio dignatus fuiſſem, & caſu in hanc materiam ſermo incidiſſet ; dixit hanc ſententiam veriſſimam eſſe ; ac proinde in emendato Codice Gambacurtæ,Beatitudinis ſuæ iuſſu præfatam contrariam opinionem fuiſſe deletam.

L A V S D E O.

Digitized by Google

SINGVLARIA SPECTANTIA AD MATERIAM APPELLATIONIS,

Selecta ex Tractatu Nouiſs. Theodoſij Rubei I. C. Romani.

De Appellatione Iudiciali.

ROtæ ſtylus eſt vt Appellatio fiat, & fieri debeat coram Iudice, & non coram Notario, per dimiſſionem cedulæ penes ipſum Notarium, prout de iure ciuili, & Canonico requiritur, l. 1. §. ſi dies, ff. quando appellat. ſit canonicata in cap. biduum 2. q. 6. & ita fuit dictum in Salernitana Contributionis, Lunæ 12. Maij 1614. coram Dunozetto, eſt deciſ. 1595. in recent. par. 1. incipit, Domini cenſuerunt conſtare num. 1. & 2. Vbi etiam addit quod non placeret Dominis hunc ſtylum laudabilem iuri conſonum immutari, & quod eſſet res periculoſi exempli, ſi Notarijs facultates darent recipiẽdi appellationes interiectas in abſentia Iudicum. Et doctrina Bald. in Auth. quæ ſupplicatio, n. 3. C. de precib. Imper. offer. vt procedat quando non poteſt haberi præſentia Iudicis.

Rota obſeruat de ſtylo, quod verus contumax ad appellandum admittatur infra decendium computandum à die prolationis ſcientiæ, non autem à die ſcientiæ. Rot. deciſ. 364. alias 16. in fin. de dol. & contum. in nouis incipit cum iura clamitent. vt dicitur in Valentina Canonicatus & Sacriſtiæ. Lunæ 15. Iunij 1615. coram Buratto, incipit commiſſa mihi eſt deciſ. 728. parte 2. in recent. num. 5. vbi in fine dicitur ita etiam fuiſſe coram ipſo reſolutum.

In Rota quotidie practicatur quod appellatio à decreto de manutendo non ſuſpedit eius effectum, & executionem, quod probatur ea ratione concludentiſſima, quia hoc decretum trahit ſecum executionem, vt benè aduertit Menoch. de retinend. remed. vltimo numero 57.

Rota ſolet in dubio iudicare pro non deſertione appellationis per Doctrinam Paul. de Caſtr. in l. 1. numero 3. in fin. ff. ſi quis caut. Caſſador. deciſ. 8. numero 10. in fin. de appellat. incipit, Appellauerat quidem quia in re dubia exiſtente per inclinationem in hanc partem nihil detrahitur de Iuribus partium, immo videtur tendere ad illorum vtilitatem, & maiorem veritatis indagationem. Quam opinionem ſecuta eſt eadem Rota in vna Romana expenſarum, Mercurij 20. Februarij 1619. numero 3. coram Cardin. Caualerio, incipit reſolutum fuit conſtare, quæ eſt deciſ. 495. inter eius impreſſ.

Rotæ obſeruantia eſt quod à decreto de exequendo non detur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, l. ab executore, ff. de appellat. ead. Rot. in vna Fauentina de Paſſis 28. Nouembris 1603. coram Coccino Decano, deciſ. 312. n. 2. incipit promiſerat Antonius.

In Rota ſæpe fuit deciſum quod quis appellare poteſt à relatione examinatorum. Rot. coram felic. recordat. Gregor. XV. deciſ. 515. numero 2. incipit Michael Ruiz.

Rotæ ſtylus eſt, quod appellanti detur biennium ad proſequendum, & finiendum dummodo infra annum aliquis actus fiat prout ſeruatur, & ponit, Faſtell. dub. 37.

In deciſione Rot. Rom. in vna Mediolanen. Parochialis Lunæ 22. Iulij 1587. coram Card. Plato eſt deciſ. 31. in eius lib. in manuſcript. incipit. Iterum cauſam. Vbi dicitur quod Iudex procedens ad executionem ſententiæ poſt decem dies latę non dicitur attentaſſe, etiam ſi pars ignoraſſet ſententiam contra ſe latam, nam licet eo caſu decem dies incipiant currere à die ſcientiæ non à die ſẽtentiæ, geſta tamen poſt decem dies à die ſententiæ non reuocantur per viam attentatorum ſeu nullitatis, ſed iniuſtitiæ, ita Lancellotto de attentat. cap. 11. numero 13. par. 2.

De Ap-

Digitized by Google

De appellatione Extraiudiciali.

Appellatus cui fuit iotimata appellatio extraiudicialis per aſſertum procuratorem, ſi inueniat cauſam commiſſam in Curia, poteſt procedere per audientiam contradicta-rum, & obtinere abſolutionem ſine conditione expenſarum. Creſcen. deciſ. 90.

Appellato nihil agente non dicitur etiam deuoluta appellatio in præiudicium appellantis vbi intimatio eſt malè facta. Peregr. 3.

Requiritur ſpeciale mandatum, vt appellatio extraiudicialis deuoluat, ſed ſufficit ad acceptandum beneficia, & Pro his appellandum à quocunque grauamine, Peregr. 56.

Appellatione extraiudiciali legitimè intimata, & cauſa commiſſa, eſt hæc quæ impedit triennalem poſſeſſionem niſi poſt deſertionem triennio ſit poſſeſſum, Mohed. 104.

Sufficit publicare inſtrumentum appellationis extraiudicialis in valuis Eccleſiæ, licet non dicat ſe legiſſe, nec requiritur affixio niſi cum proceditur per edictum. Caſſ. 1. de appell.

Menſis ad intimandum currit non ſolum ad perſonalem, ſed etiam ad alias intimationes, Caſſad. 10. de appellat.

Appellatio extraiudicialis iotimata non inducit litem ad effectum ſubrogationis ante immiſſionem. Put. 10. de appellat.

Appellatio extraiudicialis legitimè intimata facit beneficium litigioſum, & deuoluit, ſecus ſi oon intimetur, idem fortaſſe ſi non committatur cauſa, Put. 18. de appell.

Subſtitutus procurator appellans, & intimans ſubſtitutionem, cum inſertione mandati ſubſtituentis oon deuoluit cauſam. Put. 16. de procur.

Commiſſio ad effectum deuolutionis non probatur per inſerta. Peregr. 14.

Ab Interlocutoria.

Licitum eſt appellare à ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quia non eſt merè interlocutoria, ſed mixta, Creſcent. 132. Gom. 1. 83.

Si appellatur ab interlocutoria, & reponatur cum intimatione, ante intimationem poteſt iudex procedere ad diffinitiuam. Io. P. d. 221.

Subdelegatus deferens appellationi, abdicat à ſe & à delegato iuriſdictionem. Mon. 321.

Non poteſt renuntiari regulæ de non appellando ab interlocutoria, quia eſt introducta ad fauorem publicum. Gom. in reg. 111.

Ab interlocutorijs Vicarij poteſt appellari ad Epiſcopum. Put. 15. de appell.

A Vicario foraneo ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopum licet appellare. Mod. 133. Gom. 1. 27.

De probibita appellatione.

Fugiens effractis carceribus appellare non poteſt. Auguſt. 13.

Appellatio à die notitiæ non prodeſt ei qui fuit perſonaliter citatus. Io. Put. 3.

A ſententia abſolutoria in ſpolio non licet appellare vbi eſt locus Ægidianæ. Aug. 3. 44.

Procurator eius qui ceſſit liti non poteſt appellare, præſertim ſi ſciuit ceſſionem. Cæſ. 2.

Tertius veniens in tertia inſtantia, in eodem ſtatu, & terminis, non poteſt appellare à tertia ſententia. Put. 60. de iud.

De deſertione appellationis.

Si non prorogentur fatalia deſeritur appellatio, ſed prorogari poſſunt etiam parte non citata. Creſcent. deciſ. 231. Caſſ. 7. de appellat.

Fatalia, noo currunt contra mortuum, vel ſubrogatum, Creſc. 111.

Neque contra impeditum facto iudicis, licet non proteſtetur. Creſcent. 235. Si ſententia non ſubcribatur, vel concordia tractetur non currunt fatalia. Aug. 2. 77. 3.

Neque currunt fatalia ſuſpenſo petitorio, neque pendente remiſſoria. Caſſ. 9. de appell.

Habens facultatem prorogandi fatalia non poteſt ſæpius prorogare, niſi dicatur toties quoties. Mohed. 172.

Mortuo appellato appellans tenetur prorogare fatalia, quamuis habeat ſubrogationem quouſque expediat cauſam cootra intereſſe putantes. Mod. 190.

Infirmitas non excuſat à prorogatione, vel non appellatione, cum poſſit conſtituere procuratorem, dolus tamen procuratoris, eſt iuſta cauſa reſtitutionis, ſed prius requiritur ſententia. Caſ. 5. de appell.

Paupertas magna, & infirmitas, vel mors procuratoris oon excuſat, ſed dat cauſam reſtitutioni. Caſſ. 6. de appellat.

Deſerta appellatione iudex à quo exequitur. Moh. 36.

Deſerta appellatione ſententia confirmari poteſt oon infirmari, ſed iudicari poteſt appellationem eſſe deſertam. Mohed. 293.

Procurator non poteſt expreſsè renuntiare appellationi, vel deſertioni. Moh. 89.

Vltima die termini etiam de nocte poteſt appellari. Gom. 2. 21.

Aliquid debet fieri infra annum vt habeat biennium. Caſſ. 4. de appell.

Sententia oulla excuſat à lapſu fatalium ſi eſſet pro appellante. Aug. 3. 9. 458. ſi ſit nototiè nulla. Put. 9. de appel. Si ante præſentatam commiſſionem appellatio deſeratur commiſſio nullam tribuit iuriſdictionem, neceſſe dicitur renunciatum rei iudicatæ per iura producta coram eo iudice. Aug. 3. 529.

Si cedula appellationis à diffinitiua detur poſt decem, licet fuerint dati reuerentiales deſeritur. Put. 5. de appellat. Creditur Notario dicenti prout in cedula quam facto dedit. Put. 11. de appell.

Si Iudex non reperiatur ſufficit diligentia in domo, & petere teſtimoniales à notorio dimiſſa ei cedula appellationis Put. 17. de appell.

Non creditur Notario copiſtæ atteſtanti poſtquam diſceſſit ab officio per fidem de petitione Apoſtolorum. Put. 5. de re iud.

Communia de Appellationibus.

Auditor cui commiſſa eſt cauſa appellationis, cum clauſula quam, & quas ſuper negotio principali, poteſt omiſſa cauſa appellationis procedere. Mohed. deciſ. 162. Put. dec. 56. de iud.

Collatio facta intra decem dies, à die priuationis, cum potuit appellare licet non appelletur eſt nulla. Mohed. deciſ. 154.

Archiepiſcopus ex conſuetudine poteſt habere Vicarium appellationum in diœceſi ſuffraganei. Mohed. deciſ. 153.

Appellatio domini directi non prodeſt prætendenti habere inueſtituram ab eo. Moh. 14.

In cauſa appellationis poteſt pronuntiari vt in primo etiã non producto proceſſu ſi in commiſſione id dicatur, vel ſi ſit clauſula, quam, & quas ſuper beneficio, vel vna cum negotio principali. Auguſt. deciſ. 370.

6c3

Appellans ſi donec de appellatione, & ſententia poteſt obtinere reuocationem, maximè ſi fuit præſixus terminus ad docendum de actis. Aug. deciſ. 649.

Si committatur cauſa appellationis eidem qui pronuntiauit de conſenſu partium ſufficit conſenſus procuratorem, vel expreſſus, vel declaratus per aliquem actum poſitiuum. Caſſ. deciſ. 3.

Dum non conſtat de mandato appellantis, vel de appellatione, rectè proceditur ad executionem, & tenetur ad expenſas interim factas appellare. Caſſad. deciſ. 3. de appellat.

Poteſt appellari coram honeſta perſona non reperto iudice à quo intra decem dies etſi non redeat pro apoſtolis. Caſſad. deciſ. 8. de appell.

Appellatus non poteſt procedere in Curia contra appellantem per contradictas. Put. deciſ. 8. de appellat.

FINIS.

Ad Laudem Dei Omnipotentis, & Santiſſimæ eius genitricis, ac B. eiuſdem Deiparæ Sponſi Ioſeph, cuius Feſtum hodie celebratur.
19. Martij 1642.

Induſtria Nicolai Galliardi Iur. Vtr. Doctoris.

39025

Digitized by Google

Digitized by Google

[redacted] Google